37
6 F
3



FRANCISCI
DE MENDOÇA
OLISIPONENSIS,
[illegible] SOCIETATE IESV
Doctoris Theologi,
IN EB[illegible]NS[illegible] A[illegible]EMIA
quondam ſacrarum literarum Interpretis.
C[illegible]men[illegible]o[illegible]r
IN IV. LIBROS REGVM
T[illegible]s [illegible]us.
Suis Indicibus pernecesſariis inſignitus.
EDITIO [illegible]OVISSIMA.

LVG[illegible]
Sumpt. Gabrielis Boiſſat, & S[illegible]
M. DC. XXXVI.



EXCELLENTISSIMO PRINCIPI

D.D. THEODOSIO

HVIVS NOMINIS SECVNDO,

DVCI BRIGANTINO, ET BARCELLENSI:

Marchioni Villauiçoſæ: Comiti Orenſi, Arraiolenſi, Neiuenſi,& Penafielenſi: Dominatori Monfortenſi, Montalegrenſi,& Villacondenſi: Comiti Stabili totius Luſitaniæ,&c.

FRANCISCVS DE MENDOÇA E SOCIETATE IESV ſempiternam felicitatem.

DIVVS Cyrillus Alexandrinus, EXCELLENTISSIME PRINCEPS, libris, quos aduerſus Iulianum edidit, patronum quæſiturus, non alium optauit, quàm Auguſtiſſimum,& Chriſtianiſſimum Imperatorem Theodoſium II. Ad quem literis datis: *Igitur,* inquit, *ô Theodoſi, Rex Chriſtianiſſime, dum vobis alij exhibent victorias, coronas, gratulatoriáſque voces; & alia, quibus regis potentia iure honoratur: noſtri, qui diuino fungimur ſacerdotio, muneris fuerit, offerre libros, ad diuinam potiſſimùm gloriam compoſitos.* Scilicet non habuit Cyrillus munus, quod Theodoſio offerret, aptius, quàm libros: neque potuit libris

excellentiorem quærere patronum, quàm Theodoſium. Huius enim pietas nihil libentius, quam ſacros libros in ſuam gratiam recipiebat: huius poteſtas nihil impenſius, quàm eoſdem libros ab iniuriis vendicabat.

Fuit profectò, fuit, non exigua Cyrilli felicitas, habuiſſe, cui præſtaret obſequium, & à quo patrocinium ſperaret, inuictiſſimum Imperatorem, Theodoſium ſecundum. Nihilominus ſuam ego Cyrillo felicitatem non inuideo; planè expertus, mihi non imparem contigiſſe: dum te, alterum Theodoſium II. illi priſtino Imperatori nihilo ſecundum, ſortitus ſum, cui meos labores primogenitos conſecrarem. Par tibi cum illo nominis auſpicium. Theodoſij nomen, quaſi *à Deo dati*, cum magno felicitatis omine è cælo defluxiſſe, auctor eſt Aurelius Victor. Ferunt enim, inquit, ſenioris Theodoſij parentes ſomnio admonitos hoc filio nomen conſecraſſe, quod cæleſtes illius mores præſagiret; & cum eodem præſagio ad nepotem Theodoſium iuniorem funderetur. Quis non videt, conceptam Luſitaniæ de tuo nomine ſpem, feliciter impletam: cùm nihil in te, niſi datũ à Deo, in ſingularis exemplum probitatis videatur? Tanta olim fuit in illo Theodoſio ſecundo probitas, & religio; vt eius Regia, Socrate auctore, *monaſterio ſimilis*; & tota eius ciuitas, *vna Eccleſia* diceretur: in qua nihil frequentius, quàm hymni in diuinam gloriam, Imperatore præcinente, vel alternante choros, decantari conſueuerint. Quid minùs pietatis redolet, quid minùs religionis ſpirat tua Curia: tuis non ſolùm decretis, ſed etiam exemplis ad diuinum cultum ſingulariter inſtituta? in qua pietas primas tenet: religio chorum ducit: fides, iuſtitia, veritas, concordia, cæteræque virtutes ex tuo palatio quoddam veluti ſacrarium architectantur.

In Theodoſio.

Lib. 7. c. 22.

Immortaliter laudat D. Chryſoſtomus vtrumque Imperatorem Theodoſium, ſeniorem, & iuniorem, quòd inter hoſtes arma bellica ſtrenuiſſimè geſſerint: inter ciues ſacra myſteria religioſiſſimè obierint. Vtriuſq; partes Theodoſij quàm feliciter vnus expleuiſti, armis, ſacríſq; non vulgariter intentus? Armis quidem, quia, vt ille cecinit, *Reptaſti per ſcuta puer*; cùm ad illud Africanum prælium ſub Rege Sebaſtiano, nõ tam feliciter, quàm fortiter geſtum, pueriles annos, ſed viriles animos attuliſti: militare doctus, antequam viuere: pugnas, ante delicias expertus: puerili prætextâ nondum exutus, & militari ſago iam armatus: vt cum omnibus pueris inſitum à natura ſit, timere hoſtem; tibi innatum fuerit, terrere. Sacris verò, quia vna tibi cura, curare res diuinas; vt nihil in auguſtiſſimis principum ſacellis ad diuini celebritatem Numinis peragatur, quod in tuo deſideretur: ſiue cantorum multitudo; ſiue ſacræ ſupellectilis opulentia; ſiue ſolemnium pomparum apparatus, ſiue reliqua diuini cultus ornamenta ſpectentur. Senior ille Theodoſius Imperator, vt teſtatur D. Auguſtinus, *Eccleſiæ mẽbrum eſſe* maluit,

Serm. de Spiritu ſanct. & mo. 3.

Claud. in Honorio.

maluit, *quàm regnare*: humanum imperium præ diuino obſequio, vanum, & inane arbitratus. Quis neget huius pietatis hæredem te fuiſſe: cui omnia terrena regna præ amore cæleſtis viluerunt? Vetè, & ex animo deteſtanti, vt par erat, illud Euripidis, frequentiſſimo Cæſaris ſermone tritum; Si ius violandum eſt, regnandi cauſa violandum eſt: illud potiùs oraculum approbanti; Si aut totus orbis lucrandus eſt, aut vna culpa leuiſſima committenda: amittatur orbis, culpa non committatur. Iam verò ſingularem ſenioris Theodoſij clementiam quis non miretur? De quo D. Ambroſius: *Beneficium*, inquit, *ſe putabat accepiſſe, cùm rogaretur ignoſcere: & tunc propior erat veniæ, cùm fuiſſet cõmotio maior iracundiæ. Prærogatiua ignoſcendi erat, iratum fuiſſe: & optabatur in eo, quod in aliis timebatur, vt iraſceretur.* Adeò enim optimus Imperator ſuos premere, & frangere ſolebat appetitus: vt quò illi vehementiùs erumperent; eò citiùs ab eo iugulandi crederentur. Quæ ab auo transfuſa humanitas, in nepote Theodoſio ſecundo mirabiliter inoleuit. De quo Socrates: *Iram*, inquit, *cohibere didicit; dolorem toleranter ferre: neminem, qui eum iniuria affecerat, vlciſci: imò verò nemo vnquam illum ira incenſum aſpexit. Cuidam ex neceſſariis aliquando ſciſcitanti, cur neminem, qui intuliſſet iniuriam, morte aliquando mulctaſſet; ſic reſpondit, vtinam potius mihi poteſtas eſſet, eos, qui mortui ſunt, ad vitam denuo reuocandi.* O te Excellentiſſimum Principem, illius Theodoſij ſecundi Imperatoris auguſtiſſimi, & clementiſſimi, non ſimilem, ſed eundem! Quis te vnquam vidit irâ vel leuiſſimâ commotum? Quis te vnquam audiuit, durinſculum in verbum erumpentem? Quis te vnquam ſenſit, etiam in eos, qui de te malè merentur, vel tenuiſſimâ maleuolentiâ ſuffuſum? Principem te fatentur omnes, mitem, facilem, benignum: nemo tam iniquus cenſor eſt, vt vindicem, aſperum, ac ſeuerum arbitretur.

5. Ciu. 26.

In orat. funebr. Theod.

Lib. 2. c. 22.

Sed quid de tua prudentia cum ſingulari magnificentia coniuncta; quam tota Luſitania diu experta eſt, tota verò Hiſpania non ita pridem admirata? Nam cùm ad excipiendum inuictiſſimum, & potentiſſimum Regem Philippum Luſitaniæ ſecundum, hoc ſuum regnum obeuntem, inſtar Solis totum orbem colluſtrantis, Oliſiponem aduenires; ſingularia tuæ prudentiæ, & magnificentiæ monumenta etexiſti: eximiam profeſſus humanitatem erga ſummos, liberalitatem erga infimos, æquitatem erga omnes: tuæ ſemper memor dignitatis, æqui, rectique tenax; vt te omnibus facilitate patrem, auctoritate principem exhiberes. Vnde tuæ laudis præconia non ſolùm totam vrbem impleuerunt, ſed etiam totum regnum occuparunt: imò à Luſitania in Hiſpaniam peruagata, omnium linguis, ac ſermonibus ferebantur: optantibus multis, in Luſitaniam veniſſe; non vt viderent regnum ſuo Regi gratulabundum, & totum orbem in vrbe ruentem in plauſus, & celebriores apparatus, quàm vlla hominum memoria cuiquam vete-

rum regum exhibitos fuiſſe recordetur:ſed vt te vnicũ viderent principem, qui in ſumma auctoritate facilitatem, in ſumma facilitate auctoritatem conſeruares. Quantum verò fuit tuæ gloriæ choragium, quod cùm Rex patruelis tuus,ex eodem proauo Emmanuele,feliciſſimæ recordationis Rege Luſitaniæ te familiariter, & amicè compellaret; & liberalem,ac planè regiã, poſtulãdi quidquid velles,tibi faceret optionem; modeſtiſſimè,ac prudentiſſimè abſtinueris: teſtatus, tecum à Luſitaniæ regibus tam liberaliter ſemper actum eſſe, vt quid amplius poſtulares, aut etiam optares,non haberes? Sed ne tantæ munificentiſſimi Regis ſponſioni parum gratus, aut officioſus videtere; vnum precatus es, vt in Luſitaniam, fide, & amore erga ſuum regem, nulli regnorum imparem,regia liberalitas pandeterur. Quid erga te modeſtius,ac moderatius? quid erga tuos liberalius, ac ſplendidius? Certè plus de te parciſſimus orator dicere poteſt; quàm de ſuo Theodoſio olim dixit effuſiſſimus adulator.Nam hic de Theodoſio cecinit,

Claud. in 4. conſul. Honorij. *Solus meruit regnare rogatus.* De te verò glorioſius eſt,quod dici poteſt; ne rogatum quidem adduci potuiſſe, vt regia dona acciperes:ſed prouidum, ac ſolicitum curaſſe,vt in ciues,& in populum, & in patriam effunderentur. Ex quibus omnibus palam eſt, alterum mihi adeſſe Theodoſium, vtriuſque Imperatoris Theodoſij virtutes non modò exæquantem, ſed etiam ſuperantem, cui non minus feliciter, quàm olim Cyrillus Theodoſio,meos poſſim labores conſecrare.

Accipe igitur, Excellentiſſime Princeps, labores meos, ſeu potiùs tuos:nihil enim in eis eſt, quod tuo tibi iure non debeatur. Argumentum,doctrina,auctor, omnia tua ſunt. Argumentum quidem,quia totum eſt de Regibus Iſraël:cui autem Regum hiſtoria accommodatiùs nuncupetur,quàm tibi vni,*Sate ſanguine Regum.* Quòd ſi non, vt i. alius ſenior Theodoſius,

——Quocunque vagos flectis ſub cardine curſus,
Natorum per regna venis:

ſaltem venis per regna cognatorum.Quocunque enim te vertis,Reges aſpicis,quibuſcum aliqua tibi neceſſitudo intercedat Doctrinam verò huius libri, tibi totam deberi,quis negabit?Nam qualis qualis eſt, tota ex Academia Conimbricenſi, & Eborenſi, imò ex noſtro Conimbricenſi, & Eborenſi Collegio hauſta eſt,in quibus pleroſque vitæ annos diſcendo, docendóque exegi. Vtriuſque verò Academiæ, & vtriuſq; Collegij fructus,ſine dubio debentur tuis patruis,Edoardi ſereniſſimi Infantis,aut tui,germanis fratribus,Ioanni tertio.& Henrico primo,inuictiſſimis Luſitaniæ Regibus,nulla hominum memoria eximendis: quorum ille Conimbricenſem Academiam, & Collegium noſtrum Conimbricenſe; hic Eborenſem noſtram Academiam, & noſtrum Collegium Eborenſe condiderunt: & totam Luſitaniam his duobus clariſſimis oculis luſtrarunt. Nam ſicut olim Athenæ, & Lacedæmon,

cedæmon,bonarum artium altrices, duo Græciæ oculi,ab oratore Lyſia,ſi rectè memini,dicebantur;ita planè Conimbricenſis,& Eborenſis Academia, duo ſunt oculi Luſitaniæ, binis Collegiis tanquam binis pupillis perſpicaces;humana omnia,ac diuina longè,latéque ſpeculantes: qui cùm hactenus lucidi ſint,nulla hæreſeos,aut prauæ doctrinæ nebula obſcurati, quæ Deo gratia ingens eſt; planè fit,vt totum Luſitaniæ corpus Catholicæ doctrinæ radiis perfuſum, mirabiliter ſplendeſcat. Quæ igitur doctrina,tuis patruis,auguſtiſſimis Regibus debetur,è quorum Academiis,&Collegiis,tanquam è radicibus pullulauit: quis dubitet æquum eſſe, vt tibi tanquam meritiſſimo hæredi perſoluatur? Tandem operis auctorem tuis obſequiis addictiſſimum eſſe, illud vnum ſatis probat,quòd vnus ſim è minima Societate Iesv, quam fouere,& promouere,& tanquam rem tuam curare,& ſuſtentare, genuinum tibi eſt, patrium, & auitum. Nam ſicut Luſitaniæ Reges in hanc curam incubuere,vt Societatem vix natam exciperent,iam adultam protegerent, ac ſuam denique maturitatem aſſequutam magnis beneficiis cumularent:ita planè & tibi,qui illorum non modò generoſitatem, ſed etiam pietatem hæreditariam conſeruas, non poſtremæ curæ eſt eadem Societas: quam ſemper ſingulari beneuolentia,& beneficentia proſequutus,nunc fundata in tua Curia profeſſa domo magnificentiùs decoraſti.Hoc igitur opus,omnibus nominibus tuum,tibi non dono,ſed reddo; non offero:ſed perſoluo:eo ſolo nomine,vt ſpero, placiturum,quia tuum eſt.

Ad Lectorem.

Q*VINQVE in Eccleſia dignitatum, Humaniſſime Lector, meminit D Paulus in epiſtola ad Epheſios; quæ ad ſpiritualem ipſius Eccleſiæ* *Epheſ. 4. 11.* *gubernationem diriguntur.* Dedit, *inquit*, Deus quoſdam Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autem Paſtores, & Doctores. *Quatuor prioribus ſe indignũ iudicabat D. Ambroſius; altioris illas faſtigij arbitratus, quàm vt ſibi conuenirent: poſtremam omnium ſibi lubens aſſumebat.* Non *1. Offic. 11* mihi, *inquit*, Apoſtolorum gloriam vendico; non Prophetarum gratiam; non virtutem Euangeliſtarum; non Paſtorum circunſpectionem: ſed tantummodò intentionem, & diligentiam circa ſcripturas diuinas opto aſſequi: quam vltimam poſuit Apoſtolus inter officia ſanctorum. *Me verò incredibiliter delectat illa ratio, qua ductus Ambroſius, ab aliis dignitatibus abſtinebat, extremam duntaxat ſibi vendicabat.* Vt, *inquit*, docendi ſtudio poſſim diſcere. *Non enim docere cupiebat, vt lucrum faceret, vt gloriam colligeret, vt ſcientiam venditaret, ſed vt diſcere, quæ doceret, cogeretur. Tantum enim operæ, & laboris pretium in diſcendis ſacris literis poſitum eſſe ſentiebat, vt pro illo obtinendo difficillimum doctoris munus non ſolùm non reiiceret, ſed etiam optaret.*

Ex quibus duo colliges: vnum, proprium eſſe docentis, diſcere: docentis, inquam, præcipuè ſacras literas. Quantuſcunque enim ſacrarum literarum doctor ſibi quiſpiam videatur, adhuc elementarius earum diſcipulus eſſe poteſt, ſi ad immenſam ſupernaturalium myſteriorum ſcientiam, quæ ei ſupereſt acquirenda, cõparetur. Alterum, hæc duo diſcendi, ac docendi ſacras literas officia ita inter ſe comparari, vt vnum altero vtilius exiſtimetur; & pro illo priori exercendo dignum ſit hoc poſterius, quod libentiſſimè ſuſcipiatur: maxima enim vtilitas quæ in ſacris literis diſcendis inuenitur, efficere debet, vt maxima difficultas, quæ in iiſdem docendis occurrit, ſuperetur.

Eſt quidem munus docendi ſacras literas, ſeu verbo, ſeu ſcripto exerceatur, difficillimum. Verbo quidem, vt luculentè ratiocinatur D. Chryſoſtomus, cùm propter auditoris, tum propter *Lib 5. de ſacerdotio.* *ipſius doctoris diſpoſitionem. Nam auditor ſæpè ad concionem, tanquam ad theatrum venit, non vtilitatem, ſed voluptatem percepturus; non vt doctrinã hauriat, ſed vt cenſuram impingat; non vt corripi ſe ſinat, ſed vt ſæuiat in correptorem. Quæ igitur hunc oratio flectat? Quæ vis edomet? quæ eloquentia expugnet? Doctor verò non ita comparatus eſt, vt omnibus horũ ſapiat. Vnde ſi ad dicendum venit parũ ſpontaneus, friget: ſi ſolicitus, fluctuat: ſi trepidus, hæſitat: ſi lætus, deſipit, ſi mæſtus, torpet: ſi iracundus, præcipitatur. Et cùm hi praui affectus frequentes in animo tumultuentur; neceſſe eſt vt ipſe doctor ſui muneris malè gerẽdi frequenti periculo exponatur. Iam verò munus docendi ſcripto, adhuc difficilius videtur. Nã qui verbo docet, vt rectè philoſophatur Clemens Alexandrinus, cùm ad præſentes loquatur, facilè* *Libr. 1. Strom. 1.* *eorũ mores, ingenia, & ſtudia internoſcit: quibus dũ ſuã dictionem accõmodat, non difficilè perſuadet: qui verò docet ſcripto, cũ abſentes non ſolum loco, ſed etiã tempore, hoc eſt nõ ſolum omnium terrarum ſed etiam omnium ſeculorum homines alloquatur, fieri nõ poteſt, vt omnium, ac ſingulorũ vota perpẽdat, voluntates exploret, propenſiones, affectionéſque diſcernat:*

vnde

vnde prorſus ignarus eorum, ad quos ſcribit; neceſſe eſt, vt ſæpè numero ingerat pro lætis, tri-
ſtia: pro nouis, communia: pro iucundis, ingrata: & ſi quibuſdam placeat, multò pluribus
diſpliceat: ſi his congruat, ab illis diſſentiat: ſi his diſertus ſit, illis inſulſus: nunquam omni-
bus idem videatur.

Atque vtinam hæc ſola difficultas ſcribendi munus circumſtaret: illa maior, quòd opere
in longo facilè eſt aliquid obrepere, quod à ſinceritate fidei, ab integritate doctrinæ, ab hone-
ſtate morum aliquantulum exerret: facilius, multa cumulari, quæ magis ad vanam ſcriben-
tis oſtentationem, quam ad veram legentis vtilitatem referantur. A quibus ſcriptis quis non
videat, maximè cauendum eſſe, vt in ſimili materia probè monet Tertullianus, optima qui- *Libr. de*
dem ratione. Ne illæ literæ, *inquit*, vicariæ oris noſtri in die iudicij aduerſus nos *Idol. c. 23.*
proferantur, ſignatæ ſignis, non iam aduocatorum, ſed Angelorum. *ſcilicet, ma-*
lorum: aut ſi bonorum, non quidem patrocinantium; ſed accuſantium. Quis ergo non timeat
munus ſubire, in quo tantum periculi includatur? Quis non formidet, ne pro vera doctrina,
falſam ſupponat: ne pro tritico, zizania ſeminet, ne pro antidoto, venena propinet? Quis ſal-
tem non vereatur, ne labores ſuos in auras profundat; ne multorum annorum ſtudia in lecto-
rũ ludibria vertat, ne quos fructus ſpirituales ex laborioſa cultura lucretur: ne denique ſcri-
pta ſua, quæ nutrimenta virtutis eſſe debuerant, fiant pabula vanitatis? Timet certè optimus
quiſque. Et, vt de aliis taceam, timebat, & non mediocriter timebat noſter ille Doctor: quem
honoris, & amoris cauſa nomino, Sebaſtianus Barradas, ſpectatæ vir doctrinæ, & pietatis,
cui cum aliquando gratularer primum illum tomum, ex quatuor quos in concordiam Euan-
gelicam edidit, quem nuper euulgarat: cum gemitu & ſingultu reſpondit: Heu, heu, *inquit*,
futurum neſcio, an huius mei tomi interuentu aliquis aliquando è mortali cul-
pa eripiatur. *Quaſi malè collocatos indicaret omnes labores, & vigilias, & ſtudia, quæ in*
eo libro componendo, & poliendo, & ad vmbilicum deducendo expenderat; ſi nemini fructuo-
ſum ad animi ſalutem ſperaret. Quid ſi aliquibus pernicioſum timeret! Quantum doleret,
ingemiſceret, & illacrymaret?

Cùm igitur hæ difficultates ab officio docendi ſacras literas, optimum & doctiſſimum
quemque maximè deterreant; niſi ardentiſſimo diſcendi amore, vt Ambroſius, impellatur: ma-
iori me iure deterrebunt, vtpote minori præſidio ad eas ſuperandas communitum. Prodeo ta-
men in hoc munus; in primis Maiorum meorum actus imperio: à quo vires ſpero, vt ſuſceptus
labor expleatur; deinde aliqua ex parte mea ſponte incitatus; non honore docendi, ſed amore
diſcendi: D. Ambroſium ſequutus, quem ſolus diſcendi amor impellebat, ne docendi honorem,
& verius dixerim, laborem recuſaret. Ea cauſa fuit, cur ex omnibus ſacris libris hanc Re-
gum hiſtoriam optarim explicandam, tanquam partem ab interpretibus magis deſertam, vt
in ea noſter diſcendi amor magis laboraret, & inſudaret. Explicandi ratio, quam teneo, fateor,
non eſt, quam magis amo, & magis probo: ſed quæ mihi viſa eſt, magis loco, ac tempori conue-
nire. Fieri enim ſæpe ſolet, vt aliud priuato iudicio probetur, aliud, vt ſeruiatur tempori,
non imprudenter quidem, peragatur. Igitur apud me illa cõmentandi ratio primas tenet, quæ
tota emedullandæ literæ inſiſtens, ad mores parciſſimè diuagatur. Contrà verò Eborenſis Aca-
demia cui ſeruiebam; imò & tota Luſitania, cuius ad vtilitatem ſpectabã, cum nullas habeat
cum hæreticis (quæ Deo eſt gratia) controuerſias, ex propriis, ac germanis ſcripturæ ſenſibus
dirimendas: & multas ad Chriſtianum populum conciones ex ſacrarum literarum locupletiſ-
ſimis theſauris, & ſanctorum Patrum amœniſſimis viridariis exornandas: ieiunos circa li-
teram commentarios faſtidit: & ad vberes, lacinioſáſque myſtagogias auidior excitatur.
Quid igitur facerem? meam contra omnes ſententiam obfirmarem, & explicandæ literæ
ieiunus adhærerem? Atqui hoc prohibet Eccleſiaſticus, Ne coneris contra ictum fluuij. *Eccl. 4. 32.*
Sinerem me abripi à vulgari opinione; & omnes colligendæ eruditionis ſyluas ſolicitus in-
dagarem? Sed neque id prudentia permittit, monens, Cum paucis ſentiendum.
Ergo quid? mediam inſiſto viam: vt & meo muneri, & multorum deſideriis ſatisfaciam.

Nam

Nam & literæ explicandæ, quanta potero diligentia, incumbo: vt interpretis partes expleam: & non aridam informandis moribus ſyluam ſuggero, ne legentium vota, & ſtudia defraudem. Sed quo tandem fine, dicet aliquis, libros Regum circumſcribes; qui duobus tantùm capitibus integrum tomum expleuiſti? Quid in totam Regum hiſtoriam meditaris? Libróſne, an bibliothecam? Vtinam hanc poſſem: materia operi non deeſſet: ſi vita materiæ ſuperfuiſſet. Sed quia non dubito hanc in mediis conatibus defuturam; interim dum à Deo miſericorditer indulgetur, totam vrgebo in hanc curam, vt ſtatim alter tomus prælo committatur; & deinceps alij, prout diuina voluntas feret, ſubſequantur. Quod eò faciam libentiùs, quò certiùs intellexero, noſtram tibi operam, humaniſſime Lector, nec ingratam, nec inutilem fuiſſe. Vale.

FACVL

Facultas P. Prouincialis Luſitaniæ.

EGo Antonius Maſcareñas Societatis IESV, in Prouincia Luſitana Prouincialis, poteſtate ad id mihi facta à Reuerendo admodum Patre noſtro Generali Mutio Vitelleſco, facultatem concedo, vt Commentarij in primum librum Regum à Patre Doctore Franciſco de Mendoça, olim in Eborenſi Academia ſacrarum literarum Profeſſore compoſiti, & grauium, doctorúmque virorum noſtræ Societatis iudicio approbati, typis mandentur. In cuius rei fidem has literas manu noſtra ſubſcriptas, ſigillóque noſtro munitas dedimus. Oliſipone 7. die Nouembris 1620.

ANTONIVS MASCAREÑAS.

Cenſuræ Iudicum.

REcognoui hoſce Commentarios in primum librum Regum P. D. Franciſci de Mendoça Societatis IESV, ſacrarum literarum in Academia Eborenſi olim Profeſſoris, de mandato Illuſtriſſimi, ac Reuerendiſſimi Domini Epiſcopi D. D. Ferdinandi Martini Maſcareñæ in cauſis fidei Inquiſitoris Generalis. Cenſeo, nihil in eis, aut Chriſtianis moribus, aut fidei decretis repugnans contineri: imò eſſe opus, admirabili Patrum eruditione, pereleganti ſtylo, & ſingulari perfectum ingenio: dignúmque quod & mandetur typis, & omnium teratur manibus, & celebretur linguis. Conimbricæ in Collegio Societatis IESV, pridie Kal. Nouembr. anno 1620.

Doctor Stephanus Couto.

DE mandato Illuſtriſſimi pariter ac Reuerendiſſimi D. D. Ferdinandi Martini Maſcareñæ Epiſcopi, ac Supremi in Luſitania fidei Quæſitoris, erudîtiſſimos in primum librum Regum Commentarios ſapientiſſimi Patris, ac Doctoris Franciſci de Mendoça ſacrarum literarum in Eborenſi olim Academia Profeſſoris, ſumma attentione, & voluptate perlegi. Opus planè regium, & ad materiæ maieſtatem ad amuſſim reſpondens: proindéque digniſſimum vt typis mandetur, præſertim cùm in nullo à Chriſtiana morum deuiet honeſtate, vel orthodoxæ fidei diſſentiat, imò in omnibus cum illa mirificè cohæreat. Conimbricæ in Collegio Societatis IESV, poſtridie Kalendas Nouembris, anno 1620.

IOANNES DE MATTOS.

VOLVMEN primum Commentariorum in quatuor Regum libros à ſapientiſſimo Doctore, & Religioſiſſimo P. Franciſco de Mendoça Societatis IESV recognoui: in eo Catholicæ fidei, & orthodoxis moribus diſſentaneum offendi nihil: plurima ex quibus Chriſtianæ fidei ſplendor commendetur. Quare typis non ſolùm mandandum, ſed cedro, & atce, vt aiunt, ſeruandum cenſeo. Conimbricæ in Collegio Societatis IESV, 3. die Nouembr. Anno 1620.

FRANCISCVS DE VASCONCELLOS.

Facultas R. P. Prouincialis Societatis IESV in Prouincia Lugdunenſi.

EGo STEPHANVS BINETVS Prouincialis Societatis IESV in Prouincia Lugdunenſi, iuxta priuilegium eidem Societati à Regibus Chriſtianiſſimis Henrico III.10.Maij 1583.Henrico IV.20.Decembris 1606. & Ludouico XIII.nunc regnante,14.Februarij 1611.conceſſum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur,ne libros ab hominibus noſtræ Societatis compoſitos,abſque Superiorum eius permiſſione imprimant:permitto IACOBO CARDON, Lugdunenſi Bibliopolæ,vt librum qui inſcribitur,*Commentariorum in quatuor Regum libros, Auctore P.Franciſco de Mendoça,è Societate IESV,Doctore Theologo,tomus primus*,ad ſex proximos annos imprimere ac liberè diuendere poſſit. Datum Lugduni 10.Aprilis 1629.

STEPHANVS BINETVS

Approbatio Theologorum.

NOs infrà ſcripti S.Theologiæ Doctores fidem facimus,viſum,& perlectum à nobis librum,qui inſcribitur,*Franciſci de Mendoça,è Societate IESV Theologi, Commentariorum in quatuor libros Regum,tomus primus*,omniáque in illo iuxta orthodoxam Catholicæ, Apoſtolicæ,ac Romanæ Eccleſiæ,& ſanctorum Patrum ſanam doctrinam ſumma cum eruditione exponi.Lugduni 3.Februarij 1622.

FR. ROBERTVS BERTHELOT Epiſc. Damaſci.

DEVILLE.

R.P.D. de Meſchatin la Faye huius libri imprimendi facultas.

THOMAS DE MESCHATIN LA FAYE, Comes, Canonicus, & Camerarius Eccleſiæ Lugdunenſis,in ſuprema Dombarum Parlamenti Curia Conſiliarius, Galliarum Primatiæ Officialis,& in Archiepiſcopatu Lugdunenſi Vicarius Generalis, librum inſcriptum, *Franciſci de Mendoça,è Societate IESV Theologi, Commentariorum in quatuor libros Regum tomus primus*,& à Theologis recognitum, typis mandari permittimus.Lugduni 5.Februarij 1622.

MESCHATIN LA FAYE.

INDEX

INDEX
ANNOTATIONVM, ET SECTIONVM,
QVÆ IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

ANNOTATIO I.
PROOEMIALIS.

*SACRARVM literarum commendatio.pag.*3.
*Sect.*1. Dignitas ſacrarum literarum.ibid.
*Sect.*2. Vtilitas ſacrarum literarum.9
*Sect.*3. Voluptas ſacrarum literarum.16

ANNOTATIO II.
PROOEMIALIS.

Laus ſacræ hiſtoriæ 30
*Sect.*1.Quænam ſit ſacra hiſtoria?ibid.
*Sect.*2.Sacræ hiſtoriæ antiquitas.31
*Sect.*3.Hiſtoriæ ſacræ veritas.41
*Sect.*4.Sacræ hiſtoriæ neceſſitas.49

ANNOTATIO III.
PROOEMIALIS.

*Ad ſacram Regum hiſtoriam proluſio.*60
*Sect.*1.Auctor huius operis.ibid.
*Sect.*2.Huius operis inſcriptio.63
*Sect.*3.Argumentum huius operis.66
*Sect.*4.Numerus, anni, mores Regum Iuda, & Iſraël.68
*Sect.*5.Numerus, & concurſus horum Regum expenditur.70
*Sect.*6.Expenditur duratio Regum Hebræorum.73
*Sect.*7.Mores Regum Iuda, & Iſraël examinantur.77
*Sect.*8.Nimia felicitas Iſraëlitici regni mores diſſipauit.81
*Sect.*9.Eadem res vlteriùs illuſtratur.83
*Sect.*10.Quotuplex fuerit ſtatus Reipublicæ Hebræorum?86

ANNOTATIO IV.
CIRCA LITERAM.

*Propriæ Elcanæ conditiones illuſtrantur.*93
*Sect.*1. Aliquot in litera difficultates expediuntur.ibid.
*Sect.*2.Quo myſterio Elcana dicatur vir?96.
*Sect.*3.Cur Elcana vnus appelletur?99
*Sect.*4 Cur patria, genus, & nomen Elcanæ tam diligenter ab Scriptura explicetur? 106

ANNOTATIO V.
CIRCA LITERAM.

Illuſtratur Elcanæ ſtatus clericalis, & coniugalis. 114.
*Sect.*1. Vtrùm Clerus veteris, ac nouæ legis profeſſione caſtitatis diſtinguantur? ibid.
*Sect.*2.An polygamia licita fuerit in lege veteri,illicita in noua?122
*Sect.*3. Quanta olim pœna fuerit ſterilitas? & cur potiùs Annæ inflicta fuerit, quàm Phenennæ?126
*Sect.*4.Quid Annæ ſterilitas, quid Phenennæ fœcunditas ſignificet?131

ANNOTATIO VI.
CIRCA LITERAM.

Tabernaculum, proprius ſacrificiorum locus. 140.
*Sect.*1. An olim liceret extra tabernaculum ſacrificare?ibid.
*Sect.*2. Cur olim oporteret in vno tantum loco ſacrificare?143
*Sect.*3. Commendantur filij Heli, vt inde acrius arguantur.146

ANNOTATIO VII.
CIRCA LITERAM.

*Patrisfamilias æquitas,& charitas.*152
*Sect.*1. Æquitas patrisfamilias erga familiares ſuos illuſtratur.ibid.

*Sect.*2. Charitas, & concordia coniugalis illuſtratur.115
*Sect.*3. Coniugalis Elcanæ amor Chriſti D. erga ſuam Eccleſiam amorem repræſentat.157

ANNOTATIO VIII, CIRCA LITERAM.

*Singula prædictorum coniugum ſtudia.*167
*Sect.*1. Vnde ortum fuerit hoc iurgium?ibid.
*Sect.*2. Quàm moleſtum fuerit hoc Phenennæ iurgium?171
Sect. 3. Cur hoc iurgium à Deo permiſſum ſit?176
*Sect.*4. Annæ ſilentium in iurgiis Phenennæ. 181
*Sect.*5. Annæ ieiunium illuſtratur.186
*Sect.*6. Elcanæ erga vxorem conſolatio?189.

ANNOTATIO IX. CIRCA LITERAM.

*Oratio Annæ illuſtratur.*200
Sect. 1. Quàm opportuno tempore Anna orauerit?ibid.
*Sect.*2. Quales eſſe ſoleant Sanctorum lacrymæ?203
*Sect.*3. Petitio,& promiſſio Annæ illuſtratur. 208

ANNOTATIO X, CIRCA LITERAM.

*Proprius & myſticus Nazaræatus.*210
Sect. 1. Proprius legis veteris Nazaræatus, ibid.
Sect. 2. Myſticus nouæ legis Nazaræatus. 219

ANNOTATIO XI. CIRCA LITERAM.

*Annæ oratio iterum illuſtratur.*238
Sect. 1. Quanta ad orationem ſobrietas requiratur?ibid.
Sect. 2. Quanta eſſe debeat orationis attentio,& intentio?242
Sect. 3. Quanta ſit orationis efficacitas? 246
*Sect.*4. Orationis fructus,iniuriarum patientia.249

ANNOTATIO XII. CIRCA LITERAM.

*Optima filiorum educatio.*277
Sect. 1. Quàm neceſſaria ſit bona filiorum educatio?ibid.
Sect. 2. Quibus neceſſaria ſit bona filiorum educatio?278
Sect. 3. Quæ neceſſaria ſint ad bonam filiorum educationem?182
*Sect.*4. Quæ ſit optima ratio filios educandi? 285

ANNOTATIO XIII.

*Præuia ad Canticum Annæ.*290
*Sect.*1. Materia,ſtylus,vſus,& auctores Canticorum proponuntur.ibid.
*Sect.*2. Præluditur ad Canticum Annæ.293

ANNOTATIO XIV. CIRCA LITERAM.

*Pars gratulatoria huius Cantici illuſtratur.*365
*Sect.*1. Nihil Deo gratius gratitudine:366
*Sect.*2. Nihil Deo ingratitudine ingratius. 369

ANNOTATIO XV. CIRCA LITERAM.

*Pars prophetica eiuſdem Cantici illuſtratur.*371
*Sect.*1. Chriſtianæ Eccleſiæ propagatio. ibid.
*Sect.*2. Chriſti Domini exaltatio.377
*Sect.*3. Temporale Chriſti Domini regnum. 382

ANNOTATIO XVI. CIRCA LITERAM,

*Pars inuectiua eiuſdem Cantici illuſtratur.*389
Sect. 1. Diuina comminatio ad emendationem dirigitur.ibid.
Sect. 2. Diuina comminatio , ſubſequuta emendatione,reuocatur;non ſubſequuta, augetur.391

ANNOTATIO XVII. CIRCA LITERAM.

*Fueritne Samuel Sacerdos,an Leuita?*394
Sect. 1. Sacerdotem fuiſſe quid ſuadere videatur?ibid.
Sect. 2. Leuitam fuiſſe Samuelem , quid demonſtret?396

ANNOTATIO XVIII. CIRCA LITERAM.

*Peccata filiorum Heli quoad intrinſecam malitiam grauiſſima.*414
*Sect.*1. Peccata contra religionem deteſtanda.ibid.
Sect. 2. Peccata contra iuſtitiam longiſſimè fugienda.418
Sect. 3. Peccata contra temperantiam diligentiſſimè præcauenda.420

ANNOTATIO XIX. CIRCA LITERAM.

*Peccata filiorum Heli quoad intrinſecam malitiam.*424
Sect. 1. Peccata ex loci ſanctitate in quo fiunt,grauiora euadunt.ibid.
*Sect.*2 Peccata ex ſacerdotali peccãtium dignitate nõ mediocriter aggrauantur.ibid.

Sect. 3. Peccata ex malo exemplo aliis ad peccandum præſtito multipliciter augentur.429

ANNOTATIO XX.
CIRCA LITERAM.

*Eximia Samuelis probitas commendatur.*444
Sect. 1. Samuelis probitas inter improbos. ibid.
Sect. 2. Samuelis continuus in virtute profectus.447
Sect. 3. Samuel Deo, & hominibus gratus. 449

ANNOTATIO XXI.
CIRCA LITERAM.

*Nimia Pontificis Heli in filios indulgentia.*474
Sect. 1. Grauiter à Patribus reprehenditur Heli, quòd filios leuiter reprehenderit. ibid.
Sect. 2. In qua re Heli remiſſus, & ignauus fuiſſe conuincatur?480

ANNOTATIO XXII.
CIRCA LITERAM.

*Obſtinata filiorum Heli in ſuis ſceleribus voluntas.*491
Sect. 1. Magna filiorum Heli in peccatis obſtinatio: quia vocem patris non audierunt ibid.
Sect. 2. Nulla filiorum Heli de ſuis peccatis excuſatio ex eo, quòd Dominus voluerit occidere eos.495

ANNOTATIO XXIII.
CIRCA LITERAM.

*Pœna Heli ad negligentes animarum curatores extenſa.*535
Sect. 1. Negligentes animarum curatores de ſuis honoribus deiciuntur.ibid.
Sect. 2. Qui malè ſuis ouibus conſulunt, ſuis opibus ſpoliantur.538
Sect. 3. Mortem incurrunt temporalem, qui ſpirituali ſubditorum vitæ non attendunt.540
Sect. 4. Æternis digni ſuppliciis, qui ab iis ſubditos non auertunt.542
Sect. 5. Diuina comminatio ſic intenditur, vt aliqua miſeratio interponatur.545

ANNOTATIO XXIV.
CIRCA LITERAM.

*In pœna ſacerdotis Heli, pœna totius populi Iudaici expreſſa.*548
Sect. 1. Deſtructio veteris ſacerdotii, nouíque ædificatio ex hoc oraculo viri Dei myſticè deſignatur.ibid.
Sect. 2. Præſtantiſſima naturæ bona Iudæis erepta.552
Sect. 3 Præſtantiſſima fortunæ bona Hebræis ſublata.558
Sect. 4. Spiritualibus huius vitæ bonis Iudæi ſpoliantur.563
Sect. 5. Ab ſpiritualibus æternæ vitæ bonis Iudæi repellendi.573

ANNOTATIO XXV.
CIRCA LITERAM.

*In pœna Heli, perpetua rerum temporalium viciſſitudo adumbrata.*577
Sect. 1. Temporalium bonorum inſtabilitas, & fugacitas.ibid.
Sect. 2. Bonorum temporalium leuitas, & inanitas.580
Sect. 3. Ex comparatione cum æternis bonis, maior temporalium fugacitas, & inanitas deprehenditur.583

INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ, QVÆ IN HOC VOLVMINE OBITER EXPLICANTVR.

Prior numerus paginam, poſterior columnam, litera columnæ locum indicat.

VETVS TESTAMENTVM.

Ex Geneſi.

Cap.I.n.1. *IN principio creauit Deus cælum, & terram.* pagina 370.col.2.d
2. *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.* 347.1.c.
5. *Factum eſt veſpere, & mane dies vnus.* 91.1.c.307.1.b
11. *Germinet terra herbam virentem, & lignum pomiferum, &c* 407.2.a
14. *Dixitque Dominus: fiant luminaria in firmamento cæli, &c.* 285,1.a.306.1.b
16. *Fecit Deus duo luminaria magna, &c.* 426.2.d
20. *Producant aquæ reptile animæ viuentis, &c.* 134.2.c
24. *Producat terra animam viuentem in genere ſuo, &c.* 344.2.d
Cap.2.1. *Perfectique ſunt cæli, & terra, & omnis ornatus eorum.* 138.2.e
10. *Et fluuius egrediebatur ad irrigandum paradiſum, &c.* 204.2.c.418.2.c
15. *Poſuit eum Dominus in paradiſo voluptatis, vt operaretur, & cuſtodiret illum.* 19.1.d.288.1.d
17. *De ligno autem ſcientiæ boni, & mali nè comedas.* 463.2.a
18. *Faciamus ei adiutorium, &c.* 125.2.b
22. *Ædificauitque coſtam, quam tulerat de Adam, in mulierem.* 155.2.c.262.1.b
24. *Erunt duo in carne vna.* 125.1.e
Cap.3.1. *Cur præcepit vobis Deus? &c.* 181.1.e
3 *De ligno, quod eſt in medio paradiſi, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud.* 141.2.d
5. *Eritis ſicut Dij, &c.* 306.1.d
6. *Vidit igitur mulier, quòd bonum eſſet lignum, &c.* 225.2.b
7. *Et aperti ſunt oculi amborum, &c.* 455.1.e
8. *Et cùm audiſſent vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem.* 518.1.b
Abſcondit ſe Adam, & vxor eius a facie Domini. 317.2.d
10. *Vocem tuam audiui in paradiſo, & timui.* 252.2.b
Timui, eo quòd nudus eſſem, &c. 360.1.e
12. *Mulier, quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi, &c.* 253.2.a
14. *Maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terræ.* 441.1.a
Super pectus tuum gradieris, & terram comedes. 513.1.a
23. *Emiſitque eum Dominus de paradiſo voluptatis, &c.* 524.2.c
Cap.4.1 *Poſſedi hominem per Deum, &c.* 273.2.a.274.1.b.277.2.b.442.2.a
4. *Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius, &c.* 142.2.d.148 2.d.526.2.e
5. *Cur concidit facies tua?* 238.1.a
Nónne, ſi benè egeris, recipies? 105.1.d.276.1.d.416.1.d
9. *Nunquid cuſtos fratris mei ego ſum?* 544.2.a
11. *Maledictus eris ſuper terram.* 575.2.b
12. *Vagus & profugus eris ſuper terram.* 553.1.c
14. *Ecce eiicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcondar.* 350.2.a.539.1.d
Omnis qui inuenerit me occidet me. 553.2.d
15. *Poſuit Dominus Cain ſignum, vt non interficeret eum omnis, &c.* 64.2.b.173.2.c.483.1.b
Omnis qui occiderit Cain, ſeptuplum punietur. 174.1.c
23. *Occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum in liuorem meum.* 412.1.b
24. *Septuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech autem ſeptuagies ſepties.* 431.2.a
26. *Hic cœpit inuocare nomen Domini.* 98.2.a
Cap.5.22. *Et ambulauit Enoch cum Deo.* 114.1.c.447.2.d
24. *Ambulauitque cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Deus.* 227.2 d
Cap.6.2. *Videntes filij Dei filias hominum.* 146.2.c.215.1.e.216.2.c.329.2.d
3. *Non permanebit ſpiritus meus in homine, quia caro eſt, eruntque dies illius centum viginti annorum.* 390.1.e.392.2.d.481.2.a.502.1 b.511.1.c
8. *Noe inuenit gratiam coram Domino.* 450.2.a
9. *Noe vir iuſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis.* 98.2.c.113.2.e.446.1.a.2.b
11. *Corrupta eſt terra coram Deo.* 107.1.e
18. *Ingredieris arcam tu, & filij tui, vxor tua, & vxores filiorum tuorum tecum.* 351.1.e
Cap.7.2. *Ex omnibus animantibus mundis tolles ſeptena, & ſeptena.* 368.1.e
Cap.8.1. *Recordatus eſt Deus Noe, cunctoriúmque animantium, &c.* 156.1.a
21. *Odoratúſque eſt Dominus odorem ſuauitatis.* 368.2.c
Non vltrà percutiam omnem animam viuentem, ſicut feci. 191.2.b
Cap.9.2. *Creſcite, & terror veſter, & tremor ſit ſuper*

cuncta

cuncta animalia terræ.217.1.d
3. Omne quod mouetur, & viuit, erit vobis in cibum. 145.1.b. 306.2.a
4. Carnem cum ſanguine non comedetis.407.2 d.e
21. Bibénſque vinum inebriatus eſt.240.2.a.241.1.b
22. Quod cum vidiſſet Cham pater Chanaan, &c. 283. 2.a.359.2.e
24. Euigilans Noe ex vino, cum vidiſſet quæ fecerat ei filius ſuus minor, &c.411.2.e
25. Seruus ſeruorum erit fratribus ſuis.241.1.c
26. Benedictus Dominus Deus Sem, &c.439.1.d.e
27. Dilatet Deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem. 372.1.b.e
Cap.10.10. Nemrod robuſtus venator coram Domino. 412.2.e
Cap.11.4. Venite faciamus nobis turrim, &c.12.1.e
Cap.12.1. Egredere de terra tua, &c.110.2.e
2. Faciámque te in gentem magnam.326.1.d
Magnificabo nomen tuum, eriſque benedictus. 438.2. c.460.1.a
5. Egreſſus Abraham tulit Sarai vxorem ſuam, &c. 136.2.b
7. Apparuit Dominus Abraham, & dixit ei, &c. 221. 2. e
12. Cum viderint te Ægyptij, dicturi ſunt, vxor illius eſt.455.1.a
Cap.13.12. Moratus eſt in oppidis, quæ erant iuxta Iordanem, & habitauit in Sodomis 446.1.d
14. Dixit Dominus ad Abraham poſtquam diuiſus eſt ab eo Loth: Leua oculos tuos in directum.170.1.a
Cap.14.10. Rex Sodomorum & Gomorrhæ terga verterunt.20.2.d
13. Ecce vnus qui euaſerat, nuntiauit Abraham Hebræo. 86.2.d
22. Leuo manum meam ad Dominum Deum excelſum poſſeſſorem cœli, & terræ.307.1.d
23. Non accipiam ex omnibus quæ tua ſunt, ne dicas, Ego ditaui Abraham.344.1.a
Cap.15.2. Domine Deus quid dabis mihi? Ego vado abſque liberis.527.1.a
5. Eduxit eum foras, & ait illi.228.2.a
6. Credidit Abraham Deo, &c.460.1.e
11. Deſcenderunt volucres ſuper cadauera, & abigebat eas Abraham 243 2.c
13. Et ſubiicient eos ſeruituti, & affligent quadringentis annis.510.2.d
17. Apparuit clibanus fumans, & lampas ignis. 537.2.b
Cap.16. 4. At illa videns ſe concepiſſe deſpexit Dominam ſuam 169.2.a
5. Iudicet Dominus inter me, & te, &c.185.2.c
6. Ecce ancilla tua in manu tua eſt, vtere ea, vt libet. 265.2.d
8. Agar ancilla Sarai vnde venis, & quò vadis, &c.110. 1.b.185.2.d
10. Multiplicans multiplicabo ſemen tuum, &c.190.1.b
11. Vocabiſque nomen eius Iſmael.252.2.b
Cap.17.1. Ambula coram me, & eſto perfectus.394.1.e
8. Ne quæſo ſit iurgium inter me, & te, &c.489.1.e
Cap.18.2. Apparuerunt ei tres viri, &c.415.2.d
9. Vbi eſt Sara vxor tua? 162.1.e
12. Quæ riſit occultè in corde ſuo dicens, &c.197.2.b.d
15. Dominus autem: Non eſt ita, ſed riſiſti.230.2.a
16. Abraham ſimul egrediebatur deducens eos. 413.1.a
17 Num celare potero Abraham puero meo quæ geſturus ſum? 30.1.a.230.2.b.279.1.e.362.2.c
21. Deſcendam & videbo, vtrùm clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint? 251.2.b.415.2.d
27. Loquar ad Dominum meum cum ſim puluis, &c. 583.2.e
33. Et dixit, non delebo propter decem.351.2.c
Cap. 19. 11. Eos, qui foris erant percuſſerunt cæcitate à minimo vſque ad maximum.554.1.b
14 Viſus eſt eis quaſi ludens loqui, &c.432.1.b
17. Noli reſpicere poſt tergum tuum.262.2.a
33. Dederunt itaque patri ſuo bibere vinum nocte illa. 240.1.e
Cap.20.7. Redde viro ſuo vxorem, & orabit pro te, & viues.131.1.b
17. Orante Abraham, ſanauit Deus Abimelech, &c. 201.2.e
Cap. 21. 7. Quis auditurum crederet Abraham quod Sara lactaret filium.266.1.e
8. Creuit puer, & ablactatus eſt, fecitque Abraham grande conuiuium.260.2.a
10. Eiice ancillam hanc, & filium eius, 112.2.a
24. Surrexit mane, & tollens panem, & vtrem aquæ impoſuit ſcapulæ eius, &c.263.1.a.558.1.e
Cap.22.2. Tolle filium tuum quem diligis Iſaac, & vade in terram viſionis.246.2.e
3. Igitur Abraham de nocte conſurgens, &c.269.1.a
4. Die autem tertio eleuatis oculis vidit locum procul. 116.1.d
9. Cumque ligaſſet Iſaac filium ſuum, poſuit eum ſuper ſtruem lignorum.448.1.b
12. Non extẽdas manum tuam ſuper puerũ, &c.287.2 e
16. Per memetipſum iuraui, &c.307.1.b
Cap.23.6. Princeps à Deo tu es nobis.64.1.e
Cap. 24. 2. Pone manum tuam ſubter femur meum, vt adiurem te, &c.68.1.c.115.1.e.137.2.c
53. Prolatis vaſis argenteis, ac veſtibus dedit ea Rebeccæ pro munere.159.1.e
63. Et egreſſus fuerat ad meditandum in agro inclinato iam die.132.2.c
64 Rebecca conſpecto Iſaac deſcendit de camelo.158.2.d
65. Tollens cito pallium ſuum, operuit.263.1.a
67. In tantum dilexit eam, vt dolorem qui ex morte matris eius acciderat, temperaret.157.1.d.158.2.c
Cap.25.3. Dedit Abraham cuncta quæ poſſederat Iſaac, &c.170.1.b
26. Sexagenarius erat Iſaac, quando nati ſunt ei paruuli. 235.2.d.279.2.a
27. Iacob habitabat in tabernaculis.15.1.c
28. Iſaac amabat Eſau, eò quod de venationibus illius veſceretur.154.2.a
Cap.26.12. Seuit Iacob in terra illa, & inuenit centuplum, benedixitque ei Dominus.515.2.b
16. Recede à nobis, quoniam potentior nobis factus es valde.134 1 e
18. Appellauit eos eiſdem nominibus, quibus antea pater vocauerat.66.2.a
22. Nunc dilatauit nos Dominus, & fecit creſcere, &c. 20.2.b
28. Vidimus tecum eſſe Dominum, & idcirco diximus, &c.183.1.b
Cap.27.22. Vox quidem, vox Iacob eſt.45.1.c
27. Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni.26.1.a.573. 1.a
37. Frumento, vino, & oleo ſtabiliui eum.11.1.b
40. Viues in gladio, & fratri tuo ſeruies.180.1.a
42. Eſau frater tuus minitatur, vt occidat te.179.2.d
Cap.28.17. Non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta cœli.221.2.c
Cap.29.2. Et vidit puteum in agro, &c.7.2.e
11. Et eleuata voce fleuit.160.2.a
Cap.30.1. Da mihi liberos.152.2.b
31. Beatam me dicent mulieres, &c.46.2.e
38. Poſuitque eas in canalibus, vbi effundebatur aqua, &c.26.1.c
Cap. 31. 26. Quare ita egiſti, vt clam me abigeres filias meas quaſi captiuas gladio? 344.1.a
Cap.32.25. Tetigit neruum femoris mei qui ſtatim exaruit.108.1.b
26. Dimitte me, iam enim aſcendit aurora.366.1.e
29. Cur quæris nomen meum? 307.1.d

29. Et benedixit ei in eodem loco,&c.86.1.d
31.Ipſe vero claudicabat pede.259.2.a
32. Quam ob cauſam non comedunt neruum filij Iſrael. 259.2.b
Cap.33.3. Et ipſe progrediens adorauit pronus in terram ſepties.94.2.b
13.Noſti,quod paruulos habeam teneros,&c.62.1.a
14.Præcedat Dominus meus ſeruum ſuum.234.2.d
Cap. 34. 1. Egreſſa eſt,vt videret mulieres regionis illius.226.1.b
Cap.35.1. Surge,aſcende in Bethel,& habita ibi,facque altare Deo.247.1.b
8. Mortua eſt Debora nutrix Rebeccæ, & ſepulta eſt ad radices Bethel ſubter quercum.377.1.c
Cap.37. 2. Accuſauitque fratres ſuos apud patrem crimine peſſimo.112.2.b.458.1.c
3. Iſrael diligebat Ioſeph ſuper omnes filios ſuos, eò quòd in ſenectute genuiſſet eum,127.1.c.154.2.b
10. Num ego,& mater tua,& fratres tui adorabimus te ſuper terram.136.1.c
Cap. 30. 16. Et mutato habitu, ſedit in biuio itineris. 262.2.a
29.Illo retrahente manum,egreſſus eſt alter,&c. 562.1.a
Cap. 39.1. Emitque eum Putiphar eunuchus, & Princeps exercitus.213.2.d
8. Dominus meus, omnibus mihi traditis ignorat quid habeat in domo ſua.299.2.c.300.1.a
12. Ipſe,relicto in manu eius pallio,fugit,&c.422.2.a
14. En introduxit virum Hebræum, vt illuderet nobis. 97.2.c
Cap 40.8.Referte mihi quid videritis,&c.494.1 a
21. Reſtituitque alterum in locum ſuum, vt porrigeret ei poculum.486.1.c
Cap 41. 17. Narrauit ergo Pharao quod viderat,&c. 494.1.c
50. Natique ſunt Ioſeph filij duo, antequàm veniret fames.455.1.b
52. Creſcere me fecit Deus in terra paupertatis meæ.95. 1.c
Cap. 42. 19. Frater veſter vnus ligetur in carcere, &c. 102.2.c
23 Eò quòd per interpretem loqueretur ad eos.8.1.b
Cap.44.2.Scyphum autem argenteum pone in ore ſacci. 119.2.c
Cap 45.5. Pro ſalute veſtra miſit me Deus ante vos.90. 1.b
Cap.46.2.Ego ſum fortiſſimus Deus patris tui; noli timere deſcendere in Ægyptum.84.1.b
3. Deſcende in Ægyptum, quia in gentem magnam faciam te.174.2.c
31. Fratres mei venerunt ad me, & ſunt viri paſtores, &c.61.2.b.446.1.c
Cap. 47. 2. Extremos quoque fratrum ſuorum quinque viros conſtituit coram Rege.61.2.c
29. Pone manum tuam ſub femore meo.68.1.c
Facies mihi miſericordiam, vt non ſepelias me in Ægypto.142.1.b
Cap. 48. 14. Extendens manum dexteram poſuit ſuper caput Ephraim minoris,&c.439.2.c
22. Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio,& arcu meo.83.1.c.91. 1.c.248.2.c
Cap 49.3. Ruben primogenitus meus,tu fortitudo mea, principium doloris mei.146.1.c.299.2 a
5.Simeon,& Leui vaſa iniquitatis bellantia,&c,284.2.b
6.In furore ſuo occiderunt virum 97.2.c
14.Iſſachar aſinus fortis recubans inter terminos.81.2.a
21.Nephthali ceruus emiſſus,& dans eloquia pulchritudinis.13.1.a
22.Filius accreſcens Ioſeph,filius accreſcens.86.1.c
24.Et diſſoluta ſunt vincula brachiorum eius.320.2.b
26.Fiat in capite Ioſeph,& in vertice Nazaræi.222.2.a
Cap.50.3. Fleuitque eum Ægyptus ſeptuaginta diebus: 255.1.c
17. Oramus,vt ſeruo tuo patri noſtro dimittas iniquitatem hanc.112.2.a

Ex Exodo.

Cap. 2. n.2. Et videns eum elegantem, abſcondit tribus menſibus.60.2.a
12. Cum circumſpexiſſet huc atque illuc, & nullum adeſſe vidiſſet.317.2.b
23 Vociferati ſunt,aſcenditque clamor eorum ad Deum. 64.2.c
Cap.3.2. Apparuit ei Dominus in flamma ignis de medio rubi.371.2.c.557.2.b
5.Solue calceamentum.48.2.b
6.Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, 326.1.a
Cap. 26. 8. Educam de terra illa in terram bonam, & & ſpatioſam,&c.511.1.a
13.Quod eſt nomen eius,quid dicam eis?108.2.a
14 Ego ſum qui ſum.36.2.c
Cap.4.6.Quam cum miſiſſet in ſinum,protulit leproſam inſtar niuis.344.2.c
14.Videns te,lætabitur corde,&c.298.2.c
21.Ego indurabo cor eius,& non dimittet populum.495. 2.a
24.Volebat occidere eum.117.1.b
25.Tulit Sephora acutiſſimam petram,&c.308.2.c
Cap.5.1. Ingreſſi ſunt Moyſes & Aaron, & dixerunt Pharaoni.325.2.c
4. Quare Moyſes, & Aaron ſollicitatis populum ab operibus,&c.449.1.c
Cap.6.12. Ecce filij Iſrael non audiunt me, & quomodo,&c.493.1.b,c
14.Iſti ſunt principes domorũ per familias ſuas. 313.2.c
26.Iſte eſt Aaron, & Moyſes, quibus præcepit dominus, &c.427.2.a
Cap.7.1.Ecce conſtitui te Deum Pharaonis.168.1.a
10.Tulitque Aaron virgam quæ verſa eſt in colubrum. 357.2.b.427.1.d
Cap. 7. 23. Non facietis Deos argenteos,nec Deos aureos.579.2.c
20. Percuſſit aquam fluminis coram Pharaone, & ſeruis eius,quæ verſa eſt in ſanguinem.327.2.a
Cap. 8. 9. Conſtitue mihi tempus,quando precer pro te. 201.1.c
12. Egreſſi ſunt,& clamauit Moyſes ad Dominum. 446. 1 a
19.Digitus Dei eſt hic.347.1.d
Cap.9.3.Ecce manus mea erit ſuper agros tuos, & ſuper equos.306.1.d
14.Mittam omnes plagas meas.192.1.a
16.Congrega iumenta tua, & omnia quæ habes in agro. 362.2.d
23. Dominus dedit tonitrua,& grandinem.362.2.e
29. Cum egreſſus fuero de vrbe, extendam palmas meas, &c.221.2.c
Cap.10.16.Peccaui in Dominum Deum veſtrum,& in vos.248.1.d
Cap.11.2.Poſtulet vir ab amico ſuo,&c.262.1.c
3. Fuit Moyſes vir magnus valdè in terra Ægypti. 168.2.d
Cap.12.9.Non comedetis ex eo crudum.407.2.d
15.Quicunque comederit fermentum,peribit anima,&c. 103.2.d
Cap.13.2.Sanctifica mihi omne primogenitum.156.1.b
8.Narrabis filio tuo in die illo.278.2.c
19.Armati aſcēderũt filij Iſrael è terra Ægypti.376.1.a
21. Dominus autem præcedebat eos per diem in columna nubis,&c.557.2.c
Cap.14.8.At illi egreſſi erant in manu excelſa.247.1.c
15.Quid clamas ad me?227.1.d.228.1.c.2.c.b.
36.Nec vnus quidem ſuperfuit ex eis.527.1.b

Cap.15.

Cap.15.12. *Extendiſti manum tuam, & deuorauit eos terra.*347.2.a
16.*Fiant immobiles quaſi lapis.*356.1.a
19.*Interficiet eos manus mea.*343.2.e
21. *Cantemus Domino, glorioſè enim magnificatus eſt.* 292.2.d
23. *Et venerunt in Mara, nec potuerunt bibere aquas.* 178.1.b
Cap.16.4.*Egrediatur populus, & colligat.*221.2.d
14. *Apparuit in ſolitudine minutum, & quaſi pilo tuſum.*27.2.a
15. *Manhu, quod ſignificat, quid eſt hoc.*27.2.c
18. *Mane quoque ros iacuit per circuitum caſtrorum.* 569 1.d
31. *Manna quod erat quaſi ſemen.*11.1 d
33.*Sume vas vnum, & mitte ibi manna.*15.2 a
Cap.17.11. *Cúmque leuaret Moyſes manus, vincebat Iſrael.*248.2.e
Cap. 18. 1. *Cúmque audiſſet Ietro ſacerdos Madian, cognatus Moyſi.* 397.1.d
17. *Non bonam rem facis, ſtulto labore conſumeris.*168. 1.e
21. *Prouide de omni plebe viros ſapientes, & timentes Deum, &c.*419.2.b
24. *Quibus auditis Moyſes fecit omnia, quæ ille ſuggeſſerat.*494.1.d
Cap.19. 5. *Eritis mihi in peculium de cunctis populis.* 109.1.c
10. *Vade ad populum, & ſanctifica illos hodie, & cras, lauéntque, &c.* 120.1.a
19. *Eſtote parati in diem tertium, & ne appropinquetis vxoribus veſtris.* 116.2.b
Cap.20.3.*Non habebis Deos alienos coram me.*325.2.a
24.*Altare de terra facietis mihi.*565.2.d
26.*Non aſcendes per gradus ad altare meum* 504.1.c
Cap.21.6. *Erit eis ſeruus in ſæculum.* 276.2.d
29. *Si bos cornupeta fuerit, &c.*489.1.b
Cap.22. 22. *Diis non detrahes; & Principi populi tui non maledices.* 429.1.a
29.*Decimas tuas, & primitias tuas non tardabis reddere.*208.1.a
Cap.23.3. *Pauperis non miſereberis in iudicio.*155.1.e
6 *Non declinabit in iudicium pauperis.*419.2.b
8. *Non accipies munera quæ etiam excæcant prudentes.* 419.1.d
26. *Non erit infœcunda, nec ſterilis in terra tua.* 127. 2.b
Cap. 24. 5. *Obtulerunt holocauſta, immolauerúntque victimas.*200.1.d
10.*Viderunt Deum Iſrael, & ſub pedibus eius quaſi opus lapidis ſapphirini.* 129 2.c
17. *Erat autem ſpecies gloriæ Domini, quaſi ignis ardens.*187.1.b
34. *Scripſit Moyſes vniuerſos ſermones Domini.*15.2.e
Cap.25.15. *Semper erunt in circulis, nec vnquam extrahentur ab eis.* 59.1.a
21.*Tollant mihi primitias.* 135.1.e
Cap 28.4.*Hæc erunt veſtimenta, quæ facient, rationale, & ſuperhumerale, &c.* 424.2.e
11.*Viderunt Deum Iſrael, comederunt, & biberunt.*247. 1.a
17. *Ponéſque in eo quatuor ordines lapidum.*419.1.a
23. *Legitimum ſempiternum erit Aaron, & ſemini eius poſt eum.*511.2.c
30. *Pones in rationali iudicij doctrinam, & veritatem, &c.*568.2.b
33. *Deorſum verò ad pedes eiuſdem tunicæ per circuitum quaſi, &c.*176.1.a
34. *Mixtis in medio tintinnabulis, ita vt tintinnabulum ſit aureum.*201.1.b
35. *Qui videbant faciem ingredientis Moyſis eſſe cornutam.*490.2.b
36. *Facies laminam de auro puriſſimo, in qua ſculpes Sanctum Domino.* 303.1.c.507.2.b
Cap.32.1 *Fac nobis Deos qui nos præcedant.*130.2.c
6. *Sedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere.*421.1.a.255.1.b
10. *Dimitte me, vt iraſcatur furor meus.* 244.2.c.361. 1.d.381.1.d
18.*Vocem cantantium ego audio.* 259.2.c
19. *Proiecit de manu ſua tabulas, & confregit eas.*139. 2.a.570.1.a
20.*Vitulum combuſſit, & contriuit, &c. Quem ſparſit in aquam, &c.*145.1.d.545.2.c
25. *Videns Moyſes populum quod eſſet nudatus, &c.* 289.1.a
27. *Occidat vnuſquiſque fratrem, & amicum, &c.* 507. 2.c
26. *Conſecraſtis manus veſtras hodie Domino.*488.2.a
30. *Peccaſtis peccatum maximum.*463.2.b
32. *Aut ſi non facis dele me de libro tuo,* 191.1.a.464. 2.b
Cap.33.4. *Audiens populus luxit, & nullus ex more indutus eſt cultu ſuo.*150.1.d
5 *Iam nunc depone ornatum tuum.* 223.2.b
13.*Te ipſum noui ex nomine.*345.2.c
Cap.34.1.*Præcide tibi tabulas.*4.2.c
23. *Tribus temporibus anni apparebit, &c.*356.1.c
24.*Nullus inſidiabitur terræ tuæ aſcendente te, &c.*242. 2.d
33.*Poſuit velamen, &c.* 154.1.c
Cap.36.4. *Artifices venire compulſi dixerunt Moyſi; Plus offert populus, &c.* 520.1.a
Cap.38. 8. *Fecit & labrum æneum de ſpeculis mulierum, &c.*456.1.a.14.1.e
Cap.40.31. *Poſtquàm omnia perfecta ſunt, operuit nubes tabernaculum.* 569.1.4.

Ex Leuitico.

Cap.1.n.14. *De turturibus, & pullis columbæ offeret eam ſacerdos ad altare.* 287 2.b
Cap.2.11. *Nec quidquam frumenti ac mellis adolebitur in ſacrificio Domino.* 175.2.d
Cap.4.3.*Si ſacerdos, qui vnctus eſt, peccauerit, delinquere faciens populum, offeret pro peccato ſuo vitulum, &c* 413 2 d.427.1.b.430.2.b. 494.2.c
Cap.51.5. *Offeret arietem, qui emi poteſt duobus ſiclis iuxta pondus ſanctuarij.* 464.1.a
Cap.6.12. *Ignis in altari ſemper ardebit.*367.2.c
Cap.7.2.*Mactabitur & victima pro delicto, &c.* 470. 2.d
26. *Sanguinem omnis animalis non ſumetis in cibum.* 119.1.e
Cap.8.23.*Tetigit extremum auriculæ dextræ Aaron & pollicem, &c.* 448.1.a
33.*De oſtio tabernaculi non exibitis ſeptem diebus.* 220. 1.c.448.1.b
Cap.10.2. *Egreſſúſque ignis à Domino deuorauit eos.* 239.2.e.557.1.c
3.*Sanctificabor in iis, qui appropinquant mihi, & in conſpectu omnis populi glorificabor.*415.2.e
9. *Vinum, & omne, quod inebriare poteſt, non bibetis tu & filij tui, &c.*311.1.b.542.1.b
Cap.11.2.*Hæc ſunt animalia, quæ comedere debetis, &c.* 306.1.c.455.1.e
3.*Omne, quod habet diuiſam vngulam, & ruminat, comedetis.*27.2.d
13. *Hæc ſunt quæ de auibus comedere debetis, & vitanda ſunt vobis, &c.*418.1.e
36. *Fontes verò & ciſternæ & omnis aquarum congregatio, &c.*18.1.e
Cap.13.52. *Idcircò comburetur flammis.*576.2.c
Cap.17.5. *Sacerdoti offerre debent filij Iſraël victimas ſuas.* 149.2.a
Cap.19.2.*Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum.*304.1.a

Cap.21.10. Pontifex, id eſt, ſacerdos maximus inter fratres ſuos,&c. 521.2.b.d
18. Nec accedet ad miniſterium eius, ſi cacus fuerit. 355.5.c
Cap.22.3. Omnis homo, qui acceſſerit de ſtirpe veſtra ad ea,&c. 118.1.e
23. Bouem & ouem aure, & cauda amputatis, voluntariè offerre potes: votum autem ex eis offerri non poteſt. 447. 2.d
Cap. 2. 17. Sic offeretis ſacrificium nouum Domino ex omnibus habitaculis veſtris panes primitiarum, &c. 404.2.c
Cap.25.8. Per ſingula ſabbata mutabuntur coram Domino. 565.2.d
14. Educ blaſphemum extra caſtra. 181.1.d
Cap.25.25. Terra non vendetur,&c. 683.1.c
Cap.26.9. Reſpiciam vos, & creſcere faciam. 444.1.b
10. Comedetis vetuſtiſſima veterum, & vetera nouis, &c. 322.e.1.567.1.c
11. Ponam tabernaculum in medio veſtri, & non abiiciet vos anima mea. 531.1.e

Ex Numer.

Cap.1.n.3. Tollite ſummam omnium virorum fortium in Iſrael. 97.1.a
Cap. 3. 15. Numera filios Leui per domos & familias patrum ſuorum,&c. 287.1.d
Cap.6. 3. A vino & omni quod inebriare poteſt, abſtinebunt. 213.1.d
5. Omni tempore ſeparationis ſuæ nouacula non tranſibit per caput eius,&c. 215.2.e
9. Sin autem mortuus fuerit quiſpiam coram eo,&c. 215. 2.c
25. Oſtendat Dominus faciem ſuam tibi, & miſereatur tui,&c. 439.1.b
26. Inuocabúntque nomen meum ſuper filios Iſrael, & benedicam eis,&c. 440.1.b
Cap.11.4. Quis dabit nobis ad veſcendum carnes. 368. 2.e.407.1.b
8. Circuibat populus, & colligens manna frangebat mola, &c. 406.1.e
12. Porta eos in ſinu tuo, ſicut portare ſolet nutrix infantulum. 411.1.e
16. Congrega mihi 70. viros de ſenioribus Iſrael. 32.2.d
31. Ventus arreptas trans mare coturnices detulit. 19. 1.e
Cap.12.8. Iratúſque contra eos abiit. 202.1.a
10. Et ecce Maria apparuit candens lepra. 94.1.a.176. 2.e
13. Clamauit ad Dominum dicens: Deus, obſecro, ſana eam. 185.1.b
14. Si pater eius ſpuiſſet in faciem illius,&c. 560.1.a.b
Cap.15.30. Anima quæ per ſuperbiam aliquid commiſit,&c. 557.1.d
33. Qui recluſerunt eum in carcerem, neſcientes quid ſuper eum,&c. 414.2.d
Cap.16.43. Poſtquam ingreſſi ſunt, operuit nubes, & apparuit gloria Domini 343.1.b
48. Obtulit thymiama, & ſtans inter mortuos, & viuentes, pro populo deprecatus eſt. 201.2.c
Cap. 17. 8. Sequenti die regreſſus inuenit germinaſſe virgam Aaron. 118.2.b,c,d. 447.2.a.486.2.b.364. 2.e
8. Turgentibus gemmis eruperant flores,&c. 274.2.b
Cap.18.8. Omnia quæ ſanctificantur à filiis Iſrael, tradidi tibi. 443.1.a
20. In terra eorum nihil poſſidebitis; nec habebitis partem inter eos. 93.1.d
Ego pars & hæreditas tua,&c. 108.2.e
Cap. 20. 12. Non introducetis hos populos in terram quam dabo eis. 370.1.e
17. Non ibimus per agros; nec per vineas,&c. 582.2.d 584.2.d
26. Cúmque nudaueris patrem veſte ſua, indues ea Eleazarum filium eius,&c. 525.1.a
Cap.21. 9. Fecit ergo Moyſes ſerpentem æneum, &c. 202.2.a
14. Vnde dicitur in libro bellorum Domini,&c. 39.1.b, &c.
17. Tunc cecinit Iſraël carmen iſtud: Aſcendat puteus, &c. 548.1.a
Cap.22.4. Delebit hic populus omnes qui in noſtris finibus commorantur,&c. 249.1.b
23. Cernens aſina Angelum ſtantem,&c. 417.1.e
28. Aperuit Dominus os aſinæ. 417.2.a
Cap.23.10. Moriatur anima mea morte iuſtorum. 237. 2.a
12. Si dederit mihi Balac plenam domum ſuam. 4.1.c
19. Non eſt Deus quaſi homo, vt mentiatur, nec vt filius hominis, vt mutetur. 390.1.e
Cap.25. 4. Tolle cunctos Principes populi, & ſuſpende eos contra ſolem in patibulis. 429.1.e.432.1.a.483. 1.e
12. Ecce do pacem fœderis mei, & erit pactum ſacerdotij ſempiternum. 499.1.e.2.b.512.2.a.523.1.b
14. Nomen viri Iſraelitæ qui occiſus eſt cum Madianitide Zambri filius Salu,&c. 429.1.e
Cap.26.10. Factum eſt grande miraculum, vt Core pereunte filij eius non perirent. 113.2.a
33. Fuit autem Hepher pater Salphaad, qui filios non habebat,&c. 441.2.b c
35. Iſtis diuidetur terra iuxta numerum vocabulorum in poſſeſſiones ſuas. 574 1.d
55. Sors terram tribubus diuidat,&c. 102.1.b
Cap.27. 18. Tolle Ioſue filium Nun, virum in quo eſt ſpiritus Dei,&c. 427.2.c
22. Cumque tuliſſet Ioſue ſtatuit eum coram Eleazaro, &c. 153.2.d
Cap.30.n.3. Si quis virorum votum vouerit Domino, &c. 209.2.e.516.2.b
Cap.31.21. Eleazar ſacerdos ad viros exercitus, qui pugnauerunt, ſic loquutus eſt,&c. 96.2.d
32. Regio vberrima eſt ad paſtum animalium, precamurque vt des nobis famulis tuis eam in poſſeſſionem. 560.2.e.561.a 574.1.b
35. Præcipe filiis Iſrael, vt dent Leuitis de poſſeſſionibus ſuis vrbes,&c. 93.1.e

Ex Deuteronomio.

Cap.1.n.4. Cœpit Moyſes explanare legem. 15.2.e
Cap.5. 9. Ego ſum Deus reddens iniquitatem patrum ſuper filios in tertiam, & quartam generationem. 391. 1.c
Cap.5.31. Tu verò hîc ſta mecum. 585.1.c
Cap.8. 3. Afflixit te penuria & dedit tibi cibum manna. 177. 2.d
Cap.12.5. Ad locum, quem elegerit Dominus Deus veſter, de cunctis tribubus veſtris venietis,&c. 566.2.b
7. Comedetis in conſpectu Domini Dei veſtri, ac lætabimini. 218.1.a
Cap.14.8. Sus quoque quoniam diuidit vngulam, & non ruminat, &c. 285.1.e
Cap.17. 15, Eum conſtitues, quem Dominus Deus tuus elegerit. 71.1.a
Cap.18. 3. Dabunt Sacerdoti armum & ventriculum, &c. 455.2.c
Cap.20.1. Si videris maiorem quàm tu habeas aduerſarij exercitus multitudinem, non timebis. 326.1.d
Cap.21.15. Si habuerit homo vxores duas, vnam dilectam, & alteram odioſam,&c. 181.1.b
18. Si genuerit homo filium contumacem, &c. 579.1.e. 489.1.a
23. Maledictus à Deo qui pendet in ligno. 440.2.e
Cap.22.5. Non induetur mulier veſte virili,&c. 96.2.b

Cap. 25. 13. *Non habebis in ſacculo diuerſa pondera, &c.* 155. 1.a

14 *Non erit in domo tua modius maior, & minor.* 269. 2.b

17. *Memento quæ fecerit tibi Amalech in via, &c.* 274. 2.a

Cap. 27. 14. *Et pronuntiabunt Leuitæ, dicéntque ad omnes viros Iſrael excelſa voce: Maledictus homo, &c.* 543. 1.a

Cap. 28. 16. *Venient ſupra te omnes maledictiones iſtæ, &c.* 575. 2.c

43. *Aduena qui tecum verſatur in terra, aſcendet ſuper te, & erit te ſublimior, &c.* 560. 2.a

68. *Reducet te Dominus claſſibus in Ægyptum: ibi venderis inimicis tuis in ſeruos & ancillas, & non erit qui emat.* 561. 1.b

Cap. 31. 8. *Pars autem Domini populus eius. Iacob funiculus hereditatis eius.* 109. 1.b

Cap. 32. 1. *Concreſcat vt pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum, &c.* 393. 1.a

5. *Peccauerunt ei, & non filij eius in ſordibus.* 460. 2.d

15. *Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit.* 81. 2.e

33. *Fel draconum vinum eorum, & venenum aſpidum inſanabile.* 213. 2.b

36. *Iudicabit Dominus populum ſuum, & in ſeruis ſuis, &c.* 161. 1.b

39. *Ego occidam, & ego viuificabo.* 331. 1.e

42. *De captiuitate nudati inimicorum capitis.* 218. 1.e

44 *Venit ergo Moyſes, & loquutus eſt omnia verba cantici huius.* 291. 2.d

Cap. 33. 2. *In dextera eius ignea lex.* 9. 2.a

16. *Cornua Rhinocerotis cornua illius.* 178. 1.a. 381. 2.a

19. *Inundationem maris quaſi lac ſugent, & theſauros arenarum, &c.* 377. 1.e

24. *Tingat in oleo pedem ſuum; ferrum, & æs calceamentum eius.* 21. 2.a

Cap. 34. 4. *Hæc eſt terra pro qua iuraui, vidiſti eam oculis, & non tranſibis ad illam.* 515. 1.d. 567. 1.e

5. *Mortuus eſt Moyſes, & non cognouit homo ſepulchrum eius.* 144. 1.e

6. *Et non cognouit homo ſepulchrum eius vſque in præſentem diem.* 372. 2.b

Ex Ioſue.

Cap. 1. n. 8. *Non recedat volumen legis huius ab ore tuo, &c.* 14. 1.a

Cap. 2. 11. *Dominus Deus veſter ipſe eſt Deus.* 300. 1.b

Cap. 3. 7. *Hodie incipiam exaltare te coram omni Iſrael.* 380. 1.c

Cap. 4. 9. *Alios quoque duodecim lapides poſuit Ioſue in medio Iordanis.* 138. 1.c

Cap. 5. 6. *Populus autem, qui natus eſt in deſerto per quadraginta annos incircumciſus fuit, &c.* 566. 2.c.d

Cap. 6. 3. *Circuite vrbem cuncti bellatores, &c.* 567. 1.d

28. *Vos autem cauete ne de iis, quæ præcepta ſunt, &c.* 142. 1.a

20. *Clamantibus tubis muri illicò corruerunt.* 581. 1.a

Cap. 7. 24. *Tollens itaque Ioſue Achan, &c.* 113. 1.d

Cap. 8. 34. *Legit omnia verba benedictionis, & maledictionis, &c.* 8. 1.e

35. *Vniuerſa replicauit coram omni multitudine Iſrael mulieribus, & paruulis.* 96. 1.d

Cap. 10. 4. *Expugnemus Gabaon, quare transfugerit ad Ioſue.* 440. 2.e

11 *Dominus miſit ſuper eos lapides magnos de cælo.* 131. 1.d

24. *Ite, & ponite pedes ſuper colla regum iſtorum.* 357. 1.b

Cap. 13. 1. *Senuiſti, & longæuus es, &c.* 154. 1.b

7. *Et nunc diuide terram in poſſeſſionem nouem tribubus, & dimidiæ tribui Manaſſe.* 376. 1.a

33. *Tribui Leui non dedit poſſeſſionem, quoniam Dominus Deus Iſrael ipſe eſt poſſeſſio eius.* 93. 1.d

Cap. 14. 15. *Nomen Hebron antea vocabatur Cariatharbe.* 111. 1.e

Cap. 18. 10. *Qui miſit ſortes coram Domino* 154. 1.b

Cap. 20. 6. *Habitabit in ciuitate illa, donec moriatur ſacerdos magnus.* 488. 1.a. 522. 1.a

Cap. 21. 41. *Dedit Deus Iſraeli totam terram, &c.* 86. 2.a.b

43. *Ne vllum quidem verbum, quod illis præſtiturum ſe promiſerat, &c.* 392. 1.e

Cap. 24. 3. *Tuli patrem veſtrum Abraham de Meſopotamiæ finibus, &c.* 373. 1.a

14. *Auferte Deos, quibus ſeruierunt patres veſtri, &c.* 83. 2.b

Ex lib. Iudicum.

Cap. 1. n. 2. *Iudas aſcendet; Ecce tradidi terram in manus eius.* 106. 1.d

19. *Fuit Dominus cum Iuda, & montana poſſedit, nec potuit delere habitatores vallis.* 421. 1.c

Cap. 2. 1. *Aſcenditque Angelus Domini de Galgalis ad locum flentium.* 121. 1.b

7. *Nouerant omnia opera Domini, &c.* 400. 2.e

Cap. 3. 17. *Eglon erat craſſus nimis.* 151. 1.d

Cap. 5 9 *Cor meum diligit principes Iſrael.* 17. 1.e

24. *De Zabulon deſcenderunt, qui exercitum ducerent ad bellandum.* 367. 1.e

Cap. 6. 3. *Cum ſeuiſſet Iſrael, aſcendebat Madian, & Amalech, & ſicut erant in herbis cuncta vaſtabant.* 403. 2.e

12. *Apparuit ei Angelus Domini, & ait: Dominus tecum, virorum fortiſſime.* 190. 1.e

37. *Ponam hoc vellus lanæ in area, &c.* 318. 2.b

Cap. 8. 2. *Quid tale facere potui, quale vos feciſtis.* 235. 1.a

Cap. 9. 11. *Nunquid poſſim deſerere dulcedinem meam.* 17. 1.b

Cap. 10. 16. *Doluit ſuper miſeriis eorum.* 160. 1.d

Cap. 11. 37. *Dimitte me, vt duobus menſibus circumeã montes, & plangam virginitatem meam.* 107. 1.b

39. *Expletis duobus menſibus, reuerſa eſt ad patrem ſuum, & fecit ei ſicut vouerat.* 187. 1.e

Cap. 13. 14. *Vinum & ſiceram non bibat, &c.* 240. 1.e

20. *Cúmque aſcenderet flamma altaris, &c.* 119. 1.c

Cap. 14. 16. *Patri meo, & matri nolui indicare, &c.* 284. 2.e. 213. 2.b

Cap 15. 16. *In maxilla aſini percuſſi mille viros.* 85. 2. a.b

Cap. 16. 1. *Et vidit ibi mulierem meretricem, ingreſſuſque eſt ad eam.* 341. 2.d

17. *Si ſeptem crines capitis mei cum licio plexueris, &c.* 216. 1.a

Cap. 17. 5. *Et fecit Ephod, & theraphim, id eſt, veſtem ſacerdotalem, &c.* 433. 2.e. 434. 1.d

Cap. 19. 24. *Educam eas ad vos, vt humilietis eas.* 432. 1.b

Cap. 20. 28. *Et Phinees filius Eleazari, filij Aaron præpoſitus domus.* 501. 1.a

Cap. 21. 24. *In diebus illis non erat Rex in Iſrael, ſed vnuſquiſque, quod ſibi rectum videbatur hoc faciebat.* 535. 2.e

Ex Ruth.

Cap. 1. n. 1. *In diebus vnius Iudicis, quando Iudices præerant, facta eſt fames in terra.* 534. 2.e

16. *Ne aduerſeris mihi, vt relinquam te, & abeam, &c.* 191. 1.e

Cap. 4. 15. *Multò tibi melius eſt, quàm ſi ſeptem haberes filios.* 166. 2.d

Ex 1. Regum.

Cap. 4. n 18. *Cecidit de ſella retrorſum iuxta oſtium, & fractis, &c.* 280. 2.a

Cap. 6. 6.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Cap.6.6. *Nónne poſtquam percuſſus eſt Pharao , tunc dimiſit eos?* 344.1.d

Cap.7.6. *Aquam effuderunt in conſpectu Domini , & ieiunauerunt.* 188.2.a.233.1.a

Cap.9. 6. *Ecce vir Dei eſt in ciuitate hac, vir nobilis, &c.*517.1.a

24.*Leuauit autem coquus armum , & poſuit ante Saul.* 271.1.b

Cap.10.10.*Quænam res accidit filio Cis? &c.* 112.1.b

Cap.12.2. *Ego ſenui & incanui, porrò filij mei vobiſcum ſunt.* 481.2.b

6.*Dominus qui fecit Moyſen,& Aaron,&c.* 530.2.b

9.*Contempſiſti verbum Dei.* 516.2.d

23.*Abſit a me hoc peccatum, vt ceſſem orare pro vobis.* 395.1.a

Cap. 13. 1. *Filius vnius anni erat Saul cum regnare cœpiſſet, & duobus annis regnauit.*74.1.a.b

Cap.14.24. *Maledictus vir qui comederit panem vſq; ad veſperam.*187.2.e

27.*Et illuminati ſunt oculi eius.*13.2.e

45.*Ergone Ionathas morietur? &c.* 523.2.d

Cap.15. 16. *Sine me, & indicabo tibi,quæ Dominus ad me loquutus eſt nocte.* 272.2.a

23. *Pro eo quod abiecisti ſermonem Domini,&c.* 360.2.c

Abiecit te Dominus ne ſis Rex,&c. 489.2.d

33.*Concidit eum Samuel.*395.2.a

35.*Et non vidit Samuel vltra Saul.*45.2.e.46.1.a

Cap.16.18.*Ecce vidi filium Iſai Bethlehemitem ſcientem pſallere,& fortiſſimum,&c.* 170.1.e

Cap.17.36. *Nam & leonem, & vrſum interfeci, &c.* 61.2.e

39.*Non poſſum ſic incedere , quia vſum non habeo ; & depoſuit ea.*567.1.d

40. *Elegit ſibi quinque limpidiſſimos lapides de torrente,& miſit eos in peram paſtoralem.* 12.1.c.43.1.d, 486.1.b

49.*David tulit vnum lapidem,& funda iecit.*43.1.d

51. *Tulit gladium eius , & eduxit eum de vagina ſua.* 168.2.a

53. *De qua ſtirpe deſcendit hic adoleſcens?* 112.1.c

Cap. 18.7.*Percuſſit Saul mille,& Dauid decem millia,* 106.2.a

Cap.19.3.*Fugit,venitque in Berſabee Iuda.*18.2.e

24.*Et prophetauit cum cæteris coram Samuele.* 45.2.e

Cap. 21. 1. *Quare tu ſolus, & nullus eſt tecum?* 45.2.c

3.*Non habeo laicos panes ad manum,&c.* 64.2.e

11.*Nunquid non hic eſt Dauid Rex terræ? non huic cantabant,&c.*170.2.a

13.*Immutauit vultum ſuum coram eis , & collabebatur inter manus eorum.*119.1.d

Cap.22. 2. *Et conuenerunt ad eum omnes qui erant in anguſtia conſtitui,&c.* 351.1.a

18. *Conuertere tu & irrue in ſacerdotes.* 518.2.c.528.2.c

Cap. 23. 26. *Deſperabat ſe poſſe euadere à facie Saul.* 191.2.e

Cap.24.6. *Percuſſit cor ſuum Dauid,eò quòd abſcidiſſet oram chlamydis Saul.* 397.2.d

13.*Iudicet Dominus inter me, & te* 364.2.b

17.*Et leuauit Saul vocem ſuam, & fleuit.*234.2.c

18.*Iuſtior es quam ego.*167.2.a

Cap.25.20.*Nabal vir durus & peſſimus,& malitioſus; erat autem de genere Caleb.* 172.2.a

Cap. 16. 16. *Filij mortis eſtis vos , qui non cuſtoditis Dominum veſtrum.* 310.2.c

Cap. 28. 3. *Saul abſtulit Magos & hariolos de terra, &c.*493.2.c

Cap.31. 2. *Irruerunt Philiſthiim in Saul & filios eius.* 489.1.d

Ex 2. Regum.

Cap. 2. 6. *Et nunc retribuat vobis quidem Dominus miſericordiam & veritatem.*516.1.d

10. *Quadraginta annorum erat Isboſeth filius Saul,cum regnare cœpiſſet.* 70.1.b

Cap. 4. 11. *Homines impij interfecerunt virum innoxium.*71.1.b

Cap.5.8. *Cæcus, & claudus non intrabunt in templum.* 249.2.c

Cap. 6. 7. *Iratúſque eſt Dominus indignatione contra Ozam,&c.* 519.1.c

23.*Igitur Michol filia Saul non eſt natus filius vſque ad diem mortis ſuæ.* 377.1.d

Cap.7.14.*Si iniquè aliquid geſſerit,arguam eum in virga virorum.*517.1.c.518.1.c

18.*Quis ego ſum Domine Deus,& quæ domus mea,quia adduxiſti me huc vſque?* 127.1.b

27. *Inuenit ſeruus tuus cor ſuum , vt oraret te oratione hac.* 243.2.a.298.1.c

Cap.8.18. *Filij autem Dauid ſacerdotes erant.* 397.1.c

Cap.11.2.*Viditque mulierem,&c.*215.1.e

8.*Vade in domum tuam,& laua pedes tuos, &c. ſecutúſque eſt eum cibus regius.*454.1.e

15.*Scripſit Dauid epiſtolam ad Ioab, miſitque per manum Vriæ.*559.2.d

Cap. 12. 1. *Miſit ergo Dominus Nathan ad Dauid, dixit ei,&c.* 121.2.b

3.*Erátque illi ſicut filia,&c.*157.1.e

6.*Viuit Dominus, quoniam filius mortis eſt vir, qui fecit hoc.*559.2.d

9.*Vriam Hethæum percuſſiſti gladio,quamobrem non recedet gladius de domo tua.*327.2.a

10.*Peccaui Domino,&c.*466.2.d

14. *Blaſphemare feciſti inimicos Domini propter verbum hoc.*413.1.c.432.2.b

18.*Accidit autem die ſeptima , vt moreretur infans.* 258. 1. b.

Cap. 13. 21.*Et noluit contriſtare ſpiritum Ammon filij ſui,quoniam diligebat eum.* 458.1.a

Cap.14.14.*Omnes morimur, & quaſi aqua dilabimur, &c.*580.1.e

Cap.15.14. *Surgite fugiamus,neque enim erit effugium nobis à facie Abſalonis.*279.2.d

18. *Ambulabant iuxta eum , & legiones Cerethi , & Phelethi.*486.1.c

19.*Reuertere, & habita cum Rege.*65.2.d

Cap.16.10. *Quid mihi & vobis filij Saruiæ?* 345.2.d 183.2.a.184.1 b

11. *Dimittite eum vt maledicat,ſi fortè reſpiciat Dominus afflictionem meam* 201.2.a

Cap.17.7. *Non eſt bonum conſilium, quod dedit Achitophel hac vice.*556.1.b

Cap.18.14.*Tulitque tres lanceas,& infixit eas in corde Abſalon.* 328.1.a

18. *Erexerat ſibi,cum adhuc viueret , titulum qui eſt in valle regis,dixerat enim,&c.* 65.1.a

Cap.19.29. *Quid habeo iuſtæ querelæ , aut quid poſſum vltra vociferari ad regem?* 185.1.c

Cap. 20. 26. *Ira autem Iairites erat ſacerdos Dauid.* 397.1.d

Cap.21. 2. *Porrò Gabaonitæ non erant de filiis Iſrael.* 253.1.c

9. *Qui crucifixerunt eos in monte coram Domino.* 483.2.a

Cap. 22. 29. *Tu Domine illuminabis tenebras meas.* 316.1.c

50. *Confitebor tibi Domine in gentibus , & nomini tuo cantabo.* 205.1.e

Cap.23.8.*Dauid ſapientiſſimus inter tres.*22.1.b

19.*Noluit bibere,ſed libauit eam Domino.*369.1.a

Cap.24.10. *Peccaui valde, ſtultè egi nimis.* 312. 2.a. 376. 2.a
15. *Immiſitque Dominus peſtilentiam in Iſrael de mane,&c.*391. 2.b.c
16. *Cúmque extendiſſet manum ſuam Angelus Domini, &c.*390. 2.e

Ex 3. Regum.

Cap.1. 1. *Cùm operiretur veſtibus, non caleſiebat.* 65. 2.a
Cap.2.9. *Vir autem ſapiens et, vt ſcias.*75.2.b
12. *Sadoc ſacerdotem poſuit pro Abiathar, vt impleretur ſermo Domini.*530.1.e
Cap. 3. 16. *Tunc venerunt duæ mulieres meretrices ad regem.* 283.2.c
Cap.7.29. *Et inter coronulas, & plectas, leones, & boues, & Cherubim.*486.1.c
Cap.8.9. *In arca autem non erat aliud, niſi duæ tabulæ.* 6.1.e.45.2.d
Cap. 11. 31. *Tolle tibi decem ſciſſuras, hæc enim dicit Dominus.*78.1.c
Cap.13.1. *Ecce vir Dei venit de Iuda in ſermone Domini in Bethel, Ieroboam ſtante ſuper altare, & thus iaciente.*415.1.d
6. *Deprecare faciem Domini Dei tui, & ora pro me, vt reſtituatur manus mea mihi.*360.2.d
*Reuerſa eſt manus Regis ad eum, & facta eſt ſicut priùs.*201.2 d
26. *Vir Dei qui non obediens fuit ori Domini,&c.* 129. 1.d.188.1.c
Cap. 15. 5. *Fecit David rectum in oculis Domini, & non declinauit ab omnibus.*129.1.d
11. *Cor Aſa perfectum erat coram Domino, cunctis diebus eius.* 79.2.e
Cap.17.1. *Viuit Dominus, ſi erit annis his ros, & pluuia, niſi iuxta oris mei verba.*188.1.b.2.a
9. *Corui quoque deferebant ei panem, & carnes manè.* 326.1.b
13. *Vade, & mihi primùm fac de ipſa farinula ſubcinericium panem.*405.1.e
21. *Expandit ſe, atque menſus eſt ſuper puerum tribus vicibus.*244. 1.c
22. *Et reuerſa eſt anima pueri intra eum, & reuixit.* 188.1.a
Cap.19.3. *Timuit ergo Elias, & ſurgens abiit.*345.1.a
3. *Dimiſit ibi puerum ſuum.*15.1.d
9. *Et ecce ad caput ſuum ſubcinericius panis, & vas aquæ.*186.2.e
Cap.20. 36. *Quia noluiſti audire vocem Domini, ecce recedet a me, & percutiet te leo.*489.2.c
42. *Quia dimiſiſti virum dignum morte de manu tua, erit anima,&c.*489.2.b
Cap.21.2. *Da mihi vineam tuam, vt faciam mihi hortum olerum.* 382.1.e
4. *Auertit faciem ſuam ad parietem, & non comedit panem.*416.2.c. 558.2.e
19. *In loco hoc in quo linxerunt canes ſanguinem Naboth, lambent,&c.*327.2.c
27. *Scidit veſtimenta ſua, & operuit cilicio carnem ſuam.*468.1.a
29. *Nonne vidiſti humiliatum Achab coram me?* 468. 1.c
*Non inducam malum in diebus eius, ſed in diebus filij ſui.*188.2.b

Ex 4. Regum.

Cap.1.10. *Si homo Dei ſum, deſcendat ignis de cælo, & deuoret te.*490.1.d.
Cap. 2. 9. *Obſecro vt fiat in me duplex ſpiritus tuus.* 85.2.e.490.2.a
11. *Ecce currus igneus, & equi ignei diuiſerunt vtrunque.*187.1.d
21. *Sanauit aquas has, & non erit vltra in eis mors, neque ſterilitas.*206.1.c
24. *Egreſſi ſunt duo vrſi de ſaltu, & lacerauerunt ex eis quadraginta duos pueros.* 280.2.c
Cap.4.5. *Illi efferebant vaſa, & illa infundebat.*19.2.c
6. *Cúmque plena fuiſſent vaſa, dixit ad filium ſuum,&c.* 295.2.c
9. *Animaduerti quod vir Dei Sanctus eſt iſte, qui tranſit per nos,&c.* 448.2.a
40. *Mors in olla vir Dei.* 188.1.b
Cap.5.7. *Scidit veſtimenta ſua, & ait: Nunquid Deus ego ſum,&c.* 670.2.b
15. *Non faciet vltra ſeruus tuus holocauſtum, aut victimam Diis alienis.* 282.2.e
Cap.6.6. *Præcidit ergo lignum, & miſit illuc, natauitque ferrum.*187.1.b
23. *Igitur Michol filiæ Saul non eſt natus filius.* 283. 2.b
Cap. 8.17. *Triginta duorum annorum erat Ioram cum regnare cœpiſſet.*75.2.b. *& ſequentibus.*
Cap.13.17. *Percuties Syriam in Aphec, donec conſumas eam.*448.2.b
Cap.19.35. *Cúmque diluculo ſurrexiſſet, vidit omnia corpora mortuorum.* 527.1 e
Cap.20.2. *Conuertit faciem ſuam ad parietem, & orauit Dominum.*141.2.c
4. *Antequam egrederetur Iſaias mediam partem atrij,* 392.1.b
5. *Audiui orationem tuam, & vidi lacrymam tuam.* 207.2.d
Cap.22.20. *Colligeris ad populum tuum in pace, vt non videant oculi tui omnia mala.* 515.2.b
Cap.23. 4. *Et combuſſit ea foris Ieruſalem in conualle Cedron.*482.1.d
Cap.25.8. *Venit Nabuzardam princeps exercitus, ſeruus Regis Babylonis,&c.*421.2.a

Ex lib. 1. Paralipomenon.

Cap.3.3. *Sextum habuit Iethraham de Egla vxore ſua.* 377.1.d
Cap. 9. 20. *Phinees autem filius Eleazari erat dux eorum coram Domino.* 500.2.e
Cap.16.41. *Et poſt eum Heman, & Idithum, & reliquos electos,&c.* 291.1.
Cap.29.1. *Salomonem filium meum vnum elegit Deus adhuc puerum.* 75.1.b

Ex lib.2.Paralipomenon.

Cap.6.12. *Stetit ergo coram altari Domini, & deinceps flexis genibus,&c.*196.1.c
Cap.12. 1. *Cúmque roboratum fuiſſet regnum Roboam, & confortatum.&c.*430.1.b
5. *Vos me reliquiſtis, & ego reliqui vos.*496.2.b
Cap.13,7. *Porrò Roboam erat rudis, & corde pauido.* 411.2,d
Cap.16.12. *Non in infirmitate ſua quæſiuit Dominum, ſed magis in medicorum arte,&c.*80.1.b
18. *Non eſt tui officij, Ozia, vt adoleas incenſum Domino.*415.2,b
Cap. 22. 2. *Quadraginta duorum annorum erat Ochozias, cùm regnare cœpiſſet.* 75.2.b
3. *Ochozias ingreſſus eſt per vias domus Achab, mater enim eius,&c.* 437.2.b
Cap.25.20. *Et noluit audire Amaſias, eò quod eſſet voluntas Domini, vt traderetur, &c.* 493. 2.e 495.1.e
Cap.26.4. *Fecit quod erat rectum in oculis Domini.* 433.2.a
5. *Exquiſiuit Dominum in diebus Zachariæ intelligentis, & videntis Deum.*428.1.c
16. *Cum roboratus eſſet, eleuatum eſt cor eius.* 91. 2.b
19. *Statimque orta eſt lepra in fronte eius, coram ſacerdotibus.* 483.1.c
Cap. 27. 1. *Vigintiquinque annorum erat Ioathan, cùm regnare cœpiſſet.* 447.1.e

Cap.29 6. Auerterunt facies ſuas à tabernaculo Domini, & præbuerunt dorſum. 242.2.e
Cap.33.12. Poſtquam coanguſtatus eſt, orauit Dominum Deum ſuum, &c. 467.2.c
Cap.36.12. Fecit Sedecias malum in conſpectu Domini Dei ſui, ſed & vniuerſi principes ſacerdotum, & populus præuaricati ſunt. 430.1.c
Ex lib.1.Eſdræ.
Cap.3.8. Cœperunt Zorobabel filius Salathiel, & Ioſue filius Ioſedec, & reliqui, &c. 530.2.d
Cap.7.10. Parauit cor ſuum, vt inueſtigaret legem Domini. 16.2 a
12. Miſſus es, vt viſites Iudæam, & Ieruſalem in lege Dei tui, &c. 402.1.c
Cap.9.2. Tulerunt enim de filiabus eorum ſibi, & filiis ſuis. 38.1.e
3. Cùm audiſſem ſermonem iſtum, ſcidi pallium meum, & ſedi mærens. 484.2.b
Cap.10 18. Inuenti ſunt de filiis ſacerdotum, qui duxerunt vxores alienigenas. 431.2.b
Ex lib.2.Eſdræ.
Cap.2.13. Et egreſſus per portam vallis nocte, &c. conſiderabam murum, &c. 482.1.b
Cap.5.7. Congregaui aduerſus eos concionem magnam, & dixi eis, &c. 483.1.a
Cap.8.4. Steterat Eſdras ſuper gradum ligneum, &c. 8.2.b
Ex lib.Tobiæ.
Cap.3. 10. Nunquid occidere me vis, ſicut occidiſti ſeptem viros. 172.2.e
Cap.6.1. Profectus eſt Tobias, & canis ſequutus eſt eum. 371.2.a
17. Qui coniugium ita ſuſcipiunt, vt Deum à ſe, & à ſua mente excludant. 116.1.b
Cap.10.6. Tace, & noli turbari; ſanus eſt filius noſter. 192.1.d
Ex lib.Eſther.
Cap.10.6. Paruus fons, qui creuit in fluuium, & in lucem, ſolémque conuerſus eſt. 23.2.a
Ex lib. Iob.
Cap.1.1. Vir erat in terra Hus nomine Iob. 446.1.b 96.2.b. 110.2.d
3. Fuit eius poſſeſſio ſeptem millia ouium, & tria millia Camelorum, &c. 351.1.b
Erátque vir ille magnus inter homines orientales. 373.2.d
5. Dicebat enim: Ne fortè peccauerint filij mei, & maledixerint Deo, &c. 279.2.c
7. Circuiui terram, & perambulaui eam. 312.2.b
20. Surrexit Iob, & ſcidit veſtimenta ſua, & tonſo capite corruens, &c. 126.2.e
Cap.2.7. Percuſſit Iob vlcere peſſimo. 163. 1.e. 176. 1.b
10. Quaſi vna de ſtultis mulieribus locuta es. 484.2.a
Cap.3. 1. Poſt hæc aperuit Iob os ſuum, & maledixit diei ſuo. 231.1.e
14. Per diem incurrent tenebras, & quaſi in nocte, ſic palpabunt in meridie. 330.1.b
Cap.4.3. Ecce docuiſti multos, & manus laſſas roboraſti. 146.1.e
16. Vocem quaſi auræ lenis audiui. 20.2.c
Cap.5.2. Paruulum occidit inuidia. 171.1.e
5. Cuius meſſem famelicus comedet, & bibent ſitientes diuitias eius. 122.1.d
14. Iniquitas contrahet os ſuum. 356 2.a
18. Ipſe vulnerat, & medetur. 335.1.d
26. Ingredieris in abundantia ſepulchrum. 52.1.a
Cap.6.7. Quæ priùs nolebat tangere anima mea, nunc præ anguſtia cibi mei ſunt. 496.2.d
Cap.7.4. Si dormiero, dicam quando conſurgam, & rurſum ſpectabo veſperam. 132.2
Cap.8.8. Interroga generationem antiquam, & diligenter inueſtiga patrum memoriam. 39.1.a
Cap.9. 5. Qui tranſtulit montes, & neſcierunt. 563. 2.c
Cap.10.22. Vbi vmbra mortis, & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. 337.1.d
Cap.11.5. Vtinam Deus loqueretur tecum, vt intelligeres. 59.2.a
Cap.12.6. Abundant tabernacula prædonum, & audacter prouocant Deum. 83.1.d
7. Interroga iumenta, & docebunt te. 371.1.d
Cap.13.26. Conſumere me vis peccatis adoleſcentiæ meæ. 278.1.b
Cap. 16.2. Conſolatores oneroſi omnes vos eſtis. 165. 2.c
Cap.20.5. Laus impiorum breuis, & gaudium hypocritæ ad inſtar puncti. 297.1.c
11. Oſſa eius implebuntur vitiis adoleſcentiæ eius. 285. 1.e
18. Luet quæ fecit omnia, nec tamen conſumetur. 337. 2.a
Cap. 22. 14. Et circa cardines cæli perambulat. 349. 2.b
26. Tunc ſuper omnipotentem deliciis affluet. 30. 1.b
Cap.26.7. Appendit terram ſuper nihilum. 349.1.c
Cap. 28. 3. Vniuerſorum finem ipſe conſiderat. 364. 1.c
Cap.29.5. In circuitu meo pueri mei. 112.1.a
24. Si quando ridebam ad eos, non credebant. 284. 1.d
25. Cùm ſederem quaſi Rex circunſtante exercitu, eram tamen mœrentium conſolator, &c. 487.1.c
Cap.31.1. Pepigi fœdus cum oculis meis, ne cogitarem de virgine. 225.2.c
18. Ab infantia mea creuit mecum miſeratio. 291. 1.e
27. Si oſculatus ſum manum meam ore meo; quæ eſt iniquitas maxima, & negatio contra Deum altiſſimum. 313.2.a
35. Quis mihi tribuat, vt librum ſcribat ipſe. 4.2.c
Cap.33. 14. Semel loquitur Deus, & ſecundò id ipſum non loquitur. 44.2.e
Cap. 34. 24. Conteret multos innumerabiles, & ſtare faciet alios pro eis. 519.1.b. 537.1.d
30. Qui regnare facit hominem hypocritam. 468.1.b
Cap.36.7. Deus non auferet à iuſto oculos ſuos. 64.1.a
Cap.37.3. Lumen illius ſuper terminos terræ. 363.2.d
Cap 38.3. Accinge ſicut vir lumbos tuos. 96.2.c
7. Cum me laudarent aſtra matutina, & iubilarent omnes filij Dei. 366.1.d
13. Nunquid tenuiſti concutiens extrema terræ? 363. 2.e
31. Nunquid gyrum Arcturi poteris diſſipare. 584.2.c
Cap.40.16. In ſecreto calami. 583.1.a
Cap. 42. 8. Iob autem ſeruus meus orabit pro vobis. 130.2.e 202.1.a
13. Et fuerunt ei ſeptem filij, & tres filiæ. 443.1.c
Ex lib.Pſalmorum.
Pſal.1.1. Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum. 105.1.c. 400.2.b
2. Sed in lege Domini voluntas eius. 16.2.d
In lege eius meditabitur die ac nocte. 237.1.e
3. Erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum. 14.1.e
Pſal.2.12. Apprehendite diſciplinam, nequando iraſcatur Dominus. 14.2.c. 121.2.d
Pſal.4.3. Filij hominum, vſquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis, &c. 296.1.d. 146.2.b
7 Dediſti lætitiam in corde meo. 287.2.b
Pſal.6.2. Domine, ne in furore tuo arguas me; neque in ira tua corripias me. 548.1.b

7. Lætbry

7. Lachrymis meis ſtratum meum rigabo.203.2.d. 1.d. 207.2.a
9. Exaudiuit Dominus vocem fletus mei.208.1.b
Pſal.7. 0. Conſumetur nequitia peccatorum, & diriges iuſtum.284.1.c.301.2.c
13. Niſi conuerſi fueritis, gladium ſuum vibrabit. 390. 1.b
Pſal.9.2. Dum ſuperbit impius, incenditur pauper.178. 2.a
4. Exacerbauit Dominum peccator, ſecundum multitudinem iræ ſuæ non quæret.165.2.d
7. Periit memoria eorum cum ſonitu.483.1.d
15. Qui exaltas me de portis mortis, vt annuntiem omnes laudationes tuas.254.2.a.343.1.c
17. Deſiderium pauperum exaudiuit Dominus. 229.1.c
Pſal.10.3 Peccatores intenderunt arcum, parauerunt ſagittas ſuas in pharetra, &c.320.1.b
9. Oculi eius in pauperem reſpiciunt.95.1 b
Pſal.11. 2. Saluum me fac, Domine; quoniam defecit Sanctus.445.1.c
5. Quis noſter Dominus eſt? 468.2.e
6. Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam.202.2.e
7. Eloquia Domini, eloquia caſta, argentum igne examinatum, &c.17.2.b.48.2.a
9. In circuitu impij ambulant, &c.350.1.d
Pſal. 13.3. Contritio, & infelicitas in viis eorum. 576. 2.e
5. Illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.554.1.c
Pſal.15.5. Dominus pars hereditatis meæ, & calicis mei. 398.1.a 538.2.e
4 Non loquatur os meum opera hominum.301.2.c
Pſal.16.14. A paucis de terra diuide eos.99.1.e
Pſal.17.1. In die qua eripuit eum Dominus de manu inimicorum eius, & de manu Saul.301.2.e
6. Dolores inferni circundederunt me.341.2.c
34. Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum. 353. 1.d
35. Poſuiſti, vt arcum æreum, brachia mea.248.2.e
Pſal.18.2. Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius, &c.358.2.e
3. Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam.330.1 d
Pſal.21.7. Ego autem ſum vermis, & non homo.28.1.e, 62.1.b
19. Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea 48.1.b
Pſal. 22.5. Paraſti in conſpectu meo menſam, &c. 21. 2.b
5. Calix meus inebrians quam præclarus eſt.146.1.b.d
Pſal. 23.2. Quia ipſe ſuper maria fundauit eum. 349. 2.c
7. Attollite portas principes veſtras.378.2.c
Pſal.24.7. Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris.166.1.e
Pſal.26.4. Vnam petij à Domino, hanc requiram. 247. 2.b
Pſal.28. 1. Afferte Domino filij Dei: afferte Domino filios arietum.134.1.b
5. Vox Domini confringentis cedros.313.2.d
7. Vox Domini intercidentis flammam ignis.355.1.d
8. Vox Domini concutientis deſertum. 328.2.e.329. 1.a
9. In templo eius omnes dicent gloriam.425.1.b
Pſal.29.7. Ego dixi in abundantia mea: non mouebor in æternum.55.1.a
Pſal.30.8. Eſto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij.308.2.b
Pſal.31.9. Nolite fieri ſicut equus, & mulus, quibus non eſt intellectus.371.2.b
Pſal.33.6. Accedite ad Deum, & illuminamini. 353. 1.e
11. Diuites eguerunt, & eſurierunt.322.2.a.539.1.b
Pſal.35.9. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. 238. 2.c
12. Non veniat mihi pes ſuperbiæ.168.1.d.354.2.b
Pſal.36.23. Apud Deum greſſus hominis dirigentur, & viam eius volet.353.1.a
Pſal.37.6. Putruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meæ. &c.214.2.b
15. Ego autem tanquam ſurdus non audiebam, & ſicut mutus, &c.181.2.c.201.1.d
Pſal.39.9. In capite libri ſcriptum eſt de me.6.1.c
13. Circundederunt me mala, quorum non eſt numerus. 431.1.d
Pſal. 40.1. Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem 383.2.c
11. Tu autem, Domine, miſerere mei, & reſuſcita me.531. 2.d
Pſal. 41.5. Tranſibo in locum tabernaculi admirabilis, vſque ad domum Dei.245.2.a
8. Abyſſus abyſſum inuocat, in voce cataractarum tuarum.178.1.a
Pſal. 43.13. Vendidiſti populum tuum ſine pretio. 561. 2.a
20. Humiliaſti nos in loco afflictionis,21.1.b
Titulus, Pro iis, qui commutabuntur, filiis Core.277. 2.a
Pſal. 44.2. Lingua mea calamus ſcribæ. 4.1.a. 46. 2.b
3. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis 21.2.e
15. Adducentur regi virgines poſt eam.287.2.a
Pſal.46.7. Pſallite Deo noſtro, pſallite: pſallite regi noſtro pſallite.52.1.a
Pſal 47.3. Fundatur in exultatione vniuerſæ terræ mons Sion.296.2.a
4. Deus in domibus eius cognoſcetur.139.2.d
5. Ecce reges terræ congregati ſunt.64.1.d
8. In ſpiritu vehementi conteres naues Tharſis. 82.2. a.b
Pſal.48.2. Audite hæc omnes gentes, auribus percipite, &c.11.1.a
4. Os meum loquetur ſapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam.3.2.c
11. Homo cùm in honore eſſet, non intellexit. 105 1.e
Comparatus eſt iumentis inſipientibus.566.2.a
16. Ne timueris, cum diues factus fuerit homo. 581. 1.c
19. Confitebitur tibi cùm benefeceris ei.369.1.e
Pſal.49.5. Congregate illi Sanctos eius, qui ordinant teſtamentum eius.146.2.e
15. Inuoca me in die tribulationis, eruam te. 209. 2.d
21. Exiſtimaſti iniquè, quòd ero tui ſimilis.498.2.d
Pſal.50.1. Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam.500.1.b
6. Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, &c.54 2.e
Pſal. 52.6. Deus diſſipauit oſſa eorum, qui hominibus placent.550.1.c
Pſal.54.8. Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine. 220.1.d
13. Si inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique.171 2.e
Pſal.55.2. Miſerere mei, quoniam conculcauit me homo. 169.1.c
9. Poſuiſti lacrymas meas in conſpectu tuo. 208. 1.b
Pſal.57.10. Priuſquam intelligerent ſpinæ veſtræ rhamnum, &c.281.1.a
Pſal.58.12. Ne occidas eos, ne quando obliuiſcantur populi mei, diſperge illos.559.2.c
Pſal.59.3. Iratus eſt, & miſertus eſt nobis,129.1.

Pſal.61.7. Ipſe Deus meus Saluator meus, non emigrabo. 385.d

11. Diuitiæ ſi affluant, &c. 580.2.b.c

Pſal.62.3. In terra deſerta, inuia, & inaquoſa, &c. 104.1.e

Pſal. 63. 8. Sagittæ paruulorum factæ ſunt plagæ eorum. 177.1.a

Pſal.67.10. Pluuiam voluntariam ſegregabis Deus hæreditati tuæ. 137.2.b

13. Dominus dabit verbum euangelizantibus, &c. 261.2.e

14 Si dormiatis inter medios cleros pennæ columbæ deargentatæ. 404.1.d

15. Dum diſcernit cæleſtis reges ſuper eam. 64.1.b

19. Aſcendiſti in altum, accepiſti dona in hominibus, 275.1.c

21. Domini, Domini exitus mortis. 336 1.d

26. Præuenerunt principes coniuncti pſallentibus. 136.2.d. 245.2 b

Pſal.68.13, In me pſallebant, qui bibebant vinum. 241.1.a

27. Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum. 553. 2.b 569,1,e

Pſal.71.16. Erit firmamentum in terra in ſummis montium, 520.2.c

20. Defecerant laudes Dauid filij Ieſſe. 127.1.d

Pſal.72.5. In labore hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur. 82.1.b

9. Poſuerunt in cælum os ſuum, & lingua eorum tranſiuit, &c. 176.1.e

17. Labor eſt ante me, donec intrem in ſanctuarium Dei. 24.1.d

18. Veruntamen propter dolos poſuiſti eis. 105.2.c

19. 20. Perierunt propter iniquitatem ſuam, velut ſomnium ſurgentium. 296.3.c

20. Imaginem ipſorum ad nihilum rediget. 106.1.b

Pſal. 73. 12. Operatus eſt ſalutem in medio terræ. 358.1.e

14. Dediſti eum eſcam populis Æthiopum. 493.1.b

23. Superbia eorum qui te oderunt, aſcendit ſemper. 169.1.d

Pſal.74.3. Cum accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo. 318.2.b

9. Calix in manu Domini vini meri plenus miſto. 391.2.e

11. Omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua iuſti. 382.1.b

Pſal.75. 11. Cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem feſtum agent tibi. 419.1.c

Pſal. 76. 2. Voce mea ad Dominum clamaui. 229.1.b

4. Renuit conſolari anima mea, memor fui Dei. 195.2.a

Pſal.77.1. Attendite popule meus legem meam. 4.1.a

18 Tentauerunt Deum in cordibus ſuis, vt peterent eſcas, &c. 406.2.e

31. Audiuit Dominus, & diſtulit. 414.2.d

40. Quoties exacerbauerunt eum in deſerto. 138.1.a

57. Conuerſi ſunt in arcum prauum. 177.1.b

60. 61. Et repulit tabernaculum Silo, & tradidit in captiuitatem virtutem eorum. 139.2. e. 518.1.e

64. Sacerdotes eius gladio ceciderunt. 518.1.c

65. Excitatus eſt tanquam dormiens Dominus, tanquam potens crapulatus à vino 291.2.c

67. Tribum Ephraim non elegit. 77.1.d

69. Ædificauit ſicut vnicornium ſanctificium ſuum. 143.1.e

Pſal.74.6. Nolite extollere in altum cornu veſtrum. 314.2.d

Pſalm. 79. 10. Dux itineris fuiſti in conſpectu eius. 138.1.b

13. Tranſeuntes vindemiant. 585.1.b

14. Singularis ferus depaſtus eſt eam. 106.1.d

Pſal.80.17. De petra melle ſaturauit eos. 27.1.b

Pſal.81.1. Deus ſtetit in Synagoga deorum. 64.2.a

Pſal. 83. 3. Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum. 298.2.a

6. Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lacrymarum. 140.2.d

8. Benedictionem dabit legiſlator. 275.1.c

12. Miſericordiam, & veritatem diligit Deus. 153.1.a

Pſal,86.5.& 6. Homo natus eſt in ea, Dominus narrabit in ſcripturis populorum. 329 2.b

Pſal. 87. 10. Traditus ſum, & non egrediebar. 585.2.d

Pſal. 89. 5. Quæ pro nihilo habentur, eorum anni ſunt. 580.2.d

10. Dies annorum noſtrorum in ipſis, ſeptuaginta anni. 431.2.e

Pſalm. 90. 5. Scuto circundabit te veritas eius. 12.2.d

7. Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis. 85.1.a

8. Oculis tuis conſiderabis, & retributionem peccatorum videbis, 526.1.d

Pſal.96.1. Lætentur inſulæ multæ. 219.2.b

12. Lætamini iuſti in Domino. 298.1.d

Pſal.89.6. Moyſes, & Aaron in ſacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius. 257, 2.d. 395.2.b. 396.2.c. 395.2.d

8. Deus tu propitius fuiſti eis, & vlciſcens. 129.2.a

Pſal.99.3. Scitote quoniam Dominus ipſe eſt Deus. 138.1.b

Pſal.100.8. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ. 243.2.e

Pſal. 101. 7. Similis factus ſum pelicano ſolitudinis. 333.2.b

20. Dominus de cælo in terram aſpexit, vt audiret gemitus compeditorum. 220.2.a

26. Opera manuum tuarum ſunt cæli. 359.1.b

Pſal. 103. 5. Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam, &c. 350.1.a

Pſal.104.4. Quærite faciem eius ſemper. 132.1.b

17. Miſit ante eos virum; in ſeruum venundatus eſt Ioſeph. 90.1.b. 95.2.a

25. Conuertit cor eorum, vt odirent populum ſuum. 169.2.d

37. Non erat in tribubus eorum infirmus. 11.1.e

Pſal.105.15. Miſit ſaturitatem in animas eorum. 151.2.e

35. Commiſti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum. 83.2.c

Pſal. 106. 4. Errauerunt in ſolitudine in inaquoſo. 20.2.d

20. Miſit verbum ſuum, & ſanauit eos. 10.2.c

27. Et omnis ſapientia eorum deuorata eſt. 29.2.e

33. Poſuit flumina in deſertum; & exitus aquarum in ſitim. 563.2.b

Pſal.108.4. Detrahebant mihi; ego autem orabam. 193.2.c

10. 11. Nutantes transferantur filij eius, & mendicent; & eiiciantur de habitationibus ſuis; Scrutetur fœnerator omnem ſubſtantiam eius. 558.1.c. 585.1.b

24. Genua mea infirmata ſunt à ieiunio. 22.2.d

28. Maledicent illi, & tu benedices, &c. 202.2.a

Pſal.109.3. Tecum principium in die virtutis tuæ. 377.2.c. 378.1.a

Pſal. 109. 10. Intellectus bonus omnibus facientibus eum. 57.2.d

Pſal.114.2. Inclinauit aurem ſuam mihi.227.1.b
5. Miſericors Dominus,& iuſtus,& Deus noſter miſeretur.346.1.c
Pſal.115 12. Quid retribuam Domino pro omnibus,quæ retribuit mihi.368.1.c
16. O Domine,ego ſeruus tuus.197.1.d
Pſal.118.1. Beati immaculati in via,&c.460.1.c
24. Teſtimonia tua meditatio mea eſt.21.1.a
27. Dormitauit anima mea præ tædio.19.1.c
41. Et reſpondebo exprobrantibus mihi verbum. 202.1.c
44. Et cuſtodiam mandata tua ſemper.100.2.b
54. Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ, &c. 21.1.a
57. Mihi autem nimis honorati ſunt amici tui Deus. 109.1.c
85. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes.438.1.e
93. In æternum non obliuiſcar iuſtificationes tuas. 11.2.c
99. Me expectauerunt peccatores, vt perderent me, &c. 22.2.b
105. Lucerna pedibus meis verbum tuum, &c. 354.1.a
118. A verbis tuis formidauit cor meum.363.1.b
120. Confige timore tuo carnes meas,&c.365.1.a
Pſal.126.4. Sicut ſagitta in manu potentis, ita filij excuſſorum.112.1.d
130. Declaratio ſermonum tuorum illuminat.15.2.d
136. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. 203.1.e. 207.1.c.208.2.b
140. Ignitum eloquium tuum vehementer.29.1.e
145. Clamaui in toto corde meo,&c.228.2.e
148. Præuenerunt oculi mei ad te diluculo.254.1.a
162. Lætabor ego ſuper eloquia tua.66.1.d
169. Appropinquet deprecatio mea in conſpectu tuo.120.1.e
171. Eructabunt labia mea hymnum,&c.28.2.e
147. Præueni in maturitate,& clamaui.287.2.d
Pſal.120.2. Auxilium meum à Domino,qui fecit cælum,& terram.84.1.d
Pſal.121.4. Illuc enim aſcenderunt tribus, tribus Domini.95.2.a
Pſal.125.1. Facti ſumus ſicut conſolati.296.2.c
5. Qui ſeminant in lacrymis,in exultatione metent.207.2.a
Pſal.127.5. Et videas filios filiorum tuorum pacem ſuper Iſrael.64.1.d
Pſal.128.3. Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores.102.1.c
6. Quod priuſquam euellatur,exaruit.585.2.a
Pſal.129.1. De profundis clamaui ad te Domine. 218.2.a
Pſal.131.3. Effundo in conſpectu eius orationem meam. 201.2.b
8. Surge Domine in requiem tuam, tu & arca ſanctificationis tuæ.14.1.d
18. Super ipſum autem efflorebit ſanctificatio mea.223.2.a
Pſal.132.2. Sicut vnguentum in capite, quod deſcendit in barbam,barbam Aaron.29.1.c
Pſal.133.3. Benedicat te Dominus ex Sion,qui fecit cælum & terram 359.1.d
Pſal.134 8. Percuſſit primogenita Ægypti ab homine, vſque ad pecus.356.1.b
Pſal.135.10. Qui percuſſit Ægyptum cum primogenitis eorum.391.1.b
Pſal.136.2. In ſalicibus in medio eius,ſuſpendimus organa noſtra.141.2.a.367.1.b
4. Quomodo cantabimus canticum Domini, &c. 141.2.a
Pſal.127. 1. In conſpectu Angelorum pſallam tibi Deus meus.25.2.c
Pſal.138.17. Nimis confortatus eſt principatus eorum. 95.1.c
Pſal.140.2. Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo.242.1.b
2. Eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum. 448.2.c
4. Cum hominibus operantibus iniquitatem, & non communicabo cum electis eorum.447.2.d
5. Oleum autem peccatorum non impinguet caput meum. 17.2.a
8. Domine,clamaui ad te,exaudi me.228.2.b
10. Singulariter ſum ego,donec tranſeam.449.1.a
Pſal.143. 9. Deus canticum nouum cantabo tibi. 368.1.b
11. Filiæ eorum compoſitæ: circumornatæ, vt ſimilitudo templi.164.1.a
Pſal.145.4. Exibit ſpiritus eius,& reuertetur in terram ſuam.583.1.d
Pſal.146.7. Præcinite Domino in confeſſione. 245.2.c. 246.2.d
9. Qui dat iumentis eſcam ipſorum, & pullis coruorum inuocantibus eum.215.1.b
Pſal.149 6. Exaltationes Dei in gutture eorum,& gladij ancipites in manibus.307.1.b

Ex Prouerbijs.

Cap.3.5. Omnis ſermo Dei ignitus clypeus.12.1.d
16. In ſiniſtra illius diuitiæ,& gloria.9.2.a
18. Lignum vitæ eſt his, qui apprehenderint eam. 17.2.d
Cap.5.3. Fauus diſtillans labia meretricis.175.2.d
Cap.6.12 Homo apoſtata,vir inutilis.399.2.a
Cap.8.4. O viri ad vos clamito,&c.96.2.c
22. Dominus poſſedit me initio viarum ſuarum. 531.2.c
30. Ludens in orbe terrarum.577.1.c
35. Qui me inuenerit,inueniet vitam,&c.11.2.d
Cap.11.2. Vbi fuerit ſuperbia,ibi erit contumelia.168.2.e
Cap. 12. 19. Labium veritatis firmum erit in perpetuum.43.2.a.47.2.b
Cap.14.13. Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudij luctus occupat.297.1.a
Cap. 15. 1. Reſponſio mollis frangit iram, &c. 234.2.b
7. Cor ſtultorum diſſimile erit.236.2.c
33. Gloriam præcedit humilitas.345.2.a
Cap.16.2. Omnes viæ hominis patent oculis eius: ſpirituum ponderator eſt Dominus.318.1.c
Cap. 17. 22. Animus gaudens ætatem floridam facit. 166.1.a
Cap. 19. 13. Tecta iugiter perſtillantia,litigioſa mulier. 176.1.c
14. Domus & diuitiæ dantur à parentibus,à Domino autem,&c.156.1.c
17. Fœneratur Domino, qui miſeretur pauperis. 275.2.a
Cap. 22. 7. Qui accipit mutuum, ſeruus eſt fœnerantis, 275.2.c
Cap.23.1. Quando ſederis,vt comedas cum principe,ſtatue cultrum in gutture tuo.131.1.d
Cap. 24. 17. Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, &c.175.1.c
27. Præpara foris opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum,&c.59.1.c
Cap.25.11. Mala aurea in lectis argenteis,qui loquitur verbum in tempore ſuo.29.2.c
15. Patientia lenitur Princeps,& lingua mollis confringet duritiam.235.2.a
20. Acetum in nitro, qui cantat carmina cordi peſſimo. 484.2.e
Cap. 26. 4. Ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, &c.231.1.c

5. Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam.231.1.c
14. Sicut oſtium vertitur in cardine ſuo: ita piger in lectulo ſuo.350.1.d
Cap.27.20. Infernus & perditio nunquam implentur. 340.1.c
Cap.28.19. Qui ſectatur otium, replebitur egeſtate.132.1.a
Cap.31.10. Mulierem fortem quis inueniet, &c.22.1.c
29. Multæ filiæ congregauerunt diuitias, &c.9.2.d

Ex Eccleſiaſte.

Cap.1.5. Sicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis 582.1.b,c
6 Sol naſcens gyrat per meridiem, & flectitur per aquilonem.571.2.e
7. Ad locum vnde exeunt, flumina reuertuntur, vt iterum fluant.254.1.e
Cap.4.17. Cuſtodi pedem tuum ingrediens domum Dei. 243.1.e
Cap.5.3. Si quid vouiſti Deo, ne moreris reddere. 268.2.e
Cap.7.2. Melius eſt nomen bonum quàm vnguenta pretioſa.459.2.e
4. Per triſtitiam vultus corrigitur animus delinquentis. 484.1.e
14. Conſidera opera Dei, quod nemo poteſt corrigere, quem ille deſpexerit.495.2.b
Cap.16.1. Muſcæ morientes perdunt ſuauitatem vnguenti,243.2.b
16. Væ tibi terra, cuius Rex puer eſt.411.2.e
Cap.11.2. Da partem ſeptem, necnon & octo.43.2.d.e
3. Si ceciderit lignum ad auſtrum, aut ad aquilonem, in quocunque loco ceciderit, ibi erit.336.2.e
Cap.12.4. Obſurdeſcent omnes filiæ carminis.492.1.b
12. Faciendi plures libros nullus eſt finis.43.2.b

Ex Canticis Canticorum.

Cap.1.1. Oſculetur me oſculo oris ſui.148.1.e
2. Meliora ſunt vbera tua vino.4.2.a
Oleum effuſum nomen tuum.568 2.e
3. Trahe me poſt te, curremus in odorem vnguentorum. 190.2.d.e
Introduxit me rex in cubiculum ſuum.574.1.e
4. Nigra ſum, ſed formoſa, filiæ Hieruſalem.252.1.e
5. Filij matris meæ pugnauerunt contra me, poſuerunt me cuſtodem in vineis.180.2.a
6. Indica mihi vbi paſcas, vbi cubes in meridie. 133.1.a
8. Si ignoras te, egredere, & abi poſt veſtigia gregum tuorum.345.2.b.556.2.a
10. Murenulas aureas faciemus tibi.44.1.d.133.1.a
12. Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, &c.300.2.a
14. Ecce tu pulchra es amica mea, &c.160.1.a
Cap.2.1. Ego flos campi, & lilium conuallium.26.1.b
2. Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.250.2.c.459.1.b
3. Sicut malus inter ligna ſyluarum, ſic dilectus meus inter filios 459.1.e
8. Ecce iſte venit ſaliens in montibus, &c. 159.2.e
10. Surge, propera, amica mea, columba mea. 375.2 e
12. Vox turturis audita eſt in terra noſtra. 103.1.e. 2.a. 121.2.e.132.1.a.485.1.e
12. Tempus putationis aduenit.205.1.e
13. Ficus protulit groſſos ſuos.566 1.b
Vineæ florentes dederunt odorem ſuum.287.1.e
Surge, amica mea, ſpecioſa mea, & veni, &c. 132.2.b.133.1.b
15. Capite nobis vulpes, &c.160.1.b
16. Dilectus meus mihi, &c.300.2.a.b.496.1.d
Cap.3.1. Per noctes quæſiui quem diligit anima mea. 288.2.a
3. Inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt ciuitatem. 496.1.e
4. Tenui eum nec dimittam.236.2.b
6. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi?135.1.c
7. En lectulum Salomonis quinquaginta fortes ambiunt, &c.244.1.a
Cap.4.1. Oculi tui columbarum, abſque eo, quod intrinſecus latet.219.1.e
2. Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro.220.2.e.221.1.a
3. Sicut fragmen genæ tuæ.376.1.e
4. Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis, &c.11.2.e.21.2.d.281.1.c
8. Veni de Libano, veni, coronaberis de capite Amana. 158.2.d.223.2.a
9. Vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum, in vno crine colli tui.66.2.b.235.1.b
11. Fauus diſtillans labia tua.13.2.c
12. Hortus concluſus, ſoror mea, &c.263.1.c
15. Fons hortorum, puteus aquarum viuentium. 16.2.c
16. Surge, aquilo; veni auſter; perfla hortum meum. 30.1.a
Cap.5.1. Meſſui myrrham meam cum aromatibus meis, 524.1.e
Bibite, & inebriamini chariſſimi.238.2.e
2. Ego dormio, & cor meum vigilat.247.2.c
3. Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? 354.1.a
12. Oculi eius ſicut columbarum, ſuper riuulos aquarum. 13.1.d.16.1.a
13. Genæ illius ſicut areolæ aromatum.5.2.b
14. Venter eius eburneus, & diſtinctus ſapphiris. 283.1.d
15. Crura illius columnæ marmoreæ.351.2.d
16. Guttur eius ſuauiſſimum.16.2.d
Cap.6.2. Terribilis vt caſtrorum acies ordinata. 103.1.a.b
7. Sexaginta ſunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adoleſcentularum non eſt numerus.100.2.e
Cap.7.5. Corona capitis tui, ſicut purpura Regis. 148.2.e
11. Veni, dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis.372.2.e
13. Mandragoræ dederunt odorem in portis noſtris. 26.1.a
Omnia poma, noua & vetera, dilecte mi, ſeruaui tibi. 44.1.c
Cap.8.3. Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.368.1.d
6. Dura ſicut infernus æmulatio.170.2.c
8. Soror noſtra paruula eſt, & vbera non habet. 133.2.b
11. Vir affert pro fructu eius mille argenteos.98.1.a
13. Quæ habitas in hortis: amici auſcultant: fac me audire vocem tuam.25.2.d.36.2.d

Ex Sapientia.

Cap.1.13. Deus mortem non fecit.333.2.a
Cap.3.5. In paucis vexati, in multis benè diſponentur. 335.1.c
7. Fulgebunt iuſti, & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent.582.2.e
18. Non habebunt in die agnitionis allocutionem.356.1.d

Cap. 5. 14. *Talia dixerunt in inferno hi, qui peccauerunt.* 341.1.e

18. *Armabit creaturam ad vltionem inimicorum, &c.* 139.1.b.c

Cap.6.6. *Durißimum iudicium in his, qui præſunt, fiet, &c.* 543.1.b

Cap. 7. 2. *Decem menſium tempore coagulatus ſum in ſanguine.* 256.2.d

29. *Eſt enim hæc ſpecioſior ſole, &c.* 13.2.b

Cap.10.5. *Hæc ſciuit iuſtum & conſeruauit ſine querela, & in filij miſericordia fortem cuſtodiuit.* 215.2.b

16. *Hæc intrauit in animam ſerui Dei, & ſtetit contra reges horrendos.* 106.1.e

Cap.11.13. *Duplex enim illos acceperat tædium, gemitus cum memoria præteritorum.* 525.1.e

17. *Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur.* 327.1.e

Cap.12.18. *Tu autem dominator virtutis cum tranquillitate iudicas, &c.* 250.2.a

Cap.16. 12. *Neque herba, neque malagma ſanauit eos, &c.* 10.2.e

20. *Angelorum eſca nutriuiſti populum tuum.* 27.2.e

Cap.18. 24. *In veſte poderis, quam habebat, totus erat orbis terrarum, & magnificentia tua in diademate.* 304.1.a

Cap.19.7. *In mari rubro via ſine impedimento, & campus germinans, &c.* 141.1.b

Ex Eccleſiaſtico.

Cap. 3. 18. *Maledictus à Deo qui exaſperat matrem.* 441.1.a

19. *In manſuetudine opera tua perfice, &c.* 251.2.e

Cap. 5. 7. *Miſericordia, & ira ab illo citò proximant.* 481.2.c

8. *Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem.* 276.1.b

Cap.6.25. *Iniice pedem tuum in compedes illius.* 120.2.a

Cap.7.25. *Filij tibi ſunt, erudi illos, & curua illos à pueritia illorum, &c.* 269.2.a

Cap.9.7. *Noli circumſpicere in vicos ciuitatis, nec oberraueris in plateis illius.* 443.1.e

8. *Auerte faciem tuam à muliere compta, & ne circumſpicias ſpeciem alienam.* 224.2.e

Cap.11.30. *In filiis ſuis cognoſcitur vir.* 279.1.b

Cap.13.3. *Quid communicabit cacabus ad ollam, quando enim ſe colliſerint confringentur.* 403.2.e

Cap.16.3. *Melior eſt vnus timens Deum, quàm mille filij impij.* 326.1.c

Cap.17.12. *Et mandauit illis vnicuique de proximo ſuo.* 408.2.e

30 *Quid lucidius ſole? & hic deficiet.* 306.1.d

Cap.18.16. *Cum conſummauerit homo, tunc incipiet.* 38.1.c

Cap. 19. 18. *In omni ſapientia diſpoſitio legis.* 37.2.a

26. *Ex viſu cognoſcitur vir, &c.* 238.1.c

Cap. 22. 2. *De ſtercore boum lapidatus eſt piger.* 346, 2.b

Cap.23.11. *Omnis iurans, & nominans in toto à peccato non purgabitur.* 273.1.c

Cap. 24. 21. *Quaſi ſtorax & galbanus, & vngula, & gutta vaporaui habitationem meam.* 373.2.e

21. *Quaſi balſamum non mixtum ſic odor meus, &c.* 25.2.a.b

29. *Qui edunt me, adhuc eſurient, &c.* 18.2.b

Hæc omnia liber vitæ, & teſtamentum altiſſimi, &c, 18.2.c

32. *Qui implet quaſi Phiſon ſapientiam, &c.* 22.341.c

Cap. 26. 23. *Columna aurea ſuper baſes argenteas,* Franc.de Mendoça in lib.Reg.Tom.1.

&c.354.2.e

Cap. 27. 22. *Stultus ſicut luna mutatur.* 105.1.b

Cap. 33. 4. *Qui interrogationem manifeſtat, parabit verbum.* 16.1.a

5. *Præcordia fatui quaſi rota carri.* 105.1.e

12. *Ex ipſis benedixit, & exaltauit: & ex ipſis ſanctificauit, & ad ſe applicauit, & ex ipſis maledixit, & humiliauit.* 332.2.d

Cap.35. 8. *Oblatio iuſti impinguat altare, & odor ſuauitatis eſt in conſpectu altiſſimi.* 368.2.c

Cap. 36. 10. *Feſtina tempus, & memento finis.* 6.3.b

Cap. 39. 1. *Sapientiam omnium antiquorum exquiret ſapiens.* 41.1.b

Cap. 40. 20. *Vinum, & muſica lætificant cor, & ſuper vtraque dilectio ſapientiæ.* 24.1.a

Cap.43.25. *In ſermone eius ſiluit ventus, & cogitatione ſua placauit abyſſum, &c.* 375.2.a

Cap. 44. 6. *Homines diuites in virtute, pulchritudinis ſtudium habentes.* 23.1.b

20. *Henoch placuit Deo, & tranſlatus eſt in paradiſum.* 524.2.d

Cap.45.10. *Beatificauit illum in gloria.* 505.1.b. 515.2.a

Cap.46.16. *Dilectus eſt à Domino Deo ſuo Samuel Propheta Domini.* 74.2.d

Cap. 47. 2. *Quaſi adeps ſeparatus à carne, ſic Dauid à filiis Iſrael.* 221.2.b

3. *Cum leonibus luſit quaſi cum agnis.* 61.2.e

Cap.49. 6. *Præter Dauid, Ezechiam, & Ioſiam omnes peccatum commiſerunt, &c.* 78.2.414.1 d

10. *Conſpectum gloriæ oſtendit illi in curru Cherubim* 566.1.b

Ex Iſaia.

Cap. 1. 2. *Audite cæli, & auribus percipe terra.* 359.1.b

3. *Bos cognouit poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui, Iſrael autem me non cognouit, &c.* 556.1.e 2.d

4. *Lauamini, & mundi eſtote, &c.* 331.2.e

5. *Omne caput languidum, & omne cor mœrens, à planta pedis vſque ad verticem capitis non eſt in eo ſanitas* 430.2.b

6. *Vulnus, & liuor, & plaga tumens non eſt circumligata.* 29.1.b

7. *Regionem veſtram coram vobis alieni deuorant.* 330.2.c

10. *Audite verbum Domini Principes Sodomorum.* 110.1.e

11. *Quo mihi multitudinem victimarum veſtrarum, &c.* 144.2.c

15. *Cùm multiplicaueris orationem, non exaudiam.* 224.2.c

17. *Quærite iudicium, &c.* 365.1.a

23. *Principes tui infideles, &c.* 427.2.b

24. *Heu conſolabor de hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis.* 162.1.d

31. *Opus veſtrum ſuccendetur, & non erit, qui extinguat.* 564.1 d

Cap.2.6. *Pueris alienis adhæſerunt, &c.* 478.1.b

Cap.3.1. *Auferet à Hieruſalem, & à Iuda validum, & fortem, omne robur panis, & omne robur aquæ.* 322.1.d

7. *Non ſum medicus, nolite me conſtituere principem.* 941.d

In domo mea non eſt panis, neque veſtimentum, nolite me conſtituere principem populi. 383.2.c

12. *Populum meum exactores ſui ſpoliauerunt: mulieres dominatæ ſunt eis.* 544.2.b

14. *Vos depaſti eſtis vineam, & rapina pauperis in domo veſtra.* 361.2.a

Cap. 5. 1. Cantabo dilecto meo canticum patruelis mei. 291.2.c
5. Nunc oſtendam vobis, quid ego faciam vineæ meæ, &c. 390.1.c
11. Væ qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectandam. 239.1.e
17. Deſerta in vbertatem verſa aduenæ comedent. 322. 1.e
18. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis. 113.1.a
Cap. 6. 1. Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, &c. 79 1.d 80.2.d.115.2.b
3. Clamabat alter ad alterum: Sanctus, Sanctus, &c. 43. 2.d.303.1.c.2.d.304.1.c.
4. Et domus repleta eſt fumo, &c. 569.1.d
5. Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labiis ego ſum. 457.2.e
6. Volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus. 315.1.d
13. Semen ſanctum erit id, quod ſteterit in ea. 382. 1.d
Cap. 7. 1. Et factum eſt in diebus Achaz, filij Ioathan, filij Oziæ Regis Iuda. 80.1.d
3. Egredere in occurſum Achaz tu, & filius tuus. 115. 2.a
Cap. 8. 4. Antequam puer ſciat vocare patrem ſuum, & matrem ſuam, auferetur fortitudo Damaſci. 309. 1.e.2.a
Cap. 9. 14. Diſperdet Dominus ab Iſrael caput, & caudam, &c. 523.1.b
18. Succenſa eſt quaſi ignis impietas, & ſuccendetur in denſitate ſaltus. 590.2.d
19. Erit populus quaſi eſca ignis: vir fratri ſuo non parcet. 173.1.d
19. Et reliquiæ ligni ſaltus eius præ paucitate numerabuntur. 99.1.e
Cap. 11. 4. Percutiet terram virga oris ſui. 284.1.b
5. Erit iuſtitia cingulum lumborum eius. 191.2.a
12. Leuabit ſignum in nationes, & congregabit profugos Iſrael, & diſperſos Iuda colliget à quatuor plagis terræ. 373.1.d
Cap. 13. 3. Ego mandaui ſanctificatis meis, &c. 221. 2.c.
22. Reſpondebunt ibi vlulæ in ædibus eius; & ſirenes in delubris voluptatis. 492.1.d
Cap. 14. 12. Quomodo cecidiſti de cælo, Lucifer, qui mane oriebaris, &c. 167.2.b
13. Sedebo in lateribus aquilonis, &c. 244. 2.e. 312. 2.b
14. Similis ero altiſſimo, &c. 306.2.e.463.1.e
28. In anno, quo mortuus eſt Achaz, factum eſt onus iſtud 80. 2.b
Cap. 18. 2. Ite Angeli veloces ad gentem conuulſam, & dilaceratam, ad populum terribilem, poſt quem non eſt alius, ad gentem expectantem. 374.1.a
Cap. 19. 24. In die illa erit Iſrael tertius Ægyptio, & Aſſyrio. 560.1.d
Cap. 21. 1. Omnes deſerti maris, &c. 99.1.a
Cap. 22. 16. Quid tu hic? aut quaſi quis hic? &c. 536. 1.b.e
20. Et vocabo ſeruum meum Eliacim, & induam illum tunica mea. 356.2.d
22. Dabo clauem domus Dauid ſuper humerum eius. 7. 1.c
Cap. 23. 4. Erubeſce, Sidon, ait mare, &c. 578. 1.d
15. Erit Tyro quaſi canticum meretricis. 255.1.d
Cap. 24. 16. A finibus terræ laudes audiuimus, gloriam iuſti. 7.2.a.575.1.a
23. Erubeſcet Luna, & confundetur Sol, cum regnauerit Dominus exercituum. 379.2.a
Cap. 25. 3. Laudabit te populus pauper, &c. 346. 1.b
Cap. 26. 10. Miſereamur impio, & non diſcet iuſtitiam. 498.2.a
Cap. 27. 11. Mulieres venientes, & docentes eam: non eſt enim populus ſapiens, &c.
Cap. 28. 7. Præ vino neſcierunt, & præ ebrietate errauerunt. 214.1.b
9. Quem docebit ſcientiam, & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos a lacte, auulſos ab vberibus, 265.1. b.268.1.d
13. Manda, remanda; expecta, reexpecta. 102.2.c
17. Ponam in pondere iudicium, & iuſtitiam in menſura. 155.1.c
Cap. 29. 2. Circumuallabo Ariel, & erit triſtis, & mœrens, &c. 558.2.c
4. Humiliaberis, de terra loqueris, & de humo audietur eloquium. 568.1.e
23. Cum viderint filios tuos in medio tui ſanctificantes nomen meum, & ſanctificabunt ſanctum Iacob, &c. 560. 2.b
Cap. 30. 2. Os meum non interrogaſtis. 492.2.b
8. Scribe ei ſuper buxum, &c. 448.2.d
10. Qui dicunt videntibus, nolite videre, &c. 492. 2.a
32. In tympanis, & citharis, & in bellis præcipuis expugnabit eos. 249.1.b
33. Præparata eſt ab heri Topheth, à Rege præparata, &c. 337.1.a
Cap. 32. 9. Mulieres opulentæ ſurgite, & audite vocem meam. 554.2.c
Cap. 33. 18. Vbi eſt literatus? vbi legis verba ponderans? Vbi Doctor paruulorum, 282.1.c
Cap. 34. 4. Complicabuntur, ſicut liber cæli. 13. 2.d
7. Deſcendent vnicornes cum eis. 167.2.d
Cap. 36. 4. Dicite Ezechiæ. Hæc dicit Rex magnus, Rex Aſſyriorum, &c. 168.2.c
16. Comedite vnuſquiſque vineam ſuam. 21.1.a
20. Quis eſt ex omnibus Diis, qui eruat terram ſuam de manu mea? 167.2.c
21. Siluerunt, & non reſponderunt verbum. 183.2.d
Cap. 37. 29. Ponam circulum in naribus tuis, & frænum labiis tuis, &c. 167.2.b
Cap. 38. 1. Ægrotauit Ezechias vſque ad mortem. 370. 1.c
Cap. 40. 12. Qui appendit tribus digitis molem terræ, &c. 349.1.b
13. Quis adiuuit ſpiritum Domini, &c. 319.1.b
15. Ecce gentes quaſi ſtilla ſitulæ, & quaſi momentum ſtateræ reputatæ ſunt. 560.1.a
24. Repente flauit in eos, & aruerunt, & turbo quaſi ſtipulam auferet eos. 580.2.e
Cap. 41. 1. Taceant ad me inſulæ. 219.1.b
2. Dabit Deus quaſi puluerem gladio eius, &c. 13.1.b
27. Primus ad Sion dicet, Ecce adſum. 91.1.d
Cap. 42. 2. Non clamabit, neque audietur vox eius foris. 62.1.e
4. Calamum quaſſatum non conteret, & linum fumigans non extinguet. 561.2.d
14. Tacui ſemper ſilens, patiens fui: ſicut parturiens loquar. 393.1.d
Cap. 43. 8. Educ foras populum cæcum, & oculos habentem: ſurdum, &c. 559.1.b
Cap. 45. 1. Hæc dicit Dominus Chriſto meo Cyro. 384.1. a.533.2.d
Subiiciam ante faciem eius gentes & dorſa regum vertam. 380.2.a
Cap. 47. 1. Deſcende, ſede in puluere, virgo filia Babylon. 175.2.d
Cap. 48. 9. Laude mea frænabo te, ne pereas. 248.1.a

Cap. 49.

Cap.49.2. *Et poſuit os meum, quaſi gladium acutum, & poſuit me ſicut ſagittam electam.* 282.2.c
20. *Dicent in auribus tuis filij ſterilitatis tuæ, Anguſtus eſt mihi locus.* 372.1.d
22. *Afferent filios ſuos in vlnis, & filias ſuas ſuper humeros portabunt.* 374.2.c
Cap. 50. 1. *Ecce in iniquitatibus veſtris venditi eſtis.* 561.1.d
4. *Dominus mihi dedit linguam eruditam.* 4.1.d
11. *Ambulate in lumine ignis veſtri, & in flammis, quas ſuccendiſtis* 513.2.e
Cap.51.1. *Attendite ad petram, vnde exciſi eſtis.* 133.2.b
2. *Attendite ad Abraham patrem veſtrum.* 58.1.b
5. *Brachia mea populos iudicabunt; me inſulæ expectabunt.* 373.2.d
Cap.52.7. *Quàm pulchri ſuper montes pedes annunciantis, & prædicantis pacem, annunciantis bonum.* 45.1.e. 302.1.a. 354.1.b
Cap.54.2. *Dilata locum tentorij, & pelles tabernaculorum tuorum extende, &c.* 372.2.a
16. *Ecce ego creaui fabrum ſufflantem in igne prunas.* 178.1.e
Cap.55.1. *Venite, emite, abſque argento, & abſque vlla commutatione vinum, & lac.* 274.1.b
Cap. 56. 5. *Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filiis, & filiabus.* 127.2.c
10. *Canes muti, non valentes latrare.* 482.1.e
Cap.57.9 *Humiliata es vſque ad inferos.* 341.2.c
21. *Non eſt pax impiis.* 297.1.e. 300.2.b
Cap.58.2. *Scire vias meas volunt, quaſi gens, quæ iuſtitiam fecerit.* 16.1.d
7. *Frange eſurienti panem tuum.* 271.1.a
Cap. 59. 19. *Cum venerit, quaſi fluuius violentus, &c.* 382.1.c
Cap.60.8. *Qui ſunt iſti qui ſicut nubes volant, & quaſi columbæ, &c.* 475.1.e
15. *Ponam te in ſuperbiam ſeculorum.* 381.2.c
Cap.61.10. *Quaſi ſponſum decoratum corona, &c.* 397.2.a
Cap.62.7. *Qui reminiſcimini Domini, ne taceatis, & ne detis ei ſilentium.* 256.1.b
Cap. 63. 9. *In omni tribulatione eorum non eſt tribulatus.* 160.2.c
Cap. 66. 4 *Vnde & ego eligam illuſiones eorum.* 400.2.b
7. *Antequam parturiret, peperit; antequam veniret partus eius, peperit maſculum.* 198.1.a.b. 218.1.c. 442.2.c
13. *Quomodo ſicut mater blandiatur, ita ego conſolabor vos.* 289.2.b
18. *Ego opera eorum, & cogitationes eorum venio vt congregem.* 319.1.a
24. *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.* 337.1.b

Ex Ieremia.

Cap. 1. 9. *Miſit Dominus manum ſuam, & tetigit os meum.* 315.1.d
10. *Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna, &c.* 329.2.c
11. *Virgam vigilantem ego video.* 481.1.e
Cap. 2.11. *Populus meus mutauit gloriam ſuam in idolum* 571.2.a
Cap.3.4 *Ergo ſaltem amodò voca me pater meus.* 159.1.b
14. *Conuertimini, filij reuertentes.* 358.2.c
Cap.5.5. *Et ecce magis hi confregerunt iugum, ruperunt vincula.* 493.2 b
21. *Audi popule ſtulte, qui non habes cor.* 298.1.c
Cap. 6. 16. *Interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via.* 5.2.d. 29.1.c
Cap.7.4. *Nolite confidere in verbis mendacibus, dicentes: templum, &c.* 564.2.d
12. *Cor ſuum poſuerunt vt adamantem, ne audirent legem.* 492.1.c
Cap.8.7. *Miluus in cælo cognouit tempus ſuum.* 5;6.2.b
18. *Dolor meus ſuper dolorem, in me cor meum mærens.* 160.2.e
Cap. 6. 24. *In hoc glorietur, qui gloriatur ſcire, & noſſe me.* 338.1.b
Cap.11.20. *Tibi reuelaui cauſam meam.* 233.1.b
Cap.12.7. *Dedi dilectam animam meam in manum inimicorum eius.* 531.1.a
10. *Paſtores multi demoliti ſunt vineam meam.* 544.1.b
Cap.13.1. *Vade, & poſſide tibi lumbare lineum, & pone illud, &c* 435.2.b
7. *Et ecce computruerat lumbare, ita vt nulli vſui aptum eſſet.* 435.2.e
23. *Si mutare poteſt Æthiops pellem ſuam, aut pardus varietates ſuas.* 113.1.b
Cap.15.1. *Si ſteterit Moyſes, & Samuel coram me, non eſt anima mea, &c.* 445.2.c
9. *Defecit anima eius, occidit ei ſol, cùm adhuc eſſet dies.* 330.2.a
10. *Væ mihi mater mea, quare genuiſti me, virum rixæ, &c.* 498.1.a
11. *Perdix fouit, quæ non peperit.* 376.2.e
Cap.16.2. *Non accipies vxorem, & non erunt tibi filij.* 121.1.d
Cap.17.5 *Maledictus homo, qui confidit in homine, &c.* 547.1.b
18. *Duplici contritione contere eos.* 85.2 e. 544.1.a
Cap. 18. 8. *Si pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo, agam, & ego pœnitentiam ſuper malo, quod cogitaui, vt facerem ei.* 391.1.d
23. *In tempore furoris tui abutere eis.* 370.2.b
Cap.21.30. *Scribe virum iſtum ſterilem, virum, qui in diebus ſuis non proſperabitur.* 126.2 b. 384.2.c
Cap. 25. 9. *Et Nabuchodonoſor Regem Babylonis ſeruum meum.* 65.1 d
11. *Seruient Regi Babylonis ſeptuaginta annis.* 153.1.b
34. *Vlulate paſtores, & clamate, & aſpergite vos cinere optimates.* 543.1.d
Cap.27.6. *Ego dedi omnes terras iſtas in manu Nabuchodonoſor, &c* 65.1.d
Cap.29.3. *Egreſſus eſt Iechonias Rex, &c.* 179.1.b
7. *Quærite pacem ciuitatis, ad quam transmigrare vos feci.* 179.1.b
22. *Ponat te Dominus ſicut Sedeciam, & ſicut Achab,* 542.1.c
Cap. 30. 6. *Hæc dicit Dominus vocem terroris audiuimus.* 331.1.a
Cap.31.34. *Non docebit vltra proximum ſuum, dicens, cognoſce Dominum.* 401.1.a
Cap. 48.10. *Maledictus, qui prohibet gladium ſuum à ſanguine.* 488.1.a

Ex Threnis Ieremiæ.

Cap. 1. 7. *Viderunt eam hoſtes, & deriſerunt Sabbata eius.* 142.1.c
9. *Vide, Domine, afflictionem meam, quoniam erectus eſt inimicus.* 454.1.a
14. *Vigilauit iugum iniquitatum mearum in manu eius.* 316.2.c
15. *Torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iuda.* 422.1.a
16. *Ego plorans, & oculus deducens aquam, quia longè, &c* 208.2.d
Cap.2.18. *Deduc quaſi torrentem lacrymas per diem, & noctem, non des quietem tibi, neque taceat pupilla oculi tui.* 213.2.e

19. Effunde ſicut aquam cor tuum, in conſpectu Domini. 232.1.c
37. Quis eſt iſte, qui dixit, vt fieret, Domino non iubente. 332.1.a
Cap.3.3. In me vertit, & conuertit manum tota die. 334.1.a
27. Bonum eſt viro, cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua. 287.1.b
28. Sedebit ſolitarius, & tacebit, quia leuauit ſupra ſe. 281.2.e
29. Ponet in puluere os ſuum, ſi fortè ſit ſpes. 182.1.d
30. Dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobriis. 182.1.c
49. Oculus meus afflictus eſt, nec tacui. 237.1.a
51. Oculus meus deprædatus eſt animam meam. 225.1.b
Cap. 4.1. Diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omnium platearum. 537.2.e. 538.1.e
2. Filij Sion inclyti, & amicti auro primo: quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea. 146.1.d
10. Manus mulierum miſericordium coxerunt filios ſuos. 324.1.c

Ex Baruch.

Cap. 3. 24. O Iſraël quàm magna eſt domus Dei, & ingens locus poſſeſſionis eius. 371.2.a
Cap.4.36. Hic eſt Deus noſter, & non æſtimabitur alius aduerſus eum. 305.2.a
36. Circumſpice ad orientem, & vide iucunditatem à Deo. 375.2.b

Ex Ezechiele.

Cap.1.7. Et pedes eorum recti. 354.1.d
25. Aſpectus rotarum, & opus earum quaſi viſio maris, 37.1.b. 44.1.d. 578.1.a
18. Et totum corpus oculis plenum in circuitu ipſarum quatuor. 101.1.a
20. Spiritus enim vitæ erat in rotis. 11.2.c.
Cap.2.9. Ecce manus miſſa ad me. 7.2.c
10. Et ſcripta erant in eo lamentationes, & carmen, & væ. 390.1.a
Cap. 3. 18. Impius in iniquitate ſua morietur; ſanguinem autem eius de manu tua requiram. 541.2.e. 542.1.a
Cap. 5. 10. Patres comedentes filios, & filij comedentes patres ſuos. 513.2.a
Cap.6.12. Percute manum tuam, & allide pedem tuum. 295.1.b
Cap. 7. 26. Conturbatio ſuper conturbationem veniet. 543.2.b
Cap.8.13. Adhuc conuerſus videbit abominationes maiores. 424.2.b
Cap. 9. 3. Qui indutus erat lineis, & atramentarium ſcriptoris habebat in lumbis ſuis. 469.1.b
4. Signa Thau ſuper frontes virorum gementium, & dolentium. 207.2.d
Cap.13.18. Væ illis, quæ conſuunt puluillos ſub omni cubito manus. 479.2.c
Cap. 15. 2. Quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum, ecce igni datum eſt in eſcam. 577.1.c
Cap. 16. 3. Radix tua, & generatio tua de terra Chanaan. 110.1.d
10. Veſtiui te diſcoloribus & calceaui te hyacintho. 10.1.b
41. Auferetur zelus meus à te, & quieſcam, nec iraſcar amplius. 119.1.b 498.1.c
Cap.17.25. Anguſtia ſuperueniente, requirent pacem, & non erit. 546.1.d
Cap.18.4. Ecce omnes animæ meæ ſunt. 499.1.c
Cap. 20. 46. Stilla ad Africum, & propheta ad ſaltum agri meridiani. 91.1.c
Cap. 21. 26. Hæc dicit Dominus Deus, aufer cidarim, tolle coronam, &c. 536.2.a
Cap.23.3. Et fornicatæ ſunt in Ægypto. 83.2.b.c
Cap.24.9. Væ ciuitati ſanguinum, cuius ego grandem faciam pyram. 58.1.a
17. Corona tua circumligata ſit tibi. 218.1.e
18. Mortua eſt vxor mea veſpere, & ſermo Domini factus eſt ad me. 121.1.d
Cap.28 12. Tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia. 146.1.b
Cap. 33. 11. Nolo mortem impij, ſed vt conuertatur à via ſua, & viuat. 468.2.b
Cap. 34. 2. Væ Paſtoribus Iſraël, qui paſcebant ſemetipſos. 536.2.d
4. Quod confractum eſt, non alligaſtis. 486.2.c
11. Ego ipſe requiram oues meas, & viſitabo eas; ſicut viſitat paſtor gregem ſuum. 537.1.b
Cap 44 3. Princeps ipſe ſedebat in ea. 7.2.d
30. Primitiua ciborum veſtrorum dabitis ſacerdoti. 544.2.e
Cap. 46. 23. Hæc eſt domus culinarum, in qua coquent miniſtri domus Domini victimas populi. 404.1.c
Cap.47.12. Et erunt fructus eius in cibum. 17.1.c

Ex Daniele.

Cap. 1. 6. Fuerunt ergo inter eos de filiis Iſraël Daniel, &c. 313.2.e
Cap. 2.4. Dic ſomnium ſeruis tuis, & interpretationem eius indicabimus. 189.1 d
28. Somnium tuum, & viſiones capitis tui huiuſmodi ſunt. 494 1.a
38. Tu es caput aureum. 167.1.d
Cap.3.2. Viri iſti contempſerunt, Rex, decretum tuum. 97.2.e
15. Quis eſt Deus, qui eripiet vos de manu mea? 168.2.d
50. Et excuſſit flammam ignis de fornace; & fecit medium fornacis, &c 306.1.a
92. Ecce ego video quatuor viros ſolutos, & ambulantes in medio ignis. 134.1.c. 187.1.e
Et ſpecies quarti ſimilis filio Dei. 570.1.d
Cap. 4. 30. Ex hominibus eiectus eſt, & fœnum, vt bos comedit. 14.1.b. 106.2.c
Cap. 5. 2. Præcepit iam temulentus, vt afferrentur vaſa aurea. 140.1.a
5. Rex aſpiciebat articulos manus ſcribentis, tunc facies regis commutata eſt. 463.1.d
18. O Rex, Deus altiſſimus regnum, & magnificentiam, gloriam, & honorem dedit Nabuchodonoſor patri tuo. 347.1.b
Cap. 6. 10. Ipſe feneſtris apertis in cœnaculo ſuo contra Ieruſalem, tribus temporibus in die flectebat genua ſua. 135.2.c. 141.2.b
17. Obſignauit annulo ſuo, & annulo optimatum ſuorum ne quid fieret, &c. 528.1.e
22. Deus miſit Angelum ſuum, & concluſit ora leonum. 187.2.a
Cap.7.2. Ecce quatuor venti cœli pugnabant in mari magno. 578.2.c
Cap.9.24. Septuaginta hebdomadæ abbreuiatæ ſunt. 6.2.d
26. Et poſt hebdomadas ſeptuaginta duas, occidetur Chriſtus. 263.1.b
27. Et in dimidio hebdomadæ deficiet hoſtia, & ſacrificium. 570.1.d
Cap.10.3 Panem deſiderabilem non comedi, & caro, & vinum non introierunt in os meum. 145.2.e
Cap.13. 53. Iudicans iudicia iniuſta, innocentes opprimens, & dimittens noxios. 541.2.a

Ex Oſea.

Cap.1.6. Concepit adhuc, & peperit filiam. 442.2 c
6. Non addam vltra miſereri domus Iſraël. 77.1.e

8. *Et ablactauit eam, quæ erat abſque miſericordia.* 268. 1.c

9. *Voca nomen eius: non populus meus.* 371.1.b

Cap 2.19. *Sponſabo te mihi in ſempiternum.* 158.1.e

Cap. 3. 4. *Dies multos ſedebunt filij Iſrael ſine Rege, & ſine Principe.* 568.2.a. 573.1.b

Cap. 4. 1. *Non eſt ſcientia Dei in terra.* 401.1.c

9. *Et erit ſicut populus, ſic ſacerdos.* 408.2.a

11. *Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor.* 423. 1.c

14. *Non viſitabo ſuper filias veſtras, cùm fuerint fornicatæ.* 488.1.c.2.a

16. *Sicut vacca laſciuiens declinauit Iſrael.* 77.1.e.82. 1.a

Cap. 5. 10. *Effundam quaſi aquam iram meam.* 129.1.e

Cap 6. 3. *Veniet quaſi imber nobis temporaneus, & ſerotinus.* 57.2.e

Cap. 9. 14. *Da eis vuluam ſine liberis, & vbera arentia.* 72.2.a

Cap. 10. 1 *Vitis frondoſa Iſrael.* 81.2.c

7. *Tranſire fecit Samaria Regem ſuum, quaſi ſpumam.* 78.1.a

11. *Ephraim vitula docta diligere trituram.* 77.2.b

Cap. 11. 3. *Et ego quaſi nutritius Ephraim.* 353.1.b

8. *Conuerſum eſt in me cor meum, pariter conturbata eſt pœnitudo mea.* 161.1.b

Cap. 12. 3. *In vtero ſupplantauit fratrem ſuum, & in fortitudine ſua directus eſt cum Angelo.* 181.1.a

8. *Diues factus ſum, inueni idolum mihi.* 82. 2.e. 83. 1.b

10. *Et locutus ſum ſuper Prophetas, & ego viſionem multiplicaui.* 3.2.b

Ex Ioële.

Cap. 1. 7. *Ficum meam decorticauit.* 314.1.b

12. *Confuſum eſt gaudium à filijs hominum.* 299.1.a

17. *Computruerunt vt iumenta in ſtercore ſuo.* 346.1.b

Ex Amos.

Cap. 1. 3. *Super tribus ſceleribus Damaſci, & ſuper quatuor non conuertam eum.* 468.2.d

Cap. 2. 13. *Ecce ego ſtridebo ſubter vos, ſicut ſtridet plauſtrum onuſtum fœno.* 568.1.e

Cap. 4. 2. *Ecce dies venient ſuper vos, & leuabunt vos in contis, & reliquias veſtras in ollis feruentibus.* 404. 1.b

Cap. 5. 2. *Virgo Iſraël proiecta eſt in terram ſuam; & non eſt qui, &c.* 422.1.c

4. *Domus Iſraël, quærite me, & viuetis.* 351.2.b

10. *Odio habuerunt corripientem in porta.* 446.1.c

Cap. 6. 1. *Væ qui opulenti eſtis in Sion.* 539.1.a

4. *Væ, qui dormitis in lectis eburneis.* 29.2.b. 539.1.a

6. *Et nihil patiebantur ſuper contritione Ioſeph.* 173.1.e

Cap. 7. 7. *Et ecce Dominus ſtans ſuper murum litum.* 47.2.d

14. *Non ſum Propheta, & non ſum filius Prophetæ, ſed armentarius ego ſum.* 314.1.a

Cap. 8. 11. *Emittam famem in terram, non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed audiendi verbum Domini.* 322.1.c

Cap. 9. 11. *In die illa ſuſcitabo tabernaculum David.* 331.2.c

12. *Vt poſſideant reliquias Idumææ.* 110.1.e

Ex Abdia.

N. 12. *Non magnificabis os tuum in die anguſtiæ.* 175. 1.b

Ex Iona.

Cap. 1. 8. *Quæ terra tua, & quò vadis, ex quo populo tu es.* 110.1.a

9. *Hebræus ego ſum.* 86.2.e

Cap. 2. 1. *Et fuit Ionas in ventre piſcis tribus diebus, &c.* 528. 2.a

1. *Et dixit Dominus piſci: & euomuit Ionam in aridam.* 391.1.a

Cap. 3. 5. *Et crediderunt viri Niniuitæ in Deum, & prædicauerunt ieiunium.* 188.2.c

6. *Et peruenit verbum ad Regem Niniue.* 494.1.e

10. *Et miſertus eſt Deus ſuper malitiam, quam locutus fuerat, vt faceret eis.* 392.1.c

Ex Michæa.

Cap. 3. 3. *Qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum deſuper excoriauerunt.* 409.2.c

5. *Si quis non dederit in ore eorum quippiam, ſanctificant ſuper eum prælium.* 409.2.c

Cap. 7. 1. *Præcoquas ficus deſiderauit anima mea.* 100. 1.a

5. *Ab ea, quæ dormit in ſinu tuo, cuſtodi clauſtra oris tui.* 227.1.b

6. *Filius contumeliam facit patri, & filia conſurgit aduerſus matrem ſuam.* 173.1.c

Ex Nahum.

Cap. 2. 8. *Niniue ſicut piſcina aquarum.* 19.2.a

Cap. 3. 13. *Ecce populus tuus, mulieres in medio tui.* 554.2.d

Ex Habacuc.

Cap. 1. 10. *Et tyranni ridiculi eius erunt.* 169.1.a

11. *Hæc eſt fortitudo eius Dei ſui.* 311.2.d

Cap. 2. 6. *Væ ei, qui multiplicat non ſua: vſquequò aggrauat contra ſe denſum lutum.* 420.1.b

16. *Væ qui potum dat amico ſuo, mittens fel ſuum.* 48. 1.e

Cap. 3. 4. *Cornua in manibus eius.* 381.2.d

13. *Percuſſiſti caput de domo impij.* 334.2.a

Ex Sophonia.

Cap. 1. 8. *Viſitabo ſuper omnes, qui induti ſunt veſte peregrina.* 104.1.a

12. *Scrutabor Hieruſalem in lucernis.* 318.2.b

15. *Dies tubæ, & clangoris ſuper ciuitates munitas.* 365. 1.c

Ex Aggæo.

Cap. 2. 7. *Adhuc modicum, & ego commouebo cælum, & terram.* 567.1.e

10. *Magna erit gloria domus iſtius nouiſſimæ, pluſquam primæ.* 564.2.b

Ex Zacharia.

Cap. 1. 3. *In quarta quadriga equi varij & fortes.* 577. 2.b

Cap. 2. 4. *Abſque muro habitabitur Hieruſalem, præ multitudine hominum.* 373.1.b

Cap. 3. 9. *Super lapidem vnum ſeptem oculi.* 325.2.d

Cap. 4. 8. *Exibunt aquæ viuæ de Hieruſalem.* 14.2.d

24. *Iſti ſunt duo filij olei.* 191.1.e

Cap. 5. 2. *Ecce video volumen volans, longitudo eius, &c.* 576.1.b.c

Cap. 9. 1. *Domini eſt oculus hominis.* 316.1.b

Cap. 11. 5. *Benedictus Dominus, diuites facti ſumus.* 540.2.c

7. *Aſſumpſi mihi duas virgas, vnam vocaui decorem, &c.* 67.1.a

8. *Succidi tres paſtores in menſe vno.* 542.1.b

16. *O paſtor, & idolum derelinquens gregem.* 405.2.d

Cap. 12. 2. *Ecce ego ponam Hieruſalem ſuper liminare crapulæ omnibus populis in circuitu.* 381.1.d

10. *Effundam ſuper domum David, & ſuper habitatores Hieruſalem ſpiritum gratiæ, & precum.* 467.2.b

Ex Malachia.

Cap. 1. 2. *Dilexi Iacob, Eſau autem odio habui.* 19.1.c

11. *In omni loco ſacrificatur, & offertur mihi oblatio munda.* 143.1.b. 563.2.c

Cap. 2. 3. *Ecce ego proijciam vobis brachium.* 405. 2.

3. Et diſpergam ſuper vultum veſtrum ſtercus ſolemnitatum veſtrarum. 517.2.c
7. Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, qui Angelus Domini exercituum eſt. 418.1.e
Cap.3.2. Ipſe enim quaſi ignis conflans, & quaſi herba fullonum. 206.1.a

Ex lib. 1. Machabæorum.

Cap.2.54. Phinees pater noſter, zelando zelum Dei, accepit teſtamentum ſacerdotij æterni. 500.1.e
Cap. 7. 17. Carnes Sanctorum tuorum, & ſanguinem ipſorum effuderunt, &c. 212.1.e
Cap.12.9. Habentes ſolatio ſanctos libros. 22.1.c

Ex lib. 2. Machabæorum.

Cap. 7. 2. Quid quæris, aut quid vis diſcere à nobis? 183.1.c
24. Cum iuramento affirmabat, ſe diuitem illum, & beatum facturum. 152.1.d
Cap. 8. 23. Lecto etiam illis ſancto libro, & dato ſigno adiutorij Dei. 22.2.a

INDEX LOCORVM

NOVI TESTAMENTI.

Ex Matthæo.

Cap.1.2. IAcob autem genuit Iudam, & fratres eius. 107.2.d
3. Iudas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar. 582.1.c.d
6. Dauid genuit Salomonem ex ea, quæ fuit Vriæ. 107.1.c
Cap.2.12. Reſponſo accepto in ſomnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam, &c. 427.1.a
Cap.4.2. Et cùm ieiunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, 186.2.e
4. Scriptum eſt, non in ſolo pane viuit homo. 12.2.c
5. Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me. 581.2.b.c
17. Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum. 346.1.a
19 Faciam vos fieri piſcatores hominum. 301.2.b
Cap.5.5. Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. 205.1.b
8. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. 455.2.b
11. Beati eritis, cùm maledixerint vobis, & perſequuti vos fuerint. 177.2.c
13. Si ſal euanuerit, in quo ſalietur. 462.2.a
17. Non veni ſoluere legem, ſed adimplere. 32.2.b
18. Iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege. 49.2.a
22. Si quis dixerit fratri ſuo, fatue; reus erit gehennæ ignis. 410.2.a
30. Si oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, &c. 2.c.d
48. Eſtote ergo perfecti, ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt. 304.2.b. 352.2.b
Cap.6.2. Cùm facis eleemoſynam, noli tuba canere ante te, ſicut hypocritæ. &c. 433.2.a
5. Cum oratis, nolite fieri ſicut hypocritæ. 227.2.e. 228.1.b
6. Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum. 228.1.c
7. Orantes nolite multum loqui. 224.1.b.e
9. Sanctificetur nomen tuum. 299.2.b. 303.1.e
11. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. 407.2.b
Cap.7.6. Nolite dare ſanctum canibus. 10.1.e
29. Erat enim docens eos ſicut poteſtatem habens. 509.1.b
Cap.8 22. Sequere me, & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. 220.2.c
24. Motus magnus factus eſt in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus. 44.1.d
Cap.9.18. Domine, filia mea modò defuncta eſt. 471.2.d
20. Et ecce mulier, quæ ſanguinis fluxum patiebatur duodecim annis. 377.2.a
29. Secundùm fidem veſtram fiat vobis. 27.1.e
Cap.10. Nolite poſſidere aurum, &c. neque calceamenta. 343.1.a
14. Excutite puluerem de pedibus veſtris. 354.1.e
16. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes. 15.2.c
19. Nónne duo paſſeres aſſe veneunt? 120.2.a
32. Omnis, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor, & ego eum. 514.2.b
34. Non veni pacem mittere, ſed gladium. 215.1.c. 333.1.a
37. Qui amat patrem, aut matrem pluſquam me, non eſt me dignus. 507.2.a
Cap.11.25. Abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus. 16.2.b
26. Ita pater, quoniam ſic placitum fuit ante te. 496.2.a
Cap.12.3. Non legiſtis, quid fecerit Dauid, quando eſuriit? 45.2.c
25. Omne regnum diuiſum contra ſe, deſolabitur. 318.1.a
32. Qui autem dixerit (verbum) contra Spiritum ſanctum, non remittetur ei. 465.2.d.e. 466.1.e
48. Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? 153.2.a
Cap.13.25. Cùm autem dormirent homines, venit inimicus homo, & ſuperſeminauit zizania. 481.2.d
29. Non, ne fortè colligentes zizania eradicetis ſimul cum eis & triticum. 251.1.c
31. Simile eſt regnum cœlorum grano ſinapis. 284.1.c
44. Et vendit vniuerſa quæ habet, & emit agrum. 9.1.b
46. Inuenta autem vna pretioſa margarita, abijt, &c. 43.1.c
52. Similis eſt patrifamilias, qui profert de theſauro ſuo noua, & vetera. 44.1.b
Cap.14.25. Venit ad eos ambulans ſuper mare. 308.1.a
Cap.15.1. In illo tempore audiuit Herodes famam IESV. 499.1.e
12. Sic enim perſequuti ſunt prophetas, qui fuerunt ante vos. 283.1.b
24. Non ſum miſſus, niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael. 235.2.d
Cap.16.17. Beatus es Simon Bar-Iona. 345.1.d
Cap.17.2. Veſtimenta eius facta ſunt alba ſicut nix. 23.1.c
3. Et ecce apparuerunt illi Moyſes, & Helias cum eo loquentes. 43.2.a. 333.2.c
27. Vade ad mare, & mitte hamum. 488.2.d
Cap.18.6. Expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria in

collo

collo eius. 430. 2. e
15. *Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te,&c.*546.2.b
18. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra.* 386.1.e
27. *Miſertus autem Dominus ſerui illius, dimiſit eum, & debitum dimiſit ei.*274. 2.d
Cap.19.20. *Omnia hæc cuſtodiui à iuuentute mea.*152. 1.b
22. *Cum audiſſet adoleſcens verbum, abiit triſtis.* 411. 1.e
23. *Amen dico vobis, quia diues difficilè intrabit in regnum cœlorum* 418.2.c
Cap.20.24. *Et audientes decem,indignati ſunt de duobus fratribus.*360.2.e
25. *Quicunque voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter.*310.2.e
Cap.21. 8. *Plurima autem turba ſtrauerunt veſtimenta ſua.*524.1.d
12. *Et eiecit omnes vendentes, & ementes in templo, & menſas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit.* 425.1.d 431.2.e
19. *Et areſacta eſt continuo ficulnea.*100.1.d.569.2.d
43. *Auferetur à vobis regnum Dei.*9.2.e
Cap.22. 3. *Et miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos.* 45. 2.a
4. *Ecce prandium meum paraui.* 28.1.c
29 *Erratis,neſcientes ſcripturas.* 6.2.e
34. *Phariſæi autem audientes,quod ſilentium impoſuiſſet Sadducæis.*231.1.b
Cap.23.3. *Omnia,quæcunque dixerint vobis,ſeruate,& facite.*211.2.c
36. *Vſque ad ſanguinem Zachariæ, quem vos occidiſtis inter templum,& altare.*456.2.d 504.1.e
Cap.24. 15. *Cùm videritis abominationem deſolationis ſtantem in loco ſancto.*424.2.c
29. *Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum.* 379.2.c
35. *Cælum & terra tranſibunt, &c.* 46.2.e
37. *Sicut fulgur exit ab oriente, & paret,&c.* 47.1.b
Cap.25.1. *Exierunt obuiam ſponſo.*560.1.c
4. *Quinque fatuæ acceptis lampadibus, non ſumpſerunt oleum.* 295.2.b
21. *Intra in gaudium Domini tui.*295.2.d
28. *Tollite ab eo talentum,& date illi, qui habet decem.* 537.2.a.544.1.e
32. *Et ſeparabit eos ab inuicem ſicut paſtor ſegregat oues ab hædis.* 544.1.a
34. *Venite, benedicti patris mei,percipite regnum.*441. 1.c.526.1.e
40. *Quamdiu feciſtis vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.*532.1.b
41. *Diſcedite à me maledicti, in ignem æternum.* 410. 2.b.418.2.e
Cap.26.14. *Tunc abiit vnus de duodecim.*576.1.a
24. *Væ autem homini illi,per quem filius hominis tradetur* 361.1.a
35. *Etiamſi oportuerit me mori tecum, non te negabo.* 55.1.c
40. *Sic? non potuiſtis vna hora vigilare mecum?* 547. 2.c
65. *Tunc Princeps ſacerdotum ſcidit veſtimenta ſua.* 565. 1.a.b
Cap.27.24. *Accepta aqua,lauit manus ſuas coram populo,dicens: Innocens ego ſum.*573.2.a
39. *Tranſeuntes blaſphemabant ei.*585.1.a
46. *Eli,Eli,Lamaſabacthani.*572.2.b
*Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me.*524. 2.b
Cap.28.19. *Euntes docete omnes gentes.*377.1.c

Ex Marco.

Cap.1.24. *Quid nobis, & tibi IESV Nazarene? veniſti perdere nos, &c.* 303. 2. b. d
Cap.3.16. *Et impoſuit eis nomina Boanerges, quod eſt filij tonitrui.*47.2.a.359.2.c
Cap.4.39. *Comminatus eſt vento, & dixit mari, tace, obmuteſce.*231.1.b
Cap.8.23. *Apprehenſa manu cæci, eduxit eum extra vicum.*563.2.e
24. *Video homines vt arbores ambulantes.*564.1.a.582. 1.d.e
Cap.10.18. *Nemo bonus, niſi vnus Deus.* 304.1.e. 2.e
Cap.14.25. *Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum.*46.1.a
Cap.17.28. *Hoc genus in nullo poteſt exire,niſi in oratione & ieiunio.*188.1.d

Ex Luca.

Cap.1.6. *Erant autem iuſti ambo apud Deum.* 433. 2.b
8. *Cum ſacerdos fungeretur in ordine vicis ſuæ.*565.1.c
14. *Hic erit magnus coram Domino.*443.2.a.e
20. *Ecce eris tacens,& non poteris loqui.*665.1.d
26. *Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galileæ.*570.1.a
32. *Dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius.* 378.1.b
35. *Quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei.* 303.2 a
36. *Et hic menſis eſt ſextus illi, quæ vocatur ſterilis.* 130.1.a
37. *Non erit impoſſibile apud Deum omne verbum.*347. .2.b
70. *Sicut locutus eſt per os ſanctorum, qui à ſæculo ſunt, Prophetarum eius.*410.2.e
Cap. 2. 29. *Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum.* 302.1.e
Cap.3.27. *Et ipſe IESVS erat,vt putabatur, filius Ioſeph,qui fuit Heli.*51.2.b
Cap.4.5. *Oſtendit ei omnia regna orbis terræ in momento temporis.* 581.2.b
17. *Traditus eſt ei liber Iſaiæ.*4.1.e
34. *Quid nobis,& tibi IESV Nazarene? veniſti perdere nos.*570.2.d
35. *Et increpauit illum IESVS dicens,obmuteſce.* 231. 1.b
Cap.6.12. *Exiit in montem orare,*135.1.d
26. *Væ vobis cùm benedixerint vobis omnes homines.* 450.1.b
Cap.7.13. *Noli flere.*209.1.a
32. *Cantauimus vobis,& non ſaltaſtis.*295.1.e
38. *Et ſtans retrò ſecus pedes eius.*28.2.c
40. *Simon habeo tibi aliquid dicere.*272.2.b
Cap.8.51. *Et cùm veniſſet domum, non permiſit ſecum intrare quenquam.*482.2.c
Cap.9. 11. *Et eos, qui cura indigebant, ſanabat.* 28. 2.a
30. *Erant Moyſes,& Elias viſi in maieſtate.*5.2.c
33. *Præceptor bonum eſt nos hic eſſe,&c.*379.2.d
Faciamus hic tria tabernacula. ibid.
55. *Neſcitis cuius ſpiritus eſtis.*547.2.b
6. *Sine, vt mortui ſepeliant mortuos ſuos.* 215. 1.a. 2.a
Cap.10.18. *Videbam Satanam,ſicut fulgur, de cælo cadentem.*313.1.c
31. *Accidit vt ſacerdos quidam deſcenderet eadem via.* 585.1.b
34. *Appropians alligauit vulnera eius.* 11.2.a
*Infundens oleum,& vinum.*486 2.d
39. *Quæ ſedens ſecus pedes Domini, audiebat verbum illius.*28.2.d
Cap. 11. 3. *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.*

die. 324. 2. *a*
14. *Quis me conſtituit iudicem inter vos*. 387. 1. *a*
19. *Anima habes multa bona poſita in annos plurimos*. 297. 1. *d*
20. *Stulte, hac nocte animam tuam repetunt*. 418. 2. *d*
24. *Conſiderate coruos, quia non ſeminant, neque metunt*. 546. 1. *e*
26. *Tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe*. 571. 1. *a*
28. *Fœnum, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur*. 570. 1. *c*
45. *Cœpit percutere ſeruos, & ancillas, & edere, & bibere, &c*. 240. 2. *e*
49. *Ignem veni mittere in terram*. 14. 2. *e*. 577. 2. *d*
Cap. 14. 17. *Miſit ſeruum ſuum hora cœnæ*. 45. 2. *a*
26. *Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & & matrem*. 215. 1. *e*
Cap. 15. 10. *Gaudium erit coram Angelis Dei ſuper vno peccatore, &c*. 205. 1. *e*
13. *Diſſipauit ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſè*. 324. 1. *d*
14. *Facta eſt fames valida in regione illa; & ipſe cœpit egere*. 534. *c*. *e*
16. *Cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis, quas porci manducabant*. 145. 2. *b*
20. *Vidit eum à longè, & miſericordia motus, & accurrens cecidit ſuper collum eius*. 274. 1. *d*. *e*
21. *Pater, peccaui in cælum, & coram te*. 159. 1. *b*
22. *Date annulum in manu eius*. 297. 2. *d*. 298. 1. *a*
28. *Indignatus eſt, & nolebat introire*. 322. 1. *a*. 575. 1. *b*
31. *Fili, tu ſemper mecum es, & omnia mea tua ſunt*. 322. 2. *d*
Cap. 16. 16. *Lex, & Propheta vſque ad Ioannem*. 567. 2. *e*
23. *Eleuans oculos ſuos cum eſſet in tormentis, vidit Abraham à longè, & Lazarum in ſinu eius*. 525. 2. *e*
24. *Pater Abraham, miſerere mei*. 322. 1. *a*. 170. 2. *d* 177. 2. *a*
24. *Mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti ſui in aquam, vt refrigeret, &c*. 421. 2. *c*
25. *Fili, recordare, quia recepiſti bona in vita tua*. 409. 2. *d*
26. *Inter nos, & vos chaos magnum firmatum eſt*. 428. 2. *d*
Cap. 17. 2. *Quàm vt ſcandalizet vnum de puſillis iſtis*. 443. 2. *b*
3. *Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum, & ſi pœnitentiam egerit, &c*. 546. 2. *a*
18. *Non eſt inuentus, qui rediret, & daret gloriam Deo, niſi vnus, &c*. 370. 2. *c*
26. *Sicut factum eſt in diebus Noe, ita erit in diebus filij hominis*. 374 2. *e*
Cap. 18. 11. *Deus gratias ago tibi, quia non ſum, ſicut cæteri homines*. 62. 2. *b*
11. *Phariſæus ſtans hæc apud ſe orabat*. 224. 2. *d*
13. *Deus propitius eſto mihi peccatori*. 185. 1. *e*
25. *Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem, &c*. 576. 2. *e*
Cap. 19. 4. *Præcurrens, aſcendit in arborem ſycomorum, vt videret eum*. 555. 2. *e*
20. *Domine, ecce mna tua, quàm habui repoſitam in ſudario*. 537. 2 *b*
31. *Dominus operam eius deſiderat*. 382. 1. *a*
Cap. 20. 10. *Et in tempore miſit ad cultores ſeruum, vt de fructu vineæ darent illi*. 569. 2. *b*
34. *Filij huius ſæculi nubunt, & traduntur ad nuptias*. 128. 1. *e*
Cap. 21. 18. *Capillus de capite veſtro non peribit*. 216. 2. *e*
Cap. 22. 24. *Facta eſt contentio inter eos, quis eorum videretur eſſe maior*. 131. 2. *a*
25. *Et qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici vocantur*. 348. 1. *c*
30. *Vt edatis, & bibatis, ſuper menſam meam in regno meo*. 247. 2. *a*
38. *Ecce duo gladij hic*. 23. 2. *e*
Cap. 23. 9. *At ipſe nihil illi reſpondebat*. 182. 2. *e*
7. *Quæ non diſcedebat de templo ieiuniis, & obſecrationibus, ſeruiens nocte ac die*. 188. 2. *e*
18. *Filiæ Hieruſalem nolite flere ſuper me*. 209. 1. *a*
26. *Et apprehenderunt Simonem quendam Cyrenenſem, &c*. 373. 1. *a*
34. *Pater, dimitte illis; non enim ſciunt quid faciunt*. 471. 1. *a*
42. *Domine, memento mei, cùm veneris in regnum tuum*. 570. 2. *c*
43. *Hodie mecum eris in Paradiſo*. 468. 1. *d*. 584. 2. *e*
46. *Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum*. 531. 2. *a*

Ex Ioanne Euangeliſta.

Cap. 1. 1. *In principio erat Verbum, &c*. 120. 2. *c*
18. *Vnigenitus, qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit*, 7. 1. *d*
29. *Ecce Agnus Dei, &c*. 98. 1. *a*
47. *Ecce verus Iſraelita, in quo dolus non eſt*. 351. 1. *c*
49. *Tu es filius Dei, tu es Rex Iſrael, &c*. 386. 1. *b*
51. *Videbitis Angelos Dei aſcendentes & deſcendentes ſuper filium hominis*. 133. 1. *c*
Cap. 2. 7. *Implete hydrias aqua*. 44. 2. *b*
14. *Cum feciſſet quaſi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo*. 425. 2. *a*. 431. 2. *d*
Cap. 3. 2. *Hic venit ad Ieſum nocte, &c*. 135. 2.
Cap. 4. 18. *Benè dixiſti, quia non habeo virum, &c*. 546. 1. *b*
28. *Reliquit hydriam ſuam, &c*. 17. 1. *a*
53. *Credidit ipſe, & domus eius tota, &c*. 460. 2. *c*
Cap. 5. 22. *Neque enim pater iudicat quemquam, ſed omne iudicium dedit filio, &c*. 373. 1. *e*
22. *Omne iudicium dedit filio*. 387. 1. *a*
27. *Poteſtatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis eſt*. 160. 1. *e*
30. *Ego, ſicut audio, iudico*. 155. 1. *d*
39. *Scrutamini ſcripturas, &c*. 6. 1. *b*
46. *Si crederetis Moyſi, crederetis & mihi*. 6. 1. *d*
Cap. 6. 1. *Abiit Ieſus trans mare Galilææ, &c*. 572. 1. *c*
10. *Diſcubuerunt viri numero quaſi quinque millia*. 97. 1. *c*
12. *Colligite quæ ſuperauerunt fragmenta, ne pereant*. 50. 1. *d*
19. *Vident Ieſum ambulantem ſuper mare, & proximum naui fieri*. 343. 2. *a*
30. *Quod tu facis ſignum, vt videamus, & credamus?* 421. 1. *b*
53. *Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum*. 130. 1. *c*. *d*
70. *Ex vobis vnus diabolus eſt*. 345. 1. *b*
Cap. 7. 8. *Vos aſcendite ad diem feſtum hunc, ego autem non aſcendo, &c*. 135. 1. *a*
37. *Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat*. 227. 1. *c*
38. *Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ*. 45. 1. *d*
52. *Propheta à Galilæa non ſurgit*. 111. 1. *d*
Cap. 8. 50. *Ego non quæro gloriam meam; eſt qui quærat, & iudicet*. 182. 1. *a*
54. *Eſt pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis, quia Deus veſter eſt, & non cognouiſtis eum*. 402. 1. *a*

59. *Abſcondit ſe, & exiuit de templo.* 572.1.a
Cap.10 8. *Omnes quotquot venerunt, fures ſunt, & latrones.* 35.1.c
29. *Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus eſt.* 378.2.c
30. *Ego, & Pater vnum ſumus.* 305.2.b
35. *Illos dixit Deos, ad quos ſermo Dei factus eſt.* 9.1.d
Cap.11.21. *Lazarus amicus noſter dormit, ſed vado vt à ſomno excitem eum.* 147.1.b
34. *Domine, veni, & vide, &c.* 471.1.e
35. *Et lacrymatus eſt IESVS, &c.* 205.1.b
48. *Venient Romani, & tollent locum noſtrum, & gentem.* 549.1.e
50. *Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, ne tota gens pereat.* 549.2.e
Cap.12.4. *Sinite illam, vt in diem ſepulturæ meæ ſeruet illum.* 31 .1.c
Cap.13.2. *Cum diabolus iam miſiſſet in cor, vt traderet eum Iudas.* 298.2.b
21. *Turbatus eſt ſpiritu, & dixit: Amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me.* 172.1.c
23. *Erat recumbens vnus ex diſcipulis eius, &c.* 61.1.d
27. *Poſt buccellam, tunc introiuit in eum Satanas.* 263.1.d
31. *Cum ergo exiſſet, dixit Ieſus: Nunc clarificatus eſt filius hominis.* 446.1.e
Cap.14.31. *Surgite, eamus hinc.* 372.1.c
Cap.15.6 *Si quis in me non manſerit, mittetur foras, & areſcet.* 557.2.e
19. *Quia de mundo non eſtis, propterea odit vos mundus.* 449.2.d
Cap.16.20. *Mundus gaudebit, vos verò contriſtabimini.* 321.2.e
23. *Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis* 438.2.e
Cap.17.1. *Pater, venit hora, clarifica filium tuum.* 227.2.e
21. *Rogo vt omnes vnum ſint, ſicut tu pater in me, & ego in te.* 103.2.b
Cap.18.6. *Vt ergo dixit: Ego ſum, abierunt retrorſum.* 363.2.a
15. *Sequebatur IESVM Simon Petrus, & alius diſcipulus, &c.* 62.1.d.e
21. *Quid me interrogas? interroga eos, qui audierunt, &c.* 494.2.e
36. *Regnum meum non eſt de hoc mundo.* 181.2.d. 385.2.a
Cap. 19. 14 *Erat autem Paraſceue Paſchæ hora quaſi ſexta.* 46.1.a
15. *Non habemus regem niſi Cæſarem.* 550.1.c. 562.2.b.d. 571.1.e
20. *Et erat ſcriptum Hebraice, Græcè, & Latinè.* 573.1.e
23. *Erat autem tunica inconſutilis deſuper contexta per totum.* 436.2.c
24. *Non ſcindamus eam, &c.* 1 2.1.e
Acceperunt veſtimenta eius, & fecerunt quatuor partes, &c. 374.2.a
25. *Stabat iuxta crucem Ieſu mater eius, &c.* 196.1.e
30. *Conſummatum eſt.* 8.2.b
33. *Non fregerunt eius crura.* 102.1.c
Cap.21. 7. *Simon Petrus cum audiſſet, quia Dominus eſt, tunica ſuccinxit ſe, & miſit ſe in mare.* 375.1.b
11. *Et traxit rete in terram, plenum magnis piſcibus, centum quinquaginta tribus.* 176.1.c
15. *Paſce agnos meos.* 134. .4. 540.2.a
17. *Simon Ioannis amas me? Et contriſtatus eſt Petrus.* 55.1.c
23. *Exiuit ſermo inter fratres, quòd diſcipulus ille non moritur.* 128.1.b

Ex Actis Apoſtolorum.

Cap.1.25. *De quo præuaricatus eſt Iudas, vt abiret in locum ſuum.* 537.2.d
Cap.2.15. *Non ſicut vos æſtimatis, hi ebrij ſunt.* 258.2.a
24. *Quem Deus ſuſcitauit, ſolutis doloribus inferni.* 338.1.c. 339.1.b
Cap.3.3. *Cum vidiſſet Petrum, & Ioannem incipientes introire in templum, &c.* 274.1.d
6. *Argentum & aurum non eſt mihi.* 95.1.a. 109.1.a
21. *Dedit illis Saul filium Cis annis quadraginta.* 74.2.b.c
Cap. 4. 32. *Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna.* 100.2.c
Cap.5.41. *Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu Concilij, &c.* 177.2.d. 202.2.b
Cap.6. 15. *Viderunt faciem eius tanquam faciem Angeli.* 182.2.e
Cap.7. 51. *Vos ſemper Spiritui ſancto reſiſtitis, ſicut & patres veſtri, &c.* 567.2.e
59. *Poſitis genibus clamauit voce magna: Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum.* 277.1.a
Cap.8.20. *Pecunia tua tecum ſit in perditionem.* 417.2.c
23. *In felle amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te eſſe.* 417.1.b
30. *Philippus audiuit eum legentem Iſaiam Prophetam.* 59.1.b
30. *Putáſne intelligis quæ legis.* 568.2.d
Cap.9. 4. *Saule, Saule, quid me perſequeris?* 413.2.a. 532.1.a
15. *Vas electionis mihi eſt iſte, &c.* 59.1.b
Cap.10.12. *Occide, & manduca, &c.* 377.1.b
26. *Surge, & ego ipſe homo ſum.* 61.1.b
43. *Huic omnes prophetæ teſtimonium perhibent.* 6.1.a
44. *Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit Spiritus ſanctus ſuper omnes, qui audiebant verbum.* 329.1.e
Cap.14 21. *Vocabant Barnabam Iouem, Paulum verò Mercurium.* 444.1.c
Cap.15.12. *Tacuit omnis multitudo, &c.* 356.1.e
Cap.20.22. *Et ecce nunc alligatus ego ſpiritu vado in Hieruſalem, quæ in ea ventura ſunt mihi ignorans.* 145.1.b
31. *Per triennium nocte ac die non ceſſaui cum lacrymis monens vnumquemque veſtrum.* 203.2.b. 204.1.c
Cap.24.25. *Diſputante autem illo de iuſtitia, & caſtitate, & iudicio futuro.* 121.2.a
Cap.26.29. *Opto non tantùm te, ſed omnes, qui audiunt hodie, fieri tales, qualis ego ſum, exceptis vinculis.* 190.2.e
Cap.27.24. *Ecce donauit tibi Deus omnes, qui nauigant tecum.* 351.2.e
Cap.28.5. *Excutiens beſtiam in ignem, nihil mali paſſus eſt.* 180.1.b.c

Ex Epiſtola Pauli ad Romanos.

Cap. 1. 7. *Omnibus qui ſunt Romæ dilectis Dei vocatis ſanctis.* 352.1.e
8. *Gratias ago Deo meo per IESVM CHRISTVM, &c.* 300.1.d
21. *Qui cum agnouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt.* 245.1.b. 400.2.e
32. *Digni ſunt morte non ſolùm qui ea faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus.* 480.1.a
Cap.2.4. *An diuitias bonitatis eius; & patientiæ, & longanimitatis contemnitis?* 497.1.d
6. *Reddet vnicuique ſecundùm opera eius, &c.* 513.2.b
Cap.9.3. *Optabam ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, &c.* 191.1.b
Cap.10.4. *Finis legis Chriſtus.* 6.2.b

15. Quàm ſpecioſi pedes euangelizantium pacem. 45.1.e.351.1.b
16. Quis credidit auditui noſtro? &c.469.2.b
17. Fides autem ex auditu. 4.1.d
Cap.11.12. Delictum illorum diuitiæ ſunt mundi. 10.1.c
16. Si delibatio ſancta eſt, & maſſa, &c.112.1.a
Cap.12.1. Obſecro vos, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem.398.1.d
Cap.15.4. Per patientiam, & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus. 21.1.d
30. Obſecro vos, fratres, vt adiuuetis me in orationibus veſtris. 249.1.a
Cap.16.3. Salutate Priſcam, & Aquilam, & domeſticam Eccleſiam eorum.115.2.d.416.2.a

Ex 1. ad Corinthios.

Cap.1.19. Perdam ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium reprobabo.357.2.a
27. Stulta mundi elegit Deus, vt confundat ſapientes. 320.1.c
Infirma mundi elegit Deus, vt cõfundat fortia.45.1.a
Cap. 2. 3. Et ego in timore, ac tremore multo fui apud vos.545.1.b
Cap.3.1. Cum eſſem paruulus, loquebar vt paruulus. 554.1.e
Cap.4.21. Quid vultis? In virga veniam ad vos, an in charitate? &c.546.2.e
Cap.5.6. Non eſt bona gloriatio veſtra. 477.2.b. 483.2.c
11. Si is, qui frater nominatur, eſt fornicator, cum huiuſmodi nec cibum ſumere.422.2.d
Cap.6.19. An neſcitis, quoniam membra veſtra templum ſunt Spiritus ſancti? 270.1.c
20. Empti enim eſtis pretio magno.561.2.b
Cap.7.7. Volo omnes vos eſſe, ſicut me ipſum.121.1.b.e
39. Cui vult nubat tantum in Domino; beatior autem erit, &c.122.2.a.d
Cap. 9.7. Quis militat ſuis ſtipendiis vnquam? quis plantat vineam, &c. 539.2.d.540.1.b.2.a
13. Qui altari deſeruiunt, cũ altari participant.505.2.d
24. Multi quidem currunt, ſed vnus accipit brauium. 100.2.d
Cap.10.21. Non poteſtis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum, &c.450.2.e
32. Sine offenſione eſtote, ſicut & ego per omnia omnibus placeo.450.2.c.451.2.b
Cap.11.10. Debet mulier habere poteſtatem ſupra caput ſuum propter Angelos.426.1.c.428.1.c.
18 Audio ſciſſuras eſſe inter vos, & ex parte credo.102.2.a
Cap.12.4. Diuiſiones gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus, &c.102.2.a.
21. Non poteſt oculus dicere manui, opera tua non indigeo.132.1.d
Cap.13.11. Cum eſſem paruulus, loquebar vt paruulus, &c.98.1.c.411.2.b
Cap.14.19. In Eccleſia volo quinque verba ſenſu meo loqui, &c.12.2.a
38. Si quis ignorat, ignorabitur.410.1.e
Cap.15.31. Quotidie morior per veſtram gloriam fratres.273.1.a

Ex 2. ad Corinthios.

Cap. 1. 4. Qui conſolatur in omni tribulatione noſtra, &c.177.2.e
6. Conſolamur pro veſtra conſolatione.190.2.b
Cap.2.7. Ita vt e contrario magis donetis, & conſolemini, &c.547.1.e
14. Deo gratias qui ſemper triũphat nos in CHRISTO IESV, &c.382.2.b
14. Chriſti bonus odor ſumus.40.1.a
Cap.3.7. Vt non poſſent intendere filij Iſraël in faciem Moyſis, &c. 579.2.e
10. Nec glorificatum eſt quod claruit in hac parte propter excellentem gloriam. 379.2.e
18. Cùm conuerſus fuerit ad Dominum, auferetur velamen.219.1.c.
Cap. 4. 4. Deus huius ſæculi obcæcauit mentes infidelium, vt non ſplendeat illis lumen Euangelij.333.1.b
Cap.5.19. Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis, &c. 543.1.d
Cap.6.7. Immundum ne tetigeritis.214.2.b
10. Quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes. quaſi egentes, &c.195.1.c.295.2.a
10. Nihil habentes, & omnia poſſidentes, &c. 91.c
15. Quæ conuentio Chriſti ad Belial? 400.1.a
16. Inhabitabo illis, & inambulabo inter eos.109.1.d
Cap.8.9. Egenus factus eſt, cùm eſſet diues.383.2.d
Cap.11.21. In quo quis audet, in inſipientia dico, audeo & ego, &c.314.1.a
Cap.12.2. Scio hominem ante annos quatuordecim, &c. 60.2.e
7. Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis, &c. 116.2.a.334.2.d

Ex Epiſtola ad Galatas.

Cap.1.1. Paulus Apoſtolus non ab hominibus, neque per homines, ſed per IESVM Chriſtum, &c.509.1.a
8. Licèt Angelus de cælo euangelizet vobis, &c.428.1.e
Cap.3.13. Maledictus omnis qui pendet in ligno.440.2.c
24. Lex pædagogus noſter fuit in Chriſto.411.2.a.555.1.e.566.1.e
Cap.4.4. Cum venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum.550.2.d
15. Si fieri poſſet, oculos veſtros eruiſſetis, & dediſſetis mihi.95.1.d
17. Æmulantur vos, non benè.161:2.d
27. Lætare ſterilis, quæ non paris, erumpe, & clama, quæ non parturis,328.1.d
Cap.5.15. Quod ſi inuicem mordetis, & comeditis, videte ne ab inuicem conſumamini.176.2.e
Cap.6.14. Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. 220.1.c.
17. Ego ſtigmata Domini mei in corpore meo porto. 186.1.a

Ex Epiſtola ad Epheſios.

Cap.2.10. Ipſius ſumus factura creati in CHRISTO IESV in operibus bonis.366.2.e
13. Eratis ſine Deo in hoc mundo. 307.1.a
22. Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint.158.1.c
Cap.3.5. Reuelatum eſt ſanctis Apoſtolis eius, & Prophetis, &c. 50.1.b
7. Mihi omnium Sanctorum minimo data eſt gratia hæc in gentibus euangelizare. 428.2.c
Cap. 4. 8. Aſcendens in altum dedit dona hominibus. 275.1.c
13. Occurramus in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti.98.1.b
30. Nolite contriſtari Spiritum ſanctum, in quo ſignati eſtis.253.2.c
Cap.5.8. Eratis aliquando tenebræ, &c.159.1.a
18. Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria.239.1.b
16. Cantantes, & pſallentes in cordibus veſtris Domino. 242.2.a
32. Sacramentum magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia, 102.1.d
Cap.6.14. State ergo ſuccincti lumbos veſtros, &c. 13.1.a

Ex Epiſtola ad Philippenſes.

Cap.2.

Cap.2. 10. *Vt in nomine IESV omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium,&c.* 379.1.c

Cap.2.13. *Ego autem me non arbitror comprehendiſſe, &c.*449.1.a

Cap. 4. 6. *Orationes veſtræ innoteſcant apud Deum.* 228.2.d

Ex Epiſtola ad Coloſſenſes.

Cap.1.12. *Qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum.*99.2.a

15. *Qui eſt imago Dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ.*380.1.e

Cap.3.3. *Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo.* 220.1.a

12. *Induite vos viſcera miſericordiæ,&c.*191.2.a

Cap.4.14. *Salutat vos Lucas medicus chariſſimus.*57.2.c

Ex epiſtola 1. ad Theſſalonicenſes.

Cap.5.17. *Sine intermiſſione orate.* 224.1.e

Ex 2. ad Theſſalonicenſes.

Cap.2. 4. *Qui aduerſatur, & extollitur ſupra omne id, quod dicitur Deus.*313.1.b

Cap.3.6. *Denunciamus autem vobis, fratres, in nomine Domini IESV CHRISTI, vt ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè.*546.2.d

Cap.5.22. *Ab omni ſpecie mala abſtinete vos.* 214.1.a

Ex 1. ad Timotheum.

Cap.1.4. *Neque intenderent fabulis, nec genealogiis interminatis.* 108.1.a

Cap.2. 8. *Volo viros orare in omni loco leuantes puras manus.* 120.1.d

15. *Mulier ſaluabitur per filiorum educationem.* 279.1.c.477.2.c

Cap.3.3. *Oportet Epiſcopum non eſſe percuſſorem.*250.1.a.251.1.b

4 *Filios habentem ſubditos cum omni caſtitate,&c.* 578.1.c.2.c

7. *Oportet & illum teſtimonium habere bonum ab iis, qui foris ſunt.* 471.2.b

Cap.4.4. *Nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur.* 406.2.d

Cap 5.8. *Si quis ſuorum, & maximè domeſticorum curam non habet, fidem negauit,&c.*280.1 b

20. *Peccantes coram omnibus argue, vt cæteri timorem habeant.*482.2.c

Cap.6. 17. *Præcipe non ſublime ſapere, neque ſperare in incerto diuitiarum.*19.1.d e

20. *Depoſitum cuſtodi, deuitans profanas vocum nouitates.*33.2.b

Ex 2. ad Timotheum.

Cap.3.3. *Ab infantia ſacras literas noſti, quæ te poſſunt inſtruere.*60.1.c

Cap.4.2. *Argue, obſecra, increpa in omni patientia,&c.* 547.1.b

13. *Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum.*52.1.d

Ex Epiſtola ad Titum.

Cap.1.6. *Si quis ſine crimine eſt, vnius vxoris vir, filios habens fideles, &c.* 123.2.a.b.c.d.279.2.b.477.2.d

16. *Qui confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant, &c.*401.1.b

Cap 2.3. *Anus ſimiliter non multo vino ſeruientes.*431.2 e

Cap.3.9. *Stultas autem cogitationes, & contentiones, & pugnas legis deuita.*49.1.d 51.1.c

Ex Epiſtola ad Hebræos.

Cap.1.1. *Multifariam multiſque modis olim Deus loquens,&c.* 44.2.c.410.2.e

Cap 2. 16. *Nuſquam Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit.*503 2.c

Cap. 4. 13. *Omnia autem nuda, & aperta ſunt oculis eius, ad quem nobis ſermo.* 318.1.c

Cap.5.7. *Et exauditus eſt pro ſua re* 1 c

Cap. 6. 6. *Rurſus crucifigentes ſibimetipſis filium Dei, &c.*4. 5. 1.c

19. *Spem ſicut anchoram habemus.*233.1.c

Cap. 7. 3. *Deinde autem Rex Salem ſine patre, & ſine matre.*106.2.c.107.1.col.

7. *Sine vlla contradictione, quod minus eſt, à meliori benedicitur.*440.1.c

Cap.9.4. *In qua erat vrna aurea habens manna,&c.*45.2.c.486.2.e

Cap.11.4. *Et per illam defunctus adhuc loquitur.* 219.1.a

24. *Moyſes grandis factus negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis.*101.1.d

31. *Fide Rahab meretrix non periit cum incredulis,&c.* 423.2.d

Cap.12.6. *Flagellat omnem filium quem recipit.*128.2.d.129.1.e

14. *Sequimini ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum.*222.2.c

Cap.13. 12. *Propter quod, & IESVS, vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem populum, extra vrbem paſſus eſt.* 373.1.b

12. *Extra portam paſſus eſt,&c.*571.2.b

17. *Ipſi peruigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri.* 543.2.a

Ex Epiſtola Iacobi.

Cap.2.19. *Dæmones credunt, & contremiſcunt.* 379.1.e

Cap. 4. 6. *Deus ſuperbis reſiſtit, &c.* 313.1.c. 263.2.a

Cap.5. 4. *Ecce merces operariorum, quæ fraudata eſt à vobis, clamat.*139.2.a

Ex 1. Petri.

Cap.2.5. *Sacerdotium ſanctum, offerre ſpiritales hoſtias.* 398.2.a

9. *Vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium.* 219.1 e

11. *Obſecro vos tanquam aduenas, & peregrinos, abſtinere vos à carnalibus deſideriis.* 219.2.c

Cap.3. 19. *His qui in carcere erant, ſpiritibus veniens prædicauit,&c.*338.1 c.339.1.b.c

Cap.4.6. *Mortuis euangelizatum eſt, vt iudicentur,&c.* 338.1.d. 339.1.c

15. *Nemo veſtrum patiatur, vt homicida, aut fur: ſi autem vt Chriſtianus, non erubeſcat.* 163.1.b

Ex 2. Petri.

Cap.2.8. *Loth aſpectu, & auditu iuſtus erat.*446.1.b

Ex 1. Ioannis.

Cap.3.3. *Omnis, qui habet hanc ſpem in eo, ſanctificat ſe.*222.2.d

Cap.4.10. *Ipſe prior dilexit nos, & miſit propitiationem pro peccatis.* 118.2.c

Cap.5.16 *Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem.*465.2.d.466.1.a.b

Ex epiſtola Thaddæi.

Num. 7. *Et abeuntes in carnem alteram facta ſunt exemplum ignis æterni pœnam ſuſtinentis.* 423.1.d

Ex Apocalypſi.

Cap.1.4. *Gratia vobis & pax ab eo, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt.*364.2.a

13. *Et in medio ſeptem candelabrorum aureorum ſimilem,&c.*153.1.d

18. *Habeo claues mortis.*333.2.b. 356.1.d

Cap. 2. 4. *Habeo aduerſum te pauca, quòd charitatem tuam,&c.*545.2.e

5. *Sin autem venio tibi, & mouebo candelabrum, &c.* 537 1.c

6. *Sed hoc habes, quia odiſti facta Nicolaitarum.* 423.2.a 545.2.e

Cap.3.

Cap.3.7. *Hæc dicit Sanctus, & verus, qui habet clauem Dauid.* 7.1.c
16. *Quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo.* 390.2.d
Cap.4.6. *Et in medio ſedis, & in circuitu ſedis quatuor animalia.* 93.2.e
Cap.5.3. *Quis eſt dignus aperire librum?* 42.2.e
5. *Vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid aperire librum.* 7.1.d
Cap.6.1. *Et audiui vnum de quatuor animalibus dicens, &c.* 47.1.d
Cap.7.5. *Ex tribu Gad duodecim millia ſignati, &c.* 301.1.b
Cap.11.14. *Væ vnum abiit; & væ alterum veniet citò.* 543.2.b
19. *Et facta ſunt fulgura, & voces, & terræ motus, &c.* 417.1.e
Cap.12.5. *Et peperit filium maſculum.* 198.1.a
Cap.14.2. *Et vocem quam audiui, ſicut citharœdorum.* 45.1.d
Cap.15.2. *Vidit tanquam mare vitreum miſtum igne.* 316.1.c
Cap.16.12. *Angelus effudit phialam ſuam in flumen, &c.* 374.2.a
Cap.19.10. *Vide ne feceris, conſeruus tuus ſum.* 428.2.d
Cap.20.12. *Vidi mortuos, & libri aperti ſunt.* 99.2.e
12. *Iudicati ſunt mortui ex his, quæ ſcripta erant in libris ſecundum opera eorum.* 438.2.a
Cap.21.16. *Ciuitas in quadro poſita eſt.* 584.2.a
Cap.22.1. *Et oſtendit mihi fluuium aquæ viuæ ſplendidum, &c.* 23.1.a

COMMEN

COMMENTARII
IN QVATVOR
REGVM LIBROS.

AVCTORE P. FRANCISCO DE MENDOÇA è Societate IESV Doctore Theologo.

PROOEMIVM.

DVODECIMO abhinc anno, in die Sanctiſſimæ Virgini, ac Martyri Vrſulæ, vndecimque ſociarum millibus ſacro, quem Societas noſtra in tota Luſitania præcipuo quodã ritu, & religione colit, ac veneratur; quippe quæ illarũ ſanctiſſimis exuuiis ac reliquiis in ſingulis huius prouinciæ domiciliis prædiues ſit, hos Commentarios in libros Regum lucubrare cœpi, & primùm manum ad ſcribendum appuli. Eoſdem rurſus nunc, euolutis tandẽ annis, & eodem Octobri redeunte, eundémque Virginum natalem referente, prælo dare incipio, & in publicam lucem euulgare: vt ſub quo aſtro concipi cœperunt ſub eodem naſci contingat. 1.

Primus huius operis dies Vrſulæ & ſociis ſacer.

Qui planè, ſiue caſus fuerit, ſiue cæleſtis fauor, ſiue peculiare aliquid Sanctiſſimarum Virginum patrocinium; quod potius opinor, & quæ me opinio incredibiliter delectat: certe bonum omen, felixque auſpicium promittit fore, vt hic noſter, qualis qualis, labor gratus quidem hominibus, nec ingratus ſuperis euulgetur. Hanc mihi ſpem iniicitis, ô cœtus Virginum. Túque præcipuè, Sanctiſſima virago Vrſula, quæ inter virgineos choros præis, ac prælucces, *velut inter ignes Luna minores*, ita me ſperare iubes. Nam te, tuaſque ſodales, ex quo opus molior, patronas habui tutelares: nec dubito labori meo, tanquam vrſino partui fingendo, poliendóque, tuam operam, ô Vrſula, adfuiſſe: & quam vim auxiliatricem ad condendum hoc opus præſtitiſti, eandem ad euulgandum præſtituram non deſpero; imò præſtitam iam experior. 2.

Bonum operis auſpicium.

Horat.

Quis enim mihi, ſub hoc potiſſimũ temporis, quo de nulla re minus, quàm de prælo cogitabam, aliis negotiis impeditus, quæ meum animum in diuerſas curas diſtorquebant; ſubitò *aurem vellit, & admonuit*, vt ad prælum feſtinarem, & opus aliàs incoctum, & immaturum præpropero ſtudio polirem, & è tenebris, in quibus incuratum, & neglectum deſidebat, in publicam lucem, & conſpectum hominum extraherem; niſi tuus aliquis, ô Vrſula, inſtinctus & afflatus: quæ hoc opus olim ſub tuo natali conceptum ad tuum natalem modò naſciturum euocabas; vt tuo exortum ſydere, Oceano in magno ſapientiſſimorum & ſcriptorum, & lectorum, tutiùs, ac feliciùs regeretur, quàm olim, *Graiæ, ac Sidoniæ* rates ſub Aquilonaribus vrſis regebantur? 3.

Virgines operis fautrices.

Virg.

Ouid.

Adſis igitur, ô Vrſula, Aquilonare ſydus feliciſſimum, non minus, quàm illæ vrſæ Aquilonares, *metuentes æquore tingi*, nobis ſemper in occidua luce ſpectandum. Tua enim lux neſcit occaſum; vt qui illam rectricem, & gubernatricem intuetur, nullis feriatur ruinis, nullis tenebris inuoluatur. Ita fore conſtantiſſimè ſpero, vt quicunque ſcribendi auctor te ducem, te antiſtitem obſeruet, nullam fidei ruinam patiatur, nullis errorum tenebris implicetur. Adſis, inquam, & beneuolè faueas, ô Vrſula, gemina Arcto, te ipſa maior, ſolo nomine minor vrſa. Adſis, & ſicut ſoluentem è portu nauem feliciter rexiſti, & in altum prouectam felicius gubernaſti; ita ad portum iam circiter appulſam feliciſsimè proſequaris. 4.

Virg.

Vrſula, ſydus Aquilonare.

Regibus Virgines fauent.

5. Quod ſi minùs de te, ac de tuis ſodalibus, meruit Auctor operis, non parum certè opus ipſum mereatur, quod planè Regium eſt, clariſſimis Regum nominibus illuſtre. Quas ergo opus Regium fautrices habere potuit aptiores, quam illas Virgines, quæ a Regio vate *filiæ Regum* nuncupantur? Quarum de numero vos eſtis, ò flores Virginum, non ſolum, quia regia de ſtirpe ſatæ; ſed etiam, quod caput eſt, quia virginitatis corona pulchræ, martyrij purpura decoræ, diuinæ legis obſeruantia, tanquam ſceptro inſignitæ; vt propterea videamini tergeminis Regum titulis, & honoribus clariores fulgurare. Has igitur Regum filias potiùs, quàm meam operam, & induſtriam, ô Iſraelitici Reges, exiſtimate veſtrorum cultrices, exornatricéſque factorum.

Impij Reges Regũ nomine indigni.

6. Quod ſi tanto vos honore, vt par eſt, indignos iudicatis; ſaltem, ne vos tanto patrocinio ingratos demonſtretis, ad Sanctiſſimarum Virginum pedes Regia ſtemmata abiicite, quæ illis maiori iure, quàm vobis debeantur. Vos enim quas à maioribus veſtris hæreditarias purpuras accepiſtis, lutulẽtis moribus decoloraſtis: digni propterea, qui non ſolum purpuras, ſed etiam Regum nomina, vt ſæpe fit in ſacris literis, exuaris. Teſtor Iſaiam, qui cum de Sedecia Rege loqueretur, tradito in exilium, ibíque exoculato, *Oculi*, inquit, *ſublimis hominis humiliati ſunt.* Vbi Sedeciam appellat hominem, non Regem: hominem vtique infirmitatis ſpolium, non Regem diuinitatis ſimulachrum. Teſtor Abigailem, quæ de Rege Saüle cum Dauide colloquuta, *Si ſurrexerit*, inquit, *homo perſequens te.* Vbi non dixit Rex, ſed homo: quia Saül prout erat moribus abiectus, regia maieſtate non eminebat, ſed humana vilitate laborabat. Teſtor denique Azariam Sacerdotem, qui Oziam Regem alloquutus, *Non eſt*, inquit, *tui officij Ozia, vt adoleas incenſum Domino.* Vbi Regis nomine abſtinuit: vt Ozias, qui vitæ integritatem amiſerat, Regij nominis dignitate priuaretur. Ita Reges Iſraël, Regum nomina cum bonis moribus perdiderunt.

Iſai. 2. n. 11.
1. Reg. 25. n. 29.
2. Paral. 26. n. 18.

Virgines multis nominibus.

7. At vos virgineæ phalanges, ter & amplius Reginæ, quia Regios honores naturâ partos, diuinâ gratiâ clariores reddidiſtis; & cũ ſitis hauſto à maioribus ſanguine illuſtres, illuſtriores profuſo pro virginitate ſanguine coruſcatis. Itaque Reginæ in primis à natura; natæ Regibus, ac Regibus deſponſandæ, niſi concupiſceret diuinus Rex ſpeciem veſtram, qui terrenis nuptiis valere iuſſis, vos ad æternas inuitauit. Iterum Reginæ per charitatem; quales *ſexaginta ſunt Reginæ*, æterno Regi, Salomoni, Chriſto Domino copulatæ. Nam interprete D. Greg. Nyſſ. *Quæ per affectionem quandam perfectiorem cum Dei puritate commiſcentur, Reginæ propter Regni ſocietatem appellantur.* Reginæ præterea per virginitatem. Hanc enim ſi qua anima coluit, Æterne virginum cultor, ſtatim *Adſtitit Regina à dextris tuis.* Quod D. Ambroſ. rectè expendens, *Aduerte*, inquit, *quantum tibi Spiritus ſanctus detulerit regnum; vel quia ſponſa es Regis æterni; vel quia inuictum animum gerens, ab illecebris voluptatum non captiua haberis, ſed quaſi Regina dominaris.* Nouit hanc dignitatem ſuam Thebana virgo, quæ ſubuerſis Thebis, à Rege Nicanore in ſeruitutem miſſa, & ſtatim ab eodem ad confugium ſolicitata, quo nihil eſſe poſſet captiuæ optabilius, conſtantiſſimè recuſauit, oſtendens, inquit D. Hieronymus, *pudicis mentibus plus virginitatem eſſe, quàm regnum.* Tandem Reginæ per martyrium. Martyribus enim Chriſtus Dominus non aliud, quàm cæleſtis regni præmium promiſit. *Ipſorum*, inquit, *eſt regnum cælorum.* Imò promiſſis ſteriſſe, oculatus teſtis eſt Ioannes, cùm vidit non ſimpliciter omnes ſanctorum animas, ſed ſeorſum *animas decolatorum propter teſtimonium IESV, regnare cum Chriſto.* Quaſi regnum peculiari quodam iure martyribus debeatur. Hermenigildo Regi pro Chriſto morienti, tanquam vincenti, ac triumphanti cæleſtes chori pæana cecinerunt. Quod referens D. Greg. Magn. *Cæpit*, inquit, *pſalmodiæ cantus ad corpus Regis, & martyris audiri; atque ideò veraciter Regis, quia & martyris.* Ac ſi alij Reges inaniter tantùm, ſoli martyres veraciter regnare viderentur. Vnde ſplendidius martyrum, quàm Regum diadema reſtatur D. Chryſoſtomus: *Martyrum*, inquit, *corpora acceptis pro Chriſto vulneribus, tanquam pretioſis lapidibus diſtincta, omni Regum diademate pretioſiora, & ſpectabiliora redduntur.*

Cant. 6. n. 7.
D. Gregor. Nyſſ. homil. 15. in Cant.
Pſal. 44 n. 10.
D. Ambr. lib. 1. de Virg.
D. Hier. lib. 1. contr. Iouin.
Matth. 5. 10.
Apoc. 20. n. 4.
D. Greg. Magn. lib. 3. dial. c. 31.
D. Chryſ. homil. de 7 Machabæis.

8. Quare Sanctiſſimæ Virgines, multis nominibus Regiam dignitatem poſſidetis, quàm ipſi Reges Iſraël multis quoque nominibus amiſerunt. Dum igitur vos huic Regum hiſtoriæ illuſtrandæ patronas exhibetis, non ſoluitis debitum dominis, ſed impenditis gratiam ſeruis: Regibus non ſeruitis, vt ancillæ, ſed conſulitis, vt Reginæ. Quòd illuſtrare, & excolere hanc Regum hiſtoriam poteſtis, dignitatis veſtræ fuerit; quòd vultis, humilitatis. Hanc à vobis diſcimus, illam in vobis veneramur: pro vtraque vobis immortales ſemper gratias referemus.

ANNOTATIO I.
PROOEMIALIS.

Sacrarum literarum commendatio.

1. *Prologus Galeatus.*

DIVVS Hieronymus Libris Regum ex Hebræo autographo latinitate donatis, prologum appoſuit, quem Galeatum appellauit: quod interprete Abulenſi tanquam galea libros à ſe tranſlatos tueatur; nec minùs, quam galea capiti, ſingulis librorum principiis coaptetur. Ea me ratio mouit, vt ſanctiſſimum Doctorem imitatus, præfigerem huic operi prologum longiorem, qui Scripturam, ſi non defenderet, vt galea, certè vt galea exornaret. Nam Scriptura in Luſitania (quæ Deo ſit gratia immortalis) non belligerat, omnibus cum ea amiciſſimè fœderatis: vnde galea non indiget tutatrice; ſed plurimùm exornatrice. Conuenit autem non immeritò Regum Libris prooemium quod paulò communius ſit, & cæteris librorum principiis, tanquam galea capiti accommodetur. Nam hi libri tanta oraculorum & miraculorum, & rectè factorum copia excellunt, vt reliquas ſacrorum librorum diuitias ſuo ambitu complecti videantur. Vnde fit, vt quidquid ad alios Scripturæ libros aptè præluditur; ad hos quidem non extra chorum præludatur.

2. *Procemy partitio.*

Cæterùm vt vtamur compendio, tria præfari libet antequam ipſos commentarios aggrediamur. Primum, communiſſimè fuſum, circa totam Scripturam, quanta ſit diuinarum literarum excellentia. Alterum, paulò preſſiùs contractum, circa hiſtoriam ſacram, quantum laudis inter diuinas literas ſacræ hiſtoriæ tribuatur. Tertium, anguſtiſſimè acceptum, circa hanc Hebræorum Regum Chronologiam, quid in hac Regum hiſtoria, quam molimur, præſciendum ſit; vt deinceps tota eius interpretatio inoffenſo pede decurrat. Quod ad primum attinet, diuinarum literarum excellentia ab earum dignitate, & vtilitate, & voluptate facilè colligetur, vt deinceps illuſtrabo.

SECTIO I.

Dignitas ſacrarum literarum.

3. *Scriptura diuinitas.*

DIgnitas Scripturæ eſt ipſa diuinitas. Nam ſiue auctorem, ſiue argumentum, ſiue interpretem ſpectes, omnia diuina ſunt; diuinitatem omnia ſpirant. Singula ſeorſim illuſtriora fient.

Auctor Scripturæ Deus.

4. *Scriptura Deum habet auctorem.*

IN primis auctor eſt ipſe Deus, vt ipſi Apoſtolorum principes definiunt: quorum vnus, *Spiritu ſancto*, inquit, *inſpirati, loquuti ſunt ſancti Dei homines*. 2. Petr. 1. n. 21. Alter autem, *Omnis ſcriptura*, inquit, *diuinitus inſpirata vtilis eſt*, &c. 2. Timoth. 3. num. 16. Quibus verbis vterque totam ſcripturam à diuino Spiritu hauſtam profitetur. Quam

A veritatem à ſupremo Pontifice Chriſto Domino didicerunt, qui de Dauide loquutus: *Dauid*, inquit, *in Spiritu vocat eum Dominum*. Matth. 21. num. 43. nempe Meſſiam. Alludens ad illud Pſalmi 106. num. 1. *Dixit Dominus Domino meo*. Vbi Dauidi tribuit ſpiritum, vtique diuinum: vt argumentandi ratio, quam ibi tenet Chriſtus Dominus, confirmat. Et eodem modo de cæteris ſcriptoribus canonicis loqueretur. Vnde, *Ego*, inquit, *ipſe qui loquebar, ecce adſum*. Iſaiæ 52. num. 6. Quaſi dicat Dei filius, ſe qui modò præſens loquitur, antea per omnes ſcriptores canonicos loquutum, B Clariùs autem alibi; *Et loquutus ſum*, inquit, *ſuper Prophetas; & ego viſionem multiplicaui; & in manu Prophetarum aſſimilatus ſum*. Oſeæ 12. num. 10. Vbi teſtatur, omnium Prophetarum, non modò loquutiones, ſed etiam viſiones, & ſimilitudines à ſe vno principium habuiſſe. Imo, vt D. Cyrillus Alexand. interpretatur, tam præteritorum, quàm futurorum vatum oracula ab ipſo Deo profecta eſſe, & profectura.

5. *Propheta os Dei cur dicantur.*

Vnde olim Prophetæ os Domini dicebantur, *Os Domini loquutum eſt*. Iſaiæ 1. n. 20. *Os meum non interrogaſtis*. Iſaiæ 30. num. 2. *Quaſi os meum eris*. Ierem. 15. n. 14. quod ſcilicet Deus ipſe loqui cenſetur, quidquid Prophetæ loquebantur. Nec ſanè C aliter Zacharias: *Loquutus*, inquit, *eſt per os Sanctorum, qui à ſæculo ſunt Prophetarum eius*. Luc. 1. num. 70. Quaſi aut Deus ore humano, aut Prophetæ ore diuino loquerentur. Concinit D. Paulus: *Olim Deus loquens Patribus in Prophetis, nouiſſimè diebus iſtis loquutus eſt nobis in filio* Hebr. 1. num. 1. Vbi loquutionem in Prophetis, id eſt, per Prophetas; & in filio, id eſt per filium; quoad primarium auctorem non diſtinguit; quòd vtraque ab ipſo Deo oriatur.

6.

Quare quod Moyſes ſcribit, *dixiſſe Deum Pharaoni*. Exod. 9. num. 16. hoc ipſum ſcribit D. Paul. dixiſſe Scripturam, *Dicit enim*, inquit, *Scriptura Pharaoni: Quia in hoc ipſum excitaui te*. Rom. 9 n. 17. D Ac ſi inter ea, quæ à Deo, & ab ſcriptura dicuntur, etiam quoad principem auctorem, nullum diſcrimen interponat. Significauit hoc regius vates. Nam vbi primum dixit: *Os meum loquetur ſapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam*. Pſalm. 48. num. 4. ſtatim ſubiunxit: *Inclinabo in parabolam aurem meam*. n. 5. Ad quem locum D. Chryſ. non immeritò dubitat, quo pacto Propheta ſibi conſtet, Nam ſi os ad loquendum præparauerat, quomodo nunc aures applicat ad audiendum? ſi doctorem ſe promiſerat, quomodo ſe nunc exhibet auditorem? Sed reſpondet noſtram in ſententiam aptiſſimè; *Valde*, inquit, *prudenter hoc fecit: ne quis exiſtimaret eſſe humanum, quod dicitur: & ne haberet ſuſpectam eius inuentionem*. Quibus ſimilia reſpondet Theodoretus. *Vult*, inquit, *dicere, ſe nihil loqui proprium, ſed diuinæ gratiæ inſtrumentum eſſe*.

David in pangendis Pſalmis Dei inſtrumentum. D. Chryſ. Theod.

7\. Huc pertinet ille titulus, qui in Pſalmis frequentiſſimè occurrit, *Pſalmus Dauid*, in quo nomen Dauid dandi caſu ponitur, non gignendi, vt 70. perperuò reddunt, τῷ Δαβὶδ, ſequuti radicem Hebraicam לְדָוִד le Dauid. Vt oſtendatur Pſalmus non eſſe Dauidis, tamquam auctoris; ſed Dauidis tanquam ſcriptori a Spiritu ſancto dictatus. Similis eſt titulus quem Salomon ſuis Canticis præfixit, *Canticum Canticorum Salomonis*. In Hebræo, & Græco non gignendi, ſed dandi caſu habetur, *Salomoni*. Vt ſignificetur illud Canticum non tam à Salomone prolatum, quam Salomoni diuinitus inſpiratum fuiſſe. Sed quid illud eiuſdem Dauidis; *Attendite*, inquit, *popule meus legem meam*. Pſal. 77. num. 1. Sic enim Pſalmum à ſe compoſitum ſuum appellare non audet, quo iure legem à Deo traditam, ſuam appellat? Reſpondet D. Gregor. in præfatione Moral. cap. 1. *Quia ipſius*, inquit, *auctoritate loquitur, cuius inſpiratione replebatur*. Quaſi ipſe canonicus ſcriptor diuino illo inſtinctu, quo agitur, ad diuinam auctoritatem quodammodo erigatur, & repræſentet ipſum Deum, quem excipit dictantem. Deum enim eſſe qui ſcripturam dictat, D. Irenæus lib. 2. cap. 47. D. Cyprian. ſerm. de eleemoſyna. D. Aug. lib. 11. Ciuit. c. 3. & lib. 18. c. 38. D. Gregor. præfatione Moral. c. 1. & alij teſtantur.

Cantico Salomoni diuinitus inſpirato:

D. Gregor.

D. Iren. D Cypr. D Aug. D Greg.

8\. Itaque verus Propheta non aliud loquitur quàm quod auſcultat: ſequutus illa myſtica animalia, de quibus dicitur; *Vbi erat impetus ſpiritus, illuc gradiebantur*. Ezech. 1. num. 12. Quo enim Spiritus Dei impellit, illuc Prophetæ rapiuntur. Quod & Balaam melior oraculo, quàm exemplo Propheta ſæpiùs affirmauit: *Non potero*, inquit, *immutare verbum Domini Dei mei, vt vel plus, vel minus loquar*. Num. 22. n. 18. Et iterum, *Num aliud poſſum loqui niſi quod iuſſerit Dominus*? Num. 23. n. 12. Ac tandem; *Si dederit mihi Balac plenam domum ſuam argenti, & auri, non potero præterire ſermonem Domini Dei mei, vt vel boni quid, vel mali proferam ex corde meo: ſed quidquid Dominus dixerit, hoc loquar*. Num. 24. num. 13. Efficacior enim erat Prophetiæ quàm auaritiæ vis, ad Prophetam in officio continendum.

Prophetæ vis auaritiam compeſcit.

9\. Quare Iſaias de ſeipſo ſecundùm Hebræos ad literam loquutus: quamuis D. Hieronym. & alij de Chriſto Domino loquutum fuiſſe arbitrentur: *Dominus*, inquit, *dedit mihi linguam eruditam*. Et ſtatim: *Erigit mane, mane erigit mihi aurem, vt audiam quaſi magiſtrum*. Iſai. 50. num. 4. Quaſi linguam eruditam habere non poſſet ad diuina myſteria euulganda, niſi ad auſcultanda promptam aurem accommodaret; neque ſcriberet, quod ſuo ingenio excogitauerit, ſed quod à diuino ſpiritu audiuerit. Sic enim D. Chryſoſtom. in Pſalm. 48. interpretatur. Vbi ex D. Paulo Rom. 10. n. 17. addit, fidem eſſe ex auditu: quòd fidei prædicator priùs ſe exhibeat auditorem verbi, quàm doctorem: ſeu priùs à Deo accipiat, quod in populum eloquatur. De qua re minimè dubitandum eſſe ſignificabat D. Paul. dicens: *An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Chriſtus*? 2. Corint. 13. n. 3 quaſi diceret: Hoc adeo vobis certum eſſe debet, vt ne experimentum quidem requirere debeatis, quo animum confirmetis.

Deus Prophetarū magiſter.

D. Chryſ.

Prædicator prius diſcat quā doceat.

10\. Ad hæc, quemadmodum nouum Teſtamentum Deum habuit auctorem: ita & vetus habuiſſe, ſignificauit Chriſtus Dominus, cùm ingreſſus Synagogam, accepit librum Iſaiæ Prophetæ, & reuoluit illum, &c. Luc. 4. num. 17. *Vt oſtenderet*, inquit ibi D. Ambroſ. *ſe ipſum eſſe, qui loquutus eſt in Prophetis; & remoueret ſacrilegia perfidorum, qui alium Deum dicunt veteris Teſtamenti, alium noui: vel qui*

Chriſtus etiam veteris Teſtamenti auctor.

D. Ambr.

A *initium Chriſti dicunt eſſe ex Virgine. Quomodo enim cœpit ex Virgine, qui ante Virginem loquebatur?* Vtriuſque igitur author Chriſtus eſt. Quo alludens ſponſa, *Meliora*, inquit, *ſunt vbera tua vino*, Cant. 1. n. 2. *Vt enim*, inquit ibi Philo Carpathius, *duo vbera hinc inde pectori affixa cor ambiunt: ita duo teſtamenta ex Spiritu ſancto ſpiritualem nobis potionem, diuini lactis inſtar effundunt, nóſque ſuper delectationes omnes humanas, ſanctiſſimè lætificant ac tuentur*.

Philo Carp. *Duo Teſtamenta duo Chriſti vbera.*

11\. Adde non ſolùm dicta Prophetarum Deo tanquam præcipuè loquenti, ſed etiam ſcripta tanquam præcipuè ſcribenti tribuenda. *Lingua mea*, inquit Dauid, *calamus ſcribæ velociter ſcribentis*, Pſal. 44. num. 2. Nam vt bene D. Baſilius, *Lingua*, in-B quit, *iuſti cordibus credentium verba inſcribit vitæ æternæ: tincta quidem non atramento, ſed ſpiritu Dei viuentis*.

Prophetarum linguæ Dei calamus. D Baſil.

12\. Fuerunt olim, qui curioſè interrogarint, cur Chriſtus Dominus, qui verbo docuerat, non docuerit etiam & ſcripto. Quibus bene reſpondet D. Aug lib. 1. de conſenſu Euangeliſtarum, c. 35. *Cum*, inquit, *illi* (id eſt Apoſtoli) *ſcripſerunt, quæ ille oſtendit, & dixit. nequaquam dicendum eſt, quod ipſe non ſcripſerit; quandoquidem membra eius id operata ſunt, quod dictante capite cognouerunt. Quidquid enim ille de ſuis factis, & dictis nos legere voluit; hoc ſcribendum illis, tanquam ſuis manibus imperauit*. Et ſtatim monet vt nemo aliter accipiat, *quod narrantibus diſcipulis* C *Chriſti in Euangelio legerit, quam ſi ipſam manum Domini quam in proprio corpore geſtabat, ſcribentem conſpexerit*. Eo illud ſanctiſſimi Iobi deſiderium, *Quis*, inquit, *mihi tribuat, vt librum ſcribat ipſe, qui iudicat, vt in numero meo portem illum, & circumdem illum quaſi coronam mihi*? Iob. 31. n. 35. & 36. Quibus verbis Chriſtum Dominum deſiderat extremi iudicij præſidem, & noui Teſtamenti conditorem, vt ibi D. Greg. lib. 22. Moral. c. 13. & 14. interpretatur, addens vlteriùs, hunc librum in hac vita tanquam ſarcinam in humero portandum, in futura tanquam coronam in capite præferendum.

Chriſtus & propriis verbis, & Apoſtolorū ſcriptis Eccleſiā docet. D. Aug.

Nouum Teſtamentū in via ſarcina, in patria corona. D. Greg.

13\. Non ſine myſterio poſteriores legis tabulæ nunc à Moyſe, nunc à Deo ſcriptæ referuntur. A Moyſe D quidem illis verbis, *Præcide tibi duas tabulas lapideas inſtar priorum*. Exod. 34. num. 1. & paulò pòſt: *Scribe tibi verba hæc*. num 27. & rurſum: *Et ſcripſit in tabulis verba fœderis decem* n. 28. nempe ipſe Moyſes, de quo proximè ſermo præceſſerat: alioqui violentia textui inferetur; vt D. Aug. q 15. in Deut. aduertit. A Deo autem, illis verbis ipſius Dei ad Moyſem: *Præcide tibi duas tabulas lapideas inſtar priorum, & ſcribam ſuper eas verba, quæ habuerunt tabulæ, quas fregiſti*. Exod 34. n. 1. & alibi: *Dola tibi duas tabulas lapideas ſicut priores fuerunt, & ſcribam in tabulis verba, quæ fuerunt in his, quas ante confregiſti. Scripſitque in tabulis, iuxta id, quod prius ſcripſerat, verba decem*. Deut. 10. n. 1. 2. & 4. Quo pacto igitur, & à Moyſe, E & à Deo legis tabulæ ſcribuntur, niſi quod Moyſes tanquam puer elementarius gerebat calamum; Deus autem tanquam magiſter dirigebat: vt tota illa ſcriptura Moyſi tanquam inſtrumento, Deo tanquam præcipuo auctori tribueretur?

Moyſis calamum Deus vt magiſter dirigebat.

D. Aug.

14\. Imo libros omnes diuinæ legis, quid aliud eſſe dixerim, quàm epiſtolas diuina manu exaratas, & ad homines dimiſſas. Vnde D. Chryſoſt. homil. 2. in Geneſ. *Deus*, inquit, *ab initio per ſe ipſum hominibus loquebatur; ſic enim ad Adam venit: ſic Cain increpauit: ſic etiam Noe loquutus eſt: ſic apud Abraham hoſpitatus eſt. At vbi in magnam malitiam omne hominum genus degenerauit, neque tunc ſe totum ab hominum genere auertit opifex omnium, ſed ſuam erga illos amicitiam innouare volens, quaſi abſentibus literas mittit: conciliaturus ſibi vniuer-*

Diuina ſcriptura Dei litera ad homines dimiſſa

D. Chryſ.

ſam

A

ſuam hominum naturam ; & has quidem literas de-dit Deus , attulit autem Moyſes. Et ſimilia habet ſerm. de Ieiunijs , & Geneſeos lectione. Concinit D. Auguſt. in Pſalm. 90. conc. 1. vbi de beatorum patria loquutus : *De illa* , inquit , *ciuitate, vnde peregrinamur, literæ nobis venerunt : ipſæ ſunt ſcripturæ , quæ nos hortantur , vt benè viuamus.* Eandemque doctrinam inculcat ſerm. 56. ad fratres in Eremo : *Scriptura* , inquit , *diuina , quaſi literæ de patria noſtra nobis tranſmiſſæ ſunt. Quia Rex noſter, pluſquàm cogitari , vel dici poteſt , pius , & miſericors eſt , ſcripturas diuinas ad nos inuitatorias per Patriarchas , & Prophetas dignatus eſt mittere , quibus nos ad æternam patriam inuitaret.* Addit D. Gregor. lib. 4. Epiſtolarum , Epiſt. 84. maiori auiditate has Dei

D. Aug.

D. Greg.
Diuina ſcriptura aſſiduò legenda.

B

epiſtolas , quàm reliquas omnes temporalium Regum lectitandas : nam ſcribens ad Theodotum legendæ ſcripturæ paulò , quàm oportebat , negligentiorem : *Quid eſt*, inquit , *ſcriptura ſacra , niſi quædam epiſtola omnipotentis Dei ad creaturam ſuam?* Et ſtatim : *Si quis ſcripta terreni Imperatoris acciperet , non ceſſaret , nec quieſceret , ſomnum oculis non daret , niſi prius quid ſibi Imperator terrenus ſcripſiſſet, agnouiſſet. Imperator cæli , Dominus hominum, & Angelorum pro vita tua tibi epiſtolas ſuas tranſmiſit; & tu glorioſe fili , eaſdem epiſtolas ardenter legere negligis ?* Quaſi exclamaret : O rem minimè ferendam , & ſi vſquam rerarum iniuſtitia eſt , maximè iniuſtam ! Idem argumentum eleganter proſequitur D. Chryſ. homil. 3 in 2. Epiſtol. ad Theſſalon. *Itane* , inquit, *ſi à Rege quiſpiam miſſus veniat , omnes attenditis : à Deo autem venit , atque ex ipſis cælis loquitur Propheta , & nemo eſt , qui attendat ? Aut non creditis , quòd quæ dicuntur hic, à Deo ſint ? Epiſtolæ iſtæ ſunt à Deo miſſæ.*

C

D. Chryſ.

15\. *Pſeudoprophetæ temerario auſu, non prophetico afflatu decipiunt.*

Ex his conſtat , quidquid Canonici ſcriptores promunt , à Deo tanquam à principali auctore accepiſſe : nam ſi qui ſunt Prophetæ , qui antequam diſcant , doceant , & antequam audiant, loquantur , hi profectò , & fallunt , & falluntur. Teſtis eſt Nathan 2. Reg. 7. à num. 3. qui cum Dauidi perſuaderet , vt templum Deo ædificaret , ſe , Regémque decepit , quia non diuino, ſed humano ſpiritu perſuaſit. Teſtis Semeias 2. Eſdræ 6. à numero 10. qui cum Eſdram prohiberet ab Hieroſolyma condenda, deceptus ipſe, Eſdram decipiebat ; quia non diuinum inſtinctum ſequebatur, ſed humanum. Teſtes & illi quadringenti circiter Prophetæ 3. Reg. 22. à num. 6. qui cùm Achabo prædicerent , bellum in Ramoth Galaad feliciter gerendum , ſe in mendacium , Regem in interitum præcipitarunt ; quia non prophetico afflatu , ſed temerario quodam auſu incitati prædixerunt. Teſtes denique & illi omnes impudentiſſimi Prophetæ , de quibus Deus , *Nolite* , inquit, *audire verba Prophetarum , qui prophetant vobis , & decipiunt vos ; viſionem cordis ſui loquuntur , non de ore Domini.* Ierem. 23. num. 16. *Non mittebam Prophetas , & ipſi currebant ; non loquebar ad eos , & ipſi prophetabant.* Ibidem num. 21. *Falsò vaticinantur in nomine meo, non miſi eos, & non præcepi eis, neque loquutus ſum ad eos: viſionem mendacem, & diuinationem fraudulentam, & ſeductionem cordis ſui prophetant vobis.* Ierem. 14 n. 14. & ſic alibi paſſim. Nam cum Deum non audirent, ſe & homines decipiebant. Auctores enim incorruptæ veritatis, prius eſſe ſolebant Æterni Verbi auditores.

D

E

16\. *Prædicator prius diſcat, quam doceat.*

D. Bern.

Cæterum , quod olim ſcriptores canonici præſtabant , hoc ipſum æquum eſt , vt modò faciant Euangelici prædicatores ; ne ſcilicet, vt eos monet D. Bern. ſerm. 18. in Cantic. *ante effundere , quam infundi velint ; loqui, quàm audire paratiores, & promptí docere, quod non didicerunt.* Quod ſuo loco fuſiùs expendam. Atque hæc de auctore ſcripturæ. Sequitur agendum de argumento.

Argumentum ſcripturæ Deus.

17\. *Chriſtus præcipuum ſcripturæ argumentum, & vna vox.*

DEum intelligo , etiam quatenus naturam humanam hypoſtaticè aſſumpſit, nempe Chriſtum Dominum. Hic enim eſt præcipuum totius ſcripturæ argumentum: nam vt loquitur D. Bonau. in principio ſacræ ſcripturæ , Teſtamentum vetus totum eſt de Deo incarnando; Teſtamentū nouum de Deo incarnato ; nec immeritò. Nam ſi *totius mundi vna vox Chriſtus eſt* , vt eleganter dixit D. Hier. in epitaphio Nepotiani ad Heliodorum : maiori iure æquum erat , vt totius ſcripturæ vna vox Chriſtus Dominus diceretur. Nullum enim ſcripturæ librum inuenies , qui Chriſtum Dominum non ſonet , non clamitet, non ſalutet, & tanquam verum numen non vaticinetur. De Chriſto Domino loquuta ſponſa : *Genæ*, inquit, *illius ſicut areolæ aromatum conſitæ a pigmentariis.* Cant. 5. num. 13. Vbi Philo Carpathius : *Genæ* , inquit , *Chriſti, ſunt ſacræ ſcripturæ , quæ vnguentum ſuauiſſimum ſpirant ad omnem animi languorem ſanandum.* Sed quid genis cum ſcripturis ? non parum quidem , niſi fallor. Nam, ſicut ex genis cognoſcitur homo ; iuxta illud : *Agnitio vultus eorum reſpondebit eis.* Iſai. 3. num. 9. & illud. *In facie prudentis lucet ſapientia.* Prou. 17. n. 24 & illud : *Sapientia hominis lucet in vultu eius.* Eccleſiaſtæ 8. n. 1. ac tandem illud ; *Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus.* Eccleſiaſtici 19. n. 26. Pluráque id genus paſſim occurrent. Ita planè ex ſacris ſcripturis apertiſſima Chriſti Domini cognitio comparatur; cum omnes planè ad illum manifeſtandum referantur.

D. Hier.

Diuinæ ſcripturæ Chriſti ſunt genæ Sua quęque facies prodit.

18\. *Lex, & Prophetæ Chriſtum denunciant.*

D. Ambr.

Chriſto Domino in monte coruſcanti Moyſes , & Helias hinc inde adfuerunt , Luc. 9. n. 30. qui illius gloriam teſtarentur. Quorſum verò hi duo teſtes potiſſimum eliguntur ? Rationem reddit præſenti inſtituto opportunam D. Ambroſ. ad eum locum : *Moyſes*, inquit, *& Helias, id eſt, lex & Propheta cum verbo : neque enim lex poteſt eſſe ſine verbo, neque Propheta ſcilicet eſſe poteſt , niſi qui de Dei filio prophetauerit.* Quaſi Chriſtus Dominus tam proprium ſit totius ſcripturæ argumentum, vt ſcripturæ rationem non habeat, quæ de illo non loquatur: neque Prophetæ nomine dignus ſit, qui de illo non vaticinetur.

19\. *Chriſtus via.*

Theod.

Prophetæ tanquam ſemitæ ad Chriſtum ducunt.

Celebris eſt illa Hieremiæ admunitio , *Interrogate* , inquit, *de ſemitis antiquis , quæ ſit via bona , & ambulate in ea.* Hierem. 6. numero 16. Vbi plures ſemitas , & vnam viam diſtinguit. Quæ ſunt, obſecro , iſtæ ſemitæ ad viam deducentes ? quæ item iſta via , prætermiſſis ſemitis , arripienda ? Optimè rem declarat ad præſens inſtitutum Theodor. *Multæ quidem* , inquit , *viæ ſunt ſancti Prophetæ ; via autem verè bona eſt Dominus noſter. Ad hanc ducit vnaquæque viarum Propheticarum. Singuli Prophetæ viam hanc oſtendunt. Quemadmodum enim vna eſt via , quæ ducit ad maximas vrbes , quam regiam appellare ſolemus : ad hanc porrò ſemitæ quædam è pagis , & agris defluentes dirigunt : ſic vna eſt via, quæ ducit ad Patrem , nempe vnigenitus filius Dei; & beati Prophetæ , veluti ſemitæ quædam ducunt ad hanc eos , quibus per has ire libuerit.* Hæc Theodoret. argutè , ac diſertè. Quibus oſtendit , ſicut omnes ſemitæ in vnam viam regiam incurrunt : ita planè omnes Prophetas in vnum Chriſtum Dominum collimare. Huc pertinet illa vox , quam Iſaias toto orbe perſonantem cecinit audiendam : *A finibus terræ laudes audiuimus , gloriam iuſti.* Iſaiæ 24

Propheta, & Apoſtoli veluti duæ alæ Chriſtum per orbem deferunt.

A num.16. in Hebræo eſt, Ab alis terræ. Quænam verò ſunt hæ alæ, niſi Prophetæ, & Apoſtoli, qui ex vtroque teſtamento exeuntes, & toto orbe volitantes, Chriſti Domini laudes euulgabant?

20. *Propheta Chriſtum prænunciarunt.*

Nota eſt illa D. Petri Summi Pontificis definitio: *Omnes Propheta, à Samuel, & deinceps, qui loquuti ſunt, annuntiauerunt dies iſtos.* Actor. 3. num. 24. Et paulò antè: *Deus, qui prænuntiauit per os omnium Prophetarum, pati Chriſtum ſuum, ſic impleuit.* Ibid. num 18. & rurſus: *Huic*, id eſt, Chriſto, *omnes Propheta teſtimonium perhibent* Actor. 10. numero 43.

Tert. Quam definitionem Tertul. poëticè celebrauit. Nam lib. 3. Carmin. contra Marcionem, c. 2. cum de antiquis Prophetarum oraculis loqueretur, ita canit.

Omnia de Chriſto per Chriſtum cuncta loquuntur.

B Sed non primùm à D. Petro: iam aore a Chriſto Domino fuerat hæc veritas definita: *Scrutamini*, inquit, *ſcripturas, quia vos putatis in ipſis vitam æternam habere; & illa ſunt, quæ teſtimonium perhibent de me.* Ioann. 5. nom. 39. vbi quamuis vniuerſale ſignum, *omnes ſcripturas*; non adhibeat; tamen ſine dubio intelligendum eſt. Vnde Tertul. lib. de Trinitate, cap. 8. *Deus*, inquit, *Prophetas ſpiritu inſtruxit; & per hos omnes Filium ſuum Chriſtum repromiſit.* Quare æternum Verbum, *In capite*, inquit, *Libri ſcriptum eſt de me.* Pſal. 39. num 9. An in vno tantum capite omnia Chriſti Domini myſteria continentur? Abſit. Sed vt rectè D. Hieron. ad cap. 29. Iſai. interpretatur, nullum certum Prophetam nominauit, vt omnes intelligeret. *In capite*, inquit, *Libri ſcriptum eſt de me; non Ieremia, non Iſaia, ſed in omni ſcriptura ſancta, quæ vnus liber appellatur.*

Tert.

C

D. Hieron.

21. *Quomodo ſcriptura ſolum Chriſtum contineat.*

Imo veteres Hebræi, & inter eos Rabbi Salomo in Zachariam, palam fatentur, Prophetas vniuerſos non niſi de Chriſto Domino vaticinatos. Intellige principaliter: quia quæcunque dicunt, aut de Chriſto ſunt, aut ad Chriſtum referuntur. Vnde D. Bernard. in Epiſtola 106. de Chriſto Domino loquutus: *Iam*, inquit, *de latibulo Prophetarum egreſſus eſt ad oculos piſcatorum: iam de monte vmbroſo, & condenſo, tanquam ſponſus de thalamo ſuo proſiliuit in campum Euangelij.* Quaſi Chriſtus Dominus omnes Prophetarum libros tanquam proprium cubile, in quo requieſceret, occuparet. Certè Moyſes totus fuit in Chriſto Domino prædicando, omnibus quæ ad Chriſtum non pertinerent, prætermiſſis. Quod mihi videtur ipſe Chriſtus Dominus ſignificaſſe, dicens: *Si crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi. De me enim ille ſcripſit.* Ioan. 5 num. 46. Vbi quærunt interpretes, cur nullum Chriſtus Dominus aſſignet locum, in quo de illo Moyſes vaticinetur. Et bene quidem Maldonarus reſpondet, quia non vno tantum loco, ſed totis quinque libris de illo prophetarat. Adhuc tamen vlterius pergit D. Auguſt. lib. 16. contra Fauſtum cap. 22. docens; Moyſem non ſolum de Chriſto vbique prophetaſſe, ſed etiam nihil, quod ad Chriſtum non pertineret, ſcripſiſſe: quod ex ipſa litera ingenioſè deducit. *Non ait Chriſtus*, inquit D. Auguſt. *Moyſes enim & de me ſcripſit, vt & alia, quæ ad Chriſtum non pertinerent, ſcripſiſſe crederetur. Sed ait: De me ille ſcripſit: vt omnem ſcripturæ illius intentionem, non niſi ad intelligendam Chriſti gratiam perſcrutando conſuleremus.*

D. Bern.

D

De ſolo Chriſto Moyſes ſcripſit.

Maldon.

E

D. Aug.

22. *Chriſtus fœderis arca.*

Hoc fortaſſe myſterium proditur in eo, quòd duæ legis tabulæ non niſi in arca fœderis ſeruarentur. 3. Reg. 8. num. 9 vt vtrumque teſtamentum Chriſto Domino incluſum, & immerſum quodammodo exprimeretur. Quod Tertullian. lib. 4. Carm. contra Marc. cap. 3. ſignificauit. Nam in primis Arcam Chriſti Domini typum fuiſſe docet, dicens:

Tert.

A

Arca ſub exemplo, corpus venerabile Chriſti
Oſtendit.

Duo teſtamenta in Chriſto includuntur.

Deinde addit duas illas tabulas vtriuſque teſtamenti in Chriſto Domino repoſiti, ac ſeruati indices fuiſſe, ſubdens.

Et tabulæ duplices conſcriptæ legis in Arca
Significant ſimul hæc in Chriſto condita ſemper,
Qui vetus atque nouum mandatum protulit ipſe.

23. *Chriſtus finis legis.*

Huc pertinet quod paſſim in Scriptura Chriſtus Dominus appelletur finis: nam illi Pſalmorum tituli, *in finem*, qui frequentes ſunt, ad Chriſtum Dominum referuntur, vt D. Hieron. & plerique interpretum obſeruant. Illa ſapientis ad Deum precatio: *Feſtina tempus, & memento finis, vt enarrem mirabilia tua.* Eccleſiaſtici 36. num. 10. eò pertinebat, vt Deus tandem recordaretur finis, id eſt, Chriſti Domini ad terram mittendi; & ſuam apud homines legationem intuiri; vt Hebræi apud Lyranum interpretantur. Illud Apoſtoli, *In quos fines ſæculorum deuenerunt.* 1. Corinth. 10. num. 11. ad tempus gratiæ pertinebat, quod Chriſtus Dominus tanquam priorum temporum finitor inchoabat: vt ibi Caiet. & cæteri communiter aduertunt. Clariſſimè tandem idem Apoſtolus, *Finis*, inquit, *legis, Chriſtus.* Rom. 10. numero 4. Quo igitur pacto Chriſtus Dominus finis appellatur? D. Auguſt. tract. 55. in Ioan. *Finis*, inquit, *eſt proficiens, non interficiens, finis, quouſque eamus, non vbi pereamus.* Similiter interpretatur D. Bernardus tract. de diligendo Deo, vocans Deum finem conſummantem, non conſumentem. Nam loquutus de illis impiis, qui *in circuitu ambulant*, Pſalm. 11. numero 9. *Ambulant*, inquit, *naturaliter appetentes, vnde finiant appetitum, & inſipienter reſpuentes, vnde propinquent fini. Fini dico, non conſumptionis, ſed conſummationis. Quamobrem non beato fine conſummari, ſed conſumi vacuo labore accelerant, qui rerum magis ſpecie, quam auctore delectati, prius vniuerſa percurrere, & de ſingulis cupiunt experiri; quàm ad ipſum curent vniuerſitatis Dominum peruenire.*

B

C

D Aug.

D. Bern.

Peccatores à vero fine aberrant.

D

24. *Chriſtus ſcripturarum ſignaculum.*

Tert.

Addo vocari Chriſtum Dominum finem, quia erat vltima meta, & extrema linea, & vnicus ſcopus, in quem omnes ſcripturæ collimabant. Vnde Tertul. libr. aduerſus Iudæos, cap. 8. Chriſtum Dominum appellat ſignaculum omnium Prophetarum. Cum enim Daniel 9. num. 24. dicatur futurum, vt in fine 70. hebdomadarum impleatur viſio, & prophetia. Tertul. legit, ſignata eſt viſio, & prophetia. Et ſtatim: *Quid eſt*, inquit, *quod dicit ſignari viſum, & prophetiam? Quoniam omnes Prophetæ nuntiabant de ipſo, quod eſſet venturus, & pati haberet. Igitur quoniam adimpleta eſt prophetia per aduentum eius, propterea ſignari viſionem, & prophetiam dicebat: quoniam ipſe eſt ſignaculum omnium Prophetarum, adimplens omnia, quæ retrò de eo Prophetæ nuntiarunt: poſt enim aduentum Chriſti, & paſſionem ipſius, iam non viſio, neque Propheta eſt, qui Chriſtum nuntiet venturum.* Quæ cum ita ſint, qui ſcripturas ignorant, Chriſtum ignorant. Iuxta illud: *Erratis, neſcientes ſcripturas, neque virtutem Dei.* Matth. 22. num. 29. Vbi D. Hieronym. Prolog. in Iſaiam: *Si*, inquit, *iuxta Apoſtolum Paulum Chriſtus Dei virtus eſt, Deique ſapientia.* 1. Corinth. 1. num. 24. *& qui neſcit ſcripturam, neſcit Dei virtutem, eiuſque ſapientiam: ignoratio ſcripturarum, ignoratio Chriſti eſt.*

E

D. Hier.

Qui ſcripturas ignorant, Chriſtum ignorant.

25.

En vt tota Scriptura ab hoc diuino argumento quandam ſibi diuinitatem ſortiatur. Sed ab interprete non minùs digna eſt, quæ diuina appelletur, vt iam oſtendam.

Inter

Interpres Scripturæ, Deus.

26. *Diuina ſcripturarum lux diuino tantum lumine perſpicitur.*

RECtè quidem Regius vates, *In lumine*, inquit, *tuo videbimus lumen*, Pſal. 35. n. 10. Licèt enim ſcriptura, lumen quoddam ſit ſplendidiſſimum, iuxta illud: *Mandatum lucerna eſt, & lex lux.* Prouerb. 6. num. 23. tamen niſi aliud lumen diuinitùs immittatur, nunquam ſatis perſpicietur. Nam humanum interpretamentum multò obſcurius eſt, quàm vt poſſit diuina myſteria illuſtrare. Vnde

Phil. Philo Hebræus in lib. de præmiis, & pœnis, loquutus de Iacobo, ſeu Iſraële, cui ad videndum Deum, non niſi diuinum lumen ſufficiebat: *Solem*, inquit, *hunc viſibilem num alia re, quam ſole ipſo adiuti cernimus? Quid ſtellas? An non ſola ſtellarum ope aſpicimus? Lucis aſpectum nónne luci debemus? Ad eundem ſanè modum, etiam Deus per ſe ipſum illuſtrat ſui notitiam, cooperanti nemine, quod ea res excedant vires omnium.* Ergo in diuinis literis, vt egregiè

Tert. Tertul. lib. de anima, cap. 1. *Non amplius*, inquit, *inueniri licet, quàm quod à Deo diſcitur, quod autem à*

D. Iren. *Deo diſcitur, totum eſt.* Concinit D. Iren. lib. 4. c. 14. *Deum*, inquit, *ſcire nemo poteſt, niſi Deo docente.*

27. *Chriſtus ſcripturarũ interpres.*

Sed ne inuiſibilis Magiſter rudes diſcipulos minùs accommodatè ad eorum ingenium erudiret, adfuit Chriſtus Dominus humana ſpecie indutus, qui *aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas.* Luc. 24 num. 45. De quo proinde Æternus Pater: *Dabo*, inquit, *clauem domus Dauid ſuper humerum eius, & aperiet, & non erit, qui claudat, & claudet, & non erit, qui aperiat.* Iſai. 22. num. 22. hoc eſt, vt Interlin. exponit, ſcientiam ſcripturarum, vt illas omnes interpretetur. Ad quem locum alludens D. Ioan. *Hæc dicit*, inquit, *Sanctus, & verus qui habet clauem Dauid*, &c. Apocalypſ. 3. num. 7.

Prædicatores ſanctitas decet, & veritas.

Hoc eſt, interprete Ruperto, qui habet poteſtatem interpretandi ſcripturas. Et rectè quidem, hanc enim eſſe germanam expoſitionem, mihi videtur ille titulus, *Sanctus, & verus*, quo inſcribitur, demonſtrare; cum nihil magis in optimo ſcripturarum interprete, quàm ſanctitas, & veritas requiratur.

28. Erant olim ſacra oracula quibuſdam veluti ænigmatibus admodum inuoluta. Sed *Vnigenitus filius, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit.* Ioan 1. n. 18.

D. Iren. Ille enim, vt docet D. Irenæus lib. 4. cap. 37. *& viſiones propheticas, & diuiſiones charismatum, & miniſteria ſua, & Patris glorificationem, humano generi oſtendit.*

Scripturarũ ſignacula Chriſtus ſoluit.

Flebat, & multum flebat Pathmæus vates, quia nemo poterat neque in cœlo, neque in terra, neque ſubtus terram, aperire librum. Apocalypſ. 5. num. 3. hoc eſt, interprete Ruperto, ſacram Scripturam interpretari, cùm ſubita vox de cælo: *Ecce*, inquit, *vicit Leo de tribu Iuda, radix Dauid aperire librum, & ſoluere ſeptem ſignacula eius.* Ibidem,

Rupert. n. 5. Vbi idem Rupertus: *Niſi*, inquit, *ille veniens adimpleſſet, nemo intelligeret; & tanquam ſignacula firmiſſima ſoluere cupiens, fruſtra laboraret.* Quibus verbis non modò ſignificat ſolum Chriſtum Dominum eſſe germanum ſcripturarum interpretem; ſed etiam inſinuat, optima interpretandi

Verior ſcripturæ interpretatio in factis, quàm in dictis.

ratione vſum eſſe, quæ in eo ſita erat, vt non tantùm exponendo, ſed multò magis implendo ſcripturas declararet: imò hoc ipſum inſinuauit Ioannes: dixit enim viciſſe leonem, vt aperiret librum, hoc eſt, moriendo, ac reſurgendo, de peccato, ac diabolo triumphaſſe, vt non tam dictis, quàm factis ſcripturas aperiret: ſeu edidiſſe illuſtria exempla, vt occulta myſteria reſeraret; quod quidem idcirco fecit, ne quis ignauus diuinæ legis cultor, auderet ampliùs eſſe verboſus illius buccinator.

29. *Iudæi ſcripturarum ignari.*

A Magna quidem erat olim apud incredulos Iudæos diuinarum literarum ignorantia; ſiue rudes eſſent, ſiue (quæ erat illorum inſolentia) ſibi ſapientes viderentur. Omnes paſſim caligabant; iuxta illud: *Et erit vobis viſio omnium, ſi ut verba libri ſignati.* Iſa. 29. n. 11. Vobis, inquam, tam ſcientibus literas, quàm neſcientibus; vt ex ſequentibus patet. At in lege gratiæ apud fideles populos mira eſt diuinarum literarum intelligentia; iuxta

Chriſtiani ſapientiſſimi.

illud: *Et audient in die illa ſurdi verba libri, & de tenebris, & caligine oculi cæcorum videbunt.* Ibidem n. 18. Vbi dicuntur audire ſurdi, & videre cæci; quia etiam imperita plebecula ſecretiſſima fidei myſteria non ignorat. Sed cur illi tam cæci, hi tam

Iudæorum magiſter Moyſes, Chriſtianorum, vnus Chriſtus.

B oculati? Credo, quia illi vnum Moyſem audiebant; iuxta illud: *Nos autem Moyſi diſcipuli ſumus.* Ioan. 9. numero 28. Hi autem ſub vno Chriſto Domino diuinarum Scripturarum interprete proficiunt; iuxta illud: *Nec vocemini magiſtri; quia magiſter veſter vnus eſt Chriſtus.* Matth. 23. n. 10. Et illud: *Interpretabatur illis in omnibus ſcripturis, quæ de ipſo erant.* Luc. 24. n. 27. Et illud: *Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum.* Iſaiæ 30. n. 20. Ac tandem illud: *Dedit vobis Dominus doctorem iuſtitiæ.* Ioël. 2. num 23. Quid mirum igitur, ſi maiores faciant in ſcripturarum ſcientia progreſſus, illi, quibus eas Chriſtus, quàm illi, quibus eas Moyſes interpretatur; cùm diſertiſſimus omnium interpre-

Scripturæ interpres Chriſti miniſter.

Theoph.

C tum ſit Chriſtus: imò, vt Theophylactus in locum Matthæi citatum aduertit, nemo, niſi vt miniſter Chriſti, interpretandi auctoritatem ſortiatur?

30. *Inuolutam antea ſcripturã vnus Chriſtus euoluit.*

Propheta olim à ſenſibus abſtractus: *Ecce*, inquit, *manus miſſa ad me, in qua erat inuolutus liber; & expandit illum coram me.* Ezechiel. 2. n. 9. Vbi Diuus Gregor. homil. 9. *Liber*, inquit, *inuolutus, eſt Scripturæ ſacræ eloquium obſcurum: quod profunditate ſententiarum inuoluitur, vt non facilè ſenſu omnium penetretur.* At cuius erat illa manus inuolutum librum porrigens, & expandens; niſi manus Chriſti Domini, qui ſcripturas obſcurè condebat, & apertè explicabat? *Saluator enim* (addit D. Gregorius) *librum quem inuolutum oſtenderat, expandit, cum hoc, quod per ænigmata loquebatur, expoſuit.*

31. *Scripturarũ porta vni Principi Chriſto peruia.*

D Cùm idem Propheta portam in ſanctuario clauſam admiraretur; Dominus ad eum: *Porta*, inquit, *hæc clauſa erit, non aperietur, & vir non tranſibit per eam.* Et ſtatim: *Princeps ipſe ſedebit in ea; per viam portæ ingredietur, & egredietur.* Ezechiel. 44. num. 2. & 3. Quæ obſecro porta iſta, & cæteris clauſa, ſoli Principi aperta, niſi ſacra Scriptura omnibus inuia, vni Chriſto Domino peruia? Nam vt

D. Hier. benè Diuus Hieronymus ad eum locum: *Prius*, inquit, *quàm Saluator humanum corpus aſſumeret, & humiliaret ſe, formam ſerui accipiens; clauſa erat lex, & Prophetæ, & omnis ſcientia ſcripturarum, clauſus*

E *erat paradiſus. Poſtquam ille pependit in cruce, & loquutus eſt ad latronem: Hodie mecum eris in paradiſo, ſtatim velum templi ſciſſum eſt, & aperta ſunt omnia, ablatóque velamine dicimus: Nos autem omnes reuelata facie gloriam Domini contemplantes*, &c. 2. Cor. 3. num. 8.

32. *Iacob puteũ reſerans Chriſti typus ſcripturarum abſcondita explanantis.*

Venit Iacob ad puteum, cuius os grandi lapide claudebatur. Geneſ. 29. num. 2. Sed cùm paſtores trium gregum iuxta puteum accubantium, illum non poſſent aperire. Ibidem num. 8. Vnus Iacob ſolus acceſſit, & amouit lapidem, quo puteus claudebatur. Vbi ſupra numero 10. Quidnam obſecro puteus; quid paſtores; quid Iacobus myſticè repræſentant? Optimè Rupertus lib.

Rupert. 7. in Geneſ. cap. 26. rem explanat. Sic enim interpretatur, vt puteus grandi lapide clauſus ſigni-

ficet ſcripturam profunda obſcuritate obſeratam. Illi trium gregum iuxta puteum accubantium paſtores ſignificent Iudæos, Samaritanos, & Gentiles, qui volebant quidem omnes de ſacris literis haurire, ſed non valebant, impediti magnis difficultatibus, quibus eius aditus obſtruebatur. Tandem Iacobus, qui de ore putei lapidem amouit, ſignificet Chriſtum Dominum, qui obſcura omnium ſcripturarum myſteria feliciter explanauit. Vnde cap. 28. ſequenti, loquutus de Chriſto Domino: *Quantò*, inquit, *melius hic paſtoribus illis lapidem amouit, qui damnatis traditionibus Phariſaicis, veritatem ſcripturæ ſine perſonarum acceptione prædicauit?*

33. *Manaſſes Ioſephi patris interpres Chriſtum Dei interpretem in ſcript. deſignat.*

Non ſine myſterio olim Ioſeph ad fratres ſuos per interpretem loquebatur. Geneſ. 42. num. 23. Quem dicunt Hebræi apud Lyranum, fuiſſe Manaſſem eiuſdem Ioſephi primogenitum, non plures, quàm octo annos natum; vt nobis ſignificaret Æternum Parentem, qui *nouiſſimè diebus iſtis loquutus eſt nobis in filio*. Hebr. 1. num. 2. & per illum tanquam per interpretem, abdita ſcripturarum myſteria patefecit. Neque enim ampliùs latere potuerunt illa arcana, quæ diſertiſſimus interpres declarauit.

34. *Dei in ore Chriſti minæ molliuntur, & hominum preces exaudiuntur.*

Adde, Ioſephum non alio interprete ad fratres ſuos vti voluiſſe quàm filio ſuo octenni; vt verba quæ ille ad fratres ſuos duriùs loquebatur, priùs in ore filij quodammodo mollirentur, quàm ad fratrum ſuorum aures peruenirent. Et rurſus verba, quæ fratres ad ipſum Ioſephum loquebantur, omni planè beneficio indigna, propter illum ingratum, & maleuolum animum, quem in Ioſephum exercuerant: hæc inquam, verba, dum per illius os interpretis tranſirent, fierent gratiora, ac digniora, quæ miſericordiam impetrarent. Eandem planè ob cauſam Æternus Parens Filium ſibi interpretem elegit, per quem ad humanum genus loqueretur. Nam Æternus Parens duras intendebat minas; genus autem humanum inualidas offerebat preces. Quid ergo? Chriſtus Dominus interfuit internuntius, & interpres: in cuius ore, & paternæ minæ remolleſcerent, & humanæ preces gratiores, ac validiores redderentur. Quis non miretur, non veneretur, non amplectatur tanti interpretis non ſolùm maieſtatem, ſed etiam vtilitatem? At quanta cum felicitate interpretetur, quanta cum perſpicuitate in audientium ſenſus ſeſe ingerat, & infundat, iam expende.

35. *Phariſæi ſcripturarum ignari, ignaros Iudæos reddebant.*

Cùm olim Phariſæi legem ad populum explicabant, nemo intelligebat, iuxta illud Apoſtoli: *Vſque in hodiernam diem, cùm legitur Moyſes, velamen poſitum eſt ſuper cor eorum*. 2. Corinth. 3. n. 15. Quid enim mirum, ſi interpretes nihil intelligentes nullam auditoribus intelligentiam conferrent? Vnde illa Chriſti Domini in eos lamentatio: *Væ vobis legis periti, qui tuliſtis clauem ſcientiæ: ipſi non introiſtis, & eos qui introibant, prohibuiſtis*. Luc. 11. num. 52. Quaſi diceret: neque vos intelligere voluiſtis, neque eos, qui intelligere volebant, permiſiſtis. At verò Chriſto Domino interpretante, omnes, & rudes, & imperiti, diuina myſteria agnoſcebant.

Ioſue Chriſti figura in diuina lege omnes inſtruit.

In cuius rei typum olim Ioſue *legit omnia verba benedictionis, & maledictionis, & cuncta, quæ ſcripta erant in legis volumine. Nihil ex his, quæ Moyſes iuſſerat, reliquit intactum; ſed vniuerſa replicauit coram omni multitudine Iſrael, mulieribus, ac paruulis, & aduenis, qui inter eos morabantur*. Ioſue 8. num. 34. & 35. In quem locum

Orig.

Origen. homil. 9. *Legit*, inquit, *nobis IESVS legem, cum nobis legis reuelat arcana*. Et ſtatim; *Recte*, inquit, *poterimus intelligere legem, ſi eam nobis legat IESVS*. Et paulò poſt docet, *IESV nobis recitante legem, & reuelante cordibus noſtris intelligentiam ſpiritalem*, omnes etiam indoctos mirabiliter illuſtrari. Nam & aduenæ, hoc eſt, catechumeni feſtinabant ad gratiam; & paruuli deſinebant eſſe paruuli ſenſibus, & ſola malitia paruuli fiebant; & mulieres, hoc eſt, homines infirmi, remiſſi, ac languidi, deſides animos ſuſcitabant, & viriles ſpiritus in explendis præceptis Euangelicis aſſumebant.

36. *Eſdras populum docens Chriſti docentis typus.*

Eiuſdem myſterij non obſcurus index mihi videtur fuiſſe Eſdras, qui librum legis coram omni multitudine legit apertè, *ſtans ſuper gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum*. 2. Eſdr. 8. à numero 2. In quem locum quamuis Beda libro 3. cap. 26. per Eſdram intelligat quemlibet prædicatorem, ſtantem in gradu ligneo. hoc eſt, ſingulari imitatione Dominicæ paſſionis cæteris eminentem: tamen non dubitarem accommodatiùs intelligi poſſe Chriſtum Dominum, de gradu ligneo, hoc eſt, de cruce ſua, librum legis, ſeu totam ſcripturam mundo interpretantem, cùm dixit: *Conſummatum eſt*. Ioan. 19. num. 30. Hoc eſt; Tota in me ſcriptura impleta eſt. Quòd ſi legente Eſdra, *omnes intellexerunt*, vt citato loco num. 8. habetur. Quid mirum, ſi Chriſto Domino interpretante, nihil tota eius ſchola de diuinis literis ignoret? de qua re Tertullian. lib. aduerſus Gnoſticos, cap. 12. *Quis*, inquit, *nunc medullas ſcripturarum magis noſcet, quàm ipſa Chriſti ſchola, quos & ſibi diſcipulos Dominus adoptauit, omnia vtique edocendos, & nobis magiſtros ordinauit, omnia vtique docturos?* En germanus ſcripturæ interpres Chriſtus Dominus, à cuius diuinitate quædam ſacris literis diuinitas confertur.

Crux Chriſti docentis cathedra.

Tert. *Chriſtiani ſub Chriſti magiſterio proficiunt.*

Concluditur ſcripturæ diuinitas.

37. *Scripturæ diuinitatem etiam Ethnici agnouerût.*

EAm planè etiam Ethnici non ignorarunt. Nam Ptolemæus Philadelphus Rex Ægypti, cum ſacros libros, quos ex Hebræo in Græcum idioma ſeptuaginta interpretum opera, & ſtudio transferendos curauerat, à Demetrio Phaleteo Bibliothecæ Regiæ præfecto accepiſſet, volumen illud, quaſi numen aliquod admiratus, adorauit. Et percunctatus, cur nec hiſtoricus vllus, nec Poëta tam admirandæ legis vnquam meminiſſet; ex eodem Demetrio accepit, neminem auſum attingere eam legem, quam diuinam eſſe, & omni veneratione digniſſimam conſtaret: eos verò, qui ſecus facere auſi fuiſſent, Deum vindicem, & vltorem ſuæ temeritatis expertos eſſe. Nam Theopompum inde quædam delibare, & ſuæ hiſtoriæ inſerere molientem, totos triginta dies mente motum fuiſſe, vt per amentiam purgaret audaciam: ſed per aliquot inſaniæ interualla ſuis precibus Deum placaſſe, & ſanitatem recepiſſe. Præterea Theodectem, neſcio quid ex ſacris literis ſuam in tragœdiam trahere conantem, in audaciæ pœnam ſubita oculorum caligine occæcatum: vt oculorum lumen amitteret, qui ſcripturarum numen violaſſet. Sed tandem cum eum ſui errati pœniteret, exorato numine, perditam aciem recuperaſſe. Quæ omnia à Ioſepho lib. 12. antiquitatum, cap. 2. ſcribuntur.

Sacram ſcripturam minùs religiosè tractantes certiſſimè puniuntur.

Ioſeph.

38. *Scriptura Dei cor, & anima.*

Quid diuinius eſſe poteſt corde, animáque ipſius Dei? Atqui ſcripturam ipſe Deus, ſuum cor, & ſuam animam appellat. *Suſcitabo*, inquit, *mihi ſacerdotem fidelem, qui iuxta cor*

meum,

meum, & animam meam faciat. 1.Reg.2. numero 35. Chaldæus transfert *Qui iuxta dictum meum faciat.* Vbi vides dictum Dei, id eſt, ſcripturam, cor, & animam Dei nuncupati. Sic enim Diuus Gregor. ad eum locum rectè interpretatur: *Quid*, inquit, *cor, & animam Dei, niſi ſacram eius Scripturam accipimus? Nam corde cogitamus ad deliberationem: anima verò afficimur ad amorem: quia ergo in ſacro eloquio conſilia omnipotentis Dei agnoſcimus; ibique amorem, quo humanum genus dilexit, inuenimus; ipſum eloquium, cor, & anima eius rationabiliter deſignant.*

D.Greg.

Scriptura veritas eius diuinitatem teſtatur. Tertul.

Et quantuis alia abeſſent, certè incorrupta ſcripturarum veritas ſatis earum diuinitatem teſtaretur. Iuxta illud Tertullian. in Apologet. cap. 20. *Idoneum*, inquit, *opinor teſtimonium diuinitatis, veritas diuinationis.* Quaſi veritas prophetiæ omnino incorrupta, qualis eſt veritas ſcripturæ, à diuina auctoritate, qua nititur, quandam diuinitatem ſortiatur. Vnde cum Moyſes ſacram condidit hiſtoriam, prophetauit quidem, ſeu infallibilis veritatis hiſtoriam edidit: *ſatis probans*, inquit Tertullian. lib. de anima, cap. 28. *diuinitatem operis ex diuinitate vocis.* Neque enim immutabilis veritas ſcripturæ, aliunde quàm ex ipſa diuinitate poterat proficiſci.

Tertul.

39. Adde, quam diuinitatem continet ſcriptura, eandem ſuis cultoribus conferre. Teſtem appello Iuſtinum Martyrem in oratione 2. ad Græcos. Vbi reddit rationem cur à gentilica ſuperſtitione ad Chriſtianam religionem ſe tranſtulerit. Ea verò eſt, quia legerat Ethnicorum monumenta multis ſuorum Deorum flagitiis tumentia; & fidelium oracula nihil niſi ſanctitatem, ac diuinitatem ſpirantia. Vnde tandem ſcripturam inuocans exclamat: *O grauium affectuum fugatorium inſtrumentum! O ignis animæ inſiti extinctorium magiſterium! Hæc nos* (diuini ſermonis vis) *non efficit Poetas, non Philoſophos reddit, neque oratores excellentes: ſed ex morti obnoxiis immortales, & Deos ex immortalibus facit.*

Iuſt.Mart.

Diuina Scriptura ſuos cultores diuinos reddit.

40. Iam verò Clemens Alexand. in exhortatoria ad gentes: *Sunt*, inquit, *verè ſacræ literæ, quæ ſacros faciunt, & deificant.* Nam ſi humaniores literæ reddunt humanos eos, à quibus excoluntur: quid mirum, ſi diuinæ efficiant diuinos? Vnde idem Clem. Alexand. lib. 1. Strom. non procul ab initio, eum, qui dicendo, vel ſcribendo de diuinis agit ſcripturis, diuinum agricolam appellat. *Vtrous*, inquit, *modo Domini operarius præclarum frumentum ſeminauerit, & ſpicas auxerit, & meſſuerit, verè diuinus apparuerit agricola.* Sed vt hæc ſcripturæ diuinitas diuina auctoritate confirmetur; ipſe Deus, vt reſtatur Chriſtus Dominus, *illos dixit Deos, ad quos ſermo Dei factus eſt.* Ioann. 10 num. 35. Quia ſcilicet interprete Caiet. ratione diuini ſermonis, diuinum homini numen communicatur. Atque hæc de ſcripturæ dignitate, quæ adhuc ex ſequentibus clarius innoteſcet.

Clem.Alex.

Clem.Alex.

Caiet.

SECTIO II.

Vtilitas ſacrarum literarum.

1. *Multiplex ſacra Scripturæ vtilitas.*

VTilitas ſcripturæ multis ex principiis colligi poteſt. Nam in primis eſt opulentiſſimus theſaurus, ex quo humana locupletatur inopia. Deinde eſt medicinale myrothecium, ſeu myropolium, ex quo ſpiritalis omnis releuatur ægritudo. Præterea eſt bellicum armamentarium, ex quo noſtra roboratur infirmitas. Tandem eſt auguſtiſſimum ſacrarium ſpiritualium bonorum, ex quo tota humani generis vitioſitas perpurgatur. Ad ſingula breuiter illuſtranda accedamus.

Scriptura opulentiſſimus theſaurus.

2. D.Auguſt.

DIuinas literas appellat Diuus Auguſtinus in Pſal. 145. ſpiritus noſtri diuitias ac delicias. De deliciis ſectione ſequente diſſeram. Diuitias nunc aſſero eſſe in ſcriptura terrenis omnibus longè præſtantiores. Nam has præfert Deus ſiniſtra manu, iuxta illud: *In ſiniſtra illius diuitiæ, & gloria.* Prouerb. 3. num. 16. Illas autem dextera, iuxta illud: *In dextera eius ignea lex.* Deuteronom. 33. n. 2. *Quantò autem*, inquit Rupert. lib. 4. in Apocal. *melior eſt dextera, quam ſiniſtra: tantò felicius bonum eſt ignea lex* (cuius nomine ſacram Scripturam intelligit) *quàm diuitiæ, & gloria.*

Scripturæ diuitiæ terrenis præſtantiores

Rupert.

3. Homo ille, qui inuenit theſaurum abſconditum in agro, & *præ gaudio illius abiit & vendidit vniuerſa, quæ habuit, & emit agrum illum*, Matth. 13. n. 44. ſine dubio credidit illum theſaurum omnibus, quæ poſſidebat præferendum, & ſe magis ex illo vno, quàm ex omnibus ſuis facultatibus locupletandum; alioqui ſua omnia bona non abiiceret, vt illum vnum theſaurum compararet. Atqui ille theſaurus emptus ſacram Scripturam, illæ aliæ facultates venditæ diuitias temporales ſignificabant, vt Rupert. lib. 3. de Victoria Verbi, cap. 26. interpretatur; ergo ſine dubio exiſtimauit ſacram Scripturam dignam eſſe, quam omnibus diuitiis temporalibus præferret; ſequutus Regum vatem de diuinis oraculis dicentem: *Deſiderabilia ſuper aurum, & lapidem pretioſum multum* Pſalm. 18. num. 11. Et iterum: *Bonum mihi lex oris tui, ſuper millia auri & argenti.* Pſalm. 118. num. 72. Et rurſum: *Dilexi mandata tua ſuper aurum, & topazion,* ibidem, num. 127. Quare prudentiſſimi fuerunt illi homines: *Qui*, inquit Rupertus, *hoc inuento delectati, vniuerſa quæ habebant vendiderunt, & agrum huiuſmodi emerunt, vt exonerati ſecularibus negotiis, vacare poſſent, & intendere, vel meditari in lege Domini.* Imò qui terrenas opes his cæleſtibus commutat: *Is*, inquit Diuus Chryſoſtom. homil. 48. in Matth. *nullam iacturam, ſed quæſtuoſiſſimam facit mercaturam.* Illud ſapientis: *Multæ filiæ congregauerunt diuitias; tu ſupergreſſa es vniuerſas.* Prouerb. 31. num. 29. de ſacra Scriptura Lyranus interpretatur, quæ plures, & vtiliores veritates includit, quàm omnia cæterorum ſcriptorum monumenta.

Rupert.

Rupert.

D Chryſ.

4. Hebræi quondam auro, & argento Ægyptios ſpoliarunt Exod. 12. num. 36. ſed Scripturis ſacris ſpoliati ſunt à Chriſtianis, iuxta illud: *Auferetur à vobis regnum Dei.* Matth. 21. num. 43. Hoc eſt, ſcriptura ſacra, vt ibi D. Hieron. interpretatur. Vnde Dauid agens Chriſtianum hominem: *Lætabor*, inquit, *ego ſuper eloquia tua, ſicut qui inuenit ſpolia multa.* Pſal. 118. num. 161. Vbi D. Greg lib. 18. Moral. cap. 11. *Eloquia*, inquit, *Dei ſpolia idcirco vocata ſunt, quia ad fidem Domini gentilitate tranſeunte, Iudæi ſacris eloquiis, quibus induti fuerant, exuuntur.* Et D. Ambroſ. ſerm. 21. in eundem Pſalmum, tantis ſpoliis locupletatus. *Meritò ergo*, inquit, *exulto, ſicut qui inuenit ſpolia multa; ſine labore meo inueni ſpolia, quæ non habebam: inueni Heptateuchum, inueni Regnorum libros, inueni Prophetarum ſcripta*, &c. Sed inquiret aliquis, vtra fuerint ampliora ſpolia, illa, quæ Hebræi Ægyptiis eripuêre; an illa, quæ tandem vellent, nollent, conceſſere Chriſtianis? Optimè rem definit Diuus Ambroſius citatus: *Hebræi*, inquiót, *ſpoliauerunt Ægyptios, & vaſa eorum abſtulerunt: Iudæorum ſpolia habet populus Chriſtianus:*

Scripturarum ampla ſpolia Chriſtiani tulerunt à Iudæis.

D Hieron.

D.Greg.

D Ambr.

D.Ambr. *Ampliora ſpolia Chriſtiani à Iu-*

Iudai ab Ægyptiis reportarunt.

nus: & totum habemus, quod illi ſe habere neſciebant. Illi aurum, & argentum materiale abſtulerunt: nos aurum mentis accepimus, nos acquiſiuimus cæleſtis ſermonis argentum. Quibus planè verbis oſtendit, quantò animus præſtantior eſt corpore, tantò præſtantiores eſſe diuitias Scripturæ, quæ ad animum ſpectant, fortunæ diuitiis, quæ pertinent ad corpus. Hæ namque ſiſtunt, hærentque in corpore, animum non peruadunt, & propter ea cum corpore pariter deficiunt & contabeſcunt: illæ verò totum animum permeant, & exornant, & propterea ſimul cum animo durant, ac perennant.

5. *Scripturis tanquam Synagoga Eccleſia adornatur.*

Mirum eſt quàm lautè, & eleganter induta olim fuit a Deo Synagoga. *Veſtiui*, inquit, *te diſcoloribus, & calceaui te ianthino, & cinxi te byſſo, & indui te ſubtilibus, & ornaui te ornamento, & dedi armillas in manibus tuis, & torquem circa collum tuum, & dedi inaurem ſuper os tuum, & circulos auribus tuis, & coronam decoris in capite tuo, & ornata es auro, & argento, & veſtita es byſſo, & polymito, & multicoloribus.* Ezechiel. 16. à num. 10. Quis non miretur tantam veſtium lautitiem, & elegantiam? ſed mirari deſinet, ſi ad earum myſteria animum intendat. Nam, vt bene Rupertus proximè citatus: *Tantus*, inquit, *diuitiarum ſplendidis nominibus, quid, niſi ſacramenta cæleſtia ſub illius ſacra Scriptura groſſo velamine latentia ſignificari putamus?* His olim diuitiis fruebatur Synagoga, quibus modò denudatur, de illis ſpoliis Chriſtiano populo triumphante. Nam, vt docet Apoſtolus, *Delictum aliorum diuitiæ ſunt mundi, & diminutio eorum diuitiæ gentium.* Roman. 11. num. 12. Quas diuitias D. Anſelm. interpretatur eſſe ſacras Scripturas, quas Iudæi toto orbe diſperſi ſecum ferunt; vt ſuo teſtimonio probent, non eſſe à nobis fictum, quod de Chriſto Domino prædicamus: atque ita gentium fidem magis roborent, & confirment. His igitur ſcripturis totus orbis locupletatur. *D. Anſelm.*

6. *Scriptura eſt theſauro, & perenni fonti ſimilitudo.*

Regnum cælorum, hoc eſt, ſacram Scripturam Chriſtus Dominus cum theſauro, Iſaias cum perennibus fontibus comparauit. Matth. 13. numero 44. & Iſaiæ 12. num. 3. Vtramque ſimilitudinem D. Chryſoſt. homil. 3. in Geneſim illuſtrauit: *Meritò*, inquit, *theſauro confertur diuinarum literarum lectio. Nam in ſacra Scriptura indicibiles diuitias inuenire licet. Et non ſolùm theſauro ſimilia ſunt diuina eloquia, ſed fonti quoque, largis, perennibuſque ſcaturienti fluentis. Magna eſt huius theſauri abundantia, & largu fontis huius ſpiritualis vbertas.* Scriba ille doctus, *qui profert de theſauro ſuo noua, & vetera.* Matth. 13. num. 52. interprete D. Chryſoſtomo, eum ſignificat, qui de vtriuſque Teſtamenti veteris, & noui locupletiſſimo theſauro magnas opes, hoc eſt, ſingularia viuendi documenta expromit. *D. Chryſ.* *Vtrumque teſtamentum theſaurus diues.* *D. Chryſ.*

7. *Singula ſcripturæ verba margaritis præſtantiora.*

De Euangelicis myſteriis loquutus Chriſtus Dominus: *Nolite*, inquit, *dare ſanctum canibus, neque mittatis margaritas veſtras ante porcos.* Matth. 7. num. 6. Vbi Chryſoſt. prologo in Ioannem: *Margaritas*, inquit, *hæc verba* (nempe Euangelica) *vocauit: quibus longè pulchriora præſtantioráque ſunt.* Concinit D. Hieronym. in epiſt. ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis: *Margaritum*, inquit, *eſt ſermo Dei, & ex omni parte forari poteſt.* Eadem ſimilitudine rurſum vtitur D. Chryſoſt. homil. 9. in Geneſ. monens cum Chriſto Domino Ioan. 5. n. 39. vt diuinas Scripturas altiùs perſcrutemur. *Qui*, inquit, *pretioſos lapides in mari quærunt, non ſedent iuxta littus maris, fluctus numerantes, ſed in profundum ſe demittunt: &, vt ita dicam, quaſi in ipſos ſinus abyſſi deſcendentes, aſſequuntur, quod tanta opera exquirunt. Quamuis quid magnæ vtilitatis vitæ huic attulerit illorum lapidum inuentio? Vtinam non magna damna, & incommoda inferrent. Ex inſania enim iſta, & rabie, quæ eſt in pecunia, innumera ſequi videmus mala. In diuinis autem ſcripturis, & in ſpiritualibus, & pretioſis illis lapidibus neque periculum ſuſpicari licet, neque multus eſt labor, ſed lucrum ineffabile: tantum ea, quæ noſtra ſunt, cum alacritate afferamus.* Quibus ſimilia habet lib. 1. de orando Deo, & Concione 3. de Lazaro. *D. Chryſ.* *D. Hier.* *D. Chryſ.* *Diuina ſcriptura altiùs perſcrutanda.*

8. *In ſcriptura etiam ſyllabis, & apiculis, prodiues theſauros.*

Neque ſolùm ſingula verba ſcripturæ gemmæ ſunt pretioſiſſimæ; ſed etiam, vt bene D. Chryſoſtom. homil. 18. in Geneſ. circa medium: *Et ſyllaba*, inquit, *& apiculus vnicus reconditum habet theſaurum.* Vnde mirum non eſt, quod refert Tertull. in Apolog. cap. 47. ex hoc theſauro ſcripturæ cæteras Philoſophorum palæſtras fuiſſe locupletatas. Plura de hac re Diuus Chryſoſtomus in Geneſ. homil. 5. 13. 14. 16. 29. 35. & 37. & paſſim alibi. *D. Chryſ.* *Tert.* *D. Chryſ.*

Scriptura medicum myropolium.

9. *Scriptura ſingulare myrothecium ad animi morbos curandos.*

SIcut in myropolio omnia corporalium membrorum medicamenta repetiuntur: ita planè in ſcriptura omnia ſpiritualium. Vnde Sapiens loquutus de Hebræis, qui inter Ægyptios multis plagis ſauciatos, incolumes conſiſtebant: *Neque herba*, inquit, *neque malagma ſanauit eos, ſed tuus Domine ſermo, qui ſanat omnia.* Sap. 16. num. 12. Quaſi ab hoc vno myrothecio omnia morborum remedia depromantur. Et Dauid: *Miſit*, inquit, *verbum ſuum, & ſanauit eos.* Pſal. 106. numero 20. Quaſi hoc vnum ſit panchreſtum omnium ægritudinum medicamen. Quaſi nullius ita eſt deſperata ægritudo, vt, ſi ad ſcripturam confugiat, medicamentum non inueniat, quo facilè conualeſcat. Quod D. Baſil. in epiſt. 1. ad Gregorium Theologum expreſſit: *Ab ſcriptura*, inquit, *vnuſquiſque tanquam ab officina medicina appoſitum ſuæ infirmitati medicamentum inuenire poterit.* Quod exemplis illuſtrat. Nam ſi quis morbo incontinentiæ laborat, eximiam Ioſephi caſtitatem recognoſcat. Si laborum pondere frangitur, infractum Iobi animum contempletur. Si iniuriis laceſſitus ſtomachatur, Dauidis clementiam intuitus detumeſcat. Si prouocatus ſuorum rebellionibus in vindictam exardeſcit, Moyſis ſingulari manſuetudine admonitus iras ponat, ac toto animo tranquilletur. Ita ferè D. Baſilius de hac re philoſophatur. *Ad varias animi ægritudines præſens, & conueniens antidotum in ſcriptura.* *D. Baſil.*

10. *D. Chryſ.*

Eandem philoſophandi rationem tenet Diuus Chryſoſtom. homil. 29. in Geneſ. nam de ſacris literis loquutus: *Nulla*, inquit, *eſt in humana natura, vel corporis, vel animæ paſſio, quæ medicinam hinc accipere nequeat.* Et ſtatim rem exemplis oſtendit: nam, ſi cui triſtitia cor exedit, illo ſe verſiculo conſolatur: *Quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo*, &c. Pſalm. 42. num. 5. Si paupertatis anguſtiis premitur, bonam animo ſpem haurit ex illo conſilio: *Iacta ſuper Dominum curam tuam, & ipſe te enutriet*, Pſalm. 54. num. 23. Si detrahentium mordacitatem patitur, ad illud confugit exemplum: *Detrahebant mihi; ego autem orabam* Pſalm. 108. num. 14. Si probra, & contumeliæ ingeruntur, diſcit obſurdeſcere ex illo loco: *Ego autem tanquam ſurdus non audiebam.* Pſalm. 37. num. 14. Et ſic de aliis. Vnde tandem concludit Diuus Chryſoſtomus: *Vidiſti*, inquit, *quomodo quacumque calamitate humanam naturam premente, conueniens ex ſcripturis antidotum accipere liceat, & omnis vita huius repellatur* *D. Chryſ.*

anxie

D. Auguſt.

Hæretici in ſcripturâ, vt phrenetici in antidotum inſaniunt.

anxietas, neque vllo, quod accidit, grauemur? Certè D. Auguſt lib 9. confeſſ. cap. 4. videns à Manichæis diuinas literas, contemni: *Quam vehementi*, inquit, *& acri dolore indignabar Manichæis, & miſerabar eos rurſus, quod illa ſacramenta, illa medicamenta neſcirent, & inſani eſſent aduerſus antidotum, quo ſani eſſe potuiſſent?*

11\. *Toti orbi medetur ſcriptura.*

Dauid diuina oracula editurus, *Audite*, inquit, *hæc omnes gentes, auribus percipite omnes qui habitatis orbem; quique terrigenæ, & filij hominum, ſimul in vnum diues, & pauper.* Pſal. 48. num. 2. & 3. Quorſum verò tam multos vocat ad audiendum, niſi vt omnes remedium ſuis vulneribus neceſſarium ex auditis conſequantur? Quod D. Ambroſ. expendens ad eum locum: *Omnes*, inquit, *vocantur ad Eccleſiam, vt omnes redimantur à Chriſto. Qui æger eſt, medicum inuenit: qui ſanus, ſapientiam acquirit: captiuus redemptorem: liber remuneratorem. Omnes ædificat Scriptura diuina. In ea inuenit vnuſquiſque, quo, aut vulnera ſua curet, aut merita confirmet.* Loquutus aliquando Iſaac de benedictione, qua impertierat filium ſuum Iacobum, *Frumento*, inquit, *vino, & oleo ſtabiliui eum.* Geneſ. 27. num. 17. Licèt enim in Hebræo oleum non habeatur, illud tamen plures codices addiderunt. In quibus donis Hugo Victorinus tom. 3. lib. 2. Miſcellaneorum tit. 56. tria agnoſcit emolumenta, quæ è ſacris literis capiuntur: *Diuina*, inquit, *Scriptura in quibuſdam locis quaſi panis difficilè editur: in quibuſdam ſicut vinum facilè abſorbetur: in omnibus quaſi medicamentum, & oleum animæ, dum ſumitur, medetur.* Vbi vides quamuis ſcriptura alia ſui parte nutrimentum, alia delectamentum contineat; tamen omnibus ſimul exhibere medicamentum. Quaſi liberalior ad medicinam, quàm ad ſaginam videatur.

D. Ambr. *Chriſtus omnibus omnia factus in redemptione.*

Scriptura licèt non ſemper ſagina, ſemper medicina.

12\. *Scriptura ferculum ſimul, & medicamentũ.* D. Bern.

Nec aliter D. Bern. ſerm. 67. in Cant. vbi comparat ſermonem ſponſæ, hoc eſt, ſermonem ſcripturæ, cum eximia ferculorũ lautitie: *Quæ*, inquit, *triplici quadam emineat gratia, delicioſa ad ſaporem: ſolida ad nutrimentum: efficaci ad medicinam; ex eo, quòd ſuauiter ſonat, affectum mulcet, & de ſenſuum vbertate mentem impinguat, & nutrit, & de altitudine myſteriorum, dum intellectum, quò plus exercet, plus terret; miro modo tumorem ſanat inflantis ſcientiæ.* Ex quibus mira quædam ſcripturæ vtilitas eſſloreſcit. Nam ex aliis conuiuiis, quò lautiora ſunt fercula, eò plures morborum cauſæ ſuboriuntur. At verò conuiuium ſcripturæ lautiſſimum cum ſit, tamen non ægritudinum irritamenta, ſed medicamenta proponit: morbos non gignit; ſed extinguit.

13\. *Manna ſcripturæ ſymbolum, præſens medicina.* Cyril. Alex.

Vnde manna aptiſſimum diuinæ ſcripturæ ſymbolum, vt ex dicendis patebit, coriandro confertur. Exod. 16. num. 31. Nam vt refert D. Cyrillus Alexand. lib. 3. in Ioan. c. 34. Sicut coriander ob inſitam à natura frigiditatem immoderatis æſtibus medetur: *Ita*, inquit, *frigidior eſt diuini ſermonis virtus, paſſionum ardores frigiditate ſua extinguens.* Adde, ſicut populus illo pane cæleſti conuiuatus non ægrotabat; iuxta illud: *Non erat in tribubus eorum infirmus.* Pſalm. 104. n. 37. ita qui diuinis eloquiis veſcuntur, nullis paſſionibus laborare. Quod ſignificauit D. Chryſ. hom. 36. in Ioan. 5. ad illa verba: *Vis ſanus fieri? Omnium*, inquit, *medicinarum theſaurus diuinæ Scripturæ ſunt, & ſiue ſtultitiam exuere: ſiue affectus ſedare: ſiue pecuniarum cupiditatem expellere: ſiue dolores contemnere: ſiue fortem animum induere: ſiue aduerſa æquo animo tolerare velimus, quàm plurima hinc remedia inuenire poſſumus.*

Scriptura medicinarũ omnium theſaurus.

14\. His medicamentis vſus fuit Samaritanus ille, qui in hominem à latronibus vulneratum incurrit. Nam *appropians alligauit vulnera eius, infundens oleum, & vinum.* Luc. 10. n. 34. Vbi D. Ambroſ. Chriſtum Dominum per hunc Samaritanum ad literam interpretatus *Multa*, inquit, *medicamina medicus habet iſte quibus ſanare conſueuit. Sermo eius medicamentum eſt. Alius eius ſermo conſtringit vulnera: alius oleo fouet: alius vinum infundit. Conſtringit vulnera auſteriore præcepto: fouet remiſſione peccati: ſicut vino, compungit denunciatione iudicij.* Vbi omnia medicamentorum genera, & leniora, & auſteriora in diuino ſermone, ſeu in diuina ſcriptura incluſa referuntur.

Medicum agit Chriſtus varios ſanando ſcripturarũ medicamine. D. Ambr.

15\. *Scriptura ad vitam etiam reuocandam ſingulare amuletum.* D. Hieron.

Quid ſi dicam, in diuinis literis non ſolùm præſentiſſima ad curandos morbos, & ſanandas plagas medicamina reperiri: ſed etiam efficaciſſima ad mortem repellendam, & vitam reuocandam amuleta contineri? Certè D. Hier. in epiſtola 34. ad Iulianum, ſcripturam comparat cum illo feretro, in quo Chriſtus Dominus mortuum adoleſcentem ſuſcitauit. Luc. 7. n. 14. & cum illo lectulo, in quo exanimatam puellam ad vitam reduxit. Matt. 9. n. 25. & cũ illo ſepulchro, in quo Lazarum quatriduanum mortuum viuis iterum annumerauit. Ioan. 11. n. 43. *Ad ſanctarum*, inquit, *ſcripturarum grauitatem confugimus, vbi vera vulnerum medicina eſt: vbi dolorum certa remedia: in quibus recipit vnicum filium mater in feretro: vbi turbæ dicitur circunſtanti: non eſt mortua puella, ſed dormit: vbi & quatriduanus mortuus ad vocem inclamantis Domini ligatus egreditur.* Nam ſicut in illis tribus locis mortui iubente Chriſto Domino, ad vitam redierunt; ita planè in diuinis literis ea ſunt præſidia, quibus multi ab ſpirituali morte ad ſpiritualem vitam transferantur.

16\. *In ſcripturis ſpiritus vitæ, quo etiam mortui reuiuiſcunt.* D. Greg.

Mirabiliter currebant illæ rotæ, quibus Ezechielis currus ferebatur. *Spiritus enim vitæ*, inquit Propheta, *erat in rotis*, Ezech. 1. n. 20. Vbi D. Greg. homil. 7. *Idcirco*, inquit, *dicitur vitæ ſpiritus in rotis eſſe, quia Scripturæ ſacræ duo ſunt teſtamenta, quæ Dei ſpiritus ſcribi voluit, vt nos à morte animæ liberaret.* Et paulò poſt: *Per præcepta*, inquit, *Scripturæ ſacræ reuiuiſcimus, qui mortui in culpa iacebamus.* Et confirmat ex Dauide: *In æternum non obliuiſcar iuſtificationes tuas, quia in ipſis viuificaſti me.* Pſal. 118. n. 93. D. Aug. ſerm. 38. ad fratres in Eremo, ſi eius eſt illud opus, de ſcriptura explicat illud Salomonis: *Qui me inuenerit, inueniet vitam.* Prouerb. 8. num. 35. Et paulò antè ſcripturam vocat reſurrectionem mortuorum. Quis igitur non amet, non inquirat ſcripturæ ſacræ vtilitatem, per quam vita etiam mortuis conferatur?

Scriptura, bellicum armamentarium.

17\. *Ad ſpirituales congreſſus Dei armatura neceſſaria.*

CVm ſit *nobis colluctatio* non ſolùm *aduerſus carnem, & ſanguinem, ſed aduerſus Principes, & Poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitia in cæleſtibus.* Epheſ. 6. num. 12. neceſſe erat, vt tam acres pugnas, & congreſſus inituri, armatura Dei indueremur. Diuina igitur prouidentia factum eſt, vt ſacra nobis ſcriptura, tanquam bellicum armamentarium proponeretur, ex quo omnia armorum genera ad repellendos hoſtes, & eorum inſidias elidendas peterentur. Hoc in primis mihi videtur ſignificare illa *turris Dauid, quæ ædificata eſt cum propugnaculis. Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.* Cantic. 4. num. 4. Quænam obſecro eſt hæc turris, mille clypeis munita, niſi ſacra Scriptura omnium virtutum, & præceptis, & exemplis obfirmata? vt D. Gregor. homil. 15. in Ezechiel. interpretatur. Nam in primis obſeruans mille ex ea clypeos pendere: *Per hunc*, inquit,

Scriptura, Dauid turris armorum præſidiis obfirmata. D. Greg.

inquit, *perfectum numerum* clypeorum, *numerus vniuerſus oſtenditur; quia vniuerſa noſtra munitio in ſacro eloquio continetur: ibi quippe ſunt præcepta Dei, ibi exempla iuſtorum* Et ſtatim colligens præcepta ſingularum virtutum, quæ in ſacris literis habentur, concludit: *Quot illic præcepta ſunt, tot etiam pectoris noſtri munimina.* Ruſus colligens veterum Prophetarum exempla, quæ ibidem commemorantur, ſubdit: *In voce ſacri eloquij, cuiuſlibet quærimus munimen virtutis, inuenimus.* Ac tandem facto quodam veluti armiluſtro, ſeu omnibus diuinæ ſcripturæ armis in luce, & conſpectu omnium collocatis: *In hac turri*, inquit, *armaturam noſtra mentis inuenimus, vt inde præcepta, inde ſumamus exempla, per quæ contra aduerſarios noſtros inexpugnabiliter armemur.* Sed ne vlla deſit huius turris Dauidicæ cum ſcriptura ſimilitudo, obſerua ex D. Gregor. in turri Dauidica, & eſſe propugnacula, quæ immobilirer conquieſcunt, & ſcuta, quæ huc, illuc facilè verſantur; vt ſignificetur, in ſcriptura, & eſſe miracula, tanquam propugnacula, per quæ muniti poſſimus; ſed quæ agere ex noſtro arbitrio non poſſimus: & eſſe exempla virtutum, tanquam ſcuta, quæ noſtris operibus aptare, & feliciter exercere, præcedente nos diuina gratia, ſi volumus, valeamus.

Lex Dei, pectoris munimen.

D. Greg.

Miracula, Eccleſiæ propugnacula, exempla, ſcuta.

18\. En, vt ſcriptura turris eſt omnium armorum præſidio munitiſſima. Turris illa, quam improbi homines ædificare, & ad cælum vſque educere conabantur. Geneſ. 11. n. 4. non aliis telorum ictibus corruit, quàm ædificantium verbis, inter ſe malè concordibus: dum enim eorum linguæ confunduntur, irrita ſtudia diſſipantur. Ibidem n. 7. & 8. Vt ſignificetur profanam ſapientiam, dum in varias ſectas, atque hæreſes feceſſit, labefactari. At verò ſacra ſcriptura turris eſt fortiſſima, quæ nullis telis hoſtilibus ſuccumbit, & quæ ſolis verbis ſibi inuicem concinentibus ſe, ſuoſque tuetur. Vnde Rupertus lib. 3. de Victoria Verbi, c. 3. vtramque inter ſe turrim componens: *Sancta*, inquit, *ſcriptura turris vera, & verè pertingens vſque ad altitudinem cæli, conſtruenda erat, ſacramenta continens tam dicta promiſſionis.* Vbi promiſſionem intelligit de Verbo homine, de quo in ſuperioribus egerat. Meritò igitur factum eſt, vt illa Chriſti *Arx alta maneret*: & verbis, quæ Chriſtum Dominum continebant, tanquam clypeis, iacula, quæ diabolus collimabat, facilè repellerentur. Ignita enim diaboli iacula quo faciliùs clypeo, quàm ignito Dei ſermone retorqueri debuerunt? Nam vt bene Sapiens: *Omnis*, inquit, *ſermo Dei ignitus clypeus eſt ſperantibus in ſe.* Prouerb. 3. num. 5. Vnde D. Hieronym. in epiſtola 9. ad Saluinam, verſùs finem: *Semper*, inquit, *in manibus tuis ſit diuina lectio, & tam crebræ orationes, vt omnes cogitationum ſagittæ, quibus adoleſcentia percuti ſolet, huiuſmodi clypeo repellantur.* Hoc ſanè clypeo ſi quis muniatur, fremat licèt hoſtis, & totas ſuas pharetras iaculando exhauriat, nullum incutiet timorem. Iuxta illud; *Scuto circundabit te veritas eius: non timebis à timore nocturno*, &c. Pſalm. 90 num. 5. Vnde D. Ambroſ. præfatione in Pſalmos, vocat ipſos Pſalmos, *nocturna arma, diurna magiſteria, ſcutum in timore, feſtum in ſanctitate.* Ad hæc enim omnia officia, & præſertim ad hoſtes tanquam ſcutis repellendos, & tanquam iaculis fugandos aptiſſimè ex ſacris literis præſidia depromuntur.

Profana ſapientia, turris Babel variis linguis, id eſt, ſectis labefactatur.

Rupert.

Diuina ſcriptura, clypeus ignita beſtiis tela retundens.

D. Hier.

D. Ambr.

19\. Dauid in ſingulare certamen cum Philiſthæo egreſſurus, *elegit ſibi quinque limpidiſſimos lapides de torrente.* 1. Reg. 17. n. 40. Caſſiodor. in Pſalm. 143. quem Dauid compoſuit pro victoria de Golia, per hos quinque lapides myſticè interpretatur quinque libros legis. Nam ſicut illi lapides limpidiſſimi fuerunt, ita & hi libri ſunt puriſſimi, iuxta illud: *Lex Domini immaculata* Pſalm. 18. n. 8. Et quemadmodum Golias illis lapidibus victus corruit; ita & diabolus ſacrarum literarum præſidiis premitur, & ſuperatur Sed D. Bern. ſerm. de Dauid, & Golia, per illos quinque lapides intelligit illa quinque verba, de quibus Apoſtolus: *In Eccleſia*, inquit, *volo quinque verba ſenſu meo loqui, vt & alios inſtruam, quàm decem millia verborum in lingua.* 1. Cor. 14. n. 19. Quaſi diceret; malo loqui pauca verba ſpirituali igne decocta, quàm plura verba ſtulta garrulitate iactata. Hæc enim aures verberant, illa frontem. Hæc gigantem palpant; illa pulſant. Hæc facilè volant; illa perpetuò manent. Nam ſicut illi quinque lapides rapti ſunt de torrente, quos proinde torrentis vis ſecum deuehere non potuit: *Sic*, inquit D. Bernard. *verbum Domini nullis fluctibus cedens manet in æternum.* Quare Dauid cum in ſe dæmones irruere ſentiebat, ad ſcripturarum præſidia conuolabat; *Me expectauerunt*, inquit, *peccatores, vt perderent me: teſtimonia tua intellexi* Pſalm. 118 n. 95. Nam vt ibi Lyra. *Sacra*, inquit, *ſcriptura deuota meditatio, eſt armatura contra tentationes dæmonum.*

Quinque Dauid lapides, quinque legis libros adumbrantes.

Caſſiod.

D. Bern.

Sacra ſcriptura firmitas.

Diuina ſcriptura armatura ſpiritualis.

20\. Prodeunt in aciem ad ſingulare certamen *Leo ille de tribu Iuda, radix Dauid.* Apoc. 5. num. 5. *& Draco ille magnus, & rufus, habens capita ſeptem & cornua decem.* Apocal. 12. num. 3. Vterque ſibi arma comparat ex ſacro diuinarum literarum armamentario; ſed Draco quaſi ex arcu doloſo tela vibrat, & in adulterinos ſenſus verba detorquet: Leo perſpicaci intuitu ſcripturas omnes rimatus, in germanos ſenſus collimat. Quid tandem factum? Chriſtus diabolum expugnauit, & tribus e ſacra pagina teſtimoniis, tanquam iaculis, omnes illius impetus compreſſit Matth. 4. à num. 3. *Vt diſcamus*, inquit Caietan. *arma noſtra eſſe ſacras ſcripturas. Nulla enim poterit nos ſuaſio ad malum trahere, ſi conſultis ſacris ſcripturis actiones noſtras, & omiſſiones direxerimus.* Sed ante illum Diuus Ambroſ. lib. 4. in Lucam, docet Chriſtum Domioum ſumptis ex ſcriptura armis ſerpentis caput colliſiſſe: *Vt nos*, inquit, *captiuitatis iugo excuſſo vincere crimina, ſcripturarum præſidio diſceremus.* Et cum diabolus Chriſtum Dominum aggrederetur per concupiſcentiam carnis, ad gulam; per concupiſcentiam oculorum, ad indebitam reuerentiam; per ſuperbiam vitæ, ad inanem oſtentationem; quæ ſunt omnia tentationum genera, quibus homines in mundo oppugnantur. 1. Ioan. 2. num. 16. Chriſtus Dominus hæc omnia tela ſolo veritatis, hoc eſt, ſcripturæ ſcuto circundatus facilè declinauit. Vnde Burgenſis ad illa verba: *Scuto circundabit te veritas eius.* Pſalm. 90. oum. 5. hanc etiam ſimilitudinem deprehendit inter ſcripturam, & ſcutum, quia vt hoc omnibus corporis partibus tuendis, omnibus hoſtium telis euitandis accommodatur, ita & illa omnes virtutes ſeruat, omnia vitia repellit. *Cum enim*, inquit, *aduerſarius tentando circumiret per diuerſa vitia, Chriſtus circundedit ſe ſcuto veritatis. Quamlibet enim tentationem contra eum commiſſam euacuauit per auctoritatem ſacræ ſcripturæ, quæ eſt veritas diuina.*

Doloſis ex ſcriptura iaculis decertantem hoſtem Chriſtus germanis expugnat.

Caiet.

D. Ambr.

Burg.

Scriptura ſcutum omnia tela repellens.

21\. Quam tenuit bellandi rationem Chriſtus Dominus, eandem ſuos docuit diſcipulos. Nam illos in certamine relicturus monuit, vt venderent tunicas, & emerent gladios, quibus duos gladios offerentibus, reſpondit: *Satis eſt.* Luc. 22. num. 38.

Duo teſtamenta duobus diſcipulorũ gladiis adumbrata.

Quem

D. Ambr. Quem locum D. Ambroſ. ibi ad præſens inſtitu- A tum egregiè interpretatus: *Duos*, inquit, *gladios diſcipuli obtulerunt, vnum noui, alterum veteris Teſtamenti, quibus aduerſus diaboli muniamur inſidias.* Denique dicit Dominus, *ſat eſt; quaſi nihil deſit ei, quem vtriuſque Teſtamenti doctrina munieris.* Hac panoplia, ſeu armatura D. Paulus mittens Chriſtianum ad bellum expediuit, loricatum iuſtitia, ocreatum Euangelio pacis, clypeatum fide, galeatum ſalute, ſeu ſalutari, hoc eſt, Chriſto Domino, ſpiritualis verbi gladio obarmatum. Epheſ. 6. à n. 14. Quæ omnis armatura è ſacris literis promitur, in quibus D.Chryſ. conditur. Nam vt bene D. Chryſoſtom. concione 3. de Lazaro: *Opus*, inquit, *habemus diuinis remedijs, vt ſimul, & iam acceptis vulneribus medeamur, & quæ non-* B *dum inflicta ſunt, prohibeamus, eminus venientia diaboli ſpicula extinguentes, depellentesque per aſſiduam ſcripturarum lectionem.*

22. Sacra ſcriptura, & gladius comminus, & arcus eminus. Lyran. His armis quicumque munitus ſit, dæmonis inſidias, minas, & plagas irridebit. *Dabit* enim *Deus*, inquit Propheta, *quaſi puluerem gladio eius, & ſicut ſtipulam vento raptam arcui eius.* Iſaiæ 41. num. 2. Vbi Lyrano interprete, per gladium, qui comminùs ferit, doctrina per verbum tradita; per arcum, qui ferit eminùs, doctrina per ſcriptum ſignificatur. Vtroque autem modo ſancti Patres præliati, Gregor. Ambroſ. Auguſt. & alij, hæreſes, vitia, & dæmonum fraudes, tanquam puluerem, & ſtipu- D.Hieron. lam diſſipabant. Vnde D. Hieronymus in epiſt. 41. C ad Ruffinum, loquutus de Bonoſo quodam Eremita, qui adoleſcens in primis nobilis, ac diues, mundo renuntiarat, & in ſolitariam inſulam ſe abdiderat, vt ſolus Deo vacaret: *Totam*, inquit, *circa inſulam fremit inſanum mare, & ſinuoſis montium illiſum ſcopulis æquor reclamat; nullo terra gramine viret: nullis vernans campus denſatur vmbraculis: abrupta rupes quaſi quendam corpore carcerem claudunt. Ille ſecurus, intrepidus, & totus de Apoſtolo armatus, nunc Deum audit, dum diuina relegit: nunc cum Deo loquitur, cum Dominum rogat.* Et ſtatim glorioſas eius de diabolo victorias ſolo ſcripturæ præſidio reportatas commemorat, & commendat. Hæc planè ratio eſt, quare liber ille bellorum Domini Numer. 21. n. 14. pro ſacra ſcriptura accipiatur à Ru- D Rupert. Scriptura bellorum Dei liber. perto lib. 2. de Victoria Verbi, cap. 18 *Quid enim*, inquit ille, *aliud continetur, vel agitur in ſcripturis ſacris, niſi bellum, & certamen Verbi Dei, ad deſtructionem peccati, & mortis?*

23. Prædicatores vt columba in ſcriptura riuulis vel peccati vmbram perſpicientes declinant. Beda. Neque ſolùm dæmonum impetus ex diuinis literis repelluntur, ſed & dæmonum inſidiæ præuidentur, vt facile eludantur. De cæleſti illo ſponſo beata illa anima loquuta: *Oculi*, inquit, *eius ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum.* Cantic. 5. num. 12. Columbas verò ſuper riuulos aquarum interpretatur Beda lib. 5. in Cant. Prædicatores ſuper libros ſacros ſcripturarum: *Columba ſiquidem*, inquit, *ſuper riuulos aquarum, non ſolùm propter potum, vel lauacrum, vel loci amœnitatem, ac munditiem reſidere ſo-* E *lent; ſed etiam vt venientis vmbram accipitris in aquarum perſpicuitate prauidere, ac ſic imminens ab hoſte periculum euadere poſſint.* Et ſtatim ad ſcripturæ cultores rem accommodat, qui ſacris literis incumbunt, non ſolùm, vt ibi ſatientur, & lauentur, & recreentur, ſed etiam, vt futuras dæmonum inſi- Philo Carp. dias, & incurſiones prædiuinare poſſint, ac præcauere. Sic etiam & Philo Carpathius: *Cum*, inquit, *columba ſuperuolantium rapaciſſimarum auium vmbram in aquis ipſis intuentes, lethales vngues effugiant; debent & viri ſancti præſertimque paſtores, ita in ſacrarum literarum lucidiſſimis vndis inſpicere, vt ſuperuenientes fallaciſſimorum dæmonum rapinas, inſi-* A *dias ac fraudes ex ſanctiſſimis præceptis ſcripturarum, atque conſilijs feliciſſime declinent.*

Franc. Mendoça in lib. Reg. Tom. 1.

Mirabilius mihi videtur, quod D. Chryſoſt. concione illa 3. de Lazaro, affirmat, hæc ſcripturarum 24. Scriptura vel etiam aſpectus obarmat. D.Chryſ. arma adeò eſſe valida, & efficacia, vt non ſolùm agitata, ſed etiam conſpecta, dæmones arceant, & propellant, moreſque inſtruant, & informent. *Quemadmodum*, inquit, *arma regalia re[illegible], etiamſi nemo fuerit, qui poſſideat, tamen iis, qui habitant in ædibus, vbi repoſita ſunt, multam præbent cuſtodiam, ac tutamen. ſic vbi fuerint libri ſpirituales, illinc omnis expellitur vis diabolica. Ipſe autem per ſe librorum aſpectus ſegniores nos reddit ad peccandum. Simul atque tetigit aliquis Euangelium, mox compoſuit ſuam ipſius mentem, & à* B *rebus mundanis abduxit; idque ex ipſo ſolo aſpectu.* Et ſtatim rectè argumentatur: *Quod ſi*, inquit, *acceſſerit diligens lectio, non aliter, quàm in ſacris adytis rebus diuinis vacans anima, ſic repurgatur, meliorque redditur, Deo cum ipſa per ſcripturas colloquente.* Multò magis obarmat ſcriptura lectio. Et ſimilia inculcat homil. 31. in Ioan. *Si* inquit, *in quacumque domo Euangelium eſt, illuc diabolus ingredi non audet; quantò minùs animam ei aſſiduis lectionibus familiarem, neque dæmon, neque peccatum attinget? Sanctifica igitur animam, ſanctifica corpus. Hoc continget, ſi Euangelium ſemper & in animo habueris, & lingua.* Hæc ille. Quæ magis ex ſequentibus patebunt.

C

Scriptura auguſtiſſimum ſacrarium ſpiritualium bonorum.

SPiritualia bona partim ad intellectum pertinent, partim ad voluntatem. Vtraque ab ſcriptura oriuntur, quæ ſine dubio totam mentem, & 25. Scriptura fauus, & ſanctitatis dulcedinem continet, & ſapientiæ lumen. ſapientia, & ſanctitate locupletant. Ad Eccleſiam Chriſtus Dominus, *Fauus*, inquit, *diſtillans labia tua.* Cant. 4. n. 11. Vbi Philo Carpathius: *Fauus*, inquit, Philo Carp. *eſt diuina ſcriptura; vt enim in fauo mel, & cera latent, quorum altero paſcimur, altero lumen accendimus: ſic in literis ſacris ſuauiſſimus cibus animi, & lumen mentis inſunt.* Quibus veritas & ſapientia, & ſanctimonia, quæ à diuinis literis petuntur, deſignantur. De ſapientia in primis non eſt dubium; nemo D enim ſapientior eſt, quàm qui in diuinis literis exercetur: nemo indoctior, quàm qui ab illis peregrinatur. Adſunt vtriuſque rei exempla. Præfectus Barbaros in doctores ſcriptura transformat. ille Reginæ Candacis barbarus erat; idcirco enim Æthiops appellatur, Actor. 8. num. [illegible] ſed dum ſtudio ſcripturarum diligenter incumbit, repente è D.Chryſ. barbaro doctor euaſit, vt benè notat D. Chryſoſtom. hom. 51. in Geneſ. additque: *Idoneum eſſe barbarum iſtum, qui nobis omnibus doctor ſit*, Dauid, *Declaratio*, inquit, *ſermonum tuorum illuminat.* Pſalm. 118. n. D.Hier. 130. in Hebræo eſt פתח *petach*, quod D. Hieronym. tranſtulit *oſtium*, à verbo פתח *patach*, quod eſt, aperi- Genebr. Vel primus ſcripturæ aditus magnus in ſapientia profectus. te. Vnde Genebrard. magna cum emphaſi ſic interpretatur, limen, initium, primus ingreſſus, primum E rudimentum ſermonum tuorum, ſeu ſcripturæ ſacræ erudit, & illuminat. Quaſi in primo limine, ſeu tyrocinio audiendæ ſcripturæ, ea ſapientia acquiratur, quæ ne in reconditis quidem Philoſophorum penetralibus compareret.

26. Modica etiã ſcriptura prælibatio magna ſordis illuminatio. Paululum mellis Ionathas prægustauit, *& illuminati ſunt oculi eius.* 1. Reg. 14. numero 27. quia puriſſimus ſenſus ſcripturarum, vt D. Hieronym. lib. 4. in Ezechiel. ad finem exponit, quantumuis D.Hier. modicè prægustatus, ſufficit, vt humanæ mentis acies illuſtretur. *Lucerna pedibus meis*, inquit Dauid, *verbum tuum, & lumen ſemitis meis.* Pſalm. 118. D.Auguſt. num. 105. Quod D. Auguſt. ibi de verbo Domini, quod in omnibus ſcripturis ſanctis continetur,

B inter

interpretatur. Nullum enim in ſcriptura verbum reperitur, quod illuſtrandi vim non ſortiatur. Ad Ioſue olim Deus: *non recedat*, inquit, *volumen legis huius ab ore tuo, ſed meditaberis in eo diebus, ac noctibus.* Et ſtatim: *Tunc diriges viam tuam, & intelliges.* Ioſue 1.n.8. ſeu, vt eſt in Hebræo *Tunc ſecundabis vias tuas, & intelliges.* Vbi Caiet. *Manifeſtat*, inquit, *duos fructus, alterum proſperitatis exterioris, alterum intelligentiæ internæ.* Fieri enim nequit, quin ex diuinarum ſcripturarum meditatione, diuina propè rerum omnium intelligentia conſequatur. Vnde D. Aug. ſerm. 38. ad fratres in Eremo, ſcripturam vocat omnium ſcientiarum, & doctrinarum magiſtram, ac Dominam; quia omnes ſine dubio gignit, ac moderatur.

Caiet. In ſcriptura proſperitas, & ſcientia.

D. Auguſt.

27. Contra verò qui ab ſcripturæ lectione alienus eſt, in inſipientiam faceſſit belluinam: *Quid enim*, inquit Auguſt. citatus, *eſt homo ſine literis? Nunquid non bos, vel aſinus? Nunquid non equus, vel mulus, quibus non eſt intellectus?* Nabuchodonoſor ex homine in belluam non Circæo poculo, ſed diuino imperio degenerauit Daniel 4. num. 30. Cuius ſupplicij ratio multiplex eſſe traditur. Vna propter illius ſuperbiam. Ita Diuus Gregor. lib. 5. moral cap. 8. *Quia*, inquit, *elatione cogitationis ſe ſuper homines extulit, ipſum, quem communem cum hominibus habebat, ſenſum hominis amiſit.* Altera propter illius crudelitatem. Ita Theodoret. orat. 4. in Daniel. *Quia*, inquit, *in ſibi ſubiectos ferina mente, & animo fuerat, merito etiam ferina, & agreſti vita damnatus eſt.* Tertia, quæ noſtrum probè confirmat inſtitutum, propter illius odium in ſacros libros. Ita Feuardentius in 1. cap. Ruth. num. 1. *Quia*, inquit, *eius ſatellites, & miniſtri libros legis combuſſerant, ſeptem annos quaſi immanis bellua regno, hominum conſortio, mentéque priuatur.* Ac ſi inter homines eſſe non debeat, qui diuinas literas colere recuſat. Itaque ſapiens eſt, qui cum diuinis literis habet commercium; inſipiens, qui diuortium. Quàm ſit autem periculoſa hæc ignorantia, rectè expendit D. Chryſoſtom. proœmio in epiſtolam ad Rom. *Nam quemadmodum*, inquit, *qui luminis huius vſura ſunt priuati, nequaquam rectà ingredi poſſunt, ita qui ad diuinarum ſcripturarum radios oculos non intendunt, neceſſariò in multa frequenter errata incurrunt, perinde ac ſi in tenebris periculoſiſſimis ambularent.*

Scriptura inſcitos in belluinam abit caliditatem. *D. Auguſt.*

D. Gregor. Superbia ruinoſa.

Ferina crudelitas in feras homines deiicit. *Theod.*

Feuard.

Periculoſa ſcripturarum ignorantia. *D. Chryſ.*

28. Iam verò de ſanctitate, quam diuinæ literæ continent, conferunt, ac requirunt, dubitare nemo poteſt. Dauid, *Labor*, inquit, *eſt ante me, donec intrem in ſanctuarium Dei.* Pſalm. 72. numero 17. Vbi Lyranus ſanctuarium Dei interpretatur ſcripturam, ex qua, tanquam ex ſanctuario diuina oracula redduntur. Adde, ſanctuarium Dei dici ſcripturam, quia in ea ipſamet ſanctitas commoratur. Idem Propheta, *Surge*, inquit, *Domine, in requiem tuam, tu, & arca ſanctificationis tuæ.* Pſalm. 131. numero 8. Pro quibus vltimis verbis Chaldæus legit: *Tu, & arca, in qua eſt lex tua.* Quaſi diuina lex idem omnino ſit, atque animorum ſanctificatio. Qui diuinas literas aſſiduè contemplatur, *erit*, inquit Dauid, *tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo.* Pſalm 1. num. 2. Nam vt benè D. Damaſcen. lib. 4. de fide, cap. 18. *Quemadmodum*, inquit, *arbor plantata ſecus decurſus aquarum, ſic anima diuina irrigata ſcriptura impinguatur, & maturum fructum affert fidem orthodoxam, & ſemper virentibus foliis, id eſt, placentibus Deo actionibus decoratur.*

Scriptura ſanctitas ſuos ſanctificans cultores. *Lyran.*

D. Damaſc.

29. Labrum æneum fecit Moyſes, in quo ſacerdotes ſanctuarium ingreſſuri priùs abluerentur. Exod. 38. num. 8. Huius labri nomine D. Auguſt. ſerm. 38. ad fratres in Eremo, diuinam intelligit ſcripturam, quam qui ſedulò euoluunt, vitiorum abluti ſordibus expiantur. Neque prætereundum eſt, factum fuiſſe hoc labrum de ſpeculis mulierum, vt ibidem exprimitur. Nam vt benè D. Auguſt. ſerm. 61. de verbis Domini: *Diuina*, inquit, *Scriptura ſpeculum eſt, quod te falſo nitore non fallit.* Conſentit Diuus Leo ſerm. 11. de Quadrageſima: *Artifex*, inquit, *miſericordia Dei ſplendidiſſimum in mandatis ſuis condidit ſpeculum, in quo homo ſuæ mentis faciem inſpiceret, & quàm conformis imagini Dei, aut quam diſſimilis eſſet, cognoſceret.* Sed & D. Gregor. lib. 4. cap. 4. in hiſtoriam Regum: *Electorum*, inquit, *ſpeculum ſacra ſcriptura eſt.* Et ſtatim aduertit Saülem declaratum fuiſſe Regem in Maſphath, quod interpretatur ſpeculum; quòd bonus paſtor ſit ille, *qui moribus*, inquit, *talis oſtenditur, qualis in ſacro eloquio prædicatur.* Sicut igitur ſpeculum confert ad omnes, etiam minimas labeculas detergendas, & conciliandam totius oris venuſtatem: ita planè & ſcriptura ad omnes animi noxas abolendas, inducendáſque virtutes non mediocriter patrocinatur.

Animorum ſordes, in ſcriptura labro aures abluuntur. *D. Aug.*

Scriptura ſpeculum.

D. Leo.

D. Greg.

30. Dicitur autem fuiſſe illud labrum de ſpeculis, non aliis, quàm mulierum, fortaſſe non ſine myſterio; vt ſignificetur, non minori diligentia debere homines ſe, ſuoſque mores ad diuinæ ſcripturæ regulas dirigere, quàm mulieres ad ſpecula ſe comunt, & componunt: quæ in hanc curam otioſiſſimæ incumbunt iuxta illud Terentianum: *Nauis, & mulier dum comuntur, annus eſt.* Certè Diuus Gregor. Nazianzenus oratione quadam de ſuo in Quadrageſima ſilentio, palam teſtatur, quantùm profecerit, hoc diuinæ ſcripturæ ſpeculum intuendo: *Ego*, inquit, *diuinis oraculis euoluendis, mentis puritatem collegi.* Sequutus videlicet fuerat illud Prophetæ conſilium: *Apprehendite diſciplinam.* Pſalm. 2. n. 12. ſeu, vt vertunt 70. *Oſculamini puritatem.* Quaſi hæc diuina diſciplina apprehendi non poſſit, quin ſtatim animi puritas hauriatur.

Ad ſcriptura ſpeculũ mores componendi.

Teren. D. Greg.

31. Sæpius inuenio ſcripturam cum aqua comparatam. *Repleta eſt terra ſcientia Domini, ſicut aquæ maris operientes*, Iſaiæ 11. num. 9. *Erit in die illa, exibunt aquæ vitæ de Ieruſalem.* Zachariæ 14. num. 8. *Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ*, Ioann. 7. numero 38. & paſſim alibi. Quibus in locis D. Hieron. & plures alij aquæ nomine ſcripturam interpretantur. Ratio verò huius ſimilitudinis alia, atque alia ab aliis traditur; omnes ferè, quæ ad præſens inſtitutum ſpectant, a D. Cyril. Alexand. lib. 5. in Ioann. cap. 10. colliguntur: *Aqua*, inquit, *ſapientiæ ſalutaris* (hoc eſt, ſcriptura ſacra) *noxiam huius mundi ſitim, & vitiorum ardorem prorſus extinguit: ſordes omnes peccatorum eluit: animæ noſtræ terram cœleſti imbre irrorat, atque fœcundat.* Neque ſolùm ſcriptura vt aqua lauat, refrigerat, ſatiat, & fœcundat: ſed etiam vt ignis ab omnis ſceleris labe excoquit, ac repurgat: *Ignem*, inquit Chriſtus Dominus, *veni mittere in terram.* Luc. 12. num. 49. Ad quem locum, & alia ſimilia D. Hieronymus in epiſt. 142. ad Damaſum, *Quærimus*, inquit, *vbi ſit hoc incendium ſalutare? Nulli dubium, in ſacris voluminibus: ex quorum lectione vniuerſa hominum vitia repurgantur.* Quæ omnia eò pertinent, vt oſtendant eximiam à diuinis literis ſanctitatem in animos eorum, qui illas frequentiſſimè volutant, proficiſci.

D. Cyril. Alex.

Scriptura ignis omnia excoquens vitia.

Quare

32\. D.Hier.

Quare idem Diuus Hieronymus in epiſtola ad Ruſticum Monachum de viuendi forma: *Nunquam*, inquit, *de manu & de oculis tuis recedat liber. Discatur Pſalterium ad verbum. Ama ſcientiam ſcripturarum, & carnis vitia non amabis.* Efficacior multò eſt illa Diui Chryſoſtomi admonitio, Concione tertia de Lazaro, vbi ad ſcripturæ lectionem adhortatus, rationem reddit: *Neque enim fieri poteſt, non poteſt, inquam, fieri, vt quiſquam ſalutem aſſequatur, niſi perpetuò verſetur in lectione ſpirituali.* Ibidem comparat ſacros libros cum inſtrumentis fabrilibus: nam vt hæc rudem, & impolitam materiam concinnant, & in figuras pulcherrimas conformant; ita & ſacri libri deprauatam animam corrigunt, & renouant inueteratam. B Addit, inſtrumenta fabrilia poſſe quidem artificioſas formas inducere; non tamen naturalem materiam commutare, nempe aurum efficere ex argento: at verò ſcripturam ſacram ad hoc etiam præſtandum vim habere; & ex vaſis ligneis, ac fictilibus argentea, & aurea fabricare, dum terram in cælum, carnem in ſpiritum, homines in Angelos transformat.

D Chryſ. Neceſſaria ad ſalutem ſcriptura lectio.

Scriptura fabrilibus ſimilis inſtrumentis animum formas, imò transformat.

D.Gre. Naz.

Denique D. Greg. Nazianz. in carmine de veris, & germanis ſcripturæ libris, docet diuinas ſcripturas nobis à Deo datas, & in præmia laborum, & in remedia culparum, & in ſanctitatis acquirendæ ſingularia præſidia: ſic enim canit.

——— Donat Deus iſta librorum
Præmia, vt abſconſa lucis mens ſedula quiddam
Conſpiciat Vel certè iſthinc ea commoda carpit,
Vt per ſancta Dei capias præcepta dolorem,
Aut quod poſtremum eſt, animos hæc lectio rebus
Abſtrahit a fluxis, ſtudia ad meliora vocatos.

C

33\. *Scriptura ſanctimonia gymnaſium.*

Vnde, obſecro, erupuerunt illa vitia, quæ Deus odit in Eſau? Vnde floruerunt illæ virtutes, quas dilexit in Iacob, Malach. 1. num. 2. & 3. niſi quod Eſau venationi potiùs, quàm lectioni incumbebat, *Iacob vero habitabat in tabernaculis*, Geneſ. 25. n. 27. ſeu, vt Hebræi apud Lyran. interpretantur, D *in gymnaſiis literariis*: vbi de diuinis miniſteriis, & oraculis à duobus magiſtris Melchiſedech, & Heber inſtruebatur? Quod diſcrimen videtur D. Ambroſius lib. 2. de Cain, & Abel, cap. 6. inſinuaſſe. Quid enim ſcripturas tractantem niſi ſanctitas; quid ſcripturas fugientem niſi iniquitas ſequeretur?

D. Ambr.

34\. *Sancta ſcriptura religiosè a ſanctis tractanda.*

Sed quia ſancta non niſi à ſanctis tractanda ſunt, nemo ad ſcripturam, ſiue exponendam, ſiue audiendam, accedere debet, niſi qui ſanctis moribus efflorescit. In cuius rei typum olim Hebræi *Eleazarum ſanctificauerunt, vt cuſtodiret arcam Domini.* 1. Reg. 7. numero 1. Nam ſi arca, in qua diuina ſcriptura claudebatur, non niſi à ſanctificatis E hominibus cuſtodiri debebat; quantò magis ſanctificari debent, qui veros ſcripturæ ſenſus mente condunt, & ore promunt? Helias vbi venit in Berſabee, *dimiſit ibi puerum ſuum.* 3. Reg. 19. num. 3. Nam Berſabee, id eſt, *puteus ſatietatis*, diuinam ſignificat ſcripturam, interprete D. Bernard. ſerm. 64 ex paruis, ad quam intelligendam qui accedit, *dimittere*, inquit, *debet puerilem ſenſum, vel priſtinorum actuum debilitatem.* Mirabilius mihi eſt, quod dicit Clemens Alexand. lib. 1. Stromatum, ſub initium. Sicut ille, qui ad Euchariſtiam accedit, debet priùs ſe probare, & ſic de pane illo edere, & de calice bibere, 1. Corinth. 11. numero 28. Ita & qui ad verbum Dei proximis tradendum accedit, debet ſe priùs diligenter examinare, an cum doctrina, quam tradit, vita, quam agit, concinat, & cohæreat. Quòd ſi ad Euchariſtiam tra- A ctandam ſuprema quædam ſanctitas requiritur; vide, quanta etiam ad tractandam ſcripturam requiratur.

D. Bern.

Clem Alex. *Vt ad Euchariſtiam, ita ad ſacrā ſcripturam tractandam ſumma requiritur ſanctitas.*

35\. *Diuinam Scriptura manna non niſi cor aureum ſeruat.*

Olim Moyſes ad Aaronem: *Sume*, inquit, *vas vnum, & mitte ibi manna, & repone coram Domino*, &c. Exod. 16. num. 33. Septuaginta interpretes legunt, *vas aureum*: & ſic videtur D. Paulus legiſſe, appellans *vrnam auream.* Hebr. 9. num. 4. Non ſine myſterio manna, quod & Chriſtum Dominum, & eius doctrinam ſignificabat, in vrnam auream includitur, vt ſignificetur aureum eſſe debere illud pectus, in quo non ſolùm Chriſtus Dominus, ſed etiam eius doctrina reponatur. Quod expendens D. Cyrillus Alexandr. lib. 3. in Ioann. cap. 34. *Audis*, inquit, *quomodo vas aureum per Aaron impletur manna, & coram Deo ad perpetuam conſeruationem reponitur: pia enim, ſanctáque anima, quæ Chriſti fidem concepit, quæ totum in ſe ipſa cæleſtem theſaurum condidit, pretioſum, atque aureum vas eſt, & à Pontifice omnium Deo Patri offeretur, ſeruabitúrque in conſpectu eius in æternum.*

D.Cyril. Alex.

36\. *Scriptura lumen perſpicaci tantum mundi cordis oculo attingitur.*

Non ſolùm auri, ſed etiam ſolis ſplendorem imitari debet, qui ad diuinam ſcripturam tractandam propiùs accedit. Quod egregiè expendens D. Athanaſ. de Incarnatione Verbi ad finem: *Ad ſcripturæ*, inquit, *indaginem, veríſque intellectum opus eſt vita proba, animo puro.* Et ſtatim: *Quemadmodum ſi quis intueri velit ſolis iubar, oculos planè detergit, & in ſplendorem redigit, quantum poteſt, ad eius ſimilitudinem, cuius conſpiciendi deſiderio tenetur, ſeſe purificans, vt ita oculus iam lumen redditus, lumen ſolis contempletur: ita quoque, qui volet mentem virorum cæleſtia loquentium intelligere, priùs detergere, & abluere viuendi diſciplina animam debet, & ad ſanctos accedere, cum ſtudiorum, factorúmque ſimilitudine; vt illis conſuetudine paris vitæ familiaris redditus, quæ ipſis à Deo reuelata ſunt, cognoſcat.* Itaque, qui Dauidis Pſalmos, Moyſis Pentateuchum, Samuelis hiſtoriam interpretatur, neceſſe eſſet, vt ipſam Dauidis, Moyſis, & Samuelis ſanctitatem imitaretur.

D Athan.

37\. *Apoſtoli, & prædicatores ſerpētis prudentia, depoſito vitiorum veneno, Scriptura aquas bibant.*

Suos diſcipulos Chriſtus Dominus conſtituens diuini verbi interpretes, & præcones: *Eſtote*, inquit, *prudentes, ſicut ſerpentes.* Matth. 10. num. 16. Cur, obſecro, cum ſerpentibus comparauit? Multiplex ratio eſt, fateor; ſed vna ad præſens inſtitutum opportuna mihi videtur elici poſſe ex D. Epiphanio in libello ad Phyſiologum de proprietatibus animalium, cap. 16. *Cum*, inquit, *ſerpens ad fontem, vt bibat, pergit, virus non defert, ſed in antro illud dimittit; ſicque purus accedit, ne ex illis aquis bibentes veneno inficiat. Debemus igitur & nos, qui ad perennem, puramque, & diuinis, ac cæleſtibus eloquiis ſcaturientem aquam in Dei Eccleſia properamus, malitiæ venenum nobiſcum non deferre; ſed omnem prauitatem, ac iurgium, & omnem malam cogitationem deponere, ne anima noſtra veneno inficiatur.* Addere debebat, & ne doctrina venenato ex ore pronuntiata, aliquam veneni partem in audientium animos importet.

D.Epiph.

38\. *Diuina legis doctor exēplo priùs doceat, quàm doctrina.*

Idcircò Moyſes priùs à Deo in montem euocatur, & familiari cum Deo commercio exercetur; & poſtea *ſcripſit*, inquit textus, *Moyſes vniuerſos ſermones Domini.* Exod. 24. num. 4. Neque enim idoneus eſſe poterat ad diuina oracula excipienda, antequàm eriperetur ab humano conſortio, ac totus diuino redderetur. Nec illud vacat myſterio, quòd nimirum poſtquàm Moyſes percuſſit Sehon Regem Amorrhæorum, & Og Regem Baſan, tunc addit textus: *Cœpit Moyſes explanare legem.* Deuter. 1. num. 4. Vbi Gloſſa: *Notandum*, inquit, *quod interfectis duobus Amor-*

Gloſſ.

rhaorum Regibus lex recapitulatur, & populus inſtruitur, A *quia remotis ſcandalis, & ſuperatis vitiorum turmis competenter doctrinæ inſiſtitur, & fidei lumen digne deſiderantibus aperitur. Debemus priùs in nobis vitia occidere, & ſic mandata diuina populis tradere.*

39. Feliciter hoc munus Eſdras exercuit; nam vt eſt in litera: *Parauit cor ſuum, vt inueſtigaret legem Domini, & faceret, & doceret in Iſrael præceptum, & iudicium,* 1. Eſdr. 7. num. 10. Vbi Lyran. *Hic eſt,* inquit, *debitus proceſſus doctoris: ſicut IESVS cœpit facere, & docere.* De Chriſto Domino Eccleſia loquuta: *Oculi,* inquit, *eius, ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum.* Cant. 5. num. 12. Chriſti oculi ſunt Eccleſiæ Paſtores, & Doctores, qui priùs columbæ dicuntur, quàm ad riuulos aquarum reſidere me- B morentur. Nam vt benè Philo Carpath. ad eum locum: *Omni,* inquit, *labe puri, & defæcati, ſimplices, planéque prudentes eſſe debent omnes hi, qui ſacra cæteros, atque cæleſtia docturi ſunt, & monituri: ob idque, poſtquam ipſi à fluentis Spiritus ſancti mundati ſunt, & candore virtutis illuſtrati, iuxta plenitudines aquarum reſidere dicuntur; vt ſcriptura ſacræ profunda, arcanàque rimantes, ea Chriſtiano populo ad ſalutem ſumma charitate impartiantur.*

Lyran.

Columbinis ſanctimonia oculis ſcriptura fluenta rimetur prædicator & paſtor.

Philo Carp.

40. Qui igitur columbinam ſimplicitatem imitatus ad ſcripturam accedit euoluendam, quantam inde referet ſanctitatem? Deus enim eximias Patriarcharum virtutes ſub diuinis literis, tanquam pretioſiſſimas gemmas ſub aquis incluſit, teſte C Diuo Chryſoſtomo, homil. quinquageſima ſeptima in Geneſ. *Vt,* inquit, *ad æmulationem, & imitationem ſanctorum virorum prouocaret. Quando enim audimus huius quidem obedientiam: iſtius autem continentiam: illius verò in hoſpitibus colligendis promptitudinem; & quomodo ſinguli claruerunt, ad ſimilia facienda excitamur.* Hanc verò ſanctitatem boni doctores non tantùm ſibi ex diuinis literis hauriunt, ſed in alios etiam deriuant.

Inſtar exempla tanquam gemmas S. ſcriptura deferūt fluenta.

D. Chryſ.

41. Teſtis ſit Iacobus, qui ſicut iuuenis multùm ex diuinis literis profecit, ita, vir factus, vt alij ſimiliter proficerent, curauit. Ducebat Iacob oues ſuas ad irriguos canales, multicolores ſub aqua virgas oſtendebat, vt quæ illas intuendo biberent, ſimiles poſteà fœtus parturirent. Geneſ. 30. à num. 37. D Non aliter quidem, vt D. Hier. lib. 14. in Ezechiel. non procul ab initio, videtur ſignificaſſe, & multò apertiùs D. Gregor. lib. 21. Moral. cap. 1. interpretatur, boni doctores ad irriguos ſcripturarum fontes ſuos auditores deducunt, eiſque latentia virtutum exempla ante oculos proponunt. Quid verò illi? Dum multiformis gratiæ Dei virtutes, quæ ibidem relucent, contemplantur, nouos animo hauriunt fructus, nouam ſpirant ex animo ſanctitatem.

Boni doctores quæ ex ſcriptura fontibus hauriunt, in alios deducunt.

D. Hier.

D. Greg.

42. Cæterùm qui ad diuinas literas tractandas illotis conſcientiis accedunt, & parùm proficient, & diuinum in ſe ipſos furorem concitabunt. Vnde eſt illa Dei cum illo ſceleratiſſimo populo ex- E poſtulatio: *Scire,* inquit, *vias meas volunt, quaſi gens, quæ iuſtitiam fecerit, & iudicium Dei ſui non dereliquerit: rogant me iudicia iuſtitiæ, appropinquare Deo volunt.* Iſaiæ 58. n. 2. *Ac ſi quis ſeruus,* addit D. Chryſ. in Pſalm. 7. *qui innumerabilium eſſet reus criminum, exigat à Domino rationem, cur ſic fecerit. Ne has inquiras, prætermittens flere, & lugere, & abluere peccata tua.* Qui igitur ad puriſſimum diuinarum literarum ſacrarium accedit, ornet animum in primis fide. Nam, *ſi non credideritis, non permanebitis.* Iſaiæ 7. num. 9. ſeu, vt habent 70. *non intelligetis.* Deinde cordis munditie: *Animalis enim homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei: ſtultitia enim eſt illi, & non poteſt intelligere.* 1. Corinth. 2. num. 14. Præterea charitate: *Qui enim:* inquit Chriſtus Dominus, *diligit me, diligetur à Patre meo: & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum,* Ioann. 14. n. 21. Rurſus oratione: vnde Sapiens; *Qui,* inquit, *interrogationem manifeſtat, parabit verbum; & ſic deprecatus exaudietur, & conſeruabit diſciplinam, & tunc reſpondebit.* Eccleſiaſtici 33. n. 4. Quod Rabanus de ſacris doctoribus exponit, qui & ſtudendo, & orando, diuinarum literarum intelligentiam, quam ſuis auditoribus commendant, aſſequuntur. Quare D. Auguſt. epiſt. 120. ad Honoratum, in fine, illum monet, vt diuinas literas lecturus orationi inſiſtat: *Si enim,* inquit, *pure Dominum largitorem bonorum omnium depreceris, omnia, quæ cognitione digna ſunt, aut* B *certè plurima, ipſo magis inſpirante, quàm hominum aliquo commonente, perdiſces.*

Qui illotis conſcientiis ſcripturam tractant, puniuntur acerbè.

D. Chryſ.

Multiplex ſcripturæ ſtudentium ornatus.

Fides.

Cordis munditia.

Charitas.

Oratio.

D. Auguſt.

43. Tandem, vt alias omittam, humilitate. Nam vt bene Parœmiaſtes: *Vbi,* inquit, *eſt humilitas, ibi & ſapientia.* Prouerb. 11. num. 2. Clamat ſapientia: *Si quis eſt paruulus, veniat ad me, & inſipientibus loquuta eſt.* Prouerb. 9. n. 4. non quod ſtultos, ſed humiles requirat. Vnde Chriſtus Dominus: *Abſcondiſti,* inquit, *hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis.* Matth. 11. num. 25. Non dixit ſtultis, ſed paruulis; vt tumorem ſe damnaſſe innuat, non acumen, vt D. Greg. l. 17. Moral. c. 7. interpretatur. Bene D. Bern. ſerm. 64. ex paruis: *In hoc,* inquit, *ſacro lectionis pelago agnus ambulat, & elephas natat.* C Hoc eſt, humilis intelligentiam comparat, ſuperbus ignorantia laborat. At verò Salomon: *Fons,* inquit, *hortorum, puteus aquarum viuentium.* Cant. 4. n. 15. Vbi Philo Carpathius per vtrumque, ſcilicet, fontem, ac puteum, ſacram ſcripturam interpretatur; per fontem quidem, quòd facile ex eo potet humilis, per puteum verò, quòd difficile hauriat ſuperbus. *Imo ſuperbis,* inquit Philo, *procelloſum fit pelagus: & humilibus flumus permeabilis.* Hactenus de ſacrarum literarum vtilitate, quæ adhuc ex ſequentibus fiet illuſtrior.

Humilitas primus in addiſcenda ſcriptura gradus.

Superbia inſipientia mater.

D Greg.

D. Bern.

Philo Carp.

SECTIO III.

Voluptas ſacrarum literarum.

D

1. SCripturam vocat D. Bern. ſerm. 64. ex paruis, *paradiſum deliciarum,* Nam ſicut *oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus iis, qui diligunt illum.* 1. Corinth. 2. num. 9. in illo ſcilicet cæleſti deliciarum paradiſo: ita planè nemo credere poteſt, ſi inexpertus ſit, quanta ex ſacris literis voluptas hauriatur. Vnde Philo Carpathius ad illa verba: *Guttur illius ſuauiſſimum.* Cant. 5. num. 16. *Incredibile,* inquit, *eſt neſcienti, quam ſuaue ſit de Deo Optimo Maximo ex ſacris literis meditari, ac loqui.* Expertus verò ſentire poteſt, dicere non poteſt. Nam *in lege Domini vo-* E *luntas eius* Pſalm. 1. n. 2. ſeu, vt Genebrardus ex Hebræo interpretatur, *voluptas, & delectatio eius; & in lege eius meditabitur die, ac nocte.* Quaſi diurna, & nocturna ſpatia ad meditandum adhuc illi exigua videantur: nullum verò, ne minimum quidem, ad explicandum relinquatur. D. Chryſoſtom. homil. 69. in Matth. ſub finem, ſpirituales monachorum delicias profanis aliorum hominum voluptatibus non ſolùm confert, ſed etiam præfert, cùm ex aliis capitibus, tum præſertim, *quia monachi,* inquit, *diuinis libris affixi iucundiſſimè afficiuntur. Alius cum Iſaia colloquitur: alius cum Apoſtolis differit: alius ab aliis elaborata lectitat, & philoſophatur de Deo.* Quis verò prophanas delicias non abiiciat,

Scriptura paradiſus deliciarum.

D. Bern.

Philo Carp.

Genebr.

D. Chryſ.

ciat, non contemnat, ſi his ſpiritualibus, ac diuinis perfundatur?

2. *Scripturæ voluptas profanarum ſcientiarum ſitim extinguit.* Rupert. *Samaritana Eccleſiæ figura.*

Certè illa mulier Samaritana, quæ *venerat haurire aquam* de puteo Sichar, vbi primum hauſit de puteo aquarum viuentium verba vitæ æternæ, ſtatim *reliquit hydriam ſuam*, Ioan. 4. numero 28. Nam, vt benè Rupertus ibi, *Continuo*, inquit, *ſitim ſuam, propter quam venerat haurire aquam, præ gaudio aquæ viuæ quam inuenerat, oblita eſt.* Hanc fœminam imitata Eccleſia primitiua, poſtquam cæleſtia oracula percepit: *ſtatim*, addit Rupertus, *cupiditatem ſuam, vel curioſitatem, quam inani Philoſophia, ſeu fluxis rerum ſpiritualium voluptatibus implere ſatagebat abiecit, omnique onere depoſito, ſolum Christi nomen pectore, & ore baiulans, mundum omnem clamore boni nuntij compleuit.* Imò ſubdit Rupertus de Martyribus ſic apud eos præualuiſſe virtutem aquæ viuæ, vt dulci ebrietate ſopiti, *non ſolum*, inquit, *cupiditates abiectas rurſus bibere non appeterent; ſed & ipſa animarum vaſa fictilia, id eſt, corpora ſua penitus abdicarent.*

3. *Scripturarũ deliciæ profanas, quamuis regias, antecellunt.* Lyran.

Triplex hominum genus regimen detrectantium.

Sed & regias delicias omnium maximas, & vberrimas, quis non aſpernetur, ſi hac ſacrarum literarum ſuauitate perfruatur? Patet hoc ex illa parabola Iudic. 9. à n. 8. in qua dicuntur ligna de Rege eligendo conſultaſſe; & oliua, vitis, ac ficus delatum ſibi imperium neglexiſſe. Vbi Lyran. in expoſitione morali per has arbores tria hominum genera intelligit, qui regiminis curam maximè auerſantur, per oliuam pinguem, homines cæleſti oleo deuotionis perfuſos: per vitem humi repentem, verè humiles, totius faſtus, & arrogantiæ oſores: per ficum dulciſſimos fructus germinantem, in ſacra ſcriptura ſtudioſos. Sic enim loquitur: *Nam ſicut ficus dulcis eſt, ita de ſcriptura dicitur: Eloquium tuum dulce.* Cant. 4. n. 3. *Spiritus meus ſuper mel dulcis.* Eccleſiaſt. 24. n. 27. *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua!* Pſalm. 118. n. 103. *Et ideò*, inquit, *in ea ſtudioſi refugiunt per curam regiminis ab eius dulcedine ſeparari, afferentique imperium reſpondent, ſicut illa ficus reſpondit: Nunquid poſſum deſerere dulcedinem meam, fructuſque ſuauiſſimos, & ire, vt inter cætera ligna promouear?* Iudic. 9. n. 11. quaſi optimè iudicarent, hanc vnam è ſacris literis voluptatem cæteris profanis, etiam regiis, præferendam.

4. *Dauid ſcripturarum delicias regalibus anteponebat.*

Parum eſt, præ his ſcripturæ deliciis negligere honores oblatos; negligunt ſæpenumero Reges & poſſeſſos. Teſtis eſt Dauid, qui regiis deliciis ſpretis, ſe totum ad diuinæ ſcripturæ delicias transferebat, *In iuſtificationibus*, inquit, *tuis meditabor.* Pſal. 118. num. 16. ſeu, vt eſt in Hebræo, *deliciabor*, Quaſi diceret: alij, atque alij Reges ſibi nouas voluptatum illecebras vndique aucupentur; meæ mihi deliciæ non aliunde maiores, quàm ex diuinis literis oriuntur. Et ne veterum tantum Regum exempla proponantur, vbi nupera, & recentia non deſunt: Alphonſus Aragoniæ Rex tantùm voluptatis ex diuinæ ſcripturæ lectione capiebat, vt vtrumque teſtamentum cum ſuis commentariis quater decies perlegerit, vt Ranulfus lib. 6. cap. 1. teſtatur.

Alphonſus Aragoniæ Rex legendæ ſcripturæ auidiſſimus. Ranulf.

5. *Reges ſcripturarũ ſtudioſi, Deo dilecti.*

His ego doctis Regibus, Regiiſque doctoribus hoc vnum præconium deferendum cenſeo, quòd à Deo vnicè diligantur. De illis enim loquitur Deus in Cantico Debboræ: *Cor meum diligit Principes Iſrael.* Iudic. 5. num. 9. ſeu, vt eſt in Hebræo, *doctores Iſrael.* Nam qui cum regia dignitate diuinam copulant literaturam, à Deo non tantùm ore prædicantur, ſed intimo cordis affectu diliguntur. Hinc apparet, quantum ſit inter has, & profanas delicias diſcrimen: ſiquidem vel ipſi Reges humanas delicias contemnunt, vt diuinæ ſcripturæ deliciis potiantur. Sed vt res clarior euadat, aliqua diſcrimina ſeorſim colligantur.

Primum diſcrimen inter profanas delicias, & eas, quæ ex ſacris literis capiuntur.

PRimum ſit, quod terrenæ, ac profanæ deliciæ magna ſunt ex parte venenatæ; iuxta illud, *Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Pſalm. 140. n. 5. ſeu, vt eſt in Hebræo, *Oleum veneni non frangat caput meum.* Quibus verbis Propheta profanas delicias execratur, tum, quia ſunt verbera, quæ frangunt, ac debilitant animos iuſtorum, tum quia ſunt venena, quæ propinata interficiunt. Vnde D. Bern. ſerm. 59. in Cantic. Turturem nobis in exemplum temperantiæ proponens: *Quem*, inquit, *tempore viduitatis ſuæ nunquam in viridi ramo reſidentem proſpicies; vt ab eo diſcas voluptatum virentia, velut virulenta vitare.* Quibus verbis ſanctiſſimus Pater exiſtimat, deliciarum virorem eſſe virus animorum. Qua de re alibi ſe offeret amplior ad dicendum locus. 6. *Prophana delicia venenosa.* D. Bern. *Turtur caſtimonia ſymbolum.*

At verò quæ ex diuinis literis deliciæ capiuntur, puræ ſunt ab omni labe, ab omni fæce vitiorum immunes, iuxta illud: *Eloquia Domini, eloquia caſta, argentum igne examinatum, probatum terra, purgatum ſeptuplum.* Pſal. 11. n. 7. Hoc eſt, pura, ſine labe, ſine ſcoriis, tanquam argentum optimè excoctum, ac defæcatum: probatum terræ, hoc eſt, à terra, ſeu expers terræ, & nihil terrenitatis habens. vt Interlinearis exponit: purgatum ſeptuplum, hoc eſt, ſæpenumero, vt Theod. declarat; ponitur enim numerus certus pro incerto: vel purgatum per ſeptem dona Spiritus ſancti, quæ in diuinis literis includuntur, vt D. Aug. interpretatur. Itaque nullum in illis includitur venenum, ex quo à legentibus interitus timeatur. Imò nihil in illis eſt, quod viuificatricem quandam vim non ſapiat, non redoleat, non ſpiret. 7. *Scripturæ ſuauitas ſalutaris.* Theod. D. Aug.

Lignum pomiferum vidit Propheta: *Et erunt*, inquit, *fructus eius in cibum, & folia eius ad medicinam.* Ezechiel. 47. n. 12. Vbi D. Hier. ligni nomine diuinam ſcripturam intelligit, cuius fructus, id eſt, literalis ſenſus nutrit: cuius folia, id eſt, ſpiritualis ſanat, vt ibidem interpretatur: tantum enim abeſt, vt diuinæ ſcripturæ ſuauitas exitialis ſit, vt potiùs omnibus euadat ſalutaris. De ſcripturarum ſcientia loquutus Salomon: *Lignum*, inquit, *vitæ eſt his, qui apprehenderint eam.* Prouerb. 3. n. 18. Sicut enim de ligno ſcientiæ, quod erat in paradiſo terreſtri, lethale venenum primi homines hauſerunt; ita æquum erat, vt de ligno ſcripturæ, quod in Eccleſia proponitur, ſalutare antidotum eius poſteri haurirent. Ex vtraque parte fluminis vidit Ioannes *lignum vitæ, & folia ligni ad ſanitatem gentium.* Apocal. 22. n. 2. Totam enim Eccleſiam, tanquam fluuium, hinc & illinc vtrumque teſtamentum, tanquam lignum vitæ inumbrat, & amœnat, & à mortis veneno, quod diabolus infuderat, expurgat. 8. *Sacra ſcriptura lignum vitæ.* D. Hieron.

Scripturam cum manna ſæpenumero comparant doctores, vt ex dicendis patebit. Manna verò quis ignorat ſaluberrimum fuiſſe epulum, ab omni noxio ſucco defæcatiſſimum? Vnde Tertul. cap. 3. lib. aduerſus Iudæos: *Populus*, inquit, *in eremo manna cibatus quadraginta annis, ad inſtar æternitatis redactus, nec humanis paſſionibus contaminatus.* Si igitur manna adeò vitale erat, ac ſalutare, vt humanas paſſiones quodammodo ſopiret, & vitam humanam in quandam æternitatem protogaret: quis dubitet, paria nobis emolumenta ex ſacris literis prouentura? De qua re ſuperiori ſectione plura diximus. 9. *Scriptura manna ſaluberrimum.* Tertul.

10. *Peccatorum narratio ſcripturam non vitiat, imò conſecrat.* D. Auguſt.

Sed quid ad improbum illum Fauſtum, dicentem lethalia, venena nobis in ſacris literis propinari, dum veterum Patriarcharum enormia flagitia, vt ebrietas Noë, incontinentia Loth, adulterium Dauid, pluráque id genus commemorantur? Diſertiſſimè illum confutat D. Aug. toto lib. 22. quem aduerſus illum edidit, docens, hæc in ſcripturis venena proponi, non vt hauriantur, ſed vt fugiantur: nam cap. 45. *Deus*, inquit, *prodidit iſta, non fecit: & cauenda admonuit, non imitanda propoſuit*. Et cap. 6. loquutus de peccato Loth: *Cum*, inquit, *hominis eiuſdem* (ſcilicet Loth) *& rectè factum, & peccatum ſcriptum inuenimus, aliud inſinuatur imitandum, aliud præcauendum.* Et ſtatim probat ex commemoratione horum ſcelerum non vitiari ſcripturam, ſed maximè conſecrari: *Peccatum*, inquit, *Loth, cui perhibitum eſt, antequam peccaret, iuſtitiæ teſtimonium, non modo non decolorat diuinitatem Dei, vel ſcripturæ illius veritatem; verum etiam laudandam, diligendámque commendat, quòd tanquam ſpeculi fidelis nitor, admotarum ſibi perſonarum non ſolùm, quæ pulchra atque integra, verùm etiam quæ deformia, vitioſáque ſint, indicat*. De qua re Annotatione ſequenti, ſect. 4 fuſiùs diſputabo.

Scriptura ſpeculum.

11. *Nullas ex vitiorum narratione ſcriptura obtrahit ſordes.*

Quid ad eundem Fauſtum, alióſque eiuſdem gregis, qui prohibitiones, & exrationes turpium flagitiorum, quales ſæpe in ſcriptura, & præſertim Leuit. 18. continentur, velut quaſdam eorundem flagitiorum admonitiones, & exhortationes deteſtantur; ac ſi illa legentes, & audientes facinora, inde ſtatim maculentur? Egregiè illos conuincit Rodulphus lib. 13. in Leuit. cap. 4 docens, non qui horum ſcelerum ſcientiam, ſed qui conſcientiam habent, inquinari. Quòd ſtatim illuſtrat ex ipſa lege, vbi omnia, ſupra quæ immundum aliquid ceciderit, immunda decernuntur: ſi tamen excipiantur fontes, & ciſternæ, & omnis aquarum congregatio, quæ quidquid tetigerint, nunquam polluuntur. Leuit. 11. num. 36. Fontes enim, & ciſternas interpretatur eſſe doctores, & auditores, qui cum de vitiis dicere ſoleant, & audire, non vt faciant, ſed vt fugiant, nunquam loquendo, vel audiendo inquinantur. *Aliud enim*, inquit, *eſt vitia cogitare, aut de vitiis loqui ſub deliberatione peccandi; aliud, ſi ea intentione diſcutiantur, vt facilius euitentur. Scriptura igitur ſacra multa in ſuis tractatibus immunda recipit, quorum tamen tactu non contaminatur: quia fluuius hic Paradiſi ſordes abluere poteſt, contrahere non poteſt.*

Rodulph.

Prædicatores turpia reprehendendo non contaminantur.

12. D. Bonau. *Scripturalux immūda vitiorum loca attingit, impolluta.*

Rectè etiam de hac re D. Bonauent. in principio ſacræ ſcripturæ Rabanum in Leuiticum citans: *Vt quid*, inquit, *nos temeraria præſumptione arguimus lucem, quæ nos ipſos nobis oſtendit; arguimus verbum Dei, quod ſine vitio vitia noſtra reprehendit? Sicut radius ſolis incontaminatus cloacas penetrat; ſic ſtylus Spiritus ſancti attingit vbique propter ſui munditiam, & nihil inquinatum incurrit in illum. Nunquid cuiuſquam membra diſtorta deprauant lucem? ſic nec cuiuſquam maledicta malam ſcripturam faciunt, quæ prodente legentibus innoteſcunt.* Patet igitur in ſacratum literarum deliciis nullum ſanis venenum, multiplex tamen ægrotantibus pharmacum propinari.

Secundum diſcrimen.

13. *Profana voluptatis ſaturitas faſtidium parit.* Tert.

Differunt ſecundò hæ ſacræ deliciæ à profanis, quòd ſemper profanis voluptatibus faſtidium finitimum ſit, vt vel ipſe Tullius teſtatur. Vnde ille alius in eloquentia ter Tullius, Tertullianus lib. de ſpectaculis, cap. 29. *Quæ maior*, inquit, *voluptas, quam faſtidium ipſius voluptatis?* Iudica- A uit enim acerrimi vir ingenij, multo iucundius eſſe humanas omnes delicias faſtidire, quàm tanto faſtidio inuolutas poſſidere. Cuius doctrinam mihi videtur arripuiſſe eius diſcipulus D. Cyprian. in libello de bono pudicitiæ, ſi eius eſt illud opus, vbi ſic: *Voluptatem*, inquit, *viciſſe, voluptas eſt maxima*. Rectè quidem, quia vincendo, caret homo ea nauſea, qua afflictatur poſſidendo. Vnde planè ſtultitiæ cenſura dignus eſt, qui voluptates tanto faſtidio demerſas, voluptatis loco reponendas, aut voluptatis nomine appellandas arbitratur. Hanc enim cenſuram in eum impingit Tertullianus lib. citato, cap. 28. *Delicatus*, inquit, *es, Chriſtiane, ſi in ſæcula voluptatem concupiſcis: imò nimium ſtultus, ſi hoc exiſtimas voluptatem.* Quid enim B appellatur voluptas, quæ primoribus labris prælibata illicò faſtiditur?

D. Cypr.

Profana voluptas, haud voluptas.

Tert.

14. *Scripturarū voluptas appetitum in ſaturitate irritat.* D. Greg.

At diuinæ literæ ingerunt ſine faſtidio voluptates. Vnde ſapientia, quæ diuinarum literarum ſtudioſis propinatur: *Qui*, inquit, *edunt me, adhuc eſurient: & qui bibunt me, adhuc ſitient.* Eccleſiaſtici 24. num. 29. In quem locum optimè quadrant illa verba D. Gregor. homil. 36. in Euangelia: *Hoc*, inquit, *diſtare inter delicias corporis, & cordis ſolet, quòd corporales deliciæ, cum non habentur, graue in ſe deſiderium accendunt; cum verò auidè eduntur, comedentem protinus in faſtidium per ſatietatem vertunt. At contra* C *ſpirituales deliciæ, cum non habentur, in faſtidio ſunt; cum verò habentur, in deſiderio: tantòque amplius à comedente eſuriuntur, quanto & ab eſuriente amplius comeduntur. In illis appetitus placet, experientia diſplicet: in iſtis appetitus vilis eſt, & experientia magis placet: in illis appetitus ſaturitatem, ſaturitas faſtidium generat; in iſtis autem appetitus ſaturitatem, ſaturitas appetitum parit. Augent enim ſpirituales deliciæ deſiderium in mente, dum ſatiant; quia quanto magis earum ſapor percipitur, eò amplius cognoſcitur, quòd auidius ametur.* Hactenus D. Gregorius. Et ne quis dicat eo loco Eccleſiaſtici non agi de deliciis, quæ ex lectione ſcripturarum capiuntur, ſed de iis, quæ habentur ex ſola D meditatione, contemplationéque rerum cæleſtium, additur ſtatim: *Hæc omnia liber vitæ, & teſtamentum altiſſimi, & agnitio veritatis* Ibidem n. 32. ſcilicet continet. Vbi Lyranus ait, ſacram ſcripturam dici librum vitæ, eò quòd ſit inſtrumentum veniendi ad vitam veram, vel beatam.

Scriptura liber vitæ.

15. *Profana voluptatis mel nauſeam excitat.*

De profanis deliciis loquutus Sapiens, modum imperat, ne ſatietas conſequatur: *Mel*, inquit, *inueniſti, comede quod ſufficit tibi, ne fortè ſatiatus euomas illud.* Prouerb. 25. num. 16. Expleto enim appetitu vomitus prouocatur. Imò addit Sapiens: *Anima ſaturata calcabit fauum.* Prouerb. 27. num. 7. quaſi tota illa voluptatum appetentia non modò in nauſeam, ſed etiam in fugam, & execrationem quandam illarum conuertatur. Sed Propheta, E loquutus de ſcripturarum deliciis, modum non imperat, ſed quandam, vt ita dicam, edacitatem: *Fili hominis*, inquit, *quodcumque inueneris, comede: comede volumen iſtud.* Ezech. 3. num. 1. certus nullam ſatietatem ex hac edacitate ſequuturam: licèt enim ex illa ructus oriatur, iuxta illud: *Eructabunt labia mea hymnum.* Pſalm. 118. num. 171. tamen non minuitur appetitus; ſequitur enim: *Concupiui ſalutare tuum Domine: & lex tua meditatio mea eſt.* Ibidem num. 174 Vbi D. Ambroſius ſerm. 22. *Et tu ergo*, inquit, *ede ſcripturarum cæleſtium cibos, & ede, vt permaneant tibi in vitam æternam; & ede quotidie, vt non eſurias; ede, vt replearis; ede, vt verborum cæleſtium ructus ſaginam: ſpirituales epulæ non obeſſe ſolent, ſed prodeſſe ſatiatis.*

Scripturæ voluptas nunquā minuit appetitum. D. Ambr.

16. Olim Elias Iezabelis minis terrefactus, *fugit, venitque in Berſabee Iuda.* 3. Reg 19. num. 3. hoc eſt.

Berſabee puteus ſaturitatis, Eccleſia ſine faſtidio ſatias per ſcripturas.

in puteum ſaturitatis, à verbo שבע *Sabah*, quod eſt, *ſaturare*. Huius putei nomine D. Bernardus ſerm. 64 ex paruis, Eccleſiam intelligit, ad quam veluti ad tutiſſimum aſylum ſe recipiunt, quos furor inſequitur tyrannorum. *Dicitur autem Eccleſia*, inquit D. Bernard. *puteus ſatietatis propter myſteriorum Dei profunditatem, & ſanctarum ſcripturarum refectionem*. Et ſtatim explicat, qualis ſit hæc refectio, nempe, vt abundantiam quidem afferat, ſed nauſeam non inducat. *De hac*, inquit, *ſatietate legis in Pſalmo: ſuper aquam refectionis educauit me*. Pſal. 22.n.2. *Et iterum, Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ*. Pſal.35.n.9. *Huiuſmodi ebrietas non inducit faſtidium; ſed indeficientem quibuſdam deſiderijs prouocat appetitum.*

Terrena voluptas in miſeriis tantum iucunda. D. Bern.

17. Miſera planè conditio terrenarum voluptatum, quæ non delectant, niſi miſeriis ſuperueniát. Quod eleganter expendit D. Bern. tract. de gratia, & libero arbitr. *Bonus*, inquit, *eſt panis, ſed eſurienti: potus delectat, ſed ſitientem. Denique ſaturato potus, cibúſque iam nequaquam ſunt grata, ſed grauia. Tolle famem, & panem non curabis: tolle ſitim, & limpidiſſimum fontem, ac ſi paludem reſpicies. Similiter vmbram non quærit, niſi æſtuans: ſolem non curat niſi algens. Si tollatur neceſſitas è rebus, ſtatim in tædium & moleſtiam conuertetur ipſa quoque, quæ videtur in his eſſe iucunditas.*

Diuina ſcriptura voluptas etiam in ſatietate appetibilis. D. Greg. Nyſſ. D. Gregor. Magn.

Longè aliter ſpirituales ſacrarum ſcripturarum voluptates. Nam vt benè D. Greg. Nyſſen. orat. de mortuis: *Animi*, inquit, *deliciæ non ſunt graues, nec fruentium deſiderio vllam vnquam afferunt ſatietatem*. Imò dum aliis aliæ ingeruntur, maiorem excitant appetentiam; vt rectè obſeruat D. Greg. Magn. lib. 20. moral. cap 1. *Scriptura*, inquit, *ſacra vſu faſtidium tollit, & tantò ampliùs diligitur, quantò ampliùs meditatur. Aliquo modo cum legentibus creſcit: à rudibus lectoribus quaſi recognoſcitur; & tamen doctis ſemper noua reperitur.*

Scriptura præſentiſſimum tædiorum remedium. D. Ambr.

Adde huiuſmodi delicias tales eſſe, vt non ſolùm tædia non afferant, ſed potiùs auertant. *Dormitauit*, inquit Dauid, *anima mea præ tædio*. Quid remedij, vt ex illo tædio releuetur? *Confirma*, inquit, *me in verbis tuis*. Pſalm. 118. n. 28. Nam vt benè D. Ambr. de interpellatione Dauid: *Ergo*, inquit, *remedium tædiorum omnium Chriſtus, & ſcriptura diuina, atque in tentationibus vnum refugium.*

Tertium diſcrimen.

Diuitiæ, & deliciæ mundi inſtabiles. D. Hier.

18. Differunt tertiò, quòd profanæ deliciæ ſenſim deficiant, & mutentur. Poſuit Deus hominem in paradiſo voluptatis. Geneſ. 2. num. 15. Hebraicè, *in orto Eden*. Edem autem erat prope terram Nod, ſeu Naid, vt patet ex Hebræo fonte, Geneſ. 4 n. 16. quam terram D. Hieronymus in quæſtionibus Hebraic. & epiſt. 48. *fluctuantem*, ſeu *inſtabilem* interpretatur. Non ſine myſterio fortaſſe, vt illè paradiſus voluptatis terrenas huius vitæ delicias repræſentaret, quæ perpetuò fluctuant, & vix adueniunt, cum iam labuntur. Vnde D. Paulus, *Diuitibus*, inquit, *huius ſæculi præcipe non ſublime ſapere, neque ſperare in incerto diuitiarum*. 1. Timoth. 6. num. 17. Quid enim volubilius fingi poteſt, & incertius, quàm diuitiæ temporales, & quæ ex illis deliciæ conſequuntur? Vnde D. Aug. in Pſal. 83. prædictum Apoſtoli locum expendens: *Quia*, inquit, *tam incertum, quam res volubiles? nec immeritò ipſa pecunia rotunda ſignatur, quia non ſtat.*

D. Aug.

Coturnices eue terrenarum voluptatum hieroglyphicum.

19. Cum illis coturnicibus, quas ventus in Hebræorum caſtra detulit, & quæ *volabant in aere duobus cubitis altitudine ſuper terram*. Num. 11. n. 31. comparat Drogo Hoſtienſis lib. de Sacramento Dominicæ paſſionis ad finem, prophanas voluptates; tum quia perpetuò volitando nunquam conquieſcunt, ſed ventorum ludibria huc, illuc agitantur. Neſcit enim profana voluptas ſtare diu, ſed vix accedit cum recedit. Imò Dauid has coturnices pulueri, & arenæ comparauit. *Et pluit*, inquit, *ſuper eos ſicut puluerem carnes, & ſicut arenam maris volatilia pennata*. Pſal. 77. in 27. Quia ſicut nihil inquietius puluere, nihil mobilius arena: ita planè terrenis voluptatibus nihil inconſtantius, nihil fugacius reperitur. Vbi quæſo vberiores deliciæ, quàm apud Niniuitas viguerunt? & tamen Propheta, *Niniue*, inquit, *ſicut piſcina aquarum*. Nahum. 2. n. 8. Nam ſicut in piſcina non iuges, & perennes aquæ, ſed collectitiæ, & quæ facilè defluunt, includuntur: ita ſanè in vita humana non perpetuæ, ac firmæ voluptates, ſed fluxæ, & caducæ poſſidentur. Sed de hac re propriùs diſſerendi locus alibi recurret.

Drogo. Hoſtienſ.

Profanæ voluptates non in fonte, ſed in piſcina

Sacrarum literarum voluptas perennis. D. Ephrem.

20. En profanæ voluptates. At verò ſpirituales, quæ ex diuinis literis capiuntur, durant, ac perennant. Vnde eſt illud D. Ephrem in oratione de transfiguratione: *Vitis*, inquit, *quando fuerit vindemiata, efficitur abiecta, & humilis: ſcriptura autem quotidie vindemiatur, & botri eius nunquam conſumuntur*. Concinit D. Chryſ. homil. 3. in Geneſ. vbi poſtquam ſcripturam theſauro, ac fonti comparauit: *Magna*, inquit, *eſt huius theſauri abundantia, & larga fontis huius ſpiritualis vbertas*. Et ſtatim: *Qui ante nos fuere, pro viribus ſuis aquas inde hauſerunt, & ſimiliter, qui poſt nos futuri ſunt, idem attentabunt; nec ſic totum euacuare poterunt, ſed magis interim augeſcunt flumina, & increſcunt. Hæc enim ſpiritualium fluminum natura eſt, vt hoc magis ſcaturiat, & accreſcat ſpiritualis gratia, quò quis inde magis haurire ſtudet. Afferamus igitur omnes multa mentis noſtræ vaſa, vt impletis illis domum redeamus. Nam quando videt ſpiritus feruens deſiderium, & vigilem mentem, tunc & gratiam ſuam opulentam liberaliùs largitur*. Quibus verbis mihi videtur alluſiſſe ad vaſculum illud olei, quod habuit mulier illa paupercula tempore Heliſæi. 4 Reg. 4. n. 5 & 6. Ex quo vaſculo oleum iugiter emanauit, quandiu fœmina vaſa ſubiiciebat implenda: vbi vaſa defuerunt, ſtetit & oleum. Non aliter ex diuinæ ſcripturæ fonte tandiu cæleſtes deliciæ ſcaturiunt, quandiu adſunt ſtudioſi indagatores, qui inde illas petant, & exquirant. In quam rem quadrare mihi videtur illud, quod de ſpiritualium donorum fonte ſcripſerat aliquando D. Cyprian. ad Donatum: *Quantum*, inquit, *illuc fidei capacis afferimus, tantum inde gratiæ inundantis haurimus.*

Scriptura fons, imò flumen.

Scriptura Heliſæi oleũ.

D. Cypr.

Mundi voluptas marceſcit: ſcriptura temporis decurſu viret. D. Chryſ.

Scripturæ vbertas in ipſa partitione augetur. D. Chryſ.

21. Itaque nunquam deficiunt, quæ ex diuinis literis diuitiæ capiuntur. Hinc illud diſcrimen, quòd inter has ſpirituales epulas, & illas terrenas D. Chryſ. homil. 22. in Geneſ. conſtituit: *In ſenſibilibus*, inquit, *alimentis ita ſe habet, vt poſt vnum, & alterum diem marcida fiunt edulia, & ad veſcendum inutilia. In ſpirituali autẽ menſa nihil tale vereri oportet; ipſa enim quantò plus temporis præterit, tantò maiorem gratiam habet, & recentior, atque vegetior eſt*. Adde, qui proponunt has diuinas epulas, & ſcripturas ſacras exponunt, in audientiumque vtilitatem, & voluptatem interpretantur, ſuis deliciis non defraudari; ſed quò plures aliis partiuntur, eò plures ſibi retinere. Quod D. Chryſoſt. citatus expendens: *Talis*, inquit, *eſt ſpiritualis debiti natura, quòd quantò magis ſoluitur, tantò magis augetur, & ſubſtantiam magis multiplicat, & ineffabiles diuitias affert, tam danti, quam accipienti. Vidiſti nouam debiti naturam, & raram ſolutionis ſpeciem? In hunc enim modum ſe habent ſpiritualia, vt diſtributione magis creſcant, &*

cum multi ſunt participes, vberior ſit abundantia; & qui dinumerauit, non ſentiat ſe aliquid dinumeraſſe, quandoquidem eius opes creſcunt; & qui acceperunt, etiam ipſi abundantiores fiant.

22. *Quinque ſcriptura libri, quinque panes qui ſaturant, & ſuperſunt.*

Patet hoc in illo celebri conuiuio, quo Chriſtus Dominus quinque hominum millia ſaturauit, cuius omnes Euangeliſtæ meminerunt, Matt. 14.n.13. Marc.6.n.32. Luc.9.n.10. Ioan.6.n.5. Hoc enim conuiuium ſacram ſcripturam repræſentabat, vt Orig. D.Cyrill. Leontius, Rupert. Theophil. Rabbanus, & plures alij interpretantur. E quibus aliqui expreſſius diſtingunt in quinque panibus quinque legis libros; in duobus piſcibus duo teſtamenta adumbrari. Vt igitur illi panes (& fortaſſe etiam illi piſces) non ſolùm abundarunt, ſed etiam redundarunt; neq; ſolùm turbis conuiuantibus ſuffecerunt, ſed etiam Apoſtolis miniſtrantibus ſuperfuerunt, duodecim fragmentorum cophinis, iuxta numerum Apoſtolorum, collectis: ita planè, quæ ex diuina ſcriptura deliciæ capiuntur, non ſolùm fluunt, ſed ſuperfluunt; neque ſolùm manant in auditores, ſed etiam in interpretes reſtagnant. Corporales enim deliciæ plurimùm in menſura tantùm poſſidentur; ſpirituales verò in ſcriptura clauſæ, etiam in cumulo hauriuntur. Optimè id notauit Theoph. apud Abulenſ. in Matth. 14.q.121. *Moyſes*, inquit, *& ſi manna dabat, iuxta vniuſcuiuſque neceſſitatem illud largiebatur; ſuperfluum vero vermibus ſcatebat.* Exod. 16. n. 16. & 20. *Helias viduam paſcens, quantum ei ſufficiens erat, tribuebat.* 3.Reg. 17. n. 14. *IESVS verò tanquam Dominus ſuperabundanter operatur.* Ex quibus verbis patet delicias quidē ex alijs conuiuijs guttatim ſtillari; ex conuiuio ſcripturæ vbertim ſuperfundi.

Terrena delicia in menſura: diuina in cumulo hauriuntur. Theoph.

23. D.Ambr. *Scripturæ panis per meditationem fructus multiplicatur.*

Eleganter hoc etiam expreſſit D.Ambroſ.lib. 6. in Lucam, cap. 9. *Hic panis*, inquit, *quem frangit IESVS, myſticè quidem Dei verbum eſt, & ſermo de Chriſto, qui cum diuiditur, augetur. De paucis enim ſermonibus omnibus populis redundantem alimoniam miniſtrauit. Dedit ſermones nobis velut panes, qui cum in noſtro libantur ore, geminantur. Viſibiliter quoque panis iſte, incredibili ratione, dum frangitur, dum diuiditur, dum editur, ſine vlla diſpendij comprehenſione cumulatur. Edentibus populis creſcunt ſuis fragmenta diſpendiis, & de quinque panibus maiores reliquiæ, quàm ſumma eſt, colliguntur.* Vbi nota, ſicut ille panis, non niſi fractus, ac diuiſus, & præmanſus multiplicabatur: ita ſcripturam non niſi diuturna meditatione verſatam in legentium delicias fluere, ac redundare.

24. Abul. *Scriptura ſicut in cortice hordeacea: in medulla ſaporiferus panis.*

Neque verò dicat aliquis, ſicut illi panes fuerunt hordeacei, non triticei, ita ſcripturam cibum eſſe aridum, nnn opimum. Nam vt bene Abulenſ. in cap.14. Matt.q.117. opinatur, illi panes non ſolùm multiplicati à Chriſto Domino fuerunt, ſed etiam tanta ſuauitate perfuſi, vt ipſius manna ſuauitatem exæquarent: *Veriſimile*, inquit, *eſt, quod eſſent illi panes optimi ſaporis, vt oſtenderetur Chriſti magnitudo in hoc, & ſic manna non excederet in delectamento illos panes.* Nam vt Chriſtus Dominus aquam in vinum, non qualecumque, ſed optimum conuertit. Ioan.2. n.10. ita æquum erat, vt panes hordeaceos in triticeos, & ſimilagineos, ac ſuauiſſimos panes, ſaltem quoád ſaporem commutaret. D.Chryſ. *Talia enim*, inquit D. Chryſ. hom.21. in Ioan. *ſunt Chriſti miracula, vt multò his, quæ per naturam fiunt, ſpecioſiora, & vtiliora fiant.* Haud aliter igitur diuina ſcriptura, licèt aſpera ſit in cortice, in medulla tamen dulcis eſt, vt in epiſt. ad Paulinum D.Hier. teſtatur.

25. Tandem abundantia dulcedinis, quæ ex ſacris literis præcipitur, mihi videtur exprimi in illis tribus puteis, quos aperuit Iſaac. Nam duo quidem priores vix aperti fuerant, cum pro illorum aqua haurienda, iurgia, & contentiones inter paſtores hauriūtur. Tertius verò ſine lite, ſine contentione apertus eſt Geneſ.26. à n.19. Cur, obſecro, tanta in prioribus diſcordia: tanta in tertio concordia viſa ſuit? Literalis ratio non alia mihi eſſe videtur, niſi quòd duo illi priores putei parum aquæ continerent; vnde cum omnibus non ſufficerent, neceſſe erat, vt quilibet certatim aquam præoccupare niteretur. Tertius verò, cùm largioribus aquis ſcaturiret, abūdantem omnibus hauriendi copiam præbebat, quin opus eſſet, vt de haurienda aqua certaretur. Moueor, quòd Patriarcha tertio puteo nomen indiderit *Latitudinis*, dicens: *Nunc dilatauit nos Dominus, & fecit creſcere ſuper terram.* Ibid. n.22. Ac ſi hoc nomine abundantiam huius putei ſignificaret, & diſcrimen ſtatueret inter illum, & duos priores, qui aquæ penuria laborabant. Hos puteos dicunt communiter interpretes ſacræ ſcripturæ fuiſſe typos.

Scriptura puteus exuberans.

Nihilominus hic tertius mihi videtur ſuo iure hanc ſignificationem potiùs vendicare, & priores humanarum tantùm deliciarum indices exiſtere. Idq; ex eo colligo, quòd priores duo non ab Iſaac, ſed ab eius paſtoribus aperti ſunt, vt patet ex ipſo textu, optiméque Eucherius lib. 2. in Geneſ. aduertit. Sicut igitur in illis prioribus tenues erant, & exiles aquarum venæ, quæ proinde certandi occaſiones haurire cupientibus præbebant: in hoc autem tertio aqua redundabat affluentior, quæ liberalem omnibus potum miniſtrabat: ita planè humanarum deliciarum ſontes anguſti ſunt, & areſcentes, diuinarum viui, & perennantes: ab illis, propter aquæ penuriam, diſcordiæ nutriuntur, ab his propter aquæ abundantiam, pax & concordia fouetur. 26.

Terrena voluptatis puteus anguſtus: diuina, latus, & perennans. Eucher.

Quartum diſcrimen.

Differunt quartò, quòd profanæ deliciæ molles efficiant homines, & eneruatos, vt meritò eos dixerit Poëta fœminas potiùs, quàm viros: *O verè Phrygiæ, neque enim Phryges.* Et certè D. Chryſ.tom. 5. hom. Quòd nemo læditur, niſi à ſemetipſo, circa medium: *Qui*, inquit, *in deliciis, & in luxuria vitam ducunt, reſoluta quidem corpora, & omni cera molliora circunferunt, atque agmine quodam infirmitatum repleta; & ex eis vita ſemper cum medicis, & medicamentis; ſenſus autem ipſi tardi; graues, obtuſi, & quodammodo iam ſepulti.* Non de nihilo inculcat ſcriptura Geneſ.14. à n.1. quatuor Reges Aſſyriorum veniſſe aduerſus quinque Reges Sodomæ, & Gomorrhæ, & cæterarum vrbium infamium; & maiorem multitudinem à minori oppreſſam, profligatámque fuiſſe. Et, quod eſt magis mirandum, vix pugnam fuiſſe initam, & iam fugam ſuſceptam eſſe: præſertim ab illis duobus Regibus Sodomæ, & Gomorrhæ, de quibus, antequam pugna ſcribatur, dicitur: *Itaque Rex Sodomorum, & Gomorrhæ terga verterunt, cecideruntque ibi.* Ibid n.10. Notátque egregiè Lyran. tanto fuiſſe timore correptos, ac turbatos, vt fugiendo ſtatim caderent. Cur, obſecro, plures Reges paucioribus ſuccūbunt? Et cur ex illis pluribus primi omnium terga vertunt Reges Sodomæ, & Gomorrhæ? Ratio planè eſt in promptu. Quia illi quinque Reges delicati quidem erant, ac proinde effœminati: & ex illis quidem Reges Sodomæ, & Gomorrhæ ſicut erant molliores, ita & timidiores. Nam vbi vigent profanæ voluptates, ibi virtutes bellicæ marceſcunt. Ea cauſa fuit, cur olim Pœni Romanos, quibuſcum 27.

Profana delicia effœminant. Virg. D Chryſ. *Profana voluptas bellica virtutis exitium.*

bellum

bellum gerebant, omnibus deliciis delibutos exoptarent, vt eos pariter haberent omnibus præſidiis militaribus deſtitutos.

28. *Voluptas omnium vitiorum mater.*

Neque huius rei exemplum ſacta deſideratur in hiſtoria Hieroſolymam obſidione cingebat dux ille Aſſyriorum Rabſaces, qui, vt oppidanos ab armis depelleret, & ad deditionem inuitaret, exclamauit voce magna, vt audiretur, & Hebræa lingua, vt intelligeretur: *Comedite*, inquit, *vnuſquiſque vineam ſuam, & vnuſquiſque ficum ſuam: & bibito vnuſquiſque aquam ciſterna ſua.* Iſa. 36. n. 16. Hoc eſt, curas deponite, deliciis vacate. Quorſum verò tendit hæc ab hoſte perſuaſio? Reſpondet D. Cyrill. Alexand. in dialogo de adoratione ad Palladium, hoſtem hoſti delicias perſuadere voluiſſe; B quia ſciebat, *quòd illi*, inquit, *quibus voluptas perſuaſa eſt, procliues in quoduis abſonum flagitium prolabuntur.* Quaſi diceret, vt vitioſos faceret, etiam curauit delicioſos. Neque enim deliciæ ſine reliquis vitiis eſſe poſſunt. Ego verò inſuper addo; propterea Rabſacen perſuadere voluiſſe Hebræis voluptatem, vt eos deiiceret in effœminatam quandam imbecillitatem: ſciebat enim fore, vt ſi Hebræi ad delicias procliues eſſent, ſtatim redderentur ad pugnam imbecilles.

D Cyrill. Alex.

Delicioſi imbelles.

29. Vnde Dauid, qui nunquam in prælio victus, exanimatúſque ceciderat. in loco voluptatis ſe fatetur omnibus viribus deſtitutum cecidiſſe: *Humiliaſti nos*, inquit, *in loco afflictionis.* Pſal. 13. n. 20. C ſeu, vt D. Chryſoſtom. & D. Ambroſius ex Aquila transferunt: *in loco ſirenum*, hoc eſt, *voluptatum* Ex qua tranſlatione duo colligo. Vnum afflictionem & voluptatem adeò eſſe germanas, vt non immeritò vna pro altera vſurpetur. Vnde quæ ab Aquila transferuntur *ſirenes*, in Hebræo fonte dicuntur תנים *Tannim*, id eſt, *dracones*: quia illæ ſirenes ſuauiter canentes, potiùs ſunt Dracones minaciter ſibilantes. Alterum magis ad noſtrum inſtitutum, locum voluptatis eſſe voraginem fortitudinis. Sicut enim ſirenes nautas, & milites Vlyſſis canendi illecebris eneruarunt; ita & voluptates, ſi in viros quantumuis ſtrenuos irrepant, non ſolùm ignauos reddunt, ſed etiam effœminatos. Vnde D. Ambroſ. præfatione ad lib. 4. in D Lucam, ſirenum fabulam longiùs proſequutus: *Quid*, inquit, *ſibi vult puellarum*, id eſt, ſirenum, *figura, niſi eneruata voluptatis illecebra, quæ conſtantiam captæ mentis effœminat?*

D Chryſ. D Ambr.

Voluptas, & afflictio germana.

Voluptatum ſirenes, dracones.

Voluptas fortitudinis vorago.

D. Ambr.

30. *Scriptura voluptas virilis.*

Atque hæc in profanis voluptatibus ita habent. Nihilominus deliciæ ex diuinis literis deprompræ, viriles ſunt, & maſculæ, quæ animorum vires non hebetant, ſed vegetant. Propterea D. Paulus cum patientia, & tolerantia laborum, conſolationem ſcripturarum coniunxit: *Per patientiam*, inquit, *& conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus.* Rom. 15. n. 4. vtraque enim, vt D. Chryſoſtom. ibidem ait, patientia, & conſolatio, ex ſcriptura E naſcitur; vt intelligamus ab ſcriptura non emanare conſolationem emollientem, ſed patientem: neque patientiam ſtimulantem, ſed conſolantem. Eandem ob cauſam idem Apoſtolus *fortiſſimum ſolatium* appellauit, quod ex diuinis promiſſionibus in ſcriptura factis obtinetur. Hebr. 6 n. 18. ſolatium quidem vocat, quia recreat; fortiſſimum, quia roborat.

Patientia, & conſolatio in ſcriptura.

D. Chryſ.

31. *Scriptura voluptas in aduerſis vngit, non pungit.*

Vnde Dauid inter laborum aculeos conſtitutus, non pungi ſe exiſtimabat, ſed vngi, cum ſe ad diuina oracula conferebat: *Teſtimonia tua*, inquit, *meditatio mea eſt.* Pſalm. 118. n. 24. In Hebræo eſt: *Teſtimonia tua deliciæ meæ*, ſcilicet in mediis crucibus, vt addit Genebrardus, ſeu in rebus aduerſis, de quibus loquebatur. Non enim illi inſeruiebant A ſcripturarum deliciæ ſolùm ad recreandum animum in proſperis, ſed etiam ad firmandum in aduerſis. Imò his deliciis non defluebat ignauus, ſed potiùs tanquam armis circumdatus aduerſus omnem fortunam intrepidus conſiſtebat: *Cantabiles*, inquit, *mihi erant iuſtificationes tuæ.* Pſal. 118. n. 54. In Hebræo eſt זמירות *Zemiroth*, id eſt, *cantationes muſicæ*, ſeu, vt vertunt Cabalici apud Genebrardū, *amputationes*: verbum enim זמר *Zamar*, & *cantare*, & *amputare* ſignificat. Dicuntur igitur ſcripturæ ſanctæ, in quibus Dauid exercebatur, & cantiones, & amputationes; quia & mira ſuauitate animum demulcebant, & eximia efficacitate omnes moleſtias, inſidias, perturbationes, inſultúſque dæmonum amputabant, vt idem Genebrardus interpretatur.

Genebr.

32. *Scripturarū menſa paſcit, & obarmat.*

Eodem pertinet illud eiuſdem Dauidis, *Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos, qui tribulant me.* Pſalm. 22. n. 5. Vbi menſæ nomine delicatiſſimis epulis refertæ, non incongruè intelligi poteſt ſacra Scriptura, ſicut initio Pſalmi, per locum paſcuæ, Theodoreto interprete, & aliis, ſacra diuinorum oraculorum doctrina intelligitur. Fercula igitur, quæ in hac menſa proponuntur, non ſolùm animum paſcunt, ſed roborant; non enim ſunt nutrimenta deſidiæ, ſed incitamenta virtutis: arma ſunt, quibus omnes animarum hoſtes expugnantur; & qui hoſtilibus inſidiis circumuentus ad hanc menſam accedit, ab ea diuinis præſidiis adeò animatus recedit, vt dicat non immeritò D Chryſoſt. hoc loco: *Qui tribulationem carnis habent, veniunt ad menſam potentes, & tribulationes ſiunt eis conſolationes.*

D. Chryſ.

33. *Scriptura voluptas nō deprimit, ſed ſublimat.*

His deliciis circunfuſa ſponſa non iacebat humilis in terra, ſed ad cælum ſublimis euolabat. Quam illius ſtrenuitatem cæleſtes virtutes admiratæ: *Quæ eſt iſta*, inquiunt, *quæ aſcendit de deſerto deliciis affluens?* Cant. 8. n. 5. Vbi D. Gregor. lib. 16. Moral. cap. 10. *Sancta*, inquit, *Eccleſia niſi verborum Dei deliciis afflueret, de deſerto vitæ præſentis aſcendere ſuperiora non poſſet. Deliciis ergo affluit, & aſcendit, quia dum myſticis intelligentiis paſcitur, ad ſuperna quotidie contemplanda ſubleuatur.* Tantùm enim abfuit, vt his deliciis ſcripturarum eneruata fieret, vt potiùs alata quodammodo redderetur.

D Greg.

34. *Scripturæ voluptates Dauidicæ turris propugnacula.*

Turris Dauid, Cant. 4. n. 4. ædificata eſt, non cum ſuperbis faſtigiis ad iucundos proſpectus, & vanam oſtentationem eductis; ſed cum firmiſſimis propugnaculis ad tuendos ciues, & propulſandos hoſtes. Vbi Angelicus Doctor: *Hæc*, inquit, *propugnacula ſunt diuinarum ſcripturarum ſacramenta, de quibus veluti iacula procedunt, quibus aduerſariæ poteſtates repelluntur.* Nec immeritò: nam ſcripturarum oblectamenta non eneruant corpus, ſed armant animum. Vnde Chriſtus Dominus poſtquam diabolum ieiunus in deſerto ſuperauit: *Genua*, inquit, *mea infirmata ſunt à ieiunio, & caro mea immutata eſt propter oleum.* Pſalm. 108. n. 24. Vbi Diuus Chryſoſt. illam particulam coniunctiuam, *&*, mutat in aduerſatiuam, *at*: *At caro mea immutata eſt propter oleum.* Ac ſi diceret, ſe quidem debilitatum eſſe à quadragenario ieiunio, ſed roboratum ab oleo Spiritus ſancti, hoc eſt, ab intelligentia ſcripturarum, qua Diabolum ſuperauit. *Vides*, inquit D. Chryſ. *quanam arma comparat aduerſus inſidias, & eam, quæ in eum vtebantur, malitiam?*

D. Thom.

D. Chryſ.

Scriptura oleum.

35. *Chriſtus vnguentis ſimul, & armis conſpicuus.*

Ea cauſa eſt, cur à Dauide Chriſtus Dominus celebretur, nunc deliciis perfuſus, nunc armis præmunitus: *Diffuſa*, inquit, *eſt gratia in labiis tuis.* Pſal. 44. n. 3. En labiorum decor: *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum.* numero 4. En armorum horror. *Specie tua, & pulchritudine tua intende.* num. 5. En

rurſus

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

turſus totius oris dignitas, & venuſtas. *Sagittæ tuæ acutæ, populi ſub te cadent.* n.6. En viciſſim militarium inſtrumentorum apparatus. Tandem: *Myrrha, & gutta, & caſia a veſtimentis tuis.* n. 9. Ecce tibi odores vnguentorum inter armorum fulgores. Miratur non immeritò D. Chryſoſt ad eum locum: *Quid,* inquit, *commune inter ſe habent arma, & vnguenta; gratia, & gladius; doctrina, & bellum; arcus, & pulchritudo? Hæc enim ſunt ſigna pacis, illa prelij.* Sed nihil mirum; nam ex diuinis Scripturis colligebat Chriſtus Dominus, & delicias, quibus animum recreabat, & arma, quibus dæmones repellebat: non enim erant illæ deliciæ molles, & imbelles, ſed maſculæ, & bellatrices. Et ſicut olim in Ægypto ignis, & aqua amicabantur inter ſe, iuxta illud, *Ignis in aqua valebat ſupra ſuam virtutem; & aqua extinguentis naturæ obliuiſcebatur.* Sapient. 19. n. 19. Ita planè in Chriſto Domino, & ſpiritualis voluptas, & militaris ardor ex eodem ſcripturarum fonte decurrentes in mutuam amicitiam conſpirabant: ita vt neque ſpirituales deliciæ bellicas vires eneruarent, neque bellicæ vires ſpirituales delicias conſopirent.

D.Chryſ.

36. En Dauidis ingenium. Qui & fuit *ſapientiſſimus Princeps inter tres; & octingentos interfecit impetu vno.* 2. Reg. 23. n.8. Nam inter ſapientiæ; ſeu ſcripturæ delicias, militares animos nutriebat; at inter militares animos, diuinas illas delicias conſeruabat, vt illuſtrior Chriſti Domini typus haberetur, quem Sapiens appellauit *Regem fortiſſimum, qui implet quaſi Phiſon ſapientiam, & ſicut Tigris in diebus nouorum. Qui adimplet quaſi Euphrates ſenſum: qui multiplicat quaſi Iordanis in tempore meſſis. Qui mittit diſciplinam ſicut lucem, & aſſiſtens quaſi Gehon in die vindemiæ.* Eccleſiaſt. 24. à n. 34. Nam cum illa regia, ac diuina fortitudine, qua olim Chriſtus Dominus dæmones ſubigebat, tantam deliciarum abundantiam ex quatuor Euangeliis collectam ſociabat, vt illis quatuor fluminibus ex paradiſo terreſtri defluentibus, multò latior, & auguſtior videretur. Non faciunt igitur ſcripturarum deliciæ, vt obdormiſcant ſpiritus viriles, ſed potiùs vt reuiuiſcant.

Dauid Chriſti typus, ſapientia, & bellica virtute inſignis.

Quatuor Euangelia quatuor Paradiſi flumina.

37. *Mulierem fortem,* inquit Salomon, *quis inueniet?* Prouerb. 31. n. 10. Hoc eſt, vt Rabbi Salomon apud Lyranum interpretatur, perfectam ſcripturæ intelligentiam quis attinget? Scripturam non immeritò appellat mulierem fortem, quia delicata eſt, ſed non eneruata. *De nocte ſurrexit.* n. 15. Hoc eſt, more Hebræorum, ſurgere fecit: quia amor ſcripturæ ſtudioſos eius cultores inducit ad vigilias antelucanas. *Deditque prædam domeſticis ſuis:* ſeu, vt eſt in Hebræo, *eſcam,* ſeu *annonam:* quia ſcriptura ſuos paſcit, ac reficit amatores. *Accinxit fortitudine lumbos ſuos,* id eſt, accingi fecit; quia alumnos ſuos in mollia otia non diſſoluit, ſed potiùs arcto ſtringit cingulo caſtitatis. Et plura id genus ſequuntur, quæ oſtendunt, quàm ſtrenuæ ex ſacris literis voluptates hauriuntur.

Scriptura mulier fortis: delicata, non eneruata.

38. Vnde illi quondam ſtrenuiſſimi duces Machabæi diuinis Scripturis pro deliciis in pace, pro armis in bello vtebantur. Pro deliciis quidem in pace vſus fuit Ionathas, hunc in modum ſcribens ad Spartiatas: *Nos,* inquit, *cum nullo horum indigeremus, habentes ſolatio ſanctos libros.* 1. Machab. 12. n. 9. Hoc eſt, cùm non eſſemus in aduerſitate, ſed proſperitate, vt interpretatur Lyranus, cæleſtium librorum deliciis fruebamur. Quaſi nullas alias in pace maiores delicias haberent, quàm quas ex diuinis literis haurirent. Pro armis in bello vſus fuit Iudas, qui pugnaturus contra Nicanorem, paucos, ſaltem pro multitudine hoſtium,

Scriptura, pacis voluptas, belli fortitudo.

A milites collegit: & lecto illis ſancto libro in prima acie, bellum commiſit, & ſupra nouem millia hominum interfecit, vt 2. Machab. 8. à n. 23. narratur. Quaſi illi ipſi libri, qui pacis tempore ad recreandos ciues inſeruiebant, belli tempore ad armandos milites inſeruirent.

Myſterio plena eſt illa benedictio, qua Moyſes tribum Aſer impertiuit: *Tingat,* inquit, *in oleo pedem ſuum, ferrum, & æs calceamentum eius.* Deuter. 33. n 24. Quid, obſecto, commune oleo cum ferro? cur pedes blando oleo delibuti rigido ferro calceantur? Certè literalis ſenſus eò tendit, vt ſignificet tribum Aſer oleo, & ferro abundantem fore; erat enim terra, quæ illi contigit, vtriuſque 39.

B feraciſſima. Myſticus verò ſenſus eò pergit vlteriùs, vt ſignificet ſpecioſos illos pedes, ſeu affectus euangelizantium pacem, cæleſtis conſolationis oleo perfundendos, ac diuinæ virtutis ferro, æquè armandos: neque illam mollitudinem, & hanc fortitudinem ſibi futuras eſſe inuicem inimicas; ſed potiùs mutuas alteram alterius altrices. Vtramque verò ex diuinæ Scripturæ lectione, tanquam ex vnica prædicatorum portione, quæ illis præſertim contingit, mutuandam. Quare diuina Scriptura eſt inſtar fontis oleo lætitiæ, & metallo fortitudinis redundantis.

Prædicantiū pedes voluptatis oleo, & fortitudinis ferro pulchri.

Quintum, & vltimum diſcrimen.

C

Differunt vltimò, quòd profanæ deliciæ ſuis ſingulis terminis, ac regionibus definitæ ſe contineant. Neque enim oculorum deliciæ continent aurium illecebras; nec vice verſa, vt per ſe patet. At verò ſcripturarum deliciæ omnes alias naturales, ſublatis earum imperfectionibus complectuntur. Quod faciliùs vt oſtendam, quæro, cur Scriptura ſacra iam multis metaphoris vtatur ad ſuas delicias exprimendas. Nullæ enim ferè ſunt externorum ſenſuum voluptates, quibus ſuas delicias non declaret, vt ſtatim fuſiùs oſtendā. Ratio planè alia non videtur, niſi vt ſignificet, ſuarū deliciarum ambitu cæteras omnes contineri. Simplices quidem ſunt, & ſynceræ ſcripturarum deli-
D ciæ: adeò vt dicat Tertul. lib. de ſpectaculis, c. 29. loquens de ſuauitate cæleſtis doctrinæ, reperiri in ea, *non fabulas, ſed veritates, nō ſtrophas, ſed ſimplicitates.* Nihilominus vt declaretur quantæ ſuauitatis ſit ea ſimplicitas, non immeritò dicitur eſſe omnium ſuauitatum multiplicitas.

40. *Mundi voluptas exiguis: ſcripturarum, nullis terminis definitur.*

Tert.

Simili enim ratione clara Dei cognitio in patria. cum regno, cum theſauro, cum horto, cum ſole, aliiſque ſimilibus comparatur, vt quamuis nihil horum ſit, horum tamen omnium perfectiones aliquo modo includere ſignificetur. Imò ipſius Dei natura decem nominibus in veteri Teſtamento explicari conſueuit, vt docet D. Hieronymus in epiſtola ad Marcellam, & multò pluri-
E bus in nouo, vt colligit Legionenſis libro primo de nominibus Chriſti, vt per plura creaturarum nomina veluti per quoſdam gradus ad infinitam creatoris perfectionem aſcendatur; & multiplices omnium rerum perfectiones in ſimpliciſſima diuinæ naturæ perfectione contineri declarentur. Vnde D.Gregorius Nazianzenus in oratione de Chriſti natiuitate, Deum appellat *immenſum pelagus eſſentiæ mente ſola adumbrabile, & quidem perexiguè, ac perobſcurè, non ex iis, quæ in ipſo ſunt, ſed quæ circa ipſum.* Si ergo, vt deliciæ ſcripturarum declarentur, & cæteras non ſolùm exæquare, ſed etiam ſuperare oſtendantur, neceſſe eſt, vt multis aliunde metaphoris, ac ſimilitudinibus conquiſitis, per externas omnium ſenſuum delicias

41. *In beatitudinis ſimplicitate ſuauitatū multiplicitas.*

D.Hier. *Plura cur Dei nomina.* Legion.

D.Greg. Nazianz.

eius explicentur. Quod facilè atque breuiter oſtendo.

Oculorum deliciæ in Scriptura proponuntur.

42. *Scriptura pulchritudo.*

IN primis oculorum deliciæ ſunt obiecta pulchra, iuxta illud: *Gratiam, & ſpeciem deſiderabit oculus tuus, & ſuper hæc virides ſationes.* Eccleſiaſtici 40. num. 22. Sed quid pulchrius Scriptura, De qua intelligi pôteſt illa benedictio, qua Iacobus filium Nephthali felicitauit: *Nephthali*, inquit, *ceruus emiſſus, & dans eloquia pulchritudinis.* Geneſ. 49. num. 21. Vbi Lyran. per Nephthali prædicatorem intelligit, qui ceruus dicitur propter promptitudinem ad diſcurrendum toto orbe: emiſſus propter humilitatem, qua prædicare non audet, niſi priùs à Deo emittatur. Additur, dans eloquia pulchritudinis: *Quia*, inquit, *prædicare non habet de fabulis, & fictitiis, ſed de ſacris Scripturis.* Vbi vides ſacram ſcripturam per pulchra eloquia declarari. Laudaturus Sapiens viros glorioſos, hoc eſt, veteres illos Patriarchas, inter alia eorum encomia: *Homines*, inquit, *diuites in virtute, pulchritudinis ſtudium habentes.* Eccleſiaſtici 44. numero 6. Quodnam obſecro erat illud ſtudium pulchritudinis, cui ſe totos impendebant? Optimè Lyranus; *Legis*, inquit, *& Prophetarum, quorum ſtudium eſt valdè pulchrum.* Vnde Diuus Baſilius homilia tertia in Exaëm. Scripturam diuinam literaturæ profanæ anteponens: *Quantum*, inquit, *caſtè viuentium mulierum pulchritudo meretriciæ formoſitati præponitur: tantò noſter ſermo dignoſcitur prælatus eſſe illorum doctrinæ.* Sed iam quanta ſit hæc pulchritudo, expendamus.

Lyran.

Lyran.

D Baſil.

43. *Scriptura nix fœcunda.* D. Ambr.

Cùm olim Chriſtus Dominus in monte glorioſam in ſpeciem transfiguratus apparuit, *veſtimenta eius facta ſunt alba ſicut nix.* Matth. 17. num. 2. Quem locum Diuus Ambroſius lib. 7. in Lucam myſticè interpretatus: *Fortaſſe*, inquit, *veſtimenta Verbi, ſermones ſunt ſcripturarum, & quædam intellectus indumenta diuini.* Sed cur Scriptura niui comparatur? Duplex ratio eſſe poteſt. Vna, quia ſicut nix fœcundat agros, ita Scriptura animos. Hanc tradit D. Ambroſius citatus: *Verè*, inquit, *hic ſolus ſermo niuibus comparandus, qui de cælo miſſus in terras, ieiuna noſtrorum arua pectorum fœcundauit.* Probátque ſtatim ex Cantico Moyſis: *Concreſcat vt pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum, quaſi imber ſuper herbam, & quaſi ſtilla ſuper gramina.* Deuteronom. 32. numero 2. ſeu, vt habent Septuaginta, & quaſi νιφετὸς, hoc eſt, *& quaſi nix*, ſeu, *imber niualis.* Vbi Moyſes doctrinam velut niuem deſiderat, à Deóque precatur, vt non minus audientium pectora, quàm nix arua fœcundet. Concludit igitur Diuus Ambroſius: *Vtinam Domine IESV, mens mea pluuia tua humore vireſcat; vtinam terram meam niuis iſtius candore reſpergas, ne præpropero calore vernantis corporis arua luxurient; ſed potiùs fotu niuali ſemina verbi cæleſtis preſſa fœcundent.* Altera, quia ſicut nix oculis, ita Scriptura mentibus pulcherrimum exhibet ſpectaculum: & ſicut niueus color inter cæteros colores primatum tenet; ita Scripturæ decor omnem mundi pulchritudinem facilè antecellit.

Scriptura, nix pulchra.

44. *Scriptura, ſplendidum cryſtallum.*

Parum tamen eſt comparari decorem Scripturæ niueo colori, cùm etiam ſplendori cryſtallino exæquetur. Vidit Ioannes *fluuium aquæ viuæ ſplendidum tanquam cryſtallum, procedentem de ſede Dei, & Agni.* Apocalypſ. 22. n. 1. Huius fluuij nomine D. Bonauentura in principio ſacræ Scripturæ

D. Bonau.

A ipſam Scripturam ſacram interpretatur, tum ob alias cauſas, quas proſequitur; tum etiam, quia ſicut cryſtallus oculis, ita Scriptura animis pulcherrimam ſpeciem proponit. Quid ſi dicam Scripturam ſacram etiam ſolari pulchritudini conferendam? Certè non aberrem. Nam Scriptura iuxta myſticum ſenſum, eſt ille *Paruus fons, qui creuit in fluuium, & in lucem ſolemque conuerſus eſt.* Eſther. 10 n. 6. Nam hic diuinarum literarum ſol, qui Iudaica ignorantia, tanquam denſa caligine obductus quondam latitabat, tandem his ignorantiæ tenebris Euangelica prædicatione diſcuſſis, longè latéque irradiauit. Vnde D. Hieron. in epiſt. ad Euſtochium, de cuſtodia virginitatis, ſuam lamen-
B tatur cæcitatem, qui huius ſolis pulchritudinem non videbat: *Miſer*, inquit, *ego lecturus Tullium, ieiunabam, & poſt crebras vigilias Plato ſumebatur in manibus. Si quando in memetipſum conuerſus, Prophetas legere voluiſſem, ſermo horrebat incultus, & quia lumen cæcis oculis non videbam, non oculorum putabam culpam eſſe, ſed ſolis.*

Scriptura ſol.

D. Hier.

Quid tamen cum ſole comparo Scripturam, ſoli ſine dubio præferendam? *Eſt enim hæc*, inquit Sapiens, *ſpecioſior ſole, & ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum, luci comparata inuenitur prior.* Sapient. 7. num. 29. Nam ſol ſuos patitur defectus: modò quidem exultat vt gigas, ſplendida cæſarie coronatus: modò verò laborat vt Hercules, cæca caligine circumfuſus. At verò Scriptura ſemper ru-
C tilat, nunquam deficit. *Facilius eſt enim*, inquit, Chriſtus Dominus, *cælum & terram præterire, quàm de lege vnum apicem cadere.* Luc. 16. num. 17. Nec immeritò; nam *emanatio quædam eſt*, inquit Sapiens, *claritatis omnipotentis Dei ſincera: & ideò nihil inquinatum in eam incurrit. Candor eſt enim lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis, & imago bonitatis illius.* Sapient. 7. n. 25. & 26. Vnde non ſolùm digna eſt, quæ cum paradiſo terreſtri ſuauiſſimo, dulciſſimo, ac venuſtiſſimo comparetur, vt loquitur D. Ioan. Damaſcen. lib. 4. de fide cap. 18. ſed etiam cum paradiſo cæleſti, vt eam Diuus Auguſt. lib. 13. Confeſſ. cap. 15. comparauit, iuxta illud: *Complicabuntur ſicut liber cæli.* Iſaiæ 34. n. 4.
D Hos enim cælos interpretatur eſſe ſacros libros; nec immeritò, cùm cæleſtium luminum fulgores obſcurent, & accepta ab ipſo Deo luce ſplendeſcant.

45. *Scriptura ſole ſpecioſior.* *Scriptura paradiſus.*

D. Ioan. Damaſc. D. Aug. *Scriptura cælum.*

Quæ igitur pulchriora ſpectacula eſſe poſſunt, quàm quæ in ſacris literis exhibentur? Vnde Tertul. lib. de ſpectaculis, cap. 29. loquutus de Chriſtianorum voluptatibus: *Si*, inquit, *ſcenica doctrina delectant, ſatis nobis literarum eſt, ſatis verſuum, ſatis ſententiarum, ſatis etiam canticorum. Vis & pugilatus & luctatus? Præſto ſunt non pauca, ſed multa. Aſpice impudicitiam deiectam à caſtitate, perfidiam cæſam à fide: ſæuitiam à miſericordia contuſam: petu-*
E *lantiam à modeſtia obumbratam; & tales ſunt apud nos agones, in quibus ipſi coronamur. Vis autem & ſanguinis aliquid? Habes Chriſti.* Quibus verbis varia oſtendit ſpectacula, quibus animi eorum, qui ſacras literas euoluunt, reficiuntur. Præ his igitur oculorum deliciis omnia profana theatra relinquenda rectè monet D. Auguſt. lib. de vera religione cap. 51. *Omiſſis*, inquit, *& repudiatis nugis theatricis, & poeticis, diuinarum Scripturarum conſideratione, & tractatione paſcamus animum, atque potemus, vanæ curioſitatis fame, ac ſiti feſſum, & æſtuantem, & inanibus phantaſmatibus, tanquam pictis epulis fruſtra refici, ſatiarique cupientem.*

46. *In ſacris literis pulchra ſpectacula.* Tertul.

D. Aug.

Aurium

Aurium illecebræ in Scriptura exhibentur.

47. *Suauis ſcriptura concentus.*

OBlectamenta aurium in cantu, ſuauique harmonia conſiſtunt. Quid numeroſius ſcriptura? de qua dicitur: *Vinum & muſica lætificant cor, & ſuper vtraque dilectio ſapientiæ.* Eccleſiaſtici 40. num. 20. nempe doctrinæ Euangelicæ, vt Interlinearis exponit. Et iterum: *Tibiæ, & pſalterium ſuauem faciunt melodiam, & ſuper vtraque lingua ſuauis.* Ibid. n. 21. hoc eſt lingua Euangelici doctoris, ſeu prædicatoris de fide, & motibus differentis, vt Lyranus interpretatur.

Prædicantium lingua ſuauis.

48. *Muſica vtrumque appetitum frænat.*

Nec immeritò ſcriptura cum muſica componitur; nam muſicæ tanta eſt ſuauitas, vt infanus motus vtriuſque appetitus concupiſcibilis, & iraſcibilis ſopiat, frænet, & in gyrum rationis compellat. De qua re plura ſunt in humanis hiſtoriis exempla. Nam Timotheus teſte Plutarcho lib. de muſica, Alexandrũ leone diriorem, adhibito concentu reddebat agno mitiorem. Achilles, vt refert Homer. 9. Iliad. effrænes iras, tanquam procellas in animo debacchantes, vnius cantus ſuauitate frænare, & compeſcere ſolebat. Agamemnon; eodem Homero auctore, Odyſſ. 3. Troiam profecturus, vxorẽ ſuam Muſico cõmiſit, qui eam cantu ab adulteris tueretur: quo mortuo facilè expugnata eſt. Ac ſi harmoniæ ſuauitas, dum adfuit, aliis voluptatibus aditum occluderet; vbi defuit, reſeraret. Pythagoras iuuenem vino calidum, amore percitum, & iam iam in libidinum voragines ruiturum, præmiſſo cithariſta, tranquillauit, & in mentem reduxit ſaniorem; vt poſt alios D. Thom. lib. 4. de regimine Principis, cap. 2. ex Ariſtotele, & Tullio teſtatur. Tandem Iuſtinus Martyr lib. quæſtionum ad Orthodoxos quæſt. 107. de Eccleſiaſtica muſica loquutus: *Excitat*, inquit, *hæc cum voluptate quadam animum ad flagrans eius, quod carmine celebratur, deſiderium: affectiones, & concupiſcentias carnis ſedat: cogitationes malas inimicorum, quos cernere non eſt, amolitur: mentem ad fructificationem diuinorum bonorum rigat: pietatis decertatores generoſos, & fortes, per conſtantiam in rebus aduerſis efficit: omnium rerum, quæ in vita triſtes, & luctuoſa accidunt piis, affert medicinam.* De qua re ad cap. 10. plura cumulabo.

Plutarch. Homer. D. Thom. Iuſt. Mart.

49. *Scriptura harmonia animi motus compeſcit.*

Hæc ſanè præſtat muſica. Sed nequaquam bis minora diuinæ Scripturæ ſuauitas operatur. Æſtuabat olim in iuuenili ætate Auguſtinus, ferneſcebat in pectore cupiditas, emicabat ex oculis licentia, totam mentem ad delicias pronam, ad illecebras præcipitem furor, & inſania occupabat: ſed vbi diuinæ Scripturæ ſuauitatem prægustauit, omnes illi motus, tanquam inſani turbines, reddita ſerenitate poſuere. Ipſum audiamus lib. 13. Confeſſ. cap. 15. de diuina Scriptura loquentem: *Non noui*, inquit, *Domine, non noui alia tam caſta eloquia, quæ ſic mihi perſuaderent confeſſionem, & lenirent ceruicem meam iugo tuo, & inuitarent colere te gratis.* Et re vera ita expertus fuerat. Cùm enim multiplici cogitatione fluctuaret, & quam viuendi viam iniret, dubius animi penderet: ecce ibi de cælo admonetur, vt tollat, & legat. Quare cum inuentum codicem aperuiſſet, & in quam partem primùm inciderant oculi, legiſſet illud Apoſtoli documentum: *Non in comeſſationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitiis, non in contentione, & æmulatione; ſed induimini Dominum Ieſum Chriſtum*, &c. Roman. 13. num. 14. *Statim*, inquit, *cum fine huiuſce ſententiæ, quaſi luce ſecuritatis infuſa cordi meo, omnis dubitationis tenebræ diffugerunt.* Sic ille lib. 8. Confeſſ. cap. 12. Quaſi illæ tenebræ, quæ animo incumbebant, & mentis aciem occæcabant, ne viam ſalutis inuenirent, luce quadam à diuinis literis accepta ſubitò euaneſcerent, & qui ſæua tempeſtate iactabatur, placida ſerenitate frueretur.

D. Aug.

50. D. Aug.

Rurſus idem Auguſtinus in epiſt. 1. Voluſianum hortatus, vt ſcripturæ ſtudioſe ſe impendat; *Sincera enim*, inquit, *& ſolida res eſt, nec fucatis eloquiis ambit ad animum, nec vllo lingua rectorio inane aliquid, ac pendulum crepitat. Multum mouet, non verborum, ſed rerum auidium: & multum terret factura ſecurum.* Vbi nota ex vltimis verbis ſcripturam, etiam cum terret, animum ſerenare: & cum formidinem incutit, præſtare ſerenitatem. Conſule eundem D. Auguſt. lib. 9. Confeſſ. cap. 4. vbi ſe aſſerit ex ſola Pſalmorum lectione incredibiliter commotum; & ſperat ex eadem lectione totum orbem, ſi fortè attentus legeret, pariter commouendum: *Quas*, inquit Deum alloquutus, *tibi voces dabam in Pſalmis illis; & quomodo in te inflammabar ex eis, & accendebar eos recitare, ſi poſſem, toto orbe terrarum, aduerſus typhum generis humani?* Vbi de hac re plura eleganter.

Scriptura etiam dum terret, animum ſerenat.

51. Clem. Alex. *Scriptura melos homines à ferino cultu retrahit, & conuertit.*

Iam verò Clemens Alexandrinus in exhortatoria ad Gentes, vt miram ſcripturæ efficacitatem exprimat, non immeritò irridet veteres illos Orpheos, & Amphiones, qui canendi ſuauitate feras, & lapides traxiſſe fingebantur. Quare totam hanc vim, non profanæ muſicæ, ſed cæleſti doctrinæ ab ſcriptura deprompræ tribuendam eſſe contendit. *Solus*, inquit, *cantor meus* (intelligit autem cantoris ſui nomine Diuinum Verbum cum hominibus in ſcriptura familiariter colloquutum) *difficillimas feras manſuefacit, volucres quidem, nempe eos, qui ſunt leues; ſerpentes, eos, qui ſunt deceptores; leones, eos qui ſunt animoſi, & ad iracundiam concitati; ſues eos, qui ſunt voluptati dediti; lupos, eos, qui ſunt rapaces: lapides autem, & ligna eos, qui ſunt inſipientes.* Quis non miretur has non fabuloſas, ſed veras metamorphoſes, non magicis carminibus editas, ſed diuinis literis, & ſpiritualibus canticis effectas? *Vide*, addit Clemens Alexandrinus, *quantum potuerit nouum canticum. Homines ex lapidibus, & homines fecit ex feris.*

52. Iuſt. Mart.

Accedit Iuſtinus Martyr, qui in orat. 2. ad Græcos, ingenuè fatetur, ſe huius muſicæ, hoc eſt, ſcripturæ ſacræ ſuauitate delinitum, Ethnicorũ ſuperſtitionibus renunciaſſe, & Chriſtianæ religionis iugo animum ſubdidiſſe. Vnde Gentiles ſuos adhortatus, & recordatus illud Apoſtoli: *Eſtote ſicut ego, quia & ego ſicut vos*, Galat 4. num. 12. *Accedite*, inquit, *Græci, docemini. Eſtote vt ego, quoniam & ego eram vt vos. Hæc me ceperunt, & doctrinæ vis enthea*, (hoc eſt, vis diuina) *& ſermonis efficacitas. Quoniam ſicut incantator peritus formidabilem ſerpentem fugat; poſtquam fecit, vt e ſuo latibulo erumperet: ſic ſermo ex intimis animi penetralibus formidabiles ſenſuum affectus expellit, ac primùm cupiditatem, ex qua quidquid formidabile eſt, naſcitur.*

Scriptura cantus incantat.

53. *Scripturæ verba præſens medicina.*

Vanum omnino eſt, aut certè ſuperſtitioſum, quod nonnulli ſentiunt, compoſitis verbis omnia corporis vulnera ſanari. Dubitandum nihilominus non eſt, ex diuinæ Scripturæ verbis prolatis ore, & recogitatis mente, illud conſequi, vt efficaciſſima omnibus animi vulneribus præſtetur medicina. Vnde Caſſiodor. lib. 2. var. epiſt. 40. *Exquamur*, inquit, *de illo è cælo pſalterio, quod vir toto orbe cantabilis ita modulatum pro anima ſoſpitate compoſuit, vt his hymnis, & mentis vulnera ſanarentur, & diuinitatis ſingularis gratia conquiratur.* Quid igitur vtilius audiatur, quam illa vox, ex qua animus multis vulneribus æger conualeſcat.

Caſſiod.

Quare

54. *D Ambr. Scriptura harmonia ſirenum cantus efficacior.*

Quare D. Ambroſ. præfatione lib. 4. in Lucam non immeritò indignatur, vt ita loquar, in eos, qui cùm doloſis ſirenum cantibus remolleſcant, & profanis voluptatibus quodammodo eliquentur; tamen ad diuinarum literarum harmoniam non flectuntur, neque ex cæleſtibus myſteriis, quæ in ſcriptura exhibentur, ad meliorem viuendi vſum conſormantur. *Si*, inquit, *Vlyſſem illum poſt decem annorum exilia, quibus bellatum in Ilio eſt, decémque erroris annos feſtinantem ad patriam, Lotophagi ſuauitate buccarum tenere potuerunt: ſi horti Alcinoi retardarunt: ſi poſtremò ſirenes cantu vocis illectum, ad illud famoſum naufragium bene deduxerant, niſi aduerſus illecebroſa ſonitus cantilenæ, inſerta cera ſociorum clauſiſſet aures, quantò magis religioſos viros cæleſtium factorum decet admiratione mulceri? Atque hic iam non buccarum ſuauitas haurienda, ſed panis ille, qui de cælo deſcendit: non olera Alcinoi ſpectanda, ſed ſacramenta ſunt Chriſti.* Addere potuit, quod ex illius diſcurſu facilè inſinuatur: non fallaces ſirenum cantilenæ, ſed ſuaues pariter, ac veraces diuinarum literarum concentus auſcultandi. Vndè concludit: *Non claudendæ igitur aures ſed reſerandæ ſunt, vt Chriſti vox poſſit audiri, quam quiſquis perceperit, naufragium non timebit.* Vides quantò ſit efficacior, ac felicior hæc ſacrarum literarum harmonia, quàm illa fallacium ſirenum? Nam ſirenes ſuo cantu ad infortunatos ſcopulos, ac miſerum naufragium impellunt: ſacræ literæ ſua ſuauitate ad beatum portum, ſecuramque ſtationem feliciter deducunt.

55. *Animus ad crucis lignū alligatus, ſirenum illecebris non mouetur. D Ambr. Clem. Alex.*

Quod ſi inſidiari pergant profanæ cantilenæ, optimum peti debet è ſacris literis effugiendi naufragij documentum. Nam vt egregiè D. Ambroſius citatus: *Non corporalibus*, inquit, *vt Vlyſſes ad arborem vinculis alligandus eſt animus; ſed ad crucis lignum ſpiritualibus nexibus vinciendus, ne laſciniarum moueatur illecebris, curſumque naturæ detorqueat in periculum voluptatis.* Eodem pertinet illa Clementis Alexandrini adhortatio in exhortatoria ad gentes, vbi loquutus de ſirenum cantibus, hoc eſt, de profanis voluptatibus: *Prætermaiga*, inquit, *canticum mortem operatur. Si ſolum velis, viciſti interitum, & ligno alligatus, eris ſolutus ab omni exitio. Gubernabit te verbum Dei, & ad portum cælorum adducet Spiritus ſanctus.* Quaſi profanus ſirenum cantus diuino ſcripturarum concentu reprimatur, & ſuperetur.

Chriſtus ex ſcriptura ſuauiſſimè modulatur.

Quòd ſi quis ſuauitatem huius harmoniæ, quæ ſacris literis efficitur, non ſentit, Æternum Verbum, Chriſtum Dominum, qui ex illis ſuauiſſimè moduletur, attentius meditetur: fiet proculdubio, vt iucundiſſima voluptate capiatur. Simile enim quid ſibi contigiſſe D. Petrus Damianus ſermone quodam de Chriſti Domini Natali, confitetur: *Olim*, inquit, *mihi Tullius dulceſcebat: blandiebantur carmina Poetarum: Philoſophi verbis aureis inſplendebant: & ſirenes vſque in exitium dulces, meum incantauerunt intellectum. Lex, Prophetæ, Euangelium, Epiſtolæ, & omnis gloria ſententiarum Domini mei, & ſeruorum eius, aut parua videbantur, aut nulla. Neſcio modò quid dulcius immurmurat filius Ieſſe, qui vario ſermonum, & ſententiarum concentu omnes illos, quos diligere conſueueram, ineloquentes reddit, & mutos.* En vt hæc diuina harmonia cæteris aurium illecebris præcellit.

Odorum ſuauitates è ſacris literis ſpirant.

56. *Suauiſſimus Scriptura odor. D.Ambr.*

Iam verò ſuauitas odorum, quibus odorandi ſenſus mirificè recreatur, ad ſcripturarum delicias exprimendas frequentiſſimè transfertur. *Omnis ſcriptura diuina*, inquit D. Ambr. præfatione in Pſalmos, *Dei gratiā ſpirat.* Quis ſuauior odor? Diuinum ſponſum alloquuta ſponſa: *Odor*, inquit, *vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata.* Cant 1. n. 2. Ita enim Septuaginta tranſtulerunt illum verſiculum: *Fragrantia vnguentis optimis.* Vbi cæleſtis doctrinæ odor omnium aromatum odoribus antefertur, vt D. Bern. Rupert. Orig. aliique exponunt. De hoc odore loquutus Sapiens, *Quaſi balſamum*, inquit, *non miſtum odor meus.* Eccleſiaſtici 24. n. 21. Quia, vt Interlin. exponit, *nullam habet in ſe erroris maculam, ſed puram, & ſinceram doctrinam, quæ profert odorem virtutum omnium, & ſpiritualem gratiam infundit mentibus fidelium.* (*D.Bern. Rupert. Origen.*)

57. *In Scriptura rerū omnium ſuauitas.*

Imò non cum vna tantùm re odorifera, ſed cum omnibus omnino comparatur incluſa in diuinis literis ſapientia. Cum cinnamomo, cum balſamo, cum myrrha, cum ſtorace, cum galbano, cum vngula, cum gutta, cū Libano, ac ſimilibus. His enim omnibus odoribus Æternum Verbum, *Vaporaui*, inquit, *habitationem meam*, Eccleſiaſtici 24. n. 21. hoc eſt, Eccleſiam meam. Totam enim Eccleſiam tam ſuauis ſcripturarum odor permeauit, vt quidquid vllam ſpirat ſuauitatem odoris, eam ſuffire quodammodo videatur. Quod olim ſignificauit officioſa illa pœnitentis fœminæ in Chriſtum Dominum pietas, & religio. Nam vbi vnxit pedes IESV, *domus impleta eſt ex odore vnguenti.* Ioann. 12. n. 3. In typum ſanè Euangelicæ doctrinæ, qua futurum erat, vt tota Eccleſia, imò & totus mundus repleretur.

58. *Scriptura, hortus odoriferis floribus ſpirans.*

Neque ſolùm exoticos odores, peregrinos, & aromaticos efflat ſcriptura; ſed etiam vernaculos, domeſticos, ac natiuos, vt non ſolùm veteris, ſed etiam noui Teſtamenti iucundiſſimos flores habere ſignificetur. Quare illos etiam flores, qui à ſole, & ſolo noſtro patrio nutriuntur, dicitur ſcriptura continere. Roſas; eſt enim quædam veluti *plantatio roſæ in Iericho.* Eccleſiaſtici 24. n. 18. ex quo tanquam roſario Eccleſia coronatur. Lilia; nam diuini ſponſi labia ſunt *lilia diſtillantia myrrham primam.* Cant. 5. num. 13. quia nihil aliud quàm lilia loquuntur. Denique omnia florum genera, iuxta illud Eccleſiæ deſiderium: *Fulcite me floribus.* Cant. 2. num. 5. hoc eſt, virtutibus, & exemplis, quæ in ſacrarum literarum horto continentur. Vnde ſanctæ animæ *lectulus floridus* appellatur. Cantic. 1. num. 15. quia nunquam niſi inter hos flores, hoc eſt, inter ſacros libros obdormiſcit. Imò vna illius domus, in qua dies, noctéſque moratur, diuinarum ſcripturarum hortus eſt, iuxta illud; *Quæ habitas in hortis, amici auſcultāt: fac me audire vocem tuam.* Cant. 8. n. 13. Vbi Rupert. *Quibus*, inquit, *in hortis habitat dilecta, niſi in amœnitate ſcripturarum, in delectatione virtutum, pulchrè florentium, bene olentium, ſemper virentium?* Quaſi hæc ſponſæ domus non vnus tantum faſciculus exiguus, ſed multiplex hortus florum abundantiſſimus videatur. (*Rupert.*)

59. *Scripturæ hortus, hortos Heſperidum ſuperat, & Alcinoi. D. Chryſ.*

Quantum verò ſit diſcrimen inter hunc hortum ſcripturæ, & omnes alios, etiam Heſperidum, & Alcinoi, eleganter proſequitur D. Chryſ. homil. in Eutropium in 1. tom. *Suaue quidem*, inquit, *eſt pratum & hortus; vtroque tamen ſuauius multo ſpirat diuinæ ſcripturæ lectio. Illic ſiquidem flores inuenire eſt, ſed qui tempore marceſcunt: hic autem occurrunt ſententiæ, innatiuo vigore permanentes. Illic aſpirat Fauonius: hic afflat aura Spiritus ſancti. Illic ſpina pro muro obſepium hortum: hic Dei prouidentia tutum reddit lectorem. Illic cicadæ ſtridore ſuo obſtrepunt, hic Propheta ſuaui iubilo perſonant. Illic ex ipſo aſpectu quiddam oblectationis concipitur: hic autem ex ipſa mox lectione plurimum decerpitur vtilitatis. Hortus vno quopiam circumſcribitur loco: diuinæ autem ſcripturæ nullo non loco terræ habitabilis circumferuntur. Hortus vtique pro temporum qualitate*

ſeruit neceſſitatibus: ſcriptura autem per inde hyberno, atque æſtiuo tempore perennant, comantibus vndique folijs,& fructuum pondere degrauantur, Quis non miretur in hoc horto, & vtilitatem fructuum, & amœnitatem arborum,& ſuauitatem odorum,qui è floribus effluantur?

60. *Omnes Synagoga odores in ſe tranſtulit Eccleſia.* D.Ambr.

His olim odoribus Synagogæ domus replebatur, iuxta illud , *Mandragora,*ſeu,vt aliqui vertunt, *lilia dederunt odorem in portis noſtris.* Cantic.7. num. 13. Sed poſtquam Rachel de manibus Liæ huiuſmodi mandragoras,ſeu lilia eripuit,Geneſ.30.num. 15. cenſetur planè Eccleſia hos ſcripturæ odores ad ſe ex Synagoga tranſtuliſſe. Vnde Ambroſ. ſermone 13. in Pſalm.118. per illa Iacobi veſtimenta, ex quibus *odor agri pleni* efflabatur, Geneſ.27.num. 27. diuinam ſcripturam recognoſcit , qua exuitur

B

Synagoga,& ind[...]r Eccleſia,quæ non vnius floris,ſed omnium varietates , & ſuauitates includit. En locus paſcuæ , in quo Dauid ſe à Deo collocatum fuiſſe gratulabatur, dicens: *In loco paſcuæ,ibi me collocauit.* Pſal.22.n.2. Quis enim ager paſcuus florum abundantior eſſe poteſt,quam ſcriptura?in qua cùm alij flores,tum præcipuè ille *flos campi,& lilium conuallium.* Cant.2.n.1. nempe Chriſtus Dominus, qui omnium florum odores complectitur, inuenitur. Vnde D.Ambroſ.ſerm.14.in Pſal. 118. de hoc loco paſcuæ loquutus: *Carpis,* inquit, *illic nouum florem,qui bonum odorem dedit reſurrectionis:carpis lilium, in quo ſit ſplendor æternitatis:carpis roſam,hoc eſt,Dominici corporis ſanguinem.* Vides quàm multi flores in hoc vno flore includantur?

Scriptura ager florum. D. Ambr.

C

61. Tertul. *Chriſtus flos. Scriptura odor rerum temporalium extinguit odorem.*

Optima igitur eſt illa Tertulliani admonitio lib.de corona militis,cap. 15. *Quid,*inquit,*ſibi cum flore morituro ? Habes florem ex virga Ieſſe , ſuper quem tota diuini Spiritus gratia requieuit , florẽ incorruptum, immarceſcibilem, ſempiternum.* Ferunt canes venaticos, dum leporem inſequuntur, ſi in floridum pratum incidant, ſtatim reſilire , & in veſtigio hærere, nec vlteriùs velle perſequi fugientem. Quod ſcilicet florum odore odor prædæ obruatur;& propterea hoc orbati , & illo capti , à curſu refrænantur. Haud aliter ſi quis odorem ſentiret illum, qui ex diuinis literis efflatur , ſine dubio perderet odorem rerum temporalium, quas ſectatur, & ideircò ſine mora ab illis ſectandis reſiliret in odorem illorum vnguentorum quæ ex diuinis literis decurrunt ; ſeu illorum florum, qui in diuinis literis ſuauiſſimè exhalant.

D

62. *Prædicatores Chriſti,bonus odor.*

Hoc ſcripturarum odore imbuti Euangelici prædicatores dicere poſſunt cum Apoſtolo , *Chriſti bonus odor ſumus in iis,qui ſalui fiunt,*&c. 2.Corinth. 2. num.14. quia, interprete D.Hieronymo, doctrinæ ab ſcriptura hauſtæ , longè, latèque ſpirat fragrantia. Vnde efficitur,vt huius ſuauitate odoris captus orbis , ad fidem amplectendam non trahatur inuitus,ſed ſpontaneus ſequatur. Quemadmodum vice

Scriptura odor dæmones fugat.

E

verſa , horum ſuauitate florum dæmones abiguntur. Nam ſicut venenati ſerpentes ferre non poſſunt odorem florentium vinearum , vt refert D. Bernard. ſerm.60. in Cant.ad illa verba, *Vineæ florentes dederunt odorem ſuum.* Cantic. 2. num. 13. Ita planè & dæmones nequeunt ſuſtinere ſuauiſſimos odores.qui ex floribus ſcripturarum toto orbe diffunduntur. Quod etiam D. Auguſt. lib.9.confeſſ. cap.4. mihi videtur ſignificaſſe , cùm de amico ſuo Alipio conqueritur: *Quia nugis,*inquit,*volebat redolere gymnaſiorum cedros , quas iam contriuit Dominus, quàm ſalubres herbas Eccleſiaſticas,aduerſas ſerpentibus.* Hoc eſt : quia magis delectabatur profanæ literaturæ odoribus, quàm diuinæ,cùm ab hac repellantur dæmones , ad illam aduocentur. Neque ſanè dæmones minùs diffugiunt , hoc de odore ſcripturarum perculſi , quàm olim ex fumo cordis aſſi illius piſcis, quem Tobias cepetat,diffugerunt. Tob. 6 n.8.& cap.8.n.2. Illo enim odore,quo iuſti homines ſuauiſſime reficiuntur , dæmones ſeueriſſimè torquentur.

A

63. *Scriptura flores meditatione attriti, non marceſcunt.* D.Chryſ.

Adde hos flores perpetuò vernare , nunquam extenuari hos odores. Vnde D.Chryſ hom.43. in Geneſ. Scripturarum appellat floridum quoddam pratum, varios, & omnigenos flores, id eſt, iuſtorum virtutes nobis oſtentans , quorum fragrantia perpetuò fruamur. Vnde hoc myſticum pratum illi anteponit: *Nam illic,* inquit,*manu tantùm carpimus flores, & protinus marceſcentes ſuam gratiam amittunt , hic autem non ſic;ſed quando auribus iuſtorum virtutes accipimus,& eas in ſinu mentis reponimus,per omne tempus,ſi volumus,earum ſuaueolentia frui poterimus.*

B

Vides perpetuam florum gratiam, & amœnitatem? Imò quò magis diuinæ literæ tractantur,eò ſuauiores ſentiuntur. Quod D Chryſ.homil.13.in Geneſ. rectè expendit : *Sicut,* inquit, *aromata quantò magis digitis atteruntur , tantò maiorem natura ſua fragrantiam reddunt ; ita etiam in ſcripturis vſu venit , quantò quis illas ampliùs tractare ſtuduerit , tantò magis videre poterit latentem in ipſis theſaurum , pluréſque percipere indicibilium deliciarum fructus.*

Saporum oblectamenta in ſacris literis prælibantur.

C

64. *Mellea ſcriptura dulcedo* Damaſus.

VEnio ad ſapores iucundiſſimos , quibus ſcripturarum deliciæ comparantur. *Quàm dulcia,* inquit Dauid . *faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo!* Pſal.118.n.103. Vnde Damaſus Papa in epiſt. ad Hieronymum , quæ eſt 124. inter epiſtolas D. Hieronymi: *Neque verò,*inquit, *vllam puto digniorem diſputationis noſtræ confabulationem fore , quam ſi de ſcripturis ſermocinaremur inter nos,id eſt,vt ego interrogem,tu reſpondeas ; qua vita nihil puto in hac luce iucundius , quo animæ pabulo omnia mella ſuperantur.* Nec mirum, terreſtri melli diuinas literas præferri, quas cæleſti D.Aug.comparauit lib.9.confeſſionum,c.4. dum eas dixit *de melle cæli melleas , & de Dei lumine luminoſas.* Vnde D.Chryſ homil.69.in Matth.ad finem, Monachorum delicias proſequutus,quas ex diuinis literis percipiunt: *Non,*inquit,*brutorum animalium decoctas ſibi carnes,vt alantur,aſſumunt,ſed Dei verba melle,atque fauo iucundiora* Et ſtatim,vt oſtendat huius mellis naturam terrenam non eſſe , ſed diuinam: *Hoc,* inquit,*mel non ſylueſtres è floribus apes collegerunt , nec rorem concoctum ſuis aluearibus immiſerunt;ſed ſpiritus gratia pro fauis, & aluearibus in animis ſanctorum impoſuit. Apes igitur*(Monachi)*imitantes, ſacrorum fauis librorum circumuolant,magnam inde voluptatem carpentes.* Antiquior D.Dionyſius Areopag.lib. de cæleſti Hier.c.1.monet , *vt noſter animus ſuauitatis illius, quam Deum ſitiens,atque in diuina contemplatione requieſcens,capit,ſacrarum literarum lectionem. & flagrans ſtudium arbitretur effigiem.* Quaſi illa cæleſtis dulcedo de nullo meliùs fonte , quàm de ſacrarum literarum ſtudio hauriatur: vel nulla in tabella expreſſior diuinæ ſuauitatis imago, quàm in ſacra ſcriptura adumbretur.

D.Aug.

D

D.Chryſ.

D Dion. Areop. *Scriptura diuina ſuauitatis effigies.*

E

65. *Scriptura promiſſa terra lacte , & melle manans.*

Frequentiſſimè Deus in Pentateucho pollicitus eſt Iſraëlitis terram lacte , ac melle manantem, Exod.13.n.5. Leuit.20.n.24. Num.13.n.28. Deut. 6. n. 3. & tamen Iudæa nunquam re vera dicitur terreſtri melle manaſſe. Quid ergo ? ſuam Deus promiſſionem non impleuit ? abſit , profectò abſit: ſed pro terreſtri melle liberaliter contulit cæleſte, nempe diuina eloquia melle , ac fauo dulciora. Ita ferè hanc dubitationem tollit Auctor operis imperfect.in Matth.homil.41. *Hoc,* inquit, *opus eſt*

mira

miraculorum, quoniam ſine labore dentium, & cum ſuauitate comeditur, per quod rudes in fide quaſi pueri ſuſtentantur. Mel autem eloquia, & doctrina dicuntur, ſicut ait Propheta: quam dulcia fau.ibus meis eloquia tua, ſuper mel, & fauum ori meo! Pſal. 118. n. 103. *Ergo incarnatio Chriſti promittebatur, quo lacte miraculorum, & melle doctrinæ nutriturus fuerat gentes.*

66. *Cui ſcriptura dulcis, cuncta videntur amara.* D. Gregor. Nazianz.

Quis hac ſuauitate paſtus cætera gulæ irritamenta non faſtidiat, non reſpuat? Certè D. Gregor. Nazian. orat. de ſuo in Quadrageſima ſilentio, præ hac dulcedine ſcripturæ, omnem aliam mellis dulcedinem, meram maris reputabat ſalſugineni. Nam de ſacris literis loquutus: *Quarum*, inquit, *lectio hoc mihi præſtitit, vt amaram profanorum librorum, qui antea fucata pulchritudine animam meam demulcebant, ſalſuginem expuerem.*

67. *Melleus ſcripturæ fons ſitientibus tantum dulceſcit.* D. Chryſ.

Cæterùm huius fontis dulcedinem eò maiorem quis experietur, quò magis ad eum acceſſerit ſitibundus. Dicitur olim Moyſes in deſerto Hebræos melle de petra ſaturaſſe: *De petra melle ſaturauit eos.* Pſal. 80 n. 17. Miratur tamen D. Chryſoſt. homilia 2. ad populum Antiochenum, fuiſſe hoc à Dauide ita dictum, cum ex nullo alio ſcripturæ loco habeatur, fuiſſe Hebræos melle de petra, ſed tantum aqua de petra ſaturatos. *Quid igitur*, inquit, *eſt, quod dicitur? neque enim ſcriptura mentitur.* Reſpondet tandem: *Poſtquam*, inquit, *ſitientes, & indigentia defatigati in frigidiores aquas inciderunt, ex potu voluptatem aperire volens, mel aquam appellauit; non tanquam mutata in mel natura, ſed bibentium diſpoſitione fluenta illa melle iucundiora faciente.* Quibus ſimilia repetit homil. illa; Quòd nemo læditur, niſi à ſemetipſo. Si igitur potandi cupiditas mel facit ex aqua; deſiderium planè legendi diuinas ſcripturas, melleum earum ſaporem in nectareum, ſeu diuinum commutabit.

68. *Scriptura Angelorum ferculum.* D. Aug.

Vnde non immeritò D. Auguſtin. ſerm. 38. ad fratres, in Eremo, de ſacra ſcriptura loquutus: *Hæc eſt*, inquit, *ſcientia ſcientiarum, Angelorum ferculum, Archangelorum pulmentum, Apoſtolorum gloria, Prophetarum ſpes, Patriarcharum fiducia, Martyrum corona, Virginum fortitudo, Monachorum refectio, Epiſcoporum vocatio, Sacerdotum collarium puerorum principium, viduarum doctrina, coniugatorum pulchritudo, mortuorum reſurrectio, viuentium ſempiterna protectio.* Ex quibus præconiis illa duo, *Angelorum ferculum*, &, *Archangelorum pulmentum*, quanta ſit in diuinis literis dulcedo manifeſtant; ſiquidem Angelis, & Archangelis, qui in cælo delicatiſſimè epulantur, conferunt delectamentum.

69. *Scriptura, manna voluntarium tribuens ſaporem.*

Age verò, quod conuiuium iucundius eſſe potuit, quàm illud, in quo *Panem de cælo manducauit homo*, Pſal. 77. n. 25. *omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuauitatem?* Sap. 16 num. 20. Sed non minor planè iucunditas in ſcripturæ conuiuio continetur: in quo quam quis virtutem prægustare voluerit, quam dulcedinem haurire, quem ſaporem prælibare, ſine dubio inueniet, vt egregiè obſeruat D. Aug. ſerm. 91. de Tempore: *Iſtud*, inquit, *manna* (hoc eſt, verbum Dei) *prout vult quiſque, talem ſaporem ſapit.* Et probat ex verbis Chriſti Domini ad illos duos cæcos miſericordiam implorantes: *Secundum fidem veſtram fiat vobis.* Matth. 9. num. 29. Quaſi talem verbi dulcedinem ſentire poſſent, qualem mentis diſpoſitionem afferre vellent. Vnde ſubdit: *Et tu ergo*, inquit, *ſi verbum Dei, quod in Eccleſia prædicatur, tota fide, & tota deuotione ſuſcipias, fiet tibi ipſum verbum quodcunque deſideras. Verbi gratia, ſi tribularis, conſolatur te, dicens: Cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies.* Pſal. 50. n. 19. *Si lætaris proſperè, cumulat tibi gaudia, dicens: Lætamini in Domino, & exultate iuſti.* Pſalm. 31. n. 11. *Si iracundus es, mitigat te dicens: Dominus ſanat omnes languores tuos.* Pſ. 102. n. 3. *Si paupertate conſumeris, conſolatur te, dicens: Dominus ſuſcitat de terra inopem, & de ſtercore erigit pauperem.* Pſal. 112. n. 7. *Sic ergo manna verbi Dei reddit in ore tuo ſaporem quemcumque volueris.*

D. Auguſt.

70. *Scripturæ manna non niſi meditatione tritum dulceſcit.*

Sed aduerte, ſicut manna ſuam ori dulcedinem non ingerebat, niſi molitum, & contritum, iuxta illud: *Apparuit in ſolitudine minutum, & quaſi pilo tuſum, in ſimilitudinem pruinæ ſuper terram.* Exod. 16. n. 14. ita ſcripturam diuinam ſuas omnino delicias non infundere, niſi priùs diuturna meditatione verſetur, & quodammodo comminuatur. Quod D. Ambroſius lib. 2. de Cain, & Abel, cap. 6. rectè obſeruat: *Manna*, inquit, *non otioſè tritum ac politum accipimus; eo quòd cæleſtium ſcripturarum eloquia diu terere, ac polire debemus, toto animo, & corde verſantes, vt ſuccus ille ſpiritualis cibi in omnes ſe venas animæ diffundat.*

D Ambr.

71. *Drogo. Scriptura manna ſolit meditantibus dulce.*

Et propterea Drogo Hoſtienſis Epiſcopus lib. 1. de Sacramento Dominicæ paſſionis: *Non*, inquit, *excedat tibi lex de ore cordis tui; volue, reuolue, verſa, reuerſa; & tunc intelliges, quid ſapiat manna. Eſto apis virginea: collige de floſculis Man. Habes hortum voluptatis, plenum roſis, & liliis, mira varietate depictum. Quidquid illic inuenies, ſuaue eſt, & odoriferum, Conde abundanter aluearia tuo. Et quid ampliùs dicam? Vnus idémque cibus, & api mel, & ceruo fons aquæ, & panis, qui cor hominis confirmat. Sanat ægrotum, roborat ſanatum, faciem exhilarat, omne delectamentum, & omnem ſaporem ſuauitatis habet.* Quibus verbis ſignificat, quale quis deſiderat in diuinis ſcripturis oblectamentum, imò & quale nutrimentum, & munimentum, & medicamentum, tale ſine dubio inueniet, ſi eas aſſidua cogitatione meditetur.

72. *Scripturæ manna perſcrutantibus tantùm ſuaue.*

Conſentit Auctor operis imperfect. in Matth. homil. 41. vbi docet, ſicut Hebræi diligenter inquiſierunt quidnam eſſet manna; à qua inquiſitione nomen inditum, *Manhu, quod ſignificat quid eſt hoc:* Exod. 16. num. 15. & non niſi poſt hanc inquiſitionem eius dulcedinem deguſtarunt; ita planè diuina eloquia altiùs perſcrutanda, vt eorum dulcedo, & vtilitas ſentiatur. Sicut enim nihil prodeſt cibus, ſi manducetur, & ſtatim euomatur: ita planè nihil prodeſt verbum, ſi audiatur, & ſtatim de memoria obliteretur, *Cibus*, inquit, *qui ſtomacho ſtat, ille confortat; & ſermo, qui in memoria manet, ille ſaluat.* Et ſtatim comparans hominem, qui ſcripturam meditatur, cum animalibus, quæ ruminabant, & propterea munda cenſebantur. Leuit. 11. num. 3. & eum, qui ſcripturam obliuiſcitur, cum animalibus, quæ non ruminabant, & ideò cenſebantur immunda, ibidem n. 7. vtriuſque proceſſus, & exitus declarat. Nam prior *impletur*, inquit, *ſpiritu, dilatatur ſenſibus, nutritur veritate, pingueſcit in fide; & ſic ingreditur in interiora voluntatis Dei, & manens in eis, acquirit ſibi vitam æternam.* Poſterior autem *euacuatur ſpiritu, anguſtatur ſenſibus, deficit à veritate, diſtillat à fide; & ſic egrediens ab omnibus voluntatibus Dei ad inferiora, nouiſſimè cadit in mortem.*

Scriptura munda animalia in meditatione ruminantia ſignat.

73. *Manna ſuauitas arctius ſcripturæ, nullis limitibus continetur.*

Vides quanto iure ſcriptura ſacra cum illo cæleſti pane comparetur? Sed non dubites, dignam eſſe, quæ etiam præferatur. Primò, quia ille cibus erat vnius tantùm populi: *Angelorum eſca*, inquit Sapiens, *nutriuiſti populum tuum.* Sapient. 16. num. 20. quaſi eſſet tam anguſtus, vt pluribus non ſufficeret. Erat vnius temporis. Nam prætérquàm quòd vltra illam quadragenariam peregrinationem non durauerat, adhuc anguſtiùs limitabatur, quòd neque ſeruaretur in mane, neque colligeretur

in ſabbatbo. Exod. 16. n. 19. & 23. Exiguitas enim A illius tanta erat, vt diuturnitate temporis facilè minueretur. Erat vnius loci. Nam in ſolam ſolitudinem defluxit, & quidem non quacunque illa patebat, ſed tantùm *per circuitum caſtrorum*. Exod. 16. n. 13. Neque enim ad plura loca illius epuli anguſtiæ extendi patiebantur. At verò ſcripturæ conuiuium nullis, vel gentium, vel temporum, vel locorum ſpatiis limitatur. Non gentium, quia *omni creaturæ* prædicatur. Marc. 16. n. 15. Non temporum, quia *in æternum Domine permanet verbum tuum*. Pſal. 118. n. 89. Non locorum, quia diuinorum eloquiorum ſonus *in omnem terram exiuit*. Pſal. 18. n. 5.

74. *Spiritualis manna ſuauitas in omnem terram diffuſa.*

Vides huius conuiuij amplitudinem? Aliquod profectò illius ſymbolum præceſſit in manna: B quod, vt iam diximus, non in caſtrorum medium, ſed in circuitum defluebat; vt ſignificaretur verbum Dei intra nullos, aut gentium, aut temporum, aut locorum terminos limitandum, ſed vltra omnes longè, ac latè refundendum. Quod egregiè expendens D. Cyril. Alex. lib. 3. in Ioan. cap. 34. *Euangelica*, inquit, *doctrina rutilanis, non in Hebræorum congregatione, atque Synagoga; ſed per circuitum caſtrorum, in omnibus videlicet gentibus. In omnem enim terram intellectualis mannæ gratia fuſa eſt.*

D. Cyr. Alex.

75. *Scriptura manna res omnes ſuo temperat dulcedine.*

D. Bern.

Secundò, præſtat ſcriptura illi pani Angelorum: quia hic licet omne delectamentum in ſe habuerit, illud tamen in res alias, quibus iungebatur, nuſquam dicitur refudiſſe. At verò diuinæ ſcri- C pturæ dulcedo in res omnes, quibus attemperatur, quodammodo reſtagnat. Vnde D. Bernard. ſerm. 85. in Cantica, loquutus de ſcripturarum ſapientia: *Fortè*, inquit, *ſapientia à ſapore denominatur: quòd virtuti accedens quoddam veluti condimentum ſapidam reddat, quæ per ſe inſulſa quodammodo, & aſpera ſentiebatur.* Hæc profectò ſapientia eſt illud lignum, quod Moyſes in aquas Mara proiiciens, earum amaritudinem in dulcedinem commutauit. Exod. 15. n. 25. Hæc illud ſal, quo Heliſæus peſſimas, & ſteriles aquas Iericho optimas reddidit, & fœcundas. 4. Reg. 2. n. 21. Hæc illa farinula, qua idem Propheta illam berbarum ollam, non fellis tantùm, ſed etiam ipſius mortis mœrore conditam, iucundiſſimum in ſaporem temperauit. D 4. Reg. 4. num. 41. Nihil enim adeò aridum, & auſterum eſſe poteſt, quod diuinas literas meditanti non pingueſcat, non dulceſcat.

76. *Scriptura manna ſeruatum non putreſcit, ſed dulceſcit.*

Drogo.

Tertiò, præſtat ſcriptura illi veteri Hebræorum conuiuio; quia hoc ſi diutiùs ſeruabatur, vermibus ſcatebat, & putreſcebat. Exod. 16. n. 20. At verò ſcriptura neque externam labem admittit, neque internam dulcedinem deperdit. Vnde Drogo Hoſtienſ. Epiſcopus ſuprà citatus de hoc verbi cibo loquutus: *Panis*, inquit, *Angelorum, quem manducauit homo, putreſcere neſcit; non vadit in ſeceſſum, ſed tendit in excelſum, illuc reducit hominem, vnde traxit imaginem.* Fateor nihilominùs ex D. Aug. ſerm. 91. de Tempore, ſicut manna malè retinentibus E in vermes ebullire conſueuerat, ita malè legentibus, vel audientibus ſcripturam, verbum fieri vermem: neque mirandum id eſſe, præmonet D. Aug. cùm & ipſum Verbum vermem ſe appellet, dicens: *Ego autem ſum vermis, & non homo.* Pſ. 21. n. 7. *Sicut enim*, inquit, *ipſe eſt, qui fit aliis in ruinam, aliis autem in reſurrectionem: ita & ipſe eſt, qui nunc in manna fidelibus quidem dulcedo mellis, infidelibus autem vermis efficitur.* Cauendum igitur maximè eſt, ne qua ex diuinis literis amaritudo, ſeu corruptio nobis noſtrâ culpâ, non illarum vitio oriatur.

Scriptura manna indignè ſeruantibus in vermes ebullit.

D. Aug.

77. *Scriptura dapes in noui etiam Teſtamenti conuiuiis repræſentata.*

En, vt in illo veteri Hebræorum conuiuio myſticæ ſcripturarum dapes ſignabãtur. Sed ſi nouum etiam Teſtamentum euoluas, pariter inuenies, eaſdem dapes in illis conuiuiis lautiſſimis, quibus Chriſtus Dominus interfuit, repræſentatas. Nam in illis nuptiis factis in Cana Galilææ, Ioann. 2. à num. 1. aquæ in vinum optimum commutatæ ſignificabant legem in Euangelium quodammodo transfuſam, & explicatam, vt D. Auguſt. tract. 9. in Ioann. interpretatur. Illud quinque panum conuiuium in deſerto exhibitum. Luc. 9. à n. 11. eaſdem ſcripturarum epulas repræſentabat, vt D. Ambroſ. lib. 6. in Lucam exponit. Vbi duo ad mores egregiè obſeruat. Vnum, priùs à Chriſto Domino ægros, qui ibi aderant, fuiſſe ſanatos, & poſteà conuiuio exceptos: *Conſequens*, inquit, *erat, vt quos à vulnerum dolore ſanauerat, eos alimoniis ſpiritualibus à ieiunio liberaret. Itaque nemo cibum accipit Chriſti, niſi fuerit antè ſanatus.* Alterum, illud conuiuium exhibitum fuiſſe in deſerto, non in vrbe, hoc eſt, laborantibus, non otiantibus: *Gratia*, inquit, *cæleſtis alimentum impertitur, non otioſis, non in ciuitate, quaſi in Synagoga, vel ſeculari dignitate reſidentibus, ſed inter deſerta quærentibus Chriſtum: qui enim non faſtidiunt, ipſi excipiuntur à Chriſto.*

D. Aug.

D. Ambr.

Scriptura conuiuio ſanati ſtatim, & laborantes interſunt.

78. *Scriptura conuiuio Magdalena gentilitatis typus accubuit.*

Rupert.

Illud conuiuium in quo peccatrix fœmina ſtetit ſecus pedes Domini, Luc. 7. à n. 36. dapes ſcripturarum exprimebat, ad quas deguſtandas Gentilitas ſe vltrò immiſit, vt Rupert. lib. 10. in Ioann. cap. 12. expendit: *Gentilitas enim*, inquit, *ad diuitias Iudæorum, ex quibus ſalus eſt, veniens, & ad magnum* C *ſcripturarum conuiuium iniuſſa prorumpens, quæ fuerat meretrix, id eſt, pluribus Diis, quaſi multis proſtituta viris, retro ſecus pedes Domini accubuit*, &c. Illud prandium, ad quod homo Rex inuitabat, dicens: *Ecce prandium meum paraui*, &c. Matth. 22. num. 4. illius prandij typus erat, quod de ſcripturarum ferculis exhibetur. Vnde Auctor operis imperfect. in Matth. homil. 41. *Prandium*, inquit, *eſt doctrina iuſtitia, & verba cæleſtium myſteriorum de filio Dei venturo.* Et poſt multa eleganter de hac re: *Sicut*, inquit, *regale prandium multis ciborum ſpeciebus ornatur; ita & hoc conuiuium ſcripturarum diuerſis iuſtitiarum ſpeciebus eſt decoratum.* Vbi plura de hac re grauiter, ac diſertè.

Scriptura prandium virtutibus inſtructum.

79. *Scriptura mentis, non ventris ferculum.*

D. Auguſt.

Tandem fateor, illam menſam, quam Martha D Chriſto Domino parabat. Luc. 10. à num. 38. lautis epulis inſtructam eſſe: nihilominùs cõtendo, illam aliam diuini verbi, quam Chriſtus Dominus ſorori exhibuit, epulis inſtructam eſſe lautioribus. In hac enim menſa, Maria, vt bene D. Auguſt. ſerm. 27. de verbis Domini, aduertit, *mira ſuauitate tenebatur, quæ profectò maior eſt mentis, quam ventris.* A qua ſuauitate ne pauliſper retraheretur noluit ſororis querimoniis reſpondere, vt D. Auguſtinus, ſerm. 26. præcedenti rectè obſeruat: *Maria*, inquit, *cauſam ſuam tanquam otioſa Iudici maluit committere, nec in reſpondendo voluit laborare; ſi enim pararet reſpondendi ſermonem, remitteret audiendi intenſionem.* Quaſi plus mellis in verbis Domini, quàm fellis in E verbis ſororis inueniret. Atque hæc de ſaporum oblectamentis, quæ ex diuinis literis capiuntur.

Tactus deliciæ in Spiritu ſentiuntur.

80. *Tactus deliciæ.*

TAngendi ſenſum multa ſunt, quæ mirificè recreant, ac titillant. Lenes veſtes, blandi liquores, tepentia balnea, molles lecti, temperatæ auræ, & id genus plura. His omnibus ſcripturarum deliciæ, comparantur, ne quid ex vllo honeſto delectamento illis deeſſe videatur. Lenes in primis veſtes non maiores corporibus delicias, quàm ſcripturæ mentibus impertiuntur. Teſtis ſit illa mulier fortis, quam ſuprà ex Lyrano ſcripturam eſſe diximus; quæ his veſtibus induebatur,

Scripturarũ blanda veſtes.

ſeu

ſeu potiùs ſui ſtudioſos induebat, iuxta illud: *Byſſus, & purpura indumentum eius.* Prouerb. 31. num. 22. Vbi per tenuiſſimas veſtes delicatiſſimi ſcripturarum ſenſus intelliguntur, qui multo iucundiùs animo, quàm molliſſimæ veſtes corpori blandiantur. Illæ *veſtes valde bonæ* Eſau. Geneſ. 27. n. 15. Illa *tunica polymita* Ioſeph. Gen. 37 n. 3. Illa parua tunica Samuelis, *quam faciebat ei mater ſua.* 1. Reg. 2 n. 16. Illud Ephod lineum Dauidis, quo indutus *ſaltabat totis viribus ante Dominum.* 2. Reg. 6 n. 14. Illæ veſtes byſſinæ, & hyacinthinæ Aaronis, quibus indutus ſanctuarium ingrediebatur. Exod. 28. à num. 4. Denique illa veſtimenta *iucunditatis ſuæ*, quibus ſe Iudith Holofernem iugulatura ornauit, ſeu potiùs armauit. Iudith 10. num. 3. quid aliud repræſentant, quàm delicatiſſimos ſcripturarum habitus, quibus optimi quique diuinarum literarum cultores induuntur? Phariſæi quondam, vt D. Hier in Matth. 23. teſtatur, ſuarum veſtium fimbriis acutiſſimas ſpinas illigabant, vt illarum aculeis puncti, diuinæ legis recordarentur: at verò molliſſimi diuinarum ſcripturarum habitus ſine vllis punctionibus diuinæ legis obſeruantiam inculcant.

D. Hieron.

81.

Scriptura blandi liquores, ſed viriles.

Vnguentis deinde, ac liquoribus blandiſſimis ſcripturæ comparantur, tum aliis locis ſuprà citatis, tum etiam Iſaiæ 1. n. 6. vbi dicitur in Hieruſalem eſſe *vulnus, & liuor, & plaga tumens*; quia *non eſt circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo.* Hoc eſt, quia reiecit omnia diuini verbi vnguenta, quibus curari poterat, ac ſuauiter deliniri. Contrà verò homo ille *deſcendens ab Hieruſalem in Iericho.* Luc. 10. num. 30. qui paſſus eſt ſibi à Samaritano oleum infundi in vulnus, hoc eſt, diuini verbi doctrinam in animum inſtillari, illius vnguenti, & mollitudine demulcetur, & virtute ſanatur. Sed obſerua hos liquores, quamuis blandiſſimos, & molliſſimos, tamen effœminatos non eſſe, ſed viriles. Quale fuit illud *vnguentum in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron.* Pſalm. 132. n. 2. Vbi D. Hilarius: *Barba*, inquit, *virilis ætatis ornatus eſt. Neque enim nos paruulos eſſe in Chriſto oportet, niſi ad id tantùm, quod dictum eſt: Paruuli malitia, non ſenſu.* 1. Corin. 14. n. 20. *Vnguentum hoc ergo in barbam Aaron*, id eſt, *conſummata fidei virum, deſcendit à capite, hoc eſt, à Chriſto.* Alios ſibi liquores effœminata vita aucupatur; maſculi tamen ſpiritus non niſi blandiſſimis quidem, ſed tamen ſtrenuiſſimis ſcripturarum vnguentis perfundi patiuntur.

D. Hilar.

Mundi liquores effœminati.

82.

Scriptura repentia balnea.

D. Ambr.

Sed quid de balneis? Certè D. Ambroſ. ſerm. 21. in Pſalm. 118. cum balneo comparat Dei verbum. Vt enim qui balneum ingreditur, nullas frigoris, aut caloris ſentit iniurias, ſed mira aquæ temperie recreatur: ita planè, qui diuinam ſe abdit in ſcripturam, nullam neque corpore, neque animo moleſtiam experitur, ſed incredibili cæleſtis doctrinæ blandimento perfunditur. Balneum, quod ad hominum delicias comparatum eſt, frigei æſtiuo tempore, calet hyberno. Ita planè diuinarum ſtudium literarum eos, qui ſuarum cupiditatum fornacibus exæſtuant, refrigerat, iuxta illud: *State ſuper vias, & videte, & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium animabus veſtris.* Ierem. 6. numero 16. Quaſi diceret, conſulite ſacros libros, vbi veterum Patriarcharum exempla nobis impreſſa, & conſignata relinquuntur: fiet ſine dubio, vt pro illo concupiſcentiarum incendio quo exardeſcitis, refrigerium quoddam veluti in æſtiuo balneo reperiatis. Rurſum eos, qui quodam inertiæ frigore concreti, à diuinis præceptis exequendis feriantur, fouet, & accendit. Vnde illud: *Ignitum eloquium tuum vehementer.* Pſal. 118. n. 140. Vbi Diuus Ambroſius ſermone 18. de Dei verbo loquutus: *Bonus*, inquit, *ignis, qui calefacere nouit, neſcit exurere, niſi ſola peccata. Hoc igne vrebatur rubus, & non exurebatur.* Exod. 3. num. 2. *Vrit enim ſermo diuinus, vt corrigat conſcientiam peccatoris; non exurit, vt perdat.* Felix balneum, in quo & concupiſcentiæ feruor ſopitur, & deſidiæ torpor inflammatur.

D. Ambr.

83.

Profani thori iners quietis artificium.

D. Cypr.

Clem. Alex.

Iam verò lectulus ad cubandum mollior, ad quieſcendum aptior, ad dormiendum habilior nullus eſt, quàm qui ex diuinarum literarum lectione, & meditatione comparatur. *Quoties diues*, inquit D. Cyprianus lib. 2. epiſtolarum, epiſt. 2. *vigilat in pluma.* Rectè Clemens Alexand. lib. 2. pædagogi, cap. 9. ditiſſimos, & molliſſimos thoros ad voluptatem potiùs, quàm ad neceſſitatem inuentos, appellauit *iners, & ignauum quietis artificium.* Lautiores, quàm par erat, Platonis thoros cùm aliquando Diogenes cerneret, calcauit, vt refert Laertius in eius vita. Et rectè quidem, ſi temperantiæ potiùs, quàm arrogantiæ ſtudio moueretur. Arrogantia enim erat, quæ Diogenem ad illum inanem faſtum conculcandum impellebat; vt Tertul. in Apologetico, cap. 46. teſtatur: *Ecce*, inquit, *lutulentis pedibus Diogenes ſuperbos Platonis thoros alta ſuperbia deculcat.* Aliàs æquum erat, vt ille Platonicus faſtus, & voluptuarius thorus deſpiceretur. Vnde illa Prophetæ exclamatio: *Væ qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris.* Amos 6. n. 4. Conſopiri enim in his lectis, potiùs videtur ſepeliri.

Tertul.

84.

Scriptura molles, ſed honeſti thori.

At ſcripturæ diuinæ lectulus, & honeſtiorem, & ſuauiorem conciliat voluptatem. Vnde Parœmiaſtes: *Mala*, inquit, *aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore ſuo.* Prou. 25. n. 11. Quaſi diceret D. Hier. interprete: ille, qui de diuinis loquitur ſcripturis, quoſdam ſuis auditoribus lectulos propouit, & materia ipſa diuites, nempe argenteos, propter literalium ſenſuum candorem; & arte ipſa fabrefactos nempe malis aureis circumdatos, propter ſpiritualium ſenſuum fulgorem, in quibus molliter cubent, & requieſcant.

85.

Scriptura lenes, & temperata auræ.

Tandem nulla alia ex plaga clementiores auræ, quàm ex diuinis literis perflant, & legentium, audientiúmque ſenſibus blandiuntur. Cùm Iob diuina eloquia auſcultaret: *Vocem*, inquit, *quaſi auræ lenis audiui.* Iob. 4. n. 16. Non enim diuina verba duriter verberant, ſed moliter afflant. Deum Heliæ non indicauit *ſpiritus* ille *grandis, & fortis ſubuertens montes, & conterens petras*: ſed potiùs ille *ſibilus auræ tenuis.* 3. Reg 19 n. 11. & 12. quem in foramine petræ auſcultauit. Quia non vana Philoſophiæ ſcientia ſuperbè inflans, ſed ſacræ ſcripturæ doctrina humiliter ſonans Deum mundo manifeſtauit.

86.

Scriptura doctrina non argumentorum turbine, ſed Spiritus ſancti Fauonio comparatur.

Profanarum artium merces quaſi per turbines, & procellas argumentorum in philoſophicis gymnaſiis debacchantes acquiruntur. At verò ſcripturarum doctrina per tenuem de cælo auram, & ſuauem diuini Spiritus afflatum in legentium, ac meditantium animas illabitur, & inſinuatur. Quò fortaſſe poteſt illud Dauidicum detorqueri: *Et ſtatuit procellam eius in auram.* Pſal. 106 n. 29. Quaſi illa tempeſtas concertationum, quæ in humana Philoſophia acquirenda ſæuiebat, ſedaretur, & verteretur in placidam quandam diuini Spiritus leniter afflantis ſerenitatem, qua diuinarum ſcripturarum notitia comparatur.

Huc pertinet illud eiuſdem Pſalmi: *Dixit, & ſtetit ſpiritus procellæ.* num. 5. & paulò pòſt: *Et omnis ſapientia eorum deuorata eſt.* n. 27. Deo enim nos per ſcripturam alloquente, neceſſe eſt, vt illa omnis veluti procella Philoſophorum inani loquacitate

perſtrepentium [illegible]. Quis non videt illam benignam [illegible] ſæuis turbinibus præferendam? Idcirco E[illegible] precabunda exclamabat: *Surge Aquilo, & veni Auſter, perfla hortum meum, & fluant aromata illius.* Cant. 4 n. 16. Quaſi diceret: Turbulentus ille humanæ ſapientiæ flatus, ſiue faſtus, quo perflante, & tumultuante omnia pietatis germina exareſcunt, procul faceſſat; & lenis ille diuinæ ſcripturæ ſpiritus, quo fauente, & indulgente omnes virtutum propagines feliciter nutriuntur, tandem noſtris animis blandiatur.

87. *Scriptura delicia ſentiri poſſunt, non exprimi.* Ad hæc, ſentiri poſſunt plures aliæ ſcripturarum deliciæ, exprimi non poſſunt. Vnde Eliphaz Themanites: *Suſcipe*, inquit, *ex ore illius legem, & pone ſermones eius in corde tuo.* Iob 22. n. 22. Et ſtatim: *Tunc ſuper omnipotentem deliciis afflues.* Ibid. n. 26. Vbi D. Greg. lib. 16. cap. 10 *Super omnipotentem*, inquit, *deliciis affluere, eſt, in amore illius ſcriptura ſacra epulis ſatiari. In cuius nimirum verbis tot delicias inuenimus, quot ad profectum noſtrum intelligentiæ diuerſitates accipimus: vt modò nuda nos paſcat hiſtoria, modò ſub textu literæ velata medullitus nos reficiat moralis allegoria; modò ad altiora ſuſpendat contemplatio, in præſentis vitæ tenebris iam de lumine æternitatis intermicans.* Ex quibus tandem verbis colliges ſcripturam eſſe veluti quandam facem de æternitatis lumine accenſam, quæ non ſolùm nobis ad cæleſtes delicias præluceat: ſed eaſdem nobis prægustandas etiam in hoc ſæculo proponat.

D.Greg.

88. *Māna vnius tantum ſcriptura omnium ſenſuum continet ſuauitatem.* Ex his patet deliciarum vbertas, quæ in diuinis literis continetur. Vt nihil iam deliciuſum cibus ille Angelorum in deſerto præſtitus ſapere videatur, ſi cum ſcripturæ deliciis comparetur. Nam manna omnes quidem delicias, non tamen omnium ſenſuum, ſed vnius tantùm, continebat, iuxta illud: *Angelorum eſca nutriuiſti populum tuum, & paratum panem de cælo præſtitiſti illi ſine labore, omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuauitatem* Sap. 16. num. 20. At verò ſcriptura omnes omnium ſenſuum voluptates, excluſis earũ imperfectionibus, includit. Quod optimè confirmat D. Hier. in epiſt. 55. ad Paulam Vrbicam de interpretatione Alphabeti Hebraici. Vbi poſtquam multa de diuinæ ſcripturæ myſteriis diſſeruit: *Quid*, inquit, *hac voluptate iucundius? Qui cibi, quæ mella ſunt dulciora, quam Dei ſcire prudentiam, & in abdita eius intrare, & ſenſum creatoris inſpicere, & ſermones Domini Dei tui, qui ab huius mundi ſapientibus deridentur, plenos docere ſapientia ſpirituali? Habeant ſibi cæteri, ſi velint, ſuas opes, gemmis bibãt, ſerico niteant, plauſu populi delectentur, & per varias voluptates ſuas diuitias vincere nequeant. Noſtræ deliciæ ſint in lege Domini meditari die ac nocte, pulſare ianuam non patentem, panes Trinitatis accipere, & ſeculi fluctus Domino præeunte calcare.* Hæc D. Hier. Et nos hactenus de diuinarum literarum commendatione. Sequitur, vt de commendatione ſacræ hiſtoriæ diſſeramus.

D.Hier.

ANNOTATIO II.

PROOEMIALIS.

LAVS SACRÆ HISTORIÆ.

1. *Tribus encomiis ſacra hiſtoria commendatur.* PRIMVM oſtendam quid ſit ſacra hiſtoria, ſeu quinam libri diuinarum literarum hiſtorici appellentur. Deinde ſacram hiſtoriam à tribus tantùm encomiis, quæ illam maximè commendant, breuiter illuſtrabo, nimirum ab antiquitate, veritate, ac neceſſitate. Nam ſi hiſtoria neceſſaria non ſit, quorſum legatur? Si non ſit vera, ne errores ſeminet, digna planè eſt, quæ oblitteretur. Si tandem non ſit antiqua, cùm ignota non contineat, vileſcet. At verò ſi antiqua, vera, ac neceſſaria ſit, neceſſe omnino erit, vt ab omnibus magno in pretio habeatur.

SECTIO I.

Quænam ſit ſacra hiſtoria.

VEtus Teſtamentum, vt nihil interim de nouo dicam, multifariam Hebræi, Patres, ac Theologi partiuntur. Nam Hebræi in duos, & viginti libros, quot ſunt Hebraici Alphabeti elementa, diuidunt, vt teſtatur Ioſephus lib. [illegible] Antiquitatum. D. Hier. in prologo Galeato. D. Greg. Nazianz. in carmine de veris, & germanis ſcripturæ libris. D. Ioan. Damaſc. lib. 4. de fide cap. 18. Euſebius Cæſar lib. 3 Hiſtoriæ Eccl. cap. 9. D. Iſidor. lib. 6. Origin. initio. Rabanus Maurus lib. 3. de inſtitutione Clericorum, cap. 7. & plures alij. 2. *Vetus Teſtamentum in 22 libros diuidunt Hebræi.* Ioſeph. D Hier. D Gregor. Nazianz. D Damaſc. Euſeb. D. Iſidor. Raban.

Cur autem hos libros alphabeticis elementis annumerarint, illa ratio eſſe poteſt quam D. Hier. citatus inculcat: vt quemadmodum ab elementis literariis vita humana ducitur; ita & à ſacris libris Chriſtiana infantia auſpicetur. *Quomodo*, inquit, *viginti duo elementa ſunt, per quæ ſcribimus Hebraicè omne, quod loquimur, & eorum initiis vox humana comprehenditur: ita viginti duo volumina ſupputantur, quibus quaſi literis & exordiis in Dei doctrina tenera adhuc, & lactens viri iuſti eruditur infantia.* 3. D.Hier. *Chriſtiana vita à ſacris libris, vt ab elementis literariis auſpicanda.*

Tandem rationem reddit D. Amb. cur illi duo, & viginti carminum octonarij, quibus Pſalmus centeſimus decimus octauus comprehenditur, Hebraici Alphabeti elementis ſeriatim prænotentur. Nam in prologo ſermonũ, quos edidi in eum Pſalmum: *Quem*, inquit, *David per ſingulas Hebræorum digeſſit literas, vt quemadmodum paruulorum ingenia primis literarum elementis aſſueſcunt diſcendi vſum aſſumere; ita & nos huiuſmodi elementis ſum diſcamus viuendi.* Idem myſterium videre eſt in plurimis aliis Pſalmis, quales ſunt 24. 33. 36. 110. 111 & 144 quorum ſingulis verſibus ſingula elementa Hebraica præfiguntur. Nam vt benè D Ambr. ſerm. 14 in Pſalm. 118. loquutus de eodem Pſalmo (& idem iudicium ferret de ſimilibus) *Intelligimus*, inquit *per literas Hebræorum Pſalmum hunc eſſe digeſtum, vt homo noſter tanquam paruulus, & ab infantia per literarum elementa formatus, quibus ætas puerilis aſſueuit, vſque ad maturitatem virtutis excreſcat.* Itaque ſacri libri alphabeticis elementis comparantur, non quòd doctrinam contineant tantummodò puerilem, cùm in illis longè maximi diuinæ ſapientiæ theſauri includantur: ſed quòd ſicut elementa literaria iam inde à prima pueritia atteruntur manibus, & addiſcuntur; ita æquum eſt, vt ſacri libri à primo Chriſtianæ religionis ingreſſu euoluantur, & lectitentur. 4. D.Ambr. D Ambr.

Cæterum hos duos, & viginti libros in tres ordines congerunt Hebræi, in Legales, Prophetales, & Hagiographa, id eſt, ſancta, ſiue ſanctorum ſcripta. In primo ordine conſtituunt quinque libros Moyſis, quos תורה *Thora*, id eſt, *legem* appellant. In ſecundo octo libros Prophetarum, Primum, Ioſue: ſecundum, librum Iudicum, & Ruth: tertium, vtrumque Samuelis: quartum, vtrumque Regum: quintum, Iſaiam: ſextum, Ieremiam: ſeptimũ, Ezechielem: octauum, libros duodecim Prophetarum, quos minores appellamus. 5. *In tres ordines ſacri libri ab Hebræis congeruntur.*

In

In tertio nouem libros. Primum, Iobi: ſecundum, Dauidis: tertium, Prouerbia: quartum, Eccleſiaſten: quintum, Cantica Canticorum: ſextum, Danielem: ſeptimum, vtrumque Paralipomenon: octauum, vtrumque Eſdræ: nonum, Eſther. Quorum omnium ſumma duos, & viginti libros conſtituit. Quamuis aliqui librum Ruth a libro Iudicum, & librum Threnorum à libro Ieremiæ conuellant, & Hagiographis adſcribant; ac proinde quatuor, & viginti libros veteris Teſtamenti conficiant, quos dicunt per illos viginti quatuor ſeniores, adorantes Agnũ, & coronas ſuas ante thronum proiicientes, Apoc. 4. n. 10. adumbratos. Verùm in hac partitione, neq; hiſtoriales aliqui deſignantur, neque omnes canonici recenſentur.

6.
Scriptura diuiſio à D. Dion. & Damaſc. non approbatur.
D. Dion. Areopag.
D. Damaſc.

Ex Patribus igitur, ac Theologis, aliter alij diuiſerunt. Nam in primis D. Dion. Areop. lib. de Eccleſ. Hierarch. cap. 3. Scripturam diuidit immediatè in ſingulos libros nullis eos nominibus prænotando, ſed propriis ſingulos argumentis diſtinguendo. Quæ non tam artificioſa diuiſio, quam vulgaris quædam librorum enumeratio videatur. D. Ioannes Damaſcenus lib. 4. de fide, cap. 18. totum vetus Teſtamentum diuidit in quatuor Pentateuchos, id eſt, quinarios, & vnum binarium. In primo Pentateucho conſtituit illos quinque libros legales. In ſecundo conſtituit Hagiographa. Primum, Ioſue: ſecundum, Iudices, cum Ruth: tertium, vtrumque Samuelis: quartum, vtrumque Regum: quintum, vtrumque Paralipomenon. In tertio libros carmine ſcriptos. Primum, Iobum: ſecundum Dauidem: tertium, Prouerbia: quartum, Eccleſiaſten: quintum, Cantica Canticorum. In quarto libros Prophetales. Primum, librum duodecim Prophetarum: ſecundum, Iſaiam: tertium Ieremiam: quartum, Ezechielem: quintum, Danielem. In illo tandem binario duos reponit; nimirum Eſdram, & Eſther. *Liber autem Sapientiæ, & Eccleſiaſtici*, inquit D. Damaſcenus, *ſtudioſi quidem, pulchrique, & honeſti, ſed non numerantur in Propheticis libris, neque ponebantur in Arca.* Quibus verbis ſignificat illos alios, quos in illos quatuor Pentateuchos, & in illum binarium digeſſerat, à Iudæis in Arca reuerentiæ cauſa ſeruari ſolitos.

Lyran.
Qua reuerentia ſacris libris habenda.

Nec mirum; nam, vt refert Lyranus in cap. 4. Lucæ, & ex illo Gregorius Edegus in œconomia Bibliorum lib. 1. tabula 39. tanta olim apud Iudæos ſacris libris reuerentia habita eſt, vt iuxta illos nullo modo ſederent, ſed in altum ſupra ſe ponerent, ne a quouis indigniùs tractarentur, iuxta illud Moyſis præceptum: *Tollite librum iſtum, & ponite illum in latere Arcæ fœderis Domini Dei noſtri.* Deut. 31. n. 26. Sed neq; in hac partitione hiſtoriales libri nominantur; neque omnes, qui à Concil. Trid. ſeſſ. 4. in canonem recipiuntur, continentur.

7.
D. Auguſt.
Aug. diuiſio non admittitur.

D. Aug. lib. 2. de doctrina Chriſtiana, c. 8. Teſtamentum vetus diuidit in hiſtoriam, & prophetiã. Hiſtoriam quidem, alteram continuam, perpetua temporum ſerie cohærentem, in qua libros legis, Ioſue, Iudices, Ruth, Regum quatuor, Paralipomenon duos conſtituit: alteram diſcretam, diuerſorum temporum res geſtas includentem, in qua reponit librum Iob, Tobiæ, Eſther, Iudith, Machabæorum duos, Eſdræ duos. *Qui magis*, inquit, *ſubſequi videntur ordinatam illam hiſtoriam, vſque ad Regnorum, vel Paralipomenon terminatam.* Prophetiam verò, alteram quidem eorum, qui propriè Prophetæ appellantur: alteram eorum, qui non ſignificantur hoc nomine. In hac Pſalterium, Prouerbia, Cantica Canticorum, Eccleſiaſten, Sapientiam, Eccleſiaſticũ conſtituit: in illa quatuor Prophetas maiores, & duodecim minores. In qua diuiſione, & omnes canonici libri recenſentur, & hiſtoriales ſeorſim commemorantur. Sed quia hiſtoriæ, & prophetiæ nomen paulò fuſiùs extendit: nam neq; omnes libri legales propriam hiſtoriam includunt, vt videre eſt in Leuitico, qui non tam res geſtas enarrat, quam ſacrificandi ritus, ac ceremonias inculcat: neque omnes libri ſapientiales propriam prophetiam continent, vt videre eſt in Prouerbiis, in quibus non tam prædictiones traduntur, quam præceptiones quædam inculcantur; idcircò Theologi communiter alias ſtatuunt claſſes, in quas libros canonicos partiantur.

8.
Veteris Teſtamẽti germana diuiſio.

Diuidunt igitur Theologi libros Canonicos in Legales, Hiſtoriales, Sapientiales, & Prophetales. In primo ordine Moyſis Pentateuchum conſtituunt. In ſecundo librum Ioſue, Iudicum, Ruth, quatuor Regum, duos Paralipomenon, duos Eſdræ, Tobiæ, Iudith, Eſther, Iob, duos Machabæorum. In tertio Pſalterium, Prouerbia, Cantica Canticorum, Eccleſiaſten, Sapientiam, Eccleſiaſticum. In quarto Iſaiam, Ieremiam, Baruch, Ezechielem, Danielem, duodecim Prophetas minores. Atque in totidem ordine libros noui Teſtamenti partiuntur. In Legales, in quibus quatuor Euangelia reponunt. Hiſtoriales, in quibus Acta Apoſtolorum conſtituunt. Sapientiales, in quibus quatuordecim epiſtolas Pauli, & ſeptem Canonicas enumerant. Prophetales, in quibus Ioannis Apocalypſim recenſent. Atque in his libris totus ſacrorum librorum canon continetur.

Vera noui Teſtamenti partitio.

9.
Quinam libri ſacram hiſtoriam complectantur.

Ex quibus patet, quinam libri ſacram hiſtoriam complectantur. Illi ſcilicet, quos in 2. ordine doctores ſcholaſtici reponunt. Non negamus tamen hiſtoriam preſsè, ac propriè dictam etiam in aliis libris reperiri. Nam in 1. ordine totus liber Geneſis hiſtoricus eſt: liber Exodi, Numerorum, Deuteronomij, magna ex parte res geſtas enarrat. Imò & in Leuitico multiplex hiſtoria continetur. Nam conſecratio Aaronis cap. 9. à num. 4. Incendium Nadab & Abiu cap. 10. à n. 1. Peccatum & ſupplicium filij Ægyptij contendentis cũ viro Iſraëlita, cap. 24. à num. 10. & ſi qua ſunt id genus alia, plana hiſtoricum in modicum deſcribuntur. In 3. ordine liber Sapientiæ multas ante diluuium, & poſt diluuium hiſtorias, multas in Ægypto, & in deſerto res geſtas enarrat; vt videre eſt à cap. 10. vſque ad finem libri. Liber Eccleſiaſtici à cap. 44. vſque ad 50. in veterum Patriarcharum, & Heroum rebus geſtis penè hiſtoricus, latiſſimè ſpatiatur. Iam verò in 4. ordine Iſaias à c. 36. Ieroſolymæ obſidionem tempore Regis Ezechiæ more hiſtorico deſcribit. Ieremias ſuam in lacum incluſionem cap. 38. à num. 4. miſeram Ieroſolymæ euerſionem cap. 39. num. 1. & id genus plura hiſtoricè enarrat. Daniel in rebus Nabuchodonoſoris, & Darij, & Suſannæ, ac ſuis denique hiſtoricè enarrandis commoratur. Ionas totus eſt in ſua fuga, & naufragio, in ſua prædicatione, & Niniues conuerſione, hiſtorico planè ſchemate deſcribendis. Et ſic de aliis. Sacra igitur hiſtoria non ſolùm in illo 2. ordine, quem illi Theologi præſcribunt, incluſa continetur: ſed etiam ad reliquos omnes, qui aliis libris aſſignantur, feliciter euagatur. Quare illa tria eius encomia, quæ promiſimus, aggrediamur.

SECTIO II.

Sacræ hiſtoriæ antiquitas.

Sacra hiſtoria, & cum profanis literis, & cum aliis libris ſacris conferri poteſt: ſed cum vtriſ- 1.

3. Hiſtoria antiquitatũ cum aliis libris comparatur.

vis compares, ſine dubio antiquior præcedit. Quod non erit difficile probatu: ſed ne hæc probatio videatur inutilis, priùs oſtendam, quanta ſit in qualibet doctrina antiquitatis commendatio.

Antiquitas doctrinæ commendata.

Antiqua doctrina diu oppugnari potuit, non expugnari.

2. CVm antiqua doctrina commendatur, illa intelligitur, quæ diu oppugnari potuit, nunquam expugnari. Doctrinam enim natam priſcis ſeculis, & ſequentibus tandem expugnatam, quis commendet? Alioqui commendabit cum Platone, ideas ſeparatas; cum Pythagora, animorum palingeneſiam; cum Auerroë, intellectum omnibus communem; cum Heraclito, continuam rerum omnium motionem; cum Nicæa, & Ariſtarcho, perpetuam ſphærarum cæleſtium quietem; cum Parmenide, & Meliſſo, omnia eſſe vnum; cum Leucippo, Democrito, Epicuro, Metrodoro, Anaxagora, totam hanc mundi vniuerſitatem ex quibuſdam atomis temerè huc, illuc curſitantibus, mirabiliter coaluiſſe; ac denique alia cũ aliis portenta in vaſtiſſimis antiquitatis ſpinetis nata, & nutrita: quæ tamen poſtea conſequentes Philoſophi, tanquàm meliores veritatis indagatores, ſeu veriatores iugularunt. Non igitur omnis antiqua doctrina commendatur; ſed illa, quæ quondam nata, & nunc minimè expugnata perſeuerat. Dices: hæc commendatio non tam ab ipſa antiquitate, quàm ab inconcuſſa veritate deſumitur. Fateor; nihilominus illa inconcuſſa veritas ab ipſa antiquitate colligitur. Nam ſi doctrina vno tantùm, vel altero die oppugnata, incolumis ſtaret, infirmum adhuc haberet ſuæ ſoliditatis argumentum. Si tamen longa annorum ſerie acriter concuſſa, nihilominus permaneret, inconcuſſam planè auctoritatem habere probaretur. Optimum igitur commendandæ doctrinæ argumentum eſt antiquitas. Vnde antiqua ſapientia frequentiſſimè laudatur, vt paucis illuſtrabo.

Firmam doctrinæ veritatem indicat antiquitas.

Ex ſacris literis doctrinæ antiquitas commendatur.

3. Multa ſunt, & in ſacris literis, & in Patribus teſtimonia, quibus antiquitas in doctrina cõmendetur. In ſacris quidem literis: *Sapientiam omnium antiquorum exquiret ſapiens.* Eccleſiaſt. 39. n. 1. Antiquorum dicit, non recentiorum: hæc enim vana eſt, illa germana. *Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui.* Prouerb. 22. n. 28. Ab antiqua enim doctrina reſilire, eſt aberrare. *Interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea,* Ierem. 6. n. 16. Quaſi extra ſemitas antiquas, nulla bona ſit, quæ arripiatur. *Plurimi pertranſibunt, & multiplex erit ſcientia.* Daniel. 12. n. 4. Non enim multiplex ſcientia acquiritur, niſi multi temporis diuturnitate inquiratur. *In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia.* Iob. 12. num. 12. Hæc ſanè propria eſt ſapientiæ ſedes, & ſchola, antiquitas.

4. Hanc ſcholam Dauid antelucanus auditor frequentabat: *Anticipauerunt,* inquit, *vigilias oculi mei: cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui.* Pſ. 76. n. 5. & 6. Non deſidioſus in ea, ſed curioſus morabatur. *Memor fui dierum antiquorum, meditatus ſum in omnibus operibus tuis.* Pſalm. 142. n. 5 Ad hoc antiquitatis gymnaſium ſuos Ioannes diſcipulos vocabat. *Chariſſimi,* inquit, *non mandatum nouum ſcribo vobis, ſed mandatum vetus, quod habuiſtis ab initio. Mandatum vetus eſt verbum, quod audiſtis.* 1. Ioan. 2. n. 7. D. Paulus non ſolùm ad hanc antiquitatis palæſtram ſuum diſcipulum inuitabat, ſed etiam ab illa nouitatis exterrebat. *O Timothee,* inquit, *depoſitum cuſtodi, deuitans profanas vocum nouitates.* 1. Timoth. 6. num. 20. ſeu, vt Theoph. & Oecumen. è

Doctrinæ nouitas, vanitas, & inanitas.
Theoph.
Oecumen.

Græco eliciunt, *vanitates, & inanitates.* Sunt enim ſine dubio veritatis antagoniſtæ, qui nouitates aucupantur.

5. Malè audiunt in ſacris literis illi tres Iobi amici, quia illorum tot penè fuerunt nouitates, quot voces, ſi D. Gregor. Nazianz. D. Thomæ, ac Lyrano aſſentiamur. Peiùs audire debent Philoſophi Athenienſes, qui *ad nihil aliud vacabant, niſi aut dicere, aut audire aliquid noui.* Act. 17. n. 21. Vnde cùm Paulus *nouorum dæmoniorum annunciator eſſe diceretur,* ſeu, vt Lyranus interpretatur, nouarum ſcientiarum prædicator; ſiſtitur ad Areopagum, non vt illi ſupplicia irrogentur (quod notat D. Chryſoſtom.) ſed vt ex eo nouitates addiſcantur. Quid inanius, & inconſultius? Meritò vt in Solonem Athenis floreſcentem exclamet ille ſenex Ægyptius apud Clementem Alex. lib. 1. Stromat. in fine, & apud D. Cyrillum Alex. lib. 1. contra Iulianum, & apud Iuſtinum Martyrem oratione contra Græcos, & plures alios. *O Solon, Solon, vos Græci ſemper eſtis pueri: nulla apud vos cana diſciplina: nullam penitus in animis antiquam habentes opinionem. Ex Græcis autem nullus eſt ſenex.* Quaſi nihil indignius Philoſopho indicaret, quàm, vt contempta antiquitate, nouitati ſtuderet. Quare & Chriſtus Dominus nouam laturus legem, ab antiqua ſe non diſcrepare ſignificauit, dicens: *Non veni ſoluere legem, ſed adimplere.* Matth. 5. n. 17. Vbi rectè Iſidor. Clarius: *Vide,* inquit, *quam ſit metuenda ſuſpicio nouitatum; daturus celſiores leges, quæ noua viderentur, docet eas non aduerſari legi eorum.* Nec immeritò; nam vt bene Clem. Alex. lib. 1. pædagogi n. 7. *Nouum,* inquit, *Teſtamentum veteri literæ impreſſum erat.* Quaſi hæc inter ſe nouitas, & antiquitas minimè diſcordarent. Tertullianus verò lib. 4. in Marc. cap. 21. comparans illa veterum Patriarcharum miracula cum miraculis nouis Chriſti Domini, exclamat: *O Chriſtum, & in nouis veterem!* quaſi illa nouitas fidem non faceret, niſi in ipſa antiquitate radicaretur.

Periculoſa nouitas, & ſpiritus.
D. Greg. Naz.
D. Thom.
Lyran.
D. Chryſ.
Clem. Alex.
Cyrill. Alex.
Iuſt. Mart.
Legis antiquitatem Chriſtus obſeruauit.
Iſid. Clar.
Clem. Alex.
Noui teſtamenti cum veteri conformitas.
Tert.

Iam verò Patres ſicut veterem, ac ſolidam doctrinam ſummopere commendant, in nouam, ac recentem acerrimè inſectantur. Prodeat in lucem omnium antiquiſſimus Philo Alexandrinus, Apoſtolorum ſynchronus, & cum D. Petro amicitia coniunctus, vt refert D. Hieronymus in Catalogo ſcriptorum Eccleſiaſticorum. Hic enim in libro de ſacrificiis Abel, & Cain, expendens illud Dei ad Moyſem: *Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenibus Iſrael, quos tu noſti, quòd ſenes populi ſint.* Num. 11. n. 16. duo inquirit. Vnum, cur hæc ſeniorũ probatio Moyſi committatur. Cui difficultati reſpõdens: *Quorum,* inquit, *probatio amico Dei Moyſi committitur, quòd hic nihil iuuenile admitteret, ſeniora, & ſummo honore digna dogmata amare ſolitus.* Quaſi acerrimum iudicium ad magiſtratus eligendos, ac probandos neceſſarium, non in nouitatis, ſed in antiquitatis amatoribus reperiatur. Alterum, quinam ſint illi ſenes, cognitæ, ſpectatæq; apud Moyſem ſenectutis. Et planè ſentire videtur, non eſſe annis graues, ſed moribus præmaturos, & antiquarum notitia opinionum eruditos. *Prodeſt enim,* inquit, *ſi non ad parandam perfectam virtutem, certè ad curam Reip. noſſe opiniones priſcas, & Ogygias; auditéque antiquitatis pulcherrima facinora, quæ hiſtorici, & omne genus Poetarum prodiderunt ætati ſuæ ad poſteritatis memoriam.* Quaſi ſenectutem non attingant, licèt annis prægrauentur, qui nouis tantum, & non antiquis opinionibus imbuantur. Et in eandem ſententiã myſticè interpretatur illud: *Comedetis vetuſtiſſima veterum,* Leuit. 26. n. 1 . Hoc eſt, antiquiſſimas opiniones, proindéque certiſſimas, arripietis.

Doctrina antiquitas ex Patribus cõmendatur, nouitas improbatur.
Phil. Alex.

Quaſi,

Quaſi, inquit, *eana propter tempus diſciplina recuſande non ſint, dum & ſcriptis ſapientum damus operam, & narrationibus priſcarum rerum, ſententiarúmque libenter interſumus, & ſcitari non grauamur de ſuperioribus ætatibus; quando nihil ignorare, eſt res iucundiſſima.* Ex quibus conſtat, quanta ſit apud Philonem veteris doctrinæ, antiquarúmque opinionum commendatio.

7. Tert. Ouid. Tertul. verò in Apolog. cap. 6. ſequutus fortaſſe illud poëticum:

Laudamus veteres, ſed noſtris viuimus annis;

Ethnicos inſectatur, qui cum antiquos, & honeſtos mores venerarentur, recentes, ac deprauatos ſequebantur: *Habitu*, inquit, *victu, inſtructu, ſenſu, ipſo denique ſermone, proauis renunciaſtis. Laudatis ſemper antiquitatem, & nouè de die viuitis.* Quid indignius, quàm antiquitati virtutum altrici renunciare; nouitati bonorum morum corruptrici ſtudere? D Aug. D. Auguſt. opuſcul. de vtilitate credendi, cap. 1. hæreticum ſic definit: *Qui alicuius temporalis commodi, & maximè gloriæ, principatúſque ſui gratia nouas opiniones, vel gignit, vel ſequitur.* Et lib. 3. contra Iulianum, cap. 3. *Mira*, inquit, *ſunt, quæ dicitis; noua ſunt, quæ dicitis; falſa ſunt, quæ dicitis: mira ſtupemus, noua cauemus, falſa conuincimus.* Quaſi noua doctrina non ſolùm ſtuporem ingerat, ſed errorem, niſi cautè amputetur, & reſcindatur. D Bern. *Nouitatem infauſta vitiorum proles comitatur.* D. Bern. epiſt. 174. *Nouitas*, inquit, *mater temeritatis, ſoror ſuperſtitionis, filia leuitatis.* Proh infauſtam cognationem! in qua nouitas ex mala parente genita, peiorem filiam genitura, peſſimæ ſorori congenita memoratur. D. Gre. Naz. D. Gregor. Nazianz. in carmine Nicobuli.

Pluráque canities nouit, quàm læta iuuentus.

Cretenſ. Vbi Cretenſis eius interpres: *Valeant*, inquit, *nouitates, partim ex inſcitia, partim ex intoleranda arrogantia natæ.* Tam infelix prolès, nouitas, ex quibus, niſi infeliciſſimis parentibus, inſcitia, & arrogantia naſceretur?

8. D. Cyrill. Alex. *Nouitas hæreſum mater.* D. Cyrillus Alexand. lib 1. de Trinitate, docet eos, qui in nouas opiniones diſcedunt, incurrere in morbos curatu difficillimos. Orig. Origenes tract. 21. in Matth. tradit certam regulam dignoſcendi opiniones hæreticas à Catholicis; nempe illas, quæ nouæ ſunt, & extra canonizatas ſcripturas, vt loquitur, hæreticas habendas eſſe: quæ verò ſunt antiquis ſcripturis conformes, pro Catholicis reputandas. Tert. Tertullianus de noua doctrina, temeréque inuenta ſine dubio loquitur, cùm eam ſignificat eſſe hæreſum inprimis ornatricem. Nam lib de præſcriptionibus: *Ipſæ*, inquit, *hæreſes à Philoſophia ſubornantur.* Deinde etiam gubernatricem hæreſum appellat, cùm lib. aduerſus Hermogenem, cap. 8. *Hæreticorum*, inquit, *Patriarchæ, Philoſophi.* Et ſimiliter lib. 2. de anima, cap. 3. *Nihil*, inquit, *omnino cum Philoſophis, Patriarchis, vt ita dixerim, hæreticorum.* Tandem genitricem, & altricem hæreſum non obſcurè inſinuat lib. 1. contra Marcionem, cap. 13. vbi de Philoſophis vanis, ac nouatoribus loquutus: *De quorum*, inquit, *ingeniis omnis hæreſis animatur.* Et rurſus lib. de anima, c. 23. *Doleo*, inquit, *bona fide Platonem omnium hæreticorum condimentarium factum.* Quaſi Plato philoſophica documenta inculcando, quædam veluti nutrimenta, ſeu condimenta hæreſum inculcaſſe videretur. Quatenus inde eruebatur occaſio nouam in mundo doctrinam ſeminandi, ex qua vberrimæ D. Iren. ſegetes hæreſum naſcerentur. D. Irenæus lib. 1. cap. 18. in hæreticos inuehitur: *Quorum*, inquit,

A *qui recentiores agnoſcuntur, affectant per ſingulos dies nouum aliquid adinuenire, & fructificare, quod nunquam quiſquam excogitauit.* Optimè obſeruauit Cardinal. Baron. tom. 2. annal. anno 74. proprium Baron. eſſe hæreticorum, vt nouos quidem ſupponerent commentarios, ſed antiquos ſimularent, ſeu pro antiquis venditarent: arbitrati, non eſſe habendos pro veris, niſi haberentur pro antiquis.

Sed quid moror Vincentium Lirinenſem, cuius proprium eſt totum hoc argumentum? is enim in primo commonitorio aduerſus profanas nouitates, cap. 6. *Cùm*, inquit, *profana Arrianorum nouitas, velut quædam Bellona, aut Furia capto priùs omnium Imperatore, cuncta deinde Palatij culmina legibus* B *nouis ſubiugaſſet, nequaquam deinceps deſtitit vniuerſa miſcere, atque vexare.* Et poſt pauca: *Bene fundata antiquitas ſcelesta nouitate ſubruitur.* Deinde cap. 7. laudat martyres, quos appellat *Religioſæ vetuſtatis defenſores*; quòd per eos Dominus *nefarias illas nouellæ impietatis non literas, ſed literas infuſo cælitus fidelium lacrymarum fonte deleret.* Prætereà docet, proprium eſſe Chriſtianæ modeſtiæ, & grauitatis, non ſua poſteris tradere, ſed à maioribus accepta ſeruare: neque nos religionem quà vellemus ducere, ſed potiùs, quà illa duceret, ſequi oportere. Sed quàm ingenioſè interpretatur illud Apoſtoli? *O Timothee depoſitum cuſtodi deuitans profanas vocum nouitates.* 1. Timoth. 6. num. 20. Nam cap. 26. C *Non dixit*, inquit, *antiquitates, non dixit vetuſtates; Imò, planè, quid è contrario ſequeretur, oſtendit. Nam ſi vitanda eſt nouitas, tenenda eſt antiquitas: & ſi profana eſt nouitas, ſacrata eſt antiquitas.* Ac tandem cap. 27. *Quid eſt*, inquit, *depoſitum? Quod tibi creditum eſt, non quod à te inuentum eſt: quod accepiſti, non quod excogitaſti; rem non ingenij, ſed doctrinæ, non vſurpationis priuatæ, ſed publicæ traditionis; rem ad te perductam, non à te prolatam. In qua non auctor debes eſſe, ſed cuſtos; non inſtitutor, ſed ſectator; non dicens, ſed ſequens. Aurum accepiſti, aurum redde. Nolo mihi pro aliis alia ſubiicias. Nolo pro auro, aut impudenter plumbum, aut fraudulenter æramenta ſupponas; nolo auri ſpeciem, ſed naturam. Eſto ſpiritualis tabernaculi Beſeleel. Intelligatur, te exponente, illuſtrius, quod antea obſcurius credebatur. Eadem tamen, quæ* D *didiciſti, ita doce, vt cum dicas nouè, non dicas noua.* Sic ille. Quid verius? quid elegantius?

9. Vincent. Lirinenſ. *Doctrina nouitas antiquitatis veritatem demolitur.*

Antiquitatis veritas depoſitum.

10. *Antiquitatis veritas nouitate illuſtretur, non immutetur.* Dicet tamen aliquis. Quid ergo? Nunquid non licet antiquam ſapientiam à maioribus acceptam, & augere, & locupletare? Licet profectò. Sed quo pacto liceat, audi Lirinenſem cap. 28. *Creſcat*, inquit, *vehementérque proficiat ſapientia, ſed in ſuo duntaxat genere. Imitetur animarum religio rationem corporum, quæ licet annorum proceſſu numeros ſuos euoluant, & explicent, eadem tamen, quæ erant, permanent. Multum intereſt inter pueritiæ florem, & ſenectutis maturitatem: ſed iidem tamen ipſi ſunt ſenes,* E *qui fuerant adoleſcentes. Quod ſi humana ſpecies in aliquam non ſui generis vertatur effigiem, neceſſe eſt, vt totum corpus, vel intercidat, vel prodigioſum fiat. Ita Chriſtianæ religionis dogma annis conſolidetur, dilatetur tempore, ſublimetur ætate, incorruptum tamen, illibatúmque permaneat. Addatur licèt forma, ſpecies, diſtinctio, eadem tamen cuiuſque generis natura permaneat. Abſit, vt roſea illa Catholici ſenſus plantaria in carduos, ſpináſque vertantur. Abſit, vt in iſto ſpiritali paradiſo, de cynnamomi, & balſami ſurculis lolium repentè, atque aconita proueniant. Fas eſt, vt priſca illa cæleſtis Philoſophiæ dogmata proceſſu temporis excurentur, limentur, poliantur: ſed nefas eſt, vt commutentur, vt detruncentur, vt mutilentur.* Vbi plura eleganter de hac re.

Quæ

11\. *Antiqua veritatis ſemen in nouos errores non degeneret.* D Baſil.

A Qua poſteriori ſeminis ſimilitudine vſus etiam fuit D. Baſil. epiſt. 79. ad Euſtachium, vt integritatem ſuæ fidei, ac doctrinæ, quam ab initio acceperat, confirmaret: *Quemadmodum*, inquit, *ſemen augeſcens maius quidem ex paruo euadit; idem autem eſt, dum non ſecundum genus tranſmutatur, ſed iuxta augmentum perficitur. Sic reputo etiam mihi eandem doctrinam per profectum auctam eſſe; non tamen aliam, quæ ab initio fuit, natam.* Creſcat igitur doctrina, ſed ab eodem ſemper ſemine erumpat: recentes habeat flores ſed annoſum truncum: noua quidem in fructu, ſed antiqua tamen in radice videatur. Quò enim plus antiquitatis habet, eò quidem plus habere ſolet auctoritatis. Vnde rectè Conſtantius Imperator in epiſtola ad Eccleſiam Antiochenam B apud Nicephorum lib. 9. hiſtor. cap 36. *Bonorum*, inquit, *virorum fuerit, maiorum fide viuere, eámque vnam aſſerere; neque vlteriùs quidquam anxiè nimis, & curioſè inueſtigare.* Nam vt bene Tertull. lib. 1. contra Marc. cap. 13. *Omnino*, inquit, *res Chriſtiana ſancta antiquitate ſtat: nec ruinoſa rectiùs reparabitur, quàm ſi ad originem cenſeatur.* Magna igitur ſacræ hiſtoriæ auctoritas colligetur, ſi ſumma eius antiquitas oſtendatur.

Conſt. Imp.

Sacra hiſtoria profanis literis antiquior.

12\. *Moyſes omnium ſcriptorum, quorum extant monumenta, antiquiſſimus.*

MAximam ſacræ hiſtoriæ antiquitatem inter profanas literas nemo niſi omnium hiſto- C riarum imperitiſſimus negabit; cùm ſaltem Moyſes ſacræ hiſtoriæ conditor, omnium ſcriptorum, quorum extant monumenta, ſine dubio antiquiſſimus habeatur. Nam illi priſtini hiſtorici, Herodotus Halicarnaſſæus, Thucydides Atticus, Beroſus Chaldæus, Polybius Megapolitanus, Diodorus Siculus, Trogus Pompeius, & alij, inter eos qui hiſtorias ſcripſerunt, antiquiſſimi; Chriſti Domini aduentum, alius ducentis, alius trecentis, alius quadringentis, nullus autem quingentis annis, præceſſerunt; vt ex annorum ſupputatione, quam ineunt Ioannes Bodinus, & alij inferiùs citandi, colligetur. Moyſes autem pluſquàm mille quingentis annis Chriſti Domini natalem anteiuit; vt D ex Chronologia Cardinalis Bellarmini in libro de ſcriptoribus Eccleſiaſticis facilè concluditur: atq; adeò annis pluſquàm millenis antiquiſſimos Græciæ hiſtoricos præceſſit.

Ioan. Bod. Bellarm.

13\. Tatian. *Varia hac de re Patrum teſtimonia.*

Cui rei paſſim aſſentiuntur Patres. Nam inprimis Tatianus, quem D. Hieronymus in libro de ſcriptoribus Eccleſiaſticis infinita volumina ſcripſiſſe docet, in oratione contra Græcos, quæ habetur tomo 4. Bibliothecæ Sanctorum Patrum, lariſſimè probat, Homerum omnium Græcorum ſcriptorum antiquiſſimum, multò iuniorem fuiſſe Moyſe. Hunc præceſſiſſe bellum Troianum quadringentis annis: illum verò aliquot poſt illud bellum annis vixiſſe. Et ibidem fatetur, ſe, cùm in ſacros libros incidiſſet, *antiquiores multò,* E *quàm Græcorum philoſophiam, ſi ætatem ſpectes, & anguſtiores, ſi illorum errores*; eò ductum fuiſſe, vt perfidiam Græcam abiuraret, & fidem Chriſtianam amplecteretur.

14\. Clem. Alex. *Hebræorum philoſophia quauis alia antiquior.*

Clemens Alexandr. lib. 1. Stromat. oſtenſurum ſe promittit citra vllam controuerſiam, Hebræorum philoſophiam eſſe quauis philoſophia longè antiquiorem. Quod ſtatim proſequitur, & concludit, Moyſem antiquiorem eſſe non ſolùm iis omnibus, qui apud Græcos ſapientes, & Poëtæ dicuntur; ſed & plurimis eorum, qui vt Dij celebrantur. Et paulò inferiùs ex Eupolemo docet, Moyſem *primum fuiſſe ſapientem.* Et apud Cyrillum

Moyſes primus ſapiens.

A Alexandrinum lib. 7. contra Iulianum, docet idem Eupolemus hiſtoricus, à Moyſe doctos fuiſſe Iudæos, a Iudæis Phœnices, à Phœnicibus Græcorum pueros; & inter eos ſe quoque prima elementa didiciſſe ingenuè fatetur. Cyril. Alex.

Origenes Clementis Alexandrini diſcipulus lib. 4. contra Celſum, qui diluuium Noë, & incendium Sodomorum, nihilo à fabuloſo Deucalionis diluuio, & à commentitio Phaëtontis incendio diſtinguebat, hæretici imperitiam admiratur, qui cùm omnes hiſtorias ſe ſcire gloriaretur; tamen ignorabat, quod Græcorum, & Phœnicum hiſtoriæ paſſim teſtantur, ſcilicet Moyſem fuiſſe antiquiorem illis omnibus, qui illas Deucalionis, & B Phaëtontis fabolas excogitarunt: & proinde, non Moyſem ab illis falſa accepiſſe, ſed potiùs illos, quæ Moyſes vera tradiderat, multis figmentis, & nugamentis appoſitis adulteraſſe. Deinde lectorem remittit ad illos duos Ioſephi libros de Iudæorum antiquitate, ex quibus docet eandem veritatem facilè confirmandam. 15. Orig.

Sacrā Moyſis hiſtoriam Ethnici figmentis adulterarunt.

Tertull. in Apologetico, cap. 19. cum Ethnicis de ſacris literis loquutus: *Primam*, inquit, *inſtrumentis iſtis auctoritatem ſumma antiquitas vendicat. Omnes itaque ſubſtantias, omnéſque materias, origines, ordines, veterani cuiuſque ſtyli veſtri, gentes etiam pleraſque, & vrbes inſignes, hiſtoriarum cauſas, & memoriarum, ipſas denique effigies literarum, indices, custo-* C *déſque rerum, & (puto adhuc minus dicimus) ipſos, inquam, Deos veſtros, ipſa templa, & oracula, & ſacra, vnius interim prophetiæ ſcrinium ſeculis vincit; in quo videtur theſaurus collocatus totius Iudaici ſacramenti, & inde etiam noſtri.* Vbi per illud, *prophetiæ ſcrinium*, Moyſis Pentateuchum intelligit, vt legenti patebit. Neque ſolùm Moyſem, ſed alios Prophetas Moyſe iuniores, profanorum antiquiſſimos oſtendit: *Cæteri*, inquit, *Prophetæ, etſi Moyſi poſthumant, extremiſſimi tamen eorum non retroſiores deprehenduntur primoribus veſtris ſapientibus, & legiferis, & hiſtoricis.* Quod ex eo confirmat Theophilus Antiochenus lib. 3. ad Autolycum, quòd Zacharias, qui inter Prophetas nouiſſimus cenſetur, attigit tempora Regis Darij, cuius ætate Solon D vixit antiquiſſimus ferè profanorum legiſlator. Eandem doctrinam iterum inculcat idem Tertul. lib. de Teſtimonio anim. c. 5. *Diuinæ*, inquit, *Scripturæ, quæ penes nos, vel Iudæos ſunt, in quorum oleaſtro inſiti ſumus, multò ſecularibus literis, non modica tantùm ætate aliqua antecedunt.* 16. Tertul.

Prophetæ etiam alij profanorum ſcriptorum antiquiſſimi. Theoph. Antioch. *Zacharias Solonis tempora attigit.* Tert.

Theoduretus in opere de Græcarum affectionum curatione lib. 2. de principiis, Ethnicos illos homines alloquutus: *An non, quæſo*, inquit, *tenetis, Moyſem illum, qui Iudaico populo leges tulit, eſſe veſtris omnibus hiſtoricis, Poetis, Philoſophis antiquiorem?* Quod ſtatim ex Porphyrio late confirmat, qui Moyſem mille annis antiquiorem facit Orphæo, Lino, Muſæo, omnium Poëtarum, ac Philoſophorum E antiquiſſimis. 17. Theod.

Moyſes mille annis ſcriptorum antiquiſſimis antiquior.

D. Auguſt. lib. 2. de doctrinæ Chriſtiana, cap. 28. *Ante literas*, inquit, *gentis Hebræorum, in qua vnius Dei cultus emicuit, nec ipſe quidem Pythagoras fuit, à cuius poſteris Platonem Theologiam didiciſſe iſti aſſerunt.* Vbi vides Pythagoram antiquiſſimum Philoſophum, magiſtrum non ſolùm Platonis, ſed eorum, qui Platonis magiſtri fuerant, Moſaicis ſcriptis iuniorem extitiſſe. Idem D Aug. lib 18. de Ciuit. cap. 37. vbi fuſiùs de hac re: *Tempore*, inquit, *noſtrorum Prophetarum, quorum iam ſcripta ad notitiam ferè omnium gentium peruenerunt, Philoſophi gentium nondum erant.* Et paulò poſt, quamuis fateatur ſaltem illos Theologos Poëtas, vt vocat, 18. D August.

Pythagoras Moyſe iunior.

Orphæum

Orphæum, Linum, & Muſæum fuiſſe noſtris Prophetis antiquiores: *Non tamen*, addit D. Auguſt. *verum Theologum noſtrum Moyſem, qui vnum verum Deum veraciter prædicauit, cuius nunc ſcripta in auctoritatis canone prima ſunt, tempore præuenerunt. At per hoc quantum ad Græcos attinet, in qua lingua literæ huius ſeculi maximè ferbuerunt, nihil habent, vnde ſapientiam ſuam iactent, quo religione noſtra videatur antiquior.*

19. *Moyſis hiſtoria externis omnibus vetuſtior.* Iuſt. Mart.

Latiùs hoc probat D. Iuſtinus Martyr in oratione exhortatoria ad Gentes, & concludens: *Vndequaque ergo*, inquit, *cognitu facile eſt, multò antiquiorem eſſe externis hiſtoriis omnibus Moyſis noſtri hiſtoriam.* Et rurſus in oratione ad Antoninum Pium: *Longè*, inquit, *antiquior eſt Moyſes omnibus etiam Græcorum ſcriptoribus.* Sed & D. Cyrillus Alexandrinus lib. 1. contra Iulianum, ex ipſis hiſtoricorum Chronicis manifeſtum facit, Moyſis ſcripta antiquiſſima fuiſſe eorum omnium, quæ totius Græciæ ſapientes ſcripſerunt. Euſeb. Cæſarienſ. lib. 10. de præparatione Euangelica, Moyſem facit multò antiquiorem Troiano bello, à quo Græci ſcriptores initium duxerunt. Idem rurſos lib. 5. demonſtrationis Euangelicæ, in præfatione, eximias Moyſis laudes proſequitur, & inter eas, quòd primus apud Hebræos initiator, ac Theologus extiterit; quòd primus diuinæ legi orationis ſplendorem adhibuerit, adorationémque religioſam, ac veram introduxerit. Nicephorus Calliſtus lib. 4. hiſtor. cap. 4. refert ex Tatiano in oratione ad Græcos, Moyſem fuiſſe omnium antiquiſſimũ. Et eodem libro, cap. 33. docet ex Clemente Alex. Moyſem antiquiſſimis quibuſque Græcorum vetuſtiorem eſſe. Imò addit, eundem Alexandrinum ex Tatiano, Caſſiano, Philone, Ariſtobulo, Ioſepho, Demetrio, & Eupolemo, Iudæorum ſcriptoribus, ſuam hanc ſententiam confirmaſſe.

D. Cyrill. Alex. — Euſeb. Cæſ. — Niceph. Calliſt.

20. *Varia recentiorum teſtimonia.* Ioan. Bod.

Mitto alios Patres paulò inferiùs citandos. Eandem ſententiam recentiores, qui de ſcribenda hiſtoria tractarunt, conſtantiſſimè tuentur, ac ſequuntur. Nam Ioannes Bodinus lib. de methodo hiſtorica, cap. 8. *Ex omnibus*, inquit, *aliarum gentium ſcriptoribus, antiquiorem Moyſe video neminem.* Et cap. 9. obſeruat, ſicut ſenex ille Ægyptius Soloni obiiciebat, Græcos ſibi videri infantes, quòd nihil vetuſtatis redolerent: ita planè Chriſtianũ quemque virum obiicere poſſe Græcis, Moyſem Hebræorum legiſlatorem, ipſis etiam Græcorum Diis, nedum ſcriptoribus antiquiorem eſſe. Ac ſi non ſolùm Græci homines, ſed etiam Græcorum hominum Dij poſſent infantes appellari, ſi cum antiquiſſimo ſcriptore Moyſe conferrentur. Franciſcus Balduinus lib. 1. de hiſtoriæ inſtitutione, non ſolùm docet Moyſem primum omnium, & antiquiſſimum eſſe ſcriptorem; ſed etiam irridet Plinium, quòd Pherecydem quendam primum hiſtoriæ inuentorem fabuletur. Idem inculcant Sebaſtianus Foxius lib. de hiſtoriæ inſtitutione, ſequutus Ioſephum, qui de hac re contra Appionem latè diſſerit; Chriſtophorus Mylæus lib. 5. de vniuerſitatis rerum hiſtoria ſcribenda, Dauid Chytræus de lectione hiſtoriæ, & alij.

Græcorum etiam Dij Moyſe iuniores. — Franciſc. Balduin. — Sebaſt. Foxius. — Chriſtoph. Mylæus. — Dauid. Chytr.

21. Conſtat igitur ſacram hiſtoriam omnibus profanis literis antiquiorem eſſe. Vnde bene Lactant. lib. 4. diuinarum inſtitut. *Errorem*, inquit, *ſuum ſentiant, qui Scripturam ſacram coarguere nituntur, tanquam nouam & recens fictam, ignorantes ex quo fonte ſanctæ religionis origo manauerit.* Sed quia, vt eſt in veteri prouerbio apud D. Cyrill. Alexandr. proximè citatum, *σοφὸς ἄλλος ἀπ᾽ ἄλλου*, hoc eſt, *Sapiens alius ab alio*; nec ſenior à iuniore, ſed iunior à ſeniore diſcere debeat: oſtendamus iam non ſacros A Scriptores ex profanis, quæ narrant, accepiſſe, vt Celſus, & alij improbi hæretici nugabantur; ſed potiùs profanos à ſacris multa in ſuos libros, vtinam ſincera, & incorrupta, & non potiùs detorta, ac deprauata, deriuaſſe.

Profanæ literæ è ſacris deriuatæ.

Omnis humana literatura ſine dubio videtur ex diuinæ Scripturæ fontibus magna ex parte defluxiſſe. Sic enim grauiſſimi Patres cenſuerunt. Nam Tertul. in Apologetico, cap. 47. *Hoc*, inquit, *mihi proficit antiquitas præſtructa diuinæ literaturæ, quò facilè credatur, theſaurum eam fuiſſe* B *poſteriori cuique ſapientiæ.* Et paulò pòſt: *Quis*, inquit, *Poetarum, quis Sophiſtarum, qui non omnino de Prophetarum fonte potauerit? Inde igitur Philoſophi ſitim ingenij ſui rigauerunt.* Et poſt pauca duplicem rationem diſtinguere videtur, cum Ethnici humanas diſciplinas ex ſacris literis mutuentur. Vnam, vt exornent ſua: *A quibuſdam*, inquit, *philoſophia quoque eiecta eſt, à Thebanis dico, à Spartiatis, & Argiuis, dum noſtra conantur. Et homines gloriæ, vt diximus, & eloquentiæ ſolius libidinoſi, ſi quid in ſanctis Scripturis offenderunt digeſtum, pro inſtituto curioſitatis ad propria opera verterunt.* Sic enim ſacra profanis eminere etiam ipſi Ethnici iudicabant, vt hæc præ illis contemnerent; illa præ his ſibi præoptarent. Alteram, vt infir- C marent noſtra. Inſerebant enim noſtra miracula ſuis figmentis; vt ſicut his nemo ſanus fidem habebat, ita & illis nemo non denegaret. *Vetus*, inquit, *inſtrumentum ingenia Philoſophorum interuerterunt, & ad philoſophicas ſententias adulterarunt. Omnia aduerſus veritatem de ipſa veritate constructa ſunt, operantibus æmulationem iſtam ſpiritibus erroris. Ab his adulteria huiuſmodi ſalutaris diſciplinæ ſuborta; ab his quædam etiam fabulæ immiſſæ, quæ diſſimilitudine fidem infirmarent veritatis, vt quis ideò non putet Chriſtianis credendum, quia nec Poetis, nec Philoſophis.* 22.

Tert. *Scriptura aliarũ ſcientiarum theſaurus.* — *Ex Scriptura ſuas fabulas Ethnici confirmantes, eius veritatẽ confirmant.*

Itaque ex ſuis iudiciis meritò exſibilandis, ſeria noſtra religioſè veneranda irridebant. *Ride-* D *mur*, inquit Tertullianus, *Deum prædicantes iudicaturum: ſic enim, & Poetæ, & Philoſophi tribunal apud inferos ponunt. Si gehennam comminemur, debacchinamur; ſic enim & Pyriphlegeton apud mortuos amnis eſt. Et ſi paradiſum nominemus, locum diuinæ amœnitatis recipiendis ſanctorum ſpiritibus deſtinatum, Elyſij campi fidem occupauerunt.* Itaque diuinas literas ſic in ſuos ſenſus detorquebant, vt vel de noſtris oraculis ſua mendacia ſtabilirent; vel de ſuis mendaciis noſtra oracula infirmarent. Vt vt tamen fuerit, certè ex diuinæ Scripturæ gubernaculo ſuæ literaturæ cymbam dirigere volebant. 23.

Tert.

E D. Cyrill. Alex. lib. 1. contra Iulianum paulò poſt initium, demonſtrandum à ſe promittit, eos, qui ſapientes dicebantur, Moyſe fuiſſe iuniores, & multa ex illius libris furatos eſſe, ſuiſque inſeruiſſe. Et paulò poſt, optima vtitur coniectura ad hoc probandum. *Nam Græcorum*, inquit, *Ethnici omnem peragrantes terram, ſemper aliquid diſcere voluerunt, vt vetera ſcire exiſtimarentur; habebant enim pro decore magno, ſi nihil quod factum erat, in ſuis libris ſilentio præteriiſſent. Igitur quo pacto hi, qui tales erant, & ſeduli ad vtilia quæque diſcenda, neglexiſſent tam venerandarum hiſtoriarum cognitionem, dogmatúmque, & legum antiquitate digniſſimarum manifeſtationem?* 24.

D. Cyril. Alex. *Ethnici ſapientes ſcripturarũ ſcrinia compilarunt.*

Hoc ipſum, non iam coniiciendo, ſed abſolutè affirmando, inculcat Diuus Iuſtinus Martyr in oratione 25.

Iuſt. Mart.

oratione ad Antoninum Pium: *Omnia*, inquit, *quæ de anima immortalitate, aut ſupplicius poſt mortem, aut cæleſtium rerum contemplatione, aut ſimilibus doctrinis, & Philoſophi, & Poetæ dixerunt, à Prophetis argumento ſumpto, & intelligere ea, & exponere potuerunt. Quocirca apud omnes ſemina veritatis eſſe videntur. Sed comperiuntur, non exactè ea cognouiſſe; quandoquidem ſibi ipſis contraria proferunt.* Vbi eleganter appellat ſemina veritatis, ea quæ à ſacris libris in profanos deriuantur. Nam vt ſemina nou io omni terra fructificaot; ſed in alia quidem in vberes fructus erũpunt, in alia verò à ſenribus & ſpinis obruta ſuffoeantur: ita planè, & propriè ſacrarum literarum ſententiæ in ſanctis libris fructuosè vigent, in profanis veluti præmortuæ ſterileſcunt.

Ex Scriptura ſacra veritatis ſemina ad profanos deriuantur.

26. Iam verò Theod. lib. 2. de principiis, poſtquàm Moyſem profanis ſcriptoribus antiquiorem eſſe oſtendit: *Cur non quæſo*, inquit, *his omnibus relictis, ad Moyſem Oceanum Theologiæ tranſimus, à quo, vt poeticè dicam, flunij omnes, & maria omnia deriuantur? Illinc enim, & Anaxagoras, & Pythagoras, Platóque poſt eos, parua quadam veritatis lumina, quædamq; initia deſumpſerunt. Socrates quoque, qui Archelao, Anaxagoraque conuixit, ab eis didicit, quæcunque de Deo aliis ipſe tradidit. Moyſes verò nequaquam ſequutus hominum rationes, ſicut illi fecerunt, ſed clariſſima Dei voce perdoctus, Theologiam nobis conſcripſit.*

Theodor. Moyſes à Deo, cæteri à Moyſe edocti.

27. Hæc profanorum ſcriptorum è ſacris literis furta, has rapinas ſignificauit Chriſtus Dominus cùm dixit: *Omnes quotquot venerunt, fures ſunt, & latrones.* Ioan. 10. n. 8. Hunc enim locum interpretatur Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum n. 8. de omnibus illis, qui in eloquentia, & doctrioa ſunt verſati ante ſuſceptam à Verbo carnẽ. At cur fures, & latrones appellantur? Fortaſſe; quia ex diuinis literis multa in ſuos libros myſteria furto tranſtulerunt. Et ſicut olim Prometheus fingitur è cælo ignem furatus, vt humanum corpus à ſe è luto fictum, illo cæleſti igne, tanquam ſpiritu, animaret: ita veteres ſcriptores ex hoc Scripturæ diuinæ cæln quaſdam cæleſtes ſententias, tanquam ſtellas (vtinam eas illi non verterent in glebas) furari conabantur, quibus humanam vitam regerent, & illuſtrarent.

Ethnici ex Scriptura theſauro ſua furto ſcripta ditarunt. Clem. Alex.

28. Mirabatur olim orbis illos ſeptem Græciæ ſapientes, & quædam veluti humanæ ſapientiæ prodigia venerabatur. At vnde hi quæſo tantam in ſapientiam excreuerunt? Dici poteſt, quia diuinas literas conſulebant, & ex illis ſibi quandam philoſophandi methodũ humana ſubliniorem comparabant. Quod mihi videtur Clemens Alexandr. citatus n. 6. innuiſſe, dum modum philoſophiæ, quæ apud eos florebat, *Hebraicum & ænigmaticum* appellat. Quaſi illi ſacras Hebræorum literas philoſophandu imitari conarentur, & vel in primo earum veſtibulo conſtituti, iam ad ſupremum humanæ ſapientiæ faſtigium euecti crederentur.

Septem Græciæ ſapientes ſcripturarũ diſcipuli. Clem. Alex.

29. Certè diuinus ille Plato, philoſophandi ſublimitate diuini cognomentum aſſequutus, non tam ex peragrata Ægypto, quàm ex lecta, vel audita ſacra Scriptura mihi videtur profeciſſe. Vnde Clemens Alex. lib. 1. Stromat. n. 1. *Plato*, inquit, *qui eſt ex Hebræis Philoſophus.* Hoc eſt, qui ex Hebræorum ſcriptura, ſeu doctrina philoſophari didicit, ac profecit. Numerus ille Pythagoricus, quem Origenes lib. 1. contra Celſum magnopere commendat, dicere ſolebat: *Quid aliud eſt Plato, quam Moyſes Atticus?* Quare cũ Plato ſuam vellet Rempublicam bonis legibus temperare, ab optimo legiſlatore Moyſe præſidium impetrauit, alios iniquos, & profanos legiſlatores tanquam inutiles contempſit. Teſtis eſt Clem. Alexand. citatus n. 14.

Plato ex Moyſis doctrina quantum profecerit Clem. Alex. Orig. Clem. Alex.

A *Plato*, inquit, *Philoſophus à Moyſe in legibus ferendis adiutus, reprehendis quidem Minois & Lycurgi Reipublicæ adminiſtrandæ rationem.* Quid enim humanum non reiiciat, qui diuinum aliquid ſubodoretur?

30. Cum Deum indicibilem, ſeu ineffabilem probare vellet Clemens Alex. in ſua ad Gentes exhortatoria, ad Platonem prouocauit, vt Ethnicos ex Ethnico efficaciùs conuinceret, & cogeret ad credendum. Quid igitur Plato in Timæo? *Vniuerſitatis*, inquit, *huius patrem, & effectorem inuenire, eſt difficile; & cum inueneris, fieri non poteſt, vt eum enunties. Nequaquam enim eſt dicendus.* Sed vnde, ô Plato, hanc tibi philoſophandi rationem comparaſti, niſi, vt bene Hertetus Clementis interpres aduertit, B ex oraculis, adytiſque ſacratiſſimis Hebræorum, apud quos celebre erat illud Dei nomen ineffabile, vt diuina natura extra omnem, & ſupra omnem, non ſolùm definitionem, ſed etiam nuncupationem poſita ſignificaretur?

Clem. Alex. Dei ineffabile nomen ab Hebræis didicit Plato. Heruet.

31. Idem Plato Deum definiens: *Deus*, inquit, *ſicut & vetus verbum eſt, principium, & finem, & medium rerum omnium obtinet.* At quodnam appellauit vetus verbum? Reſpondet Iuſtinus Martyr in oratione ad Gentes: *Hic*, inquit, *Plato clarè & apertè vetus verbum. Moyſis vocat legem. Moyſis quidem ille nominis, aconiti metu, mentionem non faciens, cuius doctrinam Græcis ſciebat planè eſſe aduerſam; vetuſtate autem verbi Moyſem manifeſtè deſignans.* Hoc eſt, ci-
C tauit quidem Moyſem, ſed tacito oomine, veritus, ne ſi illum palàm nominaret, veneno tolleretur: tanta apud improbos homines inuidia, vel ipſum Moyſis nomen laborabat. Quod ſi petas, quonam ex Moyſis loco deprompſerit Plato ſuam illam diuinæ naturæ definitionem. Reſpondet Iuſtinus citatus, ex illis Dei verbis: *Ego ſum qui ſum* Exod. 3. n. 14. ſeu, vt eſt in Græco, ὁ ὢν, ille ens, ſeu ille exiſtens; quæ dictio, cum ſit participium, tria tempora ſignificans, & complectens, præteritum, præſens, & futurum, non ſine magno myſterio adhibetur ad diuinam æternitatem exprimendam, quæ omnibus temporis differentiis ſine vlla temporis ſucceſſione coëxiſtit.

Plato. Ex Scriptura Dei definitionem mutuatus eſt Plato. Iuſt. Mart.

32. Sed vt iterum ad Platonem. Virum bonum, ac iuſtum appellauit olim Plato in ſympoſio, Iouis
D hortum. At hanc metaphoram, teſte D. Ambroſ. lib. de bono mortis, cap. 5. non aliunde profectò ſuum tranſtulit in conuiuium, quàm ex illis verbis Salomonis: *Quæ habitas in hortis*, &c Cant. 8. n. 13 ſeu, vt habent Septuaginta; *Qui ſedes in hortis.* Quaſi non cum ſponſa, ſed cum ſponſo ſermo ſit, qui in mentibus iuſtorũ, tanquam in hortis amœniſſimis, requieſcere dicatur. Hoc igitur ex loco didicit Plato, animum iuſti, hortum Dei nuncupandum. Plura dogmata didicit Plato ex ſacris literis: nimirum Angelos à Deo conditos: animas eſſe immortales: mundum initium habuiſſe, & in-
E teritum habiturum: reſurrecturos mortuos, & diuino iudicio affuturos: beandos iuſtos; iniuſtos verò æterno ſupplicio deputandos. Quæ omnia latè proſequitur Euſeb. Cæſarienſis lib. 11. de præpar. Euang. c. 13 & ſequentibus.

Quæ dogmata ex ſacris literis Plato didicerit.

33. Sed vtinam ille, antequam ſacra diſceret, dediſceret profana, & non vtraque adeò inter ſe contraria copularet. Quod feciſſe queritur Theodot. lib. 2. de princ. *Plato*, inquit, *cum ex hoc fonte occaſionem Theologicè ſcribendi nactus fuiſſet, aquis puriſſimis terraceam, ac limoſam aquam commiſcuit.* Quod ex eo probat, quòd cum aliquando vnum Deum eſſe dicat, ſacram doctrinam ſequutus: aliquando tamen, ſiue ſuorum metu, ſiue ignorantia, plurium mentionem facit. Similis planè fuit, imò neſcio, an deterior hæreticorum inſania, qui generoſos quidem

Scriptura veritatibus, ſuos errores Plato infarcit. Theodot.

ex

Hæreticorum prauitate ſcriptura adulterata. Tert.

ex ſacris literis ſurculos decerpentes, inſerentéſ- A que ſuis animis, tandem in adulterinos fructus degenerauot. Quod Tertullianus libro de præſcriptionibus, cap. 36. lamentatus: *Etiam*, inquit, *de oliua nucleo mitis, & opima, & neceſſaria, aſper oleaſter exoritur. Etiam de papauere fici gratiſſima, & ſuauiſſima, ventoſa, & vana caprificus exurgit; ita etiam hæreſes de noſtro fructificauerunt, non noſtra degeneres veritatis grano, ſed mendacio ſylueſtres.* Sic homioum prauitate, etiam optima Dei adulterantur: & boni rotes de ſaetis literis collecti, prauis animis malè decocti io venena euomuntur.

34. Ex dictis ſatis conſtat, Platonem è ſacris literis didiciſſe id, quod olim inſeruit profanis. Vbi B ſunt ergo illi Platonis lectores, ſeu dilectores, vt appellat D. Auguſt. ſtatim citandus, quibus ſic inſanire libuit, vt dicere auderent, Chriſtum Domioum eas omnes ſententias, quas loquebatur, & quas ipſi admirari, ac prædicare cogebantur, de Platonis libris didiciſſe? Audaciores profectò in bac parte, quàm Phariſæi, qui ingenuè fatebantur id, quod erat, Chriſtum Dominum ſcire literas, cum non didicerit. Ioann. 7. numero 15. In eos igitur calumniatores acriter inuehitur D. Auguſtinus lib. 2. de doctrina Chriſtiana, cap. 28. citans pro ſe D. Ambroſium eiuſdem calumniæ profligatorem: *Noſter*, inquit, *Ambroſius conſiderata hiſtoria gentium, cum Platonem reperiſſet Ieremiæ* C *Propheta temporibus profectum fuiſſe in Ægyptum, vbi tunc ille Propheta erat; probabilius eſſe oſtendit, quòd Plato potius noſtris literis per Ieremiam fuerat imbutus, vt illa poſſet docere, vel ſcribere, quæ iure laudantur.* Et paulò pòſt, de Platone, aliiſque antiquioribus Philoſophis loquutus: *Ita*, inquit, *conſideratis temporibus, fit multò credibilius, iſtos potius de literis noſtris habuiſſe, quæcunque bona, & vera dixerunt, quam de Platonis Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum; quod dementiſſimum eſt credere.* Vbi vides, de noſtrarum ſapientia ſcripturarum illam quoque veterum Philoſophorum arrogantiam haurire tandem aliquando aliquid voluiſſe.

Chriſtum ex Platone didiciſſe, impudenter quidã aſſeruêre.

35. *Quid profani ſcriptores ex ſcriptura deprompſerint.* Clem. Alex. Origen. Tert. Iuſt. Mart. Euſeb Cæſ. D. Iſidor. Caſſiod.

Cæterum quid ſinguli profani ſcriptores ex D hoc diuinarum ſcripturarum promptuario in ſuos libros tranſtulerint, late proſequuntur Clemens Alexandr. lib. 6. Strumatum, num. 1. Origenes lib. 1. contra Celſum. Tertullianus in Apologetico, cap. 47. Iuſtinus Martyr in orat. ad gentes, poſt medium: Euſeb Cæſar. lib. 10. de præparatione Euangelica, cap. 1. & ſequentibus, & lib. 11. cap. 2. & ſequentibus. D. Iſidurus lib. 2. Etymolog. c. 24. Caſſiodorus in Pſal. & plures alij.

Vbertas diuinæ Scripturæ in omnes diſciplinas redundantis.

36. *Scriptura omniũ ſcientiarum ſemen.* Caſſiod.

VBertima ſit oportet diuina Scriptura, ex qua omnes aliæ diſciplinæ oriantur; vnde Caſſiodorus in Prologo ad librum de ſacræ Scripturæ inſtitutione: *Conſtat*, inquit, *in origine Scripturæ ſacræ, aut diſciplinarum, aut artium liberalium initia, ſeu indicia fuiſſe ſeminata, quæ poſtea Doctores ſecularium literarum ad ſuas literas prudentiſſimè tranſtulerunt.* Vbi quidem elegaoter ſementis metapbora rem declarat. Vt enim ſemen quamuis exiguum, & impolitum ſit, tamen in ſe complectitur totam illam ſoliorum congeriem, & florum pulchritudinem, & fructuum vbertatem, quæ omnia poſtea in arbore magno apparatu ſe

Franc. Mendoça in lib. Reg. Tom. 1.

expandunt: ita planè Scriptura, quamuis verbis anguſta ſit, ſenſibus tamen adeò anguſta eſt, vt omnium quarumcumque gentium doctrinam ſuo ambitu includat, & feliciſſimo ex ſe partu producat.

Hanc diuinæ Scripturæ fœcunditatem mihi videtur Sapiens inſinuaſſe, cùm dixit: *In omni ſapientia diſpoſitio legis.* Eccleſiaſtici 19 oum 18. Vbi *legis* nomen latiùs ſumi poteſt pro toto veteri Teſtamento. Sic enim ſumitur Rom. 3. n. 19. Galat. 4. n. 5. & paſſim alibi. Quaſi diceret Eccleſiaſticus, iuxta mentem eiuſdem Caſſiodori: Nulla eſt humana ſapientia in qua virtus aliqua à lege, ſeu à diuina Scriptura prælibata, non ſplendeſcat; cùm ab hoc B diuinæ Scripturæ ſemine omnis illa profanæ doctrinæ ſeges oriatur. Quàm fœcunda igitur eſſe debet Scriptura, ex qua tam multi fœtus producuntur? 37.

In illa Ezechielis quadriga mirabilis planè erat rotarum diſpoſitio. Nam præterquàm quòd vna rota haberet quatuor facies, & eſſet tota in medio totæ, dicitur vlteriùs fuiſſe *aſpectus rotarum, & opus earum quaſi viſio maris.* Ezech. 1. oum. 16. Vbi D. Gregor. per rotas, vnam in altera incluſas, vtrumque Teſtamentum intelligit; nouum in veteri contentum. *Nam in Teſtamenti*, inquit, *veteris litera Teſtamentum nouum latuit per allegoriam.* Sed cur viſio maris appellatur? Triplicem rationem diſtinguit D. Gregor. Vnam, quia in Scriptu- C ra firmatur ſacramentum Baptiſmatis, quod eſt quoddam veluti ſpirituale mare. Alteram, quia ſicut per mare ad portum, ita per Scripturam ad cæleſtem patriam nauigamus. Tertiam ad rem præſentem, quia ſicut in mari aquarum immenſitas, ita Scriptura immenſitas cæleſtium diuitiarum continetur. *Rectè*, inquit, *ſacra eloquia viſioni maris ſimilia narrantur, quia in eis magna ſunt volumina ſententiarum, cumuli ſenſuum.* Addo propiùs ad noſtrum inſtitutum; quia ſicut è mari omoia flumina, ita è diuina Scriptura omnes humanæ diſciplinæ oriuntur. Vnde neceſſe eſt, vt immenſæ quædam omnium doctrinarum opes in diuinis literis includantur, quæ omnibus inde D haurire volentibus ſufficiant, & quæ in omnes Philoſophorum, ac Theologorum, & quorumcunque ſcriptorum ſcholas vberrimè deriuentur. 38.

D. Greg.

Scriptura mare, ex quo omnia ſcientiarum flumina oriuntur.

Ita planè ſentit D. Ambroſ. præfatione in Luc. vbi teſtator nihil io profanis literis reperiri, quod in diuinis deſideretur. *Licet*, inquit, *Scriptura diuina mundanæ euacuet ſapientiæ diſciplinam, quod maiore fucata verborum ambitu, quam rerum ratione ſubnixa ſit; tamen ſi quis in ſcripturis diuinis etiam illa, quæ miranda illi putant, quærit, inueniet.* Quaſi dicat, licèt Scriptura diuina verborum phaleras, quibus humana ſapientia ornatur, non ambiat, ſed condemoet: tamen quidquid neruorum, ac medullatum hæc habet, illa ſuggerit: bas opes emen- E dicat humana ſapientia, diuina Scriptura ſubminiſtrat. Et ſtatim oſtendit D. Ambroſ. triplicem illam Philoſophiam, rationalem, naturalem, & moralem, de qua veteres Philoſophi latiſſime diſſeruerunt, è ſacris literis emanaſſe, & in illis quidem tribus puteis, viſionis, abundantiæ, & iuramenti, adumbratam eſſe: at verò in illis tribus libris, Prouerbiorum, Eccleſiaſtes, & Canticorum mirabiliter expreſſam. Vt ſicut ab illo fonte paradiſi terreſtris, vniuerſa ſuperficies terræ irrigabatur, Geneſ. 2. num. 6. ita ab hoc vno fonte diuinæ Scripturæ, omnia humana ingenia irrigata fuiſſe videantur. 39.

D. Ambr. *Quidquid veritatis habet humana ſapiẽtia, ſuggerit Scriptura.*

D. Amb.

Scriptura paradiſi fons.

D Quare

40. *D Aug. Scriptura theſaurus profana ſapientia diuitiis locupletior.*

Quare D Auguſt lib.2. de doctrina Chriſtiana, cap.41. quod eſt vltimum, comparans inter ſe profanam, ac diuinam literaturam; hanc ſimilem facit opibus , quæ ſub Salomone poſſidebantur , tam ingentes , vt argentum nullius pretij putaretur, & lapidum multitudini æquaretur. 3. Reg. 10. n. 21. & 27. illam verò ſimilem opibus, quas Hebræi de Ægypto exportarunt tam exiguas , vt non ferratis plauſtris , aut robuſtis humeris baiulorum , ſed teneris, ac mollibus filiorum filiarúmque ceruicibus veherentur. Exod.3 n.22. *Quantum*,inquit,*minor eſt auri , argenti , veſtiſque copia , quam de Ægypto ſecum ille populus abſtulit , in comparatione diuitiarum, quas poſtea Ieroſolymæ conſecutus eſt , quæ maximè in Salomone Rege oſtenduntur : tanta ſit cuncta ſcientia , quæ quidem eſt vtilis , collecta de libris gentium , ſi diuinarum ſcripturarum ſcientia comparetur. Nam quidquid homo extra didicerit , ſi noxium eſt , ibi damnatur ; ſi vtile eſt, ibi inuenitur. Et cùm ibi quiſque inuenerit omnia , quæ vtiliter alibi didicit , multo abundantiùs ibi inueniet ea , quæ nuſquam omnino alibi , ſed in illarum tantummodò ſcripturarum mirabili altitudine , & mirabili humilitate diſcuntur.*

41. *In ſcriptura addiſcenda etiam conſummati incipiunt.*

Itaque in diuinis literis non ſolùm collecta fulgent, quæ in profanis diſperſa iacent ; ſed multò plura, quæ nuſquam alibi patent, ſplendeſcunt. Vnde cùm poſſit quis ad aliarum ſcientiarum culmen peruenire , tamen quantumcumque diuinis literis ſtuduerit , ſemper in earum primo tanquam C limine hærebit. Quod D.Auguſt.in epiſt.3.ad Voluſianum ſignificauit , dicens : *Tanta eſt Chriſtianarum profunditas literarum , vt in eis quotidie proficerem, ſi eas ſolas ab ineunte pueritia, vſque ad decrepitam ſenectutem, maximo otio, ſummo ſtudio, meliore ingenio conarer addiſcere.* Et ſtatim : *Tanta in eis latet altitudo ſapientiæ , vt annoſiſſimis, acutiſſimis , & flagrantiſſimis cupiditate diſcendi hoc contingat , quod eadem ſcriptura quodam loco habet:Cùm conſummauerit homo,tunc incipiet.* Eccleſiaſtici 18.num.6.

42. *Profana ſapientia diuitias continet ſcriptura.*

Meritò igitur Anaſtaſius Nicenus q.79. ea conſtitutionibus Apoſtolicis lib.1. c.6. à profanis literis abſtinere iubet , & diuinis , quæ ſunt multò ditiores, diligenter ſtuderem : D *Ab Ethnicis*, inquit,*libris omnibus abſtine te. Quid enim tibi rei eſt cum libris alienis, qui leuiores euertunt à fide: Quid tibi deeſt in lege Dei, vt ad illas gentium fabulas te conferas? Nam ſiue velis proſequi hiſtorias , habes libros Regum : ſiue ſophiſticam , & poeticam , habes Prophetas , Iobum , Prouerbiorum ſcriptorem : in quibus maiorem inuenies ſubtilitatem, ſolertiam,& acumen, quàm cuiuſuis poëſis, & ſophiſtica, quoniam Domini , qui ſolus eſt ſapiens, ſunt effata:ſiue deſideras cantica,habes pſalmos : ſiue antiquitatem,habes Geneſim : ſiue legitima præcepta, habes glorioſam Domini Dei legem.*

43. *Diuinæ literæ profanis præferendæ.*

Vides vberem copiam rerum omnium , quæ in diuinis literis includuntur? Sterileſcit planè omnis profana ſapientia , ſi cum hac diuina comparetur. E Nemo igitur niſi demens profanam potiùs , quàm diuinam amplectatur. Nam ſicut intemperantiſſima erat ingluuies Hebræorum , qui panem Angelorum , omne delectamentum in ſe habentem faſtidiebant,& ad ruſticana Ægyptiorum allia ac cæpas inſuauiſſimum ſaporem miniſtrantes anhelabant. Num. 11 à n.4. Ita planè non ſolùm præpoſtera, ſed etiam deteſtanda erit illa appetentia, quæ ad profanam hiſtoriam acuatur , ad diuinam hebetetur.

44.

Hæc eſt illa Sacerdotum , ac Leuitarum de captiuitate Babylonica redeuntium incontinentia: *Tulerunt enim*, inquit textus, *de filiabus eorum* (id eſt Gentilium) *ſibi , & filiis ſuis , & commiſcuerunt ſemen* A *ſanctum cum populis terrarum*. Eſdr.9.num.2. Hoc eſt, interprete Lyrano , proprias vxores abdicarunt, & connubia cum aliis Gentilibus contraxerunt. Nam cùm viderent vxores proprias ex diuturna ſeruitute,& laborioſa peregrinatione fractas,& deformes: contrà verò fœminas Gentiles natiuo ſucco , & ſanguine vegetas,ac venuſtas , his ſibi cooptatis illas repudiarunt. Quid obſecro iniquius dici poteſt? quid intemperantius excogitari?

45. *Sacerdotes ſacris literis profanas præponentes.*

At ſimilem contrahunt iniquitatem , ſimilem intemperantiam incurrunt, Beda,& Lyrano interpretibus , illi Clerici , & ſpecialiter Theologi, qui ſacras hiſtorias , quas ſibi in fide , & ſanctitate deſponſauerant , penitus reiiciunt, quòd ieiunas , ac B decolores , & nullo Rhetoricæ fuco picturatas intueantur ; & aniles fabulas, quibuſcum nullo iure thalami tenentur, ſibi vendicant vxores, quod lautas, ac nitidas, & quibuſdam eloquentiæ coloribus interpolatas experiantur. Hanc hominum dementiam extremis temporibus futuram præuidebat , & lamentabatur Apoſtolus: *A veritate quidem auditum auertent;ad fabulas autem conuertentur.* 2.Tim.4. n.4. Homines planè exleges, qui legitimas vxores, diuinas ſcilicet ſcripturas , foras exigunt : adulterinas verò, nempe profanas hiſtorias, in domum, & vereor,ne in animum,inducunt.

C

Sacra hiſtoria etiam antiquior aliis ſacris libris.

46. *Sacram hiſtoriam aliis diuinis libris eſſe antiquiorem aliqui impugnant.*

DIcet aliquis : quamuis ſacra hiſtoria profanis ſcriptoribus antiquior ſit , vt dictum eſt , tamen aliis ſacris ac diuinis libris non videtur antiquior fuiſſe. Quod pluribus rationibus oſtendet. Prima, quia ipſe Moyſes Num.21.num.14. citat librum quendam bellorum Domini , qui proinde antiquior fuit ipſo Moyſe. Secunda,quia Iobus ex ſententia Hebræorum , & Græcorum , & Latinorum, vixit ante Moyſem , ac proinde ſuum librum ante Moyſem ſcripſit. Tertia, quia plures alij ante Moyſem diuino ſpiritu incitati dicuntur varios li- D bros ſcripſiſſe. Nam in primis Adam compoſuit Pſalmum 91. in die ſabathi , Deo , pro creationis beneficio, quod pridie acceperat, gratulaturus ; vt Hebræi referunt , & colligunt ex titulo eiuſdem Pſalmi, qui inſcribitur, *Pſalmus cantici in die ſabathi.* Præterea Melchiſedech Pſalmum 109. & Abraham Pſalmum 88. iiſdem Hebræis auctoribus, ediderunt. Qui omnes fuerunt Moyſe antiquiores. Deinde Seth filius Adæ dicitur ſcripſiſſe ſeptem libros, vt refert D.Epiphanius hæreſi 39. contra Sethianos , de nomine Seth ſic appellatos , quòd ſe de illius ſtirpe natos gloriarentur. (D.Epiph.) Duo filij Seth audientes ab Adamo duplex diluuium aquæ , & ignis aliquando euenturum, vt poſteritati conſule- E rent , Aſtronomicas ſcientias , quarum erant peritiſſimi, duplici in columna , marmorea, & lateritia ſcripſerunt ; vt ſi lateritia aquæ diluuio ſolueretur, marmorea ſupereſſet, per quam ad poſteros ea doctrina emanaret : contra verò, ſi ignis diluuio marmorea deflagraret , incolumis euaderet lateritia, per quam illa ſcientia poſteritati traderetur. Quam rem Ioſephus libro 1. Antiquitat. cap. 3. teſtatur. (Ioſeph.) Præterea Henoch librum edidit propheticum, cuius mentio fit non ſolùm in libro de teſtamentis duodecim Patriarcharum in teſtamento 8. Nephthali , ſed etiam in epiſtola Canonica Apoſtoli Iudæ , num. 14. vbi eius prophetiæ verba referuntur. Vnde D.Auguſt lib.15.de Ciuitate,cap.23.& (D.Aug.) lib. 18. cap. 38. ex loco Apoſtoli citato , eandem

propbe

Beroſus.

A prophetiam admittit, & confirmat. Deinde Noë, vt refert Beroſus lib. 3. Antiquit. dicitur edidiſſe quoddam monumentum, & in eo totam diluuij hiſtoriam ad æternam poſteritatis recordationem in marmore ſcriptam reliquiſſe. Tandem Baldad ad priſtinos annales Iobum remittebat, dicens: *Interroga generationem priſtinam, & diligenter inueſtiga Patrum memoriam.* Iob. 8. num. 8 Quæ omnia monumenta Muſaicis libris antiquiora fuerunt. Non poteſt igitur ſacra hiſtoria à Moyſe ſcripta omnium antiquiſſima cenſeri.

47. *Sacra Moyſis hiſtoria aliis etiam ſacris libris antiquior.* Rupert.

Dicendum nihilominùs ſacram hiſtoriam à Moyſe editam non ſolùm inter profanos libros, ſed etiam inter alios ſacros antiquiſſimam eſſe. Vnde Rupertus lib. 9. de glorificatione Trinitatis, cap. B 3. *Moyſes*, inquit. *præceſſor omnium Prophetarum fuit, cuius ſcriptura profluens non ab homine, ſiue à literatura manu ſcripta cuiuſpiam hominis, ſed ab ipſius Dei ore, quaſi fons ſcripturarum eſt: nam cætera omnes ſcripturæ propheticæ quaſi riui ſunt eiuſdem fontis.* Vbi Moſaicam hiſtoriam comparat non ſolùm cum profana, ſed etiam cum omni alia ſacra hiſtoria; eamque omnium fontem, & proinde omnium antiquiſſimam teſtatur. Quod meliùs oſtendi non poteſt, quàm ſi rationes in contrariam partem ſtructæ diſſoluantur.

48. *Soluitur primus nodus, quiſnã ſacris bellorum Domini liber.*

Primum illum nodum alij aliter ſoluunt. Primò dicunt quidam, nullum fuiſſe librum bellorum C Domini: nam dictionem סֵפֶר *Sepher*, pro qua Latinus vertit *liber*, propriè ſignificare narrationem, ſeu numerationem; atque adeò ſenſum illius loci hunc eſſe, *dicitur in narratione bellorum Domini: Sicut fecit in mari rubro, ſic faciet in torrentibus Arnon.* Hoc eſt, quoties narrantur, ſeu numerantur bella Domini, & miracula in eis diuinitùs confecta, ſemper celebrantur illa duo, quæ Dominus in mari rubro, & torrentibus Arnon patrauit. Ex quibus patet non citari ibi librum aliquem ſcriptum, in quo illa miracula contineantur; ſed vocalem, ac vulgarem hominum narrationem: in qua eadem miracula prouerbialiter celebrentur. Sic, reſpon- D dent Hebræi, quos Sixtus Senenſis lib. 2. Bibliothecæ, verbo, *Bellorum Domini liber.* Abulenſis quæſt. 23. in cap. 21. Num. & Delrius in Adagialibus ſacris, Adagio 110. retulerunt. Hebræorum ſententiam ſequuntur Eugubinus, & Oleaſter, & ex parte Caietanus, quatenus pro libro, vertit etiam *narrationem.* Sed immeritò, niſi fallor, cùm Latinus interpres transferat, *in libro*, & Septuaginta, *ἐν βίβλῳ*, & dictio Hebræa סֵפֶר *Sepher*, ſine dubio librum ſignificet, quidquid ſit de citata illa ſignificatione: ideoque non ſit, cur vocabulum notæ ſignificationis, *liber*, ſine neceſſitate in alienam trahatur.

Prima opinio negans eſſe librum ſcriptum, improbatur.

Sixt. Senenſ. Abulenſ. Delrius.

Eugub. Oleaſt. Caiet.

49. *Secunda opinio aſſerens eſſe librum ſcribendum, refellitur.*

Secundò reſpondent alij, citari à Moyſe librum E bellorum Domini, non ſcriptum, ſed quem lumine prophetico præuidit poſtea ſcribendum, in quo illa bella memoriæ penderentur. Ita docet Bellarminus ſuprà citatus ex ſententia Hebræorum. Et moueri poſſunt ex aliquorum translatione in futuro; *Dicitur in libro bellorum Domini:* non verò *dicitur*, vt eſt in Vulgata. Fauere videtur Caietanus, quatenus dicit hunc librum, ſeu, vt ille interpretatur, hanc narrationem bellorum Domini, contineri in Pſal. 134. & 135. in quibus, & tranſitus maris rubri, & victoriæ contra Sehon Regem Amorrhæorum, & Og Regem Baſan enarrantur: quos Pſalmos citare non potuit Moyſes, vt iam ſcriptos, ſed multis pòſt annis à Dauide ſcribendos. Huic interpretationi calculum adiicere videtur Rup. lib. 2. de Victoria Verbi, cap. 18. per eum librum intelligens totam Scripturam, in qua nihil niſi certamina Verbi Dei,

Caiet.

Rupert.

A ad peccati, ac diaboli deſtructionem ſcribantur. Quæ Moyſes, vtpote excellentiſſimus Propheta, à diuerſis auctoribus Canonicis poſtea ſcribenda eſſe, non ignorauit. Non tamen acquieſco, ſi literæ inſiſtendum ſit. Nam liber, qui ad rem aliquam confirmandam allegatur, debet eſſe notioris auctoritatis, ne ignotum per ignotius declaretur: eam verò non habet liber ſcribendus, cùm à nemine cognoſcatur. Quare obiter mihi videntur perſtringendi illi ſcriptores, qui maioris eruditionis oſtentandæ gratia, notos & probatos auctores prætermittunt, & prouocant ad ignotos, & alienos: rati ſatis firmos & locupletes eſſe illos teſtes, quos nemo, vtpote ignotos, falſitatis conuincat. Sed hi profectò non tam lectoris fidem B quærunt, quam admirationem ambiunt, digni profectò, qui neque in fide, neque in admiratione habeantur.

Tertiò docent alij, illum librum fuiſſe quidem aliquem Moyſe antiquiorem, ſed profanum, & qui iam non extet, cuiuſmodi multos fuiſſe oporteret apud Chaldæos, & Ægyptios, ex quibus Moyſes ſuam hauſerit ſapientiam, qua florebat: *Erat enim*, inquit Stephanus, *eruditus omni ſapientia Ægyptiorum* Actor. 7. n. 22. Ita docet D. Auguſtinus q. 42. in Num. cui facilè aſſentientur illi omnes, qui hunc librum Canonicum eſſe inficiantur. Qua C in re fateor in primis illos Ægyptiorum, & Chaldæorum libros antiquiores fuiſſe Moyſe: neque enim dicimus, Moyſem omnium, qui vnquam ſcripſerunt, antiquiſſimum fuiſſe, ſed omnium, quorum extent monumenta. Addo præterea, quamuis Ægyptia ſapientia Moſaicam doctrinam anteceſſerit, non propterea tamen omni ſacra antiquiorem eſſe exiſtimandam. Nam vt bene obſeruat D. Auguſt. lib. 18. de Ciuitate, cap. 37. quo tempore tota Ægyptus ignorantiæ tenebris obruta iacebat, iam Abraham diuinæ ſapientiæ, & prophetici luminis ſplendore radiabat. Imò neque Moyſes totam, quam habuit adhuc iunior, ſapien- D tiam ab Ægyptiis didicit, ſed etiam partim diuina gratia adiutus, partim labore proprio obnixus acquiſiuit. Nam vt bene Philo Hebræus lib. 1. de eius vita; *Præceptores*, inquit, *puer intra modicum tempus ſuperauit, natiua docilitate inſtitutionem præcurrens, vt reminiſci videretur, non diſcere, in rebus difficilioribus de ſuo comminiſcens aliquid; quippe præclara ingenia multa nouant circa ſcientias. Anima bene nata præceptis obuiam ſe offerens, à ſe ipſa magis, quam à magiſtris adiuuatur.* Diſcebat quidem ab Ægyptiis, ſed eorum doctrinam ſuo ingenio ſic augebat, vt plura rependere, quàm accipere videretur. Tandem nego, eum librum bellorum Domini, quem Moyſes allegauit, externum eſſe, ab Æ- E gyptiis, Chaldæiſve ſcriptum: tum quia in eo Hebræorum res præclarè geſtæ continebantur, quas cùm Ethnici homines parum curarent, minimè ſcribendas ſuſciperent: tum quia Moyſes Canonicus ſcriptor ad ſuam hiſtoriam confirmandam inferioris auctoritatis teſtimonium nequaquam adhiberet, ne à fallibili teſtimonio in rem infallibiliter aſſertam aliqua fallibilitas refunderetur; quod ex ſtatim dicendis magis conſtabit.

50. *Tertia opinio aſſerens librum fuiſſe profanum, reiicitur.*

D. Aug.

D. Auguſt.

Phil. Hebr.

51. *Quarta, & vera ſententia hunc librum inter Canonicos numerãs, approbatur.*

Quartò dicendum eſt, hunc librum bellorum Domini, eſſe planè ſacrum, & Canonicum. Ita docent Abulenſis, Cornelius, Delrius citatus, Pineda in præuio Salomone lib. 1. cap. 1. quæſtiuncula 8. & alij. Et ratio eſt iam adducta, quia ſcriptor Canonicus, qualis Moyſes ad confirmandam rem, de qua agebat, non niſi teſtimonio ex libro Canonico deprompto vteretur. Duo tamen obiici poſ-

Abul. Cornel. Delrius. Pineda.

ſunt. Vnum, quòd D. Paulus citauerit aliquando Aratum Poëtam: *Sunt*, inquit, *& quidem veſtrorum Poëtarum dixerunt, ipſius enim & genus ſumus.* Actorum 17. n. 28. Et Menandrum, vt D. Hieronymus, D. Thomas, aliique interpretantur: *Corrumpunt*, inquit *mores bonos colloquia mala* 1. Corinth. 15. n. 33. Et Epimenidem: *Cretenſes*, inquit, *ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri.* ad Tit. 1. n. 12. Quaſi alienum non ſit ab ſcriptore Canonico, ſuam hiſtoriam teſtimonio non Canonico confirmare. Alterum, quòd Scriptura aliquando vtatur ratione probabili, ad confirmandam concluſionem fidei. Vt cùm D. Petrus ad Iudæos argumentatus: *Non enim*, inquit, *ſicut vos exiſtimatis, hi ebrij ſunt, cum ſit hora diei tertia.* Actor. 2. n. 15. Ergo etiam ad confirmandam rem auctoritate diuina ſtabilitam, afferri poteſt teſtimonium ſola auctoritate humana fundatum.

D. Hier.

Sacra Scriptura qui pacto humanas auctoritates ſumetur.

Reſpondeo ad primum, D. Paulum non abſolutè confirmaſſe ſua dicta teſtimonijs Poëtarum; ſed vſum fuiſſe argumento ad hominem, vt vocant: vt ex conceſſis apud Ethnicos, Ethnicos conuinceret, & proprio Ethnicorum gladio Ethnicos iugularet. Quo pacto & Chriſtus Dominus ad conuincendos Phariſæos, Phariſæorum teſtimoniis ſæpiùs vtebatur. Matth. 21. n. 42. & paſſim alibi. Ad ſecundum reſpondeo, dupliciter probari poſſe res fidei, aut oſtendendo earum veritatem, aut oſtendendo earum probabilitatem. Ad priorem probationem, quando abſolute fit, requiri rationes infallibiles: ad poſteriorem ſufficere probabiles. Et eodem modo de auctoritate philoſophandum: nam diuina requiritur, vt res infallibiliter credenda indicetur: humana ſufficit, vt credibilis cenſeatur. Porrò cum librum citauit Moyſes abſolutè ad veritatem hiſtoriæ, quam narrabat, confirmandam; propterea indéque dicendum eſt, diuinam auctoritatem habuiſſe.

52. *Refelluntur qui hunc librum adhuc extare affirmant.* Caiet. Abenez.

Supereſt tamen dubitatio, ſitne hic liber ex Canonicis, qui adhuc extant, an qui iam interciderint. Illud prius dicunt nonnulli: nam Caietanus ſentire videtur eſſe librum Pſalmorũ: Abenezra, librum Iudicum: alij librum Ioſue: nec deſunt Rabbini, qui dicant eſſe ipſum librum Numerorum, ducti interpretatione nominis ספר id eſt, vt ipſi interpretantur, *numeratio*. Sed non ſunt audiendi: tum quia illi tres priores libri Pſalmorum, Iudicum, & Ioſue, non extabant tempore Moyſis, qui planè citare non debuit libros prorſus incognitos, vtpote nondum ſcriptos ne ignotum per ignotius declararet, vt ſuprà diximus: tum quia in illis non reperitur ſententia, quæ hoc loco refertur; neque dicendum eſt excidiſſe, cùm hi libri à Iudæis ſacri, tectique ſeruati ſint vſque ad captiuitatem Babylonicam, & poſtea ab Eſdra fideliter reſtituti: tum quia liber Numerorum citari non debuit ad eundem librum Numerorum confirmandum. Alioqui ſacer ſcriptor idem per idem confirmando nugari videretur. Quemadmodum ſi Moyſes Geneſim ſcribens, diceret: *In principio creauit Deus cælum & terram, ſicut ſcriptum eſt in libro Geneſis*, quis dubitaret nugatoriam confirmationem effeciſſe? Hoc igitur poſterius dicunt alij probabilius Abul. Sixtus Senenſis, Brixianus, Cornelius, Pineda, & alij. Et ratio eſt, quia cum inter eos, qui extant, non appareat, fatendum eſt, cum abolitus periiſſe, Obijcies: Liber Canonicus nunquam periit. vt docet Salmer. lib. 1. proleg. 9. can. 4. Et probat, quia eſt regula fidei, quæ deſinere non debet; alioqui non eſſet Eccleſia diligens cuſtos depoſiti ſibi traditi ab Apoſtolo, dicente *O Timothee, depoſitum cuſtodi.* 1. Tim. 6. n. 20. Ergo hic liber bellorum Domini, vel Canonicus non fuit, vel adhuc incolumis exiſtit. Dicendum

Hunc librum iam intercidiſſe, verius Abulenſ. Six. Sen. Brix. Cornel. Pineda. Salmer.

A tamen, potuiſſe librum Canonicum aliqua iniuria temporis interire. Deo ita prouidente, ob aliquam ſuæ diuinæ ſapientiæ rationem; quin Eccleſia deficere in ſuo depoſito cuſtodiendo cenſeatur, cùm ea iactura ſine vlla Eccleſiæ incuria contingere potuerit; & quin Deus in regulis fidei conſeruandis male conſuluiſſe Eccleſiæ exiſtimetur, cùm potuerit vnius iacturam per alias compenſare.

53. *Hunc librum à Moyſe ante Geneſim ſcriptum eſſe concluditur.*

Fuit igitur hic liber Canonicus, & fortaſſe non ab alio ſcriptus, quàm à Moyſe, cum nulla ratio appareat, cur aliis ſcriptoribus tribuatur. Quòd ſi Moyſes illius auctor fuit, planè eum poſt Geneſim ſcripſit; cùm & naturæ, & doctrinæ ordo poſtula-
B rit, vt priùs mundi exordia, quàm Patriarcharum certamina ſcribere aggrederetur. Vnde patet Moyſis hiſtoriam, omnium non ſolùm profanarum, quæ extant, ſed omnium ſacrarum, quas ſciamus ſcriptas eſſe, antiquiſſimam fuiſſe.

54. Bellarm. *Soluitur ſecundus nodus, num Iobus Moyſe ſit antiquior.* D. Hier.

Secundum nodum ſoluit Bellarminus lib. de Eccleſiaſticis ſcriptoribus, verbo *Iob*, concedens quidem Iobum fuiſſe Moyſe antiquiorem Nam ſiue Iobus fuerit tertius à Nachor fratre Abrahæ, vt docent Hebræi quos ſequitur D. Hieron. in quæſtionibus Hebraicis, ſiue fuerit quintus ab Abraham per Eſau, vt Græci, & aliqui Latini exiſtimant, ſemper fuit antiquior Moyſe, qui fuit ſextus ab Abraham per Iacobum, vt patet Exod. 6. à n. 16. Et
C quamuis hæc probatio non conuincat, ſaltem in hac poſteriori Græcorum ſententia, quia fieri poteſt, vt qui primo ſtipiti vno gradu vicinior eſt, ſit ab eodem primo ſtipite remotior tempore; nepos enim ex fratre ſenior eſſe poteſt ipſo patruo, vt ſæpenumero contingit: tamen in illa priori ſententia Hebræorum, quam ſequitur Bellarminus, efficacior procedit. Concedens igitur Bellarminus Iobum antiquiorem eſſe, negat ab eo librum compoſitum fuiſſe, ſed potiùs ab ipſo Moyſe, Iobo tamen nonnihil concurrente: nam Iobum ſuas res geſtas lingua Arabica annotaſſe; Moyſem verò eas poſtea in librum Hebraico idiomate compoſuiſſe. Et mouetur, tum quia cum Iob non fuerit de filiis Iſraël, ſed vel Idumæus, ſi procedit ab Eſau, vel
D Arabs, ſi deſcendit à Nachor; profectò liber ab eo ſcriptus in canonem ſcripturarum non reciperetur ab Iſraëlitis: tum quia ſequeretur, Moyſem non fuiſſe primum ſcriptorem Canonicum; quod ipſe docet communi conſenſui repugnare.

Moyſes Iobi librum ſcripſit.

55. *Soluitur tertius nodus. Omnes Pſalmi à ſolo Dauide compoſiti. Nullos ſacros libros Seth edidit* D. Epiph.

Tertius nodus multiplex eſt. Singulos ita ſoluo. In primis illi tres Pſalmi non habuerunt eos auctores, quos referunt Hebræi, cùm omnes à Dauide compoſitos fuiſſe certius habeatur. Quod quia recentiores interpretes proprio in loco copiosè tractant, tractare ſuperſedeo in alieno. Deinde illi ſeptem libri non ſunt à Seth compoſiti, ſed ab hæreticis conficti; vt docet D. Epiphan. citatus, ſicut & illi alij, qui vt refert idem D. Epiphan no-
E mine Abraham, & Moyſis, & aliorum illuſtrium virorum inſcripti circumferuntur. Tolerabilius eſt quod refert Auctor imperfecti operis in Matth. homil. 2. ad illa verba: *Vidimus ſtellam eius in Oriente. Audiui*, inquit, *aliquos referentes de quadam ſcriptura, etſi non certa, tamen non deſtruente fidem, ſed potius delectante, quoniam erat quadam gens ſita in ipſo principio Orientis iuxta Oceanum: apud quos ferebatur quadam ſcriptura inſcripta nomine Seth, de apparitura hac ſtella, & muneribus ei* (nempe Chriſto) *huiuſmodi offerendis.* Nihilominus hæc fundamentum non habent, ſed potiùs figmentum redolent.

56. *Columnæ filiorum Seth, inter Cano-*

Quod ſequitur de columnis à filiis Seth ſcriptis, parùm vrget: tum quia illæ columnæ iam non

nices libros non ſunt numeranda. Ioſeph.

extant; quamuis Ioſephus citatus dicat, ſaltem lapideam ſuis temporibus in Syria conſeruari: tum quia, cùm non eſſent diuino ſpiritu, ſed potiùs humano ingenio, de rebus Aſtronomicis ſcriptæ, non poſſunt inter ſcripturas Canonicas recenſeri.

57. *Sacrum Henoch librum temporis iniuria vitiauit.* Sixt. Senenſ. Peter. Salm. *Diluuij hiſtoriam Noë non edidit.*

Quod attinet ad Henoch, fateor cum D. Auguſt. citato, eum aliquid diuinum ſcripſiſſe. quod vtinam ad nos ſincerum, atque illibatum perueniret: ſed iniuria temporum, & hominum malitia effecit, vt multa in eo libro falſa veris miſcerentur; propter quod à canone, tanquam apochryphus excluderetur. De quo plura Sixtus Senenſis lib. 2. ſuæ Bibliothecæ, Pererius lib. 7. in Geneſ. Salmeron in epiſtolam Canonicam Iudæ. De illo monumento, quod dicitur a Noë editum, parùm curandum eſt; cùm id ſola Beroſi auctoritate, quæ eſt admodum infirma, fulciatur. Cùm verò Iobus interrogare generationem priſtinam, & inueſtigare Patrum memoriam iubetur, vel non remittitur ad annales vllos ſcriptos, ſed ad traditiones aliquas per manus veluti deductas; vel non ſunt ſcripta, de quibus agimus, quæ modò extent, ſed quæ iam penitus interierint.

58. *Sacra hiſtoria per antonomaſiam antiqua.*

Ex quibus patet ſacræ hiſtoriæ antiquitas, longè maior, quàm ſit vlla, non ſolùm profanorum, ſed etiam aliorum ſacrorum ſcriptorum. De qua proinde per antonomaſiam dicitur illud: *Sapientiam omnium antiquorum exquiret ſapiens.* Eccleſiaſtici 39. n. 1. Quiſquis enim vllam ſapientiæ partem inquirere voluerit, has Athenas omnium bonarum artium altrices nempe ſacram hiſtoriam frequentet; quæ ſicuti antiquiſſima, ita & ſapientiſſima cenſenda eſt. Quod autem dixit ſenex ille Ægyptius ſuprà citatus, Græcos ſemper eſſe pueros, nunquam ſenes, ſic interpretatur Clemens Alexand. lib. 1. Stromat. ad finem, vt ſenes appellarit, *qui antiquiora, hoc eſt, noſtra nouerant; iuuenes, qui recentiora, & quæ exercebantur à Græcis, quæ heri, & nuper facta fuerant, vt vetera, & antiqua referebant.* Quaſi ea tantùm, quæ à ſacra hiſtoria hauritur ſapientia, antiquæ nomen mereatur. Vnde Plato apud Iuſtinum Martyrem ſuprà citatum, Moyſis legem rectè per excellentiam appellauit, *vetus verbum*: tum quia multæ aliæ diſciplinæ iuniores illam ſequutæ ſunt; tum quia nulla eam eam antiquior præceſſit. Quare ſi cum maxima ſacræ hiſtoriæ antiquitate ſumma eiuſdem veritas coniungatur; quis dubitet diuinam in ea auctoritatem reperiri, quæ tam longò tempore oppugnata, nunquam potuerit expugnari?

Clem. Alex. — Plato.

SECTIO III.

Hiſtoriæ ſacræ veritas.

1. *Veritas prima hiſtoriæ lex.* Tull. *Profana hiſtoria mendax.* D. Hier. *De Græca oſtenditur.* Cicer.

PRima hiſtoriæ lex eſt veritas, iuxta illud Tullianum lib. 2. de Oratore: *Quis neſcit,* inquit, *primam eſſe hiſtoriæ legem, ne quid falſi dicere audeat: deinde ne quid veri non audeat; ne qua ſuſpicio gratiæ ſit in ſcribendo, ne qua ſimultatis:* Hanc legem neque Græci, neque Latini hiſtorici, vt interim de aliis taceam, ſeruarunt. Vnde D. Hieronymus, in epiſtol. 41. ad Ruffinum, loquutus de miraculo ſerpentis in deſerto ſuſpenſi. Num. 21. num. 9. *Cedant,* inquit, *huic veritati tam Græco, quam Romano ſtylo mendaciis ficta miracula.* Et quidem de Græcis eſt illud Satyrographi, Satyra 10.

——Creditur olim
Velificatus Athos, & quidquid Græcia mendax
Audet in hiſtoria.——

Franc. Mendoça in lib. Reg. Tom. 1.

A Cic. lib. 1. de legibus: *Apud Herodotum,* inquit, *hiſtoriæ patrem, & apud Theopompum, ſunt innumerabiles fabulæ.* Vnde Herodotum non iam *Polyhiſtorem*, id eſt, multarum rerum ſcriptorem; ſed *Mythohiſtorem*, id eſt, ſcriptorem fabularum appellant. Quintilianus lib. 11. inſtitut. c. 4. ſimilem poeticæ licentiam in Græcis hiſtoriis condemnat. D. Hieron. in c. 27. Ezechiel. de Græcis ſcriptoribus loquutus: *Non debemus,* inquit, *eorum auctoritati acquieſcere; quorum mendacia deteſtamur.* Clemens Alexand. lib. 1. Stromat. ad finem docet, *Græcorum opinionem parum quid differre a fabulis.* D. Cyril. Alexand. lib. 6. contra Iulianum; *Portentoſa,* inquit, *mendacia, eorum* (id eſt, Græcorum) *ſunt ſacramenta.* Hinc eſt illa inter Græcos B ſcriptores acerrima pugna, alios aliorum ſcripta impugnantes & eleuantes; vt omnes pariter temeritatis, & vanitatis conuicti teneantur.

Quintilian. D. Hier. Clem. Alex. D. Cyrill. Alex.

2. *Latina hiſtoria falſitatis labe infecta.* Flauius Vopiſc. Liuius.

Iam verò, & Latinos ſcriptores aliqua falſitatis labe infectos quis ignoret, cùm eorum vnus Flauius Vopiſcus in vita Aureli fateatur, nullum eſſe hiſtoriæ ſcriptorem, qui non ſit aliquando mentitus; & propterea dicat, ſe ab ſcribenda hiſtoria non deterreri, ſed potiùs vehementer animari, quòd mendaciorum ſuorum ſocios ſit habiturus. Liuium Romanæ hiſtoriæ principem, paſſim in veritate claudicare neceſſe eſt; cùm ipſemet lib. 7. & 8. ingenuè fateatur, imò & conqueratur, ſe multa ſcripſiſſe, quæ neque viderit, propter locorum, ac temC porum interuallum; neque ſatis perſpicuè legerit, propter inopiam literarum, quæ de illis rebus ſupereſſent; neque tandem ex vllo eorum temporum ſcriptore didicerit, quo ſatis certo auctore ſtaretur. Viam igitur perplexam, & obſcuram ſine duce aggreſſus, qui fieri potuit, vt non erraret? Cornelium verò Tacitum, alterum Romanæ hiſtoriæ ſcriptorem in primis nobilem appellat Tertul. in Apologet. c. 16. *mendaciorum loquaciſſimum*; vel ex eo, quòd aſininum caput, Chriſtianorum Deum affirmarit. Quo mendacio quid impudentius fingi poteſt? Sed vt interim alios omittam, totam Romam quid aliud, quàm mendaciorum altricem appellarim? Vnde D. Leo ſerm. 1. in natale ApoD ſtolorum Petri & Pauli, Romam vocat olim quidem *magiſtram erroris*; modò autem *diſcipulam veritatis.* Et paulò poſt: *Hæc ciuitas,* inquit, *cùm penè omnibus dominaretur gentibus, omnium gentium ſeruiebat erroribus: & magnam ſibi videbatur aſſumpſiſſe religionem, quia nullam reſpuebat falſitatem.* Et ruſſus de Roma loquutus: *Vbi,* inquit, *diligentiſſima ſuperſtitione habebatur collectum, quidquid vſquam fuerat variis erroribus inſtitutum.* Nec mirum externos ſcriptores tam multis erroribus implicari. Nam vt eos propria malitia non induceret vt fallerent; ſaltem inſita ignorantia impelleret, vt fallerentur. Homines enim erant, qui corpore, veluti quodam iuſtitiæ indumento, vt Triſmegiſtus appellauit, inuolui, in mulE tos paſſim errores præcipitantur.

Cornel. Tacit. Tertul. D. Leo. *Roma mendaciorum quondam altrix.*

3. *Eccleſiaſticos doctores ſua etiam fefellit opinio.* Vincent. Lirinenſ.

Neque ab hac lege humanæ inſcitiæ immunes fuerunt Eccleſiaſtici doctores: nam & ipſos ſæpenumero ſua opinio fefellit; quibus tamen recenſendis ſuperſedeo, tum quia noti ſunt iis, qui ſacris Patribus, & Scholaſticis doctoribus verſandis mediocriter incumbunt: tum etiam, ne videar ad pugnam exhumare, qui in pace iam ſepulti conquieſcunt; & proinde imitari illos hæreticos, qui, vt loquitur Vincentius Lirinenſis commonitorio 1. c. 11. *Sancti cuiuſque viri memoriam, tanquam ſopitos iam cineres profana manu ventilant; & quæ ſilentio ſepeliri oportebat, rediuiua opinione diffamant, ſequentes omnino veſtigia auctoris ſui Cham, qui nuditatem venerandi Noe non modò operire neglexit, verùm quoque irridendam cæteris enuntiauit.*

4. *Sacra hiſtoriæ infallibilis veritas.*

Itaque omnis hiſtoria profana multis erroribus corrupta eſt, ac deprauata. Nihilominus ſacra hiſtoria, cùm non humano ingenio lucubretur, ſed diuino, nec fallere, nec falli poteſt; ſed ſicut habet infallibilem auctorem, ita & infallibilem auctoritatem. Quare illa lex hiſtoriæ, quam initio lectionis ex Tullio retulimus, nuſquam meliùs, quàm in ſacra hiſtoria obſeruatur, teſte D. Chryſoſtom. homil. 29. in Geneſ. poſt medium: *Vnus, inquit, ſcopus & terminus Scripturæ diuinæ eſt, ne quid falſorum intermittat, ſed veritatem nos doceat: neque propter inuidiam iuſtorum virtutes prætereat; neque propter gratiam peccata adumbrat.* Nec mirum, cùm Scriptura Deum habeat auctorem, qui non modò non fallit, ſed & fallere non poteſt: *de fallacia ſolummodò infirmus*, vt loquitur Tertull. lib. de reſurrectione carnis, cap. 38. Hinc igitur ſacra, & profana hiſtoria maximè diſtinguuntur. Vnde Clem. Alexandr. lib. 1. Stromatum 4. de ſacris, ac profanis literis loquutus: *Aliter, inquit, quiſpiam dicit de veritate, aliter veritas ſeipſum interpretatur. Aliud eſt veritatis coniectura, & aliud veritas. Aliud ſimilitudo, aliud id ipſum, quod eſt.* Quaſi diceret: in profanis literis diſſerunt quidem Philoſophi de veritate, ſed multis falſitatibus adumbrata; vt non tam ipſa veritas, quàm quædam veritatis obſcura, ac penè effugiens imago inter errorum nebulas, & caligines intermicare videatur. At verò in ſacris literis ipſamet veritas nullo tecta fuco, nullo amicta velo, nullo circumfuſa inuolucro falſitatis, ſed pura, terſa, ac ſincera ſe expandit.

D. Chryſ.

Veritas infallibilis ſacram hiſtoriam à profana diſtinguit.

Clem. Alex.

5. D. Hier.

Clariùs D. Hieronymus epiſt. 62. ad Theophilum aduerſus errores Ioannis Hieroſolymitani: *Scio, inquit, me aliter habere Apoſtolos, aliter reliquos tractatores: illos ſemper vera dicere, iſtos in quibuſdam vt homines aberrare.* Imò D. Auguſtinus epiſt. 19. ad Hieron. cap. 1. *Ego, inquit, ſolis eis ſcripturarum libris, qui iam canonici appellantur, didici hunc timorem, honoremque deferre, vt nullum eorum auctorem ſcribendo aliquid erraſſe firmiſſimè credam. Alios autem ita lego, vt quantalibet ſanctitate, doctrinâque præpolleant, non ideo verum putem, quia ipſi ita ſenſerunt, ſed quia mihi vel per illos auctores Canonicos, vel probabili ratione, quod à vero non abhorreat, perſuadere potuerunt. Nec te, mi frater, ſentire aliud exiſtimo: prorſus, inquam, non te arbitror ſic legi tuos libros velle, tanquam Prophetarum, vel Apoſtolorum: de quorum ſcriptis, quod omni errore careant, dubitare nefarium eſt.* Sinceram igitur, & incorruptam ſacræ doctrinæ veritatem duplici ex capite illuſtrabo. Vno, quòd ſacra hiſtoria nunquam ſecum pugnet. Altero, quòd nunquam ab externis hoſtibus expugnetur.

D. Aug.

Nulla pugna in ſacra hiſtoria.

6. *Nulla in profana doctrina concordia.* Tert. D. Aug.

SIcut nulla concordia reperitur in profana doctrina, ita nulla diſcordia in ſacra. De Ethnicis Tertull. lib. 1. de Anima. cap. 2. *Plus, inquit, diuerſitatis inuenies inter Philoſophos, quam ſocietatis, cùm & in ipſa ſocietate diuerſitas deprehendatur.* Quod D. Auguſtin. lib. 18. de Ciuit. cap. 41. latiùs expendit. Nam loquutus de antiquis Philoſophis: *Cur, inquit, diſſenſerunt, & à magiſtris diſcipuli, & inter ſe diſcipuli, niſi quia vt homines humanis ſenſibus, & humanis ratiocinationibus iſta quæſierunt?* Et ibidem admiratur in eadem ciuitate, Athenis ſcilicet, alios, atque alios diuerſa, & aduerſa ſenſiſſe: Epicuræos diuinam prouidentiam negantes; Stoicos aſſerentes: Ariſtippum in voluptate corporis ſummum bonum collocantem; Antiſthenem in virtute animi conſtituentem. Imò in eadem porticu, in eodem gymnaſio, alios vnum mundum aſtruentes; alios innumerabiles. Et rurſus ex iis, quibus vnus mundus placebat, alios illi ortum, ſeu initium tribuentes; alios non ita. Rurſus alios interiturum aſſerentes; alios ſemper duraturum. Præterea alios eum caſui, & fortunæ ſubiicientes; alios ad diuinam tantùm legem reuocantes. Nec minus circa rationales animas decertatum, dum alij mortales, alij immortales aſſerebant. Et ex his quidam in beſtias reuolui; alij nequaquam. Ex illis verò, alij morituras ſtatim poſt corpus; alij paulo diutiùs victuras, non tamen ſemper. Et quod magis admirandum eſt, has tam aduerſas opiniones non fuiſſe de rebus ludicris, ac nullius momenti; ſed de maximè neceſſariis ad beatã vitam. Vt non immeritò illa vrbs Babylon, id eſt, confuſio, potuerit appellari, in qua nihil haberetur firmum; ſed omnia contrariis inter ſe erroribus diſtraherentur, principe illius vrbis diabolo nullam inter ſuos ciues concordiam negotiante: qui ſciret, ſic tumultuantem, ac diſſentientem vrbem ſub ſua tyrannide diutiùs conſeruandam. Vnde Theod. lib. 2 de principiis, vocat corruptiſſimas Græcorum diſciplinas: *Neque enim, inquit, omnes eadem militari via inceſſerunt, neque præcedentium maiorum veſtigia conſectati ſunt: ſed tum proprias ſibi quiſque vias fecerunt, tum verò & innumeras excogitarunt: multiſica ſunt enim mendacij, falſitatiſque ſemina.* Quaſi veritas reperiri non poſſit, vbi tanta ſententiarum diuerſitas reperitur.

Theodor.

7. *Nulla inter Hæreticorum ſectas concordia.* D. Hilar.

Iam verò inter Hæreticos nulla pax, nulla concordia. Vnde D. Hilarius libro 7 de Trinit. *Dum, inquit, Hæretici omnes ſe inuicem vincunt; nihil tamen ſibi vincunt. Victoria enim eorum Eccleſiæ triumphus ex omnibus eſt: dum in eo hæreſis contra alteram pugnat, quod in hæreſi altera Eccleſiæ fides damnat. Nihil enim eſt, quod Hæreticis commune ſit. Et inter hæc fidem noſtram, dum ſibi aduerſantur, affirmant.* Eleganter etiam Vigilius Martyr lib. 1. contra Eutychem initio: *Ita eos*, inquit, id eſt, Hæreticos, *ſibi inuicem extitiſſe contrarios inuenimus, vt eorum error veritati teſtimonium dicat, & inconſona perfidorum ſententia in vnum rectæ fidei modulum concinant, trophæumque noſtra victoria eorum caſſa certamina ſignent. Sabellij enim perfidia Arrij damnat errorem: rurſus Arriani dogmatis error Sabellij impietatem excludit.* Has Ethnicorum, & Hæreticorum pugnas docet D. Thom. in cap. 11. Geneſis eſt illius operis auctor, ſignificatas fuiſſe in diuiſione linguarum, in quas abierunt, qui turrim Babel ædificabant. Sicut enim hi omnes loquendo diſſidebant, ita & illi ſentiendo.

Vigilius Martyr.

8. *In ſacra hiſtoria nihil diſſonum.*

At verò in ſacra doctrina mirum eſt quàm ſibi concinant omnia, & cohæreant: nihil in ea litigat, omnia concordant: Deum enim pacis, ac veritatis, quæ vnica eſt, auctorem recognoſcit, qui nihil in ſua doctrina diſcors, nihil diſſonum patietur. Nam vt bene Tertul. lib. de ſpectaculis, c. 23. *Non amat, inquit, falſum auctor veritatis, adulterinum eſt apud illum omne quod fingitur.* Hæc igitur ſacræ hiſtoriæ concordia facilè illuſtratur.

Tert.

9. Hug. Vict.

Nam in pœnis pugna non niſi inter duos minimùm exercetur: quæ igitur pugna eſſe poteſt in ſacra doctrina, in qua omnia vnum appellantur? Nam vt bene Hugo Victor. tractatu de Arca Noë: *Sacra, inquit, Scriptura liber eſt vitæ, cuius origo æterna, eſſentia incorporea, ſcriptura indelebilis, aſpectus deſiderabilis, doctrina facilis, ſcientia dulcis, profunditas inſcrutabilis, verba innumerabilia, & vnum tantùm verba omnia.* Quamuis enim ſint innumerabilia verba quoad ſonum, tamen vnicum tantùm eſt quoad ſenſum, ſeu potiùs conſenſum. Vnum olim librum vidit Ioannes ſcriptum intus & foris, & audiuit, *Quis eſt dignus aperire librum?*

Apoc.

Rupert.

Apoc. 5. n. 3. Vbi Rupert. *Vnus*, inquit, *iſte liber ſancta Scriptura eſt: quæ idcirco dicitur, & eſt vnus liber, quia vno ſpiritu eſt conſcripta, & vnius verbi Dei theſaurus, & ſacrarium eſt.*

10. *Scriptura vnicus liber, quia cõcors.*

De tota Scriptura loquutus Iſaias, *Et erit*, inquit, *vobis viſio omnium, ſicut verba libri ſignati*, &c. Iſaiæ 29. n. 11. Atqui ſcriptura veteris Teſtamenti, etiam iuxta Hebræorũ ſententiam, quæ eſt omniũ anguſtiſſima, ſeu quæ in pauciſſimos libros totam Scripturam partitur, binos vicenos libros complectitur. Cur igitur vnus tantùm commemoratur, niſi quia, vt ſentit D. Hieronymus, tota Scriptura, propter ſummam, quam habet, vnius diuini Spiritus concordiam, digna eſt, quæ vnus tantùm liber appelletur? Eodem pertinet illud æterni Verbi per B Dauidem loquentis: *In capite*, inquit, *libri ſcriptum eſt de me, vt facerem voluntatem tuam.* Pſal. 39. n. 9. Vbi interprete D. Chryſoſt. Theod. & Euthym. *libri* nomine tota intelligitur Scriptura, quæ licèt propter verborum copiam in plures libros diuidatur; tamen interprete D. Hieron. ſuprà citato, propter cohærentem, & conſentientem rerum ſeriem, vnicus tantùm liber nominatur.

D. Chryſ. Theod. Euthym. D. Hieron.

11. *Libri profani multi, quia diſcordes.*

Contra verò profani libri multi dicuntur. Vnde Salomon: *Faciendi plures libros nullus eſt finis.* Eccleſiaſtes 12. n. 12. ſeu vt aliqui legunt, vel potiùs diſpungunt, in Scholiis Sixtianæ: *Caue à faciendis multis libris.* In quem locum Olympiodorus: *Talia*, inquit, *non ſunt ſanctæ Scripturæ volumina, quæ multis cõ-* C *ſcripta verſibus, multa tamen nequaquam dicuntur; ſed lex Domini nuncupantur: quandoquidem vnus in vtroq; Teſtamento legis eſt Liber, libriq; omnes ſanctæ Scripturæ in eundem finem ſcopùmque feruntur.* Et paulò pòſt: *Quæ ſunt itaque volumina, quæ nos dehortatur componere Eccleſiaſtes? nempe Gentilium, quæ alterius euertunt, & impugnant ſententias ſempérque inter ſeſe grauiſſimum bellum gerunt.* Et idem dicit de Hæreticorum, ac Iudæorum voluminibus, quæ multa dici poſſunt, quia in mille fabulas diſtrahuntur.

12. *Scriptura veritas, gemma vnica.*

Vir ille Euangelicus, qui bonas quærebat margaritas, *inuenta vna pretioſa margarita, abiit, & vendidit omnia, quæ habuit, & emit eam.* Matt. 13. n. 46. Vbi ſine dubio Chriſtianus Philoſophus repræſentatur, qui cum omnes vndiq; diſciplinas inueſtigaret, tandem in ſacra, ac diuina omnium pretioſiſſima conquieuit. Sed cur ſacra doctrina, paulò antè cum theſauro margaritarum pleniſſimo compoſita, nunc cum vna tantùm margarita componitur? Optimè D. Chryſ. hom. 48. ad eum locum: *Vna quippe*, inquit, *veritas eſt, nec in multas ſcinditur partes.* Si enim vbertatem ſacræ doctrinæ ſpectes, multarum gemmarum theſaurus eſt; ſi veritatem, vnica gemma eſt.

D. Chryſ.

13. *Vnica ſacra Scriptura cõcordia hoſtes expugnat.*

Congreſſurus Dauid cum Gigante, *elegit ſibi quinque limpidiſſimos lapides de torrente, & miſit eos in peram paſtoralẽ.* 1. Reg. 17. n. 40. Sed cùm tandem ad pugnam ventum eſt, *feſtinauit Dauid, tulitque vnum lapidem, & funda iecit, & circumducens percuſſit* E *Philiſthæum in fronte.* Ibid. n. 49. Quis non videt in hoc externo certamine cum Golia, internum certamen cum diabolo adumbrari? Sicut enim ibi quinque lapides eligũtur ad congreſſum, ſed vno tantùm victoria reportatur: ita hìc quinque libri diuinæ legis, tanquam ſpiritualia arma ad ineundum certamen menti adaptantur, ſed totum vno, ſeu potiùs omnium vnitate, & concordia dæmones repelluntur. Quod D. Aug. in titulo Pſalmi 143. de hac victoria compoſiti expendens: *Quinque*, inquit, *lapides poſuit, vnum miſit: libri quinque lecti ſunt, ſed vnitas vicit.* Neque enim tantæ efficacitatis eſſent hæc ſpiritualia arma, vt diabolum vincerent, niſi planè eſſent tantæ vnitatis, vt vnum

D Aug.

A omnino viderentur.

14. *Vnicum veritatis labiũ.*

Rectè quidem Sapiens: *Labium*, inquit, *veritatis firmum erit in perpetuum.* Prouerb. 12. n. 19. Vbi Lyranus rectè obſeruat non dici labia? ſed labiũ? quia *veritas*, inquit, *non variatur de vno in aliud.* Sed quaſi vno tantùm ore loquatur, vna ſemper, atque eadem perſeuerat: quod eſt certiſſimum veritatis argumentum. Nam vt bene Tertul. lib. de præſcriptionibus, c. 28. *Quod*, inquit, *apud multos vnum inuenitur, non eſt erratum, ſed traditum.*

Tert.

15. *Veteris & noui Teſtamenti mirabilis conſormitas.*

Transfiguratum eſt olim Chriſtus Dominus ante diſcipulos. *Et ecce*, inquit Euangeliſta, *apparuerunt illis Moyſes, & Elias cum eo loquentes.* Matt. 17. n. 3. Quorum verò hi potiùs, quàm quiuis alij veterum Patriarcharum? Ratio eſt, quia Moyſes legem, Elias Prophetas, vterque ſimul totum vetus Teſtamentum exprimebant; quod quidem æquum erat, vt cum auctore noui, Chriſto Domino, non pugnare, ſed concordare oſtenderetur. Sic exponit D. Anſelm. in Euangelij enarrationibus: *Moyſes*, inquit, *& Elias apparuerunt: quia lex, & Prophetæ in alto celſioris intelligentiæ cernuntur cum Euangelio, ac concordant in dictis ſuis cum eo.*

D Anſelm.

16. *Lex, & Propheta in Euangelio recapitulata.*

Sed cur D. Petrus dicens: *Faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moyſi vnum, & Eliæ vnum*; ignorãs appellatur? additur enim hæc dixiſſe, *neſciens quid diceret.* Luc. 9. n. 33. Optimè D. Anſelm. citatus: *In eo*, inquit, *quod tria tabernacula facere tribus quæſiuit,* C *neſciebat, quid diceret, cùm vnum ſit tabernaculum Euangelij, in quo lex, & Prophetæ morantur.* Quod videtur ex D. Hieronymo deſumpſiſſe, qui in c. 17. Matt. *Erras*, inquit, *Petre, & neſcis quid dicas. Noli tria tabernacula quærere, cùm vnum ſit tabernaculum Euangelij, in quo lex, & Prophetæ recapitulanda ſunt.*

D. Hier.

17. *Vtriúsque Teſtamentũ in monte conſignatum.*

Quæres vlteriùs, cur in monte voluerit Chriſtus Dominus transfigurari. Reſpondet aptè ad rem præſentẽ Tert. lib. 4. contra Marcionem, c. 22. Vt mons ille veteris legis cum hoc monte nouæ concordare videatur: *Quia*, inquit, *priſtinum populum apud montem, & viſione, & voce ſua creator initiarat, oportebat in eo ſuggeſtu conſignari nouum Teſtamentum, in quo conſcriptum vetus fuerat.* Sic enim vtriuſque concordia firmior oſtendebatur. Ex il- D lis duobus Seraphinis, quos vidit Iſaias, *clamabant*, inquit, *alter ad alterum*, Iſaiæ 6. n. 3. Non quidem ſine myſterio, vt D. Hier. in epiſt. 142. ad Damaſum interpretatus: *Pulchre*, inquit, *poſitum eſt, alter ad alterum. Quidquid enim in veteri legimus Teſtamento, hoc idem in Euangelio reperimus. Et quod in Euangelio fuerit lectitatum, hoc ex veteris Teſtamenti auctoritate deducitur: nihilque in eis diſſonum, nihil diuerſum eſt.*

Tert.

Vtriuſque Teſtamenti conformitas in duobus Seraphinis adumbrata. D Hieron.

18. *Vtrique Teſtamento par habẽda fides.* D. Hieron.

Vnde rectè monet Sapiens, vt vtriq; Teſtamento parem fidem habeamus. *Da partem*, inquit, *ſeptem, necnon & octo.* Eccleſiaſtes 11. n. 2. Vbi D. Hieron. per numerum ſeptenarium, qui ſabbatho clauditur, vetus Teſtamentum intelligit; per octonarium, qui Dominica terminatur, nouum. E *Præcipitur ergo*, inquit, *vt in vtrumque inſtrumentum, tam vetus ſcilicet, quam nouum pari veneratione credamus. Iudæi dederunt partem ſeptem credentes ſabbathum; ſed non dederunt octo, reſurrectionem diei Dominicæ denegantes. E contrario Hæretici, Marcion, & Manichæus, & omnes, qui veterem legem rabido ore dilaniant, dant partem octo, ſuſcipientes Euangelium: ſed eandem ſeptenario numero non tribuunt; legem veterem reſpuentes. Nos igitur vtrique inſtrumento credamus.* Eodem pertinere ſenſit illos ſeptem, & octo gradus, per quos ad templum Ezechielis aſcendebatur. Ezechiel. 40. n. 22. n. 31. quorum priores ſeptem vetus Teſtamentum: poſteriores octo nouum ſignificabant; vt per vtrumque pariter ad Deum pararetur

aſcenſus. Sic etiam exiſtimat illos ſeptem, & octo Pſalmos, quos graduales appellamus, veteris Teſtamenti indices fuiſſe. Vt enim quondam per illum ſeptenarium, & octonarium Pſalmorum, canebatur Deo: ita modò per vtrumque Teſtamentum immortales Deo laudes decantantur. Vnde olim vt refert D. Dionyſ. Areopag. lib. de Eccl. Hierarch. c. 3. priùs in Eccleſiis nouum Teſtamentum, deinde vetus canebatur: *Vt vetus*, inquit, *diuina IESV opera futura pracinuerit, nouum verò facta prædicauerit: illud veritatem imaginibus texeret: iſtud præſentem oſtenderet. Illius prædictionum veritatem, huius effectus aperuit. Eſt enim diuina operatio diuina loquutionis complementum.*

19. *Vtrumque Teſtamentum impartibili quadam ſocietate cohæret.*

Iudæi, qui nouo Teſtamento non credunt, & Hæretici qui vetus Teſtamentum non audiunt, ſacræ doctrinæ vnitatem conuellunt, & dum partem abſcindunt, totam euertere conuincuntur. Nam omnis *ſcriba doctus*, inquit Chriſtus Dominus, *in regno cælorum ſimilis eſt homini patriſfamilias, qui profert de theſauro ſuo noua, & vetera.* Matth. 13. n. 52. Hoc eſt, verus, ac germanus fidei cultor vtriuſque Teſtamenti doctrinam firmiſſima fide amplectitur; nam qui alterum negat, ſine dubio neutrum admittit, ſed vtrumq; excludit. Vnde D. Chryſ. hom. 48. in Matt. *Hæretici*, inquit, *expertes ſunt huius beatificationis, quia non poſſunt emittere noua, & vetera; nam cùm vetera non teneant, noua credere non poſſunt: ſicut è contrà, qui noua non habent, hi veteribus penitus carent, hæc enim inter ſe magna iuncta, & connexa vinculo ſunt.* Eodem pertinent illa verba ſponſæ: *Omnia poma noua, & vetera, dilecte mi, ſeruaui tibi.* Cant. 7. n. 13. In quem locum D. Ambroſ. ſerm. 22. in Pſal. 118. *Sola*, inquit, *hoc dicere Eccleſia poteſt. Non dicit Synagoga, nec ſecundùm literam, noua tenens; nec ſecundùm ſpiritum, vetera. Non dicit hæreſis Manichæa, vetera ſeruaui tibi, quæ Prophetas non ſuſcipit.* Vnde quiſquis alteram Scripturæ partem reiicit, totam excludit; quia Scriptura impartibili quadam ſocietate cohæret.

D. Chryſ.

D. Ambr.

Vtriuſque Teſtamenti concatenata veritas.

Si quis verò cernere velit hæc vincula, quibus vtriuſque Teſtamenti verba ad vnam fidem adſtruendam colligantur, diuinum audiat ſponſum cum fideli anima familiariter loquentem: *Murænulas*, inquit, *aureas faciemus tibi.* Cant. 1. n. 10. Aponius lib. 3. in Cantica legit, *Catenulas aureas.* Et ſtatim rem declarans: *Noui*, inquit, *& veteris Teſtamenti verba, quæ prænuntiauerunt, vel oſtenderunt, Saluatorem mundi veniſſe, concatenata ſunt. Et quaſi vna veritatis catenula ſermo effectus per concordiam fidei, per vnanimitatis ſenſum Eccleſiæ collum decorat.*

21. *Sacræ Scripturæ partes vnicam veritatis habēt ſimilitudinē.* D. Greg.

Hanc vtriuſq; Teſtamenti harmoniam, & concordiā mihi videtur ſatis expreſſiſſe illa Ezechielis quadriga, in qua dicitur apparuiſſe vna rota habens quatuor facies, ita tamen, vt ſtatim addatur; *& vna ſimilitudo ipſarum quatuor, & aſpectus earum, & opera quaſi ſit rota in medio rotæ.* Ezechiel. 1. n. 16. In quem locum D. Greg. homil 6. in primis obſeruat, per has quatuor facies adumbrari legem, & prophetiam veteris Teſtamenti, & doctrinam Euangelicam, & Apoſtolicam noui; & has quatuor facies, ſeu partes, totius Scripturæ vnicā præferre ſimilitudinem. *Quia quod*, inquit, *prædicat lex, hoc etiam Propheta: quod denuntiat Propheta, hoc exhibet Euangelium: quod exhibuit Euangelium, hoc prædicauerunt Apoſtoli. Vna ergo eſt ſimilitudo ipſarū quatuor, quia diuina eloquia, etſi temporibus diſtincta, ſunt tamen ſenſibus vnita.* Et eodem pertinere dixerat illud de quatuor animalibus: *Quatuor facies vni, & quatuor pennæ vni*, Ezechiel. 1. n. 6. Quaſi omnium Euangeliſtarum (& idem eſt de cæteris ſcriptoribus Canonicis) facies ſingulis conuenirent, nec vlla inter illos pugna, aut diſcordia cerneretur.

Deinde verò illud alterum myſterium rotæ in medio rotæ, ſic ad rem præſentem interpretatur. 22.

D. Greg. *Nouum Teſtamētum in veteri incluſum.*

Rota, inquit, *intra rotam, eſt Teſtamentum nouum intra Teſtamentū vetus, quia quod deſignauit Teſtamentū vetus, hoc Teſtamentū nouum exhibuit.* Et ſtatim rem paucis illuſtrans: *Quid eſt*, inquit, *quod Adam dormiente, Eua producitur.* Gen. 2. n. 22. *niſi quòd moriente Chriſto, Eccleſia formatur? Quid eſt, quod Iſaac ad immolandum ducitur, & ligna portat, & aræ ſuperimponitur, & viuit.* Gen. 22. à n. 3. *niſi quòd Redemptor noſter ad paſſionem ductus; lignum ſibi crucis ipſe portauit; & ſic in ſacrificio pro nobis ex humanitate eſt mortuus, vt tamen immortalis maneret ex diuinitate? Quid eſt, quòd homicida poſt mortem Summi Pontificis abſolutus ad propriam terrā redit.* Ioſ. 20. n. 6. & Num. 35. n. 32. *niſi quod humanum genus, quod peccando ſibimetipſi mortem intulit, poſt mortem veri Sacerdotis, videlicet Redemptoris noſtri, peccatorum ſuorum vinculis ſoluitur, & in paradiſi poſſeſſione reparatur?* Vides vt omnia inter ſe connexa, & catenata firmiſſimè teneantur?

23. *Nouum Teſtamētum ex veteri ortū, aqua declarat in vinum conuerſa.*

Celebre eſt illud miraculum à Chriſto Domino in Cana Galilææ factum. Nam vinum optimum facturus, iuſſit priùs impleri hydrias aqua. Ioan. 2. n. 7. vt ex illa aqua vinum quodammodo educeretur. Sed quorſum opus fuit aqua ad faciendum vinum: Nonne poterat illud ex aëre producere, aut etiam ex nihilo creare? Poterat vtique, ſed aquam voluit adhibere, vt magnam veteris, ac noui Teſtamenti connexionem indicaret. Nam vt bene D. Auguſt. tract. 9. in Ioannem interpretatur, aqua frigida, & inſipida repræſentabat veterem Scripturam, quæ cùm præſentem Chriſtum Dominum nondum includeret, præcipuo ſpiritualis feruoris nutrimento, & ſpiritualis ſaporis condimento priuabatur: vinum autem quod ſapit, nutrit, & inebriat, nouam legem exprimebat, quæ cùm iā præſentem Chriſtum Dominum includat, non ſolùm mentem reficit, & oblectat, ſed etiam à corpore extrahit, & abducit, vt præterita obliuiſcens, ad ea, quæ ante ſunt, feliciter extendatur. Vinum igitur ex aqua produxit, vt nouum Teſtamentum ex veteri ortum ſignificaret; & quanta inter prolem, & parentem neceſſitudo intercedit, tantam inter nouum, ac vetus Teſtamentum ſimilitudinem, & connexionem reperiri teſtaretur. Non ſolam aquā, nec ſolum vinum, ſed vtrumque quodammodo propinauit; vt oſtenderet, vtrumque diuinum eſſe, & inter ſe maximè conſentire, & ad ſui notitiam euulgandam pariter conſpirare. *Poſſet*, inquit Auguſtinus, *effuſa aqua, vinum infundere. Quod ſi feciſſet, videretur ſcripturas veteres improbaſſe. Cùm autem ipſam aquam conuertit in vinum, oſtendit nobis, quod etiam Scriptura vetus ab ipſo eſt, nam iuſſu ipſius impletæ ſunt hydriæ.* Et paulò pòſt: *Conuertitur*, inquit, *aqua in vinum, vt iam manifeſtatum Chriſtum in lege, & Prophetis ſapiamus.*

D. Auguſt.

24. *Scriptura vnicum Dei verbum.*

Mira planè vtriuſq; Teſtamenti concordia; adhuc tamen mirabiliorem omnium inter ſe ſcripturarum mihi videor oſtenſurus. Non enim ſine myſterio dixit olim Eliu: *Semel loquitur Deus, & ſecundò id ipſum non loquitur.* Iob. 33. n. 14. Quo pacto enim dici poteſt ſemel loquutus, cùm iuxta Apoſtolum: *Multifariam, multiſque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, nouiſſimè diebus iſtis loquutus ſit nobis in Filio?* Hebr. 1. num. 1. Scio optimam eſſe D. Gregorij reſponſionem, qui lib. 23. mor. cap. 11. *Deus*, inquit, *ſingulorum cordibus priuatis vocibus non reſpōdet: ſed tale eloquium conſtituit, per quod cunctorum quæſtionibus ſatisfacit. In ſcriptura quippe eius eloquio cauſas noſtras ſinguli, ſi requirimus, inuenimus; nec opus eſt, in eo, quod ſpecialiter quiſque tolerat, reſponderi ſibi*

D. Greg.

diuina

diuina voce ſpecialiter quærat. Ibi enim nobis omnibus in eo, quod ſpecialiter patimur, communiter reſpondetur; ibi vita præcedentium, fit forma ſequentium. Sed quamuis fatear, non eſſe priuatas à Deo loquutiones requirendas, cùm vna Scriptura diuinitus inſpirata ſatis ſit, vt omnibus ſatisfiat: adhuc nihilominus inquiro, cur ipſa Scripturæ vox tam diuerſos ad Prophetas, ac tam diuerſis temporibus exhibita, ſemel tantùm facta dicatur, cùm multifariam, ac multis modis pronunciata ab Apoſtolo affirmetur.

25. *Scriptura licèt multiplex, vnica Dei vox.* Ratio planè mihi videtur optima ad rem præſentem: quia quamuis in Scriptura multiplex Dei loquutio includitur, ſi verba ipſa attendantur; tamen ſi omnium veritas, & cõſenſus ſpectetur, vox vna eſt. Nam ſicut fieri nequit, vt vna tantùm vox ſibi ipſi repugnet; ita neque vt tota Scriptura ſibi ipſi aduerſetur. Fuerint illius terreni Salomonis *tria millia parabolarum, & quinque millia carminum.* 3.Reg.4.n.32. quia ſi humanum eius ingenium attendatur, non ſolum diuerſa loqui poterat, ſed etiam aduerſa. Huius tamen æterni, ac diuini Salomonis vox ſine dubio vox vna eſt, *Semel loquitur Deus.* Nam ſicut vnum ab æterno Patre Verbum exprimitur, quod non ſolùm verum, ſed etiam ipſa veritas eſt, nec duplex poteſt efformari: ita neceſſe fuit, vt nõ niſi vna vox illi Verbo redderetur: vna, inquam, propter ſummam rerum omnium, quas exprimit concordiam, & concentum. Vnam tantùm vocem habuit Iacob, quam mutare nunquam potuit: nam quamuis ſe totum in fratris ſui cultum, & habitum conformaret, tamen eius vocem nunquam potuit ementiri, patre ipſo teſtante: *Vox quidem vox Iacob eſt.* Geneſ. 27. n.22. Cùm enim Eſau groſſiori & rigidiori voce vteretur, tanquam vir agreſtis, Iacob autem ſubtiliori, & ſuauiori, tanquam vrbanus, vt D.Thom. ad eum locum obſeruat, facere non potuit Iacob, vt ſuauitatem vocis ſuæ cum aſperitate vocis alienæ commutaret. Vocem ſibi ſemper retinuit eandem: vt hac vnica voce vnicam mentis fidem, & ſinceritatem teſtaretur. Talem eſſe oportebat vocem æterni Verbi, vnicam, & eandem, quæ ſcilicet contrarios ſenſus non indicaret; ſed explicatus ſententiarum inter ſe mirificè concordes obtineret.

D.Thom.

26. *S. Scriptura vox vna, vnicus eſt veritatis concentus.* Multos audiuit Ioannes de cælo cantantes, & citharizantes; non tamen plures ſingulorum, ſed vnicam omnium vocem ſibi audire videbatur: *Et vocem*, inquit, *quam audiui, ſicut citharœdorum citharizantium in citharis ſuis.* Apoc.14.n.2. Huius vocis nomine Rupertus ſacram Scripturam interpretatur, quòd tota cæleſtis ſit: *Non enim voluntate humana allata eſt aliquando prophetia; ſed Spiritu ſancto inſpirati, loquuti ſunt ſancti Dei homines.* 2.Petri 1.n.21. Addo, quia licèt plures ſint Prophetæ, plures ſint Canonici ſcriptores; eorum tamen voces omnium tantam in harmoniam conſpirant, vt vox omnino vnica videatur.

Rupert.

27. *Scripturarũ flumina ab vnico veritatis fonte manant.* Fluminibus ſacra eloquia comparantur: *Flumina*, inquit Chriſtus Dominus, *de ventre eius fluent aquæ viuæ.* Ioan.7.n.38. Sed fluminibus quidẽ, quæ ſtatim vnicum in flumen corriuentur, cuius *impetus lætificat ciuitatem Dei.* Pſ.45.n 5. quia licèt ſacra doctrina multorum inſtar fluminum propter vbertatem latè fluat, tamen propter veritatem, in morem vnius tantùm fluminis præfixos intra terminos continetur. Vnde D.Chryſ. hom.2.de Anna: *Multa*, inquit, *flumina, ſed vnus eſt fons.*

D Chryſ.

28. *Euangelici prædicatores vnius veritatis ſymbolo conformes.* Non pugnant inter ſe propheticus ille Euãgeliſta Iſaias, & Euangelicus ille prædicator D. Paulus, dum hic vehementer laudat *pedes euangelizantium pacem.* Roman.10.n. 15. ille autem *pedes annunciantis, & prædicantis pacem.* Iſaiæ.52. num.7. &

A vnus pluraliter dicit, *euangelizantium*; alter ſingulariter, *prædicantis* Quia licèt Euangelici præcones re ipſa multi ſint, tamen ſi vnica doctrinæ teſſera, atque vnicum veritatis ſymbolum, quod omnes in tradendis fidei myſteriis ſequuntur, attendatur, adeò ſunt concordes, vt non plures quidem, ſed vnus tantùm cenſeatur.

29. *Prædicatores plures, & vnus* In illa parabola de homine Rege ad prandium inuitante, plures ſerui miſſi ſunt, qui conuiuas ad epulas congregarent: *Et miſit Rex ſeruos ſuos* Et, *iterum miſit alios ſeruos.* Matth 22. num.3.&4. At verò in illa alia de homine inuitante ad cœnam magnam, vnus tantùm ſeruus miſſus eſt, qui omnes inuitatos ſui officij admoneret: *Miſit ſeruum*
B *ſuum hora cœnæ dicere inuitatis.* Et, *dixit ſeruo ſuo, exi citò.* Luc.14. n.17. & 21. Cur obſecro modò vnus, modò plures nominantur? Credo, vt præſens myſterium demonſtretur. Nam Euangelici miniſtri, qui ad cæleſte conuiuium inuitant, plures ſunt, & vnus. Plures, quia in diuerſas mundi partes diuiduntur. Vnus, quia eodem doctrinæ vinculo colligantur. En quantam in concordiam diuina oracula conſpirent.

30. *Aliqua noui Teſtamenti loca, quæ pugnare videbantur cum veteri conciliantur.* Fateor tamen, multa paſſim occurrere, quæ aliquam pugnam, aut alterius Teſtamenti cũ altero, aut vtriuſuis inter ſe præferre videantur. Nam inprimis Teſtamentum nouum cum veteri pugnare videtur, quando Chriſtus Dominus loquitus de
C Dauide, ad Sacerdotem Achimelech confugiente: *Non legiſtis*, inquit, *quid fecerit Dauid, quando eſuriit, & qui cum eo erant?* Matt. 12. n.3. Et tamen Achimelech eundem Dauidem alloquutus: *Quare*, inquit, *tu ſolus, & nullus eſt tecum?* 1.Reg.21.n.1. Vbi Dauid modò cum ſociis, modò ſine ſociis veniſſe ſignificatur. Sed facilè conciliat Abulenſis, veniſſe cum ſociis vſque ad primum vrbis ingreſſum, vt dixit Chriſtus Dominus; ſed illis inde egreſſis, vt teſtatur ipſe Dauid: *Pueris condixi in illum, & illum locum* ibid. n. 2. ſolum acceſſiſſe ad Sacerdotem, vt ipſe Achimelech mirabatur.

Abul.

31. Rurſum Apoſtolus loquitus de Arca fœderis: *In qua*, inquit, *erat vrna aurea, habens manna, & virgam Aaron, quæ fronduerat, & tabulæ Teſtamẽti.* Hebr. 9. n. 4. cùm tamen in Regum hiſtoria dicatur:
D *In Arca autem non erat aliud, niſi duæ tabulæ lapideæ.* 3. Reg. 8. n.9. Sed pugna facilè tollitur, ſi dicamus, ſolas quidem tabulas fuiſſe intra Arcam; vrnam verò & virgam fuiſſe, vel in latere Arcæ, vt ſentit Bellarm. tom.1. lib. 1. c. 17. vel, vt exponit Ribera in locum citatum Apoſtoli, fuiſſe cum Arca, ſeu iuxta Arcã: ſic enim frequenter accipi præpoſitionem, *in*, pluribus teſtimoniis illuſtrat. Aut tandem, *in qua*, dictum eſſe, pro, *in quo*, nempe tabernaculo. Quod quia Græcè fœmininum eſt, dicitur enim *σκηνὴ*, ideò interpretem ſeruaſſe relatiuum fœmininum pro neutro, *in qua*, pro, *In quo*,
E ſicut etiam Pſal.74.n.9. *Calix in manu Domini, & inclinauit ex hoc in hoc*, id eſt, *ex hoc in hunc.* Et Sap. 1. n. 7. *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia.* id eſt, *& hic.* Et Apoc. 10. n.9. de libro deuorando à Ioanne: *In ore tuo erit dulce, tanquam mel* id eſt, *erit dulcis.* Quia ſcilicet Græcè *Calix, Spiritus, & Liber*, neutra ſunt. Sed de hac re plura Ribera ad eum locum.

Ribera.

32. *Aliqua veteris Teſtamenti loca inter ſe componuntur.* Iam verò vetus Teſtamentum cum veteri pugnare videtur, cùm dicitur de Samuele recedente à Saüle: *Et non vidit Samuel vltra Saul vſq; ad diem mortis ſuæ.* 1.Reg.15. n.35. Et nihilominus paulò inferiùs dicitur de eodem Saüle: *Et expoliauit etiã ipſe ſe veſtimentis ſuis, & prophetauit cũ cæteris coram Samuele.* 1. Reg.19. n. 24. Vnde apertè colligitur, quòd Samuel viderit Saülem corã ſe ſaltantẽ. Sed non

ſignificat etiã in ipſa mundi ruina diuinum verbũ,
quod illam prædixerat, perſeuerare:imò niſi mun-
dus rueret,fieri non poſſe,vt verbum permaneret;
ſed potiùs fore,vt fruſtraretur: *Manet igitur*,inquit,
*ipſa immutabilis demutatio , & conuerſio vertere ordi-
nem ſuum neſcit. Vna omnium obedientia diſcretis mu-
neribus indiſcreta præſcripta conſtitutionis tenet con-
cordiam*. Quaſi ex ipſa rerum mutatione,ac viciſſi-
tudine,ſermo Dei, qui illã decreuerat, ac prænun-
tiarat,immobilis, & immutabilis eſſe declaretur.

41. Quæ igitur aduerſariorum machinæ celſiorem,
ac firmiorẽ cælo turrim demoliantur ? Diſplodant
illi tormenta ſua , omnia falſitatis machinamenta
admoueant , nunquam fundatam cælo arcem ſolo
æquabũt. Quod olim Iobu certiſſimè teſtatus : *Vi-* B
dete ergo, inquit, *quoniã non cecidit de ſermonibus Do-
mini in terrã*.4. Reg.10.n.10. Quaſi diceret; quaſ-
ſari potuit hæc turris , labefactari non potuit ; op-
pugnari potuit è terra, terræ non potuit æquari.

42. Imò ſicut olim cælum à Gigantibus oppugna-
Scriptura cælum veritatis fulgura iaculatur.
tum,dicitur fulgura contorſiſſe , quibus eorũ ma-
chinas labefecit; ita ex ſacrarum arce ſcripturarum
fulmina iaculantur , quibus Hæreticorum temeri-
tas , illam oppugnare audentium, propulſetur , &
conteratur. Vnde Chriſtus Dominus: *Sicut*,inquit,
*fulgur exit ab Oriente,& patet vſq; in Occidentem, ita
erit & aduentus filij Dei*. Matt.24.n.27. At,cur, ob-
ſecro, ſe cũ fulgure totum orbem colluſtrante cõ-
Orig.
parauit ? Reſpondet Orig.homil.30.in Matth.quia
Chriſtus Dominus ſuæ luce veritatis totã Scriptu- C
ram illuſtrabat : *Veritatis*, inquit, *fulgor ex omni loco
ſcripturarũ, id eſt, ſiue ex legis, ſiue ex Prophetarũ, ſiue
ex Euangeliorum, ſiue ex Apoſtolorum ſcriptura defen-
ditur*.Et ſtatim: *Sic autem*,inquit, *intelligere poſſumus,
quod ait: Exit ab Oriente , & patet vſq; in Occidentem.
Chriſtus Verbum eſſe , & veritas,& ſapientia oſtenditur
à primo initio creaturæ mundi,vſq; ad nouiſſimam Apo-
ſtolorum ſcripturam,id eſt, à Geneſi, vſq; ad Apoſtolicos
libros,poſt quos nullis ſcripturis credendum eſt,ſicut illis*.

43. Sed vlteriùs inquiro , quam ob cauſam huius
Scriptura fulgura ſplẽdorem ingerunt, & terrorem.
veritatis lux non iam cum Solis,Lunæ , & ſtellarũ
luce,ſed cũ luce fulguris comparetur. Credo,quia
ſicut fulgur non ſolùm illuminat oculos,ſed etiam
animos perterret, imò corpora,in quæ incidit, ab- D
ſumit : ita planè & Scriptura non ſolùm ſplendorẽ
ingerit,ſed terrorem ; & ſicut eos, qui veritati aſ-
ſentiuntur , illuminat , vt in lumine diuini vultus
præcedentem veritatem ſubſequantur. Pſalm. 88.
n.16.ita planè eos, qui *fuerũt rebelles lumini*.Iob.24.
n.13. hoc eſt, qui diuinæ veritati errorum tenebras
offundere tentarunt,percutit,ac demolitur.

44. Hinc eſt,quod cùm ille liber ſeptem ſigillis mu-
Euangelij prædicatio tonitrum toto perſonans terrarum orbe.
nitus,qui ſacram Scripturam repræſentabat, vt ſu-
prà diximus , aperiri cœpit , ſtatim cœperint toni-
trua audiri : *Et vidi*, inquit Ioannes, *quòd aperuiſſet
Agnus vnum de ſeptem ſigillis, & audiui vnum de qua-
tuor animalibus,dicens,tanquam vocẽ tonitrui*. Apoc.6. E
n.1.Cur,quæſo,tonitruum potiùs,quàm ſuauis ali-
Rupert.
qua cantilena audiatur ? Rupertus ad eum locum
illud myſterij eſſe putat , vt ſacræ doctrinæ clari-
tudo toto orbe perſonantis ſignificetur · *Auditur*,
inquit , *vox tanquam tonitrui ; quia videlicet non ſicut
probroſa vanitas ſuſurrat in angulis , ſed palàm omni
mundo prædicari amat plenitudo partus virginalis ; ita
vt meritò comparetur tonantibus cœlis*.

45. Addo ad rem præſentem, diuinæ Scripturæ vo-
Scriptura fulgura, & tonitrua rebelles exterrent.
cem tonitrui eſſe ſimilem, vt perterreantur,& exa-
nimentur eorum mentes , qui illã oppugnare mo-
liuntur.Huc referri poteſt illud Ioannis : *Viſa* , in-
quit , *eſt Arca teſtamenti eius in templo eius : & facta
ſunt fulgura,& voces,& terræmotus, & grando magna.*
Apoc.11.n.19. Nam vbi primùm in Eccleſia Arca

A teſtamenti, hoc eſt , diuina Scriptura aperitur, ſta-
tim tanquam ex cæleſti quadam arce , non iam le-
uiores haſtæ, & ſagittæ euibrantur,ſed fulgura, &
tonitrua,quibus hæreticorum mentes exterrentur,
ne deinceps ad illã oppugnandam temere aggre-
diantur. Hanc fortè ob cauſam illi duo Euangelij
Iacobus, & Ioannes cur filij tonitrui.
præcones Iacobus, & Ioannes tãquam duo fulmi-
na belli, *filij tonitrui appellãtur*. Marc.3 n.17. Quod
plane cognomentum non ſolùm prædicatoribus
Euangelicis , ſed etiam omnibus ſcriptoribus Ca-
nonicis aptari poteſt. Omnes enim tanquam ful-
gura, & bonos auditores illuminant,& prauos , ac
rebelles exterrent , ne quid fraudis machinentur.
Firma igitur eſt,& inexpugnabilis ſacrarum veritas
B ſcripturarum:nulla vi,nulla fraude ſubruitur.

46. Bene Sapiens; *Labium*, inquit, *veritatis firmũ erit
Permanet Scriptura veritas.
D.Hieron.
in perpetuum*. Prou. 12. n.19. Hoc eſt, interprete D.
Hier.ſacra doctrina , *dũ à tramite veritatis nõ deuiat,
in æternũ firma perſiſtit*.Profanæ quidẽ hiſtoriæ,cùm
ad normã, & perpendiculũ veritatis nõ erigantur,
facilè diruuntur. At diuina quæ ad veritatis amuſ-
ſim ſubſtruitur , nunquã deſtruetur. Non ſine my-
Dei verbum tur potiùs ſcriptis, quã ſonis comparetur.
ſterio Dauid: *Lingua mea*, inquit, *calamus ſcribæ*. Pſ.
44.n.2. Cur enim calamũ appellat, cùm lingua nõ
tam ſcribat, quàm loquatur? Bene D.Aug.ad eum
D August.
locum: *Quia*,inquit , *quod lingua dicitur,tranſit; quod
ſcribitur,manet.Cum ergo dicat Deus verbum, quod non
tranſeat , ſed maneat , ſcriptis hoc maluit comparare,
quam ſonis*. Vbi quamuis locum de æterni Verbi
C generatione interpretetur;poteſt nihilominus ver-
bo doctrinæ accommodari, quod per incorruptam
veritatem perſeuerat. Eodem fortè ſenſu illud
Canticum Ezechiæ , quod à Septuaginta inſcribi-
tur : *Oratio Ezechiæ*, in Hebræo,& Vulgata inſcri-
bitur, *Scriptura Ezechiæ*. Iſa 38.n.9. Quia cùm eſſet
diuinitùs inſpiratum,ſimilius ſcripturæ permanen-
ti,quàm orationi tranſeunti videbatur.

Quid enim, obſecro, in ſacris literis reperitur, 47.
quod non ſit *confirmatum in ſeculum ſeculi , factum
in veritate & æquitate* ? Pſ.110. n.8.Vnde Propheta:
Requirite, inquit, *diligenter in libro Domini, & legite,
vnum ex eis non defuit; alter alterum non quæſiuit*.Iſaiæ
34.n.16.Quaſi diceret : totam licèt Scripturam di-
D ligenter replicaueris, nihil in ea apparebit,cuius veri-
S.Scriptura veritas murus adamantinus; profana,teſtaceus.
D Baſil.
tas deſideretur. Profanam doctrinam appellat D.
Baſil.in c.16.Iſaiæ murum teſtaceum , & fictilem,
de quo Hæretici , vt loquitur , tanquam de muro
inexpugnabili ſibi placent , & inſoleſcunt. Sacra
nihilominus dici poteſt ille *murus litus*, ſupra quem
ſtabat Dominus, Amos 7.n.7.ſeu, vt Symmachus,
Aquila , & Septuaginta tranſtulerunt , *murus ada-
mantinus* , æterna veritate fundatus , contra quem
nec portæ inferi præualebunt.

Murum , quem Hebræi de captiuitate Babylo- 48.
Hæretici Scripturam murum irridere poſſunt, non expugnare.
nica redeuntes ædificabant , hoſtes Ammonitæ ir-
ridebant , dicentes : *Ædificent , ſi aſcenderit vulpes:
E tranſiliet* , (ſeu , vt eſt in Hebræo, *diſſipabit*) *murum
eorum lapideum*. 2. Eſdræ 4.num.3. quaſi dicerent:
tam infirmus eſt , & labilis , vt vel vnius vulpis
inſultu diſſipetur. Sed fruſtra omnino hæc iacta-
bant. Nam quemadmodum olim Romulus mœ-
nia ædificauit, quæ, vt cecinit Poëta,

— *Quamuis parua fuerunt;*
Non tamen expediit tranſiliiſſe Remo.

Ita planè illi hoſtes , quamuis muros Iſraëliticos
irriſerint , non tamen tranſilire , aut diſſipare po-
tuerunt. Non aliter mihi videntur & Hæretici
ſacros libros contemnere , & tanquam faciles ex-
pugnatu irridere : ſed in illis perſtringendis ne-
quicquam laborabunt ; & quo magis ſuas vires
extundent,eò illi firmiores apparebunt.

Quare eorũ multi, amiſſa ſpe victoriæ,ſi palàm, 49.
&

Hæretici non aperto Marte, ſed mentiti dolis Scripturam mutilant.

& aperto Marte, vt aiũt, decertetur, dolos, & fraudes machinantur. Et quas non audent ſcripturas, ſi ſartæ, tectæ perſeuerent, labefacere, eas rodere, & peruertere, truncare, ac mutilare aggrediuntur. Qua in re ſingularis extitit impudentia Marcionis, qui non iam ſtylo vtebatur ad aliquas Scripturæ voculas exterendas; ſed machæra ad totas paginas iugulandas. Vnde Tertull. lib. de præſcript. cap. 38 *Marcion*, inquit, *exertè, & palam machæra, non ſtylo vſus eſt, quoniã ad materiem ſuam cædem ſcripturarũ confecit.* Quaſi diceret: vt ſuos errores ſubſtrueret, ſcripturarũ textum deſtruebat, nõ quidem oppugnando apertis argumentis, ſed occultis inſidiis amputando. Vnde cùm Chriſti Domini carnẽ negaret, quam videbat apud Luc. primis Euangelij capitibus clariſſimè demonſtratam, capita illa trũcauit; iuxta illam Tertulliani de illo querimoniam lib. de carne Chriſti, c. 2. *Tot*, inquit, *originalia inſtrumenta Chriſti delere Marcion auſus eſt, ne caro eius probaretur.* Et lib. 4. aduerſus Marcionem, c. 7. *Ex iis*, inquit, *commentatoribus, quos habemus, Lucam videtur Marcion elegiſſe, quẽ cæderet.* Verè homo ſine corde, & cerebro, qui hominem ſine corpore dicebat; vt in eum Tertul. proximè cit. c. 10. feſtiuiter illudit.

Tert.

Tert.

50. Similes fuerunt hi Hæretici illis militibus, qui Chriſti Domini veſtimenta diuiſerunt. Pſ. 21. n. 19. Vbi D. Ambroſius: *Veſtimenta*, inquit, *eſſe puto prophetias, vel ſcripturarum cæleſtium lectiones, quibus Chriſti Domini annuntiatum eſt ſacramentum; quas prophetias vnum canentes, & vnum per omnia nuntiantes, aduerſarij Saluatoris, hoc eſt, peruerſi Hæretici, qui quotidie in illum tanquam milites manus impias ingerunt, pro ſua ſibi diuidunt voluntate, & vnius corporis veſtimenta per varia membra diſtribuunt: atque ſpoliantes Dominum, ſua falſa dogmata veſtierunt.*

Chriſti veſtes, ſcripturas ſcilicet, Hæretici impiè partiuntur.
D. Ambr.

51. Alij verò diuinã Scripturam, vt caſtrorũ aciem bene ordinatã contemplantes, & illius congreſſũ, ſi ordinato agmine incedat, ſuſtinere nõ audentes, curant, vt turbẽtur ſigna, tranſponantur verba, interſerãtur fabulæ, omnia miſceantur; vt cùm voces eædem conſeruentur, nihilominus ſentẽtiæ longè diuerſæ conſtituantur. Quod D. Iren. lib. 1. aduerſus hæreſes, cap. 1. egregia ſimilitudine expreſſit: *Quomodo*, inquit, *ſi quis Regis imaginem bonam, fabricatam diligenter ex gemmis pretioſis à ſapiente artifice, ſoluens ſubiacentem hominis figuram, transferat gemmas illas, & reformans faciat ex iis formã canis vel vulpeculæ, & hanc malè diſpoſitam, dehinc conformet, & dicat hanc eſſe Regis illam imaginẽ bonam, quã ſapiens artifex fabricauit, oſtendens gemmas, quæ bene quidem à primo artifice in Regis imaginẽ cõpoſita erant, malè verò à poſteriore in canis figurã tranſlata ſunt, & per gemmarum phantaſiam decipiat idiotas, qui comprehẽſionem regalis formæ non habent; & ſuadeat, quoniam hæc turpis vulpeculæ figura illa eſt bona Regis imago. Eodem modo, & hi anicularum fabulas aſſumentes, poſt deinde ſermones, & dictiones, & parabolas hinc inde afferentes, aptare volunt fabulis ſuis eloquia Dei.* Quid peruerſius his cauponibus, qui liquores alioqui ſuauiſſimos, & ſaluberrimos, præpoſterè commiſcentes, & confundentes, inſuaues efficiunt, & inſalubres?

Diuinam Scripturæ imaginem Hæretici peruertendo deturpant.
D. Iren.

52. Quod ſi nec verba amputent, nec peruertant, ſaltem in adulterinos ſenſus extrahunt, & pro antidoto venenum propinant. In quos proinde conuenit illa Prophetæ comminatio: *Væ qui potum dat amico ſuo, mittens fel ſuum, & inebrians, vt aſpiciat nuditatem eius.* Habac. 2. n. 15 Quem locum Apon. lib. 2. comment. in Cantica expendens: *Dulcia*, inquit, *verba ſanctæ Scripturæ venenoſis ſenſibus ſuis inficientes, ſapore lethali inter ſe variantes, vnius mortis æternæ conuiuium præparant.*

Sacram ſcripturam venenoſis ſenſibus Hæretici inficiunt.
Apon.

53. Sed quò magis Hæretici inſaniunt in ſacris libris per adulterina interpretamenta, & veriùs dixeris, nugamenta, oppugnandis; eò cautiores debẽt eſſe Catholici doctores in veriſſimis eorum ſenſibus eruendis. Vnde Dauid: *Eloquia*, inquit, *Domini, eloquia caſta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum ſeptuplum.* Pſal. 11. n. 7. Vbi quantam in diuinis eloquiis caſtitatẽ, & ſanctitatem agnoſcit; tantam in nobis ad illa interpretanda ſinceritatem integritatẽmque requirit. Vnde D. Ambr. ſerm. 12. in Pſal. 118. *Nihil*, inquit, *terrenum, nihil ſeculare, nihil corporeum, nihil leue, atque mutabile in eloquiis conſtituamus cæleſtibus. Eloquia enim Domini, eloquia caſta: vt in his myſteriorum cæleſtium immaculata, & pudica ſinceritas ſpiritali interpretatione reſplendeat. Non adulterina quadã opinione miſceamus terrena diuinis, & illud inuiolabile ſacramentũ propheticæ viſionis, aut perennis oraculi, naturæ noſtræ æſtimatione violemus. Ideo enim addidit: Argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum ſeptuplum. Vt tanquã boni nũmularij ſpiritus, examinemus prophetici ſermonis argentum, ſecernentes Domini pecuniã, atque ab omni labe terrena ſalutaris fontis infuſione purgãtes; vt Chriſto dignè ſentire videamur, qui ait: Theſaurizate vobis in cælo.* Matt. 6. n. 20. Et rectè quidem; nam ſicut ſacra doctrina tota cæleſtis eſt, non terreſtris: ita in cæleſtes ſenſus explicanda eſt, non in terreſtres detorquenda.

Sacra ſcriptura castè, integrè, ſincerè interpretanda.

54. Quare optimè Tertull. lib. de pudicitia, cap 9. *Malumus*, inquit, *in ſcripturis minùs ſapere, quam contra.* Et quidem meritò. Contraria enim Scripturæ ſapientia, eſt inſania. Addit: *Non eſt*, inquit, *leuior tranſgreſſio in interpretatione, quàm in conuerſatione. Nam in mala conuerſatione ſæpe fides retinetur; at verò in præpoſtera interpretatione fides ſæpenumero naufragatur.* Studium interpretandi ſcripturas gladius quidam eſt, quo difficultates, quæ circumſtant, diſſoluuntur. Sed ſi illum conferas in manus pueri imperiti, qui verſare neſciat, non illas diſſecabit, ſed ſe ipſum vulnerabit. Vnde D. Ambr. lib. 3. in Lucam ad finem, poſtquàm illam Chriſti Domini genealogiam pluribus difficultatibus implicatam expediuit: *Religioſè*, inquit, *fidei ductu in myſteriorum ſecreta contendimus, verentes, ne quis iſta citò legerit, quod prouerbialiter dicitur, quaſi puer machæram, tractare per infantiam fortiora arma neſciret; magiſque vulnus ex imprudentia, quam ſalutem ex lectione ſentiret, infirmos enim tela ſua vulnerant; nec poteſt bene vti armis, qui ea ferre non nouerit.* Quod ſi cum ignorantia interpretantes vulnerantur; quid ſi cum malitia interpretentur?

Tert.

Hæretici dũ ſcripturas diſſecant, ſeipſos vulnerant.

55. Igitur ne quod erroris periculum occurrat, præcurrat neceſſe eſt patronus optimus Chriſtus Dominus. Scriptura theſaurus eſt abſconditus, & clauſus. Duce opus eſt, quo oſtendatur, claue, qua reſeretur. Sed neque ducem nobis ab Hæreticis, neque clauem à Phariſæis requiramus. Illi enim ſunt ſimiles ſtellæ magnæ ardenti, tanquam facula, quæ dicebatur abſynthium, & fontes aquarum, in quos cecidit, in abſynthium commutauit. Apoc. 8. n. 10. & 11. Quia dum lucem præferre volunt ſcripturis, eas in virulentos, ac mortiferos ſenſus detorquent, ac deprauant; vt D. Aug. D. Thom. & Lyranus interpretantur. Hi verò dicuntur abſtuliſſe clauem ſcientiæ, & neque ipſi intraſſe, neque alios intrare cupientes permiſiſſe. Luc. 11. n. 52. quatenus germanam ſcripturarum interpretationem, vel negligentes ignorarunt, vel maleuolentes tacuerunt, vt potiùs ſignificat Tertul. lib. 4. contra Marcionem, cap. 27.

Abſconditi ſcripturarũ theſauri Chriſtus dux, & clauis.

Hæretici dũ Scripturam illuſtrant, in abſynthium commutant.

D. Auguſt. D. Thom. Lyran.

Tertul.

56. Ergo ad verũ ſcripturarum auctorem, & interpretẽ Chriſtum Dominum adeamus. Ille enim eſt *ſtella ſplendida, & matutina.* Apocal. 22. n. 16. qui ad veros ſcripturarum ſenſus intellectum feliciter illumi

Chriſtus Scripturæ interpres.

illumi

A illuminando deducet. Ille eſt *clauis David, qui aperit, & nemo claudit; claudit, & nemo aperit.* Apocal. 3. num. 7. Hoc eſt, qui ſolus germanam ſcripturarum intelligentiam communicat. Quare nemo temerè ad ſcripturas interpretandas rapiatur, ſed à Chriſto auſpice ſubſidium humiliter præſtoletur. Nam vt bene Vincentius Lirinenſis aduerſùs profanas nouitates, commonitorio 1. cap. 7. ex D. Ambroſ. obſeruat: *Librum ſignatum illum propheticum non ſeniores, non poteſtates, non Angeli, non Archangeli aperire auſi ſunt; ſoli Chriſto explanandi eius prærogatiua ſeruata eſt.* Apocal. 1. n. 3.

Vincent. Lirinenſ.

B

SECTIO IV.

Sacræ hiſtoriæ neceſſitas.

1.
Vnde ſacræ hiſtoriæ neceſſitas commendetur.

CErtum eſt, nullum in ſacra hiſtoria dictum, aut factum ſuperfluum, aut otioſum, & multò minùs pernicioſum contineri; ſed omnia maximè neceſſaria eſſe, & ad optimos fines ſpectare. Nam ſi natura ex omnibus, quæ agit, nihil otioſum, nihil pernicioſum eſſe patitur, ſed omnia in bonum aliquem vſum dirigit, ac prædeſtinat; quo pacto auctor naturæ, in Scriptura quam ipſe molitus eſt, aliquid otioſum, aliquid pernicioſum, aliquid denique nulli bono vſui accommodatum patietur? Singula paucis illuſtro. C

Nihil in ſacra hiſtoria otioſum.

2.
D. Chryſ.
In Scriptura multa otioſa contineri ſomniant aliqui.

QVidam rudes mechanici, vt loquitur D. Chryſoſtomus homil. 31. in Epiſtolam ad Roman. *& diſſoluti, cœliſque indigni,* non ſolùm aliquas Scripturæ partes, ſed etiam integros libros, vt Leuiticum, & Ioſue, ſuperfluos dicere auſi ſunt. Et moueri potuerunt; primò, quia ſacra hiſtoria ſæpenumero in ſupputandis annis prolixiùs immoratur, vt videre eſt Geneſ. 5. & paſſim alibi, cùm tam ſedula annorum ſupputatio minimè neceſſaria videatur. Secundò, quia ſæpe nominum catalogos, D & etymologias fuſiùs quàm neceſſarium ſit, inculcat. Catalogos quidem, vt legenti libros Geneſ. Numer. Paralip. Eſdr. & alios patebit. Etymologias verò: nam & primorum parentum nomina, & filiorum, ac ſequentium Patriarcharum ante diluuium, imò & poſt diluuium, Abraham, Iſaac, & Iacob, ac filiorum, & rurſus, Moyſis, Samuelis, Salomonis, & plurium aliorum interpretatur, quod plus ſatietatis, quàm vtilitatis videbatur habiturum. Tertiò, quia longiſſimas texit genealogias, vt videre eſt lib. 1. Paralip. primis nouem capitibus, & alibi frequenter. Cùm tamen Apoſtolus moneat, ne intendant homines *fabulis, & genealogiis interminatis, quæ quæſtiones præſtant magis, quàm ædificationem Dei, quæ eſt in fide.* 1. Timot. E 1. num 4. Et rurſus ſuum ſic diſcipulum hortetur: *Stultas autem quæſtiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas legis, deuita: ſunt enim inutiles, & vanæ* ad Tit. 3. n. 3. Quartò, quia crebris vtitur non ſolùm verborum, ſed etiam ſententiarum, imò & hiſtoriarum repetitionibus, vt legenti facilè patebit. Verborum quidem, *Hieruſalem, Hieruſalem, quæ occidis Prophetas.* Matth. 23. n. 37. Sententiarum verò, *Creauit Deus hominem ad imaginem ſuam; ad imaginem Dei creauit illum.* Geneſ. 1. n. 27. Hiſtoriarum denique, vt cùm obſidio Hieroſolymæ, tempore Exechiæ, 4 Reg. 18. & ſequentibus narrata, eadem Iſaiæ 36. & ſequentibus replicatur. Vltimò, quia multa videntur inutiliter narrari. Quorſum enim

A ſcire oportebat, quod Tobias habuerit canem, qui *blandimento ſuæ caudæ gaudebat.* Tob. 11. num. 9. quòd Saül ingreſſus fuerit ſpeluncam, *vt purgaret ventrem.* 1. Reg. 24. n. 4. quod D. Paulus habuerit *penulam, quam reliquerit Troade apud Carpum?* 2. Timoth. 4. n. 13. & ſic de cæteris.

3.
In Scriptura nihil ſuperfluum.
D. Hier.

Nihilominus qui ſic exiſtimant, inſigniter falluntur, & Chriſto Domino impudenter aduerſantur, dum ait, *Iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege.* Matth. 5. num. 18. Vbi D. Hieron. *Ex figura,* inquit, *literæ oſtenditur, quod etiam quæ minima putantur in lege, ſacramentis ſpiritualibus plena ſint, & omnia recapitulentur in Euangelio.* Et D. Bonauent. in principio Scripturæ: *Non ſolum,* inquit, *minima* B *litera, iota non ſuperfluit, ſed nec litera minor apex, qui literarum ambiguitatem diſtinguit: quantò magis nulla Scriptura ſacra ſyllaba, vel dictio, vel ſententia ſuperfluere poteſt?* De hac re paſſim D. Chryſoſt. Nam homil. 15. in Geneſ. ibi: *Adæ verò non inueniebatur adiutor ſimilis eius.* Geneſ. 2. num. 20. expendens hoc dici, poſtquàm omnia animalia adducta fuerant ad Adamum: vt oſtenderetur, non eſſe beſtias, quibuſcum deberet homo contrahere ſocietatem, ſed aliam præſtantiorem, ac diuiniorem requirendam: ſubdit, ita ab Scriptura de induſtria dictum eſſe; *Vt,* inquit, *doceamus nos, neque dictionem paruam, neque ſyllabam vnam in diuinis literis contentam, prætereundam. Non enim verba qualiacunque ſunt, ſed etiam* C *Spiritus ſancti verba. Et propterea magnum in his theſaurum inuenire licet, etiam in vna dictione.* Et iterum homil. 18. in Geneſ. circa medium expendens, quid diſcriminis inter Abelis, & Caini ſacrificia interfuerit: *Nihil,* inquit, *temere, vel fortuitò loquitur Scriptura; ſed & ſyllaba, & apiculus vnicus reconditum habet theſaurum.*

D. Bonau.
D. Chryſ.
Probat latè D. Chryſoſt.

4.
Scripturæ profundè meditantibus theſaurus.

Rurſus homil. 21. in Geneſ. ſub initium, explicans illam Patriarcharum ſeriem, quæ cap. 5. Geneſis continetur: *Ne mireris,* inquit, *quod in hac nominum enumeratione multas, latenteſque diuitias ſententiarum me oſtenſurum pollicear. Neque enim vel ſyllaba, vel apiculus eſt in ſacris literis, in cuius profundo non lateat myſterium.* Et rectè dicit: *in cuius profundo;* D nam in primo aſpectu nullum ſæpe myſterium præfertur. Vnde D. Baſil. hom. 9. in Examer. *Sacra,* inquit, *Scripturæ verba, ſi vtcunque legantur, aut perfunctoriè, ſyllabæ tantum quædam eſſe videntur, & eædem perexiguæ; ſed cum verborum ſententiæ peruestigantur, tunc quanta ſit ſapientia Creatoris perſpicitur.* Rationem verò, cur ne vna quidem ſyllaba in ſacris literis ſuperflua ſit, ſed planè neceſſaria, optimam reddit D. Chryſ. citatus. *Nam ſi in ſcriptis,* inquit, *quæ de ſecularibus negotiis ab hominibus conficiuntur, ſæpeque tempore corrumpuntur, vel vnam proœmii ſyllabam deeſſe multum momenti habet: quantò magis hoc in ſcripturis diuinis à Spiritu ſancto compoſitis inuenitur?*

D Baſil.
D. Chryſ.

5.

Idem homil. 23. in Geneſ. ibi: *Noë verò inue-* E *nit gratiam coram Domino.* Geneſ. 6. num. 8. expendens poſt narrata aliorum hominum flagitia, ſtatim Noë ſanctitatem commendari; vt eò maior eius perfectio probaretur, quò grauiora inter peccata eſfloreſceret. *Vide,* inquit, *Scripturæ diligentiam quomodo ne ſyllabam quidem vnam inutilem contineat.* Præterea homil. 28. in Geneſ. expendens, cur Cham, quando ex arca egreſſus eſt, dicatur pater Chanaan. Geneſ. 9. num. 18. Nempe, vt illius intemperantia tacitè perſtringatur, qui in arca incluſus, vbi non ſolùm homines, ſed etiam belluæ caſtitatem ſeruabant, ipſe libidini indulgeret. *Ne putetis,* inquit, *hoc abſque cauſa fuiſſe adiectum; nihil enim in diuina Scriptura continetur, quod non aliqua ratione dictum ſit, & latentem in ſe habeat vtilitatem.*

6\. Deinde homil. 42. in Geneſ. ibi, iuxta 70. *Num celabo Abraham puero meo?* Geneſ. 18. num. 7. expendens, hominem ætate ſenem, à Deo puerum vocari; vt eximia Dei erga hominem charitas, & hominis apud Deum dignitas exprimeretur: *Dignum*, inquit, *eſt, vt neque illud prætereamus; neque enim ſyllabam vnam, neque apicem in diuina Scripturn prætèrire oportet. Quanta enim dignitatis eſſe putas, quod dicit Abraham puerum ſuum? quanta affectionis? quanti amoris?* &c. Tandem homil. 35. in Ioannem, explicans miraculum Probaticæ piſcinæ, & multa quæ in eo myſteria continentur: *Quemadmodum*, inquit, *in auri metallis, ne minimam quidem venã quiſpiam, qui rem intelligat, omittere patitur, vtpote quæ ad augendas diuitias plurimum faciat: ita & in diuinis ſcripturis, nec vnum iota, aut vnus apex, ſed ne dimidium quidem prætermittendum eſt, ſed omnia diligenter explicanda. Nam à Spiritu ſancto omnia proueniunt.*

7\. *Confirmant oly Patres.* Tert. Similiter & Patres cæteri loquuntur. Nam Tertul. libro de præſcriptionibus, cap 9. *Nulla*, inquit, *vox diuina ita diſſoluta eſt, & diffuſa, vt verba tantùm defendantur, & ratio verborum non conſtituatur.* Vbi autem verba omnia ſuis myſteriis fœta ſunt, nullum planè vacuum dici debet, nullum otioſum. D. Hier. D. Hieronymus lib. 2. Commentar. in epiſt. ad Epheſ. explicans illud: *Reuelatum eſt ſanctis Apoſtolis eius, & Prophetis in ſpiritu, gentes eſſe cohæredes, & concorporales, & comparticipes promiſſionis eius in Chriſto Ieſu, per Euangelium.* Ephe. 3. num. 5. & 6. fatetur illas voces compoſitas, *cohæredes*, & *concorporales*, & *comparticipes*, parùm eſſe elegantes. *Sed quia*, inquit, *ſinguli ſermones, ſyllabæ, apices, puncta in diuinis ſcripturis plena ſunt ſenſibus: propterea magis volumus in compoſitione ſtructuráque verborum, quàm intelligentia periclitari.* D. Cyrill. D. Cyrillus Alexandr. lib. 2. in Ioann. c. 102. *Nihil*, inquit, *ita paruum in ſacris ſcripturis inuenitur, quod magnam nobis vtilitatem non pariat.* Sed omnium vehementiſſimè D. Baſil. D. Baſilius homil. 20. in Exaëmer. *Ingens*, inquit, *blaſphemia eſt, dicere verbum aliquod in ſcripturis redundare.* D Greg. Nyſſen. Cum quo eius frater D. Gregor. Nyſſen. oratione in illud: *Faciamus hominem*, &c. eiſdem ferè verbis conſentit. Et mitto plures alios eadem ferè paſſim inculcantes.

8\. *Scriptura vel etiam minima colligenda.* Quare quò religioſior quis eſt, ac diuinæ legis obſeruantior, eò promptior eſſe debet ac diligentior ad omnes ſcripturarum non ſolùm ſententias, ſed etiam ſyllabas colligendas, & animo conſeruandas. Hoc enim myſterio Chriſtus Dominus præcepit, non turbis, ſed Apoſtolis, vt colligerent, quæ ſuperauerant fragmenta, ne perirent. Ioann. 6. num. 12. D. Ambr. Nam vt bene D. Ambroſ. lib. 6. in Lucam, cap. 4. *Non*, inquit, *otioſè, quæ turbæ ſuperſunt, à diſcipulis colliguntur: quia ea, quæ diuina ſunt, apud electos faciliùs poſſis, quàm apud populos reperire.* Scilicet imperiti homines, ac terreni, illis tantùm locis ſacrarum ſcripturarum capiuntur, quæ in prima fronte maiorem præferunt maieſtatem, & ſubliminorem oculis exhibent apparatum: ad alia tamen, quæ in ſpecie videntur humiliora, conniuent, & obdormiſcunt. At verò prudentes homines, & ſpirituales, quidquid de ſcripturis offeras, recipiunt, magni faciunt, & oblatum gratulantur, & admirantur, & venerantur, ſcientes nihil ibi diuinitatis cuiuſdam expers contineri. Et quidem *Et naturæ & Scripturæ minima plus admirationis habent.* D. Aug. rectè. Nam ſi in hac mundi vniuerſitate, vt bene philoſophatur D. Auguſt. lib. 22. de Ciuit. cap. 24. *illa plus habent admirationis, quæ molis minimum: plus enim formicularum, & apicularum opera ſtupemus, quàm immenſa opera balenarum.* Quid mirum, ſi in Scripturis non magis maxima, quàm minima quæ-

A quæ adtriremur, cùm vtraque à Deo inſpirata fateamur?

9\. *Diſſoluuntur nodi in §. 2. adducti.* Illa verò, quæ initio obiecta ſunt, facilè explicantur. In primis illud de Leuitico, & Ioſue teſtimonium hominum erat, qui occidentem literam, non ſpiritum viuificantem obſeruabant, cæci planè ad ſpiritualia, & interna: ad externa verò, ac temporalia oculati. Longè veriùs D. Hieronymus in D. Hieron. epiſt. 103. ad Paulinum. Nam in primis de libro Leuitici: *In quo*, inquit *ſingula ſacrificia, imò ſingula penè ſyllaba, & veſtes Aaron, & totus ordo Leuiticus ſpirant cæleſtia ſacramenta.* *In Leuit. & Ioſue lib. nihil ſuperfluum.* Et paulò pòſt de libro Ioſuë: *Per ſingulas*, inquit, *vrbes, viculos, montes, flumina, torrentes, atque confinia, Eccleſiæ cæleſtiſque Hieruſalem ſpiritualia regna deſcribit.* Quæ omnia ex eorum librorum B interpretibus patebunt.

10\. *Explicatur primus nodus.* Ad primum argumentum eorum, qui videntur in ſacris literis tam multas annorum ſupputationes non ſolùm faſtidiſſe, ſed etiam odiſſe, egregiè reſpondet D. Chryſ. homil. 2. de verbis Iſaiæ, explicans, cur Iſaias ſuam prophetiam prænotarit ab anno, quo mortuus eſt Rex Ozias. *Nulla in annorum ſupputatione ſuperfluitas.* D Chryſ. *Teſtamenta*, inquit, *tabulæque de nuptiis, de debitis, déque reliquis contractibus, niſi in frontiſpicio Conſulum annos habeant præſcriptos, nullam ex ſeſe vim habent. Hoc eſt enim, quod illis robur addit; hoc eſt, quod controuerſias dirimit; hoc, quod à lite liberat; hoc, quod ex inimicis facit amicos. Proinde qui talia deſcribunt, non aliter, quàm* C *lucerna candelabro poni ſolet, ſic in frontiſpicio literarum, addunt Conſulum nomina, vt in omnibus quæ ſubiiciuntur, prælucẽat. Quæ ſi ſuſtuleris, lumen ſuſtuleris: omniáque tenebris, multáque turbatione compleueris. Propterea omne dati, acceptique negotium, ſiue cum amicis, ſiue inimicis, ſiue cum famulis, ſiue cum procuratoribus, & œconomis agatur, hac eget cautione, & vbique menſes, annos, ac dies ſubſcribimus. Quod ſi tantùm valet ea res in negotiis temporalibus, in ſpiritualibus multò ampliùs profuerit. Siquidem hoc declarat, prophetias eſſe prophetias. Neque enim quicquam aliud eſt prophetia, quam rerum futurarum enarratio. Proin*D*de qui neſcit tempora eorum, quæ dicta ſunt, quæve euenerunt, qui poterit homini contentioſo demonſtrare prophetiæ certitudinem? Hinc nobis & aduerſus gentes certamina, contentioneſque, dum noſtra demonſtramus antiquiora, quàm quæ apud illos habentur. Hinc nobis aduerſus Iudæos infelices multis opus eſt demonſtrationibus ad euincendam veritatem. Nam ſi audiſſent Patriarcham dicentem: Non deficiet princeps ex Iuda, neque dux de femoribus eius, donec veniret, cui repoſitum eſt.* Geneſ. 49. num. 10. *Siq̃ue obſeruaſſent exacta diligentia aduentus Domini tempora, non incidiſſent in Antichriſtum dilapſi à Chriſto.* Qui locus illuſtriſſimus mihi videtur, ac diſertiſſimus ad præſens inſtitutum, non eſſe ſuperfluas iudicandas annorum ſupputationes, E quæ in ſacris literis fiunt; cùm ſint quædam velvti faces, quibus omnia, quæ in ſacris literis continentur, illuſtrantur: ſeu, vt addit D. Chryſoſtom. citatus: *Quemadmodum in agris columnæ, terminique non ſinunt arua confundi, ſic tempora non ſinunt confundi res geſtas; ſed dum dirimunt alias ab aliis, & in ordinem congruentem digerunt, multa nos liberant turbatione.*

11\. *Soluitur ſecundus nodus.* Ad ſecundum, eos, qui nominum catalogos, & etymologias in ſacris literis traditas contemnunt, vocat D. Chryſoſt. hom. 31. in epiſt ad Rom. homines rudes, ebrioſos, & carni viuentes, ac D. Chryſ. planè indignos, quorum rationes audiantur, & explicentur. *In nominum catalogis, & etymologiis magna vtilitas.* *Eſt enim*, inquit, *& nudis ipſis nominibus magnum inuenire theſaurum.* Et paulò pòſt: *Nomina*, quæ in ſacris literis recenſentur, *multarum*, inquit, *rerum ſunt monumenta.* Et rurſus: *Omnia*, inquit, *illa typi ſunt, & ad noſtram admonitionem inſcripta.*

Vnde

Vnde obſeruat D. Paulum præcepiſſe ſuo diſcipulo Timothæo, viro alioqui ſanctiſſimo, & doctiſſimo, vt attenderet lectioni, non quidem vnius, vel alterius libri ſacri, ſed omnium, & quoad omnes eorum partes. *Ad Timotheum*, inquit, *ſcripſit: Attende lectioni.* 1. Timoth. 4 num. 13. *In omnium librorum lectionem iniiciens hominem tantum habentem ſpiritus, vt & dæmonia expulerit, & mortuos excitauerit.* Quaſi vir omnibus doctrinæ præſidiis inſtructiſſimus, etiam ex iis, quæ in ſacris literis minutiſſima videntur, quales ſunt nominum catalogi, multum poſſet vtilitatis reportare. Cùm enim nihil non aureum ſit in Scriptura, nihil profectò eſſe poteſt, ex quo homines non diteſcant. Quid ergo iſti, homines cæleſtium diuitiarum prodigi, quidquam in ſacris literis contemnunt? *Nam aurifuſorum*, inquit, *pueri minuta etiam fragmenta curioſè conquirunt: iſti tantas auri maſſas negligunt?* Et ſtatim explicat, quanta ex nominum interpretatione Adæ, Euæ, filiorum, conſequentiumque Heroum vtilitas colligatur.

12. D. Chryſ. Iam verò in homilia 2. de verbis Iſaiæ. *Sunt*, inquit, *homines quidam opifices, qui poſteaquam ſacros libros in manu ſumpſerint, deinde repererint vel annorum numerum poſitum, vel nominum recenſionem, illicò prætercurrunt, & incuſantibus reſpondent: nomina tantùm ſunt, neque quicquam habent vtilitatis. Quid ais? Deus loquitur, & tu audes dicere, nulla eſt dictorum vtilitas?* Et paulò pòſt: *Sed quid loquor*, inquit, *de temporibus, & nominibus, titulíſque? Diſce, quantum valeat vnius tantùm literulæ adiectio; ac deſine tota contemnere nomina.* Et ſtatim loquutus de mutatione nominis Abram in Abraham, per vnius literæ adiectionem: *Quemadmodum*, inquit, *Reges præfectis ſuis aureas porrigunt tabellas, principatus ſignum: ſic & Deus iuſto illi honoris ſignum dedit literam.* Vana igitur non ſunt, quæ in ſacris literis nomina recenſentur, & explicantur, ſed myſticis arcanis plena: vt ſingula conſideranti, ac ſingulorum interpretes conſulenti, facilè patebit.

Vel vna nominis litera multa ſonat myſteria.

13. *Extricatur tertius nodus. Profana genealogia otioſa, imò perniciosa.* D. Aug. D. Anſelm. D. Chryſ. Ad tertium, fateor inutiles eſſe illas genealogias, quibus Iudæi diſtinguendis incumbebant: ſiue eſſent illæ, quas fingebant, dicentes, primo homini duas vxores à Deo conceſſas, & ex quaque ſuam poſteritatem propagatam; vt refert D. Auguſt. lib. 2. contra aduerſarium legis, cap. 1. & D. Anſelm. in commentariis eius loci: ſiue eſſent fabuloſæ apud gentes Theogoniæ, ſeu Deorum origines; vt D. Chryſ. ad eum locum arbitratur: ſiue denique eſſent illæ genealogiæ, quas Iudæi ex primis Patriarchis, Abraham, Iſaac, & Iacob, non quidem ſecundùm diuinas literas, ſed ſecundùm ſuas traditiones multis mendaciis corruptas recenſebant: partim, vt ſuam doctrinam, & antiquitatis peritiam venditarent; vt etiam D. Chryſoſt. citatus exiſtimat: partim, vt ſuam quiſque nobilitatem præferret, dum ſe optima de ſtirpe ſatum teſtaretur, vt ad eum locum Adamus inculcat: partim, vt veram Chriſti Domini à Dauide genealogiam peruerterent, & adulterarent, atque adeò eum à poſteris Dauid, & quod inde reliquum eſt, à dignitate Meſſiæ excluderent, & relegarent; vt ibi Lyranus interpretatur. Has igitur genealogias rectè monet Apoſtolus penitus abolendas, cùm non ſolùm ſint inutiles, ſed etiam pernicioſæ. At verò illæ, quæ in ſacris literis continentur, multum habent vtilitatis.

Adamus. Lyran.

14. *Prima vtilitas ex ſacra Scripturæ genealogiis.* Euſeb. Duplex verò vtilitas ex his genealogiis deſumi poteſt. Vna, vt diſtincta tribuum memoria conſeruetur, & proinde ex qua natus fuerit Meſſias, teneatur. Vnde Herodes qui alienigena erat, gentili de ſtirpe natus, vt refert Euſebius lib. 1. Eccleſiaſt. hiſt. cap. 7. poſtquàm regnum adulterina fraude quæſiuit, vt loquitur D. Ambroſius, lib. 3. in Luc. *Conſcius*, inquit D. Ambroſ. *ignobilitatis ſuæ, ne qua poſteris ſuis, vel de præſcripto veteri quæſtio moueretur, ſcripturas eorum* (nempe Iudæorum) *incendit: exiſtimas, quod ſi indicia de publico ſuſtuliſſet, nullis aliis teſtimoniis clarere poſſet, quin de Patriarcharum, vel proſelytorum veterum genere emanaret. Sed, vt pleraque curæ humanæ ſunt, cognitioni hoc, & indagini veritatis præiudicare non potuit.* Itaque genealogias tollebat, vt ſe Iſraëlitam mentiretur. Erant igitur illæ genealogiæ neceſſariæ ad propriam cuiuſque gentem, ac tribum diſtinguendam, in gratiam Meſſiæ ex tribu, vnde naſceretur, cognoſcendi.

D. Amb.

15. *Secunda vtilitas.* D. Iren. *Chriſti genealogia omnium gẽtium redẽptionem myſtiçè includit.* Altera ex his genealogiis vtilitas eſt, vt multa alia myſteria referentur. Quale eſt illud, quod continetur in genealogia Chriſti Domini apud Lucam cap. 3. à num. 23. per ſeptuaginta duas generationes explicata, de qua D. Irenæus lib. 3. cap. 33. *Lucas*, inquit, *genealogiam, quæ eſt à generatione Domini noſtri, vſque ad Adam, ſeptuaginta duas generationes habere oſtendit; ſignificans quoniam ipſe eſt, qui omnes gentes exinde ab Adam diſperſas, & vniuerſas linguas, & generationem hominum cum ipſo Adam in ſe ipſo recapitulatus eſt.* Vbi alludit ad illas ſeptuaginta duas gentes, quæ poſt confuſionem linguarum Geneſ. 11. n. 8. factam, in totum orbem diuiſæ ſunt, ac propagatæ; & proinde vniuerſum genus humanum complectebantur. Per totidem igitur generationes dicitur Chriſtus Dominus ab Adamo deſcendiſſe, vt omnium gentium vnica ſalus, vnica ſpes, & redemptio crederetur: & quas diaboli inuidia gentes diſpulerat, & à ſalutis via diſturbarat, eaſdem Chriſti Domini gratia colligeret, & in fidei, charitatiſque ſocietatem congregaret.

16. *Enodatur quartus nodus. Nulla repetitio in ſacris literis otioſa.* Ad quartum, concedo frequentes in ſacris literis fieri repetitiones: otioſas tamen eſſe nego, ſed ortas, vel ex aliqua dialecto, ſeu proprietate linguæ; vel ad loquentis affectum exprimendum, & audientis memoriam conſeruandam; vel vt magnum aliquod myſterium, quod latebat, ſignificetur. Nam illud: *Sicut leo paratus, ad prædam, & ſicut catulus leonis habitans in abditis.* Pſalm. 16. n. 12. & illud: *Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi.* Pſalm. 39. n. 1. & illud: *Sancti eius exultatione exultabunt.* Pſal. 131. num 16. & plura id genus, & ex proprio Hebræorum idiotiſmo oriuntur, & ad maius orationi pondus afferendum inculcantur; vt Euthymius citatis locis, aliíque interpretes paſſim obſeruant. Illa, quæ in libris Legalibus narrata, ſæpe in Propheralibus replicantur, eò pertinent, vt altiùs memoriæ infixa, difficiliùs obliterentur. Qualia ſunt illa, quæ Leuit. 21. à n. 5. imperantur, & Ezechiel. 44. à n. 20. repetuntur. Vbi D. Hieron. *Conſiderandum*, inquit, *quòd omnia, quæ nunc per Prophetam Dominus loquitur, per Moyſem antè iam dixerit. Quærendumque, cur eadem, quæ dicta ſunt, repetat: vt videlicet, quæ in mentibus hominum ſunt, vel legendi negligentia, vel audiendi contemptu, & obliuione deleta viua voce innouentur.* Tandem illa repetitio: *Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes: Templum Domini, templum Domini, templum Domini eſt:* Ierem. 7. num. 4. myſterio plena eſt, vt ſignificetur, templum ſemel à Salomone ædificatum, & à Chaldæo deſtructum, & iterum ab Eſdra reſtitutum, & à Romanis euerſum, non eſſe tertiù reparandum. Illa Ioannis repetitio: *Ipſe Deus cum eis, erit eorum Deus, & abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum.* Apocalypſis 21. num. 3. & 4. vbi nomen, *Deus*, ter replicatur, Sacroſanctæ Triados myſterium declarat, vbi tres perſonæ eandem diuinitatem includunt. Illa repetitio Dauidica:

D. Hieron.

Iudæorum templum nunquam reſtaurandum.

S Trinitatis myſterium.

Pſallite Deo noſtro, pſallite, pſallite Regi noſtro, pſallite, pſallite ſapienter. Pſalm.46.num.47.& 8. otioſa planè non eſt. Nam *pſallendi* verbum quinquies repetitur, vt pro quinque præcipuis beneficiis, creationis, conſeruationis, redemptionis, iuſtificationis, & glorificationis homini à Deo collatis, debitæ Deo grates ab homine referantur. Infinità ſunt huius generis exempla, quibus breuitatis cauſa superſedeo. Nulla igitur in ſacris literis verborum, aut ſententiarum, rerúmve repetitio occurret, quæ ſi diligenter expendatur, otioſa reputetur: nec dubium, quin ob aliquam ex tribus cauſis propoſitis facta cenſeatur.

Pro ſingulis beneficiis ſingula Deo grates habenda.

17. *Expeditur vltimus nodus. Eorum ſtoliditas damnatur, qui otioſitatis arguunt Scripturam.* D.Aug.

Ad vltimum dico, non otioſitatem rerum, aut verborum, quæ in ſacris literis habentur, iudicandam: ſed potiùs ſtoliditatem eorum, qui illa otioſa arbitrantur, arguendam; condemnant enim, quæ ignorant. Quo quid ſtultius? cùm ſemper neceſſe ſit, vt ante ſententiam ſcientia comparetur. In hos igitur tam iniquos rerum æſtimatores acriter inuehitur D. Auguſtinus, lib. 22. contra Fauſtum, cap. 7. *Similes*, inquit, *ſunt hominibus, quibus diſplicent ea, quorum non capiunt vtilitatem. Veluti ſi ſurdus, videns mouere labia loquentium, tanquam ſuperfluos oris motus, deformeſque reprehenderet: vel ſi quiſquam cæcus laudata ſibi aliqua domo, vellet, palpando probare, quod dicitur; & parietum lenitatem manu pertractans, in feneſtras irrueret, eaſque velut inconuenientes illi qualitati redargueret, cauernáſque ruinoſas putaret.* Sicut igitur hi ſtultiſſimi putarentur, quòd ea damnabant, quæ non cognoſcebant: ita planè eorum ſtultitia damnanda eſt, qui non intelligentes, quo fine multa in ſacris literis memorentur, ea otioſa arbitrantur. Si qua igitur huiuſmodi in diuinis literis occurrant, quorum finis ignoretur, & propterea otioſa primo aſpectu videantur, omnis ab illis vituperandis temeritas refrænetur, ac diligens ad ea inquirenda curioſitas acuatur. Nam vt bene Origenes lib. 4. Periarch. cap 2. Idcircò Deus voluit in ſcripturis multa occurrere, quæ prima fronte inutilia viderentur: *Vt*, inquit, *ad inquiſitionem veritatis altius repetendam reuocemur, & dignum Deo ſenſum in ſcripturis, quas à Deo inſpiratas credimus, perquiramus.*

Orig.

18. *Canis gratitudinis, & cuſtodiæ ſymbolum.* D.Ambr.

Quare illa loca, quæ obiiciuntur inutilia non ſunt. Nam canis ideò Tobiæ comes adiungitur, interprete D. Ambroſ. lib. 6. Examer. cap. 4. vt cùm eſſet gratitudinis ſymbolum, iuuenem ad grates Deo, atque Angelo debitas, cumulatè referendas erudiret: vel etiam, vt cùm eſſet vigilantiſſimus domus cuſtos, iuuenem prima tractandæ familiæ gubernacula aggreſſum ſuo exemplo ad cuſtodiam domus hortaretur. Saül dicitur ſpeluncam ingreſſus ad purgandum ventrem, vt clarior Dauidis in eum miſericordia, & clementia probaretur, qui ne in diſcinctum quidem, & exarmatum hoſtem, quod facilè poterat, irrueret occiſurus. Illud, quod de Pauli penula obiicitur, adeò non eſt otioſum, vt ſingulare, & paupertatis, & religionis exemplum probare videatur. Lege totum locum, & diſce: *Penulam*, inquit, *quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum, & libros, maximè autem membranas.* 2. Timoth. 4. n. 13. Paupertatis quidem exemplum habes, quòd Paulus totius orbis doctor Timotheo totius Aſiæ Primati, nullas alias diuitias, quàm penulam, credo iam attritam, & obſoletam, & paucos libros, & membranulas commendaret. Mundi Principes ab externis prouinciis, quibus per ſuos miniſtros præſunt, ingentes diuitias requirunt: Paulus autem vnam tantùm penulam, non quidem indebitam, imperat, ſed depoſitam exigit: nec ab illo Primate aliena munera, ſed ſua tantùm, eáque exigua repoſcit. Quid dico ſua? Nam, vt benè D. Hieron. ibi obſeruauit, non dixit penulam meam, vel quia propria non erat, ſed commodata: vel quia paupertatis amator nullius rei tanquam propriæ ſibi dominium vendicabat. Religionis verò exemplum hinc elucet, quòd dicit, *maximè autem membranas*: hoc eſt, interprete Theodoreto, diuinas ſcripturas, quas in membranis deſcribebant. Quaſi Paulus, etſi penulam, libros, membranáſque exegerit, facilè tamen cæterorum omnium iacturam pateretur, dummodò membranæ, ſeu Scripturæ ſanctæ ad eum incolumes adducerentur. Hæc, pluráque alia emolumenta, tum ex citatis locis, tum ex aliis, quæ improbi homines tanquam inutilia condemnant, facilè colligentur. Nihil igitur in ſacra hiſtoria otioſum reperitur.

Dauidis in Saülem clementia.

Admirabilis Diui Pauli paupertas.

D.Hier.

Singularis Pauli in ſacram Scripturam religio. Theodor.

Nihil in ſacra hiſtoria pernicioſum.

19. *Fauſtus Manichæus, infauſtus hæreticus.*

EO audaciæ prorumpunt impij homines, vt dicant, ſacram hiſtoriam non ſolùm otioſam eſſe, ſed etiam pernicioſam. De horum numero eſt in primis Fauſtus hæreticus Manichæus. Et duplici niti potuit fundamento; vt interim alia omittam. Vno, quia in Scriptura multa de ſacris Prophetis, & Patriarchis flagitia narrantur, nec reprehenduntur. Vt quòd Abraham ingreſſus fuerit ad ancillam Agar. Geneſ. 16. n. 4. Quòd vxorem ſuam Saram, appellando ſororem, adulterij periculo expoſuerit: ſemel quidem apud Pharaonem Regem Ægypti. Geneſ. 12. n. 13. & iterum apud Abimelech Regem Geraræ. Geneſ. 20. n. 2. Quòd Iſaac paterno ductus exemplo, ſuam quoque vxorem Rebeccam, appellando ſororem, eidem adulterij periculo ſubiecerit. Geneſ. 26. n. 7. Quòd Iacobus paternam benedictionem fraude, ac dolo, fratri ſuo ſeniori præripuerit, Geneſ. 27. n. 19. Quòd Moyſes furore præceps Ægyptium occiderit. Exod 2. n. 12. & ſic de aliis.

20.

Quid autem pernicioſius, quàm iis hominibus qui omnibus ad imitandum proponuntur, ea facta tribuere, quæ qui imitetur, delinquat: Quemadmodum enim ſi quis ad fontem veneno imbutum ſitibundus accedat, aquam non hauriet, ſed vitam amittet, ita ſi quis animum intendat ad illos veteres Patriarchas, tam multis vitiis infectos imitandos, non edet exempla virtutum, ſed in turpia facinora prolabetur. Et vlteriùs ſic arguere licebit. Aut prædicta facta licita ſunt, aut illicita. Si licita; liceat & nunc coniugato aliam thori conſortem adhibere. Liceat patrifamilias per mendacia, & ſpiritualia aliorum nocumenta propriam vitam cuſtodire. Liceat iuniori filio paternam ſenioris hæreditatem dolo præoccupare. Liceat denique priuato homini aliorum iniurias vlciſci. Si illicita; cur non accuſantur? cur non damnantur? cur eorum auctores pro malefactoribus non reputantur? cur tanquam virtutum exemplaria nobis proponuntur, qui tanquam ſcelerum monſtra deuitari à nobis debuerunt? Ergo vtrumvis dicatur, ſiue licita fuerint, ſiue illicita; ſemper nobis ex eorum narratione ſpiritualis aliqua pernicies orietur.

21. *Primũ hæreticorum fundamentum euertitur. Obiecta Patriarcharum facta, neque à nobis damnanda, neque imitanda.*

Ita ferè improbi homines aduersùs ſacram hiſtoriam argumentantur: ſed eorum machinamenta facilè demolitur D. Auguſt. lib. 22. contra Fauſtum, cap. 35. Vbi ſignificat illorum Patriarcharum facta, & licita fuiſſe; quod deinceps ſequentibus capitibus latiſſimè demonſtrat; & non eſſe à nobis imitanda, cùm pares rerum circumſtantias, vt vocant, non habeamus. Et quia cum imperitis hæreticis argumentatur, ab imperitis, & elementariis

puerulis

puerulis deducit argumentum, quo eos manifeſtius conuincat. *Similes*, inquit, *ſunt, qui in magis iſta reprehendunt, pueris imperitis in ſchola, qui cum pro magno didicerint, nomini numeri ſingularis verbum numeri ſingularis eſſe reddendum; reprehendunt Latinæ linguæ doctiſſimum auctorem, quia dixit: Pars in fruſta ſecant. Debuit enim, inquiunt, dicere, ſecat. Et quia norunt religionem dici, culpant eum, quia geminata litera dixit: Relligione patrum. Vnde non abſurdè fortaſſè dicitur in genere ſuo, quantùm diſtant ſchemata, & metaplaſmi doctorum, à ſolœciſmis, & barbariſmis imperitorum, tantùm diſtare figurata facta Prophetarum à libidinoſis peccatis iniquorum. At per hoc ſicut puer in barbariſmo reprehenſus, ſi de Virgilij metaplaſmo ſe vellet defendere, ferulis cæderetur; ita quiſquis cum ancilla ſua coniugis volutatus, Abrahæ factum, quod de Agar prolem genuerit, in exemplum defenſionis aſſumpſerit, vtinam non planè ferulis, ſed vel fuſtibus coercitus emendetur, ne cum cæteris adulteris æterno ſupplicio puniatur.*

D August.

22\. Vbi planè oſtendit ſanctorum facta Patriarcharum, neque à nobis temere condemnanda eſſe, neque prout libuerit, ab omnibus imitanda. Non condemnanda; quia licèt communes, & vulgatas benè viuendi leges prætergredi videantur, haud dubium, quin ſecretioribus, & ſuperioribus diuinæ voluntatis diſpenſationibus conformentur. Quemadmodum Rhetorum dicta non iudicantur incongrua: quia licèt à vulgaribus Grammaticæ normis diſſideant, tamen politioribus, ac liberioribus Rhetoricæ documentis non aduerſantur. Præterea, non eſſe ab omnibus paſſim imitanda; quia non omnes habent illas rerum circunſtantias, quas Patres habuerunt: cum quibus laudabilia fuerunt eorum opera, quæ ſine illis vituperabilia cenſerentur. Quemadmodum & illa Rhetorum documenta liberiora, non ſunt ab omnibus pro arbitrio vſurpanda, ſed cùm ea circunſtant, quibus error excludatur; decor, & elegantia, ac venuſtas orationis concilietur.

23\. Totum hoc argumentum eleganter illuſtrat D. Cyprian. libro de ſingularitate clericorum, qui, vt communne cum fœminis contubernium haberent, ſibi de ſcripturis præſidia requirebant. *Si*, inquiunt, *de hac coniunctione clerici denotantur, notandi ſunt etiam ſancti plerique nobiſcum. Sicut Elias, qui manſit apud viduam.* 3. Regum, 17. num. 9. *Sicut Apoſtoli, qui mulieres ſecum comites circumducebant.* 1. Corinth. 9. num. 5. *Vt Ioannes, qui matrem Domini aſſumpſit, eodem Domino delegante.* Ioan. 19. num. 27. *Aut ipſe Dominus, cui de ſuis facultatibus alimenta præſtabant aliquæ mulieres religioſæ* Luc. 8. n. 3. *Cui Martha miniſtrabat ad menſam.* Luc. 10. n. 38. *Et qui ſingulariter loquutus eſt ad puteum ſedens cum alienigena muliere Samaritana.* Ioann. 4. 0. 7. *Vel cui recumbenti fœmina lacrymis pedes lauit, & capillis extersit.* Luc. 7. n. 38. *Callidi argumentatores, & iuriſperiti fallaces*, &c. Et paulò pòſt: *Ad occaſionem*, inquit, *luxuriæ noſtræ in peruerſum ſanctos volumus imitari* Et ſtatim eximiis Prophetarum, Apoſtolorum, & Chriſti Domini virtutibus propoſitis, ſubdit: *Ad has imitationes infirmi ſumus, & ad mulieres circumducendas poſſibilitatem nobis comparandæ imitationis adſciſcimus.*

D Cypr. *Vitia ſua ſanctorum exemplis excuſant peccatores.*

24\. Deinde quetibundus inuehitur in eos, qui ſe in peccandi periculo cum ſanctiſſimis viris exæquabant: *Miſera*, inquit, *humanitas in hac æqualitate non times fulminari, quæ de filio Dei, aut de filiis tonitrui, non cunctaris peccatis tuis exempla, velut ſimilia mutuari? cum ſuperbia ſit elata iactantia, etiam minimis Eccleſiæ quemquam comparabilem velle conſcribi; cùm Paulus dicat: Alter alterum ſuperiores ſibi*

A *inuicem arbitrantes.* Philip. 2. n. 3. Tandem eos, qui ſacris hiſtoriis ad ſuorum ſcelerum patrocinium abutuntur, remittit D. Cypr. non ad exempla ſanctorum, quæ ipſi malè intelligunt, ſed ad ſupplicia iniquorum, quæ omnibus innoteſcunt: *Qui*, inquit, *Apoſtolis coæquari contendit, quare non magis presbyteros adulteros apud Danielem ad formidinem ſibimetipſi proponit?* Daniel. 13. n. 62. *Non nego ipſos eſſe ſectandos, quos Doctores accepimus cuncti, ſed aduerſus eos commendo, qui cupientes ad mala ſua bonorum hiſtorias deprauare, legem Dei ſibi æſtimant ſuffragari; ſicut omnes, qui perire feſtinant, & ſub obtentu ſanctorum dedecora ſua volunt eſſe celata; vt ſub imitatione maiorum contraria quæque committant. Hoc addunt ad* B *cumulum perditionis, vt bonos infament, quorum exemplo vtuntur ad malum.* Vbi deinde oſtendit in propoſitis ſanctorum exemplis nihil eſſe, quod vituperetur; maximè tamen vituperandos, qui illis abutuntur. Ex quibus patet nullam ex ſacra hiſtoria perniciem oriri, cùm ea narrat, quæ maleuoli temerè condemnant; impij præpoſterè imitantur: non enim hic vſus eſt ſacræ narrationis, ſed inconſultè legentium abuſus.

Mali ſanctorum exemplis non abutantur malorum pœnis deterreantur.

Alterum fundamentum, quo hæretici ſacræ hiſtoriæ perniciem ſibi conuincere videntur, eſt, quia 25.
in ea multa non ſolùm de malis, ſed etiam de bonis hominibus narrantur, quæ omnium confeſſione flagitioſiſſima cenſentur. Qualia ſunt inobe- C dientia Adæ. Geneſ. 3. n. 6. Intemperantia Noë. Geneſ. 9. num. 21. Incontinentia Loth. Gen. 29. num. 33. Iniuſtitia Simeonis, & Leui. Geneſ. 33. n. 25. Inuidia reliquorum fratrum Ioſeph. Geneſ. 37. n. 4. & ſequentibus. Timiditas Aaronis. Exod. 32. à num. 2. Debilis fiducia Moyſis. Num. 20. n. 10. Ignauia Heli. 1 Reg. 2. n. 22. Adulterium Dauid. 2. Reg. 11. n. 4. Idololatria Manaſſes, 4. Reg. 21. n. 2. Negationes D. Petri. Matth. 26. n. 69. Perſequutiones D. Pauli. Actor. 9. n. 1. Fœnebres pecuniæ Matthæi. Matt 9. n 9. Incredulitas Thomæ Ioann. 20 n. 25. Iniquitas Zachæi. Luc. 19. à n. 1. Diſſoluta licentia Magdalenæ Luc. 7. num. 37. Rapinæ, & blaſphemiæ boni latronis. Matth. 27 n. 44 & ſic de aliis. Quamuis au- D tem ex prædictis factis alia ab aliis excuſentur; pleraque tamen ab omnibus flagitioſiſſima reputantur. Sed ex harum rerum narratione vnum de duobus contingat, neceſſe eſt: aut, vt peccatores illi contemnantur; aut, vt peccata ipſa minus formidentur. Vtrumuis autem quàm pernicioſum ſit, quis non intuetur? Nam ſi contemnantur illi peccatores, corruit Sanctiſſimorum Patriarcharum, & Prophetarum, Apoſtolorùmque auctoritas, qui nobis ad æternam patriam duces antecedunt. Quo ducatu homines deſtituti, neceſſe eſt, vt in infinita ſcelerum barathra præcipitentur. Si non formidentur ipſa peccata, quòd cenſeantur exiguam culpam continere, cùm tam facilè à Deo E condonentur; & exiguam pœnam promereri, cùm tam facilè ab ipſo Deo remittantur, quis ab illis patrandis abſtinebit? Sublato enim timoris fræno, mirum eſt, in quantas ſcelerum voragines effrænata peccantium licentia deuoluatur. Satius igitur foret, illos peccatores, & peccata religioſo ſilentio cuſtodire: ne virtutum incitamenta tolli, & ſcelerum irritamenta ſubminiſtrari viderentur. Quare cùm illa omnia ſacris hiſtoriis prodantur; manifeſtum eſt, quanta ex illis pernicies oriatur. Ita ferme hæretici delirant.

Secundum fundamentum, quo hæretici ſacræ hiſtoriæ perniciem oſtendere conantur ex vitiorum narratione.

Sed facilè eorum conatus eludentur, ſi pauliſ- 26.
per expendatur, quorſum peccata etiam ſanctorum hominum in ſacris hiſtoriis proponantur. Quod multis de cauſis curatum eſt à diuino Spi-

Secundum hæreticorum fundamentum diluitur.

Cur ſanctorum peccata in Scriptura propalantur. Prima cauſa, vt Scripturæ veritas confirmetur.

D. Aug.

ritu: qui ſacrorum ſcriptorum linguas, & calamos dirigebat Prima, vt ſincêra, & incorrupta veritas ſcripturarum habeatur. Nam ſi ſola rectè facta promerent, & perperam facta occultarent; quis non eas loqui ad gratiam ſuſpicaretur, & propter occultata mala fidem euulgatis bonis denegaret? Vnde D. Auguſt. lib. 22. contra Fauſtum, cap. 60. quem ſuprà Annotat. 1. Sectio. 3. iam citaui, docet, peccatum Loth prodi ab Scriptura, non vt decoloretur Scripturæ ſanctitas, ſed potiùs vt Scripturæ veritas confirmetur; quæ tunc clarior illuceſcit, cùm etiam ſanctorum mala deteguntur. Quis enim virtutes ſanctorum non credat ei, qui eorum lapſus non diffitetur? Et paulò poſt, cap. 65. *Inaniter ergo*, inquit, *Fauſtus in ſe ipſum potius dente ſacrilego ſæuiens, ſanctam Scripturam, quam totus iam mundus meritò veneratur, accuſat. Quæ tanquam ſpeculi fidelis nitor nullius accipit adulandam perſonam; ſed & laudanda, & vituperanda hominum facta, vel ipſa indicat, vel legentibus iudicanda proponit; nec ſolum homines ipſos, vel vituperabiles, vel laudabiles intimans: verùm etiam quædam in vituperabilibus laudanda, & in laudabilibus vituperanda non tacens.* Quod deinde exemplis illuſtrat. Nam in malo Rege Saüle laudatur integritas iuſtitiæ in Pythonibus delendis, 1 Regum, 28. num 3. In bono Rege Dauide vituperatur concupiſcentiæ furor in alieno thoro violando. 2. Reg. 11 n. 4. In Præſide Pilato laudatur illa vox, qua Chriſtum Dominum innocentem aſſerebat. Ioan. 19 n. 4. In D. Petro illa alia vituperatur, qua ſe illius diſcipulum negabat Matth. 26. n. 70. Itaque Scripturæ veritas ſolidiſſima probatur, quod neque occultat propter odium, quæ à malis bona geruntur; neque propter gratiam, quæ à bonis mala perpetrantur: ſed omnia prout geſta ſunt, ſine vllo perſonarum diſcrimine fideliter enarrat.

Scriptura veritas, ſpeculum.

27. Longè aliter ſe habet falſitas hæreticorum, qui ſemper ſua mala occultant, veriti ne prodita conuincantur. Vnde Tertullianus lib. aduersùs Valentinianos, cap. 1. *Nihil*, inquit, *magis curant, quam occultare, quod prædicant; ſi tamen prædicant, quod occultant.* Et paulò pòſt, dogmata Valentiniana vocat, *Eleuſiniana lenocinia, ſancta ſilentio magno, ſola taciturnitate cæleſtia.* Quaſi boni tantùm videantur, dum eorum opera tacentur: ſi in lucem prodeant acta, peſſimi, vt re vera ſunt, actores cenſeantur. Et paulò poſt cap. 3. ex natura ſerpentis ſe occultantis, & columbæ in apertum prodeuntis falſitatem hæreticæ doctrinæ, & veritatem Catholicæ interpretatur. *Abſcondat*, inquit, *ſe ſerpens quantum poteſt, totámque prudentiam in latebrarum ambagibus torqueat, altè habitet, in cæca detrudatur, per anfractus ſeriem ſuam euoluat, tortuosè procedat, nec ſemel totus, lucifuga beſtia.* Hæreticos ſua ſemper mala occultantes artificiosè deſcribit. Et ſtatim: *Noſtra*, inquit, *columba domus ſimplex, etiam in editis ſemper, & apertis, & ad lucem.* Quaſi diceret, ſua omnia manifeſtat ſecura, ne falſitatis arguantur. Et ſubdit: *Nihil veritas erubeſcit, niſi ſolummodo abſcondi.* Cùm tamen hæretici nihil magis, quàm manifeſtari erubeſcant, ſuis mendaciis timentes. Nam vt benè addit Tertull. *Quod tanto impendio abſconditur, etiam ſolummodo demonſtrare, deſtruere eſt.*

Hæretici ſuos errores occultant, ne conuincantur.

Veritas abſcondi erubeſcit.

28. Secunda cauſa, cur ſanctorum peccata ſcribantur, illa eſt, vt diuina erga peccatores miſericordia prædicetur. Nam ſi pœnitentium ſcelera ignorantur, miſerentis Dei clementia neſcietur. Finge namque nullum in ſacris literis ſanctorum peccatum commemorari: ſed eorum tantùm, qui in ipſis ſceleribus obſurdeſcunt, & nunquam ex illis reſipiſcunt. Quid inde ſequetur? Neceſſe planè erit, vt nemo Deum criminum condonatorem, ſed tantùm punitorem agnoſcat: ſola Dei iuſtitia in flagellando, nulla Dei miſericordia in parcendo manifeſta erit. Sua vbique trophæa in obſtinatis peccatoribus delendis diuina iuſtitia conſtruet; nullum in recipiendis pœnitentibus monumentum diuina miſericordia conſecrabit. Habebunt Manichæi; & Marcionitæ ſuum Deum auctorem malorum, ac ſcelerum punitorem. At verò ſuum non modò vltorem peccantium, ſed etiam amatorem pœnitentium, vbinam inuenient Chriſtiani: Igitur magna diuinæ miſericordiæ iniuria irrogaretur, niſi pœnitentium peccata deſcriberentur. Quid enim iniquius, quàm diuinam miſericordiam in cæcas tenebras conicere, ne hominum peccata in apertam lucem eruantur; & ne traducantur peccatores, clementiſſimum Redemptorem obſcurare? Iniurius erit medico, per quem è graui morbo conualuit, qui ſe ab eo curatum non fateatur. Ingratus magiſtro, per quem profecit, qui ſe per illum de ignorantia, emerſiſſe, dicere erubeſcat. Immemor beneficij, quo ſuam ſubleuauit inopiam, qui nullam ſuæ inopiæ mentionem fieri patiatur. Multò iniquiores in Deum erunt homines, ſi à Deo de ſuis ſceleribus miſericorditer liberati, ſua ſcelera non fateantur; & ne qua ſibi infamia oriatur, velint, vt diuina gloria obſcuretur. Ne igitur diuina laus minueretur, opus fuit, vt ſanctorum hominum peccata proderentur.

Secunda cauſa, vt diuina miſericordia agnoſcatur.

29. Quod quidem factum fuit, bona pace ipſorum ſanctorum, qui nihil magis optabant, quàm vt diuinam gloriam etiam per propriam ignominiam celebrarent. Dauidem appello teſtem, qui occultum adulterium, & homicidium ſoli Deo cognitum, omnibus manifeſtabat. *Vt iuſtificeris*, inquit, *in ſermonibus tuis.* Pſalm. 50. num. 6. Hoc eſt, vt ex propriæ culpæ confeſſione quædam veluti diuinæ laudis corona texererut. Nam, vt bene Diuus Ambroſius ad eum locum, ſeu in Apologia Dauid: *Iniuſtitia*, inquit, *noſtra Dei iuſtitiam commendat.* Et paulò inferiùs: *Iuſtificatur Dominus, dum eius prædicatur iuſtitia, & ab eo venia poſtulatur.* Sanctorum igitur peccata cum bona eorum pace euulgantur, vt Dei gloria illuſtrior commendetur.

Sanctorum peccata cum bona eorum pace euulgantur, vt Dei gloria celebretur.

D. Ambr.

30. Tertia cauſa, cur in Scriptura iuſtorum crimina narrentur, illa eſt, vt nemo ſibi in hac vita ſecurus videatur. Nam ſi Patriarchæ tantis diuinæ gratiæ præſidiis ſuffulti, aliquando tandem corruerunt; ſi pomum vetitum guſtauit Adam; ſi adulterauit Dauid; ſi negauit Petrus; ſi alia alij facinora commiſerunt; quis ita inſolens, & arrogans, vt glorietur, nunquam ſe de iuſtitiæ ſtatu quem obtinet, ruiturum? Cauſam hanc attigit Diuus Ambroſius lib. vnico de Ioſeph, cap. 1. Vbi loquutus de fratribus Ioſephi, qui quamuis ingenui, & liberaliter educati, tamen in fratrem inuidia exarſerunt; monet, vt nobis de ſimilia inuidia timeamus. *Nam ſi inuidia*, inquit, *ſanctos aduſſit: quanto magis cauendum eſt, ne inflammet peccatores?* Quam doctrinam iterum inculcat lib. 3. in Lucam, cap. 3. vbi de peccato Dauidis loquutus: *Sanctus*, inquit, *Dauid hominem ſe eſſe cognouit, oſtendens nobis neminem virtuti propriæ debere confidere.* Cuius rei plures nobis magiſtros, quàm vnum Dauidem adeſſe voluit Deus, vt ſtatim D. Amb. aduertit. *Plerumque*, inquit, *illuſtribus, & beatis viris grauia peccata fuiſſe reperies; vt quaſi homines tentationi patuiſſe cognoſcas*

Tertia cauſa vt nemo ſibi in hac vita ſecurus videatur.

D Ambr. Inuidia ſanctos aduſſit, vt ab illa caueant peccatores.

Inſolentia ſanctorum peccmeros docet inſolentiam vitare.

ſcas, ne virtutibus egregiis pluſquàm homines crederentur. Si enim Dauid, qui præſumptione virtutis elatus dixerat: Non mouebor in æternum. Pſalm. 29. num. 7. *ſtatim inſolentia huius pœnam ſubiiſſe memorauit, dicens: Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus.* Ibidem num. 8. *Si ipſe Dominici generis auctor inſolentia excepit offenſam; quantò magis nos peccatores, quibus nulla ſuffragatur prærogatiua meritorum, inſolentia ſcopulum timere debemus, in quo naufragium ſit bonorum?* Voluit igitur Deus, vt propoſitis ſanctorum lapſibus admoneamur, ne de noſtro ſtatu inaniter gloriemur.

Sancti ex ſua ruina facit cautiores. D Ambr.

31. Imò & ipſum Dauidem ſua fecit ruina in poſterum cautiorem. Nam qui antea ſuam ruinam non timebat, tandem humilior factus, & cautior, inquit D. Ambroſius, *quaſi palinodiam quandam ad repropitiandum Dominum in poſterioribus canendam putauit, dicens: Domine, non eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei.* Pſalm 130. num. 1. Quaſi diceret, antea, neſcio qua inflatus ſuperbia perſeuerantiam in diuino obſequio ſpondebam: nunc autem meæ iam conſcius infirmitatis, ſola me velim humilitate, atque diffidentia mei ipſius ſtabilitum: *Dominus a dextris eſt mihi, ne commouear.* Pſalm. 15. num. 8. Si quid eſt, quod me poſſit ruinæ metu liberare, vnum eſt diuinum patrocinium, quod mihi confido non defuturum. Sic & Petrus ex ſua ruina cautior effectus. Nam cùm antea de negatione admonitus, inconſulta quadam temeritate confeſſionem ſponderet, dicens: *Etiamſi oportuerit me mori tecum, non te negabo* Matt. 26. num. 35. tamen poſtea de amore interrogatus, illum affirmare non audebat, imò ne illum non habere deprehenderetur, formidabat. Et ideo contriſtatus eſt. Ioan. 21. num. 17. *Vide*, inquit D. Chryſoſt. *quantò melior factus eſt, & modeſtior. Non amplius temerè perſtat in ſententia, neque contradicit. Contriſtatus, inquit, ſum, ne fortè me amare arbitratus, non amem: vt antea cùm me fortem, & conſtantem putarem, poſtmodum imbecillis deprehenſus ſum.* Itaque ſanctorum peccata non immeritò narrantur, ne quis ita de ſua virtute confidat, vt immobilem ſe fore arbitretur.

D. Chryſ.

Quarta cauſa, vt peccata poſteri caueant.

32. Quarta cauſa, præcedenti non abſimilis, eſt, vt quiſque iuſtorum peccata contemplatus, non modò idem ſibi timeat infortunium; ſed etiam diligenter ſibi prouideat, & ſimili caueat à ruina. Non proponuntur in Scriptura ſanctorum peccata, vt ea imitemur, ſed potiùs vt caueamus. Scriptura tabula eſt nautica, ſeu hydrographica, in qua omnia breuia, ſyrtes, & charybdes, quæ in toto mari deliteſcunt, ſuis quæque ſitæ locis deſcribuntur; vt admoneantur nauigantes, ne in illa periculoſa loca delabātur, ſed longè prætervecti velificentur. Si quis igitur gubernator, nauticam illam inſpiciens membranam, vbi illa ſcopulos, & vadoſa loca deſignat, eò proram dirigeret; & de ſua imperitia accuſatus, nauticam membranam cauſaretur, diceretque, ſe non ſuo arbitrio, ſed ex tabulæ præſcripto nauem gubernaſſe, & quò illa nauigandum monſtraſſet, eò curſum direxiſſe; quis intolerandam gubernatoris imperitiam pateretur? O caput inſanum, & multò ſtolidius belluino! Illa tabula præmonſtrat ſaxa, quæ fugias, non quæ adeas: à ſalebroſis locis te abſterret, non in ſalebroſa loca te inducit. Quid igitur quæris hoſpitium, vbi edoceris naufragium?

Scriptura tabula nautica peccatorum ſyrtes deſcribit, vt vitantur.

33. Non aliter mihi videntur inſanire, qui ſacræ hiſtoriæ doctrina abutuntur; & quæ ibi ſcribuntur ſanctorum flagitia, vt euitentur, ipſi legunt, vt amplectantur. Audiunt, & Noë, & Loth ſanctiſſimos Patriarchas ita vino indulſiſſe, vt de mentis ſanitate deiicerentur. Geneſ. 9. n. 21. & Geneſ. 19. n. 32. Quid ergo, inquiunt, ſi illis contigit inebriari, nos nimium curemus à poculis abſtinere? Sed infelix tamen, & præpoſtera argumentatio. Nam vt bene D. Ambr lib. 1. de Abraham, cap. 6. *Inſtruunt*, inquit, *Patriarchæ non ſolùm docentes, ſed etiam errantes. Ideò iteratum eſt exemplum ebrietatis, vt confirmetur magiſterium cautionis.* Semel atque iterum turpis ebrietas ob oculos proponitur, non quidem, vt aliqua ad eam licentia remittatur; ſed vt omnis ad eam propenſio ex animis eradicetur.

D. Ambr. *Sanctorum errores, noſtra doctrina.*

34. Eſt quidem Scriptura quædam arbor foliis opaca, fructibus fœcunda; quòd & vitia narrat, quibus quodammodo inumbretur, & virtutes prædicat, quibus vtiliter ſplendeſcat. Quis ergo pomarium ingreſſus, ita inſanit, vt ſola folia legat, omnia relinquat poma? Quis ita delirat, vt abſtineat à fructibus, & frondibus veſcatur? Inſano hoc inſanior eſt ille, qui cùm in ſacra hiſtoria obſeruet, & bona, maláque exempla, bona prætereit, mala carpit. Inſanit profectò, dum imitanda contemnit, & cauenda imitatur. Cernit in Dauide, & demus etiam (quod minimè credo) in Abrahamo, fidem thori coniugalis aliquando violatam: cernit in vtroque eandem fidem alias diligenter cuſtoditam. Quid ergo? hoc poſteriori exemplo ad honorandum coniugium non mouetur; illo priori ad coniugium offendendum effrænatur. Quid inſanius? Meritò in hunc inuehitur D. Ambroſius lib. de paradiſo, cap. 13. *De ſcripturis*, inquit, *diuinis frequenter promit exempla, dicens, ſi fortè in ſtupris fuerit deprehenſus: Et Abraham cum ancilla concubuit.* Geneſ. 16. num. 4. *Et Dauid alienam adamauit, & ſibi adſciuit vxorem.* 2. Reg. 11. n. 4. *Adſunt enim ſibi quædam exempla de propheticarum ſerie ſcripturarum, fructum earum non putat requirendum.* Quaſi diceret: neſcis inſane, neſcis, illa ſanctorum flagitia tibi propoſita fuiſſe, non vt facias, ſed vt fugias: mitte folia, carpe fructus. Aliàs ſi tuis ſceleribus quæris de diuinis literis patrocinium, eas tibi fautrices non inuenies, ſed potiùs accuſatrices, quòd illa ambias, à quibus arcent; & illa fugias, ad quæ inuitant.

Peccatores ſuis ſceleribus quærunt in ſacris literis patrocinium.

D. Ambr.

35. Viderunt alij ingenuos illos clariſſimæ familiæ alumnos, filios Iacobi, laboraſſe inuidia, & in fraternam iniuriam vnanimiter conſpiraſſe. Gen. 37. n. 18. Quid ergo, inquiunt, mirum, ſi non in externum ſaltem hominem liuore, & furore incendamur? Cur nos furor non armet in hoſtē, qui fratres armauit in fratrem? Sed attendite, qui veſtris peccatis fauorem de ſacra hiſtoria captatis. Cernitis inuidiam, qua fratres Ioſephi, fratrem in Ægyptum venditum relegarunt. Cur non cernitis patientiam, qua fratrem in Ægypto increpantem ſuſtinuerunt? Inuidiam libet imitari. Cur imitari piget patientiam? Atqui hæc vobis ad imitandum proponitur; illa ad cauēdum Vnde D. Ambr. lib. vnico de Ioſeph, cap. 1. *Diſcamus ergo*, inquit, *& ſanctorum inuidiam, vt imitemur patientiam: & cognoſcamus illos non naturæ præſtantioris fuiſſe, ſed obſeruantioris; nec vitia neſciiſſe, ſed emendaſſe.* Quaſi diceret, ſi ſolæ eorum virtutes ſcriberentur, eos quiſpiam crederet humanis vitiis altiores; & proinde imitari deſineret, quos aſſequi deſperaret. At cùm ex malo inuidiæ mortales eſſe conuincantur, cur non eſſe poterunt in virtute patientiæ, quam habuerunt, imitabiles? Imitemur igitur patientiam, ab inuidia caueamus.

Inuidi inuidia fauorem captant de Scriptura.

D. Ambr.

36. Iam verò ambitioſi, cùm illas audiunt Apoſtolorum de primatu contentiones: *Facta eſt enim contentio inter eos, quis eorū videretur eſſe maior,* Luc. 22.

Ambitioſi ex Scriptura exemplis ambitionem prætexunt.

num. 14. mirum eſt, quantum exiliant, & ſibi licere arbitrentur per æqua & iniqua, per ius & iniuriam, per fas & nefas, ad honores inſilire, ad principatum inuolare. Sed planè falluntur. Illa enim Apoſtolorum contentio ideò proponitur, vt promptiores nos efficiat ad honores repudiandos, non audiores ad ambiendos. Vnde bene D. Ambr. lib. 10. in Luc. c. 22. *Caueamus*, inquit, *ne aliqua inter nos de prælatione poſſit eſſe contentio. Si enim contendebant Apoſtoli, non excuſationi obtenditur, ſed cautioni proponitur.* Itaque ſanctorum crimina non debent nos ad peccatum illicere, ſed potiùs à peccato deterrere. Si tanti facimus ſanctorum auctoritatem, in bonum valeat, non in malum; proficiamus ex illa non degeneremus: ac denique ab eorum virtutibus viuendi exemplum; ab eorum peccatis cauendis magiſterium capiamus.

D. Ambr.

37. *Vltima cauſa, vt peccatores à vitiis reſurgere enitantur.* D. Amb.

Vltima cauſa, cur ſanctorum peccata in ſacris hiſtoriis manifeſtentur, cum præcedentibus cohæret. Nempe, vt cæteri peccatores ſanctorum ruinas intuentes, de ſuis lapſibus non deſperent, ſed ad reſurrectionem enitantur. Vnde D. Ambr. lib. 10. in Lucam, cap. 22. loquutus de negatione Petri: *Error*, inquit, *Petri, doctrina iuſtorum eſt: & titubatio Petri, omnium petra eſt.* Quæ quidem verba magis pertinent ad rationem præcedentem confirmandam. Quaſi ex errore, & caſu Petri, fiant ſancti cautiores, ne vnquam errare, aut cadere contingat. Sed verba, quæ paulò inferiùs ſequuntur, præſentem iuuant rationem. *Etiam*, inquit *lapſus ſanctorum vtilis. Nihil mihi nocuit, quòd negauit Petrus; profuit, quòd emendauit.* Quaſi ex emendatione Petri, omnes ad ſuorum morum emendationem admoneantur. Et paulò poſt, Petrum ipſum alloquutus: *Qui*, inquit, *lapſus es, antequam fleres; poſtquam fleuiſti, erectus es, vt alios regeres, qui te ipſum antè non rexeras.* Ac ſi non tam in ſuam, quàm in ſuorum vtilitatem ſurrexiſſe videretur: maioráque ex Petri lapſu, quàm ex ſtatu commoda ſumerentur. Itaque D. Petrus cadendo neminem deiecit; reſurgendo plurimos ſuſcitauit. Vtiliter ergo vnius peccatum deſcribitur, vt plurimorum ſcelera deleantur.

38. *Sanctorum exemplum non ad vitio, ſed ad pœnitentiam debet excitare.* D. Paul.

Impudentiſſimi illi ſunt, qui Dauidis incontinentiam, & pœnitentiam contemplati, ex illa cadunt, ex hac non ſurgunt. Talis ne eſſe Imperator Theodoſius, curauit D. Ambroſ. nam Imperatorem excuſare ſe volentem Dauidis patrocinio & ſuis peccatis, Dauidis peccata obtendentem, ſic admonuit D. Ambr. vt D. Paulinus in eius vita refert: *Qui ſequutus es errantem, ſequere pœnitentem.* Quaſi diceret: non te excuſat Dauidis incontinentia, ſed pœnitentia accuſat; obeſſe tibi non debuit cadentis exemplum, ſed prodeſſe reſurgentis. Si igitur cum cadente cecidiſti, à fortiori facere debes, vt reſurgas cum reſurgente. Ad hoc enim Dauidis peccatum ſcribitur, vt cùm videris eum reſipiſcentem; tu ex tuo reſipiſcas. Sic & Auctor operis imperfecti in Matt. hom. 41. circa medium: *Vt quid*, inquit, *Dauidem arguit Nathan, & ſuſcepit, niſi, vt adulteri, & homicidæ, pœnitentiæ remedium non deſperent? Rahab meretrix ſanctificata eſt, vt meretricibus ſpes daretur.*

39. D. Auguſt.

Diſertiſſimè de hac re monuit D. Aug. in Pſ. 50. ſub initium. Acriter enim inuectus in eos, qui cum Dauide peccant, ſed cum Dauide non reſipiſcunt: *Multi*, inquit, *cadere volunt cum Dauid, & nolunt ſurgere cum Dauid.* Quid iniquius, quàm ſequi cadentem, ſurgentem non comitari? Nam in Dauide, vt bene addit Aug. *non cadendi exemplum propoſitum eſt, ſed ſi cecideris, reſurgendi. Attende, ne cadas. Non ſit delectatio minorum, lapſus maiorum; ſed*

A *ſit caſus maiorum, tremor minorum.* Quaſi diceret: non debent imperfecti homines ex perfectorum ruina gaudere, ſed formidare; contra quam illi faciunt. *Audiunt*, inquit Aug. *malè viuentes, & quærunt ſibi patrocinia peccandi. Attendunt, vnde defendant, quod committere parauerunt; non vnde caueant, quod non commiſerunt. Et dicunt ſibi, ſi Dauid, cur non & ego?* Quæ poteſt eſſe non ſolùm infirmior, ſed etiam exitialior argumentatio? Grauiùs enim peccant, qui hac argumentatione, quàm qui propria paſſione ad peccandum ſtimulantur. Quod D. Aug. ingenioſè, vt ſolet, oſtendit. *Inde*, inquit, *anima iniquior, quæ cùm propterea fecerit, quia Dauid fecit, ideo peius, quàm Dauid fecit.* Et rationem reddit

Grauiùs peccant, qui patrocinio ſanctitatis, quàm qui lapſu cadunt cupiditatis.

B egregiam: *Dauid nullum ſibi ita ad exemplum propoſuerat, vt tu. Ceciderat lapſu cupiditatis, non patrocinio ſanctitatis: tu tibi tanquam ſanctum proponis, vt pecces: non imitaris eius ſanctitatem, ſed miraris ruinam. Hoc amas in Dauid, quod in ſe odit Dauid. Præparas te ad peccandum, diſponis peccare: librum Dei, vt pecces, inſpicis: ſcripturas Dei ad hoc audis, vt facias, quod diſplicet Deo. Hoc non fecit Dauid: correptus eſt per Prophetam, non lapſus eſt in Propheta.*

40. *Elegans ad hanc rem ſimilitudo.*

Quis ergo non videt, hunc multò grauiorem culpam, quàm Dauidem incurriſſe? Quod hac vlteriùs ſimilitudine expono. Finge duos homines compotationibus indulgendo, temperantiæ leges violaſſe: ſed vnum domeſticis poculis vſum fuiſſe: alterum ſacros etiam calices in conuiuium adductos C profanaſſe. Vter, obſecro, ex iis grauiùs deliquit? nónne hic poſterior? Quis dubitet? Nam prior ſola ſtimulatus libidine, profana profanis coniunxit, & vnam temperantiam violauit. At poſterior, & propria libidine furens, & contemptu ſacrorum ſuperbiens, miſcere auſus eſt ſacra profanis; nec ſolam temperantiæ legem perrupit, ſed etiam religionis diſciplinam violauit. Et cùm prior ſuo appetitui ſolus deſeruiret; poſterior ipſam fecit ſuæ deſeruire libidini ſanctitatem. Quid iniquius? Non aliter, qui ex ſacra hiſtoria ſibi ſumit incitamentum peccandi, vnde potiùs documentum cauendi ſumere debuiſſet, multò grauiùs peccat; quia & paſſionem ſequitur, & religionem D contemnit: imò in profanæ voluptatis obſequium ipſam trahere quodammodo nititur ſanctitatem, & ſeruire cogit ad malum ſacram hiſtoriam, quæ ſuo iure poſtulat, vt ſemper in bonum dominetur.

41. D. Auguſt.

Denique, vt loquitur D. Aug. *ſibi tanquam ſanctum proponit, vt peccet.* Quod non ſolùm mihi videtur ſignificare, ordinat rem ſanctam ad peccatum, ſeu ex ſacro ad profanum inducitur, mutans diuinæ prouidentiæ ordinem, quæ ſacram hiſtoriam non niſi in præſidium ſanctitatis ordinarat; ſed etiam hunc efficere ſenſum, ipſam iniquitatem, tanquam ſanctitatem cenſet, diligit, ac veneE ratur, & proinde quem honorem ſanctitati deferre debuerat, defert iniquitati: & vel ipſum ſanctitatis fontem in cœnoſam voluptatis paludem quodammodo inuergit: vel ipſam iniquitatis effigiem in ſacra ara ſanctitatis quodammodo reponit. Vtrumuis præſtet, iniquiſſimum. Itaque ſanctorum peccata in ſacris hiſtoriis reponuntur, non vt in illis ſiſtatur; ſed vt ſequuta ex illis reſipiſcentia commendetur. Et quamuis qui ſecus faciunt, grauiſſimè delinquant, vt oſtendimus; tamen Scriptura, teſte D. Auguſt. ſemper laudabilis, venerabiliſque exiſtit, cùm ad iſta non inducat, ſed inuita quodammodo trahatur. Vnde patet Fauſti, & aliorum hæreticorum impudentia, qui ſacram hiſtoriam, tanquam pernicioſam, & proinde minimè neceſſariam criminabantur. Sed quorſum

D. Aug.

neceſſa

neceſſaria ſit, paucis expendamus.

Quorſum neceſſaria ſit ſacra hiſtoria.

42. Tert. *Sacra hiſtoria ad omnia bona vtilis.*

TErtullianus lib. de cultu fœminarum, c. 2. non obſcurè docet, ad omnem bonum finem ſacram Scripturam inſeruire. *Nulla*, inquit, *enuntiatio Spiritus ſancti ad præſentem tantùm materiam, & non ad omnem vtilitatis occaſionem dirigi, & ſuſcipi poteſt.* Conſentit D. Hieron. prooemio in epiſt. ad Eph. vbi ſignificat, ad ſtatum non ſolùm ſancto, ſed etiam homine dignum, neceſſariam eſſe: *Si*, inquit, *quicquam eſt, quod in hac vita ſapientem virum teneat, & inter preſſuras, & turbines mundi æquo animo manere perſuadeat, id eſſe, vel primum reor, meditationem, & ſcientiam ſcripturarum.* Et rationem reddit: *Quia cum à cæteris animantibus hoc vel maximè differamus, quòd rationale animal ſumus, & loqui poſſumus; ratio autem omnis, & ſermo diuinis libris contineantur:* qui hunc ſtatum homini congruentem tenere volet, neceſſe eſt, vt ſcripturarum ſcientiam conſequatur. Vnde ſtatim docet D. Hier. multò eſſe melius ſcripturas legere, quàm augendis, & cumulandis opibus inhiare.

43. D. Hieron. *In hiſtoria omnia ſpiritualis vitæ ſubſidia.*

Vberiùs de hac re Auctor operis imperfecti in Matth. homil. 41. Nam ad illa verba: *Et omnia parata, venite ad nuptias.* Matt. 22. num. 4. oſtendit omnia, quæ ad ſalutem neceſſaria ſunt, in ſacris literis præparata, omnibus ſubminiſtrari: *Qui*, inquit, *ignarus eſt, inueniet ibi, quod diſcat. Qui contumax eſt, & peccator, inueniet ibi futuri iudicij flagella, quæ timeat. Qui laborat, inueniet ibi glorias, & promiſſiones vitæ perpetuæ, quas manducando, amplius excitetur ad opus. Qui puſillanimis eſt, & infirmus, inueniet ibi mediocres iuſtitiæ cibos, qui etſi pinguem animam non faciunt, tamen mori non permittunt. Qui magnanimus eſt, & fidelis, inueniet ibi ſpirituales eſcas continentioris vitæ, quæ perducant eum propè ad Angelorum naturam. Qui percuſſus eſt à diabolo, & vulneratus eſt in peccatis, inueniet ibi medicinales cibos, qui eum per pœnitentiam reuocent ad ſalutem.* Ex quibus patet quanta ſit ſacrarum ſcripturarum neceſſitas, in quibus omnia ſpiritualis vitæ ſubſidia, quibus quis in qualibet rerum occaſione indigebit, cumulatiſſimè ſuppeditantur.

44. *Variis exemplis illuſtratur.*

Et vt exemplis res fiat illuſtrior, pergit Auctor ille ſuam exemplis illuſtrare doctrinam: *Vt quid*, inquit, *ſcriptum eſt, Achan propter furtum laminæ aureæ lapidatum.* Ioſue 7. num. 25. *niſi, vt habeant fures quod timeant? Vt quid ibi filij Iſrael, qui fornicati ſunt cum filiabus Moabitarum, percuſſi refugerunt in Beelphegor.* Num. 25. à n. 1. *niſi, vt habeant fornicatores, quod perhorreſcant? Vt quid concupitores carnis caſtigati ſunt in deſerto.* Num. 11. num. 33. *niſi, vt nemo delicias concupiſcat? Vt quid Dauid arguit Nathan, & ſuſcepit.* 2. Reg. 12. num. 7. *niſi, vt adulteri, & homicidæ, pœnitentiæ remedium non deſperent? Rahab meretrix ſanctificata eſt.* Iacob. 2. n. 25. *vt meretricibus ſpes daretur. Nihil ergo minus eſt in hoc conuiuio, quam quod neceſſarium habet ſalus humana.*

45. *Ad tria præcipuè ſacra hiſtoria neceſſaria.* *Primùm ad ſeipſum regendum.* Caſſian. *Prudentia tardiùs experientia acquiritur.*

Sed quamuis omnium ſcripturarum notitia, & præſertim ſacræ hiſtoriæ cognitio, ad quemlibet ſpiritualis vitæ profectum neceſſaria exiſtimetur; nihilominus tria, vt in pauca conferam, mihi potiſſima videntur, ad quæ maximè requiratur. Nempe ad regendum ſeipſum; ad inſtruendum proximum; ad cognoſcendum Deum. Quod ad primum attinet, certum eſt prudentiam eſſe humanæ vitæ gubernatricem, vt latiſſimè oſtendit magnus ille Eremitarum parens Antonius apud Caſſianum collatione 2. Hanc autem prudentiam nemo ignorat, vel experientia gigni, vel hiſtoria: experientia A quidem tardiùs, ac laborioſiùs; nam & multos annos tranſigere oportet, & multas regiones peragrare, vt ex variis temporum, locorúmque experimentis prudentia colligatur. Vnde de hac prudentia loquutus Ariſtoteles lib. 6. Ethic. c. 7. rectè docuit, iuuenes fieri poſſe geometras, & mathematicos, & ſimilibus diſciplinis eruditos; prudentes fieri non poſſe. Nam cùm hæc prudentia rerum vſu comparetur; vſus autem non niſi diuturnitate temporis habeatur, iuxta illud:

—Sera venit vſus ab annis.

fit, vt iuuenis, qui exigua annorum ſpatia exegit, prudens eſſe non poſſit, ſi prudentiam velit experientia comparare.

46. *Hiſtoriæ præſidio faciliùs prudentia comparatur.* Diodor. Siculus.

B At verò hiſtoriæ præſidio certum eſt citiùs, & faciliùs poſſe prudentiam obtineri. Cum enim hiſtoria, & multorum annorum euentus, & multarum gentium ſtatus, ſub vno aſpectu collocet, fieri poterit, vt vna die legendo, & ſedendo ea prudentia acquiratur, quæ non niſi multos annos viuendo, & multas regiones peragrando, acquiri potuiſſet. Vnde rectè dixit Diodor. Siculus in prooemio ſui operis, hiſtoriam iuniores antiquioribus prudentia exæquare; quia quam prudentiam ſenes diu viuendo, & multùm diſcurrendo comparare ſolent, eandem poſſunt iuuenes ſedendo, & legendo obtinere. Sicut igitur humana hiſtoria hominem prudentem reddit ad humanam felicitatem C acquirendam; & proptereà à Tullio 2. de Oratore, *magiſtra vitæ* appellatur: ita & diuina prudentem efficiet ad diuinam felicitatem comparandam; quam proinde ſpiritualis vitæ rectricem, & curatricem poſſumus appellare. Tull.

47. *D. Lucas cur & medicus & ſacræ hiſtoriæ ſcriptor.* D. Hieron. *Exempla efficatiùs mouent, quàm documenta.* D. Greg. Naz.

Non ſine myſterio ille Apoſtolicæ hiſtoriæ ſcriptor, ſeu qui Acta Apoſtolorum in hiſtoriam collegit, medicus fuit teſte D. Paulo: *Lucas*, inquit, *medicus chariſſimus.* Coloſſenſ. 4. n. 14. Cuius myſterij optimam rationem ad præſens inſtitutum mihi videtur D. Hieron. epiſt. 103. ad Paulinum tradidiſſe: *Actus*, inquit, *Apoſtolorum nudam quidem ſonare videntur hiſtoriam, & naſcentis Eccleſiæ infantiam texere: ſed ſi nouerimus ſcriptorem eorum Lucam, eſſe medicum, animaduertemus pariter, omnia verba il-* D *lius, animæ languentis eſſe medicinam.* Quis dubitet faciliùs poſſe quemlibet ad pietatem inſtrui per exempla, quàm per documenta? Exempla enim videntur, documenta audiuntur: ſegniùs autem animos irritant, quæ dimittuntur per aures, quàm quæ oculis ſubiiciuntur. Vnde D. Greg. Nazian. orat. in plagam grandinis: *Præſtantior quidem*, inquit, *meo iudicio exiſtimanda eſt pulchritudo illa, quæ oculis cernitur, quàm quæ ſermonis penicillo depingitur; & ſapientia, quæ operibus indicatur, quàm quæ verbis ſplendeſcit. Intellectus enim, inquit, ille, bonus omnibus facientibus eum, Pſal. 110. num. 10. non item prædicantibus.* Quibus ſatis oſtendit, documenta non eſſe tam efficacia ad animum rectè inſtruendum, quàm exem-E pla. Atqui in cæteris Scripturæ libris proponuntur documenta, quibus homines ad ſalutem dirigantur: in ſacris autem hiſtoriis virtutum exempla expreſſa relinquuntur, quibus ad pietatem excitentur: ergo maiora videntur ex ſacris hiſtoriis virtutum incitamenta, quàm ex omnibus aliis libris ſacris deriuari.

48. *Verus Teſtamenti, temporaneus: nouum verò ſerotinus imber.* Rupert.

Nihil magis ad nutriendas ſegetes neceſſarium quàm imber temporaneus, & ſerotinus; vnde illa Prophetæ expectatio: *Veniet quaſi imber nobis temporaneus, & ſerotinus.* Oſeæ 6. n. 3. Nam imbre temporaneo fouentur ſemina, & ad maturitatem incaleſcunt: imbre autem ſerotino pingueſcunt natæ ſegetes, ac matureſcunt. Vtriuſque imbris nomine intelligit Rupertus Propheticam, & Euangelicam

gelicam doctrinam, ſeu vetus, ac nouum Teſtamentum. *Prophetica*, inquit, *Scriptura ipſa, eſt imber temporaneus; quia ſicut imbre temporaneo infuſa coaleſcunt ſemina: ita hac promiſſionem Chriſti venturi, qua ad Abraham facta eſt, frequenti declamatione expectabilem faciebat. Porro Euangelica, vel Apoſtolica Scriptura, imber ſerotinus eſt, quia ſicut ſerotino imbre fructus ad maturitatem perducuntur: ita Scriptura hac iam aduenisse Chriſtum confirmat, de quo Propheta vaticinabantur.* Poteſt tamen hic myſticus ſenſus hiſtoriis præſertim noui, ac veteris Teſtamenti accommodari. Nam Patriarcharum exemplis, quæ in veteri hiſtoria narrantur, tanquam imbribus temporaneis ſpiritualis infantia Iſraëlitici populi quodammodo fouebatur: at verò exemplis Chriſti Domini, & Apoſtolorum, quæ in noua hiſtoria ſcribuntur, tanquam imbribus ſerotinis ſpiritualia virtutum incrementa, quæ in Eccleſia feliciter adoleſcunt, ſuam tandem maturitatem conſequuntur.

49. *Sanctorum exempla, vita gubernacula.*

Ad vnius Abrahæ, Saræque exempla veteri in hiſtoria conſcripta reſpicere monebat Iſaias: *Attendite*, inquit, *ad Abraham patrem veſtrum, & ad Saram, qua peperit vos.* Iſaiæ 51. n. 2. Quaſi vnius viri, ac fœminæ recordatio neceſſaria eſſet, ac ſufficiens, vt totus ille populus, imò & totus orbis ad pietatem inſtrueretur. Nam vt bene D. Greg. Nyſſ. in lib. de vita Moyſis: *Quemadmodum*, inquit, *qui tempeſtate ac vi ventorum longè à recta ſua nauigationis via in pelagus exacti ſunt, ſi vel ignem, vel cacumen montis proſpexerint, facilè ſe ab errore in tutum reducunt: ſic quicumque huius vita fluctibus oppreſſi à virtute aberrant, exemplo Abraha, ac Sara, quaſi quodam gubernaculo ad diuina voluntatis portum reuocantur.* Vbi egregia ſimilitudine priorum exempla, poſteriorum gubernacula appellat: quia non minus requirit vita noſtra ſanctorum exemplum, vt ad virtutem informetur, quàm nauis in mediis fluctibus gubernaculum, vt ad portum dirigatur. Et vt gubernaculũ nauem ita & vnius viri exemplum vitam noſtram ſoſpitat, & è naufragio eripit, in portúmque ſalutis feliciter deducit. Vnde D. Greg. citatus: *Si nos*, inquit, *vnius probati vitam in exemplum ſumpſerimus, oſtendemus quomodo poſſibile ſit, hos vita fluctus abſque naufragio ſuperare, animámq; noſtram perturbationum vndis minimè ſubmerſam in tutiſſimum virtutis portum deducere.*

D. Greg. Nyſſ.

D. Greg. Nyſſ.

50. Quòd ſi vnius, vel alterius Patriarchæ recordatio è veteri hiſtoria petita tantum habet momentum ad multorum vitam gubernandam, quid ſi omnium iuſtorum exempla, quæ in veteris, ac noui Teſtamenti hiſtoriis includuntur, replicentur? Has igitur hiſtorias adire, & legere, & conſulere, & nocturna verſare manu, verſare diurna; neceſſe eſt, vt optimi ex illis mores addiſcantur. Vt enim D. Gregor. citato loco: *Idcirco*, inquit, *credendum eſt, praſtantiſſimorum virorum vitas exquiſitiſſimè praſcriptas, vt vita noſtra imitatione ad virtutem, ac bonum rectius deducatur.* Cum D. Gregorio conſentit eius frater D. Baſilius, non minùs ambo ſpiritu, quàm ſanguine coniuncti. Nam in epiſt. 1. ad alterum Gregorium Nazianz. Epiſcopum ſibi amicitiæ iure coniunctiſſimum: *Maxima*, inquit, *via ad officij decentis inuentionem eſt meditatio, ac ſtudiũ ſcripturarum diuinitùs inſpiratarum. In his enim, & actionum pracepta inueniuntur, & beatorum virorum vita literis tradita, velut imagines quadam viua diuina Reipublica, ad bonorum operum imitationem propoſita ſunt.* Nec ab vtroque diſſentit ſapientiſſimus ille Hebræorum Philoſophus Philo, in lib. de Abraham, vbi veterum Patriarcharum hiſtorias appellat leges. *Meritò*, inquit, *quis dicere poſſit leges ſcriptas nihil*

D. Greg. Nyſſ.

Sanctorum exempla, vt imagines.

Sanctorum exempla, leges. Philo.

A *aliud eſſe, quàm vitarum Patrum commentarios, in quibus eorum dicta factáque narrantur.* Vt enim legibus ad pietatem homines obligantur; ita ſanctorum hiſtoriis ad virtutem non modò admonentur, ſed etiam compelluntur. En quàm neceſſaria ſit ſacra hiſtoria, vt ſuam quiſque vitam ad egregios mores excolat, & informet.

51. *Secundò neceſſaria eſt ſacra hiſtoria ad proximum inſtruendum.* Eraſm.

Iam verò ad inſtruendum proximum non minùs eſt neceſſaria. Hoc boni dixit aliquando malus auctor Eraſmus in epiſtola dedicatoria ad Apologiam Dauid à D. Ambroſio editam, vbi loquutus de Eccleſiaſticis concionatoribus: *Nemo*, inquit, *loqui poteſt, niſi qui ſcripturas omnes penitus excuſſerit, imbiberit, concoxerit, tamóque vſu contexerit, vt in naB turam abiiſſe videantur.* Vbi quamuis ſacram hiſtoriam ſeorſim non nominet, ſaltem vniuerſali Scripturæ nomine comprehendit, ſine cuius præſidio nemo aptus eſt ad alios inſtruendos. Priuſquàm Deus Moyſi dictaret legem, qua populum ad virtutem erudiret. Exod. 20. & ſequentib. videtur totius Geneſeos hiſtoriam eidem reuelaſſe; vt colligitur ex ipſo ordine librorum quos poſtea Moyſes edidit: priùs enim Geneſim, quàm Exodum euulgauit; vt quo ordine à Deo facta per creationem, & ab hominibus facienda per legem acceperat, eodem illa omnibus manifeſtaret. At cur priùs antiquitatis hiſtoriis, quàm poſteritatis legibus inſtructus à Deo fuit? Fortè, ne procederet C ad docendos filios, antequam diſceret patrum exempla, quibus ad perſuadendum vteretur: ſed potiùs ex priorum hominum factis per ſacras hiſtorias exploratis, actiones regeret poſterorum. Adeò neceſſaria eſt notitia antiquitatis per ſacras hiſtorias accepta, ad ipſam poſteritatem rectè inſtituendam.

Moyſes priùs ſacris hiſtoriis, quàm legibus inſtructus.

52. *Vtriuſque Teſtamenti theſauro diteſcat pradicator.*

Patrisfamilias, qui profert de theſauro ſuo noua, & vetera, comparauit Chriſtus Dominus omnem ſcribam doctum. Matt. 13. num. 52. Vt enim paterfamilias nouos, & veteres facultatum ſuarum reditus in theſauro ſuo condit, vnde opportuno tempore expromat: ita planè doctus ſcriba, ſeu ſapiens doctor inquit D. Anaſtaſius Nicenus q. 78. in Scripturam, *per laborioſam diuinarum Scripturarum lectionem ſibi recondit theſaurum veteris, & noui* D *Teſtamenti, & ex eo expromit tempore diſputationis. Quamobrem quicumque ſunt imperiti diuinarum ſcripturarum, non poſſunt eſſe patresfamilias: vt qui neque a ſe habeant, neque ab aliis accipiant, ſed ſeipſos decipiant, pereuntes fame ignorationis.* Vbi vides doctorem, ſeu prædicatorem in ſacris literis hoſpitem, & peregrinum, tantùm abeſſe, vt proſit aliis, vt potiùs etiam obſit ſibi. Vnde ineptus eſt, vt patrisfamilias, hoc eſt, legitimi doctoris munere fungatur.

Anaſtaſ. Nicen.

53. *Scripturis ſacris irrigetur pradicator, vt fructum ferat.*

Addit Anaſtaſius: *Quomodo fieri non poteſt, vt terra non irrigata, etiamſi millies in eam deiiciantur* E *ſemina, ſpicas ferat: ita etiam fieri non poteſt, vt animus diuinis ſcripturis non irrigatus, etiam ſi quiſpiam mille verba effundat, vllum fructum oſtendat. Magnum eſt ergo malum ignorare ſcripturas, & ſicut bruta animantia circumferri. Etenim oriuntur mala innumerabilia ex ignoratione ſcripturarum. Hinc germinauit magna peſtis hæreſium, hinc vita neglecta, labores inutiles, anima cacitas, deceptio damonis. Quomodo enim, qui hac luce ſunt priuati, recta non poſſunt ingredi: ita etiam, qui diuinis ſunt priuati ſcripturis, & ad earum radios non aſpiciunt, ſæpè offendunt, & coguntur aſſiduè peccare.* Quibus planè docet, ſub doctore ſcripturarum imperito, neque virtutes naſci, neque errores tolli, neque vitia extirpari, neque ignorantiæ tenebras diſpelli; ſed potiùs vice verſa, virtutes interire, hæreſes pullulare, vitia conualeſcere,

leſcere, ignorationis caligines circunfundi, omnia malorum prodigia graſſari.

54. *Euangelicus prædicator ſcripturarũ ſit peritiſſimus.*

Peritiſſimus igitur eſſe debet ſacrarum ſcripturarum, qui ad alios accedit inſtruendos. In cuius rei typum præcipiebat olim Deus, vt vectes, quibus Arca fœderis portabatur, inducerentur per circulos aureos, qui erant in latere Arcæ, & nunquam inde extraherentur: *Semper*, inquit textus, *erunt in circulis, nec vnquam extrahentur ab eis.* Exod. 25.n.15. Quem locum D.Greg. 3.p.Paſtoral.c.51. myſticè interpretatus per Arcam, Eccleſiam; per circulos aureos, Euangeliorum libros; per vectes, prædicatores intelligit. Ac de vectibus ſubdit: *Qui ſemper erunt in circulis, nec vnquam extrahentur ab eis; quia nimirum neceſſe eſt, vt qui ad officium prædicationis excubant, à ſacræ lectionis ſtudio non recedant.* Et rationem huius præcepti, ac myſterij optimam inculcat: *Vectes*, inquit, *eſſe in circulis ſemper iubentur; vt cum portari Arcam opportunitas exigit, de intromittendis vectibus portandi tarditas nulla generetur; quia, videlicet, cum ſpirituale aliquid a ſubditis paſtor inquiritur, ignominioſum valde eſt, ſi tunc quærat diſcere, cum quæſtionem debet enodare.* Quod confirmat ex illo Apoſtoli: *Parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti vos rationem de ea, quæ in vobis eſt ſpe.* 1. Petri 3. num. 15. Sicut igitur peritiſſimus ſcripturarum, ita & promptiſſimus eſſe debet Euangelicus doctor.

D.Greg.

55. *D. Paulus vas electionis, quia ſcripturæ armarium.*

Talis fuit Apoſtolus, vt vel ipſe Chriſtus Dominus ſignificauit, cùm vas electionis eſſe dixit. Act.9. num.15. Nam vt bene D. Hieronymus in epiſt.103. ad Paulinum: *Cur dicitur*, inquit, *Paulus Apoſtolus vas electionis? nempe, quia vas legis, & ſanctarum ſcripturarum armarium eſt.* Vbi etiam cæteros Apoſtolos ſcripturarum ſcientia inſtructiſſimos ad prædicandum fuiſſe oſtendit; aliàs nullus labori fructus reſponderet. Talem optabat ſuum Nepotianum D.Hieron. in epiſt. 2. dicens: *Diſce, quod doceas.* Talem optabat & Ruſticum Monachum in epiſt.4.dicens: *Diſcas, quod poſſis docere; ne prius magiſter ſis, quam diſcipulus.* Talis ſine dubio D.Auguſt. de quo dici conſueuit: *Legi deeſt, quidquid Auguſtinus ignorat.* vt ipſe in epiſt. 3. ad Voluſianum refert.

56. *Nullum tempus ad ſacrã lectionem intẽpeſtiuum.* *D.Chryſ.*

Talis eſſe cupiebat ille Æthiops Eunuchus Reginæ Candacis, qui multis negotiis occupatus, & labore iter agendi impeditus, nihilominus ſacræ Scripturæ legendæ, & intelligendæ incumbebat. Act.8.num.30. Imò, vt D.Chryſoſt. homil. 19. in Acta, obſeruat: *En*, inquit, *legebat tempore, quo ſolis calor feruentior.* Quaſi nullam horam, etiam meridianam, putaret intempeſtiuam ad Scripturam perdiſcendam, quam ſuis poſtea gentilibus Æthiopiam regreſſus communicaret. Talem denique eſſe Eccleſiaſticum doctorem, qui de diuinis ſemper ſcripturis loqueretur, optabat D.Baſil. in Ethicis regul.26.c.1.dicẽs: *Quidquid vel dicimus, vel facimus, id teſtimonio diuinarum literarum confirmari debet, ad confirmationem fidei bonorum, & confuſionem malorum.* Et latiùs D.Chryſ. in Pſ.95. ad finem: *Non oportet*, inquit, *quicquam dicere ſine teſtibus, ſoláq; animi cogitatione. Nam ſi quid dicitur abſque Scriptura, auditorum cogitatio claudicat, nunc annuens, nunc haſitans, & interdum ſermonem, vt friuolum, auerſans; interdum vt probabilem, recipiens. Verùm vbi è Scriptura diuinæ vocis prodit teſtimonium, & loquentis ſermonem, & audientis animum confirmat.*

D.Baſi. Prædicator Scripturæ teſtimoniis ſuam confirmet doctrinam.

57. *Prædicator priùs Scripturam diſcat, quàm doceat.* *Lyran.*

Quare rectè monuit Parœmiaſtes, dicens: *Præpara foris opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum, vt poſtea ædifices domum tuam.* Prouerb.24.num.27. Quem locum ad præſens inſtitutum Rabbi Salomon apud Lyranum myſticè interpretatus: *Præ-*

A *para*, inquit, *foris opus tuum, ſtudendo ſacris ſcripturis, & diligenter exerce agrum tuum, videndo gloſſas Doctorum, vt poſtea ædifices domum tuam. Hoc eſt, vt facias tibi diſcipulos per ſanam doctrinam, aliter eſſet ordo peruerſus.* Vt enim domus magnam in altitudinem extrui non poteſt, niſi præiactis fundamentis fulciatur: ita neque prædicatio veritatis poteſt in totum mundum propagari, niſi præuia ſcripturarum cognitione quodammodo roboretur. Qui enim hac notitia deſtituitur, ipſam planè, quam prædicando loquitur, diuinam legem penitus ignorat.

Vnde Sophar Naamathites: *Vtinam*, inquit, *Deus loqueretur tecum, vt intelligeret.* Iob.11 num.5. 58.

B & 6. Quaſi legem non intelligeret, qui Deum non audiret diuinas literas conſulendo, è quibus Deus cum hominibus loquens auſcultatur. *Quod quidem*, inquit ibi Lyran. *vani prædicatores non reputant, in tantum, vt ſine ſtudio ſacræ Scripturæ præſumptuosè ſe ingerant ad prædicandum.* In quos proinde acriter inuehitur D. Hieronymus in epiſt. citata ad Paulinum: *Taceo*, inquit, *de mei ſimilibus, qui ſi fortè ad ſcripturas ſanctas poſt ſeculares literas venerint, & ſermone compoſito aures populi mulſerint; quidquid dixerint, hoc legem Dei putant: nec ſcire dignantur, quid Prophetæ, quid Apoſtoli ſenſerint, ſed ad ſenſum ſuum incongrua aptant teſtimonia; quaſi grande ſit, & non vitioſiſſimum docendi genus, deprauare ſententias, &*

Lyran.

D Hieron. Prædicatores Scripturæ ſententias ad ſenſum ſuum non debent aptare.

C *ad voluntatem ſuam Scripturam trahere repugnantem.* Ex his patet quàm neceſſaria ſit ad proximum inſtruendum totius Scripturæ, & præſertim ſacræ hiſtoriæ cognitio. Nam hæc ſicut potiùs exempla, quàm documenta proponit: ita aptior eſt ad animos auditorum inflectendos, qui factis potiùs, quam dictis permouentur.

Tandem neceſſaria eſt ad ipſum Deum cognoſcendum Volebat olim Deus, vt ſui cognitio apud Iſraëlitas incorrupta ſeruaretur. Quid remedij? Præcepit, vt patres filiis antiquas hiſtorias, in quibus diuina erga illum populum beneficia continebantur, in memoriam reuocarent: *Narrabis*, in- 59.

Tertiò neceſſaria eſt ſacra hiſtoria ad Deum cognoſcendum.

D quit, *ea filiis tuis, & meditaberis in eis ſedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens, atque conſurgens*, &c. Deuter.6.n 7. Quaſi nulla ex re meliùs diuina erga illum populum beneficentia cognoſci potuiſſet, quàm ſi continua quædam præteritarum rerum cognitio apud illum populum haberetur. Neque ſolos patres in docẽdis filiis ſollicitos eſſe voluit; ſed etiam filios in interrogandis patribus diligentes: *Cum*, inquit, *interrogauerit te filius tuus cras dicens: Quid ſibi volunt teſtimonia hæc*, &c. *Dices ei: ſerui eramus Pharaonis in Ægypto*, &c. Ibid.n.20. Vt inter vtroſque veterum hiſtoriarum cognitio vigeret: ex hac autem cognitione perfectiſſima de ipſo Deo cognitio ſequeretur.

Quare Moyſes cum videret ſuum illum popu- 60.

E lum ſenſim deſipere, & ſtulteſcere, & excæcari, ac totam de Deo memoriam, ſeu notitiam ſepelire, aptiſſimum remedium excogitauit, quo ad diuinam recordationem obliuioſus ille populus ſuſcitaretur: *Memento*, inquit, *dierum antiquorum, cogita generationes ſingulas, interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi.* Deuter.32. num.7. Quaſi fieri non poſſet, vt qui diuinas hiſtorias animo replicaret, non ſtatim ad diuinam cognitionem eueheretur. Sint homines ſuis ſceleribus, tanquam ſarcinis prægrauati, ſint terræ, ac terrenis voluptatibus affixi, ſint in maxima diuinarum rerum ignoratione iam ſepulti; vt ex his malis omnibus reſipiſcant, ſacras hiſtorias contemplentur: fiet ſine dubio, vt terrenis voluptatibus valere iuſſis, ad diuinas amplectendas erigantur.

Vnde

D Chryſ. Multiplex ex ſacra hiſtoria lectione vtilitas.

A Vnde D.Chryſ.hom.19.in Gen. *Diuina*,inquit,*Biblia in manus ſumite, & vtilitatem in illis poſitam magno ſtudio ſuſcipite. Inde enim multum lucri naſcitur. Primùm quidem lectione lingua reformatur:deinde anima pennas aſſumit, & eleuatur, iubaréque ſolis iuſtitiæ illuſtratur.Inſuper,quod ad augendas vires corporis ſenſibilis ille cibus facit,id animæ lectio præſtat. Spirituale enim alimentum eſt, & fortem reddit animam, & conſtantiorem,& magis philoſophicam:non permittens,vt ab affectionibus abſurdis capiatur, ſed leuem, & alatam faciens, in cælum transfert.*

61. *Sacra hiſtoria lectio,cæleſtis patriæ prælibatio. D.Hieron.*

Mirùm planè quantum ex ſacrarum lectione hiſtoriarum ad cognoſcendum Deum animi excitentur,& ſpirituales oculi acuantur. Vnde D.Hier. B in epiſt. citata ad Paulinum, poſtquam vtriuſque Teſtamenti hiſtorias perluſtrauit:*Oro*,inquit,*te frater chariſſime, inter hæc viuere,iſta meditari,nihil aliud noſſe,nihil quærere: nónne tibi videtur iam hic in terris regni cæleſtis habitaculum?* & paulò pòſt: *Non ſum tam hebes,vt hæc me noſſe pollicear, & eorum fructus in terra carpere,quorum radices in cælo fixæ ſunt: ſed velle fateor.* Ac tandem; *Diſcamus in terris,quorum ſcientia nobis perſeueret in cælo.* Vbi vides cognitionem ſacræ Scripturæ, eſſe quandam veluti prælibationem cæleſtis patriæ: & ſicut Deus in patria clariſſimè cernitur, ita ex Scriptura certiſſimè cognoſci.

62. *D.Cyril.*

Vnde D.Cyril.lib.7.contra Iulian. *Quid*,inquit, *vtile non inuenitur apud illam?* (nempe Scripturam.) C *Videris quos in illa diuinæ contemplationis ſermones verè fulgurantes. Clarè autem illi, & exacti, & ſeparati mentem erudiendam euehunt vltra omne, quod factum eſt: & locum quodammodo diſtribuunt vnica, & ſumma, & infallibili naturæ.Hoc eſt,vt intelligatur ſuper viſibilem omnem, & inuiſibilem creaturam.* Vbi videtur cognitionem, quæ ex diuina Scriptura acquiritur, cum ea, quæ habetur in patria, ſi non exæquare, certè comparare.

63. *Superior doctrina concluditur.*

Ex quibus conſtat diuinæ Scripturæ,imò & diuinæ hiſtoriæ neceſſitas ad regendum ſeipſum, & inſtruendum proximum,ad denique ipſum Deum cognoſcendum.Ad quæ tria mihi videtur D.Paul. eius neceſſitatem adſtruxiſſe. Ad Deum in primis D cognoſcendum:*Ab infantia*,inquit,*ſacras literas noſti,quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem, per fidem, quæ eſt in CHRISTO IESV.* 2.ad Timoth.3.n.15. Ad inſtruendum proximum:*Omnis*, inquit, *Scriptura diuinitùs inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum,ad erudiendum in iuſtitia.* ibid. n. 16. Ad regendum ſeipſum:*Vt*,inquit, *perfectus ſit homo Dei,ad omne opus bonum inſtructus.* Ibid.n.17. Atque hactenus de ſacra hiſtoria.

ANNOTATIO III. E
PROOEMIALIS.

AD SACRAM REGVM hiſtoriam proluſio.

1. *Ordo proluſionis.*

SOLEMNES in quolibet libro cōmentando proluſio eſt,vt eius operis auctor, inſcriptio, & argumentum explicetur. Quæ tria hac annotatione breuiter expediam. Vbi etiam de numero,ordine,tempore,ac moribus ſingulorum Regum Iuda, & Iſrael pauca dicam, vt omnes ſub vno ſtatim aſpectu reponantur; longioribus hac de re tractationibus ad propria loca reſeruatis.

A

SECTIO I.

Auctor huius operis.

2. *Principalis huius hiſtoriæ, imò totius Scripturæ auctor Deus. D.Greg.*

DVplicem poſſumus diſtinguere huius operis auctorem: vnum principalem,& dictantem: alterum minùs principalem, & ſcribentem. Principalis auctor, non ſolùm huius operis, ſed totius Scripturæ,eſt ipſe Deus vt iam annot.1.ſect.1. fuſiùs demonſtraui. De inſtrumentali parum curandum eſſe monet D.Gregor. in præfat.moral.cap.1. Cum enim hic ſolùm ſit calamus ſcribæ: *Ridiculum*, inquit, *profectò eſſet, ſi non epiſtolarum, & auctorem ſcire, ſenſúmque cognoſcere, ſed quali calamo* B *earum verba expreſſa fuerint, indagare ſtuderemus.* Nam ſicut in conſiliis capiendis,vt bene monet Tertul. *Tert.* lib.de corona militis, cap.4. non oportet reſpicere auctorem, ſed auctoritatem:ita in libris Canonicis legendis non opus eſt attendere, à quo ſcribantur, ſed à quo dictentur. Quare cum indubitata ſit horum librorum auctoritas, ſemper enim tam apud Hebræos,quàm apud Latinos de canone fuerunt; vt Bellarm. lib.1.de verbo Dei, cap.4.confirmat; *Bellarm.* non multùm laborarem de eorum auctore inquirendo,niſi viderem,id à cæteris interpretibus indagatum.

3. *Samuel primus huius hiſtoriæ inſtrumentalis auctor.*

Igitur horum librorum inſtrumentalis auctor non vnus eſt, ſed multiplex. Nam in primis com- C munis interpretum, & Patrum, quos paulò inferiùs citabo, conſenſus eſt, Samuelem fuiſſe ſcriptorem huius operis ab initio, vſque ad 25. cap.1. libri excluſiuè, in quo narratur eius mors; quam iam ipſe ſcribere non potuit, & multo minus,quæ ab illa vlteriùs conſequuntur.

4. *Dubitandi ratio in contrarium.*

Hæc tamen hoc loco dubitatio conſurgit. Nam in hoc opere Samuelis laudes paſſim ſcribuntur. Qualis illa cap.2.num.26. *Puer autem Samuel proficiebat, atque creſcebat, & placebat tam Domino, quàm hominibus.* Et illa c.3.n.19.& 20. *Creuit autem Samuel,& Dominus erat cum eo, & non cecidit ex omnibus verbis eius in terram. Et cognouit vniuerſus Iſrael à Dan vſque Berſabee, quòd fidelis Samuel Propheta eſ-* D *ſet Domini.* Et illa denique totius populi acclamatio c.12.n.4. *Non es calumniatus nos,neque oppreſſiſti, neque tuliſti de manu alicuius quippiam.*Et plures aliæ Samuelis laudes toto hoc libro legentibus occurrent. Non debuit autem Samuel ſuarum laudum prædicator extitiſſe:cum hoc à ſanctorum humilitate alienum videatur, qui ſi quid habent humile, oſtendunt; ſi quid honorificum,occultant;vt multis poſſet exemplis illuſtrari.

5. *Sanctorum humilitas in ſuis laudibus detegendis.*

Moyſes pedes humiles calceis detegebat. Exod. 3. n. 5. faciem coruſcantem velamine occultabat. Exod.34 n.33. Imò tantùm abſuit,vt gloriam vultus ſui oſtentaret, vt eam potiùs ignoraret:*Ignora-* E *bat*,inquit textus, *quod cornuta eſſet facies ſua ex conſortio ſermonis Domini.* Ibid.n.29.hoc eſt,radiis procedentibus illuſtrata, vt Lyran.exponit. Neſcit enim iuſtus quid boni in ſe habeat, cum quid mali contineat,non ignoret.Prudenter illa fœmina de tribu Leui natum ſibi maſculum *abſcondit tribus menſibus.* Exod. 2.n.2. ne à Pharaone in flumen proiici iuberetur. Vbi Orig hom.2. *Ita nos*,inquit, *debemus occultare bona, quæ facimus,ne demergantur in profundum inanis gloriæ.* *Orig.* Nam maſculi nomine intelligit præſtantiores actiones noſtras, quibus diabolus magis inuidet, callidiúſque inſidiatur.

6. *D.Paulus in ſuis laudibus euulgandis parciſſimus.*

D.Paulus in ſuis reuelationibus euulgandis parciſſimus quidem fuit: *Scio*,inquit,*hominem ante annos quatuordecim*, &c. 2.Cor.12. n.2. Multas profectò habuit reuelationes, vnam tantùm prodidit,

Theoph. D.Hieron. D.Chryſ.

vt Theophylactus aduertit: non ſponte, ſed neceſ- A ſitate coactus, vt docet D.Hier. non ſtatim, ſed poſt annos circiter quatuordecim, vt D.Chryſoſt. obſeruat: non in propria perſona, ſed in aliena, vt notat D.Ambroſ. Idem verò in ſuis malis declarandis fuit eloquentiſſimus. Nam & abortiuum, & minimum Apoſtolorum, & indignum Apoſtolico nomine, & perſecutorem Eccleſiæ ſeipſum appellauit. 1.Cor. 15.n.8 & 9. *Vide*, inquit ibi D.Chryſoſt. *extenuandi verbis quam largè ſit vſus.* Vbi duo obiter aduerto. In primis vocaſſe abortiuum, qui eſt fœtus informis, intēpeſtiuus, inanimatus, & vt dialecticè dicā, non homo, ac ſi non hominem ſe exiſtimaret, vt acutè Theod. obſeruauit. *Cum veliet*, inquit, *ſe omnium hominum viliſſimum, & abiectiſſimum appellare,* B *abortiuo fœtui ſeipſum comparat, qui in hominum catalogo non recenſetur.* Deinde aduerto non ſolùm verbis ſuam humilitatem declaraſſe, ſed etiam rationibus perſuaſiſſe. *Quia*, inquit, *perſequutus ſum Eccleſiam Dei:* quod eſt longè maximum humilitatis genus, vt D.Chryſ. obſeruat. Nam ſolis verbis etiam hypocritæ dicunt ſe humiles eſſe, & abiectos: rationibus verò ad id perſuadendum efficacibus non niſi veri, ac germani humiles vtuntur.

D.Amb. — *In ſuis malis declarandis longiſſimus.* — *D.Chryſ.* — *Theod.*

7\. D. Petrus Cornelium ſibi ad genua accidentem eleuauit, dicens: *Surge, & ego ipſe homo ſum.* Act.10. num.26. Pontifex erat, ad cuius pedes etiam ſupremi Imperatores cernui procumbunt: & tamen non dixit, ego Pontifex ſum, ſed, *ego homo ſum.* Vt non C faſtigium, ſed conſortium: non dignitatem, ſed æqualitatem indicaret; proindéque humilitatem, D.Chryſ. interprete, doceret. Sed rem paulò altiùs expende. Nam Petrus non ita pridem, dum oraret, actus in extaſim, terris quodammodo exceſſerat, cælo appropinquarat, & in aperto cælo noui cuiuſdam theatri ſpectator fuerat, noui cuiuſdam oraculi auditor; & ex vtroque admonitus, ne à Gentilium commercio abſtineret, ſed omnes, à quibus vocaretur, intrepidus adiret. Quæro igitur, cur à Cornelio acceſſitus, cæleſtem illi, quam habuerat viſionem, non reuelat? Cur non dicit, ſe vidiſſe cælum apertum, linteum è cœlo demiſſum ſpectaſſe, vocem diuinitùs editam exaudiſſe; quibus omnibus Gentilem hominem adire iuberetur? Optimè reſpondet D D.Chryſ. hom.24. in Act. *Quia erat*, inquit, *alienus à vana gloria.* Qui enim talis eſt, ſuam neſcit gloriam venditare, ſed occultare.

D.Petrus humilitatis doctor. — *D.Chryſ.* — *D.Chryſ.*

8\. At Ioan. in cœna, cum de ſe ipſo loqueretur. *Erat*, inquit, *recumbens vnus ex diſcipulis eius in ſinu Ieſu, quem diligebat Ieſus.* Ioann.13.nūm.23. Sed cur ſuo ſe nomine non prodidit? Rectè quidem D. Cyril. Alex. lib.9. in Ioan. c.15. *Nomen*, inquit, *ſuum celauit, ne inanis cuiuſdam gloria cauſa, diligi ſe à Chriſto dicere videretur.* Dignus planè qui arctiſſimè à Chriſto Domino amaretur, qui ne tanto quidem faſtigio charitatis inaniter gloriaretur. Sed quid illud, quod ſcripſit de ſui traditione magiſtri? *Sequebatur*, inquit, *IESVM Simon Petrus, & alius diſcipulus.* Ioann. E 18. n.15. Quis obſecro ille alius? nónne ipſe Ioannes? Ita planè. Cur igitur, Petri nomine expreſſo, ſuum præterit? Optimè D.Chryſ. hom.82. ad eum locum: *Quia*, inquit, *rem præclaram narrat, quod, aliis diffugientibus, ipſe ſequeretur: ideo & ſuum nomen ſilet, & Petrum ſibi præponit.* Vt ſcilicet eximiam illam laudem nec derogaret Petro, nec arrogaret ſibi.

D. Ioannes Euang. inanem gloriam fugit. — *Cyrill. Alex.* — *D.Chryſ.*

9\. At fortaſſe, dicet aliquis, leuiculus extitit Ioannes, cùm neſcio quas cum Pontifice amicitias oſtentauit, dicens: *Diſcipulus autem ille erat notus Pontifici.* Abſit profectò, abſit omnis à Ioanne inanis gloriatio. Nam qui in amore Chriſti Domini erat humilis, quo pacto ex honore apud Pontificem ſuperbiret? Imò humilior profectò extitit, vbi ſu- A perbior videbatur. Non quidem, vt ſe iactaret, ſed planè vt extenuaret, illam cum Pontifice familiaritatem euulgauit. Dicturus enim: *Et introiuit cum IESV in atrium*; voluit antè dicere: *Diſcipulus autem ille erat notus Pontifici.* Vt ille in hoſtile atrium ingreſſus, non charitati erga Chriſtum Dominum, ſed familiaritati cum Pontifice tribueretur. Quod D. Chryſoſt. citatus rectè expendens: *Animaduerte*, inquit, *quomodo propria laudi demit; ne quis enim diceret, quomodo omnibus aufugientibus, ipſe ingreſſus eſt? cauſam affert; quòd eſſet notus Pontifici. Ne quis ſe ſequutum admiraretur, neve id ei fortitudini adſcriberet.*

D.Chryſ.

Sed quid prætereo veteres illos Patriarchas, qui omnem à ſe faſtum abdicabant? Ioſephus vbi fra- 10. B tres ſuo hoſpitio excepit, eos ſtatim monuit, vt ſe paſtores ouium coram Rege faterentur. Gen 46. n. 34. Quod illi re vera præſtiterunt. Gen.47.n.3 Imò id ipſe Ioſephus omnium primus ad Pharaonem detulit: *Fratres*, inquit, *mei venerunt ad me, & ſunt viri paſtores ouium.* Gen.46 n 31.& 32. Sed hinc dubitatio exiſtit. Nam ſi paſtores apud Ægyptios non ſolùm erant contēmptibiles, ſed etiam execrabiles, iuxta illud: *Deteſtantur Ægyptij omnes paſtores ouium.* Gen.46 n.34. cur ſancti Patriarchæ hanc ſuam humilitatem non tegūt, ſed ſtatim produnt? Cur alios magnificos titulos, de quibus meritò gloriari poterant, non præferunt? Cur non dicunt, ſe eſſe nepotes Abrahami, ampliſſimi Herois? Cur non iactant be- C nedictiones, quibus fuerant à Deo ſæpiùs impertiti? Cur non gloriantur de hæreditate, in quam ſciunt ſe à Deo cooptatos? Mitto alias rationes. Illa interim ſatis eſt, quam tradit Rupert. lib.9. in Geneſ. c. 18. his verbis: *Quod ſcilicet hominibus non ſolum non placere, ſed etiam diſplicere quæſierunt.*

Ioſephus nobilitatis contemptor, & honoris. — *Rupert.*

Adde quòd Ioſephus *extremos quoque fratrum ſuorum quinque viros conſtituit coram Rege.* Gen.47. n.2. 11. Quid eſt, *extremos*? Lyran. & Abul. dicunt eſſe pro- ceriores, & robuſtiores: *Vt putarent*, inquit Abulenſis, *eum eſſe de bono genere, & facilè eum in Dominum ſuſtinerent.* Præſtantiſſima enim forma digna eſt imperio, vt Euripides aliquando cecinit. Contra verò Hebræi dicunt eſſe minores, & infirmiores. Quod videtur probabilius, Nam ſi robuſtiores introduce- D re vellet, potiùs introduceret parentem, quem robuſtiſſimum fuiſſe conſtat ex lucta, quam habuit cum Angelo. Gen.32.n.24.& ex eo, quòd ſolus remouit lapidem ab ore putei, quem multi ſimul paſtores remouere non valebant. Gen.29.n.20.& qui inter cæteros longè ſpectabilior videbantur, vtpote cygnea iam canitie venerandus. Et tamen non niſi vltimo loco eum ſtatuit coram Rege. *Poſt hæc*, inquit textus, *introduxit Ioſeph patrem ſuum ad Regem, & ſtatuit eum coram eo.* Gen.47.n.7. Ergo ſine dubio minores, & infirmiores fratres videtur introduxiſſe. Cur igitur hos potiùs, quàm illos? Reſpondet Oleaſter; ne Rex ſi robuſtos, & ſtrenuos vidiſſet, eos in negotiis Reipublicæ occuparet. Adeò cura- E bat Ioſeph fratres ſuos remouere ab honoribus, in quibus certum illis naufragium metuebat. Addo potiùs hos, quam illos introduxiſſe, vt Rex videns eos humiles & contemptibiles, humili quoque & contemptibili loco natos arbitraretur. Adeò curant ſancti viri ſuam humilitatem, & abiectionem verbis, & factis manifeſtare.

Lyran. Abul. — *Euripid.* — *Honores periculis obnoxii.*

David plures vrſos, & leones interfecit tanta facilitate, vt non cum illis conflixiſſe, ſed luſiſſe videretur, iuxta illud: *Cum leonibus luſit quaſi cum agnis: & in vrſis ſimiliter fecit ſicut in agnis ouium, in iuuentute ſua*, Eccleſiaſtici 47. n.3. Et tamen cùm aliquando 12. opus eſſet ſuas vires apud Saülem prædicare, vnum tantùm leonem, & vnum vrſum à ſe interfectum fuiſſe dixit: *Nam & leonem*, inquit, *& vrſum interfeci*

Dauidis modeſtia ſuis in facinoribus narrandis.

Teoph.

Samſonis ſuis de laudibus ſilentium.

ego ſeruus tuus. 1. Reg 17 n. 36. Cur non dixit plures, ſi re vera plures interfecit? Credo, vt res dicatur, & iactantia vitetur. Vt Theophilactus ſuprà dixit de D. Paulo in aliena perſona ſuas reuelationes manifeſtante. Simil: fuit Samſonis exemplum, qui cùm leonem interficeret, & poſtea in eius ore mellis fauum inueniret, neutrum voluit parentibus ſuis indicare. Iudic. 14. n 6. & 9. Credo humilitatis cauſa: ne aut de interfectione leonis vllam fortitudinis laudem, aut de inuentione faui vllam ſanctitatis commendationem captare videretur.

13. *Iacobi hac de re exemplum.*

In illo congreſſu, quem Iacob à Meſopotamia regreſſus habuit cum Eſaü, rogatus ab Eſau fratre ſuo, vt pariter cum illo in eius domum graderetur, humaniter ſe excuſauit Iacob, dicens: *Noſti, Domine mi, quod paruulos habeam teneros, & oues, & boues fœtas mecum, quas ſi plus in ambulando fecero laborare, morientur vna die cuncti greges.* Geneſ. 33. n. 13. Quo in loco quæro, cur Iacob aliam excuſationem non obtendit, quæ non minùs idonea videbatur? Cur non dixit ſe altero pede claudicare: & propterea non poſſe iter tanta celeritate conficere? Dicet aliquis: quia plus ſuis, quàm ſibi conſulebat, & ægriùs ſuorum, quàm ſuum laborem tolerabat. Rectè quidem Sed aliter quoque ad præſens inſtitutum accommodatè mihi videor poſſe reſpondere. Quia ſi claudũ ſe diceret, inquirenda vlteriùs erat ab Eſau claudicationis cauſa, & niſi ſubruſtico, inurbanóque pudore dicere ſubterfugeret, quod rogabatur, dicendum erat, quomodo cum Angelo luctatus fuerit, quomodo illi præualuerit; quomodo ab eo benedictionem acceperit; aliaque id genus, quæ ad eius commendationem maximè conferebant. Ne igitur ſuas laudes aperire cogeretur, ſuam claudicationem cenſuit occultandam.

14. *Chriſtus Dominus ſummum humilitatis exemplum.*

Cyril. Alex.

Sed quid moror Chriſti Domini exemplum in medium afferre, qui ſuas laudes adeò tegebat, vt de illo diceret Iſaias cap. 42. n. 2. *Non clamabit, nec audietur vox eius foris?* Quod D. Cyril. Alex. refert ad ſubmiſſionem, & humilitatem, qua Chriſtus Dominus vixit, ſine ſtrepitu, & in ſilentio ſuarum laudum. Tunc enim cuiuſcunque vox foris auditur, cùm ad auram popularem colligendam palam ſe laudat, & commendat. Neque ſolùm Chriſtus Dominus de ſuis laudibus ſiluit, ſed etiam mirum eſt, quantum ſuam dignitatem depreſſerit, ſuamque humilitatem exaggerarit. Non enim ſolùm ſe dicit vermem, & non hominem, ſed quodammodo ipſum nihil. *Ego autem,* inquit, *ſum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis.* Pſalm. 21. n. 7. Vbi Tertul. lib. 3. contra Marcionem, cap. 7. loco vltimæ partis legit, *nullificamen populi.* Quaſi Chriſtus Dominus ita ſe humiliaret, vt prorſus nullificaret. His ita conſtitutis, non videtur Samuel vir ſanctiſſimus, præter omnium ſanctorum morem, fuiſſe ſuarum laudum prædicator, nec proinde ſcriptor huius operis, in quo illæ continentur.

Tertul

Concluditur dubitandi ratio in §. 4.

15. *Confirmatur vera reſolutio, quòd Samuel ſit huius operis auctor.*

D Hier.

D. Greg.

Nihilominus non eſt à communi Patrum, & interpretum ſententia recedendum, qui omnes docent, Samuelem fuiſſe huius primi libri, vſque ad caput 25. excluſiuè ſcriptorem. Nam ita tenent ex interpretibus D. Hier. in qq. Hebr. ſi eius eſt illud opus, D. Greg. Magn. Theod. Procop. Eucher. Magiſter Hiſtoriæ, Hugo Card. Dionyſ. Carthuſ. Iſidor. Clar. Lyran. Caiet. Vatabl. Abul. Sà, Serar. Marian. & ſi qui ſunt alij. Quibus adde D. Iſidor. lib. 6. Orig. cap. 2. D. Iunil. lib. 1. de partibus diuinæ legis, c. 8. Naucl. generatione 32. Bellarm. in Eccleſiaſticis ſcriptoribus, & alios, quamuis non omnes exprimant, ſolùm ad caput 25 primi libri ſcripſiſſe. Quorum etſi teſtimonia deeſſent, ſatis ſuperque foret teſtimonium ſacræ paginæ, 1. Paralipom.

A vltim. numero 29. vbi geſta Regis Dauid priora dicuntur eſſe ſcripta in libro Samuelis Videntis; Quod perinde eſt, ac ſi diceretur ſcripta à Samuele. Nec dubitandi ratio initio propoſita concludit, duplici ex capite. Primò, quia quamuis laus in ore proprio vileſcat, ſi ad oſtentationem potiùs, quàm ad ædificationem proferatur. Qualis fuit illa Phariſæorum commendatio, ieiunia ſua prædicantium ad popularis auræ aucupium, quos proinde Deus reprehendebat, dicens: *Nolite ieiunare, ſicut vſque in hanc diem, vt audiatur in excelſo clamor veſter.* Iſaiæ 58. numero 4. Nam, vt bene D. Iſidor. citatus in Catena Græca ſuper caput 19. Iob. *Friget,* inquit, *ea laus, quam ſibi quiſque nulla neceſſitate* B *coactus adſciſcit.* Tamen ſi ad vtilitatem proximorum, ac Dei gloriam referatur, poteſt humili ex animo proficiſci. Vnde D. Cyprianus epiſt. ad Donatum: *In proprias,* inquit, *laudes odioſa iactatio eſt. Quamuis non iactatum eſſe poſſit, ſed gratum, quidquid non virtuti hominis adſcribitur, ſed de Dei munere prædicatur.*

Diſſoluitur ratio dubitandi primò. Laus in proprio ore vileſcit, niſi ad ædificationẽ, & Dei gloriam referatur.

D Iſid.

Quid eſt, obſecro, dicet aliquis, cur Phariſæus, cùm pauca verba arroganter pronuntiauerit, Luc. 18. num. 11. & 12. tandem arrogantiæ pœnas incurrens, condemnetur: & nihilominus Iob, cum multa de ſe magnificè dixerit cap. 29. à n. 2. ſuam humilitatem retinuiſſe cenſeatur; ac tandem patientiæ laurea coronetur? Reſpondet Teophylact. C quia Phariſæus nullo vſu vrgente talia nugabatur, omnes alios condemnans: Iob autem neceſſitate compulſus, propter Dei gloriam, & hominum ſalutem opera ſua prædicabat. Eandem quæſtionem, & ſolutionem inuenies apud D. Iſidor. citatum inter Patres Catenæ Græcæ in Iob. *Diuinum,* inquit, *ſuffragium Phariſæum, qui nullius impulſu iuſtitiam ſuam venditauit, ac reliquos omnes condemnauit, exploſit omnino. Iobum verò huc neceſſitate adductum ſummæ laudationis laurea, atque corona donauit.* Non aliter igitur & Samuel, cum ad diuinam gloriam, & communem ædificationem, laudes ſuas protulerit, ab omni iactantiæ labe eſt eximendus. 16.

Theoph.

D. Iſid.

D Secundò non concludit dubitandi ratio, quia, vt ſuprà dixi, præcipuus Scripturæ auctor eſt ipſe Deus; homines verò ſunt ſcriptores, ſeu potiùs calami ſcribentis. Vnde quidquid in Scriptura continetur, Deo tribuendum eſt, non hominibus, qui non tam ſuo loquuntur ore quàm diuino. Et hæc ratio eſt, vt egregiè notat D. Gregorius in præfat. Moral. cap. 1. D. Auguſt. lib. 2 de conſenſu Euangeliſt. cap. 12. & lib. 17. contra Fauſtum, cap. 4. & tractat. 61. in Ioann. D. Chryſ. homil. 82. in Ioan. Arboreus lib. 9. Theoſophiæ, cap. 12. Cantapetrenſis lib. 9. Hypotypoſeon, regul. 29. & alij, ob quam ſoleant ſcriptores Canonici ita de ſe in Scriptura loqui, quaſi de aliis loquantur. Quod patet multis E exemplis. Nam Moyſes de ſe ipſo loquutus, tanquam de alio: *Erat,* inquit, *Moyſes vir mitiſſimus ſuper omnes homines, qui morabantur in terra.* Num. 12. num. 3. Iob, ſi ille fuit ſui libri ſcriptor: *In omnibus,* inquit, *his non peccauit Iob labiis ſuis, neque ſtultum quid contra Deum loquutus eſt.* Iob. 1. num. 22. Ioannes ſeipſum, tanquam alium ſæpe nominat: *Diſcipulus,* inquit, *ille, quem diligebat IESVS.* Ioan. 13. num. 23. & cap. 19 n. 26. & cap. 20. n. 2. & cap. 21. num. 19. Imò & Chriſtus Dominus de ſeipſo, quaſi de alio loqueretur: *Videbitis,* inquit, *filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli* Matth. 26. num. 64 & paſſim alibi. Quæ omnia ſine vllo periculo iactantiæ dicere poterant, quod non ipſi, ſed Deus in ipſis loqueretur, neque illi ſuas, ſed Deus ſuorum laudes prædicaret. 17.

Diſſoluitur ſecundò. Cur ſcriptores Canonici de ſe, quaſi de aliis ſæpe loquantur.

D. Greg.
D. Aug.
D Chryſ.
Arbor.
Cantapet.

Potuit

Potuit igitur & Samuel ſine aliqua ſuæ humilitatis A iactura, ſcribere virtutes ſuas, quas non ipſe, ſed diuinus ſpiritus, qui in eo loqoebatur, vulgabat.

18. *Samuel Regũ hiſtoriam à c. 25. primi lib. non ſcripſit.*

De cæteris auctoribus huius operis à cap. 25. libri primi incluſiuè, vſque ad finem libri 4 diſſenſio nonnulla eſt. Omnes in primis conueniunt, non eſſe Samoclem, qui antè iam obierat. Et quidem rectè. Quamuis enim diuious Spiritus, quo ſcriptores Canonici ad ſcribendum imbuuntur, ad nullas temporis differentias limitetur, ſed ad omnes æqualiter extendatur, nec magis præſentia narret, quàm futura prædicat: nihilominus ad ea ſcribenda, quæ more hiſtorico narrantur, is à Deo ſcriptor aſſumebatur, qui eorum omnium, vel præſentium ſpectator, vel ſaltem præteritorum auditor extitiſſet; hæc B enim oon tam prædici oportebat, quàm in poſterum conſeruari: vnde hiſtorialium librorum ſcriptores, vt plurimum, non futura, ſed præterita, aut præſentia, hoc eſt, ſui temporis hiſtorias narrabant.

19. *Quis auctor Regum hiſtoria à cap. 25. primi lib. vſque ad totum lib 2.* D. Iſid. Abulenſ.

Differunt tamen Patres, & interpretes in ſuis cuique libro auctoribus aſſignandis. Nam D. Iſidor. lib. 6. Orig. cap. 2. & cæteri communiter, vt fatetur Abulenſ. in præfatione huius operis, q 4. exiſtimant, à cap. 25. primi libri vſque ad finem ſecundi libri, à Dauide fuiſſe ſcriptum. Repugnat Abulenſ, citatus, duplici ratione. Vna, quia in capite 27. n. 6. dicitur Achis dediſſe Daoidi vrbem Siceleg. Et additur: *Propter hanc cauſam facta eſt Siceleg Regum Iuda, vſque ad diem hanc.* Ergo manifeſtè ſupponitur tranſiſſe C iam aliquot Reges Iuda poſt Dauidem, dum hic liber ſcriberetur; & proinde Dauidem non fuiſſe illius hiſtoriæ auctorem. Altera, quod cap 30. n. 24. dicitur Dauid ſtatuiſſe, vt præda diuideretur æquè inter pugnantes, & remanentes ad ſarcinas. Additúrque ſtatim num. 25. *Et factum eſt hoc ex die illa, & deinceps, quaſi lex in Iſrael vſque in diem hanc.* Ergo ſupponitur illud accidiſſe multò aotequam hæc hiſtoria ſcriberetur: & quod inde reliquum eſt, oon eſſe eundem illius legis factorem, & huius hiſtoriæ ſcriptorem. Vnde concludit Abulenſ hos libros ab Iſaia, vel Hieremia fuiſſe ſcriptos. Sixtus Senenſ. D lib. 1. ſuæ Bibliothecæ, & Cardin. Bellarm. in ſcriptoribus Eccleſiaſticis aſſerit, Prophetas Nathan & Gad vſque ad 2. librum ſcripſiſſe. Probátque ex 1. Paralip. cap. vlt. n. 29. vbi ſic: *Geſta autem Dauid Regis priora, & nouiſſima ſcripta ſunt in libro Samuelis Videntis, & in libro Nathan Prophetæ, atque in volumine Gad Videntis.* Quamuis hæc verba plus aliquid probare videantur, nempe hos Prophetas ſcripſiſſe vſque ad cap. 2. libri tertij, in quo Regis Dauidis obitus narratur.

Abulenſ. Sixt. Senenſ. Bellarm.

20. *Quiſnam auctor lib. 3. & 4 Regum.* Abulenſ.

De 3. & 4. Regum minus conſtat. Aliqui dicunt ab Eſdra fuiſſe ſcriptos; alij ab Iſaia: quibus Abulenſ. in prologo galeato, q. 19. repugnat, quòd Iſaias non ſuperfuerit vſque ad captiuitatem Babyloni- E cam, qua liber Regum terminatur; & proinde eam vt hiſtoriographus ſcribere non potuit. Alij ab Hieremia, vt D. Hieronymus, D. Iſidor. Procopius, Sixtus & Abolenſ. citatus, aliíque teſtantur. Quod vlteriùs Magiſter hiſtoriæ, & Dionyſ. Carthuſ. confirmant, quia & quartus Regum, & Hieremias iiſdem ferè verbis terminantur. Alij ſaltem quoad res geſtas Salomonis, à Propheris Nathan, Abia, & Addo, vt ex 2. Paralipom. 9. num. 29. colligunt: nam quoad alias, quæ in his libris continentur, incertum eſt. Vtcumque tamen res ſe habeat, certum eſt, hos libros ab aliquo Propheta editos fuiſſe, vt Theod. & D. Gregor. fateotur. Quam ob cauſam à D. Hieronym. in prologo galeato inter prophetales numerantur.

D Hier. D. Iſidor. Procop. Sixt. Senenſ. Abol. Magiſt hiſt. Carthuſ. Theod. D Greg. D. Hier.

SECTIO II.

Huius Operis inſcriptio.

1. *Latini Libros Regum appellant.* D. Athan. D Cypr.

APud Latinos nullum ferè inuenio de inſcriptione huius operis diſſidium. Apud omnes enim ferè appellantur *Libri Regum*, quòd in illis facta Regum, cùm Iuda, tum Iſraël contineantur, vt D. Athan. in Synopſi lib. 9. aduertit. Nec diſſentit D. Cypr. lib. 1. contra Iudæos ad Quirinum, cap. 15. & cap. 17. & cap. 10. lib. 2. cap. 11. appellans libros Βασιλειῶν, id eſt, *Regum*, quamuis Græco vocabulo vſus, à Græcis diſſentiat. Nam Septuaginta interpretes, Hebræos ſequuti, 1. & 2. librum, noo Regum, ſed Samuelis appellarunt; quus tamen libros Cypr. citatis locis, Græco qoidem vocabulo, præter Græcorum inſcriptionem, Βασιλειῶν, id eſt, *Regum*, appellauit. Nonnulli etiam Latinorum, vt D Hier. epiſt. 128. & paſſim alibi, D. Aug. in Pſalm. 50. initio, D. Ambroſ. in Pſalm. 118. ſerm. 21. D. Cypr. lib. 2. contra Iudæos ad Quirinum, cap. 16. vocant libros Regnorum; cum quibus etiam concordat Tertul. lib. 3. contra Marcion. cap. 20. & lib. 4. cap. 14. & 21. vocans libros Baſiliarum, id eſt, Regnorum. Quamuis etiam vſus Græco nomine, cum Græcis pugnet. Nam Græci, vt diximus, Hebræos ſequuti, ſaltem priores duos libros non appellant Regnorum. Tert. tamen omnes quatuor ſine diſcrimine vocat Baſiliarum, vt patet ex citatis locis. Imitatus fortaſſe Philonem Hebræum in libro, quòd Deus ſit immutabilis; qui etiam primum librum, in quo agitur de Samuele, Regnorum appellat.

D. Hieron. D Auguſt. D. Ambr. D Cypr. *Alij libros Regnorum dicunt.* Tertul. Phil. Hebr.

2. *Prima Hebræorum opinio circa horum librorũ inſcriptionẽ.* D Hier. Raban. Lyran.

Cæterùm apud Hebræos maior diſſenſio eſſe poteſt: quam, triplici opinione propoſita explicabo. Prima opinio ſumi poteſt ex D. Hieronymo in qq. Hebraicis ſuper Geneſ. & in prologo galeato, ex Rabano Mauro lib. 3. de inſtitutione clericorum, cap. 7 & aliis, qui docent, Hebræos ſolitos eſſe nuncupare libros à primis eorum vocabolis. Vnde Geneſim appellabant בְּרֵאשִׁית *Bereſith*, id eſt, *In principio.* Exodum וְאֵלֶּה שְׁמוֹת *Veelle ſemoth*, id eſt, *Hæc ſunt nomina.* Leuiticum וַיִּקְרָא *Vaijcra*, id eſt, *Vocauit*, & ſic de cæteris, quia ſcilicet ab his vocabulis eorum librorum exordia deſumuntur. Ad quam fortè conſuetudinem reſpiciens Lyran. vocat Pſalmum 146. *Alleluiaticum*; quia in Hebræo incipit, *Alleluia, quoniam bonus eſt pſalmus.* Quaſi ab exordio nomen inueniret. Vnde aliquis dicere poſſet, etiam Regum libros ab initialibus eorum nominibus, iuxta Hebræorum ritum, eſſe nuncupandos. Verùm huius ſenteotiæ aoctorem noilum inuenio. Vnde illa conſuetudo, quam refert D. Hieronymus, licèt in libris legalibus, ſeu in Pentateucho obſeruetur, non eſt tamen perpetuò obſeruata; vt patet in libris Ioſue, Iudicum, Paralipomenon, & aliis, qui non à primis vocabulis, ſed vel ab auctore, vel ab argumento nuncupantur.

3. *Secunda opinio.* D. Hieron. *Reges, iuſti.*

Secunda opinio ſumi poteſt ex eodem D. Hieronymo io qq. Hebr. ſi eius eſt illud opus, dicente hunc librum inſcribi apud Hebræos *Librum iuſtorum*; & eſſe illum, de quo fit mentio 2 Reg 1. n. 18. vbi ſic: *Præcepit* (Dauid) *vt docerent filios Iuda arcum; ſicut ſcriptum eſt in libro iuſtorum.* Eſt quidem hæc inſcriptio aptiſſima. Nam Regibus nullum cognomentum magis conuenit, quàm iuſtorum, cùm iuſtitiam, & ſanctitatem colere teoeantur ex officio. Quod paucis illuſtremus.

4. Chriſtus Dominus, quos Luc. 10. n. 14. appellat Reges, dicens: *Multi Prophetæ, & Reges, voluerunt*

F 2 *videre,*

videre, quæ vos videtis, eoſdem Matth.13. num.17. A appellat iuſtos dicens: *Multi Prophetæ,& iuſti.* Nam quamuis Maldonat. & Tolet. aliter hunc locum interpretentur, exiſtimantes eſſe diſtinctas perſonas, Reges,& iuſtos,& quos alter Euangeliſta nominauit, ab altero præteriri: nihilominus Beda eo modo, quo diximus, interpretatur. *Quos*, inquit, *Lucas Prophetas, & Reges dicit, Matthæus apertius Prophetas, & iuſtos appellat. Ipſi enim ſunt Reges magni, qui tentationum ſuarum motibus non conſentiendo ſuccumbere, ſed regendo præeſſe nouerunt.* A quo non diſſentit Abulenſ. in cap.13. Matth.q.42. Sic olim propherans Eliu: *Deus*, inquit, *non auferet à iuſto oculos ſuos, & Reges in ſolio collocat in perpetuum.* Iob.36. num.7. Quos enim in priori parte B dixit iuſtos,in poſteriori dixit Reges. Vnde D.Gregor.lib.26.Moral.cap.21.*Bene*,inquit,*ſancti viri Scriptura ſacra teſtimonio Reges vocantur; quia prælati cunctis motibus carnis,modo luxuriæ appetitum frænant,modo æſtum auaritiæ temperant, modò gloriam elationis inclinant, modo ſuggeſtionem liuoris obruunt, modo ignem furoris extinguunt. Reges ergo ſunt, quia tentationum ſuarum motibus non conſentiendo ſuccumbere, ſed regendo præeſſe nouerunt.* A quo videtur Beda citatus hæc vltima verba tranſtuliſſe.

Maldon. Tolet.

Beda.

Abul.

D.Greg. *Iuſti à regendis concupiſcentiis Reges appellantur.*

5\. Quid Dauid? Regis profectò nomine cenſuit appellandos eos iuſtos, à quibus Dei Eccleſiam gubernandam præuidebat. *Dum*, inquit, *diſcernit cæleſtis Reges ſuper eam, niue dealbabuntur in Selmon*, C Pſal.67.n.15.Vbi Regum nomine ad literam intelligit Apoſtolos,cæteróſque doctores,ac prædicatores à Chriſto Domino Eccleſiæ præpoſitos, eamque,& veritate doctrinæ,& puritate vitæ moderaturos. Vnde D. Auguſt. *Dicuntur*, inquit, *illi Reges vtique à regendo. Et quid magis,quam carnis concupiſcentias, ne regnet peccatum in eorum mortali corpore, ad obediendum deſideriis eius, ne exhibeant membra ſua arma iniquitatis peccato; ſed exhibeant ſe Deo tanquam ex mortuis viuentes?* Quaſi diceret:non à regendis populis, ſed à regendis concupiſcentiis Reges appellantur. Sæpe enim re vera ſeruiunt,qui populos regunt;ſeruire tamen neſciunt,qui ſuis concupiſcentiis dominantur.Felices populi,quibus tales Reges D præponuntur.Futurum enim eſt,vt eorum non tam imperiis, quàm exemplis Regum, ſuper niuem dealbentur:hoc eſt, peccatorum abiecto nigrore,virtutum candore induantur.

D.Aug. *Apoſtoli, prælati, & prædicatores, Reges.*

6\. Neque ſolùm Eccleſiæ primates, dum virtutem colunt, regiam quandam dignitatem ſortiuntur; ſed etiam & infimates, dum virtuti ſtudent, ad regiam magnificentiam eleuantur. Vnde Dauid prophetico lumine intuitus eos omnes, qui ex quolibet hominum ſtatu, etiam abiectiſſimo, per Euangelicam prædicationem erant ad Eccleſiam aggregandi: *Ecce*, inquit,*Reges terræ congregati ſunt, conuenerunt in vnum.* Pſalm.47.num.5.Vbi D.Ambr. *Boni*, inquit, *Reges qui ſui corporis poſſunt ſe præbere rectores, ab ipſa Patriarcha Abraha origine, & inſtitutione manantes.* Quæ vltima verba vt intelligas, E aduerte Abrahamum, non propter poteſtatem, qua carebat homo profugus, & peregrinus; ſed propter ſanctitatem, qua florebat, vir egregiis moribus excultus, appellatum fuiſſe ab Hethæis Principem, ſeu, vt legit D. Ambroſ. citatus, Regem. *Princeps*, inquiunt, ſeu, *Rex, à Deo tu es nobis.* Geneſ.23.num.6. *Verus Rex*, inquit D. Ambroſ. *qui flagitiis eſſe neſciuit obnoxius, in quo culpa, & erroris illecebra regnare non potuit.* Ab hoc igitur Rege, iuxta D. Ambroſium, oriuntur illi Reges, qui ſuam, non tam imperiis, quàm moribus præferunt dignitatem. Vides quanto inter ſe vinculo iuſti, & Reges teneantur. Nam, ſicut iuſti Regum, ita & A Reges iuſtorum nomine inſcribuntur.

D.Ambr.

Abraham propter ſanctitatem, non propter poteſtatem Rex.

7\. Non ſolùm Reges,& Principes, iuſti,ſed etiam Dij quandoque appellantur. *Deus*,inquit Dauid,*ſtetit in Synagoga Deorum,in medio autem Deos diiudicat.* Pſalm.81.num.1.Hebraicè,*Stetit in conſilio Iudicum, in medio autem Iudices diiudicat.* Quia ſcilicet Reges, ac Iudices tantam ſanctitatem habere debent, vt ipſam quoque redolere videantur diuinitatem. Qui ab hac ſanctitate cadit, dignus eſt, qui ab illa dignitate deiiciatur.

Reges,& Iudices, Dij.

8\. Adamum conſtituit Deus totius mundi principem,& gubernatorem; ad quem proinde, vt ſentit Caiet. pertinebat, omnes hominum cauſas, & ciuiles, & capitales definire. Ecce tibi primum B homicidium patratur. Antequam Adamus ſuo iure in culpam inquirat, & in reum animaduertat, cauſam Deus præoccupat, litem ad ſe aduocat, ſententiam fert, præcipitque, ne auctor criminis à quouis alio iudicetur. *Poſuit Dominus in Cain ſignum, vt non interficeret eum omnis, qui inueniſſet eum.* Geneſ. 4. num. 15. Cur, obſecro, Adamus paulò antè Iudex omnium conſtitutus, modò depellitur à iudicio, & à cognoſcenda cauſa ſui ſubditi prohibetur? An quia Adamus non ſolùm erat Iudex, ſed parens, cuius eſſe poterat in filium ſuſpecta conditio, & flexibilis iuſtitia, vtpote humana? ſola enim diuina *proprio filio non pepercit.* Roman.8. num.32. An quia crimen ſecretum erat, C quod proinde noluit Deus, vt ad externum tribunal vocaretur? An quia Adamus peccando paulò antè contra Deum, innocentiam, & iuſtitiam amiſerat, ſine qua indignus erat, qui Iudicis officium exerceret? Elige ex his rationibus,quam malueris? Tertia quidem noſtrum probe confirmat inſtitutum. Qui enim iuſtitiam non colit, non poteſt alios in iuſtitia continere.

Qui iuſtitiã non colit, iudicis officio indignus. Caiet.

9\. Moyſes in Ægypto duos Hebræos rixantes componere non potuit. Exod 2. num.14. Idem in deſerto ſexcenta hominum millia in pace gubernauit. Vnde, quæſo,tanta difficultas in duobus dirimendis, tanta facilitas in tot millibus tranquillandis: niſi quòd Moyſes in Ægypto erat nouitius D cultor ſanctitatis, in deſerto veteranus? Ita planè ſentit D. Gregorius Nyſſenus in vita Moyſis, à medio. *Videmus*, inquit, *Moyſem antequam perfectiori ſe virtute firmauerit, duos inter ſe contendentes homines conciliare nequiuiſſe: poſtea verò cum ſibi ipſi longo temporum ſpatio vacauerit, à multis hominum millibus facile in protectorem recipi. Magna igitur voce Scripturæ auctoritas clamare videtur, non inſiliendum eſſe ad docendam, inſtituendamque multitudinem, niſi prius magna diligentia, magniſque laboribus eam fueris auctoritatem adeptus, vt auditores verbis tuis facilè acquieſcant.* Quare qui poteſtatem in alios præfert, præferre quoque debet ſanctitatem.

Prælati auctoritas ſanctitate firmatur.

D.Greg. Nyſſ.

10\. E Idem Moyſes ſæpiùs cum Deo loquutus fuit; nunquam tamen ex diuino colloquio faciem retulit coruſcantem, niſi quando legem accepit dirigentem. Exod.34. num.29. quod D.Aug q.8.ex veteri Teſtamento rectè obſeruat. *Accepta*, inquit, *poteſtate in peccatores, cum honorificentia deſcendit de monte, facie glorioſa.* Ac ſi nunquam magis ſanctitate indiguerit, quàm cùm poteſtatem in homines acceperit.

Prælati facies ſanctimonia radiis ſplendeſcat. D Aug.

11\. Huc accedit, quòd eo ipſo, quòd aliquis creatur Rex, ſtatim æquum eſt, vt pro iuſto habeatur. Poſtulauit aliquando Dauid ab Achimelech aliquot panes, quò fami ex longa defatigatione collectæ ſubueniret 1.Reg.21.num.3.Ad quem Achimelech: *Non habeo*, inquit, *laicos panes ad manum, ſed tantum panem ſanctum; ſi mundi ſunt pueri, manducent.*

Rex pro iuſto habendus.

ducent. Ibidem n.4. Quæro, ſi Dauid non tantùm A pueris, ſed præſertim ſibi panem poſtulabat, cur Achimelech de puerorum tantùm, non de Regis Caiet. munditia inquirit? Reſpondet Caiet. *Non interrogat*, inquit, *de ipſo Dauide explicitè, ſed de iis, qui cum eo erant, honoris gratia*. Addo, non interrogaſſe, de mundina Dauidis, quia mundum non dubitabat, quem Regem agnoſcebat.

Hinc etiam fit, vt qui aliquo crimine imbutus 12. *Peccatores ad regnum inepti.* eſt, non ſolùm proprio, ſed etiam parentibus quodammodo transfuſo, regio indignus honore videatur. Abſalon, vt poſteritati conſuleret, ſeu, vt ſuam ad poſteros memoriam tranſmitteret, *erexit ſibi, cum adhuc viueret, titulum, qui eſt in valle* Ioſeph. *Regis*: (ſeu, vt Ioſephus lib.7. antiquit. cap.7. in- B terpretatur, *ſtatuam*) *dixerat enim, non habeo filium, & hoc erit monumentum nominis mei*. 1. Regum 18. num.18. Quo iure, quæſo, dicere potuit Abſalon, *non habeo filium*; ſi tres filios, & vnam filiam habuiſſe, aperte dicitur? 2.Reg 14. n.27. Reſpondet Lyran. quia erant ad regnandum inepti. Si vl- Lyran. teriùs inquiramus, cur inepti ad regnum dicerentur. D.Hier. Reſpondet D. Hieronymus in qq. Hebraicis ad eum locum ex traditionibus Hebræorum: *Quia putabat*, inquit, *filios ſuos ob peccatum ſuum, quod in patrem geſſerat, non ſolum regno, ſed etiam præſenti vita indignos eſſe*. Adeò ſunt indigni regno, non ſolùm qui proprio ſeruiunt peccato, ſed etiam qui ex peccatoribus parentibus oriuntur. Ex his ergo C conſtat, libros Regum meritò inſcribi potuiſſe libros iuſtorum; cum iuſtitia nemini magis, quàm Regi neceſſaria videatur.

13. *Reges etiam improbi colendi.* At dicet aliquis, ex Regibus Iuda, & Iſraël pauciſſimi iuſtitiam coluerunt. Fateor quidem, vt paulò inferiùs tractando de argumento huius operis expendam. Id tamen non obſtat, quominùs & vt Reges, & iuſti tractari debeant, & nuncupari. Solemne quondam fuit, vt Reges oleo ſancto vngerentur, non ſolùm boni, vt Dauid. 1.Reg.16.n.13. ſed etiam mali, vt Saul. 1.Reg.10.num.1. & hæretici, vt Iehu Rex Iſraël. 4.Reg num.6. & idololatræ, vt Azaël Rex Syriæ. 3.Reg.19. num. 15. vt ad caput 10.n.1. latiùs oſtendemus. Quid igitur cauſæ fuit, cum etiam Reges execrabiles ſacro oleo vngerentur: niſi quòd omnes Chriſti verè vncti, ſeu D Meſſiæ conſortes eſſent in regno; & proinde tanquàm illius participes ſanctitatis, coli, obſeruarique deberent? Ita docet præter alios, quos citato D.Iſid. loco referemus, D.Iſidor. lib 2. de diuin. offic. cap. 25. vbi dicit, olim ſacerdotes, & Reges tantùm, eodem ſacro oleo perungi ſolitos, vt Chriſtum Dominum figurarent: nunc autem omnes fideles, tanquàm regale ſacerdotium, & regnum ſacerdotale ſacro perfundi chriſmate, vt omnes Chriſti nomine cenſeantur.

14. *Reges etiam improbi, vt ſerui Dei obſeruandi.* Quis, obſecro, olim fuit ad impietatem pronior, quàm Nabuchodonoſor? & tamen ex diuino oraculo ſemel atque iterum ſeruus Dei appellatur. le- E rem.25.num.9. & cap.27.n.6. Quo vno titulo ſanctiſſimi quique viri maximè gloriantur. Quorſum verò tam honorifica appellatio improbo homini D.Hieron. confertur? Certe D. Hieron. epiſt.3. ad Heliodorum, ſic appellatum ſentit, ad quandam Iudæorum exprobrationem; quod indigniores illo cognomento, quàm ille Rex impius viderentur. *Miſeri*, inquit, *Iſraëlitæ, ad quorum comparationem Nabuchodonoſor ſeruus Dei dicitur*. Ac ſi diceret: tantùm aberant Iſraëlitæ à ſeruitute Dei, vt Nabuchodonoſor ab eo remotiſſimus, ob innumera flagitia, quibus erat coopertus, præ illis proximus videretur, & eſſet quidem, vt canit Poëta,

Proximus huic, longo ſed proximus interuallo.

A Hæc licèt ita ſint, nihilominùs ſecundum literam dicitur ſeruus Dei: quia erat diuinæ voluntatis exequutor, & regia poteſtate à Deo accepta vtebatur. Is autem tanquàm Dei ſeruus venerandus eſt, & obſeruandus.

Hinc eſt, quòd Deus ne minimam quidem in- 15. iuriæ notam Regibus inferri ſinat; illatam verò *Parua etiam in malos Reges irreuerentia grauiter punitur à Deo.* tandem aliquando vlciſcatur. Olim Dauid, *cum operiretur veſtibus, non caleſiebat*. 3.Reg.1.num.1. Vnde, quæſo, tanta frigoris, & algoris vis intimas ſe Regis inſinuauit in medullas? Multiplex ſanè ratio reddi ſolet. Vel quia ſenuerat; erat enim annos circiter ſeptuaginta natus: vel quia de ſenioribus parentibus ortus fuerat; erat enim inter fratres ſuos B natu minimus: vel quia multum in prælio ſanguinem ex ſuſceptis vulneribus effuderat; vnde neceſſe fuit, vim caloris natiui hebetari: vel quia viſo Angelo euaginatum contra Hieroſolymam gladium vibrante, vt habetur 2. Reg.24. num.17. nimio pauore turbatus fuerit, & exangui, algentique ſimilis ad finem vſque vitæ remanſerit. Quidquid tamen ſit de his rationibus, illa noſtrum confirmat inſtitutum, quam refert Lyran. ex Rabbi Lyran. Salomone: *Hoc*, inquit, *fuit in pœnam peccati, quo abſcidit oram veſtis Saul*. 1.Regum 24.num.5. *Quamdiu enim Saul in regno tolerabatur a Deo, Dauid debebat eum revereri; & quia in hoc irreuerenter ſe habuit ad ipſum, fuit punitus pœna correſpondente, vt veſtibus non caleſieret, ſecundum illud*, Sapien. 11. n. C 17. *Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur*. Hæc Lyran. Quibus verbis ſatis oſtendit, quanto in honore æquum eſt, vt improbi etiam Reges habeantur. Quamuis Abul. q.12. ad eum locum de hac re aliter Abul. opinetur.

Neque ſola hæc huius criminis pœna fuit; ſed 16. alia inſuper, neſcio an multò atrocior, infligitur. Miſit Dauid legatos ad Hannon Regem Ammonitarum, qui eum de parentis ſui funere conſolarentur. Quid verò Hannon? Legatos quidem Dauidis non hoſpitio excepit, ſed ludibrio. Nam illus mutilatis, & præciſis veſtibus indecoros, & barba ſemiraſa irridendos, ad Dauidem remiſit. 2.Reg.10. num.4. Quorſum verò permiſit Deus, D vt tam atrox Dauidi iniuria inferatur? Non deeſt, qui exiſtimet rationem fuiſſe, vt illa Dauidis in Saülem irreuerentia quodam veluti, qualis qualis fuerit talione compenſaretur. Non igitur ſunt Regibus denegandi propter prauos mores, debiti honores; neque propter obſcura facta, illuſtria cognomenta.

Vnde Dauid ſuo iam malo edoctus, Abſalonem, 17. qui vmbram quandam regiæ dignitatis præferebat, *Regi Iudæ improbo, imò Regis vmbræ deferendus honor.* honoris cauſa Regem appellat. Nam ad Ethai Gethæum: *Reuertere*, inquit, *& habita cum Rege*. 2.Reg. 15.n.19. id eſt, cum Abſalone. Quaſi vellet non ſolùm claro eum nomine appellare; ſed etiam honorificum illi comitatum exhibere. Tres illi pueri Ba- E bylonis, licèt impio, & idololatræ Regi Nabuchodonoſori obedientiam non præſtiterint, honorem tamen debitum non denegarũt ſemel atque iterum Regem nũcupando: *De manibus tuis, ô Rex, liberare*. Et ſtatim: *Notum ſit tibi Rex*. Daniel.3. n.17. & 18. Sic enim videbantur, vt notat D.Hier. ad eum locum, ita reddere Regi honorem debitum, vt Dei cultus nõ læderetur. Rurſus Iehu Rex Iſraël, quamuis ſciret Iezabelem ob innumera peccata, quæ in Deum admiſerat, regia dignitate exauctoratam eſſe; nihilominus eius ſaltem cadauer ſepulturæ honore decorandum curauit. *Ite*, inquit, *& videte maledictam illam, & ſepelite eam, quia Regis filia eſt*. 4. Reg 9.n.34. Quaſi diceret, honor, qui ſceleratiſſimæ vitæ non debetur, regiæ dignitati tribuatur.

18. *Refellitur ſecunda opinio in §. 3. propoſita.* D.Hier.

His poſitis, non immeritò poſſent libri Regum, libri iuſtorum nuncupari. Nihilominùs non conſtat, ita fuiſſe nuncupatos: nam ille liber iuſtorum, cuius meminit D. Hier. eſſe non poteſt idem, ac liber Regum. Et ratio eſt aperta: tum quia liber Samuelis abſolutus fuit poſt Dauidis interitum, vt patet ex fine præcedentis ſectionis; & à fortiori liber Regum, qui adhuc eſt illo poſterior: ergo Dauid non potuit adhuc viuẽs ex illius præſcripto aliquid determinaſſe: tum etiam quia cum ille iuſtorum liber citetur 2. Reg. 1. n. 18. idem liber ad ſuam ſententiam confirmandam ſua auctoritate vteretur; & proinde idem per idem confirmaret. Quod neque Hebræis, neque Sixto Senenſi lib. 2. Biblioth. neque Abulenſi ad eum locum veriſimile videtur. Quod ſi dicas, rectè poſſe eundem librum ex parte aliqua præcedẽte confirmare ſubſequentem; idque non eſſe nugatorium. Fateor. Addo tamen, id hoc loco contingere non poſſe, quia in nulla parte huius operis ſcriptum eſt, præcepiſſe Dauidem, vt filij Iuda arcum, ſeu vſum ſagittandi docerentur. Igitur ille liber iuſtorũ eſſe non poteſt liber Regum. Imò D.Hier. citatus, qui per librum iuſtorũ intelligit librum Samuelis, docet non ſic fuiſſe appellatum propter Reges, ſed propter Prophetas, Samuelem, Nathan, & Gad, qui arcum, id eſt, fortitudinem filios Iuda, ne vnquam à timore Domini recederent, docebant. Sed quis tandem fuerit ille iuſtorum liber ad eum locum, ſi Deus feret, latiùs explicabo.

Sixt. Senenſ. *Abul.* *D.Hieron.*

19. *Tertia, & vera ſententia de huius libri inſcriptione.* Rupert. Eucher. Hug. Vict. D.Iſidor. Dion. Lyran. Abul. Caiet.

Tertia igitur ſententia communis, & vera Ruperti, Eucher. Hug. Vict. D.Iſid. Dionyſ. Lyran. Abul. Caiet. & aliorum, à quibus D.Hier. non diſſentit, eſt, Hebræos hoc volumen in duas partes diuiſiſſe, & priorem appellaſſe Samuelis, poſteriorem Malachim, id eſt, Regum; ſeu Malachoth, id eſt, regnorũ: quamuis D.Hier. in prologo galeato, potiùs Malachim dicendum cenſeat, quia non de pluribus regnis agitur, ſed de pluribus Regibus in eodem regno: niſi fortè quis dicat, etiam de pluribus regnis agi, vno Iudæ, altero Iſraëlis. Non eſt autem exigua Samuelis laus, quod de eius nomine hoc volumen inſcribatur. Nam & D.Hier. epiſt. 140. ad Princ. ex eodem titulo tres fœminas commendat. *Ruth*, inquit, *& Heſter, & Iudith, tanta gloria ſunt, vt ſacris voluminibus nomina indiderint.* Quis igitur dubitet maximè glorioſum fore Samuelem, dum illius nomine hi duo libri prænotantur?

D.Hier. *Magna gloria ſacris voluminibus nomen indere.*

20. *Triplex quæſtio.*

Tria hoc loco inquiri poſſunt. Vnum, à quo fuerit prior huius operis pars Samuelis nomine inſcripta. Alterum, cur illi, qui Samuelis volumen abſoluerunt, illud de ſuo nomine non appellarint, præſertim cum maiorem illius partem ſcripſiſſent. Tertium, cur prior pars huius operis ab vno tantùm Samuele; poſterior à pluribus Regibus inſcribatur.

21. *Reſoluitur prima. Dauid primam huius operis partem Samuelis nomine prænotauit.*

Ad primum reſpondet Abul. in præfat huius operis, q. 3. Dauidẽ omnium primum priori huius operis parti, quæ illo ſuperſtite in lucẽ prodiit, Samuelis nomen indidiſſe: quod mihi probabile videtur, tũ ex parte Dauidis; ſic enim & debitam gratiarum ſignificationem Samueli exhibebat, & magnam libro de ſuo regno tractãti auctoritatem conciliabat: tum ex parte Samuelis, qui cum fuerit verè humilis, non debuit ſuum nomen huic operi præfigere, ne aliquam ſpeciem arrogantiæ præ ſe ferre videretur. Nam, vt optimè D.Hier. lib. 3. in epiſt. ad Galat. c. 5. ad finem obſeruat: *Videas*, inquit, *pleroſque (quod etiã Tullius ait) libros ſuos de contẽnenda gloria inſcribere, & cauſa gloriæ proprij nominis titulos prænotare.*

D.Hier. Tull.

22. *Reſoluitur ſecunda. Poſteriores huius operis ſcriptores in Samuelis honorem ſua nomina non præfixerunt.*

Ad ſecundum reſpondeo, eos, qui Samuelis librum abſoluerunt, ſuum operi nomen indere noluiſſe, propter honorem, & reuerentiam Samuelis, cuius nomen delere, proprio ſubſtituto, auſi non ſunt. Similẽ aliquando reuerentiam exhibuit Iſaac parenti ſuo Abrahamo. Nam cum Abrahamus puteis à ſe effoſſis certa nomina indidiſſet, & eoſdem puteos Iſaac à Philiſthinis obturatos, iterũ reſeraſſet: *appellauit eos*, inquit text. *eiſdem nominibus, quibus antea pater vocauerat.* Gen. 26. u. 18. Quo in loco Caiet. modeſtiam Iſaac, & reuerentiam in parentẽ non immeritò cõmendat, additque: *Vix inueniet*, inquit, *filium, qui permittat, quæ pater inſtituit, permanere, omnia voluñt mutare, vt ſe patribus ſapientiores oſtendant.*

23. Lyran. *Reſoluitur tertia.*

Ad tertium reſpondet Lyran. priorem huius operis partem ab vno Samuele, poſteriorem à pluribus Regibus inſcribi: quia prior pars agit de regno adhuc vnito, poſterior de diuiſo in regnum Iuda, & Iſraël. Quaſi verò quamdiu regnum vnitum eſt, licèt plures Reges ſucceſſiue habeat, vnum tantùm habere videatur. Quemadmodum & Eccleſia, licèt plures Prælatos, & Pontifices habuerit; eos tamen ſemper habuit tanta charitate concordes, vt vnum tantùm habuiſſe videatur. Vnde eſt illud: *Vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum.* Cant. 4. n. 9. hoc eſt, vt Honor. Phil. & Angelomus interpretantur, *in vnitate Prælatorum tuorum.* Quæ vna res ita mouit D. Aug. vt dixerit in lib. contra epiſt. Fundamenti, c. 4. *Tenet*, inquit, *me in Eccleſiæ gremio conſenſio populorum, atque gentium, tenet authoritas miraculis inchoata, ſpe nutrita, charitate aucta, vetuſtate firmata: tenet ab ipſa Sede Petri Apoſtoli, cui paſcendas oues ſuas poſt reſurrectionem Dominus commendauit, vſque ad præſentem Epiſcopatum ſucceſſio ſacerdotum.* Hoc eſt, vnitas, & concordia, & ſtabilitas in ſucceſſione Pontificum. Quaſi non ſit efficacior ad perſuadendam fidem miraculorum vis, doctrinæ fulgor, religionis ſanctitas, quæ in Eccleſia effloreſcunt, quàm ipſa animorum concordia, & concors ſtabilitas in continua Pontificum ſucceſſione.

Regni vnitas commendatur. Eccleſiæ vnitas in Pontificum ſucceſſione. Honor. Philo. Angelom. D. Auguſt.

SECTIO III.

Argumentum huius operis.

1. D Athan. *Hiſtoria Regum Iuda, & Iſrael huius operis argumentum, inter ſacros libros recenſetur.*

Diuus Athanaſ. in Synopſi lib. 9. non ſolùm totius operis, ſed etiam ſingulorũ librorum colligit argumenta. Cæterum, vt de toto opere loquar, argumentũ eius eſt hiſtoria Regum Iuda. & Iſraël. Quæ licèt tẽporalis videatur; tamen non immeritò inter ſactos libros continetur, duplici de cauſa. Prima, inſiſtendo in proprietate rerum, quæ narrantur. Nam in illis omnibus mirabilis Dei erga illum populum prouidẽtia, & beneuolentia eluxit. Vt enim Abul. in præfat. q. 6. sect. obſeruat, nullum bellum laude dignum in hac hiſtoria reperietur, cuius vel exitũ Deus non prædixerit, vel initium nõ ſuaſerit, vel proceſsũ inſigni aliquo miraculo nõ adiuuerit.

Prima cauſa, ex Dei in populum prouidentia. Abulenſ.

2. *Mirabilis Dei erga Hebræorum populum beneuolentia.*

Nihil item in eo populo actum fuit, in quo ſumma Dei non apparuerit, vel in docendo ſapientia, vel in puniendo iuſtitia, vel in remunerando liberalitas. Nam modò appellabat illum populum filium: *Filius meus primogenitus Iſrael.* Exod. 4. n. 22. modò filiam: *Audi filia, & vide.* Pſal. 44. n. 11. modò ſororem: *Aperi mihi ſoror mea.* Cant. 5. n. 2. Nunc ſe illi præſtabat patrem: *Ego ero ei in patrem.* 2. Reg. 7. n. 14. Nunc etiam matrem: *Quomodo ſi cui mater blandiatur, ita ego conſolabor vos.* Iſaiæ 66. n. 13. Nunc verò nutritium: *Et ego quaſi nutritius Ephraim.* Oſeæ 11. num. 3. Nunc denique & gerulam, & altricem: *Ad vbera portabimini, & ſuper genua blandientur vobis.* Iſaiæ 66. num. 12. Iam illum in manibus geſtabat: *Ecce in manibus meis deſcripſi te.* Iſaiæ 49. num. 16. Iam in humeris: *Suppoſuit humerum ſuum ad portandum.*

Geneſ.

Geneſ.49.n.15. Iam in capite: *Eris corona gloriæ, & diadema regni.* Iſai. 62.n.2. Iam in oculis: *Circumduxit illum, & docuit, & cuſtodiuit quaſi pupillam oculi ſui.* Deut.32.n.10. Semper deniq; in pectore. Nam in huius rei typum ſummus Sacerdos duodecim lapides pretioſos, ſingulos ſingularum tribuum nominibus inſculptos, in Rationali pectori adhærente præferebat. Exod.28.à n.15. Ex quibus patet, quanta Deus illum populum alioqui ſceleratiſſimum beneuolentia proſequeretur.

3.
Blanda paritèr, & ſeuera Dei in Hebræorum populum gubernatio.

Neque verò in tanta indulgentia, neceſſaria punitio deſiderabatur: *Aſſumpſi mihi,* inquit Deus, *duas virgas: vnam vocaui decorem, & alteram vocaui funiculum, & paui gregem meum* Zachar.11 n.7. Per quas virgas ſunt qui blandam, & ſeueram gubernationem, quibus Deus eum populum dirigebat, interpretentur. Et fortaſſe duæ illæ virgæ Moyſis, & Aaronis, quas diſtinctas fuiſſe, ex D.Epiph. lib. 1. contra nouam ſectam Samaritarum colligitur, idem ſignificabant. Nam virga Aaronis in flores germinans, Num.17. n.8. ſignificabat fauores, quibus Deus eum populũ recreabat. Virga Moyſis in ſerpentem animata, Exod.4. n.3. repræſentabat labores, quibus Deus eundem populum alterna viciſſitudine reprimebat. Quibus beneficiis eum populum iam inde ab infantia vſque ad ſenectutem feliciter deduxit: & peregrinum cum Abrahamo, immolatum cum Iſaac, fugitiuum cum Iacobo, captiuum cum Ioſepho, multis laboribus exercitum cum Moyſe, tandem cum Saule, cum Dauide, cum cæteris eorum poſteris Regem coronauit. Propter hanc igitur tam vigilantem Dei erga illum populum prouidentiam, debet hæc hiſtoria inter ſacras numerari.

D.Epiph.

4.
Secunda cauſa, ex rerum ſignificatione.
D.Greg.

Secunda cauſa poteſt explicari recurrendo ad ſignificationem rerum, quæ in his libris ſcribuntur. Nam vt docet D.Greg. in procemio ad libros Regum: *Hiſtoria Regum, quia eo ſpiritu condita, quo & cætera Scripturæ ſanctæ volumina cognoſcuntur, non debet credi eis eſſe minor ſacramentis, quibus non eſt inferior titulo auctoritatis. Nam omnes ſcriptores eius, Prophetæ fuiſſe referuntur: qui cum hiſtorica narrant, ſpiritualia ſignant: exteriora loquuntur, & intima innuunt: terrena proponunt, vt cæleſtia exequantur.*

5.
Prima ſignificatio moralis.
Abul.

Hæc autem ſignificatio multiplex eſſe poteſt. Vna moralis, quam ſequuntur aliqui apud Abulenſem citatum, dicentes, ſicut illi Reges multa, & duriſſima bella pro lege, & patria geſſerunt, nullis cedentes laboribus; ita & nobis indefeſſam contra vitia colluctationem eſſe debere. Altera allegorica, quam ſequitur D. Hier. in epiſt. 103. ad Paulinum, dicens in illis Regum certaminibus, hæreticorum contra Eccleſiam certamina repræſentari. *Si,* inquit, *hiſtoriam reſpicias, verba ſimplicia ſunt: ſi in literis ſenſum latentem inſpexeris, Eccleſiæ paucitas, & hæreticorum contra Eccleſiam bella narrantur.* Tertia ab Spiritu ſancto præcipuè intenta, quam tradit Rup. lib.1. in hoc opus, cap.1. aſſerens totam hanc hiſtoriam ad Chriſtum verum Regem, eiúſque regnum indicandum collimare: *Pulchra,* inquit, *& bona ſanctæ legis opera, quæ in figuram futurorum præcepta ſunt: ſed pulchriora Regum coronatorum, & Prophetarum facta, ac dicta, quæ in typum regni Dei, in teſtimonium magni, ac veri Regis Chriſti reſplẽduerunt.* Idem tenet Angelomus in præfat. huius operis, vbi vocat ſpiritualis intelligentiæ ignaros, qui in ſola huius hiſtoriæ ſuperficie inhærent, & ad altiora Chriſti Domini ſacramenta mente, & cogitatione nõ transferuntur. Vnde Carthuſ. in procemio huius operis docet, hos libros non tam agere de Regibus Iſraël, quàm de Deo Saluatore, per Reges Iſraël populum Iſraëliticum gubernante: & propterea olim à Deo Abrahæ promiſſum, fore, vt *Reges populorum* de illius ſtirpe naſcerẽtur, Gen.17. n.16. Vt ſignificaretur filius Regis cæleſtis, ſummi, & omnipotentis, in terra quoq; ex Regibus naſciturus; quaſi omnes illi Reges futuri eſſent Chriſti Domini non ſolùm pares, ſed etiam indices.

Secunda allegorica.
D Hieron.
Tertia, & præcipua ſignificatio de Chriſto Domino.
Rupert.
Angel.
Carthuſ.

6.
D.Bonau.
Quid in ſingulis Regum libris de Chriſto Rege ſignificetur.

Qua de re diſertiſſimè D. Bonau. in princip. ſacræ Script. ad fin. *Liber,* inquit, *Regum illum ſignificat, in cuius femore ſcriptum eſt; Rex regum, & Dominus dominantium.* Apoc.19.n.16. Et ſtatim exprimit, quid in ſingulis libris de Chriſto Rege ſignificetur: *Eum,* inquit, *ſit Rex, & Sacerdos, in primo libro præſignatur, vt euacuaturus ſacerdotium legale, in depoſitione, ſeu extinctione Heli, & ſubſtituturus ſacerdotium nouum, in ſubſtitutione Samuelis, qui non fuit de ſtirpe Aaron.* 1.Reg.4.à n.18. *Et tranſlaturus etiam regnũ ab Iſrael, in reprobatione Saulis, & electione Dauid.* 1.Reg 15. à n.23. *In ſecundo promittitur Chriſtus de ſemine Dauidico naſciturus.* 2.Reg.7.à n.12. *In tertio lib. in figura pacifici Salomonis præfiguratur Chriſtus, qui eſt pax noſtra, qui fecit vtraq; vnum.* Epheſ.2. n.14. *In quarto præfiguratur Chriſtus, vt euacuaturus omnem Gentilitatis ritum, in interemptione pſeudoprophetarum per Eliam.* 3.Reg.18.n.40. *Et vt ſuſcitaturus mortuos, in Eliſæo* 4.Reg.4.n.35.& 4.Reg.13.n.21. *Et confecturus Euchariſtiæ ſacramentum in pane ſubcineritio.* 3.Reg. 17.n. 13. *Vt aſcenſurus in cælum, in tranſlatione Eliæ in curru igneo.* 4.Reg.2.n 11. Quamuis obiter aduerte, illam pſeudoprophetarum occiſionem, & illum ſubcineritium Eliæ panem, non in 4.Reg. libro, vbi D.Bonau. reponi videtur, ſed in 3. vt indicauimus, contineri.

7.
D.Auguſt.

Vides, vt quatuor Regum libri Regem regum Chriſtum Dominum, omniaq; eius myſteria præfari quodammodo videantur? Conſentit planè Aug lib.17. de Ciu.c.1. Vbi de Regum hiſtoria loquutus: *Scriptura,* inquit, *quæ per ordinem Reges, eorúmque facta, & euenta digerens, videtur tanquam hiſtorica diligentia rebus geſtis occupata eſſe narrandis; ſi adiuuante Dei ſpiritu conſideratè tractetur, vel magis, vel certè non minus prænuntiandis futuris, quàm præteritis enuntiandis inuenietur intenta.* Hæc autem futura, quæ prænuntiat, ſine dubio ad Chriſtum Dominum indicandum omnia pertinebant. In eũdem ſenſum Clem. Alex. lib.1. Strom.n.11. Iudices, & Reges, qui poſt Moyſem Hebræis præfuerunt, Prophetas appellat. Non quidem quòd omnes verbis prophetarent, ſed factis; vt Heruetus Clementis interpres obſeruat: & vel ipſa regia dignitate, quam habebant, Chriſtum Dominum in æternum regnaturum præmonerent. Sic & D.Hieron. in epiſt.103. ad Paul. *In Iudicum,* inquit, *libro, quot Principes populi, tot figuræ ſunt.* Quod pari ratione de libro Regum teſtaretur: non minùs enim Reges, quàm Iudices Chriſti Domini typi præfuerunt. Nam D.Greg in præfat. huius operis de 1. & 2. Regum loquutus: *Ad hoc,* inquit, *Prophetæ Samueli adſcribitur, vt ex auctoris titulo ſentiatur hiſtoria, quam ſcribit, non tam hiſtoria, quam prophetia: ſimplex, veraq; litera, ſed altanimis, & multiplicitate occultorum ſenſuum profunda.* Et idem planè eſt de conſequenti Regum hiſtoria; tota enim ad ſupremum regum Regem Chriſtum præſignandum ferebatur.

Omnes Hebræorum Reges, & Prophetæ Chriſti figura.
Clem. Alex.
D. Hieron.
D.Greg.

8.
Totum Hebræorum regnũ magnus Chriſti Propheta.
D.Auguſt.
Non ſolum verbis, ſed etiam factis futura præſignantur.

In quam ſententiam optimè quadrant illa verba D.Aug lib.22. contra Fauſt.c.24 totum regnum Iudæorũ magnum Chriſti Prophetam appellantis. *Dico,* inquit, *illorum hominũ non tantum linguam, ſed etiam vitam fuiſſe propheticam, totúmque illud regnum gentis Hebræorum magnũ quendam, quia & magni cuiuſdam, fuiſſe Prophetam.* Et rectè quidem. Neque enim ſolis verbis, ſed etiam factis futuri rerum euentus in Scriptura præſignãtur. Vt patet Iſ.20.n.2.

Ezech.12.n.3.Zachar.11.n.15.Act.21.n.11. & aliis A paſſim locis. Itaque non ſolùm dicta vatum, ſed etiam facta Regum, quæ in his libris continentur, Chriſtum Dominum prophetabant. Quamuis illud obiter prætereundum non ſit; cùm lex,& Prophetæ ſint vſque ad Ioannem tantùm. Matt.11.n. 12.& Luc.16.n.16. non immeritò totum illud regnum, quod olim Propheta fuit, iam diu ſiluiſſe, imò penitus corruiſſe. Ex quibus patet quanto iure Regum hiſtoria propter ſignificationes ſacras, & prophetias, quas de Chriſto Domino includit, inter libros ſacros reponatur.

9. *Chriſti incunabula Hebræorum populum ſacrũ reddebant, & diuinum.*

Cæterùm non ſolùm expreſſæ de Chriſto Domino prophetiæ, ſed etiam futura eius in eo regno incunabula ſacrum quodammodo reddebant eum B populũ, ac diuinum. Abrahamus volens aliquando ſeruũ ſuum iureiurando obſtringere: *Pone*, inquit, *manum tuã ſubter femur meum, vt adiurem te*. Gen.24. n.2. Cur non potiùs ſuper aram manum ponere iubetur, vt ſanctiùs iurare videatur? Reſpondet D. Aug.ſerm.75.de tempore, quia perinde fuit dicere: *Mitte manũ tuam ſubter femur meum*, ac dicere, *mitte manum tuam ad altare, aut ad arcam teſtamenti, aut ad templum Dei, & iura mihi. Femur tangebat, & per Deũ cæli, & terræ iurabat*, de femore Abrahæ naſciturum. Et eodem modo explicat idem D.Auguſt. q.62. in Gen. *Quod*, inquit, *Abraham iubet puero ſuo, vt manum ſuam ponat ſub eius femore, ſolet imperitos mouere: non attendentes, magnã de Chriſto extitiſſe prophetiam, quod* C *ipſe Dominus cæli, & Dominus terræ in ea carne venturus eſſet, quæ de illo femore propagata eſt*. Et notat D. Th. ad eum locum, dixiſſe Patriarcham, non ſuper femur; ſed *ſubter femur*: vt maior loci ſanctitas exprimeretur, qui reuerentiæ cauſa non niſi ab inferiori parte contingẽdus videbatur. Si igitur Abrahamus eo ſolo nomine, quòd Chriſti Domini parens futurus erat, ſacrum quodammodo altare dicebatur; non minori iure idem de illo regno dicendum eſt, quod plures, ac propinquiores Chriſto Domino parentes continebat.

D.Aug. — D.Thom.

10. Abrahamum imitatus Iacobus, cùm filiũ ſuum Ioſephum adiuraret: *Pone*, inquit, *manum tuam ſub* D *femore meo*. Gen.47.n.29. Quaſi ſuo lateri, ex quo Chriſtus Dominus naſciturus erat, quandam ineſſe non ſolùm ſanctitatem, ſed etiam diuinitatem arbitraretur; nec minori reuerentia latus, quàm ipſum Chriſtum Dominum contingendum, ſibi perſuaderet. Quantam igitur oportebat eſſe illius populi ſanctitatem, ex quo futurum erat, vt ipſe fons totius ſanctitatis Chriſtus Dominus emanaret? Vnde mirum non eſt, Deum tam multa illi populo beneficia contuliſſe, ex quo Chriſtum Dominum naſciturum præſciebat.

11. *Terra propter Chriſtũ priùs ornata, quàm cælũ.*

In primo huius mundi opificio, priùs Deus terram herbis, floribus, & fructibus veſtiuit, quàm cælum ſole, luna, ac ſyderibus exornaret. Nam in tertio die iuſſit, vt germinaret *terra herbam viren-* E *tem*, &c. Gen.1.n.11. In quarto autem, vt fierent *luminaria in firmamento cæli*, &c. Ibid.n.14. Cur, obſecro, priùs terra, quàm cælum tam multis excoliter ornamentis? D.Baſil hom.6.in Exaëm.ideò factum credit, ne, ſi ſol terræ fructibus præiret, eorũ omnium creator ſaltem ab ignaris hominibus crederetur. *Terra*, inquit, *ſuis eſt germinibus referta: ſed nondum erat ſol, neque luna, ne eorum, quæ naſcuntur è terra, creatorẽ cenſerent eſſe, qui Deum ignorant*. Aptiſſimè tamen ad rem noſtram D. Anaſt. Sinaita reſpondet in ſuo Exæmer. lib.1. rationem eſſe, quia priùs terra erat Chriſtum Dominum hoſpitio exceptura: *Ante cælum*, inquit, *terra ornatur, quia antè Angelos terra, & terrageniti homines Deum per Incarnationem vidimus*.

D Baſil. — D.Anaſt.

A Imò lib.4. ſentit, quamuis veræ ſententiæ contrarius, Deum prius in terra ſolem, ac lunam creaſſe, & poſtea in cælum tranſtuliſſe: *Tanquam ſi terra*, inquit, *ante cælum ditata ſit Chriſti myſterio, & aduentu*. Si ergo priùs terra, quam cælum à Deo locupleratur, quia priùs Chriſto Domino hoſpitium præbitura erat, quàm cælum: mirum non eſt, ſi priùs populus Iudæorum, quàm populus gentium, multis à Deo beneficiis cumuletur, quia apud illum futura erant prima Chriſti Domini incunabula. Sed aduerte, quò magis præſtant ſol, & luna, & ſtellæ, quibus cælum decoratur, herbis, floribus, ac fructibus, quibus terra circumueſtitur; eò magis præſtare ornamenta quibus modò Deus ſuam Ec- B cleſiam illuſtrat, illis quibus olim Synagogam exornauit. His igitur de cauſis ſacrum quodammodo fuit illud regnum, ac diuinum; & proinde quæ de illo tractat hiſtoria inter ſacras numeranda. 12.

Pulchrior Eccleſia, quàm ſynagoga ornatum.

SECTIO IV.

Numerus, anni, mores Regum Iuda, & Iſraël.

REges Hebræorum, de quibus in his libris agitur, in tres claſſes diſtingui poſſunt. Prima cõtinet eos, qui totũ regnum, antequam diuideretur, C ex duodecim tribubus conflatum adminiſtrabant. Secunda eos, qui facta regni diuiſione, duabus tribubus Iuda, & Benjamin præfuerunt. Tertia eos, qui reliquas decem tribus (& regnum Iſraël dicebatur) gubernarunt. Omnium inter ſe ordinem, ac numerum; annos, quibus regnarunt, mores, quibus vixerunt, ſequens tabella prænotabit. Si quid deinde dubitationis orietur, paucis nunc expediam, ſuis poſtea locis ea de re copioſiùs dicturus. 1.

Regum ſeries in tres diſtincta claſſes.

Interim conſulantur auctores, qui præter vulgatos interpretes, de Hebræorum Regum temporibus ſcripſerunt. Euſeb. in Chronico, & lib.10. de præpar. Euang. c.3. D. Athan. in Synopſi lib.9.&10. D D.Iſidor. in Chronico ad quartam mundi ætatem, Richard de S.Vict.p.2.opuſc.tract.3. de concordia temporum Regum Iuda, & Iſraël, Iulian. Pomer. lib.1.contra Iudæos, poſt med. in 4.tom. Biblioth.2. editionis, Theophilus Patriarcha Antioch.lib.3.ad Autolycum, Ado Archiep. Viennenſ. in Chronic: breuiario, Quintus Iulius in libello de duratione mundi, Niceph. Conſtantinop. in Chron.c.4.5.& 16. Naclantus in medulla Scripturæ in 4. mundi ætate, Ioannes Lucidus in Chronico, Driedo de Eccl. ſcripturis, lib.3.tract.3.c.5.à 5. concluſione, Arias Montanus in Apparatu de ſeculis, Cantapetrenſis lib.4.hypotypoſeon, c.2. Carol.Sigon.lib 7. de Rep.Heb.c.3. Canus de locis lib.11.c.5.in reſponſione ad 12.argumentum, Feuard in c.1.Ruth. E His adde annalium, ſeu hiſtoriarum ab orbe condito ſcriptores, Zonaram, Cedren. D.Ant. Sabellic. Genebr. Torniel. & plures alios. Accedunt ex noſtris Card.Bellarm. in priori parte ſuæ Chron. Salmer.tom.1 prolegom.pag.595. Ribera in Prophetas minores prælud.2. Barrad tom.1.concordiæ lib.5.à cap.8. Tandem Iacobus Gordonus in opere chronologico in 5 periodo, & in quæſt. ad illam. Et quamuis non omnes in annorum computatione conueniant, vt ex dicendis patebit: quid tamen certiùs habeatur, ex ſubſcripta tabella facilè innoteſcet. 2.

Auctores qui de Hebræorũ Regum temporibus ſcripſerunt.

Euſeb. D. Athan. D Iſidor. Richard. de S. Vict. Iulian. Pomer. Theoph. Ado. Quintus Iul. Niceph. Naclant. Ioan. Lucid. Dried. Ar.Mont. Cantapet. Carol.Sig. Canus. Feuard. Zonar. Cedren. D. Anton. Sabel. Genebr. Torniel. Bellarm. Salmer. Ribera. Barrad. Iac. Gord.

REGVM

REGVM DVODECIM TRIBVVM.

Ordo.	*Tempus Regni.*		*Vitæ exitus.*	
1. Saül.	1. *Reg.* 10. *n.*1.	40. Anni cum Samuele.	*Act.* 13. *n.* 21.	Malus.
2. Dauid.	2. *Reg.* 2. *n.* 7.	40.	3. *Reg.* 2. *n.* 11.	Bonus.
3. Salomon.	3. *Reg.* 2. *n.* 12.	40.	3. *Reg.* 11. *n.* 42.	Incertus.

REGVM IVDA, SEV HIERVSALEM, ſeu duarum Tribuum,

Ordo.	*Tempus Regni.*		*Vitæ exitus.*	
1. Roboam.	3. *Reg.* 11. *n.* 43.	17. Anni.	3. *Reg.* 14. *n.* 21.	Malus.
2. Abiam.	3. *Reg* 14. *n.* 31.	3.	3. *Reg.* 15. *n.* 2.	Malus.
3. Aſa.	3. *Reg.* 15. *n.* 8.	41.	3. *Reg.* 15. *n.* 10.	Incertus.
4. Ioſaphat.	3. *Reg.* 22. *n.* 41.	25.	3. *Reg.* 22. *n.* 42.	Bonus.
5. Ioram.	4. *Reg.* 8. *n.* 16.	8.	4. *Reg.* 8. *n.* 17.	Malus.
6. Ochozias.	4. *Reg.* 8. *n.* 24.	1.	4. *Reg.* 8. *n.* 26.	Malus.
7. Athalia.	4. *Reg.* 11. *n.* 3.	7.	4. *Reg.* 11. *n.* 4.	Malus.
8. Ioas.	4. *Reg.* 11. *n.* 21.	40.	4. *Reg.* 12. *n.* 1.	Malus.
9. Amaſias.	4. *Reg.* 12. *n.* 21.	29.	4. *Reg.* 14. *n.* 2.	Malus.
10. Azarias, ſiue Ozias.	4. *Reg.* 15. *n.* 1.	52.	4. *Reg.* 15. *n* 2.	Incertus.
11. Ioathan.	4. *Reg.* 15. *n.* 7.	16.	4. *Reg.* 15. *n.* 33.	Bonus.
12. Achaz.	4. *Reg.* 15. *n.* 38.	16.	4. *Reg.* 16. *n.* 2.	Malus. .
13. Ezechias.	4. *Reg.* 18. *n.* 1.	29.	4. *Reg.* 18. *n* 2.	Bonus.
14. Manaſſes.	4. *Reg.* 20. *n.* 21.	55.	4. *Reg.* 21. *n.* 1.	Bonus.
15. Amon.	4. *Reg.* 21. *n.* 18.	2.	4. *Reg.* 21. *n.* 19.	Malus.
16. Ioſias.	4. *Reg.* 21. *n.* 26.	31.	4. *Reg.* 22. *n.* 1.	Bonus.
17. Ioachaz.	4. *Reg.* 23. *n.* 30.	3. Menſes.	4. *Reg.* 23. *n.* 31.	Malus.
18. Ioakim.	4. *Reg.* 23. *n.* 34.	11.	4. *Reg.* 23. *n* 36.	Malus.
19. Ioachin.	4. *Reg.* 24. *n.* 6	3. Menſes.	4. *Reg.* 24. *n.* 8.	Malus.
20. Sedecias.	4. *Reg.* 24. *n.* 17.	11.	4. *Reg.* 24. *n.* 18.	Malus.

REGVM

REGVM ISRAEL, SIVE SAMARIÆ, SIVE DECEM Tribuum, ſiue Ephraim,

Ordo.	*Tempus Regni.*		*Vitæ exitus.*	
1.Hieroboam.	3. *Reg.* 12. *n.*20.	22. Anni.	3.*Reg.* 14. *n.*20.	Malus.
2.Nadab.	3.*Reg.* 14.*n.*20.	2.	3.*Reg.* 15. *n.*25.	Malus.
3.Baaſa.	3.*Reg.* 15. *n.*28.	24.	3.*Reg.*15. *n.* 33.	Incertus.
4.Hela.	3.*Reg.*16. *n.* 6.	2.	3.*Reg.*16. *n.*8.	Bonus.
5.Zambri.	3.*Reg.* 16. *n.* 10.	7.Dies.	3.*Reg.* 16. *n.*15.	Malus.
6.Ambri.	3.*Reg.*16. *n.*16.	12.	3.*Reg.* 16. *n.*23.	Malus.
7.Achab.	3.*Reg.*16. *n.*28.	22.	3.*Reg.*16.*n.*29.	Malus.
8.Ochozias.	4.*Reg.*22. *n.*40.	2.	3.*Reg.*22.*n.*52.	Malus.
9.Ioram.	4.*Reg.*1. *n.* 17.	12.	4.*Reg.* 3. *n.* 1.	Malus.
10.Iehu.	4.*Reg.* 9. *n* 6.	2.	4.*Reg.*10. *n.*36.	Malus.
11.Ioachaz.	4.*Reg.* 13. *n.* 1.	17.	4.*Reg.* 13. *n.*1.	Malus.
12.Ioas.	4.*Reg.*13. *n.* 9.	16.	4.*Reg.*13.*n.*10.	Malus.
13.Hieroboam.	4.*Reg.*14. *n.* 16.	41.	4.*Reg.*13. *n.*23.	Malus.
14.Zacharias.	4.*Reg.* 24. *n.* 29.	6. Menſes.	4 *Reg.* 15. *n.* 8.	Malus.
15.Sellum.	4.*Reg.*15. *n.* 10.	1. Menſem.	4. *Reg.* 15. *n.*13.	Malus.
16.Manahem.	4.*Reg.* 15. *n.* 14.	10.	4.*Reg.* 15.*n.*17.	Malus.
17.Phaceia.	4.*Reg.* 15. *n.* 22.	2.	4.*Reg.*15. *n.*23.	Malus.
18. Phacee.	4.*Reg.*15. *n.* 25.	20.	4.*Reg.*15. *n* 27.	Malus.
19.Oſee.	4.*Reg.* 15.*n.*30.	9.	4.*Reg.* 17. *n.* 1.	Malus.

3. *Omnium annorum ſumma.* Hi omnes anni, ſi ad calculum redigantur, hanc efficient ſummam. Reges duodecim tribuum, ſublaris illis viginti annis, qui Samueli tribuuntur, regnarunt centum annis: Reges duarum tribuum trecentis nonaginta quatuor annis: Reges decem tribuum ducentis quadraginta duobus annis. Sed hi anni Regum decem tribuum in illos annos Regum duarum tribuum inciderunt. Quia vtriq; ſimul conregnarunt; vt ſtatim parebit. Atque adeò ſtatus Regum 494, annis continetur.

SECTIO V.

Numerus, & concurſus horum Regum expenditur.

1. *Prima difficultas de Isboſeth.* PLures dicet aliquis fuiſſe Reges; alius pauciores. Plures quidem, quia Isboſeth filius Saülis videtur inter Reges duodecim tribuũ numerandus. Nam de illo dicitur: *Quadraginta annorum erat Isboſeth filius Saul, cum regnare cœpiſſet ſuper Iſrael, & duobus annis regnauit.* 2.Reg. 2. n. 10. Pauciores verò, quia Athalia inter Reges Iuda nullo modo videtur recenſenda: *Secunda difficultas de Athalia.* tum quia erat fœmina, quæ non admittebatur ad regnum: tum quia non erat de tribu Iuda, ſed de tribu Ephraim, nempe filia

A Achabi Regis Iſraëlis. 4.Reg.8. n.18. & 27. & 2. Paralip. 21. n. 6. Quòd ſi apud Matthæum à genealogia Chriſti Domini excluduntur tres Reges Ochozias, Ioas, & Amaſia, quòd eſſent filius, nepos, & pronepos Athaliæ, ex peſſimis parentibus Achabo, & Iezabele natæ, vt eius memoria tolleretur vſq; ad tertiã generationem, & nullo modo in ſanctæ natiuitatis ordine poneretur, vt D.Hier. in c.1.Matth. interpretatur; quis non videt, maiori iure ipſam Athaliam, quæ erat de regno Iſraël, è catalogo Regum Iuda penitus expungendam? *D.Hier.*

Ad priorem difficultatem reſpondebit fortaſſe aliquis non recenſeri Isboſeth inter cæteros Reges, quia breuiſſimè regnauit, duobus ſcilicet annis Sed contrà: quia breuiori tempore regnarunt B alij Nã ex Regibus Iuda Ochozias vno anno, Ioachaz tribus menſibus, Inachin totidem regnarunt. Ex Regibus autem Iſraël Zacharias ſex menſibus, Sellum vno tantùm menſe, Zambri ſeptem diebus regni clauum renuerunt. Et tamen hi omnes in Regum catalogo conſcribuntur. Ergo ex hoc capite inſcribi poteſt & Isboſeth: præſertim ſi dicamus cũ Abul. 2.Reg.2.q.12, quẽ ſequitur Torniel. anno mundi 2980. Isboſeth non duobus tantùm annis, ſed ſeptem, & dimidio regnaſſe. Quod inde probat. Nã quandiu Dauid regnauit in Hebrõ ſuper Iudam, regnauit Isboſeth ſuper reliquũ Iſraëlem:

2. *Expenditur prima ratio, cur Isboſeth inter Reges non recenſeatur.*

Quot annis regnauerit Isboſeth. *Abul.* *Torn.*

lem: atqui Dauid ſeptem annis, & dimidio regnauit ſuper Iudam in Hebron. 2.Reg.2.n.11. ergo totidem annis regnauit Isboſeth ſuper Iſraëlem.

3. *Expenditur ſecunda ratio, an Isboſeth iure regnum ſuſceperit.*

Dicet alius, non recenſeri Isboſeth inter cæteros Reges, quia non iure regnum ſuſcepit, ſed iniuria præoccupauit. Nam cùm legitima ſuſcipiendi regni via duplex ſit, ſucceſſio, aut electio; Isboſeth neque ſucceſſione obtinuit regnum, neq; electione. Non ſucceſſione; quia Saül cum tota poſteritate reprobatus iam à Deo fuerat. 1. Reg.13.n.14. & c.15.n.23. & proinde eius filij legitimi regni eſſe non poterant hæredes. Non electione; quia hæc apud Hebræos erat penes ipſum Deum. *Eum conſtitues*, inquit Moyſes, *quem Dominus Deus tuus elegerit*. Deut.17.n.15. Cum igitur Isboſeth non fuerit à Deo electus, non videtur iure electionis ad regnum accedere potuiſſe. Et confirmatur, quia Dauid iam electus erat, & conſtitutus Rex à Deo.

Hebræorum Regum electio penes ipſum Deũ.

Ergo, quidquid homines laborarent in eligendo Isboſeth, nullum ei ius ad regnum conferre poſſent. Atque hanc ob cauſam videtur Dauid diuerſo modo loquutus de Saüle, & Isboſeth. Nam ad eum, qui Saulem occiderat: *Quare*, inquit, *non timuiſti mittere manum tuam, vt occideres Chriſtum Domini?* 2.Reg.1.n.14. Chriſtũ Domini appellat, hoc eſt, vnctum; ſeu Regem, quaſi regni iure vteretur. Ad eos autem, qui occiderunt Isboſeth: *Homines*, inquit, *impij interfecerunt virum innoxium in domo ſua*. 2.Reg.4.n.11. Non Regem, non vnctũ, ſed virũ appellat, quaſi vitam ageret priuatam, & nullam publicam poteſtatem iure obtineret. Cum igitur legitimus Rex non fuerit, ſed quodammodo intruſus, non erat inter legitimos Reges numerandus.

4. Abul. *Isboſeth in regni ſucceſſione à culpa propter ignorantiam excuſatur.*

Non mihi diſplicet hæc ratio. Quamuis enim Abulenſ. 2.Reg.2.q.13. excuſet à peccato Isboſeth regnum ſuſcipientem; imò eundem excuſare videatur & Dauid loco citato, appellans virum innoxium, ſeu, vt eſt in Hebræo צַדִּיק *tſadich*, hoc eſt, *iuſtum*, à verbo צָדַק *tſadach*, id eſt, *iuſtificare*; tamen hæc excuſatio non fundatur aliquo regni iure, quod obtineret Isboſeth, nullum enim habuit: ſed in aliqua ignorantia, cuius ratione à culpa abſolueretur. Nam poterat ignorare omnes poſteros Saülis iam eſſe à Deo quodammodo exhæredatos, & à regno ſuſcipiendo repulſos; ex qua ignorantia fieri poterat, vt ipſe tanquam legitimus regni hæres, vt ſibi videbatur, in patris locum ſine peccato ſuccedere conaretur. Si dicas, adhuc non excuſari, quia Dauid iam erat à Deo electus, quem proinde ille nec debuit, nec potuit à regno excludere, vt ſe in eius locum intromitteret. Reſpondeo, hanc ipſam Dauidis electionem à Deo factam ignorare potuiſſe: neque enim adeò fuit manifeſta, vt non poſſet illius aures præterire: aut certè non illam cognouiſſe ex aliquo prophetico oraculo, ſed tantùm ex vulgari aliquo colloquio, cui ipſe fidem habere non teneretur.

5. *Obiectio.*

Vrgebis, etiam poſita hac ignoratione nondum à peccato excuſari, quia ſciebat ex loco Deut. citato, Regis electionẽ apud Hebræos non eſſe populi ſuffragio celebrandam, ſed vnius Dei arbitrio definiendam; & proinde quandiu ipſe ſe à Deo eligi non videbat, quantumuis ſua populus ſuffragia conferret, non poterat regnum licitè occupare.

Solutio.

Reſpõdeo, quidquid ſit de electione, Isboſeth iure ſucceſſionis regnum affectare potuiſſe, ſi fortaſſe ignorauit, ſe diuinitus eo iure ſpoliatum; vnde ambiendo, & obtinendo regnum, nihil deliquiſſet. Addo, ſola humana electione contentum potuiſſe regnum ſine peccato obtinere: quia quamuis ſciret ex loco Deut. citato, primum Regem in terra promiſſionis non niſi à Deo eligendum; tamen hanc

A diuinam electionẽ ad cõſequentes Reges, ſi quando eos eligi oporteret, neceſſariã eſſe fortaſſe ignorauit. Poteſt enim de hac re non immeritò dubitari: an ſcilicet vrgente aliqua neceſſitate eligendi Regem apud Hebræos, poſt primam illam Saülis electionem, expectanda eſſet diuina electio, an communi iure vtendum, & creandus Rex, in quem plura populi ſuffragia inclinaſſent. De qua re ad c.8. dicam aliquid.

An diuina electio ad ſequentes Hebræorum Reges poſt Saülem extenderetur.

Quare cum videret Isboſeth, ſe vnius patrocinio Abner, & totius ſuffragio Iſraël electum eſſe in Regem, ſi ea, quam diximus, ignorantia laborauit, potuit in ſuſcipiendo regno à peccato excuſari. Dummodo tamen certum ſit, eũ nullo legitimo regni iure vſum eſſe, & propterea inter B germanos Hebræorum Reges locum nõ inueniſſe.

Concluditur prima difficultatis reſolutio.

6. *Reſoluitur ſecunda difficultas, cur inter Reges locum habuerit Athalia.*

Ad poſteriorem difficultatem, fateor, indigniſſimam eſſe Athaliam, quæ inter Reges Iuda recenſeatur, propter eas, quas adduximus, rationes, neque à nobis inter alios Reges numerari, quod vllo legitimo regni iure vteretur, ſed vt notaretur illud annorum ſpatium, quo ſuam ipſa tyrannidem exercuit. Cum enim tunc nullus alius eſſet Rex, ſub cuius nomine deſignari poſſet, ſaltem Athaliæ nomine deſignari debuit, ne quid de ſumma annorum, quibus illud duarum tribuum regnum ſtetit, deperiret.

7. *Concurſus Regum Iuda, & Iſraël.*

Quod attinet ad concurſum Regum Iuda, & Iſraël, notandum eſt, hæc duo regna non fuiſſe C vnum poſt alterum, ſed vtrumq; ſimul eodem ferè tempore incepiſſe. At quemadmodum duæ naues ſimul ab eodem portu egreſſæ, nõ ſemper paribus ſpatiis feruntur: ſed modò iunctæ, modò ſeparatæ, nunc magnis, nunc exiguis interuallis diſiunctæ, iam præit, quæ ſequebatur, iam ſequitur, quæ præibat; donec tãdem vna prior, quàm altera vel portum teneat, vel ad ſaxum allidatur: ita planè regnũ Iuda, & regnum Iſraël eodem ferè tempore exorta, non eadem ſemper proſperitate, vel aduerſitate vtebantur; ſed alterno rerum ſucceſſu, nunc hoc illo auguſtius, nunc illud hoc ſublimius: modò huius Reges longiùs viuebant, modò celeriùs interibant; donec tandem vnum altero citiùs naufragarit, & regno Iuda adhuc incolumi, regnum Iſraël penitiùs aboletur.

8. *Metus, & ſpes regnum ſuſtentant.*

D Duo hîc obiter inquires. Vnum, quænam fuerit diuinæ prouidentiæ ratio, ob quam hæc duo regna aliis, atque aliis temporibus ſibi viciſſim ceſſerint & exceſſerint; & vno attritu, multiſque cladibus confecto, alterum floruerit proſperiſque ſucceſſibus abundauerit: rurſus hoc paulatim areſcente, & in multas calamitates peſſum eunte, illud reuixerit, & in meliorem fortunam reſpirarit; ac denique alterna vtrumque alea, & tumuerit, & detumuerit, in moremque æſtus marini, nunc in ſuis malis ſubſederit, nunc in ſuis bonis exundarit. Reſponderi poteſt, vt vtrumlibet ſpe, & metu firma-E retur: quod iacebat, bonam ſpem aliquando exurgendi obtineret; quod ſtabat, metu ruendi in peius frænaretur: neutri ſua felicitas ad faſtum; neutri ſua calamitas ad puſillanimitatem deſeruiret: ſed vtrumuis in aduerſis, ne deficeret, ſpes erigeret: in proſperis, ne inſoleſceret, metus coërceret: quod proſpera fortuna vtebatur, iacenti non inſultaret, veritum, ne ſimile infortunium ſubiret: quod aduerſis turbinibus iactabatur, felici non inuideret, ſperans fore, vt parem ad felicitatem reuolaret. Scilicet quemadmodum thronum Salomonis duæ manus hinc inde tenebant, ne rueret, 3.Reg.10.n.19. ita planè Iudaicum, & Iſraëliticum regnum metus, & ſpes, tanquam duæ manus ſuſtentabant, ne periret.

9. Alterum, cur regnum Iſraëliticum ex decem

tribubus

Citiùs perit regnum, quod inaniùs gloriatur.

tribubus collectú, & proinde multo numeroſius, quàm regnum Iudaicum ex duabus tantùm tribubus conflatum, citiùs interierit. Reſpondeo, eo ipſo, quòd de maiori tribuum multitudine ſuperbierit, eàque in re Iudaico regno ſe præpoſuerit, meritò à Deo factum, vt citiùs extingueretur. Neque enim populorum multitudo tantum valet ad regni durationem, quantum ad deſtructionem inanis de multitudine gloriatio. Vnde cùm Oſeas cap.9. n. 11. de Regibus Iſraëliticis diceret; *Gloria eorum à partu, & ab vtero, & à conceptu.* Hoc eſt, interprete D. Hieron. de nulla re magis, quàm de ſuorum multitudine populorum gloriantur: pro- A tinus imprecatur, dicens: *Da eis Domine. Quid dabis eis? Da eis vuluam ſine liberis, & vbera arentia.* Ibid.n.14. Hoc eſt, eodem D. Hieron. interprete, ad ſterilitatem, & paucitatem eos redige; vt in quo gloriari ſolent, confundantur. Atq; ita factum eſſe Propheta vlteriùs oſtendit: *Percuſſus eſt*, inquit, *Ephraim, radix eorum exſiccata eſt, fructum nequaquam facient.* Ibid.num.16. Meritò igitur regnum, quod de ſua multitudine inaniùs ſuperbit, citiùs eradicatur. Sed iam, vt maior vnius regni, quam alterius diuturnitas oſtendatur; vtriuſque Reges hinc inde comparentur, & quis cuique reſponderit, ſubſcripta in tabella demonſtretur.

D.Hier.

REGVM IVDA, ET Iſraël concurſus.

Reges Iuda.		*Reges Iſraël.*	
Roboam. Abiam. Aſa, ſub initium.	Inciderunt in	Hieroboam.	3. *Reg.*11. *n.* 20. 3.*Reg.* 15. *n.*1. 3.*Reg.* 15. *n.* 9.
Aſa.	Incidit in	Nadab. Baaſa. Hela. Zambri. Ambri. Achab, ſub initium.	3. *Reg.* 15. *n.*25. 3.*Reg.* 15. *n.* 33. 3.*Reg.* 16. *n.*8. 3.*Reg.*16. *n.*15. 3.*Reg.*16. *n.*23. 3.*Reg.*16. *n.* 29.
Ioſaphat.	Incidit in	Achab. Ochoziam. Ioram, ſub initium.	3.*Reg.*22. *n.*41. 3.*Reg.* 22. *n.* 52. 4.*Reg.* 3. *n.* 1.
Ioram, Rex Iuda. Ochozias, ſub initium.	Inciderunt in	Ioram, Regem Iſraël.	4. *Reg.* 8. *n.*16. 4. *Reg.* 8. *n.* 25.
Ochozias. Athalia. Ioas, ſub initium.	Inciderunt in	Iehu.	4. *Reg.* 9. *n.*27. 4. *Reg.* 11. *n.* 1. 4. *Reg.* 12. *n.* 1.
Ioas, Rex Iuda.	Incidit in	Ioachaz. Ioas, ſub initium.	4. *Reg.* 13. *n.* 1. 4. *Reg.* 13. *n.* 10.
Amaſias.	Incidit in	Ioas, Regem Iſrael. Hieroboam, ſub initium.	4.*Reg.* 14. *n.* 1. 4.*Reg.* 14. *n.* 23.
Azarias, ſeu Ozias.	Incidit in	Hieroboam. Zachariam. Sellum. Manahem. Phaceiam. Phacee, ſub initium.	4.*Reg.* 15. *n.*1. 4.*Reg.* 15. *n.*8. 4.*Reg.*15. *n.*13. 4.*Reg.*15. *n.*17. 4.*Reg.*15. *n.* 23. 4.*Reg.*15. *n.* 27.
Ioathan. Achaz, ſub initium.	Inciderunt in	Phacee.	4.*Reg.*15. *n.*32. 4.*Reg.*16. *n.* 1.
Achaz. Ezechias.	Inciderunt in	Oſee.	4.*Reg.*17. *n.*1. 4.*Reg.* 18. *n.*1.

Hic

10. *Euerſo regno Iſraël, adhuc Iuda regnum ſtetit.*

Hic Oſee fuit vltimus Regum Iſraël. Nam 9. illius anno ſub anno 6. Ezechiæ Regis Iuda. 4. Reg. 18. n. 11. Salmanaſar Rex Aſſyriorum Samariam expugnauit, & in Aſſyrios tranſtulit Iſraëlem, nunquam ampliùs ex ea captiuitate rediturum. Itaque euerſo regno Iſraëlis, adhuc ſtetit diuturnius regnum Iuda ſub Ezechia, & ſeptem conſequentibus Regibus, vſque ad Sedeciam: ſub quo tandem, & regnum Iuda concidit, & templum conflagrauit.

SECTIO VI.

Expenditur duratio Regum Hebræorum.

1. *Duplex quæſtio. Reſoluitur prima. Hebræorum Reges in quartã mundi ætatem inciderunt.* D. Aug. D. Anton. D. Iſidor. Ado. *Quatuor mũdi ætates.* Genebr. Torniel.

DVplex hoc loco quæſtio eſſe poteſt. Quando fuerint, & quamdiu durauerint Reges Hebræorum. Vtramque breuiter expediam. Quod ad primam attinet, Reges Hebræorum in quartam mundi ætatem inciderunt, vt docet D. Aug. lib. 22. De Ciuit. cap. 30. D. Antonin. 1. p. tit 3. D. Iſidor. in ſuo Chronico, Ado item in ſuo, & alij qui primam ætatem conſtituunt ab orbe condito, vſque ad diluuium. Secundam à diluuio vſque ad Abrahamum. Tertiam ab Abrahamo vſque ad Dauidem. Quartam à Dauide vſque ad captiuitatem Babylonicam; quæ fuit vltima meta illius ſtatus, in quo Hebræorum Reges floruerunt. Quamuis hæ mundi ætates aliter ab aliis diſtinguantur; vt videre eſt apud Genebr. in Chron. & Torniel. in annalibus.

2. *Quarta mũdi ætas cæteris præferenda.* Rupert.

Itaque in quartam mundi ætatem inciderunt Hebræorum Reges. Vnde Rupert. in procemio huius operis, cap. 1. comparat hanc quartam ætatem cum quarta mundi die: quia vt hæc ſyderibus, ita illa Regibus fulgurauit; & vt quarta mundi dies prioribus diebus præluxit, ita cenſet hanc quartam mundi ætatem præcedentibus ætatibus præferendam. *Pulchra*, inquit, *terra plantaria, quæ tertio die plantata, vel produci iuſſa ſunt: ſed pulchriora cæli luminaria, quæ quarto die facta, vel in firmamento poſita ſunt. Sic nimirum pulchra quidem, & bona ſancta legis opera, quæ tertia mundi ætate in figuram futurorum præcepta ſunt: ſed pulchriora Regum coronatorum, & Prophetarum facta, ac dicta, quæ in typum regni Dei, in teſtimonium magni, ac veri Regis Chriſti reſplenduerunt.* Quò enim propiùs hæc ætas Chriſtum Dominum repræſentabat, eò clariùs ſplendebat.

3. *Quarta mũdi ætas fortitudinis exẽplis clarior.*

Adde, in hac quarta ætate nouum quendam mundo vigorem, ac fortitudinem acceſſiſſe; & ſicut in donis Spiritus ſancti quartum locum ſortitur ſpiritus fortitudinis, Iſai. 11. n. 2. ita Reges, qui bellica fortitudine ad conterendos hoſtes excelluerunt, & ſpiritualem fortitudinem ad effrænatos appetitus ſubigendos adumbrarunt; quartam mundi ætatem non immeritò occupaſſe. Sic enim ferè Rupert. citatus: *Rectè*, inquit, *dixerim, ſecundum opera vtriuſque* (nempe, quartæ diei, & quartæ ætatis) *Spiritum ſanctum prædicari ſpiritum fortitudinis, quia videlicet & quarto die luminaria firmamentum ornauerunt in poteſtatibus, & firmiſſimis ordinibus ſuis, & quarta ætate in pſalmis canoris, ſcriptiſque propheticis, regali auctoritate ſermo Dei conualuit, auctum eſt verbum promiſſionis.*

Rupert.

Itaque in hac quarta ætate clariora fortitudinis exempla enituêre, per Regum certamina, quæ plures fidei hoſtes perterrebant; & Prophetarum oracula, quæ frequentiùs imperitam multitudinem informabant; & egregia facta illuſtrium virorum, qui idololatrarum audaciam, & ſuperbiam animoſiùs contundebant. Vnde illi fortes Dauid. 2. Reg. 23. n. A 8. & illi fortes Salomonis, qui eius lectulum ambiebant. Cant. 3. n. 7. non ſunt alij interprete Rupert. lib. 3. in Cant. quàm Reges, & Prophetæ, & Sacerdotes, qui in hanc quartam mundi ætatem incidentes, pro fide, & religione feliciter decertarunt. Nec ſine myſterio fortaſſe eſt, vt poſt Iudicum ætatem. Regum ætas conſequatur. Nam, vt Angelomus in principio huius operis obſeruat: *Bene*, inquit, *poſt Iudicum hiſtoriam, ponitur Regum; quia prius erit iudicium, deinde ſequetur ſempiternum imperium.* Angelom.

4. *Quoto anno ab orbe condito hæc quarta mundi ætas inceperit.* Euſeb. D. Iſid. Genebr. Ioan. Luc. Aug. Tor. Bellarm. Iac. Gor. Suar.

Cæterùm quoto anno ab orbe condito inceperit hæc ætas, ſeu Reges Hebræorum in illam incidentes, & præcipuè Dauid, qui fuit primus, vnde illa inchoatur, non ſatis conſtat inter Chronologos. Nam B Euſebius in Chronico conſtituit Dauidis regnum in anno mundi 4120. D. Iſidor. parum diſſidet, conſtituens illud in anno 4165. Geneb. in anno 3105. Ioan Lucidus in anno 2890. Aug. Torniel. in anno 2980. Card. Bellarm. in anno 2919. Et idem tenet Iacobus Gordonus noſter, & ſumitur ex mente Suarij tom. 1. de Incarn. diſp. 6. ſect. 1. vbi tribuit primæ mundi ætati annos 1656. ſecundæ verò annos 322. tertiæ denique 941. qui omnes ſimul efficiunt prædictam ſummam. Vnde neceſſe eſt, vt hæc quarta ætas, quam à Dauide auſpicatur, ab anno mundi 2919. inchoëtur.

5. *Reſoluitur ſecunda quæſtio de duratione Regum Hebræorum. Tres Hebræorum regni ſtatus conferuntur.*

Quod attinet ad alteram quæſtionem, non exiguis C difficultatibus implicantur ſingulorum ferè Regum durationes. Tres hoc loco breuiter percurremus, omnes poſtea ſuis quamque locis, copioſiùs explicaturi Illud tamen priùs obiter obſeruandum, ſi illa tria Hebræorum regna, ſeu potiùs illi tres eiuſdem regni ſtatus, vnus duodecim tribuum, alter decem, alter duarum, expendantur illum fuiſſe diuturniorem, qui infirmior, & fragilior videbatur, & quò quiſque videbatur potentior, eò citiùs corruiſſe. Nam regnum duodecim tribuum, quod & ciuium multitudine, & locorum amplitudine cæteris præſtabat, quaſi mole ſua laboraret, & inteſtinis ſeditionibus fatiſceret, omnium citiſſimè corruit, nec D plurium, quàm trium Regum ſpatiis ſterit Regnum verò decem tribuum, quod militum numero proximum potentiæ locum obtinebat, breuiori tempore, quàm regnum Iuda perſeuerauit. Illo enim corruente, adhuc regnum Iuda incolume permanſit, & ſeptem ampliùs Regibus ſuperauit, vt inde colligas res humanas non ſtare potentia ſua, ſed diuina prouidentia, quæ ſæpenumero infirma huius mundi roborat, & confirmat; fortia debilitat, & eneruat.

6. *Prima difficultas de Saulis regni duratione. Prima ſententia.* Ioſeph.

Sed iam difficultates propoſitas à Saüle ordiamur. Prima enim difficultas eſt in eius regno conſtituendo: de quo mirum eſt quàm diuerſæ ſententiæ circumferantur. Nam Ioſephus lib 6. antiquit. c. 13. aliàs 14. circa c. 25 libri 1. Reg. docet, Samuelem E poſt mortem Heli ſacerdotis ſolum præfuiſſe populo 12. annis: cùm Saüle verò annis 18. Et cum idem Ioſephus teneat, Saülem duobus annis Samueli ſuperuixiſſe; fit, vt Saül 20. annis regnauerit, duobus quidem ſolus, decem verò, & octo cum Samuele. Hanc Ioſephi doctrinam Beda libello de ſex ætatibus, & in prologo libri 2. de hiſtoria Regum, & Theophilus Patriarcha Antioch. lib. 3. ad Autolycum ſequuntur. Quæ quoad priorem partem de Samuele falſa eſt, vt ad c. 7. dicemus. Quoad poſteriorem de Saüle vera, vt ſtatim patebit. Clem. Alex. lib. 1. Stromat. n. 11. dicit Saülem cum Samuele 27. annis regnum obtinuiſſe, & mortuo Samueli ſuperuixiſſe duos annos. Vbi videtur tribuere Saüli partim ſoli, partim cum Samuele regnanti 29. annos. Et ſtatim addit quædam verba, quæ nequaquam cum præcedentibus cohærent. *Deinde* inquit, *vt habetur Reg. 1. regnauit renouatus Saul 29. annis*

Beda.

Theoph. *Reiicitur.*

Clem. Alex. *Secunda ſententia.*

Nam ſi ſenſos eſt, Saülem poſt mortem Samuelis regnaſſe 20. annis, contradicit ſibi paulò antè dicenti, Saülem duos tantùm annos ſuperuixiſſe Samueli, & veritati: quia ſequitur Saülem partim ſolum, partim cum Samuele 47. annis regnaſſe. Quod neſcio an à quouis alio aſſeratur.

7. *Conciliantur loca ſcriptura de Saülis regni duratione.*

Sed his omiſſis, quorum nullum inuenio ſacris in literis fundamentum; duo ſunt in Scriptura loca, in quibus Saülis in regno duratio continetur. Vnus 1. Regum 13. num. 1. vbi ſic: *Filius vnius anni erat Saul, cùm regnare cœpiſſet, & duobus annis regnauit.* Alter Actor. 13. n. 21. vbi ſic: *Dedit illis Deus Saul filium Cis, virum de tribu Benjamin, annis quadraginta.* Quæ loca quamuis ſibi inuicem aduerſa videantur, tamen ad concordiam facilè reducuntur. Nam in priori loco certum eſt non eſſe ſermonem de tota Saülis in regno duratione: neque enim tam multa, quæ à Saüle, dum regnauit, geſta dicuntur, breuiſſima duorum annorum periodo contineri potuerunt. Solùm igitur ſermo eſt de duratione eius in regno, antequam peccaret, & antequam milites ad bella conſcriberet. Quaſi diceretur duobus annis ſine peccato, & ſine militari ſtrepitu regnaſſe; poſtea verò ad vtrumque proſiliiſſe, vt ſuo loco fuſiùs explicabo. Nec immeritò poſtquam peccauit, arma conquiſiuit. Neceſſe enim eſt, vt qui in peccatum incidit, à pace, ac tranquillitate animi excidat, & perturbationibus pluſquàm bellicis quatiatur.

8. *Tertia ſententia.* D. Athan. D. Auguſt. D. Proſp.

Poſterior locus totam re vera continet Saülis in regno durationem, quamuis aliter ab aliis explicetur. Primò enim D. Athanaſ. in Synopſi, & D. Auguſt. lib. 18. de Ciuit. cap. 20. abſolutè tribuunt Saülis regno 40. annos. Quod etiam inſinuare videtur D. Proſper Aquitan lib. de promiſſionibus, & prædictionibus part. 2. cap. 24. Et clariùs Euſeb. lib. 10. de præparat. Euangel, cap. 3. ait, Saülem poſt Samuelem 40. annis regnaſſe. Clariſſimè Quintus Iulius in libello de mundi duratione, tribuit Samueli ante vnctionem Saülis 40. annos, & totidem poſtea Saüli. Pro eadem parte contendit Raban. Maurus, qui propterea ait, Iſboſeth fuiſſe 40. annorum, cum regnare cœpit poſt mortem Saülis. 2. Reg. 2. n. 10. quia natus eſt primo anno regni Saülis; quod proinde 40. annos durauit. Neſcio, an in hanc partem inclinare videatur D. Chryſoſt. in Act. homil. 4 ante medium, dum Samuelis principatui tribuit 40. annos. Hoc enim poſito, illos 40. annos, de quibus agit Apoſtolus, videtur vni Saüli tribuiſſe. Nihilominus hæc duratio longior eſt; quàm vt ſoli Saüli tribuatur; vt ſtatim patebit.

Euſeb. *Quint. Iul.* *Raban. Maur.* *D. Chryſ.*

9. *Quarta, & vera ſententia.* Euſeb. D. Iſid. Niceph. Seu. Sulp. Ioan Luc. Ar. Mont. Abulenſ. Auguſt. Torniel. Bellarm. Iac. Gor.

Secundò igitur dicunt alij, illos 40. annos, de quibus agit Apoſtolus, Samuelis pariter, ac Saülis imperio tribuendos. Ita docent Euſebius in ſuo Chronico, D. Iſidor. item in ſuo, Nicephorus in Chronologia, cap. 4. Seuer. Sulpit. lib. 1. ſacræ hiſtoriæ ad finem, Ioan. Lucidus in ſuis tabulis annalibus. Arias Mont. in apparatu de ſæculis, Abul. multis in locis. 1. Reg. 7. q. 10. & 2 Reg. 2. q. 11. & 2. Reg. 5. q. 12. & 3 Reg. 6. q. 4. Auguſt. Torniel. Cardin. Bellarm. Iacob. Gordon. & alij communiter, qui libros Regum, & Acta Apoſtolorum interpretantur. Quamuis non omnes eodem modo illos 40. annos inter Samuelem, & Saülem partiantur. Nam Arias citatus docet, Samuelem triginta octo annis Iſraëlitis præfuiſſe, Saülem autem duobus; atque ita Saülis regnum, cum præfectura Samuelis compleſſe illos [illegible] annos, qui ab Apoſtolo Saülis regno tribuuntur. Alij verò Apud Sulpitium citatum, & illuſtratum commentariis Sigonij, decem annos Samueli, triginta tribuunt Saüli, ex quibus illi 40. compleantur. Tandem alij, quos citauimus, 20. annos Samueli, totidem tribuunt Saüli; & ex vtraque duratione illam 40. annorum ſummam coaleſcere arbitrantur. A quibus non multùm differt Eupolemus ad Euſebium lib. 9. de præparat. Euangel. cap. 4. tribuens Saüli annos viginti vnum (ſcilicet inchoatum,) quamuis nihil ibi addat de Samuelis duratione in præfectura.

Eupol.

10. *Saül cum Samuele 40. annis regnauit.* *Aliquorum fundamentum.*

Hæc igitur interpretatio tenenda eſt quoad vtramque partem; nimirum, & quod Samuel, ſimul ac Saul 40. annos præfuerint, & quod viceni cuique anni tribuantur. Prior pars ſic ab aliquibus probatur. Quia ab exitu Hebræorum de Ægypto, vſque ad quartum annum Salomonis, in quo prima templi fundamenta iacta ſunt, interfuerunt anni 480. vt patet 3. Reg. 6. n. 1. Hæc autem annorum ſumma compleri nequit, niſi Samueli pariter, ac Saüli 40. anni aſſignentur; ergo 40. annos ſine dubio vterque ſimul præfuerunt. Patent omnia. Illa minor propoſitio, in qua ſola eſt difficultas, ſuadetur. Quia ab exitu de Ægypto vſque ad mortem Heli 396. anni decurrerunt; vt ex pluribus chronologiis colligit Pineda lib. 5 de Salomone, cap. 9. ſect 17. Quibus ſi addas 40. annos, quibus regnauit Dauid, & 4. quos iam Salomon tranſegerat, cùm templum inchoauit, annos efficies 440. Sed ad prædictam ſummam 480. annorum perficiendam adhuc requiruntur 40. anni: ergo hi planè inter Heli, & Dauidem tribuendi ſunt Samueli, ac Saüli.

Pineda.

11. *Confutatur.*

Hæc probatio parum efficax mihi videtur; quia in illa annorum collectione qua vtitur, multa aſſumit gratis omnino concedenda, quæ ſi quis negauerit non ita facilè conuincetur. Quamuis enim neceſſe ſit, illam 480. annorum ſummam ab exitu de Ægypto vſque ad quartum annum Salomonis ſtatuere; id tamen fieri poteſt aliter, atque aliter annos partiendo, & plures, vel pauciores Samueli, ac Saüli aſſignando. Quare argumentatio, quæ ex hac annorum collectione conficitur, multis calumniis patet, & proinde minùs firmitatis habet ad inſtitutum perſuadendum.

12. *Verum fundamentum.*

Aliter igitur probo expendendo locum D. Pauli, quo aduerſarij vtuntur ad illos 40. annos vni Saüli tribuendos; cum tamen potiùs inſeruiat ad eos Samueli, ac Saüli aſſignandos. Sic enim habet Apoſtolus: *Et poſt hæc dedit Iudices vſque ad Samuel Prophetam, & exinde poſtulauerunt Regem. Et dedit illis Deus Saul filium Cis, virum de tribu Benjamin, annis quadraginta.* Actor. 13. num. 20. & 21. Vbi, vt rectè obſeruat Torniel. anno mundi 2979. videtur Scriptura Iudicum tempora à Samuele diſtinguere, dum Samuelem vocat, non Iudicem, ſed Prophetam. Quo pacto Eccleſiaſt. 46. n. 13. ac ſequentibus, loquitur de Iudicibus: ac tandem n. 16. de Samuele tanquam à Iudicibus diſtincto: *Dilectus*, inquit, *à Domino Deo ſuo Samuel Propheta Domini.* Non Iudex, ait, ſed Propheta, vt eum à Iudicibus diſtinguat. Sic igitur & Apoſtolus Iudices à Samuele Propheta diſtinguit, ac totum illud tempus ab exitu Iudicum, ſeu à morte Heli, Samuelem, & Saülem comprehendens, 40. annorum ſpatio definit. Ergo re vera illi 40. anni Samueli pariter, ac Saüli debent aſſignari.

Torn.

13. *Anni 20. Samueli, totidem Saüli concedendi.*

Poſterior pars, quòd 20. anni Samueli, ac totidem Saüli tribuendi ſint, manifeſtior apparet. Nam à morte Heli, ſeu à reductione Arcæ in terram Iſraël, quæ fuit ſeptem poſt menſes, vſque ad illud tempus, quo Iſraëlitæ petierunt, & acceperunt Regem, interfuerunt 20. anni, quibus Arca *Domini manſit in Cariathiarim; & requieuit omnis domus Iſrael poſt Dominum*, 1. Reg. 7. num. 2. Atqui toto

hoc

hoc tempore nullus alius, quàm Samuel aſſignari poteſt Iudex Iſraëlis; ergo is ſine dubio 20. annos iudicauit. Sed cum ab exordio primatus Samuelis vſque ad finem regni Saulis, 40. anni numerentur, vt docet Apoſtolus; fit, vt 20. annis Samueli attributis, totidem Saüli attribuantur. Atque hæc de Samuele, & Saüle.

14. *Dauid 40. annis, & 6. menſibus Regis obiit minus.* Richard. Victor. De duratione regni Dauidis non eſt, quod hoc loco inquiratur, cum 3. Reg. 1. num. 11. & 1. Paralip. vlt. n. 27. apertè aſſignetur. Solùm aduerte, quamuis ibi 40. anni Dauidis regno tribuantur, tamen ſex ampliùs menſibus regnaſſe, vt ex 2. Reg. 5. n. 6. & 1. Paralip. 3 n. 4. conſtat. Scriptura enim, vt Richard. Victorin. part. 2. tract. 3. & plures alij obſeruant, non curat minutias, ſeu fracturas annorum, hoc eſt, annos inchoatos, quos propterea ſæpe omittit; ſæpe tanquam annos integros recenſet.

15. *Secunda difficultas de Salomonis regno.* Secunda in regno Salomoois excitari ſolet difficoltas. Nam Salomon in tenera admodum ætate ad regoum acceſſit, iuxta illud Dauidis: *Salomonem filium meum vnum elegit Deus adhuc puerum, & tenellum* 1. Paralipom. 29. num. 1 Et illud eiuſdem Salomonis iam regnare incipientis: *Ego*, inquit, *ſum puer paruulus, & ignorans ingreſſum, & introitum meum*. 3. Regum 3. num. 7. Vnde Hebræi apud Abulenſ. 3. Regum 11. quæſt 14. dicunt, Salomonem duodecimo ætatis anno ad regnum acceſſiſſe. Quibus aſſentiri videtur Diuus Hieronymus in epiſt. 132. ad Vitalem; id ipſum exprimit Eupolemus apud Euſeb. lib. 9. de præparat. Euangel. cap. 4. ad finem. Imò ibidem aſſerit, Salomonem tredecim annos natum cœpiſſe ædificare templum. Vnde cùm Salomon hanc fabricam aggreſſus fuerit quarto regni ſui anno. 3. Regum 6 num. 1. planè, ſi tueri vellet Scripturam, dicere cogeretur Eupolemus, Salomonem regnare cœpiſſe annos nouem natum. Si igitur ſolos 40. annos regnauit, vt habetur 3. Regum 11. num. 42. & 2. Paralip. 9. num. 30. ſolos 57. iuxta Hebræos, aut etiam 49. annos, iuxta Eupolemum, vixit. Hoc autem non videtur fieri potuiſſe, quia Salomoni mortuo ſucceſſit in regnum eius filius Roboamus, vnum & 40. annos natus. 3. Regum 14 num. 21. & 2. Paralip. 12. num. 13. Ergo hunc Salomon anno ætatis ſuæ vndecimo, iuxta Hebræos, aut octauo iuxta Eupolemum, genuiſſet; quod naturæ viribus repugnat.

Abul. D. Hier. Eupol.

16. *Prima difficultatis expeditio reiicitur.* D. Hier. Hæc difficultas tripliciter poteſt expediri. Primò, admittendo totum quod in ea aſſumitur; Salomonem duodecimo anno, aut etiam nono regnum ſuſcepiſſe: & vndecimo, aut etiam octauo generaſſe; idque ſupernaturalibus viribus, quidquid ſit de naturalibus, non aduerſari. In quam reſponſionem inclinat Diuus Hieronymus citatus. Sed non eſt cur ſine neceſſitate miraculum conſingatur.

17. *Secunda expeditio.* Ioſeph. Theod. Procop. Magiſt. hiſt. Secundò, dicendo cum Ioſepho lib. 8. antiquit. cap. 2. Salomonem 80. annos regnaſſe. Cui Theodor. quæſt. 37. in 3. lib Reg. Procop. ibidem, & Magiſter hiſtoriæ lib. 3. c 27. in fine, non aduerſantur, ſed eum interpretantur, & conciliant cum Scriptura in hunc modum: Scripturam agere de annis quos Salomon in regno ante peccatum egit, qui fuerunt 40. cæteros poſt peccatum, quaſi indignos, qui commemorentur, ſilentio inuoluiſſe: at verò Ioſephum omnes numeraſſe, qui fuerunt octoginta.

18. *Improbatur.* Sed non eſt, cur in hanc interpretationem Scriptura torqueatur, cum nihil eius planæ intelligentiæ aduerſetur. Et certè ſi quid eſſet circa annos Salomonis immutandum, aut innouandum; potiùs illos addiderim Salomonis ætati ante regnum, quàm poſt regnum: quia ante regnum nullus annorum numerus circa ætatem Salomonis ab Scriptura exprimitur; vnde periculum non eſt, ſi plures, vel pauciores numerentur: at verò poſt regnum, cum iam annos 40. Scriptura expreſſerit, ſi quis plures addiderit, periculum eſt, ne Scriptura corrumpatur. Et quidem quænam poterit eſſe certa regula computandi tempora, ſi quis annos ab Scriptura expreſſos, pro pluribus, vel paucioribus ex arbitrio ſuo interpretetur?

19. *Tertia, & vera expeditio.* Tertiò igitur ſolui poteſt hæc difficultas, ſi dicas, Salomonem non in duodecimo ætatis anno, vt fingebant Hebræi, & multò minùs in nono, ſi id Eupolemus ſomniauit; ſed in anno circiter vigeſimo, aut vigeſimo quarto, regnum inchoaſſe. Nec obſtare quòd initio regni puer appelletur: nam in Hebræo eſt נַעַר *Nahar*, quod nomen non ſolùm puero, ſed etiam iuueni ſignificando accommodatur; vt c. 1. n. 22. latiùs oſtendemus. Imò Dauid iam moriturus, ad Salomonem, quem regni hæredem relinquebat: *Vir*, inquit, *ſapiens es*. 3. Reg. 2. n. 9. Quæ autem virilis ſapientia in puero duodenni eſſe poſſet: Sed de hac re accuratè diſſerunt Barrad. tom. 1. concord. lib. 5. c. 10. Pined. lib. 8. de rebus Salom. c 2. Torniel. tom. 2. Annalium, anno mundi 3039. Qui interim conſulantur.

Barrad. Pineda. Torniel.

20. *Tertia difficultas de regno Iorami, & Ochoziæ.* Tertia tandem difficultas eſt in regno Ioram Regis Iuda. Nam hic, vt eſt in litera, *Triginta duorum annorum erat, cum regnare cœpiſſet, & octo annis regnauit in Hieruſalem*. 4. Reg. 8. n. 17. & 2. Paralip. 21. num. 5. & 20. Vnde fit, vt mortuus fuerit anno ætatis ſuæ 40. Atqui eius filius Ochozias, cum mortuo patri in regnum ſucceſſit, erat 42. annorum, vt expreſsè habetur 2. Paralip. 22. n. 2. Ergo ſi Ioram plures annos, quàm octo non regnauit; ſequitur, filium duobus annis fuiſſe parente ſuo ſeniorem. Et augetur difficultas ex contrarietate textuum. Nam loco Paralip citato dicitur Ioram fuiſſe 42. annorum, cum regnare cœpit. Et 4. Reg. 8. n. 26. dicitur fuiſſe 22. annorum, cum regnare cœpit. Quæ duo videntur ſibi inuicem aduerſari.

21. *Prima reſponſio.* Auct. qq. Hebr. Reſpondet primò Auctor qq. Hebraic. in 2. librum Paralip. Ioramum regnaſſe quidem 28. annos; Scripturam tamen ſolos octo numeraſſe, quia illos innocenter egerat, antequam fratres occideret: illos autem viginti prætermiſiſſe, quia in languore, & tribulatione illos deduxerat: tribuiſſe tamen eius filio Ochoziæ, ne quid de chronologiæ ſumma deperiret, & aliqua introducendis erroribus occaſio daretur. Quæ reſponſio adhuc mihi videtur interprete indigere. Non enim ſatis explicat, an illi viginti anni additi regno Iorami, includantur in illis 40. quos dicitur vixiſſe; an illis inſuper adiungantur.

22. *Hæc reſponſio explicatur primò.* Dupliciter igitur eam explico. Primò ſic, Ioram vixit annos 60. Erat enim 32. annorum quando regnare cœpit, & regnauit 8. annos innocenter, quos proinde numerat Scriptura; deinde regnauit alios viginti, quos in impietate tranſegit, & propterea ab Scriptura omittuntur, qui tamen tribuuntur eius filio Ochoziæ, ne tota illorum annorum memoria aboleatur. Itaque Ioram obiit ſexagenarius; & poſt eius mortem illi ſucceſſit filius Ochozias, natus iam annos 42. vt loco citato Paral. habetur. Male autem regnare cœpit idem Ioram, cum eſſet quadragenarius, & ab ea patris ætate dicitur eius filius Ochozias regnare cœpiſſe, cum annos 22. natus eſſet, vt 4. Reg. 8. n. 26. ſcribitur. Secundò ſic Ioram 40. tantùm annos vixit, & ex his 28 regnauit: octo quidem innocenter, qui ab Scriptura numerantur; 20. autem ſceleratè, qui propterea tacentur, ſed annis eius filij

Explicatur ſecundò.

adduntur, ne temporum indagini erroris occaſio præbeatur. Itaque cum Ochozias filius Ioram regnare cœpit, dicitur citato loco Paralip. quadraginta annorum fuiſſe, non quod re vera fuerit, ſolùm enim erat 22. annorum, vt 4. Reg. 8. n. 26. exprimitur: ſed quod illi viginti anni, quos pater malè regnando tranſegit, filio tribuantur.

23. *Prædicta reſponſio refellitur primò.* Hæc reſponſio vtroius modo explicetur, admittenda non eſt. Primò, quia vel illi 20. anni regni Ioram tacentur, quia in illis impiè regnauit; vel quia cum languore, & tribulatione vixit. Si primum, etiam illi 8. anni taceri debuerant, quia Ioram nuſquam dicitur piè, & innocenter vixiſſe. Imò omnium impiorum Regum annos præteriri oportebat: cum tamen in Scriptura accuratè recenſeantur, & prænotentur. Si ſecundum, non 20. anni, ſed 2. tantùm omittendi erant; quia Ioram biennio tantùm dicitur ægrotaſſe. 2. Paralip. 21. n. 19. Satis igitur non eſt illa ratio, vt illi 20. anni taceantur. *Secundò.* Secundò, quia ſi illi anni de regno Iorami in Scriptura omitterentur, propter ipſius Iorami impietatem, non adderentur profectò Ochoziæ, qui nihilo fuit melior; ſed pariter *ingreſſus fuit per vias domus Achab*, &c. 2. Paralip. 22. num. 3. *Tertiò.* Accedit, quòd hæc annorum additio, Regum chronologiæ cognoſcendæ nihil inſeruit; non enim adduntur illi anni ad regnum Ochoziæ, quod neceſſarium erat, vt illi chronologiæ conſuleretur; ſed ad vitam, cuius breuitas, aut longitudo ad cognoſcendam Regum chronologiam nihil conducit; non enim viuendi, ſed regnandi ſpatia inquiruntur.

24. *Quartò.* Imò in hoc poſteriori explicandi modo, ſecundùm quem Ioramus 40. tantùm annos vixit, iam tota eius vita expanſa, & euoluta erat; dictum enim fuerat eſſe 32. annorum, cum regnare cœpit, & 8. annis regnaſſe: quæ eſt 40. annorum ſumma. Quorſum igitur 20. illius anni filio tribuantur, vt temporum indagini conſulatur? Tantùm enim abeſt, vt ea additio occaſionem errandi in hac chronologia tolleret, vt potiùs induceret; quia fieret, vt anni additi Ochoziæ, ab annis Iorami diſtincti putarentur. *Quintò.* Adde, illos 28. annos regni Iorami, quos hæc interpretatio aſſignat, non poſſe in illis 40. annis includi; quia ſequeretur Ioramum regnare cœpiſſe, cum eſſet 12. annorum, cum tamen Scriptura ſemper dicat, regnare cœpiſſe, cum eſſet 32. annorum.

25. *Secunda reſponſio.* Caiet. Torniel. Secundò igitur reſpondet Caiet. in locum Paralip. cit. quem ſequitur Torniel. tom. 1. Annal. anno mundi 3149. num. 3. locum illum Paralip. tam in Hebræo fonte, quàm in Latina editione vulgata vitio ſcriptoris eſſe corruptum: & pro 42. *annorum*, legendum eſſe 22. vt citato loco Regum habetur. *Caiet. fundamentum.* Probat Caietanus ſuam hanc caſtigationem; quia tempus regni Ioram Regis Iuda incidit in tempus regni Ioram Regis Iſraël: hic autem regnauit 12. tantùm annis. 4 Reg. 3. num. 1. ergo ille non potuit regnare 28. vt aduerſarij aſſumunt. Mouetur etiam Torniel. quia ſaltem apud Septuaginta in editione Sixtiana dicitur Ochozias fuiſſe 20. annorum, cum regnare cœpit: & cum hæc magnæ ſit auctoritatis, credit ſatis, vt ipſe loquitur, rationaliter in hac parte præferendam eſſe textui vulgato.

26. *Secunda reſponſio explodiſur.* Hæc reſponſio, ſi admittatur, omnem dubitationem tollit. Mihi tamen nullo modo videtur admittenda. Nam ſi in caſtigatiſſima editione, qualis eſt Latina vulgata, aliquis error vitio ſcriptoris ſemel concedatur: quis hæreticorum audaciam multis ſæpe locis Scripturam cenſorio vngue corrigere volentium refrænabit? Nec refert apud Septuaginta dici Ochoziam 20. annorum; nam ſi inde emendandus eſt locus Paralip. vbi dicitur fuiſſe 42. annorum, etiam emendabitur locus Regum, vbi dicitur fuiſſe 22. annorum. Fateor quidem Græcam illam editionem ſinceram eſſe poſſe; nego tamen Latinam eſſe corruptam, quia non oportebat, vt Septuaginta exprimerent omnes annos Ochoziæ. Fundamentum Caietani ſtatim corruet.

27. *Tertia & vera reſponſio.* Tertiò igitur reſpondeo, Ioramum 8. quidem annos ſolum, & poſt mortem patris regnaſſe, vt citatis locis continetur; nihilominus cum patre adhuc viuente regnaſſe 20. Quod eruitur ex litera. Nam Ioram dicitur regnaſſe anno quinto Ioſaphat patris ſui. 4. Reg. 8. n. 16. Ioſaphat autem regnauit 25. annis. 3. Reg. 22. n. 42. ergo 20. cum patre regnauit. Vnde fit, vt ſexagenarius obierit: nam ante regnum egit 32. annos; in regno cum patre 20. in regno ſolus 8. qui ſoli ab Scriptura numerantur, quia ſoli ad Regum chronologiam inſeruiunt. Annos autem 60. natus filium 42. annos agentem, 18. annis excedebat.

28. *Deſtruitur Caiet. fundamentum.* Hinc corruit fundamentum Caietani. Quando enim dicitur tempus regni Ioram Regis Iuda incidiſſe in tempus regni Ioram Regis Iſraël; ſermo eſt de tempore, quo Ioram Rex Iuda ſolus regnauit, qui fuerunt illi 8. anni, qui ſoli chronologici dicuntur, non autem de toto tempore, quo ſimul cum patre regnauit.

29. *In concordiam adducuntur duo loca de regno Ochoziæ.* Ad illa alia duo loca de Ochozia, ſimiliter reſpondendum, Ochoziam 20. annos cum patre regnaſſe: vnum ſine patre, qui ſolus ab Scriptura recenſetur, vtpote chronologicus. Atque adeò 4. Reg. 8. num. 26. dici 22. annorum, quando regnare cœpit cum patre; at verò 2. Paral. 22. num. 2. dici 42. annorum, quando regnare cœpit poſt patrem. Hanc ſolutionem tradit Iacobus Gordon. noſter in quæſtionibus chronologicis, cap. 1. & ante illum Suar. tom. 1. in 3. p. diſp. 6. ſect. 1. *Iac. Gor. Suar.*

30. *Prima obiectio.* Video multa contra illam obiici poſſe. In primis fieri æquiuocationem in verbo regnandi: *Triginta duorum annorum erat Ioram, cum regnare cœpiſſet, & octo annis regnauit.* Nam priori loco, ſignificat regnum ſimul cum patre: poſteriori, ſine patre. Quod ſimiliter contingit in illis locis Regum, & Paralip. de Ochozia. *Solutio.* Reſpondeo, exiguum mihi videri hoc incommodum, vbi pro ſolutione loci difficillimi maiora eſſent deuoranda.

31. *Secunda obiectio.* Secundò obiicies, Ioram non cœpiſſe regnare in 5. anno Ioſaphat patris ſui, quia regnare cœpit in 5. anno Ioram Regis Iſraël. 4. Regum 8. num. 16. quintus autem annus Ioram Regis Iſraël non coincidit cum quinto, ſed cum 25. Regis Ioſaphat. Nam Ioſaphat regnare cœpit in quarto anno Regis Achab. 3. Reg. 22. n. 41. & cum illo conregnauit 18. annos, ex illis viginti duobus, quos regnauit Achab. 3. Regum 16. num. 29. & cum altero Ochozia filio Achabi, duos; hos enim ille Ochozias regnauit. 4. Reg. 22. n. 51. Ac tandem in 5. anno ſequentis Regis, qui fuit Ioram Rex Iſraël, ſuos illos 25. expleuit. Et proinde vigeſimus quintus annus Ioſaphat, & quintus Iorami Regis Iſraël inter ſe coincidunt. Si igitur Ioram Rex Iuda regnare cœpit in 5. anno Ioram Regis Iſraël, vt in Scriptura exprimitur, nullo modo regnare cœpit in 5. anno Regis Ioſaphat. *Solutio.* Solutio facilis eſt, ſi diuerſus modus regnandi attendatur. Nam ſolus quidem regnare cœpit Ioram Rex Iuda in 5. anno Ioram Regis Iſraël; ſed cum patre Ioſaphat regnare cœpit in 5. illius anno, qui fuit annis ante viginti, vt ex dictis conſtat.

32. *Tertia obiectio.* Obiicies tertiò contra id, quod diximus de Ochozia Rege Iuda, quod ſcilicet 20. annis cum patre regnauerit, à 22. vſque ad 42. ætatis ſuæ, & deinceps

deinceps vnum annum regnauerit ſolus. Obiicies, inquam, quia Ioram pater Ochoziæ 8. annos tātùm ſolus regnauit, vt diximus; ergo eius filius Ochozias non potuit cum illo regnare 20. annos, ſed plurimum illos 8. Reſpondeo ſimiliter, cum illo prout ſolus regnauit, non potuiſſe regnare 20. annos, ſed tantùm 8. ſed cum illo prout regnauit cum patre, potuiſſe. Itaque Ochozias 8. annis regnauit cum ſolo patre; & cum patre regnante cum auo duodecim: atque ideò abſolutè 20. annos cum patre regnauit.

33. Sed hæc, pluráque id genus, quæ in libris Regum continentur, nequeunt in operis prologo expediri: paucula hoc loco prælibaui, vt quantis difficultatibus totum hoc opus confertum ſit, ab hoc indicio colligatur. Cætera in ſuos locos tractanda remittantur.

SECTIO VII.

Mores Regum Iuda, & Iſraël examinantur.

1. *Infelicior ſub Regibus, quàm ſub Iudicibus Hebræorum ſtatus. Plerique Iudices boni.*

LOngè infelicior fuit Hebræorum ſub Regibus, quàm ſub Iudicibus ſtatus. Nam ex Iudicibus, vel omnes, vel plerique boni extiterunt. Vnde à Siracide commendantur: *Et Iudices*, inquit *ſinguli ſuo nomine, quorum non eſt corruptum cor: qui non auerſi ſunt à Domino, vt ſit memoria illorum in benedictione, & oſſa eorum pullulent de loco ſuo*, &c. Eccleſiaſt. 46. à n. 13. Apoſtolus verò eorum laudibus euulgandis defuturum ſibi tempus profitetur: *Deficiet*, inquit, *me tempus enarrantem de Gedeon, Barac, Samſon, Iephet*, &c. Hebr. 11. n. 32. quamuis enim veterum Patriarcharum laudes eleganti oratione aggreſſus fuerit; tamen Iudicum res geſtas dignis laudibus celebrari à ſe poſſe quodammodo deſperabat.

2. *Plerique Hebræorum Reges impij.*

At verò Reges neſcio quis ſcelerum turbo à diuinæ legis obſeruantia auexit. Nam à Deo, tanquam improbi milites à ſuo principe, maiori ex parte defecerunt. Vnde idem Siracides de Regibus loquutus: *Quidam*, inquit, *ipſorum fecerunt, quod placeret Deo; alij autem multa commiſerunt peccata.* Eccleſiaſt. 48. n. 18. Quod facilè in primis patet in Regibus Iſraël, ſiue Ephraïm, ſiue Samariæ, ſiue decem tribuum (his enim nominibus appellantur, qui à Roboamo legitimo Salomonis ſucceſſore ad Ieroboamum publicæ pacis turbatorem defecerunt) qui omnes fuerunt improbi, & idololatræ, & æterno ſupplicio damnati. Vnde à Propheta appellantur, *omnes Principes eorum recedente*. Oſeæ 9. num. 19. Nam omnes, vt docet D. Athan. in Synopſi lib. 10. imitati ſunt primum Regem Ieroboamum, qui peccare fecit Iſraëlem. Eiuſdem rei teſtis eſt D. Aug. lib. 17. de Ciuit c. 23. *In Iſrael*, inquit, *Reges alios magis, alios minus, omnes tamen reprobos legimus.* Neque enim alium exitum habere potuerunt illi pacis & concordiæ turbatores. Hinc eſt, quòd Deus, teſte Dauid, *tribunm Ephraim non elegit*. Pſ. 77. n. 67. *Futuram*, inquit Theodor. *tyrannidem præuidens, quandoquidem ex hac tribu Ieroboam originem ducens ex Dauidico regno decem tribns abduxit.* Ad eandem rem exprimendam illa filia Oſeæ, qui tribum Ephraim, ſeu regnum decem tribuum repræſentabat, appellata eſt, *Abſque miſericordia.* Et rationem reddit Deus: *Quia*, inquit, *non addam vltrà miſereri domui Iſrael, ſed obliuione obliuiſcar eorum, & domui Iuda miſerebor, & ſaluabo eos in Domino Deo ſuo.* Oſeæ 1. n. 6. & 7. Quid, obſecro, cauſæ eſt, cur diuina miſericordia

Omnes Reges Iſraël, ſiue Samariæ reprobi. — Athanaſ. — D. Aug. — Theodor. — *Regum peccata diuinam miſericordiā in regnum Iſraël intercluſerunt.*

A pateat in regnum Iuda; at verò in regnum Iſraël intercludatur? Optimè Rupert. ad eum locum: *Si quæris*, inquit, *rationem, cur Dominus non Iſraeli, ſed domui Iuda miſereri debuerit; ſciendum tibi eſt, magnam in Regibus Iſrael, & Regibus Iuda diſtantiam fuiſſe peccati. Regum quippe Iuda nonnulli iuſti fuerunt, videlicet Dauid. Ezechias, & Ioſias, qui nullum idololatria peccatum admiſerunt. At verò de Regibus Iſrael nullus extitit, qui faceret, quod rectum eſſet, aut placitum coram Domino, nullus omnino, qui recederet à peccatis Hieroboam. Omnes impœnitentes extiterunt, & peccata ſua defendentes, vniuerſi ſermonem Domini repulerunt.* (Rupert.)

3. *Tribus Ephraim inter beatorum ordines non numeratur.*

Ob eandem cauſam cum Ioann. Apoc. 7. à n. 5. duodecim millia ex ſingulis tribubus inter beato- B rum ordines recenſeret, ne vnum quidem ex tribu Ephraim, ſaltem ſub hoc nomine explicata, numerauit; ſed huius tribus nomen tacitus prætermiſit, quæ diſcordiarum fuerat ſeminatrix, & perduellionis rea patrij iura regni violarat. Æquum enim erat, vt ea tribus, quæ terrenum ambierat regnum, à cæleſti excluderetur.

4. *Tribus Ephraim cur vitulæ comparetur.*

Hinc illa de hoc regno per Oſeam querimonia: *Ephraim*, inquit, *vitula docta diligere trituram.* Oſeæ 10. num. 11. Vbi duo obiter aduerte. Vnum, appellari vitulam, interprete Rupert. quòd olim in deſerto vitulum adorauerit. Exod. 32. num. 6. & poſtea in Samaria cultui vitulorum ſuccubuerit. 3. Reg. 12. num. 30. Nam ſicut *qui adhæret* C *Domino, vnus ſpiritus eſt cum eo.* 1. Corinth. 6. n. 17. ita qui adorant bruta animalia, cum illis pariter bruteſcunt; & qui lapides, cum illis pariter lapideſcunt: iuxta illud; *Potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.* Matth 3. num. 9. Hoc eſt, fideles de infidelibus, Chriſtianos de idololatris; qui lapides dicuntur, vt docet Clemens Alexand. in exhortat. ad Gentes, quia lapidibus crediderunt. Et in vniuerſum loquendo, cùm amor amantem transferat in amatum, iuxta illud; *Facti ſunt abominabiles, ſicut ea, quæ dilexerunt.* Oſeæ 9. n. 10. neceſſe planè fuit, vt ea tribus, quæ vitulos coluit, & tanquam Deos adamauit, vitulis ſimilis redderetur.

Amor amantem transfert in amatum.

5. *Iſraëliticum regnum terrenis tantùm ſortis intentum.*

D Alterum, quod aduertas, eſt, comparari tribum Ephraim vitulæ trituranti, non aranti. Nam qui arat ſpe futuræ meſſis excitatur, iuxta illud D. Pauli: *Debet in ſpe, qui arat, arare.* 1. Corinth. 9 n. 10. Qui verò triturat, præſentibus tantùm commodis incumbit. Quod præcipuè cernitur in vitulis, quæ non araturam diligunt, ſed trituram, eo quòd, interprete Rupert. non arantes in agro, ſed triturantes *in area fruges comedunt*. Ita planè ille populus nihil cogitans de futura felicitate, ſola præſentium rerum vtilitate animum depaſcebat: & adulterina quadam voluptate ineſcatus, ingentes quaſdam difficultates inſcius & imprudens deuorabat. Quem etiam nunc improbi peccatores imi- E tantur. *Nam ſicut vitula*, inquit D. Gregorius, lib. 20. moral. cap. 16. *trituræ laboribus aſſueta, relaxata plerumque ad eundem laboris vſum etiam non compulſa reuertitur: ita prauorum mens huius mundi ſeruitiis dedita, & rerum temporalium fatigationibus aſſueta, etiamſi ſibi liberè vacare liceat ſubeſſe tamen terrenis ſudoribus feſtinat: & vſu miſeræ conuerſationis trituram laboris quærit, vt à iugo mundanæ ſeruitutis ceſſare non libeat, etiamſi liceat.*

(Rupert. — D Greg.)

6. *Regnum Iſraël cur vaccæ laſciuienti comparatur.*

Parum eſt, vocari illud regnum vitulam triturantem, quod renuntiauerit cæleſtibus bonis, terrenis tantùm inhiauerit. Appellatur vlteriùs vacca laſciuiens. *Sicut vacca laſciuiens*, inquit Propheta, *declinauit Iſrael.* Oſeæ 4 n. 16. ſeu, vt vertunt Septuaginta: *Sicut vacca aſilo percuſſa* (ſeu *œſtro correpta*) *inſaniuit Iſrael.* Nā ſicut vaccæ œſtro, ſeu aſilo

exagitatæ, à reliquo armento aberrant, per attia, & A
inuia deſultant, nullis bubulci vocibus reuocan-
tur, ſed in abrupta præcipites aguntur: ita planè, in-
terprete Theod. illud regnum Samariæ neſcio quo
œſtro idolorum colendorum ſtimulatum, ſegrega-
uit ſe à diuino cultu, & in dæmonis ſeruitutem
præcipitauit, tanta in ſuummet exitium temeritate
furens, vt nullis vnquam Prophetarum vocibus à
nefaria ſuperſtitione reuocaretur.

7. *Regnũ Iſraël inteſtinis ſeditionibus diſſipatum.*

Quibus igitur deuoueri pœnis æquum erat il-
los Reges, qui tantis ſe culpis illigabant? Debuit
profectò inteſtinis ſeditionibus fatiſcere totum
regnum, quod à ſuo vero Deo diſſidebat. Hoc
enim mihi videtur ſignificaſſe Propheta illis ver-
bis: *Tranſire fecit Samaria Regem ſuum quaſi ſpu-* B
mam ſuper faciem aquæ. Oſeæ 10. num. 7. Regem
inquit, per ſynecdochen, id eſt, Reges; omnes
enim perierunt. At cur ſpumæ ſuper faciem aquæ
comparantur? Dices, propter breuitatem, & facili-
tatem, qua omnes illi Reges tandem euanuerunt.
Sicut enim ſpuma ocyſſime ſoluitur, & leuiſſimo
quodam ſpiritu difflatur: ita omnes illi Reges bre-
uiſſimo tempore durarunt, & facillimo negotio in-
terierunt.

8.

Adde, ſicut ſpumæ mutuis ſe incurſibus colli-
dentes diſſipantur: ita illud règnum inteſtinis fa-
ctionibus ſe mutuò diſcerpens concidiſſe; vt quod
rebellionibus contra Deum, ac legitimum Regem
excitatis natum fuerat, mutuis inter ſe rebellio- C
Rupert. nibus conuulſum moreretur. Ita Rupertus inter-
pretatur. *Emeruit*, inquit, *Samaria, vt Rex eius tranſ-*
iret, & regnum eius ſolueretur; ſicut ſpuma ſuper faciem
aquæ. Sicut enim olla feruente, ſuperiores aquæ in ſpu-
mam, bullaſque erumpunt, ipſæque bullæ ſubſilientes
colliduntur, & aliis emergentibus, aliæ crepant, &
diſſiliunt: ita Samaria, vel decem tribus iugi fer-
uentes igne diſcordiæ, Reges alios ſuper alios creaue-
runt; & vſque ad decem vices percuſſis Regibus alij Re-
ges ſuperſederunt. Decem igitur ſeditiones in eo re-
gno excitatæ notum illius robur, vires, ac neruos
comminuerunt.

9. *Decem Iſraëliticæ regni ſeditiones.*

Quod multò antè primo illius populi Regi præ-
monſtratum eſt. Quid eſt enim, quod Propheta
Ahias ſcindens pallium nouum in duodecim par- D
tes, decem tradiderit Ieroboamo, dicens: *Tolle tibi*
decem ſciſſuras? 3. Reg. 11. n. 31. Dicet aliquis, rem
eſſe ex ipſa litera manifeſtam, quam ipſemet Pro-
pheta interpretatus: *Hæc*, inquit, *dicit Dominus Deus*
Iſraël: Ecce ego ſcindam regnum de manu Salomonis,
& dabo tibi decem tribus. Vbi decem pallij ſciſſuræ
illas decem tribus ſignificant. Sed Rupert. vbi
ſuprà, neſcio quid ingenioſius commentatus, illis
decem pallij ſciſſuris decem regni ſeditiones re-
cognoſcit. Primam Ieroboami in Roboam. 3 Reg.
12. n. 20. qua illum de regno decem tribuum ex-
turbauit. Secundam Baaſæ in Nadab. 3. Reg. 15. n.
27. qua illum per inſidias aggreſſus interfecit. Ter-
tiam Zambri ſerui Regis Helæ in ipſum Helam. E
3. Reg. 16. n. 9. & 10. qua Regem temulentum ir-
ruens oppreſſit, & occidit. Quartam Ambri, qui erat
princeps militiæ, in ipſum Regem Zambri. 3. Reg.
16. n. 17. & 18. qua illum in vrbe regia commoran-
tem ſic obſedit, vt ſi non ad deditionem, certè ad
occiſionem ſui coëgerit. Nam Zambri, ne cade-
ret in exitium ſibi ab inteſtino hoſte paratum, ſibi
fecit incendium, quo pariter cum aula regia defla-
grauit. Quintam Iehu in Ioramum. 4. Reg. 9. n. 24.
qua fugienti Ioramo ſagittam inter ſcapulas in-
fixit, & per cor in partem vlteriorem tranſmi-
ſit. Sextam Regis Sellum in Zachariam. 4. Reg.
15. num. 10. qua illum palàm aggrediens obtrun-
cauit. Septimam Regis Manahem in Sellum.
A 4. Reg. 15. n. 14. qua illum in Samaria percuſſit, &
interfecit. Octauam Regis Phacee in Phaceiam. 4.
Reg. 15. n. 25. qua illum in Samaria, & in turri do-
mus regiæ interfecit. Nonam Regis Oſee in Pha-
cee, 4. Reg. 15. n. 30. qua illum etiam percuſſit, &
interfecit. Decimam Salmanaſaris Regis Aſſyrio-
rum in Oſee. 4 Reg. 17 n. 3. qua illum in ſeruitutem
redegit, & tranſtulit in Aſſyrios, vnde nunquam
ampliùs remigrauit. Vides, vt regnum ex decem
tribubus conflatum in decem ſciſſuras, ſeu in de-
cem factiones laceretur? Ita planè æquum erat, vt
regnum, quod à vero Deo ſe abſciderat, in ſe ipſo
ſcinderetur; & Reges, qui in Deum rebellauerant,
rebellionis talionem paterentur.

B Et nota cum D. Athanaſ. in Synopſi lib. 10. re- 10.
gnum Iſraël appellari regnum Ephraïm, non quòd *Regnũ Iſraël cur regnum Ephraim dicatur.*
omnes illius Reges fuerint de tribu Ephraïm; ſed
quòd primus Ieroboamus de illa tribu fuerit. Nam
Ieroboamo ſolus filius Nadab ex eadem tribu ſuc-
ceſſit; cæteri omnes ex diuerſis tribubus ad re-
gnum inuolarunt. Ita Deo prouidente, vt qui re-
gnum ſibi indebitum vſurpauerat, minimè illud
apud ſuos poſteros retineret; & regnum malè par-
tum, ad alios, atque alios transfuſum, malè dila-
beretur. Itaque omnes Reges Iſraëlis in peſſum
abiêre, & ſuorum pœnas ſcelerum exantlarunt.
Nam ſi Oſee poſtremus omnium, qui licèt malus,
malitia tamen alios non exæquauit, iuxta illud:
C *Fecit malum coram Domino, ſed non ſicut Reges Iſraël,*
qui ante eum fuerant. 4. Reg. 17. n. 2. Si inquam, Oſee
minùs malus, acerbiſſimas tamen ſuorum flagitio-
rum pœnas dedit, abductus in extremam captiui-
tatem, nullum vnquam finem habituram, quid de
cæteris Regibus dicendum? Profectò ſicut mores
nequiores habuerunt, ita pœnas oportebat, vt lue-
rent acerbiores.

Reges Iuda.

IAm verò ex Regibus Iuda, inquit Siracides, 11.
Præter Dauid, & Ezechiam, & Ioſiam, omnes pec- *Præter tres Reges Iuda, omnes peccati contagione infecti.*
catum commiſerunt: nam reliquerunt legem Altiſſimi
Reges Iuda, & contempſerunt timorem Dei. Dederunt
D *enim regnum ſuum aliis, & gloriam ſuam alienigenæ gen-*
ti. Incenderunt electam ſanctitatis ciuitatem, & deſer-
tas fecerunt vias ipſius. Eccleſiaſt. 49. à n. 6. Itaque ſi
illos tres excipias, in cæteros omnes peccati lues,
& contagio dimanauit. Illi verò tres Reges exci-
piuntur, non quòd omnino non peccauerint: ſed
duplici de cauſa. Prima iuxta gloſſam: *Quia quod,* *Cur iſti tres Reges excipiantur.*
inquit, *peccauerunt, condigna pœnitentia deleuerunt.*
Non enim imputantur hominibus peccata, quæ
pœnitentiæ lacrymis diluuntur. Quod ſuo loco
illuſtrabo. Sed hæc ratio non eſt literalis; alioqui
etiam Manaſſes exciperetur, qui à Deo punitus, Lyran.
per pœnitentiam reſipuit. Secunda iuxta Lyran. Ianſen.
Ianſen. & alios: quia illi tantùm Reges fuerunt *Idololatria per antonomaſiam peccatum appellatur.*
E immunes à peccato idololatriæ, & à peccato con-
tra diuinum cultum; de quibus tantùm peccatis
ibi agebatur; & quæ ſola per antonomaſiam pecca-
ta appellantur. Nam cæteri Reges, vel idololatræ,
vel in diuino cultu negligentes extiterunt.

Fateor tamen præter illos tres Reges, alios quo- 12.
que extitiſſe, quos ſalutem æternam eſſe conſequu- *Præter illos tres Reges, tres alij æternam ſalutem ſunt adepti. Rex Ioſaphat inter bonos recenſendus.*
tos, non videtur dubitandum: alios verò, de quo-
rum ſalute in vtramque partem diſputari poteſt.
In priori ordine tres fuerunt, Ioſaphat, Ioathan,
& Manaſſes. Nam de Ioſaphat quarto Rege Iu-
da, eſt illud ſingulare elogium: *Fuit Dominus*
cum Ioſaphat, quia ambulauit in vias Dauid pa-
tris ſui primas; & non ſperauit in Baalim, ſed in
Deo patris ſui, & perrexit in præceptis illius, &
non

non iuxta peccata Iſraël. 1. Paralip. 17. à n. 3. Et deinceps toto capite, ac ſequentibus egregia eius facta memorantur, quibus rem ſacram, ciuilem, & militarem, non mediocriter auxit, ſtabiliuit, exornauit. Quòd ſi peccauit iniens commercium cum Achabo improbo Rege Iſraël. 2. Paralip. 18. à n. 1. tamen à Deo reprehenſus, patienter tulit, & humiliter reſipuit. Nam dicente ad eum Propheta: *Impio prabes auxilium, & his qui oderunt Dominum, amicitia iungeris, & idcirco iram quidem Domini merebaris; ſed bona opera inuenta ſunt in te, eo quòd abſtuleris lucos de terra Iuda; & preparaueris cor tuum, vt requireres Dominum Deum patrum tuorum.* 2 Paralip. 19. n. 2. & 3. Vbi vides Prophetam cum iurgio encomium miſcuiſſe; vt non tam punitionem infligere, quàm emendationem ſperare videretur. Obiurgante, inquam, eum Propheta, Rex non obduruit, ſed humiliter ceſſit: & vt ſignificaret, ſe præteritum factum deteſtari, noua virtutum cœpta aggreſſus eſt, quæ citato capite narrantur.

Ioſaphat pœnitentia.

13\. *Ioſaphat etiam mortui ſanctitas filio Ochozia profuit.*

Quòd ſi iterum peccauit, amicitias coniungens cum impio Ochozia Rege Iſraël 2. Paralip. 20. n. 35. tamen obiurgatus à Propheta, & flagellatus à Deo, vt citato loco n. 37. habetur, ſic reſipuit, vt poſtea ad eaſdem amicitias inſtaurandas ſolicitatus, ſtrenuè recuſarit. 3. Reg. 22. n. 50. Cætera, quæ de illo citatis Scripturæ locis narrantur, ſatis mihi videntur ſuadere, eum inter optimos Reges numerandum. Vnde etiam mortuus profuit filio. Nam cum Iehu occideret Ioramum Regem Iſraël, filium Achabi, & Ochoziam Regem Iuda, filium Ioſaphat, illum inhumatum reliquit in agro Iſraël. 4. Reg. 9. num. 25. hunc autem ſepeliendum curauit in ſepulchro cum patribus ſuis, in ciuitate Dauid. Ibidem numero 28. Et rationem reddit textus: *Eo quòd*, inquit, *eſſet filius Ioſaphat, qui quæſierat Dominum in toto corde ſuo.* 2. Paralip. 22. num. 9. Tanta erat ſanctitas Ioſaphat, vt in filium improbum refunderetur.

14\. *Rex Ioathan inter iuſtos conſtituitur.*

Porrò Ioathan vndecimum Regem duarum tribuum, idcirco inter iuſtos conſtituo, quia à nemine reprehenſum video, à multis collaudatum. Nam D. Hieron in cap. 7. Iſaiæ, Regem iuſtiſſimum eum vocat. Sub hoc Rege, tanquam iuſtiſſimo, vt notat D. Hieron. *vidit* Iſaias *Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum* Iſaiæ 6. num. 1. quem videre non potuit ſub Ozia, tanquam iniquiſſimo; vt paulò inferiùs obſeruabo. Ioſephus lib. 9. antiq. cap. 11. docet, nullam huic Regi virtutem defuiſſe: ſcilicet fuiſſe pium erga Deum: iuſtum erga homines; ſtudioſum erga Rempub. hoſtibus terribilem; familiaribus denique felicem. Bis in Scriptura tempus, quod vixit, & quod regnauit, inculcatur. Semel quidem in principio regni: *Viginti quinque annorum erat Ioathan, cum regnare cœpiſſet, & ſedecim annis regnauit.* 2. Paralip. 27. n. 1. Iterum verò in fine vitæ, citato cap. n. 8. vbi eadem verba repetuntur. Non ſine myſterio fortaſſe, vt ibi Gloſſ. obſeruat. *In principio*, inquit, *& in fine annos Ioathan enumerat; quia ſicut in iuſtitia cœpit, vſq; ad finem perſeuerauit. Vnde tempora vitæ eius laude digna prædicantur.* Quæ videtur deſumpta ex Auctore qq. Hebr. lib. 2. in Paralip. Vbi docet, Scripturam initium regni Ioathan, & innocentiam deſcripſiſſe: *Vt monſtraret*, inquit, *eum in innocentia perſeueraſſe, qua cœpit.* Optimus Ioathani Regis encomiaſtes eſt Auctor operis imperfect. in Matt. homil. 1. *Ioathan*, inquit, *interpretatur perfectus, vel dominus immaculatus. Et verè perfectus fuit, & quantum ad Reges ſe præcedentes, dominus immaculatus: quia fecit, quod placitum erat Deo, & nulla reprehenſio eius legitur in ſcriptura Regnorum.* Ita & cæteri loquuntur. Sed quamuis eius laudatores abeſſent, vna ſufficeret Scriptura, quæ illum 4. Reg. 15. n. 32. & 2. Paralip. 27. per totum non mediocriter commendat.

D.Hier.

Ioſeph.

Ioathani virtutes.

Ioathani perſeuerantia.

Gloſſ.

Auct qq. Hebr.

Auctor imperf.

Ioathani nominis interpretatio.

15\. *Rex Manaſſes inter Dei amicos numeratur.*

Iam verò Manaſſes initio ſceleratiſſimus fuit, cuius ſcelera 4. Reg. 21. à num. 2. & 2. Paral. 33. à num. 2. latiſſimè deſcribuntur. Nihilominus à Deo correptus, 2. Paralip. 33. num 11. ſic reſipuit, Ibidem num. 15. vt, teſte Ioſepho lib. 10. antiquit. cap. 4. beatiſſimus prædicaretur. Vnde D. Auguſt. ſerm. 58. de Temp. expoſitis priùs ſceleribus, quibus Manaſſes obrutus fuit: *Poſt hæc*, inquit, *in captiuitatem ductus, & in carcerem miſſus, cum grandi humilitate pœnitentiam agens, ita gratiam Dei obtinuit, vt mereretur inter Dei amicos poſtmodum numerari.* Quæ verba nihilo mutata inuenies apud Cæſarium Arelatenſ. hom. 14. de pœnit. Sed & D. Ioan. Climacus in opuſculo de ſcala paradiſi, gradu 30. de humilitate: *Inuenio*, inquit, *Manaſſem illum inter homines cæteris ampliùs, & pernicioſius peccaſſe: templúmque Dei, ac religionem omnem profano cultu idolorum inquinaſſe, pro quo ſi mundus totus ieiunaſſet, nullam ſceleribus eius dignam pœnitentiam inferre potuiſſet; valuit tamen humilitas inſanabilia eius vulnera curare.* Tandem D. Chryſoſt. homil. 23. in Matt. *Manaſſes*, inquit, *ſcelera multa commiſerat, maiora prorſus, quàm vt videretur venia poſſe donari. Veruntamen poſt tot illa, tantaq; flagitia, ab omnibus eſt mundatus pœnitentia fletu, & ſtudio voluntatis.* Vnde ſerm. quodam de pœnit. idem Chryſoſt. *Quis*, inquit, *ſceleratior Manaſſe? & hunc pœnitentia reuocauit.* Et paulò poſt exclamat: *O pœnitentia, miſericordiæ mater, & magiſtra virtutum! magna opera tua, quibus reos reſoluis, ac reficis delinquentes, lapſos releuas, recreas deſperatos. Per te Manaſſes, poſt cruenta facinora, ecce meruit fieri acceptabilis.* Itaque Manaſſes vnus eſt è ſex Regibus, qui in regno Iuda ſine dubio ſalutem compararunt.

D Auguſt.

Manaſſis pœnitentia.

Cæſ. Arel.

D Ioan. Climac.

D.Chryſ.

16\. *Tres alij Reges Iuda, de quorum ſalute dubitatur.*

In poſteriori ordine eorum, de quorum ſalute dubitatur, primus eſt Salomon. Quam difficultatem, quia duo è noſtris, Barrad. tom. 1. Concord. lib. 5. cap. 9. & Pined. lib. 8. de rebus Salom. cap. 1. latiſſimè diſputarunt, libens in hoc prœmio prætermitto, eam ſuo loco fuſiùs diſputaturus. Interim dico, nihil in ea eſſe certius, quàm ipſam incertitudinem; hoc vnum eſſe ex iis, quæ nos Deus mirari voluit, ſcire noluit: prævidens vtiliorem nobis fore de hac re ignorantiam, quàm ſcientiam. Nam ſcientia, ſi eſſet de ſalute æterna Salomonis, præſumptuoſos redderet malos, qui eo exemplo excitati, leuiter præſumerent, eundem ſe quoque finem habituros: ſi de æterna eiuſdem damnatione, puſillanimes redderet bonos, qui animum omnino deſponderent, videntes tantas virtutum opes, quibus Salomon abundauerat, penitus interiiſſe: ignorantia verò vtroſque redderet cautos, & inter ſpem metúmque ſolicitos conſeruaret.

Barrad.

Pineda.

Salomonis ſalus incerta.

Ignorantia de Salomonis ſalute nobis ſcientia vtilior.

17\. *Regis Aſa dubia ſalus. Qui bonum affirment.*

Alter, cuius ſalus incerta eſt, fuit Aſa tertius Rex duarum tribuum. Nam eius bonitatem egregia de illo encomia, quæ in ſacris literis commemorantur, adſtruere videntur: *Fecit Aſa*, inquit text. *rectum ante conſpectum Domini, ſicut Dauid pater eius.* 3. Reg. 15. num. 11. Vbi multis aliis commemoratis ab eo præclarè geſtis, tandem concluditur: *Cor Aſa perfectum erat cum Domino cunctis diebus ſuis.* Ibid. n. 14. Quæ omnia 2. Paralip. 14. & 15. latè repetuntur. Vnde Carthuſ. putat, non eſſe damnatum. Zonaras tom. 1. Annal. ait, hunc Regé *vita piè acta, & longam ſenectutem adeptum obiiſſe.*

Carthuſ.

Zonar.

Seu. Sulpi. Cat. Sig.

A Seuer. Sulpit. lib. 1. ſacræ hiſtoriæ vocat *Religioſum Domini cultorem.* Et Carol. Sigon. eius Scholiaſtes, in ſcholiis eius loci eum numerat inter *primos pietatis cultores.*

18. *Eius peccata certa, incerta pœnitentia.*

Nihilominus tria eius peccata manifeſta ſunt in ſacris literis. Vnum, quòd habuerit fiduciam in Rege Syriæ, & non io Domino Deo ſuo; & proinde non ipſius Dei, ſed illius Regis auxilium implorauerit. Vnde Propheta eum grauiter obiurgans: *Stultè*, inquit, *egiſti*, &c. 2. Paralip. 16. n. 9. Alterum, quòd Prophetæ eum obiurganti non conſenſerit, ſed potiùs ſuccenſuerit, eúmq; in neruum, ſeu in carcerem coniici imperarit, plurimóſque de populo iuterfecerit. Ibid. n. 10. Fortaſſe quod Prophetæ potiùs, quàm Regis partes B tuerentur. Tertium, quòd cùm ægrotauerit dolore pedum vehementiſſimo; fortè quia Prophetæ pedes ferro conſtrinxerat: tamen *nec in infirmitate ſua quæſiuit Dominum, ſed magis in medicorum arte confiſus eſt.* Ibid. n. 12. Quare, cum hæc peccata in extrema vitæ periodo commiſerit, nec vllam, quæ referatur, illorum pœnitentiam habuerit, minimùm neceſſe eſt, vt incertum nobis de illius ſalute iudicium relinquatur.

19. *Regis Oziæ exitus vitæ incertus. Bonum fuiſſe probatur.*

Tertius, de cuius ſalute poteſt dubitari, eſt Ozias decimus Rex Iuda, alio nomine Azarias. Sic enim dicitur 4. Reg. 15. n. 1. cùm tamen 2. Paral. 26. n. 1. Ozias appelletur. Hic igitur, vt eſt in litera, *fecit, quod erat rectum in oculis Domini. Et* C *exquiſiuit Dominum in diebus Zachariæ intelligentis, & videntis Deum.* 2. Paralip. 26. n. 4. & 5. multáque in totius vtilitatem Reip. curauit, quæ toto capite referuntur.

D. Hieron.

Vnde D. Hieron. in epiſt. 142. ad Damaſum, citat quendam virum: *A quo*, inquit, *ego plura didiciſſe me gaudeo*; qui per illas duodecim alas duorum Cherubinorum, Iſaiæ 6. n. 2. intelligit duodecim Reges Iuda, incipiendo ab Ozia, vſque ad Godoliam, quem Rex Babylonis poſt Sedeciam relicto in Iudæa populo præfecit. 4. Reg. 25. n. 22, & ſicut ex illis duodecim alis, quatuor tantùm volabant: nam quatuor faciem, totidem pedes ipſorum Cherubinorum, vt in nonnullis exemplaribus inuenitur, occultabant: *Ita inquit, ex his duodecim Regibus tantùm quatuor iuſtos fuiſſe, Oziam, Ioatham,* D *Ezechiam, & Ioſiam, qui ſublimes per ſingulas captiuitates audeant glorificare Deum: reliquos verò propter peccata ſua velare faciem; & alios, qui in captiuitatem ducti ſunt, pedum velare veſtigia.* Vbi planè ſentit, Oziam inter iuſtos Reges numerandum.

Lyran. Rab Salom.

Eadem eſt ſententia Lyrani. Nam ad illa verba: *Et factum eſt in diebus Achaz, filij Ioathan, filij Oziæ Regis Iuda,* &c. Iſa. 7. n. 1. docet ex Rabbi Salomone, ex primi eo loco patrem, & auum ipſius Achaz, ad oſtendendum, quòd beneficium diuinum factum ipſi Achaz, prout in eo capite deſcribitur, non fuerit factum propter bonitatem ipſius Achaz, cum eſſet idololatra peſſimus Achaz, & proinde diuino E beneficio indignus, ſed propter meritum patris eius Ioathan, & aui eius Oziæ, qui fuerunt viri boni, ac iuſti.

Oziæ pœnitentia.

Quod ſi Ozias fuit ſacrilegus, ſacerdotale miniſterium ſibi vſurpando 2. Paralip. 26. n. 16. tamen, addit Lyran. patienter ferendo lepram ſibi à Deo inflictam, & recedendo à populo, & abſtinendo à regimine, & habitando in domo ſeparata vſque ad diem mortis ſuæ, totum ſuum peccatum expiauit.

20. Auct. imperfect.

In eandem ſententiam non inuitus trahitur Auctor operis imperfect. in Matth. homil. 1. Vbi notat, eos Reges Iuda, qui ab Athalia deſcenderunt, prout ab illa vitioſiſſima radice longiùs recedebant, eo minùs à Deo per impietatem receſſiſſe: & propterea Oziam, qui quarto iam ab A ea gradu diſtabat, cæteris præcedentibus meliorem fuiſſe, non tamen omnino perfectum: quia adhuc aliquid de ea radice peſſimæ parentis ſapiebat, cùm opus ſacerdotij ſibi indebitum affectauit, propter quod ſentit eum à Deo flagellatum, non damnatum. *Percuſſit*, inquit, *eum lepra propter iactantiam eius, vt domi ſederet: vt videretur non de numero generationis Chriſti precibus, ſed fruitione regni ex parte fraudatus.* Quibus verbis ſatis oſtendit, Oziam temporariis tantùm pœnis ſubiectum eſſe, non æternis.

21. *Malum fuiſſe oſtenditur.*

Contrà verò improbè vixiſſe, & obiiſſe oſtendere videtur illud ſacrilegium, quod commiſit loco citato Paralip. vbi felici rerum ſucceſſu tu- B mens, regali dignitate minimè contentus, ſacerdotalem vſurpauit. Cuius ſceleris nuſquam expreſsè dicitur pœnitentiam egiſſe.

D. Baſil. *Regum peccata diuinam quodammodo retardant beneficentiam.*

In hac ſententia ſine dubio eſt D. Baſil. Nam ad illa verba: *In anno, quo mortuus eſt Rex Achaz, factum eſt onus iſtud,* &c. Iſ. 14. n. 28. quærit, cur onus illud, hoc eſt, ſupplicium Philiſthinorum, quod in magnum Hebræorum beneficium cedebat, contigiſſe dicatur in anno, quo mortuus eſt Rex Achaz. Et reſpondet, vt ſignificetur, diuinam beneficentiam per improbi Regis vitam à benefaciendo quodammodo impeditam, ſtatim eo mortuo in plurima beneficia effluxiſſe. *Mox*, inquit, *vt in ruinam improbus iſte abiit principatus, verbum Domini fit aduerſus Philiſthæos.* C *Proinde ſciendum, quia ſimul atque peccatum regnans in hoc noſtro mortali corpore, mortuum fuerit, tunc in nobis fit verbum Domini.* Seu, vt paulò inferiùs magis declarat: *Improbati dogmatis auctore vita defuncto, anima noſtra à iugo iniuſti poſſeſſoris emancipata, & in priſtinam aſſerta libertatem, idonea efficitur ad contemplationem,* &c. Itaque peccatis, & peccatoribus ſublatis, magna à Deo beneficia in honorum hominum ſinum conferuntur.

22. D. Baſil.

Quod duplici exemplo D. Baſil. illuſtrat. Vno, quia viuo Pharaone, Hebræi qui ſub illius ſeruitute preſſi in Ægypto tenebantur, diuinam miſericordiam implorare non valebant, multo minùs exorare: eo tamen mortuo *vociferati ſunt, aſcenditque clamor eorum ad Deum, & audiuit gemitum eorum.* Exod. 2. n. 23. *Dum enim*, inquit Baſil. *ſuperſtes eſſet* D *Rex ille facinoroſus, ſuſpiria nulla, aut gemitus effundere ad Deum potuerunt; illo morte ſublato, tunc æquum erat, vt ſui eſſent iuris, ac præualerent, & ſui hoſtis atrociſſimi inſultarent ruinæ.*

Oziæ peccata Dei commercium cum hominibus impediebant.

Altero quia viuo Ozia, nullum Dei cum hominibus commercium eſſe videbatur; illo tamen mortuo, ſtatim Propheta: *Vidi*, inquit, *Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum,* &c. Iſ. 6. n. 1. *Nec immeritò*, inquit D. Baſil. *Nam hoc improbo Principe emortuo, cultúque Dei à tam flagitioſo piaculo legitimè expiato, ac redempto, myſteria, quæ Deum concernebant, reuelantur Prophetæ.* Ex qua doctrina colliges, quàm ſint improbi homines E à nobis non ſolùm deteſtandi, ſed etiam fugiendi, ne per illorum conſortium diuina in nos pietas claudatur. Deinde intelliges ad rem præſentem, Oziam ex mente D. Baſilij tam improbum fuiſſe, vt illius demerito, quandiu vixerit, diuina ſanctiſſimis Prophetis colloquia negarentur: mox vt obietit, communicarentur.

23. D. Chryſ.

In eadem ſententia eſt D. Chryſoſt. homil 4 de verb. Iſaiæ ad fin. Nam inquirens, cur, cum cæteri Prophetæ ſuas viſiones narrare aggrediantur à vita Regum, ſub quibus vixerant, Iſaias à morte Oziæ exordiatur. Reſpondet cauſam eſſe, quia improbi Regis ſacrilegium Deum quodammodo à commercio cum hominibus auocabat: illo mortuo, ſtatim Deus in gratiam cum hominibus quodammodo redibat. Vbi Oziam ſæpius appellat

impuritum:

A impurum: *Silet*, inquit, *ſpiritus gratiæ, eo quod ſub impuro illo non erat gratia.* Et paulò pòſt ſic inducit loquentem Iſaiam: *Antea*, inquit, *Deum non videbam nobis iratum; venit mors impuri, & ſoluit iram.* Ac tandem: *Mortuus eſt*, inquit, *impurus, & Deus reconciliatus eſt hominibus.* Quo loco non ſolùm ſignificat Oziam improbè vixiſſe; ſed etiam improbum ad extremum vitæ perſeueraſſe, cùm etiam in morte eum ſæpius nominet impurum, & illius vitam impedimento fuiſſe dicat, ne diuina in homines beneficentia panderetur.

Ozias in peccato perſeuerantia.

D.Hier.

Sic & D.Hier. in epiſt. 142. ad Damaſum, eundem Iſaiæ locum interpretatur: *Viuente*, inquit, *leproſo Rege, & quantum in ſe eſt, ſacerdotium diſſipante, Iſaias viſionem videre non potuit.* B *Quamdiu ille regnum tenuit in Iudæa, Propheta oculos non leuauit ad cælum: non ſunt ei reſerata cæleſtia: non apparuit Dominus Sabaoth, nec in myſterio fidei, ter ſancti nomen auditum eſt. Quando verò ille mortuus eſt, vniuerſa, quæ ſubſequens ſermo monſtrabit, aperto ſeſe lumine prodiderunt.* Vbi apertè Oziæ in peccato perſeuerantiam oſtendit, non ſolùm, quia ſignificat, eum quamdiu vixit, indignum fuiſſe, ſub quo cæleſtes fierent viſiones; ſed etiam, quia licèt Ozias effectu ipſo ſemel tantùm ſacerdotium diſſiparit, in ipſo affectu & quantum in illo erat planè ſignificat eum, quamdiu vixit, ſemper ſacerdotium diſſipaſſe. His igitur in vtramque partem argumentis illud ſaltem efficitur, vt de Oziæ ſalute non immeritò dubitetur.

24.

Cæteri Reges Iuda improbi.

Ob Regum peccata populus ſæpe luit pœnas.

C Cæteros Reges Iuda miſerandum ſcelerum naufragium labefecit, vt totam Regum hiſtoriam obſeruanti facile patebit. Vnde factum, vt & totum illud regnum ad miſeræ captiuitatis, diuturnæque ſeruitutis ſcopulos allideretur. Nec immeritò. Iuſtiſſimè enim à Deo Regum flagitia in ciuium capita expetuntur, & vt cecinit Horatius,

Horat.

Quidquid delirant Reges, plectuntur Achiui.

Heſiod.

Seu, vt ante illum Heſiodus,

Principis iniuſti gens omnis crimina præſtat.

Iuſt.Mart.

Quod egregiè declarat Iuſt. Mart. q. 138. ad Orthod. *Sicut*, inquit, *homo ex anima, & corpore conſtituitur: ita regnum ex Rege, & eis qui reguntur, coagmentatur. Et quemadmodum, ſi homo manibus peccatum committens, tergo pœnas pendat, non iniquè, qui in eum animaduertit, agit: ita non iniuſtè Deus facit, Principum* D *delicta populi pœna coercens.* Sed quæ tempeſtas vtrumque illud regnum Iuda, & Iſraël penitùs diſſiparit, breuiter illuſtremus.

SECTIO VIII.

Nimia felicitas Iſraëlitici regni mores diſſipauit.

1.

Quæ tempeſtas Hebræorum Reges ad ſcelerum ſcopulos alliſerit.

EN quales Reges, de quibus nobis agendum E eſt: omnes ferè ad idololatriam proni, ad iniuſtitiam rapidi, ad omne genus impietatis temerarij, ac præcipites. Sed quis eos tam læuus oculus faſcinauit, quos Deus olim vti pupillam oculi ſui cuſtodiuit? Deuter. 32. num. 10. Quis tam ſæuus turbo à diuinis legibus auulſit, quos Deus tranſtulit de Ægypto, & in loco vberi plantauit? Pſal. 79. num. 9. Quis tam vorax lupus abegit, quos Deus velut ouem in beata paſcua deduxit? Pſ. 79. num. 2. Quis tam malignus de cælo afflatus corripuit, quos ſpiritus Dei bonus deduxit in terram rectam, & propter nomen ſuum viuificauit? Pſal. 142. num. 10. Nimia profectò felicitas, niſi fallor, ad quam tandem Hebræorum Reges aſcenderunt, tempeſtas fuit, quæ eos ad infelices ſcelerum ſcopulos alliſit.

Nimia felicitatis turbo Hebræorum Reges à Deo auulſit.

2.

Vitia Saulis.

Saül cùm eſſet paruulus in oculis ſuis, caput in tribubus Iſraël factus eſt. 1.Reg. 15. num. 17. Cum magnus ſibi videri cœpit, & de proſperis rerum ſucceſſibus inaniter gloriari, debitam Deo reuerentiam, & obedientiam denegauit. ibid. num. 19.

Deiecit Dauidem

Excæcauit Salomonem.

Dauid omnibus locis, ac focis pulſus, Deum inquirebat; ſceptro, & ſolio donatus, alienum thorum violabat 2.Reg. 11. à num. 1. Salomon dum ad ſupremum ſapientiæ, & potentiæ, ac opulentiæ faſtigium erigitur, in infimum quoddam cæcitatis, & infirmitatis, atque impietatis barathrum præcipitatur. 3. Reg. 11. à num. 1.

Subegit Ioas.

Ioas proſperis rerum ſucceſſibus elatus, & adulatorijs ſuorum obſequijs delinitus, à prima illa diuinæ legis obſeruantia, quã ſub Ioiada tenuerat, defecit. 2. Paral. 24. n. 27. & ſequentibus: & in Zachariam Ioiadæ filium, qui eum reprehenderat, ſic ingratus extitit, vt eum lapidandum curarit. ibid. num. 21. ea pœna agens in eum, qui ſe arguerat, qua agi conſueuerat in eos, qui Deum blaſphemabant: perinde ac ſi ipſe parem ſibi cum Deo dignitatem habere videretur: nec minoris culpæ reum crederet, qui ſibi iniurias, quàm qui Deo blaſphemias ingerebat. Iam verò Ozias dum felicibus rerum euentibus, tanquam ſecundis à tergo auris promouetur, à diuinis legibus obſeruandis retardatur. *Nam cum roboratus eſſet*, inquit textus, *eleuatum eſt cor eius in interitum ſuum, & neglexit Dominum Deum ſuum.* 2. Paral. 25. n. 16. Quaſi ab ipſa felicitate, qua fruebatur, vires ſibi, ac præſidia ad eam iniquitatem, qua furebat, mutuaretur.

Expugnauit Ezechiam.

Tandem Ezechias de hoſtibus victor, de morbo ſanatus, claris de cælo prodigijs magnam in ſpem erectus, ſic intumuit, vt ſuas omnes diuitias Babylonijs legatis inaniter oſtentaret; maiorem fortaſſe in ſuperbiam proditurus, niſi ab Iſaia grauiſſimi comminatione ſupplicij refrænaretur. 4. Reg. 20. n. 16.

3.

Vtrumq; regnum Iuda, & Iſraël diſſipauit.

Longum eſſet ſingulos Reges Iſraëlitici populi recenſere, qui blandientibus ſecundis rebus elati, in inſaniam, imò qualiber inſania deteriorem ſcelerum voraginem corruerunt. Proſperi igitur ſucceſſus illi ſunt qui vtrumque regnum Iuda, & Iſraël diſſipauerunt. Quò enim maior felicitas hominibus blanditur, eò ſæuior in eos vitiorum tempeſtas debacchatur. Quod in fine huius proœmij illuſtro.

4.

D.Aug.

Mundi felicitas mare.

Felicitas, ruinoſa.

D.Aug. ſerm. 13. de verb. Domini, vocat huius mundi felicitatem mare quoddam: *Quod*, inquit, *amatores vorare nouit, non portare.* Et ſtatim: *Magna*, inquit, *virtutis eſt cum felicitate luctari; magna felicitatis, a felicitate non vinci.* Supremum felicitatis ſtatum duæ illæ nobiliſſimæ creaturæ homo, & Angelus attigerunt; ſed de tanto culmine deiecti, illum diutiùs non ſeruarunt.

Rupert.

Nihil mirum, inquit, Rupert. lib. 1. de Vict. Verbi, c. 12. *Ecce comprobatum eſt ex duobus*, (ſcilicet Angelo, & homine) *quia principatum omnium nullus humiliter ferre potuit.* Quaſi diceret: ſi in ſupremo felicitatis gradu homo, & Angelus corruerunt, quis in inferiori humanæ felicitatis gradu diuturnior conquieſcet?

5.

Nimia felicitas homines in feritatem belluinam detrudit.

Hac vna felicitate Iudæorum Reges caruerunt: qui quò maius felicitatis mare nauigarunt, eò maiora virtutis naufragia ſubierunt. *Incraſſatus eſt dilectus*, inquit Moyſes, *& recalcitrauit.* Deut. 32. num. 15. Ac ſi optima fortuna, ad quã acceſſerat, eum in feritatem detruderet belluinam: vſque adeò, vt non iam armis, vt homo, ſed calcibus, vt bellua, contra Deum decertaret. Huc facit illa benedictio Iſſachar, Gen. 49. n. 14. *Iſſachar*, inquit Iacob, *aſinus fortis accubans inter terminos.* In Chaldæo eſt, *Iſſachar diues in facultatibus ſuis.* Perinde ac ſi brutũ animal, & homo diues nihil inter ſe diſtinguerentur: & qui

humanis

humanis frueretur diuitijs, vitijs laboraret inhumanis.

6\. Idcirco Oſeas cap.4.num.16 *Sicut vacca*, inquit, *laſciuiens declinauit Iſrael.* Vt enim vaccæ propter paſtus abundantiam licentiùs aberrare conſueuerunt; ita & homines propter rerum opulentiam effrænatiùs peccare. Quod exprimens Chaldæus Paraphraſtes tranſtulit: *Sicut bos, qui ſaginatur, & recalcitrat, ſic rebellat propter multitudinem bonorum Iſrael.* Miſera hominum conditio, qui à Deo liberaliter excepti, deberent ipſi Deo officioſiùs deſeruire: ſecus agunt, & ex diuina liberalitate ad ſuam impietatem prolabuntur. Quid non dico iniquius, ſed ſtultius? Bene Salomon: *Proſperitas*, inquit, *ſtultorum perdet illos.* Prouerb. 1. num. 32. Stultorum, inquit, non ſapientium. Hi enim ex ſua proſperitate ad maiores virtutes proficiunt, gratum Deo animum exhibendo: illi ex ſua ad maiora ſcelera effrænantur, acceptam à Deo gloriam ſibi ipſis arrogando.

Proſperitas ſtultorum, perditio.

7\. De his Dauid: *In labore*, inquit, *hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Ideò tenuit eos ſuperbia, operti ſunt iniquitate.* Pſal.72.n.5.& 6. Vbi D.Hier. *Per arrogantiam*, inquit, *felicitatis, multiplicata iniquitate premuntur.* Quaſi ex aduerſitate iniquitas aliquando, ſed ſimplex: ex proſperitate verò ſemper duplex, imò multiplex oriatur. Quod Dauid de alijs verbo docuit, experimento in ſe ipſo comprobauit, vt D.Aug. in Pſ.50. teſtatur: *Quando*, inquit, *Dauid ſanctus Saulem inimicum patiebatur, non concupiſcebat alienam: factus eſt ſecurus, deuictis hoſtibus, preſſura caruit, tumor excreuit.* Cui concinit D. Chryſ. in Pſ.9. *Dauid*, inquit, *poſtquam quietem, & laxamentum aſſequutus eſt; difficilius bellum paſſus eſt incontinentis cupiditatis.* Et in Pſ.50. eandem rem pluribus illuſtrat: *Dauid*, inquit, *talis ac tantus vir, ſpiritus gratiam habens, &c. cùm obtinuiſſet regnum, & gentes ſubiugaſſet, & pax vniuerſa teneret, tunc negligentior, & ſegnior factus eſt, &c.*

Multiplex ex felicitate iniquitas. D.Hieron. D.Auguſt. *Felicitas Dauidis, infelix ruina.* D.Chryſ.

8\. Idem non ſolùm de Dauide, ſed etiam de eius filio Salomone docuit egregiè D.Bernard. lib.2. de conſider. ad Eugen. *Sapiens*, inquit, *Dauid, ſapiens Salomon fuit; ſed blandientibus nimis ſecundis rebus alter ex parte, alter ex toto deſipuit:* Et addit: *Magnus cui præſens felicitas, ſi arriſit, non irriſit.* Vnde D. Cyrill. Alex. lib.7. contra Iulianum, non tam Salomonis, quàm Socratis ruinam in profanas libidines admiratur. Nam Socrates ſumma preſſus indigentia, qua omnem libidinis ardorem extingui oporteret, ad libidinis nihilominus barathrum inconſulta, imò & ſtulta temeritate ferebatur. At verò Salomon ex ſumma opulentia, in qua virtutes ſuffocantur, vitia nutriuntur, præceps in voluptatum illecebras agebatur. Quod minus mirandum eſſe docet D. Cyrill. *Nam in his*, inquit, *qui tam bene agunt, hoc eſt, qui tanta rerum temporalium affluentia potiuntur, ſtimulus cupiditatis vehementior eſt. Semper enim diuitijs comes eſt voluptatum amor, ſemper diuitiæ vitiorum magis, quam virtutum miniſtra ſunt.*

Nimia felicitas Salomoni dum arridet, irridet. D.Bern. D Cyril. Alex. *Socrates moribus intemperans.* *Rerum affluentia, cupiditatis ſtimulus.*

9\. Iam verò Ezechias, qui tam feliciter de hoſtibus triumphauit, Iſaiæ 37.n.36 dum cuiuſdam arrogantiæ flatu intumuit, Iſaiæ 39. à n. 2. inquit D. Chryſ. in Pſal. 9. *fuſis, fugatiſque hoſtibus erat periturus*: quaſi qui laborioſo certamine opprimi non potuit, idem glorioſo triumpho opprimendus foret; niſi à Deo cautè, & maturè teneretur. *Sæpe enim*, addit ibi D Chryſ. *videbis rerum ſucceſſus maiora mala facere, quam res aduerſas.*

Ezechiæ proſperitas aduerſitate periculoſior. D.Chryſ.

10\. Tandem Manaſſes dum ſecurus eſſet in regno, vitijs ſeruiebat. 2. Paral 33 à n. 2. dum captiuus teneretur in carcere, de vitijs triumphabat. ibid. n.12. Vnde D. Ambr. lib. de pœnitentia, c.15. poſt

D.Ambr.

A illos duos quos de eodem argumento compoſuit, ſi ille eſt eius auctor; ſeu, vt alij malunt, Vict. Cartennẽſis Epiſc. Mauritanus: *Manaſſes*, inquit, *Deum in pœna conſtitutus agnouit, quem in regno poſitus antea non quæſiuit.* Vbi plura eleganter de hac re.

Victor. Cart. *Felicitas Manaſſem deiecit, aduerſitas erexit.*

11\. Sed quid moror ſingulos, cùm omnes Hebræorum Reges idem infortunium abripuerit; & quò illos feliciores auræ promouerunt, eo acerbiores ſcelerum fluctus deuorarint? Dici nõ poteſt, quàm multis diris, & execrationibus naues Tharſis in ſacra pagina deuoueantur. Nam Dauid; *In ſpiritu*, inquit, *vehemẽti conteres naues Tharſis.* Pſ.47.n.8. Iſaias: *Dies*, inquit, *Domini exercituum* (hoc eſt, diuina vltio) *ſuper omnem ſuperbum, & excelſum, & ſuper omnem arrogantem, & humiliabitur: & ſuper omnes cedros Libani ſublimes, & erectas, & ſuper omnes quercus Baſan: & ſuper omnes montes excelſos, & ſuper omnes colles eleuatos: & ſuper omnem turrim excelſam, & ſuper omnem murum munitum.* Vltimo loco tanquam rem multò vehementiùs deteſtandam addit: *& ſuper omnes naues Tharſis.* Iſaiæ 2. à num.12. Hinc eſt, quòd nauis Tharſis à D.Greg. Nyſſ. orat.14. in Cant. appellatur, *innatans vitioſitas.* Nec diſſentit D. Hier. in Pſal.47. cit. vbi ſic: *Nauigio*, inquit, *Tharſis comparantur, qui in huius ſeculi fluctibus circumferuntur omni vento luxuriæ, & vanitatis.* Cur obſecro naues Tharſis tam malè audiunt, tàmque execrabiles iudicantur?

B

Naues Tharſis tot diris in Scriptura deuouẽtur. D.Greg. Nyſſ. D Hieron.

12\. C Ratio planè iuxta D.Hier. alia non videtur, niſi quod naues illæ à Rege Salomone tertio quoque anno miſſæ in regionem Tharſis, infinitam propemodum auri, & argenti vim Hieroſolymam inferebant; vt 3.Reg.10. à n.11.& 2.Paral.9. à n.10. narratur. Et cùm aurum, & argentum, immoderatáque diuitiarum abundantia omnium fomes ſit, irritamentúmque malorum, non tam merces, quàm fæces omnium vitiorum importare in vrbem illæ naues videbantur. Illis enim diuitijs Iudæorum Reges tumeſcentes, in omne flagitiorum barathrum præcipites ſe dabant.

Naues Tharſis cum mercibus vitiorum fæces importabãt.

13\. Hinc illa Hebræorum ad gentilicos ritus propenſio; *Reuerſus eſt Ephraim in Ægyptum.* Oſeæ 9. n.3. Quamuis enim corpore in Iſraëlitica libertate morarentur, tamen animo in Ægyptiaca ſeruiture tenebantur: religionem labijs profeſſi, ſuperſtitionem animis agitabant. Hinc illa à bonis operibus feriatio: *Vitis frondoſa Iſrael.* Oſeæ 10. num.1. ſeu, vt eſt in Hebræo, בוקק *Bocbech*, id eſt, *vacua*, ſeu potiùs *ſe euacuans*, à verbo בקק *Bachach*, id eſt, *euacuare.* Quaſi quò pluribus ſarmentis bonorum tẽporalium ſylueſceret, eò pluribus fructibus ſpiritualium donorum priuaretur. Hinc illa deteſtanda ſuperbia: *Adimpleti ſunt, & ſaturati ſunt, & leuauerunt cor ſuum, & obliti ſunt mei.* Oſeæ 13.n.6. Vnde enim viuere apud eos diuini numinis memoriam oportebat; inde illam penitus obliterabant. Hinc illa furens ad idola amplectenda promptitudo: *Repleta eſt terra argento, & auro, & non eſt finis theſaurorum eius.* Quid deinde? *Et repleta eſt terra eius idolis*, Iſaiæ 2. n.7. & 8. Quaſi ex ipſa temporalium diuitiarum vanitate, in ipſam falſorum deorum vanitatem tanquam à præcipitio in præcipitium laberentur.

D E

Nimia proſperitas omnium vitiorum origo.

14\. Tandem hinc illa nunquã ſatis execranda contra Deũ rebellio, ſeu perduellio: *Diues effectus ſum, inueni idolum mihi.* Oſeæ 12.n.8. Qui locus non ſolùm explicari poteſt, quemadmodum & ſuperior, de idololatria, ad quam Reges illos cupiditas excitabat, quæ iuxta D.Paul. Eph.5. num.5. eſt *idolorum ſeruitus*: ſed & paulo aliter iuxta duplicem tranſlationem. Nam Septuaginta legunt: *Diues effectus ſum, inueni requiem mihi.* Quia ſcilicet diuites in ſuis opibus ſe poſſe requieſcere arbitrantur, ſed inſigniter falluntur. Nam vt bene D. Chryſologus

Diuitiæ idola. D.Chryſ.

ſerm.

Grauis diuitiarum ſolicitudo.

ſerm 29. *Aurum*, inquit, *ſatura graue, grauius fit auaritia. Hinc eſt, quod plus habentem deprimit, quàm ferentẽ; vehementiùs aggrauat corda, quàm corpora. Naſcitur in terra profunda, & dum ſuam ſemper repetit ad naturam, celeſtes animos ad inferna deponit.* Concinit D. Cypr. A

D Cypr.

in ep. ad Donatum, vbi loquens de diuite: *Suſpirat*, inquit, *ille in conuiuio, vigilat in pluma; nec intelligit miſer ſpecioſa eſſe ſibi ſupplicia, auro ſe illigatum teneri, & poſſideri magis, quàm poſſidere diuitias.* Nec minùs

D. Ambr.

eleganter D. Ambr. ſerm. 81. de diuite auaro, qui peruigil & inſomnis, ſecum quid faceret, cogitabat: Luc. 12. à n. 16. *Quis*, inquit, *talem non miſereatur? Anguſtatur abundantia, conſtringitur, & coarctatur ex opulentia. Ager ei non tam reditus largiores, quam gemitus attulit grauiores: terra ei non fructuum copiam,* B *ſed curarum moleſtiam germinauit. Egeni vox iſta eſt:*

Auarus pauper.

Quid faciam? Vnde cibus? Vnde veſtitus? Eadem conqueritur & diues: iiſdem cruciatibus pro ſolicitudine facultatum, quibus pauper pro egeſtate torquetur Hæc de prima illa tranſlatione.

15\. *Diuitiarum ad expugnãdum vis.*

Alij verò ex Hebræo legunt: *Inueni vim mihi.* Quod & paſſiuè intelligi poteſt, & actiuè. Paſſiuè quidem, quia nemo ferè tam eſt firmus, validus, & munitus, quin ſe à diuitiis expugnari patiatur Quis fortior, & conſtantior Ioſepho? Sed & hic, ſi fas eſt dicere, muneribus quodãmodo expugnatur. Nam quando primùm eius fratres eum in Ægypto ſine muneribus adierunt, ille *quaſi ad alienos duriùs loquebatur*. Gen 42. n. 7. Quando verò poſtea in Ægy- C ptum redierunt, obtuleruntq́; ei munera, ille *clemẽter reſalutatis eis, interrogauit eos*, &c. Gen. 43. n. 26. & 27. Quaſi qui antea fraterno amori reſtiterat, poſtea à fratrum muneribus vinceretur. Actiue autem in-

Diuitiæ arma.

telligi poteſt ille locus, quia diues ſuis diuitiis tanquam armis omnia poteſt expugnare. Vnde Iacobus ad moriendum vicinus, filium ſuum Ioſephum alloquutus: *Do tibi*, inquit, *partem vnam extra fratres tuos, quã tuli de manu Amorrhei in gladio, & arcu meo.* Gen 48. n 22. Quid eſt, *in gladio, & arcu*; ſi ille non armis, ſed pecuniis, nõ pugnando, ſed emendo eam partem agri comparauit, vt Gen. 33. n. 19. habetur? Rem planè ita explico, rectè quidem gladium, & arcum dictum fuiſſe à Iacobo pro pecuniis; quia non minùs his, quàm illis omnia expugnantur.

16\. *Diuitiæ audaciam, & vim contra Deum ſubminiſtrant.*

Quare iuxta hanc poſtremam loci explicationẽ, D quæ eſt noſtro congruentior inſtituto, dicendum eſt, quòd dum ille populus gloriatur ſe in ſuis opibus idolum inueniſſe, hoc vnum iactat, vires ſe, & arma comparaſſe, quibus diuinum cultum demoliatur, & impios idololatriæ ritus auſpicetur. Nam abundantia diuitiarum audaciã contra Deum ſubminiſtrat, iuxta illud: *Abundant tabernacula prædonũ, & audacter prouocant Deum.* Iob. 12. n. 6. Vbi *prædonũ* nomine Reges improbi, & potentes ſignificantur: vel quòd ipſi re vera tanquã inſolentes prædones, alienas inuolent in fortunas: vel ſaltem, quòd cum ſuas ſibi opes arrogant, quas Deo acceptas referre E debuerũt, perinde ſe habent, ac ſi eas omnino prædarentur. Hi igitur, vt D. Greg. ad eum locum do-

D Greg.

cet, *eo magis contra Deum eleuantur, quo magis ab eius largitate contra meritum ditamur.* His armis terrenæ felicitatis circumdatus Iſraël, *tetendit aduerſus Deum manum ſuam, & contra omnipotentem roboratus eſt. Cucurrit aduerſus eum erecto collo, & pingui ceruice armatus eſt.* Iob. 15. n. 25. & 26. Sic enim ex abundantia inſoleſcit homo, vt non ſolùm audeat conculcare humana iura, ſed etiam diuina temerare; nec ſolùm aduerſus creaturas, ſed etiam aduerſus ipſum creatorem obarmetur.

SECTIO IX.

Eadem res vlteriùs illuſtratur.

1\. *Hebræi in Ægypto vltra ducentos annos habitarunt, non tamen idolis ſeruierunt.* *Barrad. Perer.*

EN ad quam inſaniam eum populum adegit nimia felicitas. Sed vt res clarior euadat, vlteriùs aduerte, Iudæos in Ægypto vltra ducentos annos habitaſſe; vt eruditè colligũt Barrad. tom. 1. Concord. lib 5. cap. 20. & Perer. tom. 3. in Geneſ. c. 15. diſp. 6. n. 70. & latiùs in cap. 12. Exod. diſp. 19. & nihilominus toto hoc tempore nunquam idololatraſſe, cùm talis idololatria, neque in Pentateucho, neque extra Pentateuchum referatur. Nam

Aliqua loca in contrariũ expenduntur.

licet duplex locus in contrariũ afferri poſſit: vnus, Ioſue 24. n. 14. vbi dicitur: *Auferte Deos, quibus ſeruierunt patres veſtri in Meſopotamia, & in Ægypto.* Alter, Ezech. 23 n. 3. vbi Iudæi ſub nomine Oollæ, & Oolibæ dicuntur idololatraſſe *in Ægypto in adoleſcentia ſua*: ſic enim D. Hieron. in epiſt. 9. ad Sal- *D Hieron.* uinam de viduitate ſeruanda ad finem, ea verba intelligere videtur.

2\.

Tamen vterque poteſt intelligi de idololatria, quam non in Ægypto, ſed prope Ægyptum ſuſceperunt: nam quia Scriptura aliam Iudæorum in Ægypto idololatriam nõ ſatis exprimit, expreſſura C protectò, ſi daretur, quemadmodum & alia Iudæorum ſcelera expreſſit: tum quia ſi in Ægypto idololatraſſent, non inde educerentur; cùm potiùs propter ſuas idololatrias ſoliti fuerint à Deo in vincula, & in carceres detrudi, vt ex tota Iudicum ac Regum hiſtoria ſatis conſtat: tum denique quia illud, *in Ægypto*, idem eſſe poteſt, quod prope

Præpoſitio, in, aliquando idem, ac prope. D. Anſelm.

Ægyptum. Nam præpoſitio *in*, vt notat D. Anſelm. aliquando valet in Scriptura idem, ac *prope*. Ioan. 1. n. 28. *Hæc in Bethania facta ſunt*; id eſt, prope Bethaniam. Ioan. 10. n. 23. *Et ambulabat Ieſus in templo, in porticu Salomonis*; id eſt, prope templum. Hebr. 9. n. 4. *In qua* (ſcilicet Arca) *erat vrna aurea habens manna*, id eſt, prope quam, vt ſuperiori annot. ſect. 3. §. 31. aduertimus. Similiter igitur in citatis locis, *in Ægypto*, idem eſſe poteſt, atq; prope Ægyptum. D Neque obſtat illud ex Pſal. 105. n. 35. *Commiſti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & ſeruierunt ſculptilibus eorum* Senſus enim eſt, quòd in Ægypto ſolùm didicerint idololatrandi ritum, quem poſtea extra Ægyptum exercuerint; vt patet ex totius Pſalmi diſcurſu, in quo idololatriæ in ſolo deſerto patratæ referuntur. Vel potiùs, vt ibi recentiores interpretes aduertunt, ſermo ibi eſt de idololatria, quam in terra promiſſionis ex vicinis gentibus didicerunt, & coluerunt, vt facilè ex ipſius Pſalmi tenore colligetur.

3\. *Hebræos nimia felicitas Dei contemptores effecit, aduerſitas cultores.*

Probabilius itaque videtur, nunquam Iudæos E idololatriam in Ægypto incurriſſe: & nihilominus iidem mox vt ab Ægypto egrediuntur, paucorum dierum interuallo vitulũ conflant, proni adorant, & venerantur. Exod. 32. à n. 1. Quæ obſecro, tanta eſſe potuit intemperies, vt inter Ægyptia idola ab idolis abſtineant; ab idolis remotiſſimi idola venerentur? Rationem planè aptiſſimam inſinuat D. Chryſ. ſuprà cit. in Pſal. 9. *Iudæi*, inquit, *ab* *D. Chryſ.* *Ægyptiis liberati, bello vexabantur*; nempe idololatriæ. Et paucis interiectis: *Semper*, inquit, *egemus Dei prouidentia, maximè cùm liberamur à malis. Alligatam belluam non ita timemus, vt emiſſam: ita vitium non eſt ita timendum in afflictione, ſed poſt remiſſionem.* Quaſi diceret, quaodiu ærumnarum ſatellitium corpus obſidet, nullus apparet aditus, quà vitiorũ agmen in animum irrumpat: hoc tamen præſidio amoto,

amoto, ſtatim ille hoſtilis exercitus inuadit. Duriùs contra animos proſperitate fractos, quàm aduerſitate obfirmatos dimicatur. Itaque Iudæi in Ægypto miſeri viuebant, & infelices, tunſi plagis, vinculis impediri, oneribus fatigati: extra Ægyptum proſperi, & fortunati, de cælo paſti, ab Angelo deducti, hoſtibus metuendi; & quos infelicitas, & aduerſitas cultores veri numinis effecit, eoſdem fauſtitas, & proſperitas conſtituit contemptores.

4. Adhuc in hanc rem tria aduerto. Primum, quando Deus populũ in terram promiſſam introduxit, non ſtatim omnes circumuicinos hoſtes illi ſubdidiſſe, ſed plurimos reſeruaſſe, qui ſubinde cum Hebræis præliarentur; vt patet ex Ioſue 13. & 16. & Iudic. 1. & aliis paſſim locis. Quæres, cur Deus Hebræos tot iam præliis fatigatos, perfecta pace, ac quiete non donauerit; ſed moleſtis ſemper hoſtium incurſibus afflixerit. Mitto alias rationes, illa eſt ad rem præſentem; quia ſciebat Hebræos, niſi his laboribus in officio continerentur, effuſis habenis in idololatriam, aliáq; vitiorum genera ruituros. Ita planè ſentit Theod. q. 6. in Iudic. *Chananæorum,* inquit, *gentem prope illos habitare permiſit, vt expugnati, & in ſeruitutem redacti, procedent ab errore damnum ſentirent; & confugerent ad conſeruatorem Deum, eiúſque beneficiis fruerentur.* Adeò aduerſitas virtutem fouet, adeò fauſtitas euertit.

Theod.

5. Secũdo loco aduerto, Iudæos, qui in terrà promiſſionis paſſim idololatrabant, poſtea in Babylonem abductos, & in vincula coniectos, non ſolùm non idololatraſſe, ſed etiam diuini numinis cultores obſeruantiſſimos extitiſſe. Nam cum ſcirent diuina lege cautum eſſe, ne quis extra tabernaculũ, ſiue templum Hieroſolymitanum, diuini cultus cæremonias, ac ritus celebraret, vt ad cap. 1. n. 3. oſtendemus; ne forent illius legis tranſgreſſores, muſica inſtrumenta, quibus diuinæ laudes in templo celebrari conſueuerant, à ſe procul ablegarũt. *In ſalicibus,* inquiunt, *ſuſpendimus organa noſtra.* Pſal. 136. n. 2. *Quandoquidem,* inquit ibi Theod. *ipſis inutilia erant; cum lex præcipiat, vt in vno loco cultus perficiatur.* Imò nullis precibus adduci potuerunt, vt ibi diuinas laudes canendo celebrarent; non quidem ex cantorum inurbanorum contumacia.

Theod.

Horat.

Qui nunquam inducunt animum cantare rogati;

ſed ex diuinorum præceptorũ obſeruantia, quibus ſatisfacere volentes, dicebant: *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* Ibid n. 4. Quaſi dicerent, vt ibid. ait Theod. *Nos autem præcipientibus minimè obtemperauimus, ſcientes tranſgreſſionem eius, quod nobis præcipiebatur.* Itaque in patria, vbi omnia bene, ac proſperè, Deum contemnunt: in exilio vbi aduerſa omnia, Deum venerantur: vt diſcamus, quantùm ad impietatem felicitas impellat, quantùm ab impietate retrahat infelicitas.

Theod.

6. Eodem pertinet, quòd ille populus, qui dum patria libertate frueretur, omnia falſorum deorum limina ſtudioſè terebat, omnium gratiam, & fauorem aucupabatur; idem in Babylonica captiuitate conſtitutus, ab vno tantùm vero neceſſariam ſibi opem, & auxilium emendicaret: *Auxilium,* inquit, *meum à Domino, qui fecit cælum, & terram.* Pſ. 120. n. 2. Vbi D. Chryſoſtomus: *Vides,* inquit, *quomodo mundi fabricationem, Deique ſapientiam, & prouidentiam prædicant? Qui enim antea ligno dicebant; Deus meus es tu: & lapidi, tu me genuiſti.* Ierem. 2. n. 27. *nunc vniuerſi orbis terræ opificem agnoſcunt.* Concinit D. Ambr. in Pſalm. 43. *Sæpe,* inquit, *qui proſperorum curſu, & ſecundorum vſurpatione ceciderunt, corriguntur aduerſis. Ideò frequenter inuenimus, Iudæos poſt victoriam lapſos; poſt ſeruitium correctos.* Et in epiſt. 24. ad Vigilium de Iudæis loquutus: *Quia,* inquit, *rerum ſecundarum inſolentia ſæpe extollebantur, dabat eos plerumque in poteſtatem hoſtium, vt more ingenij humani remedium malorum de cælo ſibi quærerent. Tunc enim Deo ſubditi ſumus, cùm aduerſariis aliquibus vrgemur. Secundæ res mentem extollunt.*

Aduerſa res Dei agnitionem pariunt: ſecunda obliuionem.

D. Chryſ.

D. Ambr.

7. Tertio loco aduerto, Deum poſtquam Iudæos à captiuitate Babylonica Hieroſolymam reduxit; non ſtatim illis immenſas opes cumulaſſe, vt iure captiuitatem cumulauerat, ſed potiùs parca manu diuiſiſſe. Quæro enim, cur Iudæi ante captiuitatem Babylonicam primum illud templum Salomonis, ſeptem tantùm annorum ſpatio ædificarunt, vt patet ex 3. Reg 6. num. 38. poſt captiuitatem verò ſecundum templum Zorobabelis, non niſi 46. annorum ſpatio abſoluerunt, vt ex Ioan. 2. n. 20. conſtat? An quia hoc poſterius templum magnificentius fuit, & auguſtius? Ita fortè aliquis exiſtimaret: ſed non rectè. Nam illud prius templum Salomonis, magnum fuit orbis miraculum, poſteriori templo ſine dubio præferendum, vt ſuo loco oſtendemus; & interim Barrad. tom. 1. Concord. lib. 3. cap. 3. demonſtrat. Ratio ergo eſt, quòd Iudæi, & promptiores, & opulentiores ad primum templum, quàm ad ſecundum extruendum extiterunt. Sed hinc præcipua ad noſtrum inſtitutum conſurgit quæſtio: Cur Deus tam amplas opes ad prioris templi fabricam conceſſit; ad poſterioris verò ſtructuram tam exiguas? Cur in priorem illum ſtatum Iudæorum tam liberalem ſe oſtendit; in poſteriorem verò, ſi fas eſt dicere, tam auarum? Quæſtionem excitat, & ſoluit quàm aptiſſimè, vt ſolet, D. Chryſ. in Pſ. 116 Loquens enim de reditu Iudæorum à captiuitate Babylonica: *Non,* inquit, *ſimul, & aceruatim dedit eis Deus bona omnia, ſed ſenſim, & paulatim, ne perceleri liberatione à malis ad improbitatem priſtinam recurrerent.* Quaſi diceret; nouerat Deus illius populi ingenium, nimia felicitate laſciuientis, & ad vitia degenerantis: ne igitur improbitatis flammam excitaret, felicitatis fomitem ſubduxit.

Diuitiarum felicitas peccatorum fomes.

Barrad.

D. Chryſ.

8. Communis igitur eſt non ſolùm Iſraëlitici populi, ſed etiam humani generis lues, ac peſtis, vt rebus felicibus nimiùm inſoleſcat. Vnde illa Iobi querimonia: *Quare impij viuunt, ſubleuati ſunt, confortatique diuitiis?* Iob. 21. n. 7. Vbi planè ſignificat, impios homines ex pinguiori fortuna reddi ad impietatem fortiores. Nam vt bene D. Ambr. lib. 2. de interpellatione Iob. cap. 5. *Magna,* inquit, *illecebra delinquendi eſt rerum affluentia ſecundarum; ſupinat, extollit, obliuionem auctoris infundit.* Nec immeritò, *ſupinat,* inquit, vt in quibuſdam exemplaribus habetur. Quia qui rebus proſperè fluentibus per ſuperbiam eriguntur, iidem per quandam ad diuinum obſequium ignauiam, atque deſidiam ſupinantur, præcipitantúrque. Vigeſcunt ad audienda mala; ad exequenda bona quodammodo flacceſcunt. Deniq; eam in dementiam erumpunt, vt terrenæ felicitatis participes eſſe malint, quàm diuinæ; hanc enim præ illa aſpernantur; ac Deo dicunt: *Recede à nobis, & ſcientiam viarum tuarum nolumus. Quis eſt omnipotens, vt ſeruiamus ei?* Iob. 21. n. 14. & 15. Quid dementius, quàm terrena felicitate ſic inſoleſcere, vt omnis cura de æterna beatitudine abiiciatur? Talis profectò ille diues, qui dicebat animæ ſuæ: *Anima, habet multa bona poſita in annos plurimos; requieſce, comede, bibe, epulare.* Luc 12. n. 19. In quem locum D. Ambroſ. proximè citatus: *Hæc dicit,* inquit, *ſecularium abundantia rerum temulentus. Supinabatur, quia in manibus ei ad voluptatem omnia ſuppetebant; & conſcius impietatis ſuæ, cuius pœna ſequeſtrabatur* (hoc eſt, differebatur) *putabat, quòd Deus impiorum ſcelera non videret.*

Pinguior fortuna mẽtem ſupinat.

D. Ambr.

Peccatores terrena felicitatis maluni, quàm diuina eſſe participes.

D. Ambr.

Vbi

A Vbi vides diuitem illum tam multis fortunæ bonis circumfuſum, ex felici rerum ſucceſſu ſupinum, ac præcipitem abire in omnium barathrum ac voraginem malorum.

9.
Plures proſperitas deiicit, quàm aduerſitas.
D.Bern.

Hæc profectò eſt humanæ felicitatis vis, vt quos erigit peſſumdet. Imò, vt bene D.Bern. ſerm. 3. in Dominica palmarum: *Licèt*, inquit, *multos frangat aduerſitas; tamen multo plures extollit proſperitas*; ſcilicet in ſuperbiam, vnde certiſſima ruina ſuboritur. Confirmat ex Pſalm. 90. num. 7. *Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis.* Nam à latere ſiniſtro, per quod ſignificatur aduerſitas, mille tantùm: à dextris verò, in quibus proſperitas deſignatur, multò plures, ſcilicet decem millia ruere dicuntur. Eodem modo explicat ſermone de B obitu Malachiæ: *Habes*, inquit, *in Pſalmo, caſuros à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis; quod multò plures proſperitas fallacia, quam aduerſitatis flagella deiiciant.* Et ſtatim ex illo Pſalm. 65. n. 12. *Tranſiuimus per ignem, & aquam:* quà beati ad patriam appulſi ſe tranſiſſe gloriantur; rectè monet, vt non per felicitatis, ſed per aduerſitatis viam tranſire cupiamus. *Nemo*, inquit, *noſtrûm, chariſſimi, plana mollioris viæ ſuperficie delectatus, iter illud marinum ſibi commodius arbitretur. Magnos hic campus montes habet, inuiſibiles quidem, ſed eo ipſo periculoſiores. Laborioſior fortè via videtur inter ardua collium, & aſpera rupium, ſed expertis longè ſecurior, & deſiderabilior inuenitur.* Vbi rectè cum marino itinere proſperitatem, C cum terreno aduerſitatem comparauit. Sicut enim marinum iter facillimum videtur, cùm à ſedentibus, & cubantibus, à dormientibus, & conuiuantibus peragatur: nihilominus in ſeipſo multò eſt periculoſius, cum exortæ ſubitò tempeſtates in naues inuehantur, eáſque vel ad ſaxa frangant, vel fluctibus obruant, vel turbinibus lacerent, & conuellant. Ita planè huius vitæ proſperitas gratiſſima quidem oculis exhibet ſpectacula, ſed in atrociſſima animos naufragia detrudit. At terreſtre iter ſuis quidem accliuitatibus, ac decliuitatibus fatigat; nulla tamen mortis formidine perterret: laborioſè teritur; ſed tuto veſtigio percurritur, ſine periculo terminatur. Ita planè aduerſitas quatit, ſed non frangit; inter labores D verſat, ſed vltra pericula deducit. Igitur inter placidiſſimas huius vitæ auras grauiſſima ſæpe naufragia contingunt; & corporibus ſecundo flatu delatis, mentes frequentiſſimè ſcelerum fluctibus obruuntur.

Proſperitas marino itineri, aduerſitas terreno ſimilis.

10.
Etiam ſanctos viros acriter oppugnat felicitas.

Sed quid mirum principes, ac tyrannos, & tyrannis ſimilem populum, inter huius vitæ proſpera periclitatos eſſe, & à felicitate in vitioſitatem corruiſſe; cum etiam viri ſancti in lubrico felicitatis loco conſtituti, vel omnino labent, vel ſaltem nutent, niſi extraordinario quodam diuinæ beneuolentiæ præſidio protegantur? Quod patet in Ioſepho, qui priùs quidem tentatur aduerſis, venditus in Ægyptum. Geneſ. 37. n. 28. coniectus in car- E cerem. Geneſ. 39. n. 20. multa alia à domeſticis, & ab externis grauiſſima perpeſſus: ſed poſtea tentatur & proſperis, ſublatus è carcere, collocatus in regio curru, declaratus totius Ægypti moderator, ſecundos poſt Pharaonem honores in regno aſſequutus. Geneſ. 41. à num. 14. An non ſatis erat illa aduerſitas, vt iuuenis conſtantia, vel rueret, vel ſatis perſpecta, atque explorata haberetur? Quorſum vlteriùs illa proſperitas ſuccedit, quæ iuueni tam multis laboribus attrito molliter blandiatur? Credo, quia grauior eſt per proſpera, quàm per aduerſa oppugnatio. Et proinde, qui aduerſis pulſatus immobilis conſiſtebat, periculum erat, ne proſperis delinitus, fractus, & eneruatus laberetur. Ita A planè D. Ambroſ. de hac re philoſophatur. Nam ſerm. 12. in Pſalm. 118. loquutus de Ioſepho, priùs quidem per aduerſa, & poſtea per proſpera tentato: *Quia*, inquit, *contumeliæ virum frangere nequiuerunt, mutata eſt tentatio longè aſperior ſpecie proſperorum. Plurimos enim ſupplantauerunt ſecundæ res, quos ſupplicia acerba non fregerant.*

D.Ambr.

11.
Samſonem rerum ſecundarum euentus cùm extulit deiecit.

Et quamuis Ioſephus neutro tentationis genere nutarit; alij tamen, qui in aduerſis ſteterunt, in proſperis vacillarunt. Nam in primis Samſon vicit quidem Philiſthæos vnius maxilla aſini? ſed felicis pugnæ euentu ſic intumuit, vt de illo ſuperbia triumpharet. Inaniter enim ſe iactabat, dicens; *In maxilla aſini deleui eos, & percuſſi mille viros.* Iud. 15. n. B 16. In quem locum D. Ambr. epiſt. 70. ad Vigilium: *Vtinam*, inquit *quàm fortis in hoſtem, tam moderatus in victoria fuiſſet. Verùm, quod facilè vſu venit, inſolens rerum ſecundarum animus, qui debuit euentum pugnæ diuino fauori, & præſidio deferre, ſibi arrogauit.* Nec priùs Samſon ab illo arrogantiæ vulnere conualuit, quàm aduerſitatis medicamine curaretur. Permiſit enim Deus, vt torqueretur ingenti ſiti, qua, vt docet D. Ambroſ. caſtigatus, victoriam, quam antea ſibi tribuit, poſtea Deo deputauit, dicens: *Tu dediſti in manu ſerui tui ſalutem hanc maximam, atque victoriam.* Iudic. 15. n. 18. Iacturam itaque humilitatis, quam in proſperitate fecerat, in aduerſitate reſarſit. Atque hæc iuxta mentem D. Ambroſij dicta ſint; C quamuis Abul. nullum in Samſonis facto peccatum agnoſcat. Cuius ſententia licèt Samſoni magis faueat, neſcio tamen, an veritati magis congruat. Nam Samſon, vt aduertit D. Ambroſ. neque aram Deo ſtruxit, neque hoſtiam immolauit, vt facere ſolebant, qui Deo de beneficio accepto gratulabantur; neque verba aliqua inſeruit ſuo illi cantico, vt vocat Abulenſ. quæ gratiarum actionem redolerent. Sed de his aliorum ſit iudicium. Nunc ad inſtitutum redeo.

D.Ambr.

Aduerſitas ſubleuauit.
D.Amb.

A peccato tamen excuſat Abul.
Abul.

12.
Felicitas magis quàm aduerſitas timenda.

Iacob à filio ſuo Ioſepho in Ægyptum euocatus, quamuis incredibili cum videndi deſiderio teneretur; nihilominùs pauens, ac timens in medio itinere hærebat, & reſiſtebat, adeò vt opus fuerit à Deo illis vocibus compellari: *Iacob, Iacob, ego ſum* D *fortiſſimus Deus patris tui, noli timere, deſcende in Ægyptum.* Geneſ. 46. n. 2. & 3. Quid times, ô Iacob? ad pacem mitteris, non ad bellum: Inter amicos incedis, non inter hoſtes: à filio euocaris, non à tyranno. Quid times? An times difficilem in patriam regreſſum? Ita exiſtimat Rupert. An times corruptiſſimos mores Ægyptiorum, quibus periculum eſt, ne gens tua ſe inficiat, & proinde à Deo in pœnam tanti ſceleris deſeratur? Ita innuit Caietanus. An times nimiam Ægypti felicitatem, quæ ſi tuis filiis, ac domeſticis blandiatur, periculum eſt, ne omnes Hebræi patrias, ac diuinas leges obliuiſcantur? Ita planè ſentit Ioſephus libro 2. antiq. cap. 7. Et quidem ad noſtram ſententiam E quàm aptiſſimè. Cenſuit enim Iacobus certiſſimam bonorum morum corruptricem eſſe felicitatem.

Rupert.

Caiet.

Ioſeph.

13.
Duplex ad proſperitatem vincendam ſpiritus neceſſarius.

Helias in cælum transferendus optionem dedit Heliſæo, quod maluiſſet, poſtulandi. Quid poſtularet Heliſæus? *Obſecro*, inquit, *vt fiat in me duplex ſpiritus tuus.* 4. Reg. 2. num. 9. Quorum verborum intelligentia duplex eſſe poteſt. Vna, obſecro, vt ille ſpiritus, qui in te eſt duplex, mihi quodam veluti teſtamento delegetur, & committatur. Duplex autem dicitur ſpiritus Heliæ, vel quia ſpiritum prophetiæ, & miraculorum includebat; vel quia magnus erat. Duplex enim idem eſt, quod magnus, non ſolùm in diuinis literis: *Duplici contritione contere eos.* Ierem. 17. num. 18. ſed

H etiam

Virg. etiam in profanis. *Duplici ſpina dorſo.* Georg. 1. Altera intelligentia eſt, obſecro, vt ille ſpiritus, qui in te ſimplex eſt, in me duplicetur, ſeu mihi duplo maior relinquatur. Iuxta quam intelligentiam quæro, cur Heliſæus duplicatum ſpiritum Heliæ poſtularit. An diſcipulus ſupra magiſtrum eſſe cupiebat? Abſit. Sed huius rei alias alio loco rationes cumulabimus: hæc interim ad rem facit. Sciebat Heliſæus Heliam inter labores vixiſſe; ſe inter fauores victurum: Heliam perſequutionibus Achabi vexatum, ſe donationibus Naamani honorandum. Et quia intelligebat grauiora certamina à proſperitate, quàm ab aduerſitate contra virtutem excitari; idcircò duplo maiorem ſpiritum, quo illis reſiſteret, poſtulabat.

14\. D.Auguſt. Noſtra non eſt hæc expoſitio, ſed D.Aug. lib. 1. de mirab. ſacræ Scriptur. cap. 16. qui teſtatur, ideò duplicem Heliæ ſpiritum ab Heliſæo poſtulatum, quia *Heliſæus*, inquit, *cum magno honore, & ſeculi dignitate, virtutum, & prophetiæ donum habuit; quod Helias profugus, & perſequutus in montibus, & ſpeluncis degens, & eiectus ab hominibus retinebat.* Quibus verbis oſtendit, ſicut fortiora ſunt proſperitatis, quàm aduerſitatis iacula; ita maiora eſſe debere contra proſperitatem, quàm aduerſitatem præſidia. Vnde qui proſperis non vincitur, neque aduerſis ſuperatur; vt idem D Aug. Pſal. 83. egregiè docet: *Nulla*, inquit, *infelicitas frangit, quem felicitas nulla corrumpit.* Imò, vt benè D. Gregor. Nazianz. orat. 14. quæ eſt 3. de pace: *Profectò*, inquit, *facilius eſſe videtur aduerſam fortunam ferre, quam ſecundam conſeruare.* Et rem domeſtico exemplo confirmat. *Nos*, inquit, *qui cum bella premeremur, ex perſequutionibus robur comparauimus, poſtquam collecti ſumus, defluximus.* Quare bene actum à Deo eſt cum illis, qui laboribus exercentur. Quod ſignificauit Iacobus fauſtam benedictionem ſuo filio precatus: *Filius*, inquit, *accreſcens Ioſeph, filius accreſcens.* Geneſ. 49. n. 22 & ſtatim; *Sed exaſperauerunt eum, & iurgati ſunt, inuideruntque illi, habentes iacula.* ibid. n. 23. hoc eſt, quia exaſperauerunt eum. Quaſi diceret, duplicatum, & internæ ſanctitatis, & externæ dignitatis incrementum ſuſcepit, ſemel atque iterum filius accreſcens, quia aduerſariorum odia, & iurgia, & inuidias tolerauit; quaſi ab his malis illud augmentum prouenirer. D. Hieron. in qq. Hebraicis legit: *Filius auctus Ioſeph, filius auctus ſuper fontem.* Ac ſi illa aduerſitas, quam pertulit Ioſephus, fuerit inſtar fontis, qui illius virtutes rigaret, nutriret, & augeret.

Fortiora proſperitatis, quàm aduerſitatis iacula.

D. Aug.

D Greg. Nazianz.

D.Hieron.

15\. Multi ſe Angeli in Iacobi præſidium obtulerunt, quos ille videns gratulabundus exclamauit, *Caſtra Dei ſunt hæc.* Geneſ. 32. num. 2. Vnus tantùm cum Iacobo luctatus eſt, ibid. n. 24. Sed plus vtilitatis illi cõtulit vnus aduerſator, quàm multiplex auxiliator. Ab his enim benedictionem nullam accepit, ab illo maximam. *Et benedixit ei*, inquit textus, *in eodem loco.* ibid. n. 29. Nec ſine myſterio, in quo loco præceſſit concertatio, in eodem benedictio ſucceſſit: vt conſtaret, & quàm celeriter corona labores ſubſequatur, & quam bene inter ſe conueniant aduerſitas externa, & interna bonorum omnium vbertas.

Plus vtilitatis confert aduerſitas, quam proſperitas.

16\. Mirum planè eſt illud, quod dicitur de tribu Iuda, ad bellum contra vicinos hoſtes prodeunte: *Fuit Dominus cum Iuda, & montana poſſedit.* Et ſtatim additur: *Nec potuit delere habitatores vallis, quia falcatis curribus abundabant.* Iudic. 1. n. 19. Quo pacto enim Deus adfuit illi tribui, vt auxiliator vtique, & patronus, ſi tamen hoſtium præſidia, quæ in valle ſita erant, non potuit loco pellere, & fugare? Reſpondet D.Aug. q. 5. in Iudic. *Deum etiam propitium reſtringere in cordibus ſuorum nimiæ proſperitatis exceſſus, vt in vſum eorum conuertat inimicos, non ſolùm quando vincuntur, ſed etiam quando metuuntur: illud ad commendandam largitatem, hoc ad reprimendam ſuorum elationem.* Quaſi Deus non magis propitius adeſſet, quando liberali manu beneficia effundebat, quàm quando manu parca contrahebat, illud enim ad Hebræorum gloriam augendam, hoc ad Hebræorum ſuperbiam amputandam ſpectabat.

D.Auguſt.

17\. Totam terram Chanaan promiſerat Deus olim Iſraëlitis, vt patet Exod 33. n. 2. Deut. 7. n. 1. & aliis paſſim locis. Cuius promiſſionis compotem factum Iſraëlem teſtatur Ioſue, dicens: *Dedit Dominus Deus Iſraeli totam terram, quam traditurum ſe patribus eorum iurauerat; & poſſederunt illam, atque habitauerunt in ea.* Ioſue 21. n. 42. Sed quæres, quo pacto hæc conſtare poſſint: nam toto tempore quo vixit Ioſue, imò & multis pòſt annis, toto tempore Iudicum, ac Dauidis, plurimæ in terra promiſſionis fuerunt gentes, quæ Hebræis non ſeruiebant, imò imperabant. Quo pacto igitur dici poteſt Iſraël totam terram à Deo promiſſam accepiſſe? Reſpondet D. Auguſt. q. 21. in Ioſue, omnem illam terram Iſraëlitis datam eſſe; *Quia*, inquit, *illa pars, quæ nondum fuerat in poſſeſſionem data, iam data fuerat in quandam exercitationis vtilitatem.* Quaſi non magis data eſſet Hebræis illa terra, quæ illis parebat, quàm quæ aduersùs illos rebellabat: nam ſi ab illa maieſtatem, ab hac humilitatem obtinebant. Itaque glorioſior non erat ille populus ex rebus ſecundis, quibus abundabat, quàm ex aduerſis; quibus premebatur. Sed quorſum plura de hac re? Nam etiam ipſa Eccleſia, quæ, vt docet D.Hieron. in vita Malchi, *perſequutionibus creuit, martyriis coronata eſt. Ipſa poſtquam ad Chriſtianos principes venit, potentiâ quidem & diuitiis maior, ſed virtutibus minor facta eſt.* Verùm de hac re plura dicendi locus poſtea redibit.

D.Aug.

D Hieron.

Eccleſia rebus aduerſis creuit: decreuit ſecundis.

SECTIO X.

Quotuplex fuerit ſtatus Reipublicæ Hebræorum.

1\. VT quæ de Regum hiſtoria dicenda ſunt, clariùs intelligãtur, neceſſe eſt, vt totus ille Reip. Hebræorum ſtatus ſub vno aſpectu proponatur. Et vt à nominis etymologia ordiamur. Hebræi dicti ſunt, vel ab illo ſuo antiquo progenitore Heber, vt Perer. ad cap. 14. Geneſ. diſput. 2. latè confirmat: vel à Patriarcha Abraham, vt Riber. in proœm. epiſt ad Hebræos, cap. 2. & in cap. 1. Ionæ, num. 43. potiùs arbitratur. Nam Abraham omnium primus dictus fuit Hebræus, id eſt, tranſitor, quòd relicta Chaldæa tranſierit Euphratem; vnde Geneſ. 14. n. 13. dicitur vnus, qui è bello euaſerat, nuntiaſſe *Abram Hebræo*, ſeu, vt vertunt Septuaginta, *Abram tranſitori.* Ab eo igitur dicti ſunt illius poſteri Hebræi, ſeu tranſitores, quaſi transfluuiales. quo pacto nunc dicuntur tranſpanadi, qui trans Padum, & tranſtagani, qui trans Tagum commorantur. Quamuis Theodoret. q. 60. in Gen. poſtquàm hanc difficultatem expediuit, & in hanc poſteriorem partem inclinauit, ſuperuacaneum eſſe laborem in hac quæſtione ventilanda arbitretur. *De hoc*, inquit, *contendere ſuperfluum eſt, nullum enim ex hoc verbo pietati detrimentum accedit, ſiue hoc, ſiue illud recipiamus.* Illud tamen aduerte, Septuaginta aliquando pro *Hebræo* tranſtuliſſe *ſeruum.* Vt Ionæ 1. n. 9. *Hebræus ego ſum*; illi transferunt, *ſeruus Domini ego ſum.* Quod facilè contingere potuit propter ſimilitudinem

Vnde Hebræi nomen deſumpſerint.

Perer.

Riber.

Abraham cur Hebræus dictus.

Theod.

dinem characterum. Nam Hebræus dicitur עֶבֶר *Heber*, per literam ר *reſc*, in fine a verbo עָבַר *Habar*, id eſt, *tranſire*, ſeruus autem dicitur עֶבֶד *Hebed*, per literam ד *daleth*, in fine, à verbo עָבַד *Habad*, id eſt, *ſeruire*.

2. *Duo Hebr. Reip. tempora.* *Primus ſtatus in primo tempore, ante deſcenſum in Ægyptum.* Ariſtot.

His poſitis, duo tempora diſtinguenda ſunt in Repub. Hebræorum. Vnum ante ingreſſum in terram promiſſam Chanaan: alterum poſt ingreſſum. In priori quidem triplex ſtatus diſtingui poteſt. Vnus ante deſcenſum in Ægyptum, in quo Hebræi nondum Rempub. ſed familiam conſtituebant. Nam Reſp. vt patet ex Philoſopho 9. Ethic. & 2. Polit. non niſi ex pluribus familiis coaleſcit: tunc autem vna tantùm erat Abrahæ domus, in quam ſucceſſit domus Iſaac, & in hanc domus Iacob. Et quamuis tempore Iacob, poſtquàm eius filij connubia contraxerunt, plures iam familiæ darentur, quarum omnium gubernatio eſſe non poterat œconomica; tamen non erant ita multæ, vt politicam Rempub conflarent, ſed mediam quandam communitatem, quam vitalem, ſeu collectaneam appellant. Neque enim plures erant ex ſemine Iacob, quando in Ægyptum deſcenderunt, quàm 70. animæ, vt Geneſ. 46. n. 27. conſtat.

3. *Secundus ſtatus poſt deſcenſum in Ægyptum.*

Secundus ſtatus fuit, poſtquàm in Ægyptum deſcenderunt. Qui diuidi poteſt in ſtatum felicitatis, viuente adhuc Ioſepho; & aduerſitatis, Ioſepho extincto. Et licèt viuente Ioſepho potuerint Hebræi aliquam Rempub. conſtituere; præſertim cum ſeorſim ab Ægyptiis morarentur in terra Geſſen, prope vrbem Ramaſſes, vt patet Geneſ. 47. n. 4. 11. & 27. in qua ſub Ioſepho, & Iudicibus ab eo impoſitis in vnius formam Reipub. tenerentur: tamen Ioſepho extincto, cum Hebræi affligi cœperunt *operibus luti*. Exod. 1. n. 14. non videntur vllos ex ſua gente principes habuiſſe; ſed præfectos tantùm, & magiſtros operum Ægyptios, à quibus premebantur, vt ex eodem cap. n. 11. colligitur.

4. *Tertius ſtatus poſt exitum de Ægypto.*

Tertius ſtatus fuit poſt exitum de Ægypto, cùm in deſerto vagarentur, in quo quadraginta annorum ſpatio ſub Moyſe fuerunt. Exod. 16. num. 35. Deut. 2. n. 7. & Deut. 8. n. 2 quamuis non ſemper eodem modo. Nàm primo circiter anno ab exitu de Ægypto, ſolus Moyſes gubernabat. Deinde verò cum non poſſet vnus Moyſes tam multis litigantium Iudæorum cauſis ſatisfacere, ſequutus Iethro ſoceri ſui conſilium, conſtituit in populo decanos, quinquagenarios, centuriones, ac tribunos, qui faciliores populi cauſas definirent; ad Moyſem verò referrent grauiores. Exod. 18. n. 25. & 26. Deut 1. n. 15. Tandem paulò poſt, cum Moyſes ferre non poſſet illius populi, ſeu malitiam, ſeu inconſtantiam, Ægyptias carnes deſiderantis, peteretque à Deo, vt ſibi vitam, vel curam illius populi adimeret, dedit illis Deus ſeptuaginta ſeniores, qui per omnia illi æquales forent. Vnde principatus non iam Monarchicus erat, vt hactenus, ſed Ariſtocraticus: quæ omnia patent ex cap. 11. Numer. à n. 14. Hæc de priori tempore ante ingreſſum in terram promiſſionis.

5. *Primus ſtatus in ſecundo tempore, ſub Iudicibus.*

In poſteriori autem tempore, ſcilicet poſt ingreſſum in terram promiſſionis, triplex quoque fuit ſtatus Hebræorum. Vnus ſub Iudicibus. Alter ſub Regibus. Tertius ſub Pontificibus. Primus incepit à Ioſue: quamuis hic non fuerit propriè Iudex, cum abſolutam in populo habuerit poteſtatem; Iudices verò non ita, ſed ſolùm fuerint duces aſſumpti ad bellandum, quando hoſtes acriùs inſurgebant; de qua re ad caput 8. copioſiùs dicemus. Interim conſule Feuardent. in cap. 4. Ruth in digreſſione quadam de Iudicibus, ac Regibus (Feuard.)

A Iſraël, Carolum Sigon. lib. 1. de Repub. Hebræorum, cap. 5. & lib. 7. cap. 1. & 3. Reineruum in hiſtoria Iulia de regno Iſraëlitico, Abulenſ præfatione in lib. Iudic. à quæſt. 9. Vbi quid diſcriminis inter hunc Iudicum ſtatum, & ſequentem Regum interfuerit, latè proſequuntur. Deſiit verò hic ſtatus in Samuele, qui fuit vltimus illius populi Iudex, à quo deinceps Regum hiſtoria inchoatur. (Carol. Sig. Rein. Abul.)

Secundus adbuc habuit duplicem conditionem. Nam initio totus populus fuit ſub vno Rege Saüle, Dauide, & Salomone. Poſtea verò tempore Roboam, qui ſucceſſit in regnum parenti ſuo Salomoni, diuiſus eſt in duas partes, ac duæ quidem B tribus Iuda, & Benjamin manſerunt ſub Roboam; à quibus tamen ſeparata non erat tribus Leuitica, quamuis cum illis; quia extra ſortem aliarum erat, ſoli diuino cultui mancipata, recenſeri non ſolet. Et hoc appellatur regnum Iuda, à quo populus Iudæorum. Aliæ verò decem tribus defecerunt ad Ieroboam, quod appellatur regnum Iſraël, vel Samariæ, à quo populus Samaritanorum: quamuis propriè Samaritani, qui Iudæis non coütebantur, non erant Hebræi de regno Iſraël, ſed Gentiles, qui Iſraëlitis per Aſſyrios in captiuitatem ſubductis, in Samariam ſucceſſerant. Prius illud regnum ſemper fuit ſub Regibus de tribu Iuda, ac de ſtirpe Dauid. Poſterius autem cœpit quidem ſub vno, & C altero Rege de tribu Ephraim, vnde nomen accepit: ſed in ea tribu non perſeuerauit, ad alias, atque alias transfuſum. Neque mirum, cum non ſucceſſione, ſed tyrannide primi occupantis propagaretur. Quouſque tandem captum eſt, & tranſlatum per Salmanaſar Regem Aſſyriorum; vnde poſtea nunquam rediit, vt patet ex 4. Reg 17. à n. 3. Regnum verò Iuda poſt multum temporis tandem ſuorum ſcelerum pœnas luit, abductum in Babylonem per Nabuchodonoſorem Regem, & per eius ducem Nabuzardan. 4. Regum 25. à n. 1. & Ierem. 39 à n. 1. Quo in exilio Iudæi ſeptuaginta annos iuxta vaticinium Ieremiæ cap. 25. n. 11. ſine principe ſui generis vixerunt. 6. *Secundus ſtatus ſub Regibus.*

Tertius tandem fuit poſt captiuitatem Babylo- D nis, quando regreſſæ duæ illæ tribus, vrbemque, ac templum reædificantes, ſub pontificibus fuerunt: non quidem quòd toto tempore Summi Pontifices, ſed quòd maxima parte gubernarint. Omnium primus fuit Ioſue filius Ioſedec. 1. Eſdr. 3. num. 2. qui Zachar. 3. n. 1. dicitur Ieſus Sacerdos magnus; & rem ſacram gubernabat, Zorobabele rem profanam gubernante. Poſt Ioſue quinque alij Pontifices. 2. Eſdr. 12. à n. 10. numerantur. Tandem ſucceſſerunt Machabæi, qui fuerunt quaſi Reges, quouſque Romani regiam illis dignitatem ademerunt, relicta Pontificali: & Reges alienigenæ eſſe cœperunt, vt patet in Herode Aſcalonita, ab Aſcalonitis, quorum amicitias ambiit, & coluit, ita nuncupato, E patre illius Herodis Antipæ, qui Ioannem occidit, & Chriſtum illuſit, & auo illius Herodis Agrippæ per filium Ariſtobulum, qui Iacobum interfecit, & Petrum in carcerem incluſit. 7. *Tertius ſtatus ſub Pontificibus.*

Hic igitur Herodes alienigena, fuit filius cuiuſdam Antipatri Idumæi, vt Ioſephus lib. 14. antiq. cap. 2. teſtatur. Vnde ille Herodes eius filius, qui Chriſtum Dominum ſpreuit, dictus fuit Rex ſylueſter, hoc eſt, ex ſylua alienigenarum natus; iuxta illud Oſeæ 10. num. 6. loquentis de Chriſto Domino ad Herodem ducto, *delatus eſt munus Regi vltori*: ſeu, vt habent 70. *Regi Iarim*; hoc eſt, Regi ſylueſtri. Quem locum Tert. lib. 4. contra Marc. cap. 42. explicat de Chriſto Domino ad Pilatum ducto. 8. *Herodes alienigena.* (Tertul.)

exagitatæ, à reliquo armento aberrant, per auia, & omnia deſultant, nullis bubulci vocibus reuocantur, ſed in abrupta præcipites aguntur: ita planè, interprete Theod. illud regnum Samariæ neſcio quo œſtro idolorum colendorum ſtimulatum, ſegregauit ſe à diuino cultu, & in dæmonis ſeruitutem præcipitauit, tanta in ſuummet exitium temeritate furens, vt nullis vnquam Prophetarum vocibus à nefaria ſuperſtitione reuocaretur.

7.
Regnū Iſraël inteſtinis ſeditionibus diſſipatum.

Quibus igitur deuoueri pœnis æquum erat illos Reges, qui tantis ſe culpis illigabant? Debuit profectò inteſtinis ſeditionibus fatiſcere totum regnum, quod à ſuo vero Deo diſſidebat. Hoc enim mihi videtur ſignificaſſe Propheta illis verbis: *Tranſire fecit Samaria Regem ſuum quaſi ſpumam ſuper faciem aquæ.* Oſeæ 10. num. 7. Regem inquit, per ſynecdochen, id eſt, Reges; omnes enim perierunt. At cur ſpumæ ſuper faciem aquæ comparantur? Dices, propter breuitatem, & facilitatem, qua omnes illi Reges tandem euanuerunt. Sicut enim ſpuma ocyſſimè ſoluitur, & leuiſſimo quodam ſpiritu difflatur: ita omnes illi Reges breuiſſimo tempore durarunt, & facillimo negotio interierunt.

8.

Adde, ſicut ſpumæ mutuis ſe incurſibus collidentes diſſipantur: ita illud regnum inteſtinis factionibus ſe mutuò diſcerpens concidiſſe; vt quod rebellionibus contra Deum, ac legitimum Regem excitatis natum fuerat, mutuis inter ſe rebellionibus conuulſum moreretur.

Rupert.

Ita Rupertus interpretatur. *Emeruit*, inquit, *Samaria, vt Rex eius tranſiret, & regnum eius ſolueretur; ſicut ſpuma ſuper faciem aquæ. Sicut enim olla feruente, ſuperiores aquæ in ſpumam, bullaſque erumpunt, ipſæque bullæ ſubſilientes colliduntur, & aliis emergentibus, aliæ crepant, & diſſiliunt: ita Samaria, vel decem tribus iugi fermentes igne diſcordiæ, Reges alios ſuper alios creauerunt; & vſque ad decem vices percuſſis Regibus alij Reges ſuperſederunt.* Decem igitur ſeditiones in eo regno excitatæ notum illius robur, vires, ac neruos comminuerunt.

9.
Decem Iſraëlitici regni ſeditiones.

Quod multò antè primo illius populi Regi præmonſtratum eſt. Quid eſt enim, quod Propheta Ahias ſcindens pallium nouum in duodecim partes, decem tradiderit Ieroboamo, dicens: *Tolle tibi decem ſciſſuras?* 3. Reg. 11. n. 31. Dicet aliquis, rem eſſe ex ipſa litera manifeſtam, quam ipſemet Propheta interpretatus: *Hæc*, inquit, *dicit Dominus Deus Iſraël: Ecce ego ſcindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus.* Vbi decem pallij ſciſſuræ illas decem tribus ſignificant. Sed Rupert. vbi ſuprà, neſcio quid ingenioſius commentatus, illis decem pallij ſciſſuris decem regni ſeditiones recognoſcit. Primam Ieroboami in Roboam. 3 Reg. 12. n. 20. qua illum de regno decem tribuum exturbauit. Secundam Baaſæ in Nadab. 3. Reg. 15. n. 27. qua illum per inſidias aggreſſus interfecit. Tertiam Zambri ſerui Regis Helæ in ipſum Helam. 3. Reg 16. n. 9. & 10. qua Regem temulentum irruens oppreſſit, & occidit. Quartam Ambri, qui erat princeps militiæ, in ipſum Regem Zambri. 3. Reg. 16. n. 17. & 18. qua illum in vrbe regia commorantem ſic obſedit, vt ſi non ad deditionem, certè ad occiſionem ſui coëgerit. Nam Zambri, ne caderet in exitium ſibi ab inteſtino hoſte paratum, ſibi fecit incendium, quo pariter cum aula regia deflagrauit. Quintam Iehu in Ioramum. 4. Reg. 9. n. 24. qua fugienti Ioramo ſagittam inter ſcapulas infixit, & per cor in partem vlteriorem tranſmiſit. Sextam Regis Sellum in Zachariam. 4. Reg. 15. num. 10. qua illum palàm aggrediens obtruncauit. Septimam Regis Manahem in Sellum. 4. Reg. 15. n. 14. qua illum in Samaria percuſſit, & interfecit. Octauam Regis Phacee in Phaceiam. 4. Reg. 15 n. 25 qua illum in Samaria, & in turri domus regiæ interfecit. Nonam Regis Oſee in Phacee, 4. Reg. 15. n. 30. qua illum etiam percuſſit, & interfecit. Decimam Salmanaſaris Regis Aſſyriorum in Oſee. 4 Reg. 17 n. 3. qua illum in ſeruitutem redegit, & tranſtulit in Aſſyrios, vnde nunquam ampliùs remigrauit. Vides, vt regnum ex decem tribubus conflatum in decem ſciſſuras, ſeu in decem factiones laceretur? Ita planè æquum erat, vt regnum, quod à vero Deo ſe abſciderat, in ſe ipſo ſcinderetur; & Reges, qui in Deum rebellauerant, rebellionis talionem paterentur.

10.
Regnū Iſraël cur regnum Ephraim dicatur.

Et nota cum D. Athanaſ. in Synopſi lib. 10. regnum Iſraël appellari regnum Ephraïm, non quòd omnes illius Reges fuerint de tribu Ephraïm; ſed quòd primus Ieroboamus de illa tribu fuerit. Nam Ieroboamo ſolus filius Nadab ex eadem tribu ſucceſſit; cæteri omnes ex diuerſis tribubus ad regnum inuolarunt. Ita Deo prouidente, vt qui regnum ſibi indebitum vſurpauerat, minimè illud apud ſuos poſteros retineret; & regnum malè partum, ad alios, atque alios transfuſum, malè dilaberetur. Itaque omnes Reges Iſraëlis in peſſimum abiêre, & ſuorum pœnas ſcelerum exantlarunt. Nam ſi Oſee poſtremus omnium, qui licèt malus, malitia tamen alios oon exæquauit, iuxta illud: *Fecit malum coram Domino, ſed non ſicut Reges Iſraël, qui ante eum fuerant.* 4. Reg. 17. n. 2. Si inquam, Oſee minùs malus, acerbiſſimas tamen ſuorum flagitiorum pœnas dedit, abductus in extremam captiuitatem, nullum vnquam finem habituram, quid de cæteris Regibus dicendum? Profectò ſicut mores nequiores habuerunt, ita pœnas oportebat, vt luerent acerbiores.

Reges Iuda.

11.
Præter tres Reges Iuda, omnes peccati contagione infecti.

IAm verò ex Regibus Iuda, inquit Siracides, *Præter Dauid, & Ezechiam, & Ioſiam, omnes peccatum commiſerunt: nam reliquerunt legem Altiſſimi Reges Iuda, & contempſerunt timorem Dei. Dederunt enim regnum ſuum aliis, & gloriam ſuam alienigenæ genti. Incenderunt electam ſanctitatis ciuitatem, & deſertas fecerunt vias ipſius.* Eccleſiaſt. 49. à n. 6. Itaque ſi illos tres excipias, in cæteros omnes peccati lues, & contagio dimanauit. Illi verò tres Reges excipiuntur, non quòd omnino non peccauerint: ſed duplici de cauſa.

Cur iſti tres Reges excipiantur.

Prima iuxta gloſſam: *Quia quod*, inquit, *peccauerunt, condigna pœnitentia deleuerunt.* Non enim imputantur hominibus peccata, quæ pœnitentiæ lacrymis diluuntur. Quod ſuo loco illuſtrabo. Sed hæc ratio non eſt literalis; alioqui etiam Manaſſes exciperetur, qui à Deo punitus, per pœnitentiam reſipuit.

Lyran.
Ianſen.
Idololatria per antonomaſiam peccatum appellatur.

Secunda iuxta Lyran. Ianſen. & alios: quia illi tantùm Reges fuerunt immunes à peccato idololatriæ, & à peccato contra diuinum cultum; de quibus tantùm peccatis ibi agebatur; & quæ ſola per antonomaſiam peccata appellantur. Nam cæteri Reges, vel idololatræ, vel in diuino cultu negligentes extiterunt.

12.
Præter illos tres Reges, tres alij æternam ſalutem ſunt adepti. Rex Ioſaphat inter bonos recenſendus.

Fateor tamen præter illos tres Reges, alios quoque extitiſſe, quos ſalutem æternam eſſe conſequutos, non videtur dubitandum: alios verò, de quorum ſalute in vtramque partem diſputari poteſt. In priori ordine tres fuerunt, Ioſaphat, Ioathan, & Manaſſes. Nam de Ioſaphat quarto Rege Iuda, eſt illud ſingulare elogium: *Fuit Dominus cum Ioſaphat, quia ambulauit in viis Dauid patris ſui primis; & non ſperauit in Baalim, ſed in Deo patris ſui, & perrexit in præceptis illius, &*

non

non iuxta peccata Iſrael. 2. Paralip. 17. à n. 3. Et deinceps toto capite, ac ſequentibus egregia eius facta memorantur, quibus rem ſacram, ciuilem, & militarem, non mediocriter auxit, ſtabiliuit, exornauit. Quòd ſi peccauit iniens commercium cum Achabo improbo Rege Iſraël. 2. Paralip. 18. à n. 1. tamen à Deo reprehenſus, patienter tulit, & humiliter reſipuit. Nam dicente ad eum Propheta: *Impio prabes auxilium, & his qui oderunt Dominum, amicitia iungeris, & idcirco iram quidem Domini merebaris; ſed bona opera inuenta ſunt in te, eo quòd abſtuleris lucos de terra Iuda, & præparaueris cor tuum, vt requireres Dominum Deum patrum tuorum.* 2 Paralip. 19. n. 2. & 3. Vbi vides Prophetam cum iurgio encomium miſcuiſſe; vt non tam punitionem infligere, quàm emendationem ſperare videretur. Obiurgante, inquam, eum Propheta, Rex non obduruit, ſed humiliter ceſſit: & vt ſignificaret, ſe præteritum factum deteſtari, noua virtutum cœpta aggreſſus eſt, quæ citato capite narrantur.

Ioſaphat pœnitentia.

13. Quòd ſi iterum peccauit, amicitias coniungens cum impio Ochozia Rege Iſraël 2. Paralip. 20. n. 35. tamen obiurgatus a Propheta, & flagellatus à Deo, vt citato loco n. 37. habetur, ſic reſipuit, vt poſtea ad eaſdem amicitias inſtaurandas ſolicitatus, ſtrenuè recuſarit. 3. Reg. 22. n. 50. Cætera, quæ de illo citatis Scripturæ locis narrantur, ſatis mihi videntur ſuadere, eum inter optimos Reges numerandum. Vnde etiam mortuus profuit filio. Nam cum Iehu occideret Ioramum Regem Iſraël, filium Achabi, & Ochoziam Regem Iuda, filium Ioſaphat, illum inhumatum reliquit in agro Iſraël. 4. Reg. 9. num. 25. hunc autem ſepeliendum curauit in ſepulchro cum patribus ſuis, in ciuitate Dauid. Ibidem numero 28. Et rationem reddit textus: *Eo quòd*, inquit, *eſſet filius Ioſaphat, qui quæſierat Dominum in toto corde ſuo.* 2. Paralip. 22. num. 9. Tanta erat ſanctitas Ioſaphat, vt in filium improbum refunderetur.

Ioſaphat etiam mortui ſanctitas filio Ochoziæ profuit.

14. Porrò Ioathan vndecimum Regem duarum tribuum, idcirco inter iuſtos conſtituo, quia à nemine reprehenſum video, à multis collaudatum. Nam D. Hieron in cap. 7. Iſaiæ, Regem iuſtiſſimum eum vocat. Sub hoc Rege, tanquam iuſtiſſimo, vt notat D. Hieron. *vidit* Iſaias *Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum* Iſaiæ 6. num. 1. quem videre non potuit ſub Ozia, tanquam iniquiſſimo; vt paulò inferiùs obſeruabo. Ioſephus lib. 9. antiq. cap. 11. docet, nullam huic Regi virtutem defuiſſe: ſcilicet fuiſſe pium erga Deum: iuſtum erga homines; ſtudioſum erga Rempub. hoſtibus terribilem; familiaribus denique ſelicem. Bis in Scriptura tempus, quod vixit, & quod regnauit, inculcatur. Semel quidem in principio regni: *Viginti quinque annorum erat Ioathan, cum regnare cœpiſſet, & ſexdecim annis regnauit.* 2. Paralip. 27. n. 1. Iterum verò in fine vitæ, citato cap. n. 8. vbi eadem verba repetuntur. Non ſine myſterio fortaſſe, vt ibi Gloſſ. obſeruat. *In principio*, inquit, *& in fine annos Ioathan enumerat; quia ſicut in iuſtitia cœpit, vſq; ad finem perſeuerauit. Vnde tempora vitæ eius laude digna prædicantur.* Quæ videtur deſumpta ex Auctore qq. Hebr. lib. 2. in Paralip. Vbi docet, Scripturam initium regni Ioathan, & innocentiam deſcripſiſſe: *Vt monſtraret*, inquit, *eum in innocentia perſeueraſſe, qua cœpit.* Optimus Ioathani Regis encomiaſtes eſt Auctor operis imperfect. in Matt. homil. 1. *Ioathan*, inquit, *interpretatur perfectus, vel dominus immaculatus. Et verè perfectus fuit, & quantum ad Reges ſe præcedentes, dominus immacu-*

Rex Ioathan inter iuſtos conſtituitur.

D. Hier.

Ioſeph.

Ioathani virtutes.

Ioathani perſeuerantia.

Gloſſ.

Auct. qq. Hebr.

Auctor imperf.

Ioathani nominis interpretatio.

A *latus: quia fecit, quod placitum erat Deo, & nulla reprehenſio eius legitur in ſcriptura Regnorum.* Ita & cæteri loquuntur. Sed quamuis eius laudatores abeſſent, vna ſufficeret Scriptura, quæ illum 4. Reg. 15. n. 32. & 2. Paralip. 27. per totum non mediocriter commendat.

15. Iam verò Manaſſes initio ſceleratiſſimus fuit, cuius ſcelera 4. Reg. 21. à num. 2. & 2. Paral. 33. à num. 2. latiſſimè deſcribuntur. Nihilominus à Deo correptus, 2. Paralip. 33. num 11. ſic reſipuit, Ibidem num. 15. vt, teſte Ioſepho lib. 10. antiquit. cap. 4. beatiſſimus prædicaretur. Vnde D. Auguſt. ſerm. 58. de Temp. expoſitis priùs ſceleribus, quibus Manaſſes obrutus fuit: *Poſt hæc*, inquit, *in captiuitatem ductus, & in carcerem miſſus, cum grandi humilitate pœnitentiam agens, ita gratiam Dei obtinuit, vt mereretur inter Dei amicos poſtmodum numerari.* Quæ verba nihilo mutata inuenies apud Cæſarium Arelatenſ. hom. 14. de pœnit. Sed & D. Ioan. Climacus in opuſculo de ſcala paradiſi, gradu 30. de humilitate: *Inuenio*, inquit, *Manaſſem illum inter homines cæteris ampliùs, & perniciosiùs peccaſſe: templúmque Dei, ac religionem omnem profano cultu idolorum inquinaſſe, pro quo ſi mundus totus ieiunaſſet, nullam ſceleribus eius dignam pœnitentiam inferre potuiſſet; valuit tamen humilitas inſanabilia eius vulnera curare.* Tandem D. Chryſoſt. homil. 23. in Matt. *Manaſſes*, inquit, *ſcelera multa commiſerat, maiora prorſus, quam vt videretur venia poſſe donari. Veruntamen poſt tot illa, tantaq; flagitia, ab omnibus eſt mundatus pœnitentia fletu, & ſtudio voluntatis.* Vnde ſerm. quodam de pœnit. idem Chryſoſt. *Quis*, inquit, *ſceleratior Manaſſe? & hunc pœnitentia reuocauit.* Et paulò poſt exclamat: *O pœnitentia, miſericordiæ mater, & magiſtra virtutum! magna opera tua, quibus reos reſoluis, ac reficis delinquentes, lapſos releuas, recreas deſperatos. Per te Manaſſes, poſt cruenta facinora, ecce meruit fieri acceptabilis.* Itaque Manaſſes vnus eſt è ſex Regibus, qui in regno Iuda ſine dubio ſalutem compararunt.

Rex Manaſſes inter Dei amicos numeratur.

D. Auguſt.

Manaſſis pœnitentia.

Cæſ. Arel.

D. Ioan. Climac.

D. Chryſ.

16. In poſteriori ordine eorum, de quorum ſalute dubitatur, primus eſt Salomon. Quam difficultatem, quia duo è noſtris, Barrad. tom. 1. Concord. lib. 5. cap. 9. & Pined. lib. 8. de rebus Salom. cap. 1. latiſſimè diſputarunt, libens in hoc proœmio prætermitto, eam ſuo loco fuſiùs diſputaturus. Interim dico, nihil in ea eſſe certius, quàm ipſam incertitudinem; hoc vnum eſſe ex iis, quæ nos Deus mirari voluit, ſcire noluit: præuidens vtiliorem nobis fore de hac re ignorantiam, quàm ſcientiam. Nam ſcientia, ſi eſſet de ſalute æterna Salomonis, præſumptuoſos redderet malos, qui eo exemplo excitati, leuiter præſumerent, eundem ſe quoque finem habituros: ſi de æterna eiuſdem damnatione, puſillanimes redderet bonos, qui animum omnino deſponderent, videntes tantas virtutum opes, quibus Salomon abundauerat, penitus interiiſſe: ignorantia verò vtroſque redderet cautos, & inter ſpem metúmque ſolicitos conſeruaret.

Tres alij Reges Iuda, de quorum ſalute dubitatur.

Barrad.

Pineda.

Salomonis ſalus incerta.

Ignorantia de Salomonis ſalute nobis ſcientia vtilior.

17. Alter, cuius ſalus incerta eſt, fuit Aſa tertius Rex duarum tribuum. Nam eius bonitatem egregia de illo encomia, quæ in ſacris literis commemorantur, adſtruere videntur: *Fecit Aſa*, inquit textus, *rectum ante conſpectum Domini, ſicut Dauid pater eius.* 3. Reg. 15. num. 11. Vbi multis aliis commemoratis ab eo præclarè geſtis, tandem concluditur: *Cor Aſa perfectum erat cum Domino cunctis diebus ſuis.* Ibid. n. 14. Quæ omnia 2. Paralip. 14. & 15. latè repetuntur. Vnde Carthuſ. putat, non eſſe damnatum. Zonaras tom. 1. Annal. ait, hunc Regẽ *vita piè acta, & longam ſenectutem adeptum obiiſſe.*

Regis Aſa dubia ſalus. Qui bonum affirmant.

Carthuſ.

Zonar.

Sev. Sulp. Car. Sig.

Seuer. Sulpit. lib. 1. ſacræ hiſtoriæ vocat *Religioſum Domini cultorem*. Et Carol. Sigon. eius Scholiaſtes, in ſcholiis eius loci eum numerat inter *primos pietatis cultores.*

18. *Eius peccata certa, incerta pœnitentia.*

Nihilominus tria eius peccata manifeſta ſunt in ſacris literis. Vnum, quòd habuerit fiduciam in Rege Syriæ, & non in Domino Deo ſuo; & proinde non ipſius Dei, ſed illius Regis auxilium implorauerit. Vnde Propheta eum grauiter obiurgans: *Stultè*, inquit, *egiſti*, &c. 2. Paralip. 16. n. 9. Alterum, quòd Prophetæ eum obiurganti non conſenſerit, ſed potiùs ſuccenſuerit, eúmq; in neruum, ſeu in carcerem coniici imperarit, plurimóſque de populo interſecerit. Ibid. n. 10. Fortaſſe quod Prophetæ potiùs, quàm Regis partes tuerentur. Tertium, quòd cùm ægrotauerit dolore pedum vehementiſſimo; fortè quia Prophetæ pedes ferro conſtrinxerat; tamen *nec in infirmitate ſua quæſiuit Dominum, ſed magis in medicorum arte confiſus eſt.* Ibid. n. 12. Quare, cum hæc peccata in extrema vitæ periodo commiſerit, nec vllam, quæ referatur, illorum pœnitentiam habuerit, minimùm neceſſe eſt, vt incertum nobis de illius ſalute indicium relinquatur.

19. *Regis Oziæ exitus vitæ incertus. Bonum fuiſſe probatur.*

Tertius, de cuius ſalute poteſt dubitari, eſt Ozias decimus Rex Iuda, alio nomine Azarias. Sic enim dicitur 4. Reg. 15. n. 1. cùm tamen 2. Paral. 26. n. 1. Ozias appelletur. Hic igitur, vt eſt in litera, *fecit, quod erat rectum in oculis Domini. Et exquiſiuit Dominum in diebus Zachariæ intelligentis, & videntis Deum.* 2. Paralip. 26. n. 4. & 5. multáque in totius vtilitatem Reip. curauit, quæ toto capite

D. Hieron.

referuntur. Vnde D. Hieron. in epiſt. 142. ad Damaſum, citat quendam virum: *A quo*, inquit, *ego plura didiciſſe me gaudeo*; qui per illas duodecim alas duorum Cherubinorum, Iſaiæ 6. n. 2. intelligit duodecim Reges Iuda, incipiendo ab Ozia, vſque ad Godoliam, quem Rex Babylonis poſt Sedeciam relicto in Iudæa populo præfecit. 4. Reg. 25. n. 22. & ſicut ex illis duodecim alis, quatuor tantùm volabant: nam quatuor faciem, totidem pedes ipſorum Cherubinorum, vt in nonnullis exemplaribus inuenitur, occultabant: *Ita inquit, ex his duodecim Regibus tantùm quatuor iuſtos fuiſſe, Oziam, Ioatham, Ezechiam, & Ioſiam, qui ſublimes per ſingulas captiuitates audeant glorificare Deum: reliquos verò propter peccata ſua velare faciem; & alios, qui in captiuitatem ducti ſunt, pedum velare veſtigia.* Vbi planè ſentit, Oziam inter iuſtos Reges numerandum. Eadem

Lyran.

eſt ſententia Lyrani. Nam ad illa verba: *Et factum eſt in diebus Achaz, filij Ioathan, filij Oziæ Regis Iuda,*

Rab Salom.

&c. Iſa. 7. n. 1. docet ex Rabbi Salomone, exprimi eo loco patrem, & auum ipſius Achaz, ad oſtendendum, quòd beneficium diuinum factum ipſi Achaz, prout in eo capite deſcribitur, non fuerit factum propter bonitatem ipſius Achaz, cum eſſet idololatra peſſimus Achaz, & proinde diuino beneficio indignus, ſed propter meritum patris eius Ioathan, & aui eius Oziæ, qui fuerunt viri boni, ac iuſti. Quod ſi Ozias fuit ſacrilegus, ſacerdo-

Oziæ pœnitentia.

tale miniſterium ſibi vſurpando 2. Paralip. 26. n. 16. tamen, addit Lyran. patienter ferendo lepram ſibi à Deo inflictam, & recedendo à populo, & abſtinendo à regimine, & habitando in domo ſeparata vſque ad diem mortis ſuæ, totum ſuum peccatum expiauit.

20. Auct. imperfect.

In eandem ſententiam non innitus trahitur Auctor operis imperfect. in Matth. homil. 1. Vbi notat, eos Reges Iuda, qui ab Athalia deſcenderunt, prout ab illa vitioſiſſima radice longiùs recedebant, eo minùs à Deo per impietatem receſſiſſe: & propterea Oziam, qui quarto iam ab

A ea gradu diſtabat, cæteris præcedentibus meliorem fuiſſe, non tamen omnino perfectum: quia adhuc aliquid de ea radice peſſimæ parentis ſapiebat, cùm opus ſacerdotij ſibi indebitum affectauit, propter quod ſentit eum à Deo flagellatum, non damnatum. *Percuſſit*, inquit, *eum lepra propter iactantiam eius, vt domi ſederet: vt videretur non de numero generationis Chriſti precibus, ſed fruitione regni ex parte fraudatus.* Quibus verbis ſatis oſtendit, Oziam temporariis tantùm pœnis ſubiectum eſſe, non æternis.

21. *Malum fuiſſe oſtenditur.*

Contrà verò improbè vixiſſe, & obiiſſe oſtendere videtur illud ſacrilegium, quod commiſit loco citato Paralip. vbi felici rerum ſucceſſu tu-
B mens, regali dignitate minimè contentus, ſacerdotalem vſurpauit. Cuius ſceleris nuſquam expreſsè dicitur pœnitentiam egiſſe. In hac ſententia ſine

D. Baſil. *Regum peccata diuinam quodammodo retardant beneficentiam.*

dubio eſt D. Baſil. Nam ad illa verba: *In anno, quo mortuus eſt Rex Achaz, factum eſt onus iſtud*, &c. Iſ. 14. n. 28. quærit, cur onus illud, hoc eſt, ſupplicium Philiſthinorum, quod in magnum Hebræorum beneficium cedebat, contigiſſe dicatur in anno, quo mortuus eſt Rex Achaz. Et reſpondet, vt ſignificetur, diuinam beneficentiam per improbi Regis vitam à benefaciendo quodammodo impeditam, ſtatim eo mortuo in plurima beneficia effluxiſſe. *Mox*, inquit, *vt in ruinam improbus iſte abiit principatus, verbum Domini fit aduerſus Philiſthæos.*
C *Proinde ſciendum, quia ſimul atque peccatum regnans in hoc noſtro mortali corpore, mortuum fuerit, tunc in nobis fit verbum Domini.* Seu, vt paulò inferiùs magis declarat: *Improbati dogmatis auctore vita defuncto, anima noſtra à iugo iniuſti poſſeſſoris emancipata, & in priſtinam aſſerta libertatem, idonea efficitur ad contemplationem*, &c. Itaque peccatis, & peccatoribus ſublatis, magna à Deo beneficia in bonorum hominum ſinum conferuntur.

22. D. Baſil.

Quod duplici exemplo D. Baſil. illuſtrat. Vno, quia viuo Pharaone, Hebræi qui ſub illius ſeruitute preſſi in Ægypto tenebantur, diuinam miſericordiam implorare non valebant, multo minùs exorare: eo tamen mortuo *vociferati ſunt, aſcenditque clamor eorum ad Deum, & audiuit gemitum eorum.* Exod. 2. n. 23. *Dum enim*, inquit Baſil. *ſuperſtes eſſet*
D *Rex ille facinoroſus, ſuſpiria nulla, aut gemitus effundere ad Deum potuerunt; illo morte ſublato, tunc æquum erat, vt ſui eſſent iuris, ac præualerent, & ſui hoſtis atrociſſimi inſultarent ruinæ.* Altero quia viuo Ozia, nul-

Ozia peccata Dei commercium cum hominibus impediebant.

lum Dei cum hominibus commercium eſſe videbatur; illo tamen mortuo, ſtatim Propheta: *Vidi*, inquit, *Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum*, &c. Iſ. 6. n. 1. *Nec immeritò*, inquit D. Baſil. *Nam hoc improbo Principe emortuo, cultúque Dei à tam flagitioſo piaculo legitimè expiato, ac redempto, myſteria, quæ Deum concernebant, reuelantur Prophetæ.* Ex qua doctrina colliges, quàm ſint improbi homines
E à nobis non ſolùm deteſtandi, ſed etiam ſugiendi, ne per illorum conſortium diuina in nos pietas claudatur. Deinde intelliges ad rem præſentem, Oziam ex mente D. Baſilij tam improbum fuiſſe, vt illius demerito, quandiu vixerit, diuina ſanctiſſimis Prophetis colloquia negarentur: mox vt obierit, communicarentur.

23. D. Chryſ.

In eadem ſententia eſt D. Chryſoſt. homil 4 de verb. Iſaiæ ad fin. Nam inquirens, cur, cum cæteri Prophetæ ſuas viſiones narrare aggrediantur à vita Regum, ſub quibus vixerant, Iſaias à morte Oziæ exordiatur. Reſpondet cauſam eſſe, quia improbi Regis ſacrilegium Deum quodammodo à commercio cum hominibus auocabat: illo mortuo, ſtatim Deus in gratiam cum hominibus quodammodo redibat. Vbi Oziam ſæpius appellat impurum:

A impurum: *Silet*, inquit, *ſpiritus gratiæ, eo quod ſub impuro illo non erat gratia.* Et paulò pòſt ſic inducit loquentem Iſaiam: *Antea*, inquit, *Deum non videbam nobis iratum; venit mors impuri, & ſoluit iram.* Ac tandem: *Mortuus eſt*, inquit, *impurus, & Deus reconciliatus eſt hominibus.*

Ozias in peccato perſeuerantia.

Quo loco non ſolùm ſignificat Oziam improbè vixiſſe; ſed etiam improbum ad extremum vitæ perſeueraſſe, cùm etiam in morte eum ſæpius nominet impurum, & illius vitam impedimento fuiſſe dicat, ne diuina in homines beneficentia panderetur.

D.Hier.

Sic & D.Hier. in epiſt. 145. ad Damaſum, eundem Iſaiæ locum interpretatur: *Viuente*, inquit, *leproſo Rege, & quantum in ſe eſt, ſacerdotium diſſipante, Iſaias viſionem videre non potuit.* B *Quamdiu ille regnum tenuit in Iudæa, Propheta oculos non leuauit ad cælum: non ſunt ei reſerata cæleſtia: non apparuit Dominus Sabaoth, nec in myſterio fidei, ter ſancti nomen auditum eſt. Quando verò ille mortuus eſt, vniuerſa, quæ ſubſequens ſermo monſtrabit, aperto ſeſe lumine prodiderunt.* Vbi apertè Oziæ in peccato perſeuerantiam oſtendit, non ſolùm, quia ſignificat, eum quamdiu vixit, indignum fuiſſe, ſub quo cæleſtes fierent viſiones; ſed etiam, quia licèt Ozias effectu ipſo ſemel tantùm ſacerdotium diſſipant, in ipſo affectu & quantum in illo erat planè ſignificat eum, quamdiu vixit, ſemper ſacerdotium diſſipaſſe. His igitur in vtramque partem argumentis illud ſaltem efficitur, vt de Oziæ ſalute non immeritò dubitetur.

24.

Cæteri Reges Iuda improbi.

C Cæteros Reges Iuda miſerandum ſcelerum naufragium labefecit, vt totam Regum hiſtoriam obſeruanti facile patebit. Vnde factum, vt & totum illud regnum ad miſeræ captiuitatis, diuturnæque ſeruitutis ſcupulos allideretur.

Ob Regum peccata populus ſæpe luit pœnas.

Nec immeritò. Iuſtiſſimè enim à Deo Regum flagitia io ciuium capita expetuntur, & vt cecinit Horatius,

Horat.

Quidquid delirant Reges, plectuntur Achiui.

Heſiod.

Seu, vt ante illum Heſiodus,

Principis iniuſti gens omnis crimina præſtat.

Iuſt.Mart.

Quod egregiè declarat Iuſt. Mart. q. 138. ad Orthod. *Sicut*, inquit, *homo ex anima, & corpore conſtituitur: ita regnum ex Rege, & eis qui reguntur, coagmentatur. Et quemadmodum, ſi homo manibus peccatum committens,* D *tergo pœnas pendat, non iniquè, qui in eum animaduertit, agit: ita non iniuſtè Deus facit, Principum delicta populi pœna coercens.* Sed quæ tempeſtas vtrumque illud regnum Iuda, & Iſraël penitùs diſſiparit, breuiter illuſtremus.

SECTIO VIII.

Nimia felicitas Iſraëlitici regni mores diſſipauit.

1.

Quæ tempeſtas Hebræorum Reges ad ſcelerum ſcopulos alliſerit.

EN quales Reges, de quibus nobis agendum eſt: omnes ferè ad idololatriam proni, ad iniuſtitiam rapidi, ad omne genus impietatis temerarij, ac præcipites. Sed quis eos tam lætus oculus faſcinauit, quos Deus olim vti pupillam oculi ſui cuſtodiuit? Deuter. 32. num. 10. Quis tam ſæuus turbo à diuinis legibus auulſit, quos Deus tranſtulit de Ægypto, & in loco vberi plantauit? Pſal. 79. num. 9. Quis tam vorax lupus abegit, quos Deus velut ouem in beata paſcua deduxit? Pſ. 79. num. 2. Quis tam malignus de cælo afflatus corripuit, quos ſpiritus Dei bonus deduxit in terram rectam, & propter nomen ſuum viuificauit? Pſal. 142. num. 10.

Nimia felicitatis turbo Hebræorum Reges à Deo auulſit.

Nimia profectò felicitas, niſi fallor, ad quam tandem Hebræorum Reges aſcenderunt, tempeſtas fuit, quæ eos ad infelices ſcelerum ſcopulos alliſit.

2.

Vicit Saulē.

Saül cùm eſſet paruulus in oculis ſuis, caput in tribubus Iſraël factus eſt. 1. Reg. 15. num. 17. Cum magnus ſibi videri cœpit, & de proſperis rerum ſucceſſibus inaniter gloriari, debitam Deo reuerentiam, & obedientiam denegauit. ibid. num. 19.

Deiecit Dauidem. Excæcauit Salomonem.

Dauid omnibus locis, ac focis pulſus, Deum inquirebat; ſceptro, & ſolio donatus, alienum thorum violabat 2. Reg. 11. à num. 1. Salomon dum ad ſupremum ſapientiæ, & potentiæ, ac opulentiæ faſtigium erigitur, in infimum quoddam cæcitatis, & infirmitatis, atque impietatis barathrum præcipitatur. 2. Reg. 11. à num. 1.

Subegit Ioā.

Ioas proſperis rerum ſucceſſibus elatus, & adulatorijs ſuorum obſequijs delinitus, à prima illa diuinæ legis obſeruantia, quā ſub Ioiada tenuerat, defecit. 2. Paral. 24. n. 27. & ſequentibus: & in Zachariam Ioiadæ filium, qui eum repreheuderat, ſic ingratus extitit, vt eum lapidandum curarit. ibid. num. 21. ea pœna agens in eum, qui ſe arguerat, qua agi conſueuerat in eos, qui Deum blaſphemabant: perinde ac ſi ipſe parem ſibi cum Deo dignitatem habere videretur: nec minoris culpæ reum crederet, qui ſibi iniurias, quàm qui Deo blaſphemias ingerebat. Iam verò Ozias dum felicibus rerum euentibus, tanquam ſecundis à tergo auris promouetur, à diuinis legibus obſeruandis retardatur. *Nam cum roboratus eſſet*, inquit textus, *eleuatum eſt cor eius in interitum ſuum, & neglexit Dominum Deum ſuum.* 2. Paral. 25. n. 16. Quaſi ab ipſa felicitate, qua fruebatur, vires ſibi, ac præſidia ad eam iniquitatem, qua furebat, mutuaretur.

Expugnauit Ezechiam.

Tandem Ezechias de hoſtibus victor, de morbo ſanatus, claris de cælo prodigijs magnam in ſpem erectus, ſic intumuit, vt ſuas omnes diuitias Babylonijs legatis inaniter oſtentaret; maiorem fortaſſe in ſuperbiam proditurus, niſi ab Iſaia grauiſſimi comminatione ſupplicij refrænaretur. 4. Reg. 20. n. 16.

3.

Vtrumque regnum Iuda, & Iſraël diſſipauit.

Longum eſſet ſingulos Reges Iſraëlitici populi recenſere, qui blandientibus ſecundis rebus elati, in inſaniam, imò qualibet inſania deteriorem ſcelerum voraginem corruerunt. Proſperi igitur ſucceſſus illi ſunt qui vtrumque regnum Iuda, & Iſraël diſſipauerunt. Quò enim maior felicitas hominibus blanditur, eò ſæuior in eos vitiorum tempeſtas debacchatur. Quod in fine huius proœmij illuſtro.

4.

D.Aug.

Mundi felicitas mare.

D. Aug. ſerm. 13. de verb. Domini, vocat huius mundi felicitatem mare quoddam: *Quod*, inquit, *amatores vorare nouit, non portare.* Et ſtatim: *Magnæ*, inquit, *virtutis eſt cum felicitate luctari; magnæ felicitatis, à felicitate non vinci.*

Felicitas, ruinoſa.

Supremum felicitatis ſtatum duæ illæ nobiliſſimæ creaturæ homo, & Angelus attigerunt; ſed de tanto culmine deiecti, illum diutiùs non ſeruarunt.

Rupert.

Nihil mirum, inquit, Rupert. lib. 1. de Vict. Verbi, c. 15. *Ecce comprobatum eſt ex duobus*, (ſcilicet Angelo, & homine) *quia principatum* E *omnium nullus humiliter ferre potuit.* Quaſi diceret: ſi in ſupremo felicitatis gradu homo, & Angelus corruerunt, quis in inferiori humanæ felicitatis gradu diuturnior conquieſcet?

5.

Nimia felicitas homines in feritatem belluinam detrudit.

Hac vna felicitate Iudæorum Reges caruerunt: qui quò maius felicitatis mare nauigarunt, eò maiora virtutis naufragia ſubierunt. *Incraſſatus eſt dilectus*, inquit Moyſes, *& recalcitrauit.* Deut. 32. num. 15. Ac ſi optima fortuna, ad quā acceſſerat, eum in feritatem detruderet belluinam: vſque adeò, vt non iam armis, vt homo, ſed calcibus, vt bellua, contra Deum decertaret. Huc facit illa benedictio Iſſachar, Gen. 49. n. 14. *Iſſachar*, inquit Iacob, *aſinus fortis accubans inter terminos.* In Chaldæo eſt, *Iſſachar diues in facultatibus ſuis.* Perinde ac ſi brutū animal, & homo diues nihil inter ſe diſtinguerentur: & qui

humanis

humanis frueretur diuitijs, vitijs laboraret inhumanis.

6. Idcirco Oſeas cap.4.num.16 *Sicut vacca*, inquit, *laſciuiens declinauit Iſrael*. Vt enim vaccæ propter paſtus abundantiam licentiùs aberrare conſueuerunt; ita & homines propter rerum opulentiam effrænatiùs peccare. Quod exprimens Chaldæus Paraphraſtes tranſtulit: *Sicut bos, qui ſaginatur, & recalcitrat, ſic rebellat propter multitudinem bonorum Iſrael*. Miſera hominum conditio, qui à Deo liberaliter excepti, deberent ipſi Deo officioſiùs deſeruire: ſecus agunt, & ex diuina liberalitate ad ſuam impietatem prolabuntur. Quid non dico iniquius, ſed ſtultius? Ecce Salomon: *Proſperitas*, inquit, *ſtultorum perdet illos*. Prouerb. 1. num. 32. Stultorum, inquit, non ſapientium. Hi enim ex ſua proſperitate ad maiores virtutes proficiunt, gratum Deo animum exhibendo: illi ex ſua ad maiora ſcelera effrænantur, acceptam à Deo gloriam ſibi ipſis arrogando.

Proſperitas ſtultorum, perditio.

7. De his Dauid: *In labore*, inquit, *hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Ideò tenuit eos ſuperbia, operti ſunt iniquitate*. Pſal.72.n.5.& 6. Vbi D.Hier. *Per arrogantiam*, inquit, *felicitatis, multiplicata iniquitate premuntur*. Quaſi ex aduerſitate iniquitas aliquando, ſed ſimplex: ex proſperitate verò ſemper duplex, imò multiplex oriatur. Quod Dauid de alijs verbo docuit, experimento in ſe ipſo C comprobauit, vt D.Aug.in Pſ.50.teſtatur: *Quādo*, inquit, *Dauid ſanctus Saulem inimicum patiebatur, non concupiſcebat alienum: factus eſt ſecurus, deuictis hoſtibus, preſſura caruit, timor excreuit*. Cui concinit D. Chryſ.in Pſ.9. *Dauid*, inquit, *poſtquam quietem, & laxamentum aſſequutus eſt, difficilius bellum paſſus eſt incontinentis cupiditatis*. Et in Pſ.50.eandem rem pluribus illuſtrat: *Dauid*, inquit, *talis ac tantus vir, ſpiritus gratiam habens, &c. cùm obtinuiſſet regnum, & gentes ſubiugaſſet, & pax vniuerſa teneret, tunc negligentior, & ſegnior factus eſt, &c.*

Multiplex ex felicitate iniquitas.
D.Hieron.
D.Auguſt.
Felicitas Dauidis, infelix ruina.
D.Chryſ.

8. Idem non ſolùm de Dauide, ſed etiam de eius filio Salomone docuit egregiè D.Bernard.lib.2.de conſider. ad Eugen. *Sapiens*, inquit, *Dauid, ſapiens Salomon fuit; ſed blandientibus nimis ſecundis rebus alter ex parte, alter ex toto deſipuit*: Et addit: *Magnus cui præſens felicitas, ſi arriſit, non irriſit*. Vnde D. Cyrill. Alex. lib.7. contra Iulianum, non tam Salomonis, quàm Socratis ruinam in profanas libidines admiratur. Nam Socrates ſumma preſſus indigentia, qua omnem libidinis ardorem extingui oporteret, ad libidinis ſpurciſsimum barathrum inconſulta, imò & ſtulta temeritate ferebatur. At verò Salomon ex ſumma opulentia, in qua virtutes ſuffocantur, vitia nutriuntur, præceps in voluptatum illecebras agebatur. Quod minùs mirandum eſſe docet D. Cyrill. *Nam in his*, inquit, *qui tam bene agunt, hoc eſt, qui tanta rerum temporalium affluentia potiuntur, ſtimulus cupiditatis vehementior eſt. Semper enim diuitiis comes eſt voluptatum amor, ſemper diuitiæ vitiorum magis, quàm virtutum miniſtra ſunt*.

Nimia felicitas Salomoni dum arridet, irridet.
D.Bern.
D Cyril. Alex.
Socrates moribus intemperans.
Rerum affluentia, cupiditatis ſtimulus.

9. Iam verò Ezechias, qui tam feliciter de hoſtibus triumphauit, Iſaiæ 37.n.36 dum cuiuſdam arrogantiæ flatu intumuit, Iſaiæ 39.à n. 2. inquit D. Chryſ.in Pſal 9. *fuſis, fugatiſque hoſtibus erat periturus*: quaſi qui laborioſo certamine opprimi non potuit, idem glorioſo triumpho opprimendus foret; niſi à Deo cautè, & maturè teneretur. *Sæpe enim*, addit ibi D Chryſ. *videbis rerum ſucceſſus maiora mala facere, quàm res aduerſas*.

Ezechia proſperitas aduerſitate periculoſior.
D.Chryſ.

10. Tandem Manaſſes dum ſecurus eſſet in regno, vitijs ſeruiebat. 2. Paral 33 à n. 2. dum captiuus teneretur in carcere, de vitijs triumphabat, ibid. n.12. Vnde D. Ambr. lib. de pœnitentia, c.15. poſt

D.Ambr.

A illos duos quos de eodem argumento compoſuit, ſi ille eſt eius auctor; ſeu, vt alij malunt, Vict. Cartennēſis Epiſc. Mauritanus: *Manaſſes*, inquit, *Deum in pœna conſtitutus agnouit, quem in regno poſitus antea non quæſiuit*. Vbi plura eleganter de hac re.

Victor. Cart.
Felicitas Manaſſem deiecit, aduerſitas erexit.

11. Sed quid moror ſingulos, cùm omnes Hebræorum Reges idem infortunium abripuerit; & quò illos feliciores auræ promouerunt, eò acerbiores ſcelerum fluctus deuorarunt? Dici nō poteſt, quàm multis diris, & execrationibus naues Tharſis in ſacra pagina deuoueantur. Nam Dauid; *In ſpiritu*, inquit, *vehemēti conteres naues Tharſis*. Pſ.47.n.8. Iſaias: *Dies*, inquit, *Domini exercituum* (hoc eſt, diuina vltio) B *ſuper omnem ſuperbum, & excelſum, & ſuper omnem arrogantem, & humiliabitur: & ſuper omnes cedros Libani ſublimes, & erectas, & ſuper omnes quercus Baſan: & ſuper omnes montes excelſos, & ſuper omnes colles eleuatos: & ſuper omnem turrim excelſam, & ſuper omnem murum munitum*. Vltimo loco tanquam rem multò vehementiùs deteſtandam addit: *& ſuper omnes naues Tharſis*. Iſaiæ 2.à num.12. Hinc eſt, quòd nauis Tharſis à D.Greg.Nyſſ. orat.14.in Cant. appellatur, *inmanans vitioſitas*. Nec diſſentit D.Hier. in Pſal.47. cit. vbi ſic: *Nauigio*, inquit, *Tharſis comparantur, qui in huius ſeculi fluctibus circumferuntur omni vento luxuriæ, & vanitatis*. Cur obſecro naues Tharſis tam malè audiunt, támque execrabiles iudicantur?

Naues Tharſis cur diris in Scriptura deuouentur.
D.Greg. Nyſſ.
D Hieron.

12. C Ratio planè iuxta D.Hier. alia non videtur, niſi quod naues illæ à Rege Salomone tertio quoque anno miſſæ in regionem Tharſis, infinitam propemodum auri, & argenti vim Hieroſolymam inferebant; vt 3.Reg 10.à n.11.& 2.Paral.9.à n.10.narratur. Et cùm aurum, & argentum, immoderatáque diuitiarum abundantia omnium fomes ſit, irritamentúmque malorum, non tam merces, quàm fæces omnium vitiorum importare in vrbem illæ naues videbantur. Illis enim diuitijs Iudæorum Reges tumeſcentes, in omne flagitiorum barathrum præcipites ſe dabant.

Naues Tharſis cum mercibus vitiorum fæces importabāt.

13. Hinc illa Hebræorum ad gentilicos ritus propenſio: *Reuerſus eſt Ephraim in Ægyptum*. Oſeæ 9. D n. 3. Quamuis enim corpore in Iſraëlitica libertate morarentur, tamen animo in Ægyptiaca ſeruitute tenebantur: religionem labijs profeſſi, ſuperſtitionem animis agitabant. Hinc illa à bonis operibus feriatio: *Vitis frondoſa Iſrael*. Oſeæ 10.num.1. ſeu, vt eſt in Hebræo, בּוֹקֵק *Bocbech*, id eſt, *vacua*, ſeu potiùs *ſe euacuans*, à verbo בָּקַק *Bacbach*, id eſt, *euacuare*. Quaſi quò pluribus ſarmentis bonorum tēporalium ſylueſceret, eò pluribus fructibus ſpiritualium donorum priuaretur. Hinc illa deteſtanda ſuperbia: *Adimpleti ſunt, & ſaturati ſunt, & leuauerunt cor ſuum, & obliti ſunt mei*. Oſeæ 13.n.6. Vnde enim viuere apud eos diuini numinis memoriam oportebat; inde illam penitus obliterabant. Hinc illa furens ad idola amplectenda promptitudo: *Repleta eſt* E *terra argento, & auro, & non eſt finis theſaurorum eius*. Quid deinde? *Et repleta eſt terra eius idolis*, Iſaiæ 2. n. 7. & 8. Quaſi ex ipſa temporalium diuitiarum vanitate, in ipſam falſorum deorum vanitatem tanquam à præcipitio in præcipitium laberentur.

Nimia proſperitas omnium vitiorum origo.

14. Tandem hinc illa nunquā ſatis execranda contra Deū rebellio, ſeu perduellio: *Diues effectus ſum, inueni idolum mihi*. Oſeæ 12.n.8. Qui locus non ſolùm explicari poteſt, quemadmodum & ſuperior, de idololatria, ad quam Reges illos cupiditas excitabat, quæ iuxta D.Paul.Eph.5.num.5. eſt *idolorum ſeruitus*: ſed & paulo aliter iuxta duplicem tranſlationem. Nam Septuaginta legunt: *Diues effectus ſum, inueni requiem mihi*. Quia ſcilicet diuites in ſuis opibus ſe poſſe requieſcere arbitrantur, ſed inſigniter falluntur. Nam vt bene D. Chryſologus

Diuitiæ idola.
D.Chryſ.

ſerm.

Grauis diuitiarum ſolicitudo.

A ſerm 29. *Aurum*, inquit, *ſatura graue, grauius fit auaritia. Hinc eſt, quod plus habentem deprimit, quam ferentẽ; vehementius aggrauat corda, quàm corpora. Naſcitur in terra profunda, & dum ſuam ſemper repetit ad naturam, caleſtes animos ad inferna deponit.* Concinit D. Cypr. in ep. ad Donatum, vbi loquens de diuite: *Suſpirat*, inquit, *ille in conuiuio, vigilat in pluma; nec intelligit miſer ſpecioſa eſſe ſibi ſupplicia, auro ſe illigatum teneri, & poſſideri magis, quam poſſidere diuitias.* Nec minùs eleganter D. Ambr. ſerm. 81. de diuite auaro, qui peruigil & inſomnis, ſecum quid faceret, cogitabat: Luc. 12. à n. 16. *Quis*, inquit, *talem non miſereatur? Anguſtatur abundantia, conſtringitur, & coarctatur ex opulentia. Ager ei non tam reditus largiores, quam gemitus attulit grauiores: terra ei non fructuum copiam,* B *ſed curarum moleſtiam germinauit. Egeni vox iſta eſt: Quid faciam? Vnde cibus? Vnde veſtitus? Eadem conqueritur & diues: iiſdem cruciatibus pro ſolicitudine facultatum, quibus pauper pro egeſtate torquetur* Hæc de prima illa tranſlatione.

D Cypr.

D. Ambr.

Auarus pauper.

15\. *Diuitiarum ad expugnandum vis.*

Alij verò ex Hebræo legunt: *Inueni vim mihi.* Quod & paſſiuè intelligi poteſt, & actiuè. Paſſiuè quidem, quia nemo ferè tam eſt firmus, validus, & munitus, qui ſe à diuitiis expugnari patiatur Quis fortior, & conſtantior Ioſepho? Sed & hic, ſi fas eſt dicere, muneribus quodámodo expugnatur. Nam quando primùm eius fratres eum in Ægypto ſine muneribus adierunt, ille *quaſi ad alienos durius loquebatur*, Gen 42. n. 7. Quando verò poſtea in Ægy- C ptum redierunt, obtuleruntq. ei munera, ille *clemẽter reſalutatis eis, interrogauit eos*, &c. Gen. 43. n. 26. & 27. Quaſi qui antea fraterno amori reſtiterat, poſtea à fratrum muneribus vinceretur. Actiuè autem intelligi poteſt ille locus, quia diues ſuis diuitiis tanquam armis omnia poteſt expugnare. Vnde Iacobus ad moriendum vicinus, filium ſuum Ioſephum alloquutus: *Do tibi*, inquit, *partem vnam extra fratres tuos, quã tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo.* Gen. 48. n. 22. Quid eſt, *in gladio, & arcu*; ſi ille non armis, ſed pecuniis, nó pugnando, ſed emendo eam partem agri comparauit, vt Gen. 33. n. 19. habetur? Rem planè ita explico, rectè quidem gladium, & arcum dictum fuiſſe à Iacobo pro pecuniis; quia non minùs his, quàm illis omnia expugnantur.

Diuitiæ arma.

16\. *Diuitiæ audaciam, & vim contra Deum ſubminiſtrant.*

D Quare iuxta hanc poſtremam loci explicationẽ, quæ eſt noſtro congruentior inſtituto, dicendum eſt, quòd dum ille populus gloriatur ſe in ſuis opibus idolum inueniſſe, hoc vnum iactat, vires ſe, & arma comparaſſe, quibus diuinum cultum demoliatur, & impios idololatriæ ritus auſpicetur. Nam abundantia diuitiarum audaciá contra Deum ſubminiſtrat, iuxta illud: *Abundant tabernacula prædonũ, & audacter prouocant Deum.* Iob. 12. n. 6. Vbi *prædonũ* nomine Reges improbi, & potentes ſignificantur: vel quòd ipſi re vera tanquã inſolentes prædones, alienas inuolent in fortunas: vel ſaltem, quòd cum ſuas ſibi opes arrogant, quas Deo acceptas referre E debuerũt, perinde ſe habent, ac ſi eas omnino prædarentur. Hi igitur, vt D. Greg ad eum locum docet, *eo magis contra Deum eleuantur, quò magis ab eius largitate contra meritum ditantur.* His armis terrenæ felicitatis circumdatus Iſraël, *tetendit aduerſus Deum manum ſuam, & contra omnipotentem roboratus eſt, Cucurrit aduerſus eum erecto collo, & pingui ceruice armatus eſt.* Iob. 15. n. 25. & 26. Sic enim ex abundantia inſoleſcit homo, vt non ſolùm audeat conculcare humana iura, ſed etiam diuina temerare; nec ſolùm aduerſus creaturas, ſed etiam aduerſus ipſum creatorem obarmetur.

D Greg.

A

SECTIO IX.

Eadem res vlterius illuſtratur.

1\. *Hebræi in Ægypto vltra ducentos annos habitarunt, non tamen Idolis ſeruierunt.* Barrad. Perer.

EN ad quam inſaniam eum populum adegit nimia felicitas. Sed vt res clarior euadat, vlterius aduerte, Iudæos in Ægypto vltra ducentos annos habitaſſe; vt eruditè colligũt Barrad. tom. 1. Concord. lib 5. cap. 20. & Perer. tom. 3. in Geneſ. c. 15. diſp. 6. n. 70. & latiùs in cap. 12. Exod diſp. 19. & nihilominus toto hoc tempore nunquam ido- B lolatraſſe, cùm talis idololatria, neque in Pentateucho, neque extra Pentateuchum referatur. Nam licèt duplex locus in contrariũ afferri poſſit: vnus, Ioſue 24. n. 14. vbi dicitur: *Auferte Deos, quibus ſeruierunt patres veſtri in Meſopotamia, & in Ægypto.* Alter, Ezech. 23 n. 3. vbi Iudæi ſub nomine Oollæ, & Oolibæ dicuntur idololatraſſe *in Ægypto in adoleſcentia ſua*: ſic enim D. Hieron. in epiſt. 9. ad Saluinam de viduitate ſeruanda ad finem, ea verba intelligere videtur.

Aliqua loca in contrariũ expenduntur.

D Hieron.

2\. Tamen vterque poteſt intelligi de idololatria, quam non in Ægypto, ſed prope Ægyptum ſuſceperunt: tum quia Scriptura aliam Iudæorum in Ægypto idololatriam nõ ſatis exprimit, expreſſura C profectò, ſi daretur, quemadmodum & alia Iudæorum ſcelera expreſſit: tum quia ſi in Ægypto idololatraſſent, non inde educerentur; cùm potiùs propter ſuas idololatrias ſoliti fuerint à Deo in vincula, & in carceres detrudi, vt ex tota Iudicum ac Regum hiſtoria ſatis conſtat: tum denique quia illud, *in Ægypto*, idem eſſe poteſt, quod prope Ægyptum. Nam præpoſitio *in*, vt notat D. Anſelm. aliquando valet in Scriptura idem, ac *prope*. Ioan. 1. n. 28. *Hæc in Bethania facta ſunt*; id eſt, prope Bethaniam. Ioan. 10. n. 23. *Et ambulabat Ieſus in templo, in porticu Salomonis*; id eſt, prope templum. Hebr. 9. n. 4. *In qua* (ſcilicet Arca) *erat vrna aurea habens manna*, id eſt, prope quam, vt ſuperiori annot. ſect. 3. §. 31. aduertimus. Similiter igitur in citatis locis, *in Ægypto*, idem eſſe poteſt, atq; prope Ægyptum. D Neque obſtat illud ex Pſal. 105. n. 35. *Commiſti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & ſeruierunt ſculptilibus eorum* Senſus enim eſt, quòd in Ægypto ſolùm didicerint idololatrandi ritum, quem poſtea extra Ægyptum exercuerint; vt patet ex totius Pſalmi diſcurſu, in quo idololatriæ in ſolo deſerto patratæ referuntur. Vel potiùs, vt ibi recentiores interpretes aduertunt, ſermo ibi eſt de idololatria, quam in terra promiſſionis ex vicinis gentibus didicerunt, & coluerunt, vt facilè ex ipſius Pſalmi tenore colligetur.

Præpoſitio, in, aliquando idem, ac prope. D. Anſelm.

3\. *Hebræos nimia felicitas Dei contemptores effecit, aduerſitas cultores.*

Probabilius itaque videtur, nunquam Iudæos E idololatriam in Ægypto incurriſſe: & nihilominus iidem mox vt ab Ægypto egrediuntur, paucorum dierum interuallo vitulũ conflant, proni adorant, & venerantur. Exod. 32. à n. 1. Quæ obſecro, tanta eſſe potuit intemperies, vt inter Ægyptia idola ab idolis abſtineant; ab idolis remotiſſimi idola venerentur? Rationem planè aptiſſimam inſinuat D. Chryſ. ſuprà cit. in Pſal. 9. *Iudæi*, inquit, *ab Ægyptiis liberati, bello vexabantur*; nempe idololatriæ. Et paucis interiectis: *Semper*, inquit, *egemus Dei prouidentia, maximè cùm liberamur à malis. Alligatam belluam non ita timemus, vt emiſſam: ita vitium non eſt ita timendum in afflictione, ſed poſt remiſſionem.* Quaſi diceret, quandiu ærumnarum ſatellitium corpus obſidet, nullus apparet aditus, quà vitiorũ agmen in animum irrumpat: hoc tamen præſidio

D. Chryſ.

amoro,

amoto,ſtatim ille hoſtilis exercitus inuadit. Diutiùs contra animos proſperitate fractos, quàm aduerſitate obfirmatos dimicatur. Itaque Iudæi in Ægypto miſeri viuebant, & infelices, tunſi plagis, vinculis impediri, oneribus fatigari: extra Ægyptum proſperi, & fortunati, de cælo paſti, ab Angelo deducti, hoſtibus metuendi; & quos infelicitas, & aduerſitas cultores veri numinis effecit, eoſdem fauſtitas, & proſperitas conſtituit contemptores.

4. Adhuc in hanc rem tria aduerto. Primum, quando Deus populũ in terram promiſſam introduxit, non ſtatim omnes circumuicinos hoſtes illi ſubdidiſſe, ſed plurimos reſeruaſſe, qui ſubinde cum Hebræis prælarentur; vt patet ex Ioſue 13. & 16. & Iudic. 1. & aliis paſſim locis. Quæres, cur Deus Hebræos tot iam prælijs fatigatos, perfecta pace, ac quiete non donauerit; ſed moleſtis ſemper hoſtium incurſibus afflixerit. Mitto alias rationes, illa eſt ad rem præſentem; quia ſciebat Hebræos, niſi his laboribus in officio continerentur, effuſis habenis in idololatriam, aliáq; vitiorum genera ruituros. Ita planè ſentit Theod. q. 6. in Iudic. *Chananæorum*, inquit, *gentem prope illos habitare permiſit, vt expugnati, & in ſeruitutem redacti, procedens ab errore damnum ſentirent; & confugerent ad conſeruatorem Deum, eiúſque beneficiis fruerentur.* Adeò aduerſitas virtutem fouet, adeò fauſtitas euertit.

Theod.

5. Secũdo loco aduerto, Iudæos, qui in terrà promiſſionis paſſim idololatrabant, poſtea in Babylonem abductos, & in vincula coniectos, non ſolùm non idololatraſſe, ſed etiam diuini numinis cultores obſeruantiſſimos extitiſſe. Nam cum ſcirent diuina lege cautum eſſe, ne quis extra tabernaculũ, ſiue templum Hieroſolymitanum, diuini cultus cæremonias, ac ritus celebraret, vt ad cap. 1. n. 3. oſtendemus; ne forent illius legis tranſgreſſores, muſica inſtrumenta, quibus diuinæ laudes in templo celebrari conſueuerant, à ſe procul ablegarũt. *In ſalicibus*, inquiunt, *ſuſpendimus organa noſtra.* Pſal. 136. n. 2. *Quandoquidem*, inquit ibi Theod. *ipſis inutilia erant; cum lex præcipiat, vt in vno loco cultus perficiatur.* Imò nullis precibus adduci potuerunt, vt ibi diuinas laudes canendo celebrarent; non quidem ex cantorum inurbanorum contumacia.

Theod.

Horat.

Qui nunquam inducunt animum cantare rogati;

ſed ex diuinorum præceptorũ obſeruantia, quibus ſatisfacere volentes, dicebant: *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* Ibid n. 4. Quaſi dicerent, vt ibid. ait Theod. *Nos autem præcipientibus minimè obtemperauimus, ſcientes tranſgreſſionem eius, quod nobis præcipiebatur.* Itaque in patria, vbi omnia bene, ac proſperè, Deum contemnunt: in exilio vbi aduerſa omnia, Deum venerantur: vt diſcamus, quantùm ad impietatem felicitas impellat, quantùm ab impietate retrahat infelicitas.

Theod.

6. Eodem pertinet, quòd ille populus, qui dum patria libertate frueretur, omnia falſorum deorum limina ſtudioſè tereбat, omnium gratiam, & fauorem aucupabatur; idem in Babylonica captiuitate conſtitutus, ab vno tantùm vero neceſſariam ſibi opem, & auxilium emendicaret: *Auxilium*, inquit, *meum à Domino, qui fecit cælum, & terram.* Pſ. 120. n. 2. Vbi D. Chryſoſtomus: *Vides*, inquit, *quomodo mundi fabricationem, Deique ſapientiam, & prouidentiam prædicant? Qui enim antea ligno dicebant; Deus meus es tu: & lapidi, tu me genuiſti.* Ierem. 2. n. 27. *nunc vniuerſi orbis terræ opificem agnoſcunt.* Concinit D. Ambr. in Pſalm. 43. *Sæpe*, inquit, *qui proſperorum curſu, & ſecundorum vſurpatione ceciderunt, corriguntur aduerſis. Ideò frequenter inuenimus, Iudæos poſt victoriam lapſos; poſt ſeruitium correctos.* Et in epiſt. 24. ad Vigilium de Iudæis loquutus: *Quia*, inquit, *rerum ſecundarum inſolentia ſæpe extollebantur, dabat eos plerumque in poteſtatem hoſtium, vt more ingenij humani remedium malorum de cælo ſibi quærerent. Tunc enim Deo ſubditi ſumus, cum aduerſariis aliquibus vrgemur. Secundæ res mentem extollunt.*

Aduerſa res Dei agnitionem pariunt: ſecunda obliuionem.

D. Chryſ.

D. Ambr.

7. Tertio loco aduerto, Deum poſtquam Iudæos à captiuitate Babylonica Hieroſolymam reduxit; non ſtatim illis immenſas opes cumulaſſe, vt iure captiuitatem cumulauerat, ſed potiùs parca manu diuiſiſſe. Quæro enim, cur Iudæi ante captiuitatem Babylonicam primum illud templum Salomonis, ſeptem tantùm annorum ſpatio ædificarunt, vt patet ex 3. Reg 6. num. 38. poſt captiuitatem verò ſecundum templum Zorobabelis, non niſi 46. annorum ſpatio abſoluerunt, vt ex Ioan. 2. n. 20. conſtat? An quia hoc poſterius templum magnificentius fuit, & auguſtius? Ita fortè aliquis exiſtimaret: ſed non rectè. Nam illud prius templum Salomonis, magnum fuit orbis miraculum, poſteriori templo ſine dubio præferendum, vt ſuo loco oſtendemus; & interim Barrad. tom. 1. Concord. lib. 3. cap. 3. demonſtrat. Ratio ergo eſt, quòd Iudæi, & promptiores, & opulentiores ad primum templum, quàm ad ſecundum extruendum extiterunt. Sed hinc præcipua ad noſtrum inſtitutum conſurgit quæſtio: Cur Deus tam amplas opes ad prioris templi fabricam conceſſit; ad poſterioris verò ſtructuram tam exiguas? Cur in priorem illum ſtatum Iudæorum tam liberalem ſe oſtendit; in poſteriorem verò, ſi fas eſt dicere, tam auarum? Quæſtionem excitat, & ſoluit quàm aptiſſimè, vt ſolet, D. Chryſ. in Pſ. 126. Loquens enim de reditu Iudæorum à captiuitate Babylonica: *Non*, inquit, *ſimul, & aceruatim dedit eis Deus bona omnia, ſed ſenſim, & paulatim, ne perceleri liberatione à malis ad improbitatem priſtinam recurrerent.* Quaſi diceret; nouerat Deus illius populi ingenium, nimia felicitate laſciuientis, & ad vitia degenerantis: ne igitur improbitatis flammam excitaret, felicitatis fomitem ſubduxit.

Diuitiarum felicitas peccatorum fomes.

Barrad.

D. Chryſ.

8. Communis igitur eſt non ſolùm Iſraëlitici populi, ſed etiam humani generis lues, ac peſtis, vt rebus felicibus nimiùm inſoleſcat. Vnde illa Iobi querimonia: *Quare impij viuunt, ſublevati ſunt, confortatique diuitiis?* Iob. 21. n. 7. Vbi planè ſignificat, impios homines ex pinguiori fortuna reddi ad impietatem fortiores. Nam vt bene D. Ambr. lib. 2. de interpellatione Iob. cap. 5. *Magna*, inquit, *illecebra delinquendi eſt rerum affluentia ſecundarum; ſupinat, extollit, obliuionem auctoris infundit.* Nec immeritò, *ſupinat*, inquit, vt in quibuſdam exemplaribus habetur Quia qui rebus proſperè fluentibus per ſuperbiam eriguntur, iidem per quandam ad diuinum obſequium ignauiam, atque deſidiam ſupinantur, præcipitanturque. Vigeſcunt ad audienda mala; ad exequenda bona quodammodo flacceſcunt. Deniq; eam in dementiam erumpunt, vt terrenæ felicitatis participes eſſe malint, quàm diuinæ; hanc enim præ illa aſpernantur; ac Deo dicunt: *Recede à nobis, & ſcientiam viarum tuarum nolumus. Quis eſt omnipotens, vt ſeruiamus ei?* Iob. 21. n 14. & 15. Quid dementius, quàm terrena felicitate ſic inſoleſcere, vt omnis cura de æterna beatitudine abijciatur? Talis profectò ille diues, qui dicebat animæ ſuæ: *Anima, habes multa bona poſita in annos plurimos; requieſce, comede, bibe, epulare.* Luc 12. n. 19. In quem locum D. Ambroſ. proximè citatus: *Hæc dicit*, inquit, *ſecularium abundantia rerum temulentus. Supinabatur, quia in manibus ei ad voluptatem omnia ſuppetebant; & conſcius impietatis ſuæ, cuius pœna ſequeſtrabatur* (hoc eſt, differebatur) *putabat, quod Deus impiorum ſcelera non videret.*

Pinguior fortuna mẽtem ſupinat.

D. Ambr.

Peccatores terrenæ felicitatis malunt, quàm diuinæ eſſe participes.

D. Ambr.

Vbi

Vbi vides diuitem illum tam multis fortunæ bonis A circumfuſum, ex felici rerum ſucceſſu ſupinum, ac præcipitem abire in omnium barathrum ac voraginem malorum.

9\.
Plures proſperitas deiicit, quàm aduerſitas. D. Bern.

Hæc profectò eſt humanæ felicitatis vis, vt quos erigit peſſumdet. Imò, vt bene D. Bern. ſerm. 3. in Dominica palmarum: *Licèt*, inquit, *multos frangat aduerſitas; tamen multo plures extollit proſperitas*; ſcilicet in ſuperbiam, vnde certiſſima ruina ſuboritur. Confirmat ex Pſalm. 90. num 7. *Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis.* Nam à latere ſiniſtro, per quod ſignificatur aduerſitas, mille tantùm: à dextris verò, in quibus proſperitas deſignatur, multò plures, ſcilicet decem millia ruere dicuntur. Eodem modo explicat ſermone de B obitu Malachiæ: *Habes*, inquit, *in Pſalmo, caſuros à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis; quòd multò plures proſperitatis fallaciæ, quam aduerſitatis flagella deiiciant.* Et ſtatim ex illo Pſalm. 65 n. 12 *Tranſiuimus per ignem, & aquam:* quà beati ad patriam appulſi ſe tranſiſſe gloriantur; rectè monet, vt non per felicitatis, ſed per aduerſitatis viam tranſire cupiamus.

Proſperitas marino itineri, aduerſitas terreno ſimilis.

Nemo, inquit, *noſtrûm, chariſſimi, plana mollioris viæ ſuperficie delectatus, iter illud marinum ſibi commodius arbitretur. Magnos hic campus montes habet, inuiſibiles quidem, ſed eo ipſo periculoſiores. Laborioſior fortè via videtur inter ardua collium, & aſpera rupium, ſed expertis longè ſecurior, & deſiderabilior inuenitur.* Vbi rectè cum marino itinere proſperitatem, C cum terreno aduerſitatem comparauit. Sicut enim marinum iter facillimum videtur, cùm à ſedentibus, & cubantibus, à dormientibus, & conuiuantibus peragatur: nihilominus in ſeipſo multò eſt periculoſius, cum exortæ ſubitò tempeſtates in naues inuehantur, eáſque vel ad ſaxa frangant, vel fluctibus obruant, vel turbinibus lacerent, & conuellant. Ita planè huius vitæ proſperitas gratiſſima quidem oculis exhibet ſpectacula, ſed in atrociſſima animos naufragia detrudit. At terreſtre iter ſuis quidem accliuitatibus, ac decliuitatibus fatigat; nulla tamen mortis formidine perterret: laborioſè teritur; ſed tuto veſtigio percurritur, ſine periculo terminatur. Ita planè aduerſitas quatit, ſed non frangit; inter labores verſat, ſed vltra pericula deducit. Igitur inter placi- D diſſimas huius vitæ auras grauiſſima ſæpe naufragia contingunt; & corporibus ſecundo flatu delatis, mentes frequentiſſimè ſcelerum fluctibus obruuntur.

10\.
Etiam ſanctos viros acriter oppugnat felicitas.

Sed quid mirum principes, ac tyrannos, & tyrannis ſimilem populum, inter huius vitæ proſpera periclitatos eſſe, & à felicitate in vitioſitatem corruiſſe; cum etiam viri ſancti in lubrico felicitatis loco conſtituti, vel omnino labent, vel ſaltem nutent, niſi extraordinario quodam diuinæ beneuolentiæ præſidio protegantur? Quod patet in Ioſepho, qui priùs quidem tentatur aduerſis, venditus in Ægyptum. Geneſ. 37. n. 28. coniectus in car- E cerem. Geneſ. 39. n. 20 multa alia à domeſticis, & ab externis grauiſſima perpeſſus: ſed poſtea tentatur & proſperis, ſublatus è carcere, collocatus in regio curru, declaratus totius Ægypti moderator, ſecundos poſt Pharaonem honores in regno aſſequutus. Geneſ. 41. à num. 14. An non ſatis erat illa aduerſitas, vt iuuenis conſtantia, vel rueret, vel ſatis perſpecta, atque explorata haberetur? Quorſum vlteriùs illa proſperitas ſuccedit, quæ iuueni tam multis laboribus attritu molliter blandiatur? Credo, quia grauior eſt per proſpera, quàm per aduerſa oppugnatio. Et proinde, qui aduerſis pulſatus immobilis conſiſtebat, periculum erat, ne proſperis delinitus, fractus, & eneruatus laberetur. Ita

A planè D. Ambroſ. de hac re philoſophatur. Nam ſerm. 12. in Pſalm. 118. loquutus de Ioſepho, priùs quidem per aduerſa, & poſtea per proſpera tentato: *Quia*, inquit, *contumeliæ virum frangere nequiuerunt, mutata eſt tentatio longè aſperior ſpecie proſperorum. Plurimos enim ſupplantauerunt ſecundæ res, quos ſupplicia acerba non fregerant.* *D. Ambr.*

11\.
Samſonem rerum ſecundarum euentus cùm extulit deiecit.

Et quamuis Ioſephus neutro tentationis genere nutaret; alij tamen, qui in aduerſis ſteterunt, in proſperis vacillarunt. Nam in primis Samſon vicit quidem Philiſthæos vnius maxilla aſini? ſed felicis pugnæ euentu ſic intumuit, vt de illo ſuperbia triumpharet. Inaniter enim ſe iactabat, dicens; *In maxilla aſini deleui eos, & percuſſi mille viros.* Iud. 15. n. B 16. In quem locum D. Ambr. epiſt. 70 ad Vigilium: *D. Ambr.* *Vtinam*, inquit *quàm fortis in hoſtem, tam moderatus in victoria fuiſſet. Verùm, quod facilè vſu venit, inſolens rerum ſecundarum animus, qui debuit euentum pugnæ diuino fauori, & præſidio deferre, ſibi arrogauit.* Nec priùs Samſon ab illo arrogantiæ vulnere conualuit, quàm aduerſitatis medicamine curaretur. Permiſit enim Deus, vt torqueretur ingenti ſiti, qua, vt docet D. Ambroſ. caſtigatus, victoriam, quam antea ſibi tribuit, poſtea Deo deputauit, dicens: *Tu dediſti in manu ſerui tui ſalutem hanc maximam, atque victoriam.* Iudic. 15. n. 18. Iacturam itaque humilitatis, quam in proſperitate fecerat, in aduerſitate reſarſit. Atque hæc iuxta mentem D. Ambroſij dicta ſint; C quamuis Abul. nullum in Samſonis facto peccatum agnoſcat. Cuius ſententia licèt Samſoni magis faueat, neſcio tamen, an veritati magis congruat. Nam Samſon, vt aduertit D. Ambroſ. neque aram Deo ſtatuit, neque hoſtiam immolauit, vt facere ſolebant, qui Deo de beneficio accepto gratulabantur; neque verba aliqua inſeruit ſuo illi cantico, vt vocat Abulenſ. quæ gratiarum actionem redolerent. Sed de his aliorum ſit iudicium. Nunc ad inſtitutum redeo.

Aduerſitas ſubleuauit. D. Amb.

A peccato tamen excuſat Abul. Abul.

12\.
Felicitas magis, quàm aduerſitas timenda.

Iacob à filio ſuo Ioſepho in Ægyptum euocatus, quamuis incredibili eum videndi deſiderio teneretur; nihilominùs pauens, ac timens in medio itinere hærebat, & reſiſtebat, adeò vt opus fuerit à Deo illis vocibus compellari: *Iacob. Iacob, ego ſum* D *fortiſſimus Deus patris tui, noli timere, deſcende in Ægyptum.* Geneſ. 46. n. 2. & 3. Quid times, ô Iacob? ad pacem mitteris, non ad bellum: inter amicos incedis, non inter hoſtes: à filio euocaris, non à tyranno. Quid times? An times difficilem in patriam regreſſum? Ita exiſtimat Rupert. An times *Rupert.* corruptiſſimos mores Ægyptiorum, quibus periculum eſt, ne gens tua ſe inficiat, & proinde à Deo in pœnam tanti ſceleris deſeratur? Ita innuit Caietanus. *Caiet.* An times nimiam Ægypti felicitatem, quæ ſi tuis filiis, ac domeſticis blandiatur, periculum eſt, ne omnes Hebræi patrias, ac diuinas leges obliuiſcantur? Ita planè ſentit Ioſephus libro 2. *Ioſeph.* antiq. cap. 7. Et quidem ad noſtram ſententiam E quàm aptiſſimè. Cenſuit enim Iacobus certiſſimam bonorum morum corruptricem eſſe felicitatem.

13\.
Duplex ad proſperitatem vincendam ſpiritus neceſſarius.

Helias in cælum transferendus optionem dedit Heliſæo, quod maluiſſet, poſtulandi. Quid poſtularet Heliſæus? *Obſecro*, inquit, *vt fiat in me duplex ſpiritus tuus.* 4. Reg. 2. num. 9. Quorum verborum intelligentia duplex eſſe poteſt. Vna, obſecro, vt ille ſpiritus, qui in te eſt duplex, mihi quodam veluti teſtamento delegetur, & committatur. Duplex autem dicitur ſpiritus Heliæ, vel quia ſpiritum prophetiæ, & miraculorum includebat; vel quia magnus erat. Duplex enim idem eſt, quod magnus, non ſolùm in diuinis literis: *Duplici contritione contere eos.* Ierem. 17. num. 18. ſed

Virg. etiam in profanis *Duplici dentalia dorſo.* Georg. 1. A Altera intelligentia eſt, obſecro, vt tuus ſpiritus, qui in te ſimplex eſt, in me duplicetur, ſeu mihi duplo maior relinquatur. Iuxta quam intelligentiam quæro, cur Heliſæus duplicatum ſpiritum Heliæ poſtularit. An diſcipulus ſupra magiſtrum eſſe cupiebat? Abſit. Sed huius rei alias alio loco rationes cumulabimus: hæc interim ad rem facit. Sciebat Heliſæus Heliam inter labores vixiſſe; ſe inter fauores victurum: Heliam perſequutionibus Achabi vexatum, ſe donationibus Naamani honorandum. Et quia intelligebat grauiora certamina à proſperitate, quàm ab aduerſitate contra virtutem excitari: ideircò duplo maiorem ſpiritum, quo illis reſiſteret, poſtulabat.

14. D.Auguſt. Noſtra non eſt hæc expoſitio, ſed D.Aug. lib. 2. de mirab. ſacræ Scriptur. cap. 26. qui teſtatur, ideò duplicem Heliæ ſpiritum ab Heliſæo poſtulatum, quia *Heliſæus*, inquit, *cum magno honore, & ſeculi dignitate, virtutum, & prophetiæ donum habuit; quod Helias profugus, & perſequutus in montibus, & ſpeluncis degens, & eiectus ab hominibus retinebat.* Quibus verbis

Fortiora proſperitatis, quàm aduerſitatis iacula. oſtendit, ſicut fortiora ſunt proſperitatis, quàm aduerſitatis iacula; ita maiora eſſe debere contra proſperitatem, quàm aduerſitatem præſidia. Vnde qui proſperis non vincitur, neque aduerſis ſuperatur; vt

D. Aug. idem D. Aug. Pſal. 83. egregiè docet: *Nulla*, inquit, *infelicitas frangit, quem felicitas nulla corrumpit.* Imò, C

D Greg. Nazianz. vt benè D. Gregor. Nazianz. orat. 14. quæ eſt 3. de pace: *Profectò*, inquit, *facilius eſſe videtur aduerſam fortunam ferre, quàm ſecundam conſeruare.* Et rem domeſtico exemplo confirmat. *Nos*, inquit, *qui cùm bello premeremur, ex perſequutionibus robur comparauimus, poſtquam collecti ſumus, defluximus.* Quare benè actum à Deo eſt cum illis, qui laboribus exercentur. Quod ſignificauit Iacobus fauſtam benedictionem ſuo filio precatus: *Filius*, inquit, *accreſcens Ioſeph, filius accreſcens.* Geneſ. 49. n. 22. & ſtatim; *Sed exaſperauerunt eum, & iurgati ſunt, inuiderúntque illi, habentes iacula.* ibid n. 23. hoc eſt, quia exaſperauerunt eum. Quaſi diceret, duplicatum, & internæ ſanctitatis, & D externæ dignitatis incrementum ſuſcepit; ſemel atque iterum filius accreſcens, quia aduerſationum odia, & iurgia, & inuidias tolerauit; quaſi ab his

D.Hieron. malis illud augmentum prouenire t. D. Hieron. in qq. Hebraicis legit: *Filius auctus Ioſeph, filius auctus ſuper fontem.* Ac ſi illa aduerſitas, quam pertulit Ioſephus, fuerit inſtar fontis, qui illius virtutes rigaret, nutriret, & augeret.

15. Multi ſe Angeli in Iacobi præſidium obtulerunt, quos ille videns gratulabundus exclamauit,

Plus vtilitatis confert aduerſitas, quàm proſperitas. *Caſtra Dei ſunt hæc.* Geneſ. 32. num. 2. Vnus tantùm cum Iacobo luctatus eſt. ibid. n. 24. Sed plus vtilitatis illi cótulit vnus aduerſator, quàm multiplex auxiliator. Ab his enim benedictionem nullam accepit; ab illo maximam. *Et benedixit ei*, inquit textus, *in eodem loco.* ibid. n. 29. Nec ſine myſterio, in quo loco præceſſit concertatio, in eodem benedictio ſucceſſit: vt conſtaret, & quàm celeriter corona labores ſubſequatur, & quàm benè inter ſe conueniant aduerſitas externa, & interna bonorum omnium vbertas. E

16. Mirum planè eſt illud, quod dicitur de tribu Iuda, ad bellum contra vicinos hoſtes prodeunte: *Fuit Dominus cum Iuda, & montana poſſedit.* Et ſtatim additur: *Nec potuit delere habitatores vallis, quia falcatis curribus abundabant.* Iudic. 1. n. 19. Quo pacto enim Deus adfuit illi tribui, vt auxiliator vtique, & patronus, ſi tamen hoſtium præſidia, quæ in valle ſita erant, non potuit loco pellere, & fugare? Reſpondet D. Aug. q. 5. in Iudic. *Deum etiam*

D.Auguſt. *propitium reſtringere in cordibus ſuorum nimia proſperitatis exceſſus, vt in vſum eorum conuertat inimicos, non ſolum quando vincuntur, ſed etiam quando metuuntur: illud ad comendandam largitatem, hoc ad reprimēdam ſuorum elationem.* Quaſi Deus non magis propitius adeſſet, quando liberali manu beneficia effundebat, quàm quando manu parca contrahebat, illud enim ad Hebræorum gloriam augendam, hoc ad Hebræorum ſuperbiam amputandam ſpectabat.

Totam terram Chanaan promiſerat Deus olim Iſraëlitis, vt patet Exod 3. n. 2. Deut. 7. n. 1. & aliis 17.
paſſim locis. Cuius promiſſionis complementum factum Iſraëlem teſtatur Ioſue, dicens: *Dedit Dominus Deus Iſraeli totam terram, quam traditurum ſe patribus eorum iurauerat; & poſſederunt illam, atque habitauerunt in ea.* Ioſue 21. n. 42. Sed quæres, quo pacto hæc conſtare B poſſint: nam toto tempore quo vixit Ioſue, imò & multis pòſt annis, toto tempore Iudicum, ac Dauidis, plurimæ in terra promiſſionis fuerunt gentes, quæ Hebræis non ſeruiebant, imò imperabant. Quo pacto igitur dici poteſt Iſraël totam terram à Deo promiſſam accepiſſe? Reſpondet D. Auguſt. q. 21. in D.Aug.
Ioſue, omnem illam terram Iſraëlitis datam eſſe: *Quia*, inquit, *illa pars, quæ nondum fuerat in poſſeſſionem data, iam data fuerat in quandam exercitationis vtilitatem.* Quaſi non magis data eſſet Hebræis illa terra, quæ illis parebat, quàm quæ aduersùs illos rebellabat: nam ſi ab illa maieſtatem, ab hac humilitatem C obtinebant. Itaque glorioſior non erat ille populus ex rebus ſecundis, quibus abundabat, quàm ex aduerſis; quibus premebatur. Sed quorſum plura de hac re? Nam etiam ipſa Eccleſia, quæ, vt docet D. Hieron. in vita Malchi, *perſequutionibus creuit, martyriis coronata eſt. Ipſa poſtquam ad Chriſtianos principes venit, potentià quidem & diuitiis maior, ſed virtutibus minor facta eſt.* Verùm de hac re plura dicendi locus poſtea redibit. D Hieron. *Eccleſia rebus aduerſis creuit: decreuit ſecundis.*

SECTIO X.

D

Quotuplex fuerit ſtatus Reipublicæ Hebræorum.

VT quæ de Regum hiſtoria dicenda ſunt, clarius intelligātur, neceſſe eſt, vt totus ille Reip. 1. *Vnde Hebræi nomen deſumpſerint.*
Hebræorum ſtatus ſub vno aſpectu proponatur. Et vt à nominis etymologia ordiamur. Hebræi dicti ſunt, vel ab illo ſuo antiquo progenitore Heber, vt Perer. ad cap. 14. Geneſ. diſput. 2. latè confirmat: vel à Patriarcha Abraham, vt Riber. in procem. Perer. Riber.
epiſt ad Hebræos, cap. 2. & in cap. 1. Ionæ, num 43. potiùs arbitratur. Nam Abraham omnium primus dictus fuit Hebræus, id eſt, tranſitor, quòd relicta *Abraham cur Hebræus dictus.* E Chaldæa tranſiret Euphratem; vnde Geneſ. 14. n. 13. dicitur vnus, qui è bello euaſerat, nuntiaſſe *Abram Hebræo*, ſeu, vt vertunt Septuaginta, *Abram tranſitori.* Ab eo igitur dicti ſunt illius poſteri Hebræi, ſeu tranſitores, quaſi transfluuiales: quo pacto nunc dicuntur tranſpadani, qui trans Padum, & tranſtagani, qui trans Tagum commorantur. Quamuis Theodoret. q. 60. in Gen. poſtquàm hanc Theod.
difficultatem expediuit, & in hanc poſteriorem partem inclinauit, ſuperuacaneum eſſe laborem in hac quæſtione ventilanda arbitretur. *De hoc*, inquit, *contendere ſuperfluum eſt, nullum enim ex hoc verbo pietati detrimentum accedit, ſiue hoc, ſiue illud recipiamus.* Illud tamen aduerte, Septuaginta aliquando pro *Hebræo* tranſtuliſſe *ſeruum*. Vt Ionæ 1. n. 9. *Hebræus ego ſum*, illi transferunt, *ſeruus Domini ego ſum.* Quod facilè contingere potuit propter ſimilitudinem

dinem characterum. Nam Hebræus dicitur עֵבֶר A
Heber, per literam ר *reſc*, in fine a verbo עָבַר *Ha-
bar*, id eſt, *tranſire*, ſeruus autem dicitur עֶבֶד *Hebed*,
per literam ד *daleth*, in fine, à verbo עָבַד *Habad*, id
eſt, *ſeruire*.

2. *Duo Hebr. Reip. tempora.* *Primus ſtatus in primo tempore, ante deſcenſum in Ægyptum.* Auſtor.

His poſitis, duo tempora diſtinguenda ſunt in
Repub. Hebræorum. Vnum ante ingreſſum in ter-
ram promiſſam Chanaan: alterum poſt ingreſ-
ſum. In priori quidem triplex ſtatus diſtingui po-
teſt. Vnus ante deſcenſum in Ægyptum, in quo
Hebræi nondum Rempub. ſed familiam conſtitue-
bant. Nam Reſp. vt patet ex Philoſopho 9. Ethic. &
2. Polit. non niſi ex pluribus familiis coaleſcit:
tunc autem vna tantùm erat Abrahæ domus, in
quam ſucceſſit domus Iſaac, & in hanc domus Ia- B
cob. Et quamuis tempore Iacob, poſtquàm eius fi-
lij connubia contraxerunt, plures iam familiæ da-
rentur, quarum omnium gubernatio eſſe non pote-
rat œconomica; tamen non erant ita multæ, vt po-
liticam Rempub conflarent, ſed mediam quandam
communitatem, quam vitalem, ſeu collectaneam
appellant. Neque enim plures erant ex ſemine Ia-
cob, quando in Ægyptum deſcenderunt, quàm 70.
animæ, vt Geneſ. 46. n. 27. conſtat.

3. *Secundus ſtatus poſt deſcenſum in Ægyptum.*

Secundus ſtatus fuit, poſtquàm in Ægyptum
deſcenderunt. Qui diuidi poteſt in ſtatum felici-
tatis, viuente adhuc Ioſepho; & aduerſitatis, Ioſe-
pho extincto. Et licèt viuente Ioſepho potuerint
Hebræi aliquam Rempub. conſtituere; præſertim C
cum ſeorſim ab Ægyptiis morarentur in terra
Geſſen, prope vrbem Ramaſſes, vt patet Geneſ. 47.
n. 4. 11. & 27. in qua ſub Ioſepho, & Iudicibus ab
eo impoſitis in vnius formam Reipub. tenerentur:
tamen Ioſepho extincto, cum Hebræi affligi cœpe-
runt *operibus luti*. Exod. 1. n. 14. non videntur vllos
ex ſua gente principes habuiſſe; ſed præfectos tan-
tùm, & magiſtros operum Ægyptios, à quibus pre-
mebantur, vt ex eodem cap. n. 11. colligitur.

4. *Tertius ſtatus poſt exitum de Ægypto.*

Tertius ſtatus fuit poſt exitum de Ægypto, cùm
in deſerto vagarentur, in quo quadraginta anno-
rum ſpatio ſub Moyſe fuerunt. Exod. 16. num. 35.
Deut. 2. n. 7. & Deut. 8. n. 2 quamuis non ſemper eo-
dem modo. Nàm primo circiter anno ab exitu de
Ægypto, ſolus Moyſes gubernabat. Deinde verò D
cum non poſſet vnus Moyſes tam multis litigan-
tium Iudæorum cauſis ſatisfacere, ſequutus Ie-
thro ſoceri ſui conſilium, conſtituit in populo de-
canos, quinquagenarios, centuriones, ac tribunos,
qui faciliores populi cauſas definirent; ad Moy-
ſem verò referrent grauiores. Exod. 18. n. 25. & 26.
Deut. 1. n. 15. Tandem paulò poſt, cum Moyſes fer-
re non poſſet illius populi, ſeu malitiam, ſeu incon-
ſtantiam, Ægyptias carnes deſiderantis, peteretque
à Deo, vt ſibi vitam, vel curam illius populi adi-
meret, dedit illis Deus ſeptuaginta ſeniores, qui
per omnia illi æquales forent. Vnde principatus
non iam Monarchicus erat, vt hactenus, ſed Ari-
ſtocraticus: quæ omnia patent ex cap. 11. Numer. E
à n. 14. Hæc de priori tempore ante ingreſſum in
terram promiſſionis.

5. *Primus ſtatus in ſecundo tempore, ſub Iudicibus.*

In poſteriori autem tempore, ſcilicet poſt in-
greſſum in terram promiſſionis, triplex quoque
fuit ſtatus Hebræorum. Vnus ſub Iudicibus. Alter
ſub Regibus. Tertius ſub Pontificibus. Primus in-
cepit à Ioſue: quamuis hic non fuerit propriè Iu-
dex, cum abſolutam in populo habuerit poteſta-
tem; Iudices verò non ita, ſed ſolùm fuerint du-
ces aſſumpti ad bellandum, quando hoſtes acriùs
inſurgebant; de qua re ad caput 8. copioſiùs di- Feuard.
cemus. Interim conſule Feuardent. in cap. 4. Ruth
in digreſſione quadam de Iudicibus, ac Regibus A
Iſraël, Carolum Sigon. lib. 5. de Repub. Hebræo- Carol. Sig.
rum, cap. 5. & lib. 7. cap. 1. & 3. Reinerum in hi- Rein.
ſtoria Iulia de regno Iſraëlitico, Abulenſ præfa- Abul.
tione in lib. Iudic. à quæſt. 9. Vbi quid diſcrimi-
nis inter hunc Iudicum ſtatum, & ſequentem Re-
gum interfuerit, latè proſequuntur. Deſiit verò
hic ſtatus in Samuele, qui fuit vltimus illius po-
puli Iudex, à quo deinceps Regum hiſtoria in-
choatur.

6. *Secundus ſtatus ſub Regibus.*

Secundus adhuc habuit duplicem conditionem.
Nam initio totus populus fuit ſub vno Rege Sau-
le, Dauide, & Salomone. Poſtea verò tempore Ro-
boam, qui ſucceſſit in regnum parenti ſuo Salo-
moni, diuiſus eſt in duas partes, ac duæ quidem
B tribus Iuda, & Benjamin manſerunt ſub Roboam;
à quibus tamen ſeparata non erat tribus Leuitica,
quamuis cum illis; quia extra ſortem aliarum erat,
ſoli diuino cultui mancipata, recenſeri non ſole-
ret. Et hoc appellatur regnum Iuda, à quo popu-
lus Iudæorum. Aliæ verò decem tribus defecerunt
ad Ieroboam, quod appellatur regnum Iſraël, vel
Samariæ, à quo populus Samaritanorum: quamuis
propriè Samaritani, qui Iudæis non coütebantur,
non erant Hebræi de regno Iſraël, ſed Gentiles, qui
Iſraëlitis per Aſſyrios in captiuitatem ſubductis, in
Samariam ſucceſſerant. Prius illud regnum ſem-
per fuit ſub Regibus de tribu Iuda, ac de ſtirpe Da-
uid. Poſterius autem cœpit quidem ſub vno, &
C alteto Rege de tribu Ephraim, vnde nomen acce-
pit: ſed in ea tribu non perſeuerauit, ad alias, atque
alias transfuſum. Neque mirum, cum non ſuc-
ceſſione, ſed tyrannide primi occupantis propaga-
retur. Quouſque tandem captum eſt, & tranſlatum
per Salmanaſar Regem Aſſyriorum; vnde poſtea
nunquam rediit, vt patet ex 4. Reg 17. à n. 3. Re-
gnum verò Iuda poſt multum temporis tandem
ſuorum ſcelerum pœnas luit, abductum in Baby-
lonem per Nabuchodonoſorem Regem, & per eius
ducem Nabuzardan. 4. Regum 25. à n. 1. & Ierem.
39 à n. 1. Quo in exilio Iudæi ſeptuaginta annos
iuxta vaticinium Ieremiæ cap. 25. n. 11. ſine princi-
pe ſui generis vixerunt.

7. *Tertius ſtatus ſub Pontificibus.*

Tertius tandem fuit poſt captiuitatem Babylo-
D nis, quando regreſſæ duæ illæ tribus, vrbemque, ac
templum reædificantes, ſub pontificibus fuerunt:
non quidem quòd toto tempore Summi Pontifi-
ces, ſed quòd maxima parte gubernarint Omnium
primus fuit Ioſue filius Ioſedec. 1. Eſdr. 3. num. 2.
qui Zachar. 3. n. 1. dicitur Ieſus Sacerdos magnus;
& rem ſacram gubernabat, Zorobabele rem profa-
nam gubernante. Poſt Ioſue quinque alij Pontifi-
ces. 2. Eſdr. 12. à n. 10. numerantur. Tandem ſucceſ-
ſerunt Machabæi, qui fuerunt quaſi Reges, quouſ-
que Romani regiam illis dignitatem ademerunt,
relicta Pontificali: & Reges alienigenæ eſſe cœpe-
runt, vt patet in Herode Aſcalonita, ab Aſcalonitis,
quorum amicitias ambiit, & coluit, ita nuncupato,
E patre illius Herodis Antipæ, qui Ioannem occidit,
& Chriſtum illuſit, & auo illius Herodis Agrippæ
per filium Ariſtobulum, qui Iacobum interfecit, &
Petrum in carcerem incluſit.

8. *Herodes alienigena.*

Hic igitur Herodes alienigena, fuit filius cuiuſ-
dam Antipatri Idumæi, vt Ioſephus lib. 14. antiq.
cap. 2. teſtatur. Vnde ille Herodes eius filius, qui
Chriſtum Dominum ſpreuit, dictus fuit Rex ſyl-
ueſter, hoc eſt, ex ſylua alienigenarum natus; iux-
ta illud Oſeæ 10. num. 6. loquentis de Chriſto Do-
mino ad Herodem ducto, *delatus eſt munus Regi vl-
tori*: ſeu, vt habent 70. *Regi Iarim*; hoc eſt, Regi ſyl-
ueſtri. Quem locum Tert. lib. 4. contra Marc. cap. Tertul.
42. explicat de Chriſto Domino ad Pilatum ducto.

D Cyril. Hieroſol. Sed D. Cyril. Hieroſol. catecheſi 13. de crucifixo, A
& ſepulto, animaduertens Pilatum non fuiſſe Re-
gem, potiùs explicat de Chriſto Domino ducto
D.Cypr. ad Herodem. Ac tandem D. Cyprianus in expoſ.
Symb. ſi ille eſt huius operis auctor, & non potiùs
Ruffinus, cui etiam tribuitur, & inter opera Diui
D Hier. Hieronymi circumfertur, rationem reddit, cur
Herodes Rex ſylueſter appelletur. *Bene*, inquit, *ad-
didit nomen ſtatim, quòd eſt ſylueſter; non enim erat
Herodes de domo Iſraël, nec de illa vinea Iſraëlitica,
quam eduxerat Dominus de Ægypto, & plantauerat
in cornu, in loco vberi: ſed erat ſylueſter, id eſt, ex ſylua
alienigenarum, quaſi qui de Iſraëlitica vitis nequaquam
palmitibus pullulaſſet.*

9. Et quidem ſuæ ipſe Herodes conſcius ignobi-
Herodes ſuā regis ignobilitatem. litatis, fucum quo eam tegeret, quæſiuit, tollendo
de medio omnes hiſtorias, quibus ea prodebatur:
D.Ambr. vt rectè D.Ambroſ. lib. 3. in Lucam obſeruauit: vbi, B
poſtquam ex Græcorum hiſtoriis oſtendit, Hero-
dem, non Iſraëlitam, ſed alienigenam fuiſſe, ſub-
dit: *Herodes conſcius ignobilitatis ſuæ, ne qua poſteris
ſuis, vel de praeſcripto veteri quaeſtio moueretur, ſcri-
pturas eorum incendit: exiſtimans, quòd ſi indicia de pu-
blico ſuſtuliſſet, nullis aliis teſtimoniis clarere poſſet,
quin de Patriarcharum, vel proſelytorum veterum gene-
re manaret. Sed vt pleraque cura humana ſunt, cogni-
tioni hoc, & indagini veritatis praeiudicare non potuit.*
Hic igitur cum eſſet alienigena, regnum Iudæo-
D. Ambr. rum adulterina fraude quæſiuit, teſte D.Ambr. ci-
Ioſeph. tato, ac tandem à Romanis impetrauit, vt Ioſephus
Hegeſip. lib. 14. antiq. c. 26. Hegeſippus lib. 1. cap. 30. Euſeb.
Euſeb. lib. 4. c. 6. & alij teſtantur. Quo regnante, *natus eſt*
A *IESVS in Bethlehem Iuda*, iuxta vaticinium Ia-
cobi, non auferendum ſceptrum de domo Iuda,
donec veniret, qui mittendus eſſet. Geneſ. 49. n. 10.
Hic tertius ſtatus ſemper fuit tributarius, primò
quidem Perſis, poſtea Græcis, tandem Romanis,
donec Tito Veſpaſiano Imperatore penitus con-
flagrauit, vt Ioſephus de bello Iudaico ſeptem li- Ioſeph.
bris latè proſequitur.

De his omnibus Hebræorum ſtatibus, ſuis Scri- 10.
ptura locis latè pertractat. Nam de priori illo tem- *Quibus in locis Scriptura de his ſtatibus pertractas.*
pore ante ingreſſum in terram promiſſionis, agunt
quinque libri Moſaici, quos Pentateuchum vo-
cant; Geneſis quidem de primo ſtatu ante deſcen-
ſum in Ægyptum, & de ſecundo vſque ad mor-
tem Ioſephi. De ſecundo autem, quoad alteram
partem, ac de toto tertio ſequentes libri. De po-
ſteriori tempore agunt cæteri libri hiſtoriales. Nam
B de primo ſtatu ſub Iudicibus, incipiendo à Ioſue,
tractant libri Ioſue, & Iudicum, & Ruth, & pri-
ma 9. capita libri 1. Regum: in quibus guberna-
tio Samuelis, qui fuit vltimus Iudex illius popu-
li, ante creationem Saülis in Regem, continetur.
De ſecundo ſtatu ſub Regibus, agunt 4. libri Re-
gum, incipiendo à 10. capite libri 1. incluſiuè, &
duo libri Paralip. Quamuis etiam in libris prophe-
talibus Regum hiſtoriæ frequentiſſimè replicen-
tur. De tertio ſtatu ſub Pontificibus, agunt duo
libri Eſdræ, & duo Machabæorum. Reliquæ hi-
ſtoriæ ſacræ de Tobia, Iudith, Eſther, & Iobo, in
aliquem ex prædictis ſtatibus, iuxta varias inter-
pretum opiniones inciderunt. Nunc hiſtoriam
dextro Numine aggrediamur.

LIBER

LIBER PRIMVS REGVM.

CAPVT PRIMVM.

1. FVit vir vnus de Ramathaim-Sophim, de monte Ephraim, & nomen eius Elcana, filius Ieroham, filij Eliu, filij Thohu, filij Suph, Ephratæus. A

2. Et habuit duas vxores, nomen vni Anna, & nomen ſecundæ Phenenna. Fuerúntque Phenennæ filij. Annæ autem non erant liberi.

3. Et aſcendebat vir ille de ciuitate ſua ſtatutis diebus, vt adoraret, & ſacrificaret Domino exercituum in Silo. Erant autem ibi duo filij Heli, Ophni & Phinees, ſacerdotes Domini. B

4. Venit ergo dies, & immolauit Elcana, deditque Phenennæ vxori ſuæ, & cunctis filijs eius, & filiabus partes:

5. Annæ autem dedit partem vnam triſtis, quia Annam diligebat. Dominus autem concluſerat vuluam eius.

6. Affligebat quoque eam æmula eius, & vehementer angebat, in tantum, vt exprobraret, quod Dominus concluſiſſet vuluam eius:

7. Sicque faciebat per ſingulos annos, cùm redeunte tempore aſcenderent ad templum Domini: & ſic prouocabat eam. Porrò illa flebat, & non capiebat cibum. C

8. Dixit ergo ei Elcana vir ſuus: Anna, cur fles? & quare non comedis? & quamobrem affligitur cor tuum? numquid non melior tibi ſum, quàm decem filij?

9. Surrexit autem Anna, poſtquàm comederat & biberat in Silo. Et Heli ſacerdote ſedente ſuper ſellam ante poſtes templi Domini:

10. Cùm eſſet Anna amaro animo, orauit ad Dominum, flens largiter.

11. Et votum vouit, dicens: Domine exercituum, ſi reſpiciens videris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederíſque ſeruæ tuæ ſexum virilem: dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius, & nouacula non aſcendet ſuper caput eius. D

12. Factum eſt autem, cùm illa multiplicaret preces coram Domino, vt Heli obſeruaret os eius.

13. Porrò Anna loquebatur in corde ſuo, tantúmque labia illius mouebantur, & vox penitus non audiebatur. Æſtimauit ergo eam Heli temulentam.

14. Dixítque ei: Vſquequò ebria eris? digere pauliſper vinum, quo mades.

15. Reſpondens Anna: Nequaquam, inquit, domine mi: nam mulier infelix nimis ego ſum, vinumque, & omne quod inebriare poteſt, non bibi, ſed effudi animam meam in conſpectu Domini.

16. Ne reputes ancillam tuam quaſi vnam de filiabus Belial: quia ex multitudine doloris, & mœroris mei, locuta ſum vſque in præſens.

17. Tunc Heli ait ei: Vade in pace: & Deus Iſrael det tibi petitionem tuam, quam rogaſti eum.

18. Et illa dixit: Vtinam inueniat ancilla tua gratiam in oculis tuis. Et abiit mulier in viam ſuam, & comedit, vultuſque illius non ſunt amplius in diuerſa mutati.

19. Et ſurrexerunt manè, & adorauerunt coram Domino: reuerſique ſunt, & venerunt in domum ſuam Ramatha. Cognouit autem Elcana Annam vxorem ſuam: & recordatus eſt eius Dominus.

20. Et factum eſt poſt circulum dierum, concepit Anna, & peperit filium, vocauítque nomen eius Samuel: eo quod à Domino poſtulaſſet eum.

21. Aſcendit autem vir eius Elcana, & omnis domus eius, vt immolaret Domino hoſtiam ſolemnem, & votum ſuum.

22. Et Anna non aſcendit: dixit enim viro ſuo: Non vadam, donec ablactetur infans, & ducam eum, vt appareat ante conſpectum Domini, & maneat ibi iugiter.

23. Et ait ei Elcana vir ſuus: Fac quod bonum tibi videtur, & mane donec ablactes eum: precórque vt impleat Dominus verbum ſuum. Manſit ergo mulier, & lactauit filium ſuum, donec amoueret eum à lacte.

24. Et adduxit eum ſecum, poſtquàm ablactauerat, in vitulis tribus, & tribus modijs farinæ, & amphora vini, & adduxit eum ad domum Domini in Silo. Puer autem erat adhuc infantulus.

25. Et immolauerunt vitulum, & obtulerunt puerum Heli.

26. Et ait Anna: Obſecro, mi domine, viuit anima tua domine: ego ſum illa mulier, quæ ſteti coram te hic orans Dominum.

27. Pro puero iſto oraui, & dedit mihi Dominus petitionem meam, quam poſtulaui eum. A

28. Idcirco, & ego commodaui eum Domino, cunctis diebus quibus fuerit commodatus Domino. Et adorauerunt ibi Dominum. Et orauit Anna, & ait.

CAPITIS ARGVMENTVM.

1. *Samuelis natiuitas. Deus remedium praeparat ante vulnus.*

ANte mortem Iudicis Heli praemittitur in hoc capite natiuitas Samuelis, illi in eam dignitatem ſucceſſuri. B In quo diuina bonitas dupliciter elucet. Primò, quia ante vulnus remedium praeparat; & ante vnius Iudicis negligentis occaſum, ortum alterius diligentiſſimi molitur. Sic olim fame punitutus fratres Ioſephi, & ad deſcenſum in Ægyptum coacturus: *Miſit ante eos virum; in ſeruum venundatus eſt Ioſeph.* Pſal. 104. n. 17. qui illorum inopiae ſubueniret; vt ante plagam medicina pararetur. Quod ipſe Ioſeph teſtatur dicens: *Pro ſalute veſtra miſit me Deus ante vos in Ægyptum.* Geneſ. 45. num. 5. In quem locum D. Ambr. lib. de Ioſeph, cap. 12. *Quàm pia, inquit, fraternitas, quàm dulcis germanitas, vt etiam parricidale excuſetur admiſſum, dicens, diuinae illud prouidentiae fuiſſe, non impietatis humanae: quandoquidem non ab hominibus oblatus ad mortem, ſed à Domino miſſus ſit ad vitam?* C Secundò, quia aptiſſimum illis temporibus Iudicem praelegit. Solet enim diuina prouidentia, vt D. Greg. Nyſſen. orat. in laudem Magni Baſilij fratris ſui egregiè philoſophatur, accommodatum ad cuiuſque aetatis morbum, medicum praeparare. Sic ad reprimendam vanam Chaldaeorum Aſtrologiam, Abrahamum Aſtrologiae peritiſſimum prouidit. Sic ad abolendas praeſtigiatrices artes Ægyptiorum, Moyſem omni doctrina Ægyptiaca inſtructiſſimum elegit. Sic ad coërcendam intemperantiam Achabi, Heliam diuinis legibus ſingulariter obtemperantem excitauit. Addere poſſumus, ſic noſtris ſeculis, D ad refraenandam audaciam Lutheri contra Eccleſiam rebellantis, Sanctiſſimum Ignatium Societatis noſtrae parentem, & alterem peculiari voto ſe Eccleſiae ſubmittentem adornauit.

D. Ambr.

D. Greg. Nyſſen.

Accommodatum medicũ ad cuiuſque aetatis morbũ Deus praeparat.

B. Ignatius Societatis noſtrae parens, Lutheri refraenauit audaciam.

2. *Samuelis religio filiorum Heli ſacrilegia expiauit.*

Non aliter ergo eo tempore, quo & religio, & iuſtitia maximè iacebant, cum & ſacrilegi, & iniuſti filij Heli in templo miniſtrarent, qui diuina iura profanabant, & humana perfringebant; aequum fuit, vt in Iudicem cooptaretur vnus Samuel, religione tam inſignis, vt de illo meritò dixerit D. Greg. Nazianz. orat. in laudem amici ſui Baſilij, *ante natiuitatem ſuam fuiſſe Deo oblatum, & poſt natiuitatem confeſtim ſacrum:* iuſtitia tam excellens, vt de illo vniuerſus populus teſtetur 1 Reg. 12. n. 4. nunquam ſe ab illo aliquam iniuriam accepiſſe. Naſcitur ergo E Samuel feliciter, vt illius ſacrificiis filiorum Heli ſacrilegia expientur; vt illius aequitate iniquitas filiorum Heli reſartiatur.

D. Greg. Nazianz.

Samuelis iuſtitia, filiorũ Heli iniuſtitiam reſarſit.

3. *Totius capitis partitio.*

Totum igitur caput in tres partes diuiditur. In prima ponitur natiuitas Samuelis, praemiſſis lacrymis, ieiuniis, ac precibus, quas ſanctiſſima eius mater Anna, ad filium diuinitùs impetrandum in tabernaculo offerebat. In ſecunda ponitur Samuelis in paterna domo educatio, qualis puerum, religionis ac pietatis futurum columen decebat. In tertia tandem ponitur eiuſdem Samuelis in tabernaculo Dei oblatio, vt ibi ſacris miniſteriis ſub Pontifice Heli Deo iugiter deſeruiret. Sed iam ad textum, in quo, quae ad literam pertinent, breuiori expoſitione tractabimus: quae ad doctrinam, A vberiori annotatione colligemus.

Num. 1. Fuit vir vnus de Ramathaim-Sophim, de monte Ephraim, & nomen eius Elcana, filius Ieroham, filij Elihu, filij Thohu, filij Suph, Ephrataeus.

EXPOSITIO LITERÆ.

1. *Cur hic liber apud 70 à coniunctione, Et, incipiat.*

FVit. Septuaginta à coniunctione, *Et*, exordiuntur, *Et fuit.* Sic enim in fonte deprehendunt, וַיְהִי *Vaihi*, hoc eſt, *Et fuit.* In qua particula B D. Gregor. homil. 2. in Ezech. qui ab eadem coniunctione ſumit exordium, myſterium agnoſcit. *Cur is,* inquit, *qui nihil adhuc dixerat, ita exorſus eſt, dicens: Et factum eſt?* Paucíſque interiectis, reſpondet: *Quia hoc verbum,* inquit, *quod foris protulit, illi verbo, quod intus audierat, coniunxit.* Idem myſterium agnoſcit D. Auguſt. in Pſal. 4 ad illa verba: *Et ſcitote, quoniam mirificauit Dominus ſanctum ſuum. Iunctura,* inquit, *coniunctionis, cum ſententia non praeceſſerit, cui ſequens annectatur, mirabiliter fortaſſis inſinuat prolationem veritatis in voce, cum ea viſione, quae fit in corde, eſſe coniunctam.* Accedit Hector in c. 1. Ezechiel. vbi eandem ſequitur interpretationem. Nihilominùs tali myſterio vacat exordium. Nam coniunctio, C *Et*, copulat orationes diuerſas: ſermo autem internus Dei ad Prophetam, & externus Prophetae ad populum, idem omnino eſt. Vnde opus non eſt, vt aliqua coniunctione copuletur.

D. Greg. *Prima reſponſio.*

D. Auguſt.

Hector.

Refellitur.

2. *Secunda reſponſio.*

Planiùs fortaſſe Montanus in cap. 1. Ioſue exiſtimat, hac particula principium vnius libri cum fine praecedentis colligari; atque ita vnius ſeriem hiſtoriae continuam haberi. Fateor quidem, ita aliquando exponi poſſe, non tamen ſemper: nam exordio Ezechielis, v. g. nihil praeceſſit, cum quo illa prophetia iungatur. Feuardent. in lib. Ruth ſequutus Theophylactum in cap. 1. Ionae, eam coniunctionem emphaticam eſſe putat, ad ſenſum vehementiùs exprimendum. Sed haec emphaſis, vt aliquibus in locis concedatur, in omnibus, in quibus D ea coniunctio ponitur, non reperitur.

Montan. *Non admittitur.*

Feuard. Theoph.

3. *Tertia reſpõſio reiicitur.*

Alij ſimpliciter pronunciant, eam particulam de more Hebraeorum, in librorum principiis redundare. Ita ſentit Orig. homil. 19. in Numeros, D. Aug. lib. 2. loquutionum in Exod. Euthymius in Pſal. 4. Quibus adde recentiores, Salmeronem tom. . prolegom. 16. ad finem, Riberam in cap. 1. Ionae, Pradum in cap. 1. Ezech. & omnium lariſſimè Cantapet. lib. 8 hypotypoſeon, cap. 9.

Orig. D. Aug. Euthym. Salmer. Riber. Prad. Cantapet.

4. *Quarta & vera reſponſio. Particula, Et, iuxta Hebraeorum Grammaticam neceſſaria.*

Potiùs tamen dicendum puto, hanc particulam hoc loco neque myſticam eſſe, neque omnino ſuperfluam, ſed iuxta Hebraeorum Grammaticam, neceſſariam: apud Hebraeos enim litera ו *Vau*, non ſolum copulatiua eſt, ſed etiam verſiua, vt vocant, praeteriti in futurum, & futuri in praeter- E itum; quod munus hoc loco exercet. Nam verbo de futuro יהי *Iehi*, id eſt, *erit*, praefixum ו *Vau*, וַיְהִי *Vaihi*, in praeteritum conuertit, *fuit*, & hoc modo explicanda eſt haec particula in Exodo, Leuitico, Numeris, Ioſue, Iudicibus, Ruth, in 1. 2. & 4 Reg. in 2. Paralip. in Eſther, Ezechiele, & Iona, qui omnes ab hac particula in Hebraeo exordiuntur, & in quibus verba de futuro, praefixa hac litera ו *Vau*, in ſignificationem de praeterito reuocantur. Vnde à Latino interprete plerumque ea particula omittitur, & eius effectu ſeruato, verbum in praeterito transfertur.

Non negauerim tamen aliquando hanc particulam, neque verſiuam eſſe, neque ſignificatiuam, ſed 5.

tantùm

Particula, Et, aliquando de ornatui tantùm inſeruit.

tantùm de more Hebræorum ornatui inſeruire, vt videre eſt 3.Reg. 1. & 1. Eſdr. 1. quem ornatum etiam Græci imitantur. Nam Propheta Baruch, & primus Machabæorum, qui Græcè ſcripti ſunt, ab hac particula ornatus gratia inchoantur. Imò & Euangeliſtæ multorum capitum initia, orationúmque exordia, Hebraiſmum illum imitati, ab hac particula deſumunt. Matt. 11. Luc. 14. & ſic alij frequenter.

6.

Quo myſterio Elcana dicatur vir.

Vir vnus. Dicitur *vir*, Hebraicè איש *is*, vel in ſenſu hiſtorico ab humana natura, quam habebat; vel emphaticè à virili conſtantia, qua præſtabat. Quamuis enim viri nomen etiam fœminæ commune ſit, iuxta illud, *Beatus vir.* Pſalm. 1. n. 1. vbi vterque ſexus intelligitur, tamen ad maſculam conſtantiam, ac fortitudinem exprimendam frequenter vſurpatur. Hanc enim emphaſim habet illud Madianitæ, Gedeonem metuentis: *Non eſt hic aliud, niſi gladius Gedeonis viri Iſraelitæ.* Iudic. 7. n. 14. Et illud Dauidis ad Abner: *Nunquid non vir tu es?* 1 Reg. 26. n. 15. Et illud Moyſis de ipſo Deo: *Dominus quaſi vir pugnator.* Exod. 15. n. 3. & paſſim alibi. Nec repugnant Septuaginta transferentes ἄνθρωπος, id eſt, *homo.* Nam & hoc nomen virtutis eſt, iuxta illud Moyſis ad Deum: *Prouideat Dominus hominem, qui ſit ſuper multitudinem hanc.* Num. 27. n. 16. hoc eſt, hominem virtute, & conſtantia præcellentem. Niſi velis dici ἄνθρωπον, quaſi ἀνάθρωπον, id eſt, *contemplatorem*, vt Socrates apud Platonem in Cratylo interpretatur. Quod etiam Elcanæ conuenit, qui in monte ſpeculantium, ſeu contemplantium morabatur, vt ſtatim patebit.

7.

Quo myſterio Elcana dicatur vnus.

Additur, *vnus.* Quod Septuaginta in Sixtiana non habent. Alij, *vir quidam.* Origenes homil. de Elcana, vtramque lectionem refert, *vir quidam*, &, *vir vnus*: ſed hanc poſteriorem præfert, nec immeritò, cum ita in Hebræo exprimatur אחד *Ecad*, id eſt, *vnus.* Sic autem dicitur, vel in propria ſignificatione, qui ſenſus planior, & ſimplicior videtur, vel in tranſlata. Nam, *vnus*, aliquando idem eſt, quod *primus. Factum eſt veſpere, & mane dies vnus.* Geneſ. 1. n. 5. id eſt, *dies primus.* Aliquando idem, quod *primarius*, ſeu *præcipuus. Do tibi partem vnam.* Geneſ. 48. n. 22. Hebraicè, & Chaldaicè, *partem præcipuam*, ſeu *honorificam.* Erat igitur Elcana vir vnus, hoc eſt, primus, ſeu primarius in ciuitate ſua.

8.

Vnus aliquando idem ac primus, ſeu primarius. Caiet.

In quo ſenſu D. Petrus in catalogo Apoſtolorum primus dicitur Matt. 10. n. 2. non quidem ordine numerali, alioqui aliquis ſecundus, aliquis tertius, & ſic de cæteris, diceretur; quod tamen ibi non ita fit: ſed dignitate, vt rectè Caiet. & recentiores interpretes aduertunt, ad primatum Petri inter omnes fideles indicandum. Ad cuius imitationem fieri debet, vt ſolus Prælatus in qualibet communitate primus ſit inter ſubditos, nemo ſecundus, nemo tertius deſignetur; ſed omnes inter ſe æquales habeantur: omnes æqualiter à primo, vel accedere, vel recedere iudicentur. In eodem ſenſu, & Deus primus dicitur: *Primus ad Sion dicet, ecce adſum.* Iſa. 41. n. 27. Non quatenus primus dicit ordinem ad ſecundum, ſed quatenus includit negationem alterius primi, vt ibi D. Cyrill. Alexand. obſeruat. Quod enim Lyricus de ſuo Ioue fabuloſè cecinit 1. Car. odæ 21.

D. Cyrill. Horat.

Vnde nil maius generatur ipſo,
Nec viget quidquam ſimile, aut ſecundum.

hoc de æterno Verbo veriùs canere potuiſſet.

9.

Patria Elcanæ Ramathaim.

De Ramathaim. Verbis ſequentibus tria explicantur, patria, genus, & nomen huius viri. Quod attinet ad patriam, dicitur eſſe *de Ramathaim-So-*A *phim, de monte Ephraim.* Aliqui ita diſpungunt, *de Ramatha in Sophim.* Sed neſciunt Hebraicè; quam in eos cenſuram Lyran. Abulenſiſque impingunt. Tenenda igitur eſt Vulgata Hebræo textui conformis, ac dupliciter explicanda. Primò, vt *Ramathaim* ſit nomen terminatione quidem plurale, ſignificatione autem ſingulare, vt apud Latinos, Pariſij, Athenæ, ſignificans vnam vrbem, quæ paulò inferiùs n. 19. dicitur *Ramatha.* Ita prædicti interpretes Lyran. & Abul. exponunt.

Ramathaim verùm ſit nomen plurale.

10.

Secundò, vt *Ramathaim* ſit nomen non ſolùm terminatione, ſed etiam ſignificatione plurale, ſignificans duplicem vrbem *Ramatham*; vnam in tribu Benjamin, quæ Ioſue 18. n. 25. dicitur *Ra-* B *ma*; alteram in tribu Ephraim, de qua hoc loco ſermo eſt. Cum verò dicitur, *vir de Ramathaim*, non eſt intelligendum, quòd ſit de vtraque Ramatha, ſed de altera illarum. Ita Vatabl. Caiet. Iſid. Clarius, aliique interpretantur. Sic enim dicitur de Iephte iuxta paraphraſim Chaldaicam; *Sepultus eſt in vrbibus Galaad.* Iudic. 12. n. 7. hoc eſt, in altera vrbe Galaad, vt habetur in Vulgata. Sic Ethronitæ loquuntur ad Abrahamum: *In electis ſepulcris noſtris ſepeli mortuum tuum.* Geneſ. 23. n. 6. hoc eſt, in aliquo ex illis. Sic Saül ad Dauidem iuxta Hebræum; *In duabus gener meus eris hodie.* 1. Reg. 18. n. 21. hoc eſt, in vna è duabus filiabus. Sic Ioan. 6. num. 45. & Actor. 13. num. 40. dicitur *ſcriptum eſſe in Prophetis*, quod in vno tantùm ſcri- C ptum eſt. Qua de re vide Cantapet. lib. 6. hypotyp. cap. 1. Pagnin. lib. 4 inſtit. cap. 15. Perer. in locum Geneſis citatum. Erat igitur Elcana de vna Ramatha. Solet autem Scriptura, quando agit de vna vrbe, cui altera eſt cognominis, eam ab adiunctis diſtinguere, vt exemplis patebit: *Cum natus eſſet IESVS in Bethleem Iuda.* Matth. 2. num. 1. quia altera erat Bethleem in tribu Zabulon. Iudic. 12. num. 10. *Nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ.* Ioan. 2. num. 1. quia altera erat Cana in Sidone. Ioſue 19. num. 28. *Tranſiuit in Salem vrbem Sichimorum.* Geneſ. 33. num. 18. quia erat altera Salem, quæ poſtea dicta eſt Hieruſalem, vt ex antiquis Patribus D. Hieronymus in quæ- D ſtionibus Hebraicis, Procop. & Eugubinus teſtantur.

Vatabl. Caiet. Iſid. Clar.

Cantapet. Pagnin. Perer.

D. Hieron. Procop. Eugub.

11.

Ramatha Elcanæ patria cur in Sophim, de monte Ephraim.

Hoc igitur loco ex duplici diſcrimine Ramatha, de qua hìc agitur, ab altera ſeparatur. Primò, quod dicitur *Ramatha Sophim*, hoc eſt, in monte Sophim ædificata, & fortaſſe à monte, in quo erat, nomen inuenit *Ramatha*, hoc eſt, excelſa. Mons autem dicitur *Sophim*, hoc eſt, ſpeculantium, ſiue quòd inde proſpectus longè latéque paterent; ſiue quòd in eo Prophetæ habitarent. Quò fortaſſe alluſit Chaldæus, legens loco *Sophim*, *ex diſcipulis Prophetarum.* Secundò, quòd dicitur Ramatha *de monte Ephraim*, hoc eſt, de tribu Ephraim. E Tribus enim Ephraim, Ioſ. 17. n. 15. & Ioſ. 20. n. 7. & Ioſ. 21. n. 21. mons dicitur, eo quòd eſſet regio montoſa; vt Abulenſis interpretatur. Igitur patria Elcanæ erat ciuitas Ramatha, ſita in monte Sophim, qui ad tribum Ephraim pertinebat. Vnde ſatis ab altera Ramatha diſtinguebatur, quæ neque erat in monte Sophim, neque ad tribum Ephraim ſpectabat. Sunt, qui dicant, hanc vrbem Ramatham eandem eſſe cum illa Armatha, ſeu Arimathæa, ex qua dicitur oriundus Ioſephus, qui corpus Chriſti Domini ſepeliuit. Matth. 27. n. 57. Ita D. Hieronymus in locis Hebr. Beda, Hugo Victor. Magiſt. hiſtoriæ, Carthuſ. Angelomus, Rabanúſq; exiſtimant. Alij contrà opinantur, dicentes iuxta Euſebium, Arimathæam coincidere cum Ruma, ſeu Rempti, quæ eſt vrbs de

Hæc Ramatha an eadem cum Armatha, ſeu Arimathæa.

D. Hier. Beda. Hugo. Carthuſ. Angelom. Rab. Euſeb.

tribu Iuda, Ioſue 15. n.52. & proinde diuerſa ab hac Ramatha, quæ eſt de tribu Ephraim. Sed hæc ratio non vrget; quia Euſeb. ſeu D. Hieron. non loquitur de Arimathæa, ſed de Aarima, vt legenti patebit, quæ diuerſa eſt: alioqui ſibi ipſi Euſebius aduerſaretur, qui iam dixerat Arimathæam, & Ramatham eſſe eandem vrbem in tribu Ephraim.

12\. *Elcana genus ex duplici tribu, regali, & ſacerdotali.* *Hebræorum fundamentũ.*

Quod attinet ad genus, certum eſt, fuiſſe filium eorum, qui hoc loco nominantur. Sed de qua tribu, dubitatur. Hebræi, vt videre eſt in auctore traditionum ad hunc locum, putant eſſe duplici ex tribu, regali, & ſacerdotali; quod pater Elcanæ fuerit de tribu Leui, mater de tribu Iuda. Et hoc ſignificati, cum dicitur fuiſſe de Ramathaim, quod non duas vrbes, ſed duo excelſa, hoc eſt, duas tribus ſplendidiſſimas, Iuda, & Leui interpretantur. *Excluditur.* Sed inprimis eorum indicium inefficax eſt. Nam Ramathaim hoc loco ſignificare non poteſt illas duas tribus, cum neutra earum in monte Sophim, & in tribu Ephraim includatur; vbi tamen Ramatha dicitur incluſa. Res tamen ipſa, quam aſſerunt Hebræi, ſaltem quoad patrem Elcanæ, certiſſima eſt. *Pater Elcanæ Leuites.* Qui ſine dubio erat de tribu Leuitica, vt patet 1. Paralip. 6. à n. 33. Vbi non ſolùm quatuor eius progenitores, qui hic ponuntur, ſed reliqui omnes vſque ad Leui filium Iacobi enumerantur. Vt autem tota eius familia, & officium declaretur, aduertendum eſt, totam tribum Leui fuiſſe Deo conſecratam, vt in tabernaculo, & in templo miniſtraret, quod ex 3. & 4. cap. Numer. conſtat. *Leuitica tribus diuiſio in ſacerdotes, & puros Leuitas.* Deinde fuiſſe in duos ordines diuiſam: vnum ſacerdotalem, alterum Leuiticum: illum maioribus cæremoniis initiari ſolitum, & ſacrificiis peragendis deſtinari: hunc minoribus conſecrari ritibus, & inferioribus templi miniſteriis exerceri, vt patet ex cap.18. Numer. & Abul. ibi latè proſequitur. *Abul.* Deinde, vt ad quem quiſque ordinem pertineret, intelligas, aduerte, Leui tres habuiſſe filios, Caath, Gerſonem, & Merari; eos verò, qui à Gerſone, & Merari deſcendebant, & Gerſonitæ, & Meraritæ dicebantur, omnes fuiſſe ex ordine purè Leuitico, eos autem, qui deſcendebant à Caath, & dicebantur Caathitæ, adhuc diſtinctos eſſe: nam Caath duos habuit filios, Amram patrem Aaronis, & Iſaar patrem Core: quare illos, qui per Amram, & Aaronem propagabantur, omnes fuiſſe Sacerdotes; qui per Iſaar, & Core puros Leuitas.

13\. *Elcana non de ordine ſacerdotali, ſed de Leuitico.*

Igitur hic vir, de quo hîc agimus, non erat ex ordine ſacerdotali, ſed purè Leuitico. Nam ſi loco Paralip. citato omnes illius progenitores vſque ad Leui percurramus, nuſquam incurremus in Aaronem, à quo tantùm ſacerdotes deſcendebant, ſed in Core, qui erat purus Leuita; imò qui Num. 16. à n.31. terra dehiſcente hauſtus, pœnas dedit audaciæ, qua ordinem ſacerdotalem affectauit. De matre verò Elcanæ ſtatim dicam.

14\. *Cur hic vir Elcana appellatur.* *Orig. Hug Vict. Dion.*

Quod attinet ad nomen; dicitur *Elcana*, id eſt, *Dei poſſeſſio*, interprete Origene, Hug. Vict. Dion. & aliis. De quo aliquid in annotatione dicam. Additur *Ephrataus*, de quo vocabulo dubium eſt, quò referatur, ad patriamne, an ad genus, an potius ad nomen. Certè *Ephrataus* in Scriptura dici ſolet, vel à tribu Ephraim, quoad genus, vt Iudic. 12.n.5. & 3. Reg.11. n. 26. vel ab vrbe Ephrata, quæ eſt Bethlehem, vt Ruth 1.n. 2. & 1. Reg. 17. n. 12. Elcana verò neutro modo dici poteſt Ephratæus; quia neque quoad genus erat de tribu Ephraim: neque de vrbe Ephrata, vt ex dictis patet. Quo igitur ſenſu dicitur Ephratæus? *D Greg. Beda. Lyran. Vatabl.* Prima expoſitio eſt D.Greg. Bedæ, Lyrani, Vatabl. *Abul.* & Abulenſ. exiſtimantium hoc nomen ad patriam referri, nempe ab Ephraim dictum fuiſſe Ephratæum, non quod à tribu Ephraim genus duxerit, ſed quod in tribu Ephraim lucem aſpexerit, & ibidem domicilium fixerit. *Cur Ephrateus dicatur.* *Prima expoſitio.* Secunda expoſitio eſt D.Hieron. in qq. Hebraic. Rupert. Gloſſ. Hug. Cardin. Magiſt hiſtoriæ, Carthuſ. & Angelom. dicentium referri ad genus; nempe ab Ephrata, non quidem vrbe, ſed fœmina, vxore Caleb. 1. Paralipom. 2. n.19. ex qua maternum in genus ducerat Elcana, dictum fuiſſe Ephratæum. *Secunda expoſitio.* *D Hieron. Rupert. Gloſſ. Hugo. Magiſt. hiſt. Carthuſ. Angel.* Tertia expoſitio eſt Caietani, dicentis Ephratæum eſſe nomen appellatiuum, quod nec patriam, nec genus, quæ iam erant ſatis expreſſa, ſed conditionem manifeſtet. *Tertia expoſitio.* Nam Ephratæus idem eſt, quod auguſtus, magnificus, & opulentus, qualis fuiſſe Elcana ex hoc cognomine declaratur.

15\. *Prima, & ſecunda expoſitio admittitur.* *Tertia mollitur.*

Poſſunt omnes hæ interpretationes admitti, dummodo hæc tertia Caietani molliatur, & non abſolutè dicat, Ephratæum ſolùm eſſe nomen appellatiuum, ſine ordine ad patriam, vel maiores. Nam in Hebræo eſt אֶפְרָתִי *Ephrati*, cum litera י *Iod* in fine, quæ iuxta Grammaticam Hebræam, cum poſtponitur, format nomina gentilia, vel patronymica. Quare neceſſe eſt, vt hoc nomen vel à parentibus, vel à patria deriuetur; & ſecundum priorem expoſitionem ad montem Ephraim, quæ erat patria Elcanæ: ſecundum poſteriorem, ad Ephratam vxorem Caleb, vnde ipſe ducebat originem referatur.

16\. *Obiectio.* *Prima ſolutio.* *Etiam per matres familiarum nomina apud Hebræos conſeruata.*

Dices cum Abulenſi: Viri inter Hebræos non accipiebant nomina à matribus, nec generationes per matres computabantur, vt patet in genealogia Chriſti Domini Matth. 1. & Luc. 3. Cuius rei cauſa fuit, vt tribus ac familiæ diſtinctæ remanerent, faciliúſque deprehendi poſſet, ex qua tribu Meſſias naſceretur: ergo non ab Ephrata vxore Caleb, dictus fuit Elcana Ephratæus. Reſponderi poteſt, etiam per matres familiarum nomina aliquando fuiſſe conſeruata, quando fœminæ maiorum ſuorum hæreditatem in coniugium afferebant; vt vel ipſe Abul. in c.27. Num. q. 2. & ſeqq. fatetur, & latè proſequitur. *Abul.*

17\. *Secunda ſolutio.* *Ephrateum non præcipuum, ſed addititium nomen ex matre.*

Addo, Ephratæum non eſſe nomen proprium, & præcipui generis diſtinctiuum; ſatis enim iam expreſſum erat paternum Elcanæ genus: ſed addititium, ad explicandum etiam quoad aliquam partem eius genus maternum; quod non eſt inſolens in ſacris literis. Nam etiam in genealogiis Regum Iuda, non ſolùm patrum, ſed etiam matrum nomina frequentiſſimè referuntur; vt videre eſt in Roboamo 3.Reg. 14. n.31. & in Abia. 3.Reg.15.n.2. & in Aſa. 3.Reg.15. n. 10. & in Ioſaphat. 3.Reg.22.n.41. & in aliis paſſim. Nam & Abimelech Iudic. 9.n. 1. & 3. ex matre deſignatur: Iephte dicitur *filius mulieris meretricis*. Iudic. 11. num. 1. Ioab, & eius frater Abiſai ſæpe dicuntur *filij Saruiæ*, quæ erat eorum mater. 1. Reg. 26. num.6. & 2. Reg. 2. num.18 & paſſim alibi. Imò & in genealogia Chriſti Domini Rahab, Ruth, & ea, quæ fuit Vriæ, hoc eſt, Bethſabee, interſeruntur. Matt. 1. n.5. & 6. Quare genus Elcanæ à patribus præcipuè deinde etiam à matre non incongruè declaratur.

18\. *Elcana ad ſacerdotalem tribum per patrem; ad regalem per matrem pertinebat.*

Ex quo efficitur, Elcanam de ſacerdotali tribu quoad patrem, & regali quoad matrē pariter fuiſſe, vt Hebræi teſtantur; & in hoc, quod fuerit de vtraque tribu, Chriſti Domini typum extitiſſe: quamuis diſcrimen in eo ſit, quòd Elcana præcipuè, & ratione patrum fuerit de tribu Leuitica; minùs præcipuè, & ratione matris ad tribum Iuda pertinuerit: at verò Chriſtus Dominus vice verſa

ſimpli

Theod. D.Ambr. — Theodor. *Cur tribus Iuda, & Leui connubijs permiſceri potuerint.*

ſimpliciter fuerit de tribu Iuda, ratione progenitorum, & aliqua ex parte ratione maternæ lineæ, ad tribum Leuiticam ſpectauit, vt Theod. q. 16. in Exod. D. Ambr. lib. 3. in Lucam, & plures alij teſtantur, qui propterea docent, eum ſecundum carnem, Regem, & ſacerdotē extitiſſe. Addit Theod. q. 18. in Ioſue has duas tribus Iuda, & Leui connubijs permiſceri potuiſſe: *Quod is*, inquit, *qui ſecundum carnem natus eſt è tribu Iuda, non ſolum Rex, ſed etiam Pontifex appellatus eſt.* Superſunt nonnullæ difficultates literales, quas in ſequenti annotatione explicabo.

ANNOTATIO IV.

CIRCA LITERAM.

PROPRIÆ ELCANÆ *conditiones illuſtrantur.*

1. *Triplex myſterium illuſtrandum.*

TRIPLEX hoc loco myſterium ex litera colligam, & ad mores fuſiùs illuſtrabo. Vnum, cur Elcana dicatur vir. Alterum, cur dicatur vnus. Tertium, cur eius natalis conditiones tam diligenter ab Scriptura explicentur. Sed hæc priuſquàm illuſtrem, aliquot in litera difficultates præmittam, & explicabo.

SECTIO I.

Aliquot in litera difficultates expediuntur.

2. *Prima difficultas. Quo pacto Elcana Leuites in mōte Ephraim patriam habuerit.*

PRima eſt. Quo pacto Elcana, quoad patriam fuerit de monte Ephraim; & quoad genus, de tribu Leui, vt in litera diximus. Non eſt quidem, abſolutè loquendo, difficile cognitu, quo pacto Elcana fuerit patria Ephratæus, & ſanguine Leuita. Sicut nemo ignorat, quo pacto D. Paulus eſſe potuerit natione Hebræus, & patria Tharſenſis; & multi hodie ſint ſanguine quidem Iudæi, patria verò Africani, aut ex alijs mundi plagis, quibus vagantur, oriundi. Difficultas tamen eſt, poſita diuina lege, quæ ſuas ſingulis tribubus plagas diuidendas præcepit, Ioſue 13. n. 7. vt ſeorſim omnes, ac diſtinctæ habitarent.

Difficultatis nodus.

3. *Expeditur. Sola tribus Leui ſine ſorte in terra promiſſa diſtributione remanſit.*

Vt igitur difficultas expediatur, aduerte, in diſtributione terræ promiſſionis, ſolam tribum Leui manſiſſe ſine ſorte, hoc eſt, ſine portione aliqua terræ, quam incoleret. Ita enim Deus præceperat Aaroni, & filijs eius: *In terra*, inquit, *eorum nihil poſſidebitis, nec habebitis partem inter eos. Ego pars, & hæreditas tua in medio filiorum Iſrael.* Num. 18. n. 20. Et rurſus Ioſue de Moyſe loquutus: *Tribui*, inquit, *Leui non dedit poſſeſſionem, quoniam Dominus Deus Iſrael ipſe eſt poſſeſſio eius.* Ioſue 13. n. 33. & paſſim alibi.

4. *Quadraginta octo vrbes ex aliis tribubus, Leuitis ad habitandum conceſſæ.*

Deinde aduerte, cum Leuitæ manere non poſſent in terra Chanaan, niſi aliqua loca ad habitandum haberent; præceptum fuiſſe à Deo, vt ex vrbibus aliarum tribuum, quadraginta octo vrbes illis ad habitandum tribuerentur: *Præcipe*, inquit, *filiis Iſrael, vt dent Leuitis de poſſeſſionibus ſuis vrbes ad habitandum, & ſuburbana earum per circuitum.* Num. 35. n. 2. & 3. Et paulò pòſt, n. 7. ponitur illarum numerus, & quadraginta octo eſſe iubentur.

5. Tandem aduerte, eas vrbes conceſſas fuiſſe Leuitis, non in vna tantùm tribu, ſed in omnibus: vt patet ex Ioſue 21. à num. 4. hoc ordine. Nam cum

A tribus Leuitica, iuxta numerū filiorū Leui, Caath, Gerſon, & Merari, Exod. 6. n. 16. in tres ordines diſtribueretur, nimirum Caathitas, Gerſonitas, & Meraritas, vt in litera diximus; Meraritis quidem conceſſæ fuerūt duodecim vrbes in tribubus Rubē, & Gad, & Zabulon: Gerſonitis tredecim in tribubus Iſſachar, & Aſer, & Nephthali, & dimidia tribu Manaſſe: Caathitis viginti tres, hoc tamen ordine. Nam cum ex Caathitis quidam eſſent ſacerdotes, deſcendentes à Caath per eius filium Amram, & nepotem Aaronem: alij ſimplices Leuitæ, deſcendentes ab eodem Caath per eius filium Iſaar & nepotem Core; prioribus quidem conceſſæ sūt tredecim vrbes in tribubus Iuda, & Simeon, B & Benjamin: poſterioribus autem decem in tribubus Ephraim, & Dan, & dimidia tribu Manaſſe; ex quibus omnibus quadraginta octo vrbium ſumma efficitur. Quæ omnia ex loco citato Ioſue innoteſcunt. Cùm igitur Elcana eſſet ex ſimplicibus Leuitis, deſcendentibus à Caath, vrbem habuit in tribu Ephraim, nomine Ramatham, ex qua fuit oriundus, vt in litera dictum eſt.

Harum vrbium diuiſio inter Leuitas.

Difficultatis enodatio.

6. *Obiectio.*

Sed obiicies, Leuitis in tribu Ephraim datas fuiſſe quatuor vrbes, Sichem, Gazer, Cibſaim, & Bethoron. Ioſ. 21. n. 21. & 22. vbi nulla fit mentio de Ramatha; non fuit igitur Ramatha de tribu Ephraim. Reſponderi poteſt, Ramatham plura nomina habere potuiſſe, quorum vno hîc, altero in C loco citato Ioſue nominetur. Argumento, quod etiam illæ quatuor vrbes, quæ apud Ioſue referuntur, non omnes iiſdem nominibus 1. Paral. 6. n. 68. nominentur. Vel etiam dic, quamuis Ramatha non fuerit de numero earum vrbium, quæ Leuitis in tribu Ephraim datæ ſunt, adhuc tamen Elcanam in illa habitare potuiſſe: quia Leuitis integrum erat, in quacunque vellent plaga ſedem collocare; vt patet ex illo Leuita, primùm quidem habitante in Bethlehem, & poſtea peregrinari volente, *vbicunque ſibi commodum repeririſſet.* Iudic. 17. n. 7. & 8. Sic igitur Elcana, quamuis eſſet de tribu Leui, poterat in quacumque vellet vrbe extra tribum Leuiticam commorari. Atque adeò licèt quoad genus fuerit Leuites, tamen quoad patriam, de quacunque alia tribu eſſe poſſet. Sed hinc oritur. D

Diſſoluitur primò.

Diſſoluitur ſecundò.

Secunda difficultas.

7. *Secunda difficultas. Cur tribus Leui cum cæteris permixta habitarit.* Lyran. *Quatuor Lyrani rationes.*

CVr tribus Leui non habitarit ſeorſim ab aliis, ſed cum cæteris permixta. Quatuor rationes reddit Lyran. Ioſue 21. Primam, ne cultus Dei ad vnā tantùm tribum pertinere videretur. Secūdam, ne vna tribus, vel duæ de ſuſtentatiòne Leuitarum nimis grauarentur. Tertiam, quia apud omnes gentes, illi, qui intendunt cultui diuino, à toto populo ſuſtentantur. Quartam, quia Leuitæ tenebantur docere populum de his, quæ ad cultum diuinum E pertinebant: faciliùs autem docerent per omnes tribus diſperſi, quàm in vnam congregati. Cæterùm Abul. q. 8. in eundem Ioſue locum, has omnes rationes oppugnat: ſed, niſi fallor, non expugnat, vt facilè oſtenderem, niſi aliò properarem. Quare omnes admitto, & quartam breuiter illuſtro.

Abul. *Quarta Lyrani ratio illuſtratur.*

8. *Animarum paſtores cuibus proximè adſint.*

Debent animarum præſides, & curatores illis proximè adeſſe, quorum ſuſcipiunt cauſas. Vidit Ioannes *in medio ſedis, & in circuitu ſedis quatuor animalia.* Apoc. 4. n. 6. Quî poterant in medio ſimul eſſe, & in circuitu? Loquutio planè myſterio plena eſt. Nam quatuor animalium nomine doctores, & curatores animarum intelliguntur, qui tam præſtò adſunt omnibus, ac ſi in medio, & in circuitu, intus, & foris, vbique, & ſemper in omnium ſalutem excubare viderentur. Non procul abeſt ab hac

inter

D.Ambr.

interpretatione D.Ambr. in Gloſſa citatus : *In circuitu*, inquit, *ſedis quatuor animalia ſunt, quia doctores populum ſibi commiſſum, & à viſibilibus, & ab inuiſibilibus hoſtibus, quanta virtute poſſunt, defendunt: in medio ſedis conſiſtunt, quia vnumquemque eorum, vt in virtutibus omnibúſque bonis operibus proficiant, admonere non deſinunt*. Quibus verbis planè oſtendit, nihil ad ſacerdotum dignitatem propiùs attinere, quàm ſi nunquam deſerant animarum patrocinium, quod aliquando ſuſceperunt; & huius rei cauſa, ne loco quidem ab illis remoueri patiantur.

Maria contra fratrem Moyſem murmurans lepra punitur.

Theod. Abul. Oleaſt. Abul.

9. Murmurarunt olim Maria, & Aaron contra Moyſem. Sed cum Deus Aaronem reliquerit impunitum, Mariam grauiter lepra vlcerauit: *Et ecce Maria*, inquit textus, *apparuit candens lepra, quaſi nix*. Num. 12. num. 10. Ad quem locum quærunt communiter interpretes, quam ob cauſam Deus abſtinuerit à puniendo Aarone, qui tamen à maledicis verbis non abſtinuerat: cur eadem vtrumque lepra non corripuerit, ſi in eandem vterque maledicentiam inciderat. Theod. q 13. in Numer. Abul. ibid. q. 64. Oleaſt. in expoſitione literali eiuſdem cap. dupliciter reſpondent. Primò, quia Aaron minorem culpam contraxit, quàm Maria. Quod Abul. rectè colligit ex modo loquendi Scripturæ, vbi ſic: *Locutáque eſt Maria, & Aaron contra Moyſem*. ibid. n 1. vbi vides, priùs Mariam, quàm Aaronem nominari. *Et ita innuitur*, inquit Abul. *quòd locutio totaliter pertineret ad Mariam, eſſet autem Aaron vt fauens ei, & non vt principaliter loquens*. Idem colligit

Theod.

Theod. ex eò, quòd Maria eſſet fœmina; quæ ſicut magis ad ſubiectionem tenetur, ita grauiùs per rebellionem delinquit. *Grauius*, inquit, *erat delictum mulieris: maſculo enim tum natura, tum lex fœminam ſubmittit*.

Sacerdoti maxima munditia neceſſaria.

10. Reſpondent ſecundò, quia Aaron erat ſacerdos. Sed ſi iterum quæras, cur ſacerdos lepra non puniatur. Reſpondent, duplici de cauſa. Vna, quòd in ſacerdote maxima munditia neceſſaria eſſet, propter ſanctitatem muneris, quod exercebat; & eidem propter dignitatem officij, quo fungebatur, maxima reuerentia deberetur. Altera ad rem noſtram, quia leproſus ab hominum commercio ſeparari conſueuerat. Leuit. 13. à n. 1. Aaronem autem ſeparari conueniens non erat; quia cum eſſet ſacerdos, ad quem proinde cura animarum ſpectabat, verſari inter homines debebat, vt eorum ſemper, & vbique neceſſitatibus deſeruiret. Vides, vt paſtor ſuis adeſſe ouibus teneatur?

Sacerdos, & paſtor ab ouibus nunquam diſcedat.

Princeps medicus curationi, non dominationi incumbat.

11. Hinc intelliges, quo iure ille vir, de quo loquitur Iſaias, ſe à principatu ſuſcipiendo excuſarit: *Non ſum*, inquit, *medicus; nolite conſtituere me principem populi*. Iſaiæ 3. n. 7. Quid, quæſo, connexionis inter medicum, & principem inuenitur, vt propterea princeps eſſe nolit, qui medicus non fuerit? Duplicem connexionem agnoſco. Vnum, quòd ſicut medicus curationi potiùs, quàm dominationi incumbit: ita & bonus princeps potiùs curare debet ſuorum ſanctitatem, quàm propriam maieſtatem. Vnde D. Bernard. ſerm. 25. in Cant. *Sciunt*, inquit, *boni, fideléſque præpoſiti languentium ſibi creditam curam animarum, non pompam: medicos ſe, & non dominos agnoſcentes, parant confeſtim aduerſùs pluresſima animæ, non vindictam, ſed medicinam*. Alteram,

D.Bern.

Omnium languoribus præſto adſit.

quia ſicut medicus omnium domos adit, omnium lectis aſſidet, omnium doloribus inuigilat, omniumque vulnera medicatur: ita paſtor animarum nullius deſerit patrocinium; imò vbi maius periculum agnoſcit, ibi vigilantior præſtò adeſt, & eò diligentiùs incumbit, quò maiorem vim mali reformidat. Itaque curator animarum non eſt, qui ab illis peregrinatur; ſed qui ita verſatur inter illas, vt ab illis nunquam ſeparetur.

Princeps vel ſuo diſcrimine ſuos in periculo tueatur.

Caiet.

12. Sine myſterio non eſt, quod Iacobus in tranſitu fluminis Iaboch ſolus non fuerit, ſed ingenti ſuorum caterua ſociatus fluuium traiecerit: poſt tranſitum verò eiuſdem fluminis ſolus remanſerit, diu cum Angelo colluctatus. Geneſ. 32. n. 22. & 23. Myſterium verò aptè ad rem præſentem deprehendit Caiet. *In tranſitu*, inquit, *fluminis quodammodo manuduxit ſuos, & ſuperintendit, vt ſua omnia tranſirent; poſtea verò remanſit ſolus, quia rationabile erat, vt ſe, & ſuos Deo commendaret*. Quaſi diceret, dum aliorum periclitabatur ſalus, adeſſe voluit, vt vel eos à periculo vindicaret, vel pariter cum illis periculo inuolueretur: at verò vbi ſuos in tuto collocauit, contulit ſe paululum in ſeceſſum, vt liberior, & expeditior cum Deo loqueretur. Principis igitur munus eſt, vt ſuos in periculo non deſerat, ſed vbique, & ſemper comitetur, & vel ſuo diſcrimine tueatur.

Princeps minus præcaueat ſuum periculum, quàm ſuorum.

13. Huc pertinet aliud non minùs memorandum eiuſdem Iacobi exemplum. Hic enim, cum adhuc eſſet iuuenis, in paterna domo tanquam filius familias conſtitutus, fratrem timuit Eſau, & vt ab Illius ſe inſidijs expediret, peregrinus in Meſopotamiam receſſit. Geneſ. 28. n. 5. At verò poſtquam in perfectum virum adoleuit, & ampliſſimam familiam, cuius princeps, & pater erat, in patriam reduxit, fratrem quidem timuit, ſed non fugit. Imò ante omnes illi obuius proceſſit: *Et ipſe progrediens*, inquit textus, *adorauit pronus in terram ſepties*. Geneſ. 33. num. 3. Quid rei hoc eſt? Iuuenis ſe proripuit in fugam, vt periculum declinaret: & ſenior, cum pugnandi ardor deferueſcit, ante alios præcurrit, vt periculo ſe exponat? Planè ita eſt: quia iuuenis ſibi tantùm, ſenior etiam ſuis conſulebat. Nam ille, cui aliorum incumbit ſalus, minùs præcauere debet ſuum periculum, quàm ſuorum. Egregiè de hac re D.Chryſoſt. homil. 33. in epiſt. ad Corinth. philoſophatur, vbi loquutus de Iacobo: *Vide*, inquit, *vt timidus ille charitate ſuſcitante, leone quouis animoſior euadat. Velut propugnaculum enim quoddam ſeipſum ante cæteros locans, paratus erat ferum illum, & minas, quemadmodum ſuſpicabatur, ſpirantem, excipere primus, & ſuo ipſius corpore parare vxoribus ſalutem; & quem domi timebat, intueri primus in acie ſtudet*.

D.Chryſ.

14. Vbi ſimile de Moyſe exemplum ponderat, qui priuatus mortem fugit. Exod. 2. n. 14 & 15. Vbi ad magiſtratum acceſſit, mortem contempſit, vt ſuos à morte liberaret. Exod. 5. à num. 1. & Exod. 32. num. 33. *Moyſes*, inquit Chryſoſtomus, *ille ipſe fugitiuus, & vnius viri minas ſuſtinere non valens, melle charitatis ſemel guſtato, nemine cogente mori pro ſuis feſtinabat*. Itaque, quicumque animarum ſuſcipit curam, verſari inter illas ita debet, vt nunquam ſe ab illis dimoueri patiatur. De qua re plura interim non dico, quòd in alijs locis frequens plura dicendi occaſio redibit. Solùm collige ex dictis, quanto iure Concilium Trident. ſeſſ. 6. cap. 1. & 2. & ſeſſ. 23. decreto de reformat. cap. 1. & paſſim alibi, paſtoribus reſidentiam in ſuis Eccleſijs imponat; ne quid oues detrimenti in paſtorum abſentia patiantur. Quod cap. 7. Samuelis exemplo latiùs illuſtrabo.

D.Chryſ.

Conc. Trid. *Paſtores ſuis in Eccleſijs reſideant.*

Tertia difficultas.

Tertia difficultas. Cur Elcana Ephratæus, id eſt, auguſtus.

15. CVr Elcana dicatur Ephratæus, id eſt, auguſtus, & magnificus, vt in litera iuxta illam tertiam Caiet. interpretationem obſeruauimus. Ratio dubitandi eſt, quia Leuitæ, ex quorum numero erat Elcana, ſoli erant inter filios Iſraël ſine

ſorte,

ſtus, & magnificens dicatur.

ſorte, hoc eſt, ſine hæreditate, vt diximos. Vnde igitur poterat Elcana hanc magnificentiam oſtentare? præſertim cùm inopia reddat homines viles, & contemptibiles, vt colligit, & confirmat tam ex ſacris, quàm ex profanis literis Tiraquel. de Nobilit. cap. 3. & paſſim alibi. Reſpondeo, licèt hoc verum ſit de inopia, qua quis inuitus premitur, non tamen de illa, quam quis ſponte ſubit. Voluntaria enim rerum omnium propter Deum abdicatio, tantùm abeſt, vt homines reddat viles, vt potiùs efficiat glorioſos. Vnde D. Petrus gloriabundus dicebat: *Argentum, & aurum non eſt mihi.* Actor. 3. num. 6. In quem locum D. Ambr. lib. 10. epiſt. 82. *Gloriatur*, inquit, *in paupertate, quaſi refugiat contaminationem.* Quaſi diceret; contaminatio erat D. Petro opulentia: gloriatio, inopia: hanc quodammodo oſtentare, illam penitus abdicare cupiebat.

Tiraq.
Paupertas glorioſos ſuos efficit amatores.
D. Ambr.

16\. Certè Iacob pauper, & peregrinus in Ægypto, ſic abundabat, vt ſuis filijs omnium bonorum benedictiones impertiret. Geneſ. 49. à n. 2. de qua re D. Ambr. lib. 2. de Iacob, & vita beata, cap. 9. *Quis*, inquit, *tam diues in regno, quam iſte in peregrino ſolo? Denique Reges benedicebat. Nec immeritò pauper non erat, qui nullo indigebat. Pauper non erat, qui ſe pauperem non putabat. Et quis pauperem dicat, cuius comparatione dignus non erat mundus?*

Paupertas diues.
D. Ambr.

17\. Hinc efficitur, vt quò plura quis propter Deum relinquit, eò plura habere videatur: *Oculi eius*, inquit Dauid, *in pauperem reſpiciunt.* Pſal. 10 n. 9. Vbi D. Chryſ. Theod. & Euſeb. in Biblijs Sixtianis vertunt: *Oculi eius in totum orbem reſpiciunt.* Perinde ac ſi pauper, qui toti mundo propter Deum renuntiauit, totum mundum poſſideret, ſeu toti mundo adæquaretur. Simile eſt illud eiuſdem Vatis: *Nimis confortatus eſt principatus eorum.* Pſ. 138. num. 17. Vbi Theod. vertit, *nimis corroborati ſunt pauperes eorum.* Ac ſi illi, qui in paupertate conſtituti ſunt, toti mundo dominari videantur.

D. Chryſ.
Theod.
Euſeb.
Paupertas orbis dominatrix.
Theod.

18\. Illud ex D. Paulo: *Nihil habentes, & omnia poſſidentes.* 2. Cor. 6. n. 10. dupliciter interpretor. Primò de diuitibus eleemoſynarijs; hi enim diuitias, quas habent, non tam ſuas eſſe exiſtimant, quàm egenorum, quibus eas largiuntur. Secundò de pauperibus. Quod adhuc dupliciter intelligo; vel quòd pauperes nihil formaliter, vt ita loquar, poſſidentes, omnia poſſideant virtualiter, quatenus poſſident ſpiritualia, quibus temporalia ſubiiciuntur; & ita Caiet. exponit: vel quòd pauperes nihil proprium habentes, habent tamen omnia aliorum, à quibus liberaliter donantur. Et ſic D. Chryſoſt. homil. 12. interpretatur. Vnde D. Paulus fideles adeò in ſe liberales experiebatur, vt diceret, eos non ſolùm paratos ad diuitias conferendas, ſed etiam ad eruendos oculos, eóſque illi donandos. Sic enim ſcribit: *Teſtimonium*, inquit, *perhibeo vobis, quia ſi fieri poſſet, oculos veſtros eruiſſetis, & dediſſetis mihi.* Galat. 4. num. 15. Vbi D. Chryſ. citatus: *Quem*, inquit, *vt Angelum ſuſcipiebant, & pro quo oculos erutos dediſſent, quomodo non omnia; quæ illorum erant, poſſidebat?* Itaque, qui propter Deum omnibus egere vult, omnibus abundat.

Diuites ſint eleemoſynarij.
Caiet.
Pauperes nihil habentes, omnia poſſident.
D. Chryſ.
D. Chryſ.

19\. Cum Ioſephus ad maiorem inopiam redactus eſt, tunc in maiorem opulentiam excreuit; vt ipſemet teſtatur, poſteriori filio nomen imponens Ephraim, id eſt, frugiferum, dicens: *Creſcere me fecit Deus in terra paupertatis meæ.* Geneſ. 41. num. 52. Quaſi opulentia ex inopia, tanquam fructus ex ſemine naſceretur. Et ne longiùs exempla petantur, tribus Leuitica, de qua agimus, quæ propriam poſſeſſionem non habebat, cæteris ferè omnibus fuit opulentior, & auguſtior. Nam, ſi tribum Iuda

Paupertas opulentiæ ſemen.

A excipiamus, nulla fuit alia, quæ 48. vrbes obtineret, quemadmodum Leuitica obtinebat; vt Abul. in c. 21. Ioſue, q. 7. & 8. confirmat. Vides, vt tribus, quæ omnia reliquit, omnia inueniat; & quæ ſoli Deo colendo incumbit, ipſa magnis beneficiis ab omnibus excolatur: ita ſolet Deus locupletare eos, qui ſe in illius obſequium depauperant.

Abul.

20\. Ad hanc magnificentiam Elcanæ, accedit alia ex dignitate Leuitarū Deo in tabernaculo famulantium. Quid enim dignius eſſe poteſt? Adeò vt non ſit aliud Deo obſequium præſtare, quàm imperium in homines obtinere. Vnde de tribubus in templum ad ſacrificandum aſcendentibus, canit Dauid: *Illuc enim aſcenderunt tribus, tribus Domini.* B Pſal. 121. n. 4. Vbi D. Chryſ. vertit, *ſceptra, ſceptra Domini*: quia ſcilicet digni ſceptro ſunt, qui Dei ſeruitium non dedignantur. Facit, quòd congregatio Leuitarum, ſceptrum dicitur, iuxta illud Dei ad Aaronem: *Fratres tuos de tribu Leui, & ſceptrum patris tui ſume tecum.* Num. 18. n. 2. Quaſi Leuitæ non minùs dignitatis ex diuino obſequio, in quod incumbunt, quàm ex regio ſceptro, ſi illud manibus præferrent, ſortiantur.

Sacerdotes & Dei ſerui, Reges.
D. Chryſ.

21\. Cæterùm hac magnificentia diuinitùs collata, perperam vſi fuerunt Leuitæ aliquando, magis, quàm par erat, ex diuina largitate intumeſcentes. Vnde eſt illa Moyſi contra illos obiurgatio: *Multum erigimini filij Leui.* Num. 16. n. 7. Et vtinam hæc Leuitarum arrogantia in ſacerdotes nouæ legis C non refunderetur; vt planè refundi D. Chryſ. hom. 43. in Matth. lamentatur, *Tolle*, inquit, *hoc vitium de clero, ne velint hominibus apparere, & ſine labore omnia vitia reſecantur.* Quam longè ab hac calumnia D. Hieron. Preſbyter? qui in epiſt. 32. ad Abigaum: *Nihil*, inquit, *ita à pueritia conatus ſum vitare, quam tumentem animum, & ceruicem erectam, Dei contra ſe odium prouocantem.*

Sacerdotes ne de ſui ſtatus magnificentia superbiant.
D. Chryſ.
D. Hier.

Vltima difficultas.

22\. CVr hic quatuor tantùm progenitores Elcanæ ponantur, cùm 1. Paralip. 6. à num. 33. reliqui omnes vſque ad Iacob enumerentur. Cur item ge- D nus Elcanæ hoc loco aſcendendo tantùm à proximis progenitoribus ad remotiores exponatur: contrà verò loco citato Paralip. non ſolùm aſcendendo à proximis ad remotiores; ſed etiam deſcendendo à remotioribus ad proximos explicetur. Cur tandem in vtroque Scripturæ loco nulla expreſsè fœmina commemoretur, ſed per lineam tantùm maſculinam genus Elcanæ euoluatur.

Quarta, & vltima difficultas tripartita.

23\. Ad primam reſpondet Abul. in loc. cit. Paralip. q. 7. poni hic quatuor auos Samuelis, & non quintum; *quia ille vocabatur Elcana ſicut pater: & videtur coincidere, & quibuſdam cauſaret errorem.* Sed non placet: tum quia ſi hæc ratio militaret in præſenti E loco Regum, æquè militaret in loco Paralip. vbi tamen conſtat inter progenitores Samuelis non vnum tantùm, ſed triplicem Elcanam memoratum; tum quia referri inter auos Samuelis plures Elcanas, nihil obſcuraret, imò potiùs illuſtraret eorum ſeriem progenitorum, quatenus plures eodem ſimiles nomine, diuerſis inter ſe reſpectibus diſtinguerentur. D. Gregor. Mag. ait, rationem, ob quam quatuor tantùm Elcanæ progenitores referantur, eſſe, vel quia quatuor fuerunt virtutibus Cardinalibus, vt vocant, illuſtrati; vel quia in vnum Redemptorem, per quatuor Euangeliſtas mundo poſtea prædicandum, crediderunt. Sed hæc expoſitio valde myſtica eſt; neque aſſignat rationem diſcriminis, cur hic quatuor, in Paralip. verò plures Elcanæ progenitores numerentur. Aliter igitur reſpon

Abul.
Cur hic quatuor tantum Elcanæ progenitores ponantur: alibi verò omnes.
Prima ratio reiicitur.
Secunda ratio non ſatisfacit.
D. Greg. Magn.
Tertia, & vera ratio.

Samuel in ſuis progenitoribus narrandis parciſſimus.

reſpondeo, cùm Samnel auctor fuerit huios operis, vt in prooemio diximus, noluiſſe in ſuis progenitoribus referendis nimiùm immorari; ſed eos tantùm attigiſſe, qui ad hiſtoriæ claritatem neceſſarij videbantur: auctorem verò Paralipomenon (ſiue Eſdras ille fuerit, ſiue quis alius) quia alienam progeniem narrabat, vlteriùs excurriſſe, & maioris claritatis gratia omnes commemoraſſe. Nec immeritò, quia cùm liber Paral. ſit ſupplementum librorum Regum, vt patet ex ipſa notatione nominis, (idem enim eſt liber Paralipomenon, ac liber prætermiſſorum) colligere debet ea, quæ in libris Regum deſiderantur.

24\. *Cur genus Elcanæ hic aſcendendo, alibi deſcendendo exponatur.* D. Greg. Beda. Rupert. Hug.

Ad ſecundam non inuenio qui reſpondeat. Dixerim, cùm Elcana fuerit typus Chriſti Domini, vt D. Gregor. Beda, Rupert. Hugo Card. & alij teſtantur, & genealogia Chriſti Domini apud Matthæum, cap. 1. deſcendendo ab Abraham vſque ad Ioſeph; & apud Lucam, cap. 3. aſcendendo à Ioſeph vſque ad Adam commemoretur: rectè etiam genealogiam Elcanæ vtroque modo enarrari, vt figura figurato conueniret. Cur autem Euangeliſtæ, & deſcendendo, & aſcendendo, Chriſti Domini genealogiam exponant, duplex eſt ratio. Vna, quia Hebræi ab eo incipiunt texere genealogias, quem proximè nominarunt: & cùm Matthæus Abrahamum Lucas verò Ioſephum proximè nominauerint; inde factum, vt Matthæus deſcendendo ab Abraham, Lucas verò aſcendendo à Ioſeph, Chriſti genealogiam ordirentur. Sic Euthymius.

Cur Matthæus deſcēdendo, Lucas aſcendendo Chriſti genealogiam texant; Euthym.

Altera, vt non ſolùm aduentus Verbi incarnati, ſed etiam fructus ex hoc aduentu conſurgens explicaretur: ſicut enim Verbum per carnem aſſumptam ad nos deſcendit, factus filius hominis; ita & nos per eandem ad Deum aſcendimus facti filij Dei. Nec longè abeſt ab hac interpretatione D. Aug. lib. 2. de conſenſu Euangeliſt. cap. 4. dicens, Matthæum proceſſiſſe deſcendendo, vt exprimeret veram Chriſti humanitatem; Lucam verò aſcendendo, vt innueret ſacerdotalem eius dignitatem, qua expiatas hominum animas cælo intulit.

Per Chriſti deſcenſionem ad Deum homines aſcendunt. D. Aug.

25\. *Cur in Elcanæ genealogia nulla expreſſè fœmina commemoretur.*

Ad tertiam communis reſponſio eſt ex conſuetudine Hebræorum, qui genealogias per fœminas non ducebant. Sed quamuis præcipuus genealogiæ ductus apud Hebræos per fœminas non fiat, nonnullæ tamen aliquando in genealogiis reponūtur, vt in litera aduerti; & hoc loco Ephrata vxor Caleb, iuxta eoſdem Hebræos, inſinuatur. Quòd ſi nulla hoc loco exprimitur, vel eſt ſecundùm literam, quia nulla ad id neceſſitas cogebat: vel ſecundùm myſterium, vt tota Elcanæ genealogia maſcula, & virilis, nullis effœminata illecebris ſignificaretur; vt ex ſectione ſequenti conſtabit. Hi quatuor Elcanæ progenitores iiſdem nominibus 1. Paral. 6, n. 33. referuntur; niſi quod qui hîc dicitur Eliu, illîc appellatur Eliel. Sed exigua eſt mutatio, præ iis, quæ in Hebraicis nominibus ſæpe contingunt. Nominum etymologias Beda, Hugo Vict. D. Iſid. & alij latiùs proſequuntur.

Beda. Hug. Vict. D. Iſid.

SECTIO II.

Quo myſterio Elcana dicitur vir.

1\. D Greg. Orig. Beda. Vterque Hug. Magiſt hiſt. Carthuſ.

NOn eſt leuiter prætereundum id, in quo grauiſſimi interpretes D. Greg. Orig. Beda, vterque Hugo, Victorin. & Cardin. Magiſter hiſtor. Carthuſ. & alij immorantur: cur ſcilicet Elcana dicatur vir vnus. Et conueniunt quidem omnes, non tam annis, quàm moribus virum appellari; nec tam numero, quàm ſingularitate virtutum, vnum recenſeri. Vtrumque breuiter illuſtrabo.

Vir inprimis dicitur, vt à fœminis per fortitudinē, à pueris per ſapientiam, à brutis per rationē diſtinguatur. His omnibus de cauſis Chriſtus Dominus appellatur vir: *Fœmina circūdabit virum.* Ier. 31. n. 22. *Ecce vir oriens nomen eius.* Zach. 6. n. 12. *Qui fuit vir Propheta, potens in opere, & ſermone.* Luc. 24. n. 19. *Ieſum Nazarenum, virum probatum à Deo in vobis.* Act. 2. n. 22. *Deſpondi vos vni viro.* 2. Cor. 11. n. 2. *Donec occurramus omnes in virum perfectum.* Eph. 4. n. 13. Dicebatur enim vir interprete Clem. Alex. lib. 1. Pædag. c. 5. quia *perfectus erat in iuſtitia*, ſeu quia & virtute, & prudentia, & ratione inter cæteros viros excellebat. Sed iam ſingula illuſtremus. 2.

Quo myſterio Elcana dicatur vir. Chriſtus vir appellatur. Clem. Alex.

Vir, vt à fœminis per fortitudinem diſtinguatur.

MAſculam inprimis fortitudinem habere debent, qui viri nomine gloriantur. Iob inter plagas adamantinus, dicitur vir cap. 1. num. 1. vt diſtinguatur ab vxore in blaſphemias molliter reſoluta. Licèt enim, vt D. Chryſ. hom. 23. in Geneſ. inſinuat, ſimiles eſſent in natura, diſſimiles tamen erant in virtute. Diuina lege cautum erat, ne vir & mulier commutatis inter ſe veſtibus vterentur: *Non induetur*, inquit, *mulier veſte virili, nec vir veſte fœminea; abominabilis enim apud Deū eſt, qui facit hæc.* Deut. 22. n. 5. Quorſum verò ea prohibitio ſpectat? Rectè D. Ambr epiſt. 15. ad Irenæum: *Arbitror*, inquit, *quod non tam de veſtibus, quàm de moribus dixerit.* Et paulò pòſt: *Quàm deforme*, inquit, *virum facere opera muliebria? ergo & pariant, & parturiant, qui criſpant comam ſicut fœminæ.* Debet igitur, qui viri nomen gerit, virilem animum geſtare, ne in fœminam turpiter degenerare videatur. 3.

D. Chryſ. *Virilem fortitudinem viri nomen indicat.* D. Ambr. *Vir fœmineis veſtibus, id eſt, moribus non induatur.*

Olim Deus ad Iobum: *Accinge*, inquit, *ſicut vir lumbos tuos.* Iob. 38. n. 3. Vbi D. Greg. lib. 28. moral. cap 4. *Scriptura*, inquit, *ſacra viros vocare conſueuit, qui vias Domini fortibus, & non diſſolutis greſſibus ſequuntur. Vnde & ſapientia in Prouerbiis dicit; O viri, ad vos clamito.* Prou. 8. n. 4. *Ac ſi apertè diceret, ego non fœminis, ſed viris loquor: quia hi, qui fluxa mente ſunt, mea verba percipere nequaquam poſſunt.* Cum aliquando Hebræi de prælio aduerſus Madianitas ſuſcepto victores regrederentur: *Eleazar ſacerdos*, inquit textus, *ad viros exercitus, qui pugnauerant, ſic loquutus eſt.* Num. 31. n. 21. Septuaginta habent, *ad viros virtutis.* Vbi Orig. hom. 25. *Ad viros*, inquit, *virtutis loquitur ſermo Dei. Viri enim virtutis ſunt, qui ad bellum procedunt. Si quis verò pugnare non vult, hic etiamſi vir dicatur, vir tamen virtutis non poteſt appellari. At verò hic, de quo nunc ſermo eſt, qui ſpolia de hoſtibus refert, vir virtutis appellatur.* Et ſtatim ad ſpiritualia bella contra vitia rem accommodat, in quibus qui grauiter exercentur, ſoli viri virtutis appellantur. 4.

D. Greg. *Viri virtutis, fortes appellantur.* Orig.

Diuinam legem recitauit Ioſue *coram omni multitudine Iſrael, mulieribus, ac paruulis.* Ioſue 8. n. 35. ſeu, vt Chald. transfert, *in auribus totius Eccleſiæ, mulieribus, & infantibus.* Vbi Orig. hom. 9. expendit, Eccleſiam à mulieribus, & infantibus quodammodo diſtingui: *Nam ex viris*, inquit, *ſibi præparat Deus Eccleſiam, non habentem maculam, neque rugam: eos verò, quos in mulierum, vel infantum appellatione ſecernit, intelligimus eos eſſe, qui adhuc lacte indigent, aut etiam velut infirmi, vt ſunt mulieres, oleribus veſcuntur.* Itaque ſoli viri, qui virtutum præſtantia fœminis excellunt, digni quodammodo videntur, qui in Eccleſia conſcribantur. Vnde ſtatim Origenes: 5.

Maſcula virtutis viri in Eccleſia conſcribuntur. Orig.

IESV,

IESV, in quit, *nobis recitante legem, & vos infantes nolite pueri ... ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote. Et vos, qui ſub molli et iam appellatione infirmi eſtis, commonemini, vt remiſſas manus, & diſſoluta genua erigatis*; id eſt, *negligentes, & deſides animo ſuſcitetis, & virilem conſtantiam inexplicandis preceptis Euangelicis aſſumatis, atque ad virorum fortium perfectionem celeriter properetis.*

6\. Præcepit Deus Moyſi, vt numeraret milites, & colligeret ſummam *omnium virorũ fortium ex Iſrael.* Num. 1. n. 3. non fœminatum, non puerorum, non Ægyptiorum, ſed virorum tantum Iſrael. Nam vt bene Origen. homil. 1. in Num. *Donec*, inquit, *inest alicui noſtrûm, vel pueriliis, & lubricus ſenſus, vel fœminea, & reſoluta, ignities, vel Ægyptios gerimus, & barbaros mores, haberi apud Deum in ſancto, & conſeratio numero non meremur.* Et paulo poſt expendit illud, *virorum ex Iſrael. Si quis, inquit, procedit in virtute, ipſe numeratur.* Et non in qualicumque virtute, id eſt, non Ægyptiorum, neque A... riorum, neque Græcorum, ſed in virtute Iſrae.... ... rum eſt virtus pro gloria exercetur humana. *Sola autem*, inquit, *apud Deum virtus Iſraelitica numeratur, quæ à Deo docetur, quæ per ſcripturas diuinas diſcitur, quæ per fidem Euangeli..., & Apoſtolicam tradi..tur.* Nec immerito. Nam eos, qui profana tantum fortitudine excellunt, appellat Philo Hebr. lib. de fort. *glorioſos ex ... res plebeio iudicio*; re ipſa *immanes belluarat* verò eos, qui hac Iſraelitica virtute præſtant, planè viros dignißimos, qui in Dei populu cenſeantur.

Soli Iſraelitica virtutis milites apud Deum recenſentur. Orig.

Profana tantum fortitudinis homo, non vir, ſed bellua. Philo Hebr.

7\. Ad ſacrificium pro peccato ſoli viri quondam admittebantur. Vnde Deus ad Aaronem: *In ſanctuario*, inquit, *comede illud. Mares tantum edent ex eo.* Num. 18. num. 10. Imò ad illam menſam, in qua Chriſtus Dominus celebre conuiuium exhibuit, *diſcubuerunt*, inquit Euangeliſta, *viri numero quaſi quinque millia.* Ioan. 6. num. ... At cur nulla mentio fœminatum, nulla puerorum, qui ſine dubio viros non ſolum exæquate, ſed etiam ſuperate debuerunt? Reſpondet D. Cyril Alex. lib. 3 in Ioann. cap. 16. aptè ad rem præſentem. *De viris, inquit, ſolum mentionem fecit: enigmate monens, omnibus, qui viriliter probitatem, at fidem amplectuntur, non imbecillibus, ac mollibus caleſtem a Saluatore cibum præberi. Nam qui muliebri animo, aut puerili ſunt, nihil magni cognoſcere poſſunt.*

Soli viriliis probitatis fideles caleſti menſa accumbunt.

D. Cyrill. Alex.

8\. Non ſine myſterio poſteritas Caini in fœminam deſinit Noëmam, Geneſ. 4. n. 22. qua omnes, qui de illo deſcenderunt, terminantur. At verò poſteritas Seth deſinit in viros, Noë ſcilicet, eiuſque filios, Sem, Cham, & Iaphet, Geneſ. 5. num. 31. qui vltimò ab eo generantur. Myſterium verò rectè deprehendit D. Aug. lib. 15. de Ciuit. cap. 17. Quia illi duo fratres, Cain, & Seth, terreſtrem, ac cæleſtem ciuitatem repræſentabant: quarum illa fœminis, hoc eſt, carne ſepelitur, hæc autem viris, hoc eſt, ſpiritu conſummatur. Itaque fœminam, ac virum ſic diſtinguit, vt illa quidem carnem; hic autem ſpiritum ... dolere videatur. In eodem loco D. Aug. conſtituit d... rimen inter hæc duo nomina *Adam*, & *Enos*: nam licèt vtrumque hominem ſignificet; tamen illud prius etiam fœminæ ſignificandæ accommodatur, hoc poſterius nequaquam. Vnde primus homo, qui ... inea quadam imbecillitate corruit, dictus eſt Adam: eius tamen filius, qui virili conſtantia ſtetit, dictus eſt Enos.

Fœmina carnem in terreſtri ciuitate: vir ſpiritum ſignificat in caleſti. D. Aug.

Diſcrimen inter nomina, Adam, & Enos.

9\. Feſtiuiter quondam ... Philoſophus ille Cynicus Diogenes in iuuenem, nihil, præter nomen, hominis gerentem, vt refert Clem. Alex. lib. ... pædag. cap. 3. *Quendam, inquit, ex iis, qui vei... ſunt ignaui, ac degeneres, pedagogi ritu increpans Diogenes, cum venderetur, magno, ac forti animo dixit: Veni adoleſcens, eme tibi virum.* Vbi & ſe virum eſſe gloria-

Effeminatus iuuenis, viri nomine indignus. Clem. Alex.

tus eſt, & illum iuuenem, qui omne à ſe virile robur abiecerat, nulla re magis, quam viro indigere affirmauit, vt à fœmineo ſtatu, in quem miſer ſe abiecerat, ad virilem duce aliquo viro, reduceretur. Rectè igitur Elcana, qui à muliebri ignauia, ac mollitudine longiſſimè receſſerat, viri nomine gloriatur.

Vir, vt à pueris per ſapientiam diſcriminetur.

Dicitur ſecundò vir, vt à puerili ſtultitia procul abeſſe ſignificetur. Puer enim eſt, quantauis ætate prouectus, qui pueriliſtultitia viuit: quemadmodum vir dicendus eſt, quamuis infantiliter balbutiat, qui virili prudentia vitam ſuam moderatur. Vnde D. Ambr. ad illa verba de Baptiſta: *Erit magnus coram Domino.* Luc. 1. n. 15. *Eſt, inquit, paruitas animæ, & pueritia virtutis.* Qua ſcilicet tenentur illi, qui Iſaiæ 65. n. 20. *infantes dierum, & pueri centum annorum* appellantur. Et ſtatim: *Animæ, inquit, numerantur ætates, non pro ratione temporis, ſed pro qualitate virtutis; vt vir perfectus ille dicatur, qui careat errore pueritiæ, & lubricum adoleſcentiæ, animæ maturitate non ſentiat.* 10.

Viri ſtulti, pueri: pueri ſapientes, viri.

D. Amb.

Sedecim annorum erat Ioſeph, cum à fratribus venditus in Ægyptum relegatur. Geneſ. 37. n. 2. & 28. Et tamen Dauid de illo loquutus: *Miſit, inquit, ante eos virum; in ſeruum venundatus eſt Ioſeph.* Pſalm. 104. num. 17. quæ vt Rupertus lib. 8. in Geneſ. c. 31. interpretatur, licèt iuuenilem ætatem ageret, prudentiam tamen virilem præferebat. Acriter inuehitur Iacob in filios ſuos: *Quia, inquit, in furore ſuo occiderunt virum.* Geneſ 49. n. 6. hoc eſt, interprete Lyrano, Ioſephum, quem ſi non ferro, ſaltem animo iugulauerant. At cur pater appellat virum, quem ſæpius Scriptura puerum teſtatur? Reſpondet idem Lyran. quia ſi non annis, ſaltem moribus virilem maturitatem, ... grauitatem oſtendebat. 11.

Ioſeph, ætate puer, prudentia vir.

Rupert.

Lyran.

Quid dico patres? ipſa quæ Ioſephi ſanguinem adulterio ... ipſa Ioſephum, cum adhuc puer eſſet, virum appellauit: *En inquit, introduxit virum Hebræum, vt ... nobis.* Geneſ. 39 n. 14. Cur obſecro appellat virum, quem conſtat nondum è iuuenili ætate exceſſiſſe? An profano amore obcæcata, alium cernis, alium tibi cernere videris? Certè improba fœmina aliud machinabatur ex propria malitia; ... conſilia ex Ioſephi innocentia ferebatur: & quem dicere volebat leuem, inconſtantem, præcipitem, temerarium, ac denique adulterium muliebriter ambientem, eundem planè dixit, neſcio an diuino acta conſilio, grauem, ſerium, maturum, ac denique plane virum, omnium virtutum præſidio ... cumulatum. Vir enim erat ſine dubio, qui iuuenilibus illecebris non ſuccumbebat; ſed maiora animo negotia, quàm per ætatem liceret, ſpectabat. 12.

Quid frequentius, & in ſcripturis, & in Patribus, quàm appellari pueros illos tres Ananiam, Azariam, & Miſaelem, quos Nabuchodonoſor in ſuum famulatum cooptauit? Et tamen iidem cum diuina quadam prædìti ſapientia ſacrilegas Imperatoris leges, minas, & flammas contempſerunt, rer, & ſæpiùs viri nomine decorantur. Nam delatores ad Regem: *Sunt, inquit, viri Iudæi*, &c. Et rurſus: *Viri iſti contempſerunt, Rex, decretum tuum.* Daniel. 3. n. 12. & pauló poſt, cum de illorum ſupplicio ageretur: *Confeſtim, inquit textus, viri illi vincti cum braccis ſuis* n. 21. Ac tandem, *viri autem hi tres ciderunt in medio camini ignis ardentis.* n. 23. Cur toties viri appellantur, niſi vt eorum prudentia, & conſtantia multò altior puerili ſæpiùs commendetur? 13.

Tres Babylonici pueri prudentia, & conſtantia viri.

Nouam Eccleſiam antiquus ille ſponſus con- 14.

templatus : *Vir*, inquit, *affert pro fructu eius mille argenteos*. Cant. 8. n. 11. Vbi Lyran. viri nomine intelligit Conſtantinum Imperatorem, qui pro Eccleſia propaganda, & vberi eius fructu colligendo, mille argenteos, hoc eſt, innumeras fecit expenſas. Nam alij Imperatores tanquam pueri, qui præ vno crepundio mille aureos contemnunt, immenſas opes pro emendis ſuis voluptatibus effundebant. At verò Conſtantinus tanquam vir, qui non niſi magnis mercibus magnum pretium appendit, ingentes ſui Imperij theſauros pro theſauro regni cæleſtis comparando liberaliter ſuppeditabat.

Conſtantinus Imp. viri nomine decoratus.

15. *Chriſtus Agnus ſimul, & vir.*

Meritò ille diuinitatis præco Ioannes Baptiſta, poſtquàm Chriſtum Dominum Agnum dixit: *Ecce Agnus Dei*. Ioan. 1. n. 29. ſtatim virum appellauit: *Poſt me venit vir, qui ante me factus eſt*. ibid. num. 30. Agnus erat, & quidem *ille maſculus & anniculus*. Exod. 12. n. 5. Anniculus per ætatem, & innocentiam: maſculus per virtutem, & ſapientiam. Quod vt clariùs exprimeret, addidit viri nomen, quod perfectam, & virtutem, & ſapientiam apertiùs ſignificabat. Vnde Rupert. ad eum locum: *Agnus*, inquit, *maſculus eſt hic homo, nulla mollitie reſolutus, ſed omni virtute conſtans, ſolidus, atque perfectus. Virum ergo dicens, veram cum integritate virtutis expreſſit naturam hominis*. Itaque illam puerilem innocentiam hæc virilis prudentia non euertit.

Rupert.

16. *Chriſtiani innocentia pueri, prudentia ſint viri.*

Vnde vt paruuli efficiamur, monet Chriſtus Dominus Matth. 18. n. 3. Sed vt *occurramus in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti*; hortatur D. Paulus Epheſ. 4. n. 13. Vtrumque enim eſſe poſſumus, vt idem definit Apoſtolus 1. Cor. 14. n. 20. malitia pueri; prudentia viri. Vnde Clem. Alex. lib. 6. pædag. cap. 5. *Qui*, inquit, *hoc modo infantes ſumus, humi non ampliùs volutamur, neque, vt antea ſerpentum more in terra ſerpimus, toto corpore in ſtultis cupiditatibus prouoluti; ſed mente ſurſum erecti, mundóque, & peccatis renuntiantes, ſuſpenſo pede eatenus terram tangentes, quatenus in mundo eſſe videamur, ſanctam proſequimur ſapientiam*. Bene igitur ſub virili prudentia puerilis innocentia fouetur; puerilis nihilominùs ſtultitia penitus iugulatur.

Clem. Alex.

17. *Iudæi pueri ſtulti, Chriſtiani viri prudentes.*

Vnde Apoſtolus; *Cum eſſem*, inquit, *paruulus, loquebar vt paruulus, ſapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus: quando autem factus ſum vir, euacuaui; quæ erant paruuli*. 1. Cor. 13. n. 11. Ex Græco legi poteſt: *Cùm eſſem ſtultus*. Nomen enim quod ibi ponitur, νήπιος, non ſolùm *infantem*, ſed etiam *ſtultum* ſignificat, vt Clem. Alex. lib. 1. pædag. c. 6. interpretatur. Nec immeritò. Nam vt bene Parœmiaſtes; *Poſſidebunt*, inquit, *paruuli ſtultitiam*. Prou. 14. num. 18. & rurſus: *ſtultitia colligata eſt in corde pueri*. Prou. 22. n. 15. Cùm igitur Apoſtolus à Iudaiſmo in Chriſtianiſmum profecit, puerilem ſtultitiam cum virili ſapientia commutauit, deſiit eſſe infans, & factus eſt vir: nam infantes dicit Apoſtolus, interprete Clem. Alex. citato, *eos, qui ſunt ſub lege, qui non ſecus, atque laruis pueri, timore perturbantur: viros autem, qui verbo parentes ſpontanea electione ſeruant, ſapienter, non inſipienter metu territi*. Ex quibus patet dici poſſe Elcanam virum, vt per ſapientiam, quam in monte Sophim, ſeu ſpeculantium acquirebat, à pueris diſtingueretur.

Clem. Alex.

Vir, vt à beſtiis per rationem ſeparetur.

18. *Iuſti tantùm viri nomine digni. Peccatores belluis ſimiles, belluinis nominibus nuncupantur.*

TErtiò dicitur vir, vt à belluis rationis expertibus per rationem diſtinguatur. Quæ videri non debet exigua commendatio: nam qui ſine rationis fræno in ſua deſideria præcipites feruntur, digni planè non ſunt qui viri nomine appellentur. Primogenitus ille Seth, nepos Adami, qui cœpit *inuocare, ſeu ſperauit inuocare nomen Domini*, dictus fuit Enos. Gen. 4. n. 26. Sed cùm Enos interpretetur homo, quæret aliquis, cur commune nomen, vni tanquam proprium accommodetur. Reſpondet Philo Hebr. lib. de præmiis, & pœnis, loquutus de Enos: *Hunc*, inquit, *Chaldæi nominant Enos, quod interpretatur homo. Eam communem generis appellationem victor accipit, eximium præmium. Quaſi nemo prorſus hoc nomine dignus ſit, niſi qui in Deo ſperat*. Et paulo antè elegantiùs: *Primum*, inquit, *amicum ſpei nominat hominem, vocabulum totius generis commune tribuens ei per excellentiam. Ac ſi ſolus verè homo ſit, qui res bonas expectat, & bona ſpe ſe ſuſtinet. Vnde manifeſtum eſt, quod ſpe carentem non hominem exiſtimat, ſed beſtiam humana forma præditam, cui deſit ſpes proprium fundamentum humanæ animæ*. Vbi plura eleganter de hac re.

Philo Hebr.

19. Quem imitatur Euſebius lib. 7. de præparatione Euangel. c. 3. *Apud Hebræos*, inquit, *Enos verus homo interpretatur. Neminem enim putant verum eſſe hominem, præter eum, qui verum Deum, & cognoſcit, & piè colit; alios verò nihil à pecoribus differre arbitrantur, quia veluti beſtiæ ad terram proni, ventri, & Veneri obediant; quorum alios lupos, alios canes, alios porcos, alios ſerpentes, varia quadam vitiorum ſimilitudine Scriptura Iudæorum appellare conſueuit*. Idem ferè ſignificat D. Aug. lib. 15. de Ciuit. cap. 18. *Cur*, inquit, *huic propriè tribuitur, quod piorum omnium intelligitur eſſe commune, niſi quia oportebat in eo præfigurari hominum ſocietatem quæ non ſecundum hominem in re terrenæ felicitatis, ſed ſecundum Deum viuit in ſpe felicitatis æternæ*. Quibus adde D. Hier. in qq. Heb. *Enos*, inquit, *homo, vel vir dicitur. Et pulchrè, quia hoc vocabulum habuit, de eo ſcriptum eſt, Tunc initium fuit inuocandi nomen Domini*. Ex quibus conſtat, commune nomen hominis adeò eſſe honorificum, vt illis tantùm debeatur, qui altiorem viuendi rationem ordiuntur: cæteri, qui belluinos mores imitantur, belluinis tantùm nominibus appellentur.

Euſeb.

D. Auguſt.

D. Hier.

20. Generationes Noë deſcripturus Moyſes: *Noë*, inquit, *vir iuſtus, atque perfectus fuit in generationibus ſuis*. Geneſ. 6. n. 9. Virum in tanta virtutis calamitate, & ruina, non immeritò appellauit. Nam vt bene Philo Hebr. lib. de legibus non ſcriptis: *Hominem*, inquit, *non vulgari loquendi forma, ſed per excellentiam vocat eum, qui verè ſuo reſpondet nomini, eiectis ex animo immanſuetis, rabidis, ferinisque vitiorum affectibus. Argumento eſt, quòd poſt hominem, addit, iuſtus: quia nemo iniuſtus, eſt homo, ſed potiùs beſtia, humana forma prædita: in ſolum autem iuſtitiæ ſectatorem nomen hoc competit*. Hoc ipſum eleganter expreſſit D. Chryſ. homil. 23. in Geneſ. *Commune*, inquit, *nomen pro laude iuſti vſurpat: nam cæteri ob carnales voluptates, quibus immerſi erant, amiſerant eſſe hominis: Iſte in tanto populo imaginem hominis ſeruauit. Tunc enim homo eſt, quando virtutem colit. Neque enim ſpeciem habere hominis, & oculos, & nares, & os & genas, & cætera membra, hominem eſſe oſtendunt, ſed & virtutibus eſſe deditum, & vitia fugere, & illicitis affectionibus imperare, & mandatis Dominicis obtemperare*.

Philo Hebr.

D. Chryſ.

21. *Peccatores variis belluarum figuris Dei imaginem deturpant.*

Sæpe in Scriptura belluarum nomina hominibus applicantur. *Viperas* appellat Baptiſta, Matth. 3. num. 17. *Equos* Ierem. cap. 5. n. 8. *Vulpeculas* Salomon. Cant. 2. n. 15. *Iumenta* Dauid, Pſalm. 48. n. 13. *Lupos* Chriſtus Dominus, Luc. 10. n. 3. & ſic de cæteris. Quæ loca D. Ambr. ſerm. 10. in Pſalm. 118. expendens: *Scriptura*, inquit, *eum hominem dicit, qui eſt ad imaginem, & ſimilitudinem Dei: peccantem autem non hominem, ſed ſerpentem, aut equum hinnientem fœminis, aut vulpeculam, aut iumentum vocare conſueuit*. Et paulò poſt: *Vide ergo, quod Deus tribuit, amittas*. Et ſtatim: *Poſtquàm enim peccaſti, aliud eſſe cœpiſti, & illud, quod eras, eſſe deſiſti. Condemnaris*

D. Ambr.

autem

autem in eo, quod ipſe mutatus es, vt fieres ex homine ſerpens, mulus, equus, vulpecula. His enim nominibus iam nos Scriptura damnauit; quia exuti cæleſtis imaginis ornamento, etiam nomen hominis amittimus, qui gratiam hominis non tenemus.

Supplicia, peccatorum onera. Peccatores, iumenta oneraria. D.Hier.

22. Non ſine myſterio ſupplicia peccatoribus inflicta appellantur in Scriptura, onera. *Onus deſerti maris.* Iſaiæ 21.n.1. *Onus vallis viſionis.* Iſaiæ 22.num.1. *Onus Tyri.* Iſaiæ 23.n.1. *Onus iumentorum Auſtri.* Iſaiæ 30.n.6. & paſſim alibi. Vt enim iumentis onera, ita peccatoribus ſupplicia imponuntur. Iumenta ſunt oneraria, quæ à ratione aberrantes ſuorum ſcelerum ſarcinis ſubiiciuntur. Vnde D.Hier. in vlt. locum Iſaiæ cit. *Dicimus*, inquit, *omnes, qui creatore deſerto, ſeculi erroribus ſe dederunt, eſſe quadrupedes in deſerto iſtius ſeculi, à quo fruſtra ſperent auxilium, cùm verum Dei auxilium dereliquerint.* Vnde patet, peccatores naturam humanam quodammodo abiecisſe, & ab hominibus in iumenta degeneraſſe. Qua de re ad cap.13. plura cumulabo. Interim ad alia feſtino. Igitur Elcana, qui rationem ducem in omnibus ſequebatur, dignus erat, qui vir appellaretur.

SECTIO III.

Cur Elcana vnus appelletur.

Iuſtorum perfectio, vnitas. D.Greg.

1. RAtio eſt, quia non vulgariter, ſed ſingulariter perfectus erat. Nam vt bene D Greg. in altera expoſitione huius capitis: *Perfectio*, inquit, *viri, in præconio ponitur vnitatis.* Itaque vnitas eſt propria iuſtorum, ſiue omnes ſimul, ſiue ſinguli ſeorſim capiantur. Vtrumque paucis illuſtro. In primis omnes ſimul iuſti aliqua vnitate continentur duplici de cauſa. Vna, propter paucitatem. Altera, propter charitatem.

Vnitas iuſtorum propter paucitatem.

Iuſti pauci.

2. PAucitas iuſtorum, ſi cum iniuſtorum multitudine comparetur, tanta eſt, vt per antonomaſiam pauci appellentur. Dauid, *A paucis*, inquit, *de terra diuide eos.* Pſal.16.num.14. Chaldæus legit, *Ab afflictis.* Pagnin. *A viris.* Eugubin. *A mortuis.* Communis expoſitio, *A iuſtis.* Et rectè quidem omnes. Nam iuſti, & afflicti, & viri, & mortui, & pauci inter ſe recurrere, & coincidere videntur. Idem Dauid, *In circuitu*, inquit, *impij ambulant* Pſalm.11.n 9. Duplici de cauſa. Vna, quia ſicut qui in orbē verſātur, & corpore, & capite laborant, nec tamen in itinere proficiunt, ſed eodem ſemper redeunt: ita & impij in ſuis negotiis obeundis defatigationem quidem corporis, & capitis vertiginem incurrunt; & tamen ne hilum quidem in via ſpirituali progrediuntur. Altera ad rem noſtram, quia ſicut iuſti præ paucitate in centro conquieſcunt: ita impij præ multitudine ad circumferentiam dilabuntur. Ita vt quanta improportio eſt circumferentiæ ad centrum, ex quibus hoc nullas habet partes, illa infinitas; tanta inter iuſtorum, & iniuſtorum numerum eſſe videatur.

Peccatores in circuitu ambulantes, capitis vertigine laborant.

Iuſti pauci: innumeri impij.

D Hieron. Euſeb. Procop. Iuſtorum numerus præ impiorum multitudine exiguus.

3. Difficile explicatu eſt illud: *Et reliquiæ ligni ſaltus eius præ paucitate numerabuntur, & puer ſcribet eos.* Iſaiæ 10.n.19 Nam D. Hier. ad eum locum interpretatur de Aſſyriis, qui de Sennacherib exercitu euaſerunt. Euſeb. lib.2. demonſt. Euang. cap.40. de Iudæis, qui elapſi ſunt de incendio Hieroſolymitano. Procop. de iis, qui ſaluantur. Hæc ſi placeat, tertia expoſitio rem præſentem non vulgariter illuſtrat: tum quia dicit, tam paucos fore, qui ſaluandi ſunt, vt à puero ſcribantur; qui vt ſentiunt Hebræi, cùm formandis characteribus ſit ineptus, breuiſſimam, & facillimam literam י *Iod*, quæ decem valet, plurimum efformabit. Quaſi decem tantùm, hoc eſt, admodum paucos ſaluandos eſſe Propheta vaticinetur. Tum etiam quia dicit, non plures futuros eſſe, qui ſaluantur, quàm qui ad numerum requiruntur. Cum autem hi ſint duo (binarius enim eſt prima numerorum ſpecies) duos tantùm ſignificat ſaluandos: intellige, præ multitudine eorum, qui damnantur.

Sortem appellat D. Paulus ſalutem ſanctorum: 4.
Qui dignos, inquit, *nos fecit in partem ſortis ſanctorum.* Coloſſ.1. n.12. Quia ſicut ſors inter plurimos iacitur, pauciſſimis obuenit; ita ad æternam ſalutem multi vocantur, pauci admittuntur. Salomon fecit in introitu templi poſtes, in ingreſſu oraculi fecit oſtiola. 3.Reg.6.n.31. & 33. quia licèt ampliſſimus pateat aditus ad Eccleſiā militantē, ad triumphantem tamen anguſtiſſimus. Vnus tantùm eſt faſciculus iuſtorum, iuxta illud: *Faſciculum ſuum ſuper terram fundauit.* Amos 9.n.6. Iniuſtorum autem plurimi, iuxta illud: *Colligite primùm zizania, & colligate ea in faſciculos, ad comburendum.* Matt.13.n.30. Alligantur autem impij in faſciculos, auerſis vultibus, quemadmodum illę vulpes Samſonis. Iudic.15.n.4. vt intelligamus, eos non vinculis charitatis, ſed ſeruitutis teneri; & non coniungi inter ſe, vt inuicem ament, ſed vt inuicem torqueantur.

Sanctorum ſalus cur ſors.

Vnus tantùm iuſtorum faſciculus: iniuſtorum plurimi.

Libri in quibus mortuorum, ſeu impiorum nomina à Deo ſcribuntur, multi ſunt, vt Ioannes teſtatur. *Vidi*, inquit, *mortuos, & libri aperti ſunt.* Apoc. 20.n.12. Liber autem, in quo viuorum, ſeu iuſtorum nomina notantur, vnus tantùm eſt, iuxta illud eiuſdem capitis: *Et alius liber apertus eſt, qui eſt vitæ* Quia ſcilicet impiorum catalogus ne multis quidem capitur voluminibus; iuſtorum autem exiguo clauditur in libello. Cùm ſexcenta hominum millia ex Ægypto egrederentur, duo tantùm ex illis; ſcilicet Ioſue, & Caleb, terram promiſſionis tenuerunt. Num.14 num. 30. & Eccleſiaſtic.46.n. 10. Quod expendens D.Aug. ſerm.102. de Temp. *Hoc ergo*, inquit, *audiant, qui ita Dominum miſericordem eſſe volunt, vt iuſtum eſſe non credant.* Et ſtatim nos adhortatur, vt ex alienis vulneribus noſtra faciamus medicamenta, vt aliorum mors nobis proſit ad vitam. Formidabile planè eſt illud D Chryſoſt. teſtimonium hom.40. ad populum Antioch. *Quot*, inquit, *putatis eſſe in hac ciuitate noſtra, qui ſalui fiant? Infeſtum eſt, quod dicturus ſum, dicam tamen; non poſſunt inueniri in tot millibus centum, qui ſaluentur. Quin etiam de his dubito.*

5. Impiorum nomina multos complent libros: iuſtorum, vnico includuntur.

Pauci promiſſam ſalutis terram ingrediuntur.

D.Aug.

D.Chryſ. Nota.

Denique tanta eſt iuſtorum paucitas, vt vnitas 6.
potiùs videatur. Multi quidem in piſcinam deſcendebant, vnus tantùm ſanus exibat. Ioan.5.n.4. *Omnes in ſtadio currunt. vnus accipit brauium.* 1.Cor. 9. n. 24. Plurimi in ſcelerum ſeruiturem abeunt, vnus, & vnus in fidei libertatem redeunt, iuxta illud: *Congregabimini vnus, & vnus filij Iſrael.* Iſaiæ 27.n.12. Vtinam verò ſemper vnus ſaltem iuſtus ſupereſſet. Nam & hic aliquando in frequentiſſimo populo deſideratur. Dauid, *Omnes*, inquit, *declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt, qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum.* Pſal.13.n. 3. Rurſus Propheta: *Circuite*, inquit, *vias Hieruſalem, & aſpicite, & conſiderate, & quærite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudicium, & quærentem fidem, & propitius ero ei.* Ierem.5.n. 1. Hinc illa Dei querela: *Veni*, inquit, *& non erat vir; vocaui, & non erat, qui audiret.* Iſaiæ 50.num.2.

Iuſtorum tāta paucitas, vt vnitas videatur.

Hinc illa Prophetæ deploratio: *Væ mihi, quia* 7.
factus ſum, ſicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ: non eſt botrus ad comedendum, præcoquas ficus

deſiderauit anima mea, Mich. 7. num. 1. Quaſi diceret: Dum iuſtos inquiro, ſimilis factus ſum homini quærenti poſt vindemiam racemos, & nullos inuenienti. Et quidem præ cæteris notatu digna ſunt verba illa: *Ficus præcoquas deſiderauit anima mea.* Quæro enim ſi Propheta erat in autumno, vt patet ex prædictis verbis, vnde illa tam intempeſtiua appetentia, vt ficus præcoquas deſideraret, quæ non niſi verno, vel æſtiuo tempore matureſcunt.

8\. *Bonorum operum fructus in omni tempore.*

Ratio quidem triplex eſſe poteſt. Vna, ad oſtendendam diuerſitatem inter fructus agrorum, & animorum, de quibus tantùm ſub metaphora illa loquebatur. Nam fructus bonorum operum non ſunt ſicut arborum: hi enim certo anni tempore duntaxat proueniunt; illi verò debent omni tempore prouenire. Tota enim vita noſtra debet eſſe frugifera; quia non propter ſolis acceſſum, qui aliquando abeſt, ſed propter voluntatem noſtram, quæ ſemper adeſt, & diuinam gratiam, quæ nunquam deeſt, fœcundatur. Vnde egregiè D. Auguſt. tract. 44. in Ioan. loquens de ficu à Chriſto Domino areſacta, eo quòd alieno anni tempore ficus non haberet. *Quæ*, inquit, *culpa arboris infœcunditas?* Et reſpondet: *Illorum eſt culpa ſterilitas, quorum fœcunditas eſt voluntas.* Quaſi diceret: nulla arboris culpa eſt, nulla item pœna, quòd alieno tempore fructus non ferat. Illa tamen mens, quam arbor illa repræſentat, & peccare ſolet, & puniri debet, ſi quo tempore virtutum fructus non producat, cùm his fructibus producendis ſua ſemper tempeſtiuitas blandiatur.

D. Aug.

9\. *Iudæi in debitis fructibus Deo ſoluendis tardi.*

Secunda ratio, ad oſtendendam tarditatem illius populi in fructibus Deo debitis perſoluendis. Adeò enim tardus erat, vt tanquam malus inquilinus, ne autumnali quidem tempore perſolueret, quod erat verno tempore perſoluendum. Quaſi diceret Propheta: quando in aliis hortis maturæ ficus eſſe deſinunt, in hoc nondum incipiunt: hoc eſt, quando virtutes in aliis populis ſunt adultæ, in Iſraële nondum natæ. Ideò tardè ab eo exigitur, quod citò ſoluere debuiſſet.

10\. *Rarus, imò propè nullus iuſtus in Hebræo populo.*

Tertia ratio, quæ ad rem noſtram facit eſt, ad oſtendendam iuſtorum paucitatem. Vt enim Propheta exprimeret, quàm longè ab ea Repub. iuſti exularent, eos ſignificat eſſe, tanquam ficus præcoquas in autumno. Vt enim hoc anni tempore ne vna quidem ficus præcoqua reperitur: ita planè in illo populo tam frequenti, tanta erat iuſtorum paucitas, vt ne vnus quidem reperiri poſſe videretur.

11\. Et quod grauiùs dolendum erat, non ſolùm deſiderabatur iuſtus, ſed ne in poſterum quidem multi ſperabantur. Vnde ficulneæ, fructum non habenti Chriſtus Dominus maledixit, eámque ſtatim areſecit. Matth. 21. num. 19. Cur obſecro, tam duram illi plagam inflixit, ſi tunc non erat tempus ficorum, vt Marc. 11. num. 13. habetur? Alij alias tradunt rationes. Mihi hæc videtur non incongrua, quòd illa ficulnea non ſolùm fructus non haberet, ſed ne vllam quidem ſpem fructuum ſuppeditaret. Erat enim tunc initium veris, vt Abul. q. 1cc. in Matth. oſtendit: quo tempore ſolent ex ficulneis aliqui erumpere groſſi, vt vocant, hoc eſt, fructus ſaltem immaturi, qui paulatim matureſcant. Et tamen ea ficulnea nihil omnino præter folia habebat, vt vterque Euangeliſta, vbi ſuprà, teſtatur. Vt igitur in illa arbore, neque ficus erat, neque vlla ſpes ficorum: ita planè in illo populo non ſolùm iuſti deerant, ſed exigua illorum ſpes in poſterum relinquebatur. Et propterea meritò arbor, & ſub arboris typo totus ille populus exareſcit.

Exigua iuſtorum ſpes in Hebræo populo.

Abul.

12\. *Malas radices propter ſpem fructus Deus ſuſtinet.*

Alioqui ſolet Deus malas radices propter ſolam ſpem bonorum fructuum ſuſtinere; vt D. Chryſoſt. hom. 80. ad populum Antioc. oſtendit. *Deus*, inquit, *longanimiter agit, vt & peccans ad pœnitentiam veniat, & ne ex eo naſcituris ſalutem excludat. Nam etſi peccator incorrigibiliter peccet, parcit frequenter radici, vt fructus conſeruet.* Et ſtatim exempla ſubiicit. *Tharam*, inquit, *pater Abrahæ fuit idolorum cultor; ſed in hoc mundo impietatis pœnas non dedit: nam ſi Deus præueniens radicem præcidiſſet, vnde tantus fidei fructus exortus fuiſſet?* Et paulò poſt de Eſau, qui fuit proauus Iobi: *Si*, inquit, *Eſau fuit fratricida, fornicator, & immundus, quare non perditur? quare non exciditur? quare non illicò congruam patitur vltionem?* Et reſpondet: *Quia ſi ſucciſus fuiſſet, maximum eleemoſynæ fructum, & iuſtitiæ mundus amiſiſſet*, nempe Iobum. Et ſtatim: *Quantus tolerantiæ fructus perditus fuiſſet, ſi Deus à radice pœnas exegiſſet?* Et quibus ſingularem Dei beneficentiam obiter expende: qui non ſolùm propter bona cuiuſque opera, ſed etiam propter ſpem bonorum operum, quæ ab illius poſteris quandoque edentur, abſtinet à ſuppliciis infligendis.

D. Chryſ.

13\. *Iuſti in ſe ipſis ſpectati, innumeri.*

Ex dictis vides, quanta ſit iuſtorum paucitas. Animum tamen ne deſpondeas. Pauci ſunt, fateor, ſi cum impiis conferantur; ſi tamen in ſe ipſis ſpectentur, ſunt innumeri. De quo alibi dicemus. Interim ſatis eſt illud, quod Genebr. in Pſ. 78. ex aliis refert, nempe ſolos Martyres, quorum numerus præ aliis iuſtis minor fortaſſe in Eccleſia videretur, tam eſſe multos, vt in ſingulos anni dies ad triginta millia numerentur. Quamuis nec de multitudine quidem valde gloriandum ſit. Nam, vt rectè docet D. Chryſ. hom. 40. ad popul. Antioch. *Non in numeri multitudine, ſed in virtutis probitate multitudo conſiſtit. Helias vnus erat, ſed totus mundus non erat dignus, qui ipſi rependeretur.* Quaſi diceret, ſi totus mundus, & vnus Helias in vna trutina hinc, & inde appenderentur, ſolus Helias vniuerſo mundo præponderaret. Hactenus de paucitate iuſtorum ad vnitatem quodammodo redacta.

Genebr.

Innumeri penè Martyres.

D. Chryſ.

Numeri multitudo non magnificienda.

Vnus iuſtus toti orbi præponderat.

Vnitas iuſtorum propter charitatem.

14\. *Multi iuſti, per charitatem vnus.*

SVpereſt dicendum de charitate innumeros fideles ad vnitatem colligente. Hanc vnitatem admirari potuit Dauid, explicare non potuit. *Quam bonum*, inquit, *& quam iucundum habitare fratres in vnum.* Pſal. 132. n. 1. Certè olim magna erat credentium multitudo; omnium tamen *erat cor vnum, & anima vna*, Actor. 4. n. 32. Quorſum verò ea vnitas ſpectaret, oſtendit D. Ambr. ſerm. 9. de vnitate charitatis: *Vt qui*, inquit, *eodem conſortio religionis tenebantur, eodem conſortio fruerentur & vitæ. Hoc eſt, vt quibus erat vna fides, eſſet & vna ſubſtantia, & quibus erat communis Chriſtus, communis eſſet & ſumptus.* Ad de illud Orig hom. de Elcana, vbi docet, non ſolùm ſingulos iuſtos, ſed omnes ſimul vnum poſſe appellari: *Cur*, inquit, *non omnes vnus dicantur, quorum cor, & anima vna eſſe deſcribitur, vnam ſemper omnes ſapientiam meditantur, vnum ſapiunt, vnum ſentiunt, vnum Deum venerantur, vnum Dominum Ieſum Chriſtum confitentur, vno ſpiritu Dei replentur? Vnde meritò, & ipſi omnes non ſolùm vnum, ſed & vnus dicuntur, ſicut Apoſtolus deſignauit dicens: Omnes quidem currunt, ſed vnus accipit palmam.* 1. Cor. 9. n. 24. *Vides manifeſtè, quia omnes iuſti, vnus eſt?*

D. Amb.

Orig.

15\. Auctor ille Canticorum immenſam fidelium multitudinem contemplatus: *Sexaginta*, inquit, *ſunt Reginæ, & octoginta concubinæ, & adoleſcentularum non eſt numerus.* Cant. 6. num. 7. Quibus verbis D. Greg. Nyſſ. multitudinem fidelium, incipientium, per adoleſcentulas; proficientium, per concubinas; & perfectorum per Reginas interpretatur. Sed vide quantam abeat in vnitatem tanta multitudo. Subditur enim ſtatim: *Vna eſt columba mea, perfecta mea.*

D. Greg. Nyſſen.

Quia

A *Quia ſcilicet dilectio* (vt D. Gregor. exponit) *efficit, vt vnitas ſit id, quod ſalutem conſequitur, omnibus inter ſe vnitis cum vno, ſolóque bono.* Quaſi diceret, infinita propemodum iuſtorum multitudo per mutuam dilectionem in vnitatem coaleſcit.

16. *Iuſti cur oculis comparentur.*

Nouum non eſt in Scriptura iuſtos oculis comparari. Nam currus ille Ezech. 1. n. 18. dicitur fuiſſe plenus oculis; quia Eccleſiam plenam iuſtis repræſentabat. Sed cur iuſti in oculis exprimuntur? An quia ſunt in ſublimi loco mundi, quemadmodum oculi in ſublimi parte corporis? An quia ſunt ſpeculatores rerum cæleſtium, quemadmodum oculi ſublunarium? An quia cæteros homines docent, & inſtruunt, quemadmodum oculi totum corpus regunt, & moderantur? An quia non minori diligentia à Deo, quàm oculi à natura cuſtodiuntur? B Bene quidem hæc omnia. Sed aptiſſimè ad rem, quam agimus, D. Anſel. lib. de ſimilitudinibus, c. 63. *Omnes,* inquit, *iuſti concordiæ tantæ erunt, quanta ſunt in præſenti oculi noſtri. Sicut enim oculus vnus verti non poteſt, quo non vertatur & alius, ſed in eandem partem ſemper voluuntur: ſic ſocietas illa iuſtorum nihil poterit velle diuerſum, ſed eandem ſemper voluntatem habebit.*

Iuſtorum mirabilis concordia.
D. Anſelm.

17. *Charitatis vnitatem Chriſtus commendat.* D. Bern.

Vniuerſas oues ſuas Chriſtus Dominus vni Petro commiſit, dicens: *Paſce oues meas.* Ioan. 21. n. 17. In quem locum D. Bern. lib. 2. de conſider. ad Eug. *Committens,* inquit, *vni vnitatem omnibus commendauit. Vbi vnitas, ibi perfectio.* Et ne dubitares hanc vnitatem ex charitate profectam eſſe, C antequam oues committeret, ter Petrum interrogauit, an ſe præ cæteris diligeret. Quia quam deſiderabat in ſubditis charitatem, eandem in principe requiſiuit, certus, ſi non deeſſet in hoc, illis non defuturam.

18. *Cur prætermiſſo Aarone ſeniore, Moyſes iunior populo præficiatur.*

Hinc eſt, quòd Deus eos præcipuè elegit in paſtores, quos vidit eſſe pacis, & vnitatis curatores. Fratres fuerunt Moyſes, & Aaron, hic tribus annis maior natu, quàm ille. Exod. 7. n. 7. & nihilominùs Deus, omiſſo Aarone ſeniore, Moyſem iuniorem ſuo populo præfecit. Huius rei cauſam inquirens aſſigno triplicem.

19. *Prima cauſa. Moyſes honores contemnens honoribus coronatur.* Ioſeph.

D Primam, quòd Moyſes ſemper honores contempſerit. In primis in infantia. Narrat enim Ioſephus lib. 2. antiq. c. 9. cum aliquando Pharao infantem Moyſem, quem eius filia amanter nutriebat, inter brachia ſuſciperet, & eius capiti regium diadema, quod in ſuo geſtabat, imponeret; puerum quaſi per infantiæ ludibrium, diadema in terram proieciſſe, & de Regis vlnis ſubſilientem, proiectum in terram diadema proculcaſſe, certo præſagio fore, vt ille puer regiam dignitatem aſpernaretur. Deinde in adoleſcentia, iuxta illud Apoſtoli: *Moyſes grandis factus negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem: maiores diuitias æſtimans theſauro Ægyptiorum, improperium Chriſti.* Hebr. 11. à n. 24. E Imò, vt notat D. Greg. Nyſſ. in eius vita ſub finem, non ſolùm regiam dignitaté contempſit; ſed etiam regium iudicauit, non ſatellitibus, ornatúque regio, ſed virtute cuſtodiri, & virtutis ornatu gloriari. Tandé in matura iam ætate, vt patet ex 3. Exod. & ſeqq. vbi pluribus precibus oblatam ſibi præfecturá recuſauit, quam ambitioſiſſimus quiſque impetrare niteretur. Nam vt ait D. Greg. lib. 35. moral. c. 13. *Quia apud ſe mente humilis extitit, oblatam protinus tanti regiminis gloriam expauit.* Qui ergo labores quærit, & honores fugit, dignus eſt qui à laboribus deferatur, & honoribus coronetur. Quod aliquando dixit D. Hier. epiſt. 3. ad Heliodor. loquens de Nepotiano ſacerdotium recuſante: *Quanto,* inquit, *magis repugnabat, tanto magis in ſe ſtudia omnium concitabat; & merebatur negando, quod eſſe nolebat: eóque dignior erat, quo magis ſe clamabat indignum.* Idémque aſſerit in

D Greg. Nyſſen.

D. Greg.

D. Hieron. *Gloria ſicut vmbra fugientem ſequitur, ſequentem fugit.*

A epiſt. 27. ad Euſtoch. loquens de humilitate Paulæ; *Fugiendo,* inquit, *gloriam merebatur, quæ virtutem quaſi vmbra ſequitur, & appetitores ſui deſerens, appetit contemptores.* Meritò ergo Moyſes omnibus à Deo præficitur, quia omnibus ſubiici præoptabat.

Secundam ex Philone libro 1. de vita Moyſis, quòd Moyſes 40. annos fuit paſtor ouium in terra Madian: paſtoralis autem exercitatio, vt ille loquitur, magna fuit ei præparatio ad principatum. Eſt enim ars paſtoralis quaſi præludium ad regnum. Nam quemadmodum bellicoſa ingenia ſe in venationibus præexercent, & in feris experiuntur, quid poſtea in bello poſſint: ita qui tractant oues, pecora mitiſſima, mitem quoque prædiſcunt regiminis B methodum, qua poſtea hominem manſuetiſſimum animal gubernent. Quia igitur Moyſes non ſolùm ingenio, ſed etiam exercitio manſuetiſſimus fuit, meritò à Deo eligitur ad mitiſſimum animal gubernandum. 20.

Philo Hebr. Moyſes mitis paſtor, in mitem eligitur ſuperiorem.

Tertiam ad rem noſtram, quia Moyſes diligentiſſimus fuit pacis, & concordiæ procurator. Non ſolùm enim Hebræum & Ægyptium, ſed etiam duos Hebræos inter ſe rixantes, tranquillandos, pacificandóſque curauit. Exod. 2. à n. 12. Regno igitur dignus erat, qui concordiam curabat. Probat hanc rationem Oleaſter, dicens: *Quia cognouerat Dominus Moyſem zelum habere ad commune bonum, & ad pacificandum inter fratres, ideò eum præfecit.* C Adeò igitur vult Deus, vt ſui omnes in quandam amoris vnitatem coaleſcant, vt aptiſſimos ad eum finem obtinendum illis moderatores præponat. 21.

Moyſes pacis, & concordiæ amans in moderatorem aſſumitur. Oleaſt.

Imò & Sacerdos Madian neminem ſuo hoſpitio lautiùs excepit, neminem indulgentiùs, & liberaliùs tractauit, neminem ſuæ filiæ Sephoræ ſponſum, ac ſibi generum quæſiuit, quàm vnum Moyſem. Non aliâ profectò ob cauſam, niſi quia audiuerat Moyſem egregium fuiſſe pacis curatorem. Nam cum paſtores Madianitæ filias Sacerdotis ab hauriéda aqua cum iniuria repuliſſent, Moyſes adfuit patrocinator, & paſtoribus eiectis, innoxias puellas ab iniuria D illæſas conſeruauit. Exod. 2. à n. 16. Ex qua vna re, vt notat D. Greg. Nyſſen. de vita Moyſis, cognouit Sacerdos ille iuuenis virtutem, digniſſimúmque exiſtimauit, qui in filiæ ſuæ virum, ac totius familiæ præſidem optaretur. Tantam æquum eſt vt dignitatem conſequatur, qui charitatem inter omnes, quibus poteſt auxiliis tuetur. 22.

Moyſes pacificus à Iethro excipitur.

D. Greg. Nyſſ.

Ob eandem fortaſſe rationé in magno Hebræorum diſcrimine elegit Deus vnam Deboram in Iudicem; quia illam ſcilicet aptiſſimam nouerat ad populum in pace, & amicitia conſeruandum. Quod ex ſequenti diſcurſu facilè patebit. Pugnatura enim Debora contra Iabin Regem Chanaan, & Siſaram eius ducem, ex duabus tantùm tribubus, ſcilicet, E Nephthali, & Zabulon, decem pugnatorum millia coëgit, vt ex Iudic. 4. num. 6. conſtat. Committitur vtrinque bellum. In primo ſtatim congreſſu Chananæi partim fugantur, partim occiduntur: duæ illæ Hebræorum tribus Nephthali, & Zabulon victrices, triumphatricéſque euadunt. Quid verò Debora tam glorioſo in triumpho; carmen, ſeu canticum quoddam pangit, in quo non ſolùm illas duas tribus, quæ victoriam reportarunt, ſed etiam reliquas omnes, quæ in pace quietæ remanſerunt, magnis laudibus celebrat, & commendat. Iudic. 5. à n. 14. Cur, obſecro, propriam duabus tantùm tribubus victoriam, facit cæteris omnibus communem? Cur ſine diſcrimine incruentos ciues, & cruentatos milites paribus encomiis exornat? Optimè reſpondet Caiet. *Conſentaneum,* inquit, *fuit, vt Debora Iudex in publica laude illarum tribuum, quæ adfuerũt, ne inuidiam excitaret in aliis tribubus, laudes aliarum tribuum pro* 23.

Debora concordiæ ſtudioſ. Iudicis apta muneri.

Laudis inæqualitas inuidiam excitat. Caiet.

Concordia vniuſcuiuſque gloriam omnibus facit communem.

bono pacis inſeruerit. Adeò enim Debora totum ſuum populum vnitum eſſe voluit, vt ne in laude quidem diuiſum pateretur: veritta, ne concordiam ſolueret, ſi laudem inæqualiter communicaret. Addo vlteriùs, viſum fuiſſe Deboræ ſuum populum pace, & concordia adeò eſſe vnum, vt quidquid aliquis ex illo ediderit, ab omnibus ſimul editum iudicaret, & quam quiſque ferret gloriam, eandem crederet omnes pariter aſſequutos.

Sortibus à Deo eductis promiſſa terra diuiditur, ne concordia diuidatur.

24\. Difficilis quæſtio ſe nunc offert, cuius ſolutio ſententiam huius loci non parum illuſtrabit. Præcepit Deus Moyſi, vt terra promiſſionis ſingulis tribubus ſecundùm earum numerum geometrica, vt aiunt, proportione diuideretur: *Pluribus*, inquit, *maiorem partem dabis, & paucioribus minorem.* Num. 26. o. 54. Et nihilominus ibidem præcipit, vt ea terræ diuiſio fieret per ſortem: *Sors*, inquit, *terram tribubus diuidat*. n. 55. Et re vera ita facta eſt, vt ex Ioſue 18. num. 10. conſtat. Quæro igitur, ſi certa cuique portio donanda erat, quomodo ſors, quæ incerta eſt, potuit ibi locum obtinere? Reſpondent Lyran. & Abul. in cap. 18. Ioſue. q. 5. Deum peculiari prouidentia illis ſortibus educendis adfuiſſe, vt non niſi maior portio maiori tribui, & minor minori obtingeret: voluiſſe nihilominus, vt diſtributio fieret per ſortes, ad tollendas omnes contentiones, quæ ex diſtributione humano conſilio facta, facilè naſcerentur. Vides, quanta diligentia curat Deus animorum in ſuo populo concordiam?

Lyran.
Abul.

Cur Chriſtus ſuum corpus, non tamen oſſa permiſerit lacerari.

25\. Sed qui ita vnitos eſſe voluit Hebræos, quantò magis vnitos eſſe volet Chriſtianos? Permiſit Chriſtus Dominus ſuum ſibi corpus atrociter lacerari, iuxta illud: *Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores.* Pſal. 128. n. 3. ſeu, vt Aquila, & Theodotio ex Hebræo legunt, *arauerunt peccatores.* Quaſi Chriſti Domini dorſum non funibus flagellari, ſed impreſſo vomere ſulcari videretur. Et nihilominus ne ſibi quidem mortuo permiſit, vel minimum oſſium violari, iuxta illud: *Ad Ieſum autem cùm veniſſent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura.* Ioan. 19. num. 33. In cuius rei typum præceperat Deus, ne agni paſchalis oſſa frangerentur. Exod. 12. n. 46.

Aquil.
Theod.

26\. Hinc igitur exiſtit difficultas, cur Chriſtus Dominus in ſuam carnem tam diros habere voluerit tortores, in oſſa tam humanos. Rationem dicit eſſe D. Thom. quòd oſſa Chriſti Domini ſignificarint eius robur, quod inter tot cruciatus integrum permanſit, & inuictum. Rectè quidem, ſed propiùs mihi videor ad literam accedere, ſi per oſſa Chriſti Domini vniuerſam eius Eccleſiam intelligam, iuxta illud Apoſtoli loquentis de ſtructura Euæ ex coſta Adami: *Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto. & in Eccleſia.* Epheſ. 5. num. 32. Permiſit igitur Chriſtus Dominus, vt ſuum corpus verum, ac reale, vt vocant, multis vulneribus ſcinderetur; noluit tamen, vt ſuum corpus myſticum, hoc eſt, Eccleſia, vllas diuiſiones, ſeu diſcordias pateretur. Adeò non ſolùm vnitam, ſed etiam vnam eſſe voluit Eccleſiam.

D. Thom.
Integra Chriſti oſſa eius inuictum robur ſignificãt. Chriſti oſſa vnita Eccleſia denotant vnitatem.

27\. Eandem ob cauſam Ahias Propheta pallium ſuum nouum in duodecim partes ſcidit. 3. Reg. 11. n. 10. At verò Chriſtus Dominus paſſus non eſt tunicam ſuam inconſutilem diſſecari. Ioann. 19. n. 24. Quia, vt D. Cypr. epiſt. de vnitate Eccleſiæ interpretatur, Synagoga à Chriſto diuiſa, in ſe quoque per inteſtinas diſcordias erat diuidenda: at verò Eccleſia ſicut à Chriſto indiuiſa eſt, ita indiuiſam ſuorum omnium membrorum retinet vnitatem.

Synagoga diuiſa: Eccleſia vnitas.
D. Cypr.

28\. Hanc tunicam appellat D. Bern. in Apologia ad Gulielmum, non ſolùm inconſutilem, ſed etiam polymitam, qualis fuit illa Ioſephi, Gen. 37. n. 3. *Polymitam*, inquit, *ob multorum ordinum, qui in ea ſunt, multimodam diſtinctionem inconſutilem verò, propter indiſſolubilis charitatis indiuiduam vnitatem.* Quod ex D. Paulo confirmat, dicente: *Diuiſiones gratiarum ſunt, idem autem Spiritus: & diuiſiones miniſtrationum ſunt, idem autem Dominus: & diuiſiones operationum ſunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus.* 1. Cor. 12. à n. 4. vbi vides ſpiritualium donorum multitudinem cum eiuſdem Spiritus vnitate mirabiliter coniunctam.

D. Bern.
Inconſutilis Chriſti tunica, concordia ſymbolum.

29\. Vnde D. Paulus valde admiratur eſſe aliquas in Eccleſia Dei diſcordias. *Conuenientibus*, inquit, *vobis in Eccleſiam, audio ſciſſuras eſſe inter vos, & ex parte credo.* 1. Cor. 11. n. 18. At cur non credit ex toto, ſed tantùm ex parte? Quia ſcilicet incredibile penè erat tantum facinus; præſertim inter eos, qui in Eccleſiam Dei conuenerant. Quamuis enim antequàm ad Eccleſiam accederent, paſſim diſcordias ſeminarent: tamen in Eccleſia Dei conſtituri, mutuam fouere concordiam tenebantur.

Chriſtianorum ſumma concordia.

30\. Tales quondam fratres habuit Ioſephus: primùm quidem tam diſcordes, vt innocentem à ſe fratrem in Ægyptum relegarent: poſtea tam concordes, vt ſuum quiſque mallet exitium, quàm fraternum. Quod facilè oſtendo. Nam Ioſephus in Ægypto fratres ſuos retinebat; quibus tandem liberam facultatem abeundi in patriam conceſſit, dummodò vnus tantùm ex illis, quem ipſi eligerent, in vinculis relinqueretur. Quod colligo ex illis verbis ipſius Ioſephi: *Frater veſter vnus ligetur in carcere; vos autem abite.* Geneſ. 42. num. 19. Et paulò poſt: *Fratrem veſtrum vnum dimittite apud me, & cibaria domibus veſtris ſumite.* num. 33. vbi vnum petit, ſed nullum nominat; ab ipſis proinde fratribus nominandum. Hac optione ita data, nihilominus Ioſephus non expectauit, quem fratres obſidem relinquerent, ſed ipſe ſuo arbitrio Simeonem deſignauit; eóque in cuſtodiam incluſo, cæteros abire iuſſit.

Fratrum concordia.

31\. Quid, obſecro, hoc eſt? tam citò Ioſephus facultatem eligendi obſidem, quam penes fratres poſuerat reuocauit? Abſit profectò. Sed myſterium agnoſce. Conſultare cœperunt fratres inter ſe, quemnam ex omnibus in cuſtodia relinquerent. Ecce tibi inter eos exoritur contentio, nullum profectò finem habitura: nam vnuſquiſque pro ſe ſuffragium ferebat, retineri cupiens in carcere, & capitis periculo exponi, vt cæteri omnes, & libertate, & ſalute fruerentur. Sicut olim illud celebre amicorum par, Pylades, & Oreſtes, ſemel tantùm in vita contendiſſe dicuntur, & contentio fuit, vter pro altero moreretur; iuxta illud ingenioſi Vatis 2. de Pont. eleg. 3.

Pia amicorũ diſcordia, vter pro altero moriatur.

Ire iubet Pylades charum moriturus Oreſtem:
Is negat, inque vicem pugnat vterque mori.
Extitit hoc vnum, quod non conuenerat illis,
Cætera pars concors, & ſine lite fuit.

Ouid.

Cùm igitur videret Ioſephus longiores moras in conſultatione trahi, neminem à fratribus carceri deſignari, & neminem re vera deſignandum; ipſe ſuo iure vſus Simeonem deſignauit. Non procul abeſt ab hac interpretatione Abul. dum ait, deſignatum fuiſſe à Ioſepho Simeonem: *Quia*, inquit, *non videbatur fraterno amori conuenire, vt ipſi de ſe ipſis determinarent, vnum magis, quàm alium vinculandum; ſed magis quilibet eorum ſe pro alijs offerre deberet.* Habes igitur ex his, quantam iuſti omnes in vnitatem ſocientur, ſiquidem proprium quàm aliorum interitum præoptant.

Abul.

32\. Hac vnitate nihil hoſtibus, & corporalibus, & ſpiritualibus horribilius: corporalibus quidem,

vt

vt patet 1 Reg. 11. à n. 7. vbi dicuntur trecenta, ac triginta millia virorum quaſi vir vnus ſub Rege Saule ad bellũ cõtra Ammonitas proceſſiſſe. Quid verò ex tanta vnitate effectum? vt ſtatim hoſtes victi, ac perterriti funderentur. Facilè namque multitudo ab vnitate ſuperatur; vt ibidem Gloſſa ſignificat, & nos fuſiùs oſtendemus. Spiritualibus verò, vt ex Cant. 6. n. 3. deducitur, vbi Eccleſia dicitur *terribilis, vt caſtrorum acies ordinata.* Quia, vt

D. Bern. *Vnitas diabolum terret.* ait D. Bernard. de bene viuendi modo, ſerm. 41. *Sicut hoſtes timent, quando acies caſtrorum bene ordinatas ad bellum vident: ita diabolus expaueſcit, quando ſpirituales viros virtutum armis accinctos, in vnitate concordia viuere conſpicit.* Vbi etiam docet, *diabolum non timere noſtra ieiunia, quia ipſe nunquam comedit, neque* B *noſtras vigilias, quia ipſe nunquam dormit; neque noſtram paupertatem, quia ipſe nihil habet: timere tamen vehementer noſtram concordiam, quia hoc tenemus in terra, quod ipſe in cœlo tenere noluit.*

33. *Deo grata vnitas, ingrata diuiſio.* Deo autem tam grata eſt hæc vnitas, vt nihil illi placeat, in quo illa nõ repræſentetur. Cur, quæſo, in prima mundi fabrica, neque ſecundæ diei benedixit, neque illius opera laudauit? Gen. 1. n. 6. & 7. cùm tamen aliorum dierum operibus & laudem, & benedictionem impertiuerit, vt patet ex

D. Hieron. eodem capite. Reſpondet D. Hieron. in c. 1. Aggæi ſub initium: *Quia non poterat ſecundus dies, qui numerum facit, qui ab vnione diuidit, Dei ſententia comprobari.* Idémque docet lib. 1. contra Iouinianum, C non eſſe bonum duplicem numerum, qui ab vnione diuidat; & in Apologia pro his libris ſuis contra Iouinianum, hanc ſuam interpretationem ab aliquorum calumnijs defendit. Addo, cùm Deus ſecundo die diuideret aquas, quæ erant ſub firmamento, ab ijs, quæ erant ſuper firmamentum, meritò à laude abſtinuiſſe. Nulla enim tribuitur commendatio, vbi exercetur diuiſio.

34. Eandem ob cauſam nullis alijs ſacrificijs ſe Deus olim ſinebat exorari, quàm illis, in quibus hæc vnitas repræſentaretur. Summus Sacerdos Sancta ſanctorum ingreſſurus, in extrema veſte tintinnabula aurea malis punicis interpoſitis geſtabat. Exod. 28. n. 33. Quid verò tintinnabula illa

Prædicatorũ vnitas in tintinnabulis & malogranatis adumbrata. nisi fidei Doctores, & prædicatores ſignificabant, D quorum quilibet, vt D. Greg. 2. par. Paſtor. cap. 4. & lib. 1. regiſtri, epiſt. 24. *iram contra ſe occulti Iudicis exigit, ſi ſine ſonitu prædicationis incedat?* Quid autem

D. Greg. malogranata niſi animorum charitatem repræſentabant? Nam vt ibidem ait idem S. Doctor: *Sicut in malo punico ſub vnico exteriùs cortice multa interiùs grana inueniuntur; ſic innumeros ſanctæ Eccleſiæ populos vnitas fidei contegit, quos intus diuerſitas meritorum tenet.* Tintinnabulis igitur mala punica interſeruntur, quia iuſti omnes, præſertim fidei Doctores, & prædicatores, arctiſſimo charitatis vinculo colligantur; præſertim cùm ad preces, ac ſacrificia Deo offerenda, aliàs minimè placitura, ingrediun- E

Aureæ catenæ, charitatis vincula. tur. Huc etiam ſpectant illæ aureæ catenæ, quibus Summi Sacerdotis veſtes tam arctè nectebantur, vt non potuerint ab inuicem ſeparari. Exod. 28. n. 14. & 22. Significant enim, Beda interprete *continuationem caſtæ, & non fictæ dilectionis, qua iuſtorum omnium animi vinciuntur.*

35. *Iuſtorum cum Deo vnitas per amorem.* Neque ſolùm iuſti inter ſe, ſed præcipuè cum Deo ſociantur. Vnde cæleſtis ſponſus: *Vox,* inquit, *turturis audita eſt in terra noſtra.* Cant. 2. n. 12. Olim Deus voce tonitrui, voce multitudinis, voce aquarum multarum perſonabat, quia minis homines perterrebat: nunc voce turturis, qui eſt vnionis, & conſortij amantiſſimus, quia cum hominibus

D. Bern. deſiderat inire conſortium. Vnde D. Bernard. ſerm. 59. in Cant. *Non planè,* inquit, *principatum ſonat* A *vox iſta, ſed conſortium. Conditor eſt, & conſortem ſe reputat. Amor loquitur, qui dominium neſciit: amicos habet, non ſeruos. Neminem ſuſpicit amor, ſed ne deſpicit quidem. In ſeipſo celſos, humileſque contemperat: nec modò pares, ſed vnum eos facit iuxta illud: Qui adhæret Domino, vnus ſpiritus eſt.* 1. Corinth. 6 n. 17. Et addit, propterea dictum fuiſſe, *in terra noſtra,* non, in terra mea. *Quia amor,* inquit, *proprietatem abnuit, ſocietatem non reſpuit.*

Hanc autem iuſtorum cum Deo vnitatem D. Cypr. in epiſt. de vnitate Eccleſiæ, ait *tantam eſſe, quanta eſt radiorum cum ſole, riuulorum cum fonte, ramorum cum radice.* Vt enim fieri non poteſt inter hæc, ita nec inter Deum, & iuſtos ſeparatio. Sed B eam Chriſtus Dominus ſingulariter exaggerauit, cùm talem eam voluit, vt diuinam vnitatem imitaretur: *Rogo,* inquit, *vt omnes vnum ſint ſicut tu Pater in me, & ego in te: vt & ipſi in nobis vnum ſint.* Ioan. 17. n. 21. Hoc enim, interprete D. Aug. tract. 14. & 39. in Ioan. intelligendum eſt, non de vnitate naturæ, ſed de imitatione charitatis. Atque hæc de vnitate omnium iuſtorum inter ſe. 36.

Varijs ſimilitudinibus declaratur iuſtorum cũ Deo vnitas. D. Cypr.

Indiuidua Triadis vnitati conformatur. D. Aug.

Vnitas ſingulorum iuſtorum propter ſinceritatem.

HActenus de illa vnitate, quam omnes inter ſe iuſti retinent, & conſeruant: nunc de illa, quæ C eſt propriè ſingulorum. Quilibet enim eorum non immeritò vnus dicitur, quòd in ſuis actionibus ſimplex, ſincerus, conſtans, ſemper idem, nunquam alius videatur. Talis ſine dubio, vt ab eo exordiar, Elcana. De quo D. Greg. *Vir,* inquit, *vnus erat, quia amore ſingularis.* Et Hugo Victor. *Bene,* inquit, *dicitur vir vnus, non numero, ſed quia nunquam mutatur, nec de ſe alter efficitur.* Addit Orig. hom. de Elcana, ſicut Deus vnus, & immutabilis eſt, ſic & imitatorem Dei, iuſtum vnum eſſe debere: *Quia & ipſe,* inquit, *cum in virtutis ſummo conſiſterit, non mutatur, ſed vnus permanet ſemper.* 37.

Iuſtus vnus, quia ſincerus, & conſtans.

D. Greg. Hug. Vict. *Elcana propter conſtantiam vnus.* Orig.

Eodem modo de quolibet Chriſtiano philoſophatur Tertul. lib. de corona militis, c. 11. *Nuſquam,* inquit, *Chriſtianus aliud eſt, vnum Euangelium, & idem Ieſus.* Quaſi diceret: quanta in Euangelio, & in D Chriſto Domino vnitas reperitur, tantam bonus Chriſtianus viuendi perfectionem imitatur. Hac ratione docet D. Greg. citatus, eum qui vnam petit à Domino, & hanc requirit, qui in alia, atque alia non dilabitur, qui in plura ſtudia animum nõ partitur, qui tota animi contentione in vnum Deum, fertur, non immeritò monachum, hoc eſt, vnum, & perfectum appellari. Hinc fit, vt vir iuſtus ſæpe dicatur in Scriptura ſimplex. Gen. 25. n. 27. Iob. 1. n. 1. Prou 3. n. 32. Matt. 10. n. 16 Philip. 2. n. 15. & paſſim alibi.. Vt quantam in ſuis actionibus ſinceritatem, & conſtantiam teneat, ſignificetur. 38.

Tert. *Chriſtianus vnus, quia ſemper idẽ.*

Iuſtus cur in Scriptura ſimplex dicatur.

E Prohibuit olim Deus, ne populus Iſraëliticus panem comederet fermentatum: *Quicũque,* inquit, *comederit fermentatum, peribit anima illa de Iſrael.* Exod. 12. n 15. Quid, obſecro, Deo fuit cũ fermento, ne illud in cibum adhiberi pateretur? Oleaſter: *Abhorruit,* inquit, *ſemper Dominus à mixturis. Præcepit enim non arandum in aſino, & boue.* Deut. 22. n. 10. *Non ſerendam terrã diuerſo ſemine.* Deut. 22. 9 *Non geſtandam veſtem ex lana, & lino textam.* Deut. 22. n. 11. *Voluit nos ſimplices eſſe, & ſimpliciter apud proximos conuerſari.* Vides, quanto ſtudio morum ſimplicitas, & ſinceritas in nobis à Deo requiratur? 39.

Morum ſimplicitas Deo grata.

Incredibile penè dictũ eſt, quàm multa fuerint in Templo Salomonis vaſa aurea, argentea, atque ærea, vt ex 3. Reg. 7. à n. 38. ex 2 Paral. 4. à n. 11. ex Ioſepho lib. 8. antiquit. cap. 3. deprehendes. Cur, 40.

Inter innumera templi vaſa, nullum vitreum, inconſtantiæ ſymbolum.

quæſo, in tanta multitudine vaſorum, ne vnum quidem vitreum reperitur? Dices, quia cum facilè frangatur, eſt ſymbolum inconſtantiæ, quam Deus vult à ſuo templo exulare. Ita eſt. Sed vlteriùs addo, quia vitrum quàm expers eſt proprij coloris, tam facilè refert alienos: quibuſcumque enim liquoribus imbuitur, ſtatim concolor efficitur. Sub hoc igitur typo voluit Deus à ſuo obſequio arcere eos omnes, qui non ſeruant vnam viuendi rationem, ſed in diuerſa ſtudia feruntur, & nunc hos, nunc illos mores imitantur.

41. *Peregrinas veſtes, id eſt, peregrinos mores, Deus prohibet.*

Grauis eſt illa comminatio diuina: *Viſitabo*, inquit, *ſuper omnes, qui induti ſunt veſte peregrina.* Sophon. 1. num. 8. Qui ſunt, quæſo, qui hac veſte peregrina induuntur? An illi, qui patrios cultus faſtidiunt, & exoticos, ac peregrinos æmulantur? Præpoſteri quidem iſti ſunt, fateor: ſed grauius adhuc in flagitium mihi videtur illa diuina comminatio fulminare. Planè ſunt illi, D. Hieronymo (D. Hier.) interprete; qui ſimplici virtutum habitu non contenti, multiplices exterarum gentium ritus imitantur; qui patriam & auitam religionem non curant, inanes, & peregrinas ſuperſtitiones proſequuntur; qui à fidei ſimplicitate in multiplicitatem perfidiæ degenerant, & in vno corpore plures geſtare animos, in vno ore plures perſonas agere, in vno homine plures mentiti homines videntur. Neque procul abeſt ab hac interpretatione Rupertus (Rupert.), qui per veſtem peregrinam, intelligit hypocriſim, quam qui ſibi induit, vnus eſſe deſinit, multiplex conſtituitur.

42. *Hypocritæ multipliciter puniuntur.*

Sed vide quàm ſit acris diuina in hos homines indignatio. Nam his hominibus, qui accedunt ad Deum duplici corde, qui foris Catones ſunt, intus Nerones, qui lupina induti pelle, nihilominus ouinam mentiuntur, bis, inquam, Christus Dominus apud Matth. cap. 23. à num. 13. breui quodam ſermone ſepties, vel octies, *væ* inclamat; vt Rupertus (Rupert.) bene obſeruat; ac ſi non vno tantùm ſupplicio digni forent, ſed tam multiplici, quàm multiplices ſe illi in ſuis operibus oſtendunt.

43. *Hypocritæ in iis, qui mutato habitu, alienam perſonam induunt, grauiter plectuntur.*

In huius rei typum grauiter olim à Deo plectebantur, qui mutabant habitum, vt alienas perſonas ſimularent, & à ſe diuerſi viderentur. Achab mutato habitu prælium ingreſſus, ſagitta vulneratus interijt. 3. Reg. 22. n. 34. Vxor Ieroboam mutato habitu conſuluit Prophetam Ahiam, & ab eo filij ſui mortem præcognouit. 3. Reg. 14. n. 12. Saül mutato habitu conſuluit Pythoniſſam, & vicinum ſibi imminere interitum accepit. 1. Reg. 28. n. 19. Thamar mutato habitu in biuio ſe expoſuit, & infamiæ pœnas incurrit, reputata eſt enim meretrix. Geneſ. 38. n. 15. Diabolus ſerpentis effigiem mentitus eſt, & graui à Deo percutitur maledicto. Geneſ. 3. num. 14. Tandem ſeueriſſimè prohibet Deus, ne vir fœminea, aut fœmina virili tunica induatur; eos, qui ſecus agunt, tanquam abominabiles damnat, & execratur. Deuter. 22. n. 4. Quæ omnia eò tendunt, vt oſtendant, ſimplices eſſe debere Dei ſeruos, in quolibet euentu eoſdem, & factis, & verbis, & ſtudijs ſibi ſemper cohærentes.

44. *Rex Dauid in vtraque fortuna conſtans.*

Talis planè fuit Dauid, qui ab vrbe profugus, & in deſerto inculto peregrinus, ita cum Deo loquebatur: *In terra deſerta, & inuia, & inaquoſa, ſic in ſancto apparui tibi.* Pſal. 62. n. 3. *Et ſenſus eſt*, inquit Euthym. (Euthym.) *quod tunc in tabernaculo, & nunc in deſerto, æqualem erga Deum affectionem, & beneuolentiam conſeruauit.* Quaſi non mutaretur cum fortuna; ſed illa ſuas vices alternante, Dauid ſuam in virtute conſtantiam retineret, & in decurſu temporis ſtatum æternitatis conſeruaret. Hinc eſt, quod neque

A laudibus Ionathæ intumuerit, neque Saülis contumelijs defecerit; ſed in eadem ſemper æqualitate animi permanſerit. Nam vt docet Procopius in c. 3. Iſaiæ: *Fortem animum, neque vnquam contrahit vituperatio, neque facit inſolentem laudatio.* Procop.

45. *Conſtans vita, ſuauis cantilena.* D. Ambr.

Hanc Dauidis in rebus omnibus conſtantiam contemplatus D. Ambr. lib. 1. de Offic. c. 24. totam illius vitam meritò appellauit *cantilenam*. Vt enim in hac plures voces vnam in harmoniam æquabiliter conueniunt: ita in illa plures virtutes vnum in chorum conſtanter ſociantur. *Dauid*, inquit, *fortis in bello, patiens in aduerſis, in Hieruſalem pacificus, in victima manſuetus, in peccato dolens, in ſenectute prouidus, rerum modos, voces temporum, per ſingularum ſonos*
B *ſeruauit ætatum: vt mihi videatur non minus viuendi genere, quàm canendi ſuauitate prædulcis immortalem Deo ſui fudiſſe meriti cantilenam.* Quibus verbis oſtēdit, Dauidem fuiſſe ſemper ſuis ſibi factis tam conformem, vt ex pluribus illius operibus vnus æquabilis concentus redderetur.

46. *Iuſtorum pluſquàm adamantina in proſperis conſtantia.*

Quid quæſo iuſtum à ſua conſtantia dimouebit? Proſperáne fortuna, an diuerſa? Neutra planè; vrgeat hæc, iuſtus non frangitur: mulceat illa, iuſtus non emollitur. Conſtantior eſt iuſtus adamante. Hic enim, licèt duris reſiſtat, mollibus tamen cedit; ille neutris ſuperatur. Eſther è captiua ſubitò facta eſt Regina. Sed quamuis inciperet eſſe, quæ non erat, non tamen eſſe deſijt, quæ erat: in noua potentia veterem conſeruauit obedientiam. *Eſther in regni culmine obedientia.*
C *Quidquid enim*, inquit eius hiſtoria, *ille præcipiebat* (ſcilicet Mardochæus) *obſeruabat Eſther; & ita cuncta faciebat, vt eo tempore ſolita erat, quo eam paruulam nutriebat.* Eſther 2. num. 20. Dauid è paſtore ouium, factus eſt hominum gubernator: nouam accepit dignitatem, ſed priſtinam humilitatem non amiſit. *Dauidis in regno humilitas.* Quo enim die creatur Rex à Samuele, eodem ſe fatetur ſeruum Saülis: *Ego*, inquit, *ſeruus tuus vadam, & pugnabo aduerſus Philiſthæum.* 1. Reg. 17. n. 32. Vbi D. Chryſ. in Pſal. 50. *Videte*, inquit, *honeſtam, & ingenuam mentem: in die lætitiæ ſeruitutem confitetur.* Et paulò poſt: *Dauid*, inquit, *in regali culmine monachi vitam imitabatur.* D. Chryſ.

47. D. Bern.

Neque ſolùm ſtant iuſti, ſed alios ne cadant, te-
D nent. Viderat aliquando D. Bernardus ſuum Eugenium, quem in religione nutriuerat, in pontificio culmine collocatum. Solicitus, ne illi honores ſuo in alumno mutarent mores, eum ſic alloquitur lib. 1. de conſiderat. *Non quia*, inquit, *pater pauperum factus es, ideò non pauper ſpiritu es: in te hanc mutationem factam eſſe confido, non de te: nec priori ſtatui tuo ſucceſſiſſe promotionem, ſed acceſſiſſe.* Ita Bernard eleganter quidem, & arguté, vt ſolet. Quaſi diceret: Indue feliciter purpuram pontificiæ dignitatis; ſed ne exuas ſpiritum religioſæ paupertatis: mutetur in te veſtis, non mens: munus ſit diuerſum, animus idem: non ſuccedat tuæ humilitati ſubli-
E mitas, ſed accedat: ne fias ſine humilitate ſublimis, ſed maneas in ſublimitate humilis. Ita mihi videor Bernardi mentem expreſſiſſe. Vides, vt iuſtus inter proſpera non mutetur? Sed hinc colliges, neque inter aduerſa mutandum. *Iuſtorum firmitas in aduerſis.* Cum enim grauiùs proſperis, quam aduerſis oppugnemur, vt ſuprà diximus; ſuperari ab his non poterit, qui illa ſuperat. Quod ſi diabolus aduertiſſet, nunquam profectò in Iobum tam multa calamitatum iacula vibraſſet. Scire enim debuerat, eum, qui in proſperis conſtans fuerat, non fore in aduerſis inconſtantem; qui inter blandientes auras non ruerat, non eſſe inter debacchantes turbines ruiturum. Quod ipſe tandem ſuo damno expertus eſt: ſenſit enim Iobum in diuerſiſſimis rerum euentibus eundem.

Multiplicitas

Multiplicitas ſingulorum iniuſtorum propter calliditatem.

48. Sicut vir iuſtus vnus eſt, & ſimplex, quod in alios, atque alios morum habitus non transformetur, ſed eaſdem ſemper viuendi leges tueatur: ita planè iniuſtus diuerſus eſt, & multiplex, quod in eodem animi tenore non inſiſtat, ſed in alios, atque alios viuendi curſus dilabatur. Vnde ſicut diximus virum iuſtum in Scriptura ſimplicem appellari; ita peccator ſæpenumero duplex appellatur. Eccleſiaſt. 1. num. 36. & cap. 2. n. 14. Nahum 1. num 9. Iacobi 1. num. 8. & alibi. Hanc impiorum multiplicitatem obſeruant pleriique interpretum ad hunc locum. Pro quibus omnibus ſit vnus Origenes: *Pertinet*, inquit, *ad laudem iuſti, quod dicitur de eo: Erat vir vnus. Nos qui adhuc peccatores ſumus, non poſſumus iſtum titulum laudis acquirere, quia vnuſquiſque noſtrûm non eſt vnus, ſed multi. Intuere namque alicuius vultum nunc irati, nunc iterum triſtis; paulo poſt rurſum gaudentis, & iterum turbati, & rurſum lenis: in alio tempore de rebus diuinis, & vita æterna actibus conſulentis; paulo poſt verò, vel quæ ad auaritiam, vel quæ ad gloriam ſeculi pertinent, molientis. Vides quomodo ille, qui putatur vnus eſſe, non eſt vnus: ſed tot in eo perſonæ videntur eſſe, quot mores.* Quod ſtatim confirmat ex illis verbis: *Stultus vt Luna mutatur.* Eccleſiaſt. 27 n. 12. *Luna*, inquit, *cum videatur vna eſſe per ſubſtantia immutationem; tamen ſemper à ſemetipſa alia eſt, ſemperq; diuerſa, & ſic etiam in ipſa conſtat, quod vna multa ſint. Sic ergo & nos, qui adhuc incipientes ſumus, & imperfecti, quia ſemper mutamus ſententias, & ſemper diuerſa cupimus, & ſentimus, vnus non poſſumus dici.*

Impius duplex, imò multiplex. Orig.

Impius ſicut Luna mutatur.

49. Age verò, quid eſt homine impio, & iniuſto multiplicius, & inconſtantius? *Beatus vir*, inquit Pſalmiſta *qui non abiit in concilium impiorum.* Pſal. 1. num. 1. Hebraicè, *in concilium inquietorum.* Nihil enim impio inquietius. Cur obſecro diabolus ſtare loco neſcit, ſed totam *terram circuit, & perambulat*? Iob. 1. num 7. D. Gregorius ad eum locum: *Satan*, inquit, *laborans terram circuit; quia quietus in cæli culmine ſtare contempſit.* Quid Adamo volubilius, qui vno non potuit die in illo felici ſtatu innocentiæ perſeuerare! Dauid: *Homo*, inquit, *cum in honore eſſet, non intellexit.* Pſalm. 48 num. 13. Hebraicè, *non pernoctauit.* Nam vt refert Genebrard. ex Hebræis, Adamus in vltima hora eius diei, quo productus eſt, peccauit. Die ſtetit, nocte cecidit. Non pernoctauit. Parentis leuitatem ne filius eius Cain imitaretur, diligenter Dominus cauit, & prouidit, dum ad eum inuidia laborantem ait: *Nónne ſi bene egeris, recipies?* Geneſ. 4. num. 7. ſeu, vt vertunt Septuaginta: *Nónne peccaſti? quieſce.* Quaſi diceret: in vnum ſcelus incidiſti, ne te in aliud præcipites. Pedem fige, ne labaris. Sed tantùm abfuit, vt quieſceret, vt potiùs à peccato in peccatum rueret, ad inuidiam addens fratricidium; & pro quiete, tremorem, pro domicilio, exilium, pro natali ſolo, plagam orientalem Eden, Geneſ 4. num. 16. ſortiretur: ſeu, vt eſt in Hebræo, *terram Naid*; quam D. Hieron. in qq. Hebraic. & in epiſt. 48. ad Sabinian. D. Chryſoſt. hom. 20. in Geneſ. & alij, inſtabilem, & fluctuantem interpretantur, vt à loci mobilitate mentis eius mobilitas notaretur. Rectè Sapiens: *Præcordia*, inquit, *fatui, quaſi rota carri, & quaſi axis verſatilis, cogitatus illius.* Eccleſiaſtici 33. num. 5. Vt enim illa rota, & axis non ſolùm volubiles ſunt, ſed etiam continuo ſtridore ſuam produnt volubilitatem: ita planè & impius non ſolùm internam patitur animi inquietudinem, ſed illam etiam plurimis indicijs externis manifeſtat. Mirum eſt, quàm multas D. Bern de ſuæ mentis inconſtantia, ac leuitate querimonias effundat. Nam lib. de interiori domo, cap. 62. *Facilius*, inquit, *atomos mundi poſſem dinumerare, quam motus cordis mei. Velocitas animalium, & volatilium, meis motibus æquiparari non poteſt. Cogitationes meas non eſt, qui poſſit comprehendere. Deſideriorum meorum non eſt modus. Nunc illa, nunc iſta cogito, & deſidero: nec iſta, nec illa habere poſſum. Dum corpore vaco, cogitationibus per diuerſa loca vagor, nulla hora, nullo temporis momento quieſco, ſed in momento, in ictu oculi, per multa ſpatia locorum diſcurrens, nouas creaturas creo, & iterum eaſdem eadem facilitate deleo, vel alio, atque alio modo multipliciter vario.* Et cap. 64. tam multiplicem cogitationum volubilitatem, & tam inquietam, & infatigabilem velocitatem admiratus: *Vndique*, inquit, *patet mihi facilis tranſitus, agilis diſcurſus, de ſummis ad ima, & de imis ad ſumma, de primis ad nouiſſima, de nouiſſimis ad prima. Dignè explicare non poſſum, quot alternationis modos momentaneis perturbationibus induo, & quàm multipliciter me alternantium viciſſitudinum motibus variare conſueui, & quibus perturbationibus quotidie afficior. Modò me in fiduciam erigo, modò in diffidentiam cado. Nunc per conſtantiam figor, nunc ſubitaneo terrore concutior. Modò me turbat ira, modò ingens furor exagitat. Nec illud adeò mirum, quòd variis qualitatibus, diuerſiſque perturbationibus per ſingula momenta afficior. Sed illud ſupra modum ſtupendum quòd ſub eodem penè momento ſæpe contrariis affectionibus angor, nunc odio, nunc amore ducor: modò gaudio, modò mœrore diſtrahor. Quam ſæpe inter mira gratulationis meæ tripudia ſuperueniens, ſubitòq; emergens triſtitia cauſa me vehementer concutit, ac deiicit, & omnem illam exultantis animi mei ſolemnitatem ſubitò in mœrorem vertit?*

Impij inquieti, leues & inconſtantes. D. Greg.

Genebr. *Peccator à peccato in peccatum ruit inquietus.*

D. Hier. D. Chryſ. *Impius ſicut rota verſatilis.*

D. Bern. *Hominis inconſtantia, & leuitas.*

50. Quod ſi D. Bernardus, qui Deo firmiſſimè adhærebat, tam multas cordis fluctuationes patiebatur; illi, qui à Deo longiſſimè recedunt, quibus animorum perturbationibus diſtrahentur? De his peccatoribus Dauid: *Propter dolos*, inquit, *poſuiſti eis.* Pſalm. 72. n. 18. Hebraicè בחלקות *Bachelacoth*, hoc eſt, *in lubricitatibus*, ſeu, *in lubricis locis conſtitues eos.* Quia nihil magis ſunt in virtutis propoſito conſtantes, quàm qui lubrico, & fallaci ſolo ingrediuntur. Hinc eſt, quòd impius non vnam ſemper faciem, ſed aliam, atque aliam geſtare videatur. Vnde Deus ad Cainum: *Cur*, inquit, *concidit facies tua?* Geneſ. 4. num. 6. Quaſi diceret: cur, quam tibi dedi faciem hominis, abiecisti, & aliam tibi immanis belluæ efformaſti? Vt enim rectè D. Ambroſ. epiſt. 1. ad Iuſtum, ſub finem, loquutus de homine, qui ſicut vnius Dei imago eſt, ita vnus eſſe debet! *Et tu*, inquit, *ad ſimilitudinem Domini vnus eſto, atque idem. Non hodie ſobrius, cras ebrioſus: hodie pacificus, craſtina die litigioſus: hodie frugi, craſtina die incontinens: mutatur enim vnuſquiſque morum varietate, & fit alter: in quo non agnoſcitur, quod fuit, & incipit eſſe, quod non fuit.*

Impij inconſtantes in lubrico ſolo ambulant.

Dei imaginem, in varias belluarum figuras peccator mutat. D. Ambr.

51. Quid eſt, obſecro, quòd ante peccatum bruta animalia homini paruerint, poſt peccatum verò non obedierint? Reſpondet D. Chryſ. in Pſalm. 3. cauſam eſſe, quòd homo peccando alium vultum ſibi finxerit, quem belluæ non agnouerint: *Quemadmodum*, inquit, *canis, qui in domo eſt, ei ſeruit, qui eum alit; ſed ſi eum repentè viderit vultu fuligine atrato, vel perſonatum, aggreditur tanquam ad alienum, & cogitat eum dilacerare: ita Adam, quandiu purum ſeruauit vultum, factum ad imaginem Dei, beſtiæ ei tanquam ſeruæ parebant; quando autem vultum fœdauit inobedientia, non agnoſcentes dominum, tanquam alienum odio habebant.* Inter leones fuit Daniel illæſus.

D. Chryſ. *Peccatores feræ non reuerentur, quia in illis Dei imaginem non agnoſcunt.*

læſus. Daniel.6.num.22. A leone tamen Propbera ille de Samaria regreſſus, in via dilaniarus eſt. 3.Reg.13.n.14. Cur in illum mites, in hunc ditos ſe leones præbuerunt? Reſpondet idem D.Chryſ. *Iuſtus quidem erat Daniel, & leones agnouerunt dominium; viderunt eum non guſtaſſe peccatum, & eum ſupplicij expertem reliquerunt. Peccauit Propheta, & leo eum in via morte affecit: erat mendacij fuligine atratus, & leo eum non agnouit. Si Prophetam vidiſſet, vt Danielem, eum honoraſſet; inuenit pſeudoprophetam, & tanquam alienum inuaſit. Dominus mentitus eſt, & ſeruus negauit dominium.*

D Chryſ.

52. *Impij tot induunt perſonas, quot habent peccata.* D.Hier.

Quare meritò Dauid vindictam à Deo poſtulat in tam multiplices animorum facies, vnicæ, atque diuinæ imagini ſuperinductas: *Domine*, inquit, *in ciuitate tua imaginem ipſorum ad nihilum rediges.* Pſ. 72.num.20. Vbi D.Hieron.in epiſt.18.ad Marcellam, in qua illam inuitat ad rus Bethleemiticum: *Cum*, inquit, *ad imaginem, & ſimilitudinem Dei conditi ſimus, ex vitio noſtro perſonas nobis plurimas ſuperinducimus. Et quomodo in theatralibus ſcenis vnus atque idem hiſtrio nunc Herculem robuſtus oſtendit, nunc mollis in Venerem frangitur, nunc tremulus in Cybelem: ita & nos tot habemus perſonarum ſimilitudines, quot peccata.*

53. *Peccator varietate chamaleon, &c.* D. Ambr.

Multiformis igitur eſt impius; plures colores refert, quàm chamæleon, plures facies, quàm Proteus, plures habitus, quàm Vlyſſes; nuſquam vnus eſt, ſemper diuerſus: *Quomodo*, inquit D.Ambroſius epiſt.82. *poteſt eſſe vnus, qui nunc iracundia inflammatur, nunc indignatione graui exæſtuat, nunc vultu excandeſcit, nunc pallore immutatur, per momenta varius, & diſcolor?* Et fortaſſe alludit ad locum Ieremiæ 12. num.9. *Numquid auis diſcolor hæreditas mea mihi?* & Ieremiæ 13.num.23. *Si mutare poteſt pardus varietates ſuas.* Vbi vides impium cum pauone, & pardo comparari: quia non pauciores facies oſtentat, quàm pauo colores, & pardus varietates exhibeat.

54. *Nabuchodonoſor peccans multiplex, multiformem belluam referebat.*

Vnus planè videbatur eſſe Nabuchodonoſor, ſed re vera erat animi paſſionibus multiplex, & propterea non in vnam, ſed in multiformem belluam degenerauit. Daniel.4. n.30. Quod egregiè expendens D.Paulin. epiſt.4. ad Seuerum: *Nabuchodonoſor*, inquit, *non ſolum à regnis, ſed etiam à ſenſibus exulabat humanis, coma triſti leonem, vncis vnguibus vulturem, ſenſu, & pabulo, & bouem referens; ne vnius tantùm belluæ ſimilitudinem ferret in pœnis, qui multarum ſimilis fuiſſet in moribus.* Dauid cùm prophetico lumine præuideret Hieroſolymitanum excidium, ſiue illud, quod intulit Nabuchodonoſor. 4.Reg.25.à n.1. ſiue illud, quod intulit Antiochus 2.Machab.5.à n.11. cùm, inquam, excidium à peſſimo Tyranno illatum ſpiritu prophetico præſagiret: *Singularis*, inquit, *ferus depaſtus eſt eam.* Pſ.79. num.14. Vbi Symmachus vertit, *Animalia ſolitudinis*; & D. Hieronymus, *Omnes beſtiæ agri depaſtæ ſunt eam.* Quia Tyrannus ille, ſiue Nabuchodonoſor, ſiue Antiochus fuerit, quamuis natura vnus tantùm homo, tamen multiplicitate paſſionum erat inſtar omnium belluarum.

Vnus peccator inſtar omnium belluarum. D.Hieron.

55. *Pharao dolis multiplex.*

Cùm Sapiens deſcriberet multiplices pugnas, & victorias, quibus diuina ſapientia de ſuis hoſtibus vbique terrarum triumphauit, inter multa alia: *Hæc*, inquit *intrauit in animam ſerui Dei, & ſtetit contra Reges horrendos in portentis, & ſignis.* Sap. 10.num. 16. vbi ad literam ſermo eſt de Moyſe Pharaonem adeunte, & ſeueriſſimis pœnis flagellante. Sed qui vnus tantùm Rex erat, pluraliter appellatur Reges horrendi; quia licèt numero vnus eſſet, multiplici tamen dolo, ac fraude multiplex videbatur.

Vnus tantùm erat Philiſthæus ille Golias, quem Dauid 1.Reg 17. n.49. interfecit. Et nihilominus Hieroſolymitanæ fœminæ huius victoriæ decantatrices, dicebant: *Percuſſit Saul mille, & Dauid decem millia.* 1.Reg.18.num.7. Quid dicunt decem millia, ſi vnicum Gigantem duntaxat interemit? Quia nempe Philiſthæus ille ſuis fraudibus, ac dolis tam multiplex erat, vt non vnus tantùm, ſed decies millenus videretur. Vnde & diabolus, cuius ille Philiſthæus typus fuit, quamuis numero vnus ſit, dolo tamen, ac fraude multiplex eſt; vt egregiè docet Nicetas Nazianzeni interpres commentario in orat.40. ante medium. Nam poſtquam illum Gigantem multiplicem eſſe dixit, de diabolo addit: *Sic tu*, inquit, *aduerſus ſpiritualem Goliath ſtrenuè, ac fortiter pugna, atque multiplices ipſius vires, & machinas, velut chiliadas quaſdam, atque myriadas in poteſtatem redige.* Ea cauſa eſt, cur Iſaias c. 34. à num.13. improbos homines comparet cum ſtruthionibus, onocentauris, piloſis, & lamijs. Nam vt hæc omnia animalia, ſeu monſtra, multiformia ſunt, partim terreſtria, partim volatilia, partim humanis membris prædita, partim belluinis; vt cùm vnum cernes, multiplex tibi cernere videaris: ita callidi, & verſipelles homines non vna forma, non vna ſpecie, non vno oris habitu conſiſtunt, ſed in multiplices figuras transformantur. Vt ſinguli eorum non ſolùm Geryones tricorpores, ſed multicorpores exiſtimentur. Qua de re D.Greg.lib.7. moral.c.12. & lib.33.item moral.c.17. conſulatur. Ex quibus patet, quàm varius, ac multiplex ſit quilibet impius.

56. *Golias diaboli typus, decies millenus fraudibus.*

Nicetas.

SECTIO IV.

Cur patria, & nomen Elcanæ tam diligenter ab Scriptura explicetur.

1. *Prima ratio literalis. Patriam genus, & nomina Iudicum, ac Regum Scriptura commemorat.*

PRima ratio literalis eſt, quia ita poſtulat lex hiſtoriæ, non ſolùm profanæ, ſed etiam diuinæ, vt illi, de quibus agendum eſt, à patria, à genere, à nomine clariùs innoteſcant. Quem morem diligenter tenet Scriptura. Nam omnium Iudicum, ac Regum, de quibus agit, priùs genealogias deſcribit, vt legenti libros Regum, ac Iudicum patebit. Vnde cùm Deus poſt mortem Ioſue præceperit, vt Iuda aſcenderet contra Chananæum, & foret dux illius belli Iudic.1.num.2. dubitant ibi interpretes, an ille Iudas fuerit primus Iudex Iſraëlis poſt Ioſue. Et rem dirimunt, negando cum D. Auguſt. quæſt. 2. in Iudic. hoc præcipuè fundamento, quòd Scriptura eius progeniem non memoret, memoratura profectò de more ſuo, ſi ille fuiſſet Iudex. Quare dicunt ibi ſermonem eſſe non de aliquo vno viro, ſed de tota tribu Iuda, cui illud bellum à Deo commiſſum fuerit: primum verò Iudicem fuiſſe Othonielem, cuius genus Iudic. 3.n.9. refertur.

Vtrùm Iudas fuerit primus Iudex poſt Ioſue. D.Auguſt.

2. *Melchiſedech genealogiam, cur Scriptura non referat. Prima hæreticorum reſponſio.* D. Epiph. Orig. Didym. D.Hier.

Sed vrgebit aliquis, Melchiſedech fuiſſe Regem Salem, & tamen eius genus non fuiſſe ab Scriptura memoratum, Geneſ.14. vbi de illo agitur. Reſpondebunt primò hæretici rationem eſſe, quia re vera genus non habuit: exiſtimant enim illum nõ fuiſſe verum hominem, ſed perſonam aliquam diuinam: vt quidam ſentiunt apud D.Epiph.hæreſ.55.& 67. vel aliquem Angelum in corpore humano; vt tenent Orig. Didymus, & alij apud D.Hieron. epiſt. 126.ad Euagrium: innixi fortaſſe illo loco D. Pauli ad Hebr.7. n. 3. vbi dicitur Melchiſedech fuiſſe *ſine patre, ſine matre, ſine genealogia.* Sed omnino

falluntur,

Melchiſedech verus, & purus homo. *Riber.* *Suar.* *Baron.*

falluntur,& errant. Fuit enim Melchiſedech verus, & purus homo, vt Riber. in epiſt.ad Hebr. cap.7. Suar. tom.1.in 3 part. diſput.46.ſect.4. & Cardin. Baron.tom.1. pag 278. ex multis Patribus confirmant. Neque D. Paulus illis fauet. Nam vel illi negauit ſolùm genealogiam ſacerdotalem, de qua tantùm agebat, vt D. Epiphanius citatus exponit: vel ſignificauit Melchiſedech fuiſſe figuram Christi Domini, qui patre in terra caruit, in cælo matre; vt D. Chryſoſtomus hom. 12. in epiſt. ad Hebræos, aliique declarant: vel tandem dixit eſſe ſine patre, & matre, quia ab Scriptura non referuntur, vt eſt communior interpretum conſenſus. Adeò enim ſolet Scriptura huiuſmodi genealogias referre, vt ſi cuius hominis eam taceat, is genealogia omnino caruiſſe videatur. Sed cur Scriptura huius maiores non memoret, hoc ipſum inquirimus.

D.Epiph. *D.Chryſ.*

3. *D Epiph* *Secunda Hebræorum reſponſio.* *Fornicarij & impuri ſine nomine.*

Reſpondent ſecundò Hebræi apud D. Epiph. citatum, cauſam eſſe, quia fuit ex parentibus fornicarijs, quos Scriptura nominare non ſolet. Si id probarent, aliquam rationem afferre viderentur. Nam ſicut hoc vitium nomine indignum eſt, iuxta illud: *Fornicatio autem, & omnis immunditia, nec nominetur in vobis.* Ephel.5. num 3 ita & qui illo infecti ſunt, indigni ſunt, qui nominentur. Vnde Salomon: *Nomen*, inquit, *impiorum putreſcet.* Prou. 10. num.7. ſeu, vt Chaldæus vertit, *extinguetur.* Dauid: *Nec memor ero*, inquit, *nominum eorum per labia mea.* Pſ.15.n.4. Iſaias: *Non vocabitur*, inquit, *in æternum ſemen peſſimorum.* cap.14. n.20. & paſſim alibi. Licèt enim hæc pœna omnibus ſceleratis communis ſit; impuris tamen multò familiarior eſt. Olim Sara ad Abrahamum: *Eiice*, inquit, *ancillam hanc, & filium eius.* Geneſ. 21. n.10. Cur filium proprio nomine non appellauit? Quia paululum à puritate deflexerat: *Vidit enim Sara filium Agar Ægyptiæ ludentem cum Iſaac filio ſuo.* ibid.n.9. ſeu, vt legit Vatabl. *laſciuientem.*

4. Non nominatur mater Salomonis in Euangelio, proprio nomine: *Dauid autem Rex*, inquit Euangeliſta, *genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ.* Matt 1. n. 6. Cur vel ipſius Reginæ nomen prætermiſit? Planè, quia illud nomen erat adulterij labe obſcuratum. Infans ille germanus Salomonis, eoque maior natu, ſine nomine è viuis deceſſit. 2. Reg.12. n.14 Non immeritò ſanè, quia de adulterio ſuſceptus fuerat. Maledicturus Noë filio ſuo Cham, quod modeſtiam, ac pudicitiam, vt par erat, non coluerit, maledixit nepoti ſuo Chanaan *Maledictus*, inquit, *Chanaan.* Geneſ.9.n.25. Cur à filio in nepotem execrationem detorquet? Certè, ne filium parum pudicum nominare cogeretur. Non ſolùm Lucas, ſed etiam Phariſæus à Magdalenæ nomine abſtinuerunt. Nam Lucas: *Et ecce*, inquit, *mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix.* Luc.7.n.37. Phariſæus autem: *Hic*, inquit, *ſi eſſet Propheta, ſciret vtique, quæ, & qualis eſt mulier, quæ tangit eum: quia peccatrix eſt.* Ibid. n.39. Ac ſi illam, quæ puritatem non coleret, nomine indignam indicarent. De peſſimis hominum moribus ante diluuium loquutus Moyſes: *Corrupta eſt*, inquit, *terra coram Deo.* Geneſ. 6. n.11. Cur non dixit, homines? Reſpondet D.Chryſ. hom. 24. *Quia peccatum facit, vt homines ſuo nomine vocari non ſint digni.*

Impuri nomine hominis indigni. *D.Chryſ.*

5. Moriturus Moyſes ſingulas tribus proprijs nominibus compellauit, ſingulas proprijs benedictionibus impertiuit: ſolam tribum Simeonis tacitus prætermiſit, vt videre eſt Deuter.33. Cuius rei duplicem rationem aſſignat Abulenſ. ibid.q.2. Vnam: *Quòd Simeon, inquit, tractauit de venditione Ioſephi, & duriùs ſe habuit contra eum, quam alij fratres.* Ac ſi ille, qui fraternam charitatem ex animo eiecit, dignus eſſet, cuius nomen ex hominum memoria deleretur. Alteram, quam ipſe magis probat, quod quidam princeps de tribu Simeonis, caſtitatem violauerit, vt Num. 25. n. 6. narratur. Quaſi non ſolus impurus ipſe, ſed etiam, qui impuro cognatus eſſet, nomine indignus videretur. Improbi illi ſenes, qui Suſannæ pudicitiam tentarunt, Daniel.13. à num 5 nuſquam in eo capite nominantur. Indigni planè nomine qui tam nefario piaculo infecti. Indignabundus exclamat Apoſtolus. *Omnino auditur inter vos, vt vxorem patris ſui aliquis habeat.* 1.Corinth.5. num 1. *Aliquis*, inquit, quis tamen ille ſit, proprio nomine non declarat. Neque enim nominari oportebat, qui tam turpi ſcelere ſuum nomen obſcurabat. Non immeritò igitur parentes Melchiſedech tacerentur, ſi verum eſſet illud Hebræorum figmentum; quod tamen illi neque probant, neque probare poſſunt. Tertiò igitur reſpondendum eſt, parentes Melchiſedech non nominari, quia non pertinebant ad populum Iſraëliticum, cuius præcipuè genealogiæ in Scriptura explicantur, vt ex ſequenti ratione clariùs patebit.

Abul. *Charitatis violatores nomine carent.*

Impuri, imò & eorum cognati cum caſtitate nomen amittunt.

Secunda Hebræorum reſponſio refellitur.

Tertia, & vera reſponſio.

Secunda ratio.

AD hanc rationem literalem alia addi poteſt, ob quam genus Elcanæ tam diligenter exprimatur; nempe, quia pertinebat ad populum Iſraëliticum, ex quo Chriſtus erat naſciturus. Cùm enim totus ille populus ad Chriſtum Dominum referretur, opus fuit, vt omnes illius non ſolùm tribus, ſed etiam familiæ diſtinctæ forent, & per ſuos progenitores ſeriatim ordinatæ; vt ex qua tribu, & familia Chriſtus Dominus deſcenderet, faciliùs agnoſceretur, deprehenderetúrque veritas Meſſiæ, ſi ex ea tribu, ac familia prodiret, ex qua proditurū Scriptura promittebat. Vnde aliorum genealogiæ, quæ ad eum populum non pertinebant, non eſt, cur in Scriptura explicentur. Hanc enim ob cauſam genealogiæ Melchiſedech, Iobi, Cyri, Aſſueri, Nabuchodonoſoris, & aliorum qui extra illum populum fuerunt, ab Scriptura non memorantur, vt communiter interpretes aduertunt.

6. *Solus Iſraëlitici populi genealogias, ex quo Chriſtus naſciturus erat, Scriptura refert.*

Quærit D Chryſ. homil.3. in Matth. cur Euangeliſta in genealogia Chriſti Domini dixerit: *Abraham genuit Iſaac*, nulla facta mentione Iſmaëlis. Et iterum: *Iſaac autem genuit Iacob*, nulla facta mentione Eſau. Et nihilominus accedens ad Iacob dixerit: *Iacob autem genuit Iudam, & fratres eius.* Matth.1.num.1. Et reſpondet in primis ex aliorum mente: *Quidam*, inquit, *propter malignitatem morum Eſau & aliorum priorum id factum voluerunt.* Sed non probat hanc rationem. Nec immeritò. Nam in genealogia Chriſti Domini etiam peccatores includi oportebat, vt ad omnium ſalutem, non ſolùm bonorum, ſed etiam malorum natus crederetur. Vel etiam, vt maior Chriſti Domini humilitas innoteſceret, qui ex æterno Patre natus, naſci vlterius voluerit ex peccatoribus: *Hæc enim*, inquit D. Chryſoſt. *à contrario refulget dignitas Chriſti; non quia magnos progenitores habeat ac potentes, ſed quia potius exiguos, ac viles: ſublimium quippe illa maxima gloria eſt, humiliari ſponte ſubmiſſius.* Quare ex mente propria reſpondet: *Non meminit*, inquit, *cæterorum, quia ſcilicet nihil habebant cum Iſraelitarum genere commune Sarraceni, Iſmaelitæ, & Arabes, & quotquot ſunt ex illorum patribus procreati. Propterea igitur illos reticuit; feſtinat verò ad eos, ex quibus naſcitur Chriſtus, & vnde propagatur populus Iudæorum.*

7. *D Chryſ.* *Cur Iſmaël, & Eſau in Chriſti genealogia non referantur.*

Cur in Chriſti genealogia peccatores referantur. *Chriſti humilitas ex peccatoribus naſcentis.* *D.Chryſ.*

Vera reſolutio.

Hinc

8. *Poſt Christi aduentum, Iudæorum genealogiæ inutiles.*

A Hinc eſt, quòd nato iam Chriſto Domino reprehendit D. Paulus Iudæos ſolicitos de *genealogiis interminatis.* 1. Timoth. 1. num. 4. ſeu, vt aliqui legunt, *infinitis*, hoc eſt, nullum finem vtilem habituris. Quamdiu enim Chriſtus non venerat, neceſſe fuit, vt Iudæorum genealogiæ diſtinguerentur, vt veritas Scripturæ dicentis, Chriſtum Dominum de tribu Iuda naſciturum, clariùs appareret. Neque enim tunc erant illæ de genealogijs quæſtiones infinitæ, ſeu fine vtili carentes, ſed potiùs ad optimum finem deſtinatæ; & propterea in ſacris literis paſſim referuntur. Imò & olim à Iudæis in ſuis tabularijs, & Archiuis diligenter ſeruabantur; vt colligitur ex 1. Eſdr. 2. num. 62. & vt Euſeb. lib. 1. hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 7. teſtatur. (Euſeb.) B At verò Chriſto Domino nato, æquum erat, vt omnis illa generationum ſcientia, & familiarum diſtinctio, tanquam inutilis penitùs aboleretur. Quod vt ſignificaret ille Angelus, cum Iacob luctatus, poſtquam illi benedixit, *tetigit neruum femoris eius, qui ſtatim emarcuit.* Geneſ. 32. n. 25. quia poſtquam ex illo populo fructus ille benedictionis, nempe Chriſtus Dominus erupit, ſtatim, vt notat Rupertus, vigor, & vitor illius populi ſic defecit, vt nullum ex eo fructum liceat ſperare, & propterea nemo ſe de illius gentis ſtirpe ſatum eſſe glorietur.

Iudæi poſt Christi aduentum ſenſim defecere. Rupert.

9. *De generis nobilitate non gloriandum.*

Obiter hic perſtringendi ſunt non ſolùm Iudæi, ſed etiam reliqui omnes, qui in ſuis genealogijs inquirendis, & euulgandis, magis quàm par C eſt, ſe præbent curioſos, cùm alium finem non ſpectent, quàm inanem gloriam, quam ex ſuorum antiquitate ſtemmatum aucupantur. Quare D. Ignatius in epiſt. 3. ad Magneſianos: *Nolite*, inquit, *errare in aliena gloria, neque intendatis genealogiis interminatis, & Iudaicis inflationibus.* Vbi eas genealogias, quas D. Paulus loco ad Timoth. citato vocat *interminatas*, ipſe vocat *alienas glorias.* Nam qui *genus iactat ſuum*, vt ille cecinit, *aliena laudat.* Cui ille alius rectè concinit. (D. Ignat. — Seneca.)

Ouid.

Et genus, & proauos, & quæ non fecimus ipſi,
Vix ea noſtra voco. —

De Virgine Matre Chriſtus non gloriatur.

Vnde Chriſtus Dominus totius perfectionis magiſter, cùm Matrem habuerit Virginem, nunquam D ſe filium Virginis, tamen frequentiſſimè ſe filium hominis appellabat. Quaſi in ſuo genere, de nulla re alia, quàm de natura humana gloriaretur: *Ad reprimendum*, vt ait D. Chryſ. citatus, *Iudæorum tumorem, qui nimiùm inſolenter de Abrahæ ſtirpe gloriabantur: virtutem parentum, defenſionem ſuorum rati eſſe vitiorum.* (D. Chryſ.)

10. *Cur peccatores in Chriſti genealogia referantur.* D. Chryſ. *Qui virtute decoratur, parentum vitiis non fuſcatur.*

Neque ſolùm claros genitores diſſimulabat, ſed etiam obſcuros exprimebat; vt patet ex cap. Matt. vbi peccatores, & peccatrices, Gentiles, & Iudæi, ſublimes, & humiles in genealogia Chriſti Domini inſeruntur. *Per iſta*, inquit D. Chryſ. vbi ſuprà, *docens, vt nos quoq; nunquã erubeſcamus de vitiis paren-* E *tũ, ſed vnum quæramus, nempe virtutem. Nam qui illam fuerit conſequutus, etiãſi alienigenam habeat matrem, vel quolibet dedecore ſordidatã, nihil tamen de eius, aut vilitate fuſcabitur, aut crimine polluetur.* Et paulò poſt: *Si quis propria virtute decoratur, parentum ſuorum non decoloratur opprobriis.* Quamuis dubitãdum non ſit, parentum vitia, ac virtutes in filios ſæpenumero deriuari; & ſicut ex deformibus parentibus deformes filij generantur, ita ex prauis ſæpenumero prauos generari: vt ex ſequenti ratione patebit.

Tertia ratio.

11. PRæter has duas rationes, quæ germanæ ſunt, addi poteſt tertia, ob quam patria, genus, & nomen Elcanæ exprimatur, nimirum, vt inde eius virtus colligatur. Solent enim plerumque natales conditiones eſſe indices moralium affectionum: nam a nomine, patria, ac genere, bonitatis moralis argumenta ſæpenumero deducuntur, vt iam oſtendã.

Mores à nomine.

NOmen inprimis mores prodit. Vnde Moyſes, cùm à Deo ad Iudæos, ac Pharaonem legatus mitteretur: *Si dixerint mihi*, inquit, *quod eſt nomen eius? quid dicam eis?* Exod. 3. n. 13. Vbi conſideranda eſt, interprete Oleaſtro, prudentia Moyſis, B quòd voluerit mittentem ex nomine agnoſcere; quaſi exiſtimaret, nullum fore nominis, ac naturæ diſſidium; optiméq; ex celebritate nominis naturæ dignitatem arguendam. Et quidem prauos mores nomen indicat. Teſtatur Abigail, pro viro ſuo Nabal apud Dauidem interceedens. *Ne ponat*, inquit, *oro, dominus meus Rex cor ſuum ſuper virum iſtum iniquum Nabal; quoniam ſecundum nomen ſuum ſtultus eſt, & ſtultitia eſt cum eo* 1. Reg. 25. n. 25. ſeu, vt eſt in Hebræo, *ſicut nomen eius, ſic ipſe.* Nabal ſtultum ſonat; neque aliud nomen homini mores ſtultos habenti conueniebat.

12. *Natura dignitatem nominis celebritas oſtendit.*

Prauos mores prauum nomen indicat.

13. *Nomen Enos eius prærogatiuam declarat.*

Contrà verò antiquis Patriarchis ea, vel à Deo, vel ab eorum parentibus nomina imponebantur, quæ futuras illorũ virtutes indicarent. Vnde Seth, C vt alios omittam, filio ſuo nomen impoſuit *Enos*, Geneſ. 4. num. 26. id eſt, *Virum inuocatorem Dei*, vt interpretatur D. Chryſ. homil. 21. in Geneſ. *quia iſte*, inquit textus, *cœpit inuocare nomen Domini.* Nam ante Enos, Cain, eiúſque filij, Dei immemores, ſuis tantùm commodis vacabant: natus verò Enos ſopitam, ſeu potiùs ſepultam religionem ſuſcitauit. *Vidiſti*, inquit Chryſ. *appellationem diademate clariorem, purpura meliorem? Quid fuerit illo beatius, qui inuocatione Dei ornatur, idque pro nomine poſſidet?* Vbi etiam laudat veteres illos Patriarchas, qui nomina filijs ſuis imponebant, quibus non tam de auita nobilitate, quàm de exercenda pietate admonerentur? *A principio*, inquit, *erudiebant pueros, qui* D *ipſis naſcebantur, admonentes appellationibus, quas ipſi impoſuerant, vt virtutem exercerent. Et non ſicut nunc fortuito, & abſque cauſa nomina fiunt, iuxta nomen aui, vel abaui.* Eadémque ferè repetit hom. 51. in Geneſim. (D. Chryſ. — D. Chryſ.)

Nomina filiis non pro nobilitate, ſed pro pietate imponenda.

14. *Elcanæ nominis interpretatio.*

Dicitur igitur hic vir, de quo hîc agimus, *Elcana*, hoc eſt, vt in litera diximus, *poſſeſſio Dei.* Quod & actiuè intelligitur, quia Deum poſſidet; & paſſiuè, quia à Deo poſſidetur. Vtroque modo vir iuſtus feliciſſimus eſt. Priori quidem, quia poſſidet omnium poſſeſſorem. Quid beatius? Hac beatitudine exultabundus Dauid: *Portio*, inquit, *mea, Domine*, ſcilicet, tu es. Pſalm. 118. n. 57. Vbi D. Ambr. E ſerm. 8. *Quam rarus*, inquit, *qui poſſit dicere. Portio mea Dominus; qui nihil habeat commune cum ſeculo, nihil huius mundi vindicet ſibi!* nam plerique hominum, ſicut terrenis poſſeſſionibus inhiant, ita poſſeſſione diuina ſpoliantur. Fuit hæc præcipua Leuitarum beatitudo, vt nihil terrenum poſſidentes, vnum Deum, in quo omnia continentur, poſſiderent; iuxta illud Dei ad Aaronem: *Ego pars, & hæreditas tua in medio filiorum Iſraël.* Num. 18. n. 20. Vbi D. Ambroſius citatus: *Negatur*, inquit, *his terrena diuiſio, vt ipſi, dum ſecularem ſibi non vendicant portionem, fiant cæleſtis poſſeſſio: vel hoc ſolùm nouerint poſſidere, fidei, & deuotionis obſequium; multò ditiores, quàm qui poſſeſſionum ſuarum ſpatia ampla diffundunt.* Et ſtatim huius maioris opulentiæ rationem reddit: *Nam diuites*, inquit, *quantumlibet fines ſuos*

Deus diues iuſtorum poſſeſſio. D. Ambr.

Pauperes, qui terrenas poſſeſſiones abiiciunt, Deum poſſidentes ditiores. D. Ambr.

extendant, & terra deficit, & mare includit inſanas cupiditates, & pendunt tributa maiora, quàm fructus ſunt. At vero iſte nihil poſſidens nulli niſi Deo militat; ſupra terram eius eſt portio, non eum deficit, non mari clauditur. Cui portio Deus eſt, totius poſſeſſor eſt naturæ.

15\. Hoc planè ſignificauit D. Pettos, qui cum nihil præter Deum poſſideret, omnem ſibi naturam poſſidere videbatur. *Argentum*, inquit, *& aurum non eſt mihi; quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge, & ambula.* Actor. 3. num. 6. *Quaſi diceret*, inquit ibi D. Ambroſ. citatus, *portio mea hæc eſt; portio mea Chriſtus eſt. In portione mea diues ſum; in portione mea potens ſum. Quomodo poterat Petrus portionis ſuæ damna ſentire, qui natura damna reparabat?* Imò felicior eſt, qoi Deum poſſidet, B quàm qui totam naturam poſſideret. Hic enim ſuas ſæpe iacturas patitur, ille nullas. Vnde D. Ambroſ. vbi ſuprà, de eo, qui Deum poſſidet: *Portio tua*, inquit, *non ariditate ſiccatur, non imbre diluitur, non frigore vritur, non tempeſtate quaſſatur. Ea eſt portio, quam terrena partes æquare non poſſunt.* Feliciſſimus igitur Elcana, qui iuxta ſui nominis etymon Deum poſſidebat.

D Ambr.

16\. Poſteriori modo feliciſſimus planè eſt, qui à Deo poſſidetur. Talis inprimis eſt omnis vir iuſtus iuxta illud: *Pars autem Domini populus eius; Iacob funiculus hereditatis eius.* Deut. 32. n. 9. Vbi emphatica eſt illa particula aduerſatiua, *autem*. Di- C xerat enim: *Quando diuidebat Altiſſimus gentes, quando ſeparabat filios Adam, conſtituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Iſrael.* Ibid. num. 8. Hoc eſt, alias aliis poſſeſſiones impertiuit. Et ſtatim: *Pars autem Domini*, &c. Quaſi diceret, ſibi autem hanc vnam cæteris opulentiorem reſeruauit; nimirum populum ſui cultorem, quem Deus omnibus aliis diuitiis anteponit. Quod ipſe Deus ſatis expreſſit, dicens: *Eritis mihi in peculium de cunctis populis.* Exod. 19. num. 5. ſeu, vt habet interlinearis Regia in ſcholio marginali: *Eritis mihi theſaurus dilectus præ omnibus populis.* Et cùm illud Chriſti Domini verum ſit; *Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum.* Matth. 6. num. 21. quis dubitet, ſi Deus in viris iuſtis habet ſuum theſaurum, ibi quo- D que habere ſuum cor, excubare circa illum, & de illo ſemper cogitare? Quod Dauid probè agnoſcens: *Mihi autem*, inquit, *nimis honorificati ſunt amici tui, Deus.* Pſalm. 138. num. 17. Chaldaicè: *Nimis ſtupenda, & mirabiles ſunt cogitationes tuæ, Deus.* Quaſi cogitationes diuinæ aliæ non ſint, quàm eius amici, adeò illos ſemper, beneuolè, & amanter contemplatur.

Iuſti, Dei poſſeſſio opulentiſſima.

Iuſti, Dei theſaurus.

Iuſti, Dei cogitationes.

17\. De hac ſua poſſeſſione ita Deus gloriatur, vt in illa perpetuò commoretur, iuxta illud, quod D. Paulus retulit ex Leu. 25. num. 12. *Inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos.* 2. Cor. 6. n. 16. Vbi expende duo illa verba, *Inhabitabo, inambulabo*: quaſi Deus iuſtorum animis ita ſe includat, vt nulla ſui parte E ſupereffuſus videatur. In quo huius ſuæ domus capacitatem non mediocriter commendat, quæ diuinam immenſitatem ſuo amplexo ambiat, & circumdet. Quod expendens D. Ambr. ſerm. 8. in Pſal. 118. *Quid*, inquit, *magnificentius hoſpite cæleſti? Quid beatius poſſeſſione diuina? Alij queruntur de ſui ruris anguſtiis: in te Deo eſt ampla poſſeſſio, in quo deambulare ſe dixit, laxa ſpatia habitationis inueniens, qui terram includit manu.* Iſaiæ 40. n. 12. *cui mundus anguſtus eſt, tu ei ampla es domus.*

Iuſti, Dei domus.

D. Ambr.

18\. Quod ſi Deus iſta *ſe iactat in aula*, & de cordis noſtri tugurio, tanquam de regio domicilio gloriatur, quid mirum, ſi cor humanum de tanto poſſeſſore, ſeu habitatore glorietur? Ita planè gloriabantur illi, de quibus Propheta: *Iſte*, inquit, *dicet*, A *Domini ego ſum: & ille vocabitur in nomine Iacob: & hic ſcribet manu ſua Domino*; ſeu, vt habent 70. *ſcribet manu ſua, Dei ſum ego.* Iſaiæ 44. n. 5. Ac ſi non ſolùm fateatur, ſe eſſe poſſeſſionem Dei; ſed etiam de hoc titulo adeò glorietur, vt illum ſemper in manu inſcriptum præferat, omnibus, quibuſcum egerit, eum ſtatim oſtenſurus.

Iuſti Deo poſſeſſore gloriantur.

19\. Obiter aduerte, non fuiſſe illum titulum in lingua, ſed in manu ſcriptum: quia non ſatis eſt vocis, ſed operis teſtimonium. Quem ſenſum mihi videtur Chaldæus expreſſiſſe, transferens: *Hic offeret oblationem ſuam Domino.* Vt oſtenderet, iuſtos non ſolùm verbis, ſed etiam factis in Dei poſſeſſione numerandos. Vnde rectè monet D. B Chryſoſtomus homilia illa 21. in Geneſ. non eſſe in glorioſa nominum appellatione duntaxat confidendum. *Nihil enim*, inquit, *prodeſt alicui vocabulum virtute vacuum, ſed habenda eſt ſalutis expectatio in omni virtutis operatione.* Cum quo D. Hieronymus concordat lib. 1. contra Iouinianum: *Quomodo*, inquit, *in legionibus ſunt duces, ſunt tribuni, ſunt centuriones, commiſſaque pugna, vacant nomina dignitatum, & ſola fortitudo quæritur: ita in hoc campo, quo contra dæmones dimicamus, non quæruntur nomina, ſed opera; & glorioſior ille ſub vero Imperatore Chriſto, non qui nobilior ſed qui fortior.*

Non tantùm in nomine, ſed etiam factis conſiderandum.

D. Chryſ.

D. Hier.

20\. Sed vt ad inſtitutum redeam, & quod cœperam, abſoluam. Si quilibet iuſtus à Deo poſſidetur, C peculiari oomine Sacerdos, & Leuita. Vnde D. Ambroſ. ſerm. 8. in Pſalm. 118. *Verus*, inquit, *miniſter altaris, Deo, non ſibi natus.* Quod ſtatim probat ex etymologia nominis *Leui*; quod interpretatur, *ipſe mihi aſſumptus*, ſeu, *ipſe meus. Quaſi dicat Deus*, inquit, *ipſe mihi dicitur: hoc eſt, non alij tributarius, non decimarius, non de poſſeſſione munificus. Ipſe mihi tanquam abundans. Non ab hoc decimas, non fructus, non dona quæro, non munera: ipſe mihi pro munere eſt, ipſe pro tributo, non in poſſeſſione ſua munificus mihi; ſed ipſe mihi poſſeſſio, ipſe meus fructus, ipſe meus cenſus, aſſumptus mihi.* Vbi vides Deum non quæ Leuitarum ſunt repoſcere, ſed Leuitas. Quod D. Paulus aliquando imitatus: *Non enim*, inquit, *quæro, quæ ve-* D *ſtra ſunt, ſed vos.* 2. Corint. 12. n. 14. Itaque Leuita, qualis erat Elcana, totus erat in diuinam poſſeſſionem aſſumptus, totus in diuinum obſequium conſecratus; quod vel ipſa ſui nominis etymologia præferebat.

Sacerdos, & Leuita, peculiari nomine Dei poſſeſſio.

D Ambr.

Leui nominis etymologia.

Non noſtra Deus quærit, ſed nos.

Mores à patria

21\. EX patria verò non exiguum ducitur ad mores indicandos argumentum, vt latè docet Diuus Hieron. lib. 1. in Epiſt. ad Galat. cap. 3. ſub initium. *Vnaquæque*, inquit, *prouincia ſuas habet proprietates. Cretenſes ſemper mendaces, malas beſtias, ventres pigros, vere ab Epimenide fuiſſe dictos, Apoſtolus com-* E *probat: vanos Mauros, feroces Dalmatas, Latinus pulſat hiſtoricus: timidos Phrygas, omnes Poetæ lacerant: Athenis expeditiora naſci ingenia Philoſophi gloriantur: leues Græcos ſugillat Tullius pro Flacco; ingenita*, inquit, *leuitas, & erudita vanitas. Ipſum Iſrael graui corde, & dura ceruice, omnes ſcripturæ arguunt.* Hæc D. Hier. Et ante illum Tertul lib. de anima cap. 20. rationales animas comparat cum frugum ſeminibus. Quemadmodum enim ex ſeminibus, *alia*, inquit, *integro ſtatu euadunt, alia etiam meliora reſpondent, alia degenerant pro conditione cæli, & ſoli, pro ratione operis & curæ, pro temporum euentu, pro licentia caſuum: ita & animam licebit ſemine vniformem, ſatu multiformem* (ſcilicet, appellari, vel cenſeri.) *Nam & hic etiam de locis intereſt.* Vbi planè docet, pro genio patriæ, diuerſa hominum ingenia naſci. Quod

D Hier.

Diuerſa in diuerſis patriis ingenia.

Tertul.

Egregia ſimilitudo.

 ſtatim

ſtatim exemplis illuſtrat. *Thebis*, inquit, *hebetes, & brutos naſci relatum eſt: Athenis ſapiendi, dicendique acutiſſimos: vbi penes Colytum* (ſuſpicor eſſe tractum aliquem, ſeu plagam Athenarum) *pueri menſe citius eloquuntur præcoce lingua.* Et ſtatim refert ex Platone in Timæo, Mineruam, cùm vrbem illam moliretur, ex regionis natura, felicia ingenia promiſiſſe. Ac tandem ſubdit: *Vulgata res gentilium proprietatum; Comici Phryges timidos illudunt: Salluſtius vanos Mauros, & feroces Dalmatas pulſat: mendaces Cretas etiam Apoſtolus inurit.*

Ex patria mores innoteſcunt.

22\. Hinc eſt, quod ſæpe in Scriptura, quando alicuius mores inquiruntur, priùs eius patria inquitatur: hac enim cognita, ſtatim illi innoteſcunt. Nam & illi nautæ, inter quos Ionas nauigabat, vt eius vitam agnoſcerent, patriam interrogarunt: *Quæ*, inquiunt, *terra tua? & quo vadis? vel ex quo populo tu es?* Ion. 1. n. 8. Vbi Theod. *Iubent*, inquit, *hæc dicere, vt ex communibus gentis ſtudiis, & inſtitutis, hominis vitam agnoſcerent.* Angelus, qui Agar fugientem inuenit, eam ſic interrogat: *Agar ancilla Sarai, vnde venis? & quo vadis?* Geneſ. 16. n. 8. Cui illa: *A facie*, inquit, *Sarai dominæ meæ ego fugio.* ibid. Vbi Agar non reſpondit ad omnia. Dixit quidem, vnde veniret, non quò iret. Cuius rei cauſam ſi inquiras, audi Lippom. *Erubuit*, inquit, *confiteri, à domo ſancti viri, probatæque dominæ ad Ægyptios rurſus redire idololatras.* Sicut enim glorioſius nihil eſt, quàm à miſero ſtatu peccati ad felicem ſtatum virtutis commigrare, ita nihil magis inglorium, magiſque erubeſcendum, quàm à ſocietate iuſtorum diſcedere, & impiorum conſortiis commiſceri. Addo ad rem præſentem, propterea Agar terminum, quò tendebat, non expreſſiſſe, quia erubuit confiteri, ſe in patriam ſuam Ægyptum redire, verita, ne ſi Ægyptum patriam ſuam proderet, ſceleratiſſimam ſe eſſe indicaret: adeò manifeſtum indicium ſuorum morum, patriam ſuam eſſe iudicauit.

Theodor. — *Lippom.* — *Inglorium à bonorum ſocietate ad malos tranſire.* — *Mala patria, malorum morũ indicium.*

23\. Poſtquàm Iſaias perditiſſimos Hebræornm mores deſcripſit, vt eos vno verbo complecteretur: *Audite*, inquit, *verbum Domini, principes Sodomorum, percipite auribus legem Dei veſtri, populus Gomorrhæ.* Iſaiæ 1. n. 10. Cur patriam illis affinxit Sodomam, & Gomorrham, qui erant exoriundi? Ratio eſt, vt proprios illius patriæ mores in eo populo fuiſſe teſtaretur: & quemadmodum Sodomorum principes, ita & Hebræorum publicè, & inuerecundè mala facere ſignificaret; vt Lyran. eo loco aduertit. Ac ſi non poſſent in patria conuenire, quin etiam in moribus deprauatis illius patriæ propriis communicarent. Eandem plane ob cauſam dicitur de Hebræorum populo: *Radix tua, & generatio tua de terra Chanaan.* Exechiel. 16. num. 3. Nam regio Chanaan non ſolùm impia erat, ſed ignobilis: quippe quæ à nepote illo Patriarchæ Noë maledicto, & ſeruituti deſtinato culta, & habitata fuerit. Vt igitur Propheta Iudæos impios, & ignobiles appellaret, patriam illis tribuit Chanaan, impiam pariter, & ignobilem: certus tales fore alumnos, qualem altricem patriam habuiſſent. Vnde Theod. ibi: *Quemadmodum*, inquit, *diuinus hic vir* (ſcilicet Ioannes Baptiſta) *eos, qui ferini erant, & in improbitate degebant, venenatis feris comparauit, genimina viperarum*, &c. Luc. 3 numero 7. *Ita & hoc loco Dominus per Prophetam Chanaan vocat eorum ſtirpem: quorum enim æmulati fuerant impietatem, eorum meritò cognationem contraxêre.* Eodem modo dieuntur Iudæi ab Idumæa oriundi: *Vt poſſideant*, inquit Amos cap. 9. num. 12. *reliquias Idumææ*, hoc eſt, Iudæos: quia ſic fidem deſeruerant, vt non in Iudæa nati, ſed in Idumæa viderentur. Itaque, vt Iudæorum infidelitas aſtruatur, patria illis tribuitur infidelis, ac ſi ex patria infideli non niſi infideles filij naſcerentur.

Lyran. — *Chanaan impia, & ignobilis patria, impiorum, & ignobilium altrix.* — *Theod.* — *Iudæi infideles cur ex Idumæa oriundi dicantur.*

Quæret aliquis, cur Ioannes in Apocal. ſeptem epiſtolas ad ſeptem mundi Eccleſias, ſeu regiones ſcribens, ſingulas tam diuerſis titulis inſcripſerit. Nam ad Epheſum: *Hæc dicit, qui tenet ſeptem ſtellas in dextera ſua.* Apoc. 2. num. 1. Ad Smyrnam: *Hæc dicit primus, & nouiſſimus; qui fuit mortuus, & viuit.* Apocal. 2. n. 8. Ad Pergamum: *Hæc dicit, qui habet romphæam vtraque parte acutam.* Apocal. 2. num. 12. Ad Thyatiram: *Hæc dicit filius Dei, qui habet oculos tanquam flammam ignis.* Apocal. 2. num. 18. Ad Sardis: *Hæc dicit, qui habet ſeptem ſpiritus Dei, & ſeptem ſtellas.* Apocal. 3. num. 1. Ad Philadelphiam: *Hæc dicit Sanctus, & Verus, qui habet clauem Dauid.* Apocal. 3 n. 7. Ad Laodiceam: *Hæc dicit Amen, teſtis fidelis, & verus, qui eſt principium creaturæ Dei.* Apoc. 3. num. 14. Si vnus eſt, qui ad omnes Eccleſias loquitur Spiritus, cur tam diuerſas facies ſibi ad ſingulas aſſumit? Reſpondet D. Hieron. in procemio epiſt. ad Epheſ. *Quia*, inquit, *in vnaquaque earum, ſpecialia; vel vitia reprehendis, vel virtutes probas.* Et ſtatim confirmat Ioannis factum exemplo Apoſtoli, qui ad diuerſas regiones ſcribens, diuerſa viuendi præcepta inculcabat. *Ita*, inquit D. Hieronymus, *& Apoſtolus Paulus per ſingulas Eccleſias vulneribus medetur illatis; nec ad inſtar imperiti medici vno collyrio omnium oculos vult curare.* Quaſi diceret, vterque Doctor, Ioannes ſcilicet, & Paulus, diuerſa ſingulis regionibus adhibet medicamenta, quia diuerſa in ſingulis agnoſcit vulnera: diuerſa ſingulis præcepta inſtillat, quia diuerſas in ſingulis propenſiones ad virtutes, aut vitia deprehendit.

Diuerſa diuerſis regionibus medicamenta applicent prædicatores. — *D. Hier.*

Quod maximè obſeruare debent Euangelij præcones, ne in irritum verba fundant; vt priùs auditorum affectiones ſpeculentur, & quam partem viderint ſceleribus proniorem, ad eam diuini verbi præſidio muniendam præcipuè enitantur. Vnde Clem. Alexand. lib. 1. Stromat. boni concinatoris officium deſcribens: *Qui*, inquit, *ad præſentes dicis, & tempore probas, & iudicio diſcernit ab aliis eum, qui poteſt audire: obſeruans verba, mores, conſuetudines, vitam, motus, habitus, affectum, ſermonem, triuium, petram, viam quæ conculcatur, terram fertilem, & ſylueſcentem, & regionem bonam, ac feracem, & quæ colitur, & quæ poteſt multiplicare ſementem.* Itaque ſingulorum mores, & ingenia exploranda ſunt, tum ex aliis indiciis, tum ex patriæ conditionibus, à quibus mores deriuantur. Miraculo enim ſimile eſt, in mala patria bonum incolam reperiri. Vnde prima Iobi commendatio, miraculi loco non eximenda, illa fuit, vt ipſe vir ſanctiſſimus de terra ſceleratiſſima naſceretur: *Vir erat in terra Hus.* Iob. 1. num. 1. Exprimitur enim eius patria, regio profana, qualis erat Eſau, qui eam incolebat. *Vt prouinciam*, inquit Diuus Chryſoſtom. homil. 2. de patientia Iob, *ex qua tantus fructus floruit, verè mireris, qualiſque roſa in ſpinarum medio germinauerit.* Vt enim miraculum eſſet, in arida terra felices ſegetes prouenire: ita planè in vitioſa vrbe virum probum, & iuſtum educari. Plerumque enim à patria ſuos vnuſquiſque mores haurit: adeò vt dici ipſa queat altera natura. 24

Clem. Alex. — *Miraculum in mala patria Hus Iobum bonum incolam reperiri.*

Hinc eſt ille cuiuſque in patriam ſuam amor, à qua difficillimè ſeparatur. *Egredere*, inquit Deus ad Abrahamum, *de terra tua.* Geneſ. 12. n. 1. Quis non crederet, Abrahamum ſtatim ſine vllo præmio egreſſurum, qui ex ſolo Dei imperio ad proprium 25

Amor in patriam.

ptium filium occidendum feſtinauit? Et nihilominùs patriæ tam amanter inhærebat,, vt opus fuerit ſeptem illi præmia longè maxima proponi, quæ eodem capite referuntur ab illis verbis: *Faciam te in gentem magnam*, &c. ibid. n. 2. Caiet. aduertit, illa ſeptem præmia promitti: *Vt vniuerſitas*, inquit, *bonorum etiam ex ipſo numero ſignificetur*. Et quaſi tam multa præmia, eo ſolo nomine quòd terrena, eum non ſatis ad egreſſum inuitarent, adhibentur inſuper & diuina. Nam in forma glorioſa apparuit illi Dominus, vt aduertit Caiet. colligitque ex illis verbis Stephani: *Deus gloriæ apparuit patri noſtro Abrahæ.* Actor. 7. n. 2. Ac ſi tam difficilis ſit à patria egreſſus, vt ſolum ad cæleſtis gloriæ conſpectum ſuſcipiatur.

Caiet.

26\. *Patria Elcanæ commendatur.*

His poſitis, patria Elcanæ fuit feliciſſima. Nam ſi ad vbertatem glebæ ſpectes, fuit de tribu Ephraim, qui eſt idem, atque *frugifer*. Si ad ſitum naturæ, fuit excelſa, habenſque in omnes partes iucundiſſimos proſpectus, vt ſumitur ex notatione nominis *Ramathaim*. Si ad ciuilitatem incolarum, fuit in monte *Sophim*, id eſt, *ſpeculantium*, ſiue *Prophetarum*, qui diuinis rebus ſpeculandis intendebant. Erat enim in hoc monte collegium Prophetarum. 1. Reg. 19. n. 20. ſeu, vt vocat Chaldæus interpres, *domus doctrinæ*. Quis ergo dubitet, Elcanam inter tam multos Prophetas, ſeu diuinarum rerũ præcones (idem enim eſt aliquando prophetare, atque Deum laudare, vt ſuo loco dicemus) æqualem cum illis ſanctitatem, & dignitatem habuiſſe? Nam ſi Saul C inter Prophetas prophetabat, vt ad caput 10. explicabimus: quis hoc neget de Elcana, qui inter Prophetas morabatur? Magnum enim eſſe ſolet ad virtutem incitamentum, inter probos habitare. Vnde Caleb, terram promiſſionis ingreſſus, à Ioſue poſtulauit ciuitatem Cariatharbe. Ioſue 14. n. 12. & 15. Hoc eſt, iuxta D. Hieron. *ciuitatem quatuor*; quod in ea, vt refert Lyran. quatuor Patriarcharum paria vixerint, & obierint; nempe Adam & Eua: Abraham & Sara: Iſaac & Rebecca: Iacob & Lia. Cur hanc verò ad habitandum præ cæteris poſtulauit? Reſpondet Theodor. quæſt. 16. *Quia cum*, inquit, *pietate polleret, cæteris omnibus antepoſuit* D *hanc vrbem, in qua quam optimi Patriarchæ habitauerunt, & ſepulti ſunt*. Tanti momenti eſt ad pietatem in regione piorum commorari. Nemo igitur de pietate Elcanæ dubitabit, ſi probè nouerit, eius patriam, & naturæ, & doctrinæ, & virtutum præſidiis excultam fuiſſe.

D. Hier.
Lyran.

27\. D. Chryſ. *Patria vilis bonis incolarum moribus illuſtratur. Chriſtus & Apoſtoli ex humili patria.*

Illum tamen moneo cum D. Chryſ. homil. 9. in Matth. ne quis de patriæ vilitate erubeſcat, aut de nobilitate inaniter glorietur. Nam in primis patriæ vilitas non poteſt virtutis culmina prendere conantem, impedire. Vnde Chriſtus Dominus, relicta Hieroſolyma, ampliſſimo emporio, natus fuit in Bethlehem vrbe exigua, vt Mich. 5. num. 2. appellatur: & oriundus fuit à Nazareth tam vili oppidulo, vt dubitauerit Nathanaël, an inde poſſet aliquid boni eſſe. Ioan. 1. num. 46. Imò & diſcipulos elegit ex Galilæa: *Omnes iſti Galilæi ſunt*. Actor. 2. n. 7. Galilæa verò adeò erat virorum bonorum infœcunda, vt de illa prouerbij loco diceretur: *Propheta a Galilæa non ſurgit*. Ioan. 7. n. 52. Quorſum hæc omnia? *Vt vbique*, inquit D. Chryſoſt. *occaſiones amputaret deſidiæ, & corpore languentibus, ac doceret, quod nullius rei indigeamus externæ, ſi voluerimus ſtudere virtuti*. Eandem ob cauſam Chriſtus Dominus ex illa peſſima Bethſaida, cui tam acriter exprobrauit, Matth. 11. n. 21. ex illa, inquam, quinque diſcipulos elegit, Petrum, & Andræam, Ioannem, & Iacobum, & Philippum, vt patet Ioan. 1. n. 44. Cur, obſecro, ex vitioſiſſima vrbe optimos ſibi diſcipu- A los cooptauit, niſi, vt oſtenderet, fieri poſſe, vt in mala ciuitate optimi ciues naſcerentur? Quod rectè expendit D. Chryſ. homil. 38. in Matth. nam loquutus de peſſimis illis ciuibus Bethſaidæ: *Vt*, inquit, *videas, non natura illos tales fuiſſe, nomen illius vrbis poſuit Chriſtus, vnde quinque emicuerunt Apoſtoli. Nam Philippus, & duo illa paria, quæ Apoſtolatus verticem tenuerunt, inde fuiſſe dicuntur*. Non potuerunt igitur miſeri ciues ſuorum morum culpam in patriam conferre, quæ ſanctiſſimos Apoſtolos genuerat, & proinde nec de patriæ vilitate, ſed de ſua iniquitate erubeſcere debuerunt.

D. Chryſ.

D. Chryſ.

28\. *Patria nobilis prauis incolarum moribus, aliquando fœdatur.*

Nobilitas verò patriæ non debet ſuos ciues reddere inſolentes, cùm etiam in nobili patria vitiis B ſeruiatur, & in meliore vrbe deteriores ciues aliquando commorentur. Quod in primis parentibus videre eſt. Nam Adamum condidit Deus extra paradiſum, Euam in paradiſo formauit; cum tamen vir muliere potior cenſeatur. Qua de re D. Ambroſ. lib. de paradiſo, cap. 4. *Aduerte*, inquit, *quod extra paradiſum vir factus eſt, & mulier in paradiſo; vt aduertas, quod non loci, non generis nobilitate, ſed virtute vnuſquiſque gratiam ſibi comparat. Nam extra paradiſum factus, hoc eſt, in inferiori loco, vir melior inuenitur: & illa, quæ in meliori loco, hoc eſt, in paradiſo facta eſt, inferior reperitur*. Quare quando nobilitas patriæ nobis non confert ad virtutem, non eſt, cur de illa gloriemur. Vnde D. Chryſoſtom. ci- C tatus hom. 9. in Matth. inducit Chriſtum Dominum ita nobiſcum colloquentem: *Cur tu*, inquit, *de nobilitate patriæ tumeſcis, cum te ego totius mundi iubeam eſſe peregrinum; cumque talem eſſe te liceat, vt ad comparationem tui totus hic orbis iudicetur indignus?* Vbi alludit ad locum illum Apoſtoli Hebr. 11. n. 38. vbi loquutus de ſanctiſſimis illis Patriarchis, ſubdit: *Quibus dignus non erat mundus*. In quem locum Theophylact. *Si vniuerſam*, inquit, *mundi ſtructuram, cum hominibus, qui in eo ſunt, opponas his ſanctis, non inuenies tamen, quid illis dignitate reſpondeat*. Si igitur totus mundus noſtris meritis inferior eſſe debet; cur de vna exigua patria inſolenter gloriemur?

D. Amb.

D. Chryſ. *De patria nobilitate non ſuperbiendũ.*

Theoph.

29\. *Patria nobilitas, ignobili vita non deprimenda.* D. Greg. Nazianz.

D Quod ſi gloriamur de nobili patria, ignobilem in ea vitam multis ſceleribus abiectam non ducamus. Ad quam rem D. Gregorius Nazianzenus orat. 27. ad finem, ciues Conſtantinopolitanos adhortatur. *Vos*, inquit, *magnæ vrbis ciues, qui primi ſtatim poſt primam* (ſcilicet Romam) *eſtis, aut ne id quidem ei conceditis, ita vos gerite, vt primi, non improbitate, ſed virtute, non morum diſſolutione, ac mollitie, ſed optimis legibus ſitis. Turpe enim fuerit, ſi hæc vrbs ita vrbibus aliis præſtet, vt tamen voluptatibus cedat; aut cætera quidem grauis, & moderata ſit: verùm circa ludos Circenſes, & ſpectacula, & curſus, ac venationes adeò inſaniat, vt hæc pro vita, & ſerio quodam inſtituto habeat; atque vrbs inter vrbes principa-* E *tum tenens, ludentium vrbs ſit: quam aliis quoque virtutum omnium exempla præbere, multò æquius erat, & congruentius*. Vbi vides rem eſſe indigniſſimam, in nobiliſſima ciuitate viliſſimos mores reperiri. Atque hæc de patria.

Mores à genere.

30\. *Baptiſta parentum laudibus decoratur.*

TAndem ex genere manifeſta morum Indicia deſumuntur. Multus eſt Euangeliſta in laudibus Zachariæ, & Eliſabethæ prædicandis: *Erant*, inquit, *iuſti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis, & iuſtificationibus Domini ſine querela*. Luc. 1. n. 6. Haud dubiè, vt filij laus ex laude parentum colligatur. Vnde D. Ambr. ibi: *Quæ*, inquit, *alia intentio Sancti Euangeliſtæ, niſi vt Sanctus Ioannes Baptiſta*

D. Ambr.

priſta nobilitetur parentibus? Sic etiam Sancti Samuel A *mater Anna laudatur. Sic Iſaac à parentibus nobilitatem pietatis accepit, quam poſteris dereliquit.* Bene D.

D. Chryſ. *Parentum vitium filio rum exitium.*

Petrus Chryſolog. ſerm. 111. *Parentis*, inquit, *vitium, filiorum exitium. Nunquid non in ſemine tota arbor? vitium ergo ſeminis, vitium eſt totius arboris.* E contrario argumentatur D. Paulus. *Si*, inquit, *delibatio ſancta eſt, & maſſa: & ſi radix ſancta, & rami.* Rom. 11. num. 16.

Theoph.

Nam, vt exponit Theophylact. neceſſe eſt fermento maſſam, & radici ramos, hoc eſt, parentibus filios aſſimilari.

Parens cur filiorum centrum.

Dici ſolet non immeritò parens centrum filiorum, iuxta illud: *In circuitu meo pueri mei.* Iob. 29. num. 5. triplici de cauſa. Vna, quia ſicut centrum non magis ad vnam, quàm ad alteram partem circuli accedit: ita pater non B debet magis in vnum, quàm in alium filium propendere. Altera, quia ſicut totum centrum terminat omnes lineas, & totum ſingulas: ita totus pater debet omnibus filiis, & totus ſingulis inſtruendis occupari. Tertia ad rem noſtram, quia ſicut omnes lineæ in centrum: ita filiorum mores in mores parentum incurrunt, ſeu illis omnino conformantur.

31. *Parentum & filiorum eadem ſors.*

Prophetabat olim Saül inter Prophetas. 1. Reg. 10. n. 10. Admirabundus exclamat populus: *Quanam res accidit filio Cis? Et quis pater eorum*; ſeu, vt eſt in Græco: *Et quis pater eius?* ibid. num. 11. & 12. Quaſi diceret, ſi eius pater nunquam prophetauit, quomodo filius prophetat? Nouum enim exi- C ſtimabant, diuerſam à parente conditionem filio obtigiſſe. Adeò certum eſt, parentibus, ac filiis non ſolùm ſimilem eſſe ſortem, ſed eandem. Cum Saül cerneret Dauidem cum Philiſthæo congredientem, & truncato illius capite triumphantem, eius generoſitatem animi admiratus, ait ad Abner: *De qua ſtirpe deſcendit hic adoleſcens?* 1. Reg. 17. num. 55. Et rurſus ad eundem Abner: *Interroga tu, cuius filius ſit ille puer.* Ibid. num. 56. Ac tandem ad ipſum Dauidem: *De qua progenie es, ô adoleſcens?* Vbi ſuprà num. 58. Cur tam ſolicitum ſe præbet de generatione Dauidis inquirenda? Quia cùm eximiam eius virtutem agnoſceret, planè colligebat, ab inſigni parentum virtute fuiſſe deriuatam Ac ſi non poſſet tantus fructus è ramo erumpere, niſi virtus ab radi- D ce pullulaſſet.

32. *Filiorũ virtus in parentibus laudatur.*

In ſacrificio Abrahæ, & patris obedientia, & filij patientia ſic eniteſcunt, vt vtra alteri præſtet, non immeritò dubitemus. Et nihilominus Deus multus eſt in obedientia Abrahæ commendanda. Geneſ. 22. à num. 16. & ne verbum quidem ſubdit de patientia Iſaac. Ratio mihi alia non videtur, niſi quòd patientia filij paternæ inſtitutioni tribuebatur; & propterea, quidquid boni filius agebat, refundebatur in parentem: ideóque pater potiùs quàm filius dignus erat, qui à Deo laudaretur,

Iuſtorum filij tur ſagitta.

Dauid de iuſtorum filiis loquutus: *Sicut*, inquit, *ſagitta in manu potentis, ita filij excuſſorum.* Pſalm. 12. num. 4. Vbi *excuſſorum* nomine intelligit Propheta E viros iuſtos: nam excuſſi in Hebræo, idem eſt, atque vexati, & variis calamitatibus exerciti, quales plerumque iuſti eſſe ſolent. Horum igitur filij cum ſagittis à valido, ac lacertoſo viro iaculatis comparantur: quia ſicut velocitas ſagittæ emiſſæ tribuitur viribus emittentis; ita probitas filiorum, parentum probitati defertur. Voluit Deus, vt Samſon ab omnibus, quæ inebriare poſſunt, abſtineret: ſed priùs matri, vt ab eiſdem abſtineret, imperauit, vt patet Iudic. 13. num. 4 Cur quæ in filio virtutes eſſe debent, in matre prærequiruntur? Placet reſponſio Montani. *Quia plerumque*, inquit, *efficitur, vt matrum affectiones nati iam infantes imitentur, & ſequantur.*

33. *Filiorum mala parentibus imputantur.*

A Vnde ſatis colligitur, filiorum virtutes non ſolùm acceptas eſſe à parentibus, ſed etiam in parentes ipſos referendas. Sicut è contrario mala filiorum parentibus imputantur. Solus Iſmaël perſequebatur fratrem ſuum Iſaac, iuxta illud Apoſtoli: *Is, qui ſecundùm carnem natus fuerat* (nempe Iſmaël) *perſequebatur eum, qui ſecundùm ſpiritum*, nempè Iſaac. Galat. 4. n. 29. Et nihilominus non ſolùm Iſmaël, ſed etiam eius mater; imò priùs mater, quàm filius relegari in exilium iubetur, *Eiice*, inquit Sara *ancillam hanc, & filium eius.* Geneſ. 21. num. 10. Quia ſanè crimen filij tribuebatur matri, & ab ea originem habuiſſe cenſebatur. Precabundi accedunt ad genua Ioſephi eius fratres, veniam pro ad- B miſſo piaculo ſibi poſtulant his verbis: *Oramus*, inquiunt, *vt ſeruo Dei patri tuo dimittas iniquitatem hanc.* Geneſ. 50. n. 17. Sic enim in contextu Gloſſæ ordinariæ, & pluribus aliis codicibus habetur. Quid hoc eſt, boni adoleſcentes? Vobis, qui crimen commiſiſtis, vobis tantùm veniam precamini, non parenti veſtro, qui planè eſt ab omni ſcelere immunis. Inſtant illi nihilominus, vt non tam ſibi, quàm parenti ſuo ea culpa dimittatur; ac ſi commiſſum à filiis peccatum, parentis eſſe proprium, aut in parentem aliquo modo refundi iudicarent.

34. *Generis obſcuritas ad vitia impellit.* Caiet.

Accuſauit idem Ioſephus fratres ſuos apud parentem crimine peſſimo. Geneſ. 37. n. 2. Contendit Caiet. non omnes fratres fuiſſe accuſatos à Io- C ſepho, ſed ſolos filios ancillarum; probátque ex eo quòd cum Moyſes dixerit, Ioſephum eſſe cum filiis Balæ, & Zelphæ (ſic enim ancillæ appellabantur) ſtatim addit: *accuſauitque fratres ſuos crimine peſſimo.* Ac ſi accuſatio ad eos tantùm, quibuſcum erat, referatur. Si ita eſt, cur potiùs ancillarum filios, quàm alios accuſauit? Ratio, niſi fallor, vna eſt, quia illi tantùm erant eo crimine peſſimo infecti: ſicut enim erant genere deteriores, ita & ad crimina peſſima patranda audentiores. Nam vt claritas generis à vitiis retrahit, ita obſcuritas ad vitia impellit. Virum maledicum, & blaſphemum, & ſeditioſum produxit in medium Moyſes, vt ab vniuerſo populo lapidaretur. Leuit. 24. n. 14. Sed ſine myſterio non eſt, quòd ibid. n. 10. & 11. eius D parentes memorentur, dicaturque fuiſſe ex matre Iſraëlitide de tribu Dan, & ex patre Ægyptio, ne quis in malorum parentum filio peſſimos mores admiretur.

35. *Nobilium peccata grauiùs puniuntur.*

Contra verò peccatum illius viri, qui cum Madianitide peccauit. Num. 25. n. 6. tam ægrè Deus tulit, vt nullum ægriùs tuliſſe videretur. Quod multis colligo ex indiciis Vno, quia totus populus lacrymis vbertim fuſis illud peccatum ante oſtium tabernaculi deplorauit. Altero, quia in eius vindictam occiſa ſunt in populo viginti quatuor millia hominum, qui aliqua cognatione cum illo viro tenebantur. Tertio tandem, quia Phinees, qui zelo iuſtitiæ ductus vtrumque ſceleris complicem E arrepto pugione transfodit, à Deo ſummis laudibus extollitur, & ſacerdotij beneficio vſque in ſempiternũ decoratur. Quæ omnia ex citato capite innoteſcunt. Cur, quæſo, ex vno peccato tã acerbus doloris ſenſus ad omnes peruaſit? Cur pro vnius culpa tam atroces à tot millibus pœnæ exiguntur? Cur vna tantùm offenſa Deo infinitas propemodum quotidie ſuſtinenti tantam indignationem commouit? Ego quidem nullam in hoc peccato grauiorem video circunſtantiam, vt appellant, quàm quæ ſumitur ex nobilitate peccantium. Erat enim vterque peccati reus ex nobiliſſimis ortus parentibus, vir quidem Iſraëlita, dux de cognatione, & tribu Simonis: mulier autem Madianita, filia Principis nobiliſſimi Madianitarum,

vt

vt eodem capite n. 14 & 15. continetur. Eſt autem tam indignum, & ab ipſius naturæ rectitudine tam alienum, bonorum ac nobilium filios fieri crimino-ſos, vt ſi quando id contingat, debeat tale nefas extraordinariis ſuppliciis coërceri.

36. Itaque quales ſunt maiores, tales plerumque & poſteri eſſe ſolent. Adeò vt bona, vel mala, quæ faciunt, non tam patrare, quàm hæreditate videantur, iuxta illud; *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis.* Iſaiæ 5. n. 18. Vbi idem eſt trahere in funiculis, atque hæreditare: nam apud Hebræos funiculis diuidebantur hæreditates, iuxta illud Pſalm. 77. n. 54. *Sorte diuiſit eis terram in funiculo diſtributionis.* Quod non ita intelligas, ac ſi naturâ ipsâ parentum peccata in filios transfundantur: quod peſſimi quidam viri obuciebant, vt à ſuis ſe peccatis excuſarent, pro ſe illud afferentes: *Si mutare poteſt Æthiops pellem ſuam, aut pardus varietates ſuas, & vos poteritis benefacere, cùm didiceritis malum.* Ierem. 13. num. 23. Ex quibus verſis colligebant, non minùs naturalia eſſe filiis peccata parentum, quàm Æthiopi, & pardo natiuos colores. Non ſunt, inquam, hæc Scripturæ loca ita intelligenda, ſed ſolùm ſecundum figuratam, & hyperbolicam locutionem explicanda; ita vt velit vterque Vates, tam ordinarium eſſe filios patriſſare, ſeu parentum mores referre, vt hoc illis naturale quodammodo videatur. Alioqui non neceſſitatis iſta ſunt, ſed libertatis; vt egregiè D. Hieronym. conuincit ex illis verbis citans Ierem. *Cùm didiceritis malum. Quidquid enim,* inquit, *diſcitur, non natura eſt, ſed ſtudij, & propriæ voluntatis, qui nimia conſuetudine, & amore peccandi, quodammodo in naturam conuertitur.*

Mali filij, vitia à parentibus quaſi hæreditario iure trahunt.

D. Hier.

37. Addo, ſicut filij ſe faciunt participes culparum, quæ in parentibus hæſerunt, ita ſe facere participes & pœnarum. Iam ſuprà dixi initio huius Sect. Noë maledicturum filio ſuo Cham, maledixiſſe nepoti ſuo Chanaan, Geneſ. 9. num. 25. eiuſque rei vnam cauſam ibi reddidi. Alteram addit D. Chryſoſtomus homil. 29. in Geneſ. *Neque hoc,* inquit, *abſque ratione factum eſt; quia pater non minorem pœnam, & cruciatum habuit quàm filius: grauius enim eſt filios videre ſuppliciis affici, quam ſi ipſi parentes iis fiant obnoxij.* Et eandem rationem reddit D. Ambroſ. lib. de Noë, & Arca, cap. 32. Itaque acerbiùs punitur Cham, dum eius filius Chanaan maledicitur, quàm ſi ipſe malediceretur. Adde nihilominus & tertiam rationem: propterea id à Noë factum eſſe, quia cum nouerit, ſimilem eſſe filium parenti in culpa, aut certè ſimilem futurum, ſi nondum natus erat, vt Rupert. exiſtimat; ſimilem quoque illum facere voluit & in pœna, vt eadem ſors ad patrem, ac filium pertineret.

D Chryſ. *Parentes in filiis grauiùs plectuntur.*

D. Ambr.

Mali filij ſicut in culpa, ita & in pœna parentibus ſimiles.

Rupert.

38. Vnus olim Achan peccauit in populo Iſraël, furando pallium coccineum, regulamque auream. Ioſue 7. num. 20. Et nihilominus Ioſue non ſolùm Achan, ſed filios quoque, & filias eius duxit in vallem Achor, vt omnes ibi pariter, & lapidarentur, & comburerentur. Ibidem n. 24. vt re vera lapidatos, & combuſtos fuiſſe teſtatur Lyranus. Quaſi pœna, quæ patribus debetur, ea quoque filios ſubſequatur. Quod ſi cui minùs credibile videatur, innoxios filios cum nocente patre lapidari, & comburi, illud ſaltem verum eſt, quod dicunt Hebræi apud eundem Lyranum, ductos fuiſſe omnes filios ad videndam punitionem patris, vt per hoc à ſimilibus factis arcerentur. Adeò enim in parentum facta coniurant filij, vt niſi hoc vno fræno inhibeantur, patribus ſemper non ſolùm flagitiis, ſed etiam ſuppliciis cum parentibus innodentur.

Lyran.

Franc. de Mendoça in lib. Reg. Tom. 1.

39. Quod adeò verum eſt, vt ſi quando contingat patrem, & culpæ, & pœnæ conſortem eſſe, filium verò nihilominus eſſe ab vtraque immunem, id miraculi loco reponatur. Peccauit Core inſurgendo contra Moyſem. Num. 16. num. 2. ſeu rebellando aduerſus Deum. Num. 26. num. 9. Perinde enim eſt contra Prælatum, atque contra Deum rebellare. Quid deinde? Tanti ſceleris meritas pœnas luit, ſubitò ad barathrum hauſtus; ita tamen, vt terra dehiſcente, eumque ad inferos deuorante, filij incolumes euaderent. Quid verò Moyſes de hoc euentu? *Factum eſt,* inquit, *grande miraculum, vt Core pereunte, filij eius non perirent.* Num. 26. num. 10. & 11. Hebræi apud Lyranum in hoc conſtituunt miraculum, quòd labente Core per terræ hiatum, filij in medio aëre ſuſpenſi diuinitùs tenerentur. Planiùs Caietanus, & ad rem noſtram congruentiùs, miraculum in eo tantùm poſitum exiſtimat, quòd patre peccante, & peccati pœnas luente, filij nec peccauerint, nec pœnas luerint. Ac ſi nihil eſſe poſſet mirabilius, quàm diſſimiles in parentibus, & filiis mores reperiri. Eandem ob cauſam D. Chryſoſtom hom. 2. de patientia Iob, eius ſanctitatem admiratur, non ſolùm ſi magnitudo virtutum, quas habuit, ſpectetur; ſed multò magis, ſi iniquitas parentum, à quibus duxit originem, attendatur. Exiſtimat enim Iobum fuiſſe quintum nepotum ab Eſau; *Eſau autem,* inquit D. Paulus, *fuit fornicator, & profanus.* Hebræor. 12. num. 15. *Oſtendit igitur,* inquit D. Chryſoſt. *Scriptura radicem, quò fructum admireris.* Quod enim prodigium admirabilius eſſe poterat, quàm ex radice tam vitioſa tam generoſam plantam germinaſſe? Itaque ſi de frequentioribus caſibus naturæ loquamur, ex parentum moribus filiorum mores dignoſcuntur.

Filij boni ex malis parentibus, miraculum.

Lyran.

Caiet.

D. Chryſ.

40. His ita conſtitutis, facilè eſt colligere mores Elcanæ ex illius genere. Fuit enim ex tribu Leui, vt diximus in litera. Tribus autem Leui, vel nulli cedit, vel omnibus antecedit. Vnde D. Ambroſ lib. 1. offic. cap. 50. *Cognouimus,* inquit, *quia non inter cæteros Leuitæ computantur, ſed omnibus præferuntur.* Et quidem ſi dignitatem ſpectes, proximè ad tribum regalem accedebat: ſolùm enim inter regalem, & ſacerdotalem tribum connubia iungebantur; vt D. Epiphan. lib. 3. contra hæreſ. hæreſi 78. teſtatur. Si verò ſanctitatem attendas, tota Deo conſecrabatur. Vnde Leui, vt notat D. Ambroſ. citat. idem eſt, atque *ipſe meus;* vel *ipſe pro me.* Quaſi Deus ſit ſemper pro hac tribu, & tribus ſit ſemper pro Deo. Ita vt Leui in defendendo diuino honore; & Deus in tuenda Leuitica dignitate mutuò inter ſe contendere videantur. Quando igitur præſtantia generis, & ex nobilitate, & ex probitate ſplendeſcit, nullum fingi poteſt accommodatius principium ad bonos mores in poſteritatem transfundendos.

Ex Leuitica tribus dignitate Elcana commendatur.

D. Ambr.

D. Epiph.

D. Ambr.

41. Sed hîc etiam, vt ſuprà moneo, ne quis de præſtantia generis ita glorietur, vt bonorum operum obliuiſcatur. Nam vt bene D. Ambroſius lib. de Noë, & Arca, cap. 4. *Probati,* inquit, *viri genus virtutis proſapia eſt; quia ſicut hominum genus homines, ita animarum genus virtutes ſunt. Etenim familiæ hominum ſplendore generis nobilitantur; animarum autem gratia clarificatur ſplendore virtutis.* Promiſerat Moyſes narraturum ſe eſſe generationes Noë: *Hæ ſunt,* inquit, *generationes Noe.* Geneſ. 6. num 9 Et ſtatim: *Noe,* inquit, *vir iuſtus, atque perfectus fuit in generationibus ſuis, cum Deo ambulauit.* Non ſatis admiratur D. Chryſ. hom. 23. in Geneſ. hanc genealogiæ explicandæ rationem: *Scriptura,* inquit, *aures noſtras ſpe quadam impleuit, quaſi genealogiam ipſius narratura,*

Virtutis ſplendor, ſplendida inſtorum proſapia.

D. Ambr.

D. Chryſ.

ratura,& quis eius pater fuerit,& vnde genus duxerit,& alia, qui mos eſt genealogias narrantibus recenſere:relictis tamen illis omnibus, Noe, inquit, vir iuſtus, atque perfectus, &c. Vidiſti admirabilem genealogiam. Et paulò pòſt: *Sequamur igitur & nos diuinæ Scripturæ regulas, & aliquorum genealogiam enarrando, non patres, & auos,& abauos in medium afferamus,ſed eius ſolùm,cuius eſt genealogia,virtutes detegamus;hic enim optima genealogia mos eſt. Quæ enim vtilitas ex claris,probiſque parẽtibus originem ducere, te autem bona vita eſſe expertem? Aut quod damnum fuerit,ſi parentes,& progenitores fuerint ignobiles,& obſcuri,ipſe autem virtutibus floreas?* Itaque Moyſes narraturus progenitores Noë, narrauit virtutes, ac ſi ab his potiùs, quàm ab illis generis claritas peteretur. A

B

42. *Illuſtrem proſapiam vitia dedecorant.* D.Chryſ. De hac ipſa re luculentiſſimè loquitur idem D. Chryſ.ſibi ſemper ſimilis,hom.9.in Matt. *Quid,* inquit, *filios Samuelis neceſſitudo iuuit parentis, cuius non fuerunt virtutis hæredes? Quid etiam Moyſi liberis paterna profuit cura iuſtitia,cuius eis non ſucceſſit imitatio? Itaque neque ad illos patris imperiũ; quaſi ex ſucceſſione defertur;qui illum vocabulo tantùm ſignificabant parentem; ſed ad eum Reip.adminiſtratio migrat,qui illius erat filius virtute,non generatiòne. Vidiſti certè,quòd non ſuffecerit ad præfecturam liberis paterna nobilitas Vitia quidem voluntatis vicerunt priuilegia naturæ.* Cui ſententiæ ſimillima, & maximè gemina eſt illa apud Lyricum,

Horat. *Dedecorant bene nata culpæ.*

Nec mirum cognationem cum homine etiam clariſſimo contractam,ſi virtutibus denudetur,obſcuriſſimam cenſeri: cùm etiam contracta cum ipſo Deo cognatio, ſi virtutibus deſtituatur,nullum habere ſplendorem iudicetur. Quod D.Chryſ.citatus rectè expẽdens: *Quid,* inquit, *de hominibus loquor? Iudæi quondam filiorum Dei honore gaudebant;ſed decoloratos vitiis nihil iuuit tanta nobilitas. Si igitur quis Dei filius factus, niſi huic generis ſplendori meritum virtutis addiderit, maius profectò habebit ſupplicium; quid mihi iam auorum atque proauorum memores dignitates?* Vbi plura de hac re,quam ad cap.8.latiùs illuſtrabo. C

Num. 2. Et habuit duas vxores, nomen vni Anna, & nomen ſecundæ Phenenna. Fuerúntque Phenennæ filij,Annæ autem non erant liberi. D

EXPOSITIO LITERÆ.

1. ET *habuit,* &c. Non minorem nobis dicendi ſegetem præbet hic numerus, quàm præcedens, propter difficultates, quæ in eo continentur; quas diſſimulare æquum non eſt,ſed quantùm locus patitur,explicare.Igitur præmiſſo genere Elcanæ,duo in hoc numero proponuntur.Primum,ſtatus Elcanæ. Secundum, aliquot eiuſdem ſtatus circunſtantiæ. Quod ad primum attinet,dicitur fuiſſe coniugatus, & duas vxores habuiſſe. In qua re duplex conſurgit difficultas. Vna, an Leuitæ, de quorum numero fuit Elcana,& ſacerdotes veteris legis,illicitè contraherent; & in eo à nouæ legis Clero diſtinguerentur. Altera,an polygamia licita fuerit in lege veteri, illicita in noua; & quænam ſit huius diſcriminis ratio. Vtramque difficultatem in ſequenti annotatione commodiùs explicabo. E

Duplex difficultas in Elcanæ ſtatu explicanda.

2. *Triplici ex capite vxores Elcanæ diſtinguuntur.* *Nomen vni Anna,* &c. Quod attinet ad ſecundum, nimirum huius ſtatus circunſtantias, diſtinguuntur inter ſe vxores Elcanæ triplici ex capite. Primò,ex diuerſo nomine.Vna enim dicitur Anna, id eſt, *gratia:* altera Phenenna,id eſt, *conuerſio.* Vtriuſque nominis myſteria ex dicendis patebunt. Secundò,ex eo,quòd vna fuerit prior,non ſolùm tempore, ſed etiam dignitate, nimirum Anna: altera vtroque modo poſterior,nempe Phenenna.Tertiò, quòd Anna erat ſterilis,carens filiis:Phenenna autẽ fœcunda, filios habens; quamuis quinam illi fuerint, neque hoc loco, neque vſquam alibi explicetur:forte quod nihil memoria dignum egerint. In qua re duplex quoque oritur difficultas. Prior,cur potiùs Anna ſterilis fuerit,quàm Phenenna. Poſterior,quid vnius ſterilitas, & alterius fœcunditas ſignificarint. Vtraque etiam in proxima annotatione opportuniùs exponetur.Vnde tota huius numeri hiſtoria perſpicua remanebit. *Duplex quæſtio de Annæ ſterilitate,& Phenennæ fœcunditate.*

ANNOTATIO V.

CIRCA LITERAM.

Illuſtratur Elcanæ ſtatus clericalis, & coniugalis.

QVADRIPARTITA erit hæc annotatio,iuxta illas quatuor difficultates,quas in litera propoſui explicandas. Et quamuis omnes ad hiſtoriam huius loci declarandam requirantur:tamen etiam ad mores excolendos magna ex parte transferentur. C

SECTIO I.

Vtrùm Clerus veteris,ac nouæ legis,profeſſione caſtitatis diſtinguantur.

CLeri nomine in lege veteri intelligo non ſolùm ſacerdotes, ſed etiam ſimplices Leuitas: in noua autem lege intelligo omnes in ſacris ordinibus conſtitutos.Præterea loquor de illa profeſſione caſtitatis,quæ matrimonium excludit. Et omiſſis aliis differentiis, quæ inter veteris,& nouæ legis ſacerdotes intercedunt,ſolùm ago de illorum coniugio,& horum cœlibatu. 1. *In quo ſenſu procedat quæſtio.* D

Dico ergo primò. In lege veteri, tam ſacerdotes, quàm Leuitæ licitè contrahebant. Patet in Moyſe, Aarone, Eleazaro, Phinee, Heli, Elcana, Samuele,Zacharia,& pluribus aliis,qui ſacerdotes, aut Leuitæ fuerunt,& nihilominus coniugati. Ratio verò, cur illis hominibus permitterentur coniugia, triplex eſſe poteſt. Vna ad humanum genus propagandum, & in gratiam futuri Meſſiæ, qui ex illo populo naſciturus ſpectabatur. Altera, quia ſic vt miniſteria veterum ſacerdotum, & Leuitarum, non erant adeò ſancta, vt in lege noua; ita etiam tantam non requirebant in miniſtris ſanctitatem. Tertia, quam tradit D. Ambroſius in 1. ad Timoth. 3. hiſce verbis: *Veteribus,* inquit, *idcircò conceſſum eſt Leuitis, aut ſacerdotibus vxores ad vſum habere, quia multum temporis otio vacabant à miniſterio, aut ſacerdotio. Multitudo enim erat ſacerdotum, & magna copia Leuitarum, & vnuſquiſque certo tempore ſeruiebat diuinis cæremoniis ſecundum inſtitutum Dauid. Hic enim viginti, & quatuor claſſes conſtituit ſacerdotum,vt vicibus deſeruirent.* 1.Paralip.24.à num.7. *Ita vt tempore, quo non illos contingebat deſeruire altari, domorum ſuarum agerent curam. Nunc autem oportet omnes à conuentu fœminæ abſtinere,quia neceſſe eſt eos quotidie præſtò eſſe in Eccleſia, nec habere dilationem, vt poſt conuentum legitime purificentur, ſicut veteres.* E

2. *Prima aſſertio. In lege veteri ſacerdotes, & leuitæ licitè contrahebant.*
Prima ratio cur coniugium hoc permitteretur.
Secunda.
Tertia. D.Ambr.

Itaque

Itaque ratio in hoc conſiſtit, quòd veteres ſacerdotes diu feriabantur à ſacris; noui autem ſacris quotidie operantur. Vnde illis licebat munditiem ad ſacra miniſteria requiſitam alternare: hi verò tenentur eaodem iugiter tennere. Has, & ſimiles rationes proſequuntur Beda in Lucam cap. 1. Euſebius lib. 1. demonſtrat Euangel. cap. 9. Tertul. in lib. de Monogamia. D. Hieron. in epiſt. 11. ad Gerontiam. D. Aug. lib de bono coniugali, cap. 9. & plures alij.

Beda. Euſeb. Tert. D. Hier. D. Auguſt.

3. *Secunda aſſertio. In lege gratiæ matrimonium clericis interdicitur.* Conc. Trid. Bellarm. Valent. Sancius.

Dico ſecundò. In lege gratiæ continentia matrimonium excludens ſacris ordinibus annexa eſt. Eſt de fide, in multis Concilijs, & nouiſſimè in Tridentin. ſeſſ. 24. can. 9. definita. De qua re noſtri Theologi latiſſimè diſputantes conſulantur, præſertim Bellarm. in 5. controuerſia generali lib. 1. de Clericis, cap. 9. & ſequentib. Valentia in controuerſijs, lib vnico de cœlibatu, à cap. 3. Sancius lib. 7. de matrimonio, diſp 27. Vaſquez tom 3. in 3. part. diſput. 247. & 248 & alij. Duplex tamen dubium excitari ſolet. Vnum, vtrùm talis continentia ſacro ordini annexa ſit ex iure diuino, an ex Eccleſiaſtico. Alterùm, vtrùm obligatio continendi, ratione voti, an præcepti Eccleſiaſtici conſurgat. Ad primum reſpondeo, eſſe annexam ex ſolo iure Eccleſiaſtico, cùm nullum de hac re præceptum diuinum, ſed ſolùm Apoſtolicum in nouo Teſtamento reperiatur. Ad ſecundum reſpondeo, talem obligationem ratione voti immediatè conſurgere, ita vt Eccleſia obliget initiandos ad votum continentiæ; deinde ex hoc voto obligatio continendi oriatur. Vnde fit, vt quamuis ſolum ius Eccleſiaſticum ſacris ordinibus continentiam annectat, obligando ad votum: nihilominus ordinati ſuppoſito voto ex iure naturali ad continentiam teneantur. Sed mitto hæc ſcholaſticis Theologis, quorum propria ſunt. Noſtro more res tota illuſtretur.

Hæc continentia ex iure Eccleſiaſtico annexa eſt. & ex voto immediatè conſurgit.

A B C

Continentia coniugalis illuſtratur.

4. *Coniugalis laicorum continentia Deo grata.*

SErmo eſſe poteſt, vel de coniugio laicorum, vel de coniugio veterum ſacerdotum. In vtroque maxima requirebatur olim continentia. In priori quidem facilè patet, ſi veteres Patriarchæ in memoriâ reuocentur. Dicitur Henoch genuiſſe Mathuſalem, & ſtatim ſubditur: *Et ambulauit Henoch cum Deo.* Geneſ. 5. n. 22. Et iterum dicitur genuiſſe filios, & filias, nec multò poſt rurſum ſubijcitur: *Ambulauitque cum Deo, & non apparuit.* Ibid. n. 24. In quem locum D. Chryſ. hom. 21. *Audiant,* inquit, *viri, & mulieres, & diſcant iuſti virtutem; nec putent nuptias in cauſa eſſe, quominus quis Deo placeat. Nam idcirco diuina Scriptura ſemel, & iterum id ſignificauit, dicens genuit Mathuſalem, & tunc placuit: & idem ingeminat, ac repetit dicens, & placuit poſtquam genuit; vt ne quis arbitraretur obſtaculum virtutis eſſe coniugium.* Cui D. Greg hom. 15. in Ezech. conſentit: nam oſtendens omnium virtutum exempla in ſacris literis reperiri: *Mentis,* inquit, *munditia cum coniugali copula eligitur? Henoch debet imitari, qui & in coniugio poſitus, ambulauit cum Deo, & non apparuit, quia tranſtulit illum Deus.*

D. Chryſ. D. Greg.

5. *Continentia Abrahami Dei reddit altare.*

Abrahamus tantam in coniugio continentiam ſeruauit, vt eius femur ſacrum altare videretur. Vnde ipſe ad ſuum ſeruum Eliezer: *Pone,* inquit, *manum tuam ſubter femur meum, vt adiurem te per Dominum.* Geneſ. 24. n. 2. Nam ſicut per aram, ita & per illud femur iuramentum fieri præcipiebat. Quaſi non minùs ſanctitatis haberet illud femur, in quo erat continentia coniugalis, quàm ara quælibet, in qua ſua Deo ſacrificia offerebantur. Virginem Demetriadem appellat D. Hieron. in epiſt. 8. *altare*, dum ait, ſe intermiſiſſe tractationem de templo Ezechielis, & de altari thymiamatis, quam cœperat, vt ad eam virginem ſcriberet; *& de altari,* inquit, *tranſirem ad altare.* Sicut igitur illa virgo propter virginalem pudicitiam, ita & Abraham propter coniugalem continentiam altare videbatur. Imò nec Ioanne virgine inferiorem eſſe Abrahamum coniugatum teſtatur D. Aug. lib. de bono coniugali, cap. 21. *Non eſt,* inquit, *impar meritum continentiæ in Ioanne, qui nullas expertus eſt nuptias, & in Abraham, qui filios generauit. Et illius enim cœlibatus, & illius connubium pro temporum diſtributione Chriſto militarunt.*

D Hier. *Virgines, Dei altare.*

Abrahæ continentia Ioãnis caſtitati æqualis. D. Auguſt.

A

6. D. Chryſ. *Iſaias in coniugio continens, Deum videre meruit.*

B Iſaiam coniugatum fuiſſe colligit D. Chryſoſt. hom. 4. in Iſaiam, ex illis verbis Domini ad eundem Prophetam: *Egredere in occurſum Achaz, tu, & qui derelictus eſt Iaſub filius tuus.* Iſaiæ 7. n. 3. Nam cum hic filius adulterinus non fuerit, vt omnes concedunt; neque ſolùm ſpiritualis, quidquid Lyranus exiſtimet; fit, vt ex vero matrimonio natus cenſeatur, vt Hebræi communiter affirmant. In quo tamen ſtatu Propheta tantam coluit temperantiam, vt acutiſſimam mentis aciem ad Deum intuendum conſeruarit, vt ipſemet teſtatur dicens: *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum,* &c. Iſaiæ 6. n. 1. *Quis,* inquit D. Chryſoſt. loco citato, C *hæc loquitur? Iſaias ille ſpectator cæleſtium Seraphim, qui cum coniugio commercium habuit, nec tamen extinxit gratiam.* Et paulò poſt inuehitur in eos, qui quominus virtutem colant, matrimonium cauſantur. *Adiutrix,* inquit, *tibi data eſt vxor, non inſidiatrix. An non habebat vxorem Propheta? neque tamen Spiritus gratiæ obſtabat coniugium. Moyſes nónne vxorem habebat? & tamen is petram dirupit, aerem immutauit, cum Deo colloquebatur, diuinam iram cohibuit. Abraham nónne habebat vxorem? & tamen pater factus eſt gentium, & Eccleſiæ.* Et plura addit in hanc ſententiam.

7. *Cur ſancti Patriarchæ ad fontes matrimonia inuenerint.* D. Aug. D. Ambr. Rupert.

Quæret aliquis non immeritò, cur veteres quondam Patriarchæ ad puteos, aut fontes aquarum D matrimonia inuenerint. Nam Iſaac, Geneſ. 24. à num. 11. Iacob, Geneſ. 29. à n. 2. Moyſes, Exod. 2. à num. 15. iuxta puteos, fontéſve aquarum ſua ſibi coniugia inuenerunt. Reſpondent D. Aug. ſer. 80. de Temp. D. Ambr. lib. de Abraham, cap. 9. Rupert. lib. 7 in Gen. cap. 27. rationem eſſe, vt ſignificetur, Chriſtum in illis Patriarchis repræſentatũ ad fontem baptiſmatis Eccleſiã inueniſſe. Addo & aliam rationem in rem noſtram, vt ſignificetur, illos Patriarchas non inter æſtuantis concupiſcẽtiæ ignes, ſed inter expiantis diuinæ gratiæ fontes matrimonia contraxiſſe. Quid ſanctius, quid honeſtius eſſe poteſt, quàm Eccleſia? D. igitur Paulus bonorum coniugum familiam, Eccleſiam appellat: *Salutate,* inquit, *Priſcam, & Aquilam, & domeſticam Eccleſiam eorum.* Rom. 16. n. 3. & 5 Et rurſum: *Salutant,* E inquit, *vos in Domino multùm Aquila, & Priſcilla, cum domeſtica ſua Eccleſia.* 1. Corinth. 16. num. 19. Quorſum verò profanæ domui tam ſacrum, & auguſtum nomen imponit? Optimè Theophylact. *Quia vbi.* inquit, *multa pietas eſt & virtus, domus illa Eccleſia dicitur: proinde matrimonio iuncti hic audiant, quòd matrimonij nomine ad virtutem neque impediantur, neque lædantur.*

Domeſtica iuſtorum familia cur Eccleſia dicatur.

Theoph.

8. *Coniugalis continentia matrimonij felicitas.*

Adde, cùm matrimonium honeſtiùs exercetur, tunc feliciùs à Deo fœcundari. Vnde in teſtamento duodecim Patriarcharum, quod in Bibliotheca Patrum circumfertur, dicitur Rachel, quia pro mandragoris virum à ſe repulit, & vna nocte continentiam elegit, Geneſ. 30. num. 15. à Deo diuinitùs fœcundata; quaſi coniugij continentia,

optima ſit filiorum procreatrix. Non ſine myſte-
rio,& Sara dicebat ſe Abrahæ ſororem.Geneſ.12.
num.13.& Abraham ſororem ſuam illam,appella-
bat. Geneſ. 20. num. 2. quia tanta vterque conti-
nentia viuebant, vt non coniuges, ſed fratres vi-
derentur. Et cùm ex lege coniugij eſſent duo in
carne vna.Geneſ.2.num.24. tamen ex amore con-
tinentiæ thoro diuiſi habitabant. Quod mihi vi-
detur Sara aliquando ſignificaſſe,dicens: *Poſtquàm
conſenui, & dominus meus vetulus eſt, voluptati ope-
ram dabo?* Geneſ.18. num. 12. Quaſi ipſum vſum
coniugalem, vt rem apud ſe prorſus inſolentem
deteſtaretur. Sed vide, quo profecerit tam eximia
continenna. Nam Dominus ad Abrahamum: *Ha-*
B *bebit*, loquit, *filium Sara vxor tua*. Geneſ.18.n.10.
Ac ſi propter illam continentiam digna eſſet, quæ
diuinitùs fœcundaretur.

9.
Incontinentia, matrimonij ſterilitas.

Duo quondam filij Iudæ, Her, & Onan, vnus
poſt alterum contraxerunt cum Thamar: neuter
ex ea liberos ſuſcepit, vt patet Geneſ.38.à num.7.
Non aliam credo ob cauſam, niſi, quòd vterque
incontinentia laborarit: vnus quidem, vt in ipſa
litera exprimitur; alter verò, vt communiter He-
bræi teſtantur. Vbi enim coniugalis caſtitas non
eſt, inde planè debet fœcunditas exulare. Quàm
infauſta fuerunt illa coniugia, quæ ſeptem viri
cum Sara filia Raguelis contraxerunt? Omnes
enim ad vnum diabolus interfecit. Nam vt bene
Angelus ad Tobiam: *Qui coniugium ita ſuſcipiunt, vt*
C *Deum à ſe, & à ſua mente excludant, & ſuæ libidini ita
vacent, ſicut equus, & mulus, quibus non eſt intellectus,
habet poteſtatem dæmonium ſuper eos*. Tob.6.n.17. At
verò illud coniugium, quod Tobias iunior cum
eadem Sara contraxit, quàm felix, & fortunatum
euaſit? Quia ſcilicet accepit *virginem*, inquit textus,
*cum timore Domini amore filiorum magis, quam libidine
ductus, vt in ſemine Abrahæ benedictionem in filiis con-
ſequeretur*. Ibid. n. 22. Felicitas igitur coniugij ex
continentia coniugum proficiſcitur.

10.
Euſeb.
Coniugio non voluptatis, ſed neceſſitatis cauſa, vtendum.

Quare Euſeb.lib.1. demonſtrat.Euangel.cap.9.
meritò laudat veteres illos Patriarchas, qui con-
iugio non voluptatis, ſed neceſſitatis cauſa vte-
bantur. Quid enim caſtius Noë,qui poſt diluuium
D in ſumma hominum penuria ſummam exhibuit
continentiam? Nam 350.annos vixit, Gen.9.n.18.
Solus, inquit Euſeb. *cum familia; & cùm reliqua omnia
periiſſent, ipſe nullos dicitur filios procreaſſe*. Quid
continentius Iſaac? *Qui vbi*, inquit Euſeb. *ex vna
vxore gemina prolis pater factus eſt, deſiit cum illa con-
ſueſcere*. Quid denique Ioſepho temperantius? qui
ex vnica vxore duorum tantùm filiorum pater ef-
fectus in poſterum coniugalem licentiam ampu-
tauit. Ita ferè Euſebius philoſophatur. Sed & D.

D.Chryſ.
In coniugio monaſtica vitæ perfectio imitanda.

Chryſ. hom.57.ad populum Antioch. circa finem
monet, vt vrbem habitantes monachorum ſapien-
tiam imitentur. *Quoniam*, inquit, *in principio ab*
E *Apoſtolis inſtructi homines, ciuitates quidem habitabant,
& ſolitudines petentium pietatem exhibebant. Alij verò
officinis præpoſiti, vt Priſcilla, & Aquila, & omnes Pro-
phetæ, & vxores habebant, & domos, vt Iſaias, Ezechiel,
& magnus Moyſes, & inde nihil ad virtutem lædeban-
tur*. Plura de hac re D.Aug. lib. de bono coniugali
pluribus capitibus, & lib.3. doctrinæ Chriſtianæ,
à cap. 18.

D.Auguſt.

11.
Veterum ſacerdotum in coniugio continentia.

Iam verò in coniugio veterum ſacerdotum
quantam inueniri continentiam oportebat, cùm
tanta à laicis coniugatis exigeretur? Qui olim in
tabernaculo miniſtrabant, tunicis induebantur,
non ſericis,aut laneis, quæ ex carne oriuntur, ſed
lineis, quæ naſcuntur è terra: eáſque inſuper bal-
theis conſtringebant. Exod. 28. num.4. In quem
locum Beda lib.3. de tabernaculo, cap.8. *Tunicas*,

Beda.

A inquit, *habent ſacerdotes lineas, cùm totum corpus can-
dori caſtitatis dedicant: baltheis tunicas cingunt, cùm ea-
dem caſtimoniam vigilanti mentis cuſtodia circumſpi-
ciunt*. Et ſtatim: *Accingantur ergo tunicis lineis, vt ca-
ſtitatem habeant; accingantur baltheis, ne caſtitas remiſſa
ſit, ne vento elationis aditum pandat, ne caſtitatem frigere
faciat, ne iactantia præſumptionis bona opera impediat,
& tandem ad ruinam ſuperbiendo impellat*.

Vbi notandum obiter, virtutem caſtitatis adeò 12.
eſſe generoſam, & nobilem, vt ex nulla alia poſſit
quis ſuperbiùs gloriari; ſicut ex nullo alio vitio,
quàm ex oppoſito caſtitatis, maior humilitatis oc-
caſio conſurgit. Hinc eſt, quòd D. Paulus dixerit:
Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi
B *ſtimulus carnis meæ*. 2.Corinth.12.n.7. Vbi D.Iren.
lib.5.contra Valentinianos: *Traditus*, inquit, *eſt ſuæ
infirmitati homo, ne elatus aliquando excederet à veri-
tate*. Et Haymon: *Per venenum*, inquit, *fugabat ve-
nenum; venenum libidinis, & tentatio carnis fugabant
ab illo venenum ſuperbiæ*. Si ſic humiliat, & confun-
dit ſola tentatio, quid ruina? Certè magnus olim
Alexander, vt in eius vita ſcribit Plutarch. cùm à
libidine vacabat, Deum ſe credebat, cùm in illius
motus incidebat, hominem; dixerim potiùs dæmo-
nem.

Caſtitatis nobilitas.
D.Iren.
Libido venenum.
Plutarch.

Sed redeo ad inſtitutum. Imperabatur itaque 13.
ſacerdotibus antiquis caſtimonia coniugalis, cum
omni munditia, ac temperantia. Imò per triduum
antequam ad ſacra miniſteria accederent, ſanctifi-
C cari iubebantur, & ab omni conſortio coniugali
abſtinere, iuxta illud: *Eſtote parati in diem tertium,
& ne appropinquetis vxoribus veſtris*. Exod.19.n.15.
quod præceptum non ſolùm ad laicos, ſed pecu-
liari ratione ad ſacerdotes ſpectabat. Et propterea
ſtatim additur: *Sacerdotes quoque, qui accedunt ad
Dominum, ſanctificentur, ne percutiat eos*. Ibid. n.22.
Vbi vides imperari ſacerdotibus ſanctificationem
ſub comminatione grauis pœnæ, cùm tamen lai-
cis ſine vllis minis imperetur; perinde ac ſi maior
ſacerdotibus, quàm laicis ſanctificationis obliga-
tio imponatur. Tres igitur dies etiam à licito con-
iugio abſtinere ſacerdotes veteres tenebantur, an-
tequam ad ſacra miniſteria admitterentur. Vnde
D niſi Dauid 1. Reg. 21. à num.5.ſe ſuóſque omnes
ab heri, & nudius tertius, hoc eſt, toto triduo
mundos eſſe fateretur, nunquam à ſacerdote
Abimelech panes propoſitionis Deo dicatos im-
petraret.

Ante rem ſacram per tres dies ſacerdotibus legis veteris imperabatur continentia.

Nunc primùm agnoſco illud myſterium, quod 14.
in ſacrificio Abrahæ eniteſcit. Filium ſacrificatu-
rus domo exit, & trium dierum itinere confecto,
ad montem venit, vbi victimam Deo immolet.
Abiit, inquit textus, *ad locum, quem præceperat ei
Deus: die autem tertio eleuatis oculis vidit locum procul*.
Geneſ.22.num.3.& 4.Cur,obſecro,non domi, ſed
foris; cur non ſtatim, ſed poſt tres dies voluit
E Deus, vt immolaret? An vt ſignificaret Chriſtum
Dominum, qui tertio à ſua proditione die fuit in
crucem actus? Ita Gloſſ.interlin. An vt tres ætates,
naturæ,legis, & gratiæ,in quarum vltima Chriſtus
obijt, repræſentaret? Ita D.Hieron. An vt paterna
viſcera per totum triduum diutiùs torquerentur,
& obedientiæ meritum augeretur? Ita Origen. An
vt prudenter, ac deliberatè diuinum obſequium
egiſſe videretur; non verò temerè, & inconſultò,
ex repentino aliquo motu paſſionis? Ita Lyran. &
Abul. His rationibus addo vltimam, vt gratum
Deo ſacrificium peracturus, priùs per tres dies à
domeſticis curis, & coniugalibus negotijs vacaret.
Quaſi minùs gratum Deo ſacrificium ſit illud, in
quo deeſt munditiès ſacrificantis, & perfecta à
terrenis curis ſeparatio.

Cur poſt triduum Abraham filium immolare voluerit.
Gloſſ.
D.Hieron.
Orig.
Lyran.
Abul.
Abrahamus à coniugalibus curis vacans, gratiùs ſacrificat.

Cæterùm

15. *Veterum ſacerdotũ puritas, aũ per hebdomadã in templo faciebant.*

Cæterùm ipſo tempore, quo ſacra miniſteria celebrabantur, quanta in miniſtris puritas, & ſanctitas requirebatur? Cùm olim non omnes ſimul ſacerdotes in templo miniſtrarent, ſed ſinguli per ſuas vices diſtributi, & in orbem redeuntes ſacra miniſteria obirent, vt initio Sectionis, §. 3. ex 1. Paralip. 24. D. Ambr. interprete, obſeruauimus; certum quibuſque tempus ad miniſtrandum contingebat; quod octo dierum fuiſſe ex 4 Reg. 11. n. 7. & 2. Paral. 23. num. 5. non obſcurè colligitur, vbi die ſabbatbi alij ſacerdotes templo egredi, alij in templum ingredi dicuntur. Porrò toto illo octiduo miniſtri in templo morabantur, quin proprias domos frequentarent, vt planè colligitur ex Luc. 1. num. 23. vbi de Zacharia dicitur: *Vbi* B *impleti ſunt dies officij eius, abiit in domum ſuam.* Ac ſi ante impletos dies, templo egredi, domùmque ſuam redire non liceret. Quorſum verò iſta conſuetudo ſpectabat? Eò quidem, niſi fallor, vt dum ſacris myſterijs fungerentur, nulla animum labes ex ingreſſu domorum ſuarum, & coniugalibus negotijs macularet. Quod mihi videtur Lyranus post Bedam, alióſque ſignificaſſe: *Tota*, inquit, *hebdomada, qua in templo miniſtrabat ſacerdos, in templo manebat, & non exibat ad propria negotia intentus ad diuina.*

Lyran.

16. *Moyſes diuina miniſteria peracturus vxorem cogitur relinquere.*

Notandum eſt, quid contigerit Moyſi in Ægyptum ex diuino imperio redeunti. C Adeſt illi in itinere Angelus, diſtringit gladium, minatur mortem: *Et volebat*, inquit textus, *occidere eum.* Exod. 4. n. 24. Quid hoc eſt? Cur tam diuerſi erga Tobiam, & Moyſem Angeli ſe exhibuerunt? Cur vnus comitatur Tobiam, alter inſidiatur Moyſi; cùm tamen non minùs Moyſes, quàm Tobias diuinam voluntatem exequatur? Ratio planè videtur, quod Moyſes diuina miniſteria peracturus, vxorẽ ſecum duceret in Ægyptum, quam procul à ſe debuerat relegare. Ita D. Aug. ſerm. 86. de Tempore: *Ex hoc loco*, inquit, *poſſumus intelligere, quod diſplicuerit Deo, quod Moyſes tanta facturus mirabilia, vxoris impedimentum ſecum ducere voluerit in Ægyptum.* Cum quo D D. Epiph. lib. 3. aduerſus hæreſ. cap. 78. conſentit: *Num*, inquit, *obliterantur nuptiæ? At à Prophetis, & Pontificibus cohibentur propter maius miniſteriũ. Nam poſtquam prophetauit Moyſes, non amplius vxori coniunctus eſt: habebat enim vitam Domino vacantem. Quomodo enim potuiſſet in monte Sina quadraginta noctes, ac quadraginta dies degere, ſi nuptiis addictus fuiſſet? aut quomodo poſſet quadraginta annos in deſerto ad diſpenſationem Dei paratus eſſe, & ſacerdotio vacare, & quomodo myſteria explicare, & colloquia perficere, ſi nuptiis coniunctus fuiſſet?*

D. Auguſt. — *D. Epiph.*

17. *Euſeb.*

Nec aliter de hac re philoſophatur Euſeb. lib. 1. demonſtrat. Euangel. cap. 9. *Moyſes*, inquit, *atque eius frater Aaron, antequam ipſis Deus apparuerit, filios genuiſſe memorantur: poſtquam autem diuina oracula acceperint, non amplius genitos ab illis filios inuenies.* E Hac de cauſa Moyſes ab Angelo territus ſtatim vxorem in domum ſuam remiſit, & ſolus in Ægyptum perrexit; vt colligitur apertè ex cap. 18. Exod. num. 5. & 6. Vbi Moyſi illam ſolitudinem peragranti dicitur eius vxor occurriſſe; quaſi reuera eandem cum illo peregrinationem non ſuſceperit, ſed ſola in patria ſua habitarit. Quod D. Auguſt. quæſt. 12. in Exod. teſtatur, dicens ex aliorum ſententia, propter illam interfectionem, quam Moyſes ab Angelo formidauit, reuerſam fuiſſe eius vxorem cum filijs in terram Madian. *Ne*, inquit, *ad impedimentum miniſterij, quod diuinitus impoſitum Moyſes gerebat, fœmineus ſexus comitaretur.*

D. Auguſt.

18. En quanta puritate Moyſes, etſi coniugatus A fuerit, ad diuina miniſteria obeunda ſe præparauerit: adeò vt in ſtatu coniugali Angelicum tenuiſſe videatur. Nam ſicut quorumdam intemperies effecit, vt coniugium nihil quodammodo ab adulterio differret, iuxta illud D. Hier. lib. 1. contra Iouin. loquentis de mutuo coniugum amore: *Origo*, inquit, *amoris honeſta eſt, ſed magnitudo deformis. Nihil autem intereſt, quàm ex honeſta cauſa quis inſaniat. Xyſtus Pythagoricus in ſententiis; Adulter eſt*, inquit, *in ſuam vxorem, amator ardentior; in aliena quippe omnis amator turpis, in ſua nimius. Quorumdam matrimonia adulteriis cohæſerunt.* Hoc eſt, paria fuerunt. Sicut igitur quorumdam intemperies ex coniugio adulterium effecit: ita planè Moyſis continentia in B cauſa fuit, vt eius coniugium nihilo à cœlibatu, imò neque ab Angelico ſtatu diſtingueretur. Nam propterea Moyſes cum Helia cœlibe, Chriſto Domino in monte gloriæ teſtis adfuit. Matth. 17. n. 3. Et propterea crediderunt multi fuiſſe ab Angelis ſepultum; vt D. Epiph. lib. 1. contra hæreſes, c. 9. teſtatur: *Sepelierunt*, inquit, *Angeli, velut habet traditio, quæ ad nos deuenit, corpus Moyſis ſancti, neque inquinati ſunt à ſancto corpore.* Nec immeritò. Sicut enim in Angelo nulla poteſt macula hærere, propter eius ſpiritualitatem: ita nulla à Moyſe potuit emanare, propter eius caſtitatem.

Moyſes in coniugali continentia Angelicum tenuit ſtatũ. — *D. Hier.* — *Moyſes propter continẽtiam ab Angelis ſepultus.* — *D. Epiph.*

19. *Ethnicorum etiam ſacerdotes caſti.*

Sed quid mirum tantam requiri puritatem in C antiquæ legis ſacerdotibus, cùm etiam inter Ethnicos non abſimilis quondam fuerit requiſita? Caſtos per antonomaſiam ſuos antiquitas ſacerdotes appellabat. Virg. 6. Æneid.

Virg.

Quique ſacerdotes caſti dum vita manebat.

Ouid. lib. 2. Faſtor. de ramo, quo ſacerdotes coronabantur,

Ouid.

——Qui caſus ab arbore pura
Caſta ſacerdotum tempora fronde tegit.

Veſta non niſi virginibus ſua ſacra committebat. Vnde idem Vates lib 4. Faſt.

Veſta ſacerdotes virgines.

Quid mirum virgo ſi virgine læta miniſtra,
Admittit caſtas in ſua ſacra manus?

D Apollo ſicut à ſuo limine profanos, & impuros omnes abſterrebat, ita ad ſua oracula non niſi Sibyllas caſtitatis eximias cultrices inuitabat. Iouis ſacerdotes in Creta caſtam duxiſſe vitam teſtatur Euripides apud Porphyr. lib. 4. de abſtinentia. Vnde Ouid. 1. Faſt.

Sibylla virgines. — *Porphyr.*

—Caſtus Iouis æde ſacerdos.

Cybele Deorum mater, vt vocabant, non niſi eunuchatos ſacerdotes eligebat, vt in perpetua continentia perſeuerarent. Quid, quod etiam Veneris, quæ erat totius impudicitiæ gurges, & vorago, ſacerdotes pudicitiam colere tenebantur, teſte Muſæo Poëta antiquiſſimo?

Cybeles miniſtri. — *Veneris ſacerdotes.*

20. *Iunonis, Apollinis, & Cereris miniſtri caſtitate præſtantes.* — *Tert.*

Cæteri quoq; Ethnicorũ Dij caſtis ſacerdotibus E vtebantur, vt de Iunone Achæa, & Apolline Delphico, & Cerere Africana teſtatur Tertull. libro 1. ad vxorem de Monogamia, capite ſexto: *Achæa*, inquit, *Iunoni virgo ſortitur. Quæ Delphis inſaniunt, nubere neſciunt. Viduas Africana Cereri aſſiſtere ſcimus, duriſſima quidẽ obliuione matrimonij allectas.* Et paulò poſt: *Hæc*, inquit, *diabolus præcipis, & auditur; prouocat nimirum Dei ſeruos continentia ſuorum, quaſi ex æquo. O continentiam gehennæ ſacerdotem! Nam inuenit, quomodo homines etiam boni ſectationibus perderet; & nihil apud eum refert, alios luxuria, alios continentia occidere.* Neque ſolùm Ethnici illi ſacerdotes continentiam ſeruabant, ſed etiam abſtinentiam earum rerum, quibus illa læderetur. Romani ſacerdotes capram, vtpote animal libidinoſum, non edebant; imò neque nominabant. Diales flamines

Ethnicorum ſacerdotes vel à minimis caſtitatis impedimentis abſtinebant.

flamines ab vſu fabæ, quod libidinis flammam excitaret, abſtinebant; vt videre eſt apud Plutarchum in problematis Romanorum; imò hederam laſciuiæ ſymbolum, quod omnia ſuo amplexu vinciret, nec attingere, nec nominare audebant. Sacerdotes verò Ægyptij omnem vſum ſalis à ſe procul abdicabant, ne quem inde libidinis motum paterentur. At verò Græcorum ſacerdotes rutam frequenter in cibum adhibebant, quod eam habere crederent natiuam quandam vim ad motus concupiſcentiæ coërcendos. Vnde illud Ouidianum de remedio amoris,

Ouid.

Vtilius ſumas acuentes lumina rutas,
Et quidquid Veneri corpora noſtra negas.

Athenienſib antiſtites euirati. D Hieron. Tertul. D Aug. Mich de Med.

Hierophantæ, id eſt, ſacrorum antiſtites apud Athenienſes, vt refert D. Hier. epiſt. 11. euirabantur, & æterna debilitate caſti fiebant. Qua de re plura D. Hier. lib. 1. contra Iouin. Tertul. lib. de exhortatione caſtitatis. D. Aug. ſerm. 37. ad fratres in Eremo. Tiraq. in leg. 15. connub. à n. 118. Michaël. de Med. lib. de ſacrorum hominum continentia, c. 53.

Illuſtratur ſacerdotalis continentia legis nouæ.

21. *Sacerdotes cælibes, cælites.* Euſeb.

HActenus de continentia coniugali, tam inter laicos, quàm inter ſacerdotes veteris legis ſeruari ſolita: nunc de ſacerdotali à ſacerdotibus legis nouæ ſeruanda. Nam *ſacerdotes cælibes*, imò *cælites*, vt loquitur Euſeb. Cæſar. lib. 1. demonſtrat. Euangel. cap. 9. *ab hac mortali vita ſeiuncti, ipſúmque duntaxat corpus in terra gerentes; cogitatione verò, & animo in ipſo cælo degentes, quaſi quidam cælites reliquorum hominum vitam deſpiciunt; quippe qui pro vniuerſo genere ſupremo omnium Deo ſacrati ſint.* Tria igitur ſunt munera ſacerdotum in lege noua, quæ illos obligant ad eximiam continentiam, & propè Angelicam exhibendam; nempe ſacrificandi, orandi, & docendi.

Tria munera legis nouæ ſacerdotes, ad Angelicam obligant puritatem.

22. *Ad ſacrum faciendum, ſumma in ſacerdote puritas requiritur.* D. Hieron.

Primum illud ſacrificandi munus quantam requirit non ſolùm in animo, ſed etiam in corpore ſanctitatem? D. Hieron. in cap. 1. Epiſt. ad Titum, multas requirit in Epiſcopo virtutes; continentiam verò maiorem, quàm ſacerdotalem non deſiderat: ac ſi maior eſſe nequeat, quàm illa, quæ ad Chriſti corpus conſecrandum requiratur. *Quomodo*, inquit, *manſuetudo, patientia, ſobrietas, & inter cunctos laicos eminentia eſſe debent in Epiſcopo, ſic & caſtitas propria, &, vt ita dixerim, pudicitia ſacerdotalis, vt non ſolùm ab opere ſe immundo abſtineat, ſed etiam à iactu oculi, & cogitationis errore, mens Chriſti corpus confectura ſit libera.* Quis ignorat nefandiſſimum fuiſſe ſcelus Iudæorum Chriſtum Dominum cruci affigentium? At ſacerdotes, qui immundo corde ad altare Domini accedunt, culpa ſunt pares; iteratione eiuſdem culpæ longè deteriores. Vnde Tertul. lib. de idololatria, cap. 7. loquutus de iis, qui idola faciebant, & corpus Chriſti Domini ſacrificabant: *Proh ſcelus!* inquit, *ſemel Iudæi Chriſto manus intulerunt: iſti quotidie corpus eius laceſſunt. O manus præcidendæ!*

Indignè ſacrificans Sacerdos, Chriſtum cruci affigit. Ter.

23. *Sacerdotes impuri ad altare accedentes, grauiter puniendi.* D Baſil.

Notandum eſt illud Dei præceptum ad veteres ſacerdotes: *Omnis homo*, inquit, *qui acceſſerit de ſtirpe veſtra ad ea, quæ conſecrata ſunt, & quæ obtulerunt filij Iſraël Domino, in quo eſt immunditia, peribit coram Domino. Ego ſum Dominus.* Leuit. 22. num. 3. Vbi D. Baſil. lib. 2. de Baptiſm. cap. 7. *Si tales*, inquit, *minæ aduerſus eos poſitæ ſunt, qui temerè ad ſacra accedũt, quæ ab hominibus ſacrificantur: quid dicendum eſt de eo, qui in tantum, ac tale myſterium temerarius eſt?* Et ſtatim addit, quod cap. 1. clariùs aſſeuerat, *tanto ſceleſtiorem eſſe eum, qui nunc impurus Chriſti Domini corpus ſacrificat, quàm illum, qui olim ſanguinem arietum, & taurorum immolabat; quanto Chriſti Domini corpus excellentius eſt, quàm arietes, & tauri.* Fuit illa Ethnicorum conſuetudo, vt victimas Deo offerẽdas, antequam ad aram ſiſterent, diligenter expenderent, an aliqua labe, aut vitio laborarent; ipſi tamen parum ſoliciti, puriſne, an ſordidis mentibus ſua Deo ſacrificia offerrent. Quam rerum peruerſitatem indigniſſimè ferens Tertul. in Apolog. cap. 30. *Miror*, inquit, *cùm hoſtiæ probantur penes vos à vitioſiſſimis ſacerdotibus, cur præcordia potiùs victimarum, quàm ipſorum ſacrificantium examinantur.* Quid enim indignius, quàm pura Deo ſacrificia ab impuris ſacerdotibus offerri, & magno ſacrificia, nullo ſacerdotes examine probari? Iuſtas pœnas dederunt illi Galilæi malè ſacrificantes, quorum ſanguinem Pilatus miſcuit cum ſacrificijs eorum. Luc. 13. n. 1. Vbi D. Ambr. hanc hiſtoriam malè ſacrificantium figuram interpretatur: *Figura*, inquit, *quædam videtur eos tangens, qui coactu diabolico non purè offerunt ſacrificium.* Oportet enim, vt non niſi ſanguine expientur eæ ſordes, quæ ab impuris ſacerdotibus contrahuntur.

Non tam ſacrificij puritas, quàm ſacientis probanda. Tert. D. Ambr.

Cùm Deus olim vellet ſacerdotes eligere, vel potiùs iam electos confirmare, ad tollendam inuidiam multorum, totam ſortibus electionem cõmiſit. Iuſſit enim, vt ſingulæ tribus ſingulas virgas aridas in medium conferrent; & ex ea tribu ſacerdotes eligerentur, ſeu confirmarentur, cuius virga in ſequentem diem viruiſſe, ac floruiſſe deprehenderetur. Numer. 17. à num. 2. Sed cur, obſecro, indicio florentis virgæ ſacerdotes confirmantur? Reſpondet D. Ambroſ. lib. 10. epiſt. epiſt. 80. *Quod nunquam ſacerdotalis marceſcat gratia, & ſumma humilitate habeat in ſuo munere commiſſa ſibi florem caſtitatis.* Ac ſi nullum ſit manifeſtius argumentum, & expreſſior character ſacerdotalis dignitatis, quàm perpetuus flos, & viror caſtitatis. Vnde Chriſtus Dominus ſacroſanctum ſui corporis, & ſanguinis ſacrificium in monte Caluariæ oblaturus, viridi ſe ligno comparauit. Luc. 23. num. 31. Vt & nos cùm idem ſacrificium Deo quotidie offerimus, eundem virorem caſtitatis retinere ſtudeamus. 24.

Caſtitatis flos, ſacerdotis inſigne. D. Ambr.

Quærit Abul. q. 11. in locum citatum Numer. vtrùm illa virga Aaronis, quæ ſemel floruit, & in tabernaculo ſeruabatur, flores aliquando amiſerit, an perpetuò conſeruarit. Et reſpondet, perpetuò virentem, & florentem perſtitiſſe, vt perpetuum electioni à Deo factæ redderet teſtimonium. Meritò igitur virga, quæ fuit index ſacerdotalis dignitatis, perpetuò effloreſcit. Nam, vt rectè Origenes homil. 21. in Num. *Illius*, inquit, *tantùm eſt offerre ſacrificium indeſinens, qui indeſinenti ac perpetuæ ſe deuouerit caſtitati.* Quærunt etiam aliqui curioſè, ex quanam arbore fuerit illa virga. Et reſpondent Orig. Philo, Procop. Oleaſter, & alij fuiſſe ex amygdalo; probántque ex eo, quod Num. 17. num. 8. dicatur germinaſſe virga, & turgentibus gemmis erupiſſe flores, qui in amygdalas dilatati ſunt. In qua re hoc myſterium agnoſcunt; quia ſicut amygdalus omnium arborum citiſſimè, & diutiſſimè vireſcit: ita ſacerdos in illa virga typicè figuratus, non temporariam tantùm ſeruare debet animi puritatem, ſed æternam. Cæterùm Abulenſ. loco proximè citato longè diuerſam abijt in ſententiam: dixit enim illam virgam non fuiſſe ex amygdalo; & tamen, vt miraculum maius exiſteret, in flores, fructúſque amygdalinos erupiſſe. Si ita eſt, vide quanta in Sacerdote caſtimonia requiratur: qui non ſolùm habere debet virtutes hominum proprias,

25. Abul. *Florida Aaron virga, ſacerdotalis caſtitatis ſymbolum nunquam defloruit.* Orig.

Orig. Philo. Procop. Oleaſt. *Fueritne hæc virga ex amygdalo.* Abul.

prias, ſed etiam puritatem quandam peregrinam, plusquàm humanam, ac propriam Angelorum. Nam vt rectè D. Ambroſ. lib. 1. de virginibus: *In cælo*, inquit, *patria eſt caſtitatis; hîc aduena, ibi incola eſt*. Et Tertul. lib. 1. ad vxorem, cap. 4. *In terris*, inquit, *non nubendo de familia Angelica deputantur*. Cui concinit D. Petr. Chryſolog. ſerm. 143. *Semper*, inquit, *eſt Angelis cognata virginitas; in carne præter carnem viuere, non terrena vita eſt, ſed cæleſtis. Et ſi vultis ſcire, Angelicam gloriam acquirere, maius eſt, quàm habere: eſſe Angelum, felicitatis eſt: virginem eſſe, virtutis. Virginitas enim hoc obtinet viribus, quod habet Angelus ex natura.*

D. Ambr.
Tert. Caſtitatis patria, cælum: terra, exilium.
D. Petrus Chryſol.

26\. Sed quid dico Angelicam puritatem? Maiorem, ſi fas eſt dicere, habeat neceſſe eſt, qui in lege noua fungitur ſacerdotio. Angelus eſſe debuit in lege veteri ſacerdos. Hæc enim cauſa fuit, quòd cùm natiuitatem Iſaac, Samſonis, Baptiſtæ, & aliorum Angeli nuntiarint, vt patet Gen. 18. n. 10. Iudic. 13. n. 3. Luc. 1. n. 13. tamen natiuitatem Samuelis, qui nihilo cæteris inferior videbatur, non Angelus, ſed Heli ſacerdos nuntiauit. 1. Reg. 1. n. 17. Planè quia nihil antiquus ſacerdos ab Angelo differebat. At in lege noua ſacerdos, qui ad diuinum Euchariſtiæ myſteriũ accedit, ſupra Angelos eſſe debet. Nam & Angeli indignos ſe exiſtimant, qui ad tantum myſterium appropinquent. Erant olim Cherubini & in tabernaculo Moyſis, & in templo Salomonis: ſed in tabernaculo ſupra propitiatorium; in templo tamen infra propitiatorium conſtituti, vt deducitur ex cap. 25. Exod. à num. 18. & ex 3 Reg. 6. à num. 19. & Ribera lib. 2 de tabernaculo, cap. 7. confirmat. Quorſum verò hæc? Sanè quia in tabernaculo, hoc eſt, in Synagoga, non formidabant Angeli diuinis ſe ingerere ſacrificijs, vt patet in ſacrificio Manue, de quo dicitur: *Cumque aſcenderet flamma altaris in cælum, Angelus pariter in flamma aſcendit.* Iudic. 13. n. 20. Quaſi Angelus, vt interpretatur Ioſephus, in fumo illius ſacrificij, tanquam in curru ad cælum aſcendere videretur. At verò in templo, hoc eſt, in Eccleſia, ſacrificium Euchariſtiæ adeò Angeli venerantur, vt ad illud propiùs accedere reformident. Sæpe enim viri ſancti Angelos in terram pronos, dum Miſſa celebraretur, conſpexerunt, vt D. Chryſ. lib. de ſacerdotio, D. Greg Magn. lib 4 Dialog c. 58. aliique teſtantur. Quænam ergo puritas mentis ad hoc ſacrificium requiratur, ſi Angelica non ſufficiat? Planè neceſſaria eſt diuina.

Angelus eſſe debuit in lege veteri ſacerdos.
In noua pluſquàm Angelus puritate.
Ribera. Sacram Euchariſtiam Angeli venerantur.
Ioſeph.
D. Chryſ. D. Greg.

27\. Vnde Chriſtus Dominus primus eſſe voluit huius ſacrificij ſacerdos. Primus ſuum corpus conſecrauit, primus ſumpſit, primus alijs diſtribuit, vt futuris ſacerdotibus tanti muneris ſubeundi ſe traderet in exemplum, ne ad hoc ſacrificium accederent, priuſquàm ad Chriſti Domini puritatem acceſſiſſent. Nam cùm olim Dauid confugeret ad Gethæos: *Immutauit*, inquit textus, *os ſuum coram eis, & collabebatur inter manus eorum.* 1. Reg. 21. n. 13. D. Auguſt conc. 1. in Pſal 33. legit, *& ferebatur in manibus ſuis.* Et ſtatim quæſtionem excitat: *Quis*, inquit, *portatur in manibus ſuis? manibus aliorum poteſt portari homo, manibus ſuis nemo portatur.* Et reſpondet: *Quomodo*, inquit, *hoc intelligatur in ipſo Dauid, ſecundum literam non inuenimus: in Chriſto autem inuenimus. Ferebatur enim Chriſtus in manibus ſuis, quando commendans ipſum corpus ſuum, ait: Hoc eſt corpus meum.* Itaq; Chriſtus omnium primus ſuum corpus conſecrauit, ne quis illud conſecrare audeat Antichriſtus: Chriſtum ſpiret, neceſſe eſt, qui Chriſti ſanguine potatur.

Chriſtus primus Euchariſtiæ ſacerdos, diuinam ſacerdotibus commendat puritatem.
D. Auguſt.

28\. Prohibuit olim Deus Iſraëlitis eſum ſanguinis: *Sanguinem*, inquit, *omnis animalis non ſumetis in cibum tam de auibus, quàm de pecoribus.* Leuit. 7. n. 26. Cuius præcepti rationem inquirunt interpretes. Lyran. quidem duas aſſignat. Vnam, vt ſanguis, in quo animalis vita conſiſtit, non tam in humanos vſus, quàm in diuinum obſequium dicaretur; & ſic homines recognoſcerent, ſe à Deo vitam accepiſſe. Alteram, ne ſi ſanguinem licitè comederent, minùs ab effuſione humani ſanguinis abhorrerent ad quam Iudæi proni ferebantur. Sed facit ad rem noſtram alia ratio, quam reddit D. Cyprianus ſerm. de cœna Domini: *Oportuit*, inquit, *ne ſanguini humano ſanguis pecudum miſceretur, ne putaretur vita hominis eo modo tranſitoria, quo vita pecudum innotescit.* Ex quibus Cypriani verbis ita colligo. Si illi, qui belluinum potabant ſanguinem, belluinam viuere vitam cenſebantur: quid mirum, ſi Chriſtiani diuinam agant vitam, qui diuino Chriſti Domini ſanguine potantur? Vnde addit idem Cyprianus: *Bibimus autem de ſanguine Chriſti, ipſo iubente, vt nos ad ſocietatem vitæ æternæ ſuo ſanguine reducat.* Hoc eſt, vt nos eiuſdem ſecum vitæ participes efficiat. Hoc enim iure dicebat D. Paulus: *Viuo ego, iam non ego, viuit verò in me Chriſtus.* ad Galat. 2 n. 20.

Cur eſus ſanguinis Hebræis prohiberetur.
Lyran.
D. Cypr.
Chriſti ſanguis diuinam nobis vitam communicat.

Et quamuis hoc ad omnes pertineat Chriſtianos, peculiari ratione pertinet ad ſacerdotes, quibus Chriſti ſanguis ſub propria ſpecie communicatur. Quis enim dubitat, fuiſſe hoc beneficium excellentiori quodam modo ſacerdotibus collatum? Magna olim amoris indicia fratribus ſuis exhibuit Ioſephus; peculiaria tamen Benjamino. Nam vt alia omittam, cùm cæteris fratribus frumentum daret, ſcyphum argenteum ſoli addidit Benjamino. Genel. 44 num. 2. In qua re D. Ambr. lib de Ioſeph Patriarcha, cap. 11. factum ſacerdotibus beneficium agnoſcit: *Triticum*, inquit, *multis datur, ſcyphus vni, qui ſacerdotali donatur munere.* Cùm igitur ſoli ſacerdotes, quos Benjamin repræſentabat, hac ſingulari Dei beneficentia fruantur: ſingulari quoque eminere debent continentia, quam ſine dubio Chriſti Domini ſanguis conferre dicitur, Zach. 9. n. 17. dum appellatur *vinum germinans virgines.* 29.

Sacerdotes peculiari nomine Chriſti ſanguine fruuntur.
D. Ambr.

Claudo hunc diſcurſum verbis D. Aug. tom. 10. ſerm. 37. ad fratres in Eremo, in fine, ſi eius eſt illud opus, vbi aſſerit, ſe cum in Æthiopia prædicandi Euangelij cauſa vagaretur, incidiſſe in quoſdam populos idololatras, & monſtroſos, non habentes capita, ſed oculos groſſos fixos in pectore: quorum ſacerdotes, quamuis eſſent coniugati, tanta erant abſtinentia, vt nunquam niſi ſemel in anno vxores ſuas tangere vellent, qua die ab omni ſacrificio abſtinebant. Et rurſus aſſerit, ſe in inferioribus Æthiopiæ partibus vidiſſe homines vnum tantùm oculum in fronte habentes: *Quorum ſacerdotes*, inquit, *à conuerſationibus hominum fugiebant, ab omni libidine carnis ſe abſtinebant, & in ſeptimana, in qua diis ſuis thura offerre debebant, ab omni labe carnis abſtinebant ſe; nihil ſumebant, niſi metretam aqua per diem, & ſic contenti manentes dignè ſacrificium diis ſuis offerebant.* Et ſtatim facta apoſtrophe ad Chriſtianos: *O grandis*, inquit, *Chriſtianorum miſeria! Ecce pagani doctores fidelium facti ſunt; & peccatores, & meretrices præceſſerunt fideles in regno Dei.* Hactenus D. Auguſtinus. Vbi optimum deducit argumentum à minori: nam, ſi pagani ſacerdotes tantam ſeruant continentiam; quantam ſeruare debent Chriſtiani? 30.

D. Auguſt. Notabilis Ethnicorum ſacerdotum apud Æthiopes continentia.

Alterum munus ſacerdotum, nempe Deum continuò deprecandi, magnam etiam requirit in ſacerdotibus puritatem. Quo enim pacto poterit quis animo in Deum intendere, ſi corpore in cœnum 31.

Oratio ſummam in ſacerdotibus puritatem requirit.

num demergatur? Antequam Moyſes Deum precaturus in montem aſcenderit, non ſolùm ipſum, ſed totum populum oportuit expiari. Vnde ad illum Deus: *Vade*, inquit, *ad populum, & ſanctifica illos hodie, & cras, lauéntque veſtimenta ſua.* Exod. 19. n. 10. Vbi D. Gregor. Nyſſen. hom. 1. in Cant. auditi iubet Moyſem: *Lege*, inquit, *cauentem, ne ad montem ſpiritualem audeamus aſcendere, priuſquam cordium noſtrorum lauerimus veſtimenta, & conuenientibus cogitationum aſperſionibus animas expiauerimus.* Et ſtatim oſtendit, qualis eſſe debeat hæc expiatio, vt non ſolùm ab alijs vitijs, ſed præcipuè ab omnibus concupiſcentiæ noxis animus repurgetur. *Dum*, inquit, *in hac aſſidemus contemplatione, exiſtimo oportere nuptialium obliuiſci cogitationum, conuenienter præcepto Moyſis, qui lege cauit, vt qui eſſent myſterijs initiati, puri eſſent à nuptiis; & in omnibus ſuſcipere præcepta legiſlatoris eos, qui ſunt proceſſuri ad ſpiritualem montem legis, in quo fœmininum genus cogitationum, cum apparatu materiali relinquitur in vita inferiori.* Nec ſine myſterio additur in lege, vt *omne iumentum, quod tetigerit montem, lapidibus obruatur.* Exod. 19. n. 13. Nam vt bene D. Greg. citatus, *Quæuis*, inquit, *rationis expers mentis conceptio, ſi in hoc monte viſa fuerit, rigidioribus cogitationibus, velut quibuſdam lapidibus occiditur.* Itaque ad orandum Deum nemo poteſt alatus aſcendere, ſi terrenarum cogitationum pondere prægrauetur.

D Greg. Nyſſen. — *Caſtitas orationis indiuiduo comes.* — *D Greg. Nyſſ.*

32\. Coniuges hortatur D. Paulus, vt ex mutuo conſenſu per aliquod tempus contineant, vt vacent orationi. 1. Cor. 7. n. 5. Ex quo loco non inmeritò colligunt D. Epiph. lib. 1. contra hæreſ. hæreſi 59. Beda hom. 21. in lib. Num. Tertull. lib. de exhortatione ad caſtitatem, c. 10. perpetuam, & perennem eſſe debere continentiam ſacerdotum, qui perpetuò, ac perenniter orationi vacare teneantur. Addit ibi Tertul. omnes mentis operationes à continentibus feliciùs exerceri: *Recogitemus*, inquit, *ipſam conſcientiam noſtram, quàm alius alium ſe homo ſentiat, cùm à ſua fœmina ceſſat. Si orationem facit ad Dominum, propè eſt cœlo: ſi Scripturæ incumbit, totus illic eſt: ſi pſalmum canit, placet ſibi. Ideo Apoſtolus purificationi orationem commendauit.* Vnde in eos ſacerdotes, qui ſeruandæ continentiæ non incumbunt, acriter inuehitur D. Auguſt. ſerm. 37. ad fratres in Eremo: *Ecce*, inquit, *laicis coniugatis ad tempus abſtinere præcipitur, vt vacent orationi; & ſacerdotes, quos corpus Domini conſecrare omni die oportet, concubinas in domo tenere non erubeſcunt.* Viros pariter, ac fœminas hortaturus Apoſtolus ad orationem, priùs hortatur ad puritatem. Nam primùm de viris: *Volo*, inquit, *viros orare in omni loco, leuantes puras manus.* 1. Timoth. 2. n. 8. *Puras*, inquit ibi D. Chryſ. *id eſt, non aqua lotas, ſed cupiditate mundas.* Deinde clariùs de fœminis: *Similiter*, inquit, *& mulieres in habitu ornato, cum verecundia & ſobrietate.* Ibid. n. 9. ſeu, vt legit Chryſ. *cum pudicitia.* Et ſtatim amouere iubet omnia irritamenta laſciuiæ, *Non*, inquit, *in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis*, &c. Quaſi non poſſit ad Deum euehi oratio, quæ ex animo ad laſciuiam preſſo emittatur.

Continentia orationi ſtudio colenda. — *D Epiph.* — *Beda.* — *Tertul.* — *D. Aug.* — *D Chryſ.*

33\. Dauid poſtquam à ſua libidine reſipuit, & pœnitentiæ lacrymis incontinentiæ maculas abſterſit: *Appropinquet*, inquit, *deprecatio mea in conſpectu tuo, Domine.* Pſal. 118. num. 169. Vbi D. Ambr. ſerm. 22. *Volare*, inquit, *facit orationem bona vita, & dat alas precibus ſpirituales. Dauid orationem dirigit in cœleſtia, dans illi ſtabra iuſtitiæ, ſapientiæ flumina, remigia deuotionis, & fidei, innocentiæ, puritatiſque ſubſidia.* Cuius enim ſordeſcit animus, eius ingraueſcit oratio: qui autem viuendi puritatem ſeruat, orandi efficacitatem obtinet. Quantam iuſtorum curam habeat Deus, ſignificauit Chriſtus Dominus illis verbis: *Nonne duo paſſeres aſſe veneunt, & vnus ex illis non cadet ſuper terram ſine Patre veſtro?* Matth. 10. num. 29. Vbi D. Ambroſ. lib. 7. in Luc. c. 12. paſſerum nomine, corpus & animam hominis intelligit. Sed quamuis demus animam paſſeris nomine rectè ſignificari: quia ſicut ille corporalibus alis, ita hæc ſpiritualibus cœlo vagatur; tamen quid humano corpori eum paſſere? Reſpondet D. Ambroſius: *Caro*, inquit, *ſi conſentiens Dei legi, & exuens ſe lege peccati in naturam animæ ſenſuum puritate tranſierit, alis ad cœlum ſpiritualibus eleuatur. Volandi nobis gratiam natura dedit, voluptas abſtulit: quæ malorum eſcis grauat animam, atque in naturam corpoream malis inclinat.* Itaque dum corpus ſpiritualem quandam, & Angelicam puritatem ſortitur, aptiſſimum fit, vt ſuis precibus in cœlum tanquam alis efferatur.

Cordis, & corporis puritas, orationis alæ. — *D. Amb.* — *D. Ambr.*

Iam verò quanta ſit efficacitas orationis cum caſtitate coniunctæ, quis non videt? Quæ olim fuit efficacior oratio, quàm Heliæ, qui quidquid volebat, facilè impetrabat? vt ex 3. Reg. 17. n. 22. & ex cap. 18. à num. 42. colligi poteſt. Vnde meritò D. Chryſoſt. ſerm. quodam de Helia ad finem in 1. tom. *Clauis*, inquit, *cœli fit ſermo Heliæ. Iubet enim, & clauditur cœlum; orat poſtmodum, & aperitur: vt ſanctorum meritum monſtraretur non ſolùm in terris poſſe, quod voluit, ſed & in cœleſtibus poſſe impetrare, quodcunque petierit.* Quid tantam Heliæ precibus tribuit efficacitatem, niſi illa mentis, & corporis puritas, qua Deum deprecabatur? Vbi enim puritas eſt, ibi ſine dubio magna ad demerendum Deum efficacitas reperitur. 34.

Oratio cum caſtitate, cœli clauis. — *D. Chryſ.*

Neque minorem de rebus ſuperis ſortitus perſpicuitatem illa, quæ de puro corde proficiſcitur contemplatio, vt in Euangeliſta Ioanne videre eſt. Quis enim in diuinis myſterijs contemplandis altiùs, quàm Ioannes euolauit? *In principio*, inquit, *erat Verbum*, &c. Ioan. 1. n. 1. Vbi D. Hieron. lib. 1. contra Iouinian. *Expoſuit*, inquit, *virginitas, quod nuptiæ ſcire non poterant.* Quæret aliquis, cur Ioannes familiariùs cum Chriſto egerit, quàm cæteri Apoſtoli, cùm tamen eſſet minimus cæterorum: cur ſolus ſuper pectus Domini recubuerit: cur auſus fuerit explorare, quæ cæteri non audebant. Sed ad hæc omnia D. Hieron citat. *Ioannes*, inquit, *qui minimus traditur fuiſſe inter Apoſtolos, & quem Chriſti fides virginem repererat, virgo permanſit, & ideo plus amatur à Domino, & recumbit ſuper pectus Ieſu. Petrus, qui vxorem habuerat, interrogare non audet, Ioannem rogat vt interroget.* Quaſi largiùs contemplationis nectar hauriret, qui animi puritati impenſiùs ſtuderet. 35.

Ioan. Euangeliſta caſtitas ſublimis contemplator. — *D. Hieron.*

Omnes ſimul Apoſtoli dum piſcarentur, Chriſtum Dominum in litore viderunt, vnus tantùm Ioannes agnouit: *Dominus*, inquit, *eſt.* Ioan. 21. n. 7. Nam vt bene D. Hieron vbi ſuprà: *Non ſciebant*, inquit, *Apoſtoli, quem viderent; ſolus virgo virginem agnoſcit.* Ad Chriſti ſepulchrum Petrus, & Ioannes pariter concurrerunt; ſed Ioannes facilè præcurrit. Ioan. 20. num. 4. Vnde hæc ad Chriſtum accedendi celeritas nata eſt? Rectè D. Hieron. in c. 56. Iſaiæ: *Ioannes*, inquit, *Petro tardiùs ambulante elatus virginitatis alis præcurrit citiùs ad Dominum.* Itaque ſi virginitas binas corpori alas addit, quibus ad Chriſtum accedamus, ſeptemplices animo alas conferet, quibus diuinitatem ipſam contemplemur. Quare de vtriuſque tam Heliæ, quàm Ioannis oratione rectè philoſophatur D. Petrus Chryſol. ſerm. 43. *per hanc*, inquit, (loquitur de oratione) *Helias neſcit mortem, commoratur Angelis, conuiuit Deo, & terrenus hoſpes ſupernas poſſidet manſiones.* 36.

D. Hier. — *Lyncei caſtitatis oculi.* — *Oratio inter cœlites collocat.* — *D. Chryſ.*

Per

Per hanc Ioannes fit Angelus in carne, cœleſtis in terra, & totam ſolus capit, tenet, complectitur Trinitatem. Quare duo illi, qui ſua totum orbem puritate illuſtrarunt, ſingulari quoque orationis dono præſtiterunt. Si igitur Sacerdotum munus eſt, Deum cum Angelis pariter collaudare: ſacerdotum quoque munus erit, Angelorum puritatem præ ſe ferre; nam virginitas, & contemplatio mutuò inter ſe aſſociantur, iuxta illud Apoſtoli: *Virgo cogitat, quæ Domini ſunt.* 1. Corinth. 7. n. 34.

37. *Docendi, & prædicandi munus ſingularem à ſacerdotibus poſtulat caſtitatem.* Tertium verò docendi munus, quod eſt proprium ſacerdotum, ſingularem quoque poſtulat ab illis caſtitatem. Nihil magis rapit, detinétque animos audientium, quàm caſtitas prædicantium. Quæ, obſecro, fuit neceſſitas, vt D. Paulus antequā Euangelium prædicaret, in tertium cœlum raperetur, niſi vt inde Angelicam accerſeret puritatem, quia eius doctrina clarior, & gratior omnibus redderetur? Nam poſt illum raptum factus fuit Paulus *magnus præco veritatis, in cælo homo, in terris Angelus*, vt loquitur D. Chryſoſt. (D. Chryſ.) ſermone quodam in principes Apoſtol. Hinc eſt, quòd idem Apoſtolus ad ſtatum virginalem hortaturus, ſe ipſum propoſuerit in exemplum: *Volo*, inquit, *omnes vos eſſe ſicut me ipſum.* 1. Corinth. 7. n. 7. Quia nihil efficaciùs mouet auditores, quàm puritas prædicatoris.

38. *Theod. Caſtitatis exemplum efficaciùs auditores mouet.* Notat autem acutè in eum locum Theodoret. Apoſtolum verbis tantùm coniuges inſtruxiſſe, ſed virgines exemplis. Difficilior enim, ac ſublimior ſtatus, qualis eſt virginalis, acrioribus ſuaderi debuit incitamentis, qualia ſunt exempla. *Quæ minora*, inquit, *ſunt, conceſſit, & imbecillitati quidem opem ferentem medicamentum oratio protulit: ad ea autem quæ ſunt optima, & præſtantiſſima eligenda, archetypum exemplar excitat: ſe ipſum autem exemplar propoſuit, ſuæ caſtitatis theſaurum nobis reuelare coactus.* Itaque pura doctoris mens ad honeſtatem trahit etiam inuitos auditores. Vnde D. Chryſ. (D. Chryſ.) hom. 18. in Epiſt. ad Roman. ad conuerſionem gentium non tam requirit in doctore doctrinæ vbertatem, quàm vitæ puritatem. *Si quando*, inquit, *cum gentibus diſſeruerimus, non cælum adducamus in medium, ſed homines, qui cum Angelis vitæ puritate decertent.*

39. *Prædicandi munus caſtitatis cultoribus demandatur.* Quare eſſe non poterit rector, & inſtructor hominum, qui eximius non fuerit cultor caſtitatis. Prohibuit Deus olim Ieremiæ, ne coniugium iniret: *Non accipies*, inquit, *vxorem, & non erunt tibi filij, & filiæ in loco iſto.* Ierem. 16. num. 2. Quia eum ad inſtruendum, ac docendum populum miſſus eſſet, non poſſet ſuo muneri ſatisfacere, ſi coniugio deſeruiret. At verò Ezechielem, quandiu coniugatus vixit, remouit Deus à munere prophetandi; *Ingemiſce*, inquit, *tacens.* Ezech. 24. n. 17. Quaſi diceret, funde lacrymas, non voces. Mortua nihilominùs vxore, ad prophetandum, & inſtruendum populum emiſit. *Mortua eſt*, inquit, *vxor mea veſpere, & ſermo Domini factus eſt ad me dicens: Loquere domui Iſrael.* ibid. n. 18. & 20. Quaſi docendi munere fungi non poſſet, dum coniugali onere premeretur. Vtrumque rectè expendit D. Hieron. (D. Hier.) in epiſt. 11. ad Gerontiam. *Nec*, inquit, *ducturus vxorem, nec ille, qui duxerat, poſſunt in opere coniugali liberè prophetare.* Et lib. 1. contra Iouin. locum Ezechielis ſeorſim obſeruat. *Diligenter*, inquit, *attende. Donec vxor viueret, non habebat libertatem populum commonendi; moritur vxor, & coniugale vinculum ſoluitur, & abſque vlla trepidatione ſemper in officio prophetandi eſt.* Vbi vides, docendi munus non niſi caſtitatis cultoribus demandari: quaſi doctrinam vtiliter non diſpenſet, qui caſtimoniam diligenter non obſeruat. Moyſes, & Aaron priuati in coniugio viuebant: poſtquàm publici hominum doctores à Deo inſtituti ſunt, ſuo vterque coniugio renuntiarunt. Quaſi non poſſent docendi munus niſi in cœlibatu exercere. Quod expendens Euſeb. Cæſar. (Euſ. Cæſ.) lib. 1. demonſtr. Euangel. cap. 9. *Moyſes*, inquit, *atque eius frater Aaron, antequam ipſis Deus apparuerit, filios genuiſſe memorantur: poſtquam autem diuina oracula acceperunt, non ampliùs genitos ab ipſis filios inuenies.*

Mirabitur aliquis, quòd D. Paulus apud Felicem Iudicem de iuſtitia, caſtitate, & iudicio diſſeruerit. 40.
Actor. 24 n. 25. Nam quamuis de iuſtitia, & iudicio coram Iudice diſputare aptiſſimum videretur; tamen de caſtitate inſtituta diſputatio minimè congruere tali auditori videbatur. Nihilominùs opportunè Apoſtolus caſtitatem apud Felicem commendauit; quia cum Iudex eſſet, & aliorum mores inſtruere deberet, nulla alia virtute magis indigebat, quàm vna caſtitate, cui præcipuè docendi munus commendauit. Nathan multò inferior Propheta fuit, quàm Dauid, & tamen hic ab illo inſtruitur, & de ſuo peccato edocetur. 2. Reg. 12. à n. 1. Cur ita factum? Quia ſicut Nathan honore caſtitatis, ita & iure docendi eminebat. D. Ambroſ. (D. Ambr.) in Apolog. Dauidis: *Sciebat*, inquit, *Nathan, quod Dauid neſciebat; adeò caligat animus obumbratus quadam nube vitiorum.* Ad inſtruendum populum Iſraëlis dicitur aſcendiſſe Angelus de Galgalis. Iud. 2. n. 1. *Sacerdos per caſtitatem, & Angelus, & doctor.* Hunc Angelum dicunt Hebræi apud Lyran. fuiſſe Phineem egregium quondam caſtitatis aſſertorem; vt patet Numer. 25. num. 7. Nec immeritò: nam qui caſtitatem tuetur, & Angelus dici debet, & dignus iudicari, qui omnium doctor efficiatur. Concinit huic locu Malach. c. 2. n. 7. *Labia*, inquit, *ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius: quia Angelus Domini exercituum eſt.* Vbi vides, ſacerdotem appellari Angelum propter caſtitatem, & doctorem propter ſapientiam: quæ duo in ſacerdote legis nouæ coniunguntur.

Vnde Chriſtus Dominus: *Nemo*, inquit, *eſt qui reliquerit domum, aut fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me, & propter Euangelium, qui non accipiat centies tantum.* Marc. 10. n. 29. 41. *Separatione à terrenis curis Euangelium prædicatur.*
Vbi notandum eſt illud, *propter Euangelium*, ſcilicet, prædicandum, vt interpretes aduertunt. Quaſi verò ſine ſeparatione ab omnibus terrenis voluptatibus, cæleſtis doctrina nequeat inculcari.

Cæterùm addo, ſicut qui docent, ita & qui diſcunt, debere puritate inſignes eſſe. De his enim intelligitur illud Dauidis: *Apprehendite diſciplinam.* 42. *Diſcipulorũ caſtitas, in doctrina profectus.*
Pſalm. 2 n. 12. ſeu, vt eſt in Hebræo, *Oſculamini puritatem.* Sicut enim doctrina à præceptore fluens, ita & diſciplina in diſcipulo recepta cum puritate coniuncta eſſe debet. Vnde illud Ioannis: *Nemo poterat dicere canticum, niſi illa centum quadraginta quatuor millia.* Apocal. 14. num. 3. legendum eſt ex Græco, *Nemo poterat diſcere.* Quaſi ſoli virgines illud canticum, & dicant, & addiſcant.

Ex his conſtat, nouæ legis ſacerdotes ab antiquis profeſſione caſtitatis ſeparari. Neque mirum: 43. *In veteri lege fœcunditas, in noua caſtitas commendatur.*
nam olim in lege veteri huius virtutis non ſolùm votum, ſed etiam propoſitum exulabat, laudabatur fœcunditas, ſterilitas contemnebatur. Vnde illa oracula diuina: *Non erit infœcunda, nec ſterilis in terra tua.* Exod. 23. num. 26. *Non erit apud te ſterilis vtriuſque ſexus.* Deuteron. 7. n. 14. *Dixit Dominus, cuius ignis eſt in Sion, & caminus in Hieruſalem.* Iſaiæ 31. n. 9 ſeu, vt vertunt Septuaginta: *Hæc dicit Dominus, Beatus qui habet ſemen in Sion.* At verò in lege noua virginitas nuptiis antefertur. Vnde D. Bern. (D. Bern.) ſerm. 59. in Cant. ad illa verba ex c. 2. num. 12. *Vox turturis audita eſt in terra noſtra. Vox*, inquit,

lib. 1. contra Iouinian. *Vbi*, inquit, *ad continentiam prouocat, ibi non hominis, ſed ſpiritus Dei conſilium eſt: vbi autem nubendi concedit veniam, ſpiritum Dei non nominat, ſed prudentiæ librat conſilium.* Et in eandem ſententiam multa dicit in epiſtolâ 11. de monogamia.

5. *Etiam Ethnici polygamiam parùm decoram eſſe duxerunt, & morti poſtpoſuerunt.* D Hier.

Neque mirum, cùm etiam Ethnici ſecundas nuptias parùm decoras eſſe duxerint. Vnde illud Portiæ minoris apud D Hieronymum lib 1. contra Iouinian. *Felix*, inquit, *& pudica matrona, nunquam præterquam ſemel nubit.* Imò aliqui ex ipſis Ethnicis mori maluerunt, quàm nuptias iterare. Quod D. Hieronym. lib. 1. contra Iouin. pluribus exemplis illuſtrat. Nam filia Demotionis Areopagitarum Principis, accepto nuntio de ſponſi ſui Leoſthenis interitu, ne ad ſecundas nuptias cogeretur, ſe interfecit. B Dido ſublato priore coniuge Sichæo, ne ad ſecundas nuptias cum Iarba Rege Libyæ traheretur, extructa pyra maluit ardere, quàm nubere. Aſdrubalis vxor, capta & incenſa Carthagine, ne à Romanis ad ſecundas nuptias poſceretur, in ſubiectum domus ſuæ deuolauit incendium. Felix Carthago, quæ cum caſta conditrice cœpit, cum caſta deſiit funeratrice. Apud Indos defuncto viro, vxores de amore illius contendebant: victrix cum illo ſponte ſua cremabatur. *Puto*, inquit D. Hieronymus, *quæ ſic moritur, ſecundas nuptias non requirit.* Filia Darij poſt mortem viri, nutricem, quæ illi ſecundas nuptias ſuadebat, occidit. C Alceſtin fabulæ ferunt pro Admeto ſponte defunctam. Laodamia, occiſo apud Troiam ſponſo, noluit ſuperuiuere. Sed præ hiſce exemplis celebrius eſt illud, quod refert D. Hieronymus in epiſt. 11. loquens de Theutonum populis Romano milite ſuperatis:

D. Hier.

Quarum, inquit, *trecentæ matronæ, cùm aliis ſe viris captiuitatis conditione tradendas eſſe didiciſſent, primum conſulem deprecatæ ſunt, vt templo Cereris, ac Veneris in ſeruitium traderentur; quod cum non impetraſſent, paruulis caſis liberis, manè mortuæ ſunt repertæ, ſuffocatis laqueo faucibus, & mutuis complexibus ſe tenentes.* Quæ tam prolixè diſſeruit Hieronymus, *vt mulieres*, inquit, *quæ Chriſtiana pudicitia deſpiciunt fidem, diſcant ſaltem ab Ethnicis caſtitatem.* Si igitur ſecundas nuptias ita Ethnici canebant, quid mirum, ſi non ambiant Chriſtiani? D Hinc enim reſtè argumentatur Tertullian. lib. 1. ad vxorem de monogamia, cap. 6. *Durum*, inquit, *planè, & arduum ſatis, continentia ſancta fœmina, poſt viri exceſſum, Dei cauſa: cum Gentiles ſatana ſuo, & virginitatis, & viduitatis ſacerdotia perferant?* Quaſi diceret, quid iniquius, quàm infideles maioris continentiæ cauſa à ſecundis nuptiis ſibi temperare, Chriſtianos non abſtinere? Licent quidem, non tamen ſemper expediunt; nec tam ex lege deſcendunt, quàm ex indulgentia, vt loquitur D Hieronym. in cap 16. Ierem. ſub initium; vbi de bigamia, ac trigamia loquutus: *Quæ ego*, inquit, *non tam coniugia dicam, quàm miſerarum ſolatia, & extremam tabulam naufragorum.* E Quamuis timeam, ne vbi quærentur ſolatia, ibi faſtidia inueniantur. Sæpe enim, vt bene D Hieronym in epiſtol. 10. ad Furiam de viduitate ſeruanda, ad finem, *ſuperaucit mater filiis, non nutritium, ſed hoſtem, non parentem, ſed tyrannum.* Vbi plura de ſecundarum incommodis nuptiarum diſſeruit diſertiſſimè.

Veſt ab Ethnicis polygamiam vitare diſcant Chriſtiani.

Tertul.

D Hier. *Secundarum nuptiarum incommoda.*

6. *Irregularitas polygamis impoſita.*

Cæterùm inter Catholicos, quamuis nulla pœna propriè dicta in polygamos ſtatuatur, cùm ſint totiùs culpæ expertes; quædam tamen conſequitur inhabilitas, ne ad ſacros ordines aſſumantur, vt in Concil. Neocæſarienſi, & Niceno I. multiſque aliis Pontificum ſtatutis apud Gratianum d. 26. definitur. Et ſumitur ex D. Paulo, *Diaconi*, inquit, *ſint vnius vxoris viri.* 1. Timoth. 3. num. 12. Et rurſus: *Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, vnius vxoris virum.* ibid. n. 2. & ad Tit. 1. n. 6. Cuius loci multiplex eſt expoſitio.

Confirmatur ex ſcriptura.

Vna hæreticorum; quorum impudentiores, nempe Lutherani, ex vi huius dogmatis Apoſtolici, omnes cælibes à ſacerdotio excludunt, & ſolos coniugatos admittunt. Alij verecundiores, nempe Magdeburgenſes, admittunt quidem cælibes, ſed coniugatos non excludunt, niſi forte plures ſimul habeant vxores. Sed vtrique manifeſtè in fide errant, vt Bellarm. lib. 1. de Clericis à cap. 24. & Salmeron in Epiſt. ad Titum, diſp. 10. conuincunt. B Vera igitur, & germana expoſitio eſt eorum, qui dicunt mentem Apoſtoli fuiſſe, vt ex iis, qui coniugati fuerunt, monogami tantùm ſoluto priùs vinculo, aut facto diuortio, ad ſacros ordines admittantur. Ita Patres, & interpretes communiter exponunt. Vnde Tertul. lib. ad vxorem, cap. 7. *Quantum*, inquit, *obſtrepant ſanctitati nuptiæ ſecundæ, diſciplina Eccleſiæ, & præſcriptio Apoſtoli declarat, cùm digamos non ſinit præſidere: aram enim Dei mundam proponi oportet.* Et D. Ambroſius lib. 10. epiſt. 82. *Qui*, inquit, *coniugium iterauit, culpam non habet coinquinati; ſed prærogatiua exuitur ſacerdotis.* Et D. Epiph. hæreſ. 59. *Non ſuſcipit*, inquit, *ſancta Dei prædicatio poſt Chriſti aduentum eos, qui ſecundis nuptiis coniuncti ſunt propter excellentem ſacerdotij honorem, & dignitatem.* C Et ſimiliter loquuntur D. Chryſoſtomus homil 2. in Epiſt. ad Tit. D. Hieronymus in epiſt. 83. ad Ocean. D. Auguſt. lib de bono coniugali, cap. 18. D. Thom. lect. 1. in Epiſt. ad Timoth. & plures alij.

Hæreticorum hac de re errores confutantur.

Bellarm. Salm.

Confirmatur ex Patribus. Tertul.

D. Ambr. D. Epiph.

D. Chryſ. D Hier. D Aug. D Thom.

Non eſt tamen contemnendus ad mores ſenſus D. Ambroſ. lib. de dignitate ſacerdotali, cap. 4. Nam illud, *vnius vxoris virum* ſic exponit: *Si ad ſuperficiem*, inquit, *tantùm literæ reſpiciamus, prohibet bigamum Epiſcopum ordinari; ſi verò ad altiorem ſenſum conſcendamus, inhibet Epiſcopum duas vſurpare Eccleſias: & ſi adhuc introrſus profundiora ſcruteris, monet, ne poſt catholicum dogma, ſenſum inueniatur Epiſcopus habere hæreticum.* Quaſi Epiſcopus vni tantùm Eccleſiæ, & vni tantùm fidei debeat adhærere, ne ſi D plures propter cupiditatem ſuſcipiat Eccleſias, nullam inſtruat; & ſi falſa dogmata admittat, ſana corrumpat. Mediam illam D. Ambroſij interpretationem, *vnius vxoris virum*, id eſt, vnius Eccleſiæ, refert etiam D. Hieronym. in epiſt. citata ad Ocean. *Quidam*, inquit, *interpretantur vxores pro Eccleſiis; viros pro Epiſcopis debere accipi: & hoc in Nicena quoque Synodo a Patribus eſſe decretum; ne de alia ad aliam Eccleſia Epiſcopus transferatur, ne virginalis pauperculæ ſocietate contempta, ditioris adulteræ quærat amplexus.* Vbi variis exemplis oſtendit, mulieres, ſeu vxores pro Eccleſiis in Scriptura vſurpari. Atque hæc de polygamia ſucceſſiua.

7. D. Ambr. *Spiritualis cum Eccleſiis polygamia Epiſcopis prohibetur.*

D. Hier.

E

Polygamia ſimultanea.

QVod attinet ad hanc ſimultaneam polygamiam, dicendum eſt, eam, ſiue ſit pluralitas virorum cum vna vxore, ſiue pluralitas vxorum cum vno viro, eſſe prohibitam & illicitam. De hac nemo niſi hæreticus dubitabit, vt ex dicendis patebit. Dubitatio tamen eſſe poteſt, quo iure prohibeatur, naturaline, an poſitiuo; quam membratim ſic expono.

8. *Simultanea polygamia eſt prohibita.*

Quo iure ſit prohibita.

9. Dico primò. Pluralitas virorum cum vna vxore iure naturali prohibetur. Eſt certiſſima. Traditur à D. Aug. lib. 3. de doctrina Chriſtiana, cap. 12. & lib. de bono coniugali, cap. 17. Probatur à

Prima aſſertio.

Pluralitas virorum cum vna vxore iure naturali prohibetur. D Auguſt. D Thom. Abulenſ.

D. Thoma in 4.d.33 q.1. art.1. ad 7. quem omnes Theologi ſequuntur, & ad Abul. hoc loco q.5. latè explicatur; faciléque oſtenditur, quia repugnat tam primario, quàm ſecundario fini matrimonij, quorum vterque eſt à natura inſtitutus. Nam primarius finis eſt prolis generatio, qui ab huiuſmodi polygamia non ſolùm non promouetur, ſed etiam impeditur, vt prædicti Theologi oſtendunt. Secundarius verò eſt gubernatio familiæ, educatio filiorum, ſucceſſio hæreditatum, & ſimiles. Atqui vna familia commodè gubernari nequit per plures viros. Nam vir eſt caput mulieris. 1. Corinth. 11. n. 3. plura autem capita gubernationem impediunt, iuxta illud Lucani:

Duos non capit domus gubernator. Lucan.

——Omniſque poteſtas
Impatiens conſortis erit.——

Statius. Et illud Papinij,

——Comes eſt ſociis diſcordia regni.

D Cypr. Et illud D. Cypriani de vanitate idolorum: *Quando vnquam regni ſocietas, aut cum fide cœpit, aut ſine cruore deſiit? Sic geminos Romanos vnum non capit regnum, quos vnum vteri cepit hoſpitium.* Vbi plura eleganter de hac re. Et illud tandem D. Auguſt. lib. de bono coniugali, c. 17. *Occulta lege naturæ amant ſingularitatem, quæ principantur.* Educatio autem filiorum qualis eſſet, cùm nec patres filios cognoſcerent, nec à filijs cognoſcerentur? Vnde neque hi ſcirent, quibus parerent, neque illi, quibus imperarent; ac tandem mutuus ille patrum ac filiorum amor penitùs ſolueretur. Iam verò hæreditatum ſucceſſio nullo modo poſſet ſtabiliter conſeruari; quia patres nullos certos poſteros, ad quos hæreditas deuolueretur, inuenirent. Idem facilè oſtendi poteſt in alijs finibus, quos natura matrimonio præfixit. (D.Aug.)

10\. *Simultanea polygamia in Ethnicis, & hæreticis reprehenditur.*

Eſt igitur hæc polygamia naturali iuri inimica. Vnde nunquam in ea diſpenſatum eſt, vt Scripturam euoluenti innoteſcet; neque diſpenſari poteſt, cùm naturale ius ſit indiſpenſabile. Vnde patet, quàm execranda ſit illa licentia apud quoſdam populos, Lacedæmonios, Parthos, Medos, Anglos, & quod magis mirere, Athenienſes etiam, & Romanos; qui cùm politioris humanitatis ſtudiis excultiſſimi viderentur, prædictam nihilominùs polygamiam admittebant, & communibus inter ſe vxoribus vtebantur, vt Tiraq. in 7. legem connubialem à num. 27. latiùs oſtendit; & Diuus Hieron. lib. 1. contra Iouin. & D. Aug. lib. de bono coniugali, cap. 18. de Catone Cenſore grauiſſimo affirmant. Vnde Tertul. in Apolog. cap. 39. oſtendens quàm diuerſa eſſent Chriſtianorum inſtituta ab illa Ethnicorum turpiſſima incontinentia: *Omnia*, inquit, *indiſcreta ſunt apud nos, præter vxores. In iſto loco conſortia ſoluimus, in quo ſolo cæteri homines conſortium exercent, qui non amicorum ſolummodò matrimonia vſurpant, ſed & ſua amicis patientiſſimè ſubminiſtrant: ex illa credo maiorum & ſapientiſſimorum diſciplina, Græci Socratis, & Romani Catonis, qui vxores ſuas amicis communicauerunt.* Et ſtatim indignabundus exclamat: *O ſapientia Attica, ô Romanæ grauitatis exemplum! Leno eſt Philoſophus, & Cenſor.* Quaſi diceret, ad quam ſe ignominiam illi Athenienſes Philoſophi, illi Romani Cenſores abiecerunt, qui in ſapientiæ gymnaſio, & in prudentiæ ſenatu totius proſtibulum turpitudinis fabricarunt? Sed eandem turpitudinem nonnulli hæretici inuexerunt, quos referunt Clemens Alex. lib. 3. Strom, D. Iren. lib. 1. cap. 1. & D. Epiph. hæreſi 35. contra Secundianos. Vt nullum iam pudoris clauſtrum ſupereſſe videatur, quod impunita hominum licentia non perfringat. (Tiraq. D.Hieron. D.Aug. Tert. Clem. Alex. D. Iren. D.Epiph.)

11\. Dico ſecundò. Pluralitas vxorum cum vno viro etiam naturali iuri aduerſatur. Hæc non eſt tam certa. Nam Durand. in 4.d.33.q.1. Gerſon 2.p. in regulis moralibus alphab. 5.5. liter. I. Caietan. Geneſ. 16. & Marc. 10. Catherinus lib. 5. contra Caiet. Abulenſ. 1. Reg. 1. q. 4. & 1. Reg. 8. q. 54. & 25. & Matth. 19. q. 30. & 33. & nonnulli alij, iuri tantùm poſitiuo, non autem naturali, hanc polygamiam contrariam eſſe arbitrantur. Nihilominùs noſtra concluſio, vt probabilior defenditur à D. Thom. in cap. 16. Geneſ. ſi eius eſt ille commentarius, & ab Scholaſticis in 4. d. 33. quos referunt, & ſequuntur ex noſtris Bellarm. lib. 1. de matrimonio, cap. 1. Valent. 4. p. d. 10. quæſt. 1. punct. 3. Henriq. lib. 11. de matrimonio, cap. 6. Azor 1. p. lib. 6. inſtitut. moral. cap. 1. Sancius lib. 7. de matrimonio, d. 80. n. 2. Peret. in cap. 16. Geneſ. n. 22. & in cap. 29. n. 32. qui dicunt pluralitatem vxorum repugnare iuri naturali. (Dur. Caiet. Cather. Abul. Bellarm. Valent. Henriq. Azor. Sanc. Peret.)

Et probatur à poſteriori ex Innocentio Papa cap. *Gaudemus, de diuortiis.* Vbi Ethnici plures vxores habentes, ſi ad fidem conuertantur, iubentur priori retenta alias dimittere; ergo matrimonia cum illis contracta erant inualida: nam lex Eccleſiaſtica valida matrimonia non dirimit, vt patet in matrimoniis in gradu per Eccleſiam tantùm prohibito, quæ cùm inter Ethnicos ſint valida, poſtquam ad fidem veniunt, per Eccleſiam non dirimuntur. Non erant autem inualida, quòd repugnarent legibus Eccleſiaſticis: nam qui ſunt extra Eccleſiam, legibus Eccleſiæ non tenentur; ergo, quòd repugnarent legi naturali. A priori autem ſuadetur, quia licèt pluralitas vxorum non repugnet iuri naturali, quod habet vir in vxorem; repugnat tamen iuri naturali, quod habet vxor in virum. Nam cùm vir in matrimonio poteſtatem corporis ſui vxori tradat, non poteſt rurſus alteri illam tradere, quin prioris ius lædat, & offendat; præſertim cùm non ſit vtriuſque æqua conditio, vxore totam ſe vni tradente, & viro ſe in plures diſſecante. Item licèt hæc vxorum pluralitas non repugnet primario fini matrimonij, vt repugnat pluralitas virorum, ſaltem repugnat ſecundariis; inprimis gubernationi familiæ, quæ cùm à pluribus vxoribus rarò inter ſe concordibus diſtrahatur, non poteſt ita facilè ab vno viro ad concordiam reuocari: deinde educationi prolis, quæ ſicut non habet communes parentes, ita nec animos concordes, dum ſinguli horrent alios filios, quàm matris ſuæ, patri proponi æqualiter diligendos, & curandos. Tandem hæreditatum ſucceſſioni; quia cùm difficiliùs inter eos ordo primogenituræ obſeruetur, pluribus aliquando ſimul in lucem editis, fieri poterit, vt non ſatis, ad quem hæreditas pertineat, dignoſcatur: & ſic de cæteris finibus ſecundariis. Ergo cùm hi à natura præfigantur; naturæ quoque aduerſatur pluralitas vxorum.

12\. *Oſtenditur primò à poſteriori.* *Oſtenditur ſecundò à priori.* *Oſtenditur tertiò.*

13\. *Vxorum pluralitas diſpenſabilis eſt, non virorum.*

Atque hinc eruitur diuerſa ratio, cur pluralitas vxorum ſit diſpenſabilis; non autem pluralitas virorum, licèt vtraque naturæ legi aduerſetur. Nam pluralitas virorum eſt contra primarium finem matrimonij, & contra communiora principia naturæ; quæ cùm ſint immutabilia, ſemper pluralitas virorum illis contraria, eſt intrinſecè mala, & proinde indiſpenſabilis: at verò pluralitas vxorum eſt ſolùm contra finem ſecundarium matrimonij, & contra principia naturæ minùs communia, quæ cùm poſſint mutatis circunſtantiis mutari, poterit quoque illa vxorum pluralitas ex illicita conſtitui licita, atque adeò diſpenſabilis. Nam, vt bene philoſophatur Diuus Thomas citatus, omnia, quæ (D.Thom.)

ſortiuntur

ſortiuntur bonitatem, & rectitudinem ex aliquo vltimo fine,& ab aliqua regula ſuperiori,non contrahunt obliquitatem, ſi aliquando varientur eorum ordines ad vltimum finem, & ad regulam ſuperiorem, integro illo fine, & illæſa illa regula remanente: atqui ſtante fine vltimo matrimonij, qui eſt gloria Dei, & dilatatio diuini cultus, & propagatio humani generis, & perſeuerante. ſuprema illius regula, quæ eſt charitas, poteſt propter aliquas circumſtantias, & vtilitates inde conſequentes induci pluralitas vxorum. Ergo hæc non vitiat perfectionem ſtatus coniugalis, & proinde eſt, & fuit diſpenſabilis. Circumſtantia verò ſeu vtilitas,qua illa vxorum pluralitas cohoneſtaretur, vt interim alias omittam, duplex eſſe potuit. Vna repræſentationis; vt ſicut vnus pluribus copulatur, ita ſignificaretur Chriſtus Dominus pluribus Eccleſiis priuatis, Iudæorum, & Gentium copulandus: ex quarum vna filij carnis, & ſerui, ex altera filij gratiæ, & liberi naſcerentur. Altera propagationis,& dilatationis diuini cultus: cùm enim ante aduentum Chriſti Domini, non oporteret filios gratiæ per ſpecialem prædicationem toto orbe propagari, (id enim tempori nouæ legis ſeruabatur,) ſed intra vnius populi anguſtias contineri; ſaltem opus fuit, vt ibidem per carnalem generationem propagarentur. Ex his igitur, ac ſimilibus circumſtantiis, quibus vxorum, non virorum pluralitas cohoneſtari poteſt, fit, vt in vna, non in altera a Deo diſpenſetur. Vnde D. Aug.lib.22. contra Fauſt c.37 docet,non potuiſſe etiam ex conſenſu Abrahæ, Saram legitimam fieri & Abrahæ. & Pharaonis vxorem; & nihilominus potuiſſe Abrahamum ex conſenſu Saræ legitimum fieri & ipſius Saræ, & Agaris maritum. Rem optimè declarat D. Aug.lib.de bono coniugali, cap.17.& ſimilitudine ſeruorum cum domino, & creaturarum cum creatore. Sicut enim plures ſerui vni domino ſubiacent, non tamen plures domini vni ſeruo imperant, & ſicut plures creaturæ ad vnum creatorem, non tamen plures creatores ad vnam creaturam referuntur;ita plures vxores vni viro,non tamen plures viri vni vxori copulantur.

Quibus circumſtantiis vxorum pluralitas cohoneſtetur.

D.Aug.

14. *A quo concedi queat hæc diſpenſatio.*

His poſitis,triplex dubium conſurgit. Primum,à quo fieri debeat diſpenſatio in pluralitate vxorum. Certum in primis eſt, ſi qua diſpenſatio neceſſaria eſt, eam eſſe non poſſe ab homine; quia hic nihil poteſt in lege naturæ. Nec obſtat caſus, qui refertur cap *Quod propoſuiſti* 32.q.7. quòd ſcilicet Gregorius III. conceſſerit cuidam ducere vxorem ſecundam ob ægritudinem primæ. Nam prima non fuit legitima ob impedimentum perpetuum; idque ſolum Pontifex declarauit, vt Gloſſa eiuſdem capitis, & Doctores communiter aduertunt. Dicet igitur aliquis non requiri vllam diſpenſationem, ſed ſolam mutationem circumſtantiarum, v. g. ſi detur caſus, in quo ſit neceſſaria maior propagatio generis humani, quàm dari poſſit, ſeruata lege monogamiæ,eo ipſo licitam eſſe polygamiam. Sed contrà. Quia lex prohibens polygamiam, non ſolùm erat naturalis,& rectæ rationi conformis; ſed etiam Adamo diuinitùs inſpirata, iuxta illud: *Erunt duo in carne vna.* Quæ verba licèt Geneſ. 2. n. 24. referantur, vt dicta ab ipſo Adamo; nihilominùs Matth. 19. num 5. referuntur, vt dicta ab ipſo Deo. Vt intelligeremus, interprete D. Auguſtino lib. 9. de Geneſ ad lit. cap.19. Adamum diuinitùs inſpiratum, tanquam Prophetam hoc dixiſſe. Ergo vt illa lex tolleretur, ſatis non erat mutari circumſtantias, in quibus polygamia bona eſſe videretur; ſed vlteriùs peculiaris à Deo diſpenſatio requirebatur. A quo enim lex imponitur, ab eodem tantùm in ea diſpenſatur.

D.Aug.

15. *Quando facta fuerit hæc diſpenſatio. Ante diluuiũ nulla fuit. Iudæorum figmentum de Adami polygamia.*

D.Anſelm. Tertul.

Secundum dubium,quo tempore facta fuerit hęc diſpenſatio. Et dubitari poteſt de tempore naturæ, legis,& gratiæ. Et quidem in tempore naturæ,vſque ad diluuium,talis diſpenſatio non fuit,cùm ex nullo Scripturæ loco colligatur. Vnde patet inſana Iudæorum temeritas,qui,vt refert D. Anſelm. in epiſt. 1.ad Timoth.ſub initium: *Dicere audent,& credere, Deum homini duas creaſſe mulieres,ex quibus texunt genealogias, verè,ſicut dixit Apoſtolus,infinitas.* Nempe, de qua quiſque natus fuerit. Sed Iudæos rectè conuincit Tertull.lib. de exhor.ad caſtitatem, c.5. *Plures*, inquit, *coſtæ in Adam, & infatigabiles manus in Deo,ſed non plures vxores apud Deum. Erunt duo*,inquit, *in carne vna,non tres, neque quatuor.* Et lib.de monogamia,c.4.ad illa verba: *Faciamus ei adiutorium.* Geneſ.1.n.18. *Adiutores*, inquit, *dixiſſet,ſi pluribus eum vxoribus deſtinaſſet.* Et ſtatim: *Perſeuerauit*,inquit, *vnio coniugij in auctoribus generis ad finem vſque, non quia non erant fœminæ aliæ;ſed ne primitiæ generis duplici matrimonio contaminarentur.* Vnde Lamech, qui ſub id temporis duas ſimul vxores accepit. Geneſ.4.n.23. meritò ab eodem Tertul. lib de exhor. ad caſtitatem,c.5.reprehenditur. *Numerus*,inquit, *matrimonij à maledicto cœpit. Primus Lamech duabus maritatus, tres in vnam carnem effecit.* Addit verò D.Hier lib.1. contra Iouin. Lamech propter hoc ſcelus grauiùs punitum fuiſſe, quàm Cain,iuxta illud; *Septuplum vltio dabitur de Cain,de Lamech verò ſeptuagies ſepties.* Gen.4.n.24. *De altero*,inquit Hieron *ſepties,de altero ſeptuagies ſepties vindicatum eſt,quantum diſtat in numero, tantùm & in crimine* Poſt diluuium autem conſtat in hac lege diſpenſatum fuiſſe Alioqui peccaret Abrahamus polygamiam exercendo; quam tamen licitè exercuit,adeò vt D Auguſt.lib.de bono coniug.c.21. non dubitet eam cum Ioannis continentia comparare,imò & exæquare. Peccarêt etiam reliqui Patriarchæ,vt Iacob,& alij,quos polygamos fuiſſe conſtat:cùm tamen D.Aug.lib de bono coniugali, cap.13 aſſerat, eos caſtiùs plures vxores habuiſſe,quàm nunc multi habeant vnam tantùm.

D.Hieron. *Lamech propter vxorum pluralitatem punitur.*

D.Hier.

Poſt diluuiũ in hac lege diſpenſatum eſt.

D.Aug.

D.Aug.

16. *In lege ſcripta liberalior fuit in polygamia diſpenſatio.*

Euſ.Cæſ. D Chryſ. D.Hieron.

In tempore autem legis ſcriptæ liberalior fuit hæc in polygamia diſpenſatio, vt Euſeb. Cæſar.lib. 1 demonſt.Euang.c.9. D.Chryſ.lib de virginit.cap. 32.D.Hier lib vtroque contra Iouin & cæteri communiter aduertunt;ſatiſque ſupponitur Deut.17.n. 17.vbi ſolùm plurimæ vxores,hoc eſt,nimia earum multitudo Regibus prohibetur. Et Deut. 21.n.15. vbi connubiales quędam leges in polygamia,quippe quæ licita ſupponatur, ſtatuuntur. Denique ex toto veteri Teſtamento id colligitur,vbi multi polygami commendantur,nullus ex hoc capite vituperatur;niſi fortè modum exceſſiſſet,vt re vera Salomon exceſſit,& in nimia multitudine vxorum,& in delectu earum ex alienigenis,& in communicatione cum illis in idololatria Quibus de cauſis 3. Reg.11.n.1.& Eccleſiaſtici 47.n.21. non immeritò reprehenditur. Ratio verò huius diſpenſationis ſub id temporis fuit, tum, vt hæc polygamia Chriſti Domini cum Synagoga & Eccleſia deſponſationem præfiguraret; vt Iuſtin. in dialogo cum Tryphone. pluréſque alij oſtendunt: tum etiam,vt magis in dies Dei populus augeretur; vt Cyril. Alex. lib.2.in Gen.D.Chryſ.hom.56.in Geneſ.D.Thom. in cap.16.Geneſ.pluréſque alij teſtantur.

Ratio huius diſpenſationis ſub veteri lege.

Iuſtin.

Cyrill.Alex. D.Chryſ. D.Thom.

17. *Hæc diſpẽſatio in lege gratiæ reuocata eſt,nec vlli conceſſa.*

Cæterùm tempore legis nouæ,ſeu gratiæ,non ſolùm nunquam facta fuit hæc diſpenſatio;ſed etiam quæ olim facta fuerat, reuocata eſt à Chriſto Domino,Matth.19.n.5.vbi matrimonium ad eum ſtatum,in quo ab initio inſtitutum fuerat,reduxit. Ad Deum enim pertinebat,inquit D. Paulus Epheſ.1. n.10. *inſtaurare omnia in Chriſto, quæ in cælis, & quæ* in

Tertull. *Prima huius reuocationis cauſa.*

in terra ſunt in ipſo. Hoc eſt, vt Tertul. lib. de monogamia, cap. 5. interpretatur, omnia ad initium reuocare, & ſub primæuo ſtatu innocentiæ reponere. Atque hæc prima ratio hanc diſpenſationem reuocandi: vt ſcilicet prior Adam ſub poſteriori ad ſtatum, in quo conditus fuit, reduceretur.

Secunda.

Altera eſſe poteſt, quia iam non erat neceſſaria ad populum Dei propagandum.

Beda. Caſſian.

Nunc enim, inquit Beda in c. 1. Lucæ, *iam non carnalis ſucceſſio, ſed perfectio ſpiritualis inquiritur.* Et Caſſian. collat. 17. cap. 19. *Vxorum*, inquit, *multarum antiqua illa libertas, inſtante iam temporum fine, & multiplicatione humanæ generationis expleta, non immeritò debuit amputari. Nam vſque ad aduentum Christi, oportuit benedictionem primordialis illius vigere ſententiæ; Creſcite, & multiplicamini. Et idcirco iuſtiſſimum fuit, ut ex illa radice fœcunditatis humanæ, quæ in Synagoga pro diſpenſatione temporis vtiliter viguit, Angelicæ virginitatis floſculi germinarent, ac ſuaueolentes continentiæ fructus in Eccleſia gignerentur.* B

D. Chryſ.

Adde D. Chryſ. homil. 56. in Geneſ. vbi docet olim hanc polygamiam licitam fuiſſe, *vt humanum*, inquit, *genus propagaretur. Nunc verò, quia per Dei gratiam humanum genus valde multiplicatum eſt, & pietas incrementum accepit; adueniens Chriſtus, & virtutem in hominibus plantans, Angeloſque ex hominibus faciens, omnem illam veterem conſuetudinem aboleuit.*

Tert.

Vnde Tertul. lib. de exhort. ad caſtitatem, cap. 6. aſſerit, Deum olim eam polygamiam permiſiſſe, donec mundus impleretur. *Nunc verò*, inquit, *compreſſit*, C *quod emiſerat & reuocauit, quod indulſerat, non ſine ratione propagationis in primordio, & repaſtinationis* (hoc eſt amputationis) *in vltimo.* Quaſi diceret, factam fuiſſe hanc diſpenſationem, quando erat hominum propagatio neceſſaria: poſtquam neceſſaria eſſe deſiit, amputatam. Et ſtatim: *Propterea, inquit, ſyluam quis inſtituit, & creſcere ſinit, vt tempore ſuo cadat ſyluam. Erat vetus diſpoſitio, quæ in Euangelio nouo deputatur. Sic & oculum pro oculo, & dentem pro dente, iam ſenuit, ex quo iuuenuit.* Hoc eſt, ſicut lex talionis olim ſeruari ſolita, ita & polygamiæ obſoleuit, ex quo Chriſtus nouas patientiæ, & continentiæ leges hominibus perſuaſit.

Tertia. D. Auguſt.

Tertia ratio eſſe poteſt, ad repræſentandum ſtatum Eccleſiæ triumphantis: ita D. D Aug. lib. de bono coniug. c. 18. *Sicut*, inquit, *ſacramentum pluralium nuptiarum illius temporis, ſignificauit futuram multitudinem Deo ſubiectam in terrenis omnibus gentibus: ſic ſacramentum nuptiarum ſingularium noſtri temporis, ſignificat vnitatem omnium noſtrûm ſubiectam Deo futuram in vna cæleſti ciuitate.*

18. *Cum quibus in hac lege diſpenſatum fuerit.*

Tertium dubium eſt, cum quibus in hac lege diſpenſatum fuerit. Conſtat inprimis diſpenſatum fuiſſe cum Abrahamo, omnibuſque illius poſteris, vſque ad Chriſtum Dominum: ſiue illi per Iſaac, & Iacob, ſiue etiam per Iſmaëlem, & Eſau propagarentur; quamuis hi poſteriores ad populũ Dei non pertinerent. In qua re conueniunt Theologi ſuprà citati.

Vtrùm ad Gentiles hæc diſpenſatio extenſa fuerit. Bellarm. Valent. Henriq. Sanc.

Diſſident tamen, vtrum etiam ad Gentiles E hæc diſpenſatio extenſa fuerit. Affirmat Bellarm. & Valent. negant Henriq. & Sancius, quamuis eos à peccato propter ignorantiam excuſent; præſertim cum exemplo Hebræorum ducerentur. Vtrique probabiliter: ſed poſteriores, niſi fallor probabiliùs, ſicut enim Deus ſuo tantùm populo leges tribuebat, ita & priuilegia.

Cum quo primo Deus olim diſpẽſauerit. Tert.

Cum quo autem omnium primo Deus olim diſpenſauerit, nõ conſtat. Dicunt aliqui cum Noe. Impugnat Tertul. de monog. cap. 4. *Reformatio*, inquit, *ſecundi generis humani monogamia matre cenſetur. Noe, & vxor, filijque eorum in vnicis nuptiis.* Vt ſicut humanum genus à parente monogamo formari cœpit, ita & à monogamo reformaretur. Dicunt alij cum Abrahamo, qui omnium primus legitur polygamia licitè vſus fuiſſe. Impugnat A hoc Perer. Gen. 16. n. 22. Neſcio an ſatis expugnet. Res eſt prorſus incerta. Certius tamen eſt, hanc diſpenſationem factã fuiſſe alicui (quiſquis fuerit primus) per internam inſpirationẽ; & ab eo per loquutionem externam in alios, atque alios traductam: ita vt iam in eo populo nemo dubitaret, licitam ſibi eſſe ex diuina diſpenſatione polygamiam.

Perer.

Vnde Elcana vir iuſtus eâ licitè vſus fuit præſertim cùm ex priori coniuge, vtpote ſterili prolem non ſperaret. Ideóque de illius fortè conſenſu, vt credit Abul. q. 4. poſteriorem ſuperinduxit. Quamuis hic conſenſus neceſſarius ſimpliciter non fuerit, cùm vir ſuo iure vteretur, vt Bellarm. lib. de matrim. c. 10. rectè aduertit.

Abul. Bellarm.

B

SECTIO III.

Quanta olim pœna fuerit ſterilitas; & cur potiùs Annæ inflicta fuerit, quàm Phenennæ.

1. *Sterilitas aliquando naturalis.* Hippocr. *In Scriptura fœminis tantum tribuitur.*

STerilitas aliquando naturaliter contingit, vt docet Hippocrates lib. 1. & 2. de morbis mulieribus, & ſpeciatim lib. proprio de ſterilibus: & tam fœminis, quàm viris communis eſſe poteſt, quamuis in Scriptura fœminis tantùm tribuatur, C vt Maldonatus aduertit Luc. 1. n. 7. Cui ſi obiicias, Iechoniam appellari ſterilem Ierem. 22. n. 30. Facilè reſpondere poſſet, non dici ſterilem, quòd filios non habuerit. Nam Iechonias genuit Salathiel. Matth. 1. n. 12. & plures alios filios genuiſſe dicitur. 1. Paralip. 3. n. 17. & 18. Sed quòd nullus ex illius filiis regnum Dauidis obtinuerit, vt loco Ierem citato exprimitur.

Aliquando in pœnam ſupernaturaliter inducitur. Leuinus Lemn.

Aliquando verò ſupernaturaliter inducitur, tum ob alias cauſas, de quibus ſtatim in poſteriori parte Sectionis: tum etiam in pœnam alicuius ſceleris, vt Leuinus Lemnius lib. 1. de miraculis naturæ, c. 9. & lib. 3. c. 1. oſtendit: deducitúrque ex Scriptura, Gen. 20. n. 18. vbi dicitur omnis vulua domus Abimelech, vxoris ſcilicet, & ancillarum, D concluſa, hoc eſt, ſterilitate damnata, quandiu illo Saram non reſtituebat Abrahamo. Et 2. Reg 6. n. 23. vbi Michol ſterilitate punitur, quòd Dauidem coram Arca Domini ludentem irriſerit. Et Oſeæ c. 9. n. 14. vbi Vates improbæ genti hoc ſupplicium imprecatur: *Da eis Domine vuluam ſine liberis, & vbera arentia.*

Acerbiſſima olim pœna ſterilitas.

Acerbiſſima enim pœna inter Hebræos olim, imò inter cæteros quoque homines cenſebatur ſterilitas, tum ob alias cauſas, quas Mald. vbi ſup. n. 25. ſolita breuitate perſtringit: tum præſertim, quia homines illius temporis, ſicut minus de æternitate cogitabant, ita magis ſuæ memoriæ in terris conſeruandæ ſtudebant: quod per filios conſequi ſe poſſe ſperabant. Vnde ſi qua ratione illis orbari E contingebat, incredibiliter angebantur.

Filiis orbari ſummus olim parentum dolor.

2. Orig.

Quod facile patebit exemplis. Nam inprimis Iobus lethales fortunæ ictus immotus excepit, quaſi homo adamantinus, vt Origenes appellam; vbi tamen filiorum mortem audiuit, quaſi loco ſtare non poſſet præ dolore: *Surrexit*, inquit textus, *& ſcidit veſtimenta ſua, & tonſo capite corruens in terram adorauit.* Iob 1. n. 20. In quem locum D. Baſil. citatus in Catena Græca: *Iuſtus*, inquit, *quaſi ſcopulus conſiſtebat, ac vim tempeſtatis excipiens, fluctuum violentam incurſionem redigebat in ſpumam, nihilque eorũ, quæ contigerunt dignum lacrymis exiſtimauit. Poſtquam verò nuntius venit, qui diceret in conuiuantes filios, & filias violento flatu conuiui domicilium irruiſſe: tunc communi ſenſu naturæ patefacto, veſtem conſcidit, vt ea re propenſæ voluntatis ſuæ erga liberos ſignificationem daret.*

D Baſil.

Immen

3\. *Genere ſucceſſionem expetit Abraham.* Lippom.

Immerſum pondus præmiorum Deus olim A promiſit Abrahamo, cùm dixit: *Ego protector tuus, & merces tua magna nimis.* Geneſ. 15. num. 1. Et tamen Abraham conqueribundus reſpondit: *Domine Deus quid dabis mihi? ego vadam abſque liberis.* Ibid. n. 2. Quaſi diceret, vt interpretatur Lippoman. *Multa quidem, & magna promittis: maximum autem bonorum in hoc ſeculo, ſine quo alia non ſunt iucunda, mihi non das: filium ſcilicet de meo ſemine, meorum rerum heredem, & fidei.* In quibus verbis nota illud, *& fidei.* Quaſi Abrahamus non tantùm doleret deeſſe ſibi hæredem, qui ſuum nomen, & gloriam ad poſteros transfunderet: ſed præcipuè, qui ſuam fidem, & religionem propagaret.

4\. *Filiorū propagationem Dauid maximè Deo gratatur.*

Iam vero Dauid ſuo ex peccato reſipiſcens, cùm B multas à Deo pollicitationes de futura proſperitate accepiſſet, nullam habuit gratiorē, quam quæ fuit de filiorum propagatione. *Quis ego*, inquit, *ſum Domine Deus, & quæ domus mea, quia adduxiſti me huc uſque? Sed & hoc parum viſum eſt in conſpectu tuo, Domine Deus, niſi loqueris etiam de domo ſerui tui in longinquum.* 2. Reg. 7. n. 18. & 19. in quibus verbis duo obſerua. Vnum cum Caiet. in Hebræo eſſe, *Domine mi, Deus*, quæ verba ſæpiùs in hac oratione repetuntur, blandiſſima ſunt, amoriſque pleniſſima. Quaſi pœnitentia, quam Dauid egerat, Deum faceret proprium Dauidis, quem peccatum fecerat alienum: & ſicut peccator Deum nō audet ſuum appellare, vt alibi illuſtrabo; ita pœnitens ſuum frequentiſſimè appellat. Alterum ad rem C præſentem, Dauidem inter multa beneficia diuina de nulla re magis, quam de ſuorum filiorum propagatione exultare. Quaſi promiſſam ſibi poſteritatem, omnium maximam eſſe crederet proſperitatem & pro hac potiſſimū grates à Deo redderet immortales. Et ne illi tam ingens pro filijs exultatio vitio ab aliquo verteretur, ſtatim addit: *Iſta eſt enim lex Adam, Domine Deus.* Ibid. num. 19. Nempe, interprete Lyrao, vt quilibet ſit ſolicitus de poſteritate ſua. Vnde concludit: *Quid ergo addere poterit adhuc Dauid, vt loquatur ad te:* n. 20. Quaſi diceret, hoc beneficio de filiorum poſteritate conceſſo, nullum reſtat amplius poſtulandum.

Pœnitentia Deum facit proprium, quem peccatum fecerat alienum.

Lyran.

5\. *Chriſti aduentus, ſummum beneficium.*

Quamuis mihi videatur hoc loco Propheta D mentem altiùs erexiſſe, neque tam ad alios filios, quàm ad futurum Meſſiam ſpectaſſe. Quaſi Deo in hunc modum gratuletur: dum mihi tantum beneficiū præſtas, vt de mea ſtirpe mundi Redemptor oriatur, quid vlteriùs loquar? quid poſtulem? quid exoptem: Eodem enim pertinent illa verba, quibus Dauid Pſal. 71. concluſit: *Defecerunt laudes* (ſeu preces) *Dauid filij Ieſſe.* Nam ſi Pſalmus agit de ſecundo Chriſti aduentu, vt Caiet. exiſtimat, verborum ſenſus eſt, illud extremum iudicium adeò ſeuerum, ac diſtrictum fore, vt nullus in eo locus precibus, atque orationibus relinquatur. Si verò, quod eſt longè probabilius, Pſalmus agit de E primo Chriſti aduentu, ſenſus eſt, tantum eſſe hoc Incarnationis beneficium, vt Dauid nihil ampliùs poſtulare velit, imò nec exoptare.

In vltimo iudicio nullus precibus locus.

6\. *De filiorum poſteritate valde ſolicitus Iacob.* Caiet.

Sed vt redeam, vnde excelleram. Valde ſolicitus de filiorum propagatione mihi videtur fuiſſe Iacob, vir alioqui ſanctiſſimus. Nam, vt eſt in litera, *Iſrael diligebat Ioſeph ſuper omnes filios ſuos, eò quod in ſenectute genuiſſet eum.* Geneſ. 37. num. 3. Cur, quæſo, filius ſenectutis præ cæteris à Iacob diligebatur? *In promptu cauſa eſt*, inquit Caietanus, *quia diutiùs ſeruaturus eſt eſſe paternum, apprehenditur enim, vt victurus longo tempore poſt mortem patris.* Adeò enim volebant homines etiam ſanctiſſimi ſuam per filios memoriam in terris conſeruare, vt eos filios magis diligerent, per quos crederent eam A diutiùs conſeruandam. Quid mirum igitur, ſi Hieroſolymitanæ fœminæ poſt vrbis ſuæ excidium filijs orbatæ, de aliorum propagatione filiorum tam ſolicitè angerentur? *Et apprehendent*, inquit Propheta, *ſeptem mulieres virum vnum in die illa, dicentes: Panem noſtrum comedemus, & veſtimentis noſtris operiemur; tantummodo inuocetur nomen tuum ſuper nos: aufer opprobrium noſtrum.* Iſaiæ 4. num. 1. Coniugia requirebant, non vt opes cogerent, & lucra facerent; ſuas enim facultates libenter expendebant, victu ſuo, cultúque vtentes: ſed vt poſteros relinquerent, quos præ cæteris diuitijs deſiderabant, vt ſua per eos nomina nulla obliuione ſepulta conſeruarent.

Per filios olim nomen ſuum ab interitu vindicare curabāt parentes.

Denique hic erat omnium hominum appetitus, B vt qui per ſe ſemper viuere non poſſent, per ſuos ſaltem filios nunquam morerentur. Vnde ſi filijs carebant, ſteriléſque erant, eradicati dicebantur: *Non erit*, inquit textus, *infœcunda, nec ſterilis in terra tua.* Exod. 23. n. 26. Hebraicè, *nec eradicata.* Nam verbum עקר *Hacher*, quod ibi ponitur, *eradicare*, ſignificat. Sunt enim filij quædam veluti parentum radices. *Erit radix Ieſſe.* Iſaiæ 11. n. 10. *Aſcendet ſicut radix.* Iſaiæ 53. num. 2. *Leo de tribu Iuda, radix Dauid.* Apocal 5. n. 5. Quemadmodum enim ſucciſa arbore, radices manent, quæ iterum germinant, in quibus proinde arbor manere, & perſeuerare videatur: ita ſublatis parentibus manent filij, in quibus illi quodammodo viuere, & ſuperC eſſe exiſtimantur. 7.

Filij cur parentum radices.

Ex his patet, quàm grauis olim fuerit pœna 8. ſterilitatis, quæ nunc in lege gratiæ multò lenior, & facilior habetur, cùm iam homines non tam de poſteritate in terris cogitent, quàm de æternitate in cælo meditentur, ſciantque glorioſius ſibi nomen per virginitatem, quam per poſteritatem acquirendum, iuxta illud, quod Deus virginibus promiſit: *Dabo*, inquit, *eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filiis & filiabus.* Iſa. 56. n. 5. hoc eſt, ad literam, melius, quàm illud, quod per filiorum ſucceſſiones comparatur. Et cur melius? Quia patres cùm per ſe ipſos ſemper viuere, & mortis leges euadere non poſſint, per filios ſalD tem viuere, & immortales fieri conantur. At verò virgines ſuum in ſe ipſis nomen, & gloriam æternant; cùm mori neſciant, ſed immortalitate in terris potiantur. Vnde D. Bern. epiſt. 42. *Sola*, inquit, *eſt caſtitas, quæ in hoc mortalitatis & loco, & tempore ſtatum quendam immortalis gloriæ repræſentat, Sola inter nuptiarum ſolemnia, morem beatæ illius vendicat regionis, in qua neque nubunt, neque nubuntur: præbens quodammodo terris cæleſtis iam illius conuerſationis experientiam.* Vbi plura eleganter de hac re. Et ſerm. 2. ad fratres de altitudine cordis: *Quis*, inquit, *cælibem vitam, vitam cæleſtem, & Angelicam dicere vereatur? aut quòd in reſurrectione futuri ſunt omnes E electi, quomodo non iam nunc eſſet ſicut Angeli Dei in cælo à nuptiis penitus abſtinentes, Angeli quidem terreni, aut potiùs cæli ciues?*

Glorioſius ſibi nomen in lege gratiæ iuſti per virginitatem, quàm per poſteritatem acquirunt.

Caſtitas immortalis, & Angelica. D Bern.

Caſtitatem coluit Henoch. Quid inde? Mortem 9. ignorauit: *Ambulauit Henoch cum Deo, & non apparuit; quia tulit eum Deus.* Geneſ. 5. n. 24. Chaldaicè; *Ambulauit Henoch cum Deo, & non ipſe, quia non morì fecit eum Deus.* Virginitatis cultor extitit Helias. Quid deinde factum? Mortem euaſit. Optimè D. Hieron. lib. 1. contra Iouin. *In Helia*, inquit, *virginitas demonſtratur; in Moyſe nuptiæ.* Et paulò poſt: *Moyſes mortuus eſt, & ſepultus, Helias igneo curru raptus antè immortalis eſſe cœpit, quàm mortuus.* Quaſi cùm cæteri homines per mortem ad immortalitatem tendant, vnus Helias virginitatis alis mortem tranſiliret, & ad immortalitatem præuolaret.

Per caſtitatem Henoch, & Helias mortem ignorarunt. D Hieron.

D. Epiph.

Vnde egregiè de illo D. Epiph. in Anchorato, noo procul à medio: *Helias*, ioquit, *erat in virginitate, vt prærogatiua virginitatis immortalitatem prædicaret mundo, & cum corpore incorruptibilitatem.* Ac ſi nullus inueniri poſſet aptior immortalitatis prædicator, quam eximius virginitatis cultor, quod illam in ſe ipſo reſtaretur.

D. Hieron. — Tert.

10\. De vtroque verò, Heooch ſcilicet, & Helia D. Hier. & Tertul. egregia præconia ediderunt, quibus vtriuſque immortalitatem à virginitare acceptam confirmarunt. Nam D. Hieron. in epiſt. ad Pammach. contra errores Ioan. Hieroſol. *Henoch*, inquit, *tranſlatus in carne, Helias carneus raptus eſt in cælum, nec dum mortui, & paradiſi iam coloni.* Quaſi eandem immortalitatem, quam felicitas in paradiſo confert, conferat in exilio virginitas. Tertul. verò lib. de reſurrect. carnis, c. 8. de Henoch, & Helia loquutus: *Æternitatis*, inquit, *candidati ab omni damno, ab omni iniuria, & contumelia immunitatem carnis ediſcunt.* Ingenioſè quidem. Nam qui carni ſeruiunt, tempori per mortem finiendo ſubijciontur: qui à carne ad virginitatem prouocant, io libertatem æternitatis vindicantur.

Ioan. Euangeliſta in terra propter caſtitatem, immortalis paradiſi accola. — D. Hier.

11\. Iam verò Euangeliſta Ioannes quantum habuit cum virginitate commercium, tantum habuit à mortalitate diuortium: *Exiit*, inquit, *ſermo inter fratres, quòd diſcipulus ille non moritur.* Ioan. 21. num. 23. Vnde hæc fama orta eſt? Prædictúmne à Chriſto Domino illud fuit? Minimè: *Et non dixit ei IESVS, non moritur*; vt ibidem Euangeliſta fatetur. Confictúmne fuit remerè ab Apoſtolis? Nequaquam: oeque enim veritatis prædicatores, falſitatis artifices, & architecti eſſe potueruot. Vnde ergo exijt ille ſermo? Optimè D. Hieron. lib. 1. contra Iouin. *Ex hoc*, inquit, *oſtenditur virginitatem non mori, ſed manere cum Chriſto; & dormitionem eius tranſitum eſſe, non mortem.* Quaſi Apoſtoli ex Ioannis virginitate certum depromerent argumentum, eum non eſſe moriturum, ſed potiùs iam eſſe immortalitate donatum. Hinc eſt, quòd cùm Ioanoes adhuc in terris degeret, apud inſulam, quæ dicitur Patmos, relegatus, nihilominus iam in cælo collocatus cerneretur. Nam Apoc. 4. à n. 6. non ſolùm vidit in cælo tria animalia, trium Euangeliſtarum ſymbola ſed etiam aquilam volantem, ſui ipſius indicem, ac typum: quia Ioannes propter carnis grauitatem adhuc exulabat apud hoohines, & propter mentis puritatem iam apud ſuperos triumphabat. In quam rem optimè quadrat illud virginitatis præconium, grauiſſimè editum à D. Cypr. lib. de ſingularitate clericorum: *Hoc*, inquit, *exigit ſancta ſingularitas* (id eſt, ſancta virginitas) *vt antequam transfiguretur, iam transfigurata cernatur in Angelicæ claritatis aſpectum.* Quaſi priuſquam mors virgines deformet in cineres, virginitas transfigurer in Angelos.

D. Cypr.

Caſtitas ſe ipſa, non filiorum ſucceſſione perennat.

12\. Cùm igitur virgines immortales ſuit, ſobole filiorum non indigent, per quos viuaor. Vode ægrè non ferunt, ſi filiorum ſterilitatem patiantur, qui ſemper animorum puritate efloreſcuot. Nam ibi tantùm oeceſſariæ ſunt nuptiæ, vbi mors deſæuit, vt morientis defectus per naſcentis acceſſum ſuppleatur. Vode inter terrenos homines mortis ictibus ſubiectos, dantur ouptiæ, à quibus mortis ſtrages reſarciantur: inter cæleſtes verò mortis legibus immunes, ſicut nulla mortis diſpendia tolerantur, ita nulla nuptiarum ſubſidia requiruntur. Vtrumque ſignificans Chriſtus Dominus. *Filij*, inquit, *huius ſeculi nubunt, & traduntur ad nuptias: illi verò, qui digni habebuntur ſeculo illo, & reſurrectione ex mortuis, neque nubent, neque ducent vxores, neque enim vltrà mori poterunt.* Luc. 20. à n. 34. Quod Tertull. lib. 4. contra Marcionem, cap. 38. rectè expendens:

Tert.

Quia, inquit, *de æuo venturo quærebatur, in quo neminem nubere definiturus erat; præſtruxit hic quidem nubi, vbi ſit & mori: quos vero dignatus ſit Deus illius æui poſſeſſione, & reſurrectione à mortuis, neque nubere, neque nubi; quia nec morituri iam ſint.* Sicut igitur à virginali ſtatu exulat mors, ita oportet & nuptias exulare. Vnde nulla in eo pœna ſterilitas: quod enim per fœcunditatem ſolatium obtinetur, per virginitatem felicius compenſatur. Sed iam ad alteram partem Sectionis.

Cur potiùs Anna ſterilis fuerit, quàm Phenenna,

Vtrùm ſterilitas Annæ naturaliter, an ſupernaturaliter contigerit. — Abulenſ. — *Prima ſententia.* — *Secunda ſententia.* — Caiet. — *Vera reſolutio.*

DVbitabit in primis aliquis, vtrùm ſterilitas Annæ naturaliter, an ſupernaturaliter contigerit. Naturaliter contigiſſe ſentit Abulenſis hoc loco quæſt. 6. Supernaturaliter cootendet aliquis ex illis verbis n. 5. *Dominus autem concluſerat vuluam eius*, & ex illis num. 6. *In tantum, vt exprobraret, quòd Dominus concluſiſſet vuluam eius.* Vbi Caiet. aduertit, hanc ſterilitatem non qualitercumque, ſed à Deo inflictam eſſe. Et confirmari poteſt ex Gen. 20. n. 18. vbi ſimilibus verbis exprimitur ſterilitas vxoris, & ancillarum Abimelech, quam diuinitùs inductam fuiſſe, dubitandum non eſt. Sed vt rem breuiter expediam. Dupliciter dici poteſt hæc ſterilitas ſupernaturalis. Vno modo, ſi præter naturæ leges ac diſpoſitiones, quæ in aliquo ſubiecto concurrunt, infligatur. Altero, quamuis ſecundùm naturæ diſpoſitiones contingat, ſi à Deo propter aliquas certas cauſas ad peculiarem aliquem finem ordinetur. Priori modo fortaſſe hæc Annæ ſterilitas naturalis fuit, quòd aliter inflicta noo fuerit, quàm natura ſic exigente: præſertim ſi quis dicat cum Hildeberto Cœnomanenſi Epiſcopo ep. 41. Annam ſub hoc temporis iam eſſe octogenariam. Poſteriori modo ſupernaturalis, quòd quamuis à natura ita inſtituta fuerit; tamen à Deo ad peculiarem finem propter certas aliquas cauſas referatur. — 13.

Hildeb.

Triplex ratio cur Annæ potiùs, quàm Phenennæ ſterilitas impoſita ſit.

14\. Cauſa igitur, cur hæc ſterilitas Annæ potiùs, quàm Phenennæ imponatur, triplex eſſe poteſt, vt interim alias prætermittam. Prima, vt meritum Annæ, quæ iuſtior erat, augeretur. Sanctiores enim fœminas, vt Saram, Gen. 11. n. 30. Rebeccā. Gen. 25. n. 21. Rachelem, Gen 29. n. 31. matrē Samſonis, Iudic. 13. n. 2. Eliſabethā, Luc. 1. n. 7. ſolebat Deus ſterilitate mulctare, vt ampliore ſanctitate ex hac afflictione locupletaret; vt Orig. hom. 12. in Geneſ. aduertit. Imò in vniuerſum loquendo, ſanctiores, & iuſtiores quoſque ſolet Deus maioribus laboribus exercere in hac vita, vt & ſibi maiora acquirāt præmia, & alijs efficaciora præbeant exempla, & leniores maculas, ſi quas aliquando contraxerunt, per temporarias eluant pœnas. Nam quòd labores inferaotur à Deo, vt coronæ augeantur, facilè patet. Nam in primis Deus, inquit Apoſtolus, *flagellat omnem filium, quem recipit.* Hebr. 12. n. 6. Filium, inquit, non ſeruum. Quod expendens D. Amb ſer. 14. in Pſal. 118. *Aſperioribus*, inquit, *exercet pater filiū, quam dominus vernaculum. Sed dura patris non æſtimātur flagella, quia vult filium meliorem eſſe, quam ſeruulum.* Quorſum Deus tam multas plagas Iobo viro ſanctiſſimo inflixit, niſi vt augeret coronas? Vnde D. Ambr. citatus: *Probaturus*, inquit, *iuſtum ſuum per huiuſmodi exercitia, in quibus eius probata eſt patientia, magis dignū, qui probaretur, effecit.* Et paulò poſt: *Iob*, inquit, *ſi non omnem amiſiſſet pecuniam, non tantam inueniſſet gratiā. Athletam ſuum nudum vngere voluit Deus oleo patientiæ, vt ſubeundo faceret certamine fortiorem, & emerendo præmio digniorem.* Ac tandem illius

Iuſtos Deus laboribus premit, vt faciat iuſtiores. — D. Ambr. — *Iobi labores, præmiorum ſeges.* — D. Ambr.

illius aduerſitatis commoda enumerans: *Quid igitur*, inquit, *fuit illa tentatio, niſi exercitium fidei, inſigne patientiæ, eruditio glorioſa virtutis, confeſſio plena victoriæ, vt qui antè contradicentem habebat diabolum, poſtea non haberet?* Dauid, quò magis proficiebat, dicens: *Iuraui, & ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ.* Pſal. 118. n. 106. eò magis Deum vindicem, & vltorem ſentiebat, dum ſtatim ſubdit: *Humiliatus ſum vſquequaque, Domine.* Credo, vt ad præmium contendenti per diuinæ legis obſeruantiam, maius ac maius aliquod per laborum tolerantiam adderetur. Hoc planè Dauid nō ignorabat, vt ibi D. Amb. obſeruat: *Quanti*, inquit, *mouentur, cùm vident iuſtum aliquem fractum ægritudine graui, & perpetua debilitate vexatum? Sed qui firmus eſt, non mouetur*, &c. Quippe qui intelligit, ex illa laborum ſegete ingentem præmiorum meſſem colligendam.

D Amb.

15. Quod autem iuſti multis aduerſitatibus agitentur, vt egregia patientiæ exempla cæteris proponantur, facile eſt oſtendere. Cur enim Ioſephus in Ægyptum præmittitur, tot carceres, tot vincula ſubiturus, niſi, vt Hebræi longo pòſt tempore ab Ægyptijs affligēdi, vnius exemplo Ioſephi ad ſtrenuam patientiam animarentur? Cur Iudæis in captiuitatem propter eorum ſcelera abductis, aliqui ſemper cū illis ex ſanctiſſimis Prophetis, vt Iſaias, Ieremias, Daniel, Ezechiel, aliique iuſtiſſimi viri, vt Tobias, ac ſimiles abire permittuntur, niſi, vt Hebræi laboribus non ſuccumberent, ſanctorum exemplis Prophetarum excitati? Cur Iſaac, & Tobias à Deo cæcitate plectantur, niſi, vt alij, qui ſimili à Deo infortunio puniuntur, ſanctiſſimos viros imitati, quò minùs terrena viderent, eò magis diuina contemplarentur? Vnde illud de Tobia: *Hanc tentationem ideo permiſit Dominus euenire illi, vt poſteris daretur exemplum patientiæ eius, ſicut & ſancti Iob.* Tob. 2. n. 12. Itaque vexantur fortes, ne imbecilles inter aduerſa exanimentur.

Iuſti laboribus agitati, egregia patientiæ exempla aliis præbent.

16. Iam verò, quod per labores ſanctorum leuiores culpæ eluantur, ſignificauit olim Deus, extremam ſuo populo captiuitatem comminatus: *Effundam*, inquit, *quaſi aquam iram meam.* Oſeæ 5. num. 10. Cur enim diuina ira aquæ comparatur? Reſpondet ibi Rupert. *Quia ſicut aqua viſibilis mundare ſolet ſordes corporeas, ita illa captiuitas mundauit populi peccata; vt iam non ſupereſſet in quibuſdam, videlicet, in tribus pueris, quippiam peccati, propter quod in Babylonia fornace lædi deberent eorum corpora.* Quaſi trium puerorum leuioribus noxis per illam captiuitatem perfectiſſimè expiatis, nulla iam culpa in eorum mentibus ſupereſſet in Babylonico camino expurganda. Prophetam illum, qui in Samaria contra Dei præceptum comedit, & quem in via leo occidit, ille alius pſeudopropheta virum Dei appellauit: *Vir*, inquit, *Dei eſt, qui inobediens fuit ori Domini, & tradidit eum Dominus leoni, & confregit eum, & occidit.* 3. Reg. 13. n. 26. At cur non potiùs appellauit virum Belial, cùm diuinum præceptum violarit? Fortè, quia intellexit per illam extremam pœnam, quam patienter excepit, totam eius culpam expiatam: ab illis enim, quibus Deus pœnas infert, ſæpenumero culpas aufert. Sunt, qui dicant Oziam, etſi nefarij ſacrilegij auctorem, tamen æternam tandem ſalutem conſequutum. Mouentur, quia ſtatim vbi lapſus eſt in culpam, paſſus eſt pœnam. 2. Paral. 26. n. 19. Eò enim tendit diuina bonitas, vt quem in hac vita punit, emendet. Sed de hac re alibi plura.

Sæpe Deus laboribus exercet, vt leuiores eorum culpæ eluantur.
Rupert.

Per inflictā pœnam culpa expiatur.

17. Hinc eſt, quòd diuina ſupplicia iuſtis videantur beneficia. Vnde D. Paulus: *Flagellat*, inquit, *Deus omnem filium, quem recipit.* Heb. 12. n. 6. In Hebræo eſt; *Quaſi pater in filio complacet ſibi.* Et ſic habetur Prouerb. 3. n. 12. ad quem locum D. Paulus alluſit. Perinde, ac ſi Deus puniendo blandiri, & flagellando coronare videatur. Quis ſanctior Moyſe, Aarone, & Samuele? & nihilominus Deus in eos omnes acriter animaduertebat, iuxta illud: *Deus, tu propitius fuiſti eis, & vlciſcens in omnes adinuentiones eorum.* Pſal. 98. n. 8. Vbi D. Auguſt. *Nouerint*, inquit, *Chriſtiani, quomodo vapulent, cum multum profecerint.* Et notanda ſunt cum eodem Auguſt. verba illa, *propitius, & vlciſcens.* Quaſi tunc Deum experiamur amatorem, cùm ſe nobis ille exhibet vltorem. Similia ſunt illa verba ex Pſal. 94. num. 10. vt in Romano Pſalterio habentur: *Quadraginta annis proximus fui generationi huic*; & vt habentur in vulgata: *Quadraginta annis offenſus fui generationi illi.* Quaſi idem eſſet, Deum illis offenſum reddi per labores, ac proximum per fauores. Vnde D. Aug. proximè citatus: *Ignoſcendo*, inquit, *propitius fueras & vindicando. Non ſolùm donans peccata, ſed etiam vindicans, propitius fuiſti: illi Deus iraſcitur, quem peccantem non flagellat.*

Diuina ſupplicia, magna beneficia.

D Aug.

D Aug.

18. Cum his vltimis verbis concordat D. Hieron. epiſt. 33. ad Caſtrutium: *Magna*, inquit, *ira eſt, quando peccantibus non iraſcitur Deus. Vnde Ezechiel.* 16. *num. 42. loquens Deus ad Hieruſalem: Iam, inquit, non iraſcar tibi; zelus meus receſſit a te. Non erudit pater, niſi quem amat; non corripit magiſter, niſi quem ardentioris cernit ingenij: medicus, ſi ceſſauerit curare, deſperat.* Facit illud ex Pſal. 59. num. 3. *Iratus eſt, & miſertus eſt nobis*: ſeu, vt explicat Theophylactus, *quia miſertus eſt nobis.* Ac ſi diuina punitio ex diuina miſeratione oriatur. Vnde D. Gregor. Nazianz. orat. in plagam grandinis: *Paterna*, inquit, *beneuolentiæ argumentum eſt obiurgatio; contra verò omnis anima, quæ admonitionis eſt expers, incorrigibilis manet.* Præbuit ſe Deus olim Moyſi, & Aaroni ſpectandum: quo in ſolio, quæſo, qua in ſede majeſtatis? Planè in ſede lateritia, quæ tamen ſuo fulgore ſapphirinam referebat, iuxta illud: *Viderunt Deum Iſrael, & ſub pedibus eius quaſi opus lapidis ſapphirini.* Exod. 24. num 10. ſeu, vt colligitur ex Hebræo, *lateris ſapphirum referentis.* Dicunt autem Hebræi apud Oleaſt. Deum ſub pedibus laterem illis oſtendiſſe, vt ſcirent, lateres, in quibus conficiendis anxiè in Ægypto premebantur, in ſapphiros eſſe commutatos. Nam labores, quibus iuſti premuntur in hac vita, gemmæ ſunt, quibus in futura coronantur. Vnde illæ vrbes, quas Hebræi in Ægypto per tot labores, ac ſudores ædificarunt, Exod. 1. n. 11. dicuntur fuiſſe vrbes *tabernaculorum*, ſeu, vt eſt in Hebræo מִסְכְּנוֹת *miſchenoth*, id eſt, *theſaurorum.* Ac ſi dum tot laboribus inſiſterent, non ædificare, ſed theſaurizare viderentur. Meritò ergo iuſtis labores à Deo infliguntur, qui diuinam erga illos beneuolentiam teſtentur.

Dei in peccatores indulgentia magna aliquando indignatio.
D. Hier.

Theoph.

D. Greg. Nazianz.

Iuſtorum labores, gemmæ, & theſaurus.

19. Secunda ratio, ob quam Anna fuerit ſterilis, eſſe poteſt, vt natiuitas Samuelis ex matre ſterili, natiuitatem Chriſti Domini ex matre Virgine antecedat, & minus miraculum maiori præludat. Voluit enim Deus paulatim emollire incredulitatem Iudæorum, & à minoribus miraculis ad maiora credenda veluti manu ducere. Tradit hanc rationem D. Chryſoſt. homil. 49. in Geneſ. vbi loquens de ſanctis illis fœminis, quæ in veteri Teſtamento fuerunt ſteriles, & huius ſterilitatis cauſam inquirens, ſic reſpondet: *Vt cùm*, inquit, *videris Virginem noſtrum Dominum parientem, ne ſis incredulus. Exerce enim hic tuos ſenſus in vulua ſterilium, vt cùm didiceris ligatam, & emortuam vuluam diuina virtute ad procreationem aperiri; inde copioſis argumentis acceptis, non admireris audiens, quod Virgo peperit. Imò admirare, & obſtupeſce; ſed ne ſis incredulus miraculo.*

Secunda ratio, vt Samuelis ex ſterili natiuitas, Chriſti ex Virgine natiuitati præludat.
D Chryſ.

Sterilis partus, Virginis fœcunditati conſirmat.

Quando

A *Quando igitur tibi dicit Iudæus: Quomodo peperit Virgo? dic ei: Quomodo peperit ſterilis? Sterilitas igitur viam parat virginitatis.* Et hanc eſſe literalem rationem, cur Deus olim voluerit ſteriles fœcundare, probat idem D. Chryſoſtomus ex Luc. 1. n. 36. Vbi cùm Angelus Gabriel miraculum natiuitatis ex Virgine nuntiaret, addidit miraculum natiuitatis ex ſterili: *Et hic menſis eſt ſextus illi, quæ vocatur ſterilis. Vt ſcias,* inquit Chryſoſtomus, *quod propter hoc ſteriles priùs fuerint, vt credatur virginitatis partus.*

20. D Greg. Nyſſen. Eandem rationem tradit D. Gregor. Nyſſen. de ſancta Chriſti natiuitate, loquens de Eliſabethâ Baptiſtæ matre: *Ne,* inquit, *incredibile putarent homines ex Virgine partum edi poſſe, minoribus miraculis* B *antè exercendo fideles ad aſſentiendum, & credendum aſſuefacit: ſterilis, ac decrepita filium parit; id quaſi præludium eſt, & principium exiſtit miraculi, quod in Virgine ſubſequutum eſt.* Similiter de hac re philoſophatur D. Ambroſ. lib. 6. in Lucam cap. 8. Vbi docet, Chriſtum Dominum minoribus miraculis præmiſſis fidem ad maiora credenda excitaſſe: *Suſcitaturus,* inquit, *mortuam* (nempe, filiam Archiſynagogi) *ad faciendam fidem hæmorrhoiſſam antè curauit. Sic & reſurrectio temporalis in Domini paſſione celebratur, vt perpetua illa credatur. Sic & paritura ſterilis indicatur, vt conceptura Virgo credatur.*

Minoribus præmiſſis miraculis fidem ad maiora credenda excitat Chriſtus. D. Ambr.

D. Baſil. Hanc etiam rationem D. Baſilius Seleuciæ Epiſcopus in hom de Iona, vberiùs illuſtrat, pluribus exemplis C oſtendens, Deum maioribus miraculis minora præmittere ſolitum, vt ex his fides ad illa quodammodo eliciatur. Et concludit: *Quia,* inquit, *futurum erat, vt Virgo pareret, ne dicerent homines, incredibilem eſſe Virginis partum, priùs ſteriles miraculum præmeditantur. Et Sara annis iam ſterilis in partu ſuo, fidem Virginis partui peperit.* Tandem Iuſt. Martyr in dialogo cum Tryphone poſt medium, hanc etiam rationem attingit.

Iuſt. Mart.

21. *Veteris Teſtamenti miracula, ad maiora in nouo credenda præparãt fidem.* Hinc etiam intelligitur, cur tam multa in veteri Teſtamento miracula præceſſerint, ſcilicet, ne quis de miraculis in nouo futuris dubitaret. Vnde D. Cyril. lib. 4. in Ioan. cap. 13. inuehitur in eos, qui dicebant: *Quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum?* Ioan. 6. num. 53. quòd ſcilicet prioribus miraculis credentes, de poſterioribus dubitarint: *Quomodo,* inquit, *ſummis cruciatibus digni non erunt, qui rerum omnium opificem Deum ita contemnunt, vt, quomodo, in operibus ſuis dicere audeant, quem totius ſapientiæ largitorem eſſe non ignorant? Si verò tu, ô Iudæe, quomodo, etiam nunc clamas: hanc tuam imperitiam ego quoque ſequutus, libenter, quomodo ex Ægypto exiuiſti? rogabo: quomodo in ſerpentem Moſaica fuit virga conuerſa: quomodo lepra manus affecta, vno momento temporis in priſtinum ſtatum reſtituta fuit? quomodo in naturam ſanguinis aqua transferuntur? quomodo patres tui per media maria, & per aridam effugerunt? quomodo per lignum amaritudo aquarum in dulcedinem recidit? quomodo è lapide fontes aquarum fluebant? quomodo ſtetit Iordanis? quomodo ſolo clamore inexpugnabilis Iericho cecidit? Innumerabilia ſunt, in quibus ſi, quomodo, quæris, vniuerſam tibi euertere Scripturam neceſſe erit.* Neque ſolùm miracula voluit Deus præcedere, vt miraculum Incarnationis crederetur; ſed figuras quoque innumeras, teſte D. Chryſoſtom. homil. 2. in Matth. *Vt omnis,* inquit, *ex inuidia nouitatis tumultus oriturus extingueretur.* Similiter igitur, ne incredibilis videretur partus ex Virgine, multi ex ſterilibus præceſſerunt.

D. Cyril.

D. Chryſ.

22. *Tertia ratio, vt Samuelis ſanctitas commendetur.* Tertia ratio, ob quam Anna ſterilitate laborauerit, fuit, vt magna exiſtimatio de ſanctitate Samuelis haberetur. Nam qui ex ſterilibus magno A miraculo nati ſunt, inſignes omni virtutum genere euaſerunt; vt patet in Iſaac ex Sara, in Iacob ex Rebecca, in Ioſeph ex Rachele, in Baptiſta ex Eliſabetha. Quod Rupert. in cap. 1. Matth. ad illa verba; *Chriſti autem generatio ſic erat,* num. 18. rectè expendens: *Qui,* inquit, *ex iſtis* (hoc eſt, ex ſterilibus) *nati fuerunt, magni fuerunt, & in pleriſque factis ſuis admirabiles quaſdam ſimilitudines Domini prætulerunt de Virgine naſcituri, quæ naturaliter ſterilis eſt, & non paris.* Cùm igitur Samuel ex matre ſterili natus fuerit, oportuit, vt magna de illius ſanctitate exiſtimatio apud omnes funderetur. Ita reſpondet Abulenſ. hoc loco quæſt. 7.

Ex ſterilibus per miraculum nati, virtute inſignes. Rupert.

Abul.

23. *Cur Deus Samuelis æſtimationi tã diligenter conſuluit? Magnifica de Prælato habẽda opinio.* Sed cur Deus tam diligenter conſuluit bonæ B exiſtimationi Samuelis? Reſpondeo primò, quia Samuel futurus erat Iudex, & gubernator illius populi. De Prælato autẽ vult Deus, vt ſubditi magnificam habeant opinionem, qualem Iudæi de Moyſe habuerunt, qui illum ſuperiorem Angelis quodammodo credebant. Vnde D. Paulus primùm quidem Angelis Chriſtum Dominum prætulit: *Tantò,* inquit, *melior Angelis effectus, quantò differentius præ illis nomen hæreditauit.* Heb. 1. num. 4. Deinde verò, vt Chriſti Domini dignitas commendabilior redderetur, eum prætulit & Moyſi: *Amplioris,* inquit, *gloriæ iſte præ Moyſe dignus eſt habitus.* Hebr. 3. n. 3. Ac ſi Hebræi, ad quos ſcribebat, ma- C gnificè quidem opinaturi eſſent de Chriſto Domino, ſi illum Angelis præferret; multò tamen magnificentiùs, ſi illum Moyſi anteponeret, quem Angelis quodammodo præferendũ exiſtimabant. Quid dico maiorẽ Angelis? Deo parem quodammodo faciebant. Quærit Theod in Pſal. 105. cur noluerit Deus, vt Moyſes populum Iſraëliticum in terram promiſſionis induceret. Reſpondet: *Non permiſit,* inquit, *vt per ipſum tota promiſſio finem ſuum ſortiretur, ne ipſum Moyſem Deum eſſe ſuſpicarentur.* Hinc eſt, quòd faciente Moyſe longiores moras in monte cum Deo, totus populus ad Aaronem conuenerit, dicens: *Fac nobis Deos, qui nos præcedant.* Exod. 32. n. 1. Cur autem, dicet aliquis, in locum D vnius Moyſis alterum hominem ductorem non poſtularunt, ſed Deum; imò non vnum, ſed plures; Fac nobis Deos? Fortaſſè, quia Moyſem non vni tantùm Deo, ſed pluribus parem iudicabant: proindéque eius vices non niſi ab ipſo Deo, aut etiam pluribus Dijs ſuppleri potuiſſe.

Moyſem Angelis ſuperiorem & Deo quodammodo parem Iudæi credebant.

Theod.

24. *Bonæ Samuelis opinioni Deus conſuluit, ne peccata populi illi tribuerentur. Suorum exiſtimationi, cùm maximè periclitatur, Deus conſulit.* Reſpondeo ſecundò, conſuluiſſe Deum tam diligenter bonæ exiſtimationi Samuelis, ne malitia illius populi, quæ ſub id temporis erat maxima, quia ſcilicet Deum contempſit, & Reges petijt, & regnum diuiſit, & ad idololatriam defecit; ne, inquam, tanta hæc ſubditorum malitia peccatis Iudicis, & gubernatoris Samuelis tribueretur. Solet enim Deus ſuorum famæ, & exiſtimationi conſu- E lere, eo præſertim tempore, quo illa maximè periclitatur. Quod paucis illuſtro. Cur in primis voluit Deus naſci de matre deſponſata? Reſpondet D. Ambroſ. lib. 2. in Luc. ſub initium: *Ne mater,* inquit, *non deſponſata temeratæ virginitatis adureretur infamia. Maluit Dominus aliquos de ſuo ortu, quàm de matris pudore dubitare.* Malam de Iobo opinionem eius amici imbiberunt; vt eam verò deponerent, Deus quàm diligentiſſimè prouidit, non ſolùm in priſtinum, imò & feliciorem ſtatum Iobum reducendo, ſed etiam eius amicos his verbis increpando: *Iratus eſt,* inquit, *furor meus, quoniam non eſtis loquuti coram me rectum, ſicut ſeruus meus Iob.* Et ſtatim: *Iob autem ſeruus meus orabit pro vobis: faciem eius ſuſcipiam, vt non vobis imputetur ſtultitia.* Iob. 42. num. 7. & 8. Cur, obſecro, Iobum tam honorificè commendat, niſi, vt eius

D. Amb. *Conſuluit B. Virginis nomini Iobi ſanctitati proſpexit.*

vita

Pro aduerſariis orare magnum virtutis argumentum.

vita nunquam ampliùs ab amicis tanquam reprehenſibilis arguatur? Cur item illorum non miſeretur, niſi præuia Iobi oratione? Planè, vt ipſi intelligant, quantùm valeat apud Deum Iobi deprecatio; & præcipuè, vt intelligant, quanta ſit Iobi virtus, qui etiam pro ſuis calumniatoribus Deum deprecetur. Quod ingenioſè aduertit

Olymp.

Olympiod. in Catenâ Græca in Iobum, aſſerens voluiſſe Deum, vt Iobus iniuriarum oblitus pro ſuis aduerſarijs oraret, vt ipſimet virtutis, quæ in Iobo erat, teſtes efficerentur. Nullum enim poteſt quis ſuæ probitatis argumentum efficacius exhibere, quàm ſi pro ſuis aduerſarijs apud Deum intercedat.

25. *Abrahami ſiniſtram opinionem Deus impedinit.*

B Simile quid accidit Regi Abimelech, qui cùm malam de Abrahamo opinionem conciperet, virúmque ſubdolum, mendacem, & veteratorem exiſtimaret, eo quòd vxorem ſuam Saram, ſororem diceret; & propterea occaſionem daret ipſi Regi, eam proprio viro auferendi, & multas plagas propter hoc ſcelus à Deo immiſſas tolerandi: cùm, inquam, ob has cauſas perperam ſentiret de Abrahamo, ſic eum Deus alloquitur: *Redde*, inquit, *viro ſuo vxorem, & orabit pro te, & viues.* Geneſ.20. n.7. Vbi duplici ex capite Abrahæ ſanctitas commendatur. Vno, quia dicitur Abrahamus pro Rege Abimelech oraturus. Quid ſanctius, quid clementius, quàm preces offerre pro eo, à quo iniurias acceperis? Altero, quia dicitur Deus Abrahæ precibus exorandus. Tantùm enim gratia, & au- C ctoritate apud Deum valebat Abrahamus, vt quidquid à Deo peteret, impetraret. Eximia igitur Patriarchæ ſanctitas à Deo commendatur, quo tempore iniqua de illo exiſtimatio ferebatur; vt hæc de illo exiſtimatio penitus aboleatur, illa ſanctitas impenſiùs celebretur. Ita ferè totum hunc

D.Chryſ.

locum D. Chryſoſtomus homil. 45. in Geneſ. expendit, & ad præſens inſtitutum quàm aptiſſimè interpretatur. Vides, quàm diligenter Deus omnem ſcelerum ſuſpicionem à ſeruis ſuis auertat, & eorum bonæ exiſtimationi conſulat, & proſpiciat.

26. *Malam de Ioſue exiſtimationem Deus auertit.*

Ad hæc: innumeras olim ſuorum hoſtium ſtra- D ges ediderat Ioſue, multas vrbes exciderat, multas copias euerterat, multos duces in crucem egerat, multum cruoris humani hauſerat: Reges quoque ſuorum militum pedibus calcandos ſubiecerat; adeò vt iam non fortiter, ſed tyrannicè agere, & non tam militari gloria clarere, quàm barbarica crudelitate laborare videretur. Hæc dum ageret, & aliquando hoſtes per decliue fugientes inſequeretur, ecce tibi *Dominus miſit ſuper eos lapides magnos de cælo, & mortui ſunt multò plures lapidibus grandinis, quàm quos gladio percuſſerant filij Iſrael.* Ioſue 10. num. 11. Et paulò poſt, cùm recumbente iam ſole, ab hoſtium internecione ceſſare cogeretur, ſolem ſtare fecit, diem inaudito miraculo E protogauit, vt largior ſumeretur de aduerſarijs vindicta. Cur, obſecro, Deus hanc Ioſue potentiam non ſolùm ordinarijs præſidijs, ſed etiam extraordinarijs miraculis promouit? Egregiè Rupert.

Rupert.

lib Comment. in Ioſue, cap. 22. *Parum*, inquit, *erat apud homines tantum victorem, qui nec mortuis parceret, ſed mortuorum quoque colla pedibus calcari præciperet, mortuóſque patibulis affigeret, de crudelitate excuſari præcepto legis, niſi etiam defenderetur nouo, & inaudito iuſti Dei miraculo.* Quaſi diceret: cùm Ioſue malè audire cœperit ob tot ſtrages, & crudelitatis inuidia laborare; voluit eum Deus ab ea infamia eripere, & ab ea crudelitatis ſuſpicione vindicare. Et quia ſatis non erat præcepta legis oſtendere, quibus ad has ſtrages edendas tenebatur,

A quæ Exod. 23. num. 32. Exod. 34. n. 15. Deuter. 7. num 2. Deuteron. 23. n. 6. Deuteron. 25. num. 19. & paſſim alibi continentur: cùm inquam, non ſatis eſſet hæc præcepta oſtendere, cùm de illis ſaltem apud hoſtes non conſtaret, inaudita miracula, quibus ille ſe excuſare poſſet, adhibuit, vt ipſi quoque hoſtes intelligerent, Ioſue non inſita crudelitate ductum, ſed diuina poteſtate coactum in tot clades irruiſſe; atque adeò nulla ei crudelitatis labes adſpergeretur.

27. *Trium puerorum fama in fornace à Deo ſeruata.*

Inter fornacis Babylonicæ flammas ambulabant tres pueri illæſi; & inter pueros alius auguſtiori ſpecie, quàm humana viſus eſt. Daniel. 3. num. 92. Quem vterque Clemens Roman. ſcilicet, & Alex. B Tertul. Hippolyt. Aug. & plures alij, fuiſſe ipſum Dei filium arbitrantur. Cur, quæſo, inter fornacis incendia apparet Deus? An vt oſtendat, ſe ſuis ſeruis in periculis non deeſſe? Quo pacto olim Ioſepho in carcerem coniecto, *deſcendit cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit eum.* Sapient. 10. num. 13. Quo pacto item Hebræis in Ægypto vapulantibus virgis ex rubo præciſis, ipſe quoque ex ſpinoſo rubo Moyſi apparuit. Exod. 3. num. 2. Optima quidem ratio. Sed ad rem noſtram illa eſt aptiſſima: vt illorum trium puerorum bonæ exiſtimationi conſuleret. Nam ſi Babylonij viderent ſolos pueros inter flammas ambulantes, magos illos, & præſtigiatores eſſe crederent: apparet igitur Deus inter illos, vt ex diuino conſortio credant, C illud non eſſe maleficium diabolicum, ſed prodigium diuinum. Ita Vatabl. *Miſit*, inquit, *Deus Angelum, & apparuit Nabuchodonoſor, ne putaret hoc fieri maleficio.* Similis locus eſt Exod. 7. à num. 10. Vbi cùm Moyſes multa, veráque miracula patraret, Pharaonis magi ſimilia omninò ediderunt. Quæro igitur, ſi Deus voluit veris miraculis auctoritatem Moyſi conciliare, cur paſſus eſt eandem vanis magorum prodigijs eludi? Reſpondet D. Chryſ. homil. 46 in Act. aptè ad rem præſentem: *Permiſit*, inquit, *Dominus aliquid magis contra Moyſem, ne magus putaretur eſſe Moyſes.* Nam ſi Pharaonis magi ſe Moyſi aduerſarios non oſtenderent, neque eius auctoritatem eleuare, & ludificare conaren- D tur; planè Moyſes de illorum grege eſſe, eaſdémq; cum illis artes colere videretur. Dum tamen illi ſe opponunt, dum cum illo inimicitias exercent, dum nituntur illius opera demoliri; planè creditur Moyſes non præſtigias edere, vt illi, ſed miracula. Sed de his alibi plura.

Clem Rom. & Alex. Ter. Hippol. D. Auguſt.

Vatabl.

Moyſem, ne magus crederetur, Deus ſeruauit.

D. Chryſ.

SECTIO IV.

Quid Annæ ſterilitas, quid Phenennæ fœcunditas ſignificet.

E

1. *Primò ſignificat Dei gratiam, quæ per otium ſterileſcit, per cooperationem prodit in fructus.*

Euchet.

VT à remotioribus ſenſibus ad propiores accedamus. Primò Eucherius per Annam ſterilem, intelligit gratiam quidem diuinam, operibus tamen vacuam: nam ſicut Anna ſterilis fuit, ita & gratia, niſi quis eà rectè vtatur, quodammodo ſterileſcit, eóque deducitur, vt in totum deperdatur. Per Phenennam autem fœcundam, intelligit eandem gratiam in operationes fructuoſas prodeuntem. Sicut enim Phenenna fœcunda fuit, ita & gratia, ſi rectè exerceatur, maiores in dies fructus, & noua meritorum incrementa inducit. Quare vir iuſtus otiari non debet, ſicut ſeruus ille malus, & piger. Math. 25. num. 26. qui otiando, non ſolùm plura talenta non acquiſiuit, ſed etiam vnum iam acquiſitum amiſit. Vnde ſapiens

A piens: *Qui*, inquit, *ſectatur otium, replebitur egeſtate.* Prouerb. 18. n. 19. Quia non ſolùm plures diuitias non congerit, ſed etiam congeſtas penitus exhaurit. Quod non ſolùm de temporalibus, ſed etiam de ſpiritualibus diuitijs intelligas: vtraſque enim perdit, qui ab vtriſque conſeruandis, & augendis otiatur. Bene idem Parœmiaſtes, *Per agrum*, inquit, *hominis pigri tranſiui, & per vineam viri ſtulti, & ecce totum repleuerant vrticæ, & operuerant ſuperficiem eius ſpinæ, & maceria lapidum deſtructa erat.* Prou. 24. n. 30. & 31. Vbi ad illa duo incommoda, non acquirendi nouas opes, & perdendi acquiſitas, accedit tertium, quòd, ſcilicet, plurima mala ſubſequantur, & pro floribus vrticæ, pro frugibus B ſpinæ, pro munitionibus agrorum, conuulſiones aggerum, hoc eſt, pro virtutibus vitia, pro bonis operibus mala, pro ſpiritualibus præſidijs, effrænari ad omnem licentiam appetitus reponantur. Non debet igitur vir ſapiens otiari, ſed negotiari ſemper, vt Paulus diligens ſuæ perfectionis inquiſitor, in quo gratia Dei vacua non fuit, ſed abundantiùs omnibus laborauit. 1. Cor. 15. n. 10. Vnde Dauid: *Quærite*, inquit, *faciem eius ſemper.* Pſalm. 104. num. 4. Ita enim quærendus eſt Deus, ac ſi nunquam inueniatur. Vt enim non ceſſat quærere, qui non inuenit: ita qui Deum quærit, & ſpiritualem vtilitatem inueſtigat, nunquam debet C ab hac inquiſitione feriari. Ita ferè hunc locum

D. Auguſt.

interpretatur D. Auguſtin lib. 15. de Trinit. cap. 2. *Si quæſitus*, inquit, *inueniri poteſt, cur dictum eſt, quærite faciem eius ſemper? An & inuentus quærendus eſt?* Et paulò poſt: *Quæritur*, inquit, *inueniendus, & inuenitur quærendus. Tam magnum, & incomprehenſibile bonum eſt, quod & quæritur, vt inueniatur dulcius, &*

D. Bern.

inuenitur, vt quæratur auidiùs. Concinit D. Bernard. ſerm. 84. in Cant. *Exiſtimo*, inquit, *quia nec cùm inuentus fuerit, ceſſabitur à quærendo: non extundit deſiderium ſanctum felix inuentio, ſed extendit.* Sed totum hoc argumentum de vitando otio, & labore ſubeundo alibi illuſtrabo.

2\.

D. Greg. Hug. Dion. Carthuſ.

Secundò ſignificant vitam actiuã, & contemplatiuam, quas vir iuſtus complecti debet.

D Secundò D. Greg. Hug. Card. Dionyſ. Carthuſ. & alij, per Annam ſterilem, vitam contemplatiuã; per Phenennam fœcundam, vitam actiuam interpretantur. Vtramque vnam vir iuſtus, & omnino perfectus, qualis fuit Elcana, complecti debet: nam ſicut in humano corpore non minùs neceſſarius eſt oculus ad videndum, quàm manus ad operandum: ita & in animo cuiuſque iuſti non minùs neceſſaria eſt interna rerum cæleſtium contemplatio, quàm externa bonorum operum exequutio. Vnde D. Paulus: *Non poteſt*, inquit, *oculus dicere manui, opera tua non indigeo.* 1. Corinth. 12. n. 21.

D. Gregor. Nyſſen.

In quem locum D. Gregor. Nyſſen. orat. 13. in Cant. *Diuinus*, inquit, *ille Apoſtolus ait, non poſſe oculum manui dicere, non mihi opus eſt te. Quibus* E *verbis docere vult, debere corpus Eccleſiæ ab vtroque rectè comparatum eſſe, tam perſpiciendi, quàm agendi vi inter ſe quaſi temperata quippe quòd neque contemplatio per ſe animam perficiat, niſi adſint & opera vitam egregiam abſoluentia: neque philoſophia occupata in agendo ſatis ſit vtilis, niſi vera pietas eorum, quæ fiunt, dux ſit.* Idem orat. 14 in eadem verba: *Tunc*, inquit, *maximè vis oculorum conſpicitur, cùm ipſa opera teſtimonium oculorum acumini perhibent.* Quaſi diceret, ſicut perſpicax in videndo cenſeri non poteſt, qui paſſim ceſpitat, & offendit: ita perſpicax cæleſtium rerum contemplator iudicari non debet, qui ad malorum operum offendicula paſſim incurrit, & alliditur. Certum igitur eſt, vtramque vitam mutuò ſe iuuare ad perfectionem comparandam.

3\. Vtramque Iobus complexus eſt, dicens: *Si dor-* A *miero, dicam, quando conſurgam? & rurſum expectabo veſperam.* Iob. 7. num. 4. In quem locum D. Bernard.

Vita actiua negotia cum contemplatiua otio coniungenda.

D. Bern.

ſerm. 57. in Cant. agens de negotio vitæ actiuæ, & otio contemplatiuæ: *Inter hæc*, inquit, *viciſſitudines mens fluctuat, metuens, ne fortè alteri eorum plus iuſto inhæreat. Et fortaſſe hoc ſanctus Iob patiebatur, cùm dicebat, ſi dormiero, dicam, quando conſurgam? & rurſum expectabo veſperam. Et quietus neglecti operis, & occupatus perturbatæ quietis me arguo. Vides virum ſanctum inter fructum operis, & ſomnium contemplationis grauiter æſtuare, & in bonis licèt ſemper verſantem, ſemper tamen quaſi de malis pœnitentiam agere.* Vnde cæleſtis ſponſus vocabat quidem ad actionem; ſed à contemplatione non remouebat, quaſi velit B vtramque pariter exerceri: *Surge*, inquit, *amica mea, ſpecioſa mea, & veni: columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ.* Cant. 2. n. 13. & 14. Vbi cùm cæleſtis ſponſa ſurgere, & venire iubeatur, in foraminibus tamen petræ retinetur, quia cùm vitæ actiuæ negotijs intendat, à contemplatiuæ otio non recedit. Qua de re D. Bernard. ſerm. 4. ad fra-

D. Bern.

tres de altitudine cordis: *Sicut*, inquit, *laborantibus manibus, nec oculus propterea clauditur, nec auris abſtinet ab auditu: ſic, imò & multo meliùs laborante corpore, mens quoque ipſa ſuo intenta ſit operi, & non vacet. Cauſam laboris cogitet in labore, vt ipſa ei pœna, quàm patitur, culpam, pro qua patitur, repræſentet, &* C *dum videt vulnerum ligaturam, ipſa ſub pannis vulnera meditetur.*

Vtriuſque vitæ operibus ſtudebat & Iſaac. Nam poſtquam diem actioni impenderat, noctem contemplationi deſtinabat: *Habitabat*, inquit textus, *Iſaac in terra auſtrali, & egreſſus fuerat ad meditandum in agro, inclinata iam die.* Geneſ. 24. num. 62. & 63. Vbi D. Hieronymus: *Significat*, inquit, *ſecundùm illud, quod Dominus ſolus orabat in monte, etiam Iſaac, qui in typo Domini fuit, ad orationem quaſi virum iuſtum domo egreſſum, & ante ſolis occaſum ſpirituales Deo victimas obtuliſſe.* Et nota obiter cum eodem D. Hieronymo, hanc terram auſtralem, in D qua habitabat, & contemplabatur Iſaac, fuiſſe illam eandem, ex qua olim fuerat abductus, vt Deo in ſacrificium offerretur. Ac ſi eò maior deuotionis ignis in eius meditatione exardeſceret, quò expreſſior præteritæ actionis recordatio eius animum pulſaret. Laudabili enim actioni feruentior contemplatio ſuccedit. 4.

D. Hier.

Sed cur Anna typus contemplationis dicitur ſterilis, cùm Phenenna, quæ actionem adumbrat, fœcunda dicatur? Ratio eſſe poteſt, quia contemplatio vni tantùm, actio plurimis eſt fructuoſa. Vnde D. Hieron. in epiſt. 103. ad Paulinum: *Sancta*, inquit, *ruſticitas ſolùm ſibi prodeſt; & quantùm ædificat in vita merito Eccleſiam Chriſti, tantùm nocet, ſi* E *deſtruentibus non reſiſtat.* Fateor quidem cum eodem D. Hieron. in epiſt. 2. ad Nepotian. de vita clericorum, multò melius eſſe è duobus imperfectis, ruſticitatem ſanctam habere, quàm eloquentiam peccatricem. Nego tamen ex ſola contemplatione decerpi poſſe totius fructus ſanctitatis, niſi cultrices animarum actiones exerceantur. Vnde ſæpe viri ſancti à contemplatione ad actionem in diuinis literis euocantur. Rachelem ſterilem poſtulabat Iacob. Geneſ. 29. num. 18. & tamen Liæ fœcundæ à Deo ſociatur, ibidem num. 23. Quod planè contigit in typum eorum, qui cùm velint in ſuam priuatam vtilitatem contemplari, iubentur nihilominus à Deo in commune animarum lucrum foris exerceri. Sic enim explicat eum locum D. Gregor. Magn. in altera expoſitione huius loci, & lib. 2 in Ezechiel. homi. 14. D. Bernard. ſerm. de Cantico Ezechiæ, & ſerm. 41. in Cant. Vbi etiam notat,

5\.

Anna ſterilis, & fœcunda Phenenna, contemplationem vni tantum, actionẽ pluribus fructuoſam ſignificant.

D. Hier.

A contemplatione ad actionem, & prædicationẽ iuſti ſæpe euocantur.

D. Greg. Magn.

D. Bern.

not at, cùm ſponſa contemplationis ſtudio accenſa diceret: *Indica mihi vbi paſcas, vbi cubes in meridie.* Cant. 1. num. 6. audiuiſſe paulò poſt: *Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento.* ibid. num. 10. ſeu, vt verti poteſt ex Hebræo, *Similitudines auri.* Ac ſi poſtulanti claram Dei faciem intueri, obſcura tantùm illius ſimilitudo proponatur, vermiculata quidem argento, hoc eſt, congruis eloquentiæ præſidiis exculta ad prædicationis miniſterium. *Mihi,* inquit D. Bernardus, *ſignificare videtur non modo ſimilitudines intrinſecus per Angelos ſuggeri: ſed nitorem quoque eloquij per ipſos extrinſecus miniſtrari, quo congruè, atque decenter ornata, ab auditoribus, & faciliùs capiantur, & delectabiliùs.* Et ſtatim: *Vide,* inquit, *quomodo illa aliud cupit, & aliud accipit; & nitenti ad contemplationis quietem, labor prædicationis imponitur; & ſitienti ſponſi præſentiam, filiorum ſponſi alendorum ſolicitudo iniungitur.*

D. Bern.

6. Huc pertinet, quòd cùm aliquando eadem ſponſa contemplationis quieti indulgeret, nec ab aliis excitari permitteretur; *Ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam.* Cantic. 2. num. 7. Nihilominus ab ipſo Deo ad actionem celeriter euocatur. *Surge, propera, amica mea, columba mea, formoſa mea, & veni.* Ibid. num. 13. Vbi Diuus Bernardus ſerm. 58. admiratus quòd ſponſus vno penè momento, & prohibeat ſuſcitari ſponſam, & ſuſcitet: *Agnoſcite,* inquit, *eas, quas vobis commendauit, & non ſemel, viciſſitudines ſanctæ quietis: ac neceſſariæ actionis: quia non ſic in hac vita copia contemplandi, nec diuturnitas otij, vbi officij, & operis cogentior vrget, inſtantiórque vtilitas.* Et in eandem rem ponderat, quod cùm Chriſtus Dominus dixerit diſcipulis: *Dormite iam, & requieſcite.* Matth. 26. num 45. ſtatim addiderit: *Surgite, eamus.* Vt oſtenderet, cùm neceſſitas exigit, à contemplationis quiete ad actionis laborem ſubitò tranſeundum. Itaque ſuauis contemplationis ſterilitas, ſeu ſterilis ſuauitas, aliquando Deo iubente relinquenda eſt, vt multiplices actionis fructus colligantur: relinquenda, inquam, ſeu non continuanda; ſemper tamen aliquo ſaltem tempore præmittenda. Debilis enim actio eſt, quam contemplatio non præcedit.

D. Bern.

7. Prædixit Chriſtus Dominus Ioann. 1. num. 51. videndos eſſe aliquando *Angelos Dei aſcendentes, & deſcendentes ſupra filium hominis.* Vbi D. Auguſtin. lib. 12. contra Fauſtum, cap. 26. Angelorum nomine prædicatores intelligit. Sed cur priùs aſcendere dicuntur, quàm deſcendere? Planè, quia priùs Deum contemplari debent, quàm homines curare. *Aſcenditur,* inquit Diuus Auguſtinus, *& deſcenditur ſuper filium hominis; filius enim hominis ſurſum in capite noſtro, quod eſt ipſe Saluator: & filius hominis deorſum in corpore ſuo, quod eſt Eccleſia. Ad ipſum ergo aſcenditur, vt in excelſis intelligatur: & ad ipſum deſcenditur, vt in manibus ſuis paruuli nutriantur.* Auguſtino conſentit D. Bernard. ſerm. 11. in Pſalm. *Qui habitat.* vbi docet, Angelorum viam duplicem eſſe, aſcenſionem, & deſcenſionem. *Aſcenſio,* inquit, *propter ſe; deſcenſio, vel potiùs condeſcenſio propter nos. Aſcendunt per contemplationem Dei, deſcendunt per compaſſionem tui, vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis. Aſcendunt ad vultum eius: deſcendunt ad nutum eius; quoniam Angelis ſuis mandauit de te.* Sed obſerua in loco Cantic. citato, ſponſam cùm à contemplatione ad actionem mittitur, multis elogiis nobilitari: *Amica mea, columba mea, formoſa mea;* quia nemo prædicationi, & animarum curationi aptus eſt, nisi ex contemplatione referat, & amicitiam cum Deo, & columbinam innocentiam, & ſpiritualem pulchritudinem. Sed

D. Aug. *Actionem & prædicationē contemplatio præcedat.*

D. Bern.

de vita actiua, & contemplatiua plura D. Auguſt. ſerm. 26. & 27. de verbis Domini. D. Baſil. de conſtitut. Monaſticis, cap. 2. D. Gregor. Magn. homil. 3. 5. & 14. in Ezechiel. Rupert. lib. 5. de glorificatione Trinitatis, cap. 15. & 16. & plures alij. Quibus adde ex noſtris Iacobum Aluarez tom. 1. lib. 2. de vita ſpirit. cap. 15. Vbi in Anna & Phenenna vtramque vitam deſcribit; & in proximis capitibus alia fœminarum paria, nonnullóſque viros commemorat, in quibus ſingularia vitæ actiuæ, & contemplatiuæ ſimulachra exprimantur.

D. Auguſt. D. Baſil. D. Gregor. Magn. Rupert.

8. Tertiò D. Gregor. Magn. Beda, Rupert. Hugo Victor. Hugo Cardinal. Dionyſ. Lyran. Berchorius, & alij interpretes, quibus adde D. Hieron. lib. 2. in Epiſtol. ad Galat. cap. 4. per Annam intelligunt Eccleſiam gentium; per Phenennam verò Synagogam Iudæorum. Vtramque enim ſibi Chriſtus deſponſauit, priùs quidem Synagogam, & poſteà Eccleſiam. Vnde Phenenna hoc loco, id eſt, Synagoga, appellatur ſecunda: non quidem tempore, ſed amore, vt D. Greg. interpretatur. Sed Eccleſia gentium ab initio ſterilis fuit, iuxta illud: *Soror noſtra parua, & vbera non habet.* Cantic. 8. num. 8. Quo loquendi genere eius infœcunditas ſignificatur, vt D. Gregor. Theod. ac tres Patres ibi interpretantur. Vnde Synagoga, quæ primam habuit ex gentibus originem, ex lapidibus orta dicitur: *Attende,* inquit Propheta, *ad petram, vnde exciſi eſtis, & ad cauernam laci, de qua præciſi eſtis.* Iſaiæ 51. num. 1. Non ſolùm, quia è lapidum complexu, quos loco numinis colebat, auulſa eſt: verùm etiam quia nata fuerat ex Abrahamo centenario, & Sara ſterili, qui non minùs quàm lapides, & antra, erant infœcundi: vt D. Cyrillus lib. 4. in Iſa. oratione 5. exponit. Et quidem quam fœcunditatem habere poterant, qui ipſam vanitatem, ſeu inanitatem adorabant? Idola enim vanitates dicuntur. *Odiſti obſeruantes vanitates ſuperuacuè.* Pſalm. 30. num. 7. hoc eſt, vaniſſima idola. Et ruſum: *Ambulauerunt poſt vanitatem, & vani facti ſunt.* Ierem. 2. n. 5. hoc eſt, poſt idololatriam. Quaſi qui inanibus ſeruiunt idolis, inaneſcant; nec niſi inanibus fructibus repleantur, ſeu potiùs eludantur.

Tertiò ſignificat Anna Eccleſiā fœcundam ſterilitatē: Phenenna Synagoga ſterilem fœcunditatē. D. Greg. Beda. Rupert. Hug. Vict. Hug Card. Dion. Lyran. Berch. D. Hier. *Eccleſia quondam ſterilitas.* D. Greg. Theod.

D. Cyril.

9. Sed mirum eſt, quanta poſtea fœcunditas ex hac ſterilitate conſequuta ſit, quam Iſaias multis locis mirabiliter deprædicat. *Lætabitur,* inquit, *deſerta, & inuia, & exultabit ſolitudo, & florebit quaſi lilium. Germinans germinabit, & exultabit latabunda, & laudans. Gloria Libani data eſt ei, decor Carmeli, & Saron.* Iſaiæ 35. num. 1. & 2. Quid luculentius dici poterat de Eccleſiæ fœcunditate? Vbi Lyranus per illos tres montes Libanum, Carmelum, & Saron, qui in Iudæa fertiliſſimi, & amœniſſimi fuerunt, intelligit, quidquid pulchritudinis, & amœnitatis erat in Synagoga, ad Eccleſiam fuiſſe tranſlatum. Additur: *In cubilibus, in quibus priùs dracones habitabant, orietur viror calami, & iunci.* Ibid. num. 7. Hoc eſt, vbi antea idola, ibi poſtea verus Dei cultus effloreſcet. Sed cur potiùs memorat calamum, & iuncum, quàm alias plantas fructuoſas? Fortè, quia vt hæc frutera iuxta loca irrigua proueniunt, ita Eccleſia iuxta fontes baptiſmatis augeſcit. Iterum; *Conſolabitur,* inquit, *Dominus Sion, & ponet deſertum eius, quaſi delicias, & ſolitudinem eius quaſi hortum Domini.* Iſaiæ 51. num. 3. Quis non miretur teſqua in Tempe diuinitùs commutata? Vlteriùs: *Lauda,* inquit, *ſterilis, quæ non paris: decanta laudem, & hinni, quæ non pariebas, quoniam multi filij deſertæ, magis quàm eius quæ habet virum.* Iſaiæ 54. num. 1. Quid mirabilius, quàm ſterilem matrem, vel ipſi fœcundæ ſubita quadam fœcunditate anteire? Tandem: *Videbitis,* inquit, *&*

Ex priſtina hac ſterilitate, magna Eccleſiæ orta fœcunditas.

gaudebit cor veſtrum, & oſſa veſtra quaſi herba germinabunt. Iſaiæ 66. num. 14. Quid oſſibus aridius? Sed & hæc diuinitus irrigata pingueſcent: hoc eſt Ethnicorum mentes totius ſucci ſpiritualis expertes, diuinorum chariſmatum imbribus fœcundabuntur.

10. *Eccleſia fœcunditas in agnorū multitudine deſcribitur.*

Ex his aliiſque locis Iſaiæ, & aliorum Prophetarum, quæ paſſim occurrent, facilè colligetur, quantam in fœcunditatem abierit vetus illa Eccleſiæ ſterilitas. Hoc ipſum Chriſtus Dominus non obſcurè mihi videtur innuiſſe, cùm ſemel D. Petro ſuas oues; bis tamen ſuos agnos commendauit. Ioann. 21. à n. 15. Cur enim non ſolùm oues commendat, ſed agnos? Optimè D. Petr. Chryſol. ſerm. 6. *Commendat*, inquit, *oues, ouium commendat germina, quia fœcunditatem gregis ſui paſtor praſcius numerat iam futuram.* Eandem cauſam mihi videtur regius Vates cecinifſe: *Afferte Domino filij Dei, afferte Domino filios arietum.* Pſal. 28. n. 1. Cur enim potiùs filios arietum memorat, quam arietes, niſi quod diuino Spiritu edoctus præuidebat Eccleſiam non eſſe primis fidei parentibus, ac fundatoribus circunſcribendam, ſed in longas poſterū ſeries propagandam? *Afferte*, inquit ibi idem Chryſol. ſerm. 10. *filios arietum, hoc eſt, filios Patrum, Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, quando grex Dominicus fidei laxatur in paſtum. Afferte Domino baptizandos: afferte, quos fides concipiat, non caro: afferte, quos Dei gratia generet, non mundana natura: afferte, quos agnos præſtet innocentia, non habeat pecoris hebetudo,* &c. Quibus verbis ſignificare videtur, eos ad Eccleſiam adducendos, per quos eius propagatio in dies augeatur.

D. Petrus Chryſol.

11. *Eccleſia propagatio, mirabile prodigium.*

Tres pueros miſit olim Nabuchodonoſor in fornacem ignis ardentis colligatos, & quatuor ſolutos poſtea inuenit. Vbi tria miracula diſtingui poſſunt; ſoluta vincula, illæſa corpora, ternarius in quaternarium commutatus. Quodnam, quæſo, ex his miraculis maiorem Regi iniecit ſtuporem? Planè hoc tertium, quod proinde primo loco, tanquam cæteris omnibus præferendum, commemorauit. *Nonne*, inquit, *tres viros miſimus in medium ignis compeditos? Ecce ego video quatuor viros ſolutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis eſt.* Daniel. 3. num. 91. & 92. Quid primùm admiraris, ô Rex, multiplicatos viros? Atqui mirabilius videbatur, inter flammas illæſos ambulare. Cur igitur huius prodigij prima te non capit admiratio? Fortè, quia in illo à ternario in quaternarium incremento, futuram Eccleſiæ propagationem cæteris prodigiis præferendam, neſciens quid faceret, admirabatur.

D. Chryſ.

Quod expendens D. Chryſoſt. hom. de tribus pueris, ad finem 1. tom. admirabundus exclamat: *O quibus te incorrupta fides triumphis extendis?* Et paulò poſt, facta apoſtrophe ad Tyrannum: *Non poteris*, inquit, *tuos finire damnatos, qui ſoli eſſe non poſſunt.* Ac ſi tanta ſit Eccleſiæ fœcunditas, vt non ſingulos Deo pariat, ſed quaternos, & ex flammis, quæ ſunt omnium elementorum infœcundiſſimæ, noua Deo ſoboles oriatur.

12.

Quod ſi trium in quatuor augmentum tam eſt mirabile, quid vnius in millenos? Quale Iſaias in Eccleſia futurum vaticinatur? *Minimus*, inquit, *erit in mille, & paruulus in gentem fortiſſimam.* Iſai. 60. n. 22. A paruis initiis Iſaac olim in tantam potentiam excreuit, vt Abimelech inuidia motus cum à ſuo regno expulerit. *Recede*, inquit, *a nobis, quoniam potentior nobis factus es valde.* Geneſ. 26. n. 16. Hoc planè vnius Iſaac augmento, augmentum totius Eccleſiæ repræſentatur, interprete Rupert. lib. 7 in Geneſ cap. 10. *Terreno*, inquit, *imperio potentius factum eſt in gentibus cæleſte imperium, in tantum, vt feros principes, & barbaras nationes, quas Imperatorum gladius non attingeret, ſacerdotum lingua liget, & latius Romana Eccleſia Pontifices, quàm Romani imperij dominentur Cæſares. Quamuis enim multis aucta victoriis Roma ius Imperij ſui terra, marique protulerit; minus tamen eſt, quod illi bellicus labor ſubdidit, quam quod pax Chriſtiana ſubiecit.*

Rupen. *Eccleſia Imperiū Romano anguſtius.*

13. *Synagoga fœcunditas in ſterilitatem degenerauit.*

Sed de hac Eccleſiæ fœcunditate ad c. 2. n. 5. multo plura ex inſtituto cumulabo. Vbi etiam oſtendam, Synagogam ex ſua fœcunditate in ſterilitatem degeneraſſe. Vnde illa ad eam comminatio. *Audi*, inquit Propheta, *hæc delicata, & habitans confidenter, quæ dicis in corde tuo, non ſedebo vidua, & ignorabo ſterilitatem. Venient tibi duo hæc ſubito in die vna, ſterilitas, & viduitas* Iſaiæ 47. n. 8. & 9. Quibus enim rebus maximè exultabat, iiſdem æquum fuit vt demereretur. Vnum obiter non omitto, Deum ſub initium mundi duo animalium genera condidiſſe: vnum ex terra, alterum ex mari: & priori quidem non benedixiſſe, benedixiſſe tamen poſteriori, vt patet ex Gen. 1. n. 22. & 24. Quid, obſecro, hoc eſt? Cur marino potiùs animali, quàm terreſtri benedictio impertitur? Optimè D. Anaſt. Synait. lib. 6. Examer. per animalia ex terra orta, populum Iudaicum intelligit. *Quoniam*, inquit, *in terram deſpiciunt, & terrena appetunt.* Per animalia orta ex mari, Gentilem populum interpretatur. *Quoniam*, inquit, *ſicut piſcis ſurdus erat, & mutus, non audiens vocem Domini, neque habens in ſe Deum verbum.* Benedixit igitur Deus animalibus marinis, non terrenis: quia Eccleſiam gentium multiplicauit, non Synagogam Iudæorum. Nam benedictio propriè ad multiplicationem valet, vt docet D. Aug in Pſ. 66. Vnde cæli, qui non erant multiplicandi, non fuerunt à Deo benedicti. Cæterum notat idem Anaſtaſ. quando Deus terrena animalia produxit, vſum fuiſſe numero ſingulari: *Producat*, inquit, *terra animam viuentem in genere ſuo.* Gen. 1. n. 24 quando verò produxit animalia marina, vſum fuiſſe plurali numero: quamuis enim Latinus vertat; *Producant aquæ reptile animæ viuentis.* Gen 1. n 20. tamen Septuaginta tranſtulerunt: *Producant aquæ reptilia animarum viuentium. Quia, nimirum*, inquit, *ex Synagoga vnus Iſrael, ex Eccleſia innumerabiles gentes proceſſerunt.*

Synagogam in terreſtribus animalibus Deus non benedixit, benedixit Eccleſiam in marinis.

D Anaſt. Synaita.

Dei benedictio ad multiplicationem valet.

Num. 3. Et aſcendebat vir ille de ciuitate ſua ſtatutis diebus, vt adoraret, & ſacrificaret Domino exercituum in Silo. Erant autem ibi duo filij Heli, Ophni & Phinees, ſacerdotes Domini.

EXPOSITIO LITERÆ.

1.

ET *aſcendebat*. Non vnum aſcendendi actum ſignificat, ſed morem. Quemadmodum de Debora dicitur: *Aſcendebant ad eam filij Iſrael in omne iudicium.* Iud 4. n. 5. Hoc eſt, aſcendere ſolebant pro ſuis litibus dirimendis. Dicitur enim Elcana ex ſua vrbe in vrbem Silo aſcendere. Primò propter ſitum locorū. Nam licèt tota tribus Ephraim, in qua erat ciuitas Silo eſſet montoſa, vt c. 1. in expoſitione lit. aduertimus; notátque D. Hier. in epitaphio Paulæ, quæ eſt epiſtola 27. ad Euſtoch. vbi loquens de peregrinatione Paulæ per totam hanc tribum, ex qua fuerat Ioſue: *Satis*, inquit, *mirata eſt, quod diſtributor poſſeſſionū ſibi montana & aſpera delegiſſet.* Quod quidem in laudé dicitur Ioſue, qui cùm eſſet princeps, nihilominùs præcipuas ſibi partes non elegit. Quamuis,

Quo ſenſu Elcana dicatur aſcendere. *Primus ſenſus.*

Quamuis, inquam, tota hæc tribus montoſa foret, tamen ciuitas Silo adhuc erat ſublimior: quia vt refert Adrichomius in theatro terræ ſanctæ in Ephraim, num. 93. extructa erat in altiſſimo monte eiuſdem nominis, qui ſupereminebat vniuerſæ terræ ſanctæ; ideóque illò euntes aſcendere dicebantur.

Adrichom.

2. *Secundus ſenſus. Ad Deum adorandum, & orandum, iuſtus ſemper aſcendit.*

Secundò dici poteſt aſcendere, propter dignitatem muneris, ad quod exequendum pergebat. Quaſi qui ad Deum adorandum, & colendum proficiſcitur, quocumque ex loco, & ad quemcumque tendat, ſemper aſcendere videatur. Et forte in hoc ſenſu dixit Chriſtus Dominus: *Vos aſcendite ad diem feſtum hunc; ego autem non aſcendo ad diem feſtum iſtum.* Ioan. 7. n. 8. Ad feſtum, inquit, non ad locum: quaſi hic aſcenſus nō à ſublimitate loci, ſed à ſublimitate feſti nuncuperur. Nec aliter Zacharias, cùm ad literam loquatur de concurſu omnium gentium ad Eccleſiam, vt vnum Deum venerentur, vtitur verbo aſcendendi: *Omnes*, inquit, *qui reliqui fuerint de vniuerſis gentibus, aſcendent, vt adorent Regem Dominum* Zachar. 14 n. 16. Non quidem propter ſublimitatem ſitus; neque enim Eccleſia montium potiùs eſt, quàm vallium: ſed propter excellentiam ſtatos, quem in Eccleſia comparabunt. Vnde tota Eccleſia appellatur *ciuitas ſuper montem poſita.* Matth. 5. n. 14. Ad quam eius altitudinem exprimendam, tota promiſſionis terra mons appellabatur. *In monte hereditatis tuæ.* Exod. 15 num. 17. Nec immeritò: cùm eius caput Chriſtus Dominus dicatur eſſe *de excelſo cælorum habitaculo.* Deut. 26. n. 15. Et iterum: *Habitaculum eius ſurſum.* Deut. 33. num. 27. Imò ipſe de ſe; *Ego*, inquit, *de ſupernis ſum.* Ioan. 8. n. 23.

Eccleſia cur ſupra monte.

3. *Eccleſia dum ſacrificat, & orat, aſcēdit.*

Quin etiam & Eccleſia, dum frequentibus Deum orationibus, & ſacrificiis veneratur, aſcendere dicitur. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij?* Cant. 3. num. 6. Orationes enim, & ſacrificia Eccleſiæ gradus ſunt, quibus à terra in cælum eleuatur. Imò & quilibet iuſtus, teſte Dauid, *aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit.* Pſalm. 83. numero 6. Non quòd de monte in montem tendat; ſed quòd de virtute in virtutem, ad Deum contemplandum rapiatur; iuxta id, quod ſequitur: *Ibunt de virtute in virtutem; videbitur Deus Deorum in Sion.* ibid. numero 8. Vnde Beata Virgo *abiit in montana.* Luc. 1. num. 39. *Quo enim*, inquit ibi D. Ambroſ. *iam Deo plena, niſi ad ſuperiora cum feſtinatione contenderet?* Et Chriſtus Dominus non ſine myſterio, *exiit in montem orare.* Luc. 6. num. 12. Nam vt bene D. Ambroſ. ad eum locum: *Non omnis*, inquit, *qui orat, aſcendit in montem, ſed qui bene orat a terrenis ad ſuperiora progrediens, verticem curæ ſublimis aſcendit: at ille non aſcendit in montem, qui de ſeculi diuitiis, aut de honore ſollicitus eſt: non aſcendit in montem, qui fundi ius optat alieni. Aſcendit ille, qui Deum quærit, aſcendit ille, qui curſus ſui dominica adiumenta depoſcit.* Et quid mirum, ſi dicatur aſcendere, qui ad orandum, & ſacrificandum Deo pergit, cùm & ipſum ſacrificium, aſcenſio quædam, ſeu eleuatio dicatur? *Tollant mihi primitias.* Exod. 15 n. 2. Hebraicè, *eleuationem.* Quod paſſim alibi occurret. Vbi Caietan. *Quod*, inquit, *offerebatur Deo, appellabatur eleuatio, tū ab actu eleuandi, quia offerebatur eleuatis manibus; tum à dignitate, quia ex re profana eleuabatur in diuinam. Res enim Deo oblata in diuinum tranſlata eſt ordinem.* Si igitur ſacrificium à dignitate dicitur eleuari, cur ab eadem ſacrificaturus aſcendere non dicatur?

D Ambr.

Ipſum ſacrificium aſcenſio eſt, ſeu eleuatio.

Caiet.

4. *Tertius ſenſus.*

Tertiò planiùs, ac ſimpliciùs dicitur aſcendere, hoc eſt, pergere, proficiſci, nulla habita ratione

A inæqualitatis locorum: ſic enim frequens eſt vſus huius verbi apud Hebræos Deut. 25. n. 7. *Perget mulier ad portam ciuitatis.* Hebraicè, *Aſcendet* Num. 16. n. 27. *Cùm receſſiſſent à tentoriis.* Hebraicè, *Cùm aſcendiſſent.* Pſ. 103. n. 7. *Et irritauerunt aſcendentes in mare.* Hoc eſt, ſimpliciter euntes, ſeu intrantes in mare. Cum enim mare iuxta veriorem philoſophiam, ſit depreſſius, quàm terra, non aſcenditur propriè in illud; imò potiùs deſcenditur, iuxta eundem Vatem: *Qui deſcendunt mare in nauibus.* Pſ. 106. n. 23. Quare aſcendere in mare, idem eſt, quod tendere, præſertim iuxta phraſim Græcorum, qui omnem tendentiam in mare aſcenſum appellabant. Vnde Xenophontis liber de expeditione nauali Regis Cyri, in-

Aſcendere, idem atque pergere.

Xenoph.

B ſcribitur, *ἀνάβασις Κύρου*, id eſt, *aſcenſus Cyri*, Aſcendebat igitur Elcana, idem eſt, atque tendebat:

5. Abul. *Verùm Elcana eadem via ſemper aſcenderet. Virtus palam profitenda, nec per formidinem occultanda.*

Cæterùm, vt dicunt Hebræi apud Abulenſ. hoc loco, q. 7. in fine, Elcana non aſcendebat ſemper eadem via in Sanctuarium, ſed nunc hac, nunc illac inſiſtebat. Neſcio quidem, an de more ſuo diuinent Hebræi. Duplicem tamen habere potuerunt ſuæ exiſtimationis coniecturam. Vnam Elcanæ ſanctitatem, qui bonorum operum lucernam non occultabat ſub modio, ſed ſuper candelabrum ſtatuebat, & palàm, omniúmque in oculis diuino ſe cultui mancipabat; contrà quàm faciunt nonnulli timidè religioſi, qui cùm malint templum frequentare, quàm forum, plus tamen in templo, quàm in foro
C frequentando erubeſcunt, imitantes Nicodemum, qui *venit ad IESVM nocte.* Ioan. 3. n. 1. *Nimirum*, inquit ibi D. Chryſ. *Iudaica imbecillitate detinebatur: ideo nocte venit, quia interdiu formidabat.* Non ita profectò Daniel. Nam cùm ſciret prohibitum à Dario, ne quis Deum precaretur, *ipſe*, inquit textus, *feneſtris apertis in cœnaculo ſuo contra Hieruſalem, tribus temporibus in die flectebat genua ſua, &c.* Daniel. 6. n. 10. *Neque enim*, inquit ibi Theod. *clam precabatur, ſed palam, omnibúſque inſpectantibus, non ambitionis ſtudio, ſed impiam legem contemnens.* Et paulò poſt hanc Danielis fortitudinem ex eo etiam illuſtrat, quòd orauerit in cœnaculo ſuo *Non enim*, inquit, *in plano ſed tanquam in quadam ſpecula preces Deo offerebat, omnibus*
D *conſpicuus.* Talis igitur Elcana pluribus ad templum viis pergebat, vt palàm, & vbique verum Dei cultorem ſe profiteretur.

D. Chryſ.

Theod

6. *Deſides Iudæos ad Sanctuarium frequentandum ſuo exemplo inuitabat Elcana.*

Alteram coniecturam Hebræi habere potuerunt, nempe Iudæorum ſub id temporis deſidiam, ac de rebus diuinis negligentiam: qui niſi haberent aliquem, cuius mouerentur verbo, & cuius excitarentur exemplo, leges diuinas planè contemnerent, & Sanctuarium Dei ne de limine quidem ſalutarent. Quare Elcana, vt omnes ad templum cogeret, omnibus prælucebat exemplo: & ne quis piger in domo remaneret, omnibus ſe in templum euntem manifeſtabat. Qua ex profectione quantam vtilitatem perceperit, quis non videt?
E Nam ſi ille vir Æthiops Eunuchus Reginæ Candacis, eo quòd ad templum oraturus perrexerit, meruit diuinitùs illuſtrari. Act. 8. à n. 27. vt D. Chryſ. hom. 35. in Geneſ. expendit; quid mirum, ſi Elcana pergens ad templum ſuas preces, & vota Deo oblaturus, inde cum magno cæleſtium donorum auctu domum ſuam regrediatur?

D Chryſ.

7. *Cur de ſolo Elcana, & non de vxoribus aſcendentibus mentio fiat. Prima reſponſio.*

Vir ille. Solius Elcanæ fit mentio. Cur non etiam vxorum pariter cum viro aſcendentium? Reſpondebit aliquis, quia re vera ſolus Elcana abſque vxorum comitatu aſcendebat. Et probabit, tum quia fœminæ lege non tenebantur ad templum adeundum, vt ex cap. 23. n. 17. & 34. num. 23. Exodi habetur, vbi præcipitur tantùm, vt omne maſculinum appareat coram Domino: tum etiam, quia ſacrificaturi procul ab vxoribus recedebant,

vt annot 5. Sect. 1. ſatis oſtendimus, ne immundi, & ad ſacrificium inepti redderentur. Cùm igitur Elcana ad ſacrificandum iret, non videtur ſecum vxores deduxiſſe. Sed hæc reſponſio, & falſa eſt, & nodum non ſoluit. Falſa quidem, quia de iure aſcendere poterant vxores in his celebritatibus ad Sanctuarium, vt ſupponi videtur Deut. 12. n. 7. vbi dicitur: *Et comedetis in conſpectu Domini Dei veſtri, vos & domus veſtra.* Domorum enim, ſeu familiarum nomine etiam vxores intelliguntur. Quamuis enim ibid num. 12. & 18. & rurſus Deut. 16. num. 11. & 14. filij & filiæ, ſerui & ancillæ, tacitis tamen vxoribus exprimantur: tamen ſine dubio intelligi debent, vt interpretes aduertunt. Imò de facto Anna, & Phenenna aſcenderunt, vt in hoc capite ſatis exprimitur. Nam numero 4. & 5. dicitur Elcana ſuis vxoribus ſacrificij partes diſtribuiſſe: & clariùs numero 7. dicuntur vxores Elcanæ aſcendere ad templum Domini; ac denique toto capite, quæ in templo egerint, minutiùs commemorantur. Neque confirmationes allatæ vim habent. Prior quidem, quia ſicut fœminæ lege non tenebantur templum adire, ita nec prohibebantur. Vnde ſponte ſua veniebant, vt Abul. q. 10. aduertit. Poſterior verò, quia duplex erat aſcenſus Leuitarum in templum, vnus proprius ipſis Leuitis, quando ſcilicet veniebant ad propria Leuitarum miniſteria exercenda, iuxta diſtributionem temporis, quod ſingulis per ſuas vices contingebat; & tunc ſine vxoribus venire tenebantur, ne immundi redderentur: quod ſolùm diximus citato loco. Alter etiam laicis communis, quando ſcilicet in anniuerſariis celebritatibus templum frequentabant; & tunc cum vxoribus venire poterant: ſicut & laici veniebant, vt patet in ſancto Ioſepho & beata Virgine, de quibus dicitur: *Ibant parentes eius per omnes annos in Ieruſalem in die ſolemni Paſchæ.* Luc. 2. num. 41. Quamuis, vt in hoc etiam concurſu aliqua decentia ſeruaretur, non vna omnes via; ſed vna viri, altera fœminæ ſeorſim aſcendebant, ſi vera eſt Bedæ opinio: quam vt veriſimilem Barrad. & Salmeron admittunt, licèt, vt nullo nixam fundamento, Maldon. & Tolet. excludant. Quare cùm Elcana non in tempore Leuitici muneris exercendi: ſed in communi celebritate ad tabernaculum aſcenderit, ducere ſecum potuit vxores.

Refellitur.

Vxores quã-uis ad Sanctuarium venire non tenerentur, non prohibebantur.

Abul.

Vtrùm viri vna, vxores altera via ad Sanctuarium aſcenderent.

Barrad. Salm. Maldon. Tolet.

8. Non ſoluit etiam nodum prædicta reſponſio, quia eſto rationes factæ conuincerent vxores cum viro non aſcendiſſe, minimè tamen conuincunt non veniſſe filios cum patre ſuo. Si igitur venerunt, vt ex num. 4. conſtat, integra manet quæſtio, cur ſolus Elcana aſcendiſſe referatur. Aliter igitur reſpondeo, ſolius Elcanæ fieri mentionem, non quòd vxores ſimul, ac filij non aſcenderint; ſed quòd ſub viro vxor, ſub parente filij intelligantur. Vtriuſque rei adſunt exempla. In primis ſub viro vxor intelligitur. Vidit Ioſephus per ſomnium ſe à ſole & luna, & vndecim ſtellis adorari, hoc eſt, à patre, & matre, & vndecim fratribus; vt ipſe Iacob interpretatus eſt, dicens: *Num ego, & mater tua, & fratres tui adorabimus te ſuper terram?* Geneſ. 37. num. 10. Quærunt interpretes quo pacto ſomnium hoc impletum fuerit, cùm Ioſephus nunquam adoratus fuerit à matre ſua Rachele, quæ multò antè quàm ille in Ægypto regnaret, obiiſſet, vt ex cap. 35. Geneſ. numero 19. conſtat. Reſpondet Caietan. per lunam non Rachelem determinarè, ſed aliquam ex quatuor Iacobi vxoribus intelligendam eſſe. Aptiùs tamen ad rem noſtram D. Chryſoſt. homil. 66. in Geneſ. *Perpetuus*, inquit, *Scripturæ mos eſt, à magis principali totum*

Vera ſolutio, ſub nomine viri, vxor in Scriptura cõprehenditur.

Caiet.

D. Chryſ.

A *ſignificare: quoniam igitur caput mulieris vir eſt, cùm adorauerit caput, manifeſtum eſt, quod corpus totum caput ſequatur. Si enim pater hoc facit, multo magis illa, niſi ex hac vita prærepta fuiſſet, hoc feciſſet.*

Iam verò, quòd filij ſub parente, ſiue patre, ſiue matre, ſæpe in Scriptura comprehendantur, facilè patet: ſub patre quidem, quia Ioſepho ad Iacobum ingreſſo, Geneſ. 48. num. 3. non dicuntur filij ipſius Ioſephi, Manaſſe, & Ephraim pariter fuiſſe ingreſſi; & nihilominùs ſub patre ingreſſi intelliguntur. Vnde ſequitur: *Videns autem Iacob filios eius, dixit ad eum: Qui ſunt iſti?* &c. ibid num. 8. Sub matre verò, quia poſtulante matre filiorum Zebedæi primas ſedes à Chriſto Domino, Chriſtus Dominus filius B reſpondet: *Neſcitis*, inquit, *quid petatis.* Matth. 20. num. 22. Imò Marc. 10. num. 35. non mater, ſed filij dicuntur poſtulaſſe; quia quod mater filiis poſtulat, à filiis intelligitur poſtulatum. Quare cùm Elcana dicitur in tabernaculum aſcendiſſe, vxores quoque, ac filij pariter cum illo aſcendiſſe intelliguntur. Nec immeritò. Tam pius enim paterfamilias omnem ſecum familiam in domum Domini ducere debebat. Sic olim Abraham cùm de terra ſua exire à Deo iuberetur, exiit quidem, ſed non ſolus. Nam *egreſſus Abraham*, inquit textus, *tulit Sarai vxorem ſuam, & Lot filium fratris ſui, & animas, quas fecerant in Haran.* Geneſ. 12. n. 5. ſeu, vt eſt in Chaldæo; *& omnes animas, quas ſubiecerat legi in Haran.* C Adeò enim valuit vnius Abrahami erga ſuos domeſticos exemplum, vt eos non ſolùm ab idololatria ad vnius Dei cultum reduceret: ſed etiam è patria ad ignotas regiones reuocaret. Simile fuit exemplum Reguli: *Credidit ipſe, & domus eius tota.* Ioan. 4 n. 53.

9. *Sub nomine parentum in Scriptura veniunt filij.*

Patrisfamilias exemplum domeſticos excitat ad virtutem.

10. *De ciuitate ſua*, ſcilicet, Ramathaim. Sed cur dicitur ſua? An quia Elcana erat illius Princeps? An potiùs, quia erat illius incola? Hoc poſterius certum eſt. Sic enim dicitur Ioannis 1. num. 44. Bethſaida ciuitas Andreæ, & Petri. Illud prius non improbabile. Sic enim putant aliqui Lazarum fuiſſe à Bethania. Ioann. 11. num. 1. quia illius Dominus erat. Erat igitur Elcana vir princeps, ſeu primarius, vt num. 1. in litera oſtendimus. Imò D Philo Hebr. in lib. Biblicarum antiquit. narrat, Elcanam fuiſſe electum à populo, vt omnibus imperaret: ſed Elcanam tanto honori humilitatis gratia renuntiaſſe. Quod an verum ſit, interim non curo, aliquid de ea re dicturus cap. 4. num. 18. Hoc ſaltem conſtat fuiſſe virum principem. In quo magis illius erga Deum pietas, & religio eniteſcit: qui cùm eſſet in dignitate primus, noluit eſſe in pietate poſtremus; ſuos ad diuinum cultum præire voluit, non ſequi. Hanc Principum laudem regius Vates celebrauit: *Præuenerunt*, inquit, *Principes coniuncti pſallentibus, in medio iuuencularum tympaniſtriarum.* Pſalm. 67. num. 26. Vides diligentiam in diuino cultu exhibendo? Vides alacritatem? E Plebeiis quidem priores erant, & tempore, quia præuenerant, & dignitate, quia Principes: & tamen ſuam illam dignitatem, & antiquitatem non curantes, facilitate pares eſſe voluerunt. Nam inter canentium, & ſaltantium choros ſe immiſcebant. Idem Dauid priùs hortatur Angelos, creaturáſque omnes ſuperiores, ad laudandum Deum, quàm homines, & creaturas inferiores, vt patet ex Pſalm. 148. à num. 1. priùs enim dicit: *Laudate Dominum de cælis, Angeli, Sol, Luna, ſtellæ*, &c. Deinde verò: *Laudate Dominum de terra, dracones, abyſſi, ignis, grando* &c. Cur, obſecro, mutato potiùs ordine ab imis ad ſumma non proceſſit? D. Chryſ. in Pſal. 112. reſpondet, rationem eſſe, vt intelligant homines, dignos ſe eſſe non poſſe Dei laudatores, niſi

Vtrùm Elcana vrbis Ramathaim Dominus fuerit.

Phil. Hebr.

Principes, & dignitate, & pietate primi.

Dei laudes Angelicam requirunt puritatem.

D. Chryſ.

niſi priùs fuerint Angelorum imitatores. *Oportet*, inquit, *Angelum fieri, & ita laudare: vtue es noſtrum vita noſtra Deum laudet.* Quibus verbis egregiè confirmari poteſt ille diſcurſus, quem ſuprà annotat. 5. Sect. 1. fecimus, de puritate ad orandum requiſita. Addo tamen ad tem præſentem, priùs inuitatos fuiſſe Angelos, quàm homines ad diuinas laudes; quia quò creaturæ ſunt perfectiores, eò perfectiùs, ac diligentiùs Deum laudare tenentur. Cùm igitur Elcana dignitate præiret cæteris, æquum etiam fuit, vt præiret ſanctitate; & cæteris paruas domos vix relinquentibus ad ſacrificandum Deo, ipſe libentiſſimè ſuam integram relinqueret ciuitatem. Et fortaſſe ea cauſa fuit, ob quam dicitur, non de domo ſua, ſed de ciuitate ſua aſcendiſſe. Caueat, qui villam emit, aut iuga boum quinque, aut quæuis alia temporalia bona, Luc. 14. n. 18. ne terrenarum rerum amore, à diuinarum inquiſitione retardetur.

11.
Septuag. Chald. Pagnin. Vatabl. Caiet.

Statutis diebus. Septuaginta interpretes vertunt, *à diebus in dies.* Chaldæus, *à tempore ſolemnitatis ad ſolemnitatem.* Pagnin. & Vatabl. *annuatim.* Omnes eodem tendunt, quaſi dicerent, per ſingulos annos, vt Caietan. & cæteri communiter exponunt. Sed hæc tranſlatio indefinita eſt, nec explicat, quoties in anno aſcenderit. Expreſſior igitur eſt Latina, *ſtatutis diebus*: niſi velis vtramque ſimul coniungere; vt Exod. 13. num. 10. vbi ſic: *Cuſtodies huiuſmodi cultum ſtatuto tempore, à diebus in dies.* Hoc eſt, certis diebus per ſingulos annos. Cæterùm tempora, quibus omnes ad templum, ſeu tabernaculum aſcendere ex diuina lege tenebantur, tria erant, vt patet Exod. 23. n. 14. Exod. 34. n. 23. Deut. 16. num. 16. Nimirum Paſcha, in memoriam liberationis ex Ægypto. Exod. 12. à n. 1. Pentecoſte in memoriam legis datæ. Deut. 16. à num. 9. Scenopegia, ſeu feſtum tabernaculorum, in memoriam habitationis in deſerto per quadraginta annos. Leuit. 23. num 34. Ex his feſtis omnium celeberrimum erat Paſcha. Vnde per antonomaſiam dicitur dies ſolemnis. Luc. 2. num. 41. & dies magnus, Ioan. 19. n. 31. In quo proinde ab aſcenſu in templum nemo excuſabatur; quamuis in aliis duobus feſtis propter legitimas cauſas faciliùs excuſaretur.

Tria feſta, in quibus Hebræi ad templum, ſeu tabernaculum aſcendere tenebantur.

12.
Pentecoſtes feſtũ quando, & qua ex cauſa inſtitutum.

Tria hîc aduerte. Primum, quod diximus Pentecoſtem inſtitutam fuiſſe in memoriam legis datæ, non eſſe omnino expreſſum in ſacra pagina; ſed ex loco citato Deuteronomij hæc vna elici coniectura, quòd eodem die, quo lex data eſt, nempe quinquageſimo à Paſchate, celebrari feſtum Pentecoſtes iubeatur. Vnde nonnulli, quibus leuis videtur hæc coniectura, vt Ioſephus lib. 3. antiquit. cap. 10. Philo lib. de Decalog ad finem. D Chryſoſtom. hom. 4. in Acta, quos ſequitur Toler. Ioann. 7. annot. 2. potiùs in gratiarum actionem pro nouis frugibus inſtitutam fuiſſe arbitrantur. A quibus ſi vrquitas, cur in memoriam legis datæ non inſtituatur aliqua anniuerſaria celebritas, quemadmodum in aliorum beneficiorum memoriam plures inſtituuntur. Facilè reſpondebunt, quia diuinæ legis recordatio non ſolùm annua eſſe debet, ſed quotidiana, iuxta illud Pſalm. 1. num. 2. *In lege eius meditabitur die, ac nocte.* Hoc eſt, ſine intermiſſione, ſeu in proſperis, & aduerſis, vt D Aug. interpretatur. Vnde poſtquam Deus legem tradidit, ſtatim eius continuam recordationem præcepit: *Erunt*, inquit, *verba hæc in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis in eis ſedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens, atque conſurgens. Et ligabis ea quaſi ſignum in manu tua, eruntque & mouebuntur inter oculos tuos; ſcribéſque ea in limine, & oſtiis domus tuæ.* Deut. 6. à n. 6. Vides, quàm iugis eſſe debeat diuinæ legis recordatio? Idcirco Phariſæi phylacteria, ſeu membranulas diuinis præceptis inſcriptas circa pectora geſtabant; vt quemadmodum non poteſt *virgo obliuiſci ornamenti ſui, nec ſponſa faſciæ pectoralis ſuæ* Ierem. 2 n. 32. ita illi nunquam diuinæ legis immemores redderentur. Addebant etiam ſuis veſtibus floccoſes fimbrias, quibus, vt docet D. Hieronym. in cap. 23. Matth. acutiſſimas ſpinas inſerebant, vt quoties incederent, toties illis puncti aculeis diuinam legem in memoriam reuocarent. Cùm igitur tam quotidiana eſſe debuerit diuinæ legis recordatio; opus non fuit, vt Hebræi anniuerſario tantùm feſto de illa mouerentur.

Ioſeph. Philo. D Chryſ. Tolet.

Iugis diuinæ legis recordatio.

D. Aug.

D. Hier.

13.
Tria feſta in beneficiorum Dei memoriã inſtituta.
Ingrati Iudæi diuinorum beneficiorum immemores.

Secundum, hæc tria feſta inſtituta fuiſſe ad memoriam diuinorum beneficiorum conſeruandam. Nam Hebræi beneficia diuinitùs accepta quàmprimùm obliuione delebant, niſi de illis ſæpiùs admonerentur. Quod liberalius eſſe potuit beneficium, quàm illud de manna per quadraginta annos in deſerto? De quo Dauid, *Pluuiam voluntariam ſegregabit Deus hæreditati tuæ.* Pſalm. 67. num. 10. ſeu, vt eſt in Hebræo, *Pluuiam liberalitatum.* Ac ſi quot grana illius manna e cælo defluebant, tot à Deo liberalitates defluere viderentur. Quid deinde Vates regius? ſtatim ſubdit: *Et infirmata eſt.* Hoc eſt, ſterileſcere cœpit, & emaciari illa hæreditas, tam opportunis de cælo pluuiis irrigata. Nam omnes illi beneficiorum imbres, ac ſi bibulas deciderent in arenas, ex Hebræorum memoria euaneſcebant, & proinde, tanquam ex terra ſterili, & areſcente nulli ex Synagoga fructus germinabant. Decreuit olim Deus, vt vrna manna in tabernaculo ſeruaretur. Exod. 16. numero 33. Sic etiam Chriſtus Dominus iuſſit Apoſtolis, vt duodecim cophinos fragmentorum colligerent, & apud ſe conſeruarent. Ioan. 6 num. 12. Quorſum verò, dicet aliquis, illud pabulum non ſolùm miniſtrauit in præſens, ſed etiam in futurum reſeruauit? Reſpondet Oleaſter Exod. 12. vt beneficium, cuius homines immemores eſſent, ad longum tempus teſtaretur. Ac ſi aliter ſupereſſe non poſſet apud Iudæos tanti beneficij recordatio, niſi expreſſa illius veſtigia in tabernaculo remanerent. Et obſerua præcepiſſe Moyſem, ne quis de manna relinqueret in manè, vbi ſuprà, num. 19. & poſtea addidiſſe, vt manna in poſterum conſeruarent. Vtrumque planè optimo iure. Illud quidem, ne Hebræi futura beneficia deſperarent; ſed ſicut heſternum manna acceperant, ita confiderent ſe craſtinum accepturos. Hoc autem, ne beneficia præterita obliuiſcerentur; ſed eorum, veluti quandam portionem retinentes, memoriam non delerent.

Oleaſt.

14.

Iam verò, quod prodigioſius eſſe potuit diuinæ liberalitatis beneficium, quàm illud, quo Hebræi è mari rubro incolumes euaſerunt? Exod. 14. n. 24. Tanti quidem beneficij magnitudo eos impulit ad diuinas laudes celebrandas, iuxta illud: *Laudauerunt laudem eius.* Pſalm. 105. n. 12 hoc eſt, innumeris præconiis celebrarunt. Sed quàm diuturna ſunt apud illos diuini beneficij recordatio? Sequitur: *Citò fecerunt, obliti ſunt operum eius* num. 13. hoc eſt, citò à laudibus ceſſarunt, citò in obliuionem irruerunt. Sed quàm citò? Vix tertius dies ab egreſſione è mari rubro elapſus fuerat, cùm ipſi in contumelias contra Moyſem, & in iniurias contra Deum prolabuntur. *Tulit Moyſes*, inquit textus, *Iſrael de mari rubro: ambulaueruntque tribus diebus, & non inueniebant aquam; & murmurauit populus contra Moyſem.* Exod. 15. à n. 22. Quia leuis incommodi impatientes,

impatientes, ingentium beneficiorum memoriam deponebant. Imò quò plura Deus in eos beneficia conferebat, eò illi acerbiores contra Deum pugnas excitabant. Quàm pium, ac beneuolum ſe præbuerit Deus illi populo, reſtatur Dauid, dicens; *Dux itineris fuiſti in conſpectu eius.* Pſalm. 79. num. 10. In Hebræo eſt, *Euerriſti ante eum* Quaſi diceret, præibas Iſraeli purgando ſolum, remouendo lapides, æquando viam, ne quis offenderet, ne quis impingeret. Mira planè beneficentia. Sed quanta illius populi maleficentia? Teſtatur eum admiratione Dauid: *Quoties,* inquit, *exacerbauerunt eum in deſerto?* Pſalm. 77. num. 40. ſeu, vt legi poteſt ex Hebræo, *Quoties crucifixerunt eum?* Pro beneficiis iniurias rependebant, adeò ab illorum animis diuinorum beneficiorum memoria exulabat. Cùm igitur Deus ſciret Hebræorum ingenium obliuioſum eſſe munerum acceptorum, meritò tria illa feſta inſtituit, quæ immemores homines, ad beneficia diuina recolenda excitarent.

Pro acceptis beneficiis Iudæi Deũ crucifigebant.

15\. *Deus in conferendis beneficiis largiſſimus: in exigenda gratitudine parciſſimus.*

Tertium aduerte, Deum multò pauciora ab hominibus exigere, quam illi ab hominibus debeantur: nam cùm ſæpiùs venire debuiſſent, ter, non ampliùs vt venirent, imperauit. Fateor quidem Deum non ſolùm donatorem eſſe beneficiorum, ſed etiam obſequiorum exactorem, iuxta illud: *Scitote, quoniam Dominus ipſe eſt Deus.* Pſalm. 99. n. 3. Hebraicè, *Scitote, quoniam Iehouah ipſe eſt Elohim. Iehouah* enim benefactorem ſignificat; *Elohim* iudicem & exactorem: ac ſi idem ſit benefactor pariter, & exactor. Sed cum hoc diſcrimine, quòd in beneficiis cõferendis ſit largiſſimus; in repetendis verò obſequiis ſit parciſſimus. Vnde ille, qui cum hominibus perpetuò eſſe voluit, ab hominibus ter vt in anno inuiſeretur ſolùm poſtulabat; ne quam illis moleſtiam ex ſuo conſortio creare videretur. Verùm probi, & iuſti homines plura debent rependere obſequia, quàm exigantur. Vnde Dauid non ter in anno, ſed ter in die diuinas laudes celebrabat: *Veſpere,* inquit, *& mane, & meridie narrabo, & annuntiabo laudem tuam.* Pſal. 54. n. 18.

Quò maior Dei in exigenda gratitudine parcitas: eo maior iuſtorum in exhibenda liberalitas.

16\. Ioſue, poſtquam ſicco veſtigio Iordanem tranſiuit, duodecim lapides in tanti beneficij memoriam ex diuino imperio in littore erexit. Ioſue 4. n. 2. & 20. Sed hiſce lapidibus non contentus, alios duodecim in medio fluminis alueo ſua ſponte excitauit, adeò ſublimes, vt ſumma aqua fluminis extarent Ioſue 4. num. 9. Cur, quæſo, plura diuinorum beneficiorum erigit monumenta, quàm ab ipſo Deo exigantur? Planè quia quò maior eſt parcitas imperantis, eo maior eſſe debet liberalitas ſeruientis. Vnde eſt illud D. Hier. in epiſt. 62. ad Theoph. aduerſus errores Ioannis Hieroſolym. *Non quæris,* inquit, *monachos tibi eſſe ſubiectos, & ideo magis ſubiectos habes: tu offers oſculum, illi colla ſubmittunt: exhibes militem, & ducem impetras: quaſi vnus in pluribus es, vt ſis vnus ex pluribus: citò indignatur libertas, ſi opprimitur; nemo plus impetrat à libero, quam qui ſeruire non cogit.* Vt igitur Hebræi frequentiſſimè templum adirent, ter in anno tantum adire obligabantur; & quidem ita facerent, ſi amore potius, quàm timore ducerentur.

Parcitas imperantis, liberalitatẽ exigit obedientis.

17\. *Quo pacto Elcana hic ſacrificare dicatur.*

Vt adoraret, & ſacrificaret. Quo pacto ſacrificaret Elcana, qui non erat ſacerdos, ſed ſimplex Leuita, vt num. 1. diximus? Dicet aliquis ſermonem hic eſſe de interno cordis ſacrificio, iuxta illud: *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus.* Pſalm. 50. num. 19. Sed contrà, quia litera ſequentis numeri non obſcurè agit de externo, dicet alius non compleſſe ſacrificium, quod erat proprium ſacerdotum, ſed miniſteria ad illud præuia exercuiſſe; quod ad Leuitas pertinebat. Sed contrà, quia Elcana ſecum detulit vxores in tabernaculum, vt paulò antè diximus, quas tamen Leuitæ deferre non ſolebant, quando propria munera in tabernaculo obibant, vt annot. 5. Sect. 1. latius oſtendi. Dicendum igitur non ſacrificaſſe per ſe, ſed per ſacerdotes, offerendo illis victimas, quas ipſi Deo immolarent. Sic Abſalon 2. Reg. 15. num. 8. & 12. Salomon 3. Reg. 8. num. 63. Dauid 1. Paralip. 21. num. 26. dicuntur immolaſſe, non quidem per ſe, cùm non eſſent de tribu ſacerdotali; ſed per ſacerdotes, quibus victimas Deo ſacrificandas offerebant.

Vera reſolutio.

Sed obiicies. Ergo etiam non per ſe, ſed per alios adorauit, cùm Scriptura eodem modo de adoratione, & ſacrificio loquatur. Reſpondeo, adorandi ritum dupliciter ſumi poſſe. Primo, pro quolibet externo Dei cultu, ſacris, & profanis hominibus communi, qualis eſt genuflexio, pectoris percuſſio, & ſimiles actus: in quo ſenſu Theologi communiter in 3. diſt. 9. & 2. 2. q. 84. de adoratione diſputant. Secundo, pro illo tantùm Dei cultu, qui in ſacrificiis adhibetur; ſeu pro cultu ſacrificandi, quo pacto ſumitur illis verbis: *Patres noſtri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis, quia Ieroſolymis eſt locus, vbi adorare oportet.* Ioann. 4. num. 20. Vbi planè ſermo eſt de illa tantùm adoratione, quæ fit per ſacrificia: nam alia communior adoratio, neque Samaritanis extra illum montem, neque Iudæis extra Ieroſolymam prohibebatur. Si igitur hoc loco adoratio hoc poſteriori modo ſumatur; fateor Elcanam non per ſe, ſed per ſacerdotes adoraſſe. Si verò ſumatur priori modo, quod potius crediderim, ne verba idem omnino ſignificantia geminentur, tunc dico adoraſſe per ſe ipſum: nec oportuit in litera explicari per ſe adoraſſe, & per alios ſacrificaſſe, cùm verba rectè intellecta ſatis indicent, diuerſo modo tribuendas eſſe Elcanæ adorandi, & ſacrificandi actiones.

18\. *Quo ſenſu adorauerit. Duplex adorandi ritus.*

Elcana per ſe adorauit.

Myſterio tamen non vacat, quòd priùs adorarit, & poſtea ſacrificarit; vt quanta cum reuerentia ſacrificandum ſit, ſignificetur. Vide D. Greg. in expoſitione morali huius loci: *Adorans,* inquit, *immolat; quia quo humilius diuina veneratione proſternitur, ſumma charitatis illius blandimento vberius reſouetur.* Quo etiam loco per actum ſacrificandi, amorem contemplationis intelligit. Tunc ſic *ordinatus,* inquit, *contemplantis aſcenſus eſt, ſi à timore incipiat. Igitur dum ſummæ gloriæ reſpergi claritate appetimus; præſumptionis noſtræ anſulatum hoc timoris tranſitu præfigamus: vt quo venerabilius omnipotentem Dominum metuimus, eo perſpicacius benignitatis eius gloriam videamus.* Ex quo loco colligant ſacerdotes, quanto cum tremore accedere debeant ad altare Domini, qui, vt Moyſes in ſuo cantico cecinit, *terribilis eſt, atque laudabilis.* Exod. 15. n. 11. Hoc eſt, interprete Caiet. qui laudari non vult, niſi a quo priùs timeatur.

19\. *Summa cum reuerentia, & timore ſacrificandum.*

Caiet.

Domino exercituum. Frequenter Deus in Scriptura Dominus Sabaoth, ſeu exercituum, appellatur, id eſt, Dominus Angelorum, dicuntur enim Angeli exercitus. Primò, ob eximium ordinem, & ornatum, quem habent. Sicut enim nihil eſt in terra ordinatius, & ornatius, quàm exercitus, iuxta illud: *Perfecti ſunt cæli, & terra, & omnis ornatus eorum.* Geneſ. 2. num. 1. Hebraicè, & Chaldaicè, *& omnis exercitus eorum*: ac ſi ordo, & ornatus totius orbis nullo alio meliùs, quàm ordine, & ornatu vnius exercitus exprimatur: ita nullus ordo, & ornatus maior in cælo eſt, quàm qui in Angelis reperitur. Secundò, ob ſingularem erga Deum obedientiam. Sicut enim obedientia militaris prom-

20\. *Angeli, Dei exercitus. Primò, propter ordinem.*

Secundò, propter ſingularem obedientiam.

ptiſſima

ptiſſima eſſe ſolet, iuxta illud Centurionis, qui promptam ſuorum ſeruorum obedientiam expreſſurus, milites eos appellauit: *Habens*, inquit, *ſub me milites; & dico huic, vade, & vadit; & alij, veni, & venit.* Matth. 8. n. 9. ita etiam obedientia Angelorum perfectiſſima ſemper eſt, iuxta illud Dauidis: *Omnes*, inquit, *Angeli eius potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem ſermonum eius.* Pſalm. 102. n. 20. Vbi Angeli priùs dicuntur verbum facere, quàm vocem audire, ac ſi priùs imperata exequi, quàm imperia percipere videantur. Tertiò, ob incredibilem fortitudinem, qua non ſolùm iuſtos tuentur, vt patet ex Gen. 21. n. 17. 4. Reg. 6. n. 17. Tob 6. n. 4 Pſal. 33. n. 8. Dan. 3. n. 49. Zach. 9. n. 8. & paſſim alibi: ſed etiam impios perſequuntur, vt patet ex Gen. 19. n. 13. 4. Reg. 19. n. 35. Pſal. 34. n. 5. & 6. Dan. 13. n. 55. 2. Mach. 3. num. 25. Act. 12. n. 23. & multis alijs locis.

Tertiò, ob fortitudinē, qua iuſtos tuentur, & impios perſequuntur.

21\. Cæterùm ob hanc cauſam, vt alias omittam, non ſolùm Angeli, ſed omnes aliæ creaturæ poſſunt Dei exercitus appellari. Omnes enim pro diuino honore contra impios homines præliantur, iuxta illud: *Armabit creaturam ad vltionem inimicorum, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos.* Sap 5. n. 18. & 21. Quæret aliquis non immeritò, cur in vltimum exitium totius Ægypti, omnes creaturæ tam ſuperiores, quàm inferiores conſpirarint; vt facilè colligitur ex illis decem plagis Ægyptiorum, quæ in libro Exodi deſcribuntur. Reſpondet D. Auguſt lib. 1. de mirabilibus ſacræ Scripturæ, cap. 19. *Iſtarum*, inquit, *modus plagarum ex terra, aquis, animantibus, aere, igne, nubibus, cælo, Angelis conuenerat; vt oſtenderetur, quòd contra Deo rebelles, & contumaces, ſeſe pariter vniuerſus orbis armabat.*

Creaturæ omnes tanquam Dei exercitus, cōtra impios præliantur.

D. Aug.

22\. En, quo iure olim Deus dictus fuerit Dominus exercituum. Vnum tamen hoc loco non prætereundum: Deus in veteri Teſtamento pluſquàm ducenties appelletur Dominus exercituum; vt facilè patebit ei, qui rem ad calculos redegerit: in nouo tamen ferè nunquam, ſed potius pater, magiſter, agnus, ouis, Paſtor, & Saluator. Ratio plane eſt, quia illud nomen erat maieſtatis, quod veteri Teſtamento congruebat: hoc autem pietatis, quæ nouo potiùs accommodatur. Vnde D. Bern. ſerm. 5. in Cant. ad illa verba: *Oleum effuſum nomen tuum.* Cant. 1. n. 2. *Vbi iam illud*, inquit, *quod apud antiquos tam terribiliter, quam frequenter intonare ſolebat: Ego Dominus, ego Dominus? Profectò maieſtatis, ac potentiæ nomen in id, quod eſt pietatis, & gratiæ, quodammodo transfunditur. Oleum effuſum nomen tuum.* Decem Dei nomina magnifica, atque terrifica in veteri Teſtamento includuntur, vt D. Hieron. in epiſt. 136. ad Marcellam obſeruauit, nullum tamen ex his in Cantico Canticorum continetur: ſed potiùs illa alia dulcia, & ſuauia, ſponſi, fratris, dilecti, deſiderabilis, & ſimilia. Cur hîc etiam illa diuinitatis nomina non inſeruntur, ſed tantùm humanitatis? Reſpondent aliqui hæretici, Canticum Canticorum fuiſſe epithalamium profanum, non diuinum; & propterea Salomonem religione tactum, noluiſſe miſcere ſacra profanis. Sed planè dicunt impudenter; cùm impuri ſint, impura omnia arbitrantur. Ratio igitur eſt, quia cùm in illo Cantico lex amoris proponatur, non timoris, & diuini Verbi, non tonantis è cælo, ſed vagientis in ſtabulo charitas celebretur; æquum fuit, vt pro magnificis, ac terrificis nominibus, blandiſſima, & dulciſſima ſupponerentur.

Dei nomen in veteri lege terribile, in noua amabile.

D. Bern.

D. Hier.

Cantica Salomonis è ſacris libris expungunt hæretici.

23\. Dixi paulò ſuperiùs, Deum in nouo Teſtamento ferè nunquam Dominum exercituum appellari: quia ſaltem à Iacobo Apoſtolo Dominus Sabaoth, id eſt, exercituum appellatur: *Ecce*, inquit, *merces operariorum, quæ fraudata eſt à vobis, clamat: & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiuit.* Iacob. 5. n. 4. Vbi nota, quantum in ſe ius iniuſtitiæ, quod Deum etiam clementiſſimum, qualem ſe in nouo Teſtamento præbet, excitet, & magnis militum præſidijs obarmet ad vindictam. Et fortaſſe ob hanc cauſam in veteri Teſtamento, hic locus Regum eſt primus omnium, in quo Deus appellatur Dominus exercituum: quia cùm hîc iniuſtitiæ filiorum Heli commemorentur, neceſſe fuit, vt Deus ad illas vlciſcendas armatus deſcriberetur. De qua re ad cap. 2. cùm agemus de iniuſtitia filiorum Heli, latè dicendum.

In iniuſtitia vindictam ſemel in nouo Teſtamento, Dominus exercituum Deus appellatur.

24\. *In Silo.* Scilicet, aſcendebat. Hoc eſt, in tabernaculum, quod erat in vrbe Silo. Nam tabernaculum illud, quod ad colendum Deum in deſerto factum eſt, Exod. 26. à num. 1. & quod per deſertum portabatur à Leuitis, Num. 1. n. 50. poſtquam ventum eſt ad terram promiſſionis, in vrbe Silo collocatum fuit. Ioſue 18. n. 1. vbi ſic: *Congregatique ſunt filij Iſrael in Silo, ibique fixerunt tabernaculum teſtimonij, & fuit eis terra ſubiecta.* Si quæras, cur potiùs in Silo, quam in alijs vrbibus collocatum fuerit. Pronum eſt reſpondere; quia Silo erat ciuitas de ſorte Ephraim, ex qua tribu erat Ioſue ductor, & gubernator illius populi. Æquum autem fuit, vt in eadem vrbe, & Principis palatium, & Numinis delubrum viſeretur. Hanc reſponſionem præter alios reddit Caiet. *Par fuit*, inquit, *vt in ſorte Principis locaretur diuinus cultus.* Ac ſi Principem inter cæteros populares diuini cultus ſtudioſiſſimum eſſe oporteret.

Fœderis tabernaculum in Silo cur collocatum fuerit.

Summa vicinias inter Dei templum, & Principis palatium.

Caiet.

25\. Eandem ob cauſam mons Sion fuit biceps, in cuius vno iugo, quod dicebatur Moria, fuit templum vt docet D. Hieron. in qq. Hebraicis in Geneſ. ad cap. 22. In altero, quod dicebatur propriè Sion, fuit domus regia, & ciuitas Dauid, vt docet idem D. Hieron. in epiſt. 27. ad Euſtochium de epitaphio Paulæ, & vtrumque complectitur Genebr. in Pſal 86. ſub initium. In eodem igitur monte palatium erat, ac delubrum; ne cultus diuinus, ac regius honor locis inter ſe diuiderentur: ſed alter ex alterius celebritate celebrior redderetur. Imo & Romani, teſte D. Auguſt. lib. 5. de Ciuit. cap. 12. duo templa non procul inter ſe diſiuncta, alterum Honori, alterum Virtuti dedicarunt: vt oſtenderent, quo in loco honor emineret, in eodem virtutem excolendam. Quid dico, vicinas eſſe debere domum ſacram, & domum regiam? Addo inſuper debere eſſe eandem, iuxta illud: *Deus in domibus eius cognoſcetur.* Pſalm. 47. n. 4. ſeu, vt eſt in Hebræo, *in palatiis cognoſcetur.* Ac ſi Regis palatium tanta debeat religione eſſloreſcere, vt ipſius Dei templum videatur. Nec immeritò: eſt enim religio regnorum cuſtodia. Quandiu in Silo fuit tabernaculum, floruit Imperium, vt patet ex loco Ioſue proximè citato, vbi fixo tabernaculo, ſtatim terra ſubiecta dicitur: ac ſi ſtabilitas tabernaculi, ſtabilitatem Imperio conferret; tabernaculo tamen euerſo ruit pariter & Imperium. Vnde Dauid poſtquam dixit. *Et repulit tabernaculum Silo.* Pſalm. 77 num. 60. ſtatim addidit: *Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici.* num 61. Ac ſi ruente ſacra æde non poſſet ſtare regia. Et præſertim fit ibi mentio de tribu Ephraim: *Repulit*, inquit Vates, *tabernaculum Ioſeph: & tribum Ephraim non elegit.* Ibidem [illegible]. Cùm cuim tabernaculum eſſet in Silo de [illegible] Ephraim; illa tribus priùs perijt, [illegible] tabernaculum amiſit.

D. Hieron.

Genebr.

Duo templa, alterum Honori, alterum Virtuti Romani dedicarunt.

Regis palatium quaſi Dei templū religione efflorēſcat.

Religio regnorum cuſtodia.

26 *Erant autem ibi*, &c. Circa hæc vltima verba

Cur ſolùm Ophni, & Phinees hic commemorentur.

Prima ratio.

huius numeri tria ſunt dubia, in quibus præter literalem ſeorſum aliquid doctrinæ continetur. Primum, cur hic ſolùm Ophni, & Phinees commemorentur, cùm ibi plures fuerint ſacerdotes. Reſpondeo primò, quia de his propter eorũ inquinatè magis poterat dubitari, an tabernaculo adeſſent. Similis eſt locus Matt. 16. n. 7. vbi Angelus ad mulieres: *Ite, inquit, dicite diſcipulis eius, & Petro.* Petrũ ex nomine deſignat, ne excluſus propter negationem videatur. Reſpondeo ſecundò, vt maior Elcanæ virtus probaretur. Nam, cùm hi duo filij Heli propter iniurias, quas faciebant venientibus in Silo, homines ab ingreſſu domus Domini deterrerent, vt ex cap. 2. n. 17. patebit, tamen Elcanæ tanta fuit conſtantia, vt quibuſcunque iniurijs ſe exponeret, ne diuinis ſacrificijs deeſſet. Vnde duo conſequebatur. Vnũ, quòd illos iniquos ſacerdotes ſua patientia reprimebat. Alterum, quòd cæteros homines venire in tabernaculum metuentes, ſuo exemplo incitabat. Quis enim de plebe venire non auderet, quò Elcana de primarijs viris vnus properaret? Reſpondeo tertiò cum Abul. q. 10. vt ab his ſacerdotibus ſequentis hiſtoriæ principium deſumeretur. Nam cùm Samuel, de quo deinceps agendum eſt, Iudex illius populi futurus eſſet; neceſſe fuit, illos præmittere, quibus ſucceſſurus erat: nempe hos duos ſacerdotes, qui cùm ob ſua ſcelera indigni eſſent, qui parentis ſui loco reponerentur, Samueli viro ſanctiſſimo ceſſerunt.

Secunda ratio.

Tertia ratio. Abul.

27. *Cur Heli improborum filiorum pater hic in medium adducatur. Ex bonis parentibus filij impij aliquando.*

Secundum dubium, cur non ſolùm proprijs nominibus agnoſcendi proponãtur; ſed etiam eorum pater in medium adducatur. Ratio eſſe poteſt, vt cùm illi fuerint improbi, parens autem bonus, & iuſtus; nemo ita de parentis probitate confidat, vt propriam obliuiſcatur: ſed ſciat aliquando generoſam ſementem in adulterinos fœtus degenerare; & ex Heli, id eſt, *oblatione*, qui totus in diuinum obſequium oblatus erat, naſci Ophni, id eſt, *inſaniam* & Phineem, id eſt, *os mutum*, quod nullas diuinas laudes decantabat. Adde, vt cùm illis aliqua laus acceſſerit ex parentis probitate, maior poſtea ex propria eorum malitia illis vituperatio augeatur. Vnde in Scriptura aliquando laudantur, qui poſtea ſunt vituperandi: vt turpior appareat ignominia, quam gloria anteceſſit. Sed expende literam. Non enim dicitur fuiſſe in tabernaculo Heli pater illorum iuuenum: ſed dicuntur fuiſſe illi iuuenes, filij Heli: vt intelligatur non propter parentis ſacrilegia, quæ nulla erant, ſed propter ſacrilegia filiorum, quæ inferiùs narrabuntur, fuiſſe illum principatum ab Heli, eiuſque poſteris ad Samuelem Elcanæ filium tranſlatum.

28. *Cur impij filij Heli, ſacerdotes Domini dicantur.*

Tertium dubium, cur appellentur ſacerdotes Domini, qui propter ſua ſacrilegia potiùs erant appellandi ſacerdotij violatores, & profanatores. Reſpondeo, vt hac eorum laude præmiſſa, maior poſtea eorum culpa videatur. Quod in ſequenti annotatione, Sect. 3. illuſtrabo.

ANNOTATIO VI.

CIRCA LITERAM.

Tabernaculum, proprius ſacrificiorum locus.

1. *Annotationis partitio.*

CVm Elcana ex diuinæ legis præſcripto ad tabernaculum veniret ſacrificaturus, occaſionem nobis præbet duo inquirendi, & illuſtrandi. Vnum circa hanc legem, an daretur lex de ſacrificijs non niſi A in tabernaculo offerendis, & quo pacto ſeruaretur. Alterum circa rationem huius legis, cur ſacrificia veteris legis in vno tantùm loco offerri iuberentur. Tertio tandem loco, cur ſacrilegi adoleſcentes ſacerdotes Domini appellentur.

SECTIO I.

An olim liceret extra tabernaculum ſacrificare.

IN proœmio huius operis, cùm de felicitate regum Iſraël ageremus, hanc difficultatem in hunc B locum reiecimus, quam nunc breuiter expediamus. Conſtat in primis fuiſſe apud Hebræos vnum tantùm locum, quem Deus elegerat, vt in eo ſibi ſacrificia offerrentur. Deut. 12. n. 4. & 5. & cap. 14. num. 23. & 24. & c. 26. n. 2. Hic autem locus initio à tempore Moyſis vſque ad templum Salomonis, fuit tabernaculum. Vnde Leuit. 17. à num. 3. capitale ſupplicium ſtatuitur in eos, qui extra tabernaculum immolauerint. Poſtea verò fuit templum, quod Salomon ædificauit. 3. Reg. 6. à n. 1. & quod Zorobabel reædificauit. 1. Eſdræ 3. à num. 8. Cùm enim hoc templum tabernaculo ſucceſſerit, extra illud ſimiliter, atque extra tabernaculum ſacrificare non licebat, iuxta illud Dei oraculum ad C Salomonem: *Elegi locum iſtum mihi in domum ſacrificij.* 2. Paralip. 7. n. 12. Quòd nimirum nullus alius locus ſacrificijs deſtinaretur. Vnde Samaritani, qui in monte Garizim templum condiderunt, ad quod ſacrificaturi aſcendebant, vt Ioſeph. lib. 11. antiq. c. 7. & 8. teſtatur, hæretici cenſebantur. Atque hæc de ipſa lege.

2. *Vnum tabernaculum vſque ad Salomonis templum, ſacrificijs à Deo deputatum.*

Salomonis templum ſacrificijs poſtea deſtinatũ.

Samaritani cur hæretici. Ioſeph.

Circa modum, quo ſeruabatur, tria aduerto. Primum, Deum diligenter prouidiſſe, ne quis hanc legem violaret, reddendo illam, quàm maximè fieri poterat, facillimam. Quæret aliquis, cur tota promiſſionis terra, in quam Deus Hebræos induxerat, adeò fuerit anguſta, vt neque nonaginta leucas ſecundùm longitudinem ab Aquilone ad Auſtrum; neque triginta ſecundùm latitudinem ab D ortu ad occaſum ſuperarit; vt Abulenſ. in cap. 13. Num. quæſt. 56. teſtatur. Reſpondet Theod. q. 6. in Iudic. Quia, inquit, *tertio anno lex ſtatuerat cunctos feſta celebrare in vnum locum conuenientes; non alio re concluſit eos Deus in arctum locum, vt facile vel ipſi pigri ad aedem conſecratam adeundam excitari poſſent.* Voluit enim Deus, vt quidquid difficultatis eſſet in lege, breuitate vix tolleretur: neque ſolùm breuitate, ſed etiam facilitate. Illa vallis, quæ in tẽplum tendebat, ſicca erat, & areſcens: vnde qui illac pergebant ad templum, lacrymati priùs præ ſiti cogebantur, iuxta illud: *Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, in* E *valle lacrymarum, in loco, quem poſuit.* Pſal. 83. n. 6. Vbi ad literam ſermo eſt de aſcendentibus in templum. Quid igitur Deus? Vt hanc vix difficultatem mitigaret, vallem lacrymantium præ ſiti, conuertit in vallem fontium ad reſtinguendam ſitim. Vnde D. Hier. ex Hebræo vertit: *Tranſeuntes in vallem fletus, fontem ponent eam.* Et id, quod ſequitur: *Benedictionem dabit legiſlator*, vertit Pagninus, *Piſcinas operiet pluuia.* Ac ſi illa vallis, quæ antea tam erat arida, vt ſolis viatorum lacrymis rigaretur; poſtea tam multis fontibus, ac piſcinis abundaret, vt nihil ea gratius, & amœnius videretur.

3. *Terra promiſſionis anguſta, vt omnes Hebræi templum frequentarent.*

Abul.

Theod.

Arida vallis, quæ in templum tendebat, fontibus ſcaturiens.

D. Hier.

Pagnin.

Sed quia Iudæi hac facilitate legis abutebantur, reùbſque profanis intenti diuinas negligebant, calcaribus opus fuit, quibus ad domum Domini adeundam incitarentur. Quærunt communiter

4. *Iudæi nõ niſi laboribus cõpulſi, Deum quærebant.*

Inter

interpretes, cur Deus Hebræos ab Ægypto liberatos introduxerit in terram non ſolùm admodum anguſtam, verùm etiam innumeris hoſtibus occupatam. Erant enim in terra promiſſionis, cum Hebræis permixti Hethæi, Amorrhæi, Phereſæi, & plures alij capitales hoſtes, vt ex 3. Iudic à num. 1. & alijs paſſim locis planum eſt. Vnde videbantur omnes Hebræi, non tam ab vna ſeruitute erepti, quàm in aliam acerbiorem præcipitati. Tres rationes aſſignat Lyran. Ioſue 13. & eaſdem ferè repetit Abulenſ. 2. Paral. 8. q. 9. Quibus interim omiſſis, facit ad rem noſtram, quam reddit Theodor. q. 7. in Iudic. *Vt poſteri*, inquit, *neceſſitate belli compulſi, Dominum ad pugnandum ſecum implorarent*. Quaſi Iudæi adeò eſſent diuini cultus negligentes, vt nunquam fuiſſent templum adituri, niſi eos neceſſitas implorandi diuini auxilij contra ingruentes hoſtes impuliſſet.

Lyran. Abul. Theod.

5. Hoc fuit ſemper Hebræorum ingenium, vt ne faciles quidem acceſſus ad Deum inire vellent, niſi aliqua à tergo formidine truderentur. Quæ via, obſecto, facilior eſſe potuit, quam illa per mare rubrum? tum quia tuta erat, aquarum muris hinc inde conſurgentibus; tum quia expedita, vento humidum, & lubricum ſolum exſiccante: tum denique, quia herbarum, florúmque varietate, non ſine ingenti miraculo picturata, iuxta illud: *In mari rubro via ſine impedimento, & campus germinans de profundo nimio*. Sap. 19. num. 7. Ac ſi illa arenaria infœconda in roſaria iucundiſſima verterentur. Et nihilominus Iſraëlitæ adduci vix poterant, vt viam illam non tam lapidibus, quàm floribus conſtratam capeſſere auderent. Vnde illa eſt in eos regij Vatis obiurgatio: *Et irritauerunt aſcendentes in mare, mare rubrum*. Pſalm. 105. n. 7. Cur enim dicuntur Deum irritaſſe, niſi quòd, vt ibi Gloſſa obſeruat, hæſitarunt, & dubitarunt, an viam arriperent, veriti, ne fortaſſe fluctibus obruerentur? Et niſi à tergo inſtarent hoſtes, eodem fortè in veſtigio immobiles hærerent, timidiores ad obediendum Pharaoni, qui ſine vlla trepidatione in mare irruerunt.

Iudæi ad facilem etiam viam ingrediendam, terrore à tergo trudebantur.

6. Quantò audentior D. Petrus, qui vt ad Chriſtum Dominum veniret, non expectauit facilem, & arentem viam ſibi ſterni inter vndas: ſed in tumentes fluctus ſe conieeit, vt diuinæ vocationi obtemperaret? Matth. 14 num. 29 Sed cur Hebræis mare in contrarias partes recedens intercurrendū diuiditur? D. tamen Petro in vnum coaleſcens calcandum ſubijcitur? Nempe, quia Iudaicus populus non niſi facili, ac tuta via ad Deum gradiebatur; Chriſtianus etiam difficili, ac periculoſa ad Deum fertur: ille per terrenas opes ad beatitudinem ſerpebat; hic per cœleſtem inopiam ad beatitudinem contendit. Vnde D. Bern. in ſuis declamationibus: *Longè aliud*, inquit, *eſt in luto aquarum multarum, in fundo diuiſi maris, iter carpere, terrena licitè poſſidendo, aliud ipſam quoque nouis greſſibus vndam calcare, omnia relinquendo; ſed tempori gratiæ hæc prærogatiua debebatur: Petro nouum iter, & noui typus itineris ſeruabatur: antiquorum Patrum diebus non erat Euangelicæ formæ perfectionis*.

Iudæi ſolùm per tutam viam, Chriſtiani etiam per difficilem Deum quærunt.

D. Bern.

7. Secundum, quod expendo, eſt, ex Hebræis, qui religioſiores erant, non ſolum huic legi paruiſſe, ſed aliquid vltrà quàm illa præciperet, obſeruaſſe. Nam lex præcipiebat, ne quis extra locum Sanctuarij ſacrificaret; illi verò, vt cautiores eſſent legis obſeruatores, etiam à minoribus alijs cæremonijs de quibus non erat lex, extra Sanctuarium abſtinebant. Patet in primis in Elcana, qui aſcendebat, non ſolùm vt ſacrificaret, ſed etiam vt adoraret; cùm tamen ex vi legis non actus adorandi,

Legem diuinam, vltrà quàm illa præcipiat, religioſiores obſeruant.

A ſed ſacrificandi extra Sanctuarium prohiberetur. Item qui apud Babylonios captiui tenebantur, non ſolùm non operabantur ſacris, verùm etiam nec muſica inſtrumenta pulſare, nec diuinos hymnos cantare audebant: *In ſalicibus*, inquit, *in medio eius ſuſpendimus organa noſtra*. Et iterum: *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* Pſalm. 136. num. 2. & 4. Sed cur ab his etiam actibus lege nequaquam vetitis abſtinebant? Multiplex ratio eſſe poteſt. Vna, ne ſcandalum præberent Babylonijs, facilè ſuſpicaturis ab Hebræis in ea re diuinam legem violari. Altera, ne eiſdem præberent occaſionem contemnendi, & irridendi diuinos ritus, & margaritas more porcorum conculcandi. B Tertia, ne ſi feſtiuis cantilenis in terra aliena indulgerent, paulatim in obliuionem Hieruſalymæ, templi, diuinorúmque rituum, ac celebritatum inducerentur. Sed his interim omiſſis, illa mihi videtur ad rem noſtram quàm aptiſſima, idcirco à diuinis cantibus abſtinuiſſe, vt diuinam legem etiam vltrà quàm illa præciperet, cautiùs, & accuratiùs cuſtodirent. Ita D. Baſil. D. Chryſoſt. & alij inſinuant.

D. Baſil. D. Chryſ.

8. Iam verò Daniel Babylone commoratus ingrediebatur domum ſuam, & feneſtris apertis in cœnaculo ſuo contra Hieruſalem tribus temporibus in die flectebat genua ſua, & adorabat Daniel. 6. C n. 10. Licet enim lex eum non obligaret ad oculos Hieroſolymá verſus intendendos, tamen illò ſpectabat; quia ſic meliori modo, quo poterat, legem ſibi implere videbatur. Vnde D. Cyril. lib. de adoratione in ſpiritu, ad finem: *Vix*, inquit, *fore acceptã apud Deum ſuam arbitrabatur orationem ex aliena, infenſáque terra: quare, licèt corpore ſeparabatur, ſaltem vel cogitationibus, & animi oculis Deo gratiſſimam terram videre, ſuque in ipſum quodammodo templum preces immittere ſtudebat*. Similiter & Ezechias à Propheta de morte ſua impendente admonitus, *conuertit faciem ſuam ad parietem, & orauit Dominum*. 4. Reg. 20 n. 2. & Iſa. 38. n. 2. Ad parietem, inquam, D tum vt quietiùs oraret; tum etiam ne lachrymas ſuas iis, qui aderant, oſtentare videretur; tum præſertim, vt oculos in templum dirigeret, & quod pedibus non poterat, affectibus ſaltem ingrederetur, vt D. Hier. & plures alij exponũt; vt hoc modo vltrà quàm tenebatur, diuinam legem obſeruaret.

Oculis ſaltē Ieroſolymitanum templum abſentes Hebræi petebant.

D. Cyril.

D. Hieron.

9. Taliter ſe habere debent diuinæ legis cultores, vt ſemper aliquid pluſquàm facere debeant, exequantur. De ſolo ligno ſcientiæ boni, & mali, prohibuit Deus ne comederent primi parentes. Gen. 2. num. 17. Et nihilominus Eua ad ſerpentem: *De ligno*, inquit, *quod eſt in medio paradiſi, præcepit nobis Deus, ne comederemus, & ne tangeremus illud*. Gen 3. n. 3. Vnde cùm in medio paradiſi duplex lignum E fuerit, vnum ſcientiæ, alterum vitæ, vt patet Gen. 2. num. 9. Eua præceptum de vno tantùm intellexit de vtroque, vt Rupert. lib 3. in Geneſ. cap. 5. aduertit; quamuis in malum ſenſum hanc mulieris reſponſionem interpretetur. Sed ſi eam velis in bonum ſimpliciùs interpretari, oſtendit Eua ſuam erga diuinum præceptum obſeruantiam, ac ſi non ſolùm abſtinere vellet à ligno ſcientiæ, ſed etiam à ligno vitæ; ne ſi ad hoc accederet, facilè ad illud propter vicinitatem deueniret. Item præceptum de non comedendo ex illa arbore, in cautiorem partem interpretata eſt, de non tangendo illam. Quaſi vellet non ſolùm ab eſu, ſed etiam à tactu abſtinere, verita, ne ex tactu facilis daretur occaſio ad eſum. Et vtinam qua ſeueritate præceptum intellexit, eadem illud obſeruaſſet.

Diuinæ legis cultores aliquid pluſquã debent, exequantur.

10. De præda Ierichuntina præcepit Deus, ne quis aliquid in priuatos vſus abriperet, ſed tota ipſi

Deo

Deo dicaretur: *Sit*, inquit, *ciuitas hæc anathema, & omnia, quæ in ea ſunt, Domino*. Ioſue 6. n. 17. Quod planè non immeritò decreuit: tum quia, vt notat Caiet. ſolus Deus vrbem expugnauit, filijs Iſraël nihil laborantibus; quibus autem pugnæ labor non contigit, prædæ emolumentum non debetur: tum quia, vt Lyr. & Theod. aduertunt, hæc ciuitas omnium prima capta fuerat à filijs Iſraël, primitiæ verò rerum omnium vni Deo tribuuntur. Itaque diuinum præceptum ſolùm ad nõ prædandum obligabat: & nihilominus Ioſue vlteriùs progreſſus monebat ad non tangendum: *Vos autem*, inquit, *cauete, ne de his, quæ præcepta ſunt, quippiam contingatis*. Ibid. n. 18. Ac ſi vellet, vt vnuſquiſque ad tangendam prædam eſſet timidus, ne ex tactu fieret ad rapiendam temerarius.

Caiet.

Lyran. Theod.

11\. Neque ſolùm faciunt viri iuſti pluſquàm obligentur, ſed etiam quin omnino obligentur. Iacobus in Ægypto moriturus præcepit filijs ſuis, vt ſe in terra promiſſionis ſepelirent. *Præcepit eis dicens: Sepelite me cum fratribus meis in terra Chanaan* Geneſ. 49. n. 29. Soli Ioſepho præceptũ non impoſuit, ſed preces addidit: *Si inueni*, inquit, *gratiam in conſpectu tuo, facies mihi miſericordiam, & veritatem, vt non ſepelias me in Ægypto, ſed condas me in ſepulchro maiorum meorum*. Geneſ. 47. n. 29. Cuius diſcriminis ratio, præter alias, quas Abulenſ. aſſignat, vna eſt, quòd Ioſephus eſſet Princeps, & in poteſtate conſtitutus; cui proinde Iacobus, etſi pater, nec potuit, nec debuit imperare Sed quid Ioſephus ad parentis preces reſpondit? *Ego*, inquit, *faciam quod iuſſiſti*. Ibid n. 30. Quod iuſſiſti, inquit, non quod rogaſti: quia, vt Abulenſ. ibi rectè aduertit, *precibus aſſenſit, non vt precibus, ſed vt mandatis*. Vbi etiam nota, cæteros fratres parenti nihil reſpondiſſe, nec promiſiſſe, ſe illi parituros; Ioſephum verò maximè: vel quia præcipienti reſpondendum eſt, non tam verbo, quàm facto ipſo: vel quia apud ingenuos ſubditos plus efficiunt blandæ preces, quàm apud liberales ſeueræ leges. Vnde quam promptitudinem hæ leges à cæteris filijs non exegerunt, illæ preces à Ioſepho facile exorarunt. Sed de hac re paſſim occurret dicendi locus.

Iuſti non ſolũ pluſquàm obligantur, ſed etiam quando non obligantur, legem obſeruant.

Abul.

12\. Tertium, quod expendo, eſt, in hac lege ſæpenumero à Deo cum antiquis Patribus diſpenſatum eſſe, vt licitè poſſent extra illum locum Sanctuarij Deo immolare. Vnde D. Auguſt. tom 4. q. 26. in Iudic. agens de hac re: *Ita Deus*, inquit, *legitima illa conſtituit, vt leges non ſibi, ſed hominibus daret. Vnde quodcunque præter illa ipſe præcepit, non a tranſgreſſoribus, ſed potiùs à piis, & obedientibus hominibus impletum, intelligendum eſt*. Licitè igitur ex diuina diſpenſatione ſacrificarunt extra Sanctuarium filij Iſraël in Galgalis. Iudic. 2. n. 5. Gedeon in Ephra. Iudic. 6. n. 26. Manue in agro. Iudic 13. num. 19. Samuel in Maſphath, in Ramatha. 1. Reg. 7. n. 9. & 17. Idem rurſum in Galgala. 1. Reg. 11. n. 15. Idem præterea in Bethleem. 1. Reg. 16. n 5. Dauid in area Areuna Iebuſæi. 2. Reg. 24. n. 25. Helias in monte Carmelo. 3. Reg. 18. n. 32. Et ſic de alijs.

In ſacrificãdi loco ſæpe à Deo diſpenſatum.

D. Aug.

13\. In his omnibus diuina interfuit diſpenſatio Licèt enim ea in Scriptura non ſemper exprimatur, ſufficienter tamen colligitur. Primò, ex probitate ſacrificantium. Nam quamuis alij, quorum virtus minus eſſet ſpectata, temerè, & contra legem ſacrificaſſe crederentur, vt patet in duabus tribubus Ruben, & Gad, & dimidia tribu Manaſſe; quæ cũ excitarent altare infinitæ magnitudinis extra locum Sanctuarij, viſæ ſunt alijs tribubus aliquid contra diuinum cultum machinari. Ioſue 22. n. 16. Nihilominus viri perſpectæ ſanctitatis, quales hi fuerunt, quidquid faciunt, bono animo facere cenſentur: iuxta regulam iuris deſumptam ex D. Aug. c. nonnulli. d. 40. *Malum ſemper è malo, ſicut bonum è bono præſumitur*. Vnde cùm Rex Demetrius mitteret ad filios Iſraël legatum, non tam re ipſa, quam ſolo habitu ſacerdotem, ipſi Iſraëlitæ externa ſpecie decepti: *Homo*, inquiunt, *ſacerdos de ſemine Aaron venit, non decipiet nos*. 1. Machab. 7. n. 14. Ac ſi certò crederent, non poſſe in ſacerdote, quem probum, & veracem eſſe oportebat, fraudem, & mendacium reperiri. Item cùm Dauidi nuntiaretur, quod Achimaas adeſſet: *Vir*, inquit, *bonus eſt, & nuntium portans bonum venit*. 2. Reg. 18. n. 27. Ac ſi è bono ſperari non poſſet, niſi bonum. Quare cùm Helias, & cæteri, de quibus diximus, bene audiant, & probos coluiſſe mores cenſeantur, non contra legem, ſed ex diuina diſpenſatione creduntur immolaſſe. Quod Theod. q. 15. in 1. lib. Reg ſignificauit: *Cum ſciret*, inquit, *Deus populum propenſiorem ad impietatem, diuinum cultum loco circumſcripſit. Piis enim, & iis, qui ſciunt ſcopum legis, quilibet locus eſt conſecratus ad Dei cultum. Nam & celeberrimus ille Helias, cum diuinum templum omnes ad ſe vocaret ex lege, in Carmelo extruxit altare, & obtulit ſacrificium*.

Oſtenditur primò hæc diſpenſatio ex ſacrificantium probitate.

D Auguſt.

Bonum ſemper è bono præſumendũ.

Theodor.

14\. Colligitur ſecundò hæc diſpenſatio ex impunitate ſacrificantium. Solet enim Deus etiam minimas culpas in diuino cultu grauibus pœnis coërcere. Nadab, & Abiu igne non ſancto ſacrificantes vltrix flamma corripuit, & abſumpſit. Leuitic. 10. num. 2. Oziæ incenſum adolere volenti, cùm non eſſet ſacerdos, ſubitò lepra emicuit in fronte. 2. Paralip. 26. n. 19. Bethſamitæ de fœmellis victimis immolantes, cùm deberent iuxta legem de maribus immolare, interprete Lyrano ad quinquaginta millia periere. 1. Reg. 6. n. 19. Multi Hebræorum Reges, de quibus ſuo loco, eo quòd excelſa, hoc eſt, loca extra Sanctuarium, in quibus ſacrificia fiebant, non abſtulerint, grauiter à Deo vulnerati ſunt. Facit ad hoc, quod Theodor inquirit q. 16. in 1. lib. Reg. cur nimirum, Samuel pœnas non luerit, ob ſcelera filiorum ſuorum, ſicut luit Heli, ob ſuorum malefacta. Et reſpondet, quia Samuelis filij contra iuſtitiam tantùm, filij tamen Heli etiam contra religionem peccarunt Peccatum verò contra religionem, ſeu diuinum cultum, à Deo multò grauiùs punitur. Cùm igitur prædicti viri nullis à Deo ſupplicijs afficiantur; ſignum eſt, eos in illis ſacrificijs offerendis nullam culpam contraxiſſe, ſed ex diuina diſpenſatione ſacrificaſſe.

Oſtenditur ſecundò ex impunitate ſacrificantium.

Peccata in diuino cultu Deus grauiter punit.

Lyran.

Theod.

15\. Colligitur tertiò eadem diſpenſatio ex diuina acceptatione, quatenus Deus manifeſtis indicijs oſtendit, hæc ſibi ſacrificia placere. Nam Manue offerente, Angelus inter flammas ſacrificij in cælum aſcendebat. Iudic. 13. n. 20. Dauide ſacrificante, plaga peſtis, qua populus torquebatur, ceſſauit. 2. Reg. 24 à num. 16. Helia immolante, ignis è cælo decidit, qui ſacrificium inflammauit. 3. Reg. 18. n. 38. Quod erat manifeſtum diuinæ acceptationis argumentum, vt patet tum ex alijs locis ſuo tempore exponendis; tum ex illo Geneſ. 4. num. 4. & 5. *Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. Ad Cain verò, & ad munera illius non reſpexit*. Vbi Theodotio vertit: *Et inflammauit Dominus ſuper Abel, & ſuper ſacrificium eius: ſuper Cain verò, & ſuper ſacrificium eius non inflammauit*. Ex quo loco D. Hieron. D. Chryſ. Theophyl. Oecum. & alij colligunt, maiorem Dei erga Abelem, quàm erga Cainum beneuolentiam in eo apparuiſſe, quòd Abelis, non Caini ſacrificium cæleſtis flamma depaſceret. Cùm igitur hæc ſacrificia Deo fuerint tam grata: dubitari non poteſt, quin ſine peccato, & proinde ex diuina diſpenſatione fuerint exhibita.

Oſtenditur tertiò ex ſacrificij acceptatione. Ignis de cælo ſacrificium conſumens, diuinæ acceptationis indicium.

D Hieron. D Chryſ. Theoph. Oecum.

16\. Et hinc obiter collige cum Abul. q. 4. in cap 17.

Abul.

Vel miraculis ſuorum Deus conſuluit famæ.

Leuit. quantùm conſulat Deus bonæ famæ, & exiſtimationi ſeruorum ſuorum. Ne quis enim puſillus offenderetur, videns probos viros extra Sanctuarium immolare, crederétque eos peccare contra legem, miraculis oſtendit Deus, ea ſacrificia ſibi accepta eſſe: vt vel miraculis ſuos ſeruos ab infamiæ nota tueretur. De qua re plura diximus ſuperiori annot. Sect.3. plura etiam ſuis locis dicturi.

17. *In noua lege nullus certus ſacrificandi locus.*

Itaque in veteri lege vnus tantùm erat locus extra quem ſine diſpenſatione diuina ſacrificare, non licebat. At verò in lege noua, in qua tandem *apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris noſtri Dei*, nullis certis finibus diuina ſacrificia includuntur ſed vbique celebrantur, iuxta illud: *Ab ortu ſolis vſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.* Malach.1.n.11. Quem locum de auguſtiſſimo Eucharistiæ ſacramento Patres communiter, quos videre eſt apud Riberam, interpretantur. Vnde D. Chryſ. hom 79. ad populum: *Vbicunque*, inquit, *ſis, potes altare tuum conſtituere; nihil enim locus prohibet, nec impedit tempus.* Et paulò pòſt: *Vbicunque ſis, ora: templum es, ne locum quæras.* Nam cùm vnuſquiſque templum ſit Spiritus ſancti, & ſeipſum, quocunque pergat, ſecum portet; ſemper habet templum, in quo poſſit ſacrificare.

Ribera. D Chryſ.

SECTIO II.

Cur olim oporteret in vno tantùm loco ſacrificare.

1. *Prima ratio, vt fraterna charitas, & communicatio mutuò ſeruaretur.* Ioſeph.

DIximus de lege ipſa: dicendum ſupereſt de ratione legis. Prima ratio ex Ioſepho lib. 4. antiq. cap. 6. fuit, vt charitas, & fraterna communicatio, inter omnes conſeruaretur, dum omnes ter in anno vnum in locum conuenire cogerentur: *Conueniant*, inquit Ioſephus, *in ciuitatem, in qua templum conſtituunt, ter in anno, quatenus Deo, & pro his, quæ poſſident, gratias referant, & de futuris preces effundant, & conuenientes ad inuicem, & epulantes amici ſint. Bonum eſt enim, vt ſemetipſos alterutrum contribules non ignorent, ſed ſua ſtudia ſibi communicent. Hoc autem eis ex hac ſocietate proueniet, vt & aſpectu & loquelu memoriam ſui ſemper obtineant. Si enim alterutris impermiſti ſint, extranei ſibimetipſis putabuntur.* Hæc Ioſephus. Nec immeritò. Nihil enim magis fouet amicitia, quàm frequens conſuetudo. Vnde Salomon: *Melior*, inquit, *eſt vicinus iuxta, quàm frater procul.* Prouerb 27. n. 10. Nam propter vicinitatis commercia, fraterna ſæpè charitas inter extraneos induitur, quæ propter locorum interualla aliquando exuitur inter fratres. Et propterea Iobi filij poſtquam è paterna domo exceſſerunt, & ſuam quiſque gubernandam ſuſcepit: *Ibant, & faciebant conuiuium per domos vnuſquiſque in die ſuo.* Iob.1.n.4. vt eam charitatem, quam in paterna domo hauſerant, in plures poſtea domos diſtributi retinerent, ſi in vnam omnes ſtatutis ſaltem temporibus conuenirent.

2. *Secunda ratio, vt vnum Deum vnius loci cultus demonſtraret.*

Secunda ratio ex Theod. fuit, vt ſacrificia vno tantùm in loco præſtita, vnum Deum teſtarentur. Dei templum vnicornio comparauit Dauid: *Ædificauit*, inquit, *ſicut vnicornis ſanctificium ſuum in terra.* Pſalm. 77. n.69. Vbi Theod ſic: *vno cornu niunt vnicornem munitum eſſe, vnum autem Deum colere, etiam lex edocuit: iure igitur vnicum templum vni Deo conſecratum vnicornio comparauit.* Et antè Theodoretum Philo Hebr. lib.1. de monarchia: *Pro-*

Theod Phil. Hebr.

A *ſpectum eſt*, inquit, *ne vel paſſim, vel vno loco plura templa dedicarentur, æquiſſima ratione: quandoquidem vnus Deus non niſi vnicum ſibi dicari, poſtulare videtur.* Idem colligunt alij interpretes ex illa particula, *in terra*, ſeu, vt vertit Symmachus, *ſicut terram.* Comparatur enim templum terræ, non ſolùm propter ſtabilitatem, ſed etiam propter vnitatem. Vt enim templum in vna terra vnum conſtruitur; ita Deus vno in templo vnus adoratur. Eandem Dei vnitatem ſolent diuini vates inculcare, dum creaturas omnes ad Dei laudes exhortantur. Iſa. c. 49. n. 13. *Laudate cæli, & exulta terra, iubilate montes laudem.* Daniel. c 3. n. 57. *Benedicite omnia opera Domini Domino*, &c. Dauid Pſalm. 148 n 1. &

Cur terra templum comparetur

B 7. *Laudate Dominum de cælis. Laudate Dominum de terra.* Quorſum omnes ad vnius laudes euocantur? Egregiè reſpondet D. Baſil. in Pſal. proximè citatum: *Ne quis*, inquit, *ſecundum operum diuerſitatem diuerſos etiam opifices eſſe cogitet, de omnibus creaturis melodiam Deo offert. hortatúrque, vt ille tam à ſupremis, quàm ab infima creatura laudetur.* Baſilio alij Patres, & interpretes aſſentiuntur.

D Baſil. *Dei vnitatem omnes creaturæ denunciant.*

3. D Chryſ. *Tertia ratio, vt idololatriæ occaſio Iudæis amputaretur.*

Tertia ratio ex D. Chryſ. fuit, vt omnis idololatrandi occaſio Iudæis amputaretur. Nam in Pſalm. 95. ad illa verba: *Cantate Domino canticum nouum, cantate Domino omnis terra*; inquirens cur modo diuinæ laudes toto orbe decantentur, cùm tamen C olim canticum Domini in terra aliena decantari non liceret, ſic philoſophatur: *Quoniam*, inquit, *populus ille ſegnis erat, & incredulus, vt facilè gentium abominationibus ſeductus ſe ſubmitteret, vno loco ſeptus eſt, quo poſſet ſolus apud ſe exercere pietatis legem.* Et ſtatim à ſimili rem declarat. *Idem facit*, inquit, *& maritorum hominum quiſque, quoties vxorem habet ſuſpectam; circumſcribit illam vno loco, thalamiſque includit, eunuchos adhibet, & omnem apponit cuſtodiam: in ſumma, nihil non facit, curátque eorum, quæ ſeruant pudicitiam, eo quòd illa non habet verum amorem, pudicæ mentis cuſtodiam. At qui pudicam, benéque moratam habet vxorem à nulla eam progreſſione prohibet: quippe qui certum pignus habeat, vxoris affectum. Illa prodit in forum, & congreditur cum multis: nec vſquam eſt zelotypiæ morbus, eo quod pudica mulier ſecum habet* D *cuſtodem, ac pædagogum, morum integritatem.* Et paulò poſt: *Quoniam igitur Synagoga ſuſpecta erat, quòd vbique charitatem Deo debitam proderet idolis, conſcientiam habens eorum cultu pollutam; meritò illam loco circumſcribit, temploque veluti thalamo eandem includit.* Et rurſum addit: *Si cum accepiſſet vnum locum, terram omnem impleuit adulterio*, (ſicut clamans Ieremias teſtatur cap.2.n.28. & cap.11.n.13.) *ſi plena libertas fuiſſet conceſſa; cogita, in quam enormem inciſſet incontinentiam.* Tandem concludit: *At Eccleſia, quæ vbique Chriſtum in ſe circumfert, innumeroſq; martyres immolauit, ob charitatem, quam gerit ergu virum,* E *à nullo prohibetur loco, ſed in omni loco ſunt altaria, in omni loco doctrina.*

Elegans ſimilitudo.

4. *Iudæorum ad idololatriam procliuitatem imprimis Deus delere curat.*

Hæc ratio literalis mihi videtur, idcirco paucis illuſtranda. Nihil Deus impenſiùs curabat, quàm vt in populo Iſraëlitico omnẽ idololatrandi ritum aboleret. Cùm Moyſes in ſuo Exaëmero, quidquid à Deo conditum fuerat, explicaret, ſolos Angelos tacitus prætermiſit. Cur, obſecro, in creaturis corporeis recenſendis tam diligentem ſcriptorem ſe oſtendit, in incorporeis verò tam negligentem? Reſpondet Theod. q.2. in Geneſ. id factum eſſe, ad omnem idololatriæ occaſionem præſcindendam: *Qui lege*, inquit, *regebantur, ſolida, & conſtantis fidei nihil habebant. Mox enim poſt plurima, & ineffabilia miracula, imaginem vituli Deum deſignauerunt. Quod ſi tam facilè ſibi Deos finxerunt è inanimatorum ſimula-*

Theod. *Angelorum creationem, ne pro Diis haberentur, Moyſe tacuit*

chris,

chrit; quid non perpetratum i ſuiſſent inuiſibilis natura notitiam aſſequuti? Cum Theodorero conſentit D. Chryſ. hom. 2. in Geneſ. *Nihil, inquit, de inuiſibilibus creaturis diſſerit, quia Iudais loquebatur, qui toti praſentibus rebus inhiabant, neque ſpirituale quippiam comprehendere valebant. Itaque eos a ſenſibilibus ad cognoſcendum vniuerſi opificem inducit; vt ex creaturis fabricatorem mundi diſcentes, adorent creatorem omnium, & non in creaturis ipſis permaneant, & quieſcant.* Quibus verbis planè ſignificat, Moyſem eas tantùm creaturas recenſuiſſe, quibus vtpote abiectioribus, diuinitatem non tribuerent Hebræi, & ex quibus vtpote rebus creans, omnium creatorem indagarent; non tamen creaturam Angelicam, ne in ea ſiſterent,& conquieſcerent, tanti eius dignitatem eſſe ipſam diuinitatem.

D.Chryſ.

5\. Quæret aliquis,cur in deſerto præceperit Deus, vt fieret tabernaculum, omniaque legalia,& cæremonialia præcepta ibidem Moyſi inculcauerit; cùm hæc omnia multò congruentiùs poſt ingreſſum in terram Chanaan fieri debuiſſe videantur. Reſpondet Abul. cap.26. Exod.q.2. *Quia ſi ſemel, inquit, introiſſent ineruditi in cæremoniis Dei, & cultu, conuerterentur ad cultum idolorum gentis illius, inter quam habitarent.* Additque propterea quadraginta annorum ſpatio in deſerto fuiſſe commoratos, vt toto illo tempore diuinis cæremoniis ſtudentes, difficiliùs poſſent ab illis poſtea dimoueri, & ad vanam idolorum ſuperſtitionem commigrare. Sed cur ex illis ſexcentis hominum millibus, qui aſcenderunt ex Ægypto, duo tantùm, Ioſue ſcilicet, & Caleb, terram promiſſionis tenuerunt, cæteris in deſerto, non quidem naturali morbo, qui nullus tunc erat,iuxta illud: *Non erat in tribubus eorum infirmus.* Pſalm. 104. num. 37. ſed potiùs violenta morte,ferro,& igni interemptis: Reſpondet D. Chryſoſtomus in Pſalm.43. *Vt qui, inquit, Palaſtinam erant occupaturi, mala qua erant in Ægypto, non vidiſſent; & vt tanta improbitatis nullum magiſtrum haberent.* Ac ſi non poſſent non idolorum ritus inter Hebræos pullulare, ſi aliqui ex iis, qui eos viderant in Ægypto, poſtea in terra promiſſionis ſupereſſent: nec poſſent non illas idololatriæ cæremonias docere, qui illas aliquando didiciſſent. Nam,vt bene D. Hieronymus lib.2. aduerſus Iouin. *Hoc,inquit,vnaquaque gens natura legem putat, quod didicit.*

Diuinas cæremonias Deus Iudæos docet, ne profanas addiſcant.
Abul.
Omnes Iudæi, duobus exceptis, Deus in deſerto interemit, vt Ægypti idololatriam perderet
D.Chryſ.
D. Hier.

6\. Sed moriantur infauſtis ominibus in deſerto illi ſuperſtitionum architecti; Moyſes tamen veræ religionis altor, & cultor, cur in deſerto moritur? & cur illius populi,cuius fuit ab Ægypto eductor, non eſt etiam in terram promiſſionis introductor? Reſpondet idem D.Chryſoſtom.hom.5.in Matth. *Nequaquam, inquit, vtilis in illam terram Sancti Moyſis fuiſſet ingreſſus, ſed cum magno damno coniunctus, & qui omnino plurimos Iudæorum in maximam erroris ruinam ſupplantare potuiſſet. Si enim, quia per illum fuerant de ſola Ægypto liberati, relicto Deo, tantummodo Moyſem requirebant, ipſius eſſe prorſus cuncta illa beneficia credentes; hunc ſi introductorem quoque in terram promiſſionis habuiſſent, in qua non illi impietatis præcipita cecidiſſent:* Et ſimiliter reſpondet Theodoret. ſuperiori annot. Sect.3.in 3.ratione citatus. Adeò enim procliues erant ad hoc malum Iſraëlitæ, vt hominem erga ſe beneficum, homines alioqui ingratiſſimi loco numinis venerarentur.

Moyſes in deſerto moritur, ne in terra promiſſionis pro Deo colatur.
D.Chryſ.
Theod.

7\. Sed quid mirum, ſi viuentem adhuc, ac benefacientem loco numinis haberent,qui mortuum iam ac nihil ſentientem,ſi inuenirent, vt Deum adorarent? *Mortuus eſt Moyſes,* inquit Scriptura, *& non cognouit homo ſepulchrum eius.* Deut. vlt.num.5.& 6. Cur autem, dicet aliquis, Moyſis ſepulchrum ab omnium oculis remouetur: cuius adhuc viuentis omnium oculis patebat domicilium? Duplicem rationem reddit D.Aug. lib.de mirabilibus ſacræ Script,cap.35. & vtramque dicit à ſapientibus hominibus vulgatam eſſe. Vnam; *Vt illam, inquit, faciem, qua conſortio ſermonis Domini rutilauerat, mortis mœrore repreſſam nullus videret.* Optima quidem ratio. Nam ſi Hebræi viderent Moyſem mortis pallore decoloratum, quem viderant ex diuino colloquio ſolis fulgore coruſcantem, Exod.34. n. 29. crederent eundem Moyſem à familiari illa cũ Deo amicitia, quam antea habuerat, decidiſſe, & in alicuius pœnam criminis ſuum illum ſplendorem cum hoc pallore commutaſſe. Ne igitur tam ſiniſtra opinio de iuſto viro in vulgus daretur, meritò illum Deus ab omnium oculis ſubduxit, non minus conſulens mortuo, quàm viuenti conſuluerat. Alteram ad rem præſentem: *Ne ſepulchrum,inquit, eius populus Iſrael,ſi cognouiſſet,vbi eſſet, adoraret. Vnde & virgam, in qua ſigna fecerat, vt plurimi putant, ne adoraretur, ſecum abſtulerat; quoniam & ſerpentem, quem fecerat, filij Iſrael poſtea adorabant.* 4.Reg. 18. num. 4. Quibus oſtenditur & Iudaica procliuitas ad idololatrandum, & diuina bonitas ad idololatriam reſcindendam.

D. Auguſt.
Decorem ui Moyſis honori Deus conſulit.
Moyſis ſepulchrum occultum, ne pro Deo ibi haberetur.

8\. Priſtina illa ſacrificia vitulorum, & hircorum nullam Deo voluptatem, imò nauſeam afferebant. iuxta illud: *Quo mihi multitudinem victimarum veſtrarum, dicit Dominus? Plenus ſum. Holocauſta arietum, & adipem pinguium, & ſanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum nolui.* Iſaiæ 1.n.11. Quid hoc eſt,bone Deus? Quo hæc modo ſibi conſtare poſſunt? Si illa ſacrificia odiſti,cur imperaſti? Egregiè Theod.q.1.in Leuit. *Quia,inquit, populus,qui longa per tempora vitam in Ægypto tranſegerat, dæmonibus ſacrificare didicerat; permiſit Deus ſacrificia, vt illum ab hoc nefando dæmonum cultu vindicaret.* Quaſi Deus vellet incidere in nauſeam,ne populus incideret in idololatriam. Eandem rationem reddit Tertul lib. 2. contra Marc.c.18. *Sacrificiorum, inquit, onera, & oblationum negotioſas ſcrupuloſitates nemo comprehendat, quaſi Deus talia ſibi propriè deſiderauerit. Qui tam manifeſtè exclamat: Quo mihi multitudo ſacrificiorum veſtrorum? Sed illam Dei induſtriam ſentiat, qua populum pronum in idololatriam, & tranſgreſſionem, eiuſmodi officiis religioni ſuæ voluit adſtringere, quibus ſuperſtitio ſeculi agebatur; vt ab ea euocaret illos, ſibi iubens fieri, quaſi deſideranti, ne ſimulachris faciendis delinqueret.*

Vetera ſacrificia Deus inſtituit, vt ab idolorum cultu Iudæos auocaret.
Theod.
Tertul.

9\. Tabernaculi ſtructura talis, erat, vt illius ianua ad orientalem plagam ſpectaret. Exod.27.à n. 13. Non caruit profectò myſterio architectura, vt Theod. q.60. in Exod. obſeruat: *A parte, inquit, orientis oſtium conſtrui præcepit, vt ſol oriens, quaſi modo quodam adorans veſtibulum tabernaculi, radios ſuos illuc confeſtim emitteret; ij verò,quibus ſolum Deũ adorare mandatum erat, à tergo ſolem haberent, ad tabernaculum conuerſi; & ita non ſolem, ſed eius creatorem adorarent.* Quaſi ita ſecum legiſlator ratiocinari videretur: Inter omnia,quæ parent oculis, ſol primum obtinet pulchritudinis locum, qua facile Hebræorum animos inducet, vt ſe tanquam Deum venerentur. Vt igitur huic malo obuiam eatur, æquum eſt, vt ſol primùm exoriens veluti precabundus tabernaculi fores pulſet, ac Deum eius factorem, antequam ſuos curſus aggrediatur, pronus ante veſtibulum recognoſcat: vt tandem intelligant Hebræi non eſſe adorandum, quem viderint adoratorem. Item æquum eſt, vt eo ſitu tabernaculum conſtruatur, quo populus ingreſſus Deum à fronte habeat, à

Tabernaculi oſtium ſol oriens adorabat, ne à Iudæis ipſe coleretur.
Theodor.

tergo

tergo ſolem; ne fortè illius pulchritudine capti cenſeant ſoli potiùs, quàm vero Deo diuinos honores tribuendos. En quanto ſtudio Deus currentem ad idololatriam populum refrænabat.

10. *Daniel inſtas cum aliis Iudæis vxulat, vt eos ab idololatria contineat.* Theod.

Danielem quondam non ſolùm Deus in captiuitatem Babylonicam adduxit; ſed etiam inde redire tam citò non permiſit. Miratur Theod. orat. 10. in cap. 10. Danielis, Dei clementiam, qui cùm ſæpè prauos homines meritis ſupplicijs eripiat; modò innocentem virum in tam multa diſcrimina inducat. Sed reſpondet: *Quemadmodum*, inquit, *non propter propria peccata permiſit Deus illum bello capi, ſed populi proſpiciens vtilitati, & veluti quendam curatorem, & magiſtrum ſimul cum ipſis mittens; ita etiam reditus tempore, cum plures in Babylone incolere, ea habitatione contenti decreuiſſent, rurſus diuinus Propheta cum illis degere compellitur, vt ne ſpirituali cura prorſus deſtituti in impietatem penitus labantur.* Itaque vidit Deus Hebræos inter idololatras facilè in idololatriam degeneraturos, niſi haberent, à quo in officio continerentur; ideo ab illis Danielem ſeparari non permiſit. Maluit enim ſuum Prophetam à patria, quam ſuum populum à fide aberrare.

11. *Animalibus veſci Noë iubetur, ne pro Diis haberentur.*

Finito diluuio alloquitur Deus Noë, & filios ſuos: *Omne*, inquit, *quod mouetur, & viuit, erit vobis in cibum*. Geneſ. 9. num. 3. Sed quò tam liberalis omnium ciborum relaxatio ſpectauit? Nam cùm diluuium acciderit ad effuſam hominum libidinem coërcendam, hæc autem ex immodica ciborum lautitie conſequatur; potiùs ciborum abſtinentia, quàm licentia indicenda videbatur, ne homines in eandem libidinum voraginem relaberentur. Nihilominus ſic à Deo ſapientiſſimè, & prouidentiſſimè imperatum, vt ſi minùs laſciuiæ, ſaltem idololatriæ affectus reprimeretur, vt Theod. q. 55. in Geneſ. obſeruat. (Theod.) *Poſt diluuium*, inquit, *pretioſiorem cibum homini confert; iubens occidere, & comedere volatilia, & natatilia, & terreſtria animalia, affectum affectu repellens, & leuiori curans grauiora. Præuidens enim Deus homines in extremam dementiam lapſos, hæc omnia animalia pro Diis habituros, permiſit illorum eſum, vt impietatem illam cohiberet. Summa enim inſania eſt adorare, quod comeditur.* Sed quid eſt, cur Deus ex animalibus quædam munda, quædam immunda ſtatuerit, vt non ex his, ſed ex illis tantùm homines veſcerentur? Leuit. 11. à num. 2. Reſpondet Theod. citatus aptè ad idem inſtitutum: *Propterea*, inquit, *animalia quædam immunda dixit, alia verò munda, vt illa, quæ immunda ſunt, pro Deo colere exhorreſcant; quæ vero munda ſunt, quia comeduntur, non adorent.* Itaque omnem idololatrandi viam intercludebat Deus Iſraëlitis, quos videbat ad hanc intemperiem effrænatos.

12. *Vituli puluerem Iudæi bibunt, vt idololatriam faſtidiant.*

Sed longior ne ſim, totum hunc diſcurſum celebri loco Exodi concludo. Cùm Moyſes deſcenderet de monte, populumque vitulo conflatili ſacrificia offerentem inueniret, nouum ſupplicij genus exorditur. *Vitulum combuſſit, & contriuit vſque ad puluerem: quem ſparſit in aquam, & dedit ex eo potum filiis Iſrael*. Exod. 32. n. 20. Quò tam nouum ſupplicium ſpectat? Reſpondet egregiè Oleaſter: (Oleaſt.) *Crediderim*, inquit, *quod vt eis idololatriæ nauſeam induceret, voluit, vt pulueribus idoli ſui ſatiarentur.* Et confirmat ex Num. 11. n. 20. Cùm enim populus carnium deſiderio flagraret, ſatiauit eos, vſquequò per nares eas proiicerent, vt ſatiati de cætero eas ampliùs non deſiderarent. Aptiſſima quidem pœna. Nam ſicut venena venenis aliquando extruduntur; ita & peccata peccatis ſæpenumero curantur. Dum enim nimia voluptatum appetentia creſcit in abundantiam, etiam illarum deſiderium vertitur in faſtidium.

13. *Peccatores peccatis repleri Deus permittit, vt peccata faſtidiant.* D. Hieron.

Permittit igitur Deus, vt peccatores ſuis peccatis repleantur, vt ea poſtea euomant, faſtidiant, ac deteſtentur. Quod probat Diuus Hieronymus in epiſt. 12. ad Gaudentium propoſito exemplo Hebræorum: *Nam cupientibus*, inquit, *Ægyptias carnes, vſque ad nauſeam, & vomitum, præbuit examina coturnicum, vt eas poſtea ſatiati contemnerent.* Contrà verò diabolus curat, vt peccatores ſuis ſceleribus nunquam ſatientur, vt auidiores in dies ad ea rapiantur. (*Diabolus nunquam ad ſatietatem ſcelera præbet, vt auidiùs appetantur.* D. Chryſol.) Quod probat Diuus Chryſologus ſerm. 2. filij prodigi exemplo, qui *cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis, quas porci manducabant, & nemo illi dabat*. Luc. 15. numero 16. *Nam diabolus*, inquit Chryſologus, *non ſinit eos* (nempe peccatores) *ex ipſo porcorum cibo, paſtúque ſaturari, vt eſurientes vitia, plus delinquant.* Igitur Moyſes idoli pulueres Hebræis propinauit, vt idololatriæ nauſeam commoueret. Neſcio, an acceptiùs reſpondeat Diuus Hieronymus in epiſtol. 128. ad Fabiolam de veſte ſacerdotali. (D. Hier.) *Vituli*, inquit, *puluerem, quem adorauerat Iſrael, in contemptum ſuperſtitionis in potum accepit populus, vt contemnere diſcat, quod in ſeceſſum proiici videat.* Quaſi neceſſarium putauerit Moyſes, idolorum vilitatem proponere Iſraëli; vt eum ab idolorum familiaritate remoueret. Ex his patet, & ingenium Iudæorum pronum ad idololatrandum, & ſtudium diuinum pronius ad coërcendum. Quia igitur idololatria angulos, & latebras amabat, iubet Deus, vt vno in loco omnibus peruio ſacrificia offerantur; vt ſi minùs Dei timor, ſaltem multorum teſtium pudor eos à nefario cultu retardaret.

14. *Vltima ratio, vt vno templo diruto, omnis Synagoga diruta crederetur.* D. Chryſ. *Egregia ſimilitudo.*

Vltima ratio ex eodem Diuo Chryſoſtomo hom. 1. contra Iudæos, ſit, vt illo vno ſacrificiorum loco deſtructo, tota lex, & Synagoga deſtructa crederetur: nam ſi Deus ſeuere præcipit, vt vno tantùm in loco fiant ſacrificia, deinde eum locum omnino deſtruit, planè deſtruit & legem ſacrificiorum; alioqui pugnantia imperaret. *Quemadmodum*, inquit Chryſoſtomus, *ſi medicus ex phiala vna ſolùm præſcribat ægroto, vt bibat aquam: deinde clam iis, qui miniſtrant, præcipiat confringere phialam illam, vt eum à cupiditate bibendi frigidam auocet: itidem fecit Deus permittendo Iudæis ſacrificia in vnis Hieroſolymis; mox vbi per breue tempus ſacrificaſſent, diruit ciuitatem: & quemadmodum medicus fracto vaſe, ita Deus ſubuerſa ciuitate, vel inuitos illos abducere voluit à victimis.* Cùm igitur iam nunc ne minimum quidem illius templi veſtigium ſuperſit; quis dubitet totam illam legem abolitam iam eſſe, ac ſepultam? Vnde Theodoretus orat. 10. in Daniel. inuehitur in Iudæos ſui temporis, qui toto orbe diſperſi extra vrbem, extra templum ſacrificabant; non videntes, vbi legis cultores eſſe volebant, ibi fieri tranſgreſſores: eoſque exemplo Danielis reprehendit, qui in Babylone noluit Paſcha celebrare; ſed ab eſu agni, & azymorum, in quo illud feſtum conſiſtebat, Exod. 12. n. 8. ieiunus abſtinuit. (Theod. *Iudæi extra templum ſacrificantes, legem violant, dum ſeruire contendunt.*) *Panem*, inquit, *deſiderabilem non comedi, & caro, & vinum non introierunt in os meum*. Daniel. 10. num. 3. *Non igitur*, inquit Theodoret. *Paſcha celebrauit, vt obediret legi apertè iubenti tres peragi celebritates in loco, quem elegerit Deus. Euidenter igitur legem violant Iudæi, cùm has audent in externa regione celebrare.* Vbi nota obiter, panes azymos vocari panem deſiderabilem, ſeu panem deſideriorum, vt eſt in Hebræo, non propter ſuauitatem ipſius panis, erat enim potiùs, inſipidus; ſed propter ſuauitatem diuinæ legis quæ panem condiebat. Hæc autem ſuauitas tanta Danieli videbatur, vt præ illius deſiderio omnes delicias Babylonicas faſtidiret, & ab omnibus tres integras hebdo- (*Euchariſticus panis deſiderabilis.*)

madas ieiunus, ac lugens abſtineret. Si panis azymus tam ſuauis Danieli viſus eſt; Euchariſticus, cuius ille typus fuit, quantò ſuauior Prophetæ videretur?

SECTIO III.

Commendantur filij Heli, vt inde acriùs arguantur.

1\. *Triplex filiorũ Heli commendatio.*

TRiplex filiorum Heli commendatio in litera præmittitur. A loco, quia erant in templo. A genere, quia erant filij Heli ſummi Pontificis, & ſupremi Iudicis. A dignitate, quia erant & ipſi ſacerdotes Domini. Sed quorſum hæc illorum commendatio ſpectat, niſi vt poſtea ignominioſior eorundem vituperatio cenſeatur? Quos enim Scriptura vult acerbiùs reprehendere, priùs laudat, vt à dignitate perſonæ facti indignitas magis denotetur. Quod paucis illuſtrabo. Mirum eſt, in quanta ſupremi Angeli encomia diuinum oraculum excurrat. *Tu*, inquit, *ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia, & perfectus decore, in deliciis paradiſi Dei fuiſti: omnis lapis pretioſus operimentum tuum.* &c. Ezech. 28. à 0. 12. Sed cur tam multas laudes præmittit eius, de quo poſtea dicturus eſt; *Peccaſti, & eieci te de monte Dei?* Ezech. 28. n. 16. D. Hieron. ad eum locum reſpondet, vt maior de pœna dolor conſequatur. *Commonetur*, inquit, *quod fuerit, vt doleat ſe perdidiſſe, quod habuit*. D. Gregor. lib. 32. moral. cap. 18. reſpondet, vt tam nobili Angelo de cælo cadente, miſer homo in terra contremiſcat. *Conſideret*, inquit, *homo, quid elatus in terra mereatur, ſi & prælatus Angelis Angelus in cælo proſternitur.* Addo ad rem præſentem, vt culpa, quam tam ſublimis gloria præceſſit, grauior haberetur.

Priùs Scriptura laudat, quos acriùs reprehendit, Lucifer commendator, vt turpiùs ceci diſſe arguatur.

D Hier.

D Gregor.

2\. Iacobus reprehenſurus filium ſuum Ruben ob peccatum inceſtus, quod patrauerat, dicturuſque; *Effuſus es ſicut aqua, non creſcas: quia aſcendiſti cubile patris tui, & maculaſti ſtratum eius.* Geneſ. 49. n. 4. His, inquam, obiurgationibus in filium vſurus, priùs eum laudat: *Ruben*, inquit, *primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei: prior in donis, maior in imperio.* Ibidem num. 3. Quorſum tam ingens commendatio eius, in quem ſtatim tam ingens vituperatio, & maledictio impingenda erat? Reſpondet egregiè Origenes hom. 17. in Geneſ. *Quod*, inquit, *in initiis laudis ei aliquid videtur aſcribere, dicens: Tu virtus mea; idcirco fit, vt grauiùs notetur in crimine, qui cùm virtus patris haberetur, & initium filiorum, neſcit ſeruare reuerentiam patri.* Eodem modo reſpondet D. Chryſoſtomus homil. 67. in Geneſ. *Vide*, inquit, *quanta ſapientia iuſti: volens enim accuſationem magis intendi, prius dixit priuilegia ei à natura conceſſa, & dignitatem, quam tenebat; quod principium filiorum, & primogenituræ honore clarus ſit; & poſtea voluntatis peccata illius quaſi in ænea columna inſcribit: monſtrans quod nihil proderunt nobis ea, quæ à natura inſunt, niſi & voluntatis bona opera ſequantur.*

Rubẽ vt grauiùs notetur, priùs laudatur.

Orig.

D. Chryſ.

3\. Hac arte vſus fuit Eliphaz Themanites in Iobo arguendo. Nam in primis à laudibus exorditur. *Ecce*, inquit, *docuiſti multos, & manus laſſas roboraſti. Vacillantes confirmauerunt ſermones tui, & genua trementia confortaſti.* Iob 4. num. 3. & 4. Poſtea verò in probra, & contumelias deſpumat. *Vbi eſt*, inquit, *timor tuus, fortitudo tua, patientia tua, & perfectio viarum tuarum?* ibid. num 6. quaſi diceret: docuiſti quidem patientiam, ſed de patientia deciſti: virtutes, quibus aliorum animos exornaſti, procul à tuo abieciſti. Vbi Lyranus: *Vt oſtendat*, inquit, *impatientiam Iobi eſſe turpiorem, primò inducit præcedentem eius de patientia doctrinam. Nam turpe eſt doctori, cùm culpa redarguit ipſum.* Eodem pertinet illa duarum tribuum commendatio: *In die illa*, inquit Propheta, *erit Dominus exercituum corona gloriæ, & ſertum exultationis reſiduo populi ſui: & ſpiritus iudicij ſedenti ſuper iudicium, & fortitudo reuertentibus de bello ad portam.* Iſaiæ 28, num. 5. & 6. Hoc eſt, ſua quemque laus, & gloria cumulabit; Iudicem ſapientia, militem fortitudo, omnes ac ſingulos neceſſaria ad bene viuendum ornamenta. Sed quid tandem poſt tam effuſam laudationem? Sequitur obiurgatio: *Verùm*, inquit, *hi quoque præ vino neſcierunt, & præ ebrietate errauerunt*, &c. ibidem à numero 7. Præmiſſis laudibus ſuccedunt vituperia, vt quò amplior fuerat commendatio, eò ſeuerior obiurgatio videretur.

Iobi reprehẽſionem malus amicus à laudibus exorditur.

Lyran.

4\. Ad peccatores Dauid, *Filij hominum*, inquit, *vſquequò graui corde; vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Pſalm. 4. numero 3. Septuaginta vertunt: *Vſquequò inclyti mei ignominioſe diligitis vanitatem?* Chaldæus transfert: *Vſquequò honor meus ad vituperium?* Aquila, & Symmach. *Vſquequò glorioſi mei, ſeu gloria mea?* Vatablus legit, *Vſquequò potentes, ac Principes?* Cur Deus eos, quibus tam multa peccata exprobrat, priùs inclytos ſuos, & honorem ſuum, & gloriam ſuam, & potentes ac Principes appellat? Planè, vt quò magis eorum extollitur dignitas, eò magis eorum exaggeretur iniquitas. *Glorioſos enim*, inquit Euſebius, *ad deteriora prolabentes ſugillat ſermo.* Improbiſſimi illi Gigantes, quorum peccatis factum eſt, vt totus orbis diluuio obrueretur, illi, inquam, appellantur filij Dei: *Videntes filij Dei filias hominum.* Geneſ. 6. n. 2. Quo iure dicuntur filij Dei, qui potiùs debebant filij dæmonis appellari? Reſpondet D. Chryſoſtomus in Pſalm. 4. *Dei filios*, inquit, *vocauit eos, qui ex viris bonis nati fuerant, & Dei honorem perceperant; deinde mutati erant, & euaſerant deteriores, & ſuum honorem perdiderant. Vt enim magis amplificaret eorum reprehenſionem, eorum honorem reuocauit in memoriam; maximum eſſe crimen oſtendens, quòd cùm tales eſſent, & orti ex talibus, ad tantam ſe præcipitaſſent improbitatem.*

Seuerior obiurgatio, quã amplior præit commendatio.

Euſeb.

Qui à bonis parẽtibus degenerant, ex illorum commendatione grauiùs arguuntur.

D. Chryſ.

5\. Similis eſt illa loquutio apud Ierem. *Filij Sion inclyti & amicti auro primo; quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea, opus manuum figuli?* Thren. 4. num. 2. Vbi filios Eccleſiæ priùs inclytos, & amictos auro primo, hoc eſt, omnis virtutis, & doctrinæ genere præcellentes appellat; & poſtea in vaſa teſtea contritos, hoc eſt, in abiectiſſima vitia præcipitatos; vt quò magis eorum præteritam ſanctitatem decantauerat, eò magis præſentem eorum nequitiam lamentetur. Quid enim miſerius eſſe poterat, quàm *quòd filij Eccleſiæ*, inquit D. Hieronymus, *qui inclyti fuerunt Chriſtiana religione, & ornati ſapientiæ fulgore, & decore virtutum, nunc emolliti carnalibus deſideriis, & terrenis cupiditatibus tabefacti, vaſis teſteis comparentur, quæ Dominica correptionis virga in futuro examine conterens franget, & ad nihilum rediget; taliter, vt non inueniri poſſit fragmen teſtæ, quo igniculus ferri poſſit de incendio?* Vbi alludit ad locum Iſaiæ 30. num. 14. in quo prædicitur ille populus antea fidelis, tandem ſicut vas figuli in minutiſſimas teſtas, nec ignis, nec aquæ capaces confringendus.

Præteritam ſanctitatem præſcoria vitia turpiùs dedecorant.

D Hier.

6\. De externo iudicio loquutus Dauid: *Congregate*, inquit, *illi ſanctos eius, qui ordinant teſtamentum eius ſuper ſacrificia.* Pſalm. 49 num 5. Vbi Diuus Chryſoſtomus docet, his verbis imperari Angelis, vt

Sacerdotum dignitas eorũ vitia acriùs reprehendit.

D. Chryſ.

vt ſiſtant ad Chriſti tribunal ſacerdotes in primis A ſcelerатos, vt ſententia capitalis ſupplicij à Deo feriantur. Deinde quæris, ſi mali iubentur ſiſti, cur ſancti appellentur. *Cur*, inquit, *quos eſt accuſaturus, & condemnaturus, ſanctos appellat?* Reſpõdet, quòd Deus ſanctos appellauit, *accuſationem augens, & honorem adiiciens ad maiorem ſignificationem ſupplicij*. Quaſi diceret, vt accuſatio augeretur, honoris commendatio anteceſſit; vt grauitas culpæ maior appareret, ſanctitas ſtatus, ac muneris præmiſſa fuit.

7. Hoc planè fuit Danielis artificium. Nam reprehenſurus Balthaſarem ob innumera eius ſacrilegia, quibus ſacra templi vaſa profanauerat, ab eius, & parentis eius laudibus longam orationem exorditur. *O Rex*, inquit, *Deus altiſſimus regnum, & magnificentiam, gloriam, & honorem dedit Nabuchodonoſor patri tuo*, &c. Daniel. 5. n. 18. Cur eius laudes priùs B canit, cuius poſtea reprehenſurus eſt vitia? Dicet aliquis, vt modeſtè agat cum Rege, alioqui non audituro, ſi à Daniele ſtatim increparetur. Odioſa enim Regibus veritas eſſe ſolet, niſi aliquo verborum fuco priùs circumtegatur. Addo, vt in tanto laudum culmine, miſerabilior videatur in tàm profundum ſcelerum barathrum ruina. Turpiùs enim labitur, qui feliciùs ſteterat. Vnde D. Chryſoſt. in Pſal. 95. laudat ſapientiam Danielis, qui non ab interpretatione Scripturæ, quæ in pariete viſa fuerat: ſed ab increpatione Regis cum debita honoris præfatione exordiatur.

Veritas, niſi aliquo verborum fuco exornetur, Regib. odioſa. Turpiùs labitur, qui feliciùs ſteterat.

D. Chryſ.

8. Itaque acrior eum mordet reprehenſio, quem C ſuauior antea laudatio titillauerat: ſicut infelicior eſt lapſus, qui ex altiori ſpecula contingit, & turpior culpa, quam gloria antecedit. Quis ignorat Angelum pariter, & hominem è felici ſtatu gratiæ, in quo conditi fuerant, in peccati ſtatum corruiſſe; ſolum tamen hominem, non Angelum ad priſtinam felicitatem diuino beneficio remigraſſe? Huius diſcriminis diuerſam rationem inquirit D. Auguſt. tractatu 110. in Ioan. ad finem. & præter alias quas Theologi 3. p. quæſt. 1. ex Patribus aſſignant, hanc vnam reddit. *Cùm*, inquit, *nouerimus bonorum omnium creatorem reparandis Angelis malis nihil gratiæ contuliſſe; cur non potiùs intelligimus, quòd tanto damnabilior* D *eorum iudicata ſit culpa, quanto erat natura ſublimior? Tantò enim minus quàm nos peccare debuerunt, quantò meliores nobis fuerunt.* Quibus verbis Angelicæ culpæ grauitatem ex Angelicæ naturæ perfectione deſumit: ſicut enim turpior eſt in candida byſſo labes, & in cultiſſimo horto vepres; ita in animo benè inſtituto quælibet dedecoris nota.

Turpior culpa, quam gloria anteceſſit.

Cur ſolus homo, & non Angelus à peccato liberetur.

D. Aug.

9. Mirabitur aliquis illam legem, Leuit. 4. n. 3. & 14. latam, quæ iubebat, vt pro peccato vnius ſacerdotis, & pro peccato totius populi, vnus Deo vitulus immolaretur. Adeóne vnius ſacerdotis peccatum, totius multitudinis peccatum exæquabat, vt non minori ſacrificio, quàm illud, quo expiaretur, indigeret? Planè ita eſt, vt rectè obſeruat E D. Chryſoſtomus in Pſalm. 6. *Pro vniuerſo*, inquit, *populo, qui peccarat, tantum offerebatur ſacrificium, quantum pro ſolo ſacerdote; quia quo maior eſt auctoritas, eo eſt maius eorum, qui peccant, ſupplicium.* Quod ſi ex dignitate peccantis ſupplicium creſcit; quis dubitet, creſcere etiam debere & peccatum? Vnde rectè D. Bernard. lib. 2. de conſider. ad Eugen. *Fugienda*, inquit, *otioſitas, mater nugarum, nouerca virtutum: inter ſeculares nugæ, nugæ ſunt; in ore ſacerdotis, blaſphemiæ.* Vbi vides otioſa verba, quæ in profanis hominibus leuiſſima ſunt peccata, in ſacerdotibus grauiſſima cenſeri. Vt igitur peccatum filiorum Heli quàm graue ſit, manifeſtetur, priùs eorum dignitas ſacerdotalis declaratur.

Sacerdotis peccatum ex ſtatus dignitate creſcit.

D. Chryſ.

D. Bern.

Num. 4. Venit ergo dies, & immolauit Elcana, deditque Phenennæ vxori ſuæ, & cunctis filiis eius, & filiabus partes.

EXPOSITIO LITERÆ.

V*Enit ergo dies.* Non explicat litera, neque declarant interpretes, quænam fuerit hæc dies. Certum tamen mihi videtur fuiſſe aliquam ex ſtatutis. Sed cùm quædam dies ſtatutæ fuerint ſingulis tantum Leuitis, & ſacerdotibus, vt B ordine vicis ſuæ in tabernaculo miniſtrarent: aliæ toti populo, vt ad anniuerſarias celebritates in tabernaculo conuenirent, vt ex ſuprà dictis patet; hæc dies in primis non eſt aliqua de prioribus. Nam in illis ſoli Leuitæ ſine vxoribus aderant: in hac autem adeſt Elcana cùm vxoribus. Eſt igitur aliqua de poſterioribus. Quæ cùm fuerint tres, dies Paſchæ, Pentecoſtes, & Scenopegiæ, oritur quæſtio, quænam ex illis fuerit. Abulenſis quæſt. 10. rem inſolutam relinquit, dicens eſſe aliquam feſtiuitatem ex illis, in quibus lex iubebat ire in locum Sanctuarij. Cæteri interpretes difficultatem non tangunt, tantùm abeſt, vt ſoluant. Quare diuinandum nobis eſt, C aut ſaltem aliqua coniectura inſiſtendum. Dico igitur in primis, non fuiſſe hanc diem Pentecoſtes. Nam celebritas Pentecoſtes vno tantùm die abſoluebatur, vt patet ex inſtitutione huius feſti, Leuit. 23. num. 15. & Deuteronom. 16. num. 9. Quod Sigonius lib. 3. de Republica Hebræorum, cap. 10. inſinuat, & Ribera lib. 5. de feſtis Hebræorum, cap. 7. ac Toletus in cap. 7. Ioann. annot. 2. clariùs confirmant. Hæc autem celebritas, ad quam dicitur hoc loco Elcana aſcendiſſe, mihi videtur duraſſe plures dies, quàm vnum: tum quia Anna multo tempore in orationibus durauit, vt Ioſephus lib. 5. antiquit. cap. 15. teſtatur; quod de plurium dierum orationi- D bus accommodatiùs intelligetur: tum quia numero 19. dicuntur vterque coniux poſt priora ſacrificia iam peracta ſurrexiſſe manè, & adoraſſe coram Domino; hoc eſt, iterum ſacrificaſſe coram Ara Domini: quaſi illo etiam die ſacrificandi tempus ſupereſſet, neque heſterno tantùm die clauderetur: tum denique, quia quæ hoc loco acta dicuntur, non videntur ſatis commodè vno die abſolui potuiſſe, ſed pluribus duraſſe. Incidit igitur hæc dies, aut in feſtum Paſchæ, ſeu potiùs azymorum, aut in feſtum Scenopegiæ, ſeu tabernaculorum, quorum quodlibet diebus ſeptem celebrari conſueuerat, vt patet ex locis Leuit. & Deut. iam citatis. Dubium tamen ſupereſt, vtro ex his duobus E feſtis hæc dies contineatur.

1. *Quando fuerit hæc dies.*

Non fuit hæc dies Pentecoſtes.

Pentecoſtes feſtum vnico die abſoluebatur.

Sigon. Rib. Tolet.

Ioſeph.

Paſchæ & Scenopegia feſta ſeptem diebus celebrabantur.

Dico igitur ſecundò, non fuiſſe hanc diem, niſi fallor, Scenopegiæ, ſeu tabernaculorum. Ratio eſt, quia Elcana ab hac die non dicitur in tabernaculum rediiſſe, niſi nato iam Samuele, vt patet ex hoc ipſo cap. num. 21. atque ideò ad minimum non niſi poſt nouem menſes in tabernaculum remigrauit. Si igitur hæc dies fuit Scenopegiæ, quæ celebrari conſueuit menſe ſeptimo, hoc eſt, menſe Septembri, vt ex Leuit. 23. num. 34. conſtat; neceſſe fuit ab hoc menſe vſque ad Iunium, nouem menſes abiiſſe, quin ad tabernaculum rediret. Atqui in hunc menſium numerum incidit Martius, & Aprilis, in quorum altero feſtum Paſchæ celebrabatur, vt patet Exod. 12. num. 2. Ergo neceſſe fuit abiiſſe feſtum Paſchale,

2. *Non fuit hæc dies Scenopegia.*

quin illud Elcana in tabernaculo celebraret; quod tamen erat contra legem, quæ Exod.23 num.15.& Exod.34.n.18. neminem in illo feſto à tabernaculo abeſſe patiebatur. Ne igitur hoc peccatum de viro iuſto ſuſpicemur; dicendum eſt, non fuiſſe hunc diem, de quo hîc eſt ſermo, Scenopegiæ.

3. *Fuit hoc dies Paſcha.*

Dico tandem tertiò, hunc diem fuiſſe Paſchæ. Licèt enim feſtum propriè paſchale vno tantùm die abſolueretur, tamen poſt illum ſequebantur ſeptem dies feſti azymorum. Exod.12.n.15. Leuit. 23.n.7. Deut.16 n.3. qui omnes ab illo primo etiam paſchales dicebantur; vt Tolet. ſuprà citatus aduertit: per quos dies; Elcana ſua ſacrificia, & Anna ſuas preces continuare potuerunt. Hanc concluſionem facilè admittunt illi Hebræi, qui apud Abul. hoc loco. q.12. dicunt, Elcanam ſemel tantùm in anno, nempe in die Paſchæ, ad tabernaculum aſcendere conſueuiſſe; ea ducti ratione, quod quamuis lex in tribus illis celebritatibus eum aſcenſum imperaret, tamen circa aſcenſum in die Paſchæ eſſet indiſpenſabilior; & propterea fuiſſe cum Elcana in aliis feſtis diſpenſatum, non in paſchali. Sed quamuis illi noſtram recipiant concluſionem, non tamen nos illorum fundamentum. Nam licèt facilior eſſet diſpenſatio ab aſcenſu tabernaculi in aliis feſtiuitatibus, quàm in paſchali: nihilominùs Elcana ob ſingularem religionem, qua præditus erat, illis diſpenſationibus, ſaltem vt plurimum, renuntiaret, & in tabernaculum etiam non obligatus conueniret. Concluſionis igitur ratio eſt, quia excluſis aliis duobus feſtis ſolùm ſupereſt paſchale.

Tolet. *Abulenſ.* *Hebræorum fundamentum reiicitur.*

Obiectio. Sed obiicies, ad hominem argumentum in ſuperiori concluſione factum, contra hanc etiam militare. Nam ſi Elcana à menſe Martio, vel Aprili, in quorum altero Paſcha celebrabatur, non rediit in tabernaculum, niſi minimùm poſt nouem menſes, nato iam Samuele: neceſſe fuit, vt in menſe Maio, & Septembri, in quorum illo Pentecoſte, & in hoc Scenopegia celebrabatur, ad tabernaculum non rediret; atque adeò bis illam legem violaret.

Solutio. Reſpondeo ex dictis, potuiſſe circa legem ad has duas celebritates obligantem diſpenſationem aliquam habere, quæ tamen in die Paſchæ non ſolebat obtineri, cùm hoc feſtum cæteris celebriùs, & auguſtiùs ageretur. Hanc concluſionem poſtquàm ſtatui, incidi in Philonem Iudæum lib. Biblicarum antiquit. eam ibi expreſſè aſſerentem.

4. *Cur Elcana hic tantùm ſacrificare, non adorare dicatur.*

Et immolauit. Intellige per ſacerdotes, vt ſuprà explicaui. Quæro primò, cùm ſuperiori numero diceretur Elcana aſcendiſſe, vt adoraret, & ſacrificaret, cur hic tantùm immolaſſe dicitur, non adoraſſe? D.Greg. myſticos, vt ſolet, ad ſenſus confugit. Nam cùm ſuperiùs adorationis nomine timorem, nomine verò immolationis amorem contemplantis intelligeret; hoc loco docet, adeò contemplantis amorem aliquando excreſcere, vt omnem omnino amorem foras expellat. *Quanquam*, inquit, *ſine magna veneratione omnipotenti Deo electa anima nunquam aſſiſtat; tamen velut immolat, & non adorat, dum ſic illa ſummi gaudij felicitate fruitur, vt dilectione timoris nulla quatiatur.* Sic videtur ſancta illa ſponſa præ amoris magnitudine omnem timorem exuiſſe, dum confidenter ait: *Oſculetur me oſculo oris ſui.* Cant.1.num.1. Nam cùm D.Bern.ſerm.9 in Cant. piam eius audaciam admiretur, ita ſibi fingit eam reſpondere: *Accepi*, inquit, *fateor, meritis potiora, ſed prorſus inferiora votis. Deſiderio feror, non ratione. Ne, quæſo, cauſemini præſumptionem, vbi affectio vrget. Pudor ſanè reclamat, ſed ſuperat amor. Nec ignoro, quòd honor Regis iudicium diligit.* Pſal.98 num.4. *Sed præceps amor, nec iudicium præſtolatur, nec conſilio temperatur, nec pudore frenatur, nec rationi ſubiicitur. Rogo, ſupplico, flagito, oſculetur me oſculo oris ſui.* Vides, vt omnis timor exulat, vbi verus amor triumphat? Nihilominus literalis ſenſus eſt, non exprimi hoc loco actum adorandi, tum quia iam ſuprà expreſſus fuerat, tum quia ex actu immolandi ſatis intelligebatur.

D Greg. *Dei amor omnem aliquando timorem pellit.* *D.Bern.*

5. *Vtrùm hoc Elcanæ ſacrificium fuerit cruentum.*

Quæro ſecundò, vtrùm Elcana obtulerit ſacrificium cruentum, an potiùs incruentum. Dicet aliquis incruentum, doctus etymologia verbi, *Immolo*, quod eſt à mola, auctore Feſto. Mola autem, ſeu ſalſa mola, vt vocant, erat genus farris moliti, cum ſale, quod veteres Diis offerebant. De quo Plin. in proœm. natur. hiſtor. *Diis*, inquit, *mola litant, qui non habent thura.* Et lib. 12. cap. 18. *Nec minus*, inquit, *propitij erant Dij ſalſa mola ſupplicantibus, imo verò, vt palam eſt, placatiores*, Et lib. 31. cap. 7. *Nulla*, inquit, *ſacra conficiuntur ſine mola ſalſa.* Et Virgil.4 Æneid.

Feſtus. *1. Sententia negatiua.* *Verbi, Immolo, etymon.* *Plin.* *Virg.*

Ipſa mola, manibúſque piis altaria circum
Teſtatur moritura Deos.———

Et Lucan.1.Pharſal. *Lucan.*

———*Iam fundere Bacchum*
Cœperat, obliquóque molas inducere cultro.

Horat 2.ſerm.ſatyra 3. *Horat.*

———*Spargiſq; mola caput improbe ſalſa.*

& plures alij humanitatis profeſſores. Cum igitur mola ſit ſacrificium incruentum, dum Elcana dicitur immolaſſe, ſacrificium incruentum videtur obtuliſſe. Nihilominus dicendum eſt, fuiſſe cruentum.

Verior ſententia affirmans eſſe cruentum.

Primò. Primò, quia licèt *Immolo*, ſecundùm ſuum etymon de ſacrificio incruento dicatur; tamen de cruento frequenter intelligitur non ſolum in profanis literis, iuxta illud Æneid.12.

———*Pallas te hoc vulnere Pallas*
Immolat.———

ſed etiam in ſacris, vt in hoc ipſo cap. num. 25. *& immolauerunt vitulum*, *Secundò.* Secundò, quia ſacrificium incruentum pauperum erat qui ad mactanda animalia, niſi fortè turtures, aut columbas, opes non habebant, vt ex Leuit.12.n.8. colligitur. At verò ſacrificium cruentum potentiorum hominum erat proprium; vt patet ex 3.Reg.8.n.5. vbi Salomon dicitur immolaſſe oues & boues abſque æſtimatione, & numero. Cùm igitur Elcana eſſet vir primarius, & auguſtus, cruentum potiùs obtulit ſacrificium. *Tertiò. Cruentum ſacrificium Deo gratiſſimum.* Tertiò denique, quia ſacrificium Elcanæ gratiſſimum fuit Deo, cùm per illud filium à Deo impetrarit; ergo debuit cruentum eſſe, quod gratiſſimum Deo eſſe ſolet, vt facilè oſtendi poteſt.

6. *Cur Abelis ſacrificium Deo gratius fuerit, quàm Caini.*

Cur enim dicitur olim Deus reſpexiſſe ad Abel, & ad munera eius; ad Cain autem, & ad munera eius non reſpexiſſe? Geneſ.4 num.4 & 5. An quia Abel obtulit primitias gregum; Cain autem non obtulit primitias frugum? Ita D.Chryſ. hom.18.in Geneſ. An quia Abel ſtatim, Cain autem non niſi poſt multos dies obtulit? Ita D.Ambr.in Pſalm.35. ſub initium. An quia Abel priùs cor ſuum, deinde rem ipſam obtulit: Cain autem obtulit Deo rem ſuam, & retinuit ſibi cor ſuum? Ita Rupert. lib 4. in Gen.cap.2. Seu, vt loquitur Caſſiod. in Pſal.65. *Quia Cain creaturam creatori obtulit: ſed ſe, quod charius eſt, ſubtraxit.* Rectè quidem hæc omnia. Sed his rationibus hanc addo, quia Abel obtulit ſacrificium cruentum de gregibus; Cain autem incruentum de frugibus: cruor enim ſacrificio ſuffuſus, ſiue in typum Dominicæ paſſionis, ſiue in typum propriæ mortificationis, victimam Deo efficit gratiorem. Diſplicere non poteſt Deo anima illa, quæ Chriſti Domini ſanguine imbuta, ſacrificium Deo offert. Ad quam proinde Salomon: *Corona*, inquit, *capitis tui, ſicut purpura Regis.* Cant.7.num.5.

D Chryſ. *D Ambr.* *Nos, non noſtra Deus vult.* *Rupert.* *Caſſiod.* *Cruentum ſacrificium in Chriſti ſanguinis typum, Deo gratiſſimum.*

Vbi

Vbi D. Am[illegible] Pſal. 118. *Sanguis*, inquit, *Chriſti purpura* [illegible] *inſi it ſanctorum animas, non ſolum colore reſplendens, ſed etiam poteſtate, quia Reges, ait, & meliores Reges, quibus regnum donet æternum.* At qui propriæ mortificationis [illegible] distringit ad ſe ipſum immolandum, ac iugulandum, quàm gratum Deo offert ſacrificium? Quæret aliquis, cùm in lege veteri, & ex animalibus terreſtribus, & volatilibus fierent ſacrificia, cur non etiam fierent ex aquatilibus, ſed ſoli piſces à ſacris remouerentur. Duplicem rationem reddit Abulenſ. in cap. [illegible] Leuit. q. 13. Vnam, *quia Deus*, inquit, *illa vult offerri à nobis, quæ in poteſtate noſtra ſunt, & in vſu communi* [illegible] *dentur, piſces autem à nobis ſemoti ſunt, ideo* [illegible] *ait non præcipi immolari.* Quaſi Deus diffi[illegible] impeteret, impoſſibilia tamen [illegible], vt [illegible] ndi ſtudium exci[illegible] ex [illegible] Al[illegible], *quia ea*, inquit, *quæ D*[illegible] *inuentia eſſe* [illegible], *C* [illegible] *poterant* [illegible] al[illegible] ideo n[illegible] [illegible] offerentis [illegible], aliq[illegible] color[illegible] non [illegible]. Cruentum [illegible] Elcanæ ſacrificium [illegible] dicit, vtpote, quod Deo ſuit [illegible].

Cur piſces Deo non immolarentur. Cruentum ſacrificium mortificationis [illegible].

A[illegible].

7\. Quæro [illegible], quod genus ſacrificij communi fuerit hoc ob[illegible] Elcana. Vt [illegible] fiat, notandum [illegible] lib. de victimis [illegible] gen[illegible] & [illegible] D. Thom. 1. 2. q. [illegible] art. 3, ad 8. [illegible] genus. Vnum, quod totum in [illegible], ac [illegible] etiam comburebatur, & [illegible] holocauſtum, ſiue ſit vox Hebræa עולה *Hola* id eſt, *aſcendens*, quia totum igne [illegible] fumus aſcendebat; ſiue ſit ex Græco [illegible] *holocauſtum*, quaſi, ὅλον id eſt, *totum*, [illegible] eſt, *combuſtum*, quia totum cremabatur, vt D. Thomas [illegible], & D. Iſidorus lib. 6. origin. [illegible] de cuius ritu agitur Leuit. 1. à num. [illegible]. A [illegible], quod [illegible] ſacrificium pro peccato: & hoc [illegible] pro peccato [illegible] populi, aut ſacerdotis, totum pariter conflagrabat: ſi pro peccato [illegible] particularis perſonæ, partim comburebatur, partim [illegible] in vſum ſacerdotum. Cuius diuerſitatis rationem tradit D. Thomas, quia in priori caſu non debebat venire in vſum ſacerdotum, quod [illegible] tantùm, aut pro illo [illegible] & populi peccato offerebatur, ne quid [illegible] poſt [illegible] onem in illis remanere videretur: in poſteriori vero [illegible] mè, ad ſignificandum, quod expiatio peccatorum ſit à Deo per [illegible] ſacerdotum. De ritu huius ſacrificij [illegible] Leuit. 4. vſque ad 7. Tertium ſacrificium [illegible] hoſtia pacifica, quæ offerebatur Deo in gratiarum actionem pro beneficio accepto, vel in obſecrationem pro accipiendo. Et in tres partes diuidebatur [illegible] quarum vna dicabatur in honorem Dei, [illegible] ſanguis, & adeps, vt per illum crudelitas, [illegible] prohiberetur. Altera cedebat in vſum ſacerdotum, nempe pectuſculum, & armus dexter: quorum illud ſapientiam, hic patientiam [illegible] neceſſariam eſſe ſignificabat. [illegible] ipſos offerentes diuidebatur, ad [illegible] quod [illegible] homi[illegible] à Deo procedit [illegible] coop[illegible] qui ſaluantur. De ritu huius ſacrificij agitur Leuit. [illegible] à num. 1.

D. Thom. D. [illegible]. Secundum [illegible] pro peccato.

Tertium hoſtia pacifica.

8\. His poſitis, facilis iam eſt [illegible] ad [illegible] propoſitam. N[illegible] Elcana [illegible] ſacrificij inter vxores, & [illegible] ſtatim in hoc numero explicabo, quæ non [illegible] bat niſi in hoſtiis pacificis [illegible] planum eſt, cuius [illegible] um

Elcanæ ſacrificium fuit hoſtia pacifica.

hoſtiam pacificam fuiſſe. Imo pleriſque Iudæorum hoſtias pacificas potiùs, quàm alia ſacrificia offerebant. Et rationem reddit Abulenſ. hic q. 8. *Omnes*, inquit, *hoſtias pacificas offerebant; quia de illis offerentes accipiebant partem quandam, & quædam ſacerdotibus, quædam Deo proueniebat. Inde non ſolum ad honorem Dei, ſed etiam ad iucunditatem & epulas ſuas Iudæi hoſtias pacificas offerebant. Et ob hoc plures ex illis huiuſmodi hoſtias offerebant, quam holocauſta, quia de holocauſtis nihil percepturi erant, cum omnia cremarentur.* Vnde cùm Deus hanc legem ſtatueret, dicens: *Sacerdoti offerre debent filij Iſrael hoſtias ſuas, quas occident in agro, vt ſanctificentur Domino ante oſtium tabernaculi teſtimonij, & immolent eas hoſtias pacificas Domino.* Leuit. 17. n. 5. quærit ibi Abul. q. 3. cur potiùs hoſtiæ pacificæ, quàm holocauſta, quæ erant nobiliora ſacrificia, imperentur. Et reſpondet: *Quia*, inquit, *Deus volebat, Iudæos inclinatos ad offerendum Dæmonibus ad ſe reducere; & hoc fieri debebat per modum leuem, ne imponeretur Iudæis aliqua lex grauis in ſacrificio, nulla tamen ſuauior lex* [illegible] *ne iucundior, quàm* [illegible] *ideo hoc iuſſit.* Vbi & admiranda [illegible] diuina bonitas, quæ non vi, ac ferro, ſed [illegible] ac iucundiſſimè homines ad ſe alliciebat, & arguenda Iudæorum duritiès, qui non [illegible] quo [illegible] voluptatis aucupio illecti Deum ob[illegible] nt.

Abulenſ.

Hoſtiam pacificam, & Iudæas frequentius offerebant, & Deus præcipiebat.

Abul.

Iudæos Deus [illegible] tatis [illegible] ab [illegible] auocabat.

Iudique Phenennæ, &c. Senſus eſt. Poſtquàm [illegible] ſacrificij partem Deo conſecrauit, & [illegible] ſibi aliiſque [illegible] tertiam tribuit Elcana [illegible] quitanquam pater [illegible] diſtribuit, vt omnes pariter [illegible]. De [illegible] Ioannes Guilhelmus Stuccius lib. 1. antiquit. conuiuialium, cap. 3[illegible] latiùs diſſerens [illegible]. Sed dubitatur primò, an Elcana totum ſuis dederit, nihil ſibi reſeruarit. Affirmat aliquis, tum quia aliud ex litera non conſtat, tum quia id eius [illegible] ratio exigere videbatur. Erat enim bonus paterfamilias, quem ſibi [illegible], memorem autem ſuorum ſui [illegible] b[illegible]. Vnde D. Hieronymus in epiſt. 4 ad [illegible] hum, non immerito laudat [illegible] in Epiſcopum nomine Exuperium, quod pro[illegible] occaſione [illegible] inde [illegible]: *Exu*[illegible] *ius*, inquit, *T*[illegible] *E*[illegible] *imitator, eſuriens* [illegible] *alios* [illegible] *fame torquetur alienâ.* Hac etiam [illegible] nitate vſus fuit Abrahamus, dum [illegible] fercula [illegible] ſtrauit, non libuit accumbere [illegible], *ipſe vero ſtabat iuxta eos.* Geneſ. 18. num. 8. Vbi D. Chryſoſtom. homil. 41. *Per ſe* [illegible] *ſum*, inquit, *omnia fac*[illegible] *neque di*[illegible] *qui* [illegible] *ſed ip*[illegible] *comm*[illegible] *ad*[illegible] *ipſe, quaſi famulus* [illegible] *præſentibus miniſtraret.* Non aliter [illegible] quis, Elcanam ſimiliter [illegible] epulas [illegible] debat & [illegible] continuante [illegible] ieiun[illegible]. Non omnino credibilis eſt, [illegible] inter [illegible] accubuiſſe, & [illegible]; vel [illegible], vt [illegible] ipſo exemplo [illegible] exhiberet [illegible], ne [illegible] ſine du[illegible] aut ipſius [illegible] con[illegible] aret ir.

9\.

Ioan. Guil. Stuccius.

An Elcana totũ ſuis dederit, nihil ſibi acceperit.

D. Hier.

Paterfamilias ſui immemor, memor ſuorum.

D. Chryſ.

Elcana pariter inter conuiuentes accubuit.

Dubitatur [illegible] unde [illegible] prius Phenennæ, quàm Annæ [illegible] porti[illegible] nem. [illegible] dubium [illegible] eſt, quia [illegible] ex enumeratione [illegible], Anna prior [illegible], & princip[illegible]: cuius prior [illegible] o prius [illegible] eſſe [illegible]. Nam & [illegible] ſeſſas, licet pec[illegible] bene [illegible] ab[illegible], nihilominus in [illegible], quod fr[illegible] triſtis omnibus p[illegible] rauit, [illegible] tuli[illegible] eum [illegible] dum [illegible] ordinem ill[illegible] contingebat, iuxta [illegible]: *Sederunt* [illegible] *eo primo*,

10\. Cur Phenennæ prius quàm Annæ [illegible] tri[illegible] Elca[illegible]. M[illegible] [illegible] erra da.

primogenitus iuxta primogenita ſua, & minimus iuxta ætatem ſuam. Geneſ.43. n.33. Neque ſolùm in conniuio, ſed etiam in ſacrificio, priùs ſeniorum ratio habenda eſt. Vnde in ſuperhumerali ſummi ſacerdotis ad ſacrificandum ingreſſuri, erant lapides onychini, & in eis ſcripta nomina ſingularum tribuum, non promiſcuè, & incondite, ſed ſecundùm ordinem natiuitatis, iuxta illud: *Sculpes in eis nomina filiorum Iſrael, iuxta ordinem natiuitatis eorum.* Exod.28.n.9.& 10. Vt ſacerdos pro omnibus quidem oraturus, priùs tamen pro [illegible] maioribus precaretur. [illegible] igitur naturæ ordo poſtulet, vt priores partes prioribus deferantur, cur hoc loco Phenenna, quæ erat inferior Annæ, quæ ſuperior planè fuit, ab Elcana antefertur? Dicet aliquis, ſic egiſſe Elcanam, vt ſuum erga Annam amorem diſſimularet, & omnem rixandi occaſionem à familia amoueret. Dicet alius, licèt Phenenna multis partibus eſſet inferior, ſuæ tamen filiorum, quos ſola habebat, fuiſſe Annæ præferendam. Addo præterea, quod mihi videtur magis ad litteram accedere, priùs Phenennam, quàm Annam fuiſſe nominatam, non quòd prius [illegible], quàm huic partes ſacrificij distribuerentur: ſed quòd plura de Anna continuò dicenda erant. Quo pacto Chriſtus Dominus Matt. 1.n.1. primò dicitur filius Dauid, & deinde filius Abrahæ: quia quamuis vice verſa dicendum foret, ſpectato ordine generationis, non tamen ſpectato ordine narrationis, quæ continuò texenda erat ab Abrahamo, vt D. Hieronym. aduertit. Similiter & Lucæ Apoc.1.num 4.& 5. *Gratia,* inquit, *vobis & pax ab eo, qui [illegible], qui erat, & qui venturus eſt; & a ſeptem ſpiritibus, qui in conſpectu throni eius ſunt, & à Ieſu Chriſto, qui eſt teſtis fidelis,* &c. Vbi vides prius poſt latam gratiam ab Angelis, quàm à Chriſto, non quidem ratione maioris excellentiæ, ſed ordinationis hiſtoriæ: nam de Angelis nihil vlteriùs addendum erat, de Chriſto multa deinceps continuanda.

11\. Dubitatur tertiò, quænam fuerint illæ partes, quas Elcana vxori, & filiis ſuis tribuit. D. Hieron. in qq. Hebraicis ad hunc locum, & Rupertus ibid. à quibus non omnino diſſentit Hugo Cardinal. dicunt fuiſſe veſtes lautiores, quas patres familias vxoribus, filiis, ac famulis [illegible] ſolemnioribus ſeſtis, iuxta morem Hebræorum, tribuebant. Non tamen explicant, vnde hæc conſuetudo colligatur. Mihi tamen videtur [illegible] ex cap. 32. Exod. n. 4. vbi poſtquàm lex data a Deo eſt, [illegible] à Iudæis idololatrantibus violata, [illegible] dixit Deus ſe à populo receſſurum: *Audiens [illegible] populus,* inquit textus, *ſermonem [illegible] pe[illegible], [illegible], nullus ex more indutus [illegible].* Ergo [illegible] ſupponit, morem fuiſſe in [illegible], vt quilibet pretioſioribus veſtibus [illegible] & [illegible] cultui eleganti [illegible] ad diuinum cultum requiſitam [illegible]. Atque hæ fortaſſe ſunt illæ veſtes, [illegible] 3.num. 22. Zach. [illegible] 3. num.4 & 4. Reg. 5. num. 22. mutatoriæ [illegible]. [illegible] hanc conſuetudinem inter Hebræos, [illegible] licet, fortaſſe de [illegible] non eſt ex [illegible] Ioſephi, [illegible] fratres ſuos non ſolùm [illegible] commune [illegible] ſtolis [illegible]. Gen. 45. n. 22. Vt eos, à quibus [illegible] tunica exutus fuerat, [illegible] ſuoque exemplo [illegible] pro malis reddendum. [illegible], vt Rupert. [illegible] philoſophatur. Sed [illegible] de veſtibus [illegible] nihilominus [illegible] interpretes, Orig. [illegible] Carthuſ. Vatabl. [illegible] Abul. [illegible] & Hugo Cardin. Magiſter [illegible] hiſtoriæ, ac tandem Ioſeph.

[illegible] 5. antiq. cap. 15. docent, has partes fuiſſe [illegible], quæ ex ſacrificio ſuperfuerunt, in conuiuio reponendæ, diuidendæque inter eos, qui ſacrificium obtulerant. Id [illegible] apertè ex litera. Nam ſtatim Elcana, vt qui [illegible] vxori ſuæ obtuliſſet, quas illa edere recuſaſſet, ſubdidit: *Anna, cur fles & quare non comedis?* Et paulò poſt: *Surrexit autem Anna, poſtquam comederat, & biberat in Silo.* Præterea Elcana obtulit hoſtias pacificas, vt diximus, cum eſſent inter Hebræos multò frequentiores: ex quibus epulæ ſacrificantibus dabantur. Vnde aliqui transferunt: *Dedit mi[illegible]ones,* ſeu *miſſus,* hoc eſt, fercula, vt vocant Latini. Tandem veſtes, ſi quas dari in his [illegible] ſolemnibus [illegible], ante ſacrificium tribui debuerant, vt omnes decenter ornati ad ſacrificium [illegible]; hæ autem partes poſt ſacrificium diſtributæ [illegible] ergo [illegible] partes [illegible] ſacrificij reſerendæ [illegible].

12 Dubitatur [illegible] quibusnam dederit Elcana partes ſacrificij. In primis [illegible], vt eſt in litera, deinde filiis, & filiabus, id eſt, [illegible], [illegible] enim verbo [illegible] generatio [illegible] ſignificat, ſicut Geneſ.5 n 4 & [illegible] *Genuit filios, & filias.* Iſaiæ [illegible] num 4. *Filij tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere ſurgent.* Vnde cap.2. num. 5 dicitur de Phenenna, *& quæ multos habebat [illegible].* Nec [illegible] hoc [illegible] multis diſtribuit [illegible] cùm ſit typus ſacrificij Eucharistici, cuius proprium eſt [illegible] Dominus [illegible] Vnde D. [illegible] ſoſton [illegible] Cor. [illegible] de menſa Eucharistica loquitur [illegible] inquit, *menſam eſſe Domini [illegible], qui [illegible] communem.* Quaſi dicat [illegible] menſam omnibus proponi, [illegible] proponi. Diuina [illegible] liberalitas tanta eſt, vt [illegible] omnes [illegible]. Itaque filiis, & filiabus dedit Elcana ſacrificij partes. Vtique enim licitum erat de partibus, quæ offerentibus [illegible] manducare [illegible] Leuit. 12. num. 12. & Deuter. [illegible] num 11. Sed quid de famulis? [illegible] hi de partibus ſacrificiorum domino prouenientibus licitè veſcebantur [illegible] ex [illegible] erat [illegible]. Imò & de partibus [illegible] bant, non ſolùm [illegible] L[illegible] num.14 ſed etiam [illegible], Leuit. [illegible] num.11. [illegible] aſſignat [illegible] Hebr. [illegible] 3. de [illegible] Vnum, *quia ſeruus,* inquit, *nihil [illegible], [illegible] domino, cui [illegible] eſt [illegible], vt [illegible] eſſet [illegible] prouent[illegible].* Quaſi diceret, cùm ſeruus nihil habeat, niſi ex domino, neque dominus [illegible], niſi ex ſacrificio, neceſſe eſt, vt de [illegible] à domino ſuſtentetur. Alteram, ne famulus de [illegible] compellatur, ſi [illegible] licitè [illegible] prohiberetur. *Ne quod,* inquit, *omnino ſuientium eſt id [illegible] faciamus. Nam ſerui, dum nobiſcum [illegible], etiam [illegible] inſtruunt; dum [illegible], & reliquas [illegible] ferunt, [illegible], [illegible], ſi non apertè [illegible], certè [illegible] incipiunt, [illegible] cogente.* Quaſi [illegible] præſtat non [illegible] prohibitionem [illegible] quæ [illegible] obſeruari: qualis illa eſſet, qua [illegible] tractantes, de [illegible] prohiberetur. Tertiam, *quia non eſt, [illegible] periculum, ne primitiæ vileſcant ſerui [illegible] quandoquidem hi coluentur [illegible], qui, [illegible], poſſunt in [illegible] numere [illegible].* Quid [illegible] dominorum erat [illegible], [illegible] ſacrificiorum partibus abſtinere. Vnde [illegible] ad illud conuiuium admiſſis [illegible] erit, [illegible] epulæ [illegible]. Cùm [illegible] ſeruì ad hoſtias [illegible] admitti [illegible] ſolent, probabile [illegible] videtur, etiam ab [illegible] ad[illegible]

D.Hieron.

Dubij reſolutio.

Quæ & fuerint illæ partes, quas vxoribus, & filiis, Elcana diſtribuit.

Rupert. *Vera interpretatio non ſcy[illegible] parte intelligitur.* Orig. Carthuſ. Hug.Card. Magiſt. hiſt. Ioſeph.

[illegible] ſtet [illegible]

[illegible] Euchari[illegible] [illegible] Chryſ.

[illegible] partes [illegible] autur.

Præſtat concedere, quod [illegible]

[illegible] non exprima- [illegible] quod ad [illegible] hiſtoriam texen- dam & continuandam [illegible] neceſſarium vide- [illegible].

Num. 5 **Annæ autem dedit partem vnam triſtis, quia Annam diligebat: Dominus autem concluſerat vuluam eius.**

EXPOSITIO LITERÆ.

1. *Phenennæ plures partes datæ.* A *Nna autem*, &c. Illa particula aduerſatiua, *autem*, triplicem diuerſitatem importat inter donationem Annæ, & donationem Phenennæ. Primã in quantitate donationis, [illegible] Phenennæ plures partes datæ ſunt, Annæ autem vna tantum. Ita ſonat vulgata editio, quamuis enim [illegible] non exprimat datas fuiſſe plures partes [illegible] Phenennæ, ſed [illegible] Phenennæ [illegible] ſtatim per aduerſatiuam particulam [illegible], *Anna autem dedit partem vnam*. [illegible] enim donationem hanc ab illa diſtinguit, quod hæc fuerit vnius tantum partis, [illegible], illam fuiſſe plurium. Quod non ita [illegible] intelligendum, vt omnes illæ partes in ipſius Phenennæ vtum [illegible]; ſed ita, vt [illegible] Phenennæ datæ fuerint, vt ipſa tanquam [illegible] tibi partem ſumeret, [illegible]. Et cùm Anna [illegible] vnam acciperet: quod [illegible], addentes, *Quia* [illegible].

2. *Fuſa* [illegible] *par*[illegible] *ſua.* S[illegible] in qualitate donationis. Nam [illegible], *partem vnam*, aliter alij tranſferunt. In Hebræo quidem eſt אַפָּיִם מָנָה *manah aphaim*, id eſt, *partem faciërum*, quod intuentium vultus, [illegible] exhilarare poſſet: quo [illegible], Exod. [illegible] num. 30. dicuntur in Hebræo panes [illegible], quod Dei oculos a[illegible] quam [illegible] Caiet. [illegible] Vatablus legit, *portionem iræ*, id eſt, quæ poſſet iram Annæ, ſi quam conceperat, tranquillare, aut iram Phenennæ propter inuidiam, commouere. Chaldæus, *partem electam*: & in idem recidit, quod alij vertunt, *præcipuam, pulchram, honorabilem*. Alij tandem, *partem duplicem*, quod Magiſter hiſtoriæ interpretatur, [illegible] æquipollentem duabus [illegible] Annæ [illegible] non quantitate, ſ[illegible] [illegible] cæteris [illegible].

3. *Cur Elcana triſtis dicatur.* *Primò triſtis dicitur, id eſt, lætus, à ſenſu contrario.* *D. Aug.* *Antiphraſis Scripturæ familiaris.* Tertiò [illegible] in modo donandi. Dicitur enim Elcana triſtis de [illegible]. Quod dupliciter exponit Caiet. Primò, per contrarium ſenſum, id eſt, lætus, [illegible] benigna. *Ita quod*, inquit Caiet. *defectum multarum partium ſuppleuit iucunditate vultus.* Neque noua eſt in ſacris literis hæc per contrarium ſenſum [illegible]. Nam in primis Eglon dicitur *craſſus* [illegible] 3. n. 1[illegible] D. Aug. q. 21. in Iud. c. & in [illegible] *xilis valde*: & [illegible] contrarium [illegible] interpretatur: *Sicut lucus*, [illegible], *quia minimè lucet* [illegible] verbis [illegible] exem- [illegible], inquit, *ſaturitatem in animas eorum*. Pſal. [illegible] in Hebræo *Miſit maciem*. Nam [illegible] interprete Genebrardo [illegible] p[illegible] pro [illegible] contrario, venditio pro emptione, aliq[illegible]. Hiram Rex Tyri conqueſtus de [illegible] rarum, quas [illegible] Salomon donauerat, *ap*[illegible] *terram Chabul vſque in diem hanc*. [illegible] Reg. [illegible] id eſt, interprete Rabano, *terram germinantem*, à contrario ſenſu, quòd minimè germinaret. Frequens

A eſt vſus in ſacris literis [illegible] benedicendi, pro maledicendi. *Benedixit Naboth Deum, & Regem*. 3. Reg. 21. n. 1[illegible] & paſſim alibi. *Non lucaſi*, [illegible] tyrannus, *propter horrorem maledicti* [illegible], *nomine contrario eam ſignificabant*. Balaam dicitur *homo, cuius obturatus eſt oculus*. Num. 24. n. 3. in Hebræo eſt, *cuius apertus eſt oculus*. Haud dubiè per antiphraſim, ſeu contrarium ſenſum, vt Sixt. Senenſ. lib. 5 Biblioth. annot. 125 interpretatur. *Sixt. Sen.* Certè Lyranus in expoſitione moral ad cap. 12. Deuteronomij, agens de lucis, in quos improbi homines [illegible] a [illegible] ſe [illegible] debant, vnico diſticho comprehendit ea nomina, quæ per contrarium ſenſum explicari ſolent.

B *Lucus, & officium, bellum, Libitinaque Parca,*
Ita per antiphraſim dicuntur nomina, mo[illegible]*que.*

Quæ minimè mouent. Feſtiuiter alludit D. Hier. *D. Hier.* in epiſt. [illegible] ad Bonatum, eundem Bonatum, quòd de [illegible] nominis etymo gloriaretur: *An ideo* inquit, [illegible], *quaſi non* [illegible] *lucus* [illegible] *dicatur, quod minimè luceat, & Parcæ, quod nequaquam parcant, & Eumenides furiæ, quòd* [illegible] *vulgo Æthiopes vocentur argentei?*

4. *Secundò dicitur triſtis ob muneris exiguitatem.* Hoc [illegible] dicendi charactere triſtis dicitur Elcana [illegible] ſenſu, id eſt, lætus, vt hac vultus [illegible] donationis exiguitatem compenſaret. Secundò dicitur, triſtis propriè, facie re vera triſtis, non quidem de donatione, vt Lyranus ad *Lyran.* C [illegible] donationis. *Vatabl.* Vatablus legit, [illegible], hoc eſt, pudore ſuffuſus: nam qui amat, [illegible] eſt dum parua donat, pudore ſuffunditur. Sed [illegible] hoc loco in Hebræo non eſt [illegible] quod nomen, quo propriè triſtis ſignificetur; *Quo in ſenſu nomen Triſtis, hic ſumatur.* ſed nomen אַפָּיִם *aphaim*, quod propriè ſignificat faciem & tranſlatè ab effectu, iram, ſeu triſtitiam, quæ in facie præcipuè cernantur, vt Rabbi David apud Pagnin. in Theſauro obſeruat. Aliter *Rab. David.* verò ab alijs hoc nomen ſumitur. Quidam enim cum parte iungunt, *partem vnam triſtem*; nempe ab effectu, quia poſſet Annæ triſtitiam inferre. Alij [illegible] Anna, [illegible], quod vnam tantùm partem a[illegible], plures [illegible] acciperent. Alij tandem cum Elcana, *Triſti Elcana*, qui non poſſet D Annæ [illegible] dare, quam [illegible]. Omnes hæ conſtructiones [illegible] poſſunt: ſed [illegible] præferenda, cum in vulgata habeatur.

5. *Amor dum expendi in rem amatam prohibetur, contriſtatur.* *Quia Annam diligebat* Redditur cauſa prædictæ triſtitiæ, nimirum amor. Hic enim totus effundi vult, totus expendi in rem amatam; dum verò prohibetur, contriſtatur. Sic igitur Elcana, cum amaret Annam plus quàm Phenennam, triſtabatur, quòd non ei plures partes, quàm Phenennæ largiretur. Sed quæ fuit cauſa huius amoris? Nulla profectò in litera exprimitur. *Cur Elcana magis Annã diligeret.* An quia amor ratione non ducitur, cauſam non quærit, ſed cæcus fertur in rem amatam? Ita crederem, ſi profanus eſſet, qui, vt loquitur D. Bernardus, *non tam affectibus cæcus*, [illegible] *quam defectibus*. *Profanus amor cæcus.* *D. Bern.* E At honeſtus amor, qualis fuit Elcanæ, cauſas habuit. Vnam, quia Anna fuit prior, & antiquior, quàm Phenenna; cuius [illegible] longiore tempore amor, cæteris paribus, eſt [illegible]. Alteram, quia Anna fuit mitiſſima [illegible], vt paulo inferiùs patebit ex æmulæ [illegible], & ex ſermone, quem habuit cum ſacerdote Heli. Manſuetudinem autem eſſe *Manſuetudo altrix amoris.* amoris altricem, patet Eccleſiaſtici 3. num. 19. *Fili*, inquit, *in manſuetudine opera tua perfice, & ſuper hominum gloriam diligeris*. Vide D. Ambroſius *D Ambr.* lib. 2. offic. cap. 7. *Bonitas*, inquit, *ſi manſuetudine morum adiuuetur, incredibile quantum procedit ad cumulum dilectionis*. Et ſtatim exemplis multiſſimorum

[illegible] hominum, Moyſis, & Dauidis [illegible] mat. *Moyſes*, inquit, *ſic ſibi totius plebis mentem deuinxerat, vt plus eum pro mansuetudine diligerent, quam pro factis admirarentur.* Et paulo poſt: *David*, inquit, *fortis in prælio, manſuetus in imperio, patiens in conuitio, ferre magis promptus, quàm referre iniurias; ideo tam charus omnibus, vt iuuenis ad regnum, etiam inuitus peteretur, & reſiſtens cogeretur, ſenex, ne prælio intereſſet, à ſuis rogaretur, quod mallent pro ipſo omnes periclitari, quam illum pro omnibus. Itaque parentes cum filiis, filij parentibus præcedebant.* Tertiam, quia Anna non ſolum manſuetudine, ſed etiam omnium virtutum genere fuit magna, vt ex progreſſu conſtabit. *Virtute autem*, vt bene Tullius in Lælio, *nihil amabilius; quippe cùm propter virtutem, eos etiam, quos nunquam vidimus, quodammodo diligamus.*

Virtus omnibus amabilis.

Tull.

6\. *Virtutis etiam vmbra amabilis.* Quod vſque adeò verum eſt, vt [illegible] quædam virtutis effigies vmbraque ex [illegible] ratis mirabiles ſui excitare ſoleat amores. Ille adoleſcens, qui Matth. 19. [illegible] omnia præcepta legis à iuuentute ſua [illegible], licèt, iuxta Origen. Bedam, Abulenſ. M[illegible]. Salmer. Barrad. & alios, verum dixerit, [illegible] iuxta Auctorem operis imperf. & hom. [illegible] in Matt. D. Hier. ibid. D. Ambr. præfat. in Pſalm. D. Baſil. hom. 7. in auaros, Clem. Al[illegible]. lib. 4. S[illegible]. D. Aug epiſt. 89. & alios, mentitus eſt. [illegible] cium colligit Auct. imperf. ex verb. [illegible] *Serua mandata.* ibid n. 17. *Nam in hoc [illegible] admonetur ſeruare, oſtenditur non [illegible].* [illegible] etiam poteſt ex difficultate, qua [illegible] audito enim conſilio de Euangelica [illegible], *abiit triſtis.* ibid. n. 22. Non e[illegible] tam mor[illegible] ſus conſiliorum auditor, ſi fuiſſet ab [illegible] ætate tam ſtudioſus mandatorum obſeruator. Colligi tandem poteſt ex verbis Chriſti Domini, qui [illegible] cauſa dixit: *Facilius eſt camelum intrare per foramen acus, quàm diuitem in regnum cælorum* ibid. n. 24. tacitè illius diuitias reprehendens; non reprehenſurus planè, ſi cum mandatorum obſeruantia [illegible] rut. Et nihilominus Marc. 10. n. 21. addit [illegible]: *Ieſus autem intuitus eum, dilexit eum.* Quid [illegible], Chriſte ſancte? Diligo, ſi non verum [illegible], ſaltem vmbram quandam, [illegible] adumbratam ſpeciem ſanctitatis, qu[illegible] virtutis cultor apparere, quam [illegible] ptorum ad legis obſeruantiam animum oſt[illegible].

7\. *Virtus etiam in hoſte placet.* Neque ſolum amicos, ſed et[illegible] hoſtes [illegible] al[illegible] ad amandum. Cùm ex ſe[illegible] bæi, per varia cruciatuum genera [illegible] tantum ſupereſſet, improbus [illegible] Antiochus ſæuitiam in amicitiam co[illegible] *cum iuramento affirmabat, ſe diuitem illum, [illegible] atum facturum, & amicum habiturum.* 2 Mach. 7. n. 24. Quid, improbe Tyranne, tuum amorem tam largiter effundis in eum, cuius cruorem tam crudeliter effudiſti? Optimè D. Greg. Nazianz. orat. de Machabæis: *Ipſe quoque*, inquit, *[illegible] admiratus eſt, conuerſis in admirationem mi[illegible]. Nam egregiorum hominum virtus hoſtibus quoque ipſis admirationem excitare ſolet, cum ſedata iracundia facinus in ſeipſo perpendit.* Si igitur virtus etiam adumbrata bonos, [illegible] improbos ad ſui amorem compellit: qu[illegible], ſi Annæ [illegible] us non ficta, ſed [illegible] mana [illegible] ſibi viri optimi a[illegible] m con[illegible] are?

D. Greg. Nazianz.

8\. *Ordinati amoris effectus.* En hui[illegible] cauſæ. Effe[illegible] præfati. Vnus, quod Elcana præſt[illegible] par[illegible] tribueret. Alter, quod triſtis rema[illegible] res partes, vt optauerat, tribuere non [illegible] re[illegible] amor E[illegible], vt quantum ſuo [illegible] ferre liceret, conferret, & vt [illegible] retur, quod plus aliquid [illegible] non [illegible] quam [illegible] efficeret. [illegible] quæ [illegible] labatur, [illegible] do[illegible]. In quo [illegible] tur, vt [illegible] anno[illegible].

9\. *[illegible] Dei munus.* *[illegible] autem conc[illegible]* &c. He[illegible] eam redd[illegible]: Sicut enim [illegible] ficat fœcundare. Gen. [illegible] n. 22. & claudere [illegible] fœcundam reddere. Gen 20. n. 18. Erat igitur Anna ſterilis: natur[illegible], [illegible] ſupernatur[illegible] mes annotatione 5. Sect. 3. Rectè verò Theodor. quæſt 5. ex hoc loco, coniuges monet, ne matrimonio confidant, ſed diuinum auxilium implorent. *Quomodo enim*, inquit, *agricolæ quidem eſt proprium ſemina deiicere, Dei autem deiecta perficere: ita matrimonij [illegible] eſt propria [illegible] Dei autem eſt proprium, [illegible] naturæ, vt effingat, & formet animal.* Vnde [illegible] laudat Annam, quæ cùm hoc ape[illegible] ſciret: *confugit*, inquit, *ad opi[illegible] em, [illegible] intenſa oratione, & lacrymis, mutilatam curauit matricem.* Mihi [illegible] ſapientior in hac parte, quam Rachel, [illegible] virum ſuum: *Da mihi liberos.* Gen 30. [illegible]. Quibus verbis docet D. Chryſoſt. hom. 5[illegible]. Rachelem deſipuiſſe, quod [illegible] à Deo petend[illegible] viro poſtul[illegible]. Sed [illegible]. *Semper enim*, inquit, *[illegible]*

Theod.

[illegible] Deo [illegible].

10\. *[illegible] animi [illegible] D. Chryſ.* Cæterum hæc verba dupliciter cen[illegible] poſſunt. Primò, [illegible] antecedentibus: *quia Annam diligebat*: ita vt ſenſus ſit, Elcana [illegible] ebit [illegible]. Neque enim [illegible] amor [illegible], qui eis [illegible]. Vnde D. Chryſoſt. hom. 2. de Anna, ab hoc [illegible] docetur, vt placido, [illegible] erga vxores, etiamſi ſterilitatis vitio [illegible] borent. Secundò, cum [illegible] paulò ante poſita: *Annæ dedit partem vnam*; ita vt ſenſus ſit, vnam tantum partem dedit Annæ, quia cùm eſſet ſterilis, plures ſuo iure non vendicabat. Amabat quidem Elcana, ſed ſapienter, quod vix in amore reperitur. Conferebat debita, ſed indebita non effundebat.

ANNOTATIO VII.

CIRCA LITERAM.

Patrisfamilias æquitas & charitas.

1\. *Annæ [illegible].* DVæ in optimo patrefamilias partes requiruntur, vt egregiè ſuo munere fungatur: externa æquitas, & interna charitas. Vtramque perfectiſſimè exercuit Elcana [illegible], dum [illegible] ſingulis partes æqualiter diuiſit [illegible] rem cum etiam [illegible] vx[illegible] bitum amorem non denegauit. Dignus [illegible] propter vtramque, qui non obſcurus Chriſti Domini typus habeatur. Quod paucis illuſtro.

SECTIO I.

Æquitas patrisfamilias erga familiares ſuos illuſtratur.

2\. NIhil magis domus, vel [illegible] Patrisfam[illegible] commendat, [illegible] æquitas in [illegible]

Si

Si quam enim in partem odio, vel amore propendeat, de bona gubernatione actum credat. Externa quamuis bella conquieſcant, inteſtina conflagrabunt. Diuiſo enim in varias affectiones Principe, neceſſe eſt, vt in varias factiones Reſpublica partiatur. Nihil igitur optimo Principi magis curandum eſt, quàm vt ſingulari erga omnes æquitate dominetur.

3.
Dei beneficentia Soli, & ſcuto comparatur.

Igitur à totius mundi Principe, & gubernatore Deo, ſumatur inprimis argumentum. De quo Dauid: *Miſericordiam*, inquit, *& veritatem diligit Deus.* Pſalm. 83. n. 12. in Hebræo eſt שֶׁמֶשׁ וּמָגֵן יְהוָה *Semes vmaghen Iehoua*: hoc eſt, *Sol, & ſcutum Deus.* Soli, & ſcuto Deus comparatur. Nam, vt Sol in totum orbem ſuam lucem æqualiter diffundit, *oriens ſuper iuſtos, & iniuſtos*: ita Deus ſuam pariter in omnes non ſolùm probos, ſed etiam improbos beneficentiam oſtendit. Item, vt ſcutum non tantùm caput, vt galea; aut pectus, vt thorax; aut crura, vt ocreæ, tuetur, ac ſeruat, ſed omnium pariter membrorum flectitur, ac reflectitur in tutelam: ita Deus non vni tantùm, vel alteri, ſed omnibus pariter tuendis, protegendiſque hominibus incumbit. Siue vltorem Deum, ſiue benefactorem ſpectes, eundem ſemper erga omnes experiêre. Hebræis comminatus olim fuit Deus ſeptuaginta annorum ſeruitutem: *Seruient*, inquit, *Regi Babylonis ſeptuaginta annis.* Ierem. 25. num. 11. Sed & Tyrijs eiuſdem ſpatij captiuitatem comminatur: *In obliuione*, inquit, *eris, ô Tyre, ſeptuaginta annis.* Iſaiæ 13. n. 15. Cur, obſecro, eadem fideli, ac infideli populo ſupplicia inferuntur, niſi vt Deus æquiſſimus erga omnes ſcelerum vltor oſtendatur: neque fideles mitiùs, aut infideles duriùs ſecum agendum, quàm fas, & ratio poſtulet, ſuſpicentur? Quod Theod. expendens: *Frenat*, inquit, *Deus Iudæorum ſuperbiam. Nam quod tempus præfiniuit vaſtitati Ieroſolymæ, idem præfiniit & vaſtitati Tyri. Idem enim Iudæorum, & gentium eſt Deus.* Tabernaculo conſtruendo duos artifices præfecit Deus, Beſeleel, & Ooliab: illum de tribu regali Iuda. Exod. 35. n. 30 hunc de tribu ancillari. Dan. ibid n. 34. Cur verò nobili pariter, & ignobili, filio Liæ dominæ, & filio Balæ ancillæ, idem munus commendatur? Nempe, vt æqualis ſupremi Principis beneficentia erga omnes, ſummos pariter, atque imos demonſtretur. *Notandum*, inquit Raban. *quòd non ſolùm de tribu regali, ſed qui de ancilla natus eſt ad magiſterium operum Dei electus fuit: quia etiam ignobiles ad dignitatẽ, & regimen Eccleſiæ eliguntur. Non eſt enim perſonarum acceptor Deus.*

Dei iuſtitia erga omnes æqualis.

Theod.

Deus in electionibus perſonas hominum non reſpicit.

Raban.

4.
Chriſti Domini æquitas in omnes.
D.Thom.

Iam verò Chriſtus Dominus totius Eccleſiæ caput, & Pontifex, cernitur à Ioanne *in medio candelabrorum aureorum.* Apoc. 1. n. 13. hoc eſt, in medio Eccleſiarum: vt oſtenderet, interprete D. Thoma, ſe omnibus eſſe communem, à nemine recedere longiùs, ad neminem accedere propiùs, ſed omnibus æqualiter adeſſe, ac prodeſſe. Hinc eſt, quòd à Dauide appellatur Chriſtus Dominus *Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech.* Pſ. 109. n. 4. non verò ſecundùm ordinem Aaron. Cuius rei mitto alias rationes: illa interim ad rem eſt, iuxta Græcos interpretes, apud Eugubin. quia quemadmodum Melchiſedech nullo cognationis affectu tangebatur, quippe qui nullam habuerit cognationem, ſed fuerit *ſine patre, ſine matre, ſine genealogia*, Hebr. 7. n. 3. ita Chriſtus Dominus ab immodico cognatorum affectu adeò erat alienus, ac ſi nullo neceſſitudinis iure cum illis teneretur. Vnde ſicut illi, qui nullis affectibus mouentur, dicuntur nati è lapidibus, iuxta illud Virgilianum,

Chriſtus nullo cognationis affectu tangebatur.

Virg.

———*Genuit te cautibus horrens*
Caucaſus,———

A Et illud Ouidianum,

Ouid.

Natus es è ſcopulis, nutritus lacte ferino.

Ita Chriſtus Dominus dicitur à Propheta naſciturus quodammodo è petra: *Emitte*, inquit, *agnum Domine dominatorem terræ, de petra deſerti.* Iſaiæ 16. num. 1. Ac ſi nihilo magis, quàm lapis, ſentiendi, appetendique omnino expers, vllis præter iuſtitiam affectibus tangeretur. Quod ipſe ſatis oſtendit, cùm dixit: *Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei?* Matth. 12. num. 48. Ac ſi ſuos conſanguineos non agnoſceret: vt oſtenderet, interprete D. Hilario, *propinquitatum omnium ius, atque nomen, non iam de conditione naſcendi, ſed de Eccleſiæ communione retinendum.*

D.Hilar.

B Communis eſt illa quæſtio, cur in totius Eccleſiæ principatum, non Ioannes, ſed Petrus à Chriſto Domino cooptetur. Quam D. Hieron. lib. 1. aduerſus Iouin. duplici reſponſione decidit. Vna; *Ne adhuc adoleſcens*, inquit, *ac penè puer, progreſſæ ætatis hominibus præferretur.* Altera ad rem præſentem: *Ne magiſter*, inquit, *bonus, qui occaſionem iurgij debuerat auferre diſcipulis, in adoleſcente, quem dilexerat, cauſam præbere videretur inuidiæ.* Vbi rectè appellat bonum magiſtrum, qui ſuum amorem erga vnum diſſimulabat, ne aliorum liuorem erga eundem excitaret. Non enim ſapienter amat ille Princeps, qui immodico erga vnum amore, plurimorum in eun- C dem odia, & inuidiam nutrit, & accendit. Difficilius mihi videtur illud iurgium, quod Apoſtolis frequentiſſimè incidebat, *quis eorum videretur eſſe maior* Matth. 18 n. 1. Marc. 9 num. 33. Luc. item 9. num. 46. ac tandem Luc. 22. num. 24. In quo non tam ſolutionem, quàm rationem dubitandi mihi videor ignorare. Solutio enim notiſſima eſt: dubitandi ratio ignotiſſima. Quid enim, ô Apoſtoli, in re clariſſima dubitatis? Nonne cernitis Petrum maiorem eſſe, cùm ſciatis in illo, vt in petra, ædificandam eſſe Eccleſiam: illi tanquam Principi tradendas eſſe claues regni cælorum: pro illo tantùm, vt pro capite ſolutum fuiſſe Cæſari tributum? Quid igitur inter vos contenditis de pri- D matu, quem iam cernitis vni Petro delatum eſſe, vel ſine dubio deferendum? Contendunt nihilominus Apoſtoli, nec immeritò. Quia æquiſſimus ille magiſter tanta in omnes æquitate vtebatur, tam paria in ſingulos beneficia conferebat, & vnius fauorem tam ſimili fauore aliorum compenſabat, vt vnuſquiſque non immeritò ſibi maior videretur.

5.
Cur Petrus, non Ioannes ad Eccleſiæ principatum cooptatur.
D.Hieron.

Chriſti Domini in omnes Apoſtolos æquitas.

Non diſſimili in ſuos æquitate præſtantiſſimi quondam Principes floruerunt. Nam Moyſes nullo tactus cognationis affectu ſucceſſorem ſibi conſtituit, non ex ſua familia, imò neque ex ſua tribu Leuitica, ſed ex tribu Ephraim, nempe Ioſue. E Num. 27. num. 22. Deuteronomij 31. num. 7. Cuius rei rationem tradit Abulenſ. in cap. 22. Matth. quæſt. 115. *Vt ſignificaret*, inquit, *principatum in populum non ſanguini deferendum eſſe, ſed vitæ.* Quam interpretationem ex D. Hieronymo in cap. 1. Epiſtolæ ad Titum, mihi videtur deſumpſiſſe, vbi Hieronymus: *Moyſes*, inquit, *amicus Dei, cui facie ad faciem Deus loquutus eſt, potuit vtique ſucceſſores principatus filios ſuos facere, & poſteris propriam relinquere dignitatem; ſed extraneus de alia tribu eligitur Ieſus: vt ſciremus principatum in populos, non ſanguini deferendum eſſe, ſed vitæ.* Et ſtatim inuehitur in Principes noſtri temporis, præſertim Eccleſiaſticos, qui naturali ducti affectu, Eccleſiaſtica bona cõferunt, non digniori, ſed propinquiori. *At nunc*, inquit, *cernimus plurimos hanc rem beneficium facere, vt non quærant eos qui poſſint Eccleſiæ plus prodeſſe, & in Eccleſia erigere columnas,*

6.
Moyſes non ex filiis, ſed ex extraneis in principatu ſucceſſorẽ inſtituit.
Abul.

D. Hier.

Eccleſiaſtica beneficia non amore, ſed ratione conferenda.

ſed

ſed quos, vel ipſi amant, vel quorum ſunt obſequiis deliniti, vel pro quibus maiorum quiſpiam rogauerit; & vt deteriora taceam, qui, vt clerici fierent, muneribus impetrarunt.

7. *Samuel ſuos filios patriæ virtutis exhæredes, exhæredes conſtituit dignitatis.* D. Hier.

Sed his omiſſis, ad optimos Principes æquitatis perfectiſſimos cultores reuertamur. Moyſem imitatus Samuel, ſuos filios muneris, ac principatus ſui hæredes non conſtituit, quos ſciebat patriæ diſciplinæ, & legalis obſeruantiæ exhæredes, ſed eos totius populi cenſuræ iudicandos, puniendóſque commiſit. 1. Reg. 12. num. 2. Vnde D. Hieron. lib. 1. cõtra Iouin. eos, qui filiorum ſuorum nimio ducuntur affectu, reprehendit: *Cum legamus*, inquit, *Moyſem, & Samuelem filiis ſuis alios prætuliſſe, nec putaſſe liberos, quos videbat Domino diſplicere.* Cæterùm Ioſue terram promiſſionis, non ſuo arbitrio, ſed ſortitò inter tribus diuiſit, Ioſue 18. num. 10. ne quo amoris affectu, in vnam potiùs, quàm in aliam tribum inclinare videretur. Eidem terram inter tribus diuiſuro, priùs reuocauit Deus in memoriam diem mortis ſuæ: *Senuiſti*, inquit, *& longæuus es*, &c. Ioſue 13. n. 1. Quid tandem? *Et nunc*, ait, *diuide terram*, &c. Ibid num 7. Quaſi diceret, mortis recordatione antè habita, aggredere ad diuidendum, vt quemadmodum mors æquiſſima eſt in omnes; *Æquo enim pulſat pede pauperum tabernas, Regúmque turres:* ita & tu eius æquitatem in hac tua diſtributione imiteris. Eandem fortaſſe ob cauſam veteres Patriarchæ ſuorum filiorum benedictionem non ſolùm in ſenilem ætatem, ſed etiam in horam morti proximam differebant. Ita Iſaac, Gen. 27. à n. 1. Iacobus, Gen 49. à n. 1. Moyſes, Deut. 33. à n. 1. Tobias ſenior, c. 14. à n. 5. Quia nimirum de ſua integritate in vita quodammodo diffidentes, ſe ad illud tempus reſeruabant, in quo morte vrgente, ad æquitatem ſeruandam etiam inuiti traherentur.

Mortis recordatio ad æquitatis obſeruantiam vel inuitos trahit.

8. Sunt qui dicant, Moyſem ſuæ æquitatis oſtendendæ cauſa, faciem ſuam coruſcantem ſuperinducto velo occultaſſe, Exod. 34. n. 33. ne ad hunc potiùs, quàm ad illum oculos intendere videretur. Addúntque, illud velamen, quo faciem ſplendentem obtegebat, fuiſſe è linteis, ſudariiſve, quibus mortuorum cadauera inuoluta ſepeliebantur; vt morte ob oculos occurſante, vitæ integritatem erga omnes, quibus imperabat, diligentius ſectaretur. Sed quidquid ſit de hac re, certè apud nonnullas gentes illa viguit conſuetudo, cuius Clem. Rom. lib. 2. Conſtit. & D. Baſil ep. 79. ad Euſtachiũ, meminerunt; vt Iudices nunquam capitalem ſententiam ferrent, niſi obducta cortina, aut interiecto velo tegerentur. Imò Thebani, teſte Plutarcho, in libro de Iſide & Oſiride, & Ægyptij, teſte Iſidoro Siculo de fabuloſis antiquorum geſtis, clauſis, aut etiam effoſſis oculis Iudices depingebant; vt ſignificarent, Iudices ne oculos quidem habituros fuiſſe, quos conijcerent in litigantes, ne pariter cum oculis conijcerent & affectus; & qui oculati eſſent corpore, cæci animo redderentur. Nam qui perſonam reſpicit, in cauſa caligat, & vt loquitur D. Ambr. *Vbi errat oculus, ibi errat affectus.* Sed de hac re alibi plura.

Iudices ſine oculis. Clem Rom. D. Baſil. Plutarch. Iſidor. Sic. D Ambr.

9. *Elcanæ æquitas in vxores.*

His poſitis, dico æquitatem ab Elcana erga familiares nulla in re violatam fuiſſe, ſed perfectiſſimè ſeruatam. Non violatam quidem, neque in interno affectu, neque in externo facto. Nam ſi internus affectus attendatur, fateor quidem plus ab Elcana diligi priorem vxorem, quam poſteriorem: licèt enim id Vulgata non exprimat, Septuaginta tamen expreſſerunt, dum ſic transferunt: *Quia diligebat Elcana magis Annam, quam Phenennam.* Nihilominus is affectus internus, quamdiu A foras cum iniuria non prodit, iuſtitiam non lædit. Sanctiſſimi illi coniuges, Iſaac, & Rebecca, æquiſſimi in filios fuêre: & nihilominus Iſaac amabat Eſaù, *eo quòd de venationibus illius veſceretur.* Gen. 25. n. 28. & Rebecca diligebat Iacob, eo quòd, inquiunt D. Chryſ. D. Cyril. & alij, aſſiduè cum illa in tabernaculis habitabat. Additque Cyrillus: *Vt hinc diſcamus*, inquit, *viros illos, quamuis pios, homines tamen fuiſſe.* Neque enim gratia deſtruit naturam, quæ ſæpenumero abſque vllo vitio in hunc magis, quàm in illum propendet, quin propterea à gratia corrigatur. Sed ingenioſè animaduertit Cyrill. neque Iacobum, quod à patre minùs amaretur, in virtute defeciſſe; neque Eſaù, quòd amaB retur magis, profeciſſe: quia qui propoſito ſuo bonus non eſt, etiam paternis blanditijs excitatus languet: qui autem bonus eſt ſponte ſua, etiam omnibus blanditijs deſtitutus, enititur ad pietatem. Itaque ſine vllo integritatis defectu magis Iſaac in Eſaù, magis Rebecca in Iacobum afficiebatur. Quid verò de Iacobo? An fuit inæqualis, dum Ioſephum præ cæteris dilexit? Abſit profectò. Quod mihi videor colligere ex ipſis Scripturæ verbis: *Iſrael autem diligebat Ioſeph ſuper omnes filios ſuos.* Gen. 37. n. 3. Cur enim hoc loco *Iſraël* dicitur, non *Iacobus*? Credo, quia ſicut Iſraël fuit nomen inditum à Deo, non ab homine, idémque valet, atque *videns Deum*: ita hic Iſraelis amor, quo Ioſephum præ cæteris diligebat, non humanus fuit, C ſed diuinus, cùm prodierit ab homine, qui ſe totum Deo contemplando impendebat.

Internum affectum, quamdiu cum iniuria foras non prodit, iuſtitiam non lædit. D Chryſ. D. Cyrill.

Improbi neque paternis blanditiis corriguntur.

Iam verò, ſi externum factum ſpectetur, fateor rurſus maiorem illum Elcanæ amorem erga Annam in aliqua externa ſigna maioris beneuolentiæ prodijſſe; nam & præcipuam ſacrificij partem illi dedit, vt in litera explicuimus; & quod plures dare non liceret, triſtis remanſit. Sed in hoc, ſimilibúſque exemplis, quibus plus vni, quàm alteri confertur, licèt æquitas arithmetica non ſeruetur, qua inter inæquales nihil eſſe poteſt inæqualius; ſeruatur tamen geometrica, quæ tunc eſt maxima, quando inæquales inæqualiter remunerantur. Vnde Iacobus debitam erga filios æquiD tatem non violauit, quando fecit Ioſepho *tunicam polymitam.* Geneſ. 37. num. 3. quam cæteris filijs non fecit. Vbi enim plus meriti reperitur, ibi æquum eſt, vt plus præmij conferatur. Qua de re egregia ſunt verba D. Ambroſ. lib. de Ioſeph Patriarcha, cap. 2. Vbi in primis parentes monet, ne vllis inæquales beneuolentiæ indicijs filios proſequantur. *Amor*, inquit, *patrius, niſi moderationem teneat, nocet liberis: ſi aut nimia indulgentia dilectum reſoluat, aut prælatio vnius cæteros ab affectu germanitatis auertat. Plus acquiritur filio, cui fratrum amor acquiritur. Hæc præclarior munificentia patrum: hæc ditior hæreditas filiorum. Iungat liberos æqualis gratia,* E *quos iunxit æqualis natura.* Sed poſtquam hanc in omnes amoris æqualitatem commendauit; aliquam tamen in magis meritos amoris excellentiam non prohibuit. *Nec libertatem*, inquit, *poſſumus auferre parentibus, ne eos plus diligant, quos plus credunt mereri; nec filiis reſecare debemus ſtudium plus placendi. Denique & Iacob illum plus amabat, in quo maiora virtutum inſignia prauidebat: vt non tam filium pater prætuliſſe videatur, quàm Propheta myſterium: meritóque variam tunicam facit ei, quo ſignificaret, eum diuerſarum virtutum amictu fratribus præferendum.* Ex quibus patet, etiam cum ſigno maioris beneuolentiæ erga vnum, quàm erga alterum, coniungi aliquando poſſe paternam erga omnes familiares æquitatem. 10.

Inæquales inæqualiter remunerari, ſumma æquitas. D. Amb. *Parentum amor in filios æqualis.*

Cæterùm Elcana vlteriùs progreſſus, etiam ab 11.

illis

illis externis ſignis, quantùm fieri poterat, abſtinebat: vt ſuam erga omnes æquitatem perfectiùs conſeruaret. Nam quamuis Annam magis diligeret, tamen vnicam tantùm partem ei dedit, ne cum alterius vxoris, aut filiorum detrimento, plures dare videretur. Iniqua eſt enim liberalitas in vnum, quæ in damnum alterius redundat. Vnde parœmiaſtes: *Statera*, inquit, *doloſa, abominatio eſt apud Dominum*. Prouerb. 11. n. 1. Vbi ſtatera doloſa illa dicitur, in qua non ſolùm plura mala, ſed etiam plura bona, quàm iuſtitia patiatur, appenduntur. Facit illa præceptio diuina: *Non habebis*, inquit, *in ſacculo diuerſa pondera, maius, & minus; nec erit in domo tua modius maior, & minor*. Deut. 25. n. 13. & 14. Quibus verbis non ſolùm prohibetur, interprete Caietano, & alijs, maior modius ad emendum, & minor ad vendendum, quibus iuſtitia commutatiua offenditur: ſed etiam maior ad donandum indigniori, & minor ad donandum digniori, quibus iuſtitia diſtributiua violatur. Accedit illa lex, quæ iubet, vt omnia fiant *in regula, in pondere, & menſura. Statera iuſta, & æqua ſint pondera, iuſtus modius, æquuſque ſextarius*. Leu. 19. n. 35. & 36. Vbi omnia menſurandi genera exprimuntur; vt in omni rerum genere tenenda, conſeruandáque æquitas ſignificetur.

A

Iniqua in vnum liberalitas, quæ in damnum cedit aliorum.

B

Caiet.

12. Additur verò in illa lege: *Ego Dominus Deus veſter, qui eduxi vos de terra Ægypti*. Quibus verbis non ſolùm ſe proponit Deus in vindicem, & vltorem violantium hanc legem; ſed etiam in exemplum illam obſeruantium. Sicut enim Deus in deſerto omnia omnibus æqualiter diuidebat, aquas, carnes, manna, cæteráque beneficia, quibus illum populum proſequebatur: ita volebat, vt Hebræi eandem inter ſe retinerent æquitatem, & ne benefaciendi quidem animo ab æquitatis regula declinarent. Quò pertinet illud Iſaiæ 28. n. 17. *Ponam*, inquit, *in pondere iudicium, & iuſtitiam in menſura*. Septuaginta vertunt, *& miſericordiam in ſtatera*. Ac ſi Deus ne miſericordia quidem vti velit, niſi priùs ad iuſtitiæ libram appendatur. Vnde D. Gregor. Nazianz. orat. in plagam grandinis: *Docet*, inquit, *quomodo & miſericordia, vt eſt apud Iſaiam, ad libram expendatur nec enim Dei bonitas, & clementia iudicio caret*. Et hinc eſt, quod cùm Deus cauſam pauperum Iudicibus ſæpe aliàs commendet, nihilominus. Exod. 23. n. 3. *Pauperis*, inquit, *non miſereberis in iudicio*; quaſi dicat, ne in pauperis quidem fauorem vllum permitto Iudici à iuſtitia receſſum. Notat verò egregiè D. Auguſt. q. 88. in Exod. addi ſtatim in litera: *Si occurreris boui inimici tui, aut aſino erranti, reduc ad eum*. Ibid. n. 4. vt ſignificetur, non prohiberi abſolutè miſericordiam erga pauperem, cùm etiam erga inimicum exerceri iubeatur: ſed miſericordiam in iudicio, ne ſpecioſo miſericordiæ titulo, debita iudicij æquitas violetur. Quare illud Chriſti Domini: *Ego ſicut audio, iudico*. Ioan. 5. n. 30. ſibi vſurpare debet optimus quiſque, non ſolùm Iudex, ſed etiam paterfamilias. Quid eſt enim, *ſicut audio*? Optimè rem declarat D. Bernard. de gradib. humilitat. *Non*, inquit, *ſicut odi, non ſicut amo, non ſicut timeo; ſed ſicut audio*. Vt in cauſis familiarium tractandis nullus priuatus affectus, ſed ſola ratio, & æquitas attendatur.

Deus, ſumma æquitatis exemplum.

C

Summa æquitas in Dei miſericordia.

D. Greg. Nazianz.

D

D. Auguſt.

Miſericordia ſpecies debitam iudicij non violet æquitatem.

E

Nõ affectus, ſed ratio in amicorum cauſis ſequenda.

13. Æquiſſimum igitur in hac parte ſe præbuit Elcana; nullo priuato affectu duci potuit, vt ab æquitatis norma deflecteret. Imò in eo fauore, quo intra iuſtitiæ limites vſus eſt, conferendo Annæ vnam partem præcipuam, tam ſingularem tenuit moderationem, vt nullam in altera vxore inuidiam excitaret. Neque enim Phenenna inuidebat Annæ, vt magis à viro ſuo dilectæ, ſed potiùs inſultabat, vt magis à Deo contemptæ: vt ex litera planum eſt. Non potuit parens ille, de quo Lucas cap. 15. à n. 11. filio prodigo in domũ redeunti, vitulum ſaginatũ apponere epulãdum, quin alter inuidiæ ſtimulis pungeretur, & nõ ſolùm in fratrẽ contumelioſus ſuperbiret, ſed etiam in patrem ſupercilioſus blateraret. Nam, vt bene D. Chryſol. ſerm. 4. *Fratri inuidus animus, gratus eſſe non poteſt patri: paternæ largitatis memor nõ eſt, qui eſt fraternæ immemor charitatis; hædum ſibi datum negat, qui ſubſtantiæ partem tota tempore diuiſionis accepit*. Vide, quàm difficilè inter fratres ſeruetur concordia, quando pater in alterum etiam iuſtiſſimè inclinat. Nihilominus Elcana tanta prudentia fauet vni vxori, vt nihil habeat altera, vnde de illo conqueratur; ſequutus nimirum Chriſti Domini exemplum, priuſquàm videret: qui Petro, Iacobo, & Ioanni beneuolentiùs fauebat; ſed tanta prudentia, ac moderatione, vt nunquam alios ad inuidiam prouocaret, vt diximus.

Inæqualitas inuidiæ & diſcordiæ fomes.

A

D. Chryſol.

B

SECTIO II.

Charitas, & concordia coniugalis commendatur.

1. QVanta eſſe debeat charitas, & concordia coniugalis, ipſi in primis Ethnici ſignificarunt: qui, vt refert Euſeb. lib. 3. de præpar. Euang. c. 1. in ſacrificijs Iunonis, quam nuptiarum præſidem credebant, victimã ſine felle immolabant: *Vt oſtenderẽt*, inquit, *abſq; ira, & odio, & amaritudine matrimoniũ eſſe oportere*. Primi coniugij paranymphus fuit ipſe Deus, qui *ædificauit coſtã, quam tulerat de Adã in mulierẽ, & adduxit eã ad Adam*. Gen. 2. n. 22. At cur non ex alia materia, quàm ex coſta Adami, mulierem fabrefecit? Planè, vt eam inter eos charitatem confirmaret, quæ vnitas videretur. Vnde D. Chryſ. hom. 20. in Epiſt. ad Epheſ. *Permiſit*, inquit, *Deus Adæ, vt ſororem ſuã in vxorem duceret; imo verò non ſororem, ſed filiam; quin adhuc, ne filiã quidem, ſed propinquius quiddam filia, carnem videlicet ſuam ipſius. Mulierem enim non fecit ex eo quod eſſet extra corpus Adæ, ne tanquam cum aliena cohæreret*. Quòd ſi quæras, cur de latere dormientis potiùs, quàm vigilantis, ea coſta ablata fuerit. Geneſ. 2. n. 21. In promptu ratio eſt; ne cum aliquo doloris ſenſu auferretur, ex quo poſtea rixarum occaſiones inter coniuges naſcerentur.

C

Matrimoniũ ſine amaritudine fellis.

Euſeb.

Deus primus coniugij paranymphus, charitatem, imò vnitatem commẽdauit.

D Chryſ.

D

2. Sed parum erat, in vnã carnem coniuges coaleſcere: opus fuit, vt in vnum ſpiritum conuenirent. Vnde illã coniugij legem, quam Deus impoſuit Adamo: *Relinquet homo patrem ſuum, & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna*. Gen. 2. n. 24. ita Propheta explicauit: *Hæc particeps tua, & vxor fœderis tui. Nonne vnus fecit, & reſiduum ſpiritus eius eſt*. Malach. 2. n. 14. & 15. vbi vxor dicitur reſiduum ſpiritus viri. Nam quo pacto Lyricus 1. carm. ode 3. Epicum appellauit, *Animæ dimidium meæ*: ita vxor dici poteſt animæ dimidium viri. Ac ſi vterq; coniux integro ſpiritu; dimidio tamen alteruter frueretur: atq; ita Deus illos conſtruxerit, vt dimidium ſpiraculum vitæ in Adamum, alterum dimidium in Euam inſpirauerit; atque vtrumq; ex eodem ſpiritu, ſeu ex eadem anima conſtituerit: vnáque proinde anima adæquatè in vtroque, inadæquatè in alterutro includeretur. Emphaticè verò dicitur: *Nonne vnus fecit*? Hoc eſt, nónne, qui vtrumque fecit, vnus eſt Deus? Vt ita auctoris ſui vnitatem, quæ ſumma eſt, matrimonij vnitas imitaretur.

Non ſolùm in vnum corpus, ſed & in vnum ſpiritum coniuges coaleſcant.

E

Horat.

3. Hanc inter coniuges charitatem, & concordiam non ſemel ſacræ literæ commendant. Finito

diluuio,

Coniugalis amor in vnũ animum totam domum coniungit. D. Ambr.

A diluuio, *recordatus eſt Deus Noë, cunctorúmque animantium, & omnium iumentorum, quæ erant cum eo in Arca*, Gen. 8. n. 1. Vbi D. Ambr. lib. de Noë, cap. 16. hanc quorundam quæſtionem in mediũ adducit: *Mouentur*, inquit, *plerique, qua de cauſa non dixerit ſcriptor, quod etiam vxoris, & filiorum Noe memor fuit Dominus, cùm beſtiarum & iumentorum fuerit memor.* Et ſtatim reſpondet aptè ad rem præſentem: *Cùm dixerit*, inquit, *quod Noë memor fuerit, in auctore, & præſule domus, neceſſitates eius reliquas comprehendit. Etenim cùm omnes inuicem ſibi chari ſunt, vna eſt domus; cum autem diſcrepant, ſeparantur, & ſcinduntur in plures domos. Vbi ergo charitas, ibi ſenioris nomine, de quo pendent cæteri, domus omnis ſignificatur.* Sic B Ambr. Itaque mutua inter ſe coniugum charitas, & concordia planè efficit, vt ſub vnius nomine, non ſolùm vterque ſimul coniux, ſed omnes etiam familiares intelligantur, & in vnum omnes animum, atque ſpiritum conſpirent.

4. *Ex primogenitorum oblatione, coniugium & concordia commendatur.*

Celebris eſt in Scriptura illa lex primogenitorum: *Sanctifica*, inquit, *mihi omne primogenitum, quod aperit vuluam in filiis Iſraël.* Exod. 13. num. 2. Cuius ratio multiplex eſt: illa tamen facit ad præſens inſtitutum, quam tradit Philo Heb. lib. de præmijs, & honoribus ſacerd. *Vt appareat*, inquit, *gratam eſſe fœcunditatem, vel præſentem, vel quæ ſperatur in poſterum. Id quod cedit in laudem coniugij, ſacrari primum eius fructum, ſimúlque coniuges admonet* C *temperantiæ, curæ domeſticæ, atque concordiæ: vt mutuo conſenſu in veram, firmámque ſocietatem conueniant.* Vt enim illa arbor, ex qua fructus pulcherrimi naſcũtur, Deo, antequam proueniant, conſecrati, amatur, & colitur; & vt ager, primitiarum ex quibus gratiſſima Deo vota nuncupantur, in delicijs eſſe ſolet, & in amore, atque ex ſanctitate fructuum quos Deo producunt, illa arbor, & hic ager, quandam veluti ſanctitatem ſortiuntur: ita ſignificare voluit Deus, coniuges ex quibus primogeniti, gratiſſima Deo germina offerebantur, tanquam rem ſacram ab alijs habendos eſſe, & ipſos inter ſe ſanctè, caſtè, concorditérque victuros.

5. Hoc mihi videtur Sapiens indicaſſe, cùm dixit: D *Domus & diuitiæ dantur à parentibus; à Domino autem propriè vxor prudens.* Prouerb. 19. n. 14. Quaſi bona vxor inter cætera bona coniugalia, donum ſit, non humanũ, ſed planè diuinum. Myſterio tamen non caret Septuaginta Interpretũ tranſlatio:

Coniugum concordia, harmonia. D. Ambr.

A Domino, inquiunt, *aptatur mulier viro.* Vbi verbũ Græcum ἁρμόζεται, propriè ſignificat, aptare cum quadam harmonia, qualis neceſſe eſt, vt in optimo coniugio reperiatur. Quod D. Ambr. lib. 8. in Luc. c. 16 rectè expendens: *Harmonia*, inquit, *conueniens, & apta rerum omnium dicitur commiſſa connexio. Harmonia eſt, cùm fiſtulæ organi per ordinem copulatæ, legitima tenent gratiam cantilenæ, chordarúmque aptus ſeruat* E *ordo concordiam. Itaque non habent harmoniam ſuam nuptiæ, quando Chriſtiano viro Gentilis mulier non legitimè copulatur. Ergo vbi nuptiæ, harmonia: vbi harmonia, Deus iungit: vbi harmonia non eſt, pugna, atque diſſenſio eſt, quæ non eſt à Deo, quia Deus charitas eſt.* Itaq; ſicut in optima harmonia omnes inter ſe voces, acutæ, graues, & mediæ, pro rata proportione concorditer reſpondent, & æquabiliter attemperantur: ita in optimo coniugio omnia inter ſe coniugum non ſolùm externa facta, ſed etiam interna ſenſa concinere debent, & concordare.

6. *Coniugia concordiã inter exteros conciliant & amorem.* D. Auguſt.

Vnde diſſidentes inter ſe hominum animi, nulla meliùs ratione, quàm connubialibus legibus fœderantur, & ad concordiam reducuntur. Quærit D. Aug. lib. 15. de Ciuit. cap. 16. cur prohibuerit Deus, ſaltem paulò poſt mundi principium, ne inter conſanguineos coniugia contraherentur. Et A reſpondet, factum hoc fuiſſe, ad concordiam inter externos conciliandam: *Habita*, inquit, *eſt ratio rectiſſima charitatis, vt homines quibus eſſet vtilis, atque honeſta concordia, diuerſarum neceſſitudinum vinculis necterentur, nec vnus in vna multas haberet, ſed ſingulæ ſpargerentur in ſingulos: atque ita ſe non in paucitate coarctatum, ſed latiùs, atque numeroſius propinquitatibus crebris vinculum ſociale diffunderet.* Itaque maxima vigere debet in coniugio concordia, ad portãda vitæ onera, & labores ſuſtinendos. Vnde Chriſtus Dominus fatetur quidem, ſe veniſſe in mundum, vt maximas hominum neceſſitudines reſcinderet: *Veni*, inquit, *ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum, & filiam aduerſus matrem ſuam, & nurum aduer-* B *ſus ſocrum ſuam.* Matth. 10. n. 35. non tamen dicit; & vxorem aduerſus virum ſuum: aut vice verſa. Vt ſignificet, coniugalem concordiam, & neceſſitudinem inſolubilem eſſe debere, nec vlla ratione dirimendam: vt coniuges non ſolùm in vna carne, ſed & in vno ſpiritu concordes, ſibi mutuo ſint auxilio ad vitæ miſerias perferendas, & labores ſuſtentandos. Idcirco coniuges, *ceruus chariſſima, & gratiſſimus hinnulus* dicuntur Prouerb. 5. n. 19. Nam vt cerui, auctore Plin. lib. 27. naturalis hiſtoriæ, cap. 9. & D. Auguſt. lib. 83. quæſt. q. 71. quando fretum aliquod tranant, ſibi mutuò in ſuis capitibus ſuſtentandis auxiliantur; & propterea pacis, C & concordiæ ſymbolum præferre dicuntur: ita coniuges in ferendis laboribus ſibi mutuas præſtant operas, & partitis oneribus ſibi inuicem minuunt difficultates.

Coniugalis concordia vinculum inſolubile.

Coniuges cur cerui. Plin. D. Aug.

7. *Inordinatus vxorũ amor, virorum ruina.*

Sed cauendum, ne illa concordia ex aliquo inordinato affectu coaleſcit; qualis inter primos parentes interceſſit, qui propterea & ſe, & ſuos poſteros perdiderunt. Quærit enim D. Ambroſ. ſerm. 15. in Pſal. 118. cur diabolus primum parentem non per ſeipſum, ſed per vxorem ad inobedientiam prouocarit. Et reſpondet, illecebram coniugalis amoris illi fuiſſe viſam fortiorem ad virilem animum ſubruendum, quàm diabolicos D inſultus: *Serpens*, inquit, *ille callidus, & aſtutus ad conſtruendas nequitiæ ſuæ artes, fœmineis magis illecebris, quàm ſuis commiſit venenis. Itaque fœmina virum, quem ſerpens tentare non auſus eſt, molli quadam, & conciliatricula vxoriæ ſedulitatis affectione traduxit.* Et in maiorem huius affectus deteſtationem addit, multos è martyrio victores euaſuros fuiſſe, niſi priùs hoc affectu vincerentur: *Sæpe*, inquit, *cognouimus, quoniam, quem formidoloſa carnificum pompa non terruit, nec diuiſi lateris ſulcus infregit, nec ardentes laminæ à triumphalis fortitudinis rigore abducere potuerunt, eum inter ſacra iam præmia conſtitutum, vxor teneræ ſobolis oblatione miſerabilis, vnius lacrymæ miſeratione decepit. Samſon captus eſt per vxorem: nun-* E *quid tu fortior? Salomon captus eſt in vxore: nunquid tu ſapientior?*

8. Cæterùm de Samſone notũ eſt, quomodo leonem ſtrangularit, vincula fregerit, meſſes incenderit. Iudic. 14. 15. & 16. & tamen æquè notum eſt, quomodo hunc inordinatum affectum in vxorem compeſcere non potuerit. Quod expendens D. Ambr. in apologia Dauid: *Samſon*, inquit *validus, & fortis leonem ſuffocauit, ſed amorem ſuum ſuffocare non potuit: vincula ſoluit hoſtium, ſed ſuarum non ſoluit nexus cupiditatum: meſſes incendit alienas, & vnius ipſe mulieris accenſus igniculo, meſſem ſuæ virtutis amiſit.* Hunc virorum affectum probè nouerat diabolus, cùm Iobo ſub immenſa malorum Iliade laboranti, ſolam ex omnibus domeſticis vxorem conſolatricem, ſeu potiùs inſidiatricem adeſſe voluit. Quærit D. Chryſoſt. homil. 5. de Iobi patientia, quò ſpectauerit hoc diaboli conſilium. *Quare*, inquit,

D. Ambr.

Viri grauiùs ab vxore, quàm ab externis hoſtibus læduntur. D. Chryſ.

inquit, *vxorem Iobi cum liberis non extinxit diabolus?* Reſpondet. *quoniam viderat magnâ ſe cum illa operaturum ad ſuas inſidias.* Quaſi exiſtimaret plus præſidij ſibi eſſe in vna Iobi vxore, quàm in omnibus aliis fraudum machinamentis, quibuſcunque ad Iobum expugnandum vteretur. Nec immeritò. Vt enim facilius eſt, hoſtem ligatum, quàm expeditum ſuperare: ita facilius erat mulieri, quàm diabolo, hominem illicere ad peccandum; diabolus enim cum ſoluto hoſte, & expedito congreditur; fœmina cum ligato, dum vir etiam ante pugnam inordinato ſuæ coniugis amore conſtringitur, & coërcetur. Vnde viri grauiùs ſæpe ab vxore, quàm ab externis hoſtibus læduntur, vt D. Chryſ. tom. 1. ſerm. de lapſu

D. Chryſ.

B primi hominis teſtatur: *Adam, inquit, per vxorem inuenit interitum, quam à Deo acceperat in auxilium; plus domeſticis, quam inimici iaculis læditur, plus proprio, quàm hoſtili enſe perimitur, plus mulieri, quam externo gladio vulneratur.*

9\. Quare ſi coniugalis affectus ab eo ordine, quem germana charitas præcipit, deflectat, nihilo differt ab adulterino, vt ex D. Hieron. ſuprà diximus, annot. 5. Sect. 1. Imò Clemens Alexan lib. 2. Pædag. cap. 10. rectè monet, coniugalem amorem, ſi nimius ſit, in odium degenerare. Nam loquutus de coniugum inter ſe beneuolentia præcipiti, vt appellat, hoc eſt nimia, & effrænata: *Exigno, inquit, ſtrict tempore. & cum corpore conſeneſcit, nunquam autem præſine cit, flacceſcente iam. & marceſcente libidi-*

D Hier.

Inordinatus coniugum amor in odium ſæpe degenerat.

C *ne quando matrimonialem moderationem, ac temperantiam meretriciæ voluptates iniuria affecerint. Amantium enim corda ſunt volucria, amoriſque irritamenta extinguuntur ſæpe pœnitentia: amórque ſæpe vertitur in odium, quando reprehenſionem ſenſerit ſatietas.* Vbi plura de hac re. Neque ſolùm in odium vertitur hic nimius affectus; ſed etiam, quod eſt deterius, in perfidiam; vt patet in Salomone 3. Reg. 11. à num. 1. Quod expendens D. Ambr. lib. 1. de Abraham, c. 9. *Sæpe*, inquit, *illecebra mulieris decepit etiam fortiores maritos, & à religione fecit diſcedere: & ideo tu, vel amori conſule, vel errorem caue.*

Imò, quod peius eſt, in perfidiam.

D. Ambr.

10\. In hac re ſingulare præbuit Elcana coniugatis

D omnibus exemplum. Amauit quidem, ſed caſtè; & modum impoſuit amori, qui modum neſcit. *Quis enim modus adſit amori?* Vnde paulo inferius ſeipſum erga vxorem comparat filiis erga matrem. Sic enim ad Annam: *Nunquid non ego*, inquit, *melior tibi ſum, quam decem filij?* Vt enim filij matrem honeſto, ac puro amore proſequuntur: ita ille eadem amoris honeſtate, ac puritate ſponſam diligebat. Quo pacto & Iſaac vxorem Rebeccam loco matris ſuæ Saræ repoſuit, & adamauit. Nam vt eſt in litera, *introduxit eam in tabernaculum Saræ matris ſuæ, & accepit eam vxorem: & in tantum dilexit eam, vt dolorem, qui ex morte matris eius acciderat, temperaret.* Geneſ. 24. n. 67. Vbi amor optimi ſponſi erga optimam ſponſam, amori optimi filij erga optimam

Vxores tanquam matres honeſtè diligendæ.

Viri tanquam patres erga vxores.

E matrem comparatur. Vt ſicut hic caſtus, & honeſtus eſſe ſolet, ita & ille ſuiſſe cenſeatur. Nec minùs eleganter inuerſo ordine honeſti viri erga vxores comparantur parentibus erga filias. Ita Propheta Nathan Vriæ vxorem, eius filiam appellauit, & proinde Vriam eius patrem: *Eratque*, inquit, *illi ſicut filia.* 2. Reg. 12. n. 3. Cur verò ſicut filia? An quia Vrias erat natu maior? Ita Vatabl. An quia vnicè eam diligebat? Ita pleriquè interpretum. An quia illam caſtè honeſtéque amabat? Ita mihi videor poſſe ad literam interpretari. Vt enim parentes honeſti filiorum amatores eſſe ſolent, ita & Vrias vxoris ſuæ: argumento, quòd ne inuitatus quidem ſemel, atque iterum à Rege, eam voluerit conuenire. 2. Reg. 11. à n. 8. ne militarem ardorem,

Vatabl.

A quo incitabatur coniugali amore, paululùm conſopiret. Eandem ob cauſam, vt Theodor. obſeruat, Booz antequam Ruth vxorem duceret, bis eam filiam appellauit: *Audi filia*, inquit cap. 2. num. 8. Et rurſum: *Benedicta, inquit, es à Domino filia.* cap. 3. n. 10. Vt non tam vt ſponſus, quam vt parens, eam caſtiſſimè amare videretur.

Theod.

11\. Talis planè fuit Elcana, & propterea non externas dotes, quæ tempore ipſo marceſcunt, & extinguuntur; ſed probos mores, ac virtutes, quæ magis in dies iuueneſcũt, ac roborantur, diligebat. Idque ex eo patet, quòd ſterilem, contemptibilem ac deſpicabilem amabat. Cæteri hominum non tam mores in vxoribus requirunt, quam dotes. Vnde

Mores, non dotes in vxoribus diligantur.

B Martia Catonis filia, ideo nubere recuſabat, quia videbat, non ſe, ſed ſua à viris diligi. De qua re D. Hieronym. lib. 1. contra Iouinian. *Cùm, inquit, quæreretur ab ea, cur poſt amiſſum maritum, denuo non nuberet. Reſpondit, non ſe inuenire virum, qui ſe magis vellet, quam ſua.* Quam iniuriam inique ferens D. Ambroſius in exhort. ad Virgines: *Meliori, inquit, conditione mancipia, quàm coniugia comparantur; in illis meritum emitur ſeruitutis, in iſtis pretium ad ſeruitutem additur. Nupta venalis auro grauatur, auro æſtimatur.* Itaque homines pro mancipiis, imò & iumentis domum inferendis pecunias erogant; pro ducendis vxoribus exigunt. Quid iniquius, quam vt deterior vxorum, quàm iumentorum conditio ha-

D Hier.

D Ambr.

Iniqua vxorum conditio, quæ ſine dote reiiciuntur.

C beatur?

12\. At Elcana nihil minùs in vxore, quàm corporis dotes, nihil magis, quàm animi virtutes requirebat: ſequutus Abrahamum, qui daturus vxorem filio ſuo Iſaac, eam non ex vicinis gentibus Chanaan, nullam morum ſuauitatem ſpirantibus; ſed ex remotis Meſopotamiæ locis, auitam indolis, & ingenij præſtantiam redolentibus accerſiuit. Geneſ. 24. à num. 2. Quod expendens D. Ambr. lib. 1. de Abraham, cap. 9. *Diſce, inquit, quid in vxore quæratur. Non aurum, non argentum quæſiuit Abraham, non poſſeſſiones, ſed gratiam bonæ indolis.* Et fuſiùs D. Chryſoſt. hom 48. in Geneſ. *Attende*, inquit, *quomodo veteres non quærebant ſubſtantiam mul-*

Non tam corporis, & fortunæ, quam animi dotes iuſti in vxore requirunt.

D Ambr.

D. Chryſ.

D *tam, non diuitias, non ſeruos, non iugera agri, non externæ venuſtatis formam, ſed animæ pulchritudinem, & morum nobilitatem. Nam quoniam videbat malitiam eorum, qui in Chananæa habitabant, præcipit ſeruo, & iuramentum adhibet, vt ex ſua cognatione vxorem adducat Iſaac, habens reſpectum virtutum animæ, & abhorrens à vicinorum malitia.* Et plura de hac re adducit homil. 20. in Epiſt. ad Epheſ. Neque ſolùm in filij vxore, ſed multo magis in ſua ſimilitudinem morum, & virtutum pulchritudinem Abrahamus requirebat. Quo exemplo vtitur D. Ambroſ. ad eos, qui ſecus faciunt, arguendos. Nam lib. de inſtitutione virginis, cap. 4. *Cur tu*, inquit, *vultus decorem in coniuge magis, quàm morum requi-*

D. Amb.

E *ras? Placeat vxor honeſtate magis, quam pulchritudine. Illa eligatur, quæ Saram moribus referat. Non eſt vitium mulieris, eſſe quod naſcitur, ſed vitium viri eſt, quærere in vxore, quo ſæpe tentetur: in quo, ſi infirmior fuerit mulier, ipſa labatur: ſi fortior, vir periclitetur.* Et lib. 1. de Abraham, cap. 2. *Qui, inquit, ſuauitatem quærit coniugij, non ambiat monilibus ornatam, ſed moribus.*

Ex quibus patet, coniugalem affectum
eò eſſe firmiorem, quò maioribus
animorum virtutibus inter
coniuges fulciatur.

* * *

SECTIO III.

Coniugalis Elcanæ amor, Chriſti Domini, erga ſuam Eccleſiam amorem repræſentat.

1\. *D.Greg. Hug.Vict. Beda Carthuſ. Betcor.*

ITa D.Greg. Hugo Victor. & Cardin. Beda, Carthuſ. Betcorius, & alij interpretantur. Notandum verò eſt, militantem Eccleſiam, de qua hîc agimus, aliquando ita latè ſumi, vt omnem congregationem fidelium viatorum, ſub quacunque lege, naturali, ſcripta, & noua comprehendat; aliquando ita preſsè, vt ſolos fideles ſub lege gratiæ complectatur. Nam ſicut nomen Synagogæ proprium eſt congregationis Iudæorum; ita nomen Eccleſiæ ad Chriſtianorum congregationem ſignificandam iam inde ab ipſis Apoſtolorum temporibus vſurpatur. Nec immeritò, vt ex ipſa nominum etymologia deducitur: nam Synagoga dicitur à verbo Græco συνάγω, id eſt, *Congrego*: Eccleſia à verbo Græco καλέω, id eſt, *conuoco*; quorum hoc proprium eſt hominum, illud beſtiarum: beſtiæ namque congregari dicuntur; homines conuocari, vt D. Aug. in Pſalm. 81. expendit, *Noſtram*, inquit, *Eccleſiam Apoſtoli nunquam Synagogam dixerunt, ſed ſemper Eccleſiam, ſiue diſcernendi cauſa, ſiue quod inter congregationem, vnde Synagoga, & conuocationem, vnde Eccleſia nomen accepit, diſtet aliquid, quod ſcilicet congregari & pecora ſolent; conuocari autem magis eſt vtentium ratione, ſicut ſunt homines.* Vbi vides Iudæos brutis, Chriſtianos hominibus comparari. Licèt enim olim Iudæi cum Ethnicis comparati, homines comparati cum brutis viderentur, iuxta illud; *Homines, & iumenta ſaluabis Domine.* Pſ. 35. n. 7. id eſt, Iudæos, & Gentiles, vt Arnobius, Euthym. aliique interpretantur: tamen comparati cum Chriſtianis, hi homines, illi beſtiæ cenſentur. Nos igitur hoc loco præſertim agimus de amore Chriſti Domini erga Eccleſiam ſub lege gratiæ, quam Anna, vel ipſa notatione ſui nominis, quod gratiam ſignificat, adumbrabat.

Synagoga Iudæorum, Eccleſia Chriſtianorum congregationem ſignificat.

Etymon vtriuſque.

D.Aug. Iudæi cum Gentilibus comparati, homines: cum Chriſtianis, beſtiæ cenſentur.

Arnob. Euthym.

2\. Age verò huius amoris vis, & effectus breuiter expendatur. Vim huius amoris non obſcurè ſignificauit D. Paulus: nam cùm à viris requireret maximam erga vxores ſuas charitatem: *Viri*, inquit, *diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam*, Epheſ. 4. n. 25. Ac ſi nullum exemplum ardentioris amoris proponi potuiſſet. Sed ſi obiter quæras, cur tantum amorem à viris erga vxores requiſiuit? Reſpondeo, quia ſupremam ab vxoribus obedientiam erga viros requiſiuerat. Dixerat enim paulò antè: *Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint, ſicut Domino*, ibid. n. 22. Vbi egregiè D. Chryſ. hom. 20 in epiſt. ad Epheſ. *Vidiſti*, inquit, *menſuram obedientiæ? audi etiam menſuram dilectionis. Vis tibi obedire vxorem, ſicut Chriſto Eccleſiam? Ipſe quoque eius curam gere, ſicut Chriſtus Eccleſiæ.* Quod quidem intelligere Prælati debent. Nam ſi volunt, vt ſibi tanquam Chriſto à ſubditis pareatur, debent & ipſi tanquam Chriſtus ſubditis prouidere; vt eos tanquam Chriſtum ſubditi ament, debent ipſi tanquam Chriſtus ſubditos amare. Quòd ſi ipſi in amore deficiant: quid ſubditos obedientia deficere admirantur, & conqueruntur? Sed ad inſtitutum vt redeam.

Summus Chriſti erga Eccleſiam amor.

Chriſti amorem viri, Eccleſiæ obedientiam vxores imitentur. D.Chryſ.

3\. Eundem amorem erga Eccleſiam ſignificauit olim Deus. Nam poſtquam libellum repudij dedit Synagogæ, dicens: *Quoniam ipſa non vxor mea, & ego non vir eius*. Oſeæ 2. n. 2. ſe quàm primum ad Eccleſiam conuertit, dicens: *Sponſabo te mihi in ſempiternum*. ibid. n. 19. Sed cur dicitur ſponſa in ſempiternum, non vxor. D. Aug. ſerm. 21. de temp. exiſtimat rationem eſſe, vt huius amoris puritas ſignificetur. *Semper* inquit, *virgo eſt, quæ ſemper ſponſa eſt: & quæ vocabulo ſponſæ non caruit, in æternum virgo permanſit.* Sed aptè ad præſens inſtitutum mihi videtur Ribera interpretari: *Sponſam*, inquit, *potiùs dicit, quam vxorem, vt ardentiorem ſignificet amorem.* Et confirmant verba, quæ ſequuntur: *Sponſabo te mihi in miſericordia, & miſerationibus.* Vbi hæc vocabulorum geminatio copioſiſſimam miſericordiæ, ac beneficentiæ effuſionem ſignificat, iuxta illud Pſal. 102 n 4. *Qui coronat te in miſericordia, & miſerationibus*: hoc eſt, ampliſſima quadam miſericordia.

Eccleſia Chriſti ſponſa, non vxor ob amoris puritatem, & feruorem. D.Auguſt.

Ribera.

4\. De hoc amore intelligi poteſt illud: *Filij ſapientiæ, Eccleſia iuſtorum, & natio illorum obedientia, & dilectio.* Eccleſiaſtici 3. n 1. Vbi filij Eccleſiæ dicuntur non ſolùm dilecti, ſed etiam ipſa dilectio. Hæc autē dilectio non ſolum actiuè ſumi poteſt, vt amor Eccleſiæ erga Deum declaretur; ſed etiam paſſiuè, vt amor Dei erga Eccleſiam exprimatur. Sicut etiam Cant. 2. n. 7. *Adiuro vos filiæ Hieruſalem, ne ſuſcitetis neque euigilare faciatis dilectam*; Hebraicè, *dilectionem*. Et Cant. 7. n. 6. *Quam pulchra eſt, & quam decora chariſſima in deliciis!* Septuaginta legunt: *dilectio in deliciis.* Vbi cum illa concreta, *dilecta*, & *chariſſima*, ſint paſſiuæ ſignificationis, eiuſdem etiam ſignificationis eſſe debent, & abſtracta, in quæ conuertuntur. Ex quibus omnibus fit, vt Eccleſia non ſolùm dilecta à Deo, ſed etiam ipſa Dei dilectio paſſiuè appelletur. Quo pertinet illud de ferculo Salomonis, *media charitate conſtrauit*. Cant. 3. n. 10. vbi charitas ponitur pro ipſa ſponſa, ſeu Eccleſia. Quaſi diceret, mediam, ſiue præcipuam ferculi, ſeu domus ſuæ partem, conſecrauit Eccleſiæ, adeò à ſe dilectæ, vt ipſa dilectio, ſeu charitas nuncupetur. Nihil enim eſt, quod à Chriſto Domino ardentius diligatur. Iſaac poſtquàm Rebeccam vxorem accepit, *introduxit eam*, inquit textus, *in tabernaculum Saræ matris ſuæ: & in tantum dilexit eam, vt dolorem, qui ex morte matris eius acciderat, temperaret.* Geneſ. 24. num. 67. In quem locum Rupert. lib. 6. in Geneſ cap 45. *Re vera*, inquit, *Chriſtus Dominus ſecundum humanum affectum doluit ſuper matre ſua Synagoga: quippe qui ciuitatem videns fleuit ſuper eam.* Luc. 19. n. 41. *Sed adeptus nouam reginam, de qua ſibi noua gens naſcitura eſſet, rectè dolorem temperauit, & delectabiliter conſolatus eſt.*

Eccleſia ipſa Chriſti dilectio.

Dolorem ex Synagoga ruina, noua Eccleſiæ amore Chriſtus temperauit. Rupert.

5\. At quo noſtro merito factum eſt, vt Chriſtus Dominus tanta in Eccleſiam charitate flagraret? Planè nullo; imo multis demeritis præcedentibus. Nam ipſe prior dilexit nos, & miſit propitiationem pro peccatis noſtris. 1. Ioan, 4. n. 10. Vbi D. Aug. tract. 9. *Dilexit*, inquit, *impios, vt faceret pios: dilexit iniuſtos, vt faceret iuſtos: dilexit ægrotos, vt faceret ſanos.* Quis neſcit, Eccleſiam ex idololatriæ tenebris ad Euangelij lucem euocatam? De Libano venire iubetur, Cant. 4 n. 8 *Veni de Libano, coronaberis.* Vbi Tert lib 4. contra Marc. cap 11. *Eleganter*, inquit, *Libani montis mentio eſt iniecta, quia thuris vocabulum eſt penes Græcos: de idololatria enim ſibi deſponſabat Eccleſiam.* Myſterio non caret, quod Rebecca ad Iſaac, cui erat collocanda, camelo vecta ſit. Geneſ. 24. n. 64. Quod myſterium D. Amb. lib. 1 de Abraham, c. 9. declarauit: *Cum veheretur*, inquit, *camelo, venit ad ſponſum, eo quod populus nationum belluina quadam horridus meritorum deformitate, qui forma ſua nullum haberet decorem, fidem eſſet, atque conſenſum Eccleſiæ recepturus.* Huc etiam pertinet, quòd Rebecca conſpecto Iſaac, *tollens cito pallium operuit ſe*. ibid. n. 65. Aptè enim D. Greg. lib. 1. moral. cap 14. myſterium ad Eccleſiam traducit. *Pallio*, inquit *ſe operire curauit, quia ipſo Domino infirmitati ſuæ actiones erubuit.*

Eccleſia nullo proprio merito à Chriſto prius dilecta.

D.Aug.

Eccleſia de idololatria [illegible]

Tertul.

D.Ambr.

D.Greg.

6\. Nec immeritò. Erat enim quondam Eccleſia turpis, ac deformis, & nihilominus à Chriſto Domino tanquam pulchra, ac decora amabatur. Quod

Eccleſia quondā deformis,

Et quam pulchra à Chriſto amabatur.
D. Chryſ.

A D. Chryſ. homil. 20. in epiſt. ad Epheſ. expendens: *Vis*, inquit, *audire eius deformitatem? Audi Paulum dicentem: eratis enim aliquando tenebræ.* Epheſ. 5. n. 8. *Quid eſt atrius tenebris? & tamen tanquam pro ſpecioſa, tanquam pro dilecta, tanquam pro admiranda, ita ſe ipſum tradidit pro deformi. Hoc mirans dicebat Apoſtolus: Vix enim pro iuſto quis moritur.* Rom. 5. num 7. *Et cum talem accepiſſet, eam ornat, & lauat.* Æthiopiſſa erat Moyſis vxor. Num. 12. n. 1. & tamen Sephora, id eſt, *pulchra*, vt vertit Chaldæus, & aduertit D. Hieron. dicebatur. Sic & Eccleſia *nigra* erat, *ſed formoſa* Cant. 1. n. 4. Quia quamuis ex propriis vitiis ſummam deformitatem contraheret: ex diuinis tamen beneficiis ſummam venuſtatem induebat. Eundem Chriſti amorem erga Eccleſiam nihil ex ſuis operibus merentem, teſtatur ille prodigus, qui typus fuit Eccleſiæ, ſicut alter frater ſenior, Synagogæ. *Pater*, inquit, *peccaui in cælum, &* B

Chriſtus etiã in homines filiorum nomine indignos, pater.

coram te: iam non ſum dignus vocari filius tuus. Luc. 15. n. 21. Si verò ſe indignum filij nomine exiſtimat, cur nihilominus Deum patrem appellat? An poteſt eſſe pater, cui filius ex aduerſo non reſpondeat? Mira planè cernitur hoc lòco Dei beneuolentia in homines. Nam licèt homines peccando deſinant eſſe in ſubiectione filij: tamen Deus benefaciendo non deſinit eſſe in amore pater. Quod

D. Petrus Chryſol.

D. Petr. Chryſolog. ſerm 4. rectè expendit, vbi prodigum ſic loquentem introducit: *Ego*, inquit, *perdidi, quod erat filij; ille, quod patris eſt, non amiſit. Apud patrem non intercedit extraneus, intus eſt in patrie pectore, ipſe, qui interuenit, & exorat affectus: vrgentur patris viſcera, iterum filium genitura per veniam.* Vnde olim Synagogam hortabatur Deus, vt ſe patrem appellaret; *Ergo ſaltem*, inquit, *amodò voca me, pater meus, dux virginitatis mea tu es* Ierem. 3. num. 4. Cur, obſecro, pater appellari vult ab ea, quæ filia non erat, ſed inimica; & quæ eodem cap. num. 8. & 10. aduerſatrix, & præuaricatrix appellatur? Planè vt ſuum amorem etiam erga impios teſtetur, & eorum etiam, qui filij eſſe nolunt, patrem ſe profiteatur. Sed quia Synagoga rectè admonentem non audiuit, ideo admonet Eccleſiam, vt C D

Deus patris appellatione magis, quàm Domini delectatur.
D Cypr.
Theod

quotidianis precibus ſe patrem appellet. Ab hac enim appellatione Dominica oratio exorditur, *Pater noſter.* Nam vt bene D. Cyprian. de orat. Dominica: *Noſter*, inquit, *eſſe cœpit: Iudæorum, qui eum reliquerunt, eſſe deſiit.* Dicitur autem *Pater noſter*, non verò *Dominus noſter.* Vt enim bene Theodoret. initio comment. in Cant. *Tu patris appellatione magis, quam Domini delectaris.* Quibus ſimilia habet Tertul. lib. de orat. cap 2. cum enim nomen *Dominus*, timoris ſit, *pater*, amoris: pater dici maluit, quàm Dominus, quia, vt notat Chryſolog. citatus, *magis amari voluit, quam timeri.*

Tertul.
Chryſol.

7. En huius amoris vis: ſed quis effectus? Diſce ex Elcana. *Annæ autem dedit partem vnam triſtis, quia Annam diligebat.* Lætus quidem fuit dando, ſed exiguum dando triſtis. Ita planè Chriſtus Dominus non ſolo affectu amabat, ſed effectu. Internũ amorem externis beneficiis prodebat. Dabat, & quidem tantò libentiùs, quantò abundantiùs. Si quando autem minùs, aut laborioſiùs aliquid dabat, triſtabatur. Lætus itaque honores, triſtis labores conferebat. Quis, obſecro, munificentior largitor? Quis libentior cæleſtium gratiarum effector? Ille Abrahami ſeruus, nuptiarum inter Iſaac, & Rebeccam paranymphus, inito fœdere nuptiali exultabundus, ſtatim munera contulit nouæ ſponſæ. *Prolatis*, inquit textus, *vaſis argenteis, & aureis, ac veſtibus, dedit eà Rebeccæ pro munere.* Geneſ. 24. num. 53. Quid verò aliud hæc donatio ſignificat, niſi quod D. Amb. lib. 1. de Abraham, c. 9. expreſſit? *Vbi,* E

Suum amorẽ erga Eccleſiam Chriſtus beneficiis prodit.
D. Ambr.

A inquit, *ſponſata eſt Eccleſia, accepit vaſa aurea, & argentea, in quibus eſt theſaurus fidei.* Quaſi ſuam ſibi Eccleſiam non videretur Chriſtus Dominus amare, niſi pariter locupletaret.

8. Celebris eſt ille locus Cant. 4. num. 8. in quo Chriſtus Dominus Eccleſiam ter inuitat ad coronam. *Veni*, inquit, *De Libano, ſponſa mea, veni de Libano, veni, coronaberis.* Cur, quæſo, ter euocatur quæ vnico tantùm nutui obediret? D. Gregor. Magnus ibi cauſam eſſe dicit, vt ex trina vocatione ſignificetur trina virtus, fides, ſpes, charitas, ad quas accipiendas inuitatur. *Quid eſt*, inquit, *quod ter dicitur, veni, niſi, quia in fide, ſpe, & charitate, quidquid operatur, ſubſiſtit: vt his tribus munita virtutibus, robur habeat, per quod in hac via non laſſeſcat?* Neſcit enim Chriſtus Dominus, niſi ad beneficia inuitare. D. Gregorius Nyſſen. paulò aliter exponit, nempe ideo ſæpius euocari, vt nunquam deſinat venire, ſed ſemper ad ſublimiora enitatur. *Nunquam*, inquit, *aſcendenti deeſt exhortatio, qua ſemper ad maiora pertrahatur.* Et paulò pòſt notat, poſtquàm diuinus ſponſus dixit: *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te*, ſtatim ſubdidiſſe: *Veni de Libano, ſponſa mea. Ne*, inquit, *propter hoc teſtimonium ſtulto faſtu elata in progreſſu ad altiora impediatur; rurſum voce exhortatoria eam ad deſiderium ſuperiorum excitat. Quaſi diceret, cum ad hanc ſublimitatem perueneris, ne ſubſiſtas in aſcendendo, quaſi iam perfectionem aſſequuta ſis.* Itaque tam multis beneficiis à Chriſto Domino Eccleſia excolitur, vt nullus eorum finis videatur; ſed ſemper ex acceptis alia, atque alia excipienda renaſcantur. B C

Neſcit Chriſtus Dominus niſi ad beneficia Eccleſiam inuitare.
D. Greg.
D Greg. Nyſſen.

9. Sed quid illud beneficium longè maximum, quo Chriſtus Dominus non ſolùm ſua, ſed etiam ſe ipſum tradidit Eccleſiæ? *Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret.* Ioann. 3. num. 16. Et ſicut in corporali coniugio, *vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier.* 1. Corinth. 7. num. 4 ita in ſpirituali, ac myſtico inter Chriſtum, & Eccleſiam conſecrato, Chriſtus ſui iuris quodammodo eſſe noluit, vt ſe totum in Eccleſiæ vtilitatem expenderet. Vnde D. Bernard tractatu de diligendo Deo: *Ipſe*, inquit, *fecit, vel potius factus eſt, vt amaretur; ſe dedit in meritum, ſe ſeruat in præmium, ſe apponit in refectione animarum ſanctarum, ſe in redemptione diſtrahit captiuarum.* Itaque omnibus modis ſuæ ſe Eccleſiæ impendit. Imò illam legem connubialem, quam ipſe impoſuit: *Dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ.* Matth. 19. numero 5. eo quo potuit, modo obſeruauit. Nam, vt notat D. Chryſoſtom. homil. 20. in epiſt. ad Epheſ. cùm non poſſet dimittere Patrem, ſaltem exiuit à Patre, & venit in mundum. Ioann. 16. num. 28. vt ſuæ Eccleſiæ tam perfectè adhæreret, vt Deus homo, & Verbum caro diceretur, & eſſet. At quò ſpectat hæc Dei cum homine in carne cognatio, niſi vt cauſam hominum acturus, non alienam, ſed propriam rem agere videretur? Vnde D. Bernard. ſerm 28. in Cant. *Meam*, inquit, *ad hoc induit formam, vt ſuſcipiat cauſam.* Quaſi diceret, vt foret ſtudioſius curator meæ cauſæ, voluit particeps eſſe meæ naturæ: ſic enim quodammodo vna ſalus ambobus erat. D E

Non ſolùm ſua, ſed etiã ſe ipſum ſponſæ Eccleſiæ Chriſtus tradidit.
D. Bern.
D Chryſ.
Chriſtus cum natura noſtram etiam cauſam ſuſcepit.
D. Bern.

10. Neque ſegnis, & inuitus, ſed promptus, & velox, vt ſuæ ſe traderet ſponſæ, feſtinauit. *Ecce iſte venit*, inquit ſponſa, *ſaliens in montibus, tranſiliens colles.* Cant. 2 num. 8. Vbi D. Bernardus ſerm 54. *Tranſilit*, inquit, *Gabrielem, & peruenit ad Virginem, eodem Archangelo teſtante: Aue gratia plena, Dominus tecum. Quid? quem modo reliquiſti in cælo, nunc in vtero reperis. Quonam modo? Volauit, & præuolauit ſuper*

Qua promptitudine, & velocitate ſe Chriſtus Eccleſiæ tradiderit.
D. Bern.

Dulcis inter Chriſtum. & ſponſam Eccleſiam colloquutio.

D Bern.

pennas ventorum. Victus es, ô Archangele, tranſiliit te, qui premiſit te. At quæ dulcior ſponſi cum ſponſa, quàm æterni Verbi cum humana natura colloquutio? *Ecce,* inquit ille, *tu pulchra es amica mea. Ecce,* inquit hæc, *tu pulcher es dilecte mi.* Cant. 1. num. 14. & 15. In quem locum D. Bern. ſer. 45. *Inter Verbum* inquit, *& animam, ac ſi inter duos vicinos familiares admodum celebratur confabulatio. Cedit faſtus, vbi conualeſcit affectus. Adeſt dilectus, amouetur magiſter, Rex diſparet, dignitas exuitur, reuerentia ponitur. Verbum, & anima habent linguas ſuas, quibus ſe alterutrum alloquuntur. Verbi lingua, dignationis fauor: anima lingua, deuotionis feruor.*

11\. *In Chriſti nuptiis cum Eccleſia, ſumma amoris communicatio.* *D Bern.*

Iam verò illa mutua bonorum omnium communicatio, quibus in nuptiis perfectior, quàm in his myſticis Chriſti Domini cum Eccleſia reperitur? *Capite,* inquit, *nobis vulpes.* Cant. 2. num. 15. Vbi D. Bernard. ſerm. 64. *Non putat,* inquit, *a ſe aliena lucra noſtra, qui ſe nobis tam dignanter aſſociat, dum iubet capi non ſibi, ſed nobis. Poterat dicere mihi; ſed maluit, nobis, conſortio delectatus? Quis hoc fecit? Amor. Amor dignitatis neſcius, dignatione diues, affectu potens, ſuaſu efficax. Quid valentius? Triumphat de Deo Amor. Quid tamen tam non violentum? Amor eſt. Quæ eſt iſta vis, quæſo tam violenta ad victoriam, tam victa ad violentiam?* Tandem coniugalis beneuolentia, ac beneficentia, niſi virtute fulciatur, duos, vel tres menſes, aut plurimùm, annum perſeuerat; vt D.

D. Chryſ.

Chryſoſtomus homil. 20. in epiſt. ad Epheſ. expendit. At verò Chriſti Domini erga ſuam Eccleſiam charitas, & largitas non ſolùm toto huius vitæ tempore, ſed etiam in extremo iudicio oſtendetur.

12\. *Orig. D Hilar. D. Chryſ.* *Chriſtus etiã in extremo iudicio ſponſi benignitatem poſtea aſſeret.*

Illam de decem virginibus parabolam Patres communiter, & interpretes, Origen. tractat. 32. in Matth. D Hilar ibid canone 27. D. Chryſoſtom. homil 69. Auctor operis imperf. homil. 52. D. Auguſt. ſerm. 22. de verbis Domini, & plures alij, de extremo iudicio ad literam interpretantur. Et tamen nunquam in ea Iudicis mentio fit, ſed ſemper ſponſi. *Exierunt obuiam ſponſo. Moram autem faciente ſponſo. Ecce ſponſus venit. Venit ſponſus* Matthæi 25 num. 1. 5. 6. & 10. Quid; obſecro, ſponſo cum Iudice? Quid thalamo cum tribunali? Quid nuptialibus tædis cum minacibus tubis? Planè mihi videtur Chriſtus Dominus etiam ad iudicium non tam ſeueritatem Iudicis, quàm benignitatem ſponſi allaturus, vt ſicut in primo aduentu *tanquam ſponſus proceſſit de thalamo ſuo.* Pſalm. 18. num. 6. ita & in ſecundo tanquam ſponſo obuiam ab omnibus exeatur, & quantùm in ipſo eſt, niſi ſua quemque iniquitas terreat, nemo timeat compedes ferreos, ſed ſperet annulos nuptiales. Neque ſolùm ſponſi erga ſponſam, ſed etiam filij erga patrem beneficentiam exhibebit. *Pater,* inquit Chriſtus Dominus, *non iudicat quemquam, ſed omne iudicium dedit filio.* Ioann. 5. num. 22. Cuius rei alias rationes præmittens, tandem hanc aſſignat. *Quia filius hominis eſt.* ibidem num. 27. Quam rationem D. Bern. ſerm. 3. in Cantic. ad præſens inſtitutum rectè expendit. *Non inquit, quia ſuus, ſed quia filius hominis eſt. O vere patrem miſericordiarum! Vult per hominem homines iudicari; quo in tanta trepidatione, & perturbatione malorum electis fiduciam præſtaret naturæ ſimilitudo.* Imò filiatio; quid enim patrem reum magis à timore liberaſſet, quàm ſi in filium Iudicem incidiſſet?

Imò filij in patrem beneficentiam exhibebit.

D. Bern.

13\. *Triſtatur grãdis amor, quoties grandia dare prohibetur.*

Atque hæc de primo effectu huius amoris. Dedit, & quidem lætus, quia amabat. Paucula addo de ſecundo. Dedit triſtis, quia parum dedit. Triſtatur grandis amor, quoties grandia dare prohibetur. Cùm Iacob in Meſopotomia peregrinus Rachelem vidit, *eleuata voce,* inquit textus, *fleuit.* Geneſ. 29. numero 11. Sed vnde hæ lacrymæ proſiliere, cui tanta exultandi occaſio daretur? Recordabatur inquiunt Hebræi apud Lyranum, olim ſeruum Abrahæ tam diuitem ad Meſopotamiam acceſſiſſe, vt Rebeccam ipſi occurrentem multis muneribus locupletarit. Geneſ. 24. num. 22. & 53. ſe tam pauperem in Meſopotamia exulare, vt vix quicquam haberet, quod Racheli loco muneris offerret. Multa dare hinc iubebat charitas, illinc prohibebat paupertas. Inter hæc diſtractus certamina lachrymabatur. Ita planè & Elcana, cùm vellet dare plures partes Annæ, quam diligebat, & vnam tantùm dare poſſet, triſtabatur. Hoc quidem ſymbolo non obſcurè adumbratur Chriſtus Dominus, qui quandiu tempus non aderat ſua hominibus dona liberaliter conferendi, triſtis erat vſque ad mortem. Lacrymas dabat pretioſiſſimis geminis pretioſiores: ſed quandiu riuos ſanguinis non effundebat, ac ſi nihil ad ſalutem hominum conferret, quodam veluti mœrore obducebatur.

Chriſtus dũ pauca confert, triſtatur.

14\. *Suorum laboribus Deus affligitur.* *D. Greg.*

Quod ſi cum pauca daret, triſtabatur, quid cùm acerba propinaret? In hunc ſenſum D. Gregor. totum hunc locum de more ſuo myſticè interpretatur. Nam per hanc, vnam partem, quam Elcana triſtis vxori ſuæ dedit, intelligit temporalem afflictionem, quam Chriſtus Dominus Eccleſiæ reliquit. *Quid eſt,* inquit, *vna pars Annæ, niſi temporalis afflictio ſanctæ Eccleſiæ?* Et paulò pòſt: *Anna autem partem triſtis tribuit; quia non compati ei non poterat, quam mortis coniugem relinquebat, & crucis hæredem.* Non minùs enim Deus de noſtris malis, quàm nos ipſi, triſtatur. Vnde Iſaias de laboribus Hebræi populi loquutus: *in omni,* inquit, *tribulatione eorum non eſt tribulatus.* Iſaiæ 63. num. 9. Quem locum iuxta Vulgatam ſic Vatablus exponit. *Cum maximè,* inquit, *Hebræi videbantur affligi, tunc vere non affligebantur, leuante Deo afflictiones eorum.* Verùm iuxta Hebræos, qui negationem illam excludunt, atque ita legunt; *In omni afflictione eorum, ei fuit afflictio*: aliter exponit idem Vatablus. *Cum,* inquit, *affligebantur Iſraelita, ipſemet Deus affligi videbatur.* Vbi vides Deum non minùs alienis malis, quàm homines propriis indoluiſſe.

Vatabl.

15\. Quæ quidem res multis poteſt ex locis illuſtrari. Afflicti tenebantur Hebræi ſub Philiſthinorum iugo: ſed Deus, ac ſi eiſdem vinculis conſtrictus teneretur, *doluit,* inquit textus, *ſuper miſeriis eorum.* Iudic. 10. num. 16. ſeu, vt legit Caiet. ex Hebræo, *decurtata eſt anima eius in labore Iſrael.* Quaſi illæ catenæ, quæ populi pedes ligabant, ipſius Dei animam quodammodo grauarent; imò & vulnerarent, ac diſſecarent. Quid ſi dicam, multo magis Deum affligi, hominibus compatiendo quàm ipſi homines patiendo affligantur? Certè ita res habet. Nam cum Deus captiuitatem Babylonicam Hebræis minaretur: *Ecce ego,* inquit, *mittam vobis ſerpentes regulos, quibus non eſt incantatio, & mordebunt vos.* Ierem. 8. num. 17. Hoc eſt, concitabo in vos Chaldæos, & Babylonios, qui vos excrucient. Cùm, inquam, has minas intorqueret, ſtatim ſubdit: *Dolor meus ſuper dolorem, in me cor meum mœrens* ibid. num. 18. Hoc eſt, meus dolor multò acerbior eſt veſtro, cùm non ſolùm mihi corpus mordeat, vt veſter vobis, ſed etiam cor excedat. Et paulò pòſt addit: *Super contritione filiæ populi mei contritus ſum, & contriſtatus ſuper obtinuit me* n. 21. Vbi ut primus nota contritionem populo futuram, Deo iam vt præſentem afferre cruciatus. Deinde, Dei dolorem ob dolorem

Caiet.

Magis Deus compatiendo, quàm homines patiendo, affligitur.

homi

A hominum adeò vehementem eſſe, vt non vno tantùm mordendi verbo, vt ille, ſed tribus explicetur. Dicitur enim hic dolor Deum atterere, & contriſtari, & quendam veluti tradere in ſtuporem. Tandem aduerte, Deum priùs deliberare de medicina alienis vulneribus, quàm proprio dolori afferenda; ſtatim enim ſubdit: *Nunquid reſina non eſt in Galaad? aut medicus non eſt ibi? Quare igitur non eſt obducta cicatrix filiæ populi mei?* num. 21. Ac ſi contra ſe ipſum quodammodo ſuccenſeat, & iraſcatur, non quòd ſuum animum à triſtitia non relaxet; ſed quòd ſui populi laboribus non auxilietur.

16.

Deus cùm punit, ita affligitur, vt conſolatore quodammodo indigeat.

Hinc eſt, quòd cum olim Deus comminatus fuiſſet euerſionem decem tribuum, illis verbis? B *Quomodo dabo te Ephraim? Quomodo dabo te ſicut Adama: ponam te vt Seboim?* Oſeæ 11. n. 8. Hoc eſt, non minori te deſtruam infortunio, quàm quo olim Pentapolim, ſeu illas quinque infames vrbes, profligaui. Cum, inquam, hæc dixiſſet, ſtatim ſubdit: *Conuerſum eſt in me cor meum*; ſeu, vt verti poteſt ex Hebræo: *Euerſum eſt in me cor meum.* Quaſi præ doloris magnitudine cor Deo eradicetur, cum punit. Et addit: *Pariter conturbata eſt in me pœnitudo mea*; ſeu, vt vertit Pagnin. *Incaluerunt pœnitudines meæ.*

Pagnin.

Pœnitudines vocat in plurali numero, ac ſi Deus cùm ſemel iraſcitur, ita commoueatur, vt non ſemel, ſed ſæpiùs ſuæ iracundiæ illum pœniteat. Quin etiam tantùm ex ſuo furore poſtea dolorem concipit, vt conſolatore non mi- C nùs indigeat, quàm ipſe populus, cui iraſcitur, auxiliatore, iuxta illud Moyſis: *Iudicabit Dominus populum ſuum, & in ſeruis ſuis miſerebitur.* Deuteron. 32. n. 36. ſeu, vt Septuaginta transferunt, *& in ſeruis ſuis conſolabitur.* Hoc eſt, de peccatoribus vindictam ſumet; ſed tanta triſtitia affectus, vt ſtatim ſeruis ſuis, tanquam conſolatoribus vtatur. Quamuis Oleaſter verba illa; *in ſeruis ſuis miſerebitur*; ita vertat ex Hebræo, *ſuper ſeruos ſuos pœnitebit eum.* Quaſi Deus vbi vltionem infert, ita doleat, vt ſtatim eam non illatam vellet, ſed potiùs reuocatam. Vnde

Oleaſt.

Oleaſter: *Mira*, inquit, *Dei noſtri dignatio, vt eum malorum pœniteat, quæ tam iuſto nobis iudicio infligit. Quem, quaſo, non pœniteat peccatorum ſuorum, poſtquam* D *videt Deum pœnitere pœnarum?*

17.

Dum diuina iuſtitia de ſupplicio lætatur, triſtatur miſericordia.

Quare quoties Deus mala pœnæ nobis infligit, toties in eius mente quidam veluti diſſidentium affectionum, vt ita loquar, exoritur conflictus. Nam iuſtitia de vindicta exultat, miſericordia de punitione triſtatur. Quem conflictum Deus aliquando expreſſit illis verbis: *Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis.* Iſaiæ 1. n. 24. Vbi nouum loquendi modum quis non miretur, particulam dolentis, *Heu*, cum verbo exultantis, *conſolabor*? Quis vnquam, dum conſolatur, ſuſpirat? Quis, dum lætitiam profert, erumpit in gemitus? Quis, dum triumphat gaudio, liqueſcit in lacrymas? niſi ille ſeueriſſimus Iudex, E & clementiſſimus pater: qui vt Iudex lætatur de reorum ſupplicio, & vt pater filiorum exitium lamentatur. Scio eſſe aliquos, qui huius loci deſtruunt venuſtatem, dicentes illud, *Heu*, eſſe potiùs vocem exultantis, quàm dolentis. Sed his

D. Hier.

D. Hieron. ſe opponit, hunc locum ſic exponens: *Plangit*, inquit, *clementiſſimus pater principes delinquentes, & hoſtes ſuos vocat, & inimicos appellat quòd pereant, nolintque agere pœnitentiam.* Vbi D. Hieron. duo ſignificat. Vnum, Deum vocare hoſtes, non propter ſuam offenſam, ſed propter eorum perditionem. Alterum, illam particulam, *Heu*, plangentis eſſe, non inſultantis. Nec diſſentit Iſidor. Clarius, dum illa verba: *Heu conſolabor*, ita vertit; *Cogor me conſolari.* Quaſi Deus hanc conſolationem

Iſid. Clar.

Franc. de Mendoça in lib. Reg. Tom. 1.

A puniendo homines inuitus capiat. Quæ autem poteſt eſſe conſolatio, quæ inuito animo ſuſcipitur, niſi deſolationi finitima?

18.

Chriſtus etiã in iudicio paſtoris clementiam puniendo oſtendet.

Itaque Deus malis noſtris non ſolùm culpæ, ſed etiam pœnæ ingemiſcit. Et propterea extremo iudicio affuturus, nõ leoni in rabiem æſtuanti, ſed paſtori ſuarum ouium neci condolenti comparatur. *Congregabuntur*, inquit, *ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos ab inuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis.* Matt. 25. n. 32. Paſtor in ſuos agnos tanta teneritudine afficitur, vt quos aliquando ſeparat lanienæ, priùs lacrymis proluat, quàm cruore, & priùs ferrum in ſua viſcera, quàm in ouium iugulum condere videatur. Non aliter clementiſſimus Iudex, & ſereniſ- B ſimus paſtor impiorum gregem æternæ damnationis feriet anathemate, vt iuſtitiam ſeruet: ſed fluentibus vbertim lacrymis eorum infelicitatem deplorabit, vt ſuam clementiam teſtetur. Meritò igitur dicitur Elcana triſtis partem vxori ſuæ tribuiſſe; vt illam triſtitiam ſignificet, qua Chriſtus Dominus ſuæ Eccleſiæ laborum calicem propinauit. Ex his patet, quantus ſit Chriſti Domini erga Eccleſiam ſuam amor. De qua re in progreſſu plura. Illud ad finem moneo ex D. Bern. ſerm. 20. in Cant. *Diſce ò Chriſtiane à Chriſto, quemadmodum diligas Chriſtum.* Et ex D. Auguſt in Manuali, c. 20. *Amat Deus, vt ametur: non timeat anima, quæ amat; paueat, quæ non amat.*

D. Bern.

D. Auguſt.

C

Num 6. Affligebat quoque eam æmula eius. & vehementer angebat: in tantùm, vt exprobraret, quòd Dominus concluſiſſet vuluam eius.

EXPOSITIO LITERÆ.

1.

Muliebre ingenium rixoſum.

Affligebat quoque. &c. Non explicat litera, verbiſne tantùm affligeret an etiam factis. Crediderim vtriſque, tum quia hæc afflictio vehemens fuiſſe dicitur; tum quia muliebre ingenium iracun- D dum, & rixoſum eſt, pronúmque ingerere calumnias, ac nullis parcere modis laceſſendi; vt Tiraq. in l. 9. connubialem à n. 184 fuſe, eruditéque oſtendit. Appellatur itaque Phenenna æmula Annæ, non quidem in bonam partem, quo pacto æmulari, aut inuidere ſibi inuicem dicuntur, qui honeſtum ineunt certamen de primatu in virtutibus, aut literis, aut bellicis negotiis obtinendo; iuxta illud D. Hier. in epiſt. 7. ad Lætam de inſtitutione filiæ: *Habeat*, inquit, *in diſcendo ſocias, quibus inuideat, & quarum laudibus mordeatur.* Sed dicitur æmula in malam partem; vnde ex Hebræo, & Chaldæo legi poteſt, *aduerſatrix*, ſeu, *anguſtiatrix.* Eſſe autem bonam, & malam æmulationem, ſignificat D. Paulus: *Æmulantur*, inquit, *vos non bene.* Galat. 4 n. 17. Qui dicit non be- E ne planè ſignificat eſſe poſſe, qui bene æmulentur. Vbi D. Hier. *Æmulantur*, inquit, *bene, qui cùm videant in aliquibus virtutes, nituntur imitari. Æmulantur non bene, qui non tam ipſi cupiunt eſſe meliores, quàm illos ipſos volunt facere peiores.* Vnde Dauid: *Noli*, inquit, *æmulari, vt maligneris.* Pſalm. 36 n. 8. Quaſi diceret: æmulare quidem, vt tibi proſis, non vt alteri obſis; vt proficias, non vt alter deficiat.

Æmulatio in bonam, & in malã partem vſurpatur.

D. Hier.

D. Hier.

2.

Vtrùm Phenenna Annæ aduerſaretur ſpernendo, an inuidendo. Prior modus probatur.

Dubitari verò hîc poteſt, vtrùm Phenenna aduerſaretur Annæ, ſpernendo illam tanquam vilem, & abiectam, an potiùs inuidendo illi tanquam ſublimi, & glorioſæ. Priorem modum præcedenti annot. Sect. 1. inſinuaui; colligíque poteſt ex tranſlatione Septuaginta, quæ ſic habet: *Affligebat eam æmula eius, eo quod ſperneret eam.* Et illuſtratur ex Prouerb. 14. n. 2. *Ambulans recto itinere, &*

Fœmina ex prole inſoleſcunt. D. Aug.

timens Deum, deſpicitur ab eo qui infami graditur via. Tandémque ratione ſuadetur; quia cùm ſterilitas olim fuerit miſerrima fœminarum conditio, vt annotat. 5. Sect. 3. oſtendimus, non poterat Phenenna fœcunditate exultans Annæ ſterilitate laboranti inuidere, ſed potiùs eam miſerrimam iudicare, & deſpicatui habere; præſertim cùm fœminæ ex prole inſoleſcant, vt notat D. Auguſt. lib. 2. de Geneſ. contra Manichæos, cap. 19. in 1. tom. *Superbæ*, inquit, *mulieres quaſi dignitatem ſibi additam credunt, quod matres fiant, & plerumque ſuperbiores exiſtunt.* Et ſtatim notat, Deum poſtquàm dixit Euæ: *In dolore paries filios*; mox addidiſſe, *& ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui.* Geneſ. 3. num. 16. Vt quantùm ex longo filiorum examine ſuperbiret, tantùm ex viri in ſe dominatu deprimeretur.

Hug. Card. Abul. Caiet. *Poſterior magis probatur.* D. Thom.

Poſteriorem tamen modum Hugo Cardinal. Abulenſ. Caietan. & alij amplectuntur, quibus ego mihi non contrarius aſſentior. Quamuis enim Phenenna non inuideret Annæ ſterilitatem, vt per ſe patet: nam inuidia vt docet D. Thom. 2. 2. quæſt. 36. art. 1. eſt triſtitia de alieno bono, quale non erat ſterilitas. Quamuis item non inuideret Annæ aliquam excellentiam ab Elcana collatam: nam Elcana tantam inter vxores æqualitatem ſeruauit, vt neutri occaſionem inuidiæ præberet: quod ſolùm præcedenti annot. voluti. Nihilominus inuidebat illi modeſtiam, patientiam, humilitatem, cæteraſque virtutes, quarum fulgorem non poterat ſuſtinere; cùm alienas virtutes, ſuæ conſcientiæ proditrices, & accuſatrices iudicaret. De qua re in annot. latiùs dicendum.

3\. Lyran.

Et vehementer angebat. Exaggeratur huius afflictionis intenſio; non ſolùm verbis pungitiuis, vt loquitur Lyranus, vellicabat aures, ſed etiam iniquis factis exulcerabat animum.

D. Chryſ. *Mulier rixoſa verbis, & factis, tanquam tonitruis, & nimbis tempeſtas furit.* Menand.

Hanc afflictionem vt D. Chryſoſtom. hom. 1. de fide Annæ declararet, eleganter appellauit tempeſtatem. Explicans enim quo pacto Anna fugiens contumelias Phenennæ, incideret in contumelias Heli ſacerdotis, ita habet, *Effugerat*, inquit, *domeſticam tempeſtatem; venit in portum, & rurſus inuenit vndas.* Et fortè alluſit ad carmen illud Menandri Poetæ Græci, qui fœminam iracundam, tempeſtatem in domo vocat. *Tempeſtas*, inquit, *in domibus eſt viris mulier.* Et

D. Max.

concinit D. Maximus ſerm. 39. vbi ex quodam è ſeptem Græciæ ſapientibus mulierem ſic definit: *Mulier*, inquit, *eſt viri naufragium, domus tempeſtas, quietis impedimentum.* Non minùs enim in domo rixoſa mulier, quàm in cælo effuſa tempeſtas debacchatur: vt enim procella tonitruis pariter, & imbribus deſæuit; ita & fœmina dictis pariter, & factis furit, ac lymphatur.

D. Hier.

Vnde D. Hieronym. lib. 1. aduersùs Iouin. refert celebre illud dictum Socratis in vxorem Xanthippen. *Cùm Socrates*, inquit, *infinita conuitia ex ſuperiori loco ingerenti Xantippæ reſtitiſſet, aqua perfuſus immunda, nihil amplius reſpondit, quàm capite deterſo: Sciebam, inquit, futurum, vt iſta tonitrua imber ſequeretur.* Sic D. Hieronym. En vt fœmineus furor dictis, & factis, vt procella tonitruis, & nimbis efferueſcit.

4\. Nec aliena eſt hæc expoſitio à litera, vbi de Phenenna dicitur הַרְעִמָהּ *Hareghimach*, id eſt, *ſtridebat eam tonare*, à verbo רָעַם *Ragham*, quod eſt, *tonare*: non quòd Anna præ ira tonaret, ſed quòd Phenenna conuitiis tonans occaſionem illi dederit pariter & tonandi. Igitur Phenenna micabat ore, tonabat lingua, pluebat, & grandinabat iniurioſis factis, & per omnia tempeſtati ſimilis in Annam inuehebatur.

Dei timor inter iniuriarũ procellas gubernaculum. D. Chryſ.

Quid verò Anna? Diuini timoris affixa gubernaculo inter medias procellas tranquilliſſima nauigabat. Quod D. Chryſoſt. hom. 1. de Anna, qua ſolet verborum copia, & elegantia expreſſit. *Quemadmodum*, inquit, *ventis ex aduerſo inter ſe concurrentibus, mediámque ſcapham, dum inter ſe depugnant, corripientibus, ac multis fluctibus, partim à prora, partim à puppi inſurgentibus, gubernator clauo aſſidens ſeruat nauim, vndarum incurſus gubernandi prudentia depellens: ſic & mulier illa, cùm ira, & angor in animam ipſius facerent impetum, rationem illius perturbantes, multóſque fluctus excitarent, non iam biduum, aut triduum, aut dies viginti, ſed ad totos annos (nam hoc, vt ait Scriptura, ex multo tempore factum eſt) fortiter pertulit tempeſtatem, nec paſſa eſt rationem demergi. Siquidem Dei timor, tanquam nauclerus gubernaculis aſſidens perſuaſit, eam tempeſtatem magno animo perferendam eſſe: nec priùs deſtitit mentem illius gubernare, donec in tranquillum adduceret portum, onere plenam, hoc eſt, vterum pretioſo theſauro onuſtum.*

5\. *A leuioribus incipiens ad grauiora gliſcit Phenennæ tempeſtas.*

In tantum, vt exprobraret. Vt in eadem tempeſtatis metaphora perſiſtamus. Sicut tempeſtas à mollioribus auris incipit, & paulatim gliſcit ad ſæuiores turbines, ac tandem effuſis ventorum, nimborumque habenis tumultuatur: ita Phenenna à leuioribus quibuſdam velitationibus exorditur; *Affligebat eam æmula eius.* Deinde acriores excitat vires in certamen: *& vehementer angebat.* Tandem extremi furoris, ac maleuolentiæ tela iaculatur: *in tantum, vt exprobraret*, &c.

Abul.

Ita ferè explicat hunc locum Abulenſ. *Cum eſſent*, inquit, *vxores eiuſdem viri, contingebat eas in multis contendere; & in omnibus affligebat Phenenna Annam verbis duris: & cum vellet eam amariſſimè affligere, perueniebat ad hoc, quod opponeret ei tanquam crimen maximum, ſterilitatem.* Itaque hoc telum, ſeu conuitium de ſterilitate, quod omnium acerrimum credebatur, in ipſum pugnæ ardorem reſeruabat: vt minoribus iam confoſſam iaculis, hoc vno lethaliter ſauciaret.

Acerbiſſima eſt de corporis vitiis, quæ emendari non poſſunt, reprehenſio. D. Chryſ.

Acerbiſſimum enim eſt, de his, quæ emendari non poſſunt, reprehendi; qualia ſunt naturæ vitia. Vnde D. Chryſoſtomus hom. 60. in Matth. latè oſtendit, eam neceſſitatem, qua Chriſtus Dominus dixit, venire ſcandala, non eſſe abſolutam: quia aliàs nemo, per quem ſcandalum venit, iuſtè argueretur. *Nam ea*, inquit, *ſolùm culpantur, quæ voluntate committuntur.* Vnde nemo, vt ibidem philoſophatur Chryſoſtom. criminatur ſeruos ſuos, quod ſint vultu deformes, ſtatura puſilli, corpore imbecilles, & ſic de cæteris: cùm hæc vitia non voluntate, ſed neceſſitate quadam ſubſequantur.

D. Chryſ.

Qua in re concinit D. Chryſoſtom. cum Philoſopho lib. 3. Ethic. cap. 5. Vbi ſic. *Vitia*, inquit, *corporis quæ in noſtra ſunt poteſtate, reprehenduntur, quæ non ſunt, non increpantur.* Vnde Heliſæus quadraginta duos pueros, qui ſibi caluitiem exprobrabant, dicentes: *Aſcende calue, aſcende calue.* 4. Regum 2. num. 23. non ſolùm maledictis deuouit, ſed etiam duobus vrſis tradidit lacerandos. Cur in eos tam ſeuerum ſe præſtitit vltorem? Mitto alias rationes, de quibus ſuo loco: illa ad rem facit, quia rem minimè arguendam arguebant. Et propterea reprehenſio dicitur fuiſſe à pueris paruis, hoc eſt, ſtultis, & inconſultis. Stultam enim eſt rem minimè culpandam criminari. Vnde patet, quanta fuerit hæc afflictio.

6\. *Non ſolùm corporis, ſed & falſa animi vitia, Phenenna exprobrat Annæ.*

Quod Dominus concluſiſſet, &c. Non ſolùm exprobrauit ſterilitatem, ſed ſterilitatem diuinitùs immiſſam. Vtrumque probrum acerbiſſimum. Illud, quia erat de vitio corporis, nulla humana arte medicabili, quod proinde ipſa non poterat emendare; vt diximus. Hoc, quia aliquam culpam moralem in Anna arguebat, in cuius pœnam ſterilitas infligeretur. Atque ideo Phenenna dicit, Annam ſterilitate diuinitùs immiſſa laborare;

vt

vt eam corpore, & animo miſeram etiminetur; & non ſolùm plagam corporis obijciat, ſed etiam vitium animi oppunat. Nam dum facit Deum auctorem illius pœnæ, arguit eſſe vltorem alicuius culpæ; & proinde Annam in ſceleris ſupplicium eſſe ſterilitate damnatam. Quaſi diceret, non te potes teſtimonio bonæ conſcientiæ conſolari, Deum vindicem experiris. Intus, intus latent in animo tuo culpæ, quarum pœnas in corpore tuo luis. Et vt verbis vtar Abul. *Deus*, inquit, *voluit te facere infeliciſſimam mulierum, quia eras peſſima inter omnes; & ſic te reputauit, ideò inflixit tibi pœnam maximam.* Dirum planè improperium, ingens afflictio. Nam ſi quis innocens patiatur, moleſtè feret; ſi nocens, moleſtiſſimè, quia caret bonæ conſcientiæ ſolatio, quo innocens fruitur. Vnde eſt illud Apoſtoli: *Nemo veſtrûm patiatur vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor: ſi autem vt Chriſtianus, non erubeſcat.* 1. Pet. 4. n. 15. Vbi D. Cypr. lib 3. ad Quirin. cap. 37. ait, *fidelem non oportere ob alia delicta, niſi ob nomen ſolum puniri.* Nec immeritò; quia ſi ob culpas dat pœnas, habebit vnde doleat, non vnde dolorem ſuum conſoletur. Quare Socrates ad mortem damnatus, ex ſua ſe innocentia non mediocriter conſolabatur, vt refert Tertull. lib. de anima, c. 1. Vnde *obuiæ*, inquit, *coniugi, & muliebriter inclamanti, iniuſtè damnatus es Socrates; admirabundus reſpondit, imò & ſtomachabundus: Volebas autem iuſtè?* Quaſi diceret: tolerabiliórne tibi videtur mors, quæ nocenti, quàm quæ innocenti irrogatur? Falleris profectò. Nam illius dolor malæ conſcientiæ ſtimulis, & punctionibus augetur: huius autem dolor propriæ innocentiæ laude, & gloria mitigatur.

Abul. — *Innocens habet pœna ſolatium, bonam conſcientiam.* — *D Cypr.* — *Tert.*

7\. Hoc igitur ſolatium Annæ eripitur à Phenenna, vt non innocens, ſed rea puniri videatur. Eodem artificio vſus Diabolus, *percuſſit Iob vlcere peſſimo.* Iob. 2. num. 7. quale nimirum vitioſis, & libidinoſis hominibus contingit, iuxta illud Sophar: *Oſſa eius implebuntur vitiis adoleſcentiæ eius.* Iob. 10. n. 11 Vt innocentiſſimus, & honeſtiſſimus vir non ſolùm corporis plaga, ſed etiam pudoris infamia laboraret. Verùm quod diabolus in Iobi ignominiam, & Phenenna in Annæ infamiam ordiebantur, hoc Deus in vtriuſque gloriam conuertit, dum in vtroque ſingulare patientiæ monumentum excitauit. Et vt de Iobo taceam, quod Patres, & interpretes paſſim buccinantur; certè de Anna hoc teſtatur D. Chryſ. hom. 24. in Epiſt. ad Epheſ. *Quando*, inquit, *audieris Scripturam dicentem, quòd Dominus concluſit eius vuluam, & quòd ipſam ad iracundiam prouocabat eius æmula; cogita quod velit oſtendere mulieris philoſophiam:* hoc eſt, mulieris patientiam.

Quo vlcere Iobum diabolus percuſſerit. — *Singularis Annæ patientia.* — D. Chryſ.

Num. 7. Sicque faciebat per ſingulos annos, cùm redeunte tempore aſcenderent ad templum Domini: & ſic prouocabat eam: porrò illa flebat, & non capiebat cibum.

EXPOSITIO LITERÆ.

1\. *Sicque faciebat.* Paulò inferiùs repetitur; *& ſic prouocabat.* Plerique vtramque phraſim referunt ad Phenennam: vt per hanc repetitionem acrior eius æmulatio exprimatur. Frequentiſſima enim eſt in Scriptura hæc repetitio, vt quæ dicimus in auditorū mentibus altiùs reponantur, vt D. Chryſ. hom. 10. in Gen. Euthym. in Pſalm. 36. Iſich. lib. 1. in Leuit. ad finem, & plures alij obſeruant. Nihilominus facilè poteſt hoc loco omnis tautologia, ſeu repetita oratio euitari, ſi priori loco intelligatur Elcana, poſteriori Phenenna, vt Vatabl. ex litera Hebræa rectè interpretatur. Ita vt ſenſus ſit, ſic Elcana faciebat, ſacrificium diuidendo; & ſic Phenenna facta diuiſione, Annam prouocabat. Nam in priori loco eſt verbum maſculinum יַעֲשֶׂה *Iabeſch*, id eſt, *faciebat vir*: in poſteriori verbum fœmininum תַּכְעִסֶנָּה *Thachimenah*, id eſt, *prouocabat fœmina.* Vnde neceſſe eſt, vt prius verbum cum Elcana, poſterius cum Phenenna conſtruatur. Difficultas tamen eſt, quoties Phenenna ſolita fuerit Annam prouocare. Caietanus ſentit, ſemel per annum. Licèt enim fateatur, Elcanam ter in anno ad templum aſcendiſſe, vt num. 3. dictum eſt, addit tamen, ſemel tantùm aſcendiſſe cum tota familia: & proinde ſemel tantùm hæc inter eius vxores iurgia concitara. Rectiùs Abul. exiſtimat, in tribus anni feſtiuitatibus has contentiones excitari ſolitas. Nam litera non dicit fieri hoc per ſingulos annos ſemel tantùm; ſed per ſingulos annos in tempore aſcendendi; quod cùm eſſet triplex, vt ſuprà diximus, planum fit, ter per ſingulos annos has contentiones exoriri. Dicere autem Elcanam ſemel tantùm in anno cum vxoribus aſcendiſſe, quod etiam Sà exiſtimat, diuinare eſt, cùm non ſit, vnde id ex litera colligatur. Siue enim Septuaginta tranſlatio ſpectetur, quæ habet, *cùm aſcenderet ipſa*, in ſingulari; ſiue Vulgata retineatur, quæ habet, *cùm aſcenderent*, in plurali: vtrouis modo conſtat, Phenennam ſtatutis per ſingulos annos temporibus, quæ erant tria, aſcendiſſe, & proinde in his omnibus Annæ inſultaſſe.

Vnum verbū cum Elcana: alterum cum Phenenna conſtruendū. — D Chryſ. — Euthym. — Iſich. — Vatabl. — *Ter in anno, cùm ad tabernaculum aſcendebant, Annam Phenenna prouocare ſolebat.* — Caiet. — Abul. — Sà.

2\. Imò credibile eſt, non ſolùm ter in anno cùm ad templum aſcendebant, ſed iugiter in domo perſeueraſſe hanc rixam. Quam proinde D. Chryſoſt. ſuperiori numero citatus *domeſticam tempeſtatem* appellauit. Et conſentit Abul. quamuis addat, Phenennam in templo, quando propter ſuam fœcunditatem plures partes ſacrificij capiebat, maiorem habuiſſe occaſionem Annæ ſterili inſultandi. Vnde non ſolùm perſonæ, ſed etiam loco iniuriam faciebat: quia domum orationis vertebat in forum contentionis. Non immeritò Petrus Damian lib. 7. epiſt. epiſt. 5. & in ordine 129. reprehendit eos, *qui*, inquit, *de Eccleſia, non oratorium, ſed loquutorium, & non oraculum, ſed conciliabulum faciunt: ac in ea domo ſecularia verba permiſcent, quæ dumtaxat ob hoc conſtructa dignoſcitur, vt in ea prorſus à negotij ſecularis actio .e vacetur.* Si locum violant ſacrum, qui in eo verba fundirant otioſa: quid, qui contentioſa, & iniurioſa, & pernicioſa? Tandem aduerte, hanc contentionem non ſolùm fuiſſe iugem, ſed etiam diuturnam. Quod mihi videtur D Chryſ ſuperiori numero citatus, hom. 1. de Anna ſignificaſſe. Vbi illa verba, *per ſingulos annos*, non refert ad quæſtionem, *quando*, ſed ad quæſtionem *quamdiu*, dum ait, hoc Phenennæ iurgium ad totos annos, ſeu multo tempore perſeueraſſe: atque hunc eſſe literæ ſenſum interpretatur.

D. Chryſ. — Abul. — *Qui verba otioſa, & contentioſa in templo fundūt, locum ſacrum violant.* — Pet. Dam. — *Iugis, & diuturna Phenennæ cum Anna contentio.* — D. Chryſ.

3\. *Ad templum Domini.* Non intelligas templum Salomonis, quod multo poſt Hieroſolymis ædificatum eſt: ſed tabernaculum Moyſis, quod in vrbe Silo conſtitutum erat. Nam ſicut templum Salomonis aliquando dicitur tabernaculum. Pſal. 131. num. 1. *Donec inueniam locum Domino: tabernaculum Deo Iacob.* Ierem. 10. n 20. *Tabernaculum meum vaſtatum eſt.* Ita & vice verſa, vt Beda hoc loco, & D. Chryſ. in Pſal. 14. aduertunt, tabernaculum Moyſis aliquando dicitur templum, vt paulò inferiùs n. 9. *Heli ſacerdote ſedente ante poſtes templi Domini.*

Templum pro tabernaculo, & è contrà, tabernaculū pro templo aliquando vſurpatur. — Beda — D. Chryſ.

A & cap.ſequenti,num.29. *Quæ præcepi vt offerrentur in templo.* & Exod.30.n.13. *Dabit omnis, qui tranſit ad nomen, dimidium ſicli,iuxta menſuram templi.* Vbi notat Abul. hoc vno loco in toto Pentateucho, poni templum pro tabernaculo. Sed non immeritò ita ponitur. Nam vox Hebræa היכל *Hecal*, non ſolùm templum, ſed palatium, & quodcunq; pulchrum,ac magnificum domicilium ſignificat. Vnde fœminæ mundo muliebri compræ, & excultæ, templis,hoc eſt,picturatis,& ornatis ædificijs comparantur à Dauide Pſalm.143. num.12 *Filiæ eorum compoſitæ,circumornatæ vt ſimilitudo templi.* Cùm igitur tabernaculum mira fuerit arte expolitum, non immeritò templum appellatur. Imò quia in Dei

Templum quid propriè ſignificet.

B magis, quam in hominum domicilijs exornandis humana deſudat, aut certè deſudare debet induſtria; factum eſt, vt templi nomen cæteris ædificijs commune, diuinis tantùm applicetur. Myſticam verò tabernaculi ac templi intelligentiam, quæ eſt de Synagoga,& Eccleſia, latè proſequitur D.Chryſ.cit. in Pſal.14.

D.Chryſ.

4. *Illa flebat*, &c. Hinc incipit innoteſcere Annæ patientia ſilentio, fletu, & ieiunio celebratiſſima, de qua in annot. dicemus. Pro vocibus igitur dabat lacrymas, & ſua taciturnitate æmulæ ſuæ loquacitatem arguebat. Flebat autem non ſolùm videns ſuam ſterilitatem, vt Ioſeph lib. 5. antiquit. cap.15. expendit; ſed etiam audiens ſuæ æmulæ contumelias,vt D.Chryſoſt. hom. 1. de Anna adu-

Ioſeph.

D Chryſ. *Lacryma mœrentium cibus.*

C erit,ad fletum adhibebat ieiunium. Mœrentium enim cibus non eſt alius, quàm fletus; faſtidiat cibos neceſſe eſt,quæ opprobrijs ſaturatur Sic enim dum triſtitia afficerentur,à cibo abſtinuerunt.Saul. 1.Reg.28 n.13 Dauid.2.Reg.12.num.15 Achab.3. Reg.21 n.4. Eſdras.1. Eſdr.10.n.6. Nehemias 2. Eſdr.1.n.4. & paſſim alij. Quæritur verò, an ab omni cibo abſtinuerit. Negare videtur Interlin. Carthuſ.& Angelom. ſic exponentes: *non capiebat cibum læta*,ſeu *cum lætitia*.Quaſi non eſus,ſed lætitia in edendo de Anna negaretur Conſentiunt Lyran. Hug.Card.& Abul.dicentes ſumpſiſſe parum cibi, quod pro nihilo reputatur. Mouentur, quia ſtatim additur: *Surrexit autem Anna,poſtquam comederat,& biberat.*

Carthuſ. Angelom. Lyran. Hug.Card. Abul. *Verùm Anna ab omni cibo præ triſtitia abſtinuerit.*

D Probabilius mihi eſt, nihil comediſſe, ſic enim tranſtulit Vatablus; *nihil comedebat.* Nam ingens animi afflictio ad hoc illam ieiunium vrgebat.

Vatabl. *Pars negatiua.*

5. Præſertim cùm non ſit vltra vires naturales tranſigere aliquot dies ſine cibo. Nam Græci, vt refert Lucian. de luctu ad finem, in funeribus totum triduum ſine vllo cibo tranſigebant: Ægyptij ſacerdotes,vt refert D.Hieron lib.2. contra Iouin. bidui, triduiſque inediam tolerabant. Idémque feciſſe dicitur Regina Angliæ præ mœrore, cùm ei à Gallis Caliſium caperetur, iuxta illud diſtichon Adriani Turnebi Poëtæ Gallici in panegyrico de Caliſio capto.

D.Hieron. *Qui citra mortuinum aliquot dies abſtinuerũt.* Lucian.

Adr.Turn.

E *Tres illam perhibent ſecretam ex ordine luces,*
Et totidem noctes potu caruiſſe, ciboque.

Quin etiam vir ille Ægyptius, de quo agitur 1.Reg. 30. n.12. *non comederat panem, neque biberat aquam tribus diebus,& tribus noctibus.* Imò & Eſther ad gentiles ſuos: *Non comedatis*, inquit, *& non bibatis tribus diebus, & tribus noctibus, & ego cum ancillis meis ſimiliter ieiunabo.* Eſther 4.num.16. Similiter & Sara vxor Tobiæ, *tribus diebus, & tribus noctibus non manducauit, neque bibit.* Tob. 3. num.10. Plus aliquid de ſuis monachis Alexandrinis teſtatur Philo Hebræus libro de vita contemplatiua: *Nonnulli*, inquit, *ex his vix tertio quoque die famem ſentiunt, attenti magis ad diſciplinarum ſcientiam. Nec deſunt qui prælautè accepti epulo ſapientiæ perdurant*

Phil.Hebr.

A *duplum eius temporis, & vix ſexto die deguſtant cibum neceſſarium, aſſueti, ſicut cicadæ, rore viuere, canticis, opinor, ſolantes inediam.*

6. Hunc igitur in modum, vt interim à miraculis abſtineam,potuit Anna dies aliquot integram ſeruare famem. Coniecturam in oppoſitum ſoluent facilè Hebræi, transferentes: *Surrexit Anna, poſtquam comeſtum eſt.* Quaſi non ipſa, ſed cæteri comediſſent. Faciliùs tamen mihi videtur diſſoluenda, ſi dicatur comediſſe quidem, non tamen antequam ab Elcana admoneretur, ſed poſtea. Fateor tamen, ſi hoc ieiunium referatur, non ad hoc vltimum tempus, quo Anna fuit in tabernaculo, ſed ad totum antecedens, quo ab æmula ſua extra, &

Oppoſita coniectura diſſoluitur.

B intra tabernaculum affligebatur, tunc non eſſe tam ſtrictè, ſed paulò latiùs cum Lyrano, & cæteris citatis interpretandum.

---

*Num.*8. Dixit ergo ei Elcana vir ſuus: Anna cur fles? & quare non comedis? & quamobrem affligitur cor tuum? numquid non ego melior tibi ſum, quàm decem filij?

EXPOSITIO LITERÆ.

C **D***Ixit ergo ei*,&c. Optimi coniugis officium eſt, mœrentem vxorem conſolari,vt in annot.dicam: ſed non minùs proprium increpare delinquentem,vt paulò inferiùs aduertam. Si igitur Elcana Annam conſolatur; cur etiam Phenennam non reprehendit? Reſponderi poteſt primò, quia fortè neſciebat contumelias, quas Phenenna in Annam iaciebat:quod poteſt oſtendi, tum quia ſolùm de ſterilitate Annam conſolatur, dicens: *numquid non ego melior tibi ſum,quam decem filij?* non autem de iniurijs à Phenenna acceptis; de his quoq; proculdubio conſolaturus illam, ſi eas ſciret: tum quia Phenenna non auderet conſcio Elcana,quem æquiſſimum, & integerrimum nouerat, Annam tam inioſte criminari:tum denique quia Anna tam

1. *Cur Elcana ſicut Annam conſolatur, Phenennam non reprehendit. Prima reſponſio.*

D ſingulari patientia eminebat, vt acceptas iniurias non deferret ad virum, ſed modeſtè, & cum ſilentio ſuſtineret; vt in annot. ex D. Chryſoſt. oſtendam. Reſpondetur ſecundò, quia quamuis ſciret, impunitam nihilominus relinquebat, vt acerbiùs puniret, vel tanquam immedicabilem repudiaret. Quæ reſponſio eò verior videbitur, ſi ad myſterium confugiamus, ſub Elcana Deum, aut Chriſtum Dominum, ſub Phenenna Synagogam, aut peccatorem deploratæ ſalutis agnoſcentes. Talibus enim ſæuit Deus, cùm nimis parcit, iuxta illud: *Exacerbauit Dominum peccator, ſecundùm multitudinem iræ ſuæ non quæret.* Pſal.9.vel 10 ſecundùm He-

Secunda reſponſio.

Peccatoribus Deus ſæuit, cùm nimis parcit.

E bræos,n.4.Quaſi eo ipſo,quòd peccator Deum nimis offenderit, & Deum nimis ad iracundiam irritauerit, Deus à vindicta abſtinuerit,vt diſſimulando grauiùs vindicaret. Sic enim D Aug. exponit: *Multum*, inquit, *iraſcitur Dominus,dum non exquirit, dum quaſi obliuiſcitur,& non attendit peccata.* Et ibid. *Nemo gratuletur homini,cuius peccatis deeſt vltor,adeſt laudator. Maior hæc ira Domini eſt.* Sic Aug Sed de hac re nonnihil dixi annot 5. Sect.3. & annot. ſequenti Sect. .nonnihil dicam.Reſpondetur tertiò, quod mihi ad literam propiùs accedere videtur, reprehenſam quidem fuiſſe Phenennam ab Elcana; huius tamen reprehenſionis Scripturam nõ meminiſſe:quia non Phenennæ rem agebat, ſed Annæ, & ad huius, non ad illius hiſtoriam feſtinabat.

D.Aug.

Tertia reſponſio. Phenennam ab Elcana reprehenſam, litera propius.

2. Quod autem fuerit reprehenſa, inde colligo, quia

Mulierum peccata ſicut non durius vindicanda, ita omnino non diſſimulanda.

quia probus vir, qualis erat Elcana, etſi minus debeat vxoris peccata caſtigare, non tamen debet omnino diſſimulare. Vnde Sara de diuino oraculo dubitans, & ridens, Geneſ. 18. n. 12. etſi non punitur, vt Zacharias: ſaltem reprehenditur ſtatim, non ſolùm ab ipſo Deo, num. 13. ſed etiam ab ipſo Abrahamo, num. 15. Ad vtrumlibet enim intelligendum, indifferens eſt Hebræa litera in hoc poſteriori loco, vt ibi Lippoman. aduertit, ſubditque egregie: *Diſcimus*, inquit, *hinc mulierum fragilitates non duriùs vindicandas: ſed tamen non eſſe omnino diſſimulandas. Arguendæ ſunt, ſed non irritandæ.* Imò D. Chryſ. hom. 41. in Geneſ. expreſsè tenet, Saram ab ipſo Patriarcha reprehenſam. *Verum*, inquit, *Patriarcha dicit ei: Non, ſed riſiſti; ne putes, licet in animo hæc tractaueris, & in occulto riſeris, quod poſſit abſcondi à præſentis virtute, & ſcientia. Itaque negare factum noli, ne addas ad peccatum.* En ſanctiſſimi Patriarchæ ad coniugem etiam probatiſſimam iuſta quidem, ſed moderata reprehenſio. Iam verò illam alteram inferiorem coniugem Agar, non ſolùm ob inſolentiam in Saram reprehendit, ſed etiam Saræ poteſtati ſubiecit puniendam: *Ecce, ait, ancilla tua in manu tua eſt, vtere ea, vt libet.* Geneſ. 16. num. 16. Quo facto, & Saræ indignationem placauit, &, vt ait D. Chryſ. hom. 38 in Geneſ. *datâ ei contra ancillam poteſtate, domum pace repleuit.* Sic & alij æquiſſimi Patriarchæ ſuas vxores perperam loquentes, ſeu agentes grauiter obiurgarunt. Iacob. Geneſ. 30. n. 2. Dauid. 2. Reg. 6. n. 21. Tobias. c. 3. & 1. Iob. c. 2. n. 10. Vnde illud Moyſis præceptum: *Si tibi voluerit perſuadere vxor, quæ eſt in ſinu tuo, dicens: Eamus, & ſeruiamus diis alienis, non acquieſcas ei, neque parcat ei oculus tuus.* Deut. 13. à n. 6. Vbi non ſolùm iubet, ne malè ſuadens auſcultetur, ſed etiam ne impunita relinquatur, dummodo ea punitio immodica non ſit. *Nam vxorem verberare*, inquit D. Chryſoſt. hom. 26. in 1. ad Cor. verſus finem, *eſt extrema contumelia, non ei, quæ verberatur, ſed ei, qui verberat.* Et ſtatim: *Eiuſmodi*, inquit, *virum, ſi vir eſt appellandus, & non beſtia, inſtar parricidæ & homicidæ ego duxerim.* Quod ſtatim probat: *Nam ſi propter eam*, inquit, *& patrem, & matrem iuſſi ſumus dimittere, non illis iniuriam facientes, ſed diuinam legem implentes: quomodo non eſt extrema inſania, eam contumelia afficere?* & his ſimilia multò plura. Abſit igitur immodica vindicta, moderata tamen correctio non deſit, ne vir ſuo muneri deeſſe cenſeatur. Eapropter mihi videtur Elcana, qua erat erga coniuges æquitate, Phenennæ inſolentiam repreſſiſſe, licèt id in litera non exprimatur.

3. *Varia interrogationum genera varios animi affectus indicant.*

Anna cur fles? Propria interrogatio, & ignorantiam arguit in eo, qui interrogat, & reſponſionem exigit ab eo, qui interrogatur; non tamen figurata, & tranſlatitia, qualis ſæpe non ſolùm in quotidiano ſermone, ſed etiam in Scriptura reperitur. Frequenter enim contingit, vt quis ſciens, & prudens, nullamque proinde reſponſionem expectans interrogatione vtatur, ad aliquos animi affectus meliùs exprimendos. Vnde quædam interrogatio eſt certiſſimè aſſirmantis, vt illa: *Non ſum liber? Non ſum Apoſtolus? Nonne Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum vidi?* 1. Cor. 9. num. 1. Vbi planè D. Paulus non interrogabat, ſed affirmabat, quod erat; vt ibi D. Chryſ. hom. 21. obſeruat. Quædam nimirum admirantis, qualis illa: *Putáſne centenario naſcetur filius? & Sara nonagenaria pariet?* Gen. 17. num. 17. Non enim dubitauit Abraham, ſed admiratus eſt, vt D. Auguſt. lib. 1. loquutionum in Geneſ. cap. 56. aduertit. Quædam vehementer indignantis, vt illa: *Vbi ſunt Dij eorum, in quibus habebant fiduciam?* Deuteron. 32. n. 37. & illa: *Adam vbi es?* Gen. 3. num. 9.

Margin: Lippom. — D. Chryſ. — D. Chryſ. — D. Chryſ. — D. Chryſ. — D. Auguſt.

A In quem locum D. Ambr. lib. de Paradiſo, cap. 14. *Non*, inquit, *interrogatio eſt, ſed increpatio.* Quædam tandem eſt condolentis, & conſolantis. Sic enim Chriſtus Dominus plorantem Magdalenam conſolatur: *Mulier, quid ploras? quem quæris?* Ioan. 20. n. 15. Sic ſponſam mœrentem, & neſcientem quò diuinus ſponſus auolarit, comites, ac laterales virgines conſolantur: *Quò abiit dilectus tuus, ó pulcherrima mulierum? Quo declinauit dilectus tuus, & quæremus eum tecum?* Cant. 5. n. 17. Conſolatoria planè eſt hæc interrogatio. Alioqui vanum eſſet, ſponſam de illa re interrogare, quam illa pauló antè confeſſa fuerat, ſe ignorare dicens: *Quæſiui, & non inueni illum: vocaui, & non reſpondit mihi.* ibid num. 6. Sic tandem B Chriſtum Dominum acerbiſſime vulneratum Angeli pariter, & homines interrogant, vt vult Rupert. illis verbis: *Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum?* Zach. 13. n. 6. Nam ſi interrogarent, vt ſcirent, & non potiùs, vt condolerent, & conſolarentur, ad interrogata Chriſtus Dominus reſpondiſſet; quod tamen non fecit. Neque enim dixit, quid eſſent plagæ, vt rogabatur; ſed vbi acceptæ eſſent: *His plagatus*, inquit, *ſum in domo eorum, qui diligebant me.* Planè intelligens eam interrogationem potiùs fuiſſe conſolationem.

Margin: D. Ambr. — Rupert.

4. *Conſolatoria Elcanæ interrogatio.* D. Ambr.

Similiter igitur Elcana conſolaturus vxorem interrogatione aggreditur: *Anna cur fles? & quare non comedis?* Non quidem, quòd illius fletus, & ieiunij cauſas ignoraret, alioqui plures vxori lacrymas excuſſiſſet; nam vt benè D. Ambr. in orat. de C fide reſurrectionis ſub initium aduertit: *Mulieres nihil magis metuunt, quam earum ignorari ærumnas.* Neque item, vt vllam ab ea reſponſionem expectaret: hoc enim mœrenti moleſtum eſſe ſolet. Vnde Iobi amici, cap. 16. num. 2. *conſolatores oneroſi appellantur*, tum ob alias cauſas; tum etiam, interprete Caiet. quia reſpondendi laborem imponebant. Interrogat igitur vulgari, & maximè idonea conſolandi forma. In Hebræo ſunt verba de futuro, *cur flebis? cur non comedes?* Vel quia tam obſtinatè flebat, & ieiunabat, vt non videretur tam citò lacrymas, & ieiunium depoſitura: vel potiùs, quia hæc verborum commutatio futuri pro præ- D ſenti, & vice verſa, Hebræis frequentiſſima eſſe ſolet. Septuaginta quædam interponunt verba: *Dixit ei Elcana vir eius, Anna? Et dixit ei: Ecce ego Domine. Et dixit ad eam: Quid eſt tibi, quia ploras?* Vbi exprimitur Annæ erga virum, & reuerentia, & obedientia, quæ tam multis triſtitiæ fluctibus demerſa, ad primam viri vocem prompta exſilierit, ac Dominum appellarit, imitata Saram, quæ *obediebat Abrahæ, Dominum eum vocans.* 1. Pet 3 n. 6. & ſequuta illud diuinum oraculum ad Euam: *In dolore paries filios, & ſub viri poteſtate eris.* Gen. 3. n. 16. Vbi etiam inter dolores conſtituta, ad promptam viro obedientiam, ac reuerentiam deferendam admonetur.

Margin: Caiet. — *Vxoris etiam mœrentis erga virum reuerentia, & obedientia.*

5.

E *Quamobrem affligitur*, &c. In Hebræo, de futuro: *Quid male habebit cor tuum?* Septuaginta: *Vt quid verberat te cor tuum?* Vulgatus: *Quamobrem affligitur cor tuum?* omnia inter ſe, & verbo Hebraico conueniunt ירע *Ierab*, à radice רעה *Raah*, quod eſt, *affligere, conterere, indignari.* Hoc autem addidit Elcana, vt ſignificaret, interprete Abul. lacrymas Annæ non eſſe mendaces, & fictas, quales interdú mulierum lacrymæ eſſe ſolent, vbertim ex oculis erumpentes, nullo dolore animum ſauciante. Sic enim inter Romanos, præficæ conducebantur ad funera, venales lacrymas ſine vllo doloris ſenſu allaturæ. Vnde, vt rectè Plautus talibus conducamus, Comicus ille in Truculento: *Sine virtute*, inquit, *argutum ciuem mihi habeam pro præfica.* Quaſi diceret, ciuem bene loquentem, & malè operantem

Margin: Abul. — *Mendaces aliquando, & fictæ mulierum lacrymæ.*

compa

A comparandum cenſeo præficæ foris ploranti, intus ridenti Ne igitur ſimilis de Annæ lacrymis ſuſpicio baberetur, ſubdit Elcana: *Quamobrem affligitur cor tuum?* Vt intelligatur intus in Annæ pectore latere eum dolorem, ex quo vberes lacrymæ erumpebant.

6.
Pallor oris ſublimium virorum, & fœminarum pulchritudo, & è contrà.

Sed quæres, vnde ſcire poterat internum animi dolorem, qui peruius non eſt humanis oculis, ſed diuinis tantùm? Reſpondeo, ab indicio oris, & corporis, pallentis, & exareſcentis. Nam ſicut interna lætitia vigorem quẽdam, ac decorem in externam faciem refundit; iuxta illud: *Animus gaudens ætatem floridam facit.* Prou. 17. n. 22. ſeu, vt eſt in Hebræo, *medicinam facit*: ac ſi vna lætitia omnibus tum animi, tum corporis morbis medeatur. Ita & in- B terna triſtitia vitalem ſuccum, & ſanguinem exhaurit, & abſumit iuxta illud citato loco Prou. *Spiritus triſtis exſiccat oſſa.* Rectè igitur Elcana colligit dolorem cordis ex pallore oris. Qui color debet eſſe in probatis viris, ac fœminis. Nam vt bene D. Hieron. in epiſt. 47. de vitando ſuſpecto contubernio: *Nitens*, inquit, *cutis ſordidum oſtendit animum* Contrà verò D Gregor. Nazianz. orat. 14. quæ eſt 3. de pace, pallorem vocat *pulchrum ſublimium virorum florem.* Et quidem quàm ſit ea laus propria fœminarum, oſtendit idem D Greg. Naz. in orat. de laudibus Gorgoniæ ſororis ſuæ: *Vnus*, inquit, *illi rubor placebat, quem gignit pudor; vnus candor, quem parit abſtinentia. Nam picturas, & oculorum* C *fucos illis relinquebat, quibus pudori, & probro eſt, erubeſcere.* Et plura addit de hac re in orat. aduersùs mulieres. Quibus concinit Tertull. lib. de cultu fœmin. Vbi tandem cap. 13. fœminas admonet de vero corporis ornatu: *Pedes*, inquit, *domi figite, & pluſquàm in auro placebunt. Veſtite vos ſerico probitatis, byſſino ſanctitatis, purpura pudicitiæ. Taliter pigmentatæ Deum habebitis amatorem.* Iam verò quàm ſit eadem laus virorum propria, oſtendit D. Hieron. lib. 2. cõtra Iouin. quem ſic alloquitur: *Quoſcunque*, inquit, *formoſos, quoſcunque calamiſtratos, quos crine compoſito, quos rubentibus buccis videro, de tuo armento ſunt, imo inter tuos ſues grunniunt: de noſtro grege triſtes, pallidi, ſordidati, & quaſi peregrini huius ſæculi, licèt ſermone taceant, habitu loquuntur, & geſtu.*

D Hier.
D. Greg. Nazianz.
Tertul.
D Hier.

7.
Cur de ſterilitate ſolùm, & non de acceptis iniurijs Annam conſoletur.
Prima reſponſio.

Nunquid non ego, &c. Hiſce verbis conſolatur D Annam de ſterilitate. Quæri poteſt, cur eam non conſoletur de iniurijs à Phenenna acceptis, cùm eas probè nouerit, vt dixi in hoc numero; & propter illas etiam Anna fleuerit, vt in ſuperiori notaui. Reſpondeo primò, quia conſolando eam de ſterilitate, conſolari pariter cenſebatur de iniurijs, quæ in ſterilitate fundabantur; præſertim, quia probatæ fœminæ durius erat, meruiſſe iniurias, quàm audiuiſſe; & propterea potiùs optabat ſibi cauſas iniuriarum, quàm iniurias, abeſſe. Secundò, quia fortè noluit illi imputare omnem occaſionem dolendi, vt illi relinqueret aliquam & merendi. Quo pacto Deus etſi bona omnia Iobo erepta, poſtea duplicata reſtituit, filios tamen non geminanit, vt conſtat ex cap. 1 & 42. Iobi inter ſe collatis, ne omni patientiæ occaſione eum priuaret. Vnde Tertul lib. de patient. cap. 15. loquens de Iobo: *Suſtinuit*, inquit, *tam voluntariam orbitatem, ne ſine aliqua patientia viueret.* Tertiò, quia dolor de iniurijs meliùs obliuione, quàm loquutione curatur. Nam loquutione potius ægreſcit, ac recrudeſcit; obliuione ſenſim extenuatur, & abolerur. Vnde Dauid: *Delicta*, inquit, *iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris.* Pſalm 24. n. 7. vbi D. Ambr. in Pſalm. 38. *Non*, inquit, *defenſionem obtulit, ſed obliuionem rogauit.* Quaſi Propheta mallet iniurias Deo factas obliuione ſepelire, quàm oratione defendere. Ne igitur refricaretur dolor Annæ iniurijs A in memoriam reuocatis, meritò ab Elcana tacentur. Vbi obiter nota, debere nos eſſe iniuriarum obliuioſos. Nam ſi nobis illa obliuio per temporis proceſſum paulatim inducitur, cur non patiemur per legem diuinam citiùs induci? Audi D. Chryſ. hom. 52. ad populum Antiochenum, hanc nobis iniuriarum obliuionem ſuadentem. *Quod*, inquit, *tempus facit, hoc propter Dei legem ante tempus facere non ſuſtines? Et ſine mercede potiùs, quàm cum mercede vis tibi vitium extingui? Nec enim ſi per tempus hoc tibi fiat, erit tibi quidquam ampliùs, ſed multa potius pœna; quoniam quod tempus effecit, hoc facere Dei lex non perſuaſit.* Sed quid illud?

Secunda reſponſio.
Deus nunquam ſuos omni patientiæ occaſione priuat.
Tert.
Tertia reſponſio
Dolor de iniurijs obliuione, non loquutione curatur.
D. Ambr.
Iuſti iniuriarum obliuioſi.
D. Chryſ.

8.
Primus ſenſus.
Lyran.
Abul.

B *Melior, quam decem filij?* Primus ſenſus eſt: Nunquid non ego plus te amo, quàm te amarent decẽ filij, ſi fortè illos haberes? Sed hic ſenſus, neque Lyrano, neque Abulenſi videtur eſſe ad rem; quia licèt Elcana plus amaret vxorem, quam decem filij, adhuc nihilominus Anna non deſineret flere, filióſque deſiderare. ſiquidem per filios non minueretur amor coniugis erga illam, ſed potiùs augeretur; pro quo augmento poterat lacrymari. Secundus ſenſus: Nunquid non ego plus te amo carentem filijs, quàm Phenennam decem filijs abundantem? In hoc ſenſu cæteri interpretes magis conquieſcunt, ſed non ego: tum quia ad hunc ſenſum exprimendum verba ipſa difficilè trahun- C tur: tum quia Anna non flebat, quòd ſuſpicaretur, Phenennam ſibi in amore præferri; ſed quod filiorum careret vtilitate, quam non compenſabat, licèt magis, quàm Phenenna à viro ſuo diligeretur. Tertius igitur, ac germanus ſenſus eſt, quem verba ipſa ſonant: Deſine lamentari tuam ſterilitatem, quia quam vtilitatem ex pluribus filijs habere poſſes, eam totam ex me vno comparabis.

Secundus ſenſus.
Tertius, & germanus ſenſus.

9.
Obiectio.
Solutio.
Caiet.

Sed dicet aliquis, hoc eſſe falſum; quia ſaltem ex vno viro ſine filijs, habere non poterat propagationem ſui generis ad poſteros, quam ex filijs ſperabat. Reſpondeo, licèt hoc falſum ſit in ſenſu proprio, quidquid exiſtimet Caietan. non tamen in figurato, & hyperbolico, in quo conſolatio procedit. Nam ſi procederet in ſenſu proprio, non poſtularet Anna paulò inferiùs à Deo filium; ſed D vnius coniugis conſortio contenta, quidquid ex filio ſperabat, totum id ex ſolo viro habere ſibi videretur Similis ferè eſt ea loquutio, qua mulieres viduam Noëmi conſolabantur, nato eius nepote legali: *Multò*, inquiunt, *tibi melior eſt, quam ſi ſeptem haberes filios.* Ruth 4. num 15. Hyperbolica enim eſt conſolatio. Nam quid minùs ſeptem filij legitimi matri Noëmi, quàm vnus nepos legalis contuliſſet?

10.
Cur decem filij hic numerentur.
Mali filij, perinde ac nulli.
D. Aug.
Numerus denarius pro multitudine ponitur.

Sed cur numerantur decem filij? Reſpondent Hebræi, quia totidem habuerat Phenenna; quamuis quid de illis factum ſit, nuſquam dicatur; for- E tè, quia nihil vnquam dignum memoria egerunt. Tales enim genuiſſe, perinde eſt, ac nullos genuiſſe. Vnde qui malos filios habent, non liberantur à maledictione illis inflicta, qui ſteriles ſunt, & infœcundi, & non relinquunt ſemen in Iſraël. Exod. 23. n 26. quia, interprete D. Aug. lib. qq. ex veteri Teſtamento, q. 17. non relinquunt ſemẽ, quod videat Deum, per quod ſolùm parentes fœcunditatem veram conſequuntur, ſine quo ſteriles appellantur. Sed hoc, quod attinet ad numerum, incertum eſt. Certius illud, numerum denarium, qui in Scriptura plenus eſt, ſicut & ſeptenarius, vt cap. 2. n. 5. oſtendam, pro multitudine filiorum vſurpari. Vnde decẽ millia pædagogorũ. 1. Cor. 4. n. 15. decem millia verborum, 1. Cor. 14. n. 19. decem millia talentorum. Matt. 18. n. 24. pro multis millibus vſurpantur.

vſurpantur. Quò pertinet illud Iacobi: *Immutaſti mercedem meam decem vicibus.* Gen.31.n.41. & illud Iobi: *En decies confunditis me.* Iob.19.n.3. hoc eſt, ſæpius, vt ibi interpretes aduertunt. Quamuis Orig. locum Iobi propriè interpretetur de quinq; alloquutionibus, ſeu increpationibus amicorum, & totidem Iobi reſponſionibus. Patet enim ex litera, Iobi amicos eum quinquies increpaſſe, & Iobum pro ſe quinquies reſpondiſſe. Dum igitur tacens quinquies arguitur, & reſpondens quinquies exploditur, decies ſine dubio confunditur.

Orig.

ANNOTATIO VIII.

CIRCA LITERAM.

Singula prædictorum coniugum ſtudia.

1\. TRIVM perſonarum actiones in litera hactenus explicata continentur, Phenennæ, Annæ, & Elcanæ. Phenennæ quidem iurgium, Annæ patientia, Elcanæ conſolatio. Singulæ vberem ad mores inſtruendos materiam includunt, per aliquot ſectiones deinceps illuſtrandam.

SECTIO I.

Vnde ortum fuerit hoc iurgium.

2\. DVplici ex radice, ex ſuperbia, & inuidia. Quod ad priorem attinet, Phenenna longa filiorum ſobole coronata ſuperbiebat. Sic enim muliebre fert ingeniũ, vt ex filijs inſoleſcat, vt n. 6. ex D. Aug. obſeruaui. Superbia verò quantùm ſibi arrogat, tantùm alijs detogat? vnde neceſſe eſt, vt iurgia oriantur, iuxta illud: *Vbi fuerit ſuperbia, ibi erit & cõtumelia* Prou.11.n.2. Multum igitur in primis ſibi arrogant ſuperbi. Vna tantùm re plurimùm excellunt, & nihilominus omnibus excellere arbitrantur. Phenenna ſola fœcunditate præſtabat, & tamẽ omnibus ſe rebus Annæ præferebat. Daniel Nabuchodonoſoris ſomnium de ſtatua aurea interpretatus, caput aureum Regi tribuit: *Tu es*, inquit, *caput aureum.* Dan.2.n.38. Quid vero Rex capitis excellentia tumens, reliquũ ſibi corpus affinxit ex auro. Fecit enim ſtatuam auream, ſuóque dicatam nomini, palàm propoſuit adorandam, vt patet Dan. 3. à n. 1. Quæ tua te rapit inſania, Rex improbe? Aureum caput habes, tuæ ſymbolum majeſtatis, non inficior: ſed pectus, manus, pedéſque aureos non habes. Quid totũ te aureum facis? Optimè Theod. orat. 3. in Daniel. *Quia*, inquit, *beatus Daniel ſomnium interpretans ipſum eſſe aureum caput dixit, alias verò imaginis partes ex alia multiplici materia, ipſe omnem ex auro imaginem molitur.*

Prima iurgij radix ſuperbia.

Multum ſibi arrogant ſuperbi

Theod.

3\. Simili ſuperbia intumuit impius ille Rabſaces Aſſyriorum ductor. Nam cùm victor in vno prælio eſſet, tàquam victor in omnibus gloriabatur. Nam Samaria à ſe capta, capiendam pariter à ſe exiſtimauit etiam Iudæam; victis iniquis Regibus, à ſe pariter vincendum cenſuit & iuſtum Ezechiam: profligatis falſis gentium idolis, Deum quoque optimum maximum Hebræorum non dubitauit à ſe pari facilitate profligandum. *Quis*, inquit, *eſt, ex omnibus Diis, qui eruerit terram ſuam de manu mea, vt*

Rabſaces [illegible]

A *eruat Dominus Hieruſalem de manu mea?* Iſa. 36.n.20. & 4.Reg.18 n.35. Inſanis, mihi crede, ſuperbiſſime dux, inſanis. Vicisti, fateor, falſos Deos, & cultricem eorum Samariam ſubegiſti: at contra Deum non falſum, ſed verum, non fictum, ſed factorem ſeculorum, & opificem vniuerſitatis, vt loquitur D. Cyrill. Alex. quid ſuperbis, & victoriam canis ante pugnam? Optimè idem Cyrill. in citatum locum Iſaiæ: *Barbarizat*, inquit, *mente Rabſaces, & verbis contra Deum inſoleſcit.* Nec immeritò. Qui enim ſic argumentatur: Deos Ethnicorum profligaui, ergo & Deum Hebræorum profligabo; non ſyllogizat, ſed barbarizat: præſertim cùm illos alios non appellet Dominos, hunc autem maximè; *vt eruat*, inquit,

D. Cyrill. Alex.

B *Dominus Hieruſalem de manu mea.* Quæ enim inſanior arrogantia eſſe poteſt, quàm velle dominari illi Deo, quem omnium Dominum fatearis? Et propterea Deus ſuperbum ducem, non vt hominem puniuit, ſed vt belluam: *Ponam*, inquit, *circulum in naribus tuis, & frenum in labiis tuis, & reducam te in viam, per quam veniſti.* Iſa.37.n.29. Vbi Theod. *Vt brutum*, inquit, *tractat Dominus eum, qui anima rationali præditus, rationem corrumpit.* Theod.

4\. Iam verò Lucifer inter aſtra numerabatur, iuxta illud, *qui manè oriebaris.* Iſaiæ 14.n.12. Addit paraphraſis Chaldaica, *ſicut ſtella lucens inter ſtellas.* Et nihilominus ille ſua ſorte intumeſcens, aſcendere

Superbia ſublimiora ſemper appetit.

C voluit ſuper aſtra: *Super aſtra*, inquit, *Dei exaltabo ſolium meum.* ibid. n.13. Quo tendis Lucifer? Inter aſtra locum habes, non ſuper aſtra: caue ne maneas infra aſtra. Planè ſtare loco neſcit ſuperbia: parum illi eſt, multis ſuperiorem eſſe, ſi vel vno inferior ſit. Vnde addit; *ſedebo in lateribus Aquilonis.* Cur ad Aquilonem potiùs, quam ad Auſtrum? Reſpondet optimè Lyr. *Quia altitudo*, inquit, *mundi ſecundum hominum apparentiam eſt in polo Aquilonari, qui eſt nobis ſemper manifeſtus, & ſuper noſtrum hemiſpherium eleuatus*; iuxta illud Poëtæ,

Hic vertex nobis ſemper ſublimis: at illum
Sub pedibus Styx atra videt, manéſque profundi.

D Vnde patet ſuperbum, & in patentiſſimo mundi loco eſſe velle, vt nunquam ex oculis euaneſcat, ſemper ante oculos præferatur: & in altiſſimo mundi vertice velle conſiſtere, vt qui multos dignitate vincebat, à nemine vinceretur.

5\. Hinc eſt, quòd ſuperbi vnicornibus comparentur. Nam Propheta: *Deſcendent*, inquit, *vnicornes cum eis.* Iſaiæ 37.n.7. id eſt, ſuperbi, & ceruicoſi, interprete Lyrano, cum vilibus, & abiectis ſimul in infernum deſcendent. Rurſus Dauid. *Salua me*, inquit, *ex ore leonis, & a cornibus vnicornium humilitatem meam.* Pſalm.21.num.22 id eſt, à ſublimitatibus ſuperborum, vt D. Aug exponit. Sed quid ſuperbis cum vnicornibus? certè non parum. Nam ſicut

Superbi vnicornibus ſimiles.
Lyran.

D August.

E vnicornes ſolitarij vagantur capita alta ferentes, & aliorum conſortia declinantes: ita ſuperbi nolunt eſſe inter homines, ſed ſuper homines; omnia habere volunt infra ſe, vix aliquid iuxta ſe. Quòd ſi aliquando ſuperbus aliquam humilitatis ſpeciem præbere vult, etiam multò ſibi plus arrogat, quàm poſſideat, vt in Saüle patet. Nam Dauid aliquando abſcidit oram ex chlamyde Saülis; vitam tamen ex corpore non abſtulit, cum pari facilitate vtrumque præſtare poſſet. Quod ſentiens Saül exclamat Dauidi gratulabundus: *Iuſtior*, inquit, *es, quam ego.* 1 Reg.24. num. 18. Vides arrogantiam? Debuiſſet dicere, vt ibi notat Caiet. Iuſtus tu es, non ego, ſed præ ſuperbia dixit: Iuſtior tu es, quàm ego. Iuſtum etiam quidem fatetur eſſe Dauidem; ſe tamen iuſtum eſſe ſupponit, cùm iuſtitiæ nihil haberet: qui quidem cedit ſanctiſſimo viro, ſed omnibus ſe peccatoribus anteponit innuens:

Superbi etiã ſub humilitatis ſpecie multum ſibi arrogant.

Caiet.

innuens ſe non inter illos, ſed inter [illegible] numerandum.

6. *Etiã iuſtum ad ſublimiora ſtimulat ſuperbia.*

Addo etiam probos viros difficilè conquieſcere in eo gradu honoris, quem à Deo acceperũt: ſed inde ſuperbia ſtimulante in alios, atque alios ſuperiores proſilire. Olim Deus ad Moyſem: *Ecce,* inquit, *conſtitui te Deum Pharaonis.* Exod. 7. num. 1. Pharaonis dixit, non Iſraëlis, vt D. Aug. ibid. q. 17. aduertit. (D. Aug.) Licèt enim [illegible] diuinam poteſtatem in impium Tyrannum [illegible] permitteret; tamen in ſuum populũ, quem vnicè diligebat, eam ſibi ſemper reſeruabat. Pharaonis igitur tantùm Deus Moyſes conſtituitur. Et nihilominus Moyſes proprium Dei munus non ſolùm erga Pharaonem, ſed etiã erga populum quodammodo vſurpabat. Quod ſic oſtendo. Quia proprium Dei munus eſt, ſumma pariter, atque ima gubernare, omnibus, ac ſingulis prouidere, quin ad vnum limitetur, quin ad plura diſtrahatur; iuxta illud D. Bern. ſerm. 69. in Cant. (D. Bern.) *Deus,* inquit, *nec ad multitudinem multus erit, nec ad paucitatem rarus, nec ad diuerſitatem diuiſus, nec reſtrictus ad vnum, nec anxius ad curas, nec perturbatus, ſeu turbulentus ad ſolicitudines. Sic ſane vni intentus, vt non detentus; ſic pluribus, vt non diſtentus.* Hoc igitur munus ſibi Moyſes vſurpabat, dum ſolus pro tribunali à manè vſq; ad veſperam, omnium, ac ſingulorum cauſas iudicabat. Exod. 18. n. 13. Quod ipſemet ſignificauit ibidem illis verbis: *Venit ad me populus quærens ſententiam Dei.* num. 15. Dei, inquit, non hominis. Quaſi ſe illius populi Deum exiſtimaret. Vide Moyſes ne plus tibi vſurpaueris, quàm acceperis. Dux es illius populi, non Deus. Quod ſi aliquam deitatem accepiſti, pro Pharaone tantùm, nõ pro Iſraële accepiſti. Quid igitur te Deum facis Iſraëlis? Certè ad hanc eum opinionem ſuperbia impellebat, & erigebat, niſi à ſocero ſuo Iethro cautè, & opportunè admoneretur, ac retraheretur: *Non bonam,* inquit, *rem facis, ſtulto labore conſumeris.* ibid. num. 17. Huc enim ſpectaſſe eam accuſationem cenſuit D. Auguſt. q. 68. in Exod. (D. Auguſt.) *Videndum,* inquit, *eſt, ne fortè voluerit Deus ab alienigena admoneri Moyſem, vbi & ipſum poſſet tentare ſuperbia: ſedebat enim iudiciaria poteſtate ſolus, vniuerſo populo ſtante.* Quaſi diceret, ab homine reprehenditur, ne ipſe ſibi Deus populi illius videretur.

7. *Cur ſuperbiæ vnus tãtùm pes.*

Semper igitur ſuperbia volat altiùs quàm alæ ferant, & plura habere ornamenta, quàm re vera habeat, gloriatur. Meritò precatur Dauid: *Non veniat mihi pes ſuperbiæ.* Pſal. 35. n. 12. Cur pedem ſuperbiæ vocat? An quia ſuperbia caput non habet? An quia abiecta eſt, ac vilis? An quia ſemper à Deo recedit? An quia dux eſt viæ ad o[mn]e malum? Rectè quidem hæc omnia. Sed vlteriùs quæro, cur pedem dicit, non pedes? (*Superbia inſtabilis.*) Dices, quia ſuperbus inſtabilis eſt, & ſicut ille, qui vno pede tantùm nititur, facilè ruit. Vnde de ſuperbis dicitur eodem Pſal. n. 13. *Expulſi ſunt, nec potuerunt ſtare.* Et certè ſuperbiſſimus ille Lucifer in veritate non ſtetit, Ioan. 8. n. 44. & propterea ſuæ inſtabilitati timens, dicebat in corde ſuo: *Sedebo in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis.* Iſaiæ 14. n. 13. In quem locum D. Bern. ſerm. 85. in Cant. (D. Bern.) *Ideò,* inquit, *fortaſſis ſedere voluit, qui ſtare non valuit.* Optima quidem ratio, cur ſuperbo vnus tantùm pes attribuatur. Sed vlteriùs in rem præſentem quadrare ea ratio mihi videtur; (*Superbia manca, dum cupit aſcendere, deiicitur.*) quia ſuperbus mancus eſt, & claudus, altero pede mutilatus, vno tantùm pede graditur: hoc eſt, nũquam omnibus redundat bonis, ex vno tantùm nimium intumeſcit. Si quam, vel à natura, vel à fortuna dotem ſortiatur, non ſolum pedes ſe habere putat, ſed alas. Verùm qui pedes non habens alas aſſumit, meritò vtriſque priuatur,

Quod D. Maximus hom. 5. in Natali Apoſt. Petri, & Pauli argutiſſimè, & ſcitiſſimè dixit de Simon mago, qui cùm in cælum arte magica euolaret, ſuam mundo diuinitatem probaturus, diuina virtute in terram deiicitur, fractis cruribus ex ruina, ſuam mundo iniquitatem, vilitatémque teſtatus: (D. Max.) *Vt qui,* inquit, *paulo antè volare tentauerat, ſubito ambulare non poſſet, & qui pennas aſſumeret, plantas amitteret.*

Ex his patet quantum ſibi ſuperbia aſſignat: ſed quantùm alijs detrahat, ipſa quoque Phenenna oſtendit, quæ non ſolùm ſuam fœcunditatem iactabat, ſed etiam Annæ ſterilitatem irridebat. 8. (*Semper alios ſuperbi contemnunt.*) Semper alios ſuperbi contemnunt. Irruit Dauid in Philiſthæum, *& tulit gladium eius, & eduxit eum de vagina ſua, & interfecit eum, præciditque caput eius.* 1. Reg. 17. num. 51. Notandum illud, *eduxit eum de vagina ſua.* Quid hoc eſt? nõnne pugna iam ini[ti]o cœpta erat? Quid igitur Philiſthæus adhuc enſem in vagina reconditum geſtabat? Reſpondet Lyran. & Abul. (Lyran. Abul.) qui difficultatem attingunt, Philiſthæum prius lancea, quàm gladio de more militari pugnare decreuiſſe. Sed illis non aſſentior. Nam in ſingulari certamine, præcipuè pedeſtri, non tam haſtæ, quam gladij vſus eſſe ſolet. Aliter igitur reſpondeo, Philiſthæum non eduxiſſe gladium è vagina, quia cùm ſuperbiſſimus eſſet, adeò Dauidem contemnebat, vt indignum ſua virtute iudicaret, ferrum contra eum diſtringere, & imbuere ſuum gladium vnius adoleſcentuli cruore. Quare non tam gladio, quàm vno halitu Dauidem a ſe diſſi[pan]dum, ac diſſipandum eſſe ſperabat.

9. (*Superbi ſolos ſe magnos arbitrantur.*)

Non minorem ſui iactantiam, & horum deſpicientiam præferebat improbus ille Rabſaces Aſſyriorum ductor. Nã ad Ezechiam Hebræorum Regem nuntios miſit cum his verbis. *Dicite Ezechiæ, Hæc dicit Rex magnus, Rex Aſſyriorum.* Iſaiæ 36. num. 4. Vide ſuperbiam aliorum contemptricem. Ezechiam non appellat Regẽ: at verò Aſſyriorum Tyrannum, non tantùm ſemel atq; iterum Regem vocat, ſed etiam magnum Regem. Notauit hoc egregiè D. Cyril. Alex. in eum locum: (D. Cyril. Alex.) *Simplici,* inquit, *appellatione Ezechiam nominat, non addito Regis vocabulo, nec alia re quapiam viris ea dignitate præditis conuenienti [illegible]: at Regem Aſſyriorum vocat, nec ſimpliciter hoc ipſo contentus nomine, ſed etiam magnum appellat.* Quid Pharao? quanto cum aliorum contemptu de ſua magnitudine gloriabatur? Celebre eſt illud Moyſis præconium. *Fuit Moyſes vir magnus valde in terra Ægypti coram ſeruis Pharaonis, & omni populo.* Exod. 11. n. 3. Cur non etiam coram Pharaone magnus dicitur, apud quem non minora ediderat portenta? Reſpondet Oleaſter: (Oleaſt. *Vel ipſum Deum contemnunt.*) *Quia Reges,* inquit, *neminem magnum arbitrantur, niſi ſeipſos.* Sed vtinam ſolos homines contemneret ſuperbus, neque verum Deum aſpernaretur; vt planè aſpernatus eſt Nabuchodonoſor, dum ſuam potentiam diuinæ, quam paulò antè confeſſus fuerat, antepoſuit: *Quis,* inquit, *eſt Deus, qui eripiat vos de manu mea?* Daniel. 3. n. 15. Vbi Theod. (Theod.) *Tam cito,* inquit, *quem confeſſus fuerat, & Deum Deorum vocauerat, eum detraxit, ipſumque homine imbecilliorem opinatus eſt eſſe, quem Dominum regum appellarat, & eum vincere ſe infelix immaniter gloriatus eſt.* Quem igitur ſuperbus non contemnit, qui Deum optimum maximum contemnit?

10. (*Superbi omnium contumeliis [illegible]tur.*)

Ex hac igitur ſuperbiæ radice illi contumeliarum fructus enaſcuntur. Vnde illud Salomonis [illegible] citatum: *Vbi fuerit ſuperbia, ibi erit [&] contumelia.* Prouerb. 11. num. 2. Quæ contumelia paſſiuè intelligi poteſt, & actiuè: paſſiuè quidem, quia & ſuperbus contumelias, quas dicit, audit, [i]pſorque

omnium

omnium irridetur, iuxta illud Abacuc. 1. num. 10. *Tyranni ridiculi eius erunt.* Hoc eſt, ſuperbi principes riſu, & ſibilo explodentur. Et illud Pſalm. 106. n. 40. *Effuſa eſt contemptio ſuper principes.* Vbi Theod. *Qui*, inquit, *principes ampliſſimi erant, ab illis ipſis, ſempe ſubditis deſpiciuntur.* Actiuè autem aptiùs ad rem noſtram; quia ſuperbus contumeliis nullis parcit, conuitiis omnes lacerat, & proſcindit. Hinc illa Prophetæ exclamatio: *Væ coronæ ſuperbiæ.* Iſaiæ 28. num. 1 Septuaginta transferunt: *Væ coronæ iniuriæ.* Quaſi iniuria, & ſuperbia idem ſit. Nam ſuperbus tam multis iniuriis alios laceſſit, vt continua omnium iniuria videatur. Tales quondam fuerunt Romani, qui ſicut animis erant inſolentes, ita dictis, & factis intractabiles, vt vel D. Bern. in loquendo modeſtiſſimus teſtatur lib. 4. ad Eugen. *Quid*, inquit, *tam notum ſeculis, quàm proteruia, & faſtus Romanorum? Gens inſueta paci, tumultui aſſueta, gens immitis, & intractabilis: vſque adhuc ſubdi neſcia, niſi cùm non valet reſiſtere.*

Theod. — Romanorum ſuperbia intractabilis. D. Bern.

11\. Vnde D. Paulus, qui Romanorum ſuperbiam nouerat, eorundem iniurias amputandas curauit. *Sicut in die*, inquit, *honeſtè ambulemus, non in comeſſationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitiis, non in contentione, & æmulatione* Rom. 13. num. 13. In quæ vltima verba D. Anſel. *Comedebant*, inquit, *Romani, & ſe aliis præferebant: horum autem morborum, id eſt, contentionis & æmulationis, mater ſuperbia eſt, & humanæ laudis auiditas: nec adhuc ſanari poteſt, niſi qui ſuperbiam calcauerit, & humanas laudes contempſerit.* Nec immeritò poſt comeſſationes prohibentur à D. Paulo contentiones: quia Romani poſt intempeſtiua conuiuia, nihil aliud quàm ſuperba conuitia eructabant. Hic eſt ille peſtilens ſuperborum halitus, qui Dauidem tanquam exanimem ſolo ſternebat. *Miſerere*, inquit, *mei quoniam conculcauit me homo* Pſalm. 55. n. 2. ex Hebræo legi poteſt, *quoniam anhelauit in me.* Verbum enim שָׁאַף *Saaph*, quod ibi ponitur, *anhelare* ſignificat. Vide quantas vires habeat contumelia. Vnus halitus, ſiue vna contumelia Saülis, aut Semei, aut alterius cuiuſque ſannionis, ſeu veteratoris generoſum Regem conculcabat.

D. Anſelm. — Vel ſuperbi halitus Reges conculcat.

12\. Adhæc, ſolet in Scriptura ſuperbia fumo comparari. *Conuoluetur ſuperbia fumi*, inquit Iſaias c. 9 n. 18. Vnde illud ex Pſ. 73. n. 23. *Superbia eorum qui te oderunt, aſcendit ſemper*, ſic aliqui interpretantur: *Fumus eorum, qui te oderunt.* Quid quæſo ſuperbiæ cum fumo; An quia ſicut fumus aſcendendo inaneſcit, ita & ſuperbus deperit, ac difflatur augeſcendo? Non inuenuſtè quidem. Sed vlteriùs in rem præſentem, quia ſicut fumo deſiliente ex camino, & ſe in totam domum glomerante durare nemo poteſt in ædibus, ſed foras, antequam ſtranguletur, erumpit: ita & ſuperbo in iras detumeſcente, & in contumelias deſpumante, nemo poteſt ſub eodem tecto commorari. Rectè Dauid: *Dum ſuperbit*, inquit, *impius, incenditur pauper.* Pſalm 9. ſeu 10. iuxta Hebræos, n. 2. Quaſi ſuperbus tam duris verbis in pauperes incurrat, vt non conuitia, ſed incendia iacere in eos videatur. Concinit illud Iobi cap. 15. n. 20. *Cunctis diebus ſuis impius ſuperbit.* Aquila vertit, *impius in dolore eſt.* Non eo tantùm quem ſecum gerit, ſed etiam quem aliis ingerit. Quaſi non ſit aliud ſuperbire, quam alios probris, & iniuriis cruentare. Non potuit ille Phariſæus tam ſuperciliosè de ſuis virtutibus inſoleſcere, quin aliis hominibus, & præſertim vni publicano tam ſuperbas imponeret contumelias: *Non ſum*, inquit, *ſicut cæteri hominum, velut etiam hic publicanus.* Luc. 18. n. 11. Vbi D. Aug ſer. 36. de verbis Domini: *Noluit*, inquit, *Deum rogare, ſed ſe laudare; parum eſt non Deum rogare, ſed ſe laudare, inſuper & roganti inſultare.* Sed quid ei profuit tam ſuperba ſui commendatio? imò quid ei profuit tam numeroſus virtutum comitatus cum tam improbo aliorum contemptu? Optimè D. Ambroſ. ſerm 20. in Pſalm. 118. *Nihil*, inquit, *ei tot genera virtutum vno vitio decolorata, prodeſſe potuerunt.* Non potuit Agar de ſua fœcunditate gloriari, quin aduersùs Saram Dominam ſuam ſuperbiret. *At illa*, inquit textus, *concepiſſe ſe videns, deſpexit Dominam ſuam.* Gen. 16 num. 4. Vbi D. Chryſoſtom. homil. 38. *Seruorum*, inquit, *mos eſt, vt cum parum eis proſperitatis adſpirauerit, nequeant intra ſuos limites manere, ſed ſtatim ſui ordinis obliuiſcantur.* Non aliter igitur Phenenna ſua fœcunditate tumens, Annæ ſterilitatem contempſit. Et ſicut illa Niobe, vt eſt in fabulis, propter numeroſam prolem ſe Latonæ prætulit, non tamen ſine ſuo malo, in lapidem obrigeſcens: ita & hæc ob ſuam fœcunditatem, ſanctiſſimam fœminam inſolenter laceſſiuit, non tamen impunita, tandem in lapideam data ſterilitatem; vt ex c. 2. n. 5. patebit. Atque hæc de prima iurgij radice.

Superbia fumus dum aſcendit, euaneſcit. — Superborum conuitia, incendia. — Superbia dū plurimū ſibi arrogat, aliis detrahit. D. Aug. — D. Ambr. — D. Chryſ. Seruorum eſt de minimis ſuperbire.

Altera iurgij radix, inuidia.

Creandis, nutriendiſque iurgiis, ac diſcordiis non minus apta radix eſt inuidia. Igitur Phenenna eximias Annæ virtutes videbat, & inuidebat, cruciabatur animo, calumniabatur ore. Ab illa inuidiæ radice hæc conuitiorum, ac iurgiorum propago erumpebat. Hoc eſt inuidorum ingenium, dolent in primis illis oculi, quoties aliena bona intuentur. Vnde Diogenes rogatus, quo pacto quis poſſet de ſuo aduerſario vindictam ſumere. Reſpondit, ſi ſe optimum in omnibus præſtiterit. Nam vt bene D. Cypr. lib de zelo, & liuore: *Quanto*, inquit, *ille qui inuidetur ſucceſſu meliore profecerit, tantò inuidus in maius incendium liuoris ignibus inardeſcit.* Et D Aug. ſerm. 18. ad fratres in Erem. *Nuſquam*, inquit, *melius malos inuidos torquere poteritis, quam virtutibus & gloria ſeruiendo.* Quaſi tot inuidis tormenta infetas, quot tui ipſius offeras ornamenta. Expreſſit hoc Regius Vates loquens de viro iuſto: *Cornu*, inquit, *eius exaltabitur in gloria.* Pſalm. 111. num. 9. & ſtatim ſubdit de peccatore: *Peccator videbit, & iraſcetur, dentibus ſuis fremet, & tabeſcet.* Vbi D. Chryſoſtomus: *Quid miſerius*, inquit, *homine, qui viuit in ſcelere, quando aliorum etiam rectè factis mordetur, & aliorum laudem ſuam pœnam exiſtimat, & ipſe à ſe ipſo ſupplicium exigit, ſuam conſcientiam lanians, & mentem excrucians, & ſe ipſum in ſe carnificem exhibens?* Hinc eſt, quod cum Deus inuidos Ægyptios cruciare vellet, felices illis Hebræos ante oculos propoſuit; vt colligo ex Dauide: *Conuertit cor eorum, vt odirent populum eius.* Pſalm. 104. n. 25. id eſt, conuertit Ægyptios, vt odirent Hebræos. Quid eſt, conuertit? Impulitne Deus ad malum: Abſit, vt ex totius fonte bonitatis quidquam mali ſcaturiret. Quo pacto igitur conuertit cor Ægyptiorum in odium Hebræorum? Reſpondet D. Auguſt in eum Pſalm. *Non*, inquit, *illos malos faciendo: ſed iſtis bona, quibus mali facillimè poſſent inuidere, largiendo, incitaſſe dicitur ad odium.* Quaſi iuſtorum beneficia, ſint ſupplicia inuidorum. Vnde Iſaias cap. 50. num. 9. poſtquàm in ſe diuinum fauorem recognoſcit, dicens: *Ecce Dominus meus, auxiliator meus, quis eſt, qui condemnet me?* ſtatim ſubdit: *Ecce omnes quaſi veſtimentum conterentur, tinea comedet eos.* Hoc eſt, zelus, & inuidia, vt Interlinearis exponit. Nam de alienis bonis inuidia generatur, quæ non minùs pectora, quàm tinea veſtimenta corrodit: iuxta illud D. Cyprian. lib. de zelo, & liuore: *Qualis*, inquit, *eſt animi tinea, zelare in altero felicitatem, in malum proprium*

13\.

Aliena bona, propria mala facit inuidia. D. Cypr. — D. Aug. — D. Chryſ. — D. Auguſt. — Inuidia, tinea cordis. — D. Cypr.

bona aliena conuertere, illuſtrium proſperitate torqueri, aliorum gloriam facere ſuam pœnam; & velut quoſdam pectori ſuo admouere carnifices, qui ſe inteſtinis cruciatibus lacerent, qui cordis ſecreta maleuolentiæ vngulis pulſent? Vbi etiam de hac re plura eleganter. A

14. *Inuidia etiã fratres urit, & cognatos.*

Sed vt res clarior euadat, illuſtretur exemplis. Cùm Deus vellet Abrahamum omnium bonorum promiſſionibus cumulare, priùs à Lot eum ſeparauit. Sic enim in litera habetur: *Dixit Dominus ad Abram, poſtquam diuiſus eſt ab eo Lot: Leua oculos tuos, & vide a loco, in quo nunc es, ad aquilonem & meridiem, ad orientem & occidentem; omnem terram, quam conſpicis, tibi dabo, & ſemini tuo vſque in ſempiternum.* Geneſ. 13. à num. 14. Quæro cur recedente priùs Lot, hæc fiat donatio Abrahamo. Bene B

Oleaſt.

Oleaſt. *Quia pius*, inquit, *Dominus inuidiam, aut odium nepotis timuit ipſi Abrahæ.* Quaſi & ipſe Lot, probus alioqui vir, patrui ſui felicitatem videre non poſſet, quin inuideret. Hoc fortaſſe documento inſtructus Abraham, cùm poſtea filium ſuum Iſaac hæredem instituit ex aſſe, hoc eſt, ex omnibus paternis bonis, eum ſtatim ſeparauit à filiis Ceturæ, & Agar, quibus leuiora munera legauerat. Sic enim habetur Geneſ. 25. à num. 5. *Dedit Abraham cuncta, quæ poſſederat Iſaac: filiis autem concubinarum largitus eſt munera, & ſeparauit eos ab Iſaac filio ſuo, dum adhuc ipſe viueret, ad plagam orientalem.* Cur eos deinceps in eadem regione habitare non permiſit? An quia præuidit tam multos ex illis poſteros naſcituros, vt vna omnibus regio non ſufficeret? An quia timuit, ne religio Iſaac, & filiorum eius ex commercio filiorum Ceturæ, & Agar idololatriæ ſeruientium deprauaretur? An denique, quia in ſpiritu præcognouit fore, vt filij ancillarum inuiderent filio ſuo Iſaac, ſi eum viderent in paternam hæreditatem cooptatum, & maioribus, quàm illos bonis affluentem? Congruenter quidem has omnes rationes inculcat Abulenſ. C

Abul.

tertiam tamen ad rem noſtram congruentiùs. Non potuerunt enim improbi homines etiam vnius fratris Iſaac bona intueri, quin inuidiæ ſtimulis pungerentur. D

15. *Inuidi oculi ex alienæ felicitatis torquentur aſpectu.*

Familiariter Deus cum Moyſe in monte Sinai colloquuturus, nubem dimiſit, quæ latè incubans, & montem, & Moyſem tegeret, Hebræorúmque eriperet è conſpectu. *Operuit*, inquit textus, *nubes montem & habitauit gloria Domini ſuper Sinai, tegens illum nube.* Exod. 24 num. 16. Cur quæſo priùs tegitur Moyſes, quam Deum alloquatur? Reſpondet

Oleaſt.

Oleaſt. quia noluit Deus populum videre, quàm familiaris illi ſeruus eſſet Moyſes, ne inuidia torqueretur, & ne alios inuidia permotos in eum prouocaret. Adeò ſolet inuidia laceſſere, & ſolicitare animos inuidentium, vt ex ſolo conſpectu alienæ felicitatis torqueantur.

Inuidi, dum aliorũ laudes ſibi perire credunt, cruciantur.

Malo ſpiritu agitabatur Saul, ad quem tranquillandum: *Prouidete*, inquit, *mihi aliquem bene pſallentem, & adducite eum ad me.* 1. Reg. 16. num. 17. Vnus ex his qui aderant, Dauidem ad hanc rem non ſolùm inculcat, ſed etiam magnis laudibus commendat. *Ecce*, inquit, *vidi filium Iſai Bethlehemitem, ſcientem pſallere, & fortiſſimum robore, & virum bellicoſum, & prudentem in verbis, & virum pulchrum, & Dominus eſt cum eo.* Ita ibi n. 18. Hunc E

Lyran.

Dauidis laudatorem dicunt Hebræi apud Lyran. fuiſſe Doeg capitalem ipſius Dauidis inimicum. Si ita eſt, quæro, cur inimicus Dauidis tam effuſus eiuſdem Dauidis encomiaſtes efficiatur apud Regem. Mitto alias rationes ad eum locum referendas. Illa eſt ad rem præſentem, quia Dauidem volebat occidere, ſine vlla nota ſuæ maleuolentiæ. Quid igitur ad hanc rem molitur? Sciebat Saulem eſſe inuidum, & alienis laudibus incredibiliter cruciari.

A Laudat igitur Dauidem apud Saülem, vt Saül inuidiæ ſtimulis agitatus interficiat Dauidem, credens ſibi perire eas laudes, quæ Dauidi canerentur. Vides, vt ipſi quoque improbi homines inuidorum ingenium cognoſcant, ac teſtentur?

16. *Aliorum encomia apud inuidum, crimina.*

Eundem Dauidem ad Achis Regem Geth confugientem, Regis ſerui magnis laudibus efferebant. *Nunquid*, aiebant, *non iſte eſt Dauid Rex terræ? Nonne huic cantabant per choros, dicentes: Percuſſit Saul mille, & Dauid decem millia?* 1. Reg. 21. n. 11. Cur, quæſo, ſe oſtendunt tam profuſos Dauidis laudatores, quem alioqui toto regno exterminandum, imò & de vita tollendum deſiderabant? Rem attigit Lyran. *Hæc*, inquit, *dicebant, vt Achis eum detineret, & occideret.*

Lyran.

B Cùm enim ſcirent inuidum eſſe Regem, pariter præſciebant, Dauidis laudibus ita commouendum, vt aliquod illi exitium machinaretur. Deferre enim ad inuidum Regem magna alicuius encomia, perinde eſt, atque capitalia crimina deferre. Et propterea Dauid ſuis laudibus auditis, magnum aliquod malum ſibi inde parandum eſſe prudens intellexit. *Poſuit*, inquit textus, *Dauid ſermones iſtos in corde ſuo, & extimuit valde à facie Achis Regis Geth.* Ibid. n. 12. Credidit enim ſolerti Rex ingenio, non minus periculi ſibi imminere, dum apud inuidum Regem laudaretur, quàm ſi accuſaretur.

17. *Inuidia ſimulis gehennæ incendiis conferuntur.*

At quantus, quæſo, eſt inuidorum de aliena felicitate cruciatus? Planè tam acerbus, vt gehennali C comparetur. Dauid à Saüle, eiuſque militibus acriter vexatus exclamat: *Dolores inferni circumdederunt me.* Pſal. 17. n. 6. D. Aug. legit: *Dolores inuidiæ.* Ita vt ſermo ſit de doloribus, qui erant in ipſius Dauidis perſequutoribus. Hi enim inuidiæ ſtimulis non minùs quam inferni doloribus agitati, in Dauidem inuehebantur. Facit illud Cant. 8. n. 6. *Dura ſicut infernus æmulatio.* Quia non minus pungit inuidia, quàm infernus. Imò ſicut inferni pœna perennis eſt, ita & inuidiæ cruciatus nunquam finitur; iuxta illud D. Cypriani lib. de zelo, & liuore: *Zelus*, inquit, *terminum non habet; permanens iugiter malum, & ſine fine* D *peccatum eſt.* Et paulò poſt: *Calamitas ſine remedio eſt, odiſſe felicem.* Clauſus tenebatur inferni ergaſtulo diues ille auarus, nec tamen quicquam de ſua inuidia remittebat, imò magis illius ſtimulis, quàm gehennæ incendiis cruciabatur, vt ex illius precatione oſtendi poteſt. *Pater*, inquit, *Abraham, miſerere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti ſui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.* Luc 16 num. 14. Vnde expende illud, *mitte Lazarum.* Quæro enim, cur potiùs non poſtulauerit, vt ſibi ipſi liceret aſcendere ad Lazarum, quàm vt Lazarus deſcendere iuberetur ad ſe. Cur non dixit, mitte me ad Lazarum; ſed, mitte Lazarum ad me? Planè, quia potiùs optabat, Lazarum ſecum eſſe miſerum, quàm ſe cum Lazaro bea- E tum; ac ſi magis eum aliena gloria, quàm propria pœna cruciaret. Ponderauit hoc ingeniuſè D. Petrus Chryſol. ſer. 122. *Quod*, inquit, *agit diues, non eſt nouelli doloris, ſed liuoris antiqui: zelo magis inceditur, quam gehenna. Eſt graue illis malum, eſt illis incendium non ferendum, quos aliquando habuêre contemptui, videre felices. Adhuc diuitem malitia non deſerit, quem iam poſſidet pœna: quia non ſe ad Lazarum duci poſtulat, ſed ad ſe Lazarum vult deduci.*

D. Cypr. *D. Aug.* *D. Petrus Chryſol.*

18. *Dæmones in medio aëre inuidiæ ſtimulis magis quam gehennalibus flammis cruciantur.*

Infernus planè eſt inuidis, non tam vbi ſuas pœnas patiuntur, quàm vbi alienas coronas intuentur. Conueniunt Theologi in 4. ſentent. d. 45. & 1. p. q. 46. art. 4. non paucos dæmonum in medio aëre inter cælum, & terram cruciari. Quæres, cur hic locus illis ad ſupplicium deſtinetur, qui potiùs imis terræ viſceribus obruendi viderentur. Mitto alias Theologorum rationes. Illa eſt ad rem præ-

ſentem

ſentem, vt diabolus conſtitutus inter iuſtos, qui iam triumphant in patria, & qui adhuc in via peregrinantur, vtrìque inuideat, & inuidendo magis crucietur. Sic enim rem declarat D. Bernard. ſerm. 54. in Cant. *Diabolus*, inquit, *in pœnam ſuam, locum in aere medium inter cælum, & terram ſortitus eſt, vt videat, & inuideat, ipsáque inuidia torqueatur.* Et paulo poſt, conſiderans diabolum, tanquam montes Gelboë omni rore deſtitutos, cum reliqui in circuitu montes cæleſtibus imbribus inundantur, ſic exclamat. *Quàm miſer*, inquit, *cum ſuſpicit cælos, in quibus innumeros montes intuetur, diuina claritate fulgentes? Quàm miſerior, cum reſpicit terram, montes quamplurimos de populo acquiſitionis habentem? Cum quanto putamus dolore aſpiciat ille cupidiſſimus gloriæ iſtos in circuitu ſuo tam glorioſos montes, cum ſuos è regione inultos, tenebroſos, bonis omnibus infœcundos deſpiciat?*

D. Bern.

19. Qui certè idem ferè myſterium agnoſcit in illis Seraphinis, qui Domini faciem, pedeſque velabant; media verò pectoris ſpatia intuentium oculis peruia relinquebant. Iſaiæ 6 n. 2. Nam per Domini faciem D. Bernard. tract. de gradibus humilitatis in primo gradu ſuperbiæ, intelligit triumphantis Eccleſiæ arcana; per Domini pedes, militantis Eccleſiæ myſteria, per intermedia ſpatia, illa intercurrentium Angelorum miniſteria, quibus ſumma imis, & ima ſummis in eundem amoris nexum copulantur. Quid ergo Bernardus? Diabolum in medio aëre exulantem alloquutus: *Licèt*, inquit, *& caput in cælo, & pedes in terra à te abſcondantur; quiddam tamen tibi medium videndum, ad inuidendum duntaxat permittitur, dum ſuſpenſus in aere deſcendentes quidem per ſe, & aſcendentes Angelos intueris, ſed quid vel audiant in cælis, vel nuntient in terris penitus neſcis.* Quaſi diabolus propter ſuam culpam à diuinorum ſecretorum hoſtio arceatur, ſed in ſuam pœnam ad illud Angelorum cum hominibus commercium cognoſcendum excitetur. Dum enim cognoſcit Angelos per medium aërem vltrò, citróque commeantes, & quanta de cælo dona deferant, quanta de terris vota offerant, intuetur: dum illa diuina beneficia, hæc humana obſequia contemplatur: denique dum cernit per ipſum aërem, vbi ille pœnam, & exilium patitur, facilem hominibus viam ad gloriam, & imperium aperiri; dici non poteſt, quantis inuidiæ ſtimulis dilaceretur. Itaque ad pœnam damnatorum maximus cumulus acceſſit inuidiæ. Quaſi vno liuore magis, quàm quouis alio dolore crucientur.

20. Si igitur tantus eſt dolor ex inuidia, quid mirum, ſi in rixas, & contumelias erumpat? *Fratres Ioſephi*, inquit textus, *oderant eum.* Geneſ. 37. num. 4. Quid deinde? Sequitur: *Nec poterant ei quidquam pacificè loqui.* Vbi planè magnitudo inuidiæ ſatis exprimitur: quæ maxima & moleſtiſſima tunc eſt, vt ibi Rupertus obſeruat, *quando*, inquit, *virus animi lingua diſſimulare non poteſt.* Quod ſi viri inuidi nequeunt à contumeliis abſtinere, quî poterunt fœminæ? quæ, vt docet Ariſtot. lib. 9 de hiſtoria animalium, magis inuidiæ ſuccumbunt ob puſillanimitatem animi? Nam inuidia magis in puſillanimes dominatur, iuxta illud, *Paruulum occidit inuidia* Iob. 5. num. 2. Hoc eſt, puſillanimem, vt ibi D. Thomas, & cæteri interpretes aduertunt. Sicut enim planeta inferior ſuperiorem obſcurat, & eclipſat, non autem vice verſa: ita & abiectus homuncio magnis hominibus inuidet, non tamen inuerſo ordine. Vnde Romani, qui inter cæteras nationes fuerunt in primis generoſi, nulla olim agitabantur inuidia, iuxta illud, *Non eſt inuidia neque zelus inter eos.* 1. Machab. 8 n. 16. Quam-

Inuidia virus linguâ diſſimulare non poteſt.

Inuidia mulierum, & puſillanimũ.

Ariſtot.

D. Thom.

Romani quãdiu generoſi, nunquàm inuidi.

tis poſtea decreſcentibus eorum animis, inter eos inuidia accreuerit, vt ibidem Lyran. aduertit. Imò & Angeli, quandiu in ſtatu gratiæ fuerunt, nulla in homines inuidia laborarunt, ſi vera eſt D. Chryſoſt. opinio, homil. 21. in Geneſ. *Quomodo*, inquit, *rationi conſonum eſt, Angelum incorporeum, & in tali dignitate conſtitutum, homini inuidere corpore circumamicto? Sed inuidit, qui à ſuperna gloria in extremam ignominiam deiectus eſt.* Quaſi inuidiæ conditio adeo ſit vilis, & abiecta, vt non niſi in vili, abiectaque natura, aut certè in vili, & abiectoque ſtatu reperiatur. Igitur Pheneona, ſicuti textu abiectior, ita ad inuidiam procliuior. Annæ virtutibus inuida, non deſinebat iugiter prouocare. Atque hæc de vtraque huius iurgij radice.

Lyran.

D. Chryſ.

Angeli ante lapſum inuidi.

SECTIO II.

Quàm moleſtum fuerit hoc Pheneunæ iurgium.

1. SAtis id litera expreſſit illis verbis: *Et vehementer angebat, in tantum, vt exprobraret*, &c. Illuſtrari autem poteſt vehementia huius angoris, ſeu afflictionis triplici ex capite. Ex perſona affligente, ex perſona afflicta, ex modo affligendi. Singula paucis illuſtremus.

Triplici ex capite iurgij moleſtia illuſtratur.

2. Quod ad primum attinet, perſona affligens, nimirum Pheneuna, domeſtica, & familiaris, erat. Quid moleſtius? Pati ab externo durum eſt: à domeſtico duriſſimum. Cùm olim Cæſar, teſte Tranquillo in eius vita, cap. 82. videret in Senatu multos diſtrictis pugionibus in ſe vnum irruentes, & inter eos M. Brutum, qui eius filius credebatur; emphaticè cum illo expoſtulauit, Græcis verbis, καὶ σὺ τέκνον, Hoc eſt, *Etiam tu fili?* quaſi non de externorum, ſed de vnius filij iniuria quæreretur. Similis eſt illa conqueſtio Dauidica: *Cor*, inquit, *meum conturbatum eſt, dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum.* Pſalm. 37. num. 11. Vnde hæc tam acerba exanimatio, vt non ſolum ſe à corde, & à virtute, ſed etiam à diuina prouidentia quodammodo deſtitutum lamentetur? Nam per lumen oculorum ſuorum, diuinam prouidentiam Theodoretus interpretatur. Attendite, quæ ſequuntur: *Amici mei, & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt, & ſteterunt & qui iuxta me erant, de longe ſteterunt.* Ibid num. 12. Quaſi diceret, ex amicis meis quidam mihi fuerunt exitio, alij verò præſidio eſſe noluerunt. Sicut moritur deficiente anima tabeſcit corpus, ita deficientibus amicis, qui ſunt inſtar animæ, mirum non eſt, ſi totus extabeſcam. Huc pertinet illa etiam Dauidis quærela, ſi in perſona propria loquatur, de Achitophele conſiliario ſuo: ſi verò in perſona Chriſti Domini, de Iuda eius diſcipulo: quod ille ab ipſo Dauide ad Abſalonem defecerit. 2 Reg. 15. num. 12. hic verò à Chriſto Domino ad Phariſæos, ſeu potiùs ad Satanam Ioann. 13. num. 27. Conqueritur autem hic: *Si*, inquit, *inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique. & ſi is qui oderat me, ſuper me magna loquutus fuiſſet, abſcondiſſem me forſitan ab eo. Tu verò homo vnanimis, dux meus, & notus meus, qui ſimul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus cum conſenſu.* Pſal. 54. n. 13 quaſi diceret, vt Theod. exponit: *Ea quæ ab inimicis fiunt, toleranda & ferenda ſunt: eorum omnium moleſtiſſimum mihi videtur, virum honorarium, & commenſalem, ac ſodalem, & conſcium ſecretorum, diuinarum, & humana-*

Chriſti proditio à diſcipulo, amarior.

Primo ex perſona affligente.

Sueton. Tranq.

Ab amicis, & domeſticis pati duriſſimum.

rum rerum secum conſcium, res inimicas, & hoſtiles facere.

3. *Chriſti mors à cognatis Iudæis acerbior.* Quid eſt, quòd Chriſtus Dominus pati voluit, non ſolùm à gentibus, ſed etiam à Iudæis? Matth. 20. num. 18. & 19. Marc. 10. n. 33. Luc. 18. num. 32. Ioan. item 18. num. 12. Facilis eſt reſponſio, vt amarior eſſet paſſio, quam non ſolum ignotæ gentium manus, ſed etiam manus cognatæ Iudæorum intuliſſent. Hinc ortur alia quæſtio, cur ſcilicet Chriſtus Dominus exp[ri]cturus ſuis diſcipulis, quanta eſſet ab hoſtibus [. .] tamenta paſſurus, alacrem animum oſtendit in via, qua Ier[oſoly]mam aſcendebat, vt colligitur ex illis verbis: *Præcedebat illos Ieſus, & ſtupebant.* Marc. 10. n. 32. videntes nimirum eum non inuitum trahi ad mortem, ſed exultabundum præuolare; vt ibi Theophylact. aduertit. Quò etiam pertinet illud Matth. 20. n. 18. *Ecce aſcendimus Hieroſolymam.* Vbi Auct. operis imperfect. hom. 35. rectè obſeruat, illud, *Ecce,* conſtantiæ, alacritatiſque ſignum fuiſſe. Contrà verò eiſdem diſcipulis explicaturus Chriſtus Dominus, quid ab vno diſcipulo proditore paſſurus eſſet, triſtem ſe exhibuit, ac turbatum. *Turbatus,* inquit textus, *eſt ſpiritu, & dixit: Amen, amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me.* Ioann. 13. num. 21. Itane, vt inimicorum plagas lætiſſimo animo exciperat, vnius diſcipuli proditionem triſtiſſimo patiatur? ita plane. Quia multò durius illi videbatur ſupplantari à domeſtico, quàm necari ab externis. Vt meritò mihi dixiſſe videatur D. Cyril. Alex. lib. 9. in Ioann. cap. 13. Chriſtum Dominum non potuiſſe odium proditoris manifeſtare, *quin aliquantiſper abhorruerit, & perturbationis figuram oſtenderit. Adeò moleſtè ferebat ſcelera illius, qui cum eius panem manducaret, calcaneum contra ipſum eleuauit.* Vbi planè alludit ad Pſal. 40. in quo Chriſtus Dominus facile præteriuit inimicorum ſuorum de morte ſua cogitantium inſidias. *Inimici,* inquit, *mei dixerunt mala mihi, quando morietur, & peribit nomen eius?* num. 6. At vero vnius diſcipuli de ſua proditione conſilium iniquè fert, & tanquam ſibi multò acerbius, vltimo loco lamentatur. *Homo,* inquit, *pacis meæ, in quo ſperaui, magnificauit ſuper me ſupplantationem* n. 10. Adeò moleſtius eſt, ab amico leuiter tangi, quàm ab inimico grauiter vulnerari.

Theoph.

Chriſti proditio à Iuda acerior, quam ab hoſtibus illata mors.

D. Cyrill. Alex.

4. *Cur Chriſtus Iudam, quem futur[um] noue-[rat] proditorem, elegerit.* Quæri tandem poteſt [c]ir[ca] hanc rem. Si Chriſtus Dominus probè nouerat Iudam fore proditorem, cur eum elegit? & in ſu[or]um [Apoſ]tolo[rum] [nume]ro cooptauit? [. . .] erra tu primis eſt illa reſ[p]on[ſio] D. Ambr. lib. 5. in Luc. c. 6. *Eligitur,* inquit, *Iudas, non per imprudentiam, ſed per prouidentiam.* At quæ [ſi]nt [i]ſt[a] hæc prouidentia? Muito alias eiuſdem D. Ambroſij reſponſiones [. . .] locis attingeri[. .]. Illa [. .] ſpectat, quam ibid. [...] *[...] oluit prodi, voluit ab Apoſtolo ſuo tradi; [. . .] deſertus [. . .] moderatè ferat [. . .]* Quaſi diceret: Parum fuit Chriſto Domino præbere nobis exemplum patientiæ in ver[is] inimicis tolerandis, niſi etiam præberet & in falſis amicis tolerandis. Cum enim hoc poſterius patientiæ exemplum ſit longè maximum, non debuit in maximo patientiæ præceptore deſiderari. Concinit Tertul. lib. de pat. [...] Vbi [p]oſt[quam] [...] Chriſti Domini pa[...] [...] ſe non verb[...] ſtatim m[...] [...] ſuſtinendo Iuda, e[...] [...] *[...] ſi non etiam proditorem ſuum [...]* dicere[t], [...] tientior in ſuſtinendo Iuda; quia fa[...] eſt ſiue

D. Ambr. *Sūma Chriſti patientia in falſ[is] amico Iuda toleran-do.*

Tertul.

A oppugnantem inimicum, quam amicum inſidiantem.

Optimum huic rei confirmandæ argumentum ſumi poteſt ex Nabale, dum ſic in Scriptura deſcribitur: *Nabal vir durus, & peſſimus, & malitioſus erat autem de genere Caleb.* 1. Reg. 25. n. 3. Quorſum enim eo loco Nabalis genus ex Caleb commemoratur? Dicet aliquis, quia Caleb fuit probus, ac iuſtus, vt ex cap. 13. Numer. n. 31. & ex cap. 14. num. 24. & ex Ioſue 14. à num 6. conſtat. Voluit autem Scriptura explicare, ex bono parente malum filium produſſe: tum quia hæc res noua erat, & propterea maximè notanda, cum potius filij ſimiles parentibus euadant, vt annot. 4. ſect. 4. ſatis diximus: tum 5.

Ex probo parente improbus filius ratus.

B etiam ne quis parentum virtutibus, ſed potius factis propriis nitiretur: cum videat aliquando bona fœmina in malos fructus degenerare, vt eodem loco admonuimus: tum denique vt ex maiori dignitate Nabalis priùs oſtenſa, eiuſdem culpa poſtea maior videretur. De qua re annot. 6. ſect. 3. aliquid differuimus. Aliter reſpōdet Lyr. di[ctu]m fuiſſe Nabalem ex genere Caleb, quia Caleb erat de tribu Iuda: ex qua etiam erat & Dauid, vt hinc oſtenderetur, quanta fuerit iniuria Nabalis in Dauidem, hominem ſibi contribulem, & cognatum. Et certe cum Dauid iniurias Saulis ortí ex tribu Benjamin facilè ſuſtinuerit: tamen ad iniurias Nabalis ex eadem tribu ſecum nati, ſic excanduit, vt in extremam eius

Nobilitatem generis, moris ignobilitas deturpat. Lyran.

A cognatis lesi[oni]s tra-ctari, iniuſſimum.

C perniciem conſpirarit, vt videre eſt cit. loc. Reg. n. 22. Quia iniquiſſimum exiſtimabat, vt cognatus à cognato iniurioſè tractaretur.

Mirum eſt, quod ſanctus Iobus in illa ſua malorum Iliade nullam de inimicis ediderit querimoniam; longè tamen acerbiſſimas de amicis excitarit. Eius boues [a]begerant Sabæi. Abſtinet à querelis. Eius camelos depeculati fuerant Chaldæi. Querulas in voces contra illos non erūpit. Eius totum corpus diabolus exulcerauerat. Nullum retorquet verbum contra hoſtē tam diras plagas imponentē. Quid tandē? Adſunt amici, non tam vt conſolentur, quàm vt calūnientur. Ecce tibi totū in querimonias Iobus e[x]ardeſcit. *Vſquequo,* inquit, *affligitis animam meam,*

6. *Magis amicorum iurgiis, quàm inimicorum iaculis Iob pungebatur.*

D *& atteritis in ſermonibus.* Iob. 19. n. 2. Quid hoc eſt, ſanctiſſime I[o]b, ſingulare patientiæ exemplar? Maiorē tibi concitant bilem amicorū verba, quàm inimic[or]um tela? Maiorem planè, quia conuitia, à quibus [mat]ure animicitiæ ſperare puteras ſolatia, ſunt iacula, quæ non hærent foris in corporibus, ſed intus in animis infiguntur. Vnde Orig. ad hunc locum citatus in Catena Græca: *Iobus,* inquit, *fortiſſimus athletarum, in cuius libro nihil ita eminet, vt fortitudo, & patientia; labores tamen ſentit, quos ex eorum duro ſermone, qui ad eum viſendi cauſa venerant, hauriebat.* Quaſi diceret, Iobus, qui ad ictula inimicorū callum obduxerat, ad amicorum iurgia delicatiſſimū doloris ſenſum præſerebat; magis enim his, quàm illis pungebatur. Clarius, & vberius D. Chryſ. hom. 15. in Matt.

Orig.

E *Iob,* inquit, *omni lapide, [&] adamante tolerantior, cum quidem patrimonium amitteret malaque innumera ſuſtineret, cumque ſubito numer[oſ]a ſobole eſſet orbatus, cum quaſi [p]ntem quendam verminum toto videret corpore bulli[en]tem, ſupraque hæc [u]xorem ſibi moleſtius imminentem, perfacilè cuncta ſuperauit: vbi verò exprobrare ſibi amicos, atque [in]ſultare vidit, [...] malignam illam de ſe exi[ſti]mationem, [...] dicere quod talia propter peccata pateretur, ac mali ſe ſua ſolueret [...]: tunc demum [...] turbatus eſt ille vir maximus, ille [...] mus.*

D. Chryſ.

[Gr]auiter vexata fuerat à [dæm]o[n]e [Sa]ra [...], vxórque [...] in [...] Nam [ſe]ptem viros, [qui]bus prius fuerat deſponſata, c[r]udeli[ter] ipſis interfecit. Tob. 3. n. 8. Neque tamen legimus Saram tot funeribus iniuriis commotam lacrymas [f]udiſſe. Aut in 7

Grauius au[...] quàm tot vi[...] rerum necem Sara tulit.

A gemuiſſe. Contigit verò quadam die, *vt ipſa audiret improperium ab vna ex ancillis patris ſui: Amplius ex te non videamus filium, aut filiam ſuper terram interfectrix virorum tuorum.* Ibid. num. 7. & 9. Deus bone, quantas hæc vna contumelia tragœdias excitauit? Adeò turbata eſt ad illam vocem, vt perrexerit *in ſuperius cubiculum domus ſuæ.* Addunt Septuaginta, *vt ſuffocaretur*: hoc eſt, vt vitam laqueo finiret. Nam vt notat D. Chryſoſt. hom. 15. in Matth.

D. Chryſ.

Multi etiam ad laqueum conuolarunt, famæ opprobria non ferentes. Quòd ſi à laqueo abſtinuit Sara, ſaltem tres integros dies lacrymando, ieiunando, & orando procul ab omnium conſortio traduxit. Res mira. Tot plagas dæmonis non ſentit; vnius ancillæ

B vocula commouetur. Ita plane; quia ab illo externo hoſte non niſi exitia, ab hac domeſtica ancilla non niſi obſequia ſperabat. Vnde cum pro obſequio, quod ſperabat, conuitium, quod non timebat, accepit, durius quàm exitium ſudicauit. Hinc eſt, quòd Salomon dicat, amicorum rixas facile tranquillari poſſe, dummodo conuitium non interfuerit. *Ad amicum,* inquit, *etſi produxeris gladium, non deſperes; eſt enim regreſſus: ſi aperueris os triſte, non timeas, eſt enim concordatio; excepto conuitio, & improperio* Eccleſiaſt. 22. n. 26. & 27. Quaſi tam moleſtum ſit inter amicos, familiaréſque conuitium, vt illo vno amicitiæ non ſolùm diſſluātur ad tempus, ſed etiam in æternum reſcindantur. Vnde D.

Conuitium amicitia lethale vulnus.

D. Chryſ.

C Chryſoſtom. proximè citatus: *Neſcio,* inquit, *quomodo omnibus rebus amarius ſolent mordere maledicta.* Et rationem reddit; *quia alia pericula tolerantem multorum praconia conſolantur. In maledictionibus verò etiam conſolatio ipſis ſubducitur.* Facit, quod Propheta Michæas volens miſerrimum Iudæorum ſtatum exprimere, non excidia ab externis inferenda, ſed diſſidia inter domeſticos excitanda lamentatur. *Filius,* inquit, *contumeliam facit patri, & filia conſurgit aduerſus matrem ſuam, nurus aduerſus ſocrum ſuam, & inimici hominis domeſtici eius.* Mich. 7. n. 6. Quaſi omnia infortunia cenſeantur in eam vrbem irruiſſe, in quam domeſtica diſſidia irruerunt. Nec aliter Iſaias poſt innumeras ab externis gentibus calamitates,

Inteſtina odia Reip. incendium.

D tandem minitatur extremam perniciem à domeſticis orituram. *Erit,* inquit, *populus quaſi eſca ignis: vir fratri ſuo non parcet. Vnuſquiſque carnem brachij ſui vorabit; Manaſſes Ephraim, & Ephraim Manaſſen: ſimul ipſi contra Iudam.* Iſaiæ 9. num. 19 & 20. O rem miram, & incredibilem! exclamat ibi D. Cyril. Alex. *Non,* inquit, *ſibi ipſis comparcent, ex impotenti videlicet inſania. Prorupta enim ſemel & deſperata audacia freti, ad omnia turpiſſima acerrimè, & quaſi iuueniliter progredientur.* Quaſi hæc vna ſit extrema calamitatum linea, ad quam poſſit Reip. ſtatus deuenire, cum ſcilicet fratres in fratres per odia ac diſſidia concitantur. Cùm igitur Anna à Phenenna familiari, ac domeſtica ſua audiat contumelias, non poteſt non vehementer cruciari.

D. Cyrill.

E

Grauitas iurgij ex perſona afflicta.

8. QVod ad ſecundum attinet, perſona hic afflicta erat Anna, quæ iam aliàs afflicta erat ob ſuam ſterilitatem: hac enim pœna nulla olim fœminis grauior videbatur. Quod expendens D. Chryſoſtom. hom. 1. de Anna: *Scitis,* inquit, *omnes nihil grauius accidere poſſe fœminæ, quam vt liberis careat: adeo vt ſi mille proſperitatibus alioqui fruatur, dolorem ex hoc vulnere natum, haud vnquam ex animo valeat depellere. Quod ſi id nunc poſt Euangelium adeo eſt intolerandum, cum ad maiorem philoſophiam vocati ſumus, cúmque ad cælum tendentibus nullus eſt rerum præſentium reſpectus; ſed ad alteram vitam adornamur, cùm*

D. Chryſ.

Summa olim afflictio, ſterilitas.

A *quæ multis laudibus effertur virginitas: cogita, quantæ infelicitatis ea res viſa tum fuerit, cùm futurorum nulla eſſet ſpes, ac ne cogitatio quidem veteris illius legis alumnis, ſed omnia fierent rerum præſentium gratia. cum ſterilem, & orbam eſſe fœminam. execrabile quiddam erat, ac damnabile. Nemo poteſt eloqui, nec vllo ſermone conſequi doloris magnitudinem ex hoc vulnere venientis.* De qua re annot. 5. ſect. 1. plura diximus. Annæ igitur ex ſua ſterilitate afflictæ, noua additur afflictio ex iurgio Phenennæ, quod quàm moleſtum fuerit, quis non videt? Nam dolorem addere dolenti, ſeu patientem irridere, & inſultare, tormenti genus eſt omnium acerbiſſim. Vnde D. Chryſoſt. cit. *Quemadmodum,* inquit, *acerba vulnera, nec leuem quidem

Afflicto afflictionē addere, acerbiſſimum.

B dem manus contactum ferunt, ſic & animus conturbatus difficilis eſt, ac moroſus, & ad omnia indignatur, quouiſque verbo mordetur, & offenditur.*

Hunc dolorem dolori additum iniquiſſimè ferebat Iobus, alioqui patientiſſimus. *Nunc autem,* inquit, *derident me iuniores tempore.* Iob. 30. n. 1. Vbi emphaticum eſt illud, *Nunc.* Quaſi diceret: moleſtæ quidem ſunt quocunque tempore irriſiones; nunc autem, cum tam multis vndique opprimor calamitatibus, moleſtiſſimæ. Vnde ipſe Iobus vel ab ipſo Deo in ſuis laboribus quodammodo irrideri, tam grauiter ferebat, vt ipſam mortem præoptarit. *Si flagellas,* inquit, *occidat ſemel, & non de pœnis innocentum rideat.* Iob. 9. num. 23. Quaſi mallet

9.

Afflictum irridere, & inſultare, morte grauius.

C occidi, quàm irrideri, ne dolorem dolori additum pateretur. *Poſuit Dominus in Cain ſignum.* Geneſ. 4. num. 15. nempe tremorem capitis, vt Mag. hiſt. & D. Thom. interpretátur. *Vt ſciretur,* addit D. Thom. *à Domino punitus, & iudicatus, & ita non occideretur ab aliquo: inhumanum enim eſt, afflicto afflictionem addere.* Philiſthim captum Samſonem nequaquam occiderunt: ſed oculis priùs effoſſis, ad molam aſinariam relegarunt. Iudic. 16 num. 21. Quærit Abul. q. 39. in Iudic. cur ei mortem ſtatim non intulerint, cuius vitam maximè execrabantur. Reſpondet: *Quia non reputabant,* inquit, *completam vindictam, ſi eum occiderent: ideo conati ſunt accipere eum viuum ad illudendum ei.* Quaſi multò acerbior illis videretur poſt

Magiſt. hiſt.
D. Thom.

Abul.

D tot calamitates irriſio, quàm occiſio. Nec alia fuit Saülis de hac re opinio. Hic enim, ne in ſua extrema calamitate illuderetur ab hoſte, voluit interfici ab armigero ſuo. *Euagina,* inquit, *gladium tuum, & percute me, ne veniant incircumciſi iſti, & interficiant me illudentes mihi.* 1. Reg. 31. num. 4. Cur, quæſo, interfici maluit, quàm illudi, niſi, quòd, interprete Abul. ibi q. 8. pati ludibria grauius erat Saüli, quàm mortem tolerare? Nec immeritò. Nam per mortem præteritorum laborum finem inueniret, per ludibria verò recrudeſcentibus plagis quas acceperat, acriùs pungeretur.

Abul.

Hinc eſt, quòd peccatum inſultantium alienis malis ſeueriſſimè à Deo puniatur. Multa principi-

10.

Peccatū irriſorum, & inſultantiū afflictu. ſeueriſſime à Deo punitur.

E bus Iudæorum peccata in ſacris literis obiiciuntur, & inter alia: *Væ,* inquit Propheta, *qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris: qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti: qui canitis ad vocem pſalterij, bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti.* Amos 6. à num. 4. Quibus verbis immoderatæ omnium ſenſuum voluptates reprehenduntur quidem, non tamen vllis ſuppliciorum minis coërcentur. Addit Propheta: *Et nihil patiebantur ſuper contritione Ioſeph.* num. 6. Hoc eſt, non dolebant malis aliarum tribuum, ſed potiùs inſultabant, & populum contritum vlteriùs conterebant. Quid deinde Propheta? Supplicium ſtatim minitatur. *Quapropter,* addit, *nunc migrabunt in capite transmigrantium.* numero 7. Hoc eſt, hac vna de cauſa, quòd alienis mala

non ingemiſcant, ſed inſultent, omnium primi dabunt pœnas, in captiuitatem abducti, in exilium relegati. Quid hoc eſt? Tam multa alia ſcelera abire inulta permittuntur; hoc vnum tam ſeuerè vindicatur? Ad hoc vnum expergiſcitur Deus, qui ad alia quodammodo obdormiſcit? Vnum hoc vlciſcitur, qui cætera diſſimulat? Ita planè. Adeò enim graue putat Deus, affligere afflictum, vt hoc vno ſcelere magis, quàm pluribus aliis offendatur. Sed dices: nónne iuſta fuit illa contritio Ioſeph, hoc eſt, tribuum à Ioſepho procedentium? Planè iuſtiſſima. Quid igitur de iuſta punitione exultantes puniuntur? præſertim cùm veriſſimum ſit illud

D.Chryſ.

Dauidicum: *Lætabitur iuſtus, cum viderit vindictam.* Pſal. 57. num. 11. Audi de hac re D.Chryſoſt. hom. 52. ad populum: *Deus*, inquit, *inſultantes his, qui ab ipſo iuſtè puniuntur, punit.* Et ſtatim: *Licet enim ſecundum Dei ſententiam puniantur, attamen vult cum his nos dolere. Nam ſi nos cum mali ſimus, quando ſeruum caſtigamus, ſi quem ſeruorum videmus ridentem, & irritamur, & in ipſum iram transferimus; multo magis Deus in punitis inſultantes iraſcetur.* Tantùm enim abeſt, vt inſultandum ſit afflictis, quamuis ob ſua ſcelera affligantur, vt potiùs aliquid conſolationis propinandum ſit; iuxta illud: *Date ſiceram mœrentibus*, ſeu, vt eſt in Hebræo *damnatis*; vtique ob ſua crimina: *& vinum his, qui amaro ſunt corde*, Prou. 31. num. 6. Ne dolor dolore augeatur, ſed aliqua conſolatione mitigetur.

Etiam iuſtè afflictis cõdolendum, non inſultãdum.

11\. Quid eſt quod olim maior pœna ſtatuta fuerit in eum, qui occidiſſet Cain, quem dicunt fuiſſe Lamech, quàm in ipſum Cain, occiſorem Abelis, iuxta illud: *Omnis qui occiderit Cain, ſeptuplum punietur?* Geneſ. 4. num. 15. Quidam, vt ab omni ſe difficultate liberent, dicunt per ſeptuplam punitionem non ſignificari punitionem ſeptuplo maiorem, ſed quæ in ſeptima generatione inferenda eſſet; aut etiam, quæ futura eſſet, perfecta, & completa: hanc enim perfectionem numerus ſeptenarius ſignificat: & hi fortaſſe literalem ſenſum attingunt. Si tamen admittamus ſignificari punitionem ſeptuplo grauiorem, multiplex reſponſio eſſe poteſt. Prima, quia Cain peccauit, nondum expertus, quas pœnas homicidium meruerit: Lamech autem ne ipſius quidem pœnæ grauitate admonitus, voluit ab homicidio abſtinere. Secunda, quia Cain ſolum homicidium commiſit; Lamech autem inſuper & expreſſam Dei obedientiam violauit prohibentis, ne quis occideret Cain. Vnde vides, quantum ſit inobedientiæ peccatum, cui tantus pœnæ exceſſus debeatur. Tertia, quia Cain occidit hominem iuſtum; Lamech hominem ſceleratum: & quamuis grauior culpa ſit occidere hominem iuſtum ratione perſonæ, quæ eſt dignior vita, nihilominus grauior culpa eſt occidere peccatorem, ratione damni illati, quia & temporali, & æterna vita priuatur; vt Abul. in c. 5 Matth. q. 118. latiùs diſputat. Quarta ratio addi poteſt, grauiorem fuiſſe hanc pœnam, licet pro culpa leuiori: ne dari videretur libera omnibus licentia occidendi peccatorem. Nam leuiora etiam peccata, in quæ tamen periculum eſt frequentiùs incidendi, maioribus debent ſuppliciis coërceri. Sed his interim prælibatis, facit ad rem præſentem ſententia Oleaſtri. *Docemur*, inquit, *hic non addere afflicto afflictionem: neque eſſe moleſtandum, quem videmus a Deo, aut ab alio punitum.* Ac ſi eo ipſo, quod iam in Cain diuina vltio incurrerat, deberet ab eodem humana punitio abſtinere, ne afflicto afflictio adderetur.

Cur Lamech grauius Caius, quàm Cain Abelis mortem luat.

Quem aliena ſupplicia cautum non faciunt, ſuo malo propria experitur.

Inobedientia graue ſupplicium.

Vtrũ ſit grauius, iuſtũ, an peccatorem occidere.

Abul.

Oleaſt.

12\. Mirum eſt, quantum iræ, & indignationis Deus in Amalecitas effuderit. Nam & eos *fugauit in ore gladij.* Exod. 17. num. 13. ſeu, vt eſt in Hebræo, *debilitauit*: & fortiſſimis quibuſque eorum interfectis, eorum memoriam omnino delendam minatus eſt. *Delebo*, inquit, *memoriam Amalec ſub cælo.* num. 14. Et ne à ſuo propoſito vnquam recederet, illud iuramento firmauit. *Manus*, inquit, *ſolij Domini, & bellum Domini erit contra Amalec a generatione in generationem.* num. 16. Vnde, quæſo, hæc tam inſolens indignatio? Optima ad literam reſponſio ſumitur ex ipſo Moyſe Deuteronom. 25. num. 17. & 18. vbi populum aduerſus Amalecitas adhortatus: *Memento*, inquit, *quæ fecerit tibi Amalec in via, quando egrediebaris ex Ægypto, quomodo occurrerit tibi, & extremos agminis tui, qui laſſi reſidebant, ceciderit, quando tu eras fame, & labore confectus. Cùm ergo Dominus Deus tuus dederit tibi requiem, &c. delebis nomen eius ſub cælo.* Itaque tota ratio, quare Deus tantam de Amalecitis exigat vltionem, fuit, quòd laborem addiderint laborantibus. Nam cæteræ gentes inuaſerunt quidem Hebræos, ſed integros, & recentes: at verò Amalecitæ multis iam laboribus hauſtos, & confectos. Sed miraberis huius præcepti: *Memento, quæ fecerit tibi Amalec.* Quomodo enim Deus iubet Hebræis, vt perpetuam iniuriarum memoriam conſeruent? cum tamen alibi præcipiat, vt eam penitus ex animo eradicent? *Non quæras*, inquit, *vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum.* Leuit. 19. num. 18. Quid igitur hoc eſt? Nunc iniuriarum recordatio præcipitur, cùm paulò antè obliuio præciperetur? Quo iſto modo inter ſe conueniunt? Conciliat nihilominus vtrumque præceptum Oleaſter in locum Deut. citatum. *Etſi Dominus*, inquit, *nos vt plurimum velit malorum nobis illatorum oblitos, beneficiorum vero memores: eſt tamen tam grande malum afflicto addere afflictionem, præſertim ſi te non læſerit vnquam: vt in hac re oblitos, vindictæ voluerit eſſe memores.* Quaſi grauitas huius criminis efficiat, vt in illo præcepto quodammodo diſpenſetur, ne fortè tantum malum abeat impunitum. Æquum enim eſt, vt in tam inhumanos charitatis violatores nullus charitati locus relinquatur.

In Amalecitas Deus ſæuiit, quia laborantes Hebræos laboribus affecerunt.

Quo pacto iniuriarum memoriam Deus hic præcipiat.

Oleaſt.

13\. In Babylonem de Hebræis victricem mirum eſt, quantum Deus iraſcatur, quantáque illi ſupplicia minitetur. *Deſcende*, inquit, *ſede in puluere virgo filia Babylon*, &c. *Tolle molam, & mole farinam*, &c. *Vltionem capiam, & non reſiſtet mihi homo.* Iſaiæ 47. à num. 1 ſeu, vt legit Iſidor. Clar. ex Hebræo, *non occurram homo*: hoc eſt, nihil humanitatis, plurimum ſeueritatis in tua vltione oſtendam. Non vt homo vindicabo, ſed vt Deus. Cur, obſecro, in vnam Babylonem tam multa ſupplicia expetuntur? An quia Hebræos in ſeruitutem redegerat? Nequaquam. Nam ad hoc faciendum auctor illi fuerat ipſe Deus: *Dedi*, inquit, *eos in manu tua.* Ibid. num. 6. Cur igitur? Planè, quia in ſeruitutem redactis inſultauerat. *Non poſuiſti*, inquit, *eis miſericordias: ſuper ſenem aggrauaſti iugum tuum valde.* Quaſi diceret, ſuperare quidem debuiſti, non inſultare, frui victoria, non abuti; fortem te oſtendere in bello, non in pace ſanguinarium. Quia igitur tua in captiuos pietas non enituit, captiuitatum in te calamitas deuoluetur. Adhæc, Hebræorum calamitatibus per Babylonios inductis incredibiliter inſultarunt Ammonitæ. Memores enim ſui nominis, quod interpretatur *populus mœroris*, ſolo mœrore alieno lætabantur. Adfuit ſtatim inſultantibus diuina vltio; ſic enim Deus alloquitur Ezechielem. *Dices filiis Ammon: Hæc dicit Dominus Deus: Pro eo, quod dixiſti; Euge, euge ſuper ſanctuarium meum, quia pollutum eſt. & ſuper terram Iſrael; quoniam deſolata eſt, & ſuper domum Iuda, quoniam ducti ſunt in captiuitatem. Id-*

In Babylonẽ captiuis Iudæis inſultãtem Deus iraſcitur.

Iſid Clar.

Nõ minus in Babylonios Dei populum affligentes, quam in Ammonitas afflictis inſultantes, Deus animaduertit.

circo

A *circo ego tradam te filiis orientalibus in hæreditatem, & collocabunt caulas ſuas in te, & ponent in te tentoria ſua: ipſi comedent fruges tuas*, &c. Ezechiel 25. à n. 3. Quaſi Deus non minùs in eos, qui inſultant afflictis, quàm in eos ipſos, qui affligunt, inuehatur.

14\. *Mitiùs ſe crucifigentes, quam irridentes Chriſtus punyt.*

Sed quid multis moror? Chriſtus Dominus, qui tanquam agnus manſuetus crucifigentes ſe ſuſtinuit, tanquam leo minas anhelans ſibi inſultantes execratur: *Quoniam*, inquit, *quem tu percuſſiſti, perſequuti ſunt, & ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt. Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum, & non intrent in iuſtitiam tuam. Deleantur de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribantur.* Pſalm. 68 à num. 27. Quid acerbius potuit imprecari? Septuaginta legunt: *Super dolorem vulnerum meorum narrauerunt*, id eſt, conuitiando inſultarunt. Quaſi illa B conuitia Chriſto Domino pro nobis vulnerato, acerbiora fuerint, quàm ipſa vulnera. Vnde non veretur Regius Vates tam multas plagas mentis, & corporis proditori Iudæ imprecari, vt patet ex toto Pſalm. 108. & rationem reddit: *Pro eo*, inquit, *quòd perſequutus eſt hominem inopem, & mendicum, & compunctum corde mortificare*, num. 17. Quaſi malum, quod afflicto additur, nullis ſatis acerbis ſupplicijs expietur.

15\. *Afflictorum pœnas in irriſores Deus transfert:* Abd.

Meritò igitur Abdias ab his inſultationibus reuocat populum Idumæum: *Non magnificabis*, inquit, *os tuum in die anguſtiæ*. num. 12. hoc eſt, non C inſultabis Hebræis in anguſtias redactis. Et rationem ſubdit: *Quoniam ſicut feciſti, fiet tibi*. num. 15. Quiſquis enim miſero inſultat, talionem reportabit. Hinc illud eſt Parœmiaſtæ ad omnes homines conſilium: *Cùm*, inquit, *ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina eius ne exultet cor tuum; ne fortè videat Dominus, & diſpliceat ei & auferat ab illo iram ſuam.* Prouerb. 24. num. 17. & 18. Quod ſic aliqui ad literam interpretantur, ab illo auferat, in te transferat. Nam ab afflicto in affligentem diuina indignatio iuſto iudicio transfertur. Sed nota

Ianſen. *Quo pacto de peccatorum ſupplicys gaudendum*

cum Ianſenio, dixiſſe Salomonem: *Cùm ceciderit inimicus tuus*, non inimicus Dei, vt ſignificet, lætan- D dum non eſſe de alienis malis, propter priuatas inimicitias: quamuis propter Dei gloriam, & iuſtitiæ obſeruantiam, de peccatorum ſupplicijs gaudendum ſit, iuxta illud: *Lætabitur iuſtus, cùm viderit vindictam.* Pſalm. 57. num. 11. Qua de re lege Antiochum homil. 58. Ex his conſtat, quanta fuerit afflictio Annæ, cui ob ſuam ſterilitatem iam afflictæ, tam multæ à Phenenna contumeliæ ingerebantur.

Antioch.

Grauitas iurgy ex modo affligendi.

16\. *Iurgy grauitas ratione loci.*

QVod attinet ad tertium, modus affligendi E acerbiſſimus fuit, tum ratione loci, tum ratione temporis, tum ratione materiæ, in qua iurgium excitabatur. Nam in primis locus fuit templum Domini. Quid indignius, quàm ibi audire contumelias, vbi debent diuinæ laudes perſonare; iuxta illud: *In templo eius omnes dicent gloriam?* Pſal. 28. n. 9. Quid abſurdius, quàm in loco precibus ſacro conſtituere forum litibus deſtinatum; & vbi Deum omnibus conciliari oportebat, ibi Dei ſeruos obiurgationibus irritari? Vnde D. Chryſoſt. homil. 79. ad populum, contra eum, qui in templo alios accuſat: *Quid*, inquit, *agis, ô homo? Ad Deum accedis, vt propitium reddas, & imprecaris alteri? Si non dimittenti non dimittitur, Dominum, ne dimittat, oranti, quomodo dimittetur?* Similia habet in Pſal. 4. *Oportet*, inquit, *eum, qui orat, habere habitum, mentem, & ſenſum ſupplicis: quomodo tu ergo perſonam induis accuſatoris?*

Contumelys ac iurgys proximos in templo afficere, indigniſſimum.

D. Chryſ.

17\. *Verùm animalia carniuora in arca Noë carnibus veſcerentur.* D. Auguſt.

Quæret aliquis, verùm animalia carniuora, vt leones, lupi, aquilæ, & ſimilia, quæ in in arca Noë includebantur, ibid. carnibus veſcerentur. D. Aug. lib. quæſt. in Gen q. 7. in ſententiam negantem magis inclinat: prouidente Deo aliquem alium cibum, quo ſuſtentarentur. Et ratio myſtica duplex eſſe poteſt. Vna, vt ſub eo typo inſinuaretur, eos, qui in communitate degunt, debere plerumque naturalem appetitum defraudare, vt communitatis conſuetudinem ſequantur. Alterum, vt ſignificaretur eos, qui ad laudandum Deum conueniunt in templum, cuius illa arca typus fuit, non debere humanis carnibus veſci; hoc eſt, mutuis ſe obtrectationum morſibus lacerare. Hoc enim ſignificat in Scriptura, veſci humanis carnibus, iuxta illud: *Quare perſequimini me ſicut Deus, & carnibus meis ſaturamini.* Iob. 19. n. 22. Et illud: *Qui comederunt carnem populi mei.* Mich. 3. n. 3. Et illud: *Vnuſquiſque carnem brachij ſui vorabit.* Iſaiæ 9. n. 26. Itaque à loco ſacro execranda maledicentia abeſſe debet. Ter in anno tenebantur olim Hebræi in templum conuenire. Exod. 23. num. 14 tum ob alias cauſas, tum etiam vt ibi veteres amicitias mutuis, ac beneuolis inter ſe colloquutionibus inſtaurarent, vt iam annot. 6. ſect. 2. ex Ioſepho retulimus, & vlteriùs inculcat Philo Iudæus lib. 2. de Monarchia: *Singulis*, inquit, *feſtis ad templum hoc confluunt, quaſi ad quoddam commune refugium vitæ negotioſæ, ac tumultuariæ, vt ibi tranquillitate inuenta, remittant animum, ſepoſitiſque curis, quibus per totam vitam grauantur, reſpirent paulisper, degentes hilariter, conceptáque bona ſpe, vacent rei cum primis neceſſariæ, ſanctitati, religionique: inter ſe quoque nouis contractis amicitijs, & promiſcuis epulis, ac libationibus inſtaurata, firmatáque concordia.* Quid igitur iniquius, quàm ibi ſerere iurgia, vbi charitatis ſemina foueri, ac nutriri iubebantur?

In arca, id eſt, in templo a carnibus, id eſt, ab obtrectationum morſibus abſtinendum.

Philo. *In templo amicitia veteres inſtauranda.*

18\. *Iurgy grauitas ratione temporis. Feſtiua ſacrificia contumeliis, ac iurgiis interturbare, deteſtabile.* Ouid.

Iam verò tempus fuit feſtum, & agendis ſacrificijs dicatum. Quid autem deteſtabilius eſſe poterat, quàm inter feſtiua ſacrificia triſtes perſtrepere contumelias? Cùm etiam profani vates paſſim clament, quòd *dicenda bono ſunt bona verba die.* Mellis vſus à ſacrificijs legis veteris procul aberat, ita Deo prohibente. Leuit. 2. n. 11. *Nec quidquam* inquit, *fermenti, ac mellis adolebitur in ſacrificio Domino.* Quæres, quænam ſit huius prohibitionis ratio. Reſpondent primi aliqui apud Theodor. q. 1. in Leuit. quia mel non tam hominum, quàm apum induſtria laboratur. Deo autem gratum non eſt, niſi quod illi ex hominum laboribus offertur. Reſpondet ſecundò idem Theodor. quem plerique interpretum ſequuntur: quia mellis dulcedine corporis voluptas ſignificatur, quam Deus volebat à ſacrificijs longiſſimè abeſſe. Concinit D. Hieron. in epiſt 12 ad Gaudentium, vbi alludens ad illud: *Fauus diſtillans labia meretricis.* Prouerb 5. num. 3. *Mel*, inquit, *diſtillant labia meretricis, quod ad tempus impinguat veſcentium fauces, & poſtea felle amarius inuenitur. vnde & in Domini ſacrificiis mel non offertur, ceráque contempta, quæ mellis hoſpitium eſt, oleum accenditur in templo Dei, quod de amaritudine exprimitur oliuarum.* Reſpondeo tertiò accommodatè ad rem præſentem, idcirco mellis vſum in ſacrificijs non admitti, quia apes illius confectrices, mordaces ſunt, & aculeatæ. Sub quo typo ſatis exprimitur, placere Deo non poſſe ſacrificia inter iurgia. Vnde non ſolùm, qui nunc temporis iurgia exercet, ſed qui aliquando exercuiſſe recordatur, a ſacrificijs arcetur niſi priùs vadat, & reconcilietur fratri ſuo. Matth. 5. n 24. Mellifluas enim preces Deo non exhibet, qui felle amaritudinis infectam linguam in fratres exerit. Vnde

Cur mel in ſacrificiis à Deo prohibeatur.

Theod. *Melleam corporis voluptatem Deus abhorret:* D. Hier.

Aculeatum iurgys ſacrificium deteſtabile.

non reſpexit Dominus ad Cain, & ad munera eius. Geneſ. 4. n. 5. eo quod non rectè ambularat cum fratre ſuo, vt D. Bern. ſerm. 41 in Cant. teſtatur. De qua re alibi plura. Quantam igitur moleſtiam Phenenna ingerebat, quæ illud in diebus feſtis ſudum, & ſerenum tempus, ſuis iurgijs, & conuitijs nubilum faciebat, ac procelloſum?

D. Bern.

19\. *Iurgij grauitas ex materia.* *Iuſtos minùs cruciat pœnæ dolor, quàm culpæ infamia.*

Tandem materia huius iurgij erat ſterilitas, non qualiſcunque, ſed diuinitùs inducta, vt Phenenna contendebat. Quid acerbius? Nam ex ſterilitate concipiebat Anna triſtitiam; ex ſterilitate diuinitùs inducta, infamiam, vt in litera explicaui. Vtroq; autem vulnere eam voluit Phenenna eius æmula deformare. Sterilem dixit, vt miſeram exprimeret; & ſterilem à Deo, vt peccatricem innueret, & in alicuius pœnam ſceleris diuinitùs punitam; atque adeò non ſolùm temporalem, ſed etiam ſpiritualem Annæ honorem bicipiti vnius contumeliæ gladio iugularet: neque ſolùm ad præſens triſtem, ſed etiam in poſterum redderet infamem. Hoc fuit diaboli artificium, vt in litera diximus, cùm Iobum *percuſſit vlcere peſſimo*, cap. 2. n. 7. quod non niſi ex immodicis epulis, & ex laſciuis voluptatibus naſcerentur: vt qui viderent Iobum illo morbi genere confectum, facilè arguerent, eum fuiſſe pariter peſſimo vitiorum genere ſordidatum. Hoc fuit & fallacium conſilium amicorum. longiſſima oratione diſſerentium, neminem, niſi malum in hac vita diuinitùs puniri. Iob 4. à num. 7. Vt inde Iobus tam ſeuerè à Deo in hac vita flagellatus, impius argueretur. Quis autem dubitat, tunc fuiſſe acerbiorem ſanctiſſimi viri cruciatum, cùm non tantùm corporis ægritudine, ſed etiam nominis exiſtimatione cœperit laborare? Similiter igitur & Anna amariſſimè dolebat, cùm non ſolùm pœnæ illi obiicerentur, ſed culpæ.

20\. *Mulierum iurgia, tecta perſtillantia.*

Ex his omnibus ſatis ennſtat quàm moleſtum fuerit hoc iurgium, quo Phenenna Annam vellicabat. Vnde meritò Salomon: *Tecta*, inquit, *iugiter perſtillantia, litigioſa mulier.* Prouerb. 19. n. 13. Et rurſum, vt magis eam moleſtiam exprimat, temporis circunſtantiam apponit: *Tecta*, inquit, *perſtillantia in die frigoris, & litigioſa mulier comparantur.* Prou. 27. num. 15. Quemadmodum enim ſtillæ à tectis interpluentes, non ſinunt hominem, aut cibos capere, aut ſomnos ducere, aut moras aliquas in ædibus quietas agere, ſed ab altero in alterum angulum ſubinde trahunt, retrahúntque quouſque tandem foras trudant: ita planè mulier litigioſa tam multis, hac, illac perpluit conuitijs, vt neminem durare in ædibus, aut ſaltem ad breuem horam quieſcere patiatur. In quibuſdam Biblijs legitur; *Tecta peſtilentia.* Quaſi vbi muliebre iurgium auditur, peſtilens quoddam incendium graſſetur.

Mulierum maledicentia, peſtilentia.

Concinit Dauid, dum homines contumelioſos ſignificat eſſe peſtilentes. Cum enim beatum virum dixerit eum, qui in via peccatorum non ſteterit; ſeu, vt transferunt Septuaginta, *in via deriſorum:* ſtatim ſubdit; *& in cathedra peſtilentiæ non ſedit.* Pſ. 1. n. 1. Quaſi per viam irriſionum ad domum peſtilentiæ rectà tendatur. Hinc eſt illud eiuſdem Vatis: *Ipſe*, inquit, *liberabit me à laqueo venantium, & à verbo aſpero.* Pſal. 90. n. 3. ex Hebræo legi poteſt, *à peſte contritionum*, hoc eſt, celeriter conterente, ſeu necante. Vbi vides maledicentiam appellari peſtilentiam. In quos verò ſe hæc peſtis non effundit?

Etiam in ſanctos peſtilens lingua deſæuit.

Poſuerunt, inquit Dauid, *in cælum os ſuum, & lingua eorum tranſiuit in terram.* Pſal. 72. n. 9. Chaldæus: *Poſuerunt in ſanctos cælorum os ſuum, & lingua eorum vſſit ſanctos terræ.* Quaſi non ſolùm in viatores, ſed etiam in comprehenſores hæc lues maledicentiæ transfundatur. Sed quamuis nihil noceat ſanctis cæli, cùm ſint nocumenti incapaces; tamen ſanctos terræ ſic affligit, vt eos vrere videatur. Vnde illud D. Bern ſerm. de triplici cuſtodia: *Leuiter*, inquit, *volat ſermo, ſed grauiter vulnerat: leuiter tranſit, ſed grauiter vrit: leuiter profertur, ſed non leuiter reuocatur: facilè volat, atque adeò facilè violat charitatem.* Vbi vtitur vrendi verbo; quaſi lingua maledica ſit quædam veluti fauilla, ex qua magna ſæpe incendia excitentur. Sed de lingua maledica ſuo loco plura.

D. Bern.

SECTIO III.

Cur hoc iurgium à Deo permiſſum ſit.

1\. *Iurgium in malum Phenennæ permiſſum.*

RESpondeo. In malum Phenennæ, in bonum Annæ, in typum Eccleſiæ, & Synagogæ. Singula breuiter illuſtro. In malum quidem Phenennæ, quia contumelioſus ſibi potiùs nocet, quàm illis, quibus contumeliam impingit. Rectè Sapiens: *Dum*, inquit, *maledicit impius diabolum, maledicit ipſe animam ſuam.* Eccleſiaſt. 21. n. 30. Quaſi ab omni maledicentia, etiam in diabolum, quæ iuſtiſſima videbatur, abſtinendum ſit; ne tota in eum, qui maledicit, reuocetur.

Contumelia non tam patienti, quam inferenti nocet.

Vnde D. Hieron. in epiſt. 27. ad Euſtochium de Paulæ epitaphio, loquutus de zelo, ac liuore: *Qui*, inquit, *ſuum rodit auctorem, & dum æmulū lædere nititur, in ſemetipſum proprio furore bacchatur.* Et rurſus in epiſt. 77. ad Marcum presbyterum Celedenſem refert illud, neſcio ex quo: *Apud Chriſtianos*, inquit, *non qui patitur, vt ait quidam, ſed qui facit contumeliam, miſer eſt.* Conſentit D. Chryſuſt. hom. 15. in Act. *Qui*, inquit, *contumelia afficitur, non patitur, ſed qui contumelia afficit.* Et probat ex communi Philoſophorum loquutione, qui prauas animorum affectiones, quibus homines ad iram, ad contumeliam, ad vindictam, & id genus alia incitantur, paſſiones vocant, non actiones; quaſi qui talia agunt, non tam operentur, quàm patiantur, nec tam alios excrucient, quàm ipſi excrucicotur.

D. Hiero.

D. Chryſ.

Iudæi tanquam apes Chriſtum dū pungunt, pereunt.

De Iudæis conqueritur Chriſtus Dominus: *Circumdederunt*, inquit, *me ſicut apes.* Pſalm 117. n. 12. Cur apibus Iudæi comparantur? Credo? quia ſicut apes, dum mordent, moriuntur, iuxta illud Virgil. 4. Georg.

——Spicula cæca relinquunt,
Affixa in venis, animáſque in vulnere ponunt.

Ita Iudæi, dum Chriſtum Dominum grauiter vulnerant, multò grauiùs vulnerantur. Sic Caſſiod. exponit: *Sicut apes*, inquit, *pungendo ſe exiſcerant: ita Iudæi Chriſtum occidendo perierunt.*

Caſſiod.

2\. *Calumniator dū –lios mordet, ſe conſumit.*

Dauid de aduerſarijs, qui illi inſultabant, loquutus: *Labor*, inquit, *labiorum ipſorum operiet eos.* Pſal. 139. n. 10. Vbi maledicentiam vocat non ſolùm laborem ipſius maledicentis, quòd & ipſe maledicendo laborat, & fatigatur; ſed vlterius ſignificat ipſam auctori ſuo perniciem, & interitum allaturam, vt Euthym. aduertit. Sororem Moyſis contra eundem Moyſem obloquentem ſubitò lepra corripuit. *Ecce Maria*, inquit textus, *apparuit candens lepra, quaſi nix.* Num 12. num. 10. Cur potiùs lepra, quam alio quouis ſupplicij genere punitur? Reſpondet D. Auguſt. ſerm. 26. ad fratres in Eremo: *Quia ſicut lepra corpus deuorat; ita & murmurator ſeipſum deſtruit.* Vnde D. Paulus maledicos exterrens: *Quod ſi*, inquit, *inuicem mordetis, & comeditis, videte ne ab inuicem conſumamini.* Galat 5. n. 15. Quibus verbis innuit D. Paulus non ſolùm per mutuos maledicentiæ morſus alterum ab altero laniandum; ſed vnumquemque illis ipſis, quos

Euthym.

D. Auguſt.

io altero infigit, morſibus conſumendum. Nam qui alterum mordet, ſeipſum conſumit. Et rationem reddit D. Bernard. ſerm. de triplici cuſtodia: *Quia,* inquit, *ei dilectionis vita ſubtrahitur, & dum neſcit, paulatim in eo fraterna charitas refrigeſcit.* Vbi vides, quantò ſibi plus noceat calumniator, quàm alijs. Nam dum alios mordet, ſe conſumit; & dum alijs temporalem famam eripit, ſibi ſpiritualem vitam extinguit.

D.Bern.

3. *Maledici, dum alios impetunt, ſeipſos vulnerant.* Hoc ipſum planè teſtatur Regius Vates: cùm enim diceret: *Sagittæ paruulorum factæ ſunt plagæ eorum.* Pſalm. 63. n. 8. Hoc eſt, interprete Theodoret. *Quemadmodum iacula à pueris emiſſa, nihil damni afferunt his qui petuntur: ſic iſtorum linguæ nihil offendunt eos qui configuntur.* Cùm, inquam, hæc diceret Propheta, ſtatim ſubdit, *& infirmatæ ſunt contra eos linguæ eorum.* Chaldæus vertit, *& offendunt ſe ipſos lingua ſua.* Quaſi multò magis offendantur iacientes conuitia, quàm patientes; imo hos contumeliæ prætervolent, in illos relabantur. Lapidibus comparantur iuſti in Scriptura multis locis, qualis eſt ille: *lapides ſancti eleuabuntur ſuper terram.* Zachar. 9. n. 16. Cuius rei, vt alias rationes interim omittam, illa ſatis eſt; quia ſicut qui lapides mordet, *genuinum frangit in illis*, vt verbis vtar Satyrographi, lapidibus illæſis: ita qui iuſtos carpunt, non tam illis quàm ſibi inferunt nocumentum.

Theod.

Perſius.

4. De Iudæis multas in Chriſtum Dominum calumnias ſtruentibus Dauid: *Conuerſi,* inquit, *ſunt in arcum prauum.* Pſal. 77. n. 57. Vbi D. Hieron. *Arcus,* inquit, *prauus eſt, qui dum contra inimicos ſagittas putatur iacere, ſauciat tenentem. Sic & Iudæi, qui in Deum iniquas iaculantur verborum ſagittas.* Similes loquutiones paſſim in Scriptura inuenies. Pſalm. 9. n. 16. *In laqueo ipſo, quem abſconderunt, comprehenſus eſt pes eorum.* Pſalm. 36. n. 15. *Gladius eorum intret in corda ipſorum, & arcus eorum confringatur.* Prouerb. 26. n. 27. *Qui fodit foueam, incidet in eam; & qui voluit lapidem, reuertetur ad eum.* Eccleſiaſt. 10. n. 8. *Qui diſſipat ſepem, mordebit eum coluber, & qui ſcindit ligna, vulnerabitur ab eis.* Eccleſiaſt. 27. n. 28. *Qui in altum mittit lapidem, ſuper caput eius cadet: & qui ſtatuit lapidem proximo, offendet in eo.* & paſſim alibi, Quibus ſignificatur, quidquid mali à malis ſtruitur, in ipſos recidere ſtructores. Quod expendens D. Ambroſius in Pſal. 36. *Quemadmodum,* inquit, *reuertitur pax in Dei ſeruulos ab eis, qui non receperint benedicentium pacem: ita etiam malitia peccatorum, quia iuſto nocere conantur, in eorum perniciem reuertetur. quò ſuis telis, & vulneribus trucidentur. Sæpè enim iacula in ipſos, qui in ea iecerint, refunduntur.*

D.Hier.

D. Ambr.

5. *Maledica lingua æternum ſupplicium.* Sed vtinam temporalia tantùm damna maledici paterentur; nam Propheta & æterna minitatur: *Quid,* inquit, *detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam?* Pſal. 119. num. 3. Hoc eſt, quid præmij, quid mercedis tibi pro lingua doloſa reponatur? Reſpondet *Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus deſolatoriis.* Ibid. num. 4. Vbi Genebr. per ſagittas, temporalia ſupplicia, per carbones deſolatorios, æterna intelligit. Nec multum differt Theodoret. qui per ſagittas intelligit celeritatem pœnarum; per carbones deſolatorios, æternitatem. Nam in Hebræo eſt, *carbones iuniperorum*: quarum arborum prunæ acerrimè vrunt, & diutiſſimè igniuntur; Et proinde gehennalem flammam repræſentant. Has igitur pœnas lingua doloſa, & contumelioſa loco præmij reportat. Et quidem earum celeritatem experti ſunt Dathan, & Abiron, propter peccatum linguæ contra Moyſem, viui ad infernum deſcendentes. Numer. 16. n. 33. ne maledica lingua, vel breuiſſimo tempore à ſupplicio vacaret. De qua re D. Chryſoſt. in Pſalm. 3. *Terra,* inquit,

Genebr.

Theod.

D.Chryſ.

A *Dathan deuorauit, qui contra Moyſem erat loquutus, & os ſuum aperuit aduerſus eum, qui os improbè aperuerat.* Acerbitatem verò earundem pœnarum expertus eſt auarus ille diues, qui cùm toto corpore apud inferos torqueretur, nullius membri tormenta ægriùs ſentiebat, quàm linguæ: ad hanc enim ſolam refrigerandam aquæ guttulam poſtulabat Luc. 16. num. 24. Vbi D. Chryſolog. ſerm. 122. *Si te,* inquit, *iam poſſidet totus ignis inferni: ſi te gehennæ flamma complectitur, quare ſolius linguæ æſtibus deſideras ſubueniri?* Et reſpondet, *quia magis lingua vritur, quæ inſultauit pauperi, quæ miſericordiam denegauit.* Vbi vides linguæ procacitatem multò atriùs, quàm cætera membra cruciari. Argumen-B to, quòd eadem lingua multò grauius, quam cætera membra debitam proximis charitatem violarit.

D. Petrus Chryſol.

Ex his patet, quantùm mali ſibi in hac vita, & in futura moliantur, qui alijs detrahunt, & inſultant. Et certè Phenenna, exultans de ſua fœcunditate, & Annæ ſterilitati inſultans, eas pœnas dedit Hebræis referentibus; vt ſicut Anna poſtea augebatur in prole, ita ipſa minueretur, cum ea proportione, vt pro ſingulis Annæ filijs in lucem editis, ſinguli Phenennæ filij morerentur: atque adeò quam filiorum orbitatem alteri exprobrabat, ipſa poſtea in ſe ipſa pateretur. Sed de hac re ad caput 2. latiùs dicemus. 6.

Phenenna Annæ ſterilitati inſultans, punitur in prole.

C

Iurgium in bonum Annæ.

QVantùm nocuit hoc iurgium Phenennæ, illud ſuperbè excitanti? tantùm, ne dicã multò ampliùs profuit & Annæ, illud humiliter patienti. Nihil enim iuſtis poteſt eſſe vtilius in hac vita, quàm maledictis peti, quàm conuitijs lacerari: multis de cauſis. Prima, quia etiam inter iniurias maiorem ſuauitatem experiuntur. Vnde Chriſtus Dominus ad diſcipulos: *Beati,* inquit, *eſtis, cùm maledixerint vobis, & perſequuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos, mentientes propter me.* Matth. 5. n. 11. Vbi non ſolùm dicit beatos fore, ſed etiam beatos eſſe qui iniurias patiuntur. Nam D virtutis ſuauitas, quanticunque laboribus, & iniurijs in hac vita exagitetur, tanta eſt, vt meritò dixerit D. Aug. lib. 83. quæſt. q. 2. *iuſtos etiam ſequeſtratâ ſpe futuræ vitæ, iucundius, & lætius præ amore veritatis torqueri, quam luxurioſi præ cupiditate ebrietatis epulentur.* Certè & Apoſtoli non ſolum verbis, ſed etiam flagris caſtigati, *ibant gaudentes à conſpectu Concilij.* Actor. 5. n. 41. Nam, vt bene D. Chryſoſt. hom. 13. in Gen. *Tametſi,* inquit, *flagella non gaudij ſunt occaſiones, ſed triſtitiæ & mœroris; nihilominus flagella propter Deum, & cauſa, propter quam flagellabantur, gaudium eis pariebat.* Vnde eſt illud Moyſis ad populum Iſrael. *Afflixit,* inquit, *te penuria, & dedit tibi E cibum manna.* Deut. 8. n. 3. Vbi ex fame ſatietas tam cito conſequitur, vt ipſum ieiunium, & conuiuium ſimul eſſe videantur, iuxta illud Philonis eum locum tractantis lib. 3. allegor. *Afflictio,* inquit, *iſta propitiatio eſt: quoties enim ſpoliamur iucundis rebus, Deum propitium ſentimus.* Rem expertus Diuus Paulus tantam in laboribus conſ[ol]ationem ſentiebat, vt non ſolùm ipſe repleretur gaudio, ſed etiam in alios effunderetur: *Qui conſolatur,* inquit, *nos in omni tribulatione noſtra, vt po[ſſi]mus & ipſi conſolari eos, qui in omni preſſura ſunt.* 2. Cor. 1. n. 4. Vbi D. Chryſ. hom. 1. *Beatus Paulus,* inquit, *cum videret, quaſi niuis cumulos, tentationes quotidie ingruentes, non aliter, quam ſi in medio Paradiſo vixiſſet, ita gaudebat, geſtiebatque.* Quaſi mil[…]arum abyſſus, illi redderetur delitiarum Paradiſus.

7. *Nihil iuſtis vtilius, quã conuitijs lacerari. Iuſti etiam inter labores maiorẽ ſuauitatem experiuntur.*

D. Auguſt.

D. Chryſ.

Philo.

D Chryſ.

Sic

8. *Tormenta, iuſtis ſuaues concentus.* Sic & Dauid; *Abyſſus*, inquit, *abyſſum inuocat.* A Pſal.41. n.8. hoc eſt, calamitas calamitatem conſequitur. Adeò nunquam a laboribus vacabat. Sed ſtatim addit: *In voce cataractarum tuarum.* Hebraicè; *Ad vocem fiſtularum tuarum.* Ac ſi inter laborum turbines muſico concentu recrearetur. Imò ipſi labores non tam humeros frangebant, quàm aures titillabant: *Pſallite*, inquit, *in tubis ductilibus.* Pſal 97. num.6. Quas enim vocat tubas ductiles? *Quæ*, inquit D. Auguſt. (D.Aug.) *per tribulationem diſtentæ edunt ſonum harmonicum.* Non enim laborum procellæ ſanctis hominibus videntur tumultuari, ſed modulari. Quare meritò precabatur à Deo: *Fiat miſericordia tua, vt conſoletur me.* Pſalm. 118. n.76. ſeu, vt ib. legit D.Amb. (D.Ambr.) ſerm.1.. *vt exhortetur me.* Vtique, *per tentationum procellas*, vt ipſe exponit. Quaſi non ſit aliud afflictiones, quàm conſolationes poſtulare.

Quinta Hebræorum manſio, dum in deſerto vagarentur, fuit *in Mara.* Exod. 15. n. 23. ſic appellata ab amaritudine aquarum, quas bibere non poterant, niſi priùs iniecto ligno, dulces à Moyſe redderentur. (D Ambr. *Amara tribulationum aqua iuſtis dulceſcunt.*) Myſterio duplici, vt D.Ambr. lib.de manſionibus expendit. Vno circa amaritudinem aquarum: *Aquæ*, inquit, *guſtantur amaræ, quoniam adhuc exiſtentes in gratia, multiplices manent tribulationum amaritudines.* Neceſſe enim eſt, vt iuſtis in hac vita tribulationis aliæ propinentur; alioqui deſinent eſſe iuſti, iuxta illud Apoſtoli: *Si extra diſciplinam eſtis* (hoc eſt, extra tribulationem) *ergo adulteri* (hoc eſt, adulterini) *& non filij eſtis.* Hebr. 12. C n 8. Altero circa aquarum dulcedinem: *Sicut*, inquit, *verbo ſuo adeſt Dominus, vt dulceſcant aquæ; ita præſtat in tribulationibus ſuam nobis præſentiam, vt afflictiones miteſcant.* Neſcio enim quo pacto fit, vt amariſſimæ potiones ad præſentiam vnius Dei, cuius amore hauriuntur, miram in dulcedinem condiantur. Sed de hac re paſſim alibi dicendi occaſio recurret.

9. *Iuſti per tribulationes magis expiantur, & probantur.* Secunda ratio, quia per afflictiones multò magis probantur iuſti, & expiantur. Vnde D.Auguſt. (D Auguſt.) lib.4.de Ciuit Dei, cap.3. *Iuſtis*, inquit, *quidquid malorum irrogatur, non eſt pœna criminis, ſed virtutis examen.* Idem aſſerit D. Gregor. Nazianz (D Greg. Nazianz.) orat.de laudibus Athanaſij: *Perſæpe*, inquit, *in impiorum manus, ac poteſtatem iuſti veniunt, non vt illis honor habeatur,* D *ſed vt bonorum virtus exploretur.* Adde D Bernard. (D Bern.) epiſt. 280. ad Eugen. *Ego*, inquit, *plagis conſcientiæ meæ nullum iudico accommodatius medicamentum probris, & contumeliis. Non eſt proinde, quod pro me mouear homuncio omni opprobrio dignus, & deſpectione.* Imò D.Hieron. (D. Hier.) in epiſt. 127. ad Fabiolam, loquens de illa quinta manſione, vbi erat aquarum amaritudo, ad quam Hebræi poſt tranſitum maris rubri, & poſt obrutum Pharaonem, peruenerunt: *Vbi*, inquit, *magnitudo gratiæ, ibi magnitudo diſcriminis.* Nempe, vt diſcrimine tentata gratia firmior roboretur. Et ſtatim: *Ne terrearis*, inquit, *ſi poſt victoriam* E *venias ad amaritudinem, quia verum Paſcha facientes azyma cum amaritudinibus comedunt.* Scilicet, vt ſanctitas celebrantium Paſcha ex amaritudine augeatur. Et rurſus: *Apud medicos*, inquit, *quædam antidotus, noxios humores temperans, ex amaritudine nuncupatur, quæ dulcis oſtenditur, reſtituens ſanitatem.* Itaque quò grauiora foris adueniunt detrimenta, eò pretioſiora intus in animo lucra coacernantur. *Ecce ego*, inquit Deus, *creaui fabrum, ſufflantem in igne prunas.* Iſai 54. num 16. Vbi per fabrum illum Tyranni (*Tribulatio, conflatoria fornax in qua iuſti expurgantur.*) Eccleſiæ perſequutores, ſeu diaboli ipſi tentantes ad literam intelliguntur; qui quò plures perſequutionum flatus in ſanctos vrgent, eò in ipſis maiores charitatis flammas, quibus purificantur, accendunt.

A Quò pertinet illud Dauidicum: *Dum ſuperbit impius, incenditur pauper.* Pſalm.9. ſeu 10. iuxta Hebræos, num.2. hoc eſt, vt Hugo Cardin. exponit: (Hug.Card.) 10.
dum impius ſuperbè inuehitur in pauperem, magis ipſe pauper purgatur, ac diuini Spiritus ardore inflammatur. Vnde bene Tert. de fuga in perſequutione, cap.3. (Tertul.) *Cum*, inquit, *exurimur perſequutionis ardore, tunc probamur de fidei tenore, hæc erunt ignea iacula diaboli, per quæ vſtio fidei, & conflatio adminiſtratur.* Quibus verbis ſignificat, afflictionem iuſtorum eſſe veluti fornacem conflatoriam. Vt enim in hac metalla ab omni fæce excoquuntur, ita & iuſti in illa ab omni labe expurgantur. Inter alia, quibus Moyſes Ioſepho benedixit, & ſub illius B figura, Chriſto Domino, ſunt illa verba: *Cornua rhinocerotis, cornua illius.* Deuteron. 33. num.17. Vt enim cornua rhinocerotis acuta quidem ſunt ad feriendum, & ſalutaria ad medicandum; ita & labores, qui nobis à Chriſto Domino inferuntur, plagas quidem corporibus, animis tamen afferunt ſanitatem. Diu vixit Iacob in terra Chanaan, orbatus filio ſuo Ioſepho, quem præ cæteris diligebat, quin ipſe Ioſephus ex Ægypto, vbi regnabat, quidquam de ſua felicitate parenti renunciaret: cùm tamen, & propter locorum vicinitatem, & curſorum multitudinem, facile poſſent vltro, citróque literæ commeare. Imò etiam, vt notat D. (D Aug.) Auguſt. ſtatim citandus, idem Ioſephus Ægypti C gubernator Simeonem in vinculis tenendo, & Beniaminum e domo paterna auferendo, patris ſui anguſtias cumulauit. Cur ita factum ſit, inquirit D.Auguſt. (D.Aug.) ſerm 82. de Tempore: neque enim ſine peculiari Dei prouidentia factum credit. Et reſpondet: *Quia ſine minimis peccatis Iacob eſſe non potuit, volens Deus ipſa parua peccata in hoc ſeculo tribulationis igne conſumere, impleuit in eo, quod ipſe per Spiritum ſanctum dixit: Vaſa figuli probat fornax, & homines iuſtos tentatio tribulationis.* Eccleſiaſt. 27. n.6. *Vt ergo ſanctum Iacob Deus noſter velut aurum purgatum in futuro iudicio præſentaret, priùs ab illo omnes maculas peccatorum abſterſit, vt in eo ignis ille arbiter, quod exureret, inuenire non poſſet.* Plurimùm igitur valet afflictio ad purgandos, probandóſque animos iuſtorum.

D Sed vt veniam ad domeſticam tribulationem propriam huius loci, quam viri ex fœminis litigioſis patiuntur; quis non videt quantùm ex hoc (11. *Rixoſa mulier, patientiæ palæſtra.*) quotidiano conflictu homines ad pietatem, ac virtutem erudiantur? Quod D. Chryſoſt. (D.Chryſ.) homil. 26. in 1. ad Corinth. ſub finem, philoſophorum confirmat exemplo: *Dicitur*, inquit, *quidam ex philoſophis externis, cùm malam haberet vxorem, & nugatricem, & conuitiatricem, rogantibus, cur eam ſuſtineret, dixiſſe, vt domi haberet gymnaſium, & palæſtram philoſophiæ. Ero enim, inquit, cæteris mitior, ſi in ea quotidie erudiar.* Sed cùm hoc exemplum narranti magnus à tota concione fieret applauſus, ſubdidit E Chryſ. *Magna voce exclamaſtis: ſed ego valde defleo, cùm Græci ſint nobis ſapientiores, qui iuſſi ſumus Angelos imitari, imo vero Deum æmulari in ratione manſuetudinis.* Eandem doctrinam inculcat idem D. Chryſoſt. homil. 15. in Act. Vbi viros ad contumeliarum tolerantiam adhortatus: *Hæc dico*, inquit, *non ſolum, vt cum viris ſimus mites: ſed etiam ſi mulier pugnax ſit, vt feras, ſit tibi palæſtra, ac gymnaſium mulier. Quomodo enim non abſurdum eſt, gymnaſia ferre, nihil lucri afferentia, vbi atteritur corpus: gymnaſia autem non facere domi, quæ nobis coronas etiam ante agones ſuppeditant?* Itaque locus, in quo perſtrepunt contumeliæ, non debet eſſe ſtadium, in quo vitia exercentur; ſed gymnaſium, in quo virtutes addiſcuntur.

T

12. *Afflictio, perennis bonorum fons.* Theod.

Tertia tandem ratio eſſe poteſt, quia afflictio in A hac vita, eſt perennis quidam fons, origóq; bonorum: *Bonum mihi*, inquit Dauid, *quia humiliaſti me.* Pſ. 118. n. 71. Vbi Theod. *Gratias*, inquit, *agit Vates ob ſeuera remedia, hinc dicens ſanitatem, quã conſequutus eſt, proceſſiſſe.* Sed quid eſt, quod addit Propheta: *Cõfundantur ſuperbi, quia iniquitatẽ fecerunt in me?* n. 78. Animóne vindictæ confuſioné inimicis imprecatur? Abſit profectò. Imò potiùs ſtudio charitatis, vt ibid. Theod aduertit: *Non*, inquit, *hoſtibus imprecatur: ſed pro eis preces fundit, quandoquidem pudor ſalutẽ procurat.* Eodem pertinet ille verſiculus: *Si reddidi retribuentibus mihi mala.* Pſ. .n. 5. Hoc eſt, ſi percuſſores meos repercuſſi, ſi meos perſequutus ſũ perſequutores.

Iuſtorum afflictio, pax.

Chaldæus legit: *Si reddidi auctoribus pacis* B *meæ mala.* Vbi vides perſequutores iuſtorum, pacis auctores nuncupari. Hac de cauſa Ieremias Hieroſolymis commoratus ſcribit Dei nomine ad Hebræos, qui Babylone exulabant, vt pro ipſius Babylonis incolumitate Deum orent: *Quærite*, inquit, *pacem ciuitatis, ad quam tranſmigrare vos feci, & orate pro ea ad Dominum.* Ier. 29. n. 7. Et rationé reddit: *Quia*, inquit, *in pace illius erit pax vobis.* Quaſi diceret, quia dum habueritis hoſtes incolumes, qui vos affligãt, & ſuperbos dominos, qui vobis inſultent, veram pacem, & tranquillitatem poſſidebitis. Sed nota in eodem Prophetæ loco, cùm Iechonias, & eius mater in Babylonicam captiuitatem abducuntur, tunc quidem illum Regem, hanc verò Dominam nun- C cupari: *Egreſſus*, inquit, *eſt Iechonias Rex, & Domina.* Ierem. 29. n. 2.

Afflictio regnum, imò beatitudo.

Ac ſi iuſti, quorum in illis præceſſit typus, quò pluribus laboribus exercentur, eò magis regnare, & dominari videantur; imò & beati, vt D. Chryſ. in Pſal. 127. de Ioſepho in carcerem incluſo philoſophatur: *An non*, inquit, *exiſtimabatur adulter? non accuſabatur? non calumniis, & fictis criminibus impetebatur? Et quid horum eum læſit? Imò verò per hæc erat in primis beatus: hoc eſt enim in primis mirabile, quòd non ſolum hinc nihil læditur beatitudo, ſed etiam præclarior redditur, & illuſtrior.*

D. Chryſ.

13. *Eccleſia, dũ perſecutionũ torculari premitur, creſcit.* D. Aug.

Myſterio plenus eſt titulus Pſal. 55. in quo dicitur de Dauide, *tenuerunt eum Allophyli in Geth.* Hoc eſt, Philiſthæi, ad quorum Regem Achis, commorantem in vrbe Geth, ſe contulerat Dauid; vt patet ex 1. Reg. 21. n. 10. Myſterium verò declarat ibi D D. Aug. dum per Dauidem, Eccleſiam; per vrbem Geth, tribulationes intelligit: quia *Geth* interpretatur *torcular*: tenetur autem Eccleſia in torculari. *Quid eſt*, inquit, *in torculari? in preſſuris: ſed in torculari fructuoſa preſſura eſt. Vua in vite preſſuram non ſentit, integra videtur; ſed nihil inde manat. Mittitur in torcular, calcatur, premitur; iniuria videtur fieri vuæ: ſed iſta iniuria ſterilis non eſt; imò ſi nulla iniuria accederet, ſterilis maneret. Quicunque ergo ſancti preſſuram patiuntur, attendant Pſalmum iſtum, agnoſcant hic ſe: dicant, quod hic dicit, qui patiuntur, quod hic dicitur.* Quaſi diceret, qui ſimiles ſunt Dauidi in labo- E ribus ab inimico ſuſtinendis, ſimiles ſint eidem in fauoribus à Deo ſperandis. Similis eſt illa metaphora ex Pſal. 128. n. 3. *Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores*; ſeu, vt Aquila, & Theodotio tráſferũt, *arauerunt peccatores.*

Perſequutores Eccleſiæ terram vt agricolæ proſcindentes, fœcundant.

Cur, quæſo, dicuntur aratores, qui perſequuntur? Prima ratio ex Chryſ. eſt, quia non minùs perſequutores perſequendo, quàm aratores arando fatigantur. Secunda ad præſens inſtitutum, quia verberationes ſanctorum ſunt quædã arationes. Vt enim ex his lætæ ſegetes proueniunt, ita ex illis multiplices virtutes oriuntur. Vnde D. Chryſ. homil. 4. ad popul. Antioch. vocat malos, *bonorum agricolas*, quia ſicut agricolæ terram aratris proſcindentes fœcundant: ita mali lacerantes bonos, efficiunt meliores. Quare meritò Tertul. in

D. Chryſ.

A Apoc. c. 50. Chriſtianorum nomine ſuos pronocat perſequutores: *Cruciate*, inquit, *torquete, damnate, & atterite nos: probatio eſt patientiæ iniquitas veſtra. Semina non niſi corrupta, & diſſoluta fœcundiùs ſurgunt.* Sed de hac re annot. 5. ſect. 3. iam dixi, plura paſſim, vt ſe occaſio tulerit, dicturus.

Tertul.

Iurgium in typum Eccleſiæ, & Synagogæ.

14. *Inter Eccleſiam, & Synagogam veteres diſſenſiones.*

COntigit tandem hoc iurgium inter Annam, & Phenennam in typum Eccleſiæ, & Synagogæ, vt D. Greg. Bed. Hugo Vict. Dionyſ. Cart. Bercor & plures alij interpretantur. Quibus adde D. Cypr. lib. 1. ad Quir. c. 20. & D. Hieron epiſt 11. B vbi Saram & Agar, Rachelem & Liam, Annam & Phenennam typos Eccleſiæ, & Synagogæ teſtãtur. Nam ſicut inter illas fœminas perpetuæ turbellæ, & rixæ excitabantur; ita inter Eccleſiam, & Synagogam nulla pax, nulla tranquillitas conſiſtebat. Nam *quæ participatio iuſtitiæ cum iniquitate? quæ ſocietas luci ad tenebras? quæ conuentio Chriſti ad Belial?* 2. Cor. 6. n. 14. Duo illi montes Sina, & Sion, interprete D. Hieron. cit. & D. Cypr. tract. de illis montibus Synagogam & Eccleſiam repræſentant: tum quia in Sina data fuit lex vetus. Exod. 20. à n. 1. De Sion autem exiuit lex noua Iſai. 2. n. , tum etiam, quia cùm *Sina*, idem ſit, quod *tentatio*: *Sion* autem idem, quod *ſpeculatio*; planè exprimitur, quomodo C Synagoga terrena curans, tentauerit Eccleſiam res diuinas ſpeculantem. Et quidem à primis incunabulis hæc tentatio orta eſt. Nam vbi primùm noua Eccleſia ſub Chriſto Domino recens nato, audita eſt *in Ephrata*, & inuenta *in campis ſyluæ.* Pſal. 131. n. 6. ſtatim Synagoga ſub Herode irruit in eandẽ ſyluam, tanquã leo, iuxta illud: *Facta eſt mihi hæreditas mea, tanquam leo in ſylua.* Ier. 12. n. 8. Et planè ab hoc leone ille agnus facilè deuoraretur, niſi feræ omnes indomitæ, ſic à Deo ſub id temporis frænarẽtur, *vt puer paruulus minaret eas.* Iſai. 11. n. 6.

D. Greg. Beda. Hug Vict. Dionyſ. Carthuſ. Bercor. D Cypr. D Hier.

15. Præceſſit eiuſdem rei typus in antiquis Patriarchis Abel & Cain Gen. 4. n. 8. Iſaac & Iſmaël. Gen. 21. n. 9. Iacob & Eſaü. Gen 25. n. 22. Phares & Zaran. Gen. 38. n. 27. Vt enim illi neque in vno agro, neque in vna domo, neque in vno vtero, neque in D vno partu, ſine lite, & contentione eſſe potuerunt: ita neque Synagoga, & Eccleſia in amicitiam vnquam conſpirarunt. Quod ſi ab vtero inimicitias cõtraxerunt, quid extra vterũ? Hoc enim Rebecca prædiuinabat, cùm experta paruulos in vtero ſe inuicẽ collidentes, dicebat: *Si ſic mihi futurum erat, quid neceſſe fuit concipere?* Gen. 25. n. 22. Quaſi diceret, vt Interlin exponit; *Quid facient nati, qui ſic luctantur innati?* Neq; ſolũ ab vtero inimica fuit Eccleſiæ Synagoga, verũ etiã has inimicitias, ſuas delicias putabat.

Hæ cum Eccleſia inimicitia, Synagoga deliciæ.

Monuit Rebecca filiũ ſuum Iacobũ, vt ab Eſaü mortẽ ei machinante præcaueret, *Ecce*, E inquit, *Eſau frater tuus minatur, vt occidat te.* Gen. 27. n. 42. Caiet. ex Hebræo legit: *Ecce Eſau frater tuus conſolatur ſe ad occidendum te.* Quaſi Eſau, id eſt, Iudaicus populus, tam auidè ſitiret ſanguinem Iacobi, id eſt, populi Chriſtiani, vt illius hauſtu non minùs, quam hauſtu nectaris delectaretur. Vnde illud: *Qui deuorant plebem meam ſicut eſcã panis.* Pſ. 13. n. 4. & illud, *cucurri in ſiti.* Pſal. 61. n. 5. ſeu, vt eſt in Hebræo, *cucurrerunt in ſiti*; planè ad Eccleſiã perſequendam. Quaſi cibus, & potus Iudæorum ſit ſanguis Chriſtianorũ, & cùm eos maximè perſequuntur, tunc ſibi ſplendidiſſimè epulari videantur.

Caiet.

Hæc diſſidia Synagogæ lauta conuiuia.

16. *Synagoga in Eccleſia perſequenda ſſuma felicitas.*

Quid dico voluptatem? Suam inſuper felicitatẽ in perſequẽda Eccleſia collocabat Synagoga. Nam Eſau ſuam in hac vita felicitatem poſtulanti, hanc vnã pater impertiuit: *Viues in gladio.* Gen. 27. n. 40. Hoc

Hoc eſt, hæc tua erit beatitudo, vt arma, cædes, vulnera mediteris. Futurũ enim erat, vt felicitas Eſau in calamitate Iacobi meditanda reponeretur: vt ſub hoc ſymbolo palam fieret, Iudæorum felicitatem reponẽdam eſſe in Chriſtianorum calamitate machinanda: qualem profectò Act. 8. à n. 1. & Act. 9. à n. item 1. machinati ſunt, & qualem D. Paul. 1. Cor. 15. n. 9. & Galat. 1 n. 13. ſe quondam ſtudioſiſſimè curauiſſe profitetur. Sed age Synagoga, viue gladio, & vibra gladium: nunquam tamen Eccleſiæ dominaberis, ſed ancillaberis. *Viues in gladio*, inquit Iſaac: ſed ſtatim addit; *& fratri tuo ſeruies.* Nam etiam cùm aduerſus Eccleſiam moliris prælia, præſtas obſequia. Vnde D. Aug. ſer. 78. de Temp. quærens quomodo populus Iudaicus ſeruiat Chriſtiano, ſic reſpondet: *Illo vtique, quo mali ſeruiunt bonis, non obſequẽdo, ſed perſequẽdo: quomodo perſequutores martyribus, quomodo lima auro, quomodo mola tritico, quomodo panibus fornalia, vt illi coquantur, hæc conſumantur.* Quo dicendi genere vſus Dauid: *Panes*, inquit, *eos in clibanum ignis.* Pſ. 29. n. 10. Vt enim clibanus igne conſumitur, & fuligine inficitur, panes autem coctos reddit, & coloratos: ita Iudæi dum Chriſtianos offendunt, ſibi potiùs obſunt, illis proſunt; ſe atræ caligini immergunt, illos puro in lumine reponunt.

Synagoga dum Eccleſiam perſequitur, obſequitur.
D. Auguſt.

17. Pauli manum vipera inuaſit: *Et ille quidem excutiens beſtiam in ignem, nihil mali paſſus eſt.* Act. 28. n. 5. Vide, quæſo, & detrimentum viperæ inuadentis, & emolumentum Apoſtoli tolerantis. Nam vipera temeritatis ſuæ pœnas dedit, vt Theod. q. 18. in Gen. aduertit. *Cum*, inquit, *nihil peccato tenerum, ac molle in eo reperiſſet, mox reſiliit, & in ignẽ ſe coniecit; ſuppliciũ quodammodo de ſeipſa ſumens, quòd corpus ſibi conueniens nullatenus adorta eſſet.* Apoſtolus verò tolerantiæ ſuæ lauream recepit. Neq; enim mortem obijt, ſed famam conſequutus eſt immortalitatis, imò & diuinitatis. Nam qui aderant, videntes nihil mali in eo fieri, *dicebant eum eſſe Deum.* ibid. n. 6. Vnde optimè D. Chryſ. in Pſal. 96. *Ictus*, inquit, *ea vipera Paulus, Spiritus ſancti virtutem, quæ in ipſo habitabat, oſtendit, vſus vipera teſte.* Quaſi vipera Apoſtolo fuerit, non peſtis ad mortem, ſed teſtis ad gloriam, & volens lethale venenum Apoſtolo infundere, ſibi hauſerit. Nam re vera ſibi incendium reperit; Apoſtolo autem teſtimonium de vitæ ſanctitate præbuit immortale. Non aliter Synagoga vipera fuit, iuxta illud Baptiſtæ: *Progenies viperarum.* Matt. 3. n. 7. & illud Chriſti Domini: *Genimina viperarum.* Matt. 23. n. 33. & proinde ſuis morſibus Eccleſiam lacerare, & venenare voluit, ſed non valuit: imò ſibi ignominiam, illi gloriam peperit ſingularem.

Vipera Synagoga typus, Paulo non intulit nocumentum; ſibi inuenit incendium.
Theod.
D. Chryſ.

18. In domum Phariſæi ingreſſa Magdalena, Chriſti Domini pedes ſuis lacrymis rigatura, à Phariſæo quidem vituperatur, ſed à Chriſto Domino prædicatur. Luc. 7. à n. 39. Quid profeciſti Phariſæe, tam iniquè de mulieris laudibus detrahendo, niſi vt illud cæleſte diuini Patris oraculum Chriſtus Dominus in eius laudes effunderetur? Ex tuis opprobrijs nata ſunt illa encomia, quibus mulier decoratur, quã, dum obſcurare voluiſti, coronaſti. Qua in re myſterium Synagogæ cum Eccleſia velitãtis, agnoſcit Rup. lib. 10. in Ioan. c. 12. *Phariſæi domum*, inquit, *famoſa peccatrix ingreſſa, & murmurante illo iuſtificata, conuerſionem Gentilitatis præfigurabat. Gentilitas enim ad diuitias Iudaeorum veniens, & ad magnum conuiuium ſcripturarum iniuſſa prorumpens, quæ fuerat meretrix, id eſt, pluribus Diis, quaſi multis proſtituta viris, retrò ſecus pedes Domini accubuit, quia videlicet Deo, quem ſecundum carnem non nouerat, veſtigiis adhæſit flens, & erroris priſtini pœnitentiam agens; murmurantibus eis, qui ex circumciſione erant, eo quòd Gentiles gratia Chriſti indignos iudicarent.* Itaque vbi

Magdalena Eccleſiæ typo, dum à Phariſæo arguitur, commendatur.
Rupert.

A Iudæorum in Eccleſiam vituperationes perſtrepebant, ibi Chriſti Domini in eandem laudationes ornabantur: illi deſpumabant in contumelias, Chriſtus Dominus in fauores expendebatur.

19. Celebris eſt illa vox, qua Eccleſia gentium conqueritur de Synagoga Iudæorũ: *Filij*, inquit, *matris meæ pugnauerunt contra me.* Cant. 1. n. 5. Nam Iudæi, fratres quidem Eccleſiæ, ſed non germani, ex eadẽ matre, nempe ex eadem fide, & Scriptura generati, non tamen ex eodem patre; quia Eccleſia ex Deo eſt, illi *ex patre diabolo* ſunt. Ioan. 9. n. 44. Iudæi, inquã, contra Eccleſiam pugnauerunt, ſed quid pugnando præſtiterũt? Audi, quod ſequitur: *Poſuerunt me cuſtodẽ in vineis, vineam meam non cuſtodiui.* Quaſi

Synagoga Eccleſiam ex matre ſororem, dum arctare contendit, extendit.

B diceret; abſtulerunt mihi vnam vineam, plurimas contulerunt. Sic exponit D. Bern ſerm. 30. in Cant. Nam loquutus de Eccleſia gentium: *In tantum*, inquit, *ſe profeciſſe ab æmulis gloriatur, vt pro vna vinea, quam ſibi abſtuliſſe viſi ſunt, ſuper multas ſe gaudeat conſtitutam.* Et paulò poſt, facta apoſtrophe ad Eccleſiã: *Conſolare*, inquit, *ſi cæcitas ex parte contigit in Iſrael. Quid in perdis? mirare myſteriũ, & noli plangere detrimentũ. Pulſa de ciuitate, ab vniuerſitate exciperis.* Ex his patet, Synagogam contra Eccleſiam plurimùm cõtendiſſe, ſed nihilum profeciſſe. Nam vt bene D. Hier. lib. 2. Apol. cõtra Rufi. *Malitia nõ habet tantas vires, quantos conatus: perierat innocentia, ſi ſemper ne-*

D. Bern.

C *quitiæ iuncta eſſet potentia, & totum quidquid cupit, calumnia præualeret.* Oppugnare igitur Eccleſiam potuit Synagoga, nõ expugnare. Sed de hac re nõnihil diximus annot. 5. ſect. 4 plura in ſeqq. dicturi.

20. Duplex adhuc ſignificatio moralis in hoc Phenennæ cum Anna iurgio continetur. Primò enim ſignificatur illa æmulatio, quæ inter actiuã, & contemplatiuam vitam frequenter incidit. Nam actiua colligendis animarũ fructibus intenta, externorum operum ſterilitatem exprobrat contemplatiuæ. Sicut Martha ſatagens *circa frequens miniſteriũ*, ſorori ſedenti ſecus pedes Domini, & audienti verba illius obijciebat: *Soror mea reliquit me ſolam miniſtrare.* Luc. 10. n. 40. Et Apoſtoli de pauperum eleemo-

Frequens inter actiuam, & contemplatiuam vitam æmulatio.

D ſynis, vt ipſi iactabant, ſoliciti, Magdalenam pretioſa vnguenta in Chriſti Domini pedes, & caput expendentem, ſic obiurgabant: *Vt quid perditio hæc?* Matt. 26. n. 8. Sed vtrobiq; Chriſtus Dominus contemplantis otium à calumnia liberauit. Vnde cùm D. Bern. ſer. 12. in Cant. ſimiles calumniatores aliquando pateretur: *Cauſantes*, inquit, *quòd ſoli viuerẽ mihi, cùm multis prodeſſe poſſem.* ſic illis ſatisfecit: *Audiant*, inquit, *excuſantem Dominum, & reſpondentem pro me; Quid moleſti eſtis huic mulieri?* ibid. n. 10.

D. Bern.

21. Secundò ſignificatur illa contentio, quæ inter duas æmulas ſibi inuicem maximè aduerſarias, voluptatem ſcilicet, ac virtutem, reperitur. Quam cõ-

E tentioné quia eleganter expreſſit Phil. Hebr. in lib. de merc. meretric. non accipienda in ſacrariũ; eam totam eiuſdem Philonis verbis explicabo: *Duas*, inquit, *noſtrûm quiſque vxores habet in ſuo contubernio, eáſque infenſas ſibi inuicem, & animæ domum replentes contentionibus zelotypis. Harum alterã diligimus, quaſi amicam blandam, & familiarem, quæ voluptas dicitur, alteram odio proſequimur, vt immitem, ac tetricam, & nobis minimè beneuolam; hæc virtus nominatur.* Deinde antequam earum iurgia exponat, vtriuſq; habitum depingit: *Illa*, inquit, *ad nos accedit ornatu meretricio, fracto inceſſu præ mollitie, obtutu laſciuo, ineſcãs animas iuuenũ, temeritatem, & impudentiam præferens in oculis, elata ceruice ſupra natiuã ſtaturam aſſurgens, ridens, cachinnabundáque, calamiſtrata, & cincinnatula, fucatæ facie, pictis ſuperciliis, recens lota, purpuriſſata, pretioſa, floridóque amicta palliolo, aureis, gemmatiſque armillis ſuperba, & inauriculis, mundóque muliebri cætero ſpirans*

Pertinax inter voluptatem, & virtutem contentio.
Phil. Hebr.
Voluptatis deſcriptio.

vnguen

unguenta fragranti[illegible]ma, non tam domum ſuam quam fora, compitáque diligens, petulans ſuæ formæ prodiga, aſcititiæ vero auida. Et cum ea pedis equa domeſtica, vaſritia, iniuſtitia, nequitia, quibus ſtipata more Principis, ſic pertentat animum. Hic longiſſimam ponit orationem, qua voluptas in aduerſariam ſibi virtutem inuehitur, & ſuos ad ſe allicit amatores. Deinde ad virtutem ſimiliter exprimendam pergit. *Altera, inquit, In abdito ſtas, verita, ne fortè illa mariti communis animum ad ſe ſolam pertraheret, corruptum donis, vel oblatis, vel oſtentatis; néve pretioſo aſpectu emollitum deciperet, quando aſcititio cultu, & magicis eum allectari, demulcerique animaduertebat præſtigiis, repentè ſuperuenit, ingenio, matronalique inceſſu grauis, vultu ſerena, genuino quodam pudoris colore ſuffuſa, ſimplex moribus, vitæ integra, mente ſemper ſui ſimilis, verbis haud blandis, ſanam mentem veraciter exprimentibus, decora natiuo habitu, moderata geſtu, veſtitu modica, ornata non auro, ſed longe pretioſioribus ornamentis. Comites eam ſequebantur, pietas, ſanctitas, veritas.* Hic rurſus proponit grauiſſimam orationem, qua virtus cum æmula ſibi voluptate expoſtulat, & qua miſeros homines voluptatis carceribus incluſos ad beatam ipſius virtutis euocat libertatem.

Imago virtutis.

22\. Itaque perpetuò virtus, & voluptas in hominis animo rixantur, & æmulantur. Quæ ſunt duæ illæ vxores, *odioſa, & dilecta*, de quibus agitur Deut. 21. à n. 15. Virtus quidem profanis hominibus odioſa eſſe ſolet; voluptas dilecta. Meritò tamen à Deo præcipitur, vt filius odioſæ, filio dilectæ præferatur, quia virtutis opera nobiliora ſunt, quàm opera voluptatis; & proinde digniora quæ amentur, & in totius animi poſſeſſionem admittantur.

Virtutis filij filiis voluptatis præferendi.

SECTIO IV.

Annæ ſilentium in iniuriis Phenennæ.

1\. HActenus de iurgio Phenennæ. Sequitur, vt de Annæ patientia diſſeramus, quam tacendo, flendo, & ieiunando demonſtrauit. De Annæ fletu paulò inferius ad n. 10. commodiùs dicemus: nunc de ſilentio, ac ieiunio nonnihil. Igitur ſilentium inter iniurias, & contumelias, eſt ſingulare patientiæ argumentum. Quod, antequam ad vnius exemplum Annæ accedamus, exempla ab ipſo Deo, à Chriſto Domino, à ſanctis viris, ac fœminis deprompta, facilè illuſtrabunt.

Silentium in iniuriis, ſingulare patientiæ argumentum.

2\. Deus ſuam commendare volens patientiam: *Tacui, inquit, ſemper ſilui, & patiens fui.* Iſaiæ 42. n. 14. Quaſi non poſſet eam aptiùs laudare, quàm ex ſilentio diuturno, quo *diſſimulabas peccata hominum propter pœnitentiam.* Sap. 11. n. 24. Accuſatur apud Moyſem quidam in Deum blaſphemus, & maledicus in ipſum Moyſem: defertur criminatio ad diuinum tribunal; editur ex oraculo hæc ſententia, iuxta tranſlationem Septuaginta: *Educ eum qui maledixit extra caſtra, & lapidet eum omnis multitudo Iſrael.* Leuit. 24 num. 14. Quæres, cur ſolum maledicus in Moyſem, non autem blaſphemus in Deum puniri ab ipſo Deo iubeatur. Apta eſt [illegible] Clar. reſponſio. *Deus, inquit, cui ſui curæ ſunt, magis voluit vlciſci iniuriam Moyſis, quam propriam contumeliam. ideo dixit, Educ maledicum; & non dixit, Educ blaſphemum.* Vides quanta ſit Dei iuſtitia, & patientia? Licet enim alienas iniurias vlciſcatur, tamen ad proprias contumelias conticeſcit. Imò eas aliquando tam patienti ſilentio tolerat, vt ex illo ſumant homines occaſionem ad peccandum.

Summa Dei in peccatoribus tolerandis patientia, & ſilentium.

Idd Clar. Magis ſuorum, quam ſuas iniurias Deus vleiſcitur.

3\. Diabolus, vt Euam tentaret, longuam texuit orationem: *Cur præcepit vobis Deus, &c. Eritis ſicut dij,* A &c. Gen. 3. à n. 1. Cæterùm, vt Eua tentaret Adamũ, ne verbum quidem protulit; ſed tantùm *comedit, deditque viro ſuo qui comedit.* Gen. 3. n. 6. Cur quæſo, tã multa verborum ambage vtitur diabolus ad expugnandam Euam, non tamen Eua ad expugnandum Adamum, cùm hic multo cõſtantior in virtute fuerit, quàm illa? Dices, quia vehementior eſt tentatio per fœminã, quàm per diabolum: atque adeò, quod diabolus vix potuit efficere multis verbis, potuit fœmina ſine verbis. Vel etiam dices, quia vehementior eſt tentatio per malum exemplum, quàm per verbum ſuaſorium: vnde quod diabolus vix perſuaſit ſubtiliter argumentãdo, perſuaſit Eua perperam operando. Vtraque reſpõſio mihi aptiſſima videtur. B Sed ad præſens inſtitutum addo tertiam. Vidit Adamus Euam comedentem, & non vidit morientem: audiuit Deum mandantem, ſed non audiuit obiurgantem, credidit ſibi quoque impunè fore, ſi comediſſet; comedit. Atque adeò ex patientia Dei ſilentis ad peccatũ Euæ, antus ſuit violare præceptũ ipſius Dei, quem ad ſuum quoque peccatum diſſimulaturum ſperabat. Ita reſpondet D. Aug. lib. 11. de Gen. ad liter. c. 3[illegible]. Ponderans enim, quo pacto Eua nullis verbis ſuaſiſſet Adamo, vt comederet, ſubdit: *Non ſuaderi, inquit, iam opus erat viro, quando illam eo cibo mortuam non eſſe cernebat.* Quaſi diceret, opus nõ erat ſuaſione oratoria Euæ, vbi aderat patientia taciturna Dei, qua vir ad peccandũ abutebatur. Certe Eua ex hac diuina patientia prorepſit ad tentandũ virũ, C interprete Caiet. *Mulier, inquit, nihil mortis, nihilque mali in ſe ipſa ſentiens, animoſior efficitur ad perſuadendum marito, vt comedat.* Ita enim Deus ſilet ad iniurias quibus laceſſitur, ac ſi illas nec videre, nec audire videretur: ex quo imprudentes homines ad peccandum effrænantur. Quod grauiſſimè teſtatur, vt ſolet, Tert. lib. de patient. c. 2. vbi Deum appellat, *ipſũ patientiæ exemplum.* Et ſtatim aſſerit, Deum tã patienter, & ſilenter hominum peccata ſuſtinere, *vt ſua ſibi patientia detrahat: plures enim Dominum idcirco non credunt, quia ſeculo iratum tandiu neſciunt.*

Tentatio per fœminam vehementior, quàm per diabolum.

Mali exempli grauior tentatio.

Dei patientia, & ſilentio peccatores abutuntur.

D. Aug.

Caiet.

Tertull.

4\. Iam verò Christo Domino nihil familiarius, quàm vt inter iniurias, & contumelias taceret. *Cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur.* 1. Petr. 2 n. 23. D *Quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuum.* Iſaiæ 5[illegible]. num. 7. *Ego autem tanquam ſurdus non audiebam, & ſicut mutus non aperiens os ſuum.* Pſalm. 37. num. 15. Vnde cum Iudæi in Chriſtum Dominum indignarentur, ipſe quidem *relictis illis, abiit foras.* Matth. 21. n. 17. Vbi Auctor operis imperf. hom. 38. *Malum, inquit, hominem meliùs locum dando poteſt aliquis vincere, quam reſpondendo, quia malitia non inſtruitur ſermonibus, ſed excitatur. Et ideo Dominus recedendo compeſcere ſtuduit, quos reſpondendo non compeſcuit.* Mirũ eſt, quod Chriſtus Dominus coram præſide Pilato ad laudes ſuas reſponderit, ad contumelias tacuerit. Nam rogatus à præſide, an eſſet Rex, inter alia reſpondit: *Regnum meum non eſt de hoc mundo.* Ioann. 18. n. 36. E Accuſatus autem à principibus Sacerdotũ & ſenioribus, *nihil reſpondit.* Matth. [illegible] n. 12. Ponderauit hoc diſcrimen D. Chryſ. hom 83. in Ioan. *Dicentibus, inquit, maleficum eſſe, & quo eum arguerent, non habentibus, tacuit tamen, cum de regno interrogatus, & tunc loquutus eſt ad Pilatis, erudiens eum, & ad altiora erigens.* Quaſi diceret, Chriſtus Dominus has contumelias non reiecit a ſe, ſed cum ſilentio patienter excepit: has verò laudes ſi non negauit, erant enim veriſſimæ, ſiltè temperauit, ne quo vanitatis fuco coloratæ viderentur. Atque adeò promptiorem ſe oſtendit ad contumelias, quam ad laudes proprias audiendas. Vnde & ſibi diabolo Chriſtum Dominum laudanti, ac dicenti: *Scio, qui ſis, Sanctus Dei.* Marc. 1. num. 13. ſilentium

Chriſti inter iniurias ſapientia, & ſilentium.

Chriſtus ad laudes veluti impatiens, ad contumelias patientiſſimus.

D. Chryſ.

lentium Dominus imperaui *Obmutui*. Neminem tamen ſibi conuitiantem prohibebat à loquendo; ac ſi laudum eſſet impatiens, qui erat ad contumelias patientiſſimus.

5. *Chriſtus ad contumelias aduerſarios quodammodo inuitauit.*

Quid dico, neminem prohibuit? Addo, & quodammodo inuitauit aduerſarios ſuos ad contumelias inferendas. Erat Chriſtus Dominus omnium hominum, & omnium cauſarum Iudex à Patre conſtitutus, iuxta illud: *Neque enim Pater iudicat quemquam, ſed omne iudicium dedit filio.* Ioann. 5. num. 22. & tamen in iudicandis contumeliis, quæ ſibi inferebantur, ſe ab hac poteſtate quodammodo abdicabat. Audiens enim illa ſuperba Phariſæorum conuitia: *Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?* Ioann. 8. num. 48. inter alia reſpondit: *Ego non quæro gloriam meam, eſt qui quærat, & iudicet.* Ibid. num. 50. Cur, quæſo, Iudicem ſe diſſimulat in hac cauſa quem Pater Iudicem omnibus præfecit? Reſpondet D. Chryſoſtom. hom. 18. in Euang. *Illatas*, inquit, *contumelias Patris iudicio reſeruat: vt nobis profectò inſinuet, quantum nos eſſe patientes debemus, dum ſe adhuc vlciſci non vult, & ipſe, qui iudicat.* Quæ licèt egregiè dicta ſint, adhuc aliam magis ad præſens inſtitutum exprimo rationem. Nempe, idcircò diſſimulauit ſe Iudicem eſſe in propriis contumeliis, ne conuitiatores perterreret, & à conuitiis inferendis retardaret; ſed liberè eis permitteret, quæcunque vellent, probra in ſe vnum iaculari, adeò illis audiendis delectabatur: non quod ipſæ contumeliæ, quæ peccata erant, ſed contumeliarum patientia ſummam illi afferret voluptatem, iuxta illud Tert. lib. de patient. cap. 3. *Saginari*, inquit, *voluptate patientiæ diſceſſurus volebat.* Cùm autem ſagina non ex vno tantùm, ſed ex pluribus ferculis efficiatur; non vnam tantùm, ſed plures contumelias Chriſtus Dominus patientiſſimè excepit. *Dabit*, inquit Ierem. *percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobriis.* Thren. 3. n. 30. Vbi D. Amb. ſerm. 10. in Pſalm. 118. *Non dixit*, inquit, *ſubibit opprobrium: facile eſt enim vnam, vel alteram contumeliam ſuſtinere. Addidit, ſaturabitur opprobriis: quò faciliùs Domini moueat miſericordiam opprobriorum complurium deformitate miſerabili.* Illa enim opprobriorum multitudo, quæ Chriſtum Dominum miſerandum efficiebat, ipſa æternum Patrem miſericordem erga illum excitabat. Tam multa verò pertulit Chriſtus Dominus maledicta, *vt factus ſit pro nobis maledictum.* Galat. 3. n. 13. cùm tamen ipſe ſit *ſuper omnia Deus benedictus in ſecula.* Rom. 9. n. 5. Quod expendens Tertul. lib. de patient. c. 8. *Igitur*, inquit, *Dominum ſerui conſequamur, & maledicamur patienter, vt benedicti eſſe poſſimus.*

Tertul. Chriſti patientia opprobriis ſaginata. — D. Amb. — Tert.

6. *Chriſti in opprobriis firmum ſilentium.*

Sed quàm firmum tenuit in opprobriis ſilentium? Non ſolùm enim omnem reſpondendi voluntatem ſibi eripuit, ſed etiam quodammodo poteſtatem, factus non ſolùm *tanquam ſurdus* ad audiendas contumelias, *& tanquam mutus* ad regerendas. Pſalm. 37. num. 15. ſed etiam planè tanquam mortuus, omni ſentiendi, & reſpondendi facultate ſpoliatus. *Ponet*, inquit Ierem. *in puluere os ſuum, ſi fortè ſit ſpes.* Thren. 3. num. 29. D. Ambroſius mutatus legit: *Dabit in ſepulturam os ſuum;* & ad rem præſentem egregiè interpretatur. *Oſtendit*, inquit, *quandam ſupra modum patientiæ taciturnitatem, vt tanquam ſepeliat os proprium, ne loquatur; & ne cui contumeliam regerere virtutem obſtruat, ne vocem ...i emittat. tantum pondus aſſerens patientiæ, quantum ſpes ſuneat, vt vocem ipſam velut buſto quodam, ac tumulo ſepeliat, ac includat, quam nulla extorquere, nulla excitare poſſit iniuria.* Itaque qui Chriſto Domino contumelias imponebat, perinde ſe habebat, quantum ad exprimendæ vocis effectum, ac ſi verba mortuo inclamaret.

D. Ambr.

Quo ſilentio Chriſtus Dominus ſuam innocentiam teſtabatur. Vnde accuſatus apud Herodem, *nihil illi reſpondebat.* Luc. 23. num. 9. non vt calumniis conſentiret, ſed vt tacendo, calumnias eleuaret. Quod D. Ambroſ. ad eum locum expendens. *Accuſatur*, inquit, *Dominus, & tacet, & bene tacet, qui defenſione non indiget. Ambiant defendi, qui timent vinci. Non ergo accuſationem tacendo confirmat, ſed deſpicit non refellendo.* Quare cùm cæteri, qui accuſantur, vix loquendo ſuperent, Chriſtus Dominus tacendo non ſolùm vincebat, ſed etiam triumphabat. Vnde ad illa verba, quibus æternum parentem alloquitur: *Redime*, inquit, *me à calumniis hominum.* Pſalm. 118. num. 134. rectè D. Ambroſ. ſerm. 17. in eundem Pſalm. *Chriſtus*, inquit, *calumniis appetitus ſilentium detulit triumphale.* Quaſi illud ſilentium, pulcherrimum quoddam ſtadium eſſet, quo de hoſtibus triumpharet. Neque ſolùm ſuam ſanctitatem, ſed etiam ſuam diuinitatem, hoc ſilentio teſtabatur Chriſtus Dominus. Nam purus homo continere ſe non poſſet, quominùs tam iniquas à ſe calumnias reiiceret. Quod obſeruans D. Cyprianus lib. de bono patientiæ: *Inter cætera*, inquit, *admirabilia virtutum, quibus indicia diuinæ maieſtatis expreſſit, paternam quoque patientiam tolerantiæ tenore ſeruauit.* Vbi obſerua illud, *tolerantiæ tenore*, hoc eſt, eodem modo, quo Pater ſuam exhibuit patientiam. Nam ſicut æternus parens inter iniurias patientiſſimè ſilebat; ita & Chriſtus Dominus ſuas iniurias profundo ſilentio tolerabat. Quæ fortaſſe cauſa fuit, cur hanc Chriſti Domini taciturnitatem *miraretur Præſes vehementer* Matth. 27. num. 14. ratus non eſſe humanum tam profundum ſilentium, ſed diuinum: neque à ſolo homine tam ſilentem in tam apertis iniuriis tolerantiam exhiberi potuiſſe. Quod rectè Tertul. lib. de patient. cap. 3. obſeruauit. *Qui*, inquit, *in hominis figura propoſuerat latere, nihil de impatientia hominis imitatus eſt. Hinc vel maximè Phariſæi Dominum agnoſcere debuerant: patientiam huiuſmodi nemo hominum perpetraret.*

Chriſti in iniuriis ſilentium, eius innocentiam teſtabatur. — D. Ambr. — *Chriſti ſilentium triumphale.* — D. Ambr. — *Chriſti diuinitatem eius ſilentium prædicabat.* — D. Cypr. — Tertul.

7. *Moyſis faciem opprobria perferentem, cæleſti fulgore decorabat.*

Tandem veteres Patriarchæ contumelias quidem audiebant, ſed non regerebant. Cur olim facies Moyſis tanto fulgore coruſcauit? Exod. 34. num. 35. Planè, quia in facie contumelias pertulit, non intulit, vt videre eſt Numer. 12. num. 1. vbi à Maria, & Aarone laceſſitur. Num. 14. à num. 2. vbi à toto populo prouocatur ad iracundiam. Numer. 16. à num. 1. vbi Core, & qui erant de eius factione, Moyſi in os probra, & contumelias impingebant. Vnde D. Ambroſ. lib. 2. de offic. cap. 7. *Quantas*, inquit, *à populo illatas Moyſes abſorbebat contumelias? Quam miti ſermone poſt iniurias appellabat? Quomodo conſolabatur in laboribus, deliniebat oraculis, fouebat operibus? Meritò æſtimatus eſt ſuper homines, & vt vultui eius non poſſent intendere.* Hæc ille; alludens ad locum D. Paul. 2. Corinth. 4. num. 13. vbi dicuntur filij Iſrael non potuiſſe intendere oculos in faciem Moyſis præ fulgore. Quaſi diceret, meritò radiorum fulgor decorauit eum vultum, quem tacentem contumeliarum pudor deformauit. Et meritò caligarunt Iudæorum oculi ad videndam illam faciem, in quam ipſi nihil reſpondentem maledicas linguas acuerunt.

D. Ambr.

8. *...patientes Angelos ... efficit amatores.*

Sed quid memoro ſolare decus? Angelicus etiam ſplendor emicat ex illo ore, quod patienter, & ſilenter illatas contumelias auſcultat. Multa in Stephanum probra iaciebant Phariſæi, quibus audiendis vacabat Stephanus, non retorquendis. Quid inde factum? Illud certe, quod ſcripſit Lucas: *Et intuentes*, inquit, *eum omnes qui ſedebant in concilio, viderunt faciem eius tanquam faciem Angeli.*

Act.

Act. 6. n[illegible]. Scio dixiſſe D. Aug. ſerm. 5 de Stephano, propterea vt Angelum apparuiſſe, quòd in viduarum cauſis, quibus tractandis præpoſitus fuerat ab Apoſtolis, Angelicam puritatem imitaretur. *Quod*, inquit, *præpoſitus eſt fœminis, teſtimonium meruit ſinceriſſimæ caſtitatis*. Addo inſuper ad rem præſentem cum Salmer. tract. 23. in Act. idcirco Angelo ſimilem viſum eſſe, vt pro illo inter calumnias tacente Angelica claritas reſponderet. Vbi enim humana patientia conticeſcit, ibi æquum eſt, vt Angelica præſentia patrocinetur. Similiter & Achis, cùm videret Dauidem inter multas inimicorum calumnias tacentem, & patientem, Angelum appellauit. *Scio*, inquit, *quia bonus es tu in oculis meis, ſicut Angelus Dei*. 1. Reg. 29. num. 9. Qui enim inter tot criminationes tacebat, Angelicam innocentiam demonſtrabat.

Salmer.

9. Nec mirum adeſſe Angelum, cui Deus adeſt præſentiſſimus. Rex quondam Abimelech ſanctiſſimum Patriarcham Iſaac ſuo regno abire iuſſit, & in alieno ſolo exulare. Patienter tulit Iſaac, & quin vllum verbum faceret pro ſe, peregrinus exceſſit. Ecce tibi paulò poſt ab eodem Rege, regnique primoribus conuenitur Iſaac, & in priores ſedes, veteremque amicitiam inuitatur. *Vidimus*, inquiunt, *tecum eſſe Dominum; & idcirco diximus, ſit iuramentum inter nos, & ineamus fœdus*. Geneſ. 26. num. 28. Vnde, quæſo, vidiſti, ô Rex, Deum eſſe cum Iſaac? Planè, quia tacentem vidi in iniuriis. Qui enim ſe ab iniuriis non defendit, Deum certiſſimè habet defenſorem. Vnde D. Chryſoſt. hom. 52. in Geneſ. *Vide*, inquit, *quantum manſuetudinis robur, & quanta virtutis potentia: qui pridem abegerant, nunc veniunt ad peregrinum; & non ſolùm ſatisfaciunt, & excuſant ſe de his quæ commiſerant, ſed & peccatorum veniam petunt, & prædicant iuſtum*. Vbi totum hunc euentum refert ad manſuetudinem, qua Iſaac illatam ſibi iniuriam ſuſtinebat. Ex eo enim, quod Gerarite patientem Iſaac recognoſcebant, Deum illi propitium adeſſe non dubitabant. Sed clarius teſtatur Tertul. lib. de patient. cap. 15. Deum eſſe humiliter patientium præſidem, ac patronum. *Satis*, inquit, *idoneus patientiæ ſequeſter Deus: ſi iniuriam depoſueris penes eum, vltor eſt; ſi damnum, reſtitutor eſt, ſi dolorem, medicus eſt; ſi mortem, reſuſcitator eſt. Quantum patientiæ licet, vt Deum habeat debitorem?* Ea cauſa fuit, quare ex illis duabus ſororibus, Marthæ Mariam arguenti, Maria non reſponderit. Luc. 10. n. 40. Sciebat enim, quò profundiùs ipſa ad ſororis querimoniam taceret, eò promptiùs pro ipſa Christum Dominum reſponſurum. Vnde D. Aug. ſerm. 26. de verbis Domini: *Maria*, inquit, *cauſam ſuam tanquam otioſa Iudici maluit committere, nec in reſpondendo voluit laborare: ſi enim pararet reſpondendi ſermonem, remitteret audiendi intenſionem*. Vbi duplicem huius ſilentij inſinuat rationem. Vnam, ne ſi ipſa reſponderet, ab auſcultando Chriſto Domino impediretur. Alteram, vt dum ipſa ſuam iniuriam diſſimularet, efficaciorem pro ſe defenſorem Chriſtum Dominum inueniret. Eadem cauſa tenuit Suſannam in ſilentio, cùm falſis calumniis peteretur. Daniel. 13. à num. 35. Suo enim ſilentio diuinum patrocinium requiſiuit. Nec ſua eam ſpes fefellit. Nam, vt bene D. Ambroſ. lib. 1. offic. cap. 3. *Plus egit tacendo, quàm ſi eſſet loquuta. Tacendo apud homines, loquuta eſt Deo. Nec vllum maius indicium ſuæ caſtitatis inuenit, quam ſilentium. Conſcientia loquebatur, vbi vox non audiebatur. Nec quærebat pro ſe hominum iudicium, quæ habebat Domini teſtimonium.*

Siles patientia Deum habet defenſorem

D. Chryſ.

Tert.

Magdalenam in ſororis querimoniis ſilentē Chriſtus commendat.

D. Aug.

Suo ſilentio diuinum patrocinium meruit Suſanna.

D. Ambroſ.

10. Quid verò Dauid? Multis à Semei non ſolùm lapidibus impetitus, ſed etiam iniuriis laceratus, patiens tacebat. 2. Reg. 16. à n. 5. & contra tam multa ſaxorum, & conuitiorum iacula ſolo ſe patientiæ, ac ſilentij clypeo obarmabat, certus, non defuturum tacenti, ac patienti Deum, qui & præſente contumelias arceret, & propter illatam patientiam præteritas culpas aboleret. Vnde D. Ambroſ. in Apolog. 1. de Dauid, cap. 6. *Quam moraliter*, inquit, *docuit, quod iniuriarum tempora, examina probationum ſint. Exercetur bonus athleta conuitiis, exercetur laboribus, & periculis, vt dignus ſit, cui decernatur corona iuſtitiæ.* Quod intelligens Dauid dicitur iraſci contra Semei ſibi conuiciantem, & iraſci cœpit contra Abiſai, & reliquos filios Saruiæ, ſe ad vindictam impellentes. *Quid mihi, & vobis*, inquit, *filij Saruiæ? Dimittite eum, vt maledicat, iuxta præceptum Domini; ſi fortè reſpiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac hodierna.* ibid. à num. 10. Nempe ex vna maledictione plurium remiſſionem criminum ſperabat. O *altitudo prudentiæ!* exclamat Ambroſius citat. *ô altitudo patientiæ! ô deuoranda contumelia grande inuentum! Ecce, verborum contumelia parricidij leuauit ærumnam. Quis ſecum talem non compenſet iniuriam, vt quem homo læſit, eum Deus meliorum retributione ſoletur?* Sed quis non miretur illud Ioſephi in indigniſſima calumnia ſilentium? Falsò accuſatur, neque tamen ipſe ſuam accuſatricem verè, vt poterat, accuſat. Geneſ. 39. à num. 13. Et cum olim lege talionis oculum pro oculo, & dentem pro dente repetere liceret & *malum malo fœnerare*, vt loquitur Tertul. lib. de patientia, c. 6. tamen Ioſephus ne falſam quidem calumniam vera accuſatione repellendam cenſuit, vt ante Euangelium Euangelicam perfectionem ſequeretur. Sed quo pacto, dicet aliquis, adultera illa impudens, & imprudens falsò accuſare auſa eſt, à quo poterat verè accuſari? Optimè reſpondet D. Ambroſ. lib. de Ioſeph, cap. 5. *Ipſa*, inquit, *quod celare debuerat, prodebat, vt compoſito crimine læderet innocentem. Iuſtus autem accuſare non nouit; ideò impunè hoc impudica faciebat.* Quaſi ex patientia Ioſephi, quam probè nouerat, occaſionem ſumeret ad ſuam impudentiam; & accuſare temeraria auderet, à quo ſciebat ſe minime accuſandam. Iuſtus enim ſuorum tantùm accuſator eſt vitiorum; alienorum verò patientiſſimus condonator.

Dauidis in conuitiis ſilentiū, Deum ſibi reddidit debitorem.

D. Ambr.

Ioſeph in falſa calumnia, patienter ſilentis exemplum.

Tertul.

D. Ambr.

11. Quare nemo ſe exiſtimet vinci, cum tacet; timidum ſe tunc non exhibet, ſed timendum, qui quò magis humano renuntiat patrocinio, eò magis ſibi diuinum promeretur. Hieroſolymam obſidione tenebat impius Rabſaces, atque non ſolùm probra contra oppidanos, ſed etiam blaſphemias contra Deum frequentiſſime iaciebat: quibus tamen Hebræi ita Rege Ezechia imperante, nihil reſpondebant. *Siluerunt*, inquit textus, *& non reſponderunt ei verbum, mandauerat enim Rex, dicens: Ne reſpondeatis*. Iſaiæ 36. num. 21. & 4. Regum 18. num. 36. Quo, quæſo, tam profundum ſilentium ſpectauit? Reſpondet primo D. Cyril. Alexand. in cap. Iſaiæ citatum. *Quia*, inquit, *imperitis ſermonibus, & faſtui barbarico, linguaque contra Deum petulanti illacrymari potius, quam reclamare oportuit*. Reſpondet ſecundò Procop. ad locum citatum Reg. *Nihil*, inquit, *ad blaſphemias iſtas reſponderi paſſus eſt pius Rex, ne ad maiores prouocaret*. Reſpondet tertiò Abul. ibid. q. 44. *Quia ad honorem*, inquit, *Regis pertinebat, quod negotia ſua fierent prudenter, ordinatè, & cum maturatione: ſi autem quilibet de populo poſſet reſpondere Rabſaci, ſicut vellet, eſſet quædam deordinatio magna, & poſſet irridere Rabſaces deordinationem, quam habebat Ezechias in ſubditis, & negotiis ſuis*. Sed his rationibus addo aliam. Voluit Ezechias ſuos milites fortes oſtendere inter hoſtes: priùs igitur eos tacitos inter

Qui inter iniurias patienter ſilet, non timidum ſe exhibet, ſed timendum.

D. Cyrill. Alex.

Iniuriis potiùs illacrymandum, quam reclamandum.

Procop.

Abul.

contumelias oſtendit. Non qui inter conuitia tacet, inter iacula non exp... ...atque adeo quos Rabſaces garrulos, & male... contemnere, tacitos, & patientes formidabat. Ex his patet, qualem ſilentij diſciplinam in iniurijs audiendis veteres Patriarchæ obſeruauerint. Quibus non inferior Anna extitit, vt deinceps illuſtrabo.

Exemplum Annæ ſeorſim illuſtratur.

12. *Mulierum in male dicendo garrulitas.* SVam in hoc iurgio patientiam oſtendit Anna. Primo, quia nihil reſpondit ad iniurias Phenennæ. Percuſſa non repercuſſit, grauiter ſtimulata, ne leuiter quidem ſtimulauit. Mulierum vitium eſt, maledicendi garrulitate nullam alteri cedere: conuitiantem quamlibet, conuitiando ſuperare. Vnde D. Chryſoſtomus homil. 15. in Act. monens viros, ne in vxores conuitiis inuehantur: *Contumelia*, inquit, *afficit mulier? ne fias tu mulier, Muliebre enim eſt contumelia afficere.* Quato cum Abiſai, & eius fratres Dauidem ad maledicendum maledicenti prouocarent, rectè Dauid; *Quid*, inquit, *mihi & vobis filij Saruiæ?* 2. Reg 16. num. 1. A matre eos, non à patre nominauit, vt ſignificaret, eos, dum ad maledicta impellebant, non paternam, & virilem fortitudinem, ſed maternam, & muliebrem infirmitatem redolere. Nihilominus Anna virilem induta animum, nihil ad muliebres contumelias reſpondebat, vt D. Chryſoſt. etiatus aduertit, neque putabat ſe à crimine excuſandam, quod altera prior irritauerit. Nam vt bene Tertul. lib. de patientia, cap 10. *Quid, inquit, refert inter prouocantem, & prouocatum: niſi quod ille prior in maleficio deprehenditur, at ille poſterior? Tamen vterque læſi hominis Domino reus eſt, qui omnem nequam, & prohibet, & damnat. Nulla in maleficio ordinis ratio eſt: nec locus ſecernit, quod ſimilitudo coniungit. Par factum, par habet & meritum.* Imò Diuus Baſilius homil. 9. de ira, ſeu concione contra iraſcentes, vt eſt in editione Baſileenſi, deteriorem putat referentem, quàm inferentem contumelias: non ſolùm, quia ille ſemper cum fœnore, & cum auctario retorquet, ſed etiam quia poſita iam ob oculos prioris conuitiatoris deformitate, adhuc nihilominus pergit conuitiari: & eo, quem odit, vltur præceptorem, quem vellicat, imitatur: eius imaginem portat in vultu, cuius odium claudit in mente: vt ſic ſui inimici quoddam veluti ſpeculum fieri videatur. Ne igitur Anna Phenennæ imitaretur, maledicenti non maledicebat.

D. Chryſ. *Virilis Anna ſilentium.* *D. Chryſ. Contumelias referens nihil ab inferente differt.* *Tertul.* *D. Baſil.*

13. *Non ſolùm ad audiendas, ſed etiam ad regerendas contumelias Anna prouocatur.* *Chald. Pagnin. Vatabl.* Prouocabat eam æmula eius. & ad regerendas contumelias la...ſſebat, vt eius vir Elcana, videns eam quoque in conuitia erumpere, opinionem, quam de illius ſanctitate habebat, deponeret, & ſic eam amare deſiſteret. Hoc enim inſinuat Chaldæus, transferens: *Irritans eam anguſtiatrix eius, & prouocans illam, vt ad inuidiam duceret eam.* Et clarius Pagnin. & Vatabl. ex Hebræo: *Irritabat eam inimica eius etiam ira, vt fremere, ſeu, vt...* diximus, *vt tonare faceret eam.* Quaſi non ſolùm vellet Annam contumelias audientem affligere, ſed etiam retorquentem infamare: neque ſolùm ad pœnam patienda maledicta impellere, ſed etiam ad culpam regerendi ſuburgeret: quod eſt proprium peccatum ſcandali, eo animo laceſſere aliquem, vt eius ruina ſpiritualis intendatur. Sic Dauid à ſuis inimicis prouocari ſe dicebat: *Vim, inquit, faciebant, qui quærebant animam meam.* Pſalm. 37. num. ... Non corpus, inquit, ſed animam, non famam ſed conſcientiam, non dignitatem, ſed ſanctitatem labefactare nitebantur: vt quo ipſi maledicentiæ crimine laborabant, eodem etiam Daui-

A dem inquirent... tamen Dauid ſe vt ſurdum, & mutum exhibebat. *Ego autem*, inquit, *tanquam ſurdus non audiebam, & ſicut mutus non aperiens os ſuum.* Ibid. n. 14. Vbi D. Ambroſ. *Inimici, inquit, hoc agunt, vt prouocent ad iracundiam: maledicunt, vt maledicamus: criminantur, vt crimen retorqueamus: conuitiantur, vt excitent nos ad viciſſitudinem contumeliæ. Sed iuſtus accuſatus tacet, læſus remittit, diſſimulat laceſſitus.* Ita plane & Anna. Excipiebat quidem iniurias, non referebat. Vnde tantum aberat, vt priſtinam ſanctitatem amitteret, vt potiùs nouam in dies compararet. *D. Ambr.*

Hoc eſt vnicum ad frangendam iracundiam, & ſopienda iurgia remedium. Vnde rectè D. Dorotheus de vita rectè inſtituenda, doctrina 8 compa- 14. *Silentium vnicum ad ſopienda iurgia remedium.* *D. Doroth.*

B rat verba contumelioſa cum prunis, ſeu carbonibus ignitis; quemadmodum enim prunæ, ſi hinc inde in medium congerantur, magnum excitabunt incendium; ſi verò vna alteri non coniungatur, facilè extinguentur: ita planè ſi contumeliis contumeliæ ingerantur, omnia conflagrabunt, ſi ſubtrahantur, iurgium conquieſcet. Non minus eleganti ſimilitudine ventorum in ſe mutuò incurrentium, & magnam in medio mari tempeſtatem excitantium, rem declarat D. Baſil. hom. 9. de ira: *Contumeliam, inquit, tibi impoſuit iratus? Siſte ſilentio malum. Et ne ventos imiteris, qui per reflatum id, quod appulſum eſt, repellunt.* Quemadmodum enim ſilet tempeſtas, niſi venti ventis aduerſentur: ita planè tollitur iurgium, *D. Baſil.*

C ſi ex altera parte ſileatur

Nam lingua domita, fluctus quoque concidit ira.

vt dixit D. Greg. Naz. orat 6. ad Greg. Nyſſ. carm. de ſilentio. Neque multo aliter philoſophatur D. Chryſoſt. hom. 11. in 1. epiſt. ad Theſſal. *Non vides, inquit, in ædibus, quando ex aduerſo, & directè ſteterint duæ ianuæ, ſitque ventus vehemens, ſi alteram clauſeris, nihil poteſt ventus, ſed magna pars eius virium præciditur? Ita nunc quoque duæ ſunt ianuæ, os tuum, & eius, qui te contumeliis afficit, & conuitiis. Si tuum clauſeris, extinguis totum ſpiritum: ſin autem aperueris, non poteſt cohiberi.* Conſpirat in hanc ſententiam Laurentius Iuſtin. in ligno vitæ, de timore, cap. 3. *Sicut, inquit, nihil eſt deformius quàm reſpondere ſuo ioſis: ita nihil eſt vi... quam ta cere, dum prouocamur, quia nulluſ eſt finis ... niſi ad tempus obtemperetur iratis.* *D. Greg. Nazianz.*

D

Adde, tuo ſilentio non ſolum extingui iurgium, ſed etiam ... flagellari. Bene Tertul. lib. de patient. cap 8. *Omnis, inquit, iniuria, ſeu lingua, ſeu manu incuſſa, cum patientia offenderit, eodem exitu diſpungetur, quo telum aliquod in petram conſtanti... duritia libratum, & obtuſum. Concidit enim ibidem irrita opera, & infructuoſa; & nonnumquam repercuſſum in eum, qui emiſit reciproco impetu, ſæuiet. Nempe idcirco quis te lædit, vt doleas, quia fructus lædentis, in dolore læſi eſt: ergo cum fructum eius euerteris non dolendo, ipſe doleat neceſſe eſt amiſſione fructus ſui.* Hunc verò conuitiorum relapſum in conuitiatorem apta ſimilitudine expreſſit D. Baſilius conc. contra iraſcentes in editione Baſileæ. *Atque, inquit, in ſolitudinibus Echo ſic integra ad eum, qui vocem emiſit, refracta eſt, velut contumelia ad conuitiatorem reuertuntur.* Vbi quamuis non agat de contumeliis, quæ iaciuntur à percuſſore, ſed quæ à repercuſſore retorquentur; tamen & illæ priores, ſi patienti ſilentio excipiantur, tanquam ſagittæ à dur... petra teſtientes, in ... ulatorem relabuntur, quatenus eum & de prauo affectu arguunt, & de irrito effectu cauillantur. 15. *Patientis lenitum, iurgantis flagellum.* *Tertul.* *Contumelia in patientem iactæ in ſerentem reuertuntur.*

E *D. Baſil. Egregia ſimilitudo.*

Secundò Anna non ſolum Phenennæ non reſpondit, ſed etiam nulli, ne... apud Deum, neque apud homines de illa querimonias ... 16. *Patiens Annæ ſilentium.*

Rem

dũ, nec apud Deum, nec apud virum æmulam accuſat.
D.Chryſ.

Rem D. Chryſoſt. expendit. Nam in primis hom. 15. in Act. notat, Annam de ſui æmula nullam ad Deum criminationem detuliſſe. *Iſta*, inquit, *æmulam habens non abiecit eam contumelia. Sed quid? Ad Deum cõfugit, & orauit, illius nec meminit; neque dicit, quoniam opprobriis affecit me quædam, vltor meus eſto. Adeo philoſophiæ aſſueta erat mulier: confundamur viri*, &c. Et rurſus hom. 24. in epiſt. ad Epheſ. obſeruat, Annam neque apud virum, à quo præcipuè diligebatur, ſuam criminatricem accuſaſſe. *Conſidera*, inquit, *habebat maritum, qui ei inſerviebat; ei enim dicebat: Nonne ego tibi ſum melior, quàm decem filij? Et ipſam ad iram prouocabat eius æmula: hoc eſt, probris afficiebat, & inſultabat; & eam nunquam eſt vlta, neque illi eſt imprecata, neque dixit; quoniam me probris afficit æmula, me defende, & vindica.* Digna profectò quæ ex vtroque capite laudetur, cum proprias iniurias tanta obliuione deleuerit, vt neque apud Deum, neque apud homines earum meminiſſe videatur.

17.
Moyſis patiẽtia Deũ pro conuitiatrice ſorore deprecatur.
D.Baſil.

Huius rei exemplum præbuit olim Moyſes ſingulare. Nam multis conuitiis à ſorore coopertus. Num. 12. n. 1. tantùm abfuit vt eam apud Deum accuſaret, vt potiùs Deum pro ea deprecaretur. Nam, vt eſt in litera, *clamauit ad Dominum, dicens: Deus, obſecro ſana eam.* ibid. num. 13. Quod expendens D. Baſil. citatus: *Moyſes*, inquit, *ab Aaron, & Maria conuitiis impetitus; non eos apud Deum accuſauit, ſed pro ipſis orauit.*

Ioſephi ſingularis patientia.
D.Ambr.

Ioſephus fratres ſuos introduxit ad Pharaonem, non vt eos de præteritis conuitiis accuſaret: ſed vt eos nouis beneficiis cumularet. Geneſ. 47. à num. 2. Qua de re D. Ambr. lib. de Ioſeph. cap. 1. *Iure ergo*, inquit, *mirandus, qui hoc fecerit ante Euangelium, vt læſus parceret, appetitus ignoſceret, venditus non referret iniuriam, ſed gratiam pro contumelia ſolueret. Quod poſt Euangelium omnes didicimus, & ſeruare non poſſumus.*

18.
Miphiboſeth in calumniis ſilentium.

Miphiboſeth filius Ionathæ inſigni calumnia à ſeruo ſuo Siba circumuentus, & perduellionis apud Regem fraudulenter accuſatus, ac tandem bonis omnibus paternis iniquiſſimè proſcriptus. 2. Reg. 16. n. 3. & 4. tantùm abfuit, vt quid contra ſeruum malitioſe calumniantem, & contra Regem iniuſte condemnantem machinaretur, vt potiùs palam coram Rege, omni expoſtulandi iuri, quod habebat, renuntiaret. *Quid*, inquit, *habeo iuſtæ querelæ? aut quid poſſum vltra vociferari ad Regem?* 2. Reg. 19. n. 29. In quem locum D. Chryſ. hom. 15. in Act. *Memphibaal*, inquit (pro Meribaal; ſic enim appellatur Miphiboſeth. 1. Paral. 9. n. 40.) *a ſeruo accuſatus, & calumniam paſſus, neque dixit, neque fecit illi aliquid mali, neque de Rege ipſo.* Vbi obiter nota inſignem huius Miphiboſeth ingenuitatem.

Miphiboſeth ingenuitas in illata iniuria, veterum beneficiorum memoriam conſeruauit.

Cùm enim ingentia beneficia ſe à Dauide accepiſſe fateretur, non cenſuit propter vnam iniuriam præſentem illorum beneficiorum memoriam deponendam: imò potiùs tantorum beneficiorum recordatione vnius iniuriæ dolorem penitus obliterandum. *Tu*, inquit, *poſuiſti me ſeruum tuum inter conuiuas menſæ tuæ: quid ergo habeo iuſtæ querelæ?* Quaſi diceret, cùm tanto me beneficio obtinueris, facilis mihi videtur toleratu omnis alia iniuria, quantacunque à te mihi imponatur. Contrà faciunt plerique hominum, apud quos innumera beneficia collata ſtatim pereunt, ſi vel minimum aliquod detrimentum inferatur; & vnius damni recordatio, plurimorum donorum memoriam expungit.

19.
Publicani in tolerandis Phariſæi calumniis modeſtia.
D.Chryſ.

Sed vt redeam ad inſtitutum. Quis non miretur illius modeſtiam publicani, qui contemptus à Phariſæo, & contumeliis laceratus, non ſuo aduerſario vindictam, ſed ſibi vni veniam precabatur? *Deus*, inquit, *propitius eſto mihi peccatori*, Luc. 18. n. 13. Vbi D. Chryſ. citatus: *Telones*, inquit (id eſt, publicanus) *contumelia affectus a Phariſæo, non retulit contumelias, quamuis potuiſſet, ſi voluiſſet, ſed animo philoſophico tulit dicens; Propitius eſto mihi peccatori.* Quaſi non poſſet ſibi miſericordiam impetrare, qui iuſtitiam in alterum precaretur.

Magdalena inter criminatrices ſilentium.
D.Chryſ.

Iam verò Magdalena inter criminationes Phariſæi obiectantis, *quia peccatrix eſt* Luc. 7. num. 39. obmuteſcebat. Nam, vt notat D. Chryſoſtom. vbi ſupra, *non dixit ad illum: Curnam, dic: Tune à peccatis mundus es? Sed patiebatur.* Et quod magis mirandum eſt, ne apud Iudicem quidem, cuius pedibus adhærebat, querebatur. Nam qui diuinæ contemplationi incumbit, humanas criminationes facile remittit. Vnde Martha externis negotiis intenta, de Maria contemplationi dedita murmurabat Luc. 10. n. 40. *Quod autem Maria*, inquit D. Bern. ſer. 5. de aſſump. *quandoque murmurauerit aduerſus Martham, nunquam omnino reperitur.*

Zacharia. & Elizabethæ hac de re exemplum.

Inter laudes Zachariæ, & Elizabethæ, non minima eſt illa, quod dicantur fuiſſe *ſine querela*. Luc. 1. num. 6. quia quamuis vt ſteriles ſæpenumero deſpicerentur, & arguerentur, ipſi de nemine querebantur, neminem criminabantur.

Iſid. Clar.

Vnde Iſidor. Clar. orat. 1. in Luc. *Si*, inquit, *in illa rerum vmbra, quo tempore corporea generatio tanti æſtimabatur, erant tamen irreprehenſi, neque quidquam conquerebantur, certe nobis in tanta Euangelij luce, & vbi ſolum commercium cum cælo, cœleſtibus rebus poſtulatur, turpiſſimum eſt, de quouis temporario commodo murmurare, & conqueri.*

20.
In ſterilitatis calumniis perferendis Anna Saræ præferenda.
D.Chryſ.

Sara fœmina alioqui ſanctiſſima, videns ſe propter ſuam ſterilitatem ab ancilla ſua deſpicatui haberi, facere non potuit, quin apud virum ſuum in querelas effunderetur. *Iudicet*, inquit, *Dominus inter me, & te*, &c. Geneſ. 16. num. 5. Vbi D. Chryſ. hom. 38. *Verè*, inquit, *hæc mulieris verba ſunt, & infirmi illius ſexus.* Quaſi quæ in aliis rebus virilem conſtantiam exhibuerit, in his querimoniis ad muliebre ingenium redierit. Neque ſolùm in fœmineas querelas detrusit, ſed etiam accepta à viro facultate ancillam ſic afflixit, vt ad fugam coëgerit. ibid. n. 6. Fatere, optima Heroina, fatere, tibi Annam hac in parte præluxiſſe, quæ tantùm abfuit, vt æmulam ſuam acerrimo flagro tunderet, vt ne verbo quidem leuiſſimo verberaret. Imò & ipſa ancilla Agar in hac verborum temperantia mihi videtur laudabilior, quàm domina Sara extitiſſe.

Agar inter correptionem temperantia.

Nam rogata ab Angelo, vnde veniret, nullas in querimonias effuſa eſt, nullas in accuſationes reſoluta, ſed magna cum patientia, & reuerentia: *A facie*, inquit, *Sarai dominæ meæ ego fugio*. Geneſ. 16. num. 8.

D.Chryſ.

Vbi Diuus Chryſoſtomus proximè citatus: *Vide*, inquit, *quomodo citra odium meminit dominæ. Non dixit, male afflixit: non dixit, grauia mihi fecit; non poſſum ferre moleſtiam eius, & ideo fugam inij. Nihil aſperum loquuta eſt, ſed ſolum ſe ipſam, vt fugitiuam accuſauit.*

Correptionis vexatio dat intellectum.

Vbi obiter attende quid valeat correptionis diſciplina. Nam Agar antequam à Sara affligeretur, *deſpexit dominam ſuam.* ibid. num. 4. afflicta, honorificè compellauit. Hoc eſt enim hominum ingenium, vt ex impunitate effrænetur; ex correptione in gyrum rationis compellatur.

21.

Conſtat igitur ex his, quanta fuerit Annæ patientia: quæ cum ab æmula ſua vehementer angeretur, ne vnum quidem verbum retorquebat; imò nec apud virum, vel apud Deum accuſabat. Vt meritò eam poſſimus martyrem nuncupare, ex ſententia Diui Chryſoſtomi in Pſalm. 127. vbi ſic:

D.Chryſ.
Paties ſilentium in iniuriis, martyriam.

Non ſolum, inquit, *dilaniari, & excarnificari; ſed etiam cùm dolor impellit ad blaſphemandum, toleranter potius ferre laborem, & nihil turpe, & inhoneſtum dicere, facit martyrem.* Et rurſus homil. 15. in Act. monet, vt quiſque ſtigmata Domini noſtri, hoc eſt,

veſtigia tormentorũm in corpore ſuo portet, Galat. 6.n.17. licèt abſint tyranni, à quibus inferantur: *Sta*, inquit, *contra gloriam, & ſi dixerit quis contrariam aliquid, ne timeas dici malus propter Chriſtum: ſta contra tyrannidem ſuperbiæ. ſta contra iræ pugnam. ſta contra concupiſcentiæ tormentum. Et hæc ſtigmata ſunt, ac tormenta.* Imò aſſerit hæc eſſe acerbiora vulnera cum non corpori, quæ eſt obtuſior hominis pars; ſed animæ, quæ eſt multo delicatior, infligantur.

22. *Patiens ſilentium, innocentiæ teſtis.* D. Ambr.

Verùm Anna ſuam ſatis probabat innocentiam, quæ tam ſingularem inter iniurias patiẽtiam oſtendebat. Nam vt bene D. Ambr. lib. 1. offic. cap. 6. *Is*, inquit, *qui cito iniuria mouetur, facit ſe dignum videri contumelia, dum vult ea indignus probari. Melior eſt, itaque, qui contemnit iniuriam, quàm qui dolet.* De qua re multa D. Chryſ. hom. 65. in Matth. vbi aſſerit, non eum, qui profert, ſed qui ſuffert contumelias, victorem eſſe. Nam *ille*, inquit, *ne ſuam quidem ægritudinem compreſſit; hic etiam alienam extinxit: ille ſuo morbo ſuperatus eſt, hic etiam alienum curauit.* Et paulò pòſt: *Non exeas igitur in prælium, & viciſti: non colluctera, & coronatus es.* Similia repetit hom. 63 in Ioan. & hom. a. in 2. ad Timoth. & paſſim alibi.

D. Chryſ.

SECTIO V.

Annæ ieiunium illuſtratur.

1. *Anna inter epulas grauius ieiunijs.*

QVàm ſtrictum, ac diuturnum fuerit Annæ ieiunium, in litera ad n. 7. obſeruaui. Illud nunc expende, ieiunaſſe Annam, etiam cum hoſtias pacificas eius vir Elcana offerebat: quo tempore, vt ex dictis patet, tota offerentis familia lautiſſimè conuiuari ſolebat. Vt inter conuiualem affluentiam, ſuam ipſa abſtinentiam retineret; & quo lautiora fercula celebraret Elcana, eo ipſa iucundiora Deo ieiunia prælibaret. Solet enim gratior eſſe Deo illa inedia, quæ in rerum omnium abundantia præſtatur. Vnde Petr. Damian. lib. 7. epiſt. 5 & in ordine 129. ad Agnetem Imperatricem, eius ieiunia inter epulas non immeritò commendat. *Veniam*, inquit, *ad menſam, & ad famelicam, vt ita loquar, epularum affluentium vbertatem. Quale, rogo, eſt, congeſtam ante te ſtruem lancium, & renidentium carnium epulas per menſas circumquaque tranſmittere, & carnium ne ipſam quidem pinguedinem aliquatenus degustare? contrectare manibus dape, & eas in ore non ſapere? imo ipſum panem, vel qualibet inculterioris apparatus edulia, cum timore ſummouentus ligurire?* Hanc ergo ieiunij laudem meruit Anna, dum in ſplendido conuiuio ieiunium conſeruauit.

Pet. Dam.

2. *Ieiunium, linguæ frænum.*

Duplici verò de cauſa mihi videtur ieiunaſſe. Vna, vt motus iræ contra Phenennam erumpentes coerceret. Videbat ſe ab æmula ſua irritari; periculum retaliandi ſentiebat: ne igitur doloris impatiens ad referendas contumelias traheretur, linguam ieiunio frænabat. Ieiunio enim prauæ animorum affectiones facile comprimuntur: & aduerſus quoſlibet dæmonum incurſus animi obarmantur. Quod nun eſt difficile illuſtratu. Bene D. Ephrem: *Ieiunium*, inquit, *frænum eſt monachi, quod qui reiicit equus inſanus comperietur.* D. Baſil. hom. de laudibus ieiunij docet, ſicut equus ad pugnã non ſagina, ſed inedia diſponitur; ſagina enim grauem reddit, ac pigrum, inedia alacrem, & expeditum: ita animum ad ſpirituale certamen non edulijs, ſed ieiunijs præparandum: ſaginatum enim bellatorem dæmones contemnunt; macilentum perhorreſcunt. D. Aug. ſerm. a 30. de tempore: *Ieiunium*, inquit, *purgat mentem, ſublevat ſenſum, carnem ſpiritui ſubiicit. Ieiunium concupiſcentiæ nebulas diſpergit, libidinum ardores extinguit, caſtitatis verum lumen accendit. Ieiunium verboſitatem non amat*, &c. D. Chryſ. ſerm. 1. de ieiunio: *Ieiunium*, inquit, *Angelorum imitatio eſt, contemptus præſentium, ſchola precum, alimonia animæ, frænum oris. mitigat concupiſcentias, mollit furorem, compeſcit iram, ſedat fluctus naturæ* &c. D. Cypr. ſerm. de ieiunio, & tentationibus: *Ieiunijs*, inquit, *vitiorum ſentina ſiccatur petulantia marcet, concupiſcentiæ languent, fugitiuæ abeunt voluptates.* Et plura ibi allegantur.

D. Ephr.

D. Baſil.

D. Auguſt.

D. Cypr.

3. *Ieiunium velut alterum diluuium ſordes peccatorum obruit.* D. Chryſol.

Comparat D. Chryſolog. ſer. 166. diluuium cum ieiunio. Vt enim diluuium peccatorum ſordes, quibus totus orbis ſqualebat, repurgauit; ita & ieiunium, vitiorum labes, quibus animi ſordeſcunt, ex animis abſtergit. *Cum*, inquit, *mundus intra generis humani primordia neſando vitiorum ſquallore ſordeſceret, & totus criminum fœteret horrore, ac pene ipſe iniquitatis ſuæ fumo fuſcare tantam cœli contenderet claritatem: quadraginta diebus, ac noctibus, expiaturus terram cæleſtis imber effunditur; vt quia perire ſibi mundus iam debebat, gauderet tali baptiſmate ſe renatum.* Et ſtatim: *Attendite fratres quantus ſit quadragenarius numerus iſte, qui & tunc cœlum terris aperuit abluendis; & nunc fonte baptiſmatis orbem totum pandit gentibus innouandis. Meritò nos quadraginta diebus per ieiunium currimus, vt perueniamus ad fontem baptiſmatis, & ſalutis.* Itaque non minùs hoc ieiunium, quàm illud diluuium peccatorum maculas eluit, & abſumit; niſi quod ieiunium ſuum effectum felicius ſortitur. Nam diluuium licèt mundum à peccatis liberarit, peccatores tamen æternis ſupplicijs immerſit: nihilominus ieiunium præciſis peccatis, peccatores ſeruat, ac deterſo ſcelerum ſquallore cæleſtium gratiarum vigorem in animos inducit.

4. *Ieiunium ſingulare belli munimen.*

Celebre eſt illud ieiunium, quod Saül indixit Iſraëlitis Philiſthinos oppugnaturis. 1. Reg. 14. n. 24. non quidem, vt illos cibi abſtinentia eneruaret, ſed potiùs, vt roboraret. Sciebat enim Iſraëlitas ſuis ſceleribus iam fractos, nullis potiùs armis, quàm ieiunijs muniendos. De qua re eleganter D. Leo ſer. 1. de Quadrageſima: *Hebræorum*, inquit, *populus, & omnes Iſraeliticæ tribus, cùm propter peccatorum ſuorum offenſiones graui Philiſthinorum dominatione premerentur, vt ſuperare hoſtes ſuos poſſent, vires animi, & corporis, indicto ſibi reparauere ieiunio. Intellexerant enim duram, & miſeram illam ſubiectionem, neglectu ſe mandatorum Dei, & morum corruptione meruiſſe. fruſtraque ſe armis certare, niſi prius vitiis repugnaſſent. Abſtinentes ergo à cibo, & potu, ſeueræ ſibi caſtigationis adhibuere cenſuram, & vt hoſtes ſuos vincerent, gulæ illecebram in ſe ipſis ante vicerunt.* Si igitur in externis bellis ſingulare præſidium deſumitur a ieiunio; quantum deſumetur in internis? Paueat neceſſe eſt omnis turba vitiorum, vbi ieiunij cenſura, prauarum domitrix affectionum, adhibetur.

5. *Ieiunio armatum Chriſtianum diabolus perhorreſcit.* D. Aug.

Ad Heliam ieiunantem mittitur de cælo Angelus, qui illi ſubcinericium panem, & vas aquæ apponat. 3 Reg. 19 n. 7. Cur, obſecro, à tanto ſtructore lautior menſa non paratur? Cur a Deo pretioſiora fercula tanto conuiuæ miniſtrari non iubentur? Optimè D. Aug. ſer. 65 de temp. *Sciebat*, inquit, *Deus, Prophetam ſuum tentantem diabolum aliter ſuperare non poſſe, niſi ieiuniis eruditus, inſidiantis inimici tentamenta repelleret.* Sicut enim temerarium eſſet, militem inermem congredi cum armato; ita hominem epulantem cum diabolo ieiunante. Vnde & Chriſtus Dominus tentari ſe à diabolo non permiſit, antequam quadraginta diebus, & quadraginta noctibus ieiunarit. Matth. 4 num. 2. & 3. Quod expendens D. Baſ. hom. 1. de laudibus ieiunij: *Dominus noſter*, inquit, *non priùs in carne, quam pro nobis aſſumpſerat, diaboli inſultus excepit, quã eam ieiunio communiſſet:*

communniſſet ſimul & nos erudiens, vt noſmet aduerſus tentatoris conl[...]atus, exemplo palæſtritarum vngamus, & exerceamus. Quaſi non haberet parem ad confligend[...]m cum dæmone fortitudinem, qui ieiunij virtu[...] non firmaretur. Nec aliter Tertul. lib. aduerſus Pſychicos, c. 8. *Nouum,* inquit, *hominem non veteris ſugillationē virtute faſtidiendi cibi i[...]itiabat: vt cum diabolo rurſus per eſcam tentare quę ente fortiorem fame tota oſtentaret.* Quem enim diabolus ieiunio exarmauerat, eundem poſtea ieiunio armatum perhorteſceret. Nec ſolùm externos hoſtes ieiunium fugat, & profligat; ſed etiam internos appetitus frangit, & contundit. Myſterio plenum eſt, quod olim Heliſæus ligno arido ferrum de imo ſtagno foras extraxerit. 4. Reg. 6. num. 6. Sed illud ad præſens inſtitutum interpretatur D. Ephrem in 1. parænesi: *Lignum,* inquit, *aridum ex mandato Heliſæi ferrum ſecuris de profundo aquæ extraxit: corpus autem monachi, quod ieiunio exanimis, animam de profundo ſurſum attollit. Exſiccat voluptatum cloacas ieiunium monachi.* Itaque ieiunium in cauſa eſt, vt terrenæ cupiditates in cæleſtia deſideria transferantur, & omnis carnis in ſpiritum ſeditio tranquilletur, cunctaque prauarum affectionum intemperies penitus exareſcat.

Tertul.

Terrenas affectiones ad cæleſtia euehit ieiunium.

D. Ephrem.

6. *Ieiunium immortalitatem, imò & deitatem confert.* Imò ſic defæcatur caro ieiunando, vt corruptionem exuere, induere incorruptionem videatur. Teſtis Moyſes, non alio cibo in monte Sina, quàm ſolo ieiunio nutritus Exod. 24. num. 18. De quo proinde D. Petrus Chryſol ſer. 166. *Moyſes,* inquit, *dierum quadraginta ieiunio, ita humano defecatus eſt, & exinanitus à corpore, vt totus diuinitatis mutaretur in gloriam, & adhuc in noſtri corporis obſcuro, toto fulgeret lumine deitatis; neque intueri eum mortalium viſus poſſet, qui ſubſtantia Dei diu paſtus tota mortalis cibi oblitus fuerit alimenta.* Vbi vides, ieiunantis ſtatum proximè accedere ad diuinum; nec minùs quodammodo in eo, qui ieiunat, quàm in eo, qui beatorum nectare epulatur, omnium concupiſcentiarum diſcordiam conſopiri. Quid eſt, quod Moyſes inter eos flammarum vortices, quibus Sina pluſquàm Ætna æſtuabat, caput inſerere non dubitaret? Exod. 24. num. 17. Niſi, quia ieiunium illius carnem in ſpiritum temporalibus detrimentis altiorem, quodammodo decoquebat. Vnde D. Baſil. hom. 1. de laudibus ieiunij: *Moyſem,* inquit, *cognouimus per ieiunium penetraſſe in montem. Neque enim id auſus fuiſſet, fumante montis cacumine, neque ſuſtinuiſſet ingredi in nubem, niſi fuiſſet obarmatus ieiunio.*

D. Petrus Chryſol.

D Baſil.

7. Quis non miretur Heliam inter igneos currus illæſum à terra in cælum euocari? 4. Reg. 2. n. 11. Scilicet ieiunium quandam illi incorruptibilitatem contulerat, ne vlla flammarum diſpendia ſentiret. Quod expendens D. Chryſolog. citato ſerm. 166. *Ieiunium,* inquit, *Heliam leuauit ad cælum, & purificato ſic corpori ignei currus addixit obſequium; vt oſtenderet, gehennam, quæ exurit reos, innocuis deſeruire.* Vbi gehennæ nomine quamlibet flammam intelligit: quamuis pro inferna communiter vſurpetur. At illos tres pueros inter Babylonica incendia, tanquam inter voluptaria balnea ſecuros, Daniel. 3. n. 5[...]. quid niſi ieiunium obarmauit? Rectè D. Baſil. vbi ſuprà: *Trium,* inquit, *puerorum corpora apud Babylonicos illud ieiunio conſequuta ſunt, vt nulla vi poſſent inquinari. Siquidem in vehementi fornacis flamma, quaſi natura fuiſſent aurei, ita apparuerunt noxia vi ignis ſuperiores: quin & auro potentiores declarati ſunt; neque enim illos liqueſcit ignis, ſed integros illibatóſque ſeruauit.* Iam verò Babylonicos leones quid niſi ieiunium, quo Daniel obriguerat, frænauit, vt ieiunantis Prophetæ corpore abſtinerent. Daniel. 6. n. 29. De qua re D. Baſil. proximè citatus: *Daniel,* inquit, *cum tres hebdomadas panem non edisſet, nec vinum bibiſſet, demiſſus in lacum, etiam leones ieiunare docuit. Neque enim leones dentes in illum impingere voluerunt perinde quaſi è lapide, aut ferro, aut alia quapiam rigidiore materia concretus fuiſſet. Adeò quemadmodum tinctura ferrum indureſcit, ita ieiunium pij viri corpus durauerat, ac leonibus inſuperabile reddiderat.* Cùm igitur humanum corpus ieiunij beneficio quodammodo fiat immortale: non debet profectò eas ſentire tumultuantium appetituum procellas, quæ ſolum in hoc mortalitatis ſtatu ſentiuntur.

D. Baſil.

A

D. Baſil.

B Prudentiſſimè igitur Anna ieiunauit, vt omnes prauos, & intemperantes motus, ſi quos aduerſus Phenennam in iurgio ſuborri contingeret, ieiunio veluti quodam *oris fræno*, vt appellat D. Baſil. refrænaret. Ieiunando in primis contumelias ſibi à Phenenna illatas non curabat. Nam, vt benè D. Ephrem in orat. de pœnit. Niniuitarum: *Ieiunium,* inquit, *iniuriarum recordationem non admittit.* Ieiunãdo, quaſlibet iracundiæ ſcintillas, ſi quas aduerſariæ furor excitaret, ſopiebat. Vt enim D. Chryſ. hom. 72. ad populum: *Ieiunium,* inquit, *omnium maximè decet, iram reprimere, manſuetudinémque docere, & humanitatem.* Ieiunando deniq; omnem vindictæ, aut contentionis, aut certè inurbanitatis affectum, ad quem eam eius aduerſaria impelleret, temperabat. Vt enim intemperantia modeſtiam ſoluit, iuxta illud Tertullian. lib. aduerſus Pſychicos, cap. [...]. *Omnem diſciplinam victus, aut occidit, aut vulnerat:* ita abſtinentia modeſtiam colit, pacem nutrit, & conſeruat. Vnde D. Baſil. orat. 2. de laudibus ieiunij: *Ieiunium,* inquit, *totam ciuitatem ad tranquillitatem componit, conſopit clamores, ſedat lites, conuitiis imponit ſilentium.* Et ſtatim ieiunium conſtituit quendam veluti pædagogum, ortas inter pueros rixas, ac tumultus comprimentem: *Cuius,* inquit, *magiſtri i[...] ſeruentis puerorum ſtrepitus tam ſubito compeſcit, quam ieiunium obiter exoriens ciuitatis tumultus coercet? Quis comeſſator prodiit à ieiunio? Quis vnquam chorus laſciuiens à ieiunio conſtitutus eſt? Teneri riſus, cantiones meretriciæ, inſanæ ſaltationes, ſubito diffugiunt à ciuitate, à ieiunio, tanquam ab auſtero quopiam Iudice in exilium actæ.* Tandem aſſerit, ſi ieiunium ab omnibus coleretur, pacem omnibus affuturam: nec in foro iurgia, nec in Repub ſycophantas, nec in ſyluis graſſatores, nec in fluctibus piratas, nec in puluere, & arena arma; nec vlla denique inter homines diſſidia, aut certamina exercenda; ſed ſummam inter omnes pacem, & amicitiam conſeruandam. Rectè igitur Anna ieiunium coluit, vt pacem & concordiam ſeruaret. Atque hæc de prima ratione.

8. *Ieiunium pacem nutrit, conſopit iram* D. Baſil.

D Chryſ.

C

Tertull.

D Baſil.

D

E Altera ratio, ob quam Anna ieiunauit, fuit, vt à Deo, quod in votis habebat, impetraret. Nam ieiunio mira ineſt efficacitas impetrandi. Et vt in ſummam conferam, quatuor ſunt, quæ à ieiunio impetrantur, vt rectè aduertit Tertullian. lib aduerſus Pſychicos, c. [...]. *Naturæ,* inquit, *mutationem, periculorum auerſionem, delictorum obliterationem, ſacramentorum cognitionem, ieiunia de Deo merebantur.* De naturæ mutatione patet in Anna, quam naturâ ſterilem ieiunium fœcundauit. Vnde Tertullian. citatus: *Ieiunium,* inquit, *in Deum reuerentiæ opus eſt, per quod Anna quoque ambiens vxor Elcanæ retrò ſterilis impetrauit facile à Deo, inanem cibo ventrem, filio implere, & quidem Propheta.* A quo D. Hieron. lib. 2. contra Iouinian. eadem ferè verba mutuatur. Quibus congruit D. Baſil. vbi ſuprà, dum appellat Samuelem, *ieiunij fructum.* Et D. Ambroſius lib. de Helia, & ieiunio, de matre Samſonis, &

9. *Ieiunij ad impetrandũ efficacitas.* Tertull. *Ieiunij ad immutandũ naturæ ſterilitatem vis.*

D Hier.

D. Ambr.

Anna loquutus: *Illam*, inquit, *vini abſtinentia fœcundauit.* Et ſtatim de Anna: *Infœcunditatem*, inquit, *eius ſoluere ieiunia.* Et D. Antiochus hom. 7. de ieiunio: *Filium*, inquit, *impetrauit præſidio ſacræ orationis, & ieiunij.* Nec tantum excitaſſe ieiunium è vulua ſterili pueros, cum etiam ex vrna ferat ſæpenumero ſuſcitauerit mortuos, vt D. Irenæus lib. 1. aduerſus hæreſes, cap. 57. teſtatur. Mortuum filium Sareptanæ viduæ ad viuos excitauit Helias. 3. Reg. 17. num. 22. non aliter quàm ieiunio præcedente. Vnde D. Baſil. hom. 1. de laudibus ieiunij: *Ieiunans*, inquit, *viduæ filium reſtituit, aduerſus ipſam etiam mortem robuſtus factus per ieiunium.* Nonnunquam mortis inſidias iamiam aggreſſuræ, ieiunium anteuertit. Mortem ex olla prælibarunt apud Heliſæum filij Prophetarum; quam vbi ſenſerunt intra viſcera graſſari, exclamarunt: *Mors in olla, vir Dei.* 4. Reg. 4. num. 40. Quid verò Propheta? ſuo ieiunio effecit, ne mors abriperet comedentes. Nam vt bene D. Baſil. vbi ſuprà: *Periclitabantur*, inquit, *qui guſtarant, niſi ieiunatoris prece veneni vis diruta fuiſſet.* Neque ſolius terræ, ſed ipſius cæli naturam ieiunium præuertit. Quis ignorat Heliam vna voce cælum clauſiſſe, & aperuiſſe, vt ad illius imperium ſiſterentur pluuiæ, & funderentur? 3. Reg. 17. num. 1. Quam poteſtatem D. Baſilius citatus Heliæ ieiunio tribuendam cenſet: *Vox*, inquit, *ab ore ieiuno proficiſcens, populo tranſgreſſori clauſit cælum.* Addere potuit, & obſeruatori reſerauit. Ore igitur ieiuno imperante totius naturæ leges facilè commutantur.

D. Antioch. — *D. Iren.* — *Ieiunij ad fugandam mortem potentia.* — *D. Baſil.* — *D. Baſil.* — *Ieiunij ad immutandū cælum poteſtas.*

10\. At periculorum auerſio ieiunijs velociter impetratur. Propheta ille miſſus ad Ieroboamum, arentem illius manum ſubita ſanitate donauit 3. Reg. 13. num. 6. Idem ad patriam regreſſus occiditur à leone. ibid. n. 24. Cur, obſecro, qui Regē à morbo, ſeipſum à morte non liberauit? Ratio planè eſt, quia antea ieiunus erat, poſtea ſaturatus. Sic enim D. Hier. lib. 2. contra Iouin. reſpondet: *Qui*, inquit, *ieiunus miracula fecerat, pranſus illico ſaturitatis pœnas luit.* Quantum Hieroſolymis periculum Aſſyrij minabantur? Sed totum Ezechias, dum ad preces, & ieiunium confugit, ſine mora euaſit. 4. Reg. 13. à num. 1. *Vtique ieiuno preces proſequente*, inquit Tertul. lib. aduerſus Pſychicos, cap. 7. Ad quem accedit D. Hieron. citatus, dicens: *Aſſyriorum impetum, & potentiam Sennacherib, & Ezechiæ Regis lacrymæ, ſaccus, & humiliatio victus, fregit, proſtrauit, & vicit.* Nec ſolum viſibiles hoſtes, ſed etiam inuiſibiles dæmones ieiunium repellit, ac fugat. Quærentibus Apoſtolis, cur non poſſent eijcere turbulentum illum dæmonem, qui puerum non ſolùm torquebat, ſed etiam in varia diſcrimina præcipitabat: *Hoc genus*, inquit Chriſtus Dominus, *in nullo poteſt exire, niſi in oratione, & ieiunio.* Marc. 11. n. 18. Miratur D. Auguſt. ſerm. 65. de Tempore, vnum ieiunium efficacem eſſe ad expellendum dæmonem, quam cætera omnia Apoſtolorum merita; & quod hæc facere non poterant, illud potuiſſe: *Videte*, inquit, *quanta ſit ieiuniorum virtus; vt id facere ieiunia valeant, quod Apoſtoli nequiuerant.* En vt ieiunijs pericula auertuntur.

Ieiunium omnia pericula auertit. — *D. Hier.* — *D. Hier.* — *Ieiunium dæmones fugat.* — *D. Aug.*

11\. Iam verò peccatorum obliteratio qua melius ſpongia, quam ieiunio, efficietur? D. Bernard. ſer. 4. de quadrageſima: *Ieiunium*, inquit, *non ſolum abolitio eſt peccatorum, ſed extirpatio vitiorum, non ſolùm obtinet veniam, ſed & promeretur gratiam; non ſolum delet peccata præterita, quæ commiſimus, ſed & repellit futura, quæ committere poteramus.* Cùm ſua obliterare peccata vellent Iſraëlitæ, *aquam effuderunt in conſpectu Domini, & ieiunauerunt.* 1. Reg. 7. n. 6. Cur, obſecro, cum aquæ effuſione ieiunia coniungunt; niſi, vt oſtendant ſicut aqua ſordes eluuntur, ita ieiunio peccata obliterari? Vnde Tertul. aduerſus Pſychicos. cap. 7. *Deliquerat*, inquit, *Iſrael ſed in aquatione congregatus, ita ſtatim delictum ieiunio diluit, vt periculum prælij ſimul effugerit.* Vbi ieiunij interuentu non ſolùm hoſtem euaſit, ſed etiam peccatum obliterauit. Hebræis ſcelerum habenas effundentibus, contraxit Helias habenas pluuiarum; vt ne matutini quidem rores, quibus terra paululùm tingeretur, de cælo laberentur. 3. Reg. 17. à n. 1. Ratio fuit, vt ex illa ſiccitate fames, & ieiunium ſequeretur; quo ad prauos hominum mores reformandos, nihil aptius videbatur. Ita rem exponit D. Baſil. hom. 1. de laudibus ieiunij: *Helias*, inquit, *adegit omnem populum ad ieiunium, ingraueſcente fame, videlicet, vt malitiam, quam è deliciis, vitaque diſſoluta contraxerant, abſtinentia corrigerent.* Et in orat. 5. de ieiunio: *Cum videret*, inquit, *Helias ingentem iniuriam ex ſatietate naſci, inuitum ipſis ex fame ieiunium adduxit; quo peccatum eorum, quod iam extra fines modeſtiæ proceſſerat, compeſcuit. per ieiunium, inquam, veluti per cauterij cuiuſdam vſtionem, aut ſectionem quandam, malum ne longius ſerperet, effecit.* Vbi vides ieiunium etiam inuoluntarium morbis iam penè deploratis ſingularem opem attuliſſe.

Ieiunium ducis lapsus? peccatorum medicina. — *D. Baſil.* — *Tert.*

12\. Pœnam, quam merebatur Achab, tranſtulit Deus in filium. *Non inducam*, inquit, *malum in diebus eius, ſed in diebus filij ſui.* 3. Reg. 21. n. 29. Vbi Tertul. citatus docet, Achabo non fuiſſe inductam læſuram, quia ieiunauerat: ſed filio eius, qui non erat ieiunaturus. Conſentit D. Hieron. vbi ſuprà: *Achab*, inquit, *Rex impiiſſimus, vt ſententiam Dei ſubterfugeret, & euerſio domus eius differretur in poſteros, ieiunio impetrauit.* At vero Niniuem quid ab Orci faucibus, niſi ieiunium liberauit? Ionæ 3. à n. 5. Vnde D. Ephrem in orat. de pœnitentia Niniuitarum, loquutus de eorum Rege: *Adhibito*, inquit, *ieiunij pharmaco ciuitatem curauit.* Et D. Hieron. vbi ſuprà: *Imminentem iram Domini ieiuniorum miſeratione detorſit.* Eodem modo loquitur Tertull. citatus, & addit: *Sodoma quoque, & Gomorrha euaſiſſent, ſi ieiunaſſent.* Duplex in hac re decretum D. Baſil. orat. [illegible] de ieiunio, contemplatur. vnum diuinum de ſubuertenda Niniue: alterum Niniuitarum de ſuſcipiendo ieiunio: Vtrum, quæſo, alteri præponderauit. Rectè D. Baſil. *Hoc*, inquit, *decretum de ieiunio ſuſcipiendo, illud diuinum de exſcindenda Niniue reuocauit.* Quaſi ieiunium Deum quodammodo vinceret, & promiſſam euerſionem facta conuerſio euitaret. Vides, quantam impetrandi efficacitatem ieiunium ſortiatur?

Diuina iuſtitia ſententiam ieiunio vincat. — *Tert.* — *D. Hier.* — *D. Ephrem.* — *D. Hier.* — *Tertul.* — *D. Baſil.*

13\. Tandem cæleſtium cognitio ſacramentorum vnde meliùs, quàm ex ieiunio comparatur? *Ieiunium*, inquit D. Ephrem citatus, *eſt vehiculum ad cælum.* D. Baſil. *Ieiunium*, inquit, *noſtris precibus alarum vice ſit, quo ſurſum ferantur.* Et ſtatim: *Paulum*, inquit, *tum alia, tum præcipue ieiunium, quod ſuper afflictionibus ſuis glorians recenſet, in tertium cælum ſubuexit.* Anna filia Phanuel ieiunando ita acuit ſenſum, vt Chriſtum Dominum cognoſcere mereretur. Luc. 2. à num. 36. *Oſtendens*, inquit Tertul. lib. cit. c. 8. *à nullis magis intelligi Chriſtum, quam à ſemel nuptis, & ſæpe ieiunis.* Sed D. Hieron. in epiſt. 140. ad Principiam: *Anna*, inquit, *filia Phanuelis in templo templum efficitur Dei, & quotidiano ieiunio caleſtem inuenit panem.* Et re vera qui à temporali cibo ſtrictiùs ieiunat, cæleſti pane ſuauiùs epulatur. Quis neget Moyſem, & Heliam aquilis non ſolum velociores, vt Saulem, & Ionatham. 2. Regum 1. num. 23 ſed etiam acutiores? Nam aquilæ ſolem, illi Deum, & viderunt, & cognouerunt, Moyſes quidem

Ieiunium ad rerum diuinarum cognitionem lyncei oculi. — *D. Ephrem.* — *D. Baſil.* — *Tertul.* — *D. Hier.*

quidem, Exod. 24. n. 10. Helias vero, 3. Reg. 19. num. 1. At quo alio collyrio oculos inungere, & acuere potuerunt ad tantum iubar ſpectandum, quàm ieiunio? Vterque enim quadraginta dierum ieiunio ſe ad tantum ſpectaculum præparauit. (A)

D. Baſil.

Nam Moyſes *ieiunauit*, inquit D. Baſil. in c. 1. Iſaiæ, *vt mens perſiſteret ſeiuncta ab omni turbulenta intemperie*. Helias vero, pergit idem Baſilius, *ne qua mentem obumbraret caligo epularum*. Quaſi neuter poſſet Deum altiùs cõtemplari, niſi haberet mentis oculos ab omni intemperantia per ieiunium deterſos, ac defæcatos. Atque hinc rationem elicies, cur ex antiquis Patriarchis ſolus Moyſes, & Helias Chriſto Domino in monte gloria coruſcanti comites acceſſerint, Matth. 17. n. 3. Nimirum, quia (B) vterque Chriſto Domino in deſerto ieiunanti commuæ accubuerant. Nam de Moyſe Tertull. vbi ſuprà cap. 6. *Merito*, inquit, *et in carne ſe Dominus oſtendit, collega ieiuni rum ſuorum*. De Helia vero: *Tanta*, inquit, *eſt circumſcripti victus prærogatiua, vt Deum præſtet homini contubernalem, parem re vera pari*. Et ſtatim oſtendit hanc homini cum Deo paritatem, vt ita dicam, ex ieiunio deſumendam. *Si enim*, inquit, *Deus æternus non eſuriet, vt teſtatur per Iſaiam; hoc erit tempus, quo homo Deo adæquatur, cum ſine pabulo viuit*. Vides, quanta per ieiunium de Deo notitia, & cum Deo amicitia comparetur?

Moyſem, & Heliam Chriſti coruſcantis comites fecit ieiunium.

Tert.

Ieiunium hominem reddit Deo contubernalem.

14\. Sed vide, quantum ſit inter Moyſem, & populum diſcrimen. Nam ille Deum videbat, vt diximus: hic ne ipſum quidem Moyſem poterat intueri 2. Corinth. 3. n. 13. Moyſes volebat, & valebat (C) Deum alloqui, & gratas audire, & reddere voces. Populus ab hoc diuino colloquio abhorrebat: *Non loquatur*, inquit, *nobis Dominus, ne fortè moriamur*. Exod. 20. n. 19. Moyſes denique legem à Deo impetrabat. Populus ad idololatriam præceps ruebat. Exod. 32. à n. 1. Vnde, quæſo, tanta Moyſis cum Deo coniunctio? Vnde tanta populi à Deo auerſio, niſi quia Moyſes ieiunio, populus conuiuio indulgebat? Quæ omnia mihi videtur Tertull. lib. cit. cap. 6. expendiſſe. *Moyſes*, inquit, *cui cor enectum potius inueniebatur, quàm impinguatum, & vidit oculis Dei gloriam, & audiuit auribus* (D) *Dei vocem, & corde conieci Dei legem. Cum quidem nec ipſum Moyſem Deo paſtum conſtanter contemplari valeret pinguior populus*. Iam verò illam ſomniorum interpretationem, quam Nabuchodonoſor exigebat, nullus Chaldæorum reddidit, ſed vnus Daniel facilè expediuit Daniel. 2. à n. 4. Nec mirum, Interprete Tertull. cum illi epulis obruti caligarent, Daniel ieiunijs intentus prophetico lumine ſplenderet. Addit D. Antioch. hom. 7. de ieiunio, Danielem *ex ieiunio dignum habitum, cui retruſa myſteria reuelarentur, eorumque fieret ſpectator, quæ nulli dum reuelata fuerant nec indignum, qui cum Gabriele Archangelo congrederetur familiariter*. (E) Itaque cæleſtium rerum cognitio perfectiſſimè ieiunio comparatur. Imò quidquid Deum ores interueniente ieiunio, facile exorabis. Vnde olim Sacerdotes, vt D. Baſilius citatus aduertit, ieiuni tabernaculum intrare iubebantur. Leuit. 10. n. 9. vt maiori cum fiducia Deum orarent, & quid quid vellent, impetrarent.

Moyſis ieiunantis cum Deo commercio, & populi conuiuantis auerſio.

Tertull.

Daniel ieiunans cæleſtiū myſteriorum ſpectator.

Tertull.

D. Antioch.

Sacerdotes oraturi, vt exorarent, ieiuni tabernaculum ingrediebātur.

D. Baſil.

15\. Quæ cum ita ſint, non immeritò Anna oblatura preces ieiunium præmiſit, à quo maiorem apud Deum efficacitatem ſortirentur: optimo apud poſteros exemplo, vt ſuis ſemper precibus ieiunium adhiberent, ne ſuis vnquam votis fruſtrarentur. At ne quis ieiunij aſpentate deterreatur, meminerit illud D. Chryſoſt. ſerm. 1. de ieiunio: *Dolet*, inquit, *in ieiunio caro, ſed epulatur anima*. Conſulat (A) D. Ambroſ. lib. de Helia, & ieiunio, cap. 2. vbi dicit, tantam eſſe ieiunij ſuauitatem, *vt ieiunare delectaret & Chriſtum*. Reuocet in memoriam, quod D. Baſilius orat. 5. de ieiunio, aſſeruit de Samſone: *Ieiunium*, inquit, *magnum illum Samſonem velut nutrix quadam educauit*. Vt enim nihil aſperum, nihil auſterum in nutrice, ſed tota effunditur in meras blanditias, ac delicias ſui alumni: ita nihil eſt, quod tanquam rigidum, ac durum in ieiunio timeatur, ſi vſus & conſtantia accedat. Sed de hac re ad c. 7. iterum agendum.

Ieiunij ſuauitas.

D. Chryſ.

D. Ambr.

D. Baſil

SECTIO VI.

Elcanæ erga vxorem conſolatio.

Diximus de Phenenna, ac de Anna, dicendum ſupereſt de Elcana. Cuius actio hoc loco fuit ſingularis quædam erga vxorem mœrore confectam conſolatio, vt in litera explicaui. Quod vt vberius illuſtretur, notandum eſt, munus conſolandi afflictos, ad Deum, Angelos, ac Prælatos, ſeu patresfamilias præcipuè ſpectare. 1.

Ad quos munus conſolandi ſpectet.

Ad Deum quidem, vt ipſemet teſtatur, per Prophetam: *Quomodo ſi cui mater blanditur, ita ego conſolabor vos*. Iſaiæ 66. n. 13. Vbi in conſolandi afflictis, non modò ſe dicit patrem, qui ſeuerior eſſe (C) ſolet, ſed matrem, quæ ſolet eſſe indulgentior. Et quia qui miſerias expertus, facilius miſereſcit; & qui deſolationes patitur, blandiùs conſolatur, voluit Deus ad noſtras ſe miſerias, & deſolationes abijcere, vt nos ab illis impenſiùs releuaret. Vnde D. Petr. Chryſol. ſerm. 50. *Chriſtus*, inquit, *venit ſuſcipere infirmitates noſtras, & ſuas nobis conferre virtutes, humana quærere, præſtare diuina; accipere iniurias, reddere dignitates; ferre tædia, referre ſanitates: quia medicus qui non fert infirmitates, curare neſcit; & qui non fuerit cum infirmo infirmatus, infirmo non poteſt conferre ſanitatem*. Nec aliter de hac re philoſophatur D. Bernard. de gradibus humilitatis, ſub initium: *Neſcit*, inquit, *ſanus, quid ſentiat æger, aut plenus, quid* (D) *patiatur ieiunus. Et æger ægro, & ieiunus ieiuno quanto propinquiùs, tanto familiarius compatiuntur. Sicut enim pura veritas non niſi puro corde videtur; ſic miſeria fratris veriùs miſero corde ſentitur. Vt igitur ob alienam miſeriam miſerum cor habeas, oportet, vt tuam priùs agnoſcas, vt proximi mentem in tua inuenias, & ex te noueris, qualiter illi ſubuenias. Exemplo ſcilicet Saluatoris noſtri, qui pati voluit, vt compati ſciret, miſer fieri, vt miſereri diſceret*. Et paulò poſt: *Voluit*, inquit, *experiri in ſe, quod illi, faciendo contra ſe, meritò paterentur: non ſimili curioſitate, ſed mirabili charitate, non vt miſer cum miſeris remaneret, ſed vt miſericors factus miſeros liberaret*. 2.

Conſolandi munus Deo proprium.

Affligi Deus voluit, vt diſceret conſolari.

D. Petrus Chryſol.

(E) Quare quamuis Deus ſemper fuerit conſolator, tunc vel maximè eſſe cœpit, quando conſolatore indiguit: & quando quæſiuit, *qui conſolaretur, & non inuenit*. Pſal. 68. n. 21. Ad hoc enim ſibi deeſſe voluit conſolatorem, vt ipſe proprio edoctus experimento diligentior adeſſet omnibus miſeris conſolator. Quare magis conſolatoris, quàm vltoris nomine gloriatur. Nam cum olim *Deus vltionum Dominus*, & *Deus vltionum* diceretur Pſal. 93. n. 1. modò dicitur *Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis*. 2. Corinth. 1. n. 3. tum vt inde intelligas, cùm ex hoc fonte omnis defluat conſolatio, vanas eſſe, quæ ex alijs riuulis hauriuntur. tum etiam, vt intelligas, quo gloriosior apparuit Deus in lege noua, quàm in veteri, eo gratius eſſe conſolatoris, quàm vltoris cognomentum. 3.

Deus magis conſolatoris quàm vltoris, & triſte pharetrā nomine gloriatur.

Imò

Imò nec triumphatoris nomen conſolatori nomini exæquandum cenſet. Illud enim ſibi in lege veteri, quæ ſeuerior erat, vſurpabat, iuxta illud: *Triumphator in Iſrael non parcet.* 1. Reg. 15. n. 29. Hoc autem ſibi ad legem nouam, quæ eſt ſublimior, reſeruauit, iuxta illud: *Alium paracletum dabit vobis.* Ioan. 14. n. 16. hoc eſt, alium conſolatorem. Vbi quàuis Spiritus ſanctus dicatur alius à Chriſto, propter diuerſam hypoſtaſim: nihilominus dicitur paracletus, ſeu conſolator cum Chriſto, propter eandem operationem conſolandi, vt ibidem notat D. Cyril. Alex. Ab hac enim actione diuina natura ad conſolandum promptiſſima perfectiſſimè declaratur.

D. Cyrill. Alex.

4. *Angeli conſolatores.*

Angeli verò conſolandis miſeris etiam incumbunt, adeo vt ad nullum aliud miniſterium exiſtant promptiores. Agar ancilla Abrahæ in ſolitudine triſtis, ac mœrens vagabatur, cùm ſubitò ad eam Angelus mittitur, qui omnem eius mœrorem ſpe futuræ poſteritatis abſtergat. Geneſ. 16. n. 10. Quærit Abulenſ. cur Agar non expauerit viſione Angeli, qui ſolebat ſuo aſpectu impauidos etiam homines perterrere. Reſpondet, quia videndis Angelis in domo Abrahæ iam erat aſſueta. Sed reſponſio mihi incerta eſt, tum quia antehac nuſquàm in Scriptura apparuiſſe Angelus memoratur: tùm etiam quia quamuis Abrahæ appareret, non propterea ab ancilla videretur. Aliter igitur reſpondeo, eum Angelum compoſito ad conſolandum vultu apparuiſſe, ſereno, hilari, geſtiente; atque adeò multum decoris, nihil terroris afflauiſſe. Vides, vt exiliunt Angeli, vt ſe comunt, & expoliunt ad miniſterium conſolandi? Sed vlteriùs nota, hunc locum in Scriptura fuiſſe omnium primum, in quo referatur Angelus in terris apparuiſſe. Cur igitur, dicet aliquis, primo tempore, quo Angelus apparet, non ad Principes, & Heroës cum legatione mittitur: ſed vnam ad ancillam Ægyptiam, & fugitiuam, multiſque alijs nominibus abiectam? Nonne debuit tantus cæleſtis curiæ legatus, primo ſaltem tempore, quo ad terras mittebatur, debito cum honore, auctoritatéque manifeſtari, ne in poſterum vilipenderetur? Debuit profectò. Sed Angelo nulla eſſe potuit glorioſior legatio, quàm illa, qua ad miſeram ancillam conſolandam fungebatur. Adeò putabat Angelus honorificum, mœrenti animo ſolatium adhibere; neque inde ſe in contemptum, ſed potiùs in maiorem exiſtimationem venturum ſperabat. Et plane eum opinio non fefellit: nam qui vt Angelus venerat ad conſolandum, poſt conſolationem vt Deus ab ancilla ſalutatur: *Tu, inquit, Deus, qui vidiſti me.* Gen. 16. n. 13. Deum appellat eum Angelum, & fortaſſe eum hominem humano cum habitu credendum eſt. Angelum apparuiſſe) qui ſe miſeram fuerat conſ[illegible]. Tanta ex hoc officio dignitas Angelo accreſcebat.

Abul.

Primus Angelus ad ancillam Agar conſolandam in Scriptura legitur apparuiſſe.

5. *Homines obiurgandi Angelis munus conſolandi aſſumunt.*

Ad populum Iſrael obiurgandum miſit Deus olim virum Prophetam, Iudic. 6. n. 8. ſed paulò poſt ad conſolandum Gedeonem, miſit Angelum, ibidem n. 12. Ideò enim Angelus Gedeonem honorifice compellat, dicens: *Dominus tecum, virorum fortiſſime.* Vt exanimatum animaret, & de fuga cogitantem retineret, ac denique ob extra[illegible] Reip. mœrentem conſolaretur. Quo in loco duo ſunt obſeruanda. Vnum ex Lyran. vbi ait: *Dominus*, inquit, *primo mittit eis reprehenſorem, vt verè pœniteant: ſecundò conſolatorem, vt vincant.* Quaſi ad victoriam de hoſtibus, neceſſaria ſit pœnitentia de peccatis; & qui hanc negligit, de illa debeat deſperare. Alterum ex Caiet. ad rem præſentem, qui rectè ponderat, ad totum populum arguendum miſ-

Lyran.

Caiet.

A ſum [illegible] virum Prophetam, ad Gedeonem conſolandum, Angelum; quia Angelus ſibi munus [illegible] gloriſius prius: [illegible] tanquam minus nobile, hominibus committitat. Chriſto Domino in monte Thabor transfigurato, ac beata luce coruſcanti, nulli Angeli dicuntur feſtiui, & gratulabundi applauſiſſe. Matth. 17. à n. 1. Eidem verò in horto Gethſemani nimium afflicto, & præ mœrore æſtuanti, *apparuit Angelus de cælo, confortans eum.* Luc. 22. n. 43. Ac ſi Angeli promptiores eſſent ad laborantem conſolandum, quàm ad gratulandum triumphanti.

Angeli in Thabor Chriſto coram [illegible] non aſſiſtunt, aſſiſtunt in horto laboranti.

6. *Prælatorum munus, ſubditorum conſolatio.*

Iam verò Prælatis, ac patribusfamilias, nihil B magis curæ eſſe debet, quàm ſubditorum conſolatio. D. Paulus: *Conſolamur*, inquit, *pro veſtra conſolatione.* 2. Cor. 1. n. 6. Vbi Card. Hugo: *Prælatorum*, inquit, *lætitia eſt, conſolatio ſubditorum.* Quia quidquid lætitiæ à Deo acceperint, totum in ſuis debent ſubditis communicare. Quaſi re vera Prælati ad hoc tantùm cæleſtibus conſolationibus infundantur à Deo, vt ipſi in ſubditos effundantur. Quare illa animarum curatrix, poſtquam de ſe dixit: *Introduxit me Rex in cellaria ſua*; ſtatim ex ſocijs virginibus audiuit: *Exultabimus, & lætabimur in te, memores vberum tuorum.* Cant. 1. n. 3. Quaſi vnius ad cæleſtes delicias introductio, fuerit aliorum exultatio. In quem locum D. C Bernard. ſerm. 23. ſic ſponſam loquentem introducit: *Sola, inquit, introducta videar, ſed ſoli non proderit: v[illegible]ſtrum omnium eſt meus omnis profectus.* Et paulò poſt obſeruat cæleſtem illam ſponſam à ſuis ſubditis haberi, non tam loco patris, minantis verbera, quàm loco matris porrigentis vbera. *Memores*, inquiunt, *vberum tuorum*, non verberum tuorum. Ex quibus verbis Prælatos ſic hortatur: *Audiant*, inquit, *hoc Prælati, qui ſibi commiſſis ſemper volunt eſſe formidini, vtilitati rarò. Diſcite ſubditorum matres vos eſſe debere, non dominos: ſtudete magis amari, quam metui: & ſi interdum ſeueritate opus eſt, paterna ſit, non tyrannica: matres fouendo, patres corripiendo vos exhibeatis: manſueſcite, ponite feritatem, ſuſpendite verbera, producite vbera.*

D. Bern.

Prælati, ſubditorum matres.

7. *Prælati conſolationes, non labores cum ſubditis communicant.*

Neque ſolum boni Prælati ſuas conſolationes D cum ſubditis communicant; verum etiam volunt à conſolationibus ieiunare, vt ſubditi conſolationibus epulentur. *Trahe me poſt te*, inquit ſponſa, *& curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Cant. 1. n. 3. Vides, vt ſibi tantùm vim inferri cupiat, ſubditis autem ſuauitatem vnguentorum inſpirari. Optimè D. Bern. ſerm. 21. ipſius ſponſæ nomine: *Trahimur, inquit, cum tribulationibus exercemur, currimus, cum internis conſolationibus reſpiramus. Ego quod auſterum, & durum videtur, retineo mihi; [illegible] dico ſingulariter: Trahe me; quod ſuaue, & dulce, tibi communico, & dico: Curremus. Noui adoleſcentulas delicatas, & te-* E *neras eſſe, & propterea mecum volo, vt currant, ſed non vt mecum trahantur. Volo habere ſocias conſolationis, non autem & laboris.* Vnde D. Paulus ad Agrippam: *Opto, inquit, non tantum te, ſed omnes, qui audiunt hodie, fieri tales, qualis & ego ſum, exceptis vinculis his.* Act. 26. n. 29. Quaſi vellet, ſuos honores cum alijs communicare; ſuos labores ſibi vni retinere: non quòd [illegible] eos crederet indecoros: nulla enim de re magis, quàm de ſuis laboribus gloriabatur, vt D. Chryſ. hom. 52. in Act. & 33. in 1. ad Corinth. & 9. in ep. ad Epheſ. & 16. ad popul. & lib. contra Gentiles in 5. tom. aduertit: ſed quod [illegible], cum quibus loquebatur, vt tunc crucis ignorantes, indecori viderentur.

D. Chryſ.

8. Neque mirum voluiſſe in vinculis eſſe, vt ſubditos à vinculis liberaret, qui optabat anathema eſſe,

Moyſis in ſubditos maternus affectus.

eſſet cum fratres anathemate damnarentur. Eximius tamen charitatis & miſericordiæ affectus Moyſis ergà populum, dum pariter cum illo perire voluit, & de libro vitæ deleri, ſi populus deleretur. Exod. 32 num. 31. & 32. In quem locum D. Bern.

D. Bern.

ſerm. 21. in Cant. *Si diues*, inquit, *mulieri pauperculæ dicat: Ingredere tu ad prandium meum, ſed quem geſtas infantulum, relinque foris, quoniam plorat, & moleſtus eſt nobis. Nunquid faciet? Nonne magis eliget ieiunare, quam expoſito pignore, ſola prandere cum diuite? Ita nec Moyſes fecit, nolens ſe introduci in gaudium Domini ſui, foris manente populo, licet inquieto, & ingrato: ſed tolerabiliorem ſibi iudicat tortionem, quàm auulſionem.* Quaſi diceret, tolerabilius ſibi iudicabat Moyſes, cruciari cum populo, quàm ſeparari à populo; cum illo damnari, quam ſine illo coronari. Quis non miretur tam eximium affectum charitatis? Sed ſi parum attendas, adhuc D. Paulus vlterius progreſſus, maiorem exhibuit erga ſubditos miſericordiæ affectum. Non ſolùm enim voluit perire cum illis, ſed etiam perire pro illis: ſolus anathema eſſe voluit, ne vllus eorum anathema eſſet: *Optabam*, inquit, *ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis.* Roman. 9. num. 3. Vnus pro omnibus, & ſine omnibus voluit periclitari. Vnde D. Chryſoſtom. hom. 79. ad populum, Moyſi Paulum anteponit. Nam *ille*, inquit, *cum aliis perire malebat: hic autem non ſimul perire; ſed ſoſpitibus aliis, ab æterna ſolus gloria excidere optabat.* Idemque repetit libro contra Gentiles, vbi poſtquam dixit de illo Moyſis affectu ſubdit: *At Apoſtolus paterni huius affectus intentionem addidit, propter Chriſtum: non enim Moyſis exemplo cum illis pœnas dare malebat; ſed vt aliis bene eſſet, ſibi ipſe excidium imprecabatur, cum diceret: Optabam ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis.* Vides in quantum deſolationum pelagus boni Prælati veniant, vt ſiſtant in conſolationum littore ſuos alumnos?

D. Paulus Moyſi hac in re præfertur.

D. Chryſ.

9\. Igitur neceſſe eſt, vt bonus Prælatus ſit etiam à natura ex miſericordia compoſitus, vt afflicto ſubdito condoleat, & dolentem conſoletur. Nam vt bene D. Gregor. lib. 3. moral. cap. 10. *Dolentem*, inquit, *non poteſt conſolari, qui non concordat dolori. Emolliri prius debet animus, vt afflicto congruat, & congruens inhæreat, inhærens trahat.* Quod apta ſimilitudine declarat: *Neque enim*, inquit, *ferrum ferro coniungitur, ſi non vtrunque exuſtione ignis liquetur; & durum molli non adhæret, niſi prius eius duritie temperata molleſcat. Sic nec iacentes erigimus, niſi à rigore noſtri ſtatus inclinemur.* De illis duobus Prælatis, ſiue ſint Zorobabel, & Ieſus filius Ioſedech, vt ſentit Lyranus, ſiue potiùs Enoch, & Helias, vt docet D. Hieron. dicitur Zachar. 4. num. 14. *Iſti ſunt duo filij olei.* Nam Prælati ex oleo, hoc eſt, ex miſericordia nati eſſe debent, vt non aliunde, quàm ab ortu ſuo, ſeu ab ipſa natura miſericordiam in ſubditos accepiſſe videantur. Vnde Iob c. 31. n. 18. *Ab infantia*, inquit, *mea creuit mecum miſeratio, & de vtero matris meæ egreſſa eſt mecum.* Quaſi ad miſericordiam tam propenſus eſſet, vt eam non acquiſitam, ſed innatam habere videretur. Iuxta textus Hebraïcus, ſic habens: *Ab infantia mea creſcere me fecit, ſicut pater*: ſcilicet ipſa miſeratio. Nam ſicut Iobus omnibus miſeris pater erat, ità & miſeratio parens erat ipſi Iobo, quæ eum ab infantia nutriebat: quàm naturalis enim eſt inter filium, & patrem cognatio, tam naturalis erat inter Iobum, & miſerationem coniunctio.

Veluti à natura inditam conſolationē, & miſericordiam habeat Prælatus.

D. Greg.

D. Hier.

Lyran.

10\. D. Paulus ad Coloſſenſ. 3. num. 12. *Induite vos*, inquit, *ſicut electi Dei ſancti, & dilecti, viſcera miſericordiæ.* Cur viſcera miſericordiæ appellat? cùm tamen iuſtitiæ non viſcera tribuantur, ſed cingulum: *Erit iuſtitia cingulum lumborum eius.* Iſaiæ 11. num. 5. & pallium: *Opertus eſt, quaſi pallio zeli.* Iſaiæ 59. n. 17. hoc eſt, iuſtitiæ. Reſpondeo in primis, quia ſicut pallium, & cingulum non ſemper geſtantur, ſed aliquando deponuntur; viſcera tamen exui nunquam poſſunt, ita & iuſtitia aliquando deponenda eſt, miſericordia tamen ſemper exercenda. Reſpondeo deinde, quia ſicut pallium, & cingulum vltimò aſſumuntur poſt alias veſtes; viſcera autem primò efformantur ante omnia membra: ita iuſtitia non niſi vbi cætera remedia deficiunt, adhibenda eſt; miſericordia verò ſtatim ab initio applicanda. Reſpondeo tandem, quia ſicut pallium, & cingulum foris adueniunt ab arte; viſcera autem efformantur intus à natura: ita & iuſtitia oriri debet in Prælatis ab externis ſubditorum culpis; miſericordia verò ab internis affectibus animorum. Vnde D. Bernardus ſerm. 44. in Cantic. *Ex intimis*, inquit, *humanis principiis primordia ſui ortus ducit fraterna dilectio, & de inſita homini ad ſeipſum dulcedine ſumit vegetationem, & vim.* Et paulò poſt: *Ineſt*, inquit, *naturæ ſi peccato non obſoleſcat, iſtiuſmodi ſuauitatis liquor, vt molliorem ad compatiendum peccantibus, quam ad indignandum aſperiorem ſe ſentiat, & exhibeat.*

Cur Prælatorum miſericordia viſceribus: iuſtitia cingulo, & pallio comparetur.

D. Bern.

Hinc eſt, quod Prælati, ac patres ſubditorum, filiorumque malis non minùs quàm ſuis propriis torqueantur. Finito diluuio dixit Deus ad Noë: *Non vltra percutiam omnem animam viuentem, ſicut feci.* Gene. 8. num. 21. Quid eſt illud, *ſicut feci*? Nunquid Deus ipſum Noe, eiuſque familiam percuſſit? Nónne ille, & omnes eius filij, vxor illius & vxores filiorum, ex illo communi naufragio incolumes euaſerunt: Quid ergo aſſerit Deus, ſe omnem animam, nulla excepta, percuſſiſſe? Reſpondeo, percuſſiſſe quidem omnes: nam cæteros percuſſit, aquis illos obruendo, vnum verò Noë multò acerbiùs percuſſit, tantæ cladis ſpectatorem reſeruando: magis enim Noë ſuorum naufragia dolebat, quàm ſi ipſemet naufragio inuolueretur; & cùm ſuam in ſingulorum corporibus haberet animam, omnium ſibi mortes obire videbatur. Peccauerunt olim Hebræi vitulum in deſerto adorando. Exod. 32 num. 6. ſed & Aaron, qui illam idololatriam non impediuit, vt ex eodem loco conſtat, cùm impedire teneretur, grauiter peccauit, vt docent D. Auguſt. quæſt. 146. in Exod. Theodor. Lyran. Burg. Caietan. Abulenſ. Oleaſter, & cæteri communiter: quamuis de qualitate peccati non mediocris inter eos diſſenſio oriatur. His ita geſtis, Deus populum grauiſſimè puniuit, tribus & viginti circiter hominum millibus interfectis. Ibidem num. 28. Aaronem verò, cuius incuria totum illud ſacrilegium, & ſupplicium contigiſſe videbatur, reliquit impunitum. Quorſum verò hoc, vt illos puniat, ab hoc abſtineat? Reſpondeo, quia puniendo ſubditos, ipſum Prælatum Aaronem puniebat: adeò enim ægrè ſubditorum cladem ferebat Aaron, ac ſi tota in proprium caput verteretur. David olim *deſperabat ſe poſſe euadere à facie Saul.* 1. Reg. 23. num. 26. Quærunt ibi interpretes, ſi Dauid diuino oraculo certus erat, fore vt regnaret poſt Saülem, quomodo deſperabat? Mitto alias reſponſiones ad eum locum referendas. Interim reſpondet Lyranus ad rem præſentem: *Non*, inquit, *deſperabat pro ſua perſona, ſed quia timebat de morte ſuorum virorum.* Ac ſi non minus deſperatione pro ſuis, quàm deſperatione pro ſe [illegible] tur. Sin illis fuit hic timor, [illegible] Dauid [illegible] uit de ſua ſalute actum eſſe. *Singulam*, inquit, *aliquando*

11\. *Prælati non minus ſubditorum malis, quam ſuis propriis torquentur.*

Aaronis peccatum in populo grauius punitur.

D. Aug.

Theod.

Lyran.

Burg.

Caiet.

Abul.

Oleaſt.

Æquè ſuis, ac ſibi David timebat.

Lyran.

Lyran. *quãdo vna die in manus Saul.* 2. Re. . . n. 1. Vbi Lyr. ſimiliter interpretatur, non tam miſſe Dauidem occidi à Saüle in propria perſona, cùm ex diuino promiſſo certiſſimum haberet, ſe poſt Saülem regnaturum: ſed propter mortem ſuorum timuiſſe. Sicut enim non minùs ſuorum vitam, quàm propriam curabat: ita non minus ſuorum morte, quàm ſua propria triſtabatur. Pharaoni minatur Deus: *Mittã*, inquit, *omnes plagas meas ſuper cor tuũ.* Exo. 9.
Caiet. n. 14. Notat Caiet. ibi, Deum Pharaoni nullas plagas in propria perſona intuliſſe, niſi quando eum tandem in mari rubro demerſit. Quid igitur minatur ſuper cor eius omnes plagas miſſurum? Reſponderi poteſt, quia licèt Pharao impius eſſet erga Deum, adhuc tamen in corde ſuos ſubditos geſtabat. Vnde plagæ, quas Deus Ægyptijs immittebat, omnes vnius Pharaonis cordi infligebantur.

12. *Viri munus, vxoris moleſtias releuare.*
En quanto amore Prælati, patreſq; familias ſuos ſubditos, ac familiares proſequantur, vt mirandum non ſit, ſi eos de ſuis mœroribus, ac moleſtijs indulgentiſſimè conſolētur. In hanc curam præcipuè incumbere debent viri erga vxores, earum moleſtias, quà dictis, quà factis, omnibus deniq; quibus poterunt, officijs releuãtes, & vt monet Apoſtolus, *quaſi infirmiori vaſculo muliebri impartientes honorem.* 1. Pet 3. n. 7. Vnde D. Chryſ. hom. 26. in 1. ad Cor. ſub fin. docet, vxorem eſſe veluti quendam portũ, in quo vir à turbulentis fori tumultibus regreſſus, placidè conquieſcat: & propterea non eſſe litibus, & ſeditionibus commouendum, ſed placidis, & amicis verbis ſerenãdum: ne maius in portu, quàm in mari naufragium incurratur. *Quando igitur*, in-
D Chryſ. quit Chryſ. *aliquid moleſtum domi euenerit, conſolare, nec auge dolorem. Nam ſi oportet alterum alterius onera portare, multo magis vxoris: eſt enim membrum tuum, & facti eſtis vna caro.* Ita ſe habuit Abrahamus erga
Abrahami hac in re prudentia. Saram de ancilla querebundam: *Ecce*, ait, *ancilla tua in manu tua eſt; vtere ea vt libet.* Gen. 16. n. 16. Vbi
D. Chryſ. D. Chryſ hom. 38. Abrahæ prudentiam commendat, qui vxorem non obiurgarit, non irritarit; ſed potiùs mitigarit, & pacificarit. *Indignationem*, inquit, *matrisfamilias ſua placauit lenitate: & data ei contra ancillam poteſtate, domum pace repleuit.* Vbi plura habet de vtilitate concordiæ coniugalis, quæ ex virorum erga vxores beneuolētia comparatur. Huic ſuo muneri non defuit Elcana, dum mœrentē vxorem amicis verbis affatus eſt, & conſolatus. Quem-
Tobiæ exemplum. admodum nec Tobias, cum Annam propter filij abſentiam irremediabilibus lacrymis lamentantem conſolabatur, dicens: *Tace, & noli turbari, ſanus eſt filius noſter.* Tob. 10. n. 6. Et qui paulò antè eandem filij abſentiam profuſis lacrymis deplorabat, ipſe ad lacrymas vxoris abſtergendas, ſuas prior abſtergebat; & ſuam diſſimulans triſtitiam, mœrentis lætitiam vxoris prouocabat. Sed ne putes exigui eſſe meriti munus conſolandi afflictos: attende quantum illi præmium proponatur. Procul à patria exulabat Noëmi, marito, ac duobus filijs viduata, om-
Ruth, dum ſocrum Noëmi conſolatur, Chriſtum filium habere meruit. nibus verò miſerijs, ac laboribus cooperta. Adfuit tamẽ afflictæ vna ex illius nuribus, nimirum Ruth, quæ adduci nunquam potuit, quominus deſertæ ſocrui adhæreret, & abeuntem in patriam ſociaret, & omnium egentem, quibus poſſet auxilijs ſolaretur; vt patet ex c. 1. Ruth. à n. 14. Quid ergo præmij pro hoc munere conſolandi afflictam reportauit?
D. Hier. Audi D. Hieron. epitaph. Bleſillæ: *Ruth*, inquit, *alienigena, à Noemi latere non receſſit. Vide quanti meriti ſit deſertæ præſtitiſſe ſolatium: ex eius ſemine Chriſtus naſcitur.* Ac ſi conſolatrici fœminæ Chriſtus communis omnium conſolator, pro præmio in filium donaret.

Num. 9. Surrexit autem Anna poſtquam comederat, & biberat in Silo. Et Heli ſacerdote ſedente ſuper ſellam ante poſtes templi Domini.

EXPOSITIO LITERÆ.

Surrexit autem. En primus præcedentis conſolationis effectus. Triſtis erat Anna, audita conſolatione læta exilijt. Nam verbũ *ſurgendi*, in Scriptu- 1. *Surgendi verbum in Scriptura lætitiam importat.*
ra lætitiam importat. *Surge, illuminare Hieruſalem.* Iſa. 60. n. 1. *Surge, ſurge Debora; ſurge, ſurge, & loquere canticum.* Iudic. 5. n. 12. *Si gauiſus ſum ad ruinam eius, qui me oderat.* Iob. 31. n. 29. Symmachus vertit. *Si ſurrexi.* Itaq; omnibus his locis verbum *ſurgendi*, ſignificat lætitiam; ſicut & verbum *ſedendi*, triſtitiam. *Sede in puluere virgo filia Babylon, ſede in terra.* Iſa. 47. n. 1. *Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo?* Thr. 1. n. 1. *Dies multos ſedebunt filij Iſrael ſine Rege, & ſine Principe.* Oſeæ 3. n. 4. Quibus locis triſtitia indicatur. *Sedendi verbum in ſcriptura triſtitiam deſignat.*
Hanc duplicem vtriuſq; verbi ſignificationem cõplexus eſt Dauid: *Surgite, poſtquam ſederitis.* Pſ. 126. n. 2. Hoc eſt, lætamini, poſtquã triſtati fueritis. Sed aduerte, Annam non omnem ex corde triſtitiam depuliſſe: adhuc enim dicitur numero ſequenti, eſſe *amaro animo*, & n. 16. *ex multitudine doloris, & mœroris ſui loquuta* fuiſſe: nihilominus, vt viro ſuo conſolanti morem gereret, aliquam externæ lætitiæ ſignificationem præbuiſſe. Qualis dux Troianus, ne mœrore, quo animos æſtuabat, milites exanimaret, *Internum animi dolorem externa lætitia ſignificatione, Anna premebat.*

Spem vultu ſimulat, premit altum corde dolorem. Virg.

internam verò conſolationem à Deo per orationem poſtulaſſe.

Poſtquam comederat. Secundus conſolationis effectus, quod quæ antea ieiuna erat, vt patet ex ſuperioribus numeris, audita conſolatione, comedit, & bibit. Quamuis Chaldæus ſolum actum comedendi illi tribuere videatur, non autem & bibẽdi. 2. *Anna in comedendo, & bibendo frugalitas.*
Sic enim transfert: *Surrexit Anna poſtquam comedit in Silo, & poſtquam biberunt.* Quaſi ipſa ſolùm comediſſet, reliqui autem eius familiares inſuper & bibiſſent. Quod vel dixit modeſtiæ cauſa, ne fœminæ, quæ frugalior in potu eſſe debet, actum bibendi tribueret; vel certe quod Anna vinum & omne quod inebriare poteſt, non biberit, vt ipſa n. 15 teſtatur: quidquid ſit de alio potu, quem ſolũ hoc loco ſecundum vulgatam editionem ſignificabitur accepiſſe. Imo Septuaginta in Biblijs Sixtianis omnino tacent actum bibendi, illud fortaſſe ex comedendi actu intelligentes: in Regijs vero, & Complutenſibus vtrumque exprimunt; ita tamen, vt neutrum Annæ tribuere videantur, ſed familiaribus: ſic enim vertunt, *ἀνέστη Ἄννα μετὰ τὸ φαγεῖν αὐτοὺς, καὶ μετὰ τὸ πιεῖν*: hoc eſt, *Et ſurrexit Anna poſtquam comederunt ipſi, & biberunt.* Certè in Hebræo ita vterque actus exprimitur, vt prior quidem comedendi ad Annam determinetur: poſterior bibendi etiam ad alios referatur. Dicitur enim ſurrexiſſe Anna אחרי אכלה *achare ochla*, id eſt, *poſt comedere*, ſeu, *poſtquam comedit ipſa*, per verbum fœmininum: ואחרי שתה *veachare ſcato*, hoc eſt, *& poſt bibere*, ſeu, *poſtquam biberunt ipſi*, per verbum maſculinum. Vnde Chaldæus prædicta diſtinctione non immeritò vſus fuit. Sed quia reuera ſenſus germanus eſt, conuiuium fuiſſe plurium, tam Annæ, quàm familiarium; idcircò Latinus interpres principalem perſonam attendens, ad Annam retulit: Septuaginta vero, conuiuantium numerum ſpectantes ad plures familiares extenderunt. Comedit igitur, & bibit Anna in Silo.

Cæterum

3\. *D.Ambr. Fames,& ieiunium epularum condimentum. D.Baſil.*

Cæterùm quamuis cibus poſt ieiunium gratior habeatur, iuxta illud D. Ambroſ. lib. de Helia, & ieiun. c. 9. *Dulciores poſt famem epulæ ſiunt, quæ aſſiduitate faſtidio ſunt, & diuturna continuatione vileſcunt. Condimentum cibi ieiunium eſt.* Et illud D. Baſilij homil. 1. de laudibus ieiunij. *Eduliorum ſumptionem ieiunium condit, atque edulcat. Si vis tibi menſam apparere ſuauem, adhibe ex ieiunio viciſſitudinem.* Et illud D. Bernard. de gratia & liber. arbitr. *Bonus eſt panis, ſed eſurienti; potus delectat, ſed ſitienti. Denique ſaturato cibus, potuſque non ſunt grata, ſed grauia. Tolle famem, & panem non curabis: tolle ſitim, & limpidiſſimum fontem, ac ſi paludem reſpicies.* Nihilominùs Anna diuturno ieiunio confecta, nullam adhuc ex epulis dulcedinem præguſtabat, quæ ſummam in animo amaritudinem ſentiebat; vt ex ſequenti num. patebit. Illam igitur amaritudinem non epulando, ſed orando euci oportebat.

D.Bern.

4\. *Quiſnam huius epuli locus.*

In Silo. De loco huius epuli non conſtat. Litera ſolùm exprimit fuiſſe in Silo, hoc eſt, in vrbe, in qua erat tabernaculum. Non exprimit tamen, fueritne intra, an extra atrium tabernaculi. Dico igitur, ſi epulum fuit ex dapibus communibus, hoc eſt, Deo non oblatis, tanquam profanum extra tabernaculum eſſe debuiſſe: ſi autem fuit de hoſtiis pacificis, adhuc eſſe dubium. Nam iuxta V tabl. humilimodi hoſtiæ extra atrium, vbicumque viſum eſſet offerentibus, edebantur; iuxta verò Abulenſ. hic q. 24. & Deuter 12. q. 7. & Deuter. 16. q. 3. in fine, intra atrium. Et hoc poſterius videtur Scripturæ congruentius. Nam in locis Deuter. citatis idem locus, & ſacrificio, & conuiuio aſſignatur. Nec mirandum eſt ita factum fuiſſe in lege veteri: tum quia illæ dapes in tabernaculo repræſentabant Euchariſticum conuiuium in Eccleſia futurum: tum quia illa licentia danda erat Hebræis, nequaquam curaturis diuina ſacrificia, niſi huiuſmodi conuiuiis inuitarentur: tum denique quia etiam in primitiua Eccleſia communes cœnæ, quas *Agapas* vocabant, in templo permittebantur, vt patet ex 1. Corinth. 11. num. 17. Quamuis poſtea prohibitæ ſint à D. Paulo, quòd fideles illis abuterentur.

Vatabl.

Abulenſ.

5\. *Vera ſententia Abul.*

Dico nihilominùs, Annam neque intra atrium, neque extra templum comediſſe. Quod vt intelligas, aduerte ex Abulenſ. q. 1. loco citato, & Ioſ. 18. q. 1. quamuis hoſtiæ pacificæ in deſerto intra atrium à quibuſcunque offerentibus ederentur: non tamen poſtquàm ad terram promiſſionis ventum eſt, tunc enim totum ſanctuarium ex tabernaculo, & atrio conſtans includebatur in magnam domum, quæ templum etiam dicebatur; in quam ingredi poterant populares, vel orandi cauſa, vel offerendi, vel cuiuſque negotij ſtatim obeundi; non tamen in ipſum atrium, quod ſolis ſacerdotibus patebat. Quæ reſponſio, quoad illam domum, licet à Serario Ioſ. 18. quæſt. 5. non admittatur; mihi tamen admodum probabilis videtur: quia non decebat tabernaculum, pretioſiſſimum, & ſacratiſſimum illius temporis theſaurum, incuſtoditum relinqui, & cæli iniuriis, beſtiarum incurſibus, latronum incurſionibus, ac denique vulgarium, & profanorum hominum ingreſſibus, qui diuina lege inde arcebantur, dies noctéſque patere. Nec fuit eadem ratio in deſerto; tum quia ibi, cum tabernaculum eſſet ductile, & mobile, non poterat in domum fixam, & ſtabilem includi; tum etiam, quia defectus huius domus in deſerto ſatis compenſabatur ab exercitu, qui in ſuos ordines, & turmas diſtributus, totus circa tabernaculum excubabat, vt videre eſt cap. 2. Num. 1. à num. 1. illudque à quolibet indebito hominum, ferarumque ingreſſu muniebat, quàm parietes, fores, & repagula tutò tuebantur. Potuit autem hæc domus, aut denuo pro tabernaculo recipiendo extrui; aut vna eſſe de extructis. Si dicas, profanam domum, qualis illa foret, non fuiſſe dignum tabernaculo hoſpitium. Reſpondeo, non minùs profanum fuiſſe agrum, in quo tamen tabernaculum figebatur: neque in terra promiſſionis locum tabernaculo ſanctum, ſed ſanctificandum inquiri oportere. Quod ſi nuſquam fit in ſacris literis mentio huius domus: mirandum non eſt: quia non pertinebat ad tabernaculi fabricam, Moyſi in monte diuinitùs præmonſtratam: & quia tam colligebatur ex ipſa tabernaculi in terra promiſſionis fixione: quæ planè eſſe debebat in loco apto ad illius ſanctuarij cuſtodiam, ac tutelam: qualis ſola domus ſuis cincta parietibus, clauſa foribus, clauibuſque obſerata, ac repagulis munita videbatur. In hanc igitur domum ingreſſa Anna, & comedit, & orauit ad Dominum.

Tabernaculū in terra promiſſionis non ſub dio, ſed ſub tecto. aſſeruatum.

Quæ domus tabernaculū contineret.

6\. *Coniunctio, &, quid importet.*

Et Heli ſacerdote. Coniunctio, &, aut redundat, more Hebræorum, ſicut in Pſalm. 24. num. 11. iuxta Hebræum; *Propter nomen tuum Domine, & propitiaberis peccato meo.* Quod iam cap. 1. num. 1. aduerti, & ad cap. 4. num. 22. pluribus teſtimoniis confirmabo. Aut præcedentem orationem, *Surrexit Anna,* coniungit cum ſequenti, *& orauit ad Dominum.* Cæterùm de Heli duplex hoc loco quæſtio poteſt excitari. Vna, quinam fuerit. Altera, qualis fuerit, iuſtuſne, an iniuſtus. Poſteriorem ad cap. 3. & 4. fuſius tractabo. Priorem hic breuiter expedio. Conſtat in primis Heli fuiſſe de tribu Leuitica, & familia Aaronica, cùm hic loco ſacerdos appelletur, qui ex alia tribu, & familia eſſe non poterat, vt in 1. huius cap. oſtendimus. Dubitatur, fueritne ſummus Sacerdos, an ex minoribus tantùm. Ratio dubitandi eſt, quia ſummum ſacerdotium pertinebat ad primogenitum Aaronis Eleazarum, & per eius filios primogenitos ducebatur: vt patet ex Leuit. 21. num. 10. vbi Pontifex dicitur *maximus inter fratres.* At verò Heli non per Eleazarum, ſed per Ithamar ſecundogenitum Aaronis deſcendebat: vt Abul. 1. Reg. 2. q. 28. oſtendit. Nihilominus fuiſſe ſummum Sacerdotem docet Ioſephus lib. 5. ant. q. cap. vlt. & lib. 8. cap. 1. Cui Petrus Comeſtor in hiſtoria ſcholaſt. Genebrard. lib. 1. Chronolog. Carolus Sigon. lib. 5. de Rep. Hebræorum, c. 2. Auguſt. Torniel. tom. 1. annalium, anno mundi 2900. & interpretes communiter aſſentiuntur. Quæ vna eſt Patrum loquendi, & conſenſio. Probatur primò, quia Deus promiſit Heli munus miniſtrandi coram Domino, vt patet ex cap. ſeq. n. 3. non quidem in ordine Leuitarum, aut ſimplicium ſacerdotum; in hoc enim ordine iam antea erat conſtitutus, quemadmodum & reliqui poſteri Ithamar, ergo in gradu ſummi ſacerdotis. Secundò, quia Deus, vt ex eodem loco conſtat, propter peccata in Heli, omnes eius poſteros remouit à ſacerdotio non quidem minori gradus, cum ſtatim addat n. 33. *Verumtamen non auferam penitus virum ex te ab altari meo*: ergo à ſummo ſacerdotio; quod proinde Heli antea poſſidebat. Tertio, quia hæc diuina comminatio impleta eſt tempore Salomonis, quando pro Abiathar ſacerdote de genere Heli, conſtitutus eſt in ſacerdotio Sadoch, vt ex 3. Reg. 2. num. 27. conſtat: atque Sadoch conſtitutus eſt in ſummo ſacerdotio, vt patet 1. Paralip. 29. n. 22. Vbi dicitur Sadoch *conſtituiſſe in Pontificem*, quamuis per anticipationem de tum factum tempore Dauidis, quod poſtea tamen eſt tempore Salomonis. Ergo ex eodem gradu depulſus fuit Abiathar,

Quiſnā fuerit Heli.

Abul. Heli fuit ſummus Sacerdos. Ioſeph. Petr. Com. Genebr. Car. Sigon. Aug. Torn. Probatur primò.

Probatur ſecundò.

Probatur tertiò.

Soluitur oppoſita coniectura.

Heli ex priuilegio ſummus ſacerdos.

Abiathar, vnus ex poſteris Heli; & proinde in eodem fuerat ipſe Heli. Nec obſtat ratio dubitandi, quia licèt Heli non eſſet ſummus ſacerdos ex prima lege, & inſtitutione diuina, erat tamen ex priuilegio. Nam cùm poſteri ex Eleazaro Pontifices, vt Hebræi teſtantur, in ſuo officio exequendo negligentes eſſe cœperunt, ſummum ſacerdotiú perdiderunt, & ad Heli, vnum ex poſteris Ithamari, qui fuerat frater Eleazari, tranſlatum eſt: ita Deo prouidente, qui propter negligentiam principum, *mutat tempora, & ætates, transfert regna, atque conſtituit.* Dan. 2. n. 21. De qua re ad cap. 2 latius dicendú. Ad dignitatem pontificiam Heli acceſſit iudiciaria, vt patet ex c. 4 ſeq. n. 18. vbi dicitur quadraginta annis iudicaſſe Iſraelem. Quare ſolus Heli in Iſraël vtramque tenuit dignitatem: in vtraque per eoſdem quadraginta annos verſatus: vel etiam pontificiam viginti antè annis aggreſſus, vt Tornel. ann. mundi 2594 n. 3 & ann. mundi 29[illegible] n. item 3. non improbabile exiſtimat: vt ſic illa annorum ſumma, quæ inter Eleazarum, & Heli debuit intereeſſiſſe, compleatur. Inter Pontifices fuit ſeptimus: inter Iudices decimus quartus. In priori dignitate ſucceſſit Pontifici Ozi: anteceſſit Pontifici Achitob nepoti ſuo. In poſteriori ſucceſſit Iudici Samſoni, anteceſſit Iudici Samueli. Quod ex dicendis ad cap. 2. clarius patebit.

Heli vtramque poteſtatem, pontificiam, & iudiciariam tenuit.

5\.

De tempore huius ſeſſionis. Hebræorum placitum reiicitur.

Sedente ſuper ſellam. Dicendum de tempore, loco, ac fine huius ſeſſionis. Tempus dicunt Hebræi fuiſſe eandem diem, qua Heli, & ſummus Sacerdos, & Iudex creatus eſt. Probant, quia ſedebat ſuper ſellam, cauſas quibus tunc præpoſitus fuerat, iudicaturus. Sed nihil efficiunt: tum quia non conſtat, in eadem die ad vtramque dignitatem ſimul euectum eſſe: tum quia ſi ab eo die cœpit iudicare quo ſedit ſuper ſellam, cum die, quo mortuus fuerit, ſuper ſellam ſederit, vt patet ex cap. 4. n. 13. eodem etiam diceretur iudicare cœpiſſe, atque adeò quadraginta annis non iudicaſſe; contrá quam c. 4. n. 18. aſſeritur. Et in vniuerſum loquendo, Iudex ſedet ſuper ſellam, non eo tantùm die, quo creatur, ſed omnibus aliis, quibus iudicia exercet. Non rectè igitur ab ea ſeſſione colligi poteſt, tunc primùm Heli iudicaſſe. Abul. hoc loco ſentit contigiſſe multò poſt; quia contigit eo anno, quo Samuel conceptus, & natus eſt, vt huius ſeriem hiſtoriæ videtur indicare: Samuel autem natus fuit multó poſt creationem Heli in Iudicem; alioqui cum Heli 40. annis iudicauerit, cap. 4. n. 18. ſi Samuel natus eſt, cum ille iudicare cœpit, profectò Heli mortuo, Samuel 40. annos impleuiſſe diceretur: quod tamen falſum putat, cum dicat ex capitibus ſequentibus colligi poſſe, Heli mortuum fuiſſe, Samuele adhuc iuuene. Si autem quæras, quo tandem anno poſt creationem Heli exiſtimet Abul. hanc ſeſſionem contigiſſe. Reſponderi poteſt ex illius dictis ad cap. 8. q. 2. contigiſſe octauo. Nam ibi exiſtimat Samuelem vixiſſe 70. circiter annos; à quibus ſi remoueas 38 annos, quos vixit poſt Heli, 20. quidem ante regnum Saulis, & 18. cum Saule Rege, remanent 32. quos vixit cum Heli: ergo cum Heli iudicauerit 40. annos, octauo eius anno natus eſt Samuel: & proinde in eodem contingit hæc ſeſſio. Ratio illius eſt: quia ſic habuit Samuel mortuo Heli annos 32. in qua ætate dici poterat iuuenis [illegible]; & [illegible] illos [illegible] quos [illegible] vixit, vt ex c[illegible] annos [illegible] in qua ætate [illegible] propter quam à principatu [illegible]ebatur. Auguſt. Tornel. anno mundi 29[illegible] [illegible] primo anno præfecturæ Heli, & [illegible] tis, natum [illegible] Samuelem. M[illegible] quia Samuel cum de principatu ſuo [illegible] eſt, minimum habere debuit 60. circiter annos; alioqui ſenuiſſe, & incanuiſſe non diceretur, vt dicitur cap. 8. n. 1. & cap. 12. n. 2. ergo præter illos 20. quos ſolus iudicauit, viuere debuit cum Heli 36. vel 39. circiter annos: ex quibus illi 60. circiter complentur. Ergo exeunte primo, vel ineunte ſecundo anno præfecturæ Heli, natus eſt Samuel. In hac re nihil certi definiri poteſt: ſolùm dico, hanc hiſtoriam de ſeſſione Heli, & oratione Annæ, & natiuitate Samuelis, contingere potuiſſe toto illo tempore, à primo anno vſque ad decimum præfecturæ Heli: non ante, non poſt. Non ante, vt patet ex litera, in qua priùs fit mentio Heli ſacerdotis, & in ſella (vtique iudiciaria) ſedentis. Non poſt, quia ſequeretur, mortuo Heli, nondum Samuelem habuiſſe 30. annos: & proinde poſt illos viginti, quos iudicauit, nondum habuiſſe quinquaginta: & quod inde reliquum eſt, non potuiſſe ſenem appellari: quæ enim eſt ante annum quinquageſimum ſenectus? Nihilominùs contingere potuiſſe quouis anno ex intermediis: quia ſic potuit habere Samuel, mortuo Heli, ætatis annos à 30. vſque ad 40. & poſt vigeſimum ſuæ præfecturæ, annos ætatis a 50. vſque ad 6[illegible]. in qua ætate, præſertim laboribus confecta, non eſt à ratione alienum, quemlibet appellari ſenem. Atque hæc de tempore, quo hæc ſeſſio, & quæ proximè ſequuntur, contigerunt.

Sententia Abul.

Tornielli opinio.

Auctoris mens.

6\.

De loco huius ſeſſionis. Tabernaculi deſcriptio.

Locus, in quo ſedit, fuiſſe dicitur ante poſtes templi Domini, ſeu tabernaculi; iam enim dixi n. 7. templum pro tabernaculo vſurpari. Hoc autem vt intelligas, aduerte tabernaculum tres habuiſſe partes, quarum quælibet templum etiam dicebatur: iuxta illud Ierem. 7. n. 4 *Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes: Templum Domini, templum Domini, templum Domini eſt.* Qua trina repetitione volunt aliqui trinas tabernaculi partes inſinuari. Prima erat atrium exterius centum cubitos longum, quinquaginta latum. In medio huius atrij erat tabernaculum longum triginta cubitos: latum decem, & interiecto velo in duas partes diuiſum: quarum vna Sancta, altera Sancta ſanctorum dicebatur. Secunda igitur pars totius ſanctuarij, erat illa Sancta, habens longitudine vicenos cubitos: latitudine verò denos. Tertia tandem illa Sancta ſanctorum, tam ſecundum longitudinem, quàm ſecundum latitudinem denos cubitos habens. Et meritò, quia typus erat cæleſtis ciuitatis, quæ *in quadro poſita eſt.* Apoc. 21. n. 16. Igitur Heli non ſedebat ante poſtes huius tertij templi: nam is locus, qui erat Sancta, non ſedendo, ſed ſacrificando dicatus erat. Neque etiam ante poſtes ſecundi templi: nam in eum locum, qui erat atrium exterius, non introibant populare: præſertim poſtquam ad terram promiſſionis ventum eſt, vt ex Abul. diximus. Vnde non poſſet Heli ex eo loco obſeruare vultum Annæ, extra atrium orantis, & cum illa ſermones miſcere. Erat igitur ante poſtes primi templi, ſeu atrij exterioris; ex quo loco vtrumque facilè præſtare potuit.

Sancta ſanctorum, cæleſtis ciuitatis typus.

7\.

Prima huius ſeſſionis cauſa. Iudices ad portas ciuitatis iudicare ſoliti.

Finis huius ſeſſionis, vel fortuita [illegible] Interlin. & Hugonem, vt venientibus ad templum præſtò eſſet, & conſulentibus reſponderet: vt colligitur tum ex ſella ſuper quá dicitur ſediſſe: quæ non erat vulgaris, ſed iudiciaria in modum ſublimis erecta: alioqui [illegible] ruens ex illa non poſſet ceruices frangere: vt [illegible] à c. 4. n. 1[illegible] habetur. Eandem ob cauſam ſedebant olim Iudices in portis ciuitatis, Deuter. 16. num. 18. Ruth 4. n. 1. Amos 5 n. 12. Iob 5. n. 4. & 29. num. 7. Prouerb. 22 n. 23. Pſal. 68. n. 13 & paſſim alibi, vt ad eos publicè ſedentes, facilem aditum haberent litigantes. Vel fuit iuxta Abul. hic quæſt. 12. vt animum relaxaret, non ſolum prætereuntes intuendo,

Abul.

...rum ...ariis ...aureis decorari ſolita.

intuendo; ſed etiam poſtium pulchritudinem ſpeculando. Nam in templi foribus decorandis præcipua olim cura ponebatur, vt patet in primis ex ſacris literis. Nam Iſai.c.60.n.18. *Occupabit*, inquit, *ſalus muros tuos, & portas tuas laudatio.* Septuaginta transferunt: *Vocabuntur portæ tuæ ſculpturæ.* Ruſus Pſal.73. n.6. *Exciderunt ianuas eius in idipſum.* Vertunt iterum Septuaginta ex Hebræo: *Exciderunt picturas eius*: quaſi templi fores præcipuis emblematis, ac cælaturis ornarentur. Item 2.Paralip.4.n.22. *Oſtia*, inquit, *cælauit templi interioris; & oſtia templi forinſecus aurea.* Vbi patet quantus fuerit portarum ornatus. Deinde ex profanis. Georg 3.

Virg.

——Templum de marmore ponam,
In foribus pugnam ex auro, ſolidóque Elephanto,
Gangaridum faciam, victóriſque arma Quirini.

Æneid.6.

——Poſuitque immania templa,
In foribus lethum Androgeo, &c.——

Quaſi præcipua templi ornamenta, templi foribus adhiberentur: quibus proinde contemplandis etiam principes viri otioſiùs vacabant, vt patet ex 1. Æn. de Didone,

Tum foribus Diuæ, media teſtudine templi,
Septa armis, ſolióque altè ſubnixa receſſit.

De qua re plura aliquando luſimus. Hunc igitur in modum Heli ſedebat ante poſtes templi, & eorum pulchritudine oculos, animumque paſcebat. Sed priorem rationem huic poſteriori antepono. Congruentius enim erat, vt tantus Pontifex, ac Iudex, ad audiendas cauſas, quàm ad picturas intuendas pro templi foribus ſederet.

Num. 10. Cùm eſſet Anna amaro animo, orauit ad Dominum, flens largiter.

EXPOSITIO LITERÆ.

1. *Hæc amaritudo non ex ira, ſed ex ſterilitatis triſtitia orta.* D.Chryſ. *Hæc ex triſtitia amaritudo laudabilis.*

CVm eſſet amaro animo. Non erat in animo Annæ amaritudo iræ, hæc enim in corde ſapientis, & multò minùs patientis, locum non habet, iuxta illud: *Non habet amaritudinem conuerſatio illius.* Sap.8.n.16. Quod ſi D. Chryſ.hom.1. de Anna, dicat illam *obſideri ab ira*: interpretandus eſt de ira oppugnante, non expugnante. Erat igitur in animo Annæ amaritudo triſtitiæ, non quidem ob iniurias Phenēnæ, has enim læto animo excipiebat; ſed ob ſuam ſterilitatem, qua ſibi videbatur à Deo maledicta, & ob ſua peccata fructu vteri priuata: vt notat Chryſ. quæ amaritudo vitioſa non erat, ſed laudabilis. De hac enim Ezechias: *Ecce*, inquit, *in pace amaritudo mea amariſſima.* Iſaiæ 38.num.16. Et Parœmiaſtes: *Cor*, inquit, *quod nouit amaritudinem animæ ſuæ, in gaudio eius non miſcebitur extraneus.* Prouer. 14. n. 10. Similem ob cauſam Noëmi ſuis ſe filiis orbatam videns, amaram ſe dici volebat. *Ne vocetis*, inquit, *me Noemi, id eſt, pulchram; ſed vocate me Mara, id eſt, amaram.* Ruth. num. 20. At quomodo erat amaro animo, quam Elcana tam blandis verbis deliniuit. Vt intelligas, quàm parum proficiãt conſolationes hominum. Exulcerare poſſunt homines ægros animos, non ſanare. Sicut & magi Pharaonis, quibus permiſſum eſt à Deo, plagas addere, non tollere. Vt rectè aduertit Theod.q.12.in Deut.

Theod.

Iuſſit, inquit, *Deus, vt plagas à Deo miſſas augerent ipſi; qui tamen diſſoluere ſupplicia non poterant.* Vnde Iob c.13 n.4. conſolatores ſuos vocabat, *Cultores peruerſorum dogmatum*, ſeu, vt eſt in Hebræo, *Medicos idoli.* Vt enim qui idolum curat, fruſtra laborat; ita qui mœrentem conſolatur, parum proficit, ſi diuina ab-

A ſit conſolatio. Idcircò Iacob lugens multo tempore propter abſentiam Ioſephi, à cæteris filiis *noluit conſolationem accipere.* Gen.37.n.35. quia in hominibus, vt rectè Abul. modus veræ conſolationis eſt nullus. Quare Dauid humanas reſpuebat conſolationes, ad diuinas inhiabat. *Renuit conſolari anima mea: memor fui Dei, & delectatus ſum.* Pſal. 76.n 4. Expertus nimirum illas eſſe vanas, & *tanquam ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas.* Ierem.2.n.12. has verò firmas, & tanquam *fontes aquæ ſalientis in vitam æternam.* Ioan.5.n.14. Imò cum temporalia bona ne ſua quidem præſentia conſolentur, tamen cæleſtia ſola memoria conſolantur. *Memor fui Dei, & delectatus ſum.* Quod D.Bern.ſer.de verbis Apoſt. expendens:

Diuinæ conſolationes vel in memoria abūdans. Abul.

D.Bern.

B *Quid faciet*, inquit, *in præſentia, qui in ſola memoria delectatur?* Itaque humana conſolatio minor eſt, quàm vt per eam interna animi amaritudo exhauriatur? ſola hoc præſtare poterit diuina. Vnde egregiè D. Bern. ſermone quodam de fallacia præſentis vitæ, loquens de cœleſti conſolatione: *Flumen*, inquit, *planè eſt; ſed quod affluat, non quod fluat, vel effluat. Flumen vocatur, non quod tranſeat, vel pertranſeat, ſed quod abundet.*

Cæleſtis conſolatio, flumen.

2. *Triſtitiam externo conſolatio non leuat*

Orauit ad Dominum. Cum igitur videret Anna non poſſe ſui cordis amaritudinem humani eloquij ſuauitate dulcorari; non ſe contulit ad externam aliquam voluptatem, quæ planè ſolet eſſe fallax, & adulterinum triſtitiæ leuamentum. Vnde

D.Baſil.

C D.Baſil.homil.5. in Martyr.Iulitam, ſub finem, eos reprehendit, qui *adeo inſigniter*, inquit, *conſueuerant genio indulgere, ac deliciis, vt ſi qua incidiſſet occaſio triſtitiæ, huius prætextu, totos ſe ad crapulam conuerterent, & ebrietatem ſectandam.* Quaſi externis poſſent oblectamentis internæ triſtitiæ ſentinam exhaurire. Sed falluntur, addit D.Baſil. his enim deliciis *haudquaquam*, inquit, *demulcent, aut ſedant conceptum mœrorem: veriùs malum permutant malo; & improbo quodam contractu, ac permutatione exitiali pro corporis morbo, morbum in ſe recipiunt animæ.* Non igitur ad externam oblectationem ſe conuertit Anna; ſed ad internam orationem, quæ eſt optimum ad fleuandam triſtitiam remedium, iuxta illud; *Triſtatur aliquis veſtrum? oret.* Iacob.5.n.13. Quo pa-

Oratio optimum ad leuandam triſtitiam remedium.

D *cto* Chriſtus Dominus, cum *cœpit pauere, & tædere*, orabat. Marc 14.à n. 33. vt rectè obſeruat D.Laur. Iuſtinian. de triumphali Chriſti agone, cap. 6. vt ſuo nos exemplo in amaritudine poſitos ad orationem, tanquam ad ſingulare præſidium, inuitaret. Vbi plura refert veterum exempla Patriarcharum, qui mœrore, & triſtitia confecti, ſolum orationis ſuffragium requirebant. Vnde D. Chryſoſt. homil. 1. de Anna docet, ſanctiſſimam fœminam eam moleſtiam diſcuſſiſſe, malique finem reperiſſe, *nullo è terrenis accito adiutore.* Et rationem reddit, quia eius triſtitia *non naſcebatur*, inquit, *ex iactura pecuniarum, vt aliquis allato auro diluere poſſet angorem, neque ex aduerſa corporis valetudine, vt accitis medicis morbum poſſet abigere.*

D Laur. Iuſtin.

D.Chryſ.

E *Natura erat maledicto obnoxia, cæleſtem manum deſiderans. Idcirco prætermiſſis omnibus terrenis ad naturæ Dominum confugit, nec priùs deſtitit, quàm illum flecteret, exoraretque, vt orbitatem tolleret, vuluámque aperiret.* Vbi quamuis dicat, Annam ad Deum confugiſſe, quia morbum ſola diuina manu medicabilem patiebatur: nō dubito tamen, etiamſi quid opis ab humano præſidio ſperare potuiſſet; Deum nihilominùs oratură, à quo maturiùs, & efficacius remedium parandum non dubitabat. Quam proinde Dauid poſtea imitatus: *Detrahebant*, inquit, *mihi; ego autem orabam.* Pſalm.108.num.4. Vbi D.Chryſ.homil.29.in Geneſ. *Vidiſti*, inquit, *vnde quærat auxilium? Alij dolos plectebant, & calumnias, & inſidias; ego autem ad*

D Chryſ.

inexpugnabilem murum confugio, ad tutam ancheram, ad portum fluctuum expertem, preces, inquam, per quas omnia difficilia, leuia, & facilia mihi fiunt. Quare idem D. Chryſoſtom. homil. 2. de Anna hortatur fœminas, vt Annæ exemplo, non ab alio ſibi quærant auxilium, quàm à Deo. *Tu*, inquit, *ſi cum morbo laborares inſanabili, percurſa tota ciuitate, pecunias impendiſſes, pluribus vtens medicis, nec vllum mali ſolatium reperiſſes, incideres in mulierem, quæ cum eodem morbo teneretur, liberata ſit, haudquaquam deſineres obſecrare, rogare, exhortari, vt eum tibi commonſtraret, cuius opera fuiſſet ſanata. Nunc verò cum videas Annam in medio ſtantem, ſuúmque morbum enarrantem, & eiuſdem remedium commemorantem, ac medicum vltrò commonſtrantem, non accedes acceptura remedium?* Et paulò poſt. *Alij*, inquit, *longinquas peregrinationes ſuſceperunt, vt medicum commonſtratum in peregrina regione conſpicerent; idque cùm non admodum certa eſſet fiducia, vt prorſus à morbo liberarentur. At tu, ô mulier, cum non ſis initura profectionem tranſmarinam, nec vltra patria fines demigratura, differs, & cunctaris?* Suam igitur amaritudinem vt in dulcedinem verteret Anna, & ſuam ſterilitatem in fœcunditatem commutaret, orauit ad Dominum.

Deus animorum medicus per orationē quærendus.

3. Septuaginta in Sixtiana addunt: *Stetit coram Domino.* Quod ipſa Anna de ſe dixit paulò inferiùs numero 26. *Ego*, inquit, *ſum illa mulier, quæ ſtetit coram te hic orans Dominum.* Vnde aliquis fortaſſe crederet, non ſolùm Annam ſtando oraſſe; ſed & reliquos Hebræos ita orare ſolitos fuiſſe. Cui fauere videntur aliqua Euangelij loca. Matth. 6. num. 5. Marc. 11. num. 25. Luc. 18. num. 11. in quibus orantes dicuntur ſtare. Ita tenent Caietan. Ianſen. Haymo. Theophylact. & alij. Sed hæc interpretatio non eſt in vniuerſum vera. Nam in primis verbum *ſtandi*, aliquando ſignificat ſolam aſſiſtentiam, ſeu præſentiam; non verò ſitum erectum, vt clariſſimè patet 3. Reg 8. num. 22. Vbi ſic: *Stetit Salomon ante altare Domini.* Et tamen paulò inferius num. 54. additur: *Surrexit de conſpectu altaris Domini: vtrumque enim genu in terram flexerat.* Item 2. Paralip 6. num. 12. de eodem Rege dicitur: *Stetit ergo coram altari Domini.* Et paulò poſt num. 13. *Et deinceps flexis genibus, & palmis in cælum eleuatis, ait.* Vbi illo aduerbio, *deinceps*, non videtur inſinuari aliqua alternatio, ſitus ſtantis, & procumbentis in genua, ſed tantùm ſilentis; & loquentis: ſemper enim in genua prouolutus, nunc tacuit, paulò poſt orauit. Tandem Luc. 7. num. 38. de Magdalena prouoluta ad pedes Domini dicitur: *Stans retro ſecus pedes eius.* Igitur ex prædictis locis fateri non cogimur orantes corpore erecto ſtetiſſe. Nec ſi cogeremur, ea conſuetudo vniuerſalis eſſe probaretur: nam Stephanus, *poſitis genibus*, orauit, Act. 7. num. 59 D. Petrus, Act. 9. n 40 D. Paulus, Act. 20. num. 36. Idem D. Paul. cum alijs diſcipulis, Act. 21 num. 5. Homo pro filio lunatico precatis, Matth. 17. n. 14. Leproſus, Marc. 1. n. 40. Chriſtus Dominus, Luc 22. num. 41. & ex alijs paſſim locis conſtat Hebræos etiam flexis genibus orare conſueuiſſe. Sic igitur credendum eſt, oraſſe & Annam. Quamuis dicatur ſtetiſſe, vel tranſlatè pro, adfuiſſe; vel myſtice, pro, conſtanter oraſſe. Tanta enim fuit Annæ conſtantia, vt extremæ afflictioni non ſuccubuerit; ſed alacris ad orationem euolarit. Quo ſenſu dicitur de Moyſe, Pſalm. 105. n. 23. *Dixit, vt diſperderet eos, ſi non Moyſes electus eius ſtetiſſet in cōfractione, in conſpectu eius.* Hoc eſt, ſi Moyſes tanta conſtantia non oraſſet, vt ſe etiam periculo expoſuiſſet: ſicut miles, qui ſui corporis obiectu rupturam murorum irruentibus hoſtibus intercludit. Eodem ſenſu Beatiſſima Virgo, & aliæ ſanctiſſimæ ſodales *ſtabant iuxta crucem Ieſu.* Ioann.

Virum Hebræi ſtando orarent.

Caiet. Ianſen. Haym. Theoph.

Standi verbū aliquando non ſitum, ſed aſſiſtentiam ſignificat.

Etiam flexis genibus Hebræi orare ſoliti.

Standi verbum, Annæ in orando conſtantiam denotat.

B. Virginis iuxta crucē conſtantia.

A 20. num. 25 Nam etſi propriè ſtarent, ne verbum ſine neceſſitate a ſua propria ſignificatione extrahatur: dici tamen poteſt, myſtice ſtetiſſe, vt ſtatu corporis conſtantiam animi ſignificarent. Quamuis enim præſens dolor deiiciebat animos, bonorum tamen expectatio futurorum erigebat. Vnde D. Ambroſ. lib. 10. in Luc. cap. 23. *Maria*, inquit, *ante crucem ſtabat, & piis ſpectabat oculis filij vulnera: quia expectabat non pignoris mortem, ſed mundi ſalutem.* Itaque Anna licet genibus prouoluta in oratione: tamen perſeuerantia, & alacritate animi ſtabat.

D. Amb.

Cæterùm contra eos, qui genua in oratione non flectunt, optime Cæſarius Epiſcop. Arelat homil. 30. *Vellem*, inquit, *ſcire, qui nec genua flectunt, nec* 4.
B *inclinare capita volunt, ſi aliquid ſibi ſatis neceſſarium, aut a Iudice, aut ab aliqua potenti perſona expeterent, vtrum ſtantes, & recto capite negligenter, & tepide ſupplicarent. Rem terrenam ab homine terreno quærimus, & propè vſque ad terram nos humiliter inclinamus, & a Deo remiſſionem peccatorum, & æternam requiem inquirentes, nec capita noſtra inclinare dignamur?* Et paulò poſt adducto exemplo de Chriſto Domino, qui *procidens in terram* orabat, ſubdit: *Proſtratus in terram orat medicus; & non inclinatur ægrotus; orat Iudex, & orare diſſimulat iudicandus?* Vbi plura de hac re. Hos verò, qui olim ſedentes orabant, reprehendit Tertul. lib. de orat. cap. 12. tum quia
C Ethnicos imitabantur; tum quia irreuerentiæ crimen, vt loquitur, incurrebant. *Etiam ipſis nationibus*, inquit, *ſi quid ſaperent intelligendum. Si quidem irreuerens eſt, aſſidere ſub conſpectu, contráque conſpectum eius, quem maximè reuerearis, ac venereris: quantò magis ſub conſpectu Dei viui, Angelo adhuc orationi aſtante, factum iſtud irreligioſiſſimum eſt, niſi exprobramus Deo, quod nos oratio fatigauerit?* Certè D. Auguſt. lib. de cura pro mortuis, cap. 5. in torp 4. ita cordis affectum, & corporis geſtum in oratione coniungit, vt dicat, alterum ab altero mirabiliter iuuari, & excitari. *Neſcio*, inquit, *quomodo, cùm*
D *hi motus corporis fieri, niſi motu animi præcedente, non poſſint, eiſdem rurſus exterius viſibiliter factis, ille interior inuiſibilis, qui eos fecit, augetur: ac per hos cordis affectus, qui, vt fierent iſta, præceſſit, quia facta ſunt, creſcit.* Vbi vides, quamuis cordis affectus imperet, vt bonus corporis geſtus exteriùs exhibeatur; tamen per hunc rurſus illum excitari: & eo altiùs erigi animum, quò humiliùs inclinatur corpus. Æquum igitur eſt, vt in oratione ſumma etiam corporis reuerentia exhibeatur.

Genua in oratione flectenda.

Cæſ. Arelat.

Qui ſedentes orant, reprehenduntur.

Tertul.

D. Aug.

A corporis geſtu affectus in oratione excitatur.

Flens largiter. Ex Hebræo Septuaginta tranſtulerunt: *Flens flevit*, quæ verborum geminatio Hebraiſmus eſt, quo ingens lacrymarum copia ſignificatur. Quemadmodum Thren. 1. num. 2. *Plorans plorauit in nocte* Iſaiæ 22. num. 18. *Coronans coronabit*
E *te tribulatione.* Pſalm. 117. num. 18. *Caſtigans caſtigauit me.* Hebr. 6. num. 14 *Benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo te.* & ſic de alijs paſſim. Pulchrè igitur reddidit Latinus interpres. *Flens largiter*; vt quod Hebræus figurate dixerat, hoc ipſe propriè ſignificaret. Nota verò dici hoc loco Annam largiter flere; non autem ſuprà num. 7. ſed tantùm flere, quia vberiores lacrymas in colloquio cum Deo, quàm in iurgio cum æmula profundebat; ſed de hac re in ſequenti annotat. latè dicendum. 5.

Vberes Annæ lacrymæ.

Num. 11. Et votum vouit, dicens: Domine exercituum, ſi reſpiciens videris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris,

ris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederíſque ſeruæ tuæ ſexum virilem: dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius, & nouacula non aſcendet ſuper caput eius.

EXPOSITIO LITERÆ.

1\. *Votum, iuramentum, & firmum propoſitum aliquando idē.* *D.Aug. Theod. Euthym. Hug.Card. Lyran. Caiet. Genebr.*

E*T votum vouit.* Chaldaicè, *Et iurauit iuramentum.* Sed idem eſt, nam iuramenti nomine quælibet promiſſio, aut firmum propoſitum indicatur: iuxta illud Pſalm. 118. num. 106. *Iuraui, & ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ;* vt ibi D. Auguſt. Theodor. Euthym. Hugo Cardin. Lyran. Caiet. Genebrard. aliique interpretantur. B Vnde Chriſtus Dominus illis verbis Matth. 5. num. 33. *Reddes Domino iuramenta tua;* alluſit ad illam legem latam. Num. 30. n. 3. in qua non ſolùm iuramenta, ſed etiam vota iubentur impleri. Quod ſcilicet iuramentum etiam pro voto ſumeretur. Fuit autem hoc votum conditionatum. Vnde poſt illam ad Deum præfationem, *Domine exercituum;* de qua num 3. iam diximus, ponitur conditio, quæ ſequentibus verbis continetur.

2\. *Voti cōditio.*

Si reſpiciens, &c. Conditio vna eſt, nimirum, ſi filium à Deo impetret; quadrifariam tamen explicata, per beneuolum Dei intuitum, *ſi reſpiciens videris*: C per recordationem, *& recordatus mei fueris;* per non obliuionem, *nec oblitus ancillæ tuæ:* ac tandem per donationem virilis ſexus, *dederíſque ſeruæ tuæ ſexum virilem;* ſeu, vt eſt in Hebræo, *ſemen virorum.* Quæ omnia eodem recidunt. Et hæc eſt vna de cauſis, ob quas dicitur Anna ſequenti num. multiplicare preces coram Domino, quia ſcilicet ex nimio cordis affectu verba idem ſignificantia repetebat. Quatuor hîc notanda ſunt, vt tota conditio explicetur.

3\. *Annæ humilitas.*

Primo loco humilitas Annæ, quæ tribus vocabulis ſuam erga Deum ſeruitutem indicauit, appellando ſe famulam, ancillam, ac ſeruam: D ac ſi nullum eſſet genus ſeruitutis, quod ipſa pro Deo libentiſſime non obiret. Alij quidem aliis in rebus ſuum Deo obſequium præſtabunt; quidam, ſi honorifica; alij, ſi quæſtuoſa; nonnulli, ſi iucunda imperentur.

Non imperata, ſed imperantem vera reſpicit obedientia.

Sed qui veram Deo ſeruitutem profitetur, non ad imperata reſpicit, ſed ad imperantem, & quidquid iniungatur, dummodò à Deo iniungatur, promptiſſimus exequitur; nec attendit, in quo gradu ſeruiat, ſed cui ſeruiat: glorioſiſne muneribus, an abiectis addicatur: inter intimos conſiliarios, an inter vilia mancipia numeretur. Quod ad cap. 3. fuſiùs illuſtrabo. In Hebræo ter repetitur idem vocabulum אמתך *amatheca*, id eſt, *ancilla tua*, quaſi hoc illa cognomentum tam frequenter vſurparet, quod de illo præ cæteris gloriaretur.

Dei ſeruitus glorioſa.

E Quemadmodum, & Dauid: *O Domine*, inquit, *quia ego ſeruus tuus, ego ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ.* Pſal 115. n. 16. Vbi ſe non ſolùm Dei ſeruum ſemel, atque iterum appellat: ſed etiam matrem ſuam Dei ancillam, honoris gratia teſtatur. Ac ſi nihil ſibi glorioſius, quàm ſuam, & maiorum ſuorum erga Deum ſeruitutem arbitraretur.

4\. *Rabbi Salomonis nugæ explodantur.*

Secundo loco irridendæ ſunt nugæ Rabbi Salomonis, qui illa verba: *Si reſpiciens videris*, ſic explicat: *Et ſi nolueris reſpicere, reſpicies.* Quo pacto iſtud? Quia æmulabor amorem cum altero viro: vnde vir meus ducet me ad aquas zelotypiæ, quas cū innocens potauero, ſine dubiò fœcundabor: iuxta illud diuinum pactum, quod Num. 5. à n. 12. continetur.

Zelotypiæ aqua.

Vbi mulier à viro ſuo de adulterio, ſed ſine teſtibus accuſata, iubetur potari aquis zelotypiæ, quæ erant

A multis maledictionibus, & execrationibus inauſpicatæ: & ſi rea fuerit, prædicitur ſtatim magnis viſcerum doloribus diſrumpenda: ſi innoxia, futura incolumis, & liberos feliciter genitura. Nihilominus hoc figmentum non immeritò explodit Abul. tum quia Anna, cum eſſet ſanctiſſima, talem dolum non intenderet, ne ſomniaret quidem: tum quia ſi intenderet, nihilo magis fieret voti compos; nam Deus per fraudem ad nihil cogitur, nec per huiuſmodi nugas irridetur.

Abulenſ.

Addo, quod in illis verbis continetur conditio, ſub qua fit votum, cum ſit votum conditionatum, vt patet ex forma verborum, & interpretes admittunt: at vero iuxta illam interpretationem, potiùs quædam execratio, & comminatio in Deum contineretur, vnde votum non eſſet B conditionatum, ſed execratorium quoddam, & comminatorium deliramentum: quod abſit, vt de tam pia, ac ſancta fœmina cogitetur. Senſus igitur eſt, ſi beneuolè reſpiciens afflictionem meam, me ab illa liberaueris, &c. Nam reſpicere Dei, fauere eſt, ac benefacere. Geneſ 4. num. 4. *Reſpexit Dominus ad Abel.* Exod. 33 num. 13. *Reſpice populum tuum, gentem hanc.* Deuteronom. 26. num. 15. *Reſpice de ſanctuario tuo, & de excelſo cælorum habitaculo.* Pſalm. 9. vel 10. ſecundùm Hebræos, num. 9. *Oculi eius in pauperē reſpiciunt.* Pſalm. 12. num. 4. *Reſpice, & exaudi me Domine Deus meus.* Pſalm. 21. num. 2. *Deus, Deus meus reſpice in me.* Et paſſim alibi.

Dei oculi beneficij, sunt cum recordatur, miseretur.

C Idem eſt illud: *Si recordatus mei fueris*, hoc eſt, ſi te mihi propitium reddideris: vt videre eſt Geneſ. 19. num. 29. *Recordatus Abrahæ, liberauit Lot.* Exod. 32. num. 13. *Recordare Abraham, Iſaac, & Iacob ſeruorum tuorum.* Iob 14. n. 13. *Conſtituas mihi tempus, in quo recorderis mei.* Ierem. 2. n. 2. *Recordatus ſum tui, miſerans adoleſcentiam tuam.* Daniel. 14. num. 37. *Recordatus es mei Deus, & non dereliquiſti diligentes te.* Et ſic de cæteris frequenter. Idem tandem & illud: *Nec oblitus ancillæ tuæ;* vt conſtat ex Pſalm. 9. num. 13. *Non eſt oblitus clamorem pauperum.* Pſalm. 73. num. 19. *Animas pauperum ne obliuiſcaris in finem.* Iſaiæ 49. n. 15. *Ego tamen non obliuiſcar tui.* D Thren. 5 n. 20. *Quare in perpetuum obliuiſceris noſtri?* Oſeæ 1 n. 6. *Obliuione obliuiſcar eorum.* Et ſimilia paſſim occurrunt.

Tertio loco quærendum eſt, cur potiùs filium, quàm filiam poſtulauerit. Reſpondet primò Abulenſ. hîc, vt poſſet miniſtrare Domino in tabernaculo, quod fœmina non poterat. Sed contra, quia id, quod vouetur, tanquam conditio ad aliquod beneficium, quod petitur, impetrandum, non eſt finis eius petitionis: cum non primariò, ſed ſecundariò intendatur; & ſit tanquam medium ad finem obtinendum. v.g. qui vouet peregrinari, ſi ſalutem, quam à Deo petit, conſequatur, non eam petit, vt peregrinetur; ſed potiùs pro illa obtinenda, tanquam medium adhibet votum peregrinandi: E atqui Anna vouebat oblationem pueri in tabernaculo, ad illum impetrandum: ſeu volebat offerre, vt poſſet impetrare; ergo non vice verſa, impetrare volebat, vt poſſet offerre. 5.

Cur potiùs filium, quàm filiam Anna poſtulauerit. Abulenſ. Refellitur prima ratio.

Alium igitur ad finem, illum à Deo filium poſtulabat. Reſpondet ſecundò D. Greg. hoc loco, hiſce verbis: *Quid eſt, inquit, quod Anna virilem ſexum a Domino poſtulat, niſi, quia eos, quos ſancta Eccleſia parere prædicando appetit, Euangelica præfectione fortes eſſe concupiſcit?* In quo ſenſu illa *mulier amicta ſole*, quæ apparuit in cælo, Apocal. 12. n. 1. & Eccleſiæ typus eſt, dicitur peperiſſe *maſculum.* ibid num. 5. hoc eſt, populum Chriſtianum voluptatibus indomitum.

Secunda ratio myſtica. D.Greg. Maſculos Chriſtianorū animos, non effœminatos, parit Eccleſia.

Nam vt bene Andræas Cæſar. Cappadociæ Epiſcop. ad eum locum interpretatur: *Eccleſia*, inquit, *populus filius maſculus rectè appellatur, qui carnis voluptatibus, ſenſuumque illecebris non frangitur, neque deiicitur, ſed animo infracto in officio perſiſtit.*

And Cæſ.

Quod etiam prædixit Iſaias cap.66. n.7. *Antequam, inquit, parturiret, peperit; antequam veniret partus eius, peperit maſculum.* Quibus verbis non ſolùm exprimitur celeritas, qua populus Chriſtianus propagatus eſt, vt D. Hieron. aduertit; ſed etiam maſcula eiuſdem populi contra omnes carnis illecebras fortitudo, vt notat D. Cyril. Alexandr. *Non enim,* inquit, *effœminatur mollitie Chriſtianus populus; ſenſu virili præditus eſt, & iuuenili.* Vnde conſtat Chriſtiano nomine, & Eccleſia matre indignos eſſe, qui à virili ſtatu in fœmineas illecebras faceſſunt. Sed hæc reſponſio myſtica eſt. Reſpondeo igitur tertiò ad literam, poſtulaſſe maſculum, quia parentum nomen, ac genus per maſculum propagabatur, non per fœminam, vt num. 1. B iam oſtendimus. Vnde veteres Patriarchæ potiùs filiorum, quàm filiarum natalitia celebrabant; vt patet in filiis Iacob: nam duodecim mares cum magno plauſu, gratulationèque parentum nati ſunt. Geneſ.29. à n.32. & Geneſ.30. à num.6. Vna tamen Dina abſque vlla lætitiæ ſignificatione nata eſt. Geneſ 30. num. 21. Cur ita factum ſit, quærunt interpretes. Ex quibus Honcala reſpondet, ob præſagium futuri ſtupri, in quod illa tandem ruit; vt Geneſ. 34 num.2. narratur. Quaſi non deberet naſci cum celebritate, quæ cum caſtitate non vixit. Optima quidem ratio ad mores. Sed planior illa eſt ad rem præſentem, quòd filij potiùs, quàm filiæ paternum genus propagarent. C Quod ſi aliquando paterna domus conſeruabatur per filias; vt patet in filiabus Salphaad de tribu Manaſſe, Num.27. num. 6. tamen id contingebat, quando paterna hæreditas ad filias deuoluebatur, quod contingere non poterat in tribu Leuitica Annæ, quæ propriam hæreditatem non habebat. Quare virilem ſexum poſtulabat, non ſolùm, vt eius ſterilitas ſolueretur; ſed etiam, vt eius poſteritas ſub paterno nomine conſeruaretur.

D. Hier.

D. Cyrill. Alex.

Tertia ratio literalis. Genus paternum non per fœminam, ſed per maſculum conſeruatur.

Quo pacto aliquando parentum nomen per filias conſeruabatur.

6. Quarto tandem loco quærendum eſt, an hæc petitio Annæ fuerit de re bona. Origeniſtæ ex ſuo errore dicere cogerentur, eſſe de re mala. Nam illi putant, animas rationales in cœlo præexiſte- D re, nec inde in corpora præcipitari, niſi poſtquam peccauerint; vt ſui ſceleris pœnas luant, & in corporibus tanquam in ergaſtulis incluſæ torqueantur. Vnde petere à Deo, vt naſcantur filij; iuxta illorum errorem, perinde erat, ac petere, vt animæ in peccata prolabantur. Sed hunc errorem, vt interim alios omittam, confutat Theophilus Alexandrin. epiſt.2. paſchali contra Origenem: & ſumit argumentum ex hac petitione Annæ, & aliorum ſanctiſſimorum hominum filios poſtulantium. Nam ſi illa Origenis opinio vera eſt; *Culpa,* inquit, *ſubiacebat Anna vxor Elcana, ſemen virorum poſtulans; vt propter deſiderium mulierculæ, animæ in cœlis periclitentur, & vna earum peccato graui* E *labatur in terram, ac priſtinam beatitudinem deſeras,* Et alia adducit exempla Moyſis, ac Dauidis. Nam Moyſes videns populum Iſraëlis, ſicut ſtellas cœli multiplicatum, adhuc dicebat: *Dominus Deus patrum veſtrorum addat ad hunc numerum multa millia.* Deuteron.1. num. 10. Et Dauid multiplicationem ſui populi precatus: *Et videas,* inquit, *filios filiorum tuorum.* Pſalm.127.n.6. Et tamen neuter animarum peccata, aut poſtulabat, aut exoptabat: neuter volebat, vt animarum ruinis populus Iſraeliticus propagaretur. Nec pauciora ſunt in lege gratiæ exempla, vbi ſæpe ſteriles parentes non ſolùm ſine peccato, ſed etiam cum merito filios poſtularunt, & magno beneficio ſuſceperunt, vt patet in parentibus vtriuſque Nicolai Myreenſis, & To-

An filiorum petitio licita ſit. Origenis error confutatur.

Theoph. Alex.

Variis exemplis, vera doctrina confirmatur.

A lentinatis, & pluribus aliis. Cum igitur animæ ſuis corporibus non præexiſtant, neque in illa propter contractas culpas detrudantur: fit, vt ex hoc principio non poſſit hæc ſobolis petitio mala iudicari. Quo autem pacto bona ſit, expendit D. Auguſt. epiſt. 121. ad Probam viduam de modo orandi. cap.16. *Oratio,* inquit, *eius* (ſcilicet Annæ) *quomodo ad orationem illam Dominicam pertineat, non facile reperitur, niſi quia in eo, quod ibi poſitum eſt; Libera nos a malo, non paruum malum videbatur, & nuptam eſſe, & fructu carere nuptiarum, cum ſola excuſat nuptias procreandorum cauſa filiorum.* Quare non videtur hæc petitio de meliori bono fuiſſe, quàm naturali, vt magis in annot. patebit. Niſi dicamus Annam non qualemcunque filium habere voluiſſe, ſed filium, qui totus in diuinum obſequium impenderetur, quod D. Aug in Pſalm.98. ſignificauit; vbi de Anna loquutus: *Orauit,* inquit, *ad Dominum cum gemitu magno, & petens, vt daret ei filium, oſtendit, quia non carnaliter habere voluit, quem natum illi dedit, qui eum eſſe voluit.* Quaſi ab effectu traditionis in tabernaculum, ſupernaturalis bonitas rei petitæ indicaretur. Conſentit D. Hieronym. in epiſt.4. ad Ruſticum monachum de forma viuendi. *Anna,* inquit, *Samuelem non ſibi, ſed tabernaculo genuit.* Quia antequàm conciperet, Domino conſecrauit: nec tam proprium ex eo decus, quàm diuinam gloriam ſperabat. Diuinior adhuc erit hæc petitio, ſi dicatur Anna non tam Samuelem ad literam, quàm Chriſtum Dominum in myſterio poſtulaſſe. Quod mihi videtur innuiſſe D. Ambroſius ſerm. 17. in Pſalm.118. Vbi de Anna loquutus; *Tacita,* inquit, *clamabat, & interiori voce pia mentis excitabat IESVM.* Vbi dicitur excitare Ieſum, non ſolùm quòd ad illum tanquam ad donatorem, orationem ſuam dirigeret; ſed etiam quòd illum, tanquam rem donandam poſtularet. Atque hæc de voti conditione. Sequitur, vt votum ipſum explicetur.

Quo pacto hæc Annæ petitio bona fuerit.

D. Aug.

D. Aug.

D. Hier.

Non tam Samuelem ad literã, quàm Chriſtum in myſterio Anna poſtulabat.

D. Ambr.

Dabo eum Domino. Domino dixit, pro, *tibi,* more Hebræorum, qui nominibus, loco pronominum vtuntur; iuxta illud Iacobi ad Eſau: *vt inuenirem* D *gratiam coram Domino meo.* Geneſ 33. num 8. hoc eſt, *coram te.* Et illud Iudæ ad Ioſephum: *Quid reſpondebimus Domino meo:* Geneſ 44 n. 16. hoc eſt, *tibi.* Et illud Moyſis ad populum: *Dedit mihi Dominus duas tabulas lapideas ſcriptas digito Dei.* Deuteron.9. n.10. hoc eſt, digito eius; & ſexcenta alia. Quam regulam D. Auguſt. in Pſalm.67. ibi, *Rex virtutum, dilecti, dilecti,* meminit, & Cantapet. libr. 6. Hypotyp. cap. 2. in fine pluribus exemplis illuſtrat. Niſi quis dicat, ſumi Dominum pro ſummo ſacerdote Heli; ſicut paulò inferius num 23. verbum Domini ponitur pro verbo ſacerdotis, vt aliqui exponunt. Sed præſtat prior expoſitio. Materia huius voti, eſt traditio pueri naſcituri, ad miniſteria tabernaculi; E non quidem ſacerdotalia, ad hæc enim accedere ſimplicem Leuitam, qualis fuit Samuel, vt cap. 2. num.11. latiùs oſtendemus, capitale erat. Numer.13. num.10. ſed ſolùm Leuitica, ſeu propria Leuitarum: quæ num.3.4. & 18. explicantur. Nec parum laudis debetur Annæ ex materia huius voti. Nam vt bene D. Chryſoſtom. homil. 24. in epiſt. ad Epheſ. *Non dixit,* inquit *ſi dederis mihi filium, do pecunias: ſed ipſum donum reddo integrum primogenitum orationis filium.* Vnde Annam comparat cum Abrahamo, qui ſuum quoque primogenitum Domino immolare non dubitauit. Imò anteponit. Nam *ille,* inquit, *rogatus eum dedit: ipſa dedit etiam ante petitionem.*

7. *Hebræi pronominum loco nominibus vtuntur.*

D. Aug. Cantapet.

Huius voti materia, pueri in Leuitica miniſteria traditio.

D. Chryſ.

Ex filij oblatione Anna commendatur.

Vnde oritur triplex quæſtio. Prima. Cum Samuel ratione gradus Leuitici obligandus eſſet ad

8. *Quo pacto Samuel ra-*

ſeruiendum

tione gradus Deo iam dicatus, per votum vlterius obligetur.
Abul.
Actus alioqui præcepti ſub materia voti continentur.

ſeruiendum in tabernaculo: quo pacto ratione voti poterat vlteriùs obligari. Reſpondet Abulenſ. hîc quæſt. 19. Samuelem ratione gradus obligandum quidem eſſe ad aliquas miniſtrationes certis temporibus obeundas: non tamen ad continuas, ac perpetuas; & proinde ad has obligari potuiſſe ex voto, non ad illas. Sed quod dicit Abul. obligandum fuiſſe ex voto ad plus aliquid, quàm ex gradu teneretur, verum eſt: quod addit, non potuiſſe obligari ad illud idem, ad quod iam aliàs tenebatur, falſum. Nam etiam actus lege naturali, aut poſitiua præcepti ſub propria voti materia continentur. vt docet D. Thom. 2.2 q.88. art.2. quem noſtri Theologi communiter ſequuntur. Et nouiſſimè Suar. lib. 2. de voto, c. 6. latiùs oſtendit. Nec immeritò ad obligationem legis addere voluit obligationem voti, vt efficaciùs impetraret. Vnde D. Aug. epiſt. 121. ad Probam, c. 16. loquutus de Anna: *Samuelem*, inquit, *impetrauit, & acceptum Deo reddidit, quia cum poſceret, vouit.* Quaſi ex vouendi merito, impetrandi efficacitas naſceretur. Et D. Ioan. Damaſc. lib. 4. de fide, c. 15. loquutus de Anna matre B. Virginis: *Quemadmodum*, inquit, *priſca illa Anna, cum ſterilitatis morbo laboraret, per orationem, ac promiſſionem Samuelem procreauit, eo modo hæc etiam per obſecrationem, & promiſſionem Dei genitricem a Deo accepit.* Quaſi ſola oratio tanti muneris impetrandi vires non haberet, niſi accederet & promiſſio. Itaque votum efficaciorem reddidit orationem ad impetrandum.

D Thom.
Suar.
D. Auguſt.
Voti ad impetrandum vis.
D Ioan Damaſc.

9. Secunda quæſtio eſt; An potuerit Anna filium ſuum Deo vouere, eumque miniſterio tabernaculi obligare: cum obligatio voti non niſi ex propria voluntate oriri poſſe videatur. Reſpondendum in primis eſt, vtrumque parentem poſſe filios ſuos, quandiu paruuli ſunt, Deo, ſiue religioni per votū mancipare; cum filij tunc non tam ſui iuris, quàm ſuorum parentum cenſeantur, iuxta Philoſophum 6. Ethic. non tamen poſtquam filij adoleſcunt, & ſuis iuris efficiuntur. Ita obiter rem definit Suar. lib. 5. de voto, cap. 2. & lib. 4. c. 9. pollicitus ſe ea de re in alio tomo de ſtatu religionis copioſiùs acturum: & aliquantulum fuſiùs probat Leſſius de iuſtitia & iure, lib. 2. cap. 40. dub. 8. Patet ex iure Pontificio 20. q. 2. per totam, & quæſt. 1 præſertim cap. 2. 3. & 4. & cap. *Quam primum.* & cap. *Illud.* Item ex cap. 2. de regularibus. Et ratio eſt, quam proximè iam perſtrinxi: quia vterque parens habet adæquatum ius, ac dominium in filium ſuum adhuc paruulum; ergo poteſt de illo diſponere in omnem vſum, qui iniuſtitiam, vel turpitudinem non includat; qualis eſt, de quo agimus. Idem dicendum eſt de alterutro parente, qui ſolus ſuperſtes ſit: quia tunc in eo vno reſidet tota erga filium poteſtas. An verò idem dicendum ſit de vno tantùm viuente, & non conſentiente, aut etiam repugnāte altero, maius dubium eſt; quod ſic expedio. Solus pater poteſt, etiam repugnante matre: ſola autem mater repugnante patre, non poteſt. Priorem partem tenet Gloſſ. in cap. 1. 20. q. 2. verb. *aut vnus* quamuis cum dubitatione, & Archidiaconus ibid. Sylu. votum 5. q. vlt & alij. Probatur, quia iura dicunt, patrem habere filium in poteſtate ſua, & non matrem. cap. 1. de conuerſ. fidei, & Inſtit. de adopt §. *Fœmina.* ergo quamuis mater non poſſit de filio diſponere, viuente, & non conſentiente patre; poterit pater. Et confirmatur: Quia vir naturali, & poſitiuo iure eſt caput mulieris: ergo vtroque iure eam habere debet ſibi ſubordinatam; & quando in re licita diſcordant, ſuperare. Accedit, quod ſpectato gentium iure, ſi poteſtas ciuilis, aut Eccleſiaſtica non prohibeat, poteſt aliquando

Votum Annæ filium potuerit vouere. Paruulos filios per votū Deo dicare poſſunt parentes, non tamē adultos.
Ariſt.
Suar.
Leſſ.
Solus pater, repugnante matre, paruulum filiū vouere poteſt
Probatur.
Gloſſ
Archid.
Sylueſt.
Cōfirmatur.
Pater, repugnante matre, filium vendere poteſt.

filium vendere, etiam inuita matre: ergo & Deo tradere. Obijcies: quia in re communi potior eſt conditio prohibentis, iuxta reg. *In re communi.* de reg. iur. in 6. Sed filius eſt res communis patris, & matris: vnde ſine diſcrimine iubetur vtrumq; parentem honorare. Exod. 20 n. 12. ergo ſi repugnet mater, præualere non poteſt pater. Reſpondeo ita eſſe quando res ita eſt communis, vt æquale ius ad vtramque partem pertineat, non verò quando vna alteri ſubordinatur, vt in hoc caſu contingit. Poſteriorem partem tenet Abul. hîc q. 22. & ex dictis patet, quia filius non tam eſt ſub materna, quàm ſub paterna poteſtate: ergo repugnante patre, nihil poteſt mater, etiam circa filium lactentem, & in vtero incluſum. Quod dico propter Syluestrum, verb. relig. 1. q. 13. qui ſaltem in hoc ſtatu concedit, filium magis ad matrem, quam ad patrem ſpectare. Sed contra: quia in eo etiam ſtatu pater eſt caput mulieris, ac totius familiæ: cuius proinde poteſtas ad eum præcipue ſpectat. Dices: filius Infidelium baptizari poteſt volente matre, & repugnante patre: ergo etiam ex matris voluntate, cum patris repugnantia, Deo conſecrari. Quidquid ſit de antecedente, negatur conſequentia, quia Baptiſmus ſine dubio expedit filio: & proinde ſacta legitima poteſtate, quam etiam mater habet, poterit baptizari: ſtatus verò religionis non ita euidenter expedit: in quo dubio magis patris, quàm matris definitioni ſtandum eſt. Itaque repugnante patre non poteſt mater ſuum Deo filium vouere.

Obiectio.
Solutio.
Mater repugnāte patre, filium Deo vouere non poteſt, etiam ante pueri ortum.
Probatur.
Abul.
Sylueſt.
Obiectio.
Solutio.

Nihilominus votum Annæ ratum fuit, ac validum. Cuius rei duplicem rationem aſſignat Abulenſ. citatus. Vnam, quia hic filius, (quidquid ſit de alijs,) cum non tam per vires naturæ, quàm per preces Annæ a Deo impetraretur, magis ad Annam matrem, quàm ad Elcanam patrem pertinere videbatur. Vnde D. Chryſ. hom. 1. de fide Annæ: *Nequaquam, inquit, aberrauerit, qui hanc mulierem pueri ſimul, & matrē, & patrem appellarit. Quanquam enim & vir addiderat ſemen; huius tamen deprecatio vim efficaciámque ſemini præbuit, effecitque, vt Samuel auſpicatioribus exordiis naſceretur.* Alterā, quia etiam pater Elcana, aut vouit idem votum, cum dicatur infrà n. 21. rediſſe in tabernaculum, *vt immolaret hoſtiam ſolemnem, & votum ſuum*: aut certè conſenſit voto vxoris, cum illi dixerit num. 23. *Fac, quod bonum tibi videtur.* Sed prior ratio Abulenſis infirma eſt: quia per ſupernaturale beneficium non deſtruitur naturale ius, alioqui filia Archiſynagogi ſupernaturaliter ad vitam reſtituta, Matth. 9. num 25 paterno iure eximeretur. Et quemadmodum deprecatio Annæ non efficit, quominus Elcana fuerit verus pater, ita etiam non effecit, quominus habuerit ea, quæ verum patrem naturaliter conſequuntur, qualis eſt illa in filios poteſtas. Poſterior tamen ratio germana eſt; quamuis neutra coniectura Abulenſis rem confirmet. Non prior, quia illud votum, cuius implendi gratia dicitur Elcana in tabernaculum aſcendiſſe, non erat de tradendo puero in miniſterium templi, cum puer domi remanſerit, vt ex litera conſtat; & proinde erat diuerſum ab eo, quod Anna vouit. Non poſterior, quia Elcana non dicitur conſenſiſſe vxori vouenti, ſed nolenti in tabernaculum redire, quandiu puer ablactaretur, quod contigit multò poſtquam ipſa vouit. Fateor igitur Elcanam, aut vouiſſe, aut vouenti vxori conſenſiſſe; non tamen propter prædictas coniecturas, ſed ſi poſteriori quodammodo: quia aliàs inualidum eſſet votum Annæ: quod tamen interpretes vt validum commendant, & ipſa tāquam voti rea implendum curauit. Deinde propter maximam huius viri cum vxore concordiam:

10.
Abul.
Votum Annæ ratum fuit, ac validum.
Prima ratio.
D. Chryſ.
Secunda ratio.
Prima ratio refellitur.
Secunda ratio ſtabilitur.
Abul.
Elcanæ conſenſus in vxoris votū vnde colligitur.

vnde quidquid hæc fecerit, ab illo factum credi poteſt.

11\. *Huius voti perpetuitas oſtenditur, & commendatur.* Tertia quæſtio; An hæc promiſſio fuerit perpetua. Ex litera patet affirmandum: *Dabo*, inquit, *eum Domino omnibus diebus vitæ eius.* Quid apertius? Sic paulò inferiùs: *Ducam eum, vt appareat ante conſpectum Domini, & maneat ibi iugiter.* n.22. Et rurſus: *Commodaui eum Domino cunctis diebus, quibus fuerit commodatus Domino.* n.28. Vbi eadem veritas iterum oſtendetur. *D. Chryſ.* Interim D. Chryſ. hom. 24 in epiſt. ad Epheſ. laudat huius voti perpetuitatem. *Non dixit*, inquit, *anno vno, aut duobus, ſicut nos, ſed toto tempore.* De qua re plura inferiùs.

12\. *Vtrum hoc votum ſit à primo diſtinctum.* *Et nouacula*, &c. Hoc eſt, Nazaræus erit. Metonymicè oſtendens à ſigno viuendi rationem. Nam Nazaræi intonſos crines nutriebant. Num. 6. n.5. Quæritur primò, an hoc votum de Nazaræatu filij diuerſum ſit à ſuperiori, de conſecratione eiuſdem filij in miniſterium templi. *Abul.* Affirmat Abul. q.14. & rectè. Quia ad implendum ſuperius votum adduxit Anna filium ſuum in tabernaculum, vt maneret ibi iugiter; quod neceſſarium non erat ad hoc poſterius, cum extra tabernaculum impleri poſſet. *Nazaræatū extra tabernaculum, & viri, & mulieres poterant profiteri.* Nam fœminæ, & viri ex qualibet tribu, quibus aditus ad tabernaculum non patebat, poterant nihilominus Nazaræatum profiteri, vt ex citato loco Num. conſtat. Vnde colliges huius fœminæ ſanctitatem; nam cum inter Hebræos non eſſent alij modi religiosè viuendi, quàm miniſtrario Leuitica, & Nazaræatus; vtrique filium addixit, vt illum Deo, quibus poterat modis, conſecraret.

13\. *An Nazaræatus votū fuerit perpetuum. Pars negatiua.* Quæritur ſecundò, an hoc votum fuerit perpetuum. Negabit aliquis. Nam licèt votum Nazaræorum, aliud fuerit perpetuum, aliud temporale; vt colligitur ex cap.6. Num. à num.13. vbi Nazaræatus dies, plures, vel pauciores, vouentis arbitrio deſtinandi relinquuntur: tamen temporale frequentius erat quàm perpetuum; adeò vt ſolus Samſon perpetuum votum habuiſſe exprimatur. Iudic. 13. n. 7. Vnde Samuelis Nazaræatus ſecundùm frequentiorem vſum temporarius præſumi debet, *Probatur, & approbatur pars affirmatiua.* quando litera non exprimit perpetuum fuiſſe. Nihilominus reſpondeo cum Abul. Vatabl. Caiet. & Sà fuiſſe perpetuum: *Abul. Vatabl. Caiet. Sà.* tum quia illa verba, *omnibus diebus vitæ eius*, non ſolùm cum antecedentibus, ſed etiam cum conſequentibus facilè conſtruuntur; & proinde, non ſolùm in adminiſtrationem Leuiticam, ſed etiam in Nazaræatum perpetuitatem inducunt: tum etiam quia hoc votum fuit Deo gratiſſimum, vt patet ex laudibus, quibus frequenter à Patribus effertur, in annot. ſequenti prælibandis. *Deus perpetuis votis delectatur.* Deus autem perpetuis votis maximè delectatur. Vnde cum olim filij Iſrael ſe diuinam legem obſeruaturos promitterent dicentes: *Omnia verba Domini, quæ loquutus es, faciemus.* Exod.24.n. 3. ſtatim *obtulerunt holocauſta, immolaueruntque victimas pacificas.* ibid. n 5. Cur autem pecorum occiſione ſuam promiſſionem ſtabilire voluerunt? *Oleaſt.* Reſpondet Oleaſt. vt oſtenderent pactum tandiu duraturum, quandiu mors illorum; & quemadmodum perpetua erat mors victimarum, ita & fœdus initum. Quaſi Deo non niſi gratiſſimas hoſtias offerre vellent, quas non eſſe alias, quàm perpetuas iudicabant. Quæ eſt ratio, ob quam Deus pecora potiùs, quàm homines ſibi voluerit immolari, quia horum mors perpetua non erat, ſicut illorum. Adeò perpetuis victimis oblectatur.

14\. *Anna vouit ad omnes Nazaræatus leges filium obſtrinxit.* Quæritur tertiò vtrùm Anna promiſerit filium fore Nazaræum, quoad omnes leges illius ſtatus; quæ præcipuè erant tres, abſtinendi à vino, nutriendi comam, vitandi mortuos, Num.6. à n.4. an ſolùm quoad illam mediam, quæ in litera exprimitur. *Caiet. Abul.* Caiet. hanc poſteriorem partem ſequitur: Abul. q.22. in fine, illam priorem; & ni fallor probabiliùs. Sicut enim mater toto vitæ tempore filium Deo conſecrauit; ita etiam omnibus legibus Nazaræatus obſtrinxit, vt maiorem erga Deum liberalitatem exhiberet. Nec refert in Vulgata fieri mentionem vnius tantùm legis de non radenda coma: tum quia Septuaginta in Sixtiana etiam alterius de abſtinentia à vino meminerunt, dicentes: *Vinum, & inebriamentum non bibet.* *Theod. D. Chryſ. Tertul. D. Baſil. D. Hier.* Quos ſequuntur Theod hîc quæſt 5. D. Chryſ. hom. 1. de Anna, & homil. 79. ad populum. Tertull. lib. aduerſus Pſychicos, cap.7. D. Baſil. hom. 2. de ieiunio; quibus accedit D. Hieron. lib. 2. aduerſus Iouin. dicens, Samſonem, & Samuelem, vinum, & ſiceram non bibiſſe: *Erant enim*, inquit, *filij repromiſſionis per abſtinentiam, ieiuniumque concepti.* *Abulenſ.* Tum etiam, quia ſub præcipua Nazaræorum cæremonia, quæ erat capillatura, vt Abul. in c. 6. Num. q.8. oſtendit, cæteræ intelliguntur: quemadmodum ſub lege circumciſionis tota lex Moſaica ſæpenumero ſignificatur. Sed quorſum hæc cæremonia ſpectauerit, dicam in annot. *Anna votū perpetuum, & vniuerſale.* Itaque hoc votum fuit perpetuum quoad tempus, & vniuerſale quoad materiam. Quale illud Dauidicum, *& cuſtodiam legem tuam ſemper.* Pſalm. 118. n. 44. *D. Ambr.* Vbi D. Ambr ſerm. 6. obſeruat, pro *ſemper*, eſſe in Græco, *διὰ παντὸς*, quòd non ſolùm ſignificat *ſemper*, ſed etiam *per omnia:* ac ſi vnico aduerbio, & perpetuitas, & vniuerſalitas voti, ſeu decreti ſignificetur. Et ſtatim: *Sic*, inquit, *per omnia legem cuſtodiemus, ſi legitimam pueritiæ atque adoleſcentiæ diſciplinam, iuuentutis conuerſationem, ſenectutis maturitatem, tramitemque ſingulis præſcriptum ætatibus, nequaquam vitæ noſtræ vſus excedat.* *Nazaræis neque caput radere, neque tondere licebat: in quo à ſacerdotibus differebant. Abul.* Tandem aduerte, Septuaginta pro *nouacula*, dixiſſe *ferrum*; non quidem fruſtrà, quia Nazaræis non ſolùm raſura interdicta erat, ſed etiam tonſura; vt Abul. In c.13. Iudic. q. 19. aduertit: in quo differebant à ſacerdotibus, quibus ſaltem tonſura licebat, iuxta illud Ezechiel. 44. n. 20. *Capue ſuum non radent, neque comam nutrient, ſed tondentes attondent.* *Clem. Alex.* Quem capillorū vſum Clem. Alex. lib. 3. pædag. c. 11. inculcat. *Pili*, inquit, *capitis, ne ſi creſcant, deſcendentes viſum impediant, & fortè, qui in ſuperiori parte labri inter comedendum polluuntur, ſunt tondendi, non nouacula, eſt enim illiberale, ſed tonſorum forficibus.* Vbi plura de hac re.

ANNOTATIO IX.

CIRCA LITERAM.

Oratio Annæ illuſtratur.

1\. *Triplex huius orationis circumſtantia.* PROPONITUR cœpta eſt in ſuperioribus textibus Annæ oratio. In quibus tria notanda ſunt, tempus, modus, & materia huius orationis. Tempus, fuit in afflictione: modus, cum lacrymis: materia, filius, quem maximè cupiebat, & ad quem impetrandum, votum Deo nuncupabat. Singula ſeorſim illuſtrabo.

SECTIO I.

Quàm opportuno tempore Anna orauerit.

Oppor

2\. *Deus quouis tempore ad noſtras orationes audiendas promptiſſimus.* D.Chryſ.

OPportunitas ad orandum aut ſumi poteſt ex A parte Dei, aut ex parte hominis. Et quidem ex parte Dei, fateor omne tempus adeò eſſe ad orandum opportunum, vt nullum alio opportunius videatur. Semper enim patent aures diuinæ miſericordiæ ad preces noſtras audiendas, iuxta illud D.Chryſ. in Pſalm. 4. *Non*, inquit, *aſſiſt it miles, qui expellat; non ſatelles, qui tẽpus interrumpat. Non eſt, qui dicat: Non eſt nunc tempus accedendi; veni poſteà. Sed quando veneris, ſtat audiens, etiamſi tempore prandij, etiamſi tempore cœnæ, etiamſi nocte intempeſta.* Et paulò poſt: *Semper*, inquit, *& aſſiduè eum potes interpellare, & nulla adeſt difficultas: neque enim opus eſt ianitoribus, qui te introducant: non diſpenſatoribus, procuratoribus, cuſtodibus, aut amicis ſed quando ipſe per te B ipſum acceſſeris, tunc maximè te audiet.* Vbi multa in hanc ſententiam proſequitur. Sanctuarium ingreſſurus ſummus ſacerdos tintinnabulis aureis perſonantibus cingebatur. Exod. 28. n. 34. & 35. Vide quanto ſit facilior ad Deum, quàm ad hominẽ acceſſus. Principes viri apud ſe habere ſolent tintinnabula, quorũ pulſu ſuis famulis præſcribant tempus ad ſe ingrediendi, vt non intrò famuli, quando volunt, ſed quando iubentur, admittantur. At verò Deus non hæc apud ſe tintinnabula ſeruabat, ſed ſacerdoti committebat: vt oſtenderet, orandi, & ingrediendi ad ſe tempus, non ab ipſo Domino, ſed à famulo præſcribendum: neque à ſe requirendam eſſe intrandi facultatem: ſed in nobis expe- C ctandam eſſe voluntatẽ: illa enim facultas ſemper aderat, ſi hæc voluntas non deeſſet. Pharao tantarũ plaga exagitatus, rogauit Moyſem, vt ipſe pro ſe ad Dominum oraret, ad quem Moyſes: *Conſtitue*, inquit, *mihi tempus, quando deprecer pro te.* Exod. 8. n. 9. Cur Moyſes ipſi Pharaoni optionem fecit deſignandi tempus ad orandum? Reſpondet egregiè Abul. ibid. q. 5. quia ſi diceret, ſe hac die potius, quã alia oraturum; putaret Pharao, Deum vno tempore ad preces noſtras audiendas promptiorem eſſe, quàm alio. Vt igitur intelligeret, Deum quouis tempore promptiſſimum eſſe, nullum certum præſcripſit Moyſes, ſed Pharaoni reliquit præſcribendum. Itaque ex parte Dei nulla eſt intempeſtiuitas ad orandum, ſed magna ſemper opportunitas.

In tintinnabulis aureis facultatem ad Deum quouis tempore ingrediendi ſacerdos accepit.

Abul.

3\. *Qui in iniuriis tacent, efficaciùs in oratione clamant.*

Nihilominus ex parte hominis, vnum tempus D accommodatius eſt, quàm aliud ratione maioris, aut minoris præparationis, quæ accedit. Illud autem omnium accommodatiſſimum, quod elegit Anna: poſtquam ſcilicet tot contumelias tacita audiuit. Nam meritum patiendi, & tacendi inter conuitia hominum, præſtat fiduciam impetrandi beneficia à Deo. Dauid inter aduerſariorum contumelias: *Factus ſum*, inquit, *ſicut homo non audiens, & non habent in ore ſuo redargutiones.* Pſalm. 37. n. 15. Et ſtatim huius patientiæ rationem reddens: *Quoniam*, inquit, *in te Domine ſperaui, tu exaudies me, Domine Deus meus.* ibid. n. 16. Quaſi diceret: propterea tacui inter iniurias, quia ſperaui ex mea patientia E prouocandam tuam miſericordiã. Libentiùs enim audis illorum preces, qui ad aliorum iniurias faciliùs obſurdeſcunt, & obmuteſcunt. Idem Dauid: *Pro eo*, inquit, *vt me diligerent, detrahebant mihi; ego autem orabam.* Pſalm. 108. n. 4. Quaſi diceret: cùm deberent mihi referre gratias, intulerunt iniurias; ego autem optimam orandi occaſionem nactus, ab oratione non deſiſtebam: certus fore, vt dum homines aduerſos habeo, Deum mihi propitium inueniam. Quare Dauid fugiens Abſalonem, quàuis multa haberet ſperandæ à Domino miſericordiæ fundamenta, nimirum vberes lacrymas, nudos pedes, velatos oculos, ac denique totum pœnitentis hominis habitum, & inceſſum; adhuc nihilo- A minus ſibi timebat: cùm tamen vnius Semei contumelias audiuit, nimium quantam in ſpem impetrandæ à Deo veniæ ſe erexit: *Dimittite*, inquit *eum, vt maledicat, ſi fortè reſpiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac hodierna.* 2. Reg. 16. n. 11. & 12. Quod ita euenit, inquit D. Chryſ. hom. 1. de Anna. Illa enim Dauidis patientia diuinam clementiam ad veniam facilè inclinauit. *Quoties enim*, ait ibid. D. Chryſ. *opprobriis affecti, conuitiantes celſo ferimus animo, maiorem nobis à Deo beneuolentiam conciliamus.* Nec diſſentit D. Amb. in Pſal. 37. tractans eundem locum: *Vides*, inquit, *quòd à conuitiantibus adiuuerit, vt Dominus audiat te, & peccatum tuum remittat?* Quaſi conuitia Semei B fuerint Dauidi adiumento, vt à Deo audiretur. Quod quidem ipſe Dauid non obſcurè ſignificauit; *Effundo*, inquit, *in conſpectu eius orationem meam, & tribulationem meam ante ipſum pronuncio.* Pſal. 141. n. 3. Vbi D. Chryſ. inter alia tribulationis commoda, hoc vnum affert: *Quòd ea*, inquit, *iuſta eſt cauſa, vt audiamur. Et ideo non dixit, iuſtitiam meam ante ipſum pronuncio; ſed, afflictionem meam: nempe quòd ea non paruum afferat patrocinium.*

Patientia in iniuriis Dei clementiam in oratione flectit.

D.Chryſ.

D.Chryſ.

Sed vide, quanta ſpe plení Deum orent, qui iniurias patiuntur. Sæuiente de cælo flamma inter Hebræos ſeditioſos, quæ multos iam vorauerat, pluréſque vorare pergebat, loquitur Moyſes ad Aaron: *Tolle*, inquit, *thuribulum, & hauſto igne de* C *altari, mitte incenſum deſuper, pergens cito ad populum, vt roges pro eis.* Num. 16. n. 46. Dicto audiẽs Aaron, *obtulit thymiama; & ſtans inter mortuos, ac viuentes pro populo deprecatus eſt, & plaga ceſſauit.* ibid. n. 48. Cur, quæſo, Moyſes ipſe non orauit, ſed Aaronem præmiſit ad orandum? Reſpondet Lyran quia cognouit ex reuelatione diuina, quod per preces Aaronis quieſceret plaga inchoata: quaſi efficacior futura eſſet apud Deum Aaronis, quàm ipſius Moyſis deprecatio. Sed vnde iſta maior efficacitas? Reſpõdeo, quòd illa ſeditione magis offenſus fuerat Aaron, quàm ipſe Moyſes: excitata enim fuerat inter Leuitas ſubditos Aaronis, ſummum ei ſacerdotium inuidentes, cúmque illa dignitate ſpoliare deſiderantes. At verò oratio eò efficacior eſſe ſolet apud Deum, quò magis offenſus fuerit orator ab D his, pro quibus orat. Orantis enim patientia confert vim orationi. Mittitur à Deo Propheta ad Regem Ieroboam, eius ſacrilegia reprehenſurus. Rege autem manum ad Prophetam comprehendendum extendente ſubitò *exaruit manus eius, nec valuit retrahere eam ad ſe*; ſed illicò orante Propheta, *reuerſa eſt manus Regis ad eum, & facta eſt ſicut priùs.* 3. Reg. 13. n. 4 & 6. Cur tam citò liberatur Rex ab ea pœna, tam grauem ob culpam irrogata? Planè, quia interuenit oratio Prophetæ iniuriam patientis. Optimè Theod. q. 41. *Oſtendit*, inquit, *Propheta manſuetudinem, & Deus clementiam, nam petiit, & Deus* E *dedit medelam.* Ac ſi ille, qui patienter excepit iniuriam, nihil à Deo oret, quod non exoret.

4\. *Quanta ſpe iniuriis affecti orent.*

Lyran.

Oratio pro inimicis efficacior.

Theod.

Iniuriam intulit Rex Abimelech Abrahamo, auferendo illi vxorem ſuam: Deus autem Regi Abimelech plagas innumeras, non ſolùm morbos immittendo, ſed etiã mortem minitando, Gen. 20. à n. 2. Quid verò Abimelech? Precatur à Deo veniam, reſtituit Abrahæ vxorem: addit inſuper vtrique munera, & liberam facit, vbicunque vellent, in ſuo regno cõmorandi poteſtatem. Quid vltra potuit facere, vt diuina ſupplicia remitterentur? Nihilominus plaga non ceſſabat. Verùm *orante Abraham*, inquit textus, *ſanauit Deus Abimelech, & vxores, ancillaſque eius.* Vbi ſuprà n. 17. Mirum planè dictu. Nam id quod tam multa egregie facta Regis Abimelech à Deo non impetrarunt, vnius oratio Abrahæ

5\. *In contumelijs tacentem Deus libenter audit.*

A Abrahæ facilè impetrauit: quia cùm patienter tuleriт iniurias ab homine, efficacitatem habuit, quidquid vellet, à Deo impetrandi. Multas Iobo tres eius amici contumelias intulerant. Quibus iratus Deus: *Non*, inquit, *eſtis loquuti coram me rectum*. Et ſtatim: *Iob autem ſeruus meus orabit pro vobis, faciem eius ſuſcipiam, vt non vobis imputetur ſtultitia*. Iob. 42. n. 7. & 8. Cur, quæſo, & vnius Iobi deprecatio ſeueriſſimum Iudicem à tam iuſta vltione retardauit? Sanè, quia patiens, & ſilens contumelias excepit. Quem enim ad contumelias tacentem nemo audit, eum beneuolentiſſimè audit Deus in oratione deprecantem. Quod ſi aliquando eum audire nolit, curat potiùs, vt non oret.

Deus eum iniuria affectum nō vult audire, impedit, ne oret.

B Obiurgauit Deus Aaronem, & Mariam fratri ſuo Moyſi detrahentes. Quid deinde? *Iratuſque contra eos abiit*. Num. 12. n. 8. Quæres, cur tam citò receſſerit. Tripliciter reſpondet Abulenſ. ibid. q. 51 Sed tertio loco ad rem noſtram: *Ad innuendum*, inquit, *quod Deus nolebat rogari ſuper hoc*. Quaſi Deo facilius eſſet impedire orationem Moyſis, quàm non impeditam repudiare. Tantæ enim efficacitatis eſt patientis hominis deprecatio, vt nunquam à Deo repulſam patiatur.

Abul.

6. Sed quid plura moror? Chriſtus Dominus non tam facilè inter ſuos laudatores, quàm inter ſuos calumniatores exauditur. Nam dum à diſcipulis

Chriſtus Dominus non tam facilè inter cultores, quam inter calumniatores auditur.

C ſuis colitur, diligitur, & oratur, Patrem orat, vt tranſeat ab eo calix mortis ſuæ: & nihilominus, ſi fas eſt dicere, repulſam patitur, non auditur. Matt. 26. à n. 35. Nihilominus idem è cruce pendens, non minùs duris clauis, quàm blaſphemis linguis laceratus: *Cum clamore valido, & lacrymis*, orauit Patrem, *& exauditus eſt pro ſua reuerentia*. Hebr. 5. n. 7. Vt diſcamus ad exorandum Deum maiora nobis patrocinia ex inimicorum contumelijs, quàm ex amicorum laudibus affutura. Sed liceat mihi tecum expoſtulare, ò Apoſtole. Cur dicis; *Exauditus eſt pro ſua reuerentia*? Dicas potiùs; *Exauditus eſt pro ſua patientia*. Hæc enim proculdubio vna fuit, quæ

D æterni Patris iram in genus humanum ſerenauit: hæc effecit, vt Chriſti Domini preces ab æterno Patre libentiùs audirentur. Vnde D. Ambr ſerm. 6. in Pſal. 118. expendens illud: *Et reſpondebo exprobrantibus mihi verbum*. n. 42. hoc eſt, maledicentibus benedicam: *Quàm bonum*, inquit, *eſt ferre conuitium, & conuitium non referre? Deum præſulem acquirit, qui conuitianti neſcit iraſci*. Et ibidem ſignificat, illa conuitia, quibus Chriſtus Dominus petebatur, eſſe quædam veluti nutrimenta, quibus eius in Deum ſpes quodammodo alebatur. Quò enim maiora probra ab hominibus audiebat, eo maiora beneficia à Deo ſperabat. Idcircò illum comparat cum ceruo, qui veneno non deficit, ſed proficit: non tollitur, ſed nutritur. *Quàm bonus*, inquit,

D Ambr. Spes ex patientia deſumit vires.

E *ceruus: nequaquam humanorum ſerpentium ſpiras, & maledicorum venena metuebat. Coluber illi non erat noxa, ſed præda, ſaginabatur venenatorum ſermonibus. Illi ſibila obtrectatorum ora tollebant, & ſermonibus odij circumdabant innocentem. Bonus ceruus inter multos colubros poſitus non timebat. Fundebant obtrectationem: Ego autem, inquit, orabam. Bonus ceruus in medio viperarum innocuus paſcebatur. Illi triſulcis ora linguis micabant: hunc autem ſancta paſcebat oratio*. Vides, vt ex aduerſariorum maledicentia maior ad Deum orandum confidentia oriatur; & quem maledicorum linguæ tanquam viperæ venenant; eundem feruentiores ad Deum preces, tanquam ſpirituales quædam dapes, non ſolùm paſcant, ſed etiam ſaginent?

Chriſtus tanquam ceruus ſerpentum, hoc eſt, maledicorum iniurijs ſaginatur.

7. Nemo igitur conuitijs laceratus animum abijciat: ſed potiùs in ſpem maximam erigatur, fore,

Conuitijs affectos

A vt diuinitùs non ſolùm ſanetur, ſed etiam recreetur. Sanabitur in primis. Nam ſi illi qui in deſerto à ſerpentibus mordebantur, ſerpentem æneum intuentes ſanabantur. Num. 21. n. 9. Quid mirum, ſi illi, qui ſerpentinis obtrectatorum morſibus laniantur, Chriſtum Dominum non minùs probris, quàm clauis in patibulo confixum implorantes pertanentur? adeò enim ſuo experimento edoctus, patientibus contumelias miſeretur, vt ſtatim ſe orantibus, imò ſolùm ſe intuentibus medeatur. Vnde D. Ambr. ſerm. cit. *Bonus*, inquit, *ſerpens, qui de ore ſuo remedia, non venena fundebat*. Recreabitur verò, quia non ſolùm opprobria excludet, ſed etiā beneficia impetrabit: *Maledicent illi*, inquit Da-

Chriſtus non ſolùm ſanat, ſed recreat.

Chriſtus in ænei ſerpentis figura, maledicis linguis laceratis ſanabat.

B uid, *& tu benedices*. Pſalm 108. n. 28. Quaſi hominum maledictionibus benedictiones diuinæ comparentur; & qui illas patiuntur, has aſſequantur. Vnde rectè D. Amb. citatus: *Non poteſt*, inquit, *maledicto moueri, qui maledicta hominum diuinæ munere benedictionis excludit*. Quid enim triſte, & auſterum in maledictione humana apparebit, quod ſtatim diuinæ ſpe benedictionis non compenſetur? Quare Apoſtoli nouam in Deum ſpem concipiebant, quoties nouas ab hominibus contumelias patiebantur: *Ibant*, inquit textus, *Apoſtoli gaudentes*. Quò verò ibant? Planè ad conſpectum Dei. Nam ſtatim ibi dicuntur ſe ad templum contuliſſe. Vnde quæ-

Per hominū maledictiones, diuinæ benedictiones comparantur.

C ſo, tanta lætitia accedentium ad Deum erumpebat? Sequitur, *quia digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati* Act. 5. n. 41. Ac ſi ex illa contumeliarum patientia, ingens lætitia, ac fiducia in Deum pullularet, quæ illos à carcere in templum oraturos transferret.

8. Hinc eſt, quòd Apoſtolicum ſenatum bono animo eſſe iubeat Iſaias cap. 28. n. 13. illis verbis: *Manda, remanda: expecta, reexpecta*. Septuaginta tranſtulerunt in Sixtiana: *Tribulationem ſuper tribulationem expecta, ſpem ſuper ſpem*. Quaſi diceret: animum ne deſpondeas tam multis contumelijs percuſſus: ex tua patientia magna tibi in Deum fi-

Afflictiones & conuitia ſpem nutriunt.

D ducia accreſcat. Nam vt bene ad eum locum D. Cyril. Alexand. *Apoſtoli*, inquit, *qui non ſine ſudore curſum ſui Apoſtolatus confecerunt; ſed afflicti, vexati, & hoſtium Dei inſidias ſuſtinentes, factum eſt verbum Domini: Afflictio ſuper afflictionem; nec id ſolùm, ſed & ſpes ad ſpem. Exantlatis enim propter Chriſtum laboribus, in ſpe diuturna, imò infinita erunt, & vnà cum Chriſto regnantes, corona incorruptionis cingentur*. Vides, vt certa in Deum ſpes per laborum tolerantiam, præſertim iniuriarum, de quibus Cyrill. ibid. loquitur, nutriatur. Meritò igitur D. Paulus: *Tribulatio*, inquit, *patientiam operatur; patientia autem probationem, probatio verò ſpem*. Rom. 5. n. 3. Quibus verbis oſtendit, ex tribulationis patientia omnium ſpem bonorum germinare, & quidem adeò

D Cyril. Alex.

E certam, vt nunquam repulſam patiatur. *Spes enim non confundit*; addit Apoſtolus n. 5. Quia eſt tam certa, ac ſi eſſet res, iuxta illud: *In Deo laudabo ſermones meos*. Pſalm. 55. n. 5. hoc eſt, promiſſiones, ſeu ſpes meas. Septuaginta vertuor, *res meas*. Imò D. Paulus, cùm ad patientiam hortaretur: *Deus*, inquit, *patientiæ det vobis idipſum ſapere*. Rom. 15. n. 5. Et paulò poſt: *Deus autem ſpei repleat vos omni gaudio*. ibid. n. 13. Vt intelligas Deum, quibus confert patientiam, eiſdem conferre & ſpem, eámque adeò certam, vt ipſam rem; quod ex eo patet, quia *ſpes humana affligit animam*. Prou. 13. n. 12. hæc autem replet omni gaudio, ac ſi nihilo ab ipſa bonorum poſſeſſione diſtinguatur.

Certiſſima ſpes patientum.

9. Ex his conſtat, quàm opportuno tempore acceſſerit Anna ad orandum; perpeſſa nimirum tot iniurias, quæ Deum ei propitium reddebant, ad-

Patientia in iniurijs Deū [illegible] num.

eámque

eámque defendendam excitabant,iuxta illud; *Propter miſeriam inopum, & gemitus pauperum nunc exurgam,dicit Dominus.*Pſalm.11.num.6. Vbi eleganter

D.Chryſ.

D.Chryſ.*Magna,*inquit *, eſt vis eiulatus , quæ ſupernum euocat auxilium. Timete, quicunque pauperes iniuria afficitis:habetis potentiam,opes, & pecuniam, & Iudicum beneuolentiam ſed habent illi arma omnium validiſſima,luctus, & eiulatus , & illud ipſum iniuria affici, quæ è cælis auxilium attrahunt. Hæc arma domos effodiunt:hæc, fundamenta euertunt.hæc integras gentes ſubmergunt. Bonum eorum animum Deus reueretur:quando mala patientes nullum malum verbum proferunt : ſolum autem gemunt, & ſua mala deplorant.* Ex quibus verbis patet , quantas habeant erga Deum vires patientium preces,& lacrymæ. Vnde ad Annæ lacrymas optimus gradus fit.

SECTIO II.

Quales eſſe ſoleant ſanctorum lacrymæ.

1. *Sanctorum lacrymæ vberes, ſuaues,vtiles.*

DE Annæ lacrymis vnum exprimit litera , duo inſinuat. Exprimit, vberes fuiſſe, & copioſas, *flens largiter.* Inſinuat in primis fuiſſe dulces , & ſuaues; deinde fuiſſe vtiles,& fructuoſas : nam per lacrymas , & amaritudinem ſui animi dulcorauit, C & incommoda ſuæ ſterilitatis reſarciuit. Ex quibus fit,vt ſanctorum lacrymæ tria habeant, vbertatem, voluptatem,& vtilitatem.Singula illuſtro.

Lacrymarum vbertas.

2. *Vberes lacrymæ mutuum inter Deum, ſanctoſque amorem teſtantur.* D.Auguſt.

LAcrymæ ſanctorum vberes eſſe ſolebant , & iuges. Vtrumque D.Aug.lib.medit c 36.a Deo precabatur. *Da mihi,*inquit, *euidẽs ſignum amoris tui: irriguum lacrymarum fontem,iugiter manantem, vt ipſæ quoque lacrymæ tuum in me teſtentur amorem · ipſæ prodant,ipſæ loquantur, quantum te diligit anima mea,dum præ nimia dulcedine amoris tui, nequit ſe à lacrymis cõtinere.* D Vbi nota quales ſint lacrymæ,quæ mutuum amorem hominis in Deum,& Dei in hominem teſtentur. Non enim vna lacrymula, quæ oculos terendo miſerè,vix vi exprimitur:non vna, quæ ſtãte cæleſtis conſolationis auſtro emanat, & reflante temporalis tribulationis aquilone , exareſcit ; ſed vberes,& iuges lacrymarum fontes,ſigna ſunt eius amoris, qui inter hominem, & Deum mutuus intercurrit. Ad vberes igitur lacrymas exhortatur D.

D.Auguſt.

Aug.lib.10.de ciuit.c.17. *Quantò,*inquit,*quiſque eſt ſanctior,& deſiderijs ſancti plenior, tanto ſit eius in orãdo fletus vberior.*

Lacrymarũ Dauidis vbertas.

David ſic vbertim lacrymabatur , vt non lauare,non rigare lectum ſuum,ſed & ipſe totus inter lacrymas, tanquam inter vndas natare vi- E deretur: *Lauabo,*inquit,*per ſingulas noctes lectum meũ; lacrymis meis ſtratum meũ rigabo.*Pſ.6.n.7.In Hebræo

Lectus non gemmis , ſed lacrymis exornandus. D.Chryſ.

eſt : *Natare faciam lectum meum,ſtratum meum liquefaciam.* Quaſi tanta eſſet lacrymarum vis , vt non ſolùm inter lacrymas nataret, ſed etiam in lacrymas & ipſe , & thorus eius ſolueretur. Vnde D. Chryſ.ad eum locum: *Audiant,*inquit, *qui lectos habent argenteos , qualis erat lectus Regis, non ex gemmis conflatus , non ex auro contextus , ſed ablutus lacrymis.* Nec ſolùm vndantes lectos , ſed etiam manantes oculos commendat idem D. Chryſ. homil 30. in

Lacrymæ, gemmæ.

Geneſ eundem verſiculum pertingens : *Quidnam,* inquit, *dic , ore oculis illis formoſius perpetuo lacrymarum imbre,& quaſi margaritarum decore ornatis* ? Eandem vim lacrymarum non minùs emphaticè expreſſit illis verbis : *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei.* Pſal.118.n.136.Septuaginta verunt : *Exitus*

A *aquarum deſcenderunt oculi mei.* Vbi vel intelligi poteſt præpoſitio, in exitus; ſeu,per exitus aquarum, vel per appoſitionem , oculi mei, exitus aquarum, ſeu , qui erant exitus aquarum , deſcenderunt. Et vtrouis modo intelligas, ingens lacrymarum pondus ſignificatur , vt D.Ambroſ. ſerm. 17. ad eum

Lacrymarum vi voluti in fletus oculos reſolui. D.Ambr.

locum obſeruat:*Granditer,*inquit, *affectum pœnitentiam gerentis expreſſit, dicens , quod aquarum decurſus oculi ſui deſcenderint : ſiue quia per eos , tanquam per meatus vndantium fluentorum , ita exuberantium lacrymarum ſe quidam ductus effuderit , & fletus irrigui per continuum quoddam , & iuge profluuium : ſiue quod ipſi deſcenderint oculi. Habet enim hoc vis ſummi doloris , vt cum lacrymis oculi quodammodo ipſi videan-* B *tur deſcendere; eo quòd tanta vis lacrymarum ſit , vt putentur oculi in fletus reſolui , & in lacrymas effundi.* Vbi plura eleganter de hac re. Itaque Dauid tanta lacrymarum copia exundabat , vt non priùs exareſcere lacrymæ , quàm euaneſcere oculi viderentur.

3. *D. Pauli lacrymæ, Paradiſi fonte vberiores.* D.Chryſ.

Sed quid Apoſtolus ? Quàm vberem in fontem lacrymarum ſoluebatur? *Per triennium ,* inquit, *nocte, ac die,non ceſſaui cum lacrymis, monens vnumquemque veſtrum.* Act.20 n.31. Quem locum expendens D.Chryſ.hom 12. in epiſt. ad Coloſſ *Ex quonam,* inquit , *fonte tanta emanarunt fluenta, vt ex illius oculis lacrymæ* Et paulò poſt: *Quemnam,* inquit, *fontem* C *vis comparare cum his lacrymis? Eúmne , qui eſt in Paradiſo , qui irrigat vniuerſam terram ? Sed nihil dices æquale.* Quis non miretur tantam lacrymarum vbertatem ? Nam cùm ille fons adeò eſſet copioſus , vt vniuerſam terræ ſuperficiem irrigaret,Gen. 2. num. 6. adhuc tamen multò anguſtiùs , quàm

Vberes D Petri lacrymæ.

Pauli lacrymæ,meabat.Iam verò D.Petri lacrymæ non minùs vberes redundabant.Quæ fortaſſe cauſa eſt , vt alias omittam rationes , ſtatim attingendas, cur D. Petrus ſolùm flere dicatur, Matth. 27. n.75. non tamen culpam ſuam confiteri. Lacrymarum enim vis loquendi vſum auferebat,& cùm volebat voces edere , lacrymis hærebat:cùm optabat in verba prodire, in ſuſpiria exerrabat. Sic for- D taſſe & Anna præ multitudine lacrymarum , mouebat quidem labia, ſed non exprimebat verba.

D.Chryſ. *Anna lacrymæ vocem orantis quodammodo intercludebãt.*

Nam , vt bene D. Chryſoſt. hom. 24. in epiſt. ad Epheſ. *Linguam,*inquit,*præcurrebant lacrymæ.* Velociores enim erant oculi ad exprimendas lacrymas, quàm lingua ad fingendas voces. En vberes ſanctorum lacrymæ.

4. *Iuges ſanctorum lacrymæ* D.Chryſ.

Sed non minùs iuges eſſe ſolent , vt etiam ex dictis patet. Dauid per ſingulas noctes lectum ſuum lauabat, & lacrymis ſuis ſtratum ſuum rigabat.Pſalm.6 n.7. Vbi D.Chryſoſt. *Quod,*inquit,*alij quietis , ac relaxamenti tempus ſumunt , id ille ducebat tempus confeſſionis , tunc acrius lamentans. Bonum eſt* E *enim ſemper flere; maximè autem tempore noctis, quando nullus eſt , qui hanc mirabilem voluptatem excutiat: ſed licet volenti ea liberrimè explere.*

Diu, noctúque lacrymis indulgendum.

Nec minùs interdiu lacrymis indulgendum: *Sicut in die ,* inquit D.Paul. *honeſte ambulemus.*Rom 13.n.13. At quis, niſi lota facie,poteſt in die honeſtè ambulare? Re-

D.Chryſ. *Peccatorum ſordes,lacrymis abluuntur.*

ctè igitur D.Chryſ.hom 21.in Geneſ.*Sicut,*inquit, *faciem corporis tui quotidie abluis , ne qua fortè macula faciei inhærens fœda appareat; ſic & animæ curam habe, quotidie lacrymis eam abluens : hac enim aqua maculæ deponuntur.*

5. *Iuges lacrymæ virtutũ plantas irrigant.*

Itaque & nocturno , & diurno tempore lacrymis vacandum monuit Ieremias : *Deduc,* inquit, *quaſi torrentem lacrymas; per diem , & noctem non des quietem tibi , neque taceat pupilla oculi tui.* Thren.2. n.18. Quibus verbis ſatis oſtendit, quàm largiter, & iugiter flere debeamus. Vnde D. Ephrem Syrus

Ephrem Syrus.

ſerm.de iudicio,& compunctione, ad illam exhortatus:

tatus: *Compunctionum*, inquit, *dico non vnius tantum diei, ſed quæ die, noctéque intus in anima, velut fons exuberat. Semper & abſque intermiſſione plantas tuas lacrymis irriga frater, vt ſic irrigatæ creſcant, fructúmque ferant de die in diem.* Et obiter nota 10 Ieremia illud, *neq; taceat pupilla oculi tui.* Quaſi lacrymæ ſint quædam voces oculorum, iuxta illud Poëtæ:

Lacrymæ, oculorum voces.

Ouid.

Interdum lacrymæ pondera vocis habent.

& qui in oratione non fundit lacrymas, taceat; qui fundit, eloquatur: & proinde hic ſolus, & non ille poſſit à Deo nõ exaudiri. Certè Chriſtus Dominus nõ ſemel fleuiſſe dicitur, ſuſcitaturus Lazarũ. Ioan. 11. n. 35. videns ciuitatem Hieruſalem. Luc. 19. n. 41. declaraturus proditionem ſuam. Id enim ſignificat, interprete D. Chryſ. illud: *Turbatus eſt ſpiritu.* Ioã. 13. n. 21. hoc eſt, lacrymatus eſt. Deniq; cruci affixus. Heb. 5. n. 7 & ſæpe aliàs. Quod expendẽs D. Chryſ. hom. 6 in Matt. *Itaque*, inquit, *flentem illum frequenter inuenias, nunquam verò ridentem; ſed nec breuiter ſemel ſubridendo gaudentem.* Et ſtatim addit, quod magis mirere; *ſed nec vllus ſanctorum*, inquit, *vel de ſeipſo, vel de alio quopiam tale quid aliquando ſignificaſſe narratur. De ſola Sara legimus hoc dictum.* Gen. 18. n. 10. *Sed illico Dei voce correpta eſt. Et de filio Noe.* Gen. 9. n. 22. *ſed propter illum riſum ſeruus factus eſt ex libero.* Quod intelligendum eſt de riſu leuitatis, aut prauitatis. Alioqui etiam Abraham riſit, vt gratularetur Deo. Gen. 17. n. 17. & Daniel riſit, vt inſultaret idolo. Dan. 14. n. 18. Itaque iuſti nihil apud ſe frequentius habent, quàm lacrymas: quibus tanquam quotidianis panibus veſcuntur. Certè Anna nullis dapibus frequentius, quàm lacrymis epulabatur. Nam vulgares epulas vix vi adduci potuit ab Elcana, vt prælibaret; his autem ſe vltrò paſcebat, & ſaginabat.

Chriſtus Dominus ſæpe lacrymaſſe dicitur: nunquam riſiſſe. D. Chryſ. *Vel minimus leuitatis riſus ſanctis dedecet.*

6\. *Peccatores cum flenda faciunt, flere neſciunt.* D. Aug.

Quid ad hæc improbi peccatores, qui flenda faciunt, & flere neſciunt? Sic enim eos exagitat D. Aug. ſerm. 7. in Pſal. 118. *Quis*, inquit, *ſtupris deditus, flagitiis inuolutus, lauat per ſingulas noctes lectum ſuum? neſcis flere, qui flenda committis, & cum ſis ipſe lacrymabilis, non habes pœnæ lacrymas ſuæ.* Non immeritò eiſdem peccatoribus obijcit D. Chryſ. in Pſ. 6. Paulũ Apoſtolum etiam aliena peccata toto triennio die, ac nocte lacrymantem. Act. 20. n. 31. *Nos autem*, inquit, *ne noſtra quidem; ſed nos ipſos riſui, & voluptati dedentes, tota nocte graui ſomno, & crapula obruimur.* Hi profectò ſunt illi, de quibus Dauid, *Errauerunt*, inquit, *in ſolitudine in inaquoſo.* Pſal. 106. n. 4. Dicuntur enim in ſolitudine errare, vel quia præ ſuperbia ſoli eſſe volunt, parem non admittũt, conſortium excludunt: vel quia inſtar beſtiarũ per deſerta, & arua, & abrupta vitiorum euagantur. Additur, *in inaquoſo*, quia aridos habent oculos, ac pumiceos; & cùm multis ſceleribus inquinentur, nullis lacrymis eluuntur. Ita locum myſticè interpretatur D. Bern. ſerm. de nimia fallacia præſentis vitæ. Et ſtatim: *Aquæ*, inquit, *inopia non modò aridum, ſed ſordidum facit, dum non eſt, quo laueris. Et humanum cor lacrymas neſciens, non modò durum, ſed & impium eſſe, neceſſe eſt.* Nec immeritò. Nam vt bene D. Pet. Cellenſis lib. de panibus, c. 12. *Si*, inquit, *in corde viridi quotidie irrepunt tentationes, in arido quid fiet? Si etiam poſt lacrymam vermis corruptionis mentem corrodit; quæ conſumptio ariditatis illius, vbi nunquam Dominus pluit? Si vos gratia præ tædio aliquando receſſit, quid vbi nunquam vos venit?*

D. Chryſ. *In ſuperbia ſolitudine, & lacrymarum ariditate errant peccatores.*

D. Bern. *Cor ſine lacrymis aridum, & ſordidum.*

D. Petrus Cell.

Lacrymarum voluptas.

7\. *Lacrymarũ voluptatem ſoli ſciunt, qui lugent.* D. Chryſ.

Exprimi vix poteſt, quanta fluat è lacrymis voluptas. Vos ego cum Chryſ. appello teſtes, qui fundendis pro Deo lacrymis vacatis. Poſtquam

A enim D. Chryſ. in Pſalm. 6. *admirabilem voluptatem lacrymarum* appellauit, ſubdit: *Sciunt*, inquit, *qui vius, quod dico, fecere periculum, quantam lætitiam habeant hi fontes lacrymarum.* Et hom. 12. in epiſt. ad Coloſſenſ. *Nihil eſt*, inquit, *his lacrymis iucundius. Quipus riſu ſunt hæ iucundiores. Sciunt qui lugent, quantam hæc res habeat conſolationem.* Vbi non immeritò prouocat ad expertos: quia lacrymarum dulcedo talis eſt, vt non tam ſcientia, quàm experientia ſentiatur. D. Ambroſ. orat. de obitu Valentiniani, loquutus de lacrymis etiam per humanos affectus expreſſis: *Eſt*, inquit, *piis affectibus quædam etiam flendi voluptas, & plerumque grauis lacrymis euaporat dolor.* Et in orat. funebri de obitu fratris ſui Satyri:
B *Non ſolus*, inquit, *dolor lacrymas habet; habet & lætitia lacrymas ſuas. Lacrymæ ergo pietatis indices, non illices ſunt doloris.* De his verò lacrymis, quæ propter Deum eliciuntur, rectè D. Antiochus hom. 107. de compunctione: *Rorulenta*, inquit, *aſpergines lacrymarum, vt dulcor mellis ſunt cordi, aut ſuaue fragrans thymiama apud Deum.* Rectè D. Petr. Cellenſ. lib. de panibus, cap. 22. *Panis*, inquit, *lugentium, abundantia eſt lacrymarum. Sicut enim panis eſurientem, ſic lacryma reficit animam dolentem. Deficit eſuriens ſine pane, lacerata languet anima ſine lacrymarum effuſione. Panis mitigat famem, lacryma lenit dolorem.* Vlteriùs progreſſus D. Ephrem tom. 1. orat. de extremo iudicio, & compunctione: *Certo*, inquit, *ſcitote, fratres, non fore in terra quid dulcius gratia lacrymarum: ſi quis*
C *veſtrùm expertus lacrymarum dulcedinem, mediante oratione deſiderauerit eleuari e terris, totus hic extra corpus in cælum fertur. Et quid dico extra corpus? Imo extra ſæculum vniuerſum totus eſt, nec amplius conuerſatio eius inuenitur in terris.* Hanc lacrymarum ſuauitatem expertus eſt D. Aug. in Pſal. 127. *Si ſpes*, inquit, *tam dulcis eſt, quanto res dulcior erit?* Quaſi nihil eum cæleſtis dulcedinis efficaciùs admoneret, quàm dulcedo lacrymarum.

D. Ambroſ.

Lacrymarũ mella dulcedo. D. Antioch.

Lacryma, panis. D. Petrus Cell.

D. Ephrem. *Lacrymarũ voluptas cæleſtis.*

8\. *Lacrymarũ voluptas, Paradiſi fons.* Rupert.

Sub initium mundi *fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradiſum.* Gen. 2. n. 10. Vbi Rupert. lib. 2. in Gen. c. 29. *Aquarum*, inquit, *natura ſalſa eſt, nec potui habilis, aſcendens autem de abyſſo, in illam quaſi terræ mammam, id eſt, Paradiſi fontem*
D *quodammodo lacteam ſumit dulcedinem, vt potent omnes beſtiæ ſyluæ, & expectent onagri in ſiti ſua.* Pſalm. 103. n. 11. Non aliter & lacrymæ, ſalſæ quidem ſunt, ac triſtes: verùm cùm ab oratione, qui eſt locus voluptatis, egrediuntur, ſuam illam ſalſedinem noua dulcedine, ſuam triſtitiam noua lætitia commutant. Vnde bene quondam ſenior ille Machar. hom. 15. *Habent*, inquit, *Chriſtiani conſolationem ſpiritus, lacrymas, luctum, & planctum, ſuntque illis, & lacrymæ deliciarum loco.* Imò D. Chryſ. hom. 24. in epiſt. ad Epheſ. *Nulla*, inquit, *res eſt æquè iucunda, atque luctus, qui eſt ex Deo.*

Machar.

D. Chryſ.

9\. *Lacrymæ deliciæ.*

Diuus Paulus, Rom. 12. n. 15. flere iubet cum
E flentibus. Idem Philip. 4. num. 4. iubet ſemper in Domino gaudere. Vide, quæſo, ò Paule, quid præcipias. Si gaudium perenne eſſe debet, quid lacrymas interponis; ſi ſemper gaudendum eſt, quomodo interdum lacrymandum? Optimè quæſtionem excitat, & ſoluit D. Baſil. hom. 4. de gratiarum act. *Adhæc*, inquit, *dicere poſſumus, ſanctorum lamenta, lacrymáſque prouenire a feruore charitatis. oculis enim cordis in eum coniectis, quem diligunt, lætitiam ſibi illinc accumulant.* Et paulò poſt: *Apoſtolus*, inquit, *vt cum flentibus fleamus, permiſit; quod huiuſmodi lacrymæ ſint ſeminium quoddam, ac fomes, quibus æternum illud gaudium increſcit quotidie, & cumulatur.* Itaque lacrymæ ſpiritualem lætitiam non impediunt, ſed accumulant; & tanquam oleum ignem nutriunt, & accendunt. Nec aliter reſpondet D. Chryſoſt. homil.

D. Baſil.

D. Chryſ.

homil. 6. in Matth. Nam expendens, quo pacto Chriſtus Dominus lugere præcipiat, & Apoſtolus gaudere: *Dixit hoc Paulus*, inquit, *confiteor; ſed eam proculdubio, quæ ex his naſcitur lacrymis, ſignificans voluptatem. Sicut enim mundi gaudium triſtitiæ conſortio copulatur, ita etiam ſecundum Dominum lacrymæ ingem pariunt, certamque lætitiam.* Nun igitur ſeruus Domino aduerſatur, dum ille gaudia imperat, hic lamenta; cum in his lacrymis vera lætitia includatur.

10.

Non ſolum futuram, ſed etiam præſentem lacrymis cõſolationem Chriſtus promittit.

D.Chryſ.

At Chriſtus Dominus, dicet aliquis, lacrymis lætitiam promiſit, fateor: non tamen præſentem, ſed futuram. *Beati*, inquit, *qui lugent; quoniam ipſi conſolabuntur.* Matth. 5. num. 5. Non igitur gaudia inter lacrymas, ſed plurimùm poſt lacrymas ſentientur. Difficultatem vidit D. Chryſoſt. & expediuit homil. 15. in Matth. *Vbi vero*, inquit, *dic mihi, conſolabuntur: & hic profectò, & quod eſt amplius, in futuro. Itaque ſi vis conſolari, luge. Neque putes ænigma eſſe, quod dixi. Quando enim conſolatur Deus, etiamſi millia mœrorum irruant, cunctis ſuperior exiſtis.* Olim Chriſtus Dominus cognita morte Lazari: *Lazarus*, inquit, *mortuus eſt, & gaudeo.* Ioann. 11. num. 15. Idem rurſus veniens ad Lazari monumentum, *lacrymatus eſt.* ibid. num. 35. Quid obſecro, hoc eſt? Tam citò periere gaudia, erupere lamenta? ſi paulò antè gaudebat; cur modo commutata vice lacrymatur? Scio dixiſſe D. Chryſol. ſerm. 64. Chriſtum Dominum gauiſum eſſe, quando mortem obiuit; lacrymatum, quando ad vitam reuocauit.

D Chryſol.

De mortis commodis gaudendum, de vitæ periculis lacrymandum.

Rupert.

Iſid. Peluſ.

Etiam Chriſtus ex lacrymis gaudia deſumpſit.

Cùm, inquit, *reſuſcitat, tunc lamentatur, qui cum amittit, non flet.* Vt ſignificaret propter mortis commoda gaudendum; propter vitæ pericula lacrymandum. Quod Rupert. ad eum locum expreſſit. *Lacrymatus eſt*, inquit, *non tam quod mortuus eſt, quàm quod reuocari illum oportebat ad toleranda rurſus huius vitæ miſerias.* Nec aliter reſpondet Iſidor. Peluſ. lib. 2. epiſt. 173. Sed inſuper addo ad rem noſtram, Chriſtum Dominum per illas lacrymas ſuperiora gaudia non excluſiſſe, ſed auxiſſe. Nam quò propior illius miraculi gloria accedebat; eò maior Chriſti Domini lætitia redundabat; quæ lacrymis non obruebatur, ſed cumulabatur.

11.

Lacrymæ, dulces animarum epulæ.

D. Auguſt.

Suauis lacrymarum concentus.

Quòd ſi Chriſto Domino beata viſione perfruenti, lacrymæ delicias afferebant: quantam afferent hominibus ab æterna patria exulantibus voluptatem? Regius vates cum erat inter lacrymas, videbatur ſibi eſſe inter epulas. *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte.* Pſalm. 41. num. 4. Nec immeritò panes dixit; quia ſicut panes minora faſtidia commouent, quàm cæteræ dapes: ita & lacrymæ minora ingerunt tædia, quàm cæteræ voluptates. D. Auguſt. cum erat inter lamenta, maiori lætitia perfundebatur, quàm ſi inter theatra verſaretur. Vnde ad Pſalm. 127. *Dulciores*, inquit, *ſunt lacrymæ orantium, quam gaudia theatrorum.* Hæc enim libidinum felle circumlita, illæ ab omni amaritudine ſimplices, & ſinceræ. Diuinus ille ſponſus, cum precantis Eccleſiæ gemitus audiebat, audire ſibi concentus videbatur. *Tempus*, inquit, *putationis aduenit.* Cant. 2. num. 12. Ex Hebræo legi poteſt: *Tempus plorationis*; ſeu, *tempus cantationis.* Quaſi non ſit aliud plorare pro Deo, quàm cantare. Quod expertus eſt Dauid: *Confitebor*, inquit, *tibi Domine in gentibus, & nomini tuo cantabo.* Sic enim habetur 2. Regum 22. num. 50. quamuis paulò aliter habeatur Pſalm. 17. num. 50. qui eo Regum loco refertur. Sed ex Hebræo, pro, *cantabo*, legi poteſt, *lacrymabo.* Non minor enim ex lacrymis, quàm ex cantibus oblectatio, & ad Deum intuentem, & ad ipſos iuſtus lacrymantes deriuatur. Denique tanta eſt lacrymantium volu-

A ptas, vt illis non ſiſtat, ſed in Angelos ſpectantes refundatur; iuxta illud Chriſti Domini: *Gaudium erit coram Angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.* Luc. 15. numerò 10. Ad quem locum alludens D. Bernard. ſerm. 68. in Cant. *Gaudent*, inquit, *Angeli ad pœnitentiam peccatoris. Quod ſi deliciæ Angelorum, lacrymæ meæ; quid deliciæ?* Hoc eſt, ſi ſic Angeli noſtris lacrymis, quantùm noſtris delicijs delectabuntur? Nec mirum delectari Angelos, cum etiam homines pœnitentium lacrymis ſpectantes, non mediocriter delectentur. Vnde Diuus Chryſoſtomus homil. 12. in epiſt. ad Coloſſ. de Pauli lacrymis loquutus: *Si quiſpiam*, inquit, *nobis oſtenderit Paulum lacrymantem, & gementem;* B *non multo eſſet melius, eum videre, quam innumerabiles choros eleganter, & bellè coronatos?* Sed vt rem abſoluam: quæ maior eſſe, aut fingi poteſt animo voluptas, quàm illorum oculorum, qui cœleſtem illam, ac beatam patriam intuentur? Nihilominùs D. Chryſoſtom. loco citato potiorem exiſtimat illorum gloriam, qui pro Deo in hoc exilio lacrymantur. Nam loquutus de oculis Pauli: *Viderunt*, inquit, *paradiſum iſti oculi; viderunt tertium cœlum: ſed eos non tam cenſeo beatos propter hoc ſpectaculum, quam propter lacrymas, per quas viderunt Chriſtum.* Vnde cùm D. Paulus maximè gloriaretur, quòd Chriſtum Dominum viderit, dicens: *Nonne Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum vidi?* 1. Corinth 9. n. 1. ſubdit D. Chryſ. citat. C *Sed eſt beatius, quòd fleuerit,*

Peccatorum lacrymæ, Angelorum gaudia.

D. Bern.

D. Chryſ.

Lacrymarum voluptas cœleſti præfertur voluptati.

Lacrymarum vtilitas.

12.

Lacrymæ diabolum torquent

D. Pet. Cel.

TAnta eſt vtilitas lacrymarum, vt diabolum torqueant, peccata expient, bona omnia à Deo impetrent. Primum patet. Nam vt egregiè D. Petrus Cellenſ. lib. de panibus, cap. 12. *Satan*, inquit, *tolerabiliùs ſuſtinet flammam ſuam, quam lacrymam noſtram; acriuſque contriti cordis lacryma, quàm flamma, infernalis incendij torquetur.* Et paulò poſt: *Flumina*, inquit, *omnia abſorbet; ſed hanc tamen aquam non ſorbet. Rumpuntur namque ventris eius interiora, ſi conſperſa fuerint hac aqua; dentes excutiuntur, fauces* D *perforantur; venæ inflantur, & nerui eius ſoluuntur.* Et ne exiſtimes ſub his verbis plus eloquutionis, quàm eruditionis contineri, ad duo ſcripturæ loca, quantum conijcio, mihi videtur alluſiſſe. Vnum Iob. 40. n. 18. vbi ſic de diabolo: *Ecce abſorbebit fluuium, & non mirabitur; & habet fiduciam, quod influat Iordanis in os eius.* Vbi vides tantam eſſe diaboli ſitim humani ſanguinis, vt nullis fluminibus in os illius irruentibus expleatur. Et nihilominùs cùm tot flumina abſorbeat; vnam non poteſt lacrymam abſorbere, quia in illis poculum mellis, in hac autem poculum fellis ſe exiſtimat haurire. Alterum Num. 15. à n. 20. vbi dicitur de aquis zelotypiæ, quæ in experimentum caſtæ, an adulteræ coniugis propinari E iubebantur, quòd ſi à nocente fœmina haurirentur, ſtatim futurum, vt putreſceret eius femur, & tumens vterus diſrumperetur. Non aliter & diaboli viſcera quodammodo rumpuntur, ſi vel vna alicuius pœnitentis lacryma reſpergantur. Quòd ſi diabolus tentationum iacula immittat: *Hæc lacryma*, inquit D. Chryſoſt. citat. *ſagittas maligni ignitas extinguit.* Quid dico ſagittas? Addit Petr. Cellenſ. *Lacryma portas refringit inferni, carbones extinguit ferreæ fornacis.* Nec tamen propterea ſuo dæmonem liberat cruciatu. Nam, vt ſubdit Petr. Cellenſ. *Vrit certè aduerſarium refrigerium noſtrum.* Quaſi vna lacryma, dum nos cæleſtis roris inſtar refrigerat, tamen inſtar gehennæ diabolum incendat. *Nam ſicut diabolus* (addit idem auctor) *tormentis noſtris delectatur, dolori-*

Vel vna lacryma nobis gehennalem ignem extinguit: diabolũ incendit.

D Chryſ.

D. Pet. Cell.

bus refrigeratur, eſ[illegible]ſio noſtri ſanguinis eſt ei poculum mellis: ita & noſtris refrigeriis, quales fore lacrymas non ignorat, affligitur, vritur, torquetur.

13. *Lacryma peccata expiant* *D. Chryſ.* *Lacrymæ, peccatorum ſpongia.* *D. Aug.*

Quod ad ſecundum attinet. Quàm bene lacrymæ peccata expient, ſignificauit in primis D. Chryſoſt. in Pſalm. 50. dum lacrymas peccatorum ſpongias appellat. *In codice, inquit, ſcripta ſunt peccata tua. Spongiæ peccatorum tuorum lacrymæ tuæ ſunt. Effunde lacrymas, & poteris ea delere.* At verò D. Auguſt ſerm. 11. ad fratres in Eremo, lacrymam noſtram comparat cum herba illa fullonum. Malach. 3. num. 2. miram habente vim ad ſordes omnes abſtergendas. *Hæc lacryma,* inquit, *herba cœleſtis illius fullonis, quæ veſtes ſeruorum ſuorum deturpatas a ſorde quotidie purgat.* *D. Bern.* Vnde D. Bernard. ſerm. de illis verbis B Iob. 5. num. 19. *In ſex tribulationibus liberabit te,* &c. *Vtinam,* inquit, *nunc daret quis capiti meo aquas, & oculis meis lacrymarum fontes. Forte enim non reperiret ignis exurens, quod interim fluens lacryma diluiſſet.* Quaſi non minùs efficax ſit ad abluendum vna lacryma, quàm tota purgatorij incendia ad expiandum. *Lacryma, peccatorum naufragium.* *D. Petr. Cell.* Non minus eleganter D. Petrus Cellenſ. loco citato, vbi lacrymas vocat naufragium peccatorum. *De fonte,* inquit, *peccatorum vena exiliuit omnium lacrymarum. Mirum tamen in hoc artificis Dei ingenium: vt lacrymæ de pœnis erumpens peccatorum, abſorberet omne peccatum.* Et paulò inferiùs poſt luculentum encomium lacrymarum, ſubdit: C *Lacryma,* inquit, *naufragium eſt vitiorum, portuſque naufragantium.* Quid optabilius, quàm vt hoc naufragio obruantur peccata, & hoc portu peccatores incolumes excipiantur? Ibidem comparat lacrymas cum aqua illa ſale condita, qua Heliſæus ſanauit aquas peſſimas Iericho. 4. Regum, 2. numero 21. *Aqua,* inquit, *ſanauit aquas; ſed aqua cum ſale aquas cum ſterilitate: ſed aqua benedictionis aquas profuſæ maledictionis: ſed aqua dulcis aquas totius amaritudinis.* Quibus verbis ſignificat per lacrymas, omnes maculas ex profanis delicijs contractas expiari. *D. Hier.* Imò D. Hieronym. in epiſt. 46. ad Ruſticum circa medium, in illud Dauidicum: *Veruntamen in diluuio aquarum multarum ad eum non approximabunt.* D Pſalm. 3[illegible]. num. 6. lacrymas cum diluuio comparat. *Lacryma, peccatorum diluuium.* *Vide,* inquit, *quanta magnitudo ſit fletuum, vt aquarum diluuio comparentur.* Non minus enim lacryma totum hominem, quàm diluuium totum orbem expiauit.

14. *D. Greg. Nazianz.* *Nicetas.* *D. Iſid.* *Lacrymæ, baptiſmo cõferuntur.* *D. Leo.*

Illuſtrior adhuc eſt illa metaphora, qua D. Gregor. Nazianz. in orat. in ſancta lumina, & Nicetas eius interpres, & D. Iſidor. lib. 2. de offic. Eccleſiaſt. cap. 24. vtuntur, dum aſſerunt, quendam eſſe baptiſmum lacrymarum, quo omnes maculæ annorum eluantur. Cum quibus conſentit D. Leo ſerm. 9. de Paſſione, loquens de lacrymis D. Petri. *Felices,* inquit, *Sancte Apoſtole, lacrymæ tuæ, quæ ad diluendam culpam negationis, virtutem ſacri habuere baptiſmatis.* *D. Chryſ.* E Accedit D. Chryſ. hom 6. in Marcum, vbi Dauidem introducens, *Lacrymæ,* inquit, *meæ mihi fuerunt pro baptiſmate.* Qui rurſus hom. 6. in Matth. *Sicut,* inquit, *poſt vehementes imbres mundus aer, ac purus efficitur, ita etiam lacrymarum pluuias ſerenitas mentis ſequitur, atque tranquillitas, omniſque illa de peccatorum tenebris offuſa caligo diſſoluitur. Et ſicut ex aqua, & ſpiritu, ſic rurſus ex lacrymis, & confeſſione purgamur.* Vbi lacrymas palam comparat cum baptiſmo, qui Ioann. 3. n. 5. per *aquam & ſpiritum,* ſignificatur. *D. Bern.* Quare D. Bern. in ſcal. clauſt. tit. de ſignis Spiritûs ſancti, poſtquam lacrymas comparauit baptiſmo puerorum, qui ſemper peccata eluit, cùm nullam ex parte pueri diſpoſitionem requirat quã deſiderari contingat, vt fieri poteſt in adultis, exclamat. *O felices lacrymæ, per quas maculæ interiores* A *purgantur: per quas peccatorum incendia extinguntur?*

Lacrymæ baptiſmo etiam preferuntur.

Imò idem D. Bern ſerm. 1. in octaua Paſchæ, lacrymas non ſolùm confert Baptiſmo, ſed etiam præfert, quatenus hic non poteſt, ille verò frequentiſſimè poſſunt iterari. *Eſt,* inquit, *& baptiſmus aliquis in compunctione cordis, & lacrymarũ aſſiduitate.* Et paulo poſt: *Baptiſmi,* inquit, *ſacramentum quoniam iterari non licet his, qui ſæpe in multis offendimus, frequenti oportet ablutione ſuppleri,* Quid, ſi dicam, puriores aliquando exire mentes ab aqua lacrymarum, quàm ab aqua baptiſmali? Nam hæc ſolam primã gratiam communicat: illa autem & priùs amiſſam reſtituit, & nouam inſuper infundit: eò largiorem quò ardentior fuerit cordis affectus, ex quo emanat. [illegible] B ius rei typus mihi videtur aliquis præceſſiſſe in Naamano: qui poſt lepram, purior emerſit ex Iordane, quàm eſſet ante lepram. Nam antea virilem habebat ſanitatem: poſtea puerilem, quæ vegetior, ac viridior eſſe ſolet, comparauit: iuxta illud. *Reſtituta eſt caro eius, ſicut caro pueri paruuli.* 4. Reg. 5. n. 14. non aliter qui lacrymarum flumine expiantur: puriores poſt peccata, quàm eſſent ante peccata, efficiuntur. Vnde D. Ambr. in Pſal. 37. eos, qui per *D. Ambr.* pœnitentiam, & lacrymas ſua peccata eluerunt, ita cum Deo loquentes introducit. *Plus,* inquit, *acquiſiuimus, qui plus peccauimus, quia beatiores facit tua gratia, quam noſtra innocentia.*

15. *D. Chryſ.* *Lacrymæ martyrio cõparantur.*

Sed quid mirum dici lacrymas baptiſmum aquæ, C cum D. Chryſ in Pſ. 50. eas baptiſmo ſanguinis, ſi præferre nõ audeat, audeat tamẽ & conferre? *Dicã,* inquit, *tibi, quid valeãt lacrymæ, attẽde diligentiùs. Quid martyribus maius, qui animã ſuam ponunt pro amico ſuo? Grandis gloria martyrum. Martyres effundunt ſanguinẽ, peccatores effundunt lacrymas. Meretrix illa non fudit ſanguinem; ſed fontes lacrymarum profudit, & diluit peccata ſua.* Et ſtatim de D. Petro: *Nunquid ſanguinem fudit? Nónne amare fudit lacrymas, & abſterſit peccatum ſuum. & recepit priſtinam dignitatem?* Vbi lacrymas, & martyrium in eo videtur exæquare quòd non magis hoc qua illis crimina expientur. Sed in eo vi- *Martyrium virgines inuenit, lacrymæ faciunt.* dẽtur lacrymæ præferendæ, quod martyriũ virgines inueniat nõ faciat, lacrymæ vbi virginitatẽ non in- D ueniunt, reponant. Audi D. Chryſ. hom. 6. in Matth. *D. Chryſ.* *Nihil, inquit, ita cõglutinat, atque vnit Deo, vt illa lacrymæ, quas & peccati dolor, & amor virtutum effundit. Illa in Euangelio meretrix, virgines quoque ipſas honeſtate ſuperauit; & incredibilis in Chriſtum amoris igne ſuccenſa, & a maximis ſordibus peccatorum, largiſſimo lacrymarum fonte purgata.* Qua de re ad c. 7. vbi de pœnitẽtia diſſerendũ, plura dicã. *Lacrymæ gehennales flãmas extinguunt.* Vides quam perfecte omnia peccata lacrymis expientur? Nec mirum, cùm etiam gehennalia incendia lacrymis extinguantur: *D. Chryſ.* vt iam dixi ex Petr. Cellenſ. & rurſus D. Chryſ in cap. 16. Lucæ, hom. 1. de Lazaro teſtatur. *Tales,* inquit, *lacrymæ, quales erant Dauidis, ipſum etiam gehennæ incendium norunt extinguere.*

16. *Lacrymæ bona omnia à Deo impetrant.* *D. Antioch.* *D. Chryſ.*

E Quod ad tertium attinet Lacrymæ bona omnia à Deo impetrant. Rectè D. Antioch. homil. 107. de compunct. *Vbi,* inquit, *lacrymæ, ibi exorabilis Dei clementia.* Quod deinde illuſtrat exẽplis. Quid verò lacrymæ non exorent? In primis Anna largiter fleuit; *Et idcirco,* inquit D. Chryſ. hom. 6. in Matth. *ſterilitatem eius in fœcunditatem Deus mutauit: & quaſi è duro quodam ſaxo agrum fertilem reddidit.* Et hom. [illegible]9 ad Pop. loquutus de Anna in preces, & lacrymas effuſa: *Quæcumque, inquit, volebat, expediuit, & deficientem correxit naturam, & matricem concluſam aperuit, ex ſterili ſemine fœcundam metens ſegetem.* *Anna lacrymis naturæ meruit fœcũditatem.* *D. Laur. Iuſtin.* D. Laur. Iuſtin. de triumphali Chriſti agone, c. 15. *Fleuit,* inquit, *Anna Samuelis mater coram Domino: quam ob rem ſterilitate depulſa, Deo gratiſſimum meruit ſuſcipere prolem.* *D. Antioch.* *D. Ephr.* Similiter D. Antioch. cit. & D. Ephrem. ſer. de compunct.

Virtutũ flores in animorum pratis, lacrymarum fontes irrigant. D Chryſ.

punct. & ſer. in mulierem peccatricem, & ſer. in 40. Martyres, & paſſim alij loquuntur. Cæterum D. Chryſ. hom. 2. de Anna, eius animũ appellat pratũ. non pluuijs, ſed lacrymis irrigatũ. *Pratũ*, inquit, *non quod roſaria profert, aut alios flores, qui marceſcunt; ſed quod deprecationem, ac fidem magnamque tolerantiam. Siquidem hæc ſunt longè vernis floribus redolentiora; vt quæ non aquarum fontibus, ſed lacrymarum imbre rigãtur. Neque enim perinde omniũ fontes floridos reddunt hortos, vt plantam precationis, fontes lacrymarum irrigantes, faciunt in ſummam altitudinem excurrere.* Itaque Annam ſui voti compotem lacrymæ reddiderunt.

17. *Lacrymæ gratam Deo reddant orationem.* D. Antioch. *Lacrymarum pulchritudo.* D. Chryſ.

Iam verò ſupernaturalia dona, quo alio pretio niſi lacrymarum comparantur? *Lacrymæ*, inquit D. Antioch. cit. *præſentem exhibent Deo orationem, eãmque gratioſam reddunt, & acceptabilem.* Quaſi gratus Deo orator eſſe nequeat, qui ſuis lotus lacrymis non accedat. Nam *lacrymæ*, vt rectè D. Chryſ. hom. 12. in Epiſt. ad Epheſ. *pulchram oſtendunt faciem; lacrymæ faciunt grauem, & honeſtam.* Vnde ſicut nemo ad Principem, niſi lota facie; ita nemo ad Deum, niſi profuſis lacrymis, accedere debebat. Filia Iephte antequam ad ſacrificium ſiſteretur, totum ſpatium bimeſtre fundendis lacrymis impendit. Iudic. 11. n. 37. Quaſi non placitura Deo, neque eius clementiam exoratura, niſi proprijs lacrymis, tanquam gratioſiſſimis coloribus, ac pigmentis reniteret.

D Chryſ.

Quod planè fecit, interprete D. Chryſ. hom. de Iephte, in typum Eccleſiæ. *Nec enim*, inquit, *Eccleſia mittit ad Dominum, qui in ipſa proficiunt niſi ex multa tribulatione, niſi ex planctu, & fletu, & lacrymis.* Nihil enim non exorabit, qui ore lacrymis deterſo deprecetur: lacrymæ namque eam ori concilianr venuſtatem, vt qui ſic ornatus orat, nullam vnquam à Deo repulſam patiatur.

18. *Lacrymæ, mentis oculũ dum lauant, acuunt.*

Imò neque videre, neque ſentire poterit ipſius, quem orat, regis maieſtatem, niſi priùs terrenorum affectuum labes, quæ animo inhærẽt, & ignorationis nebulas, quæ oculis incumbunt, profuſis lacrymis detergat. Idcircò Dauid precaturus Deũ, *exitus aquarum* deducebat, Pſ. 118. n. 136. Nam vt bene D. Bern. ſer. de conuerſ. ad clericos, c. 19. *Purgatur*, inquit, *lacrymis oculus ante caligans; & acuitur viſus, vt intendere poſſit in ſereniſſimi luminis claritatem.* Nihil igitur à Deo non ſperet, qui hoc vnum offerat pretium lacrymarum. Certe D. Petrus ſolis contentus lacrymis, etiam à precibus abſtinebat; haud dubius, quidquid vellet à Deo non tam precibus, quàm lacrymis impetrandum. Quod D. Amb. ſer. 46. de pœnit. Petri, eleganter oſtendit multis verbis, ex quibus aliqua delibo. *Rectè*, inquit, *Petrus fleuit, & tacuit, quia quod defleri ſolet, non ſolet excuſari; & quod defendi non poteſt, ablui poteſt. Lacrymæ verecundiæ conſulunt pariter & ſaluti, nec erubeſcunt in petendo, & impetrant in rogando. Lacrymæ tacitæ quodammodo preces ſunt. Veniam non poſtulant, & merentur. Cauſam non dicunt, & miſericordiam conſequuntur. Vtiliores lacrymarum preces ſunt, quàm ſermonum. Sermo enim interdum non totum profert negotium: lacryma ſemper totum prodit affectum. Et ideo Petrus iam non vtitur ſermone, quo fidem amiſerat, ne per idem non credatur ad confitendum, quo vſus fuerat ad negandum. Mauult cauſam ſuam flere, quàm dicere: & quod voce negauerat, lacrymis confiteri.* Et paulò pòſt: *Vide quantum fletus profuerit Petro, antequam fleret, lapſus eſt: poſtquam fleuit, erectus eſt; & qui ante lacrymas præuaricator extitit, poſt lacrymas paſtor aſſumptus eſt, & alios regendos accepit, qui priùs ſe ipſe non rexit.* Et ſimilia refert lib. 10. in Luc. c. 22.

D. Beru. D. Ambſ. *Lacrymarum tacitæ preces Deum exorant.*

D. Antioch. *D. Petri lacrymæ, cæli claues.*

Cæterum illis vltimis Ambr. verbis conſentiens D. Antioch cit. *Petrus*, inquit, *amarulentis lacrymis vna hora profuſis, non peccatum modò abnegationis promeruit ſibi condonari: ſed & in earum gratia, illi concreditæ ſunt claues regni cælorum.* Quid maius ſibi habere lacrymæ potuerunt? Efficiuntur claues, quibus regnum cœlorum ſibi, & alijs reſeretur.

19. *Humani pectoris ager lacrymis fœcundatur.* Caſſiod.

Sed interim noſtri pectoris ager nulla re meliùs: quàm lacrymis fœcundatur. Vnde Dauid: *Lacrymis*, inquit, *meis ſtratum meum rigabo*. Pſ. 6 n. 7. Rigabo, inquit, non lauabo: ſtratum, non hortũ. Quaſi diceret, inquit Caſſiod. *Senſualitatem fertilem facia quæ erat arida.* Nec immeritò: nam ſicut terra ſterilis redditur fœcunda, cũ rigatur; ita & ſenſualitas vitioſa redditur frugifera, cum lacrymis perfunditur, & obluitur. Quod idem Dauid ſignificauit, dicẽs: *Qui ſeminant in lacrymis, in exultatione metent*. Pſ. 125 n. 5. Vnde enim hæc exultatio, niſi ex vbertate fructuum, quos lacrymarũ pluuiæ attulerũt? Vnde D. Chryſ. hom. 4 ad Pop. *Non*, inquit, *ſic ſemina delatus imber germinare, & creſcere facit; vt pietatis ſemẽ excitat, & vernare facit ex lacrymis ruens imber.* Et ſimilia refert hom. 79. ad Pop. ſub initiũ. Myſterio nõ caret, quod dicatur Magdalena. Luc. 7. n. 38. pedes Chriſti Domini lacrymis rigaſſe, non lauiſſe, quia vt irrigatio terrã fœcũdat ad fruges, ita illa lacrymarum profuſio Chriſtũ Dominum ad miſericordiam excitabat. *Bonæ lacrymæ*, exclamat D. Amb. ad eũ locum, *quæ non ſolum noſtrum poſſunt lauare delictum; ſed etiam Verbi cæleſtis rigare veſtigium, vt greſſus in nobis eius exuberent.* Igitur illæ etiam Chriſti Domini plantæ cæleſtium bonorum fœcundiſſimæ, cum noſtris lacrymis irrigantur, maiora in beneficia effunduntur.

D. Chryſ.

Etiã Chriſti plantæ lacrymis irrigatæ, maiora in beneficia effunduntur.

20. *Dauidis lacrymæ B. Virginem ex eius familia meruerunt.* D Ambr.

At quanta ſit lacrymarum merces, quæramus ex Dauide. Quid enim impetrauit, dum lauabat per ſingulas noctes lectũ ſuũ, & lacrymis ſuis ſtratũ ſuum rigabat? Pſ. 6. n. 7. Planè omne bonum. Nam vt benè D. Ambr. lib. de pœnit. c. 8. *Ideo*, inquit, *tantam gratiam meruit, vt ex eius familia Virgo eligeretur, quæ nobis partu proprio Chriſtum ederet.* Vides, quantus fructus ex illo Dauidico ſtrato, ſeu potiùs prato, nocturnis lacrymis irriguo germinarit? Sed neque aliorum lacrymæ ſua vnquam mercede fraudãtur: iuxta illud D. Cypr. ſer. 6. de cœna Domini: *In huius*, inquit, *præſentia ſacramenti, non ſuperuacuæ mendicant lacrymæ veniam; nec vnquam patitur contriti cordis holocauſtum repulſam: quoties te in conſpectu Domini video ſuſpirantem, Spiritum ſanctum non dubito adſpirantem, cum intueor flentem, ſentio ignoſcentem.* Vnde ſignari iubetur *Thau ſuper frontes virorum gementium, & dolentium*. Ezech. 9. n. 4. Vt cùm alios ridentes diuinæ iuſtitiæ mucro cruentarit; ſolos tamen lacrymantes diuinæ miſericordiæ teſſera ab exitio incolumes tueatur. *Quæ, dic mihi, cauſa?* inquit D. Chryſ. hom. 18. ad Popul. *Quoniam etſi nihil profuit, tamen gemunt, quæ geruntur, & deplorant.* Sola enim profuſio lacrymarum digna eſt, quæ miſericordiam conſequatur.

Lacrymarum vis ad miſericordiam impetrandã.

D Chryſ.

21. *Vel vna lacrymula Deum flectit.*

Addo, neque multis lacrymis apud Deum opus eſſe, ſed vnam ſufficere. *Fleuit Ezechias fletu magno*. 4. Reg 20. n. 3. Et ſtatim ad illum Iſaias: *Hæc dicit Dominus Deus, audiui orationem tuam, & vidi lacrymam tuam.* Sic enim lacrymam in ſingulari tranſtulit Pagn. ex Hebræo. Et conſentire videtur D. Antioch. hom. 107. iam cit. dicens eximium Regem Ezechiam *tantillum fudiſſe lacrymarum*. Si igitur fletu magno paulò ante dicitur fleuiſſe, quo pacto paulò poſt vnam tantù lacrymam, ſeu tantillum lacrymarum expreſſiſſe inſinuatur? Credo, quia etſi multas lacrymas fuderit; prima tamen miſericordiam impetrauit. Quid enim vna lacryma non impetrat? Quæ, vt loquitur Aug. ſerm. 11 ad frat. in Eremo, *Paſſionis Chriſti eſt vicaria.* Vnde optimè D. Pet. Cellenſ. vbi ſup *O lacryma humilis! tua eſt potentia, tuum eſt regnum. Tribunal iudicis non vereris; amicorum tuorum accuſatoribus ſilentium imponis: quandoque*

Pagnin. D. Antioch.

D. Aug.

D. Pet. Cell.

doque ſententiam rapis, etiam ab ore iudicis. Audes, vbi timet Angelus. Non eſt, qui te perturbet ab ingreſſu ſecretorum; ab interpellatione pro culpis reorum, non eſt, qui accedere vetet. Sola ſi intraueris; nunquam tamen ſola, vel vacua redibis. Et ſtatim, *Aqua hac, aut facit, aut inuenit paradiſum.* Quæ verba nihilo mutata inuenies apud D. Laur. Iuſtin. in ligno vitæ, de orat. c. 9. qui tamen ea, vt pote iunior, à Petr. Cellenſi, qui fuit trecentis circiter annis antiquior, deſumpſit.

D. Laur. Iuſtin.

22. D. Chryſ. *Lacryma diuinam reuocant ſententiam.*

Tandem D. Chryſ. hom. 6. in Matth. miram lacrymarum efficacitatem, quæ pro peccati abluendis effunduntur, admiratus: *In ſæcularibus, inquit, iudiciis, quantumlibet poſt acceptam ſententiam lamenteris, & lugeas; non tamen effugies flendo ſupplicium. Hîc verò, ſi toto corde ingemueris ad Deum, ſoluiſti repentè ſententiam, veniamque conſequutus es.* Vides, quantò ſint efficaciores, & vtiliores pœnitentium lacrymæ, quàm quæ pro temporalibus damnis effunduntur? Sed quid mirum, Deum pro vna lacryma tam multa beneficia referre, cùm eam tanquam pretioſiſſimam gemmam ſuo in pectore theſaurizet? *Poſuiſti*, inquit Dauid, *lacrymas meas in conſpectu tuo.* Pſ. 55 n 9. Symmachus vertit: *Poſuiſti lacrymas meas intra te.* Quaſi non inferior locus, quam æterni parentis ſinus noſtris lacrymis tribuatur. Quare maximè cauendum eſt, ne tam pretioſæ margaritæ ante porcos, ſeu pro porcis, hoc eſt, pro rebus temporalibus effundantur. De qua re aliquid in ſequenti ſectione prælibandum.

Lacrymas, tanquam gemmas ſuo, Deus in pectore theſaurizat. Symm.

SECTIO III.

Petitio, & promiſſio Annæ illuſtratur.

1. *Materia, & conditio huius petitionis.*

HActenus de tempore, & modo huius orationis; ſequitur diſſerendum de materia, ſeu re, quam poſtulauit; & de conditione, ſeu promiſſione, ſub qua poſtulauit. Igitur Anna petit bonum quoddam temporale, nempe prolem virilem. Promiſit, vt voti compos fieret, filium ſe Deo redditurſam, ac diuino obſequio in perpetuũ addictutam. Felix mulier, quæ, vt loquitur D. Chryſ. hom. 1. de Anna, *cum Deo habuit commercium*; & accipiendi, reddendique iniit pactionem. Quantum neceſſe eſt, vt ex hac negotiatione lucrum reportanti? Præſertim cùm vtrinque pactum ſtabilitum ſit, & obſeruatum. Nam neque ipſa à Deo ſua petitione fruſtrata eſt; neque ipſa à Deo ſua promiſſione fraudauit. Vtraque igitur res digna, quæ paucis illuſtretur.

D. Chryſ.

Annæ petitio.

2. *Lacryma pro rebus temporalibus non expendenda.* D. Pet. Cel.

QVod attinet ad petitionem, mirabitur fortaſſe aliquis, tam multas lacrymas ab Anna pro temporali commodo profuſas. Cùm enim lacrymæ, vt proximè diximus, ſint pretioſiſſimæ quædam margaritæ: indigniſſimum planè videtur, vt proiciantur ante porcos, ſeu pro rebus temporalibus expendantur. Nam vt benè Petr. Celleuſ. vbi ſup. *Sterilis, inquit, eſt omnis effuſio lacrymarum, qua non effunditur propter regnum cælorum: inanes ſunt lacrymæ, quas damnum, vel incommodum extorquet temporale. Flendum ſolummodo eſt, aut pro peccato commiſſo, aut pro amiſſo paradiſo.* Reuoca, obſecro, in memoriam præceptum illud diuinũ. Exod. 22. n. 29. *Decimas tuas, & primitias tuas non tardabis reddere.* In Hebræo eſt: *Plenitudinem tuam, & lacrymam tuam.* Vbi pro *lacryma, primitiæ* in vulgata reponuntur. Cur, quæſo lacrymæ dicuntur primitiæ? An quia ſunt primi fructus natiuitatis noſtræ? An quia ſunt inter reliquos humanæ vitæ fructus iucundiſſimæ? An quia debent ſoli Deo, tanquam primitiæ conſecrari? Priores quidem rationes, & multæ aliæ, quæ facilè concurrent, aptæ ſunt. Tertia tamen ad rem noſtram quàm aptiſſima. Neque enim æquum eſt, vt tam pretioſæ gemmæ in aliud, quam in diuinum obſequium deuoueantur.

Lacryma, cur primitiæ.

3. *Solum ſpiritualia dãna digna ſunt lacrymis.*

Vnde Dauid non tam pro regni iactura reparanda, quàm pro animi culpa diluenda lacrymabatur. *Exitus, inquit, aquarum deduxerunt oculi mei.* Vnde, obſecro, tam effuſa cõploratio? An quia Saülis tyrannidi ſubiacebat? An quia à regno, & à patria exulabat? An quia vel ab ipſo filio indigniſſimis modis tractabatur? Abſit. Cur ergo? *Quia*, inquit, *non cuſtodierunt legem tuam.* Pſal. 118. n. 136. Vbi D. Amb. ſerm. 17. *A ſancto*, inquit, *viro plus culpa quàm ærumna defletur.* Idcircò Dauid gloriabatur ſuos fletus à Domino exauditos. *Exaudiuit Dominus vocem fletus mei* Pſal. 6. n. 9. quia ſcilicet illos non pro temporalibus, ſed pro ſpiritualibus damnis expendebat. Vnde D. Chryſ. hom. 12. in epiſt. ad Coloſſ. *Hæ ſunt*, inquit, *lacrymæ philoſophiæ. Quando autem quiſque factus fuerit pauper, quando fuerit in morbo corporali, quando fuerit mortuus, nequaquam flendum eſt. Hæc enim non ſunt digna lacrymis.*

D. Ambr.

D. Chryſ.

4. *Temporalia damna flere indecorum.*

Quòd ſi aliquando Dauid cliuum aſcẽdens oliuarum, ſuum à regno exilium deplorauit; id planè fecit operto capite. 2. Reg. 15. n. 30 nempe erubeſcens, ſi fortè à ſuis pro temporali damno flere cerneretur. Eandem ob cauſam idem Dauid mortem deploraturus Abſalonis, *Aſcendit cœnaculum portæ, & fleuit.* 2. Reg. 18. n. 33. ſublimiorem, & ſecretiorem ad locum ſe recepit; quoniam palam temporalia flere damna erubeſcebat. Imò & Ezechias audito mortis ſuæ nuntio, *Conuertit faciem ſuam ad parietem, & fleuit fletu magno.* 4. Reg 20. n. 3. Vbi dicitur faciem ad parietem conuertiſſe, antequàm fleret, vt eam tegeret, ne quis teſtis oculatus ſuis lacrymis adeſſet, & proinde ne quem pudorem ex lacrymis pro temporali incommodo profuſis pateretur. Adeò pudenda res eſt, & erubeſcenda pro temporalibus damnis lacrymari eos, qui nonniſi ad ſpiritualia lucra deberent anhelare. Tandem memineris Chriſtum Dominum lauiſſe quidem pedes diſcipulorum, non tamen ſuos, vt eos nobis relinqueret noſtris lacrymis abluendos. Sic enim D. Amb lib. 6. in Luc. cap. 7. arbitratur. *Et fortaſſe*, inquit, *ideo non lauit pedes ſuos Chriſtus, vt eos lacrymis nos lauemus.* Qui ergo ſuas lacrymas ſanctiſſimis Chriſti pedibus iactare debet; quid eas audet pro rebus temporalibus prodigere, & profanare?

Chriſti pedes noſtris lacrymis abluẽdi. D. Amb.

5. *Peccatorum non pœna, ſed culpa deploranda.* D. Ambr.

Certè Ieremias non tam ſuum ab Hieroſolyma, quàm ſuorum à diuina gratia exilium deplorabat; *Ego*, inquit, *plorans, & oculus meus deducens aquas; quia longe factus eſt à me conſolator.* Thren. 1. num. 16. In quem locum D. Ambroſius ſerm 16. in Pſal. 118. *Ieremias*, inquit, *non abductum ſe eſſe de terris ſuis dolebat, ſed a Chriſto populum relinquendum, conſolationẽmque futuræ vitæ cernebat amiſſam. Hæc eſt verè dolenda captiuitas, qua æternæ ſpei libertate priuata videbatur.* Beatos appellat Chriſtus Dominus eos, *qui lugent.* Matth. 5. num. 5. ſed qui lugent, quid? temporaliane detrimenta? Abſit. Nam vt benè D. Leo ſer. in feſto omnium Sanctorum. *Luctus*, inquit, *cui conſolatio æterna promittitur, non eſt cum mundi huius affectione communis; nec beatum quemquam faciunt illa lamenta, quæ totius humani generis deploratione funduntur. Religioſa triſtitia aut alienum peccatum luget, aut proprium. Nec de hoc dolet, quod diuina iuſtitia agitur; ſed de eo mœret, quod humana iniquitate committitur: vbi magis plangendus eſt faciens maligna, quam patiens; quia iniuſtum malitia ſua demer-*

D. Leo.

git

[illegible] m [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] corpore [illegible] no [illegible] [illegible] proſequendum. Quod iuſt[illegible] qu[illegible]m ve[illegible] ter [illegible] pro[illegible]quatur. Et nihilominus Chriſtus Dominus ad viduam Naim in morte filij [illegible] [illegible]mantem: *Noli*, inquit, *flere.* Lucæ [illegible] num. 1. Vbi [illegible] de D. Ambroſius: *Flere*, inquit, *prohibetur eum*, *cui reſurrectio debeatur.* Im[illegible] quid dicemus, quam [illegible] in Chriſto Domini paſſione [illegible] lacrymæ [illegible] funderentur? Quas tamen Chriſtus [illegible], & [illegible] prohibere [illegible]rauit. *Filiæ*, inquit, *Ieruſalem*, *nolite flere ſuper me.* Lucæ [illegible] num. 28. Quod [illegible] ex naturali [illegible] compaſſione, quam ex ſuperna [illegible] aff[illegible] [illegible] complorabant, magiſque temporalem pœnam quam Chriſtus Dominus [illegible], quam æternam, quæ ip[illegible] [illegible], & earum filios manebat, lamentabantur. Itaque lacrymæ pro rebus temporalibus [illegible] potius [illegible] [illegible]. Qu[illegible] de re ad cap. 4 [illegible] [illegible] [illegible].

Dei in morte filij lacryma [illegible]. D. Ambr.

6. Cur [illegible] Anna pro [illegible] bonis temporalibus [illegible] [illegible] lugeret, nec [illegible] lacrymis [illegible] [illegible] duplicem reſponderi poteſt. [illegible] Annam non tam pro temporali, quam pro ſpirituali bono Deum orâſſe; nec tam filium Samuelem, quam redemptorem Dominum IESVM [illegible] [illegible]cibus ac lacrymis obtinere voluiſſe. Quod mihi videtur D. Ambr. ſerm. [illegible] in Pſal. 118. iam ſuprà [illegible] [illegible] ſigni[illegible]ſſe. *Anna*, *inquit*, *cum oraret*, [illegible] *clamabat*, *tal[illegible] non mo[illegible]* [illegible] *interiori voce pia ſanitatis* [illegible] [illegible] *Ieſum.* Vbi illud, *excitabat Ieſum*, ſic exponendum [illegible]eſt, ſuis p[illegible] [illegible] erigebat, & quodammodo [illegible]bat, & [illegible] cunctantem, ac dormientem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] veniret tandem & ex magna m[illegible] [illegible] [illegible]. Quaſi Anna non tam [illegible], quam communi Redemptoris ſtud[illegible] [illegible] [illegible] es, ac lacrymas effundendas [illegible] [illegible] reſponderi poteſt magis ad [illegible] Annam re vera pro filio Samuele obtinendo orâſſe, & [illegible]ſſe, quia [illegible] pro rebus temporalibus [illegible] ſit [illegible], & [illegible] homines lament[illegible] [illegible] patet [illegible] modeſte, & verecunde, & in conſpectu Domini pro malis temporalibus auertendis, & pro bonis temporalibus comparandis, indecorum non eſt, & [illegible] & collacrymari, vt patet ex doctrina D. Auguſtini epiſt. 121. ad Probam, cap. 6. & ſequentibus, D. Thom. 2. 2. quæſt. 83. art. 6. & aliorum P[illegible] [illegible] [illegible]gorum: quibus Suarius lib. [illegible]. de [illegible] cap. 17. [illegible]ſcribit. [illegible] & Chriſtus Dominus, qui, vt loquitur Tertul. lib. de [illegible] cap. 9. [illegible] *docere potuit*, [illegible] *vellet* [illegible], ſic nos ad orandum inſtruxit, Matth. 6. a num. 11. vt etiam pro [illegible] bona, & temporalia mala deprecari [illegible] [illegible] patet ex Oratione Dominica, in qua petimus *panem quotidianum*, hoc eſt, omnia bona temporalia, quæ ad vitam ſuſtentandam requiruntur, vt Maldonat. ex Patrum doctrina interpretatur: & poſt[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quodcumque [illegible] ſit, ſiue an[illegible] [illegible] corporis [illegible], vt D. Cyprian. & plures [illegible] ponunt. Non [illegible] potuit Anna [illegible] temporale, præſ[illegible] quod ad Dei [illegible] honorem, & [illegible] referebat, [illegible] lacrymis poſtula[illegible].

Non tam pro Samuele ad literam, quam pro Chriſto in figura Anna lacrymabatur. D. Ambr.

Indecorum non eſt modeſtè pro temporalibus collacrymari.

D. Auguſt. D. Thom. Suar. Tertul. Maldon. D. Cypr.

7. Sed aduerte [illegible] lacrymari [illegible] [illegible] bono, [illegible] [illegible] lacrymas fundere [illegible] pro æterno. Quod non [illegible] Patres [illegible] Annæ lacrymis obſeruarunt. Nam D. Auguſt. lib. [illegible] [illegible] tat. cap. 36. *Reminiſcor*, [illegible] *Domine illius bonæ mulieris Annæ*, *quæ ad tabernaculum* [illegible] *pro* [illegible] *venit. Sed memor tanta virtutis*, *tantaque conſtantiæ*, *dolore torqueor*, *& verecundia confundor*, *quia me*

Si [illegible] [illegible] magis [illegible] lacrymare. D. Aug.

[illegible] *nimis* [illegible] [illegible] [illegible] *ita ſicut* [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] *meas*, *quas* [illegible] *Deum*, [illegible] *deſiderat. Quomodo* [illegible], [illegible] *quas* [illegible] *præter* [illegible] [illegible] [illegible] argumentatur D. Greg. Magn. [illegible] in [illegible] chiel ad finem, vbi loquitur de [illegible] *planxit mulier*, *quæ quæ* [illegible] [illegible] *flere anima*, *quæ quærit Deum* [illegible] D. Chryſoſt. in Pſal. [illegible] [illegible] ad [illegible] *clamaui. Vide*, inquit, [illegible] *mulier* [illegible] [illegible] *peregrinantem*, [illegible] *autem ægrotantem* [illegible] [illegible] *tantos fontes lacrymarum* [illegible], [illegible] *tandem voti ſui* [illegible] *compotes. Si autem mulieres ita inflammantur in orationibus pro viro*, [illegible] *infante*, *quenam* [illegible] *venia dabitur*, *qui pro anima* [illegible] *affecta*, *mal[illegible] eſt*, *& languidus? Audi quomodo Anna orabat de profundo*, *cuius* [illegible] *fontes aquarum emittebat*, *quomodo per orationem* [illegible] *in ſublime.* Et ruſus hom. 24. in Epiſtol. ad Epheſ. *Nos*, inquit, [illegible] *fundat hæc mulier. Nos pudeat*, *qui pro regno* [illegible] *&* [illegible]*tamus*, *quod ea oret pro filio*, *& fundat lacrymas.* Et ſimilia [illegible] 79. ad populum. [illegible] hæc de Annæ [illegible]tione.

D. Gregor. Magn.

D. Chryſ.

Annæ promiſſio.

8. GRatiſſima fuit Deo Annæ promiſſio multis de cauſis. Prima ex ipſo modo promiſſionis: [illegible] enim ſunt Deo, quæ cum voto offeruntur; quia non ſolum res, ſed etiam libertas conſecratur, & ſpontanea quædam neceſſitas [illegible], de qua rectè D. Auguſt. epiſt. 45. *Felix*, inquit, *neceſſitas*, *quæ ad meliora compellit.* Imo per votum maior cum Deo familiaritas contrahitur. Nam ſi humana pacta, etiam inter extemos, & ignotos amicitiam inducunt, quam [illegible] cum Deo copulabunt vota, quibus homines cum Deo arctius, & [illegible]ctius paciſcuntur. Nam vt bene D. Ambr. [illegible] [illegible] in Luc. cap. [illegible]. *Maior eſt*, inquit, *fidei contractus* [illegible] *pecuniæ.* Hoc vt Deus cum homine com[illegible] [illegible]. *Inuoca*, inquit, *me in die tribulationis*, *eruam te*, *& honorificabis me.* Pſalm. 49. num. 1[illegible]. Vbi interprete D. Chryſoſtom. monet, fieri vota, vt proxima conſequatur [illegible] Chryſoſtomus: *Cur*, inquit, *expectat Deus*, [illegible] *inuocetur?* Et reſpondet. [illegible], inquit, *in nobis* [illegible] *maiorem familiaritatem*, *& vehementiorem amicitiam*, *inuocando*, *& accipiendo. Vota enim*, *ac preces* [illegible] *familiaritatem conciliant. Et ideo dicit*, *Da mihi*, *& do tibi.* Qua ex familiaritate [illegible] Deo, qui non videt, quanta in hominem dignitas [illegible]. [illegible] Voto [illegible] [illegible] traditurus Moyſes: [illegible], inquit, *vi*[illegible] *votum Domino voverit*, [illegible] *iet irritum votum ſuum.* Numer. [illegible] num. [illegible]. Vbi vot[illegible] [illegible] [illegible] intelligebat. Et [illegible] *Si* [illegible], inquit, [illegible] vota Deo [illegible] pam, [illegible] [illegible] vi[illegible]m, & ad [illegible] dignitatem [illegible] [illegible].

Votum Deo gratiſſimum. Non [illegible] [illegible] libertas Deo per votum conſecratur.

D. Auguſt.

Maior cum Deo familiaritas ex mutuo voti pacto contrahitur.

D. Ambr.

D. Chryſ.

Qui vouet, [illegible] conſecratum hominem.

9. Magna ad [illegible] [illegible] [illegible] an ferunt Septuaginta. *Homo* [illegible], [illegible] *voverit votum Domino.* Vbi Origen. hom. [illegible] 24. [illegible] in primis [illegible] tandem [illegible] [illegible], qui voti [illegible] homo [illegible], [illegible] & [illegible] [illegible] [illegible] & in [illegible], [illegible], & [illegible] *Cum*, [illegible], [illegible] *ad* [illegible] *iam pro* [illegible], [illegible] *Domino offerantur*, *non* [illegible] *ipſe exterior homo*, [illegible] *interior. In illo namque eſt habitaculum virtutum* [illegible] *intellectus ſcientiæ:* [illegible] *diuina imago* [illegible] *cum ſpeciem ſuam*, [illegible] *vitiorum* [illegible] *verit*, *& virtutum* [illegible] *priorem*

Im[illegible] [illegible] homo. Orig.

S [illegible] forma

[illegible] ſpe [illegible] tunc [illegible] D [illegible] A
[illegible] homo [illegible]
Qui interiorem hominem non curant, non ſunt homines, ſed quid? in quo conſiſtat [illegible], & [illegible] fictum degener[illegible] , per [illegible] Origenes, *qui interiorem hominem non [illegible] qui virtutibus eum non inſtruit, moribus non adornat, diuinis inſtitutionibus non [illegible], ſapientiam Dei non quærit [illegible] operationem [illegible] hic non poteſt homo homo dici, ſed homo antiquus, & homo animalis. Qui [illegible] interior ſepultus in cœcitate carnalibus vitiis, [illegible] mundi huius curis, ac ſollicitudinibus obrutus [illegible] in eo nec [illegible] eius [illegible] appellatur.* Quod ſi ille, qui [illegible] votum [illegible] accedat, bis homo dicitur, [illegible] qui in voto [illegible] perſeuerauerit, plus quàm homo dicitur, & neſcio, quid diuinum ſpirabit, B
Votum homines in [illegible] quodammodo tranſformat. ac redolebit. Vnde Origenes [illegible] *Si [illegible] ramus, in [illegible], Deo iuſtitiam noſtram, accipiemus [illegible] iuſtitiam Dei; ſi [illegible] ramus ei noſtram caſtitatem, accipiemus ab ipſo ipſius caſtitatem, & ſi [illegible] ramus [illegible] ſenſum noſtrum, accipiemus ab ipſo ſenſum ipſius.* Qui vouendo, ab homine in Deum quodammodo transformamur. Grata igitur fuit Deo hæc Annæ promiſſio, vel eo nomine quod promiſſio.

10. Annæ votum ex [illegible] oblatione Deo gratiſſimum. D. Chryſ. Secunda, propter rem oblatam: nam ipſum filium, quem auidiſſimè cupiebat, Deo in obſequium conſecrauit. Quod expendens D. Chryſ. hom. 4. in epiſt. ad Ephe. [illegible] non dixit, inquit, *ſi dederis mihi filium, do pecunias; ſed ipſum donum reddo integrum primogenitum orationis fructum.* Cæteri parentes ex filiis ſibi C
optant pulchriores, & habiliores, reliquos informiores, ac turpiores in diuinum famulatum abire patiuntur. Anna, quem primum, & forte vnicum ſperabat, diuino cultui mancipauit.

11. Ex voluntaria oblatione. D. Chryſ. Tertia, propter voluntariam oblationem: nam ipſa ſua ſponte, antequam aliunde cogeretur Deo filium deuouit: digna profectò, quæ ex hoc capite Abrahamo præferatur; vt ſenſit D. Chryſ. citatus. *Nam ille*, inquit, *rogatus eum dedit, ipſa dedit ante petitionem.* Quid Deo gratius. Nam vt ipſe præuenit preces noſtras, dans antequàm petatur: ita gaudet, eſſe aliquem, qui leges ſuas præueniat, offerens, antequam obligetur.

12. Ex vouendi celeritate. Cyril. Alex. Samuel prius fuit Deo dicatus quàm homo. Quarta propter celeritatem vouendi: nam ante natiuitatem filij filium Deo dedit. Quod in laudem Annæ D. Cyril. Alex. lib. 11. in Leuit. expendit; vt priùs quodammodo Samuel eſſet Leuita, & Nazaræus, quàm homo: non tam parentibus, quam [illegible] us: & ſicut Chriſtus Dominus, *Puer natus eſt nobis, filius datus eſt nobis.* Iſaiæ 9. n. 6. D
ita Samuel puer natus Deo, & filius datus Deo diceret[illegible]. [illegible] illæ fœminæ laudatiſſimæ fuerunt, [illegible] Gregorij Nazianzeni m[illegible] Baſilij M[illegible], quæ in vtraque filios [illegible] rerunt, quia priuſquam conciperent [illegible] ecerunt.
Fœminarum laus, quæ ab exemplis Deo conſecrarunt. D. Greg. Naz. [illegible] Sed [illegible] Annam imitatæ [illegible] Anna defe[illegible] rendi [illegible] fatentur. D[illegible] enim Gregor. Pre[illegible] Na[illegible] que, *ante conceptionem, o fidem incredibilem [illegible] candorem animi fer*[illegible] E
[illegible] oblatum [illegible] quemadmodum *Annæ S*[illegible] De [illegible] autem D. Gregor. Naz. [illegible], cum eum vete[illegible] T[illegible] ti hero [illegible] tandem [illegible] Samuele [illegible]. *Samue*[illegible] *ante natiuitatem* [illegible] *natiuitatem* [illegible] Fora igitur harum [illegible] laus [illegible] Annam. Vnde [illegible] defi[illegible] tur.

13. V[illegible] mò grat[illegible] Deo hæc promiſſio propter exce[illegible] tian[illegible] de[illegible] ne[illegible], vt [illegible] Nazaræus [illegible] C[illegible] [illegible] ip[illegible] Cum [illegible] tur An-

A [illegible] Deo [illegible] m pro [illegible] [illegible] promi[illegible] Ven[illegible] An. 4. [illegible] d[illegible] S[illegible] per *[illegible] em, à promiſſionem* ad A[illegible]

ANNOTATIO X.

CIRCA LITERAM

Proprius, & myſticus Nazaræatus.

B
CVm Samuel ante natiuitatem fuerit Deo in Nazaræum deuotus, ſeu addictus, vt ex dictis patet, & poſt natiuitatem ſui Nazaræatus votum ſeruauerit, & expleuerit, vt ex dicendis patebit: ſicut proprium eſt huius loci diligenter oſtendere, & expendere huius perfectionem Nazaræi: ita videtur non debet à noſtro inſtituto alienum, Nazaræatus in quo pro[illegible] rationem explicare, quod præſenti annot. præſtabo. Duplicem igitur diſtinguo Nazaræatum: vnum, proprium, qui viguit in lege veteri; alterum myſticum, qui floret in lege gratiæ. Illum Samuel obſeruauit, hunc adumbrauit: ſua quemque ſectione breuiter explicabo, & ad mores, quantum licet, illuſtrabo. 1.
C
Duplex Nazaræatus, proprius, & myſticus.

SECTIO I.

Proprius legis veteris Nazaræatus.

PLures [illegible] apud Hebræos hominum ordines [illegible] obſequio mancipati. Primo quid [illegible] dep[illegible] in miniſterium tabernaculi, & poſtea [illegible], vt Sacerdotes, & Leuitæ, & Nathinæi. [illegible] alij in Scripturæ cuſtodiam, & interpretationem, populique eruditionem, & doctrinam; vt Pharisæi, Scribæ, Legiſperiti. Tertij tandem alij in puritatis vitæ, & [illegible] ſanctitatis exemplum; vt Rechabitæ, Filij [illegible] & Nazaræi. Singulos ordines non tam explicabo, quam obiter indicabo. 2.
Varij ministerio Dei dicati.

Sacerdotes, Leuitæ, Nathinæi.

DE Sacerdotibus, & Leuitis non eſt quid dicatur; cum eorum ſtatus [illegible], ac ceremoniæ notiores ſint, quam vt hic debeant explicari: maxime cùm de illis dicendi frequens occaſio [illegible] currat. Nathinæi, vt Diuus [illegible] vmus, Lyranus, Abulen. part. q. 9. S[illegible] de Repub. H[illegible], cap. [illegible] Vill[illegible] p[illegible] ud. tom. 3. lib. [illegible] de vrbe, [illegible] E 3.
Maſius in [illegible] p. 9. I[illegible]ue. Se[illegible] ibid quaſi [illegible] interpretantur, fuerunt [illegible] G[illegible] baonitæ, [illegible] in pœnam fallaciæ, quam ſtruxerant, dat[illegible] [illegible] ue ad humil[illegible] inaeu[illegible] miniſteria perpe[illegible] in [illegible] 9. n[illegible] v[illegible] o [illegible] *nathan* [illegible] q[illegible] ad [illegible] miniſteria [illegible] cap[illegible] me[illegible] erant, in perpetuum tabernac[illegible] fu[illegible] conſ[illegible] uato. Vnd[illegible] Ambro[illegible] to 4. [illegible] *Mul[illegible] anit* [illegible] *[illegible] vi[illegible] ob[illegible] mi[illegible] clementi[illegible]* *[illegible] diuturnior.* S[illegible] t, eu[illegible] dic[illegible] Nathinæi [illegible] nati [illegible] in t[illegible] culo [illegible], re[illegible] re m[illegible] in ordinibus regular[illegible], qui do[illegible],

[illegible] in rel[illegible] A

[illegible], et, Scribæ, & [illegible]ſperiti.

4. *Phariſæi vnde dicti.* H[illegible] ad ſcr[illegible] turam in[illegible] m p[illegible]pu[illegible] e[illegible] ueſier dum in[illegible] [illegible] verbo [illegible] per [illegible] [illegible] d le a [illegible] os [illegible] ſtis le[illegible]: *Vos ſum[illegible] [illegible]* Luc. 18. u. 11. dice[illegible] V[illegible] a verbo [illegible] *pharas*, [illegible] *mech* hoc eſt. [illegible] habere clauem ſcri *Phariſæorum inſtitutæ.* rix ad [illegible] ipturæ [illegible] non p[illegible] id el[illegible] Se[illegible] intanſſi [illegible] ſic def[illegible] [illegible] augentes, ſi B tui redde[illegible] [illegible] D Aug. ma [illegible] Aug. tr[illegible]ct. 3[illegible] in Ioan [illegible] *non eſſet ſactum, [illegible] credere [illegible]on.*

5. *Quinam fuerunt Scribæ. D. Hieron.* Scribæ in[illegible] o vide[illegible] te[illegible] nt m[illegible], quod cum ſapie[illegible] dicerent[illegible] te[illegible] D[illegible] epiſt. 151. ad Algaſi[illegible] tamen ipſi [illegible] quidam, [illegible] *talmidim*, h[illegible] tuis quam *ſcientes*, dici maluerunt. [illegible] ſeriunt [illegible] thag[illegible] ram non [illegible], ſed [illegible], hoc eſt. [illegible] *Scribarum inſipientia.* *pientem*, ſed *amicum* [illegible] *ientiæ* ap[illegible]ellari volu[illegible] N[illegible]h[illegible]ominus & ipſi euanuerunt [illegible] cogitationibu[illegible] ſui, vt in eos Ap[illegible]ſt[illegible] inſultat *Vbi ſapiens? Vbi ſcriba? Vbi conquiſ[illegible]* 1 C[illegible]. n. 1 [illegible] Q[illegible] ſi diceret; Nu[illegible]uam [illegible] dientur quæ vbique [illegible]ocendo, & exhortando, ſeu potius peruertendo, & excæcando [illegible] impia eorum d[illegible]ata in [illegible] [illegible] abierunt.

6. *Leg[illegible], qui[illegible] [illegible] ignorantes.* Legiſperiti frequenter in Euang[illegible], Actis, & E[illegible] A[illegible] nominantur, ſo[illegible] à Sc[illegible], officio docendi populum iidem. Sed[illegible], qui m[illegible] di[illegible]ipulor[illegible] ge[illegible] [illegible] dubio accide[illegible] cum etiam [illegible] inter eos Nicodemu[illegible] D[illegible] arguatur. *Tu es magiſter in Iſrael, & [illegible]* n. [illegible] Miſer populus, q[illegible] magiſtro [illegible] t[illegible] vterque in foueam [illegible] [illegible] ſteretur. Vnde Chriſtus Dominu[illegible] M[illegible]t. 16. u. [illegible] cauendum monet à fermento, hoc eſt, doctr[illegible] Phariſæorum; quibuſcum Legiſperiti pariter inſaniebant. Quod ſi illi, qui in vita priuata faciebant deteſtanda, tamen in cathedra M[illegible]ſis docebant facienda, monente Chriſto Domino, *omnia quæcunque dixerint vobis ſeruate, & [illegible]cite.* Matt. [illegible] n. 3. tribuen dum id eſt, non eorum ſcientiæ, [illegible] virtuti [illegible] *Phariſæi in Moyſis cathedra, publicæ auctoritate docentes, bona dicere cogebantur.* cathedræ, in qua ſedebant: vt recte docuit D. Aug. lib. 4. de do[illegible] Chriſtiana, c. 27. *Illa*, inquit, *cathedra, non eorum, ſed [illegible] ſis*, [illegible] *eos bonum dicere, etiam non bona facientes. Agebant er[illegible] ſua in vita ſua: docere autem ſua*, [illegible] *cathedra illos non permittebat aliena.* D Aug. Vbi notandum eſt verbum illud *agendi*, quo [illegible] [illegible] lib. [illegible] contra Fauſt[illegible] docet, ſuiſſe delatum hunc honorem [illegible] Moyſis; *In* [illegible] *inquit*, [illegible] *etiam mali [illegible] bona doce[illegible] cogebantur.* [illegible] *qua*, inquit [illegible] Moyſis cathedra [illegible] *mali [illegible] que enim ſua ſunt*, [illegible] *Dei* [illegible] *cathedra veritatis doctrinam* [illegible] [illegible] magiſtri priuata libertate docebant, [illegible] & fallebantur: cum publica fungebantur au[illegible], ad vera docenda non ſuo ipſi ingenio, [illegible] magiſterio impellebantur.

Re[illegible], [illegible].

7. *Rechabitæ à Rechab exiſtentes ſanctitatis viro dicti.* H[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] tiem[illegible] in p[illegible] ro[illegible] nomen [illegible] qu[illegible] tam [illegible] la m[illegible] quad[illegible] futurum [illegible] etiam ſ[illegible] B dictam [illegible] reprobe[illegible] p[illegible]obaretur 4 Reg. [illegible] a num. 15. [illegible] huius probi viri celebrabatur auctoritas. [illegible] potes filij Ionadab auitæ ſan[illegible] hæredes m[illegible] iam obedientiam, & abſtinentiam, rerumq. mon danarum d[illegible]ſcientiam coluerunt [illegible] procul ab v[illegible] *Rechabitarum [illegible] Recabitarū [illegible] abſtinentia.* be, in [illegible] habitantes, omnium e[illegible], cælo, qu[illegible] [illegible]æ propiores. Qui vel ab ipſo Deo tentati ad bibendum vinum, quod illis pater [illegible] hibuerat; tent[illegible], inquam non vt d[illegible] ent[illegible], ſed vt probarent [illegible]. humiliter qu[illegible] [illegible] con[illegible]ſtanter [illegible] terunt, ne p[illegible] termi[illegible] præceptum præ terirent [illegible] diui[illegible] o[illegible] [illegible]. C Vnde a [illegible] non ſolum commendantur, ſed etiam in e[illegible]emplum obe[illegible] ntiæ prop[illegible] nuntur. *P[illegible] runt, in[illegible] De[illegible], ſermones I[illegible]nad[illegible] Rechab, quos præcepit [illegible] vt non biberent vinum, [illegible] non biberunt [illegible] ad diem hanc: quia obedierunt præcepto patris ſui* [illegible] *autem [illegible] ſum ad vos, de mane conſurg[illegible], & loquens,* [illegible] *obe[illegible] mi[illegible]* Iere. n. 35. num. [illegible] lut[illegible]ima proſ[illegible] expo[illegible]ulat. Quid enim [illegible] d[illegible]mus, quàm humanas leges tam ſancte cuſtod[illegible], d[illegible]as [illegible] ratie violari? Ab hi[illegible] tam [illegible] [illegible] virtutum ex[illegible]ſt[illegible] D[illegible] epiſt. 13. ad Paulin. de ſumpta *D. Hier. A Rechabitis perfectiſſimæ [illegible] tæ exempla.* D [illegible] monachicæ, religioſæque vitæ [illegible] non ita intelligo, vt p[illegible] t, [illegible], ſed à qu[illegible] [illegible] ut. Quo [illegible] Rechgioſi dici p[illegible] poſte[illegible] Rec[illegible] nou ge neratio, [illegible] pro[illegible] ſionem *Non deficiet v[illegible] Rechab ſtans in conſpectu meo* [illegible]. Quis enim modo de [illegible] in conſpectu Domini aſſiſtit, niſi illi, qui eorum virtutes religioſi imitantur, vt Theod exponere [illegible]. *Theod*

S. *Re[illegible] [illegible] amatores.* De his eſt titulus ille Pſalmi *[illegible] David, [illegible] Ionadab, [illegible] priorum captiuorum*. Alij legunt, ſine [illegible] *I[illegible]nadab, priorum captiuorum*, ſeu cla[illegible] [illegible], *qui pri[illegible] captiuitatem du[illegible]* E Sed qu[illegible] captiui? nuſ[illegible] [illegible] in [illegible] tem [illegible] ab [illegible] Chaldæorum, qui v[illegible] opin[illegible] [illegible] Re[illegible] in quo ſituatum [illegible] in vrbem, vt ſecum [illegible] habita[illegible] & [illegible] ab hoſt[illegible] [illegible] pateretur. Quo pacto [illegible] in captiuitate in? Re ſpondet D. H[illegible] ſuſt [illegible] epiſt. citat. ad Paulin. aptè *D. Hier.* ad eorum cœnobiticam, ſeu eremiticam vitam explicandam [illegible] *Ionadab, qui in tabernaculis ſemper habitab[illegible] ad extremum propter irruptionem Chaldaici e[illegible] [illegible] compulſ[illegible] hanc primam captiuitatem [illegible] tur; quod p[illegible] ſolitudi[illegible] libertatem* [illegible] *re ſunt recluſ[illegible]*. Ade[illegible] enim erant [illegible] vrbi[illegible] amatores ſoli[illegible] [illegible] in hac libe[illegible] [illegible] tor

 roi

[illegible] r. A
[illegible] R[illegible] [illegible] *oppi[illegible]m [illegible]ſt, ſ[illegible] Parad[illegible]* [illegible] quære[illegible] qu[illegible] huiuſmodi homi[illegible] Ionadabitæ, [illegible] ab auo Re[illegible]abitæ dic[illegible] [illegible] certè quia Ionadab humi[illegible]tatis [illegible] familiam, quam ipſe ad [illegible] [illegible] ſuo de no[illegible] [illegible] vt [illegible] in patentem ſuum Re[illegible]abum [illegible] generis auctorem, conditoremque [illegible]fundere [illegible]ur. Quam humilitatem B. Patens noſte[illegible] Ignatius [illegible] [illegible]tatem noſtram non de ſuo, ſed de IESV n[illegible] [illegible] conſecrauit.

Cur Re[illegible]abitæ non à patre, ſed ab auo [illegible] [illegible] [illegible]. B[illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

9\. [illegible] vero Eſſeni, ſeu Aſſidæi vtroque enim di[illegible] [illegible], de quorum etymologia [illegible] [illegible] [illegible] in dup[illegible] ſie unt or[illegible] [illegible] ante a[illegible]uentum Chriſti Domini, alij poſt [illegible] Domini in cælos aſcenſum. De his [illegible] ſcriptura in nouo Teſtamento, de [illegible] pauca in veteri ſtatum re[illegible]da. De vtriſque [illegible] quamuis [illegible] expreſse non [illegible] [illegible] Philo Hebræus lib. Quod omnis probus ſit liber, & lib. de vit. contemplatiua. Ioſeph lib. 18. antiq. c. 2. & lib. 2. de bell. Iud. [illegible], c. [illegible]. & alter Ioſephus Gor[illegible] [illegible] lib. [illegible] c. [illegible]. D. Hier. epiſt. 22. de cuſtodia virginitat[illegible] ad Euſtochium, & lib. de ſcriptoribus Eccleſiaſt. in Marco, & Philone. D. Epiphan. lib. 1. hær. [illegible]0. & [illegible]9. D. Nilus in libro Aſcetic[illegible]. D. Cyril. Alex. lib. 5. contra Iulian. ad finem. D. Chryſoſt. hom. 44. in A[illegible]. Ex recentioribus Card. Baron. to[illegible]. 1. anno Chriſti [illegible]4. Geneb. in Chronographia anno mundi [illegible] & 3944. Torniel. tom. 1. annalium anno 2544. n. 13. Ex n[illegible] [illegible] Card. Bellarm. lib. 2. de Monachi[illegible] c. 5. Serar. in lib. 1. Mach. 7. & in 2. Mach. 14. & latiſſime in [illegible] Trihæreſio & Minerual. Suar. in Tom. 2. relig. manu ſcripto, cito, vt ſpero, in lucem prodituro. B C

Phil. Hebr. Ioſeph. D. Hier. D. [illegible]. D. Nil. D. Cyr. Al[illegible]. D. Chryſ. Baron. Geneb. Torniel. Bellarm. Serar. Suar.

10\. [illegible] certè de Eſſenis poſt Chriſtũ, ac proinde Chriſtianis laudabilia admodum inſtituta, & laudabilia exempla commemorat Philo lib. cit. Quod omnis probus ſit liber: *Eſſei*, inquit, ſic enim vocat Eſſenos, *à ſanctitate dicti, ſumma religione Deo ſeruiũt, non mactãdo victimas, ſed ſuaſmet ipſorum mentes cõponendo ad ſanctimoniam.* Et multa pergit eorum virtutes enarrare, quas iterum in lib. de vita contemplatiu. fuſiùs inculcat. Sed & D. Hier. locis citatis & præſertim epiſt. illa 22. multus eſt in eorum virtutibus explicandis. Nec pau[illegible] fert D. Nilus in ſuo libro [illegible]ntemplatiuo. Verùm hi, cùm tam ad legem [illegible] [illegible]æ ſpectent, altioriſque ſta[illegible] perfectionem [illegible]ntur, noſtrum non faciunt [illegible] [illegible]tum, qui inter [illegible] ſacros hominum [illegible], qui [illegible] lege [illegible] floruerunt, recenſentus. D

Eſſenorum, qui poſt Chriſtum floruere, mirabilis ſanctimonia. Philo. Heb. D. Hier. D. Nilus.

11\. [illegible] [illegible]tur, qui præceſſerunt Chriſti Domini aduentum, non exiguam ſanctitatis laudem meruerunt. Primò, quod Eſſeni Chriſtianis [illegible] iam ad perfecti[illegible]nem [illegible] & prim[illegible] ad religioſam obſeruant[illegible] in[illegible] [illegible] præuocarunt. Nam ab illis ſermonibus Eſſ[illegible] credunnir hi [illegible]es, & [illegible], & virtute[illegible] & inſtit[illegible], quæ le[illegible] [illegible] non repug[illegible], hæreditate [illegible] omnia, [illegible] ab [illegible] acc[illegible]perunt, magni [illegible] [illegible] auxe[illegible], [illegible] incrementis. Secund[illegible], quia illi [illegible] Aſſidæi, quos [illegible] inte[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] 6. [illegible] [illegible] ab [illegible] [illegible] non [illegible] [illegible] ſcriptore [illegible] [illegible] de [illegible] [illegible] [illegible] Dau[illegible] *C[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ipſorum [illegible] [illegible] [illegible] Hieruſalem, & non erat, qui ſepeliret.* Pſ[illegible] 9. n. [illegible] & [illegible]. Licèt G[illegible]br. in e[illegible] Pſalmum ſa[illegible] interpretetur [illegible] ſtat[illegible] vitæ [illegible] [illegible]retatio neceſſaria videtur, ſi verſiculus extenda- E

Eſſeni [illegible] C[illegible] [illegible] [illegible] commendantur. Eſſeni ſancti appellantur. Genebr.

A [illegible] neque [illegible] [illegible] [illegible] non quidem [illegible] [illegible] ſanctitate [illegible] [illegible] puriori vitæ [illegible] [illegible] [illegible].

[illegible] eorum [illegible] [illegible] non [illegible] ſacri, ſed [illegible] Solin. c. 6. eorum [illegible] pau[illegible]tatem, & [illegible]eritatem vi[illegible] [illegible] *Nulla, inquit, ibi fæmina, Venere ſe [illegible] [illegible]icant. pecuniam ne[illegible]iunt, palmis vi[illegible]itant, nemo ibi naſcitur, nec tamen deficit hominum mul[illegible].* Et plura proſequitur, quæ videtur ex Plinio deſum[illegible] [illegible] [illegible] 5. nat. hiſt. [illegible]. eorum [illegible] pauperta[illegible], quod ſine pecunia viuant, [illegible] [illegible] palmarũ victu ſuſtentur [illegible] continentiam, quod ab omni fœmin[illegible] [illegible], & [illegible] abhorreant. Vnde admiratur eorum durationem ſine generatione, *Incredibile*, inquit, *dictu gens æterna eſt, in qua nemo naſcitur.* Quaſi diceret, non temporaria eſt duratio, ſed æterna, quæ ſine generatione conſeruatur. Sed ſtatim explicans, vnde ſine prole [illegible] [illegible] [illegible]oboleſcant: *Fœcunda*, inquit, *i[illegible] aliorum vitæ pœnitentia eſt.* Quaſi diceret, ex aliorum pœnitentia fœcundantur. Dum enim peccatores [illegible] vitæ c[illegible]mercia pertæſi, ſuorum deformitatem ſcelerum deteſtantur, in eorum ſocietatem honeſtiùs [illegible] [illegible], & fel[illegible] vict[illegible] [illegible]gerunt. ex quorum aggregatione immortales Eſſeni non [illegible] conſeruantur, ſed etiam augentur. Plura de his dicere non vacat. Cir[illegible] [illegible] præ[illegible] vterque Ioſephus, Flau[illegible] & G[illegible] conſolantur.

12\. *Eſſenorum [illegible] [illegible] ſeueritas, & caſtitas.* Solin. Plin. *Aliorum pœnitentia Eſſenos conſeruat immortales.* Ioſeph.

13\. Ergo his omiſſis [illegible] [illegible] celebriores apud Hebræos fuerunt Nazaræi. Primò propter nominis etymologi[illegible]; Nazaræus enim idem eſt, quod ſeparatus, conſecratus coronatus. Separatus quidem à mundo; conſecratus Deo, & ex vtroque merito, gloria, & honore coronatus, à verbo נזר *nazar*, hoc eſt, *ſeparare*. Vnde nomen נזר *nezer*, quod ſignificat, & *ſeparationem*, & *conſecrationem*, & *coronam*. Secundo propter antiquitatem. Nam alij, quos rec[illegible], ex[illegible] ſacerdotibus, & Leui[illegible], de quibus hic non agimus, poſt ingreſſum in terram promiſſionis na[illegible] ſunt. Nazaræi verò, an multas an[illegible] centurias ante inſtituti ſunt, vt Ol[illegible] ſen[illegible], dic[illegible] iam inde à tempore Ioſephi, quem Iacobus Nazaræum appellauit, Geneſ. 49. num. 2[illegible] fuiſſe Nazaræ[illegible]: aut certè, quod potius credo in de[illegible] [illegible] in lucem prodierunt. Tertiò, propter [illegible] [illegible] ſuæ originis. Nam alij hominum ordines diuino cultui deputati, humana [illegible] ſunt inſtituti; Nazaræi tamen diuino [illegible] à Deo enim lege acc[illegible]perunt [illegible] [illegible]abant. Deo ſui ordinis a[illegible]ore, & [illegible]ditore glorìabantur. Vnde eorum inſt[illegible]tum, non humanum fuit inuentum, ſed diuinum.

Nazaræorũ etymon. Nazaræorũ antiquitas. Olcaſt. Nazaræorũ origo ex diuino inſtituto exceſſion.

14\. Quartò [illegible]atione [illegible]oti, quo ſe totos in diuinum [illegible] mancipabant. Nam hoc [illegible] Nazar[illegible] votum, tanquam cæteri[illegible] excellentiu[illegible] [illegible] per an[illegible]tonomaſiam *mag[illegible]um* dicebatur. *Vir, ſiue mulier* [illegible] [illegible] Deus, *cum [illegible] votum, vt ſan[illegible]entur*, &c. [illegible] [illegible]. n. 2. Septuaginta transferunt [illegible] [illegible] [illegible] hoc eſt, *cum magnum voueri[illegible]*. [illegible] Nazaræorum votum per [illegible] [illegible] magnum appelletur. Cuius app[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Philo Hebræus libro d[illegible] *Nazaræus* in[illegible], *ſ[illegible] [illegible] votum. [illegible] nihil enim [illegible] p[illegible] quã [illegible] tunc* [illegible] Cyril. Alexand. lib. [illegible] de [illegible]

Nazaræorũ votum per antonomaſiã magnum. [illegible] Heb. D. Cyril. Alex.

d[illegible],

Nazaræorũ votũ ſeipſos Deo dicantium mirabilium.

docet, Nazaræum *ſeipſum Deo, magno voto, id eſt, excellentiſſima conuerſationis modo, & perfecta iuſtitia recta, integráq; vita conſecrare.* Nec minor huius voti excellentia colligitur, ſi Hebraica veritas conſulatur, in qua ita habetur כִּי יַפְלִא לִנְדֹּר נֶזֶר *chi iapphli lindol nezer*, hoc eſt, *cum mirificauerit vouendo votum.*

D. Auguſt.

Sic enim legit D. Auguſt. in libro loquutionum: ſeu, vt alij magis exprimunt, *cum mirandum aliquid fecerit.* Nam re vera ſua ſe quempiam voluntate, & voluptate abdicare, & totum in diuinum obſequium tradere, ac deuouere; magni inſtar miraculi cenſendum eſt. Vnde Orig. hom. 24. in Num. votum Nazaræi cæteris anteponit, etiam illi difficillimo Iephte, qui ſuam Deo filiam inſcius quid faceret ſacrificandam vouit. Iudic. 11. n. 30. & illi religioſiſſimo ſacrificio Abrahami, qui, vt loquitur D. Hier. ſuum Deo filium voluntate iugulauit. Geneſ. 22. à n. 1. *Alius*, inquit Origen. *quodcunque ſibi poſt victoriam redeunti occurriſſet, vouit Deo: occurrente filia, vota lacrymanda perſoluit. Alij vitulas, aut arietes, aut domos, aut alia huiuſmodi ratione carentia, vota afferunt Deo. Ille vero, qui appellatur Nazaræus, ſemetipſum deuouit Deo. Hoc eſt enim votum Nazaræi, quod eſt ſuper omne votum. Nam filium offerre, vel filiam, aut pecus, aut prædium, hoc totum extra nos eſt: ſemetipſum Deo offerre, & non alieno labore, ſed proprio placere, hoc eſt perfectius, & eminentius omnibus votis, quod facit imitator Chriſti. Ille enim dedit homini terram, mare, & omnia, quæ in eis ſunt: ſed poſt hæc omnia ſemetipſum dedit. Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret.* Ioan. 3. num. 16. Ex quibus patet, quàm perfectum fuerit Nazaræorum votum, vt non ſolùm ſuperaſſe videatur vota, & ſacrificia eorum, qui bona externa Deo conſecrant: ſed etiam ſacrificia illa longè maxima Iephte, & Abrahami, qui ſuos Deo filios immolarunt: cùm illi omnes aliena à ſe offerant; Nazaræi verò diuinam ſe totos mancipent in ſeruitutem. Atque hinc diuinam perfectionem imitentur, & quantùm ex ſe eſt, par pari Deo referre videantur. Vt enim Deus nostram ſeipſum tradidit in ſalutem; ita illi diuinam ſe totos in ſeruitutem tradiderunt. Vltimò, propter præſtantiam legum, quas ſeruabant, & ſacrificiorum, quæ offerebant. Quod ſeorſim explicabo.

Nazaræi ſe diuino cultui mancipantes eum mirandantur.

Orig.

D. Hieron.

Prima lex, de non bibendo vino.

15.

Non ſolùm prohibita, ſed prohibitis etiam vicina fugienda.

PRima Nazaræorum lex, vt abſtinerent à vino, & ab omni re, quæ aliquam cum vino cognationem habere videretur. Numer. 6. à num. 3 Nam vt ab obiecto prohibito arceamur, neceſſe eſt, vt ab illis omnibus, quæ cum illo aliquam habent vicinitatem, ſeparemur. Ne vinum prohibitum bibatur, etiam ab acino vuæ abſtinendum. Abraham, vt ab ſpolijs Sodomorum abſtineret, etiam à filo ſubtegminis vſque ad corrigiam caligæ abſtinebat. Geneſ. 14. num. 23. Loth, vt à ciuitate infamio propelleretur, etiam in omni circa regione ſtare prohibebatur. Gen. 19. n. 17. Iudæi, vt à fermentato abſtinerent, ne habere quidem in domibus ſuis permittebantur. Exod. 12. num. 18. ijdem ne in die Sabbati coquerent cibos, etiam ignem accendere prohibebantur. Exod 35. à n. 2. Ne idola adorarent, etiam fabricare non licebat. Exod. 20. num. 4. Giezi, ne fabulationibus otioſis intereſſet, etiam ab officioſis ſalutationibus remouendum curauit Heliſæus. 4. Reg 4. num. 29. Apoſtolis, ne vlla cum gentibus colloquia, & commercia familiariter contraherent, aliquid ampliùs prohibuit Chriſtus Dominus, ſcilicet in viam gentium ne abirent, & in ciuitates Samaritanorum ne intrarent.

A Matth. 10. num 5. Iob, ne animo cogitaret de virgine, etiam oculos à virgine auertebat, & quamuis prius inito fœdere, quod vim obtinet obligandi; ne quam ſibi reſpiciendi libertatem reſeruaret. Iob. 31. num 1. Et ſic de cæteris. Nec immeritò. A minimis enim malis cauendum eſt, vt à maximis recedatur. Nam à leuiſſima ſæpe offenſione miſerandam prolabimur, & allidimur in ruinam: vt Gloſſa in Iobum citatum egregiè explicat metalepſi: *Viſum, inquit, ſequitur cogitatio; cogitationem delectatio; delectationem conſenſus; conſenſum opus; opus conſuetudo; conſuetudinem neceſſitas; neceſſitatem deſperatio; deſperationem damnatio.*

A minimis malis cauendum, vt à maximis recedatur.

Gloſ.

B Ratio huius legis Nazaræis traditæ, triplex eſſe potuit. Vna, vt externam cauerent ebrietatem: nam ebrietas eſt malum incurabile, iuxta illud Moyſis: *Fel draconum vinum eorum, & venenum aſpidum inſanabile.* Deut. 31. n. 33. Quod expendens, & confirmans D. Ambr. lib de Helia, c. 14. notat, pulchrè appellari vinum, *venenum inſanabile. Multi enim*, inquit, *reliquorum ſerpentium veneno curantur, nemo ebrietate.* Malo autem incurabili præcurrendum eſt, antequàm accidat; ne poſtquam acciderit, de illius remedio deſperetur. Vnde & Abraham prudenter maluit hunc morbum præcauere, quàm curare, dum eius hoſpitibus nullum vini calicem prælibauit. Geneſ. 18. à num. 6. *Et rectè*, inquit
C D. Ambr. lib. citato, c. 5. *illic deerat materia peccati, vbi erat remiſſio peccatorum.* Vbi vides appellari vinum materiam, hoc eſt, fomitem, & incentiuum peccatorum, quod proinde remoueri oportebat ab eo conuiuio, in quo peccatorum remedium promittebatur. Certè Chriſtus Dominus nuptiali conuiuio affuit, in quo vinum defuit. Ioan. 2. à n. 1. fortaſſe non affuturus, ſi vinum abundaret: ille enim defectus ſobrietatem conuiuij demonſtrabat; quam Chriſtus Dominus ſua præſentia commendare volebat, ſicut & oppoſitam ebrietatem condemnare. Sed de hac re plura annot. ſequenti ſect. 5.

16.

Ebrietas, inſanabile venenum præcauenda.

D. Ambroſ.

D. Ambr.

Vinum, peccatorum incentiuum.

Sobrietatem in vino Chriſtus ſua præſentia commendat.

D Altera ratio, vt omnem profanam voluptatem vini nomine ſignificatam prohiberet. Nihil enim indignius eſt homine, qui totus debet in virtutis ſtudium incumbere, & in ſapientiæ cultum intendere, & ex vtroque labore multas Deo animas lucrari, quàm profanis voluptatibus demerſum ſteriliſcere, & ſine ſuo, aliorúmque lucro interire. Non ſine myſterio dicitur de Putiphar, qui fuit Ioſephi emptor in Ægypto; *Eunuchus, & princeps exercitus.* Geneſ. 39 num. 1 ſeu, vt legit Philo Hebræus lib. de temulentia; *Eunuchus, & princeps coquorum.* Quaſi maſculum animum non habeat, ſed planè euiratum, qui artifex ſit ferculorum, quibus gulæ inſeruiatur. *Sterilis*; inquit Philo, *caſtrataque*
E *animæ officium eſt, gaudere piſtoriis operibus ſumptuoſis, atque poculis, & curioſis condimentis cupediariorum.* Et paulò poſt: *Opifex voluptatis non gignit ſapientiam.* Notat verò D. Cyrillus Alexand citat. Nazaræis non ſolùm prohiberi vinum, quo naturales ſenſibus deliciæ ſignificantur, ſed etiam *acetum*, hoc eſt, voluptates præter naturam, præpoſteras, atque peruerſas: quibus vti extremæ dementiæ eſt, & pluſquàm belluinæ ſtoliditatis: non aliter quàm ſi quis voluptatis cauſa, acerbiſſimi saporis aceto potaretur. Addit idem Cyrillus, etiam *acinum vuæ*, qui minimum habere videtur vinoſitatis, prohiberi; *ne ad veteres reliquias iniquarum in nobis voluptatum deſcendere animus* permitteretur.

17.

Vinum, quia voluptatis nutrimentũ, Nazaræis prohibetur.

Gula irritamenta in cibo & potu quærere, fœminæum eſt, non virile.

Phil Hebr.

Acetum præpoſteræ voluptatis ſymbolum prohibetur.

D Cyrill. Alex.

Tertia tandem ratio, vt omnem animi paſſionem, quæ mentem inebriare ſolet, prohiberet: hoc eſt, omnem affectionem, quæ mentis aciem obſcurat,

18.

Paſſionum ebrietas ſub vini typo Nazaræis prohibetur.

obſcurat, & appetitus rectitudinem deprauat. Talis enim affectio non minùs, quàm ebrietas, totum hominem à rationis ſtatu conuellit. Sic D. Hier. in c. 2. Amos: *Per vinum*, inquit, *id omne intelligitur, quod mentis ſtatum dimouere poteſt. Hoc autem nihil aliud eſt, quam amor cuiuſlibet creatæ rei.* Vnde D. Cyrillus citatus monet, vt quiſquis Nazaræorum mores ſequi decreuerit, *ab omni re, quæ inebriare, ac perturbare poteſt, abducat animum: hæc autem ſunt, ſenſus mundanus, terrenæ cupiditates, ſolicitudines carnis, vanæ diſtractiones*, &c. Abſtineat igitur Nazaræus à vino, ne inebrietur: hoc eſt, à profano amore: nam, vt Comicus loquitur, *Omnis amans, amens* ab ira; nam, vt cecinit Lyric. *Ira furor breuis eſt*: à ſuperbia; nam & hæc maximè inebriat: *Væ coronæ ſuperbiæ, ebriis Ephraim.* Iſaiæ 28. n. 1. à cæteris omnibus animi affectionibus, quæ rationis ſtatum inebriant, & interturbant: vt patet in proceribus Iſraël, qui cùm à malis cupiditatibus corriperentur: *Præ vino*, inquit idem Propheta, *neſcierunt, & præ ebrietate errauerunt. Sacerdos, & Propheta neſcierunt præ ebrietate, abſorpti ſunt à vino, errauerunt in ebrietate, neſcierunt videntem, ignorarunt iudicium.* Iſa. 28. num. 7. Vbi tam multiplex fit illorum verborum *neſciendi, errandi, & ignorandi* repetitio, vt vehemens quædam ebrietas ſignificetur. Sed vnde orta? *A vino*, inquit Propheta. At D. Cyrillus Alexand. ait, *ſine vino*: quod ſtatim explicans: *Inebriati ſunt enim*, inquit, *non hoc vinum ſubiectum ſenſibus bibendo; ſed ex impotenti ira, & furore ebrietatem, & diabolicæ peruerſitatis obtenebrationem in animi quaſi domicilium admittendo.* Hæc igitur erat præcipua ebrietas, quam Nazaræis interdici oportebat, vt rationis ſtatum ab omni perturbatione liberum conſeruarent.

D. Hier.

D. Cyrill. Alex. *Profanus amor ebrius.*

Superbia inebriat.

Ira, peruerſa ebrietas.

D. Cyril. Alex.

Secunda lex, de non tangendo mortuo.

19. SEcunda lex, vt ab omni funerea contage abſtinerent: ne tangerent, ne aſpicerent, ne appropinquarent ad mortuos, etiam in primo gradu conſanguinitatis coniunctiſſimos. Numer 6. à n. 6. Quæ lex duo moralia documenta includebat: vnum, vt ab operibus mortuis, hoc eſt, à peccatis quàm longiſſimè recederent; alterum, vt immodicum erga carnales conſanguineos affectum amputarent. Vtrumque expreſſit D. Cyrill. citatus. Illud prius: *Præcipit*, inquit, *vt à carnalibus operibus abſiſtas; ea verò, quæ ad mortem, atque interitum ſpectant, procul abiicias.* Hoc eſt, vt à peccatis committendis abſtineat, & commiſſa expellat. Hæc enim dicuntur opera carnalia, & mortalia, quæ ex carne nata in mortem præcipitant. Hoc autem poſterius: *Dei*, inquit, *decretum ipſi quoque venerationi, quæ parentibus debetur, praeferendum cenſet. Vbi enim virtus preſtanda eſt, abeat carnalis amor, & ſanguinis coniunctioni Deus præferatur.* Quamuis enim omnes homines, cùm occurrit neceſſitas, Deum, aut parentes deſerendi, teneantur deſerere parentes, ne Deus ipſe deſeratur: tamen Nazaræi etiam ſine hac neceſſitate parentibus renunciabant, vt Deum ſtudioſiùs obſeruarent. Vtrumque documentum in primis neceſſarium eſt ijs, qui perfectioris vitæ ſtatum exordiuntur.

Nazaræi mortuos, id eſt, mortalia peccata vitare iubebantur.

D. Cyrill. Alex.

Dei amor carnali parentum affectui præferendus.

20. Illud prius de fugiendis peccatis diligenter inculcat D. Paulus: *Ab omni ſpecie mala abſtinete vos.* 1. Theſſ. 5. n. 22. Vbi non ſolùm proprium malum, ſed etiam pictum, aut factum cauendum monet. Vt ſi quis non modò in flammam ignis, ſed etiam in picturam ignis manú ingerere vereatur. Sic & Sapiens: *Quaſi à facie colubri fuge peccata.* Eccleſiaſt. 21. num. 2. non vnum tantùm, inquit, ſed omnia: neque tam iruentia, ſed primùm apparentia. Peccati enim tanquam venenatiſſimi ſerpentis non ſolùm morſus declinandus eſt, ſed etiá aſpectus. Non aliter Dauid Deum precatus: *Vide*, inquit, *ſi via iniquitatis in me eſt.* Pſalm. 138. n. 24. Quaſi diceret: precor, vt attendas, non ſolùm, an ſit in me iniquitas, quam miſericorditer deleas, ſed etiam vlla via, aut diſpoſitio, aut occaſio iniquitatis, à qua me prouidentiſſimè auertas. Quàm exaggerata eſt illa Prophetæ ad hanc cautionem admonitio? *Recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere; exite de medio eius, mundamini, qui fertis vaſa Domini.* Iſaiæ 52. num. 11. Quorſum enim tam crebra *recedendi, & exeundi, & non tangendi* repetitio, niſi vt vigilantior ad hanc fugam capeſſendam animus excitetur? Sed expende illud, *pollutum nolite tangere*: ſeu, vt tranſtulit D. Paulus, *immundum, ne tetigeritis.* 2. Corinth. 6. n. 17. Vbi D. Chryſ. homil. 13. *Non dixit, immunda ne faciatis; ſed accuratiorem, & exactiorem virtutem requirens, ne attingatis quidem, nec appropinquetis.* Inſipientiſſimus planè peccator, qui ad illud præcipitium, in quod aliquando cecidit, appropinquat: recidiuum, ſeu relapſum non reformidans.

Vel minimo peccati vmbra, & occaſio vitanda.

Immunda non ſolùm non facienda, ſed nec tangenda. D. Chryſ.

Quam inſipientiam lamentatus Dauid: *Putruerunt*, inquit, *& corrupta ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ.* Pſalm. 37. n. 6. vbi ſuo, & cuiuſque peccatoris nomine dolet eam inſipientiam, qua ex vno peccato erectus, in alterum trahitur ruiturus; vt cicatrix ex priori caſu vix obducta, ex poſteriori recrudeſcat, & computreſcat. In quem locum Innocentius Papa: *Quid*, inquit, *inſipientius peccatore, qui & cognouit facinus, & committit, præcipitans ſe ſcienter in mortem? Certè brutum animal, ſi videt foueam, declinat ab ea, ne labatur in illam: & ſi forſitan alicubi difficultatem incurrit, non poteſt illuc ſine difficultate reduci. Homo verò ab illicito ſemper illicitur, & in deiicijs iugiter delectatur.* Et paulò poſt: *Fuge ergo perſonam ſuſpectam, locum idoneum, tempus aptum, & quidquid eſt opportunum ad faciendum peccatum: quia ſicut eſt difficile in igne eſſe, & non ardere; ita difficile habere opportunitatem peccandi, & non peccare.* 21.

Recidiuum in peccatis formidandum.

Innoc.

Cauendum igitur non ſolùm ab operibus mortuis, hoc eſt, à peccatis, ſed etiam ab his omnibus, ex quibus aliquod mortis, hoc eſt, peccati, contagium timeatur. Olim Deus ad Moyſem: *Solue*, inquit, *calceamentum de pedibus tuis.* Exod. 3. num. 5. Quærit Orig. hom. de Elcana, cur Moyſes abiicere calceamenta iubeatur. Et reſpondet, vt deponeret *mortalitatis indicia*, quæ in calceamentis pelliceis, ſeu de pellibus animalium mortuorum deſignantur. Additque eandem ob cauſam iuſſos eſſe Apoſtolos calceamenta deponere, *vt qui currebant ad annunciandam vitam æternam, omni carerent mortalitatis indicio.* At quæ ſunt iſthæc indicia mortalitatis? Credo eſſe non ſolùm timores periculorum, quibus propria mortalitas, ſeu tendentia ad interitum proditur: ſed etiam motus, appetitus, & concupiſcentias vitiorum, quibus mortalitas quædam moralis, ſeu defectibilitas, & procliuitas ad peccata manifeſtatur. Iubetur igitur Moyſes calceamenta, hoc eſt, indicia mortalitatis exuere; quia rem arduam aggreſſurus debebat non ſolùm omnem mortis metum expellere; ſed multò magis omnem peccati appetitum amputare, omnem carnis concupiſcentiam coërcere, omnem peccandi occaſionem tranſilire; vt ab operibus mortuorum hoc eſt, peccatorum commercijs ſegregatus, Dei opus ſibi creditum feliciùs exequeretur. 22.

Non ſolùm peccata ſed etiam peccati indicia fugienda. Orig.

Nouo illi diſcipulo, qui in Chriſti Domini ſocietatem 23.

Peccatorum etiam parentum, ſocietas vitanda.

cietatem cooptari cupiebat, ſed facultatem patrem priùs ſepeliendi poſtulabat: reſpondet Chriſtus Dominus; *Sine, vt mortui ſepeliant mortuos ſuos.* Luc. 9.n.60. Cuius reſponſionis cauſam duplicem aſſignat D. Ambr. Vnam, paulò inferiùs pro ſequenti documento referendam; alteram præſenti inſtituto accommodatam. *Non,* inquit, *reuocatur ab officio patris filius; ſed fidelis a perfidi communione ſecernitur.* Et rurſum paulò poſt docet, Chriſtum Dominum hac reſponſione ſignificare voluiſſe, *communionem nobis cum gentibus mortuis non futuram.* Nam vt hominem à morte, hoc eſt, à peccato abſtraheret, etiam à mortuis, hoc eſt, à peccatoribus, per quos peccatum ſerpere ſolet, auocabat. Neq; enim Deus ſuum recipere volebat in obſequium, niſi qui & à peccatis, & a peccandi incitamentis abſtineret. Admiratione, & laudatione digna eſt illa Dei in paſcendis pullis coruorum prouidentia: *Qui dat,* inquit Dauid, *iumentis eſcam ipſorum, & pullis coruorum inuocantibus eum.* Pſalm. 146. n. 9. Cur, quæſo, pullos dicitur paſcere, & non coruos? Facilis eſt reſponſio: quia corui atrudendis, & deuorandis cadaueribus incumbunt: & propterea indigni ſunt, qui a Deo peculiari prouidentia nutriantur: at verò pulli coruorum, inquit Caſſiod. *qui adhuc paternas eſcas, id eſt, fœtores cadauerum beneficio ætatis ignorant:* digni ſunt, qui cæleſti rore diuinitùs ſuſtententur. Sub quo ſymbolo intelliges, eos, qui operibus mortuis, ac terrenis voluptatibus paſcuntur, indignos eſſe, qui diuinis conſulationibus, & pane Euchariſtico epulentur: eos, autem, qui à profanis delicijs ieiunant, dignos eſſe, qui ad cæleſte conuiuium diuinis epulis ſplendidiſſimum recipiantur.

D. Ambr.

Coruorum pullis cur Deus peculiari paſcere dicitur prouidentia.

Caſſiod.

Qui terrenis paſcuntur voluptatibus, indigni ſunt, qui S. Euchariſtia epulentur.

24\. *Inordinatus parentum affectus reſecandus.*

Poſterius documentum de parentum affectibus truncandis, mira quadam efficacitate Chriſtus Dominus inculcauit: *Non veni,* inquit, *pacem mittere, ſed gladium. Veni enim ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum, & filiam aduerſus matrem ſuam.* Matt. 10. num. 35. Quis non crederet, magnam in hac ſeparatione iniuſtitiam incurri; cùm filij, qui ſunt erga parentes tam multis nominibus debitores, ab his debitis exoluendis retardentur, & quominus ea ſoluere poſſint, ab ipſis parentibus ſeiungantur? Sed ne quis imprudens, & iniquus cenſor ita exiſtimaret, non ſine myſterio Chriſtus Dominus gladij nomine vſus eſt: *Gladium,* inquit, *veni mittere.* Nam gladius inſtrumentum eſt, non ſæuitiæ, ſed iuſtitiæ, vt prubè D. Hilarius obſeruat. Vt cùm hanc ſeparationem interueniente gladio, ſeu inſtrumento iuſtitiæ faciendam eſſe intelligamus; iuſtam quoq; eſſe minimè dubitemus. Suum vnicuique ius diuidit hic gladius: magnum parentibus amorem, fateor; ſed maiorem Deo. Quòd ſi vterque ſimul præſtari nequeat, ſed alteruter tantùm præſtandus ſit; ſubtrahatur parentibus, Deo minimè denegetur. Tunc enim, vt bene D. Hier. in citatum Matth. locum: *Odium in ſuos, pietas in Deum eſt.* Amentur parentes, qui filios ad diuinum amorem excitant: qui reuocant, odio habeantur. De his enim Chriſtus Dominus: *Si quis,* inquit, *venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem,* &c. *adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Luc. 14. n. 26. Patrem, inquam, & matrem, qui currentem ad Deum filium retardarint, & à tabernaculis iuſtorum in peccatorum tabernacula reduxerint, non immeritò iubet odio proſequendos. *Nec ſuccenſeant parentes,* addit D. Auguſt. epiſt. 38. vbi multa de hac re, *hoc præcipere Dominum, vt eos oderimus; quando nobis hoc de anima noſtra præcipitur.*

Gladius, iuſtitiæ inſtrumentum.
D. Hilar.

D. Hier. *Odium in ſuos, pietas in Deum eſt.*

D. Auguſt.

25\. Diſcipulum illum, qui Chriſto Domino adhæ-

A rere cupiebat, à paternis exequijs Chriſtus Dominus auocauit: *Sine,* inquit, *vt mortui ſepeliant mortuos ſuos.* Luc. 9.n.60. An iniuſtus ſuit, qui mortuo parenti iuſta ſoluere cupiebat? Minimè verò. Niſi forte curando paternum funus, negligere diuinum obſequium videretur. Vnde D. Ambr. lib. 7. in Luc. *Non,* inquit, *paterni funeris ſepultura prohibetur: ſed neceſſitudine generis, diuinæ religionis pietas antefertur.* Magnum vtrumque debitum in parentes, & in Deum, ſi tamen vtrumque ſolui nequeat, huc præferatur. Sic Abraham, ille, quem paulò ante dicebam, iuſtitiæ gladio armatus, affectus ſuos in filium, & in Deum æqua proportione diuiſit: filio quidem miſericordiam præſtitit, Deo obe-

Dei amor carnali parentum affectui præferendus.

D. Ambr.

Mirabilis Abrahæ fortitudo, & miſericordia in filij affectu reſecando.

B dientiam: magna vſus & iuſtitia, & fortitudine, in hac diſtributione facienda: iuſtitia, dum ſuum cuique debitũ perſoluit; fortitudine, dum naturalem erga filium affectum ſupernaturali erga Deum ſuperauit; iuxta illud de æterna ſapientia Abrahamum gubernante: *Hæc ſciuit iuſtum, & conſeruauit ſine querela Deo, & in filij miſericordia fortem cuſtodiuit.* Sap. 10. n. 5. Vbi hæc ex miſericordia, & fortitudine harmonia digna eſt, quæ magnis laudibus celebretur: nam filium ſine miſericordia iugulare, tyrannicum eſſet; imò & belluinum: ſine obedientia illæſum cuſtodire, impium eſſet, & penitus iniuſtum: vtrumque verò coniũgere, & cum miſericordia erga filium, obedientiam erga Deum

C conciliare, fortis ac generoſi animi indicium non vulgare. Sic igitur moderandus eſt propinquorum affectus, vt cùm primùm à Deo auertere incipiat, amputetur, ne extremum in malum effundatur. Vis ſcire, vt vno verbo dicam, quanta animorum labes, & pernicies ex immodica erga propinquos affectione ſubſequatur? Certe ex hac radice prima idololatriandi inſania erupit, vt ipſa diuina Sapientia teſtatur: *Acerbo enim luctu,* inquit, *dolens pater, cito ſibi rapti filij fecit imaginem; & illum, qui tunc quaſi homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum colere cœpit.* Sap. 14. n. 15. Cæca planè affectio, quæ quos videtat mortuos, fingit Deos: & vbi veram mortalitatem experta fuerat, falſam comminiſcitur diuinitatem. Sed de hac re ad c. 6. multa cumulabo.

Inordinatus filiorum, & propinquorũ amor, prima idololatriæ radix.

D Illud ſupereſt in hac lege valdè notandum. Iubet enim, vt ſi quis viſu mortuo polluatur, *illicò in eadem die* expietur. Num. 6 n. 9. Optimum planè documentum. Nam ſi nulla mora trahenda erat in illa pollutione legali expianda, quid moramur in morali deformitate abluenda? Non immeritò Dauid eum commendat, qui *in cathedra peſtilentiæ* non ſedet. Pſalm. 1. n. 1. vtique piger, ac deſidioſus; ſed ab ea, ſi quando ſedere contigit, feſtinus exilit, & erumpit. Quod ſi à peſte, quanto magis à culpa æquum eſt, vt ſe quiſque feſtinus proripiat, & expurget? Vbi D. Ambr. eandem doctrinam diuerſa

26\. *Peccata ſtatim pœnitentia expiãda.*

E ſimilitudine ignis, & luti expreſſit. Quis lapſus in ignem, feſtinus non euolet, ne integer deuoretur? Quis effuſus in lutum alacer non ſubſiliat, ne totus abſorbeatur? Ita planè, inquit D. Ambr. *Poſuiſti veſtigium ſuper voraginem culpæ, cito aufer pedem, ne ſupra plantam tibi aſcendat pollutio. & lapſu faciliore deceptus, ſupra lutum reſideas. Cauenda ergo prima ſunt vitia, ne in plura deinde grauiora proſerpant.* Sed de his ſuus erit alibi dicendi locus. Iam ad tertiam Nazaræorum legem.

In peccato non ſedendum.

Tertia lex, de cæſarie nutrienda.

27\. *An Nazaræi barbam radere prohiberentur.*

TRaditur hæc lex Numer. 6. num. 5. quæ cùm ſit propria huius loci, debet à nobis paulò vberiùs explicari. Igitur Nazaræi intonſi erant.

Nouacula

Nouacula ſuper capita eorum non tranſibat. An verò nec ſuper barbam, in litera non exprimitur. Imò cùm vbique de ſolo capite ſermo ſit; & loco citato Numer. ſola cæſaries, quæ eſt capitis coma, creſcere iubeatur; nihil videtur lex Nazaræorum de nutrienda barba præcepiſſe. Quod ſi verum eſt, Nazaræi tantùm ex communi Hebræorum lege barbam radere prohibente, Leuit. 19. n. 27. à raſura barbæ, non verò à tonſura abſtinebant. Sed quidquid ſit de hac re: certè comam capitis, non ſolùm in partem, ſed etiam in totum nutrire tenebantur, vt in litera diximus. Vnde illi *ſeptem crines* Samſonis, de quibus tantùm ſit mentio Iudic. 16. n. 13. & 19. ſumendi ſunt pro ſeptem veluti faſciculis capillorum, in quos tota cæſaries nectebatur; vt Lyran. & Abulenſis, exponunt. Quo artificio olim fœminæ ad vanæ oſtentationem pulchritudinis abutebantur. Vnde Clem. Alex. lib. 3 pædag. c. 11. *Mulieribus*, inquit, *ſufficit tenui aliqua fibula comam adnectere frugaliter. Meretricij enim pilorum plexus, & catenarum nexus, cùm eas deformes reddunt; tum etiam pilos diſcerpunt, artificioſis inſertis vinculis euellentes; quo fit, vt ne ſua quidem tangant capita, nec capillos cõfundant: quin etiam non ſine metu eas inuadit ſomnus, dum timent, ne texuræ figuram imprudentes ſpolient.* Ad quem locum Auctor collectaneorum in Clementem pag. 792. obſeruat, illos *catenarum nexus* in Græco dici σειρὰς, hoc eſt, *ſertas*, vt ipſe vocat, ſeu faſciculos capillorum; *In quos*, inquit, *non ſolùm fœminæ, ſed etiam viri comam, & barbam diſtinguebant; vt in capitibus Iouis, tam in numiſmatibus, quam in marmoribus videre eſt.* Vbi plura de hac re. Totam igitur Nazaræi comam ne moleſtè ob oculos fluctuaret, in ſeptem nodos colligebant.

Nazaræi totam comam nutriebant, & in ſeptem veluti faſciculos colligebant.

Lyran.
Abul.
Clem Alex.
Idem mulierum mos in concinnandis crinibus reprehenditur.

28\. Cæterùm huius cæremoniæ ratio multiplex eſſe poteſt. Prima, vt nutriendo comam, bonas pariter cogitationes, ac virtutes nutrire admonerentur, quas Origen. hom. 8. in Leuit. D. Greg. lib. 2. Moral. c. 26. D. Ambroſ. lib. 2. de Spiritu ſancto in prologo, & plures alij, capillorum nomine intelligunt. Vnde Origenes citatus diſcrimen conſtituit inter iuſtos, & peccatores Nam *peccator*, inquit, *omne, quod ei ſiue in conſilio natum eſt, ſiue in verbo, ſiue in opere, expedit, ſi verè purificari vult, vt eradat, & abiiciat, nec reſidere aliquid patiatur: honeſtus autem ſeruare debet omnem capillum, & ſi poſſibile eſt, nec aſcendere debet ferrum ſuper caput eius; ne abſcindere aliquid de cogitationibus ſuis ſapientibus, aut dictis, aut operibus poſſit. Vnde denique eſt, quod & Samueli ferrum dicitur non aſcendiſſe ſuper caput, ſed & omnibus Nazaræis, qui ſunt iuſti; quia iuſtus, ſicut ſcriptum eſt, erit tanquam lignum*, &c. *Omnia, quæcunque fecerit, proſperabuntur, & folia eius non decident. Hinc & diſcipulorum Domini etiam capilli capitis dicuntur eſſe numerati: hoc eſt, omnes actus, omnes ſermones, omnes cogitationes eorum ſeruantur apud Deũ, quia iuſti, quia ſancti ſunt.* Eandem rationem inculcat D. Cyrill. lib. 16. de adorat. *Quia*, inquit, *capilli fructus ſunt capitis, & more iuſtorum germinum exoriuntur: cogitationes viciſſim fructus ſunt mentis, oportet, vt mentem habeamus non nudam, & ſpoliatam rectis cogitationibus, ſed veluti germinantem, & ad Dei honorem certiſſima omnium rerum ſcientia comptam.* Et paulò poſt: *Eſt ergo in nobis mens intonſa quodammodo, & comis Deo ſacratis ornata, ſi rectarum cogitationum plena ſit: eadem rurſus nuda eſt, & turpiſſimo caluitio dehoneſtata, ſi neque rectas de Deo notiones habeat, neque de rebus omnibus, quæ agendæ ſunt, optima, ac probatiſſima cognitione ſit prædita.* Accedit D. Ambroſ. lib. 3. de virginibus, vbi ad illa verba: *Caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium.* Cant. 5. num. 2. inducit diuinum ſponſum laudabiliter cincinnatum cum cæleſti ſponſa colloquentem in hunc modum: *Noli*, inquit, *proxima mea, accipere cincinnos corporalium capillorum; non illa ornamenta, ſed crimina ſunt; lenocinia formæ, non præcepta virtutis. Alios cincinnos Nazaræus habet, in quibus ferrum non aſcendit; quos nemo præcidit; qui non calamiſtris compoſiti, & arte digeſti; ſed multiplici criſpantes virtutum nitentium gratia refulſerunt. Diſce in hiſtoria, quales Nazaræus cincinnos habeat; quos quandiu Samſon habuit intactos, nunquam vinci potuit: cincinnos perdidit, & meritum virtutis amiſit.*

Prima huius rei cauſa. In capillorũ nutritione virtutum incrementa Nazaræus præcipiebantur
Orig.
D. Greg. Magn.
D. Ambroſ.
Virtutes in capillis adũbratæ.
D. Cyrill. Alex.
D. Ambr.

Nec multum ab his Patribus differt D. Paulin. in epiſt. 4 ad Seuerum, vbi comam nunc in bonam partem, pro diuina gratia; nunc in malam, pro noſtra malitia vſurpat; & hanc docet à Chriſto, illam à diabolo tanquam nouacula abradi: *Nouacula*, inquit, *nobis Chriſtus, qui cor noſtrum circumcidit, vitia radit, animæ caput lauigat, & faciem mentis accurat; nóſque, vt illam lege captiuam purgat, & liberat horrido miſeræ ſeruitutis capillo; vt coniungendi Domino, velut illa in viri Iſraelitæ nuptias tranſitura, criminibus carnis noſtræ, quaſi barbaris crinibus exuamur.* En infelicem capillaturam penitus abradendam. Sed ſtatim de aurea Nazaræorum cæſarie religiosè conſeruanda: *Cauendum*, inquit, *ne illa inimica ex aduerſo nouacula* (nempe diabolus) *quæ in protoplaſtis noxia fraude deceptis, generis humani caput raſit, in caput noſtrum aſcendat; nóſque gratia ſpirituali, tanquam illo Nazaræo crine deſpoliet.* Vbi alludit ad Samſonem, qui in ſe expertus fuit, Iudic. 16. à num. 19. quàm neceſſarium ſit, hac diuinæ gratiæ coma cæſariatum eſſe; quàm verò perniciosum, eſſe eadem decaluatum. Scilicet, inquit D. Paulinus: *Inuictus, crine ſeruato; captiuus, abſciſſo; & iterum fortis, renato.* Nam re vera perinde fuit Samſonem crinibus tonderi, & viribus ſpoliari: perinde renaſci crines, & recuperari vires; vt ſignificarentur peccatores, qui vt diuinâ gratiâ exuuntur, vel induuntur; ita cæleſtibus præſidijs denudantur, vel obarmantur. Et hæc Samſon tonſo capite, à Philiſthinis paſſus eſt, eadem peccatores, expilata animâ, à diabolis patiuntur. Quod rectè D. Paulinus expreſſit: *Ita nobis*, inquit, *violata Chriſti gratia, vt illi inciſa coma, hoſtis illudet, auferet oculos, mittet in carcerem, & vertendis molis, velut aſinos deputabit.* Et paulò poſt: *Peccator*, inquit, *velut coma reduci, ita gratia reflorente integrabitur.* En prima ratio, cur Nazaræi cæſariem nutrirent; vt ſignificarent diuinam gratiam magno ſemper ſtudio fouendam, nulla ſceleris nouacula violandam.

29\.
D. Paulin.
Capilli nunc diuinã gratiam, nunc noſtram malitiam ſignificant.
D. Paulin.

Secunda ratio, vt peculiaris Dei cura, & prouidentia erga illos ſignificaretur: quæ tunc maxima eſſe dicitur in ſcriptura erga aliquos, quando omnes eorum capillos ita ſeruat, vt nullum eorum perire patiatur; vt ex Matth. 10. num. 30. Luc. 12. num. 7. & 21 num. 18. Act. 27. num. 34. 2. Reg. 14. num. 11. 3. Reg. 1. num. 52. aliiſque locis planum eſt. Quanto verò ſtudio Deus ſuorum, non dico mentem, ſed etiam crinem tueatur, ex eo patet, quòd, ne in porcos quidem diabolus ingredi auſus ſit, niſi facultatem à Chriſto Domino impetraret. Marc. 5. num. 13. Quo ex loco rectè ad præſens inſtitutum argumentatur Tertullianus de fuga in perſequutione, cap. 2. *Poſſum*, inquit, *dicere, porcorum quoque ſetas tunc numeratas apud Deum fuiſſe, nedum capillos ſanctorum* Eandem curam vt Chriſtus Dominus Apoſtolis ſuaderet: *Et capillus*, inquit, *de capite veſtro non peribit.* Luc. 21. num. 18. At cur potius capillos, quàm alias corporis partes nominauit, niſi vt perſuaderet

30\.
Secunda ratio. In capillorũ conſeruatione, Dei in ſuos prouidentia oſtenditur.
Tertul.

nunquam

A nunquam ſe in magnis defuturum, qui in paruis nunquam defuiſſet. Quaſi diceret, inquit D. Gregor. homil. 5. in Euang. *Cur timetis, ne pereat, quod in ipſum dolet; quando & illud in vobis perire non poteſt, quod inciſum non dolet?* Nam ſi illa, quæ cum minimo corporis detrimento amittuntur, de quorum numero ſunt crines, à Deo nihilominus conſeruantur; quo ſtudio ſeruabit ea, quæ ad animæ perfectionem requiruntur? Vrgeant hinc inde pericula, & Nazaræos, alioſque iuſtos ad exitum repoſcant. Aderit ſine dubio diuina prouidentia, & periclitantes, ſi opus erit, ne minima quidem ſui parte violari patietur. Quis non miretur tres illos pueros Babylonis, tam indomitos inter flammas rerum omnium domitrices, vt ne vnus quidem eorum pilus incendio exuratur? Daniel. 3. n. 50. Certè D. Chryſ. homil. 12. in Geneſ. diuinam hanc in homines prouidentiam expendens: *Irrationale, inquit, elementum nec capillos eorum nocebat; ſed circumibat illos, & tanquam ſua tecta ſi laudabat. Ignis eſſentia tanquam obedientiam exhibens, & Domini mandato ſeruiens, illæſos, & intactos ſeruabat admirabiles illos pueros, qui quaſi in prato, & horto ambulantes in camino verſabantur.* Et ſi alia pluribus locis inculcat. Cæſariatus igitur Nazaræus, & ne minimo quidem crine depilatus, diuinam erga ſe prouidentiam, & tutelarem curam, qua ne vnum quidem eius pilum perire patitur, teſtatur.

D. Gregor.

D. Chryſ.

31. *Tertia ratio. Nutrita cæſaries libertatē indicat; raſa, ſeruitutem.*

Tertia ratio, vt libertas ſeruientium Deo indicaretur. Nam ſicut raſura capitis olim ſeruitutem indicabat, vt colligitur non ſolùm ex profanis literis paſſim; ſed etiam ex ſacris. Iſaiæ 3. n. 17. *Decaluabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit.* Ierem 48. num. 37. *Omne caput caluitium, & omnis barba raſa erit, in cunctis manibus colligatio.* Ezechiel. 5. n. 1. *Sume tibi gladium acutum radentem pilos, & duces per caput tuum, & per barbam tuam.* Mich. 1. n. 16. *Decaluare, & tondere ſuper filios deliciarum tuarum, dilata caluitium tuum, ſicut aquila; quoniam captiui ducti ſunt ex te.* Deut. 32. n. 42. *De cruore occiſorum, & de captiuitate nudati inimicorum capitis.* & multis aliis locis. Ita cæſaries intonſa ſignificabat libertatem ſeruorum, & filiorum Dei. Vnde illud hoc loco: *Nouacula non aſcendet ſuper caput eius*; vertit Paraphraſtes Chaldæus, *Terror non aſcendet ſuper caput eius*: id eſt, vt Vatablus exponit, *imperium hominis*, iuxta illud Dei ad Noë: *Creſcite, & terror veſter, ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ.* Gen. 9. n. 2. hoc eſt, imperium veſtrum: quod quidem terror dicatur, quia, vt bene Caiet. ad eum locum: *In principio, inquit, quando creatus eſt homo, datus eſt homini dominatus animalium, modo datur territatio: ad inſinuandum, quod in ſtatu innocentiæ fuiſſet dominium pacificum, modo autem eſt dominium terribile.* Neque ſolum in beſtias, ſed etiam in homines, hoc terribile imperium exercetur, iuxta illud: *Conſtitue Domine legiſlatorem ſuper eos.* Pſalm. 9. n. 21. ſeu, vt D. Hier. ex Hebræo transfert: *Pone terrorem eis*: hoc eſt, durum ac ſeuerum imperatorem, à quo non modo gubernentur, ſed etiam terreantur. Quare non ſubiici Nazaræos nouaculæ, idem erat, quod non ſubiici terrori, ſeu alicuius hominis imperio, non obire ſeruitutem. gerere autem comam, idem, quod gerere libertatem, ſeu coronam. Coma enim, & corona in Scriptura ſæpe coincidunt, iuxta illud: *Corona tua circumligata ſit tibi.* Ezechiel. 24. numero 17. ſeu, vt vertunt Septuaginta: *Coma tua.* Et illud, *de captiuitate nudati inimicorum capitis*, ſcilicet vlciſcar, Deuter. 32. num. 42. hoc eſt, de captiuis non habentibus comas, Chaldæus vertit: *Auferam coronas de capite hoſtis, & inimici.* Itaque Nazaræi, dum ſe totos vni

Dura hominum ſeruitus.

D. Hier.

Coma in Scriptura, idē ſæpè, atque corona.

Deo conſecrabant, non captiui, ſed liberi; non ſerui, ſed reges videbantur. Vnde eſt illud Dei oraculum: *Timorem eius ne timeatis, neque paueatis; Dominum exercituum ipſum ſanctificate; ipſe pauor veſter, & ipſe terror veſter.* Iſaiæ 8. num. 12. & 13. Quaſi diceret, ſi vultis eſſe liberi à Rege Aſſyriorum, deuouete vos vni Domino exercituum, ſeu Angelorum; cæteris hominibus tanquam reges imperabitis, ſi vnus Deus vobis tanquam ſeruis dominetur.

Dei ſerui, reges.

32. *Quarta ratio. Per intonſam comam Nazaræi ab idololatris ſacerdotibus diſtinguebantur, qui pilos radebant. Fideles ab infidelibus etiam externis ſignis diſſidebant.*

B Vltima ratio eſt, vt per hanc nutriendæ comæ cæremoniam, idololatriæ ritus aboleretur. Cum enim Ethnici ſacerdotes haberent capita, & barbam raſam. Baruch. 6. num. 30. neceſſe fuit, vt Nazaræi comam nutriendo illis opponerentur. Sic olim iubebat Deus lucos ſuccidere. Deuter. 12. n. 3. quia eos Ethnici plantabant, vt communiter docent interpretes. Sic ſacrificari vitulum, capram, & ouem. Leuit. 3. n. 1. 5. & 12. & paſſim alibi; quia Ægyptij ab his, tanquam à Diis abſtinebāt, vt Theod. q. 1. in Leuit. aduertit. Sic tabernaculi & templi fores vergere ad orientem ſolem, vt Ioſeph. lib. 3. antiq. cap. 5. & lib 8. cap. 2. ſcribit; quia illas vertebant Ethnici ad occidentem, vt Vitruuius lib. 4. de architectura, cap 5. oſtendit, & ſic de aliis. Æquum enim fuit, vt fideles ab infidelibus etiam externis ſignis diſſiderent; ne fortè internis animorum ſenſibus conſentire putarentur. Vt igitur Nazaræi ab Ethnicis diſſentirent, cum illi comam

Theod. Ioſeph. Vitruu.

C raderent, ipſi nutriebant. Sic olim in Eccleſia Sacerdotes non radebant comam, ſed attondebant: vt Bellarm. lib. 2. de monachis, cap 40. in 2. tom. ex Clem. Alexand. Optato Mileuit. D. Hieron. & aliis confirmat. Ratio fortaſſe fuit, quia ſub id temporis ſacerdotes Iſidis, & Serapidis comam radebant, vt D. Hier in cap. 44. Ezechiel. teſtatur. Ad quam Ethnicorum conſuetudinem alludens D. Ambroſ. epiſt. 36. inuehitur in eos, qui expoſtulabant cum Paulino, quod bonis temporalibus abdicatis, Euangelicam paupertatem ſequeretur: *Cum, inquit, ipſi capita, & ſupercilia ſua radant, ſi quando Iſidis ſuſcipiunt ſacra, ſi fortè Chriſtianus vir attentior ſacroſanctæ religioni, veſtem mutauerit, indignum facinus*

Sacerdotes olim in Eccleſia comam tantum tondebant, non radebant. Bellarm. D. Hier.

D. Ambr.

D *appellant.* Quaſi indigniſſimum foret, argui eos, qui in diuinum obſequium ſuis ſe opibus exuebant: eos verò laudari, qui in cultum mali dæmonis ſuis ſe crinibus denudabant. Cùm igitur ſub id temporis Ethnici ſacerdotes comam raderent; Chriſtiani, non tam raſura, quàm tonſura vtebantur, vt ab illis diſtinguerentur: quamuis poſtea, ea ratione ſublata, raſuram multorum indicem myſteriorum adhiberent. Qua de re noſter Turrian. lib 5. pro epiſtol. Pontif. c. 19.

33. *Diuina prouidētia ſuauitas in Hebræis ab idolorum cultu auocandis.*

Sed hoc loco obiter notanda eſt diuinæ prouidentiæ ſuauitas, quæ ſic Hebræos ab Ethnicis diſtinctos eſſe volebat, vt nec his inuidiam, nec illis moleſtiam faceſſeret: & idcò idololatriæ ritus

E ſic euertebat, vt non omnes ſtatim aboleret, ſed paulatim in melius commutaret. Solebant enim Gentiles nutrire crines, nutritoſque abradere, ac ſuis Diis offerre: vt Tertul. lib. de anima, Theod. q. 28. in Leuit. Eugub. in cap 6. Num Lyran. Caiet. & alij ibidem teſtantur. Vt igitur ea ſuperſtitio Ethnicorum ſenſim euaneſceret; inſtituit ipſa Dei religio Nazaræorum, qui comam nutrirent, eamque ſiniſtro Nazaræatus abraſam, vni, ac vero Deo conſecrarent, vt ex Num. 6. n. 18 cōſtat. Ita expreſsè docuit D. Cyrill. Alexand ſæpius citatus. *Gentilium, inquit, dementiſſima ratio offerebant comam dæmoniis, nutrire permiſſam. Itaque ſapientiſſimus Moyſes, imò verò per Moyſem Deus, cum intelligeret, non facile Hebræos, quos in Ægypto errores imbibiſſet, depo-*

Tertul. Theod. Eugub. Lyran. Caiet.

Gentiles comam nutriebant, nutritam Diis offerebant.

D. Cyrill. Alex.

uere poſſe, ſimiles ritus inſtituere decreuit, ſenſim eos à priſcis erroribus disiungens, quibus ritibus non dæmones vltra, ſed Deum omnipotentem, quaſi ſub vmbra, ac figura colerent.

34. *Gentiles inter ſacrificia, conuiuia celebrabant, à quibus Deus Hebræos abducebat.* Virg.

Eodem artificio ſæpe aliàs vſus fuit Deus. Nam cùm Ethnici inter ſacrificia Deorum ſua quoque conuiuia celebrarent, iuxta illud Æneid.

Veſcitur Æneas ſimul & Troiana iuuentus,
Perpetui tergo bouis, & luſtralibus extis.

vt Deus ab hac ſuperſtitione ſuum populum ſenſim ablactaret, illas ſua, epulas inter hoſtias pacificas permiſit, vt colligitur ex hoc loco, n. 9. Vbi dicitur Anna comediſſe, & bibiſſe in Silo: & exprimitur Deuter. 12. n. 7. vbi ſic: *Comedetis ibi in conſpectu Domini Dei veſtri, ac lætabimini.* In quem locum Theod. q. 10. *Epulari, inquit, iuſſit eos in loco ſacro, liberans eos ab errore falſorum Deorum. Cum enim doctor impietatis, feſtis dæmonum ludicra permulta miſcuiſſet; is, qui ſagaci [illegible] mus eſt, Iſraelem ab eo errore liberare deſiderans, etiam de his, quæ pertinent ad feſta, leges ſcribit, ſacrificia permittit, inſtrumenta muſica tolerat, & iubet epulari; vt talibus illecebramentis idolorum cultum impium amputet.* Vnde patet, quanta ſuauitate Deus impios mores curauerit abolēdos. Non enim ſubitò, ac violenter Hebræos ab Ethnicis reſcindebat; ſed ſenſim, & ſuauiter, diluebat non inferens ſummam inter vtroſque diſſimilitudinem, ſed aliquam ſimilitudinē permittens: vt ita lex neque Hebræis difficilis, neque Ethnicis odioſa videretur. Quod Theod. lib. de ſacrificiis, qui eſt ſeptimus de prouidentia, exemplis confirmat, & illuſtrat. Igitur Deus hac vſus ſuauitate, pro ſuperſtitione Ethnicorum, religionem Nazaræorum introduxit.

35. *Samuelis verus Nazaræatus concluditur.* D. Hieron.

Atque hæc de cauſis, quibus Nazaræi comam nutriebant. Ob quas omnes, vt interim alias omittam, quas alij tradiderunt, mihi videtur Samuel verus fuiſſe Nazaræus, & rectè à D. Hieron. epiſtol. 7. ad Lætam, *ſacro crine venerabilis* appellari. Nam ipſe proculdubio fuit virtutum omnium altor, & alumnus: ipſe peculiari prouidentia à Deo cuſtoditus: ipſe in libertatem filiorum Dei cooptatus: ipſe diligentiſſimus totius idololatriæ profligator, vt ex tota eius hiſtoria patebit. Sed de ritu tondendi, nutriendive capillos, multa eruditè cumulant Clem. Alex. lib. 3. pædag. cap. 11. & Herueus eius interpres, D. Paulin. epiſt. 4. ad Seuerum, Sixtus Senenſis lib. 5. Bibilioth. annot. 244. Gueuara in cap. 3. Abacuc, Alfonſus Mendoça q. 5. expoſitiua, Pined in cap. 1. Iob. n. 20. Et ex profanis, Lipſius in Tacitum, cap. 14. Tiraq in Alex. lib. 5. cap. 18. Raderus in Martial. lib. 3. epigr. 6. & lib. 9. epigr. 17. Quos, ſi libet, conſule.

Clem Alex. Heruet. D. Paulin. Sixt Sen. Gueuar. Alfonſ. Mend. Pined. Lipſius. Tiraq. Rader.

Quarta lex, de ſacrificiis offerendis.

36. *Sacrificia à Nazaræis fieri iuſſa.*

QVarta, & vltima lex Nazaræos ad quædam ſacrificia offerenda obligabat: ſemel quidem quando Nazaræum pollui contingebat; iterum verò, quando Nazaræatus abſoluebatur. Quod ad primum attinet, ſi Nazaræus pollueretur ſuper mortuo, ſeu aliquo coram eo ſubitò moriente, dies omnes, quos in Nazaræatu tranſegerat, [illegible] bat, & proinde ad votum implendum, exordium ab initio debebat, ac ſi nihil agere cœpiſſet. Numer. 6. n. 12. Quemadmodum & nunc, ſi quis poſt aliquot religionis annos, [illegible] religione excluſus, iterum admittatur, ad prim[illegible] exordia recurrere debet ac ſi ea nunquam poſuiſſet. Nec immerito. Nam *qui à continuatione re[illegible], ad initium recurrit*, vt aliquando Seneca philoſophabatur. Et qui à virtute quam diu coluit, recedit, ita repuerat[illegible], vt [illegible]piſcat, ad prima virtutis incunabula recurriſſe vi- Senec.

deatur: iuxta illud Apoſtoli: *Cum deberetis magiſtri eſſe propter tempus, ruſum indigetis, vt vos doceamini, quæ ſint elementa exordij ſermonum Dei; & facti eſtis, quibus lacte opus ſit, non ſolido cibo.* Hebr. 5. n. 12. Quaſi qui in virtute deficit, à calce ad carcerem, à virili ætate ad puerilem relabatur.

37. *Tria in Nazaræi pollutione imperantur.*

Vt igitur Nazaræus à ſuo voto per legalem pollutionem excuſſus, in illud idem per legalem conſēcrationem iterum admitteretur, tria facere iubebatur. Primum, vt ille cito eadem die caput abraderet: vt ex hac feſtinatione indicaretur illa, quæ neceſſaria eſt, vt quis à peccato, in quod ruit, erigatur, & à culpa, in qua ſordium, expietur; vt paulo ſuperius in 2. leg. iam aduertimus. Secundum, vt iterum die ſeptima capilli, eo paruo temporis interuallo ſuccreſcentes raderentur, antequam ad ſacrificium offerendum accederetur. Quo ſigno, illa quæ nunc ad Eucharisticū ſacrificium expurgatio requiritur, non obſcurè indicatur. Quamuis enim aliquot antè diebus perfecta omnium peccatorum confeſſio, & expiatio præceſſerit, tamen pridie, vel in ipſo die, in quo ſacræ menſæ accūbitur, æquum eſt, vt ſi qua peccata etiam venialia eruperunt, ac ſuccreuerunt, penitus abradantur. Tertium, vt duo turtures, aut duo pulli columbarum offerrentur: vnus in holocauſtum, alter in ſacrificium pro peccato, non quidem mortali, ſed legali, hoc eſt, pro illa immunditia, quam ex mortuo contraxerat, vt eam Deus auertere dignaretur. Et rurſum vnus agnus anniculus pro peccato mortali, ſeu proprio ipſius Nazaræi, non quidem illo, quo mortuum viderat (hoc enim ſine culpa mortali potuit contingere) ſed aliquo alio, quo ipſe aliquando conſtrictus teneretur. Sed quid turtur, quid pullus columbinus ſignificabant? Vterque planè, interprete D. Cyrill. Alex. ſæpius citato, repræſentabat Chriſtum Dominum; turtur quidem, quia maximè canorus, qualis Chriſtus Dominus, cuius doctrina toto orbe ſonat, toto auditur: pullus verò columbinus, quia in primis manſuetus, qua virtute Chriſtus Dominus excellit: *Mitis, & humilis corde; qui calamum quaſſatum non confringet, linum fumigans non extinguet.* Quæres, cur ex turturibus non pullus, ſed turtur: ex columbis, non columba ipſa, ſed pullus in ſacrificium exigeretur. Reſpondet Abulenſ. quia in illis turtur, in his pulli erant pinguiores, proindéque eſui aptiores: id enim Deus in ſuum ſacrificium, quod homines in ſuum conuiuium, expetebat. Adde, quod & turtur, & pullus columbinus, caſtitatis amantiores, quam columba, hoc ipſo nonnunc ad ſacrificium aptiores reddebantur. Iam verò agnus ille, qui pro peccato offerebatur, etiam Chriſti Domini typus fuit. *Vt per omnia*, inquit D. Cyrill. *Chriſtus intelligatur: per aues quidem, vt qui supernè ſit, atque cælitus extiterit: per agnum vero, vt qui infernè, & ex terra ſit editus.* Debuit enim Nazaræus Chriſti Domini typus, ſacrificiis Chriſtum Dominum repræſentantibus conſecrari.

D. Cyrill. Alex. — Abulenſ. — D. Cyril.

38. *Sacrificia in fine Nazaræatus offerenda.*

Quod attinet ad ſecundum, Nazaræus temporarius, ſeu qui pro certo tempore vouerat Nazaræatum, in fine ſui Nazaræatus cruenta, & incruenta ſacrificia offerre iubebatur: quibus ſuam & mortificationem, ac deuotionem ſeu actionem, & contemplationē teſtaretur. Ex cruentis quidem primo loco, agnum agniculum immaculatum in holocauſtum, teſtem ſuæ innocentiæ, tanquam infantulis vt docet D. Cyrillus. Nazaræi namque puros ſe, & immaculatos toto ſui voti tempore tanquam modo geniti infantes conſeruare nitebatur. Secundo, ouem anniculam immaculatam pro peccato. vt palàm fieret, inquit D. Cyrillus Alexand. *etiam eorum vitam, qui vel maximo pueri ſunt, ea ſimplicitate,* D Cyrill. Alex.

& inno

& innocentia, & integritate mentis, quæ in Chriſto intelligitur, non omnino reprehenſione vacare, ſed purgatione prorſus indigere. Eſſe enim ab omni culpa immaculatum, adeò excellit, vt vni Deo tanquam proprium tribuatur. Tertio arietem immaculatum, in hoſtiam pacificam. Oportebat enim, vt pro illius ſtatus, & initio feliciter poſito, & fine feliciter impoſito, immortales Deo gratiæ haberentur: & ab eo, qui eſt eſt principium, & finis, Nazaræatus ille & cœpiſſe, & deſiiſſe oſtenderetur. Ex incruentis verò, primò caniſtrum panum azymorum: qui interprete D. Cyrillo, ſimplicem, ac puram vitam, & ab omni malitiæ fermento expurgatam ſignificabant. Deinde lagana vncta oleo: quæ, eodem interprete, ſanctorum vitæ ſuauitatem, ac dulcedinem exprimebant; nec deerant libamina offerri ſolita, quæ Num. 15. à n. 4. deſcribuntur. Tandem abraſa Nazaræi cæſaries igni imponi iubebatur: non vt igni, tanquam immunda aboleretur, vt paulò ante, quando Nazaræo pollutio contingebat: ſed potius, vt Nazaræatu feliciter exacto, tanquam ſacra, tota in diuinum honorem crematetur.

39. Quæret aliquis, cur Nazaræi hac viciſſitudine nutriendi, & radendi comam vterentur. Reſpondeo primò, vt duplicem ſtatum Synagogæ, & Eccleſiæ ſignificarent. Nam Synagoga comam nutriebat: quia habebat velamen ignorantiæ ſuper caput, ne vera agnoſceret; & malitiæ ſuper cor, ne cognita amplecteretur, 2. Corinth. 3. n. 14. Eccleſia verò comam abradit, quia vtrumque velamen, & a capite, & a corde remouit, veram fidei doctrinam, & profeſſa, & amplexa, iuxta illud eiuſdem Apoſtoli: *Cum conuerſus fuerit ad Dominum, auferetur velamen.* ibid. num. 8. Ita D. Iſidor. lib. 2. de offic. Eccleſ. cap. 4. hanc cæremoniam interpretatur. *Quod*, inquit, *ſignificabat velamen interpoſitum inter faciem Moyſis, & aſpectum populi Iſrael; hoc ſignificabat illis temporibus coma ſanctorum. Proinde iam non oportet, vt velentur crinibus capita eorum, qui Domino conſecrantur, ſed tantùm, vt reuelentur; quia quod erat occultum in ſacramento prophetiæ, iam in Euangelio declaratum eſt.* Reſpondeo ſecundò, quia coma, & pro bonis, & pro malis cogitationibus vſurpari conſueuit: vt ſupra ex D. Paulino aduerti. Nutriebant igitur comam, vt ſignificarent, bonas cogitationes retinendas eſſe: abradebant, vt ſignificarent, malas exterminandas. Ita D. Greg. lib. 2. moral. cap. 16. *Quid eſt*, inquit, *quod caput Nazaræus radere, capilloſque in igne ſacrificij ponere iubetur; niſi quod tunc ad perfectionis ſummam pertingimus, cum ſic exteriora vitia vincimus, vt etiam cogitationes ſuperfluas à mente reſecemus?*

D. Iſid. D. Greg.

40. Sed cur in lege noua adhuc ſupereſt aliquod huius cæremoniæ veſtigium, dum ij, qui ſacris initiantur, in ſummo vertice tondentur? Multiplex ratio eſt. Prima ex D. Dionyſ. Areop. lib. de Eccleſ. Hierarc. c. 6. *Tonſura*, inquit, *crinium vitam mundiſſimam indicat*, &c. Accedit D. Iſidor. cit. *Eſt*, inquit, *in clericis tonſura; vt hoc ſigno vitia reſecentur, & criminibus carnis noſtræ, quaſi crinibus exuamur.* Altera ex D. Iſidor. cit. docente, illam tonſuram, & ſacerdotalis tiaræ, & regalis coronæ indicem eſſe: *Vt impleatur*, inquit, *etiam quadam corporis ſimilitudine, quod ſcriptum eſt; Vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium.* 1. Petr. 2. n. 9. Tertia ex Beda lib. 5. de geſtis Angl. c. 22. dicente, monachos, & ſacerdotes debere *formam coronæ, quam Chriſtus Dominus ſpineam portauit, ſuo quemque capite per tonſuram perferre.* Sic & German. Patriarcha Conſt. in Theſ. rerum Eccl. *Tonſura*, inquit, *ſacerdotis, vice coronæ eſt ſpineæ, quam Chriſtus Dominus geſtauit.* Vide Baron. tom. 1. an. Chriſti 58.

D. Dionyſ. Areop. D. Iſid. Beda. German.

SECTIO II.

Myſticus nouæ legis Nazaræatus.

NAzaræatus myſticus ille eſt, quem proprius adumbrabat: in quo non legales illæ cæremoniæ ſeruantur; ſed virtutes, quarum illæ cæremoniæ indices erant, excoluntur. Talis eſt in lege noua ſtatus religioſus, quem qui profitentur, veri dicuntur Nazaræi: qui iuxta ſui nominis etymon, de quo ſuperiori ſectione diximus, ſeparati à mundo, conſecrati Deo, vera gloria coronati interpretantur. Quæ tria breuiter expedio. Separati in primis ſunt à mundo, qui religioſorum in ordinem includuntur. Non ſolùm vniuerſalis Eccleſia, ſed etiam ſtatus religioſus in ſacris literis cum inſulis comparatur. Dauidem teſtor, & Iſaiam: Nam Dauid Pſal. 96. n. 1. *Lætentur*, inquit, *inſulæ multæ.* Iſaias verò c. 41. n. 1. *Taceant*, inquit, *ad me inſulæ.* Vtrobique enim Patres, & interpretes citandi, inſularum nomine, vel vniuerſalem, vel priuatas Eccleſias, ac religioſos ordines agnoſcunt. Quid igitur ſacris Deo famulis cum inſulis? Duplex profectò ſimilitudo. Prior, quia ſicut inſulæ quatiuntur fluctibus, ſed non euertuntur: ita religiones oppugnantur tentationibus, & perſequutionibus, ſed non expugnantur. Ita D. Aug. in Pſal. cit. *Omnes*, inquit, *Eccleſiæ inſulæ: quia circumlatrantur fluctibus omnibus omnium tentationum. Sed quomodo inſula vndique circumſtrepentibus fluctibus tundi poteſt, frangi non poteſt; magiſque ipſa frangit fluctus venientes, quam frangitur ab eis: ſic & Eccleſia Dei* (adde & ſacræ religiones) *pullulantes per totum orbem terrarum paſſa ſunt perſequutiones vndique frementium infidelium; & ecce ſtant inſulæ, & iam placatum eſt mare.* Concinit D. Hier. dicens, ſicut inſulas in medio mari, ita Eccleſias in medio ſeculo poſitas eſſe: & ſicut illas fluctibus, ita has perſequutionibus eſſe agitatas. *Verùm*, inquit, *iſtæ inſulæ tunduntur quotidie, ſed non ſubruuntur. In mari quidem ſunt, ſed habent fundamentum Chriſtum, qui moueri non poteſt.* Eodem modo D. Cyril. Theod. Procop. aliique in Iſaiam citatum interpretantur. Poſterior ſimilitudo, quia ſicut inſulæ interfuſo mari à continenti abſcinduntur: ita religioſæ familiæ interpoſito perfectionis ſtudio à terra ſeparantur. Non eſt liber ab inſulis in continentem, neque à continenti in inſulas commeatus: magnum interponitur chaos, nonniſi cum labore, ac difficultate hinc inde ſuperandum. Ita planè inter religioſos, & profanos homines, nullum debet patere commercium, nulla ſocietas copulari: *ſicut exaltantur cœli a terra, ſic exaltata ſunt viæ illorum à viis hominum, & cogitationes illorum a cogitationibus hominum.* Iſaiæ 55. n. 9. Quod ſi D. Chryſ. in Pſal. citatum ſolo Chriſtiani nominis beneficio dicebat: *In baptiſmate depoſui terram, & cœlum indui.* Quid religioſus inito perfectioris vitæ ſacramento? non terram exuit, ſed mundum; non modò cœlum induit, ſed Chriſtum. Quid abſtractius eſſe potuit à terrenis, quid coniunctius cum diuinis?

1. Religioſi Nazaræi. Religioſi à mundo ſeparati. Eccleſia, & religiones cur inſulis comparentur. Eccleſia, & Religio, tanquam inſula, mediis inter tentationum fluctus non fluctuant. D. Auguſt. D. Hieron. D. Cyrill. Alex. Theod. Procop. Religiones à ſeculo, tanquam inſulæ à continenti ſeparantur. D. Chryſ.

Iuſtos appellat Iobus [illegible] ſu myſtico, populum peregrinantem. *Diuidit*, inquit, *torrens a populo peregrinante eos, quos oblitus eſt pes egentis hominis, & inuios.* Iob. 28. n. 4. Hoc eſt, interprete D. Greg. extremum iudicium iuſtos ab iniuſtis ſeparabit. Dicuntur autem iuſti peregrinantes, quia à terrena patria ſeparati cœleſtem inquirunt. Quæ in religioſos appellatio magis congruit, qui non ſolum à patriis rebus, ſed ab omnibus terrenis ſeparantur; iuxta illud Apoſtoli: *Obſecro vos tanquam aduenas, & peregrinos*

2. Religioſi in hac vita peregrini. D. Greg.

abſtinere vos à carnalibus deſideriis. 1. Petr. 2. n. 11. Vbi D Bern. ſerm. 7. in Quadrageſ. *Peregrinus*, inquit, *via regia incedit; non declinat ad dexterã, neque ad ſiniſtram: ſi forte iurgantes viderit, non attendit: ſi nubentes, aut choros ducentes, aut aliud quodlibet facientes, nihilominus tranſit, quia peregrinus eſt.* In morem igitur peregrini, religioſus à temporalibus bonis, ſi qua obuia offeruntur, oculos, animúmque abducit, & ad cœleſtia, quibus tantùm inhiat, ſolicitus feſtinat.

D.Bern.

3\. Parum eſt monachos à mundo, tanquam peregrinos à patria, ſeparari. Nam *peregrinus*, inquit Bernard. *poteſt facile occaſione viatici, & detineri quærendo, & prægrauari portando.* Quid ergo vlteriùs opus eſt, tanquam mortui ab hoc ſeculo ſeparentur? *Mortui enim eſtis*, inquit Apoſtolus, *& vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo.* Coloſ. 3. num. 3. Nam *mortuus*, addit Bern. *ſi deſit etiam ipſa ſepultura, non ſentit: ſic vituperantes audit, vt adulantes.* Denique nullum habet cum hoc ſeculo commercium. Talem igitur ſe præbeat religioſus: nullis huius vitæ aut turbetur incommodis, aut lætetur emolumentis: & tanquam mortuus ſenſus expers ad nulla ſenſibilia damna, vel lucra moueatur. Adde, ſatis non eſſe ab hoc ſeculo ſeparari tanquam mortuos. Nam & hi funerum pompam, exequiarum honores, ſepulchrorum apparatus, aliáque id genus ſplendida, & honorifica aliquando à viuis ſortiuntur. Monachus verò etiam ab his omnibus debet abſtinere. Sit igitur non ſolùm mortuus, qui aliquando honoratur; ſed crucifixus, qui vilis, ac deſpicabilis habetur. Dicat cum Apoſtolo: *Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.* Galat. 6. num. 14 Hoc eſt, inquit Bernard. *non ſolùm mortuus mundo, ſed & crucifixus, quod eſt ignominioſum genus mortis. Omnia, quæ mundus amat, crux mihi ſunt, delectatio carnis, honores, diuitiæ, vanæ hominum laudes. Quæ verò mundus reputat crucem, illis affixus ſum, illis adhæreo, illa toto amplector affectu.*

Religioſi non ſolùm peregrini, ſed mortui. D.Bern.

Religioſi ſeculo non ſolùm mortui, ſed etiã crucifixi.

4\. Nonnulla huius ſeparationis vmbra in antiquis ſacerdotibus præceſſit. Nam illis, poſtquam ſacris initiati ſunt, ac diuinis miniſteriis deputati, præcepit Deus, ne foris extra tabernaculum vagarentur. *De oſtio*, inquit, *tabernaculi non exibitis ſeptem diebus.* Leuit. 8. num. 33. Rationem aſſignat Lyran. vt non commiſcerentur hominibus vulgaribus, nec ſecularibus negotiis implicarentur. Si igitur, qui Moſaico tabernaculo ſeruiebant, ſic ab externis, & profanis curis arcebantur: quid dicendum de illis, qui *tabernaculo Dei cum hominibus*, Apocal. 21. num. 3. hoc eſt, religioſo ſtatui, conſecrantur? Longiùs profectò debent ab omni profano commercio non ſolùm per hebdomadam, ſed etiam per totam vitam exulare. Horum nomine Dauid: *Ecce*, inquit, *elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine.* Pſalm. 54. num. 8. Vbi ſe non ſolùm a terrenis voluptatibus ſeparauit, ſed etiam elongauit: quia illarum non ſolùm præſentiam fugit, ſed etiam memoriam extinxit. Quod D. Bernard. ſerm. 53. in Cant. expendens: *Non fuit*, inquit, *contentus exire, niſi & longe ſe faceret.* Et ſtatim: *Tranſiliſti*, inquit, *carnis oblectamenta, vt minimè iam obedias concupiſcentiis eius, nec tenearis illecebris: profeciſti, ſeparaſti te, ſed nondum elongaſti; niſi & irruentia undique ph[illegible]taſmata corporalium ſimilitudinum tranſuolare mentis puritate præualeas.* Sed quis locus eſt tam munitus, & inacceſſus, vt terrenarum voluptatum non ſolùm præſentiam, ſed etiam memoriam excludat? Certè, ſi quis eſt, religioſa ſolitudo eſt, ſi D. Bernardo ſatis experto fidem habeamus. In hac enim ſolitudine Rachel vitæ contemplatricis imago idola patris ſui, hoc eſt, temporalia bona conculcauit Geneſ. 31. num. 34 In hac iterum Iacob perfectior eiuſdem vitæ cultor omnia Meſopotamiæ ſimulachra ſub terebintho ſepeliuit. Geneſ. 35. n. 4. Vt non ſolùm ex oculis euaneſcerent, ſed etiam ex animo delerentur.

Veteris legis ſacerdotes in religioſæ ſeparationis typũ, extra tabernaculum vagari prohibebantur. Lyran.

Religioſi non ſolùm à terrenis voluptatibus fugiunt, ſed etiam per obliuionem elongantur. D.Bern.

5\. Ad hanc religioſam ſolitudinem hortatus Sapiens: *Iniice*, inquit, *pedem tuum in compedes illius.* Eccleſiaſtici 6. n. 25. Vbi monaſticæ leges, compedes appellantur; quia profeſſores ſuos irreuocabili voto tanquam inextricabili catena conſtringunt, ne ſpiritualibus bonis ſemel valere iuſſis, iterum implicentur. Vnde & monachi ipſi dicuntur, *compediti*, iuxta illud: *Dominus de cœlo in terram aſpexit, vt audiret gemitus compeditorum, vt ſolueret filios interemptorum.* Pſalm. 101. n. 20. & 21. Vbi in primis notanda eſt diuina alacritas ad gemitus compeditorum, hoc eſt, religioſorum audiendos, & conſolandos: cùm enim multa peccata ſint, quę diuinos oculos à terra quàm longiſſimè auertant, religioſorum tamen preces efficiunt, vt in terra beneuolentiſſimè defigantur. De qua re conſule Platum noſtrum lib. 1. de bono ſtatus religioſi, cap. 35. Deinde aduerte appellari religioſos, compeditos & interemptos: interemptos quidem; quia *carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis, & concupiſcentiis.* Gal. 5. num. 24. compeditos verò, inquit D Greg. in Pſal. 4. pœnitentialem; quia *ligati vinculis diſciplinæ Dei, nequaquam ad ea, quæ exteriora ſunt, vagantur; & quaſi greſſum operis immobilis figunt, dum a conditoris deſiderio nuſquam diſcedunt.* Compediti igitur ſunt, quia monaſticis legibus conſtringuntur: ſed expediti, quia à temporalibus negotiis ſeparantur. Sic olim ſtrenui bellatores, *expediti* dicebantur, iuxta illud de Abraham: *Numerauit expeditos vernaculos ſuos.* Gen. 14. n. 14. & illud de principibus Iſraël: *Dederuntque duodecim millia expeditorum ad pugnam.* Num. 31. n. 5. & illud de Moabitis: *Expediti Moab vlulabunt.* Iſaiæ 15. n. 4. Hoc eſt, milites ab vxoribus liberi, à carnalibus concupiſcentiis abſtracti, à domeſticis curis exoluti: qui proinde audaciores pugnam cum hoſtibus aggrediuntur. Quis dubitat de hoc numero eſſe religioſos, qui quò longiùs à temporalibus ſarcinis remouentur: eò fortiùs cum aëriis poteſtatibus colluctantur?

Religionis vota, compedes.

Religioſi, compediti, & interfecti.

Platus.

D.Greg.

Religioſi, expediti milites, id eſt, ſtrenui.

6\. Vnde Chriſtus Dominus ad eum diſcipulum, qui priùs de paterno funere curando, quam de diuino obſequio ſuſcipiendo cogitabat: *Sequere*, inquit, *me, & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos.* Matth. 8. numero 22. Apud ſe viuere voluit expeditum, qui apud patrem iticritus moreretur. Nam, vt bene D. Chryſoſtom. homil. 28. in Matth. *Erat*, inquit, *veriſimile poſt parentis ſepulturam, ad teſtamenti, legatoriſque conſiderationem deuenturum, & hæreditatis deciſionem: deinde in aliud ex alio, quaſi vndarum fluctibus, procul a portu ſalutis iactaretur: quæ ne acciderent, ſecum eſſe Chriſtus iubet.* Vbi optimum habent religioſi documentum; etiam pium in parentum obſequium reſecandum, ex quo miſerum aliquod à Deo exilium timeatur, & in vniuerſum loquendo non ſolùm declinanda mala, ſed etiam cauenda bona, ex quibus aliqua occaſio regrediendi ad ſeculum, & temporalia negotia irreligioſè tractandi oriatur.

Religioſis etiam pius in parentes affectus reſecandus.

D.Chryſ.

7\. Sint igitur religioſi à terrenis negotiis expediti, ſint à terrenis ſarcinis exonerati: *Sicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro.* Cant. 4. num. 2. Vbi tonſis ouibus comparantur: quia interprete D. Aug. in Pſalm. 77. ad finem, *depoſuerunt tanquam vellera, onera ſeculi, quando ante pedes Apoſtolorum venditarum rerum ſuarum pretia poſuerunt.* Act. 4. num. 37. ſeu quando, interprete eodem D. Aug. in Pſalm 94. *eos præceptum Dei totondit, dicentis, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus.* Matth. 19. num. 21. Et concinit D. Bernard. ſerm. 63. ex paruis. *Quam bene*, inquit,

Religioſi cum tonſis ouibus comparantur.

D.Auguſt.

D.Aug.

D Bern.

inquit, *monachi tonſis ouibus comparantur; quia re vera tonſi ſunt, quibus nec corda, nec corpora, nec aliquid mundanum in proprietate relictum eſt.* Nec ſolùm externis ſarcinis; ſed propria carne exuuntur. Vnde meritò non ſolùm tonſis ouibus, ſed etiam dentibus comparantur. *Dentes tui ſicut greges tonſarum.* Cant.4 num.2. Quod D.Bernard. citat. rectè expendens: *Iſti*, inquit, ſcilicet monachi, *carnem non habent; quia en carni carnem obliti, audiunt ab Apoſtolo. Vos autem in carne non eſtis, ſed in ſpiritu.* Rom.8.num.9. Hæc D.Bernar. Vbi plures alias dentium cum monachis ſimilitudines elegantiſſimè deſcribit. Atque hæc de prima laude Nazaræorum in lege noua, ſeu monachorum. Sed exigua hæc eſſet, ſi à terrenis tantùm negotiis ſeparati forent, nec tamen diuinis miniſteriis deuoti, ac penitus addicti.

Religioſi cur dentibus comparentur. D.Bern.

8. Secundò igitur religioſi Deo conſecrati ſunt; ſeparantur à terrenis negotiis, vt diuinis miniſteriis conſecrentur. Neque enim vacare Deo poſſunt; antequam à mundo ſeiungantur. In quorum typum explicari poteſt id, quod de Dauide ſcriptum eſt; *Quaſi adeps ſeparatus à carne, ſic Dauid à filiis Iſrael.* Eccleſ. 47. num.2. Nam vt adeps ſeparabatur ab hoſtia, & totus in diuinum obſequium cremabatur. Leuitic.3.num.3. Ita Dauid, & qui ſub eius nomine intelliguntur religioſi, à temporalibus negotiis auelluntur, ac toti in diuinum honorem conſecrantur. Quid felicius Leui, qui interpretatur, *ipſe mihi*? Quaſi totus ad Deum referatur: totus vni Deo conſecretur, tum quod Deus illum ſibi in miniſtrum, in amicum, in filium cooptauit: tum etiam interprete Philone lib. de plantatione Noë, *Quod apud alios alia ſint in pretio; apud illum ſolum ille optimus maximus auctor rerum omnium.* Hanc ergo Leuiticam felicitatem mihi videntur religioſi conſequuti, dum & ipſi à Deo in filios cooptantur, & ipſi ſua ſponte toti in Deum transferuntur.

Religioſi Deo conſecrati.

Religioſi à carne ſeparati, vni Deo dicantur.

Leui nominis interpretatio.

9. Immortaliter laudat idem Philo citat. quendam è priſcis Philoſophis, qui *cùm*, inquit, *ſumptuoſa pompa ſpectaret apparatum copioſiſſimum, verſus ad quoſdam familiares, dixiſſe fertur; videte, amici, quàm multis rebus opus non habeo. Et tamen nihil habebat præter amictum neceſſarium.* Sed hic temporalium bonorum faſtidio, & neſcio an quodam faſtu vanæ oſtentationis, terrena omnia deſpiciebat: at Leuitæ, & quorum illi indices extiterunt, religioſi deſiderio cœleſtium bonorum, temporalia conculcabant: æternorum bonorum cauſa ſe totos mundo eripiebant, vni Deo conſecrabant. Vnde ſubdit ſtatim Philo: *Eadem legiſlator*, hoc eſt, eandem bonorum temporalium deſpicientiam, *ſæpe docet eos, qui non cupiunt, creatis rebus diteſcere, faſtidientes quidquid genitum eſt, præ ingeniti familiaritate, quem ſolum habent pro diuitiarum, felicitatiſque fine perfectiſſimo.* Vides, vt qui toti ſe Deo conſecrant, nullo velint abundantiori theſauro locupletari: nullo ſuauiori conuiuio expleri? Imò idcirco à mundo longiùs auferuntur, vt in Deum propiùs transferantur; & priſtinas cum mundo amicitias reſcindunt, vt cum Deo arctius fœderentur.

Phil Hebr. *Religioſi terrena faſtidientes, cœleſtia ſolùm deguſtant.*

10. Abrahamum in patria deſidentem excitauit olim Dominus ad colloquium. *Dixit autem Dominus ad Abram: Egredere de terra tua*, &c. Geneſ. 12. numero 1. ſed eundem à patria exulantem, non modò ad colloquium, ſed etiam ad conſpectum, familiaréque conſortium vocauit. *Apparuit autem Dominus Abram, & dixit ei.* Ibid. num.7. Æquum enim erat, vt qui propter Deum à mundo exierat, ad Deum familiariter intraret: & qui mundum propter Deum execrabatur, Deo gratior, & amicior conſecraretur. Quod Philo lib.6. Quod deterius potiori inſidietur, rectè expendens: *Poſtquam*, inquit, *Abram totam domum egreſſus eſt, ait lex, viſum ei Deum: dicens, quod manifeſte apparet extricato rebus mortalibus, & recurrenti ad incorpoream huius corporis animam.* Quo in ſymbolo religioſi adumbrantur, quos neceſſe eſt rebus humanis priùs renuntiare, vt diuinis liberaliùs perfruantur.

Abraham in monachorum typum dum patriæ renuntiat, diuina familiaritate perfruitur. Phil. Hebr.

11. Non ſine myſterio loquuturus Dominus cum Abraham, *eduxit eum foras, & ait illi.* Geneſ.15.num. 5. hoc eſt, ab omni naturali, & cognatione, & affectione ſeparauit. Oportebat enim, vt qui mentem ad diuinum conſortium erecturus erat, haberet *eam liberam*, inquit Philo lib.2. Allegor. *ab omnibus corporis neceſſitatibus, inſtrumentis ſenſitiuis, ratiocinationibus ſophiſticis, denique à ſeipſa.* Idem Abraham in diuinum obſequium mancipatus: *Dominus*, inquit, *Deus cœli, & terræ, qui tulit me de domo patris mei & de terra natiuitatis meæ.* Gen.14 num.7. Priùs ſe à paterna domo eductum, quàm in diuinam introductum confitetur.

Religioſi priùs à paterna domo educti, quàm in diuinam introducti. Philo Heb.

12. Iam verò, & Iſaac non in domum incluſus, ſed in agrum egreſſus meditabatur. Gen 24.n.63. vbi non tam illa corporalis egreſſio è domo, quàm ſpiritualis è corpore ad militandum neceſſaria ſignificatur. Nam *meditaturus*, inquit Philo, *& primatim acturus cum Deo, egreditur relicto ſeipſo mentéque propria.* Quæ felicior commutatio, quàm hæc, quam religioſi exercent, dum ſepoſito omni externo cum hominibus commercio, in internum cum Deo conſortium transfunduntur? Sed & Iacobo à patriis ſedibus auulſo nihil aliud obiicitur, *niſi domus Dei, & porta cœli*, Gen.28.n.17. Vt ſignificaretur digniſſimus, qui diuinam in domo Dei familiaritatem iniret ille, qui priùs humanam in domo patris ſocietatem repudiarat. Quod D. Athan. in Apol. de fuga ſua, & D. Hier. in Pſalm.133. rectè expendunt. His profectò honoribus religioſi inaugurantur, ablactati à rebus humanis, ac diuinis conſecrati.

Religioſi Dei conſortio vacaturi, hominum commercio renuntiant. Phil. Hebr.

D Athan. D.Hier.

13. Denique Moyſes poſtquam de vrbe exiiſſet, ſuam Pharaoni orationem promittebat. *Cùm*, inquit, *egreſſus fuero de vrbe, extendam palmas meas ad Dominum.* Exod.9.n.29 Hoc eſt interprete Philone: Cùm reliquero ciuitatem ciuiléſque tumultus: imò & ipſam animam animaléſque actiones, quæ humi repunt, neque in ſublime euehuntur, tunc *explicabo meas actiones Deo, teſtem, inſpectorémque ſingularum inuocando.* Quaſi non poſſet in ſpiritu agere cum Deo, quandiu in corpore ageret cum hominibus. Cui ſimiles religioſi à carne exeunt, vt vnum cum ſpiritu Dei efficiantur.

Religioſi à carne exeuntes, vnū cum ſpiritu Dei efficiuntur.

14. Daturus Deus manna in deſerto: *Egrediatur*, inquit, *populus, & colligat.* Exod.16 num.4. Vbi non vnus pluribus, ſed ſinguli ſibi colligere iubentur: vt magis patet ex numero 6. *Colligat vnuſquiſque.* An proinde omnes egredi ad colligendum oportebat? Si rationem literalem inquiras, cùm omnes egredi, & colligere iuberentur; ea videtur eſſe, vt nemo alieno labore victitaret; nemo ignauia, ac deſidia in tam pretioſo conuiuio langueret; nemo tanquam fucus deſidioſus, cibo, quem alij velut apes ſedulæ collegerant, veſceretur. Si moralem; vt omnes, qui ad Angelorum, atque Euchariſticum panem tractandum accederent, & ſacroſancta illa miniſteria obirent, priùs carni renuntiarent, ſenſibus vale dicerent, & ab omni corporis labe, & contagione egrederentur. Nefas enim eſt tam ſacrum miniſterium execrandis manibus contrectare. Hoc præceptum mihi videntur religioſi cumulatiſſimè explere, dum egrediuntur ab Ægypto huius mundi,

Religioſi ad cœleſte manna colligendum, vel à ſe ipſis egrediuntur.

Alieno labore non victitandum.

Sancta Euchariſtia puris manibus tractanda.

& in religionis paradiſum ingrediuntur, vbi maculis conſcientiæ deterſis, ad diuina miniſteria obeunda conſecrantur.

15. *Religioſi, vt Deũ adeant, à ſe abeant.* *Phil. Hebr.*

Moyſes olim idololatrantium peccato non mediocriter commotus ſuſtulit tabernaculum, *& tetendit extra caſtra procul*, Exod. 33. n. 7. Credo, & in pœnam ipſius populi, qui locum illum polluerat, & in reuerentiam tabernaculi, ne in loco polluto remaneret. Adde ex Philone Hebræo, vt qui deinceps Deum quæreret, aut conſuleret, extra caſtra egredi cogeretur; hoc eſt, myſticè, extra corpus. *Nam ſi quæris*, inquit, *Deum, anima a te ipſa egreſſa illum quære. Donec enim manet in molibus corporeis, aut mentis opinationibus, non es apta ad quærendas res diuinas, etiamſi præ te feras quærendi ſtudium.* Hoc ſanè documentum non parui faciunt religioſi, quo vt Deum adeant, à ſe abeunt: & vt Deum quærant, ſe relinquunt: & vt diuinis miniſteriis conſecrentur, à profanis negotiis feriantur.

16. *Apoſtoli, & religioſi non niſi in ſolitudine, cæleſtibus ſpectaculis initiati.* *D. Hieron.*

Hoc à ſuis diſcipulis Chriſtus Dominus exigebat: nam vt eos ad quoddam cæleſtis beatitudinis ſpectaculum eueheret, duxit illos ſolos in locum deſertum, *& in montem excelſum ſeorſum*. Matth. 17. n. 1. & Marc. 9 n. 2. Quaſi illos à ſolitudine, & ſublimitate loci admoneret, vt ſacris myſteriis imbuendi, & cœleſtibus ſpectaculis initiandi, ab hominum frequentia, ad ſolitudinem ſe reciperent: & ab humilitate carnis, ad ſublimitatem ſpiritus reuocarent. Excedere enim illos à rebus humanis oportebat, antequam diuinis ſpectaculis paſcerentur. Quare D. Hier. epiſt. 41. ad Ruſtinum, magnopere laudat ſuum illum monachum Bonoſum, qui in deſertam inſulam penetrarat, & in aſperas cautes ſe abdiderat, vt ibi tanquam Apoſtolorum æmulator diuino conſortio, & colloquio frueretur. *Quaſi quidam*, inquit D. Hier. *nouus paradiſi colonus incedit: nullus ibi agricolarum, nullus monachorum adhæret lateri comes. Solus ibi, imò iam Chriſto comitante, non ſolus videt gloriam Dei, quam etiam Apoſtoli, niſi in deſerto non viderant.*

17. *D. Hier.* *Religioſi eo propiùs cum Deo agunt, quo longiùs ab hominibus recedunt.*

Hunc igitur religioſi imitantur, & à rebus humanis ſecedunt, ſoli Deo vacaturi. Et cum D. Hier. epiſtol. 18. ad Marcellam, valere iubentes res humanas: *Habeat*, inquiunt, *Roma ſuos tumultus, arena ſæuiat, circus inſaniat, theatra luxurient: nobis adhærere Domino bonum eſt, & ponere in Domino ſpem noſtram, vt cum tanta reperiamus in cælo, parua, & caduca quæſiſſe nos doleamus in terra.* In religione igitur tãquam in ſolitudine degentes, eo propiùs cum Deo agũt, quo longiùs ab hominibus recedunt; bene cum D. Hieron citato exiſtimantes, *Videri & videre; ſalutari & ſalutare, a propoſito monachorum, & a quiete aliena eſſe.* Imò antiquiorem ſuæ profeſſionis patronum reſpicientes, Moyſem imitantur. Vt enim hic ab hominum conſpectu ſeparatus, *& in foramine petra* incluſus Dei gloriam tranſeuntis ſpeculabatur. Exod. 33. num. 22. Ita illi à publica luce remoti, & *in foraminibus petra*, ſeu in vulneribus Ieſu abditi, Domini gloriam, non tranſeuntis, ſed habitantis in eis, contemplantur. Et quod mirere, quin vllo ex hac contemplatione faſtidio teneantur.

Religioſi in Chriſti vulneribus abditi Dei gloriã ſpeculantur.

18. *Nullũ monachis ex Dei conſortio faſtidium, ſummũ gaudium.*

Totus Deo vacabat Moyſes, & nihilominus intenſiùs vacare ſtudebat. *Loquebatur*, inquit textus, *Dominus ad Moyſem facie ad faciem, ſicut ſolet loqui homo ad amicum ſuum.* Exod. 33. n. 11. Quid familiarius eſſe poterat? Planè nihil. Sed quæro vlteriùs, An ex hoc conſortio vllum naſcebatur faſtidium? Vllane ſatietas tantæ familiaritati ſuccedebat? Imò quaſi maior acueretur appetitus, non deſinebat Moyſes illud, quo fruebatur, ſpectaculum auidius poſtulare. *Si inueni*, inquit, *gratiam in conſpectu tuo, oſtende mihi faciem tuam, vt ſciam te.* Rem admiratus D. Gregorius Nyſſenus oratione 1. in Cantic. *Poſt tot*, inquit, *apparitiones diuinas, quaſi nunquam eum ſpectaſſet, aſpicere cupit deſideratum. Sic reliquos omnes, quibus diuinum deſiderium imis in penetralibus hæſit, nunquam cupiditatis cepit ſatietas.* Quæ vltima verba ad religioſos ſine dubio referuntur: hos enim ſi quos alios, nullum vnquam capit ſui cum Deo conſortij faſtidium. Familiariter cum Deo à prima ætate fœderantur; quin vlla ſatietate vſque ad extremam ſenectutem afflictentur Nazaræi ſunt, & ſanctificati Deo inſtar Samſonis *ab infantia ſua, & ex vtero matris ſuæ, vſque ad diem mortis ſuæ.* Iudic. 14. n. 7. hoc eſt, ab ingreſſu religionis, quæ eos tanquam parens concepit, vſque ad finem vitæ, cum è cella in cœlum transferantur.

D. Greg. Nyſſen.

Et certè, vt alia abſint, illa tria, quæ Deo nuncupant, vota, eos poſſunt ſatis, ſuperque ſanctificare. Nam in primis paupertas ſanctos efficit. Vnde ordo Leuiticus, hæreditatis expers, ac proinde pauper, ſanctus appellatur, Græcè ἅγιος, hoc eſt, *ſine terra*, quaſi in terrenorum bonorum priuatione ea ſanctitas conſiſtat. Nec minùs obedientia ſanctificat. Quis profanior populo Perſarum & Medorum? Qui tamen quia Deo paruerunt, ſanctificati appellantur. *Ego*, inquit Dominus, *mandaui ſanctificatis meis.* Iſaiæ 13. num. 3. Hoc eſt, vt habet Interlin. *Perſis, & Medis obedientibus mihi.* Iam verò caſtitas ſingularem eius cultoribus tribuit ſanctitatem. Vnde Apoſtolus, *Sequimini*, inquit, *ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum.* Hebr. 12. num. 14. Vbi Patres, & interpretes nomine ſanctimoniæ caſtitatem intelligunt. Nec immeritò, cùm caſtitati peculiari ratione viſio diuina promittatur. Matth. 5. num. 8. quæ hoc loco promittitur ſanctimoniæ, quaſi hæc ab illa non diſtinguatur. Eodem modo loquitur Ioannes. *Omnis qui habet hanc ſpem in eo* (ſcilicet videndi Deum) *ſanctificat ſe, ſicut & ille ſanctus eſt.* 1 Ioan. 3. num. 3. ſeu, vt legunt D. Auguſt. tract. 4. in hanc epiſt. Clem. Alex. lib. 3. Strom. c. 4. Tertul. lib. de pudic. c. 19. & plures alij, *caſtificat ſe, ſicut & ille caſtus eſt*: quaſi ſanctitas, & caſtitas nullo inter ſe diſcrimine ſeparentur: nec ſolùm ad viſionem diuinam, ſed etiam ad ſpem viſionis diuinæ ſancti, hoc eſt, caſti homines requirantur. His igitur tribus votis efficitur, vt religioſi maximè ſanctificentur.

19. *Religionis vota monachos ſanctificant.* *Paupertas ſanctificat.* *Obedientia ſanctificat.* *Interlin.* *Caſtitas ſanctificat.* *Caſtitatis præmiũ, Dei viſio.* *D. Auguſt. Clem. Alex. Tertull.*

Tertiò dicuntur religioſi Nazaræi, id eſt, coronati: quaſi ex illis virtutibus, quas excolunt, coronas ſibi plectant, quibus etiam in hac vita decorentur. Ioſephus Nazaræus fuit, non legalis, cùm legem multis annis antecellerit; ſed moralis, vt ita loquar; cùm illas virtutes, quas legales cæremoniæ indicabant, perfectiſſimè coluerit, & obſeruarit. Vnde Iacob cæleſtes ei benedictiones precatus, *Fiant*, inquit, *in capite Ioſeph, & in vertice Nazaræi inter fratres ſuos.* Geneſ. 49. n. 26. Vbi iuxta Hebræum transferri poteſt: *In capite coronati.* Nam Ioſephus etiam cum in Ægypto Pharaoni ſeruiebat, tamen velut Rex coronatus, vitiis imperabat. Vnde D. Ambroſius lib. de Ioſeph. cap. 4. docet, Ioſephum *in ſeruitute dominari*: Pharaonem *in libertate ſeruire*: & proinde *beatiorem fuiſſe Ioſephi ſeruitutem, quam Pharaonis regnum.* Non aliter & religioſi ſeruitutis compedes eligunt, ſed regias coronas conſequuntur: & cum volunt Deo humiliter ſeruire, mundo feliciter dominantur.

20. *Religioſi virtutũ coronis etiam in hac vita decorantur.* *Monachorum etiam ſeruitus, regnum.* *D. Ambr.*

Non fuit etiam Chriſtus Dominus Nazaræus, illarum cæremoniarum, ad quas Nazaræi tenebantur, obſeruator: fuit tamen Nazaræus, illarum

21. *Chriſtus Dominus*

Nazaræus virtutum corona decoratus.

rum virtutum, quas illæ cæremoniæ deſignabant, ſtudioſiſſimus cultor. De illo igitur Dauid: *Super ipſum autem efflorebit ſanctificatio mea.* Pſalm. 131. num. 18. Hebraicè, *Nazaræatus meus.* Sed Hieron. *Corona mea:* ſiue regiam intelligas, ſiue pontificiam: vtramque enim tum alijs titulis, tum merito excellentium virtutum, quas exercuit, comparauit. Cùm igitur religioſi Chriſti Domini Nazaræatum imitantur; ijſque virtutibus, quibus ille floruit, excoluntur, pulcherrimas ſibi coronas promerentur.

22. *D. Paulus Nazaræus, regium diadema ex laborum catena fabricabat.*

E legali Nazaræatu exijt tandem D. Paulus, cùm *ſibi totondit in Cenchris caput; habebat enim votum.* Actor. 18. n. 18. Sed nunquam ab ſpirituali receſſit; quia nunquam deſijt eas virtutes colere, quas ille legalis Nazaræatus ſignificabat. Vnde quamuis cæſariem depoſuit, coronam non amiſit. Coronatus planè incedebat: imo catena vinctus coronato Imperatore ſublimior, & glorioſior triumphabat. Quod eleganter D. Chryſoſt. hom 4. in 2. ad Timoth. expreſſit. Vbi quærens quid præoptare debeat ille, *cui optio detur, cuius ſortem cupiat, Neronis, an Pauli?* Reſpondet: *Qui ſanum ſapit, ſortem præferet Pauli.* Et ſtatim: *Paulus,* inquit, *vinctus catena, diadematum proſtrauit Regem,* nempe Neronem. *Catena illa regium diadema deuicit.* Vbi plura in hanc rem luculentè philoſophatur. Itaque illa corona, quam Paulus ex ſuis virtutibus plectebat, pulchrior, & excellentior erat imperatorio diademate, quod ſibi Nero ex ſuis opibus fabricabat.

D. Chryſ.

23. *D. Greg. Naz.*

De hac igitur virtutum corona gloriantur *noſtrates Nazaræi,* vt D. Gregor. Nazianz. orat. 20. religioſos appellat: *quia ſunt,* inquit, *Eccleſiæ pars ſelectior, & ſapientior, qui ſeipſos à mundo ſeiunxerunt, ac vitam ſuam Deo conſecrarant.* Vnde D. Hieron. cit. epiſt. 41. ad Ruffinum, gauiſus de corona, quam ſuus ille Bonoſus in cœnobitica vita, quam agebat, ſibi compararat: *Fruatur,* inquit, *ille virtutis corona, & ob quotidiana martyria ſtolatus agnum ſequatur.* Vbi dicitur monachus in religioſa vita coronari, cùm adhuc pugnaret in terris, non minùs quàm ſi iam in cælo triumpharet: & quod martyres inter cruciatus diadema conſequuntur; hoc monachus in ſuo ſpirituali Nazaræatu prometeri.

D. Hier.

24. *Magis de virtutum corona, quam de regio diademate gloriandum. Iuſtitia auguſtior regiâ purpura, & corona.*

Quis religioſus de tam eximia corona, plus quàm de regia non glorietur? Certè Iobus regium diadema, quo erat inſignitus, non curabat, de hoc vno virtutis diademate, humiliter quidem, ſed libenter ſibi ipſi complacebat. *Iuſtitia,* inquit, *indutus ſum, & veſtiui me, ſicut veſtimento, & diademate, iudicio meo.* Iob. 29 num 14. Hoc eſt, meum iudicium, quod ſumma erga omnes integritate ſeruaui, mihi fuit inſtar purpuræ & coronæ: non magis de cultu regio, quam de virtutis habitu gloriabar. Neque de ſolo iudicio, ſed etiam de cæteris actionibus librum deſcribi, & compingi poſtulabat, quo pro diademate vteretur: *Quis,* inquit, *mihi det, vt librum ſcribat ipſe, qui iudicat; vt in humero meo portem illum, & circumdem illum quaſi coronam mihi?* Iob. 31. num 35. & 36. Quaſi ſtudioſæ actiones ſint quidam velut flores, ſeu potius gemmæ, ex quibus coronæ fabricantur, quæ ſanctorum, ac religioſorum hominum frontibus præferantur. Quis igitur neget religioſos magnificè coronatos, qui tam multas probè ſanctèque eliciunt actiones, ex quibus diademata illorum capitibus imponenda concinnentur?

25. *Religioſi ad cæleſtis patriæ aſpectũ, virtutum ſertis præ lætitia exornantur. Lyran.*

Iſraeliticam gentem ex Ægypti ſeruitute ad Palæſtinæ libertatem cæleſtis ſponſus auocabat, interprete Lyrano illis verbis: *Veni de Libano ſponſa mea, veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amana.* Cant. 4. num 8. Sed quid eſt coronari de capite, ſeu in capite Amana? Lyranus docet, populum Iſraëliticum, vbi acceſſit ad montem Amana, promiſſæ terræ iam vicinum, oculos in beatam illam Palæſtinæ regionem coniecisse, & nouam eius pulchritudinem admiratum præ lætitia ſibi ſerta, & coronas è floribus concinnaſſe, quibus omnes exultabundi ſibi inuicem gratularentur. Si vnus Palæſtinæ intuitus ſic Hebræos exhilarauit, vt omnes ad texendas coronas impelleret, quibus ante illius regionis ingreſſum exornarentur. Quid mirum, ſi quotidiana, imò continua cæleſtis patriæ contemplatio, cui religioſi ſtudioſiſſimè incumbunt, eos excitet ad coronas non ex floribus, ſed ex moribus plectendas, quibus ad eum ingreſſum cultiores efficiantur?

26. *Religioſi dũ in diuinum obſequium aſſumuntur, coronantur. Lyran.*

Quæri ſolet, quiſnam fuerit ornatus ille, quem populus Iſraël induiſſe ſupponitur, & exuiſſe aſſeritur, illis verbis: *Iam nunc depone ornatum tuum, vt ſciam quid faciam tibi. Depoſuerunt ergo filij Iſrael ornatum ſuum, &c.* Exod. 33. num. 5. & 6. Reſpondent Hebræi apud Lyranum, populum cum diuinam legem accepit, à gentibus diſtinctum fuiſſe, & diuino cultui conſecratum; quo beneficio ſic exultaſſe, vt coronas ſibi texeret, quibus in poſterum ornaretur, quas nunquam amitteret, niſi diuinas leges violaſſet: verùm cum diuinas leges citiſſimè violarunt, coronas quoque citiſſimè amiſerunt. Feliciores multò religioſi, qui cum in primo religionis ingreſſu perfectiſſimis Euangelij legibus ſubijciuntur, pulcherrimis quoque virtutum coronis inaugurantur. Quid enim præ lætitia non coronentur, qui in diuinum obſequium aſſumuntur? Sed cùm eas leges ſemper colant, eas coronas nunquam perdunt: vt meritò in hac vita coronentur, in futura coronandi videantur. Sed iam ad hiſtoriam.

Num. 12. Factum eſt autem, cùm illa multiplicaret preces coram Domino, vt Heli obſeruaret os eius.

EXPOSITIO LITERÆ.

1. *Quo pacto Anna preces multiplicaſſe dicatur.*

CVm illa multiplicaret. Si orantis pauca fuerũt verba, vt patet ex ſuperiori numero: quo pacto dicitur Anna multiplicaſſe preces? Variè reſpõdent interpretes. Quidam referunt ad nimiam orantis intenſionem. Vnde infrà dicitur *ex multitudine doloris,* hoc eſt, magno affectu fuiſſe loquuta. Alij ad magnam attentionem: non enim aderat corpore, & vagabatur animo, ſed vtroq; ſimul erat corã Domino. Alij ad efficacitatẽ impetrandi; quidquid enim à Deo petijt, obtinuit, iuxta illud Heli, n. 17. *Deus Iſraël det tibi* (ſeu, vt eſt in Hebræo) *dabit tibi petitionem tuam:* ſeu, vt Septuaginta legunt: *omnem petitionem tuam.* Alij tandem ad multitudinem virtutum, quibus ſuam orationem inſtruxit: humilitate, vocando ſe famulam, ancillam, & ſeruam; patientia, ferendo tot contumelias; temperantia, abſtinendo à cibis; religione, vouendo votum Deo; fide, non dubitando, quod natura ſterilis, & effœta à Deo fœcundaretur. Sed omnes hæ rationes myſticæ videntur, ne dicam, extortæ, ac violentæ.

2. *Prima ratio literalis.*

Literalis eſſe poteſt duplex. Vna, quia multo plura verba retulit, quàm hic referantur. Quemadmodum

admodum Euangeliſtæ pauca referunt verba ex oratione Chriſti Domini, in horto Gethſemani: & tamen Luc. cap. 22 n. 43. ait, eum *prolixius* oraſſe. D Anſelm. Et D. Anſelm. in lib. de paſſione ſub initium, refert plura verba ex Pſal. 68. Chriſto Domino inter orandum recitata. Vnde nonnulli interpretes ex illis verbis Chriſti Domini: *Non potuiſti vna hora vigilare mecum?* Matth. 26 num. 40. colligunt eum, vnam integram horam orando extraxiſſe. Pluribus igitur verbis Chriſtus Dominus orauit, quàm exprimantur. Sic igitur & Anna multiplicauit preces, quamuis ea precum multitudo non ſcribatur. Nec immeritò. Nam multiloquium in oratione, quamuis inane ſit, quando cum oſtentatione, & ſine deuotione exercetur, iuxta illud: *Orantes nolite multum loqui.* Matth 6. n. 7. Et illud Dei ad Iob de Behemoth: *Non parcam ei, & verbis potentibus, & ad deprecandum compoſitis.* Iob. 41. n. 3. Non tamen ſi humiliter, ac deuotè exerceatur: cùm à Chriſto Domino. Luc. 18. n. 1. & à D. Paulo 1. Theſſ. 5. n 17. non ſolùm prolixitas, ſed etiam perpetuitas orationis commendetur: quæ ſine multiloquio eſſe non poteſt. Hanc rationem Rupert. lib. 5. in Matth. c. 5. inculcat, vbi rectè aduertit Chriſtum Dominum non ſimpliciter dixiſſe: *Nolite multum loqui:* ſed addidiſſe, *ſicut Ethnici*, vt non ſimpliciter multiloquium, ſed multiloquium vanum, & inane prohiberet. Alioqui, vt bene Tertul. de patientia, c. 5. *Loquacitas*, inquit, *in ædificatione nulla turpis.*

Multiloquiũ ſine deuotione inter orãdum reprehenditur, cũ deuotione cõmendatur.

Rupert.

Tertul.

3. Altera ratio, quia, vt dicebam ſuperiori num. aliqua illa verba idem ſignificãtia repetebat: quod ſi aliquando vitioſum ſit, quando ſcilicet contingit ex defectu fidei, aut reuerentiæ in Deum: iuxta illud Eccleſiaſt. 7. num. 15. *Non iteres verbum in oratione tua:* tamen, quando fit ex feruore ſpiritus, laudabile eſt, & ab Eccleſia in canonicis precibus valdè vſitatum. Quo pacto D. Franciſcus dicitur totam noctem in oratione tranſegiſſe, illa tantùm verba recitando, *Deus meus, & omnia.* Sic igitur & Anna multiplicabat preces: hoc eſt, interprete D. Chryſoſtomo hom. 1. de Anna: *Aſſiduè ſonabat eadem. nec deſtitit iiſdem verbis iterandis, multum temporis abſumere.* Et paulò poſt: *Non ſermone prolixo, ſed crebris, ac frequentibus precibus adiit Deum.* Vnde Patres laudant præcipuè non eas orationes, quæ in longum ſermonem producuntur; ſed quæ alternis interuallis, breuiter, ac frequenter iterantur. Nam Caſſian. lib. 2 de inſtit. Cœnob. c. 10. de antiquis Patribus loquutus: *Vtilius*, inquit, *cenſent, breues quidem orationes, ſed creberrimas fieri, hoc quidem, vt frequentiùs Dominum deprecantes iugiter eidem cohærere poſſimus: illud verò, vt inſidiantis diaboli iacula, quæ infligere nobis, tunc præcipue, cùm oramus, inſiſtit, ſuccincta breuitate vitemus.* Idem rurſus collat. 9. c. 45. *Frequenter quidem*, inquit, *ſed breuiter eſt orandum: ne immorantibus nobis, inſerere aliquid cordi noſtro poſſit inſidiator.* Hanc fuiſſe veterum Eremitarum conſuetudinem teſtatur D. Aug. epiſt. 121. cap. 10. *Dicuntur*, inquit, *fratres in Ægypto crebras quidem habere orationes: ſed eas tamen breuiſſimas, & raptim quodammodo iaculatas: ne illa vigilanter erecta, quæ oranti plurimum neceſſaria eſt, per productiores moras euaneſcat, atque hebetetur intentio.* Ex qua doctrina D. Chryſoſt. hom. 1. de Anna conciliat duo Euangelij loca, quæ ſibi videbantur aduerſari. Nam Chriſtus Dominus Matthæi 6 num. 7. *Orantes*, inquit, *nolite multum loqui.* Et rurſus Luc. 18. num. 1. *Oportet*, inquit, *ſemper orare.* Quod etiam D. Paulus 1. Theſſal. 5. n. 17. inculcat: *Sine intermiſſione*, inquit, *orate.* Quo igitur pacto oratio perpetua eſſe poteſt, & non multilo-

Secunda ratio literalis:

Verborum repetitio in oratione laudabilis.

Breuis oratio, ſed frequens commendatur.

D. Chryſ.

Caſſian.

D. Aug.

D. Chryſ.

A quæ? Rectè D. Chryſoſt. *Non*, inquit, *inter ſe pugnant iſta: abſit hoc; ſed magnopere inter ſe congruunt. Siquidem & Chriſtus, & Paulus iuſſit breues, ſed crebras fieri precationes, ex paucis interuallis. Nam ſi in longum extenderis verba; cùm frequenter parum ſis attentus, multam audaciam diabolo ſuppeditaſti, vt accedat ſupplantétque, ac mentem ab his, quæ dicuntur, auocet. Quod ſi frequenter, ac ſubinde oraueris, tempus omne crebris dirimens interuallis, facilè poteris eſſe ſobrius, ac vigilans, vt precationem multa cum attentione perficias.* Et ſimilia refert hom. 79. apud popul. Rectè igitur Anna multiplicabat preces, non cumulando verba, ſed iterando: vt non multa, ſed multum orare: *Vnam petere, & hanc requirere* videretur.

D. Chryſ.

B Vnde fiebat, vt eius animus non turbaretur erga plurima; ſed circa vnum colligeretur. Quo myſterio fortaſſe dicitur multiplicaſſe, preces coram Domino, vt ex dicendis patebit.

4. *Coram Domino.* Non omnes, qui longa oratione vtuntur, orant coram Domino, ſed multi coram hominibus, quorum gratiam, & fauorem aucupantur. Vnde D. Chryſoſtom. hom. 79. ad populum: *Si*, inquit, *corpore humi proſtrato, & ore incaſſum nugante, mens totam domum, & forum circumeat: quomodo talis dicere poterit, quod in conſpectu Dei precatus ſit?* Quis igitur eſt, qui dici poſſit coram Domino orare? Ille planè, addit Chryſoſtomus: *Qui orat totam colligens animam ſuam, & nihil habens cum* C *terra commune; ſed in ipſum ſe transferens cælum, & omnem ex animo pellens humanam cogitationem.* Et rurſus: *Qui cum animi dolore contendens Deum vocet; neque longos extendat ſermones, nec in longum orationem producat, ſed pauca, ſimpliciáque dicat verba. Non enim in verborum multorum multitudine, ſed in mentis ſolertia poſitum eſt, vt exaudiatur.* Et ſtatim vtitur Annæ exemplo, quæ planè orabat coram Domino, quia orationi attentiſſima inſtabat; quamuis non longo verborum ambitu vteretur. Et ideò quidquid voluit, impetrauit. Nihil igitur prodeſt verborum in oratione multiplicatio, niſi fiat coram Domino; hoc eſt, magna cum attentione, & deuotione. Vnde olim Deus ad ſuum populum: *Cum*, inquit, *multiplicaueritis orationem, non exaudiam.* Iſaiæ 1. num. 15. Quia ſcili- D cet illam verborum multitudinem, ſine debito mentis affectu, inaniter effundebant; & proinde non coram Domino precabantur. Quare D. Baſilius ad eum locum: *Qui*, inquit, *ſola prolixitudine orationis exiſtimant ſe iuſtos, verba hæc audiant. Non enim vtcumque effuſæ preces adiumento ſunt: ſed ſi cum ſeria, & alacri affectione depromantur.* Quod exemplo Phariſæi confirmat, qui *ſtans hæc apud ſe orabat.* Luc. 18 num. 11. *Apud ſe*, inquit D. Baſil. *non item apud Deum: ad ſui enim exiſtimationem redierat; ſiquidem in peccato ſuperbiæ verſabatur.* Cùm igitur præ ſuperbia non oraret apud Deum, ſed E apud homines, à quibus popularem quandam auram colligebat, Deum non exorauit. Sed de hac re in ſequenti annot.

Oratio corã Domino, non multiloqua, ſed deuota.

D Chryſ.

Oratio corã hominibus, multiloqua.

D. Baſil.

D. Baſil.

5. *Vt Heli obſeruaret.* Deſiderabit aliquis hoc loco modeſtiam ſacerdotis Heli, quòd in fœminam oculos intenderit, & os eius obſeruauerit; cùm à viro probo nihil magis alienum videatur. Quod paucis illuſtro. Nam Sapiens in primis prohibet, ne mulieris facies cernatur: *Ne reſpicias*, inquit, *mulierem multiuolam; ne fortè incidas in laqueos eius.* Eccleſiaſtic. 9. num. 2. Et multo magis, ne curioſè obſeruetur: *Auerte*, inquit, *faciem tuam à muliere compta, & ne circumſpicias ſpeciem alienam.* Ibid. n. 8. ſeu, *ne cognoſcas*; vt legit D. Chryſ. homil. 3. de verbis Iſaiæ. Vbi hoc prudenter notat: *Non dixit*, inquit, *ne videas: id enim nonnunquam fit vltro; ſed,*

Mulieris facies non videnda, nec curioſè obſeruanda.

D. Chryſ.

ne

ne cognoſcas, illud tollens, ne ſtudio animaduertamus, ne curioſè intuearis, ne contemplationi immoreris. Et concinit D. Auguſt. in regul. 3. cap. 21. ad finem primi tomi. Vbi ſic: *Oculi,* inquit, *veſtri, etſi iaciuntur in aliquam fœminarum, defigantur in nulla.* Et paulò poſt: *Quia ſicut ſcriptum eſt; Abominatio eſt Domino defigens oculum.* Quamuis hic locus neque in Vulgata reperiatur neque vnde deſumptum ſit, ab Auguſtino explicetur.

D. Aug.

5. Ad vtrumque præceptum non cernendi, non obſeruandi faciem mulieris, monet in primis ipſa oculorum etymologia. Nam oculi, vt docet D. Iſidor. lib. 11. originum, cap. 1. dicuntur, à verbo, *occulo,* quaſi occulti ſiliorum tegumine; ſed multò occultiores eſſe debent modeſtiæ velamine. Alioqui oculorum ianua patefacta, facile ipſa mentis arx diripietur. Ieremias ſui populi ruinam hiſtoricè lamentatus, myſticè verò cuiuſque peccatoris: *Oculus,* inquit, *meus deprædatus eſt animam meam in cunctis filiabus vrbis meæ.* Thren. 3. n. 51. Quaſi quot ſunt immodeſti oculorum intuitus, tot ſint peruerſi animorum prædatores. Vnde D. Hier. ibi: *Interiorem,* inquit, *fructum per exteriorem viſum perdidit: per oculum corporis, pertulit prædam cordis.* Et ſtatim monet, vt quamuis mentis arx inexpugnabilis videatur; oculorum tamen ianua diligenter obſeretur. *Quantalibet,* inquit, *grauitate mens vigeat: carnales tamen ſenſus pueriliter exterius perſtrepunt; & niſi interioris grauitatis pondere, & quaſi iuuenili quodam vigore refrænemur, ad fluxa quæque, & lenia mentem eneruem trahunt.*

Oculorum etymon ab occulendo.
D. Iſid.
Immodeſti oculi, animorum prædatores.
D. Hier.

6. Hinc illa Iobi cautio, qui quamuis obfirmatiſſimum contra omne vitium animum geſtaret; tamen etiam minimam per oculos irruptionem præcauebat. *Pepigi,* inquit, *fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidē de virgine.* Iob. 31. n. 1. Alijs vitijs bellum inferebat; cum incontinentia pactum inibat: quia plus huius, quàm aliorum vires formidabat. Sed quod pactum iniit? Non ſolùm, vt mentis arcem non irrumperet, ſed ne oculorum quidem ianuas pulſaret. Et rationem reddit D. Hieronym. citatus: *Ne priùs,* inquit, *incautè aſpiceret, quod poſtmodum inuitus amaret. Nam ſemel ſpecies formæ, cordi per oculos alligata, vix magni luctaminis manu ſoluitur. Intueri non debet quod non debet concupiſci. Vt munda mens in cogitatione ſeruetur; deprimendi ſunt oculi, quaſi quidam raptores ad culpam.* Hanc Iobi cautionem admiratus D. Chryſoſtomus in ſermone quodam de Ioſeph Patriarcha in 1. tom. *Iob,* inquit, *diabolum quidem videns accedentem non fugis, ſed manſit ſicut leo viribus fidens; virgine autem viſa non ſtetit: neque moratus eſt in contuenda pulchritudine ſed ſtatim seceſſit.* Quippe Iob intelligebat grauiora eſſe certamina, quæ mulier per oculos, quàm quæ diabolus per omnes, quibus valet, artes machinatur.

Pactum modeſtiæ cum oculis, & incontinentia ineundum.
D. Hier.
D. Chryſ.
Immodeſtus aſpectus magis, quàm diabolus fugiendus.

7. Hanc qui non adhibent cautionem, facilè prolabuntur. Teſtes illi filij Dei, qui vbi viderunt filias hominum, Geneſ. 6. n. 2. perierunt; imò filij dæmonis eſſe cœperunt: non minùs, quàm effrænes equi miſerandum in præcipitium effuſi. Vnde D. Chryſ. hom. 22. in Geneſ. *Oculi,* inquit, *eſt videre: malè autem videre à mente eſt. Poſtquam autem hæc negligens eſſe, & habenas laxare cœperit: quemadmodum auriga neſciens indomitorum equorum ferociam compeſcere, & equos currum trahentes, & ſeipſum in præceps ire facit: ſic & voluntas noſtra.* Quis munitiorem gerebat animum, quàm Dauid? Sed vbi vidit, periit. 2. Reg. 11. num. 2. Rectè D. Chryſoſt. in Pſalm. 50. *Aperuit,* inquit, *in vano oculos, & ſuſcepit ſagitta ictum.* Et ſtatim in temerarios profanarum rerum ſpectatores: *Audiant,* inquit, *curioſi, audiant, qui ſpectaculis inſaniunt theatralibus. Dauid talis, ac tantus, læſus eſt; & tu te putas non poſſe lædi? Et ille quidem non vidit meretricem, ſed honeſtam fœminam in ſolario domus ſuæ; tu autem in theatro, vbi tantæ ſunt corruptelæ, tanta præcipitia. Quomodo poſſum tibi credere, quod à talibus beſtiis vulneratus non ſit? Nunquid lapideus es, aut ferreus? Igni collocaris, & non ardebis?* Et rurſus hom. 6. in Matth. eos qui obſcœnis ſpectaculis paſcunt oculos, ſic obiurgat: *Potius,* inquit, *eſt luto, atque cœno omnem ſuam turpare faciem, quàm tantæ ſpectaculo fœditatis. Non enim ita cœnum oculis noxium eſt, vt impudicus ille vultus.*

Qui oculis cautionem non adhibēt, facilè prolabuntur.
D. Chryſ.
D. Chryſ.
Theatralia ſpectacula non ſpectanda.

Nec prodeſt illa quorumdam excuſatio, quod de longè tantùm oculi iaciantur. Nam vt bene D. Auguſt. in titulum Pſalm. 50. *De longè,* inquit, *vidit Dauid illam, in qua captus eſt. Mulier longè, libido propè. Alibi erat, quod videret: in illo, vnde caderet.* Vnde hic aſpectus non gladio cominus ferienti, ſed telo eminus vulneranti comparatur à D. Antioch. hom. 1. *Aſpectus,* inquit, *mulieris telum eſt veneno lethali litum.* At dices, non aſpicere, ſed concupiſcere prohibetur. Fateor. Sed quis non videt, quàm parum abſit ſenſus à conſenſu? Vidit olim Eua in Paradiſo terreſtri pomum vetitum *quod eſſet bonum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectúque delectabile.* Quid moræ interfuit? Statim *tulit, & comedit.* Geneſ. 3. num. 6. Quare D. Bernard. de gradib. humilit. quendam cum Eua dialogum inſtituens: *Quid,* inquit, *tuam mortem tam intentè intueris? Quid ſpectare libet, quod manducare non licet? Oculos,* inquis, *tendo, non manum: non eſt interdictum, ne videam, ſed ne comedam.* Et iterum Bernard. *Si culpa,* inquit, *non eſt: culpæ tamen occaſio eſt.* Et ſtatim de ſerpente: *Latenter in cor tuum ſerpens illabitur. Auget curam, dum incitat gulam. Acuit curioſitatem, dum ſuggerit cupiditatem. Offert prohibitum, & aufert conceſſum. Porrigit pomum, & ſurripit Paradiſum.* 8.

Incauti aſpectus etiam de longè vulnerant.
D. Aug.
D. Antioch.
Oculorum ſenſum cordis ſequitur conſenſus.
D. Bern.
Eua dum incautè videt, perit.

Vides, quàm facilè à ſenſu in conſenſum prolapſa ſit, vel illa omnibus nominibus virago? Meritò igitur D. Hier. in cap. 3. Thren. ex caſu Euæ argumentatus: *Hinc ergo,* inquit, *penſandum eſt, quanto debemus moderamine erga illicita viſum reſtringere nos qui mortaliter viuimus, ſi & mater viuentium per oculos ad mortem venit.* Nam matre tam generoſa corruente, quo pacto leuiores filiæ ſtabunt? Quòd ſi dicas, iaciuntur quidem oculi, ſed non immorantur. Adhuc non euaſeris, ſi conſulas D. Chryſ. hom. 3. de verbis Iſaiæ: *Vt,* inquit, *ignis, vbi fœnum arripuerit, nihil moratur, ſed ſimul vt attigit materiam, accendit flammam; itidem & ignis concupiſcentiæ, ſimul atque per oculorum intuitum, elegantem attigerit formam, protinus exurit animum.* Imò velocior eſt carnalis flamma, quàm elementaris: hæc enim non niſi in tempore, illa etiam in momento incendium excitat. 9.

D. Hier.
D. Chryſ.
Concupiſcentiæ flamma dum ſemel per oculos animum attigit, exurit.

Sed permitto, vt primus ille intuitus ſit innoxius. Quis non videt ex illo oculorum ictu, tanquam ex vno ſilicis percuſſu ſcintillam in fomitem decidere; hoc eſt, imaginis præteritæ memoriam in animo hærere, quæ paulatim enutrita, in incendium erumpat? Meritò Saluianus lib. 3. de prouidentia, oculos appellat *naturales quoſdam animi cuniculos.* Nam vt ignis cuniculo ſubterraneo applicitus, non ſtatim excitat incendium; ſed paulatim ſerpit, exiguo pabulo nutritus, donec perlatus ad ſubiectam turribus partem, & amplam in materiam infuſus, miſcet omnia incendio, & conuulſas à fundamentis arces in ſublime iaculatur: ita planè obſcœna aliqua forma oculis obiecta, primo ſtatim appulſu non ſemper vrit; ſed per internos ſenſus ſpecierum vehiculo deducta 10.

Concupiſcentiæ ignis oculis, tanquam cuniculis applicitus, magnum paulatim excitat incendium.
Sal. …

paulatim

paulatim meat, donec mentis arcem ingreſſa, aliaſque ex alijs cogitationes operata, euomit incendium, quo totius ſtatus animi miſerabiliter inflammatur.

11. *Libidinis venenatum iaculum ſemel infixum, licèt paulatim, ſemper interimit.* D.Chryſ.

Non minùs eleganti ſimilitudine rem declarat D. Chryſoſt. proximè citatus: *Quemadmodum*, inquit, *ceruus confixus iaculo in vitali corporis parte, etiamſi venatorum effugiat manus, nihil inde fert lucri: ſic & homo accepto concupiſcentiæ iaculo è laſciuo curioſoque aſpectu, etiamſi cum iaculo permittatur abire, tamen ipſe per ſe corrumpitur, ac perit, vbique videns hoſtem, & inſequentem habens.* Nemo igitur io primo congreſſu, vel illæſus, vel ſaltem leuiter tantùm vulneratus, de ſua ſibi ſecuritate blandiatur; cum intus in animo ſeruet, aut fauillam paulò poſt in incendium proditurum, aut iaculum venenatum, quo virus propagetur, & ſanguis exhauriatur. Quare ab oculis ad cor ſtatim malitia transfertur. Vnde Propheta: *Tui*, inquit, *oculi, & cor ad curſum mali operis*. Ierem. 22. n. 17. Quaſi diceret, non poteſt aſpectus incidere prauum in obiectum, quin ſtatim affectus in incendium prolabatur. Quod D.Chryſ. hom. 74. in Matth. rectè expendit. Et propter hanc externam oculorum cum interna cordis ad malum pronitate ſubdit ibi Chryſoſt. *Sanè multò ſatius eſſet cæcos, aut aliter ægrotos eſſe, quam ita oculis turpiter abuti.*

D. Chryſ. *Ab oculis ad cor ſtatim virus transfertur.*

12. *Curioſi etiã aſpectus pernicioſi.*

Bene, dicet aliquis, ita pereunt, qui pernicioſa aſpiciunt; non tamen, qui ſolùm curioſa. Vtinam & hos ſimile infortunium non abriperet. Dina olim filia Liæ puellari ducta curioſitate, *egreſſa eſt, vt videret mulieres regionis illius*. Geneſ. 34. n. 1. nihilominus miſerabili cupiditate conflagrauit: quam proinde D. Bern. vbi ſuprà non leuiter perſtringẽs: *O Dina*, inquit, *quid necesse eſt, vt videas mulieres alienigenas? Qua neceſſitate? Qua vtilitate? An ſola curioſitate? Et ſi tu otioſè vides; ſed non otioſè videris. Tu curioſè ſpectas; ſed curioſius ſpectaris. Quis crederet tunc illam tuam curioſam otioſitatem, vel otioſam curioſitatem fore poſt ſic non otioſam; ſed tibi tuiſque hoſtibus eam pernicioſam?*

D.Bern.

13. *Etiam ab honeſtis aſpectibus cauendum.*

En quàm facilè à curioſis aſpectibus in pernicioſos decidatur. Imò & ex honeſtis ne quid periculi oriatur, prouidendum. Vnde D. Hier. in epiſt. 4. ad Ruſticum monachum, etiam in matre videnda cautionem requirit: *Matrem*, inquit, *ita vide, ne per illam alias videre cogaris, quarum vultus cordi tuo hæreant, & tacitum viuas ſub pectore vulnus.* Et ſtatim optimo vſus exemplo: *Ioannes*, inquit, *Baptiſta ſanctam matrem habuit, Pontificiſque filius erat; & tamen nec matris affectu, nec patris opibus vincebatur, vt in domo parentum cum periculo viueret caſtitatis.* Nemo igitur ſecurior, quàm qui oculos non ſolùm ab illicitis, ſed etiam à licitis ſtrictiſſimè moderatur. Vnde Clem. Alexand. lib. 3. pædag. cap. 11. *Etſi*, inquit, *fieri poteſt, vt qui viderit, ſe fortiter gerat; verumtamen ne cadas, cauendum eſt. Fieri enim poteſt, vt qui viderit, labatur; ſed fieri non poteſt, vt qui non viderit, concupiſcat.* Tutius igitur eſt non videre. Optimum vnius reſponſum meretricis, quæ ſanctum Ephrem, vt in eius vita refert D. Greg. Nyſſen. defixis oculis intuita, & ab eo, cur id faceret interrogata, reſpondit: *Quoniam*, inquit, *ex te viro ego ſum. Tu autem me ne reſpicis quidem; ſed in terram, ex qua ſumptus es, oculos tuos retorques.* Quod reſponſum optimi documenti loco ſuſcepit D. Ephrem, vt deinceps oculos terræ fixos, nunquam ad profana ſpectacula eleuaret.

Baptiſta hac de re exemplum.

Clem. Alex.

D. Ephrem modeſtia.

14 *Immodeſti intuitus in tẽplo maximè vitandi.* D. Chryſ.

Sed cum vbique modeſtus eſſe debeat intuitus oculorum, certè in templo modeſtiſſimus: vnde D. Chryſ. hom. 4. in Matth. non immeritò inuehitur in eos, qui templa non orandi, ſed laſciuè
A ſpectandi deſiderio frequentant: *Multi*, inquit, *ad formas mulierum aſpiciendas, ad adoleſcentulorum pulchritudinem curioſius intuendam, in Eccleſiam veniunt. Non miraris, quomodo vndique fulmina non deferuntur, quomodo cuncta funditus non euertuntur? Hæc enim non fulminibus ſolum, ſed etiam gehennæ ſupplicio digniſſima. Quid facis homo? mulierum ſpeciem curioſius in Eccleſia perſcrutaris, nec horreſcis, tanta templum Dei afficiens contumelia? Proſtibulum tibi videtur Eccleſia, & foro ignobilior? Nam in foro erubeſcis, etiam times, ne quis te videat mulierem ſectari: in Eccleſia verò Dei, cum ipſe Deus te alloquatur, & ab iſtis deterreat, eo ipſo tempore maximè fornicatione, ac adulterio vteris, quo tibi magna voce intonatur, vt ab his fugias, nec hor-*
B *reſcis, nec ſtupes?* Qua de re ad c. 6. n. 13. dicendi occaſio redibit.

15. His ergo poſitis, quis non miretur ſacerdotem Heli, ſpectatæ virum probitatis, in fœminam oculos intendiſſe, & os eius obſeruaſſe; præſertim in templo, à quo debet quilibet inordinatus intuitus longiſſimè exulare? Nihilominus, ſi quis velit ſacerdotem ab omni intemperantiæ nota vindicare, facilè poterit. Primò, ſi transferat cum Paraphraſte Chaldæo: *Et Heli expectans illam, vſquequò finiret.* Quaſi non ſpectaſſe os eius, ſed expectaſſe eius ab oratione regreſſum di[illegible]tur. Secundò, ſi dicat, ſacerdotem ſimplici corde, & animo minimè malo id feciſſe. Quod non eſt vituperandum. Nam vt bene D. Chryſoſt. hom. [illegible] de verbis Iſaiæ,
C loquutus de filijs Dei filias hominum videntibus, Geneſ. 6. n. 2. *Non videre*, inquit, *fuit cauſa peccati, ſed malè videre; nam illud naturæ opus eſt, hoc deprauatæ voluntatis.* Et confirmari poteſt, quia Eccleſiaſticus citatus c. 9. n. 2. prohibet oculos intendere in mulierem *multiuolam & comptam*, quales ſæpe malè audiunt: ſed quarum de numero, neque erat, neque videbatur Anna, cui veram pulchritudinem lacrymæ, & ieiunia conferebant. *His enim coloribus, & pigmentis germana pulchritudo acquiritur*, vt D. Chryſoſt. hom. 12. in epiſt. ad Coloſſ. philoſophatur.

Heli ab omni intemperantiæ nota vindicatur. Primò. Secundò.

Non videre, ſed malè videre, peccati occaſio. Veram Annæ pulchritudinem lacrymæ conferebant, & ieiunia. D. Chryſ.

16. Tertiò, ſi contendat, ſacerdotem non leui curioſitate ductum, ſed diuina gratia innixum, ocu-
D los in fœminam intendiſſe: ex quo maiores vires habent Chriſtiani apertis oculis, quam Ethnici effoſſis, iuxta illud Tertull. aduerſus gentes, cap. 46. *Democritus*, inquit, *excæcando ſemetipſum, quod mulieres ſine concupiſcentia aſpicere non poſſet, incontinentiam emendatione profitetur: at Chriſtianus ſaluis oculis fœminam videt; animo aduerſus libidinem cæcus eſt.* Vltimò, ſi aſſerat, ſacerdotem non tam oculos, quàm aures intendiſſe: etſi enim vtriſque vteretur, tamen non tam curioſè intendebat oculos, vt videret, quàm applicabat aures, vt audiret. Sic enim Lyran. Abulenſ. & Hugo Cardin. exponunt. Vnde meritò additur ſequenti num. Annam loquutam
E fuiſſe in corde ſuo, quaſi reddatur cauſa, ob quam ſacerdotis obſeruatio irrita euaderet; quod ſcilicet auſcultare mereretur, quæ corde, & vix ore loquebatur.

Tertiò Chriſtiani apertis oculis maiores aduerſus libidinem vires habent, quàm Ethnici effoſſis.

Lyran. Abul. Hug. Card.

Num. 13. Porrò Anna loquebatur in corde ſuo, tantumque labia illius mouebantur, & vox penitus non audiebatur. Æſtimauit ergo eam Heli temulentam.

EXPOSITIO LITERÆ.

1. Porrò *Anna*, &c. Cùm oratio & mentalis ſit, & vocalis: ruſus vocalis, aut publica, aut ſecreta, vt

Rupert.

vt Rupertus lib. 5. in Matth. cap. 1. aduertit, Anna hanc poſteriorem vſurpabat. Nam voce adeò ſubmiſſa vtebatur, vt ab Heli non audiretur. Sic olim dicitur oraſſe & Iudith Holofernum iugulatura. *Stetitque Iudith*, inquit textus, *ante lectum orans cum lacrymis, & labiorum motu in ſilentio.* Iudith 13. n. 6. Hoc ipſum narrat D. Gregor. Nazianz. de Gorgonia ſorore ſua, in orat. 11. de eius laudibus, quæ, ſcilicet, iam iam moritura ſubmuſſitabat illud: *In pace in id ipſum dormiam, & requieſcam*, ita ſubmiſſè, vt Epiſcopus, qui aderat, aurem admoueret, vt audiret. Quin etiam & Dauid ſubmiſſa Deum voce precabatur, vt ipſemet innuit dicens: *Inclinauit aurem ſuam mihi.* Pſalm. 114. n. 2. Quotiens enim Deus loquenti aurem inclinat, *vt facere*; inquit [illegible] D. Baſil. *[illegible] erga eos, qui ſubmiſſe loquuntur [illegible] aures, vt ex propinquo ſenſu excipiamus id, quod [illegible] loquitur*. Hoc autem faciebat Deus, non [illegible] ſuam audiendi difficultatem, ſed vt [illegible] loquendi infirmitatem teſtaretur; vt idem D. Baſilius aduertit, optimáque ſimilitudine declarat: *Quemadmodum*, inquit, *ægrotanti alicui, & ex multa debilitate loqui clarè nequeunti humanus aliquis medicus auribus ſuis propiùs admotis ægroto, edi[ſcit] quæ ſint neceſſaria laboranti.* Ita plane Deus infirmo homini, & loqui præ debilitate altiùs non valenti ſe inclinauit: vt ſubmiſſas eius preces pro ſua [illegible] beneuolentia captaret.

Submiſſa Deum voce ſancti aliquando precantur. D. Greg. Naz.

Submiſſis ſanctorum orationibus Deus aurem inclinat. D. Baſil.

Optima ſimilitudo.

2\. Sed quorſum Anna tam ſubmiſſa voce inter orandum vtebatur? Multiplex quidem ratio aſſignari poteſt. Vna, quia dolor intercludebat vocem, ne clarè, & diſtinctè loqueretur. Quæ fortaſſe cauſa fuit, cur D. Petrus dicatur quidem in lacrymas, non in voces erupiſſe. Matth. 26. num. 75. quia lacrymarum vis loquendi facultatem auferebat.

Internus animi dolor Annæ vocem intercludebat.

3\. Altera, quia non petebat bonum publicum, ſed priuatum, non ſpirituale, ſed temporale. Quaſi quodammodo erubeſceret vocem attollere, qua priuatum, ac temporale bonum poſtulabat. Hanc quoad priorem partem inculcat D. Ambr. ſerm. 19. in Pſalm. 118. vbi quærit, cur Moyſes dicatur clamare, Exod. 14. num. 15. Anna verò tantùm loqui. Et reſpondet: *Anna*, inquit, *non clamabat in corde ſuo, ſicut Moyſes; ſed loquebatur; fortaſſe quia filios poſtulabat, hoc eſt, bona quidem, ſed priuata, non publica; clamabat autem Moyſes, quia non pro ſe, ſed pro omni populo precabatur.* Quaſi bona tantùm publica, non autem priuata, digna ſint, quæ magna voce poſtulentur. Quoad poſteriorem vero partem eadem ratio mihi videtur à D. Ambr. ibid. inſinuari. Nam loquutus de eodem Moyſe: *Clamabat*, inquit, *Moyſes aſpectu pio, & ſenſu profundo, & perſonabat in cælo miraculis petens digna cælestibus, vt mundi elementa mutaret.* Quaſi dignitas rerum, quas petebat, in cauſa eſſet, vt non tam orare, quam clamare videretur. Quod paulò inferiùs magis declarat, inquirens, cur Deus dicat ad Moyſem, & non ad populum: *Quid clamas ad me? Clamabat* inquit, *populus, & non audiebatur: tacebat Moyſes, & audiebatur. Non enim ad Deum clamabat populus, qui iniuſta, & viris indigna clamabat. Sed Moyſi dictum eſt: Quid clamas ad me? Hoc eſt, tu ſolus ad me clamas, qui de me ſperas. Tu ſolus ad me clamas, qui virtutem meam excitas. Tu ſolus ad me clamas, qui per vniuerſam terram annunciari meum nomen expetis.* Et paulò poſt, inquirens, cur dicatur Chriſtus Dominus clamaſſe: *Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat.* Ioan. 7. num. 37. Reſpondet: *Voce*, inquit, *verè magna clamabat, qui vocabat homines ad regna cælorum.* Et ſtatim: *Et tu, cum oras, magna ora, id eſt, ea ora, quæ æterna ſunt, non quæ*

Bonum publicum magna voce Moyſes, priuatum ſubmiſſa Anna poſtulabat. D. Ambr.

Temporalia bona ſubmiſſiori voce poſtulanda, cæleſtia intenſiori. D. Ambr.

A *ca luca. Noli orare pro pecunia, quia ærugo eſt, noli pro auro, quia metallum eſt: noli orare pro poſſeſſione, quia terra eſt. Iſta orans o ad [illegible] cum [illegible] Deus, niſi quod dignum [illegible]* Quaſi ea tantùm res, quæ ad bona ſpiritualia pertinet, digna ſit, quæ magnis à Deo clamoribus poſtuletur. Anna igitur, quia bonum temporale poſtulabat, ſubmiſſa voce vtebatur.

Tertia ratio traditur a Philone Hebræo in Antiquitatibus Biblicis, quia verebatur, ne ab æmula ſua Phenenna magis illuderetur, ſi fortè quæ à Deo poſtulabat, propter ſua demerita non impetraret. Eandem rationem illuſtrat Auct. imperf. in Matth. hom. 13. vbi plura proponit incommoda, B quæ ex clamoſa oratione naſcuntur. Et inter alia paulò inferiùs attingenda, vnum ad rem præſentem: *Quod*, inquit, *myſteria ſecretarum petitionum tuarum, quas forte non oportebat alterum ſcire præter te, & Deum, in auribus bonorum hominum, & malorum audienda committis: & non ſolùm non audiris a Deo, quia indiſciplinatè oraſti; ſed adhuc ab hominibus rideris, quibus abſconſa tua manifeſtaſti.* Accedit Caſſianus collat. 9. de Orat. c. 34. Vbi hoc veterum monachorum conſilium inculcat: *Summo*, inquit, *eſt orandum ſilentio, non ſolum, ne fratres aſtantes noſtris ſuſurris, vel clamoribus auocemus, & orantium ſenſibus obſtrepamus; ſed vt ipſos quoque inimicos noſtros, qui nobis orantibus maxime inſidiantur, lateat noſtræ petitionis intentio.* Et in hanc ſententiam interpretatur illud Mich. 7. n. C 5. *Ab ea, quæ dormit in ſinu tuo, cuſtodi clauſtra oris tui.* Quaſi animi ſenſa ſoli Deo in oratione pandenda ſint; cæteris omnibus, etiam intimo ſodali, imò & coniugi occultanda.

4\. *Phil. Hebr. ſubmiſſa voce orandum, ne coadu ſecreta alijs innoteſcant.* Auct. imperf.

Caſſian.

Quarta ratio eſſe poteſt, ne alios orantes ſuis Anna clamoribus impediret. Hanc præter Caſſianum citatis verbis, inculcat etiam Auctor imperf. vbi ſuprà, dum hoc etiam commemorat clamoſæ orationis nocumentum: *Quod*, inquit, *clamosè orans iuxta te alterum non permittis orare. Vocibus enim tuis rapis ſenſum illius ad tuos ſermones; & ideo non ſolum non exaudiris, quia malè orat. ſed adhuc peccatum colligis, dum orare alios non permittis. Si ergo oras, ſicut orauit Anna*, &c. Hanc eandem rationem tradit D D. Cæſarius Arelatenſis Epiſcopus homilia 31. *Ante omnia*, inquit, *fratres chariſſimi, quoties orationi incumbimus, cum ſilentio, & quiete ſupplicare debemus, quia quicumque voluerit cum alta voce orare, omnibus iuxta ſe ſtantibus orationis fructum videtur auferre. Rugitus tantum, & ſuſpiria, vel gemitus audiantur.* Et ſtatim propoſito Annæ exemplo tacitè orantis: *Audiant*, inquit, *hæc omnes, & imitentur, præcipue illi, qui tam alta garrulitate, ſine vlla verecundia cum ſtrepitu vocis orant, vt iuxta ſe alios orare non permittant.* Ad eoſdem alludens Tertullianus libro de Orat. cap. 13. *Quid*, inquit, *amplius referent iſti, qui clariùs adorant, niſi quod proximis obſtre-* E *punt?* Quæ quamuis plerumque ita ſint, negandum tamen non eſt, aliquando ex clamoſa, & aperta oratione circumſtantes non impediri, ſed promoueri. Vnde Chriſtus Dominus omnibus audientibus orabat: *Pater, venit hora, clarifica filium tuum.* Ioan 17. num. 1. Vbi D. Auguſt. tract. 104. in Ioan. *Poterat*, inquit, *Dominus noſter orare ſilentio, ſed ita ſe Patri exhibere voluit precatorem; vt meminiſſet, noſtrum ſe eſſe doctorem. Proinde eam, quam fecit orationem pro nobis, notam fecit & nobis; quoniam tanti magiſtri non ſolum ſermocinatio, ſed etiam oratio, diſcipulorum eſt ædificatio.*

5\. *Clamoſa oratio alios ſimul orantes impedit.* Caſſian. Auct. imperf.

D. Cæſar. Arelat.

Tertull.

Elata voce aliquando Chriſtus in noſtram ædificationem orabat.

D. Auguſt.

Quinta ratio fuit, vt iactantiam euitaret: contrà quàm facere ſolebant Phariſæi, *qui amabant in Synagogis, & in angulis platearum ſtantes orare*, vt viderentur *ab omnibus*. Matth. 6. num. 5. Longe aliter 6.

Anna

D.Chryſ.
Orationis clamorem iactans in commutatur.

Anna ſecretò in ſilentio orabat, vt à nemine ſentiretur. Vnde D.Chryſ. hom.6. in Matth. *Illas ego,* inquit, *requiro lacrymas,quæ non oſtentationi proijciunt, ſed compunctione,quæ funduntur occulte, quæque ex illo dolore profluunt, quæ intra conſcientiæ theſaurum & pectoris arcana celantur, quæ per afflictas genas nullo hominum teſte voluuntur, quæ ſummo in ſilentio,& quiete deſiliunt, quæ ex intimo cordis ebulliunt, quæ ex tribulatione,& dolore naſcuntur, quæque ſolius Dei oculis offeruntur. Quales certè erant Annæ lacrymæ, de qua dicitur: Labia eius mouebantur, vox penitus non audiebatur.* Eandem rationem pluribus illuſtrat D. Chromatius Epiſc. Aquileienſis in cap 5. Matth. ad illa verba: *Cum oratis,non eritis ſicut hypocritæ.* Matth.6. n 5. *Prohibemur* inquit, *hypocritarum more orationes noſtras omnibus iactanter oſtendere, ne meritum gratiæ amittamus. Dominus enim non ſimulatam,ac iactantem, ſed ſimplicem, ac fidelem orationem requirit. Intra cordis, ac conſcientiæ ipſius ſecretum, à Domino iubemur orare,vt ab eo,qui ſecretorum,& occultorum eſt cognitor, recipiamus orationis occultæ mercedem. Religioſæ enim mentis eſt,Deum non clamore, vel ſono vocis; ſed deuotione animi, ac fide cordis orare.* Quod deinceps pluribus exemplis illuſtrat Dauid: *Dicite,*inquit,*in cordibus veſtris,& in cubilibus veſtris compungimini.* Pſ.4. n. 5. *Inuenimus Annam illam ſanctiſſimam, huius Euangelicæ doctrinæ præcepta complentem. Nam cum ſine aliquo vocis ſono, in cordis ſui ſecreto, in conſpectu Domini fideliter orane, deſiderij ſui preces effunderet, ſtatim exaudiri à Domino meruit. Sic & Danieli cum tribus pueris occultè ſemper orantibus interpretationes ſomnij, & reuelationum ſecreta Dominus ſibi concesſit.* Dan.2.n.19. *Cornelius quoque nec dum præceptis Euangelicis eruditus, dum in cubiculo ſuo ſecretè, ac fideliter orat, meruit vocem S. Angeli loquentis audire.* Act.10. n.3. *Quid de Iona dicemus, qui non modò cubiculo,ſed vtero belluæ clauſus in tantum orans meruit exaudiri, vt de profundo maris, & de ventre tam immanis belluæ,incolumis, ac viuus euaderet?* Ionæ 2.à n.2. *Exauditus autem à Deo eſt, non quia voce, ſed quia fide clamabat.* Hactenus Chrom. Quæ verba nihilo immutata inuenies apud D Chryſ hom.8.in diuerſos Matth. locos. Vter ab altero acceperit,mihi incertum;nam vterq; ſibi fuerunt ſynchroni, & mutuis vtrinque literis familiares.

D.Chryſ.

7.
D.Hier.
Tacita oratio iactantiam vitat.

Denique hanc rationem duo illa Eccleſiæ lumina D.Hier. & D.Aug illuſtrāt Nam D.Hier in c.6. Matt.n.6.ibi: *Tu autem,cum oraueris,intra in cubiculum tuum. Hoc,* inquit, *ſimpliciter intellectum erudit auditorem, vt vanam orandi gloriam fugiat. Sed mihi videtur hoc magis eſſe præceptum, vt incluſa pectoris cogitatione, labiiſque compreſſis oremus Dominum. Quod etiam Annam feciſſe legimus,* &c. Vbi quamuis ſentiat præcepti ſubſtantiam eſſe,vt ſine voce oretur; non negat tamen finem præcepti eſſe,vt omnis iactantia, de qua ibi ſermo erat,effugiatur. At verò D.Aug.ſerm.121.c 9.ad illa verba Apoſt *Orationes veſtræ innoteſcant apud Deum* Philip.4. n. 6. *Innoteſcant,*inquit, *apud Deum ad tolerantiam, non apud homines,per iactantiam.*

D.Auguſt.

8.
Non tam vocis clamorē, quam mentis feruorē Deus audit.
D.Chryſ.

Sexta ratio, & vltima, quæ eſt præcipua, fuit, quia ſciebat Anna, vt Deus audiret, non tam eſſe neceſſarium vocis clamorem, quam mentis feruorem. Hanc tradunt communiter interpretes, & antres paſſim illuſtrant D.Chryſ hom.1.de Anna:*Illa,* inquit, *potiſſimum eſt deprecatio, cum ab intimis voces ſurſum feruntur: hoc præcipuè mentis eſt exercitatæ, non cum intentione vocis, ſed animi feruore precationem abſoluere. Sic orauit & Moyſes,cui,cum nihil voce reſonaret,Dominus tamen: Quid,inquit,clamas ad me?* Exod. 14.n.15. Et paulò poſt: *Fieri poteſt vt etiam qui non clamant, audiantur: vt per forum ambulans quis, oret acutiſſimè vt in cōſeſſu amicorū,aliorūmq; quiduis aliud agens, vehementi clamore inuocet Deum,clamore,inquā, interno, etiamſi nihil faciat, quod a quoquā præſentium ſentiatur* Idem in Pſal.129.ad illa verba: *De profundis clamaui. Non dixit,*inquit,*ſolummodo ex ore, neque ſolummodo ex lingua (nam errante etiam mente verba funduntur) ſed ex corde profundiſſimo, cum magno ſtudio, & magna animi alacritate.* Et ſtatim: *Tales enim preces magnam habent potentiam, vt quæ neq; ſubuertuntur, neque concutiantur,etſi eas diabolus magno impetu inundat. Quemadmodum. n. arbor valida,& quæ in multam profunditatem terræ egit radices, cuiuis ventorum impetui reſiſtit; quæ in terra autem ſumma ſuperficie ſita eſt, ſi qualibet parua aura incubuerit, labefactatur, & radicitus euulſa iacet ſuper terram. ita etiam preces, quæ ab imo quidem aſcendunt,& egerunt radices in profundo; etiamſi innumerabiles venerint cogitationes, etiamſi inſtructa tota diaboli acies, firmæ manēt, & ſtabiles,& minimè euertuntur. Quæ autem ex ore, & labiis procedunt, & non ab imo aſtendunt, ne poſſunt quidem ad Deum aſcendere, propter eius, qui accedit, ſocordiam. Os quidem reſonat; cor vero eſt inane, & ſola, ac deſerta cogitatio.* Quod ſtatim Annæ,Heliæ,aliorúmq; exemplis illuſtrat.

A

B

Profundi cordis oratio, & firmius radicatur,& altius in Deum ſurgit.

Idem in Pſal.140.ad illa verba: *Domine clamaui ad te, exaudi me*; inquirit, quisnam ſit ille clamor, cuius merito poſtulet exaudiri. *Quid dicis?* inquit. *Quoniam clamaſti, vis exaudiri? Et eam affers iuſtam cauſam,cur exaudiaris? Quid enim peccauit,qui eſt paruæ,& exili voce, tardeque & impeditioris linguæ? Nonne talis erat Moyſes, & omnibus magis exaudiebatur?* Exod.14.n.15 *Nonne Iudæi clamabant plus quam omnes,ſed Deus eorum precibus non annuit?* Exo.14.n.10. *Magnæ enim, aut exili voce eſſe præditum, ſunt naturæ commoda; ea autem non faciunt, vt vel audiamur, vel non audiamur. Et quid dico eum, qui eſt tenui, & exili voce,cùm vel tacens audiretur Moyſes, & Anna minimè loquens? Cur ergo dicit: Clamaui ad te,exaudi me? Clamorem hic dicit internum, quem cor inflammatum peperit,& contritus animus. Quemadmodum enim, qui clamat,omnes vires ſuas haurit & exinanit.ita etiam qui corde clamat, totam mentem ſuam conuertit. Talem enim clamorem Deus requirit, qui non ſinat oſcitare, & eum,qui canit, ad alia diuertere.* Idem hom 1. in Matt. loquutus de citatis Annæ lacrymis: *At hæ lacrymæ,* inquit, *vel ſolæ emittebant ad Dominum vocem omni buccina clariorem.* Plura de hoc mentis clamore loquitur D. Chryſ. hom 8. in varios Matth.locos,& hom.79.ad popul.& hom 5. de incomprehenſibili Dei natura, contra Anomæos.

9.
Non magno vocis clamorem, ſed inflammati cordis amorem Deus requirit.

C

D

D Chryſ.

Hunc etiam non clamorem vocis,ſed feruorem mentis frequens D.Ambr inculcat. Nam lib.1.de Cain,c.9. *Diffidere,* inquit,*eſt de potentia Dei,æſtimare,quod non audiaris,niſi clamaueris. Clament opera tua, clamet fides, clamet affectus,clament paſſiones tuæ,clamet ſanguis,ſicut Abel.* Idem ſerm.17.in Pſ.118.oſtendit melius à Deo,quàm vocis clamores exaudiri. *Clamat,* inquit,*os tuum.& cum tacet: ſicut & Moyſes,cum taceret voce,clamabat ſpiritu: ab hominibus non audiebatur, apud Deum perſonabat. Eſt enim interior clamor affectus, qui auditur è cælo. Anna quoque cum oraret,tacita clamabat: labia non mouebat, & interiori voce piæ mentis excitabat Ieſum Denique cum effectu rediit,quæ cum ſilētio precabatur. quia clamabat in ea Spiritus Dei, qui etiam tacentibus nobis clamat, Abba Pater* Rom.8. n.16 Et rectè dixit, *excitabat Ieſum*: quia ad nullas voces promptior, & vt ocior accurrit Ieſus, vt ſeipſum,vel cætera omnia,quæ petuntur,donet nobis; quàm ad eas,quæ non ore tantùm efformantur ſed ex intimo corde oriuntur.

10.
D.Ambr.
Tacita oratio intenſius apud Deum clamat.

E

Idem Ambr.ſerm.19.in Pſal. 118.ad illa verba: *Clamaui in toto corde meo,* n.145. rectè docet ſanctum Dauidem, cum maiora vrgebant pericula,

11.
D.Ambr.

maiores

maiores edidiſſe clamores, quales ſunt illi, qui ex corde depromuntur. Et ſubdit: *Aduerſus diabolum, non voci magnitudine, ſed magnanimitate cordis vtendum eſt. Clamat ergo cor noſtrum, non ſono corporis, ſed cogitationum ſublimitate, concertúque virtutum.* Deinde verò hos virtutum clamores proſequutus, oſtendit, iuſtos, non ſolùm tacitos, ſed etiam mortuos clamare, quod patet in Abel, de quo Paulus: *Defunctus adhuc loquitur.* Hebr. 11. n. 4. & ipſe Deus: *Clamat ad me de terra.* Geneſ. 4. num. 10. *Magna,* inquit Ambroſ. *vox iuſtitiæ, magna ſanctitatis, per quam & mortui loquuntur, nec ſolùm loquuntur, ſed etiam clamant.* Deinde verò oſtendit peccatores etiam vociferantes quodammodo tacere. *At verò,* inquit, *iniuſti arrona, nec viuens clamat, qua Deo mortua eſt.* Quod patet in Hebræis, qui ad mare rubrum magnis querelis perſtrepebant; nec tamen in Dei auribus perſonabant. Exod. 14. num. 10. Vnde rectè dicitur à D. Ambr. *Ista querela mutæ, & flebiles, nihil præſidij ferens, plurimum offenſæ afferens.* Iuſtior, ac verior illa Dei in eum populum querimonia: *Populus hic labiis me honorat; cor autem eorum longè eſt à me.* Matth. 15. n. 8. Vnde nihil mirum, ſi non audiantur à Deo. *Cor ergo,* inquit Ambroſ. *prius clamet, vt ſermo poſſit audiri.* Itaque à Deo non tam externus clamor, quàm internus exauditur, de quo Dauid: *Voce mea ad Dominum clamaui, voce mea ad Deum; & intendit mihi.* Pſalm. 76. num. 2. Quærit D. Ambr. in Pſal. 40. quam appellet Propheta vocem ſuam; & reſpondet, hanc cordis internam. *Quæ,* inquit, *noſtra eſt vox niſi iſta, quæ eſt melior, quæ interius clamat, quæ ad Deum peruenit, vt tacente Moyſe clamauit ad Dominum, qua etiam Anna impetrauit filium, quem ante diu non impetrauerat, nunc corporis voce clamaſſet?* Sic ille: vbi apertè facit efficaciorem apud Deum cordis, quàm vocis clamorem. Cùm hic etiam diuturnus non impetret, ille tantùm hortatus exoret.

Iuſti non ſolùm taciti, ſed etiam mortui clamant.

Peccatores etiam vociferantes quodammodo tacent.

D Ambr.

Interna vox iucundius apud Deum perſonat.

D. Amb.

12\. Similiter de hac re plures alij Patres philoſophantur. Nam D. Greg. lib. 2. moral. c. 4. *Excitatus,* inquit, *cum reuerentia motus cordis; magnus eſt ad aures incircumſcripti ſpiritus clamor vocis.* Et paulò poſt: *Animarum,* inquit, *verba ipſa ſunt deſideria.* Iuxta illud Pſalm. 9. vel 10. ſecundùm Hebr. num. 17. *Deſiderium pauperum exaudiuit Dominus.* D. Bern. ſerm. 16. in Pſalm. *Qui habitat. In Dei auribus,* inquit, *deſiderium vehemens, clamor magnus.* Tertull. lib. de orat. cap. 13. *Sonos,* inquit, *vocis ſubiectos eſſe oportet; Deus non vocis, ſed cordis auditor eſt, ſicut conſpector.* Et ſtatim argumentatur à minori, adducens dæmonis exemplum, ſimilem virtutem ſimulantis. *Dæmonium oraculi Pythij: Et mutum,* inquit, *intelligo, & non loquentem exaudio, Dei aures ſonum expectant. Quomodo ergo oratio Ionæ de ventre ceti per tantæ beſtiæ viſcera, ab ipſis abyſſis per tantam æquoris molem ad cælum potuit euadere?* Quaſi diceret: ſi diabolus gloriatur, ſe etiam tacentes intelligere; quo pacto Deus clamantes, vt intelligat, requiret? Eleganter D. Cypr. de orat. Dominica ſub initium: *Debemus,* inquit, *non paſſim ventilare preces noſtras inconditis vocibus, nec petitionem commendandam modeſtè Deo, tumultuoſa loquacitate iactare. Quia Deus non vocis, ſed cordis eſt auditor; nec admonendus eſt clamoribus, qui cogitationes videt. Quod Anna Eccleſiæ typum portans cuſtodit, & ſeruat, quæ Dominum non clamoſa petitione, ſed modeſtè, & tacitè, intra ipſas pectoris latebras precabatur. Loquebatur prece occulta, ſed manifeſta fide, loquebatur non voce, ſed corde; quia ſic ſciebat Deum audire, & impetrauit efficaciter, quia fideliter poſtulauit.*

D Greg. Deſideria, animarum ſunt verba, vnt Deo nota.

D Bern.

Tertul.

Dæmones cordis internũ clamorem audire falsò ſimulant.

D Cypr.

13\. Ab hac tacita contemplatione, cæleſtis ſponſæ pulchritudo commendatur: *Oculi tui,* inquit ſponſus, *columbarum, abſque eo quod intrinſecus latet.* Cant. 4. n. 1. ſeu, vt habet Septuaginta, *extra taciturnitatem tuam.* Vbi Philo Carpathius: *Tacitam,* inquit, *pulchritudinem, eſſe ſponſæ ait, quam tacens ex intimo tacite huic ſponſi ineſſe dicitur. Sæpe enim multi eorum ore quidem tacent, corde verò clamant, & Deo preces offerentes.* Quod ſtatim Moyſis, Annæque exemplis ſæpius repetitis confirmat. Plura de hac oratione, & ſubmiſſa oratione Philo Hebr. lib. de victimis offerentib. D. Amb. lib. 6. de Sacram. c. 3. Auctor operis imperf. in Matth. hom. 13. Caſſian. collat. 9. c. 34. & 35. Vvalfridus de rebus Eccleſ. c. 12. & alij in ſuperioribus citati. Igitur Anna cum Deo tacita loquebatur, & tanquam Aſpendius ille citharista, eo ſuauiùs Deo canebat, quò ſubmiſſius.

Tacita contemplatio, animæ pulchritudo.

Philo Carp.

Philo Heb.

D Ambr.

Auct. imp.

Caſſian.

Vvalfrid.

14\. *Æſtimauit ergo.* Quærit D. Chryſ. hom. 1. de Anna, quibus indiciis ſacerdos Annam temulentam æſtimarit. *Neque enim,* inquit, *ridentem vidit, neque ſaltantem, neque vertigine concidentem; non audiuit vllum verbum obſcœnum, aut illiberale ſonantem.* Vnde ergo illi venit in mentem huius ſuſpicio temulentiæ? Neque enim putandum eſt, auctore eodem Chryſ. temerè omnino iudicaſſe. Tria igitur indicia, quibus Heli in hanc ſuſpicionem venerit, eſſe potuerunt. Vnum, illa labiorum agitatio, ſine vlla verborum prolatione: videbatur enim tanquam lymphata, & inſana, diſtorquere os temerè, nulla ſancta cogitatione præeunte, & ſine vllo cordis ſenſu illos oris motus inconditos ciere. Ex ſimili enim motu iudicatus eſt Dauid inſanus apud Regem Achis 1. Reg. 21. n. 13. Alterum diuturna illa precum multiplicatio. Vinum enim fandi copiam ſibi miniſtrat, iuxta illud Horatianum l. 1. epiſt. epiſt. ad Torquatum.

Quibus indiciis ſacerdos Annam temulentam iudicarit.

Primum Indicium.

Secundum indicium Vinum fandi copiam ſubminiſtrat.

Fœcundi calices quem non fecere diſertum?

Vnde & pſittaci, cùm vinum largiùs bibunt, copioſiùs loquuntur; vt Ariſt. l. 8. de hiſtoria animal. c. 12. & Macrobius l. 2. Satur. c. 4. teſtatur. Tertium, ipſa circunſtantia temporis à prandio: nam ſicut ratione temporis antemeridiani D. Petrus olim ſe, & Apoſtolos à ſuſpicione ebrietatis excuſauit, Actor. 2. n. 15. ita ratione temporis pomeridiani, niſi cætera indicia abeſſent, potuit Anna hac ebrietatis ſuſpicione laborare. Fuiſſe autem in hoc tempus pomeridianum, colligo, tum quia Anna orabat Dominum, quod ad meridiem, ſeu poſt meridiem fieri conſueuerat, vt patet in Petro, & Ioanne qui aſcenderunt *in templum ad horam orationis nonam.* Actor. 3. n. 1. & in Cornelio, qui deprecans Deum, *quaſi ora diei nona,* vidit Angelum, Act. 10. n. 3. tum etiam quia Anna iam comederat, & biberat, vt num. 9. dictum eſt: quod facere non ſolebant Hebræi, niſi ad meridiem; iuxta illud Ioſephi, ad diſpenſatorem domus ſuæ: *Introduc,* inquit, *viros domum, quoniam mecum comeſuri ſunt meridie.* Geneſ. 43. n. 16. Vnde vituperantur inter Hebræos qui citiùs comedebant. *Væ tibi terra, cuius rex puer eſt, & cuius principes manè comedunt.* Eccleſiaſtes 10. num. 16. Et rurſus: *Væ, qui conſurgitis manè ad ebrietatem ſectandam.* Iſaiæ 5. num. 11. Atque hoc indicium inculcat D. Chryſoſtom. hom. 1. de Anna.

Horat.

Ariſt.

Macrob.

Tertium indicium.

Hebræi ad meridiem, ſeu poſt meridiem orare conſueuerant.

Hebræi non niſi ad meridiem comedebant.

D. Chryſ.

15\. Ex his ergo indiciis, etſi fallacibus, colligere potuit Heli temulentiam Annæ, ne dicamus eum omnino præcipitem, ac temerarium fuiſſe in iudicando. Accedit, quòd in his celebritatibus multi ſe vino onerabant, ſumentes occaſionem ex illo diuino præcepto: *Ibi epulabimini coram Domino Deo veſtro.* Deut. 12. n. 12. iuxta quod ſibi licere arbitrabantur, non ſolum victimis operari, ſed etiam epulis largiter, & hilariter indulgere, vt Abulenſ. hoc loco aduertit. Cæterùm in hoc ſacerdotis iudicio typus quidam præceſſit illius, quod poſtea Synagoga aduerſus Eccleſiam efformauit, vt Rupert. lib. 1. in Matth. cap. 5. obſeruat. Nam ſicut Sacerdos

Hebræorum multi in ſolemnitatibus ſe vino onerabant.

Abul.

In Anna typo, Eccleſiam Spiritus S. plenam temulentam iudicauit Synagoga.

Rupert.

D.Chryſ. Annam æſtimauit temulentam, quæ tamen vt loquitur D.Chryſ. homil. 1. de Anna, *Ebria erat, non è vino, ſed ex abundantia pietatis* ita olim principes Synagogæ exiſtimarunt Apoſtolos principes Eccleſiæ muſto plenos. Actor. 2. n. 13. Cum tamen non vino, ſed ſpiritu ſancto repleri prophetarent, vt ibi D. Petrus ex Ioëlis 2. num. 28. confirmauit.

Num. 14. Dixitque ei: Vſquequo ebria eris? digere pauliſper vinum, quo mades,

EXPOSITIO LITERÆ.

1. *Quiſnam huius fuerit an ctor contumeliæ. Prima ſententia Phil. Hebr. D.Chryſ.*

D*Ixitque ei.* Difficultas eſt, quiſnam dixerit hoc Annæ: nam Septuaginta in Sixtiana vertunt, *Dixit ei puer Heli.* Et ita habetur in antiquis codicibus, & apud Philonem de ebrietate, & apud D. Chryſoſt. hom. 15. in Act. & homil. 1. de fide Annæ. Imò hinc deſumit D. Chryſ. argumentum ad laudandam Annæ patientiam. *Si ſacerdos,* inquit, *fuiſſet conuitiatus, non erat perinde miranda tolerantia; propterea quod dignitatis magnitudo, ac magiſtratus auctoritas, vel inuitam illam compuliſſent ad modeſtiam. Nunc verò nec aduerſus ſacerdotis puerum indignata eſt, quo magis ſibi conciliauit Deum.* Et confirmari poteſt hæc tranſlatio, tum quia Heli cùm eſſet tam remiſſus in filios, vt infrà patebit; non videtur tam acerbus in exteros eſſe potuiſſe: tum quia Heli erat ſacerdos, à cuius ore longè exulare debent contumeliæ, præſertim in fœminam, cui peculiaris reuerentia debetur: tum deinque quia cap. ſequenti n. 13. fit mentio huius pueri valdè iniurioſi in homines, qui ad templum veniebant; ergo & idem eſſe potuit hoc loco valdè contumelioſus in fœminam. (*Confirmatur.*)

2. *Secunda, & vera ſententia, quòd fuerit ipſe Heli. Pagnin. Vatabl. D.Chryſ.*

Vulgata non exprimit, quiſnam hoc dixerit: exprimitur tamen in Hebræo fuiſſe Heli, ex quo Pagninus, & Vatabl. ſimiliter tranſtulerunt. Vnde veritas Hebraica præferenda: & videtur tandem D. Chryſoſt. citatus conſentire. Nam ibidem admiratus patientiam Annæ humiliter reſpondentis: *Non dixit,* inquit, *Iſtane Sacerdos? iſta qui alios docet? temulentiam ac vinolentiam mihi exprobrat,* &c. Quibus verbis ſatis indicat ab ipſo Sacerdote eam obiurgationem proceſſiſſe: imò & vulgata mihi videtur hoc ipſum non obſcurè inſinuare: cùm enim dixit, *Æſtimauit eam Heli temulentam,* ſtatim ſubdidit: *Dixitque ei.* ſine dubio ille de quo ſermo proximè antecceſſerat, alioqui expreſſura, de quo loquerentur. Et accedit coniectura, tum quia celeritas loquendi facilè conſequitur ex celeritate iudicandi; *conceptum enim ſermonem tenere quis poterit?* Iob. 4. n. 2. quare cùm ſacerdos iudicauerit, idem & exprobrauit: tum quia, cùm Deus prohibuerit Leu. 10. n. 9. ne ingreſſuri tabernaculum, vinum biberent, ad ſacerdotem pertinebat, eos, qui ſecùs facerent à tabernaculo arcere: quamuis non dubitauerim, ſacerdotem, & in celeritate iudicandi, & in aſperitate loquendi non parum exceſſiſſe. (*Tabernaculũ ingreſſuri à vino abſtinere iubebantur.*)

3. *Ad primam ſententiam reſpondetur primò.*

Sed quid ad Septuaginta? Reſponderi poteſt primò, mendum irrepſiſſe in eorum tranſlationem, quam aliis quoque locis ſcriptoris incuria deprauatam eſſe, Patres, & interpretes fatentur: quamuis hoc, de quo agimus, & à Complutenſi, & à Regia expunctum ſit. Secundò, bis dictam fuiſſe Annæ illam contumeliam, ſemel ab Heli, vt eſt in Hebræo; & iterum à puero Heli, vt habent Septuaginta; quo pacto ſolui poteſt ſimilis difficultas. Genel. 18. n. 15. vbi cum Sara negauerit ſe riſiſſe: *Dominus autem: Non eſt,* inquit, *ita, ſed riſiſti;* tamen D.Chryſ. hom. 31. in Gen. tribuit hæc verba Patriarchæ, dicens: *Verum Patriarcha dicit ei, Non, ſed riſiſti.* Et ſubdit alia verba Patriarchæ ad confeſſionem exhortantis, ne ex negatione riſus augeretur peccatum, & fructus hoſpitalitatis perderetur. Vtrumque autem verum eſſe potuit, ſi dicamus, Saram bis fuiſſe reprehẽſam, ſemel à Domino, vt eſt in Vulgata & iterum à Patriarcha, vt D.Chryſ. inculcat. Tertiò, illam orationem, *Dixit ei puer Heli,* eſſe intrãſitiuam; ita vt puer nõ ſit alius ab Heli, ſed vnus, atque idem Sacerdos puer appelletur: quo pacto veteres Patriachæ frequentiſſimè in Scriptura pueri dicuntur. Abraham, Pſal. 104. n. 42. *Memor fuit verbi ſancti ſui quod habuit ad Abraham puerum ſuum,* Lot, Gen. 19. n. 2. *Obſecro, Domini, declinate in domum pueri veſtri.* Iacob, Baruch, 3. n. 37. *Hic adinuenit omnem viam diſciplinæ, & tradidit eam Iacob puero ſuo.* Moyſes, Baruch 1. n. 28. *Locutus eſt in manu pueri ſui Moyſi* Dauid, Pſal. 68. n. 18. *Ne auertas faciem tuam à puero tuo.* Seorſim verò Sacerdos puer dicitur; iuxta illud Iudic. 17. n. 12. *Habuit puerum ſacerdotem apud ſe.* Nec immeritò, quia Sacerdos non minùs impiger eſſe debet ad diuina obſequia, quàm puer, qui nullis laboribus fatigatur. Talis erat Abraham, qui cùm ætate ferè centenarius eſſet: tamen facilitate currẽdi, ac feſtinandi in diuina obſequia puer videbatur Gen. 18. a n. 2. Vnde ibid. n. 17. iuxta Septuag. in Sixt. puer à Deo dicitur. *Non,* inquit, *abſcondam à puero meo, quæ facio* Vbi D. Ambr. lib. 1. de hoc Patriarcha c. 6. *Officiis,* inquit, *meritò puer dicitur, qui ſenile neſciebat faſtidium pueritiæ innocentiam, & obſequium deferebat.* Hoc igitur ſenſu dici potuit hoc loco puer Heli, intranſitiuè.

Reſpondetur ſecundò.

D Chryſ. *Reſpondetur tertiò. Veteres Patriarchæ ſæpè in Scripturis pueri dicuntur.*

Sacerdos, Dei puer, impigrè pueri deferat obſequium.

D.Ambr.

4. *Sacerdotis in Annam conuitium, & conſilium.*

Vſquequo, &c. Continetur his verbis & conuitium Sacerdotis, ebriam appellantis: & conſilium eiuſdem, vinum digerere iubentis De hac grauitate conuitij in annot. dicam. Circa conſilium nota illud cum quadam exprobratione coniunctum eſſe: quaſi diceret, digna non es quæ ſis in luce hominum; & multò minùs in conſpectu Dei; recede in latebras, & ebrietatem pauliſper edormiſce. Verum illud, *pauliſper,* non eſt idem, quod, *breuiter:* neque enim breui tempore excoqui poteſt magna temulentia; qualis hæc fuiſſe ſignificatur; tum ex illa interrogatione, *Vſquequò?* Ac ſi multum iam tempus duraſſe, & multũ adhuc duratura videretur: tum ex illo verbo, *mades,* quo ſignificatur non leniter tincta, ſed altè obruta fuiſſe. Eſt igitur idem, atque *ſenſim;* ita vt ſenſus ſit: Digere ſenſim per ſoporem incubantem in cerebro temulentiam; vt tibi reddita, redeas ad orandum; D.Chryſoſt. homil. 1. de Anna legit. *Diſcute vinum abs te; & recede à conſpectu Domini.* Nempe interim, dum illud non diſcuris.

D.Chryſ.

Num. 15. Reſpondens Anna: Nequaquam, inquit, domine mi: nam mulier infelix nimis ego ſum, vinum, & omne quod inebriare poteſt, non bibi, ſed effudi animam meam in conſpectu Domini.

EXPOSITIO LITERÆ.

1. *Cur Anna ad Phenennæ conuitia taceat, reſpondeat ad Heli. Mutua tacendi, & loquendi viciſſitudo perpetuo ſilentio præferenda.* D.Chryſ.

R*Eſpondens Anna.* Tacuit ad contumelias Phenennæ, reſpondit ad contumelias Heli: ſciens, *tempus tacendi, & tempus loquendi.* Eccleſiaſtes 3. num. 7. Neque ori, & labiis imponendum eſt murum, qui ſemper clauſus eſt: ſed *cuſtodiam, & oſtium circumſtantiæ.* Pſalm. 140. num. 3. quod viciſſim clauditur, & aperitur. Quod expendens D. Chryſoſt. ad eum locum. *Os,* inquit, *noſtrum cu-*

ſtodia

A *ſodiamus, ei rationem tanquam clauem adhibentes, non vt perpetuo claudatur, ſed vt conuenienti tempore reſeretur.* Nec aliter D. Bernard. ſerm. de triplici cuſtodia interpretatur. *Nunc*, inquit, *ponenda ori noſtro cuſtodia, & oſtium circunſtantia labiis, vt nec vitalem ædificationem clauſura damnet æterna, nec lethalis pernicies liberum ſortiatur egreſſum.* Accedit D. Gregor. 3. p. Paſtoral. admonitione 15. *Non*, inquit, *poni ori ſuo parietem, ſed oſtium petit, quod videlicet aperitur, & clauditur. Vnde & nobis cauto diſcendum eſt, quatenus os diſcretè, & congruo tempore vox aperiat, & rurſum congruo taciturnitas claudat.* Rectè Sapiens non æternam, ſed temporariam taciturnitatem commendat. *Homo*, inquit, *ſapiens tacebit vſque ad tempus.* Eccleſiaſtic. 20. n. 7. Nam vt bene D. Greg. citatus: *Lingua diſcretè frænanda eſt, non inſalubriter obliganda.*

D. Bern.
D. Greg.
B
D. Greg.

2.
Silentium eloquio alternandum.
Orig.

Olim Chriſtus Dominus *ſilentium impoſuit Sadducæis*, Matth. 22. num. 34 tacitos reddidit, non mutos, vt tacendi, ac loquendi viciſſitudinem haberent. Quod rectè expendens Origen. tract. 23. in Matth. ſub initium: *Proprium*, inquit, *eſt iuſti tacere, non obmuteſcere.* Et ideò bene obſeruat dictum fuiſſe à Chriſto Domino, non homini, ſed mari, ac diabolo, *obmuteſce.* Marc. 4. n. 39. & Luc. 3. n. 35. Diabolus enim ſub perpetua cenſura ſilentij coerceatur: cæteræ etiam irrationales creaturæ omni loquendi facultate ſpolientur: ſolus homo debet tacendi, & loquendi vices alternare. Quare D. C Ambroſ. lib. 1. offic. cap. 3. poſtquam multa de ſilentij laudibus inculcauit: *Quid igitur?* inquit, *mutos nos eſſe oportet? minimè. Eſt enim tempus tacendi, & tempus loquendi. Denique ſi pro otioſo verbo reddemus rationem, videamus, ne reddamus & pro otioſo ſilentio.* Quam doctrinam cap. 13. eiuſdem libri fuſiùs inculcat. Quod ſi otioſum ſilentium meretur pœnas, quid de pernicioſo? ſilentium igitur eloquio alternandum. Vnde conciliari poſſunt duo loca Parœmiaſtæ, quæ pugnantia videbantur. *Ne reſpondeas*, inquit, *ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne efficiaris ei ſimilis.* Prouerb. 26. num. 4. & ſtatim: *Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens videatur.* Ibid. n. 5. Quid pugnantius, quàm *reſponde.* D &, *ne reſpondeas*? Sed, vt bene D. Hieron. in cap. 1. Ezechiel. *Vtrumque*, inquit, *pro temporum, & perſonarum diuerſitate concordat, dum & ſtultus contemnitur, quia non recipit ſapientiam, & ſtulta ſuperbia, alia deuitatur ſtultitia.* Aut breuiùs, reſponde edocendo; ne reſpondeas, imitando; vt & ille ſtultus eſſe deſinat, & tu non fias. Hac igitur viciſſitudine opus eſt, vt debita prudentia teneatur.

D. Ambr.
Non mutos, ſed tacitos eſſe oportet.
Duo Prou. loca conciliantur.
D. Hier.

3.
Diſcretionis cultro verba diuidenda.
D. Hier.

Affine eſt illud: *Quando ſederis, vt comedas cum principe, ſtatue cultrum in gutture tuo.* Prouerb. 23. num. 1. & 2. Vbi D. Hieronym. ſi is eſt illius auctor commentarij, pro gutture, *loquutionem*; pro cultro, *diſcretionem* interpretatur. Vt enim cultro diuiduntur cibi, alij comedendi, alij relinquendi; ita E & diſcretione ſeparantur verba, alia tacenda, alia loquenda. Ne igitur obſtinatum ſilentium teneatur, ſed prudenti loquutione temperetur. Ita Iobus ſeptem integros dies taciturnus, *poſt hæc aperuit os ſuum.* Iob. 3. num. 1. vt ſignificaret vtrumque in tempore adhibendum: & quod, interprete Lyran. non ex impetu paſſionis, ſed ex deliberatione rationis loqueretur. Non aliter igitur & Anna, quæ priùs bene tacuit ad contumelias Phenennæ, nunc optimè reſpondet ad contumelias Heli: nam ſilentium eſt quoddam veluti *gymnaſium bene loquendi*, vt D. Baſil. in regulis fuſiùs diſputatis cap. 13. oſtendit. Sed cur reſpondet Sacerdoti, non Phenennæ? Ratio eſt, quia Phenenna erat perſona priuata, Sacerdos autem publica: &

Silentium gymnaſium bene loquendi.
Lyran.
D. Baſil.
Cur non Phenennæ, ſed Heli Anna reſpondeat.

A proinde huic, non illi ſatisfacere oportebat. Item quia Phenenna loquebatur ex odio, Sacerdos ex zelo: vnde illud negligendum erat; hic autem inſtruendus.

4.
Iuſti, & commiſſa debent fateri, & non commiſſa negare.

Nequaquam inquit, &c. Factum in primis negat. Nam ſicut iuſti proprium eſt ingenuè fateri culpam quam habet; ita quam non habet, ſtrenuè diffiteri. Vnde non minùs pœnas dedit Amalecites, ille 2. Reg. 1. n. 10. tribuendo ſibi homicidium Saulis, quod non commiſit, quàm Caïn, Geneſ. 4. n. 9. negando homicidium Abelis, quod patrauit. Negat igitur Anna ſe bibiſſe *vinum, & omne quod inebriare poteſt.* In Hebræo eſt, *vinum & siceram*; ſed perinde eſt: nam Hebræi, vt refert D. Ambr. lib. de B Helia cap. 15. omnem potum, qui inebriat, ſiceræ nomine vocant. Ab omni igitur inebriamento ſe dicit abſtinuiſſe. Alioqui iam aliquid aliud biberat; imò & comederat, vt n. 9. dictum eſt, quamuis vtrumque parciſſimè: nam cum abſtinentia à potu concordare debet abſtinentia à cibo; vt rectè obſeruat. Tert. lib aduerſus Pſychicos, c. 9. *Vbi*, inquit, *abſtinentia vini, aut à Deo exigitur, aut ab homine vouetur: illic intelligatur etiam pabuli preſſura, formam præſtruens potui. Qualis enim eſus, talis & potus. Veriſimile non eſt, vt quis dimidiam gulam Deo immolet, aquis ſobrius, & cibis ebrius.*

D. Ambr.
Omne inebriamentum ſiceræ nomine Hebræi vocant.
Abſtinentia à cibo abſtinentiam à potu comitetur.
Tertull.

5.
Mitis reſponſio in iniuriis, patientis innocentiam commendat.
D. Greg.
D. Chryſ.

Cæteris verbis Anna ſuæ innocentiæ tripliciter fidem facit. Primò, appellando dominum, à C quo dicta fuerat temulenta. Nam vt bene D. Gregor. hoc loco: *Dominum*, inquit, *vocans ebriam ſe eſſe abnegat.* Neque enim tanta patientia iuncta eſſe poterat cum temulentia. Quod etiam expendens D. Chryſ. homil. 1. de Anna. *Si cupis*, inquit, *exprobrantibus oſtendere, te non eſſe temulentum, oſtende per manſuetudinem, oſtende per humilitatem, non per contumelias & conuitia: nam ſi percuſſeris eum, qui te affecit conuitiis, temulentiam tuam condemnaturi ſunt omnes; ſin magno pertuleris animo, factis ipſis depuleris malam de te ſuſpicionem.* Annæ exemplum imitata fuit Chananæa, quæ repulſa à Chriſto Domino tanquam canis, patienter, & humiliter reſpondebat: *Etiam Domine: nam & catelli edunt de micis, quæ ca-* D *dunt de menſa dominorum ſuorum.* Matth. 15. num. 27. Vbi, vt D. Chryſ. hom. 53. in Matth. Dominum appellat, à quo canis dicebatur; qua humilitate probauit, ſe deinde non canibus adnumerandam, ſed inter filios recenſendam. Eodem modo D. Paulus, cum illam ex Feſto contumeliam audiret: *Inſanis Paule, multæ te literæ ad inſaniam conuertunt.* Act. 26. n. 24. patienter reſpondit: *Non inſanio, optime Feſte.* Ibid. n. 25. Appellando optimum, à quo dictus fuerat inſanus, mentis ſuæ ſanitatem confirmauit. Vnde D. Ambroſ. lib. 3. de interpellatione in Iob. cap. 3. monens, ne quis retorqueat contumeliam, quam innocens patitur: *Audit enim*, inquit, *alterius, non ſuum crimen; quod ſi referat, ſuum facit.*

Chananæa exemplum.
D. Chryſ.
D. Pauli teſtimonium.
D. Ambr.

6.
Ebrietas mulieri magis quam viro indecora.
Clem. Alex.
D. Auguſt.
D. Chryſ.

E Secundò, fidem facit appellando ſe mulierem. *Nam mulier*, inquit, &c. cum nihil magis à muliere alienum, quàm ebrietas videatur; iuxta illud: *Mulier ebrioſa, ira magna, & contumelia & turpitudo illius non tegetur.* Eccleſ. 26. n. 11. Ex quo loco Clemens Alex. lib. 2. pædag. cap. 2. probat ebrietatem magis eſſe fœminis, quàm viris indecoram. Addit D. Aug. tract. 17. de ſobrietate, & caſtitate, c. 4. ſi is illius operis auctor eſt, ebrietatem fœminis extorquere *infandam, & inuerecundam vocem.* Sed & D. Chryſ. homil. 71. ad popul. & hom. 39. in 1. ad Corinth. docet, nihil eſſe *ebria turpius muliere, nihil fœdius, ac pretioſius.* Idem vero hom. 54. ad popul. & 27. in Act. aſſerit, vitium ebrietatis in fœmina eſſe *opus illiberale, & ſeruile, & omni ignobilitate plenum.* Nec immeritò. Nam D. Paulus per ſeruitutem

Ebrietas, miſeria vini ſeruitus.
D. Hieron.

hoc virium explicauit. *Anus*, inquit, *ſimiliter non multo vino ſeruientes.* Tit. 2. n.3. Vbi D. Hieron. *Signanter*, inquit, *expreſſit, non vino multo ſeruientes: ſeruitus enim quædam eſt, & extrema conditio, vino ſenſus hominis occupari, & non ſuum eſſe, ſed vini.* Hinc eſt, quod D. Aug. lib. 9. confeſſ. c. 8. de matre ſua Monica ſcribit, nempe cùm ei adhuc puellæ ab ancilla obiiceretur neſcio quæ prægustandi vini appetentia, qua potiùs curioſitatis, quàm voluptatis gratia tenebantur, adeò erubuiſſe, vt à vino in poſterum abſtineret, & per inſaniam ancillæ infirmitas dominæ ſanaretur. Optime D. Hieron. in epiſt. 22. ad Euſtoch. de cuſtodia virginit. *Hoc primum* inquit, *moneo, & obteſtor, vt ſponſa Chriſti vinum fugiat pro veneno.* Et in regula Monacharum cap. 31. ſi eius eſt illud opus: *Vinum*, inquit, *ſponſis Chriſti tanquam venenum ſuſpectum ſit.* Philo lib. de vita contemplatiua, vbi multa de Ægyptiis, & Alexandrinis Monachis: *Vinum*, inquit, *habent pro veneno afferente dementiam.* Et conſentit D. Petr. Chryſolog. ſerm. 26. de fideli diſpenſatore. *Ebrietas*, inquit, *dæmon blandus, venenum dulce.* Sed D. Amb. lib. de Helia & ieiunio, cap. 14. vinum veneno deterius exiſtimat. *Quia veneno*, inquit, *caro vulneratur, vino mens.* Meritò igitur monet D. Hieronym. citat. vt vinum tanquam venenum à fœminis fugiatur. Et paulò inferiùs: *Sacrilegium*, inquit, *reputatur ebrietas in fœmina præcipuè, ſed è finitè plus in Domini ſponſa.* Neſcio an adhuc aſperiùs loquatur Auctor. operis imperf. in Matth. hom. 1. *Omnis*, inquit, *mulier, quæ vinolenta, & comeſſatrix eſt, eademque meretrix eſt.*

D. Aug. D. Monicæ hac de re exemplum. — *D. Hier. Vinum pro veneno virginibus fugiendum.* — *Philo. Heb.* — *D. Chryſol.* — *D. Ambr.* — *D. Hier. Ebrietas in fœminis ſacrilegium.* — B — C

7. Vnde apud Romanos vini vſus fœminis interdictus fuit, vt Dionyſ. Halicarnaſ. lib. 2. Polybius lib. 6. Athenæus lib. 10. cap 13. Tullius lib. 3. de natura Deorum. Plin. lib. 14 natur. hiſtor. cap. 13. Arnobius lib. 2. & 5. aduerſus gentes, & eius diſcipulus Lactantius lib. 1. cap. 22. pluréſque alij teſtantur. Nec minùs, quàm adulteræ, quæ ſecus facerent, plectebantur, ſupplicio nimirum capitali, vt Plin. citat. pluribus exemplis confirmat: quaſi quæ vinum biberent, eo ipſo poſſent, vt adulteræ præiudicari. Neque ſolùm ob hauſtum, ſed etiam ob tactum vini, aut etiam loci, in quo vinum ſeruaretur, necabantur, teſte Tertul. in Apolog. cap. 6. vbi docet, mulieres Romanas vſque adeò vino abſtinuiſſe, *vt matronam*, inquit, *ob reſignatos cellæ vinariæ loculos, ſui inedia necarint: ſub Romulo vero quæ vinum attigerat, impunè a Metennio marito trucidata ſit.* Quamuis ibidem conqueratur optima illa Romanorum inſtituta fœminarum ſobrietati patrocinantia, iam ſuo tempore exoleuiſſe. Nam olim propinquis fœminis oſcula offerri conſueuerant, vt ſpiritu iudicarentur. *At nunc*, inquit, *præ vino nullum liberum eſt oſculum.* Eandem morum peruerſitatem carpit D. Amb. in epiſtol. ad Coloſſ. cap. 3. circa medium, docens iam in ea ætate Romanis fœminis tam eſſe incognitum aquæ vſum, quàm olim fuerat vſus vini. Sed de hac re lat iſſime Tiraq. in leg. 9. connub. à n. 201. Meritò igitur Anna ratione ſexus vinolentiæ contumeliam declinat. Quaſi diceret, Mulier ſum, vinolenta eſſe non poſſum: præſertim, cùm mulieres difficiliùs, quàm viri inebrientur; cùm ſint natura frigidiores, & humidiores, & propterea vinum hebetent, & eneruent, vt Ariſtoteles lib de ebrietate, Plutarch. lib. 3. Sympoſiacon cap. 3. pluréſque alij apud Tiraq. citatum philoſophantur.

Vinum apud Romanos fœminis interdictum. — *Dionyſ. Halic.* — *Polyb.* — *Athen.* — *Tullius.* — *Paulin.* — *Arnob.* — *Lactant.* — *Mulieres non ſolum vinum bibentes, ſed etiam tangentes, vt adulteras Romani plectebant* — *Tertul.* — D — *D. Ambr.* — E — *Tiraq.* — *Mulieres difficiliùs, quàm viri inebriantur.* — *Ariſtot.* — *Plutarch.* — *Tiraq.*

8. Tertiò tandem Anna ſuam probat ebrietatem, omnémque ebrietatis calumniam repellit, ratione ſtatus nimium infelicis, in quo eſt *Infelix*, inquit, *nimis ego ſum.* Nam ſi illi qui ſunt triſtes, & afflicti, etiam à neceſſariis cibis abſtinent, vt patet

Triſtes etiam a neceſſariis cibis abſtinent.

A in Dauide, 2. Reg. 12. n. 16. in Dario, Daniel. 6. n. 18. in Sara, Tob. 3. n. 10. & in fœmina quadam filij ſui mortem deplorante, 4. Eſd. 10. n. 4. & pluribus aliis: quo pacto Anna, quæ nimis infelix ſibi videbatur, ſuperfluis, ac delicioſis poculis indulgeret? Aut ſi induſit, quo pacto hilaritatis aliquid non hauriret, cùm ſemper lætitia ſimul cum vino hauriatur: non ſolum iuxta Poëtam 1. Æneid.

Vinum lætitiæ cauſa. Virg.

Adſis lætitiæ Bacchus dator. ——

ſed etiam iuxta Prophetam Pſal. 103. n. 15. *Vt educas panem de terra, & vinum lætificet cor hominis?* Rectè igitur aſſerit ſe tanto mœrore obrutam, vinum, & omne, quod inebriare poſſet, quicquid ſit de alio potu, non bibiſſe. Neque hoc ſine diuina prouidentia factum credo: nam ſicut mater Samſonis à vino abſtinuit, Iudic. 13. n. 4. ita & mater Samuelis debuit abſtinere; vt filij, qui ſecundùm ordinem ſui Nazaræatus eſſe abſtemij debuerunt, abſtinentiam in matribus, quam imitarentur, inuenirent. Vnde D. Ambroſ. lib. de Helia & ieiunio, cap. 6. loquutus de his duabus fœminis: *Ex quibus*, inquit, *duo generati, vnus fortiſſimus, alius obſeruantiſſimus, dignos ſe præbuerunt, qui ieiuno gremio diu foti, & quodam abſtinenti effuſi vtero viderentur.* Cæterùm illa verba: *Mulier infelix nimis ego ſum.* Septuaginta vertunt: *Mulier dura die.* Hebraicè: *dura ſpiritu.* Senſus idem. Nam *duri* vocabulú licèt ſæpe actiuè ſumatur, vt Geneſ. 49. n. 7. Exod. 32. n. 9. 1. Reg. 5. n 7. Ezechiel. 2. n. 4. & paſſim alibi pro difficili, & moroſo: aliquando tamen ſumitur paſſiuè, pro miſero, & calamitoſo, vt Iob 30. n. 25. *Flebam quondam ſuper eum, qui afflictus erat.* Hebraicè: *Super durum die.* Duram igitur ſe dicit Anna, hoc eſt, miſeram, & infelicem. Quaſi ſuis malis, ac miſeriis ſic occalluerit, & obduruerit, vt nullis poſſit medicamentis deliniri, & emolliri. Sed obſerua, aperuiſſe quidem mœrorem ſuum; mœroris tamen cauſas tacuiſſe, ne iniurias ſibi ab æmula illatas prodere cogeretur. Quod D. Chryſoſt. homil. 1. de Anna expendit. *Obſerua*, inquit, *quomodo, nec hic commemorat æmulæ conuitia, nec traducit illius malitiam, nec domeſticam calamitatem exaggerat euulgans: ſed hactenus aperit ſuam anxietatem, vt tantùm ſe apud ſacerdotem purgaret.* Itaque propriam culpam excuſabat, non accuſabat alienam.

Samuel, & Samſon adhuc in matribus abſtemiis abſtinentiam didicerunt. — *D. Ambr.* — *Quo ſenſu Anna hic dura dicatur.* — *Anna ſuum dolorem, non æmulæ contumelia detegit.* — *D. Chryſ.*

9. *Sed effudi* &c. Quod non fecerit, negauit; nunc quod fecerit, affirmat. *Effudi*, inquit, *animam meam in conſpectu Domini.* Hoc eſt, interprete Caietan. *omnes affectus meos.* Similiter loquitur Dauid Pſal. 61. num 9. *Effundite coram illo corda veſtra.* Et Ieremias Thren. 2. num. 19. *Effunde ſicut aquam cor tuum ante conſpectum Domini.* In quibus locis emphaticum eſt verbum *effundendi*; tum quia oſtendit indifferentiam animi ſuam plagam proponentis, & nullam certam medicinam poſtulantis, vt quæ optima viſa fuerit, à Deo adhibeatur. Quod expẽdens Diuus Chryſoſtomus vbi ſupra: *Non ait*, inquit, *deprecor Dominũ, ſupplico Domino, ſed effundo animam meam coram Domino: oſtendi vulnus, ille poteſt dare remedium.* Tum quia ſignificat liberalem traditionem omnium affectuum, ne vllo quidem reſeruato iuxta illam D. Chryſoſt. paraphraſim ad hunc locum: *Me ipſam totam conuerti ad Dominum, mentem meam exinaniui apud illum, toto animo, totáque virtute precationem meam peregi.* Nam ſicut effuſa aqua, nihil coloris, aut ſaporis, aut odoris in vaſe relinquitur: ita effuſa anima coram Domino, nihil proprij arbitrij, aut propriæ voluntatis in ea retinetur. Tum denique, quia ſignificat affectus ſemel Deo creditos, nunquam in poſterum repetendos: ſicut aqua effuſa ex vrna, nunquam poſtea in vrnam reuocatur. In hoc ſenſu

Quo ſenſu Anna animam effundere dicatur. — *Caiet.* — *D. Chryſ. Animã effũdere, liberalem omnium affectuũ traditionem importat.*

laudantur

[illegible] aqua [illegible] symbolum.

[illegible], & vnde *runt* [illegible] 6. ad [illegible] cand[illegible] [illegible] [illegible] abiec[illegible] nem ſine te[illegible]no. Con[illegible] Ruben vitupera-tur, qui effuſus eſt ſicut aqua, Gen. 49. num. 4. in typum eius hominis, qui ruit in ſcelus, nunquam inde erigendus.

10. Septuaginta vertunt in præſenti, *effundo animam meam.* Vel quia præſens pro præterito, præſertim, quod proxime anteceſſit, viurpant, vel quia ſignificant, Annam etiam tunc cum ſacerdotem alloquebatur, Deum deprecari. Nam oratio cum Deo, etiam in media cum hominibus locutione, poteſt exerceri. Vnde D. Chryſoſtom. homil. 79. ad populum: *[illegible], inquit, & [illegible] orem petentem, & ambulantem, prolixas facere orationes. Licet & in officina ſedentem, & ſuentem pelles, animam Domino dedicare. Licet [illegible] [illegible], & aſcendenti, & deſcendenti, & [illegible] tantè coquo, cum ad [illegible] ire non poterit, orationem facere prolixam, & feruentem.* Quod ſtatim pluribus exemplis confirmat & homil. [illegible]. de Anna, ac ſæpe alibi idem repe[illegible]. Lege D. Amb. lib. 6. de Sacramentis, cap. 3. de hac [illegible] plura dicentem.

Oratio etiam inter hominũ [illegible] exercenda.

D. Chryſ.

D. Ambr.

11. Cæterùm quamuis Anna omnes affectus ſuos in conſpectu Domini effuderit: duos tamen, quibus maximè tenebatur, mihi videtur præcipue effudiſſe; triſtitiam de iniuria præſenti, & ſpem de prole futura. Et quidem triſtitiam de noſtris iniuriis ſoli Deo offerre debemus, exemplum Chriſti Domini ſequuti, qui Ieremiæ 11. num. 2[illegible]. & Ierem. 20. num. 12. *Tibi,* inquit, *reuelaui cauſam meam.* Vtrobique eſt in Hebræo: *Coram te dixi iniuriam meam.* Vt ille triſtitiæ affectus ex iniuria excitatus, ſoli Deo panderetur. Iam verò ſpem de bonis futuris, in quo alio, quam in Deo collocemus? Anchoræ ſpem noſtram comparat D. Paulus: *Spem,* inquit, *ſicut anchoram habemus.* Hebr. 6. num. 19. Vt enim anchora firmiter retinere nauem non poteſt, niſi in tuto, ac ſolido iaciatur, ita ſpes non poteſt hominem firmum, ac ſtabilem conſtituere, niſi in Deo collocetur. Quare ſi quem mundus adhortatur, vt in eo defigat ſpem ſuam, reſpondeat ei cum D. Auguſtin. ad illa verba: *Iacta ſuper Dominum curam tuam.* Pſalm. 54. num. 23. *Portum quæro, non ſaxum.* Vt enim ſaxum anchoram non recipit, ſed reſpuit: ita mundus ſpem noſtram non nutrit, ſed perdit; non implet, ſed eludit. Quia igitur Anna vtrumque affectum effudit coram Domino, vtriuſque remedium à Domino impetrauit. Nam & illam triſtitiam, qua afficiebatur, abſterſit, & illam ſpem, quam de Deo conceperat, impleuit. Quod in ſequenti annotat. illuſtrabo.

Triſtitia de iniuriis vni Deo offerenda.

Spes noſtra anchora non in mundo, ſed in Deo iacienda.

D. Aug.

Num. 16. Ne reputes ancillam tuam quaſi vnam de filiabus Belial: quia ex multitudine doloris, & mœroris mei, loquuta ſum vſque in præſens.

EXPOSITIO LITERÆ.

1. NE *reputes,* &c. Suam iterum oſtendit patientiam, ancillam ſe vocando ſacerdotis, qui illam vocauerat temulentam. Imò & ſuam prudentiam; cùm enim dominutum ſit, omnem [illegible]teris ignominiam propulſare; prudenter ſe addixit ſacerdoti in ancillam, ne à ſacerdote pro ebria traduceretur. *Ne reputes,* inquit, *ancillam tuam quaſi*

Anna prudentia in iniuria deprecanda.

vnam de [illegible]abus [illegible] [illegible] illa ti[illegible] ſin[illegible] omni[illegible] in re domini[illegible] um, q[illegible] [illegible]tur. *Neme reput[illegible] vna de* [illegible] q[illegible] ſi vnam de temulenti[illegible]: hoc enim [illegible] dotis iudicium patet [illegible] num. [illegible] *[illegible] temulentam.* Omnes enim ebrij appellari ſolent filij Belial, vt Auctor quæſt. Hebraic. hoc loco oſtendit. Sed quid mulieri temulentæ cum [illegible] Belial? Non exigua profectè ſimilitudo. Imò ſecundùm Septuaginta tranſferentes de more ſuo: *Ne des ancillam tuam in filiam peſtilentem.* Quo ſequitur D. Chryſoſt. homil. 1. de Anna, & homil. 79. ad populum, legens, *filiam peſtis.* Imo, vt D. Hieron. 1. cap. 27. Iſaiæ obſeruat, vbicumque Septuaginta transferunt, [illegible] *peſtilentiæ,* in Hebræo habetur, *fil[illegible] Belial.* Rectè igitur temulenta, dicitur filia Belial, ſeu filia peſtilens: non minùs enim à temulentia, quam à peſtilentia fugiendum. Eodem pertinent aliorum tranſlationes, Interlin. Regiæ, *filiam ſine pr[illegible]fectu.* Chaldæi Paraphraſtis, Theodotionis, *filiam indiſciplinatam.* Paguin. & Vatabl. ex Hebræo *filiam impiam.* Quid autem ebrio [illegible], & à pietate remotius? docente D. Auguſt. [illegible]. de ſobrietate, & caſtitate. cap. 4. *ebrietatem, & vinolentiam cuncta vitia ſuperare.* Et quia vinolentiam ſequitur impudentia, idcircò D. Dacrianus in ſpeculo monachorum, definit filiam Belial, *quæ iniquitates, tanquam meretrix impudens coluit ſine verecundia.*

Omnes ebrij filij belial.

Bel[illegible] idem ac peſtis.

Ebri[illegible] peſtilentia.

D. Ch[illegible].

D. H[illegible].

Interlin.

Theod.

Paguin.

Vatabl.

Ebrietas [illegible] [illegible] turpior.

D. Auguſt.

Ebrietatem impudentia [illegible]quitur.

D. Dacr.

Secundò iuxta etymologiam nominis *Belial,* hoc eſt, interprete D. Hieronym. citato, *ſine iugo,* ſeu, *apoſtata* vt ad cap. 2. n. 12. [illegible]nùs oſtendemus. Quis enim magis liber à iugo legis, quàm ebrius, ipſa antiquitate teſtante, quæ Idolum ebrietatis, *Liberum* appellauit? Quis magis apoſtata non ſolum ab officio, ſed etiam à Deo, quàm temulentus, teſte Siracide Eccleſiaſtici 19. num. 2. *Vinum,* inquit, *& mulieres apoſtatare faciunt ſ[illegible]ientes.* Tertiò, iuxta ſignificationem *Belial,* quæ ſignificat *diabolum,* apud Apoſtolum 2. Corinth. 6. num. 15. & paſſim alibi; vt D. Hieron. lib. 2. in Epiſtol. ad Epheſ. aduertit. Facit D. Chryſoſt. hom. 24. in epiſtol. ad Epheſ. transferens pro *filia Belial, filiam nihili,* hoc eſt, non ſolùm vilem, abiectam, & contemptibilem, ſed etiam filiam diaboli; nam diabolus, [illegible] *[illegible],* teſte Apoſtol. 1. Corinth 8. num. 4. *nihil eſt in mundo.* Quid verò magis ad diabolum, quàm temulentus accedit? Vnde D. Chryſoſt. homil. 1. ad populum docens, non eſſe accuſandum vinũ, ſed ebrietatem, ſubdit: *Vinum enim Dei, ebrietas autem, diaboli opus eſt.* Et paulò inferiùs: *Mortuus eſt animatus ebrius; dæmon eſt voluntarius.* Sed & D. Petrus Chryſolog. ſerm. 26. *Ebrietas,* inquit, *eſt dæmon blandus.* Et D. Baſil. homil. 14. de ebrietate: *Dæmon,* inquit, *eſt voluntarius.* Et paulò poſt comparat [illegible] Idolo, quod oculos habet, & non videt, aures habet, & non audit. Imò D. Chryſoſt. rurſum homil. 29. in Geneſ. ebrium non ſolum comparat dæmoniaco, ſed etiam poſtponit. *Verè,* inquit, *ebrietas voluntarius [illegible] dæmon, & grauius quam dæmon mentem obtenebrat, & captum omnium beneuolentia deſtituit. Sæpe enim dæmoniacum cum videmus, condolemus, contra autem ebrio indignamur; quia ille, qui a dæmone agitatur, inuoluntarius operatur; at qui ebrius eſt, ſpontè ebrietatis tyrannidi ſe ipſum dedidit.* Ita D. Chryſ. nonnullis tamen verbis ex longa [illegible]ius oratione reſectis.

2.

D[illegible] Hier.

Ebrius ſine iugo, & apoſtata.

Belial, idem ac diabolus.

D. Hieron.

D. Chryſ.

Diabolus, nihil.

D. Chryſ.

Ebrius, diabolus, imò diabolo peior.

D. Chryſol.

D. Baſil.

D. Chryſ.

Vl[illegible] [illegible] venit mihi in mentem, an *Belial* ſignificet [illegible]ium Bacc[illegible]um, qui planè ſine iugo, & liber dicitur: filiæ verò Belial ſignificent ipſas Bacchi ſacrificulas, quæ Bacch[illegible], ſiue Mænades dic[illegible]bantur, & lymphatæ [illegible] potu inebriatæ, nocturna Bacchana[illegible] celebrabant, de qua[illegible] [illegible] Poetæ. Quaſi diceret Anna, ne me repures quaſi vnam de

3.

Belial, idem ac Bacchus, cuius Mænades [illegible].

filiabus Bacchi, quæ om[…] […] femine. Et A conſummari poteſt hæc interpretatio, quia Ethnici cum viderent Iudæos, in[…] […] audirent variis compotationibus deditos, exiſtimarunt eos Bacchi cultores,& à Baccho, qui *Sabbus* dicebatur, dictum *ſabbatum* putabant vt Plutarch lib.4.Sympoſiacon, q. 5. teſtatur. Si ita eſt, timuit Anna ne inter Bacchos, ſeu Mænades, Bacchi cultrices cenſeretur, præſertim, quia tam forte erat tenior, quales ad ea Bacchi feſta eligebantur. Haud aliter appetentio res,iuxta illud Ouid. […]anum lib. 1. Faſtor.

Iudæorum ſabbatum à Sabbo,id eſt, Baccho,dictū putabant Ethnici. Plutarc.

Ouid.

Cur anus hæc faciat,quæris? Vineſior ætas
Hæc erat,& grauida munera vitis amans.

Atque adeò tam inſignem iniuriam humiliter quidem,ſed efficaciter deprecatur. B

4. *Ex multitudine*, &c. Iterum declarat intenſionem, & extenſionem ſui doloris. Neque enim dolenti quidquam dulcius, quàm dolorem ſuum ſæpiùs aperire. Imò quò magis Anna dolorem ſuum apud Phenennam, & Elcanam diſſimulârat,eo magis neceſſe erat,vt eum poſtea manifeſtaret.Nam vt bene D. Bernard. ſerm. 26. in Cantic.loquutus de dolore,quem de fratris Gerardi morte conceperat: *Suppreſſus*, inquit, *dolor altius introrſum radicauit ; eò acerbior factus,quò non eſt exire permiſſus. Fateor,victus ſum:exeat neceſſe eſt foras,quod intus patior.* Ita plane & Anna, quò magis dolorem de Phenennæ iniuris conceptum ſilentio compreſſerat, eò magis illum poſtea ſuo cum Deo colloquio manifeſtauit. Non inquit,ex multo vino, quod non bibi,ſed ex multo dolore, quem in animo celaui, loquuta ſum vſque in præſens. Dolori igitur intenſionem exprimit, vocando multum:adeò vt non ſolum intus pungat, vt doloriſed etiam foras erumpat,vt mœror. Chaldæus vertit: *Ex multitudine inuidiæ mei, & irritationis mei.* Vbi laceſſitam,& irritatam ſe fatetur,ſed laceſſentem, & irritantem non traducit. Septuaginta habent: *Ex multitudine meditationis meæ* ἐκτέτακα, hoc eſt, *extendi*: ſeu, vt alij legunt, ἐκτέτηκα, hoc eſt, *extabui*. Quibus aſſentitur D. Chryſoſtom. homil. 24 in epiſtol. ad Epheſ. legens: *liquefacta ſum.* Adeo Anna præ ebrietate non tabeſcebat, vt potiùs præ ſiccitate extabeſceret. In Hebræo eſt, *Ex multitudine eloquij mei, & indignationis meæ*, שיחי וכעסי *Sichi vecahſi.* Non quod ipſa indignata ſit, ſed quòd indignationis cauſas habuerit. Extenſionem verò doloris ſui exprimit addendo: *Loquuta ſum vſque in præſens.* Siue ſit præſens temporis, quo loqui deſiit cum ſacerdote; ſiue, vt potiùs credo cum Abulenſ. præſens temporis, quo loqui deſiit cum Deo cum à ſacerdote interpellata eſt. Tanta igitur triſtitia cum ebrietate conniungi non poterat, ſed potius ſobrietatem conciliaret, vt patet in Cleopatra, quæ in felicitate ebria; in calamitate ſobria facta eſt, iuxta illud Horatianum 1. Carm. ode 37.

Dolens nihil dulcius, quā diu compreſſum dolorem ſæpius manifeſtare. D. Bern.

C

Doloris intenſionem,& extenſionem Anna manifeſtat.

D. Chryſ.

D

Abul.

Triſtitia ſobrietatem conciliat. Horat. *Cleopatra in felicitate ebria, ſobria in calamitate.*

E

——*Fortunaque dulci*
Ebria,ſed minuit furorem
Vix vna ſoſpes nauis ab ignibus.

Atque hæc de prima Annæ […] contumeliam reſponſione.

Num 17. Tunc Heli ait ei: Vade in pace,& Deus Iſrael det tibi petitionem tuam, quam rogaſti eum.

EXPOSITIO LITERÆ.

Vade in pace. Frequens hæc eſt apud Hebræos ſalutatio, cum amici ab inuicem digrediuntur. Sic loquutus eſt Iethro ad Moyſem. Exod.4.n. 18.Ionathas ad Dauidem.1.Reg.20.num.42 Achis ad eundem Dauidem.1.Reg 29.n.7.Dauid ad Abſalonem. 2.Reg 15.n 9. Eli ſæus ad Naamanum. 4. Reg.5.n 19.Ozias ad Iudith.Iudit.8.n.34. Chriſtus ad Magdalenam. Luc.7.n.5 . & ad mulierem, quæ tetigerat fimbriam veſtimenti eius. Marc.5.n.34 & paſſim alibi.Qua ſalutatione omnia bona,pacis nomine ſignificari ſolita, imprecabantur. Vide quid potuerit erga ſacerdotem Annæ manſuetudo Optimè D Chryſoſt.hom 1 de Anna. *Mulier*, inquit,*ex accuſatore fecit patronum ; tanta eſt res humanitas,atque manſuetudo. Pro contumelia, copioſo accepto viatico,diſceſſit: eumque nacta eſt propugnatorem,& interceſſorem, quem habuerat obiurgatorem.* Vnde Salomon: *Reſponſio*,inquit,*mollis frangit iram,ſermo durus ſuſcitat furorem.*Prouerb.15 n.1.Ad quem locum D.Chryſoſt. homil. […]de Dauide,& Saule, in qua agit de ſpectaculis. *Quemadmodum*, inquit, *ſi inſpires in ſcintillam ignis,excitas incendium:ſi inſpuis,extinguis:idemſit & in inimicitia proximi ſi inflatos,ac vecordes ingeras ſermones, excitas ignem ; ſin mites,ac moderatos, iram omnem extinxeris.*

1. *Frequēs apud Hebræos pacis […]*

Mites reſponſiones extinguunt iram. D.Chryſ.

D Chryſ.

Quid Saüle durius,& inclementius? Et nihilominus vbi audiuit illam Dauidis vocem manſuetudine pleniſſimam, poſt eum clamantis. *Domine mi Rex.*1.Reg.24.num 9. ſic emollitus eſt,vt in lacrymas ſolueretur. *Leuauit Saul vocem ſuam, et fleuit.* Ibid.num.17 *Videt*,inquit D.Chryſoſtom.cit.*quantum fuerit lucri Dauid has loquutus? Animum ſanguinis, ac cadis ſitientem repentè ad lamenta, & ciulatus compulit.*Et ſtatim tantæ rei difficultatem declarans, *Non*,inquit, *perinde miror Moyſem,quod è ſaxo prærupto fontes elicuit aquarum,vt admiror Dauidem,quod ex oculis lapideis fontes eduxerit lacrymarum.* Nec ſolùm lacrymas dedit Saul Dauidis manſuetudine delinitus:ſed etiam honorificè præfatus,filium appellauit. *Nunquid*, ait,*vox hac tua eſt,fili mi Dauid.* Ibid. num.17. Quem paulò ante vt hoſtem oderat,eum, inquit D.Chryſ.*ad cognationem adſciuit, ſi[…] appellat*.Nec ſatis,ſed ſua omnia Dauidi in manus committebat. *Iura*, inquit, *mihi ne deleas ſemen meum.* Ibid.num.22. Quid certè mirabilius? Nam vt bene D Chryſ. *Hoſtem*, inquit, *[…] relinquit tutorem, ſuaſque proles in illius deponit manu.* Tam multa manſuetudinis exempla à Saule […] vna Dauidis manſueta reſponſio.

2. *Dauidis manſuetudo Saulis iracundiam emolliuit.*

D.Chryſ.

D Chryſ.

D.Chryſ.

Iam verò rigidum, & immitem animum Eſau, quid aliud inflexit quàm Iacobi manſueta alloquutio,qua illum ſæpè Dominum appellabat? *Loquimini Domino meo E[…]* Geneſ 32.num.5 qua ſe ipſum ſeruum ſæpius dicebat *Præcedat Dominus meus ante ſeruum ſuum*,Geneſ.33 num.14. Quod D.Chryſ.hom. 58.in Gen expendens: *Nihil*, inquit, *manſuetudine violentius, nam ſicut rogum, cum valde accenditur, aqua iniecta reſtinguit: ita & animum camino magis exæſtuantem, verbum cum manſuetudine prolatum extinguit.* Et paulo poſt inuehens in eos, qui […] iraſcuntur. *Cur*, inquit, *iraſci vis? Non poteſt ignis igni extingui: ſic nec furor alio […] Quod igni eſt aqua, hoc eſt igni manſuetudo.* F[…] b[…] olim Ephraitæ in Gedeonem, quod […] inconſultis eum Madianitis concurrerit. *Iurgantes* […] inquam, vt eſt in litera, *[…]antes ortiter & prope vim inferrentes.* Iudic. 8. numero […]. Quid verò Gedeon? Iratis manſuetè reſpondit, ſibi illos in re bellica præferens. *Quid*, inquit, *tale fuerit*

3. *Manſueta Iacobi alloquutio fratris inclementiam ſuperauit.* D. Chryſ.

Iurgantes Ephraitas […] Gedeo […]

[illegible] 1. Reg. 1. n. 2. Ecce tibi molli reſponſo [illegible] ponunt iras: *Requieuit, inquit, ſpiritus eorum, quo tumebant contra eum.* [illegible] Vnde D. Chryſ. ſerm. de manſuetudine, in [illegible]. *Quiſquis*, inquit, *furibundos vincere voluerit, fortiter ferat eorum iniurias.*

D. Chryſ.

4. *Patiens lenſio principes, tanquam lac, demulcet.*

Aptè ad hanc rem Salomon: *Patientia*, inquit, *lenietur princeps, & lingua mollis confringet duritiem.* Prouerb. 25. num. 15. [illegible] ita vertit Chaldæus. *In patientia ſpiritus lætatur princeps.* Quaſi patientia reſpondentis [illegible] principem reddit non minus placidum, quàm [illegible] infantulum lactaneum; & ſicut infans [illegible] iri ſopitur: ita princeps audito [illegible] ore deliteſcat. Nota illud, *pri* [illegible] maximè voluntarius, & velut torrens, [illegible] incli- natur vehementiſſimus, & [illegible] qui à ſolo Deo coërceri poſſit, [illegible] illud, *Sicut diuiſiones aquarum*, [illegible], vt habent Septuaginta: *Sicut impetus aquæ, ita cor Regis in manus Domini.* Prouerb. 21. num. 1. Princeps [illegible] Deo coercetur [illegible] tranquil- latur: ac [illegible] qui- damnodo exæquetur. Illud autem: *Lingua mollis confringet duritiem*; [illegible] Septuaginta, *conteret oſſa*: pulchra antitheſis ad linguam ſine oſſe, & [illegible] oſſa durissima: nam verbis [illegible] contenuntur. Granum [illegible] poſt diluuium ramus [illegible] columbæ, Geneſ. 8. n. 11. Vnde D. Ambroſ. lib. de N[illegible], & [illegible] cap. 19. *Vir*, inquit, *iuſtus Noe gauiſus eſt, fructum de veteri ſtirpe aliquem reſeruatum, cui non potuiſſent nocere diluuia.* Multò [illegible] ratior extitit poſt [illegible] in ore Annæ mollis reſponſio, [illegible] ex veteri patientia, quam illa [illegible] tarum tempeſtas non potuerit labefactare. Qui proinde Heli inæſtimabiliter delectatus, prioris illius ſeueritatis ſingulari humanitate commutauit.

Principes voluntarij à ſolo Deo coercentur.

Patiens reſponſio in ore Annæ, pacis fert ramum oliuæ in ore columbæ.

D. Ambr.

5. *Hæc ſunt Heli non optantis, ſed prophetantis verba. Probatur primò. Modi etiam imperatiui continent prophetiam.*

Deus Iſrael det tibi, &c. Dubitabis primò; vtrum hæc verba ſint optantis, an prophetantis. Caiet. fatetur ſe neſcire. Exiſtimo eſſe prophetantis, cum Dionyſ. Carthuſ. Primò, quia in Hebræo eſt: *Dabit tibi*: quæ loquutio abſoluta magis redolet prophetiam, quamuis nec Vulgata illam penitus excludat. Nam etiam per modos imperatiuos prophetia declaratur, vt patet ex multis locis Pſalm. 68. n. 24. *Obſcurentur oculi eorum, ne videant, & dorſum eorum ſemper incurua.* Pſal. 1[illegible] 8 num. 6. *Conſtitue ſuper eum peccatorem, & Diabolus ſtet à dextris eius.* Iſaiæ 6. n. 10. *Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua.* Thren. 1. num. 22. *Ingrediatur omne malum eorum coram te, & vindemia eos, ſicut vindemiaſti me.* Iob. 18. n. 12. *Attenuetur fame robur eius, & inedia inuadat coſtas illius.* In quibus locis non imprecationes, ſed prophetiæ continentur; vt præter pleroſque interpretes ibi, docent vlterius Anacletus Papa epiſt. 2. D. Auguſt. lib. 1. de ſerm. Domini in monte, cap. 42. in 4. [illegible] D. Hieron. lib. 1. in lamentationes Ieremiæ cap. 1. ad fin. D. Gregor. lib. 14. Moral. [illegible] D. Thom. 2. 2. q. 83. art. 8. ad 1. & plures alij. Sin[illegible] qua[illegible] Heli dixerit, *Det tibi*, non autem *Dabit tibi*: nihilominus cenſeri poteſt [illegible]. Secundò, quia Annæ cedidit reſponſum [illegible] ſacerdotis, tanquam diuino oraculo; & propterea quaſi iam eſſet voti compos, exhilarata eſt, vt patet ſequenti n. [illegible] D. Chryſ. hom. 1. de Anna: *Vides*, inquit, *mulieris fidem. priuſquam acciperet, quod poſtularet, perinde contenta eſt, quaſi iam accepiſſet.* Ergo cognouit ſibi hoc à Deo per ſacerdotem reuelatum. Tertiò, quia ſi Deus [illegible] citatem Iſaac, Samſonis, & Baptiſtæ eorum parentibus, quamuis non omnes illam dicantur poſtu-

Anaclet. D. Aug. D. Hier. D. Greg. D. Thom. *Probatur ſecundò.*

D. Chryſ.

Probatur tertiò.

A lâſſe per Angelos re[illegible] vt patet Gen. 18 n. 11. Iudic. 13. n. 3. Luc. 1. n. 13. [illegible] mulieres [illegible] ſaltem [illegible]

Sed [illegible] per Angelum [illegible] dotem. Neque enim [illegible] Samuele [illegible] excipias, alijs [illegible] vt patet ea eius natiuitas debuerit [illegible] Huic dubio [illegible] reſpondit [illegible] nempe, quia ſacerdos [illegible] ab Angelo diſſert [illegible] Sed reſponſio [illegible] cum promde duplicem addo, quarum conjunctio literæ

6. *Cur aliorum natiuitates per Angelū, annuntia per ſacerdotem reuelantur.*

B propiorem. Vnam, quia Anna tantam habebat fidem, vt Angelo nuntiante, non indigeret ad credendum, ſed vel homini reuelanti ſimiſſimè aſſentiretur. Similiter ob cauſam [illegible] aliqui Paſtores per Angelos, Magos per ſtellam, ad Chriſtum infantem adorandum euocatos: quia Magi, quò erant firmiores in fide, eò minùs nobili mintio, quo euocarentur, indigebant. Alteram, quia oportebat, vt ſacerdos magnam de Samuele opinionem haberet: quò eum in tabernaculo educandum de rebus diuinis diligenter inſtrueret: & ab eo ſe poſtea in [illegible] de rebus futuris humiliter pateretur, vt ex cap. 3. patebit. Hanc autem opinionem aſſequeretur, [illegible] Samuelem diuino beneficio conceſſum, & diuino obſequio iam inde

Prima ratio, quia Anna fides non Angelo reuelante indigebat.

Se vnda [illegible] magnam de Samuele opinionem Heli conciperet.

C ab vtero deſtinatum.

Dubitabis tertiò, cur tam ſerò à Deo votis Annæ obſecundatur: cur tam multæ lacrymæ, & preces effundi permittantur, antequam ei filius, quem poſtulat, promittatur. Ratio plane eſt, vt eius fides, & conſtantia clarior ſpectetur. Ita ſentit D. Chryſ. hom 24. in epiſt. ad Epheſ. *An non, inquit, poterat dare Deus etiam abſque oratione? An neſciebat etiam ante petitionem mulieris deſiderium? Sed ſi dediſſet ante petitionem, non appareret mulieris animi alacritas; non fuiſſet manifeſta eius virtus; non tantam acquiſiſſet mercedem. Quapropter dilatio non erat inuidia, ſed cura, ac prouidentia.* Et ſimilia repetit homil. 79. ad populum. Eadem de cauſa Chriſtus Dominus mulierem Chananæam clamantem poſt ſe, non ſolùm ſe audire diſſimulabat, ſed etiam tanquam

7. *Anna voti iam ſerò à Deo obſecundatur, vt eius fides & conſtantia ſpectetur.* D. Chryſ.

D canem repellebat, Matt. 15. num. 22. Vt dum ipſa ſæpius repulſa orationi inſtaret, ſibi maius præmium acquireret. & alijs illuſtrius exemplum ante oculos proponeret. Vnde D. Chryſ. hom. 53. in Matth. *Noluit*, inquit, *tantam mulieris virtutem ignorationis tenebris obſuſcari. Non ergo, quia negligebat, verum, vt repoſitum atque abſconditum in animo eius virtutis theſaurum in lucem protraheret, eam repellebat.* Et ſimilia inculcat homil. 44. in Geneſ. Clarius huius rei exemplum cernitur in Iſaac, *qui cum quadraginta eſſet annorum, duxit vxorem.* Geneſ. 25. num. 20. & rurſus: *Sexagenarius erat, quando*

Chananæam diſſimulat, vt eius fides exemplum manifeſtet.

D. Chryſ.

E *nati ſunt ei paruuli* Ibid. num. 26. Vt [illegible] viginti annis [illegible] Iſaac liberis, [illegible] continuis precibus pro liberis traduxit. Cur igitur à Deo tam ſerò exauditur? Optimè D. Chryſ. *Vult*, inquit, *docere nos Deus magnitudinem patientiæ Iſaac, & clarè indicare, quanto tempore liber[illegible] & nos æmulantes illum, aſſidui ſimus in diuinis precibus, ſi quando aliquid à Deo petierimus.* Itaque Deus differt ſæpenumero poſtulata, vt poſtulantium animo patientia, aliæque virtutibus exculcos manifeſtet. Sic Annæ petitio diff[illegible] vt eius deuotio clarior eui[illegible]

[illegible] ſingulare patientiæ [illegible]

D. Chryſ.

8. *Cur Heli [illegible] Iſrael, & non Dominum exercituum.*

Vltimò dubitabis, cur Heli dixerit, *Deus Iſrael det tibi*: cùm tamen Anna [illegible] *Dominum exercituum*; vt patet ex num. 11. Reſpondeo, quia hoc nomen, *Domini exercituum*, timorem ſonat:

Y 4 illud,

illud, *Deus I[illegible]* [illegible] Vi[illegible] ſignificaret An[illegible] cum timore [illegible] oration[illegible] [illegible] ſiſſe, receſſiſ[illegible] cum fauor[illegible]. Add[illegible] n[illegible] d[illegible] ille, *Dominus exercituum*, ſed, *Deus Iſrael*. v[illegible] ſig[illegible] [illegible] uet cele[illegible] atem bene ficij impetrandi. N[illegible]n Deus cum pu[illegible], dicitur quidem *Dominus exercituum*, quia in morem exercitus tarde incedentis, le[illegible]te ad ſuppli[illegible]ium procedit: cùm tamen ben[illegible]ficium conte[illegible], di[illegible] *Deus Iſrael*; qu[illegible] totus ſpi[illegible]itus eſt, & p[illegible] [illegible]le ad fauendum velo[illegible]ſſ[illegible]. *D[illegible] in[illegible]it, tibi petitionem tuam.* Cur non [illegible] exp[illegible] [illegible] R[illegible] [illegible]det Abulenſ. quia ign[illegible]at, quod A[illegible]na pet[illegible]. Sed non aſſentior. Q[illegible] pacto cum [illegible] [illegible] et ſac[illegible], quod pro[illegible]hetaret: V[illegible]s ig[illegible] [illegible] [illegible] on[illegible] [illegible]tibus verbis; quia ſic [illegible] lati[illegible] explicabat, & modeſtiæ con[illegible]ulebat.

Deus ad ſubſidium tardus, velociſſimus ad fauendum.

Abul.

Sacerdotis modeſtia in verbis.

Num. 18. Et illa dixit: V[illegible] [illegible] [illegible] ancilla tua gratiam in oculis tuis. Et abiit mulier in viam ſuam, & comedit: vultúſque illius non ſunt amplius in diuerſa mutati.

EXPOSITIO LITERÆ.

1\. *Inuenire gratiam coram aliquo, idem in Scriptura, ac placere.*

INueniat gratiam. Inuenire gratiam coram aliquo, ſeu in oculis alicuius, idem eſt in Scriptura, quod placere, ſeu gratum eſſe. Vt patet Gen. 18. n. 3. Exo. 33. n. 12. Num. 11. n. 11. Iudic. 6. n. 17. 1. Reg. 27. n. 5. Eſther [illegible]. n. 3. Luc. 1. n. 30. & paſſim alibi. Septuaginta in Sixtiana transferunt: *Inuenit gratiam*; quaſi non tam poſtulet accipiendam, quàm acceptam gratuletur. Chaldæus, *Inueniat miſericordias*. Senſus idem. Optat igitur Anna inuenire gratiam ſacerdotis, vt ſacerdos pro illa pariter apud Deum intercedat, vt Lyran. Dionyſ. Caiet. Abul. Vatabl. cæterique exponunt. Sed quorſum ſacerdotis orationem exigebat, quæ ſuam, vt diximus, ex diuina reuelatione ſciebat implendam? Reſpondeo primò, vt ſacerdotis oratio petitionem ſaltem accelerater. Secundò, vt confirmaret: ſciebat enim diuinas promiſſiones eſſe conditionales; & proinde ſuo demerito poſſe reuocari. Quo pacto Iacob, quamuis diuinam acceperit promiſſionem de poſſidenda terra Chanaan. Geneſ. 28. à n. 13. adhuc timuit congreſſum cum [illegible]tre Eſau. Geneſ. [illegible]2. num. [illegible]. veritus, ne illa diuina promiſſio conditionalis foret, vt Lyran. aduertit, & propter aliquam ſuam culpam reuocaretur. Tertiò, vt filius à Deo datus, non tam ſuæ, quàm ſacerdotis orationi tribueretur. In quo ſingularis Annæ humilitas elucet; et ſimilis, quam præſtitit Ioab, qui cum ciuitatem Rabbath proprio labore iam eſſet expugnaturus, nuntium ad Dauidem remiſit cum his verbis: *Dimicaui, inquit, aduerſum Rabbath, & capienda eſt vrbs aquarum, nunc igitur congrega reliquam partem populi, & obſide ciuitatem, & cape eam; ne cum à me vaſtata fuerit vrbs, nomini meo adſcribatur victoria.* 2. Reg. 12. à n. 27. Vbi interpretes ſingularem ducis erga ſuum Regem obſeruantiam, & humilitatem admirantur, vt ibi latius dicemus.

Cur ſacerdotis orationem exigeret Anna, cum ſuâ iam à Deo exaudiendam ſciret.

Lyran. Dion. Caiet. Abul. Vatabl.

Diuinæ promiſſiones conditionales.

Lyran.

Anna humilitate non ſuæ, ſed ſacerdotis orationi datum filium tribuebat.

2\. *Abire in viam ſuam idem eſt, ac reuerti.*

Et abiit mulier, &c. Abire in viam ſuam, idem eſt, quod reuerti, vt patet num. [illegible]q. *Reu[illegible] [illegible] ſuam*, & ſeu vt habent Septuaginta, *abierunt in viam ſuam*. Sed quo reuerſa eſt Anna? Dic[illegible] al[illegible], in domicilium, quod habebat in R[illegible]m[illegible]tha. Melius tamen ſecundùm Abul. in hoſpitium, quod habebat in Silo: ex quo manè præmiſſa oratione omnes ſe ad propriam domum contulêre, vt ex proxime ſequentibus patebit. Atque ita exprimunt Septu[illegible] [illegible] *Iuit*, [illegible], *mulier in viam ſuam*, [illegible] [illegible] [illegible] *diu[illegible]rium* [illegible] S[illegible]quitur, *Et comedit*. Septuaginta addunt, *cum viro ſuo*. Addunt [illegible]per, *& bibit*, vt coniugale, & per[illegible] tum epulum ſignificarent. Nec intelligendum eſt de vnico actu, ſed de faci[illegible] v[illegible]. Nam antea præ triſtitia [illegible], poſt [illegible] [illegible] [illegible] comedebat.

3\. *Qua in re Annæ conſtantia hiſce verbis commendetur.*

Vultúſque illius. Hæc verba frequenter [illegible] te[illegible]; q[illegible]amuis n[illegible] ſemper eorum intelligentia, ſaltem prout ad hunc locum pertinet, attingatur. Conueniunt i[illegible]tur Pat[illegible], & interpretes, Annæ conſtantiam his verbis commendari. Quibus aſſentior. Diſſident, qua in re ea conſtantia commendetur. Prima expoſitio eſt eorum, qui abſolutè loquuntur, conſtantiam in diuino obſequio, ac perfectionis ſtatu interpretantur. Ita mihi videtur intelligere D. Petr. Dam. li[illegible]. [illegible]. epiſt. epiſt. 19. & in ordine 143. vbi Blancam Comitiſſam, quæ mundanam gloriam monaſtica paupertate commutarat, ad firmam in eo ſtatu perſeuerantiam adhortatus: *Tu, inquit, veneranda ſoror, quæ Euangelica quadriga, ac totorum cæleſtium animalia ſequeris, quorum ſunt pedes recti, quæque cum ambulant, non reuertuntur; nequaquam, vt pro certo confidimus, Loth ſequeris vxorem, ſed potiùs Annæ imitaberis ſtabilitam virtutem, cuius vultus non ſunt amplius in diuerſa mutati.* Vbi Annam proponit tanquam perfectiſſimum conſtantiæ in ſtatu perfectioni[illegible] exemplar, quod vult[illegible] [illegible]ius non ſint amplius in diuerſa mutati: quaſi hæc de illa vultus hi[illegible]ce verbis prædicetur.

Prima expoſitio, de abſoluta conſtantia in diuino obſequio. Petr. Dam.

4\. *Confirmatur. Gilbert.*

In eundem ſenſum mihi videtur hæc verba interpretatus Gilbert. Abbas Ciſtercienſ. ſerm. 1[illegible]. in Cant. vbi ſponſam dic[illegible]ntem: *Tenui eum, nec dimittam.* Cant. 3. num. 4. ac proinde perfectiſſimam in diuino amore perſeuerantiam promittentem, comparat cum Anna, *cuius vultus non ſunt amplius in diuerſa mutati*. Quaſi vtraque, illa non dimittendo ſponſum, hæc non mutando vultum, in totius perfectionis ſtatu perſeuerare videatur; *Non ſunt*, inquit, *vultus eius in diuerſa mutati, quia nihil imminutum eſt deſiderij ſemel concepti. Et quid aliud ſonat, quod dicit. Non dimittam illum, niſi non mutabo in diuerſa vultum, & intuitum mentis, alio non diuertam ab illo?* Vbi vtramque laudat de ſua conſtantia in deſiderio ſemel conc[illegible]epto, hoc eſt, in totius ſtudio perfectionis, vt ip[illegible]e[illegible] G[illegible]bert. ſtatim declarat. Cùm igitur Anna dicitur vultus non mutaſſe; perinde eſt, ſecundum Gilbert. ac ſi diceretur, nunquam ampli[illegible] perfecti[illegible]nis propoſitum, ac ſtudium remiſiſſe. In quo fortaſſe Annam ſponſæ antefert, quia hæc conſtantiam promiſit, illa impleuit. Vnde paulo poſt loquutus de Noë ſpiritualiter inebriato, vt ipſe myſtice exponit: *Felix, inquit, [illegible]ſtar Annæ, huius vi[illegible] num[illegible]am dige[illegible]ſſet virtutem. Illa enim fortis caſtigato corpore [illegible] mentis eſt paſſa temulentiam, [illegible] ſanctam, quam poſtea non euacuaret, ebriet[illegible]em. Nam hoc ſibi vult, quod [illegible] [illegible]lteriùs vultus ei[illegible] [illegible] diuerſa mutati. Talem ſibi appreben[illegible] [illegible]ngitatem præſenti[illegible] ſponſa polliceri [illegible]etur, cum dicit: Non [illegible]imi[illegible]tam illum.* Q[illegible] [illegible]. ſignificat, Annam in ſua perf[illegible]ione perſeueraſſe, ſponſam v[illegible]o ſe perſeueraturam promi[illegible]ſſe.

Anna conſtantia in perfectionis ſtatu ſponſæ conſtantiæ præfertur.

5\. *Improborum inconſtantia.*

Fauet huic expoſitioni D. Hieron. in c[illegible]. 15. Prouerb. vbi Annæ conſtantiam his verbis [illegible] ſignificatam, opponit improborum hominum [illegible]conſtantiæ, ſignificatæ [illegible] his verbis ex [illegible] [illegible]. n[illegible]. *Cor ſtultorum etiam ſibimetipſi diſſimile [illegible] [illegible] [illegible]tate diue[illegible]orum co[illegible]itationum vari[illegible] ſe [illegible]ibet, & nunquam idem, quod fuerat, [illegible] [illegible] contra de Anna, cum Domino intenta mente [illegible]aret dic[illegible] [illegible] vultuſque eius non ſunt amplius in [illegible] [illegible] mutati* [illegible] cum ſt[illegible] [illegible] meo [illegible] [illegible] perfectionis [illegible]

pr[illegible]

Prima expoſitio reycitur.

procul aberret; ſit, vt in eodem Annæ conſtantia ſecundùm D.Hier. ſpectetur. Hanc expoſitionem ideò non admitto, quia ſupponit Annam in ſua perfectione antea nutaſſe, & poſtea conualuiſſe; cum tamen non minùs ex his, quæ antea, quàm quæ poſtea fecit, ab omnibus commendetur.

Secunda expoſitio de cõſtantia in oratione. *D.Hier.*

6. Secunda expoſitio eſt de conſtantia in oratione: *Vultus eius non ſunt ampliùs in diuerſa mutati:* hoc eſt, nunquam ampliùs ab oratione ceſſauit. Ita videtur D. Hieron. interpretari: nam ad illa verba, *Oculus meus afflictus eſt, nec tacui.* Threo.3. n.49. *Inſtantiam*, inquit, *orationis, & perſeuerantiam nos habere Propheta docet. Qui ad cupita peruenire voluerit, reflectere mentem ab ſtudio orationis non debet; ſed magis perſeuerare in intenſione cœpta illum oportet.* B Quod ſtatim duplici confirmar exemplo: vno ipſius Annæ, cuius vultus non ſunt ampliùs in diuerſa mutati, hoc eſt, quæ nunquam ampliùs ab oratione receſſit: altero cæci Ierichuntini, qui eò magis clamabat, quò magis iubebatur tacere. Luc. 18.n 39. Vnde quod vterque perſeueranter petijt, liberaliter à Deo impetrauit. Eodem modo Rabanus ad eundem Thren. locum, D. Hieronymum ſequutus interpretatur.

Raban.

Rupert. Cõfirmatur.

7. Accedit Rupert. lib. 3 in Cant. cap. 4. vbi de Anna, eiúſque immutata facie loquutus: *Quid erat*, inquit, *illa vniformitas vultuum, non ſe ampliùs in diuerſa mutantium? Nimirum identitas cogitationum, & valdè intenta earundem perſeuerantia precum.* Vide, Annam in vna ſemper oratione perſiſtentem comparat cum ſponſa *in vno oculorum ſuorum, & in vno crine colli ſui* diuinum ſponſum vulnerante. Cant. 4. num. 9. Si enim geminos habebat oculos, & multos crines; cur in vno tantùm oculo, & in vno tantùm crine dicitur ſponſum vulneraſſe, hoc eſt, Deo placuiſſe? Niſi quia cæleſtis ſponſa illam oculorum, & crinium, hoc eſt, ſpiritualium intenſionum, & affectionum multitudinem propter iugem orationis conſtantiam ad vnitatem colligebat. *Hoc eſt*, inquit Rupertus, *vnum oculorum* (ſcilicet habere, & in eo ſponſum vulnerare) *hæc vniformitas vultuum, oculorum ſpiritualium, vultuum internorum; indefeſſa charitate iuſtam precem perſeueranter, vti cœptum eſt, dirigere ad Dominum, ac ſemper cogitare idipſum.* Nec aliter interpretatur idem Rupert lib. 12. in Ioan. ad finem, vbi loquutus de illa oratione, qua Chriſtus Dominus æternum parentem in cœnaculo precatus eſt. Ioan. 17 à num. 1. *Hæc*, inquit, *Pontifex ſummus, propitiator ipſe, & propitiatorium, ſacerdos, & ſacrificium, pro nobis orauit, & vultus eius non ſunt ampliùs in diuerſa mutati. Non enim ceſſantibus verbis validus cordis clamor conquieuit.* Vbi docet ideò Chriſtum Dominum vultum in diuerſa non mutaſſe, quia orationem nunquam intermiſit. Tandem iuxta hanc expoſitionem idem Rupertus in vita ſancti Hereberti Archiepiſcopi Colonienſis c.13. cum laudat, quòd Deum perſeueranter pro quodam beneficio precaretur. *Fecit*, inquit, *hoc inſtanter, & ſicut de ſancta Anna Propheriſſa ſcriptum eſt, vultus illius non ſunt ampliùs in diuerſa mutati: non antè deſtitit, donec ſuis condignum meritis reſponſum cælitus accepit.* Sed neque huic expoſitioni acquieſco; quia Annæ preces pro filio obtinendo, poſtquam illum obtinuit, ceſſare debuerunt.

In vno oculorum, & in vno crine, id eſt, in iugi, & cõſtanti oratione. Chriſtus amore vulneratur.

Rupert.

Chriſti Domini iugis oratio. Rupert.

Secunda expoſitio refellitur.

Tertia expoſitio de conſtantia in compunctione, & modeſtia ex oratione relicta. D.Greg.

8. Tertia expoſitio eſt de conſtantia in ea modeſtia, feruore, & affectu, qui in orantis animo, etiam poſt orationem, æquum eſt vt relinquantur. Sic igitur Anna ab oratione receſſit, vt ſemper ſe oraſſe meminerit, & illum oris habitum, qui decet eam, quæ cum Deo habuerit commercium, perpetuò conſeruarit. Ita interpretatur D. Greg. lib.33. Moral. cap. 21. vbi inuehitur in eos, qui ſunt in A oratione deuoti, & poſt orationem diſſoluti. *Sunt*, inquit, *intra ſanctam Eccleſiam nonnulli, qui prolixas ad Deum preces habent; ſed vitam deprecantium non habent. Hi nonnunquam etiam lacrymas in oratione percipiunt, ſed cùm poſt orationis tempora eorum mentem ſuperbia pulſauerit, illicò in faſtu elationis intumeſcunt.* Et ſtatim rem illuſtrat exemplo Balaam: *Qui*, inquit, *iuſtorum tabernacula conſpiciens, ait, moriatur anima mea morte iuſtorum.* Num.23. n.10. *Sed cùm compunctionis tempus abſceſſit, contra eorum vitam, quibus ſe ſimilem fieri etiam moriendo popoſcerat, conſilium præbuit; & cùm occaſionem de auaritia reperit, illicò oblitus eſt, quidquid ſibi de innocentia optauit.* Sed ſtatim è contrario agendum eſſe, confirmat exemplo Annæ: B *Virtutis*, inquit, *pondus oratio non habet, quam nequaquam perſeuerantia continui amoris tenet. Quod benè de Anna flente perhibetur: vultúſque eius non ſunt ampliùs in diuerſa mutati; quia videlicet mens eius nequaquam poſt preces inepta lætitia laſciuiendo perdidit, quod orationis ſuæ tempore gemituum vigore exquiſiuit.* Qui rurſus lib 4. dialog.c.59. eandem doctrinam inculcat, & eodem Annæ exemplo confirmat: *Studendum*, inquit, *nobis eſt, vt etiam poſt orationis tempora, in quantum Deo largiente poſſimus, in ipſo animum ſuo pondere, & vigore ſeruemus, ne pòſt cogitatio fluxa diſſoluat; ne vana menti lætitia ſubrepat, & lucrum compunctionis anima per incuriam fluxæ cogitationis perdat. Sic quippe quod popoſcerat Anna obtinere meruit, quia ſe poſt lacrymas in eodem mentis vigore ſeruauit,* C *vultúſque eius non ſunt ampliùs in diuerſa mutati. Quæ igitur non eſt oblita, quod petiit, non eſt priuata munere, quod popoſcit.*

Poſt orationẽ deuotio, & compunctio conſeruanda.

Eleganter de hac re Vualfridus libro de rebus Eccleſiaſticis, cap. 12. vbi Annæ orationem nobis proponens imitandam: *In oratione*, inquit, ſcilicet Annæ, *diſcenda eſt inſtantia humilis, & poſt orationem perſeuerantia ſalutaris. Legitur ſiquidem de illa, quia vultus eius non ſunt ampliùs in diuerſa mutati.* Et ſtatim inuehitur in eos, qui peracta oratione, ac ſi nunquam oraſſent, diſſoluuntur: *Qui*, inquit, *peracta oratione, vel ad malam conſuetudinem, vel ad noua facinora ſine reſpectu mox proſilit, fructum orationis perdit: nam quidam in oratione pectus pugnis pauimentant, caput contundunt, voces mulibri garrulitate* D *ſubmittunt, & in proximo vel verbis, vel factis alios conturbare, & ſemetipſos non metuunt culpabiles exhibere. Hi nimirum contra iudicem, quem orando honorant, moribus pugnant.* Dicitur Anna vultus non ampliùs in diuerſa mutaſſe, quia ſemper debitam poſt orationem modeſtiam, & grauitatem conſeruauit. Non diſplicet hæc expoſitio, quamuis, quæ ſequitur literæ propior, & congruentior videatur. 9.

Vualfr.

In oratione deuoti, poſt orationem diſſoluti, orationis fructũ perduat.

Tertia expoſitio probabilis.

Quarta igitur, & vltima expoſitio eſt de conſtantia in lætitia, quam ex oratione, ac diuino oraculo recepit: nam cùm Anna triſti, & amaro animo ad orationem acceſſerit, explicari in litera E oportebat, læto, & hilari animo ex oratione receſſiſſe: ſiue ea lætitia immediate ex oratione orta fuerit, ſiue ex ſacerdotis oraculo; quod cùm oranti redditum fuerit, non cenſetur ab ipſa oratione diuerſum. Fauet Hebræa litera: *Et facies eius non fuerunt ei vltra:* nam, *facies*, in plurali apud Hebræos ſæpe pro mœrore, & ira vſurpantur *Pones eos in clibanum ignis in tempore vultus tui.* Pſalm. 21. n 10. Hebraicè: *in tempore facierum tuarum*, hoc eſt, quando iratam, & mœſtam faciem oſtendes. Item; *Vultus Domini ſuper facientes mala.* Pſalm.34 n. 17. Hebraicè, *Facies*, in plurali, hoc eſt ira, quæ frontem contrahit, & mœſtam reddit. Senſus igitur eſt: non fuit ampliùs triſtis. Clarius pro hac expoſitione tranſtulit Chaldæus: *Vultus mali non fuerunt ei vltra.* Nam, *mali*, id eſt, contracti, ac triſtes 10.

Quarta, & probabilior expoſitio de conſtantia in lætitia ex oratione recepta.

Facies pro mœrore, & ira paſſim vſurpantur.

ſicut

Senec. D.Bern.

ſicut è contrario, *boni*, id eſt, hilares, & iucundi, iuxta illud Senecæ in Thyeſte,

Redeant vultus ad læta boni.

Et illud, quod ex alio Poëta refert D. Bernard. ſerm. 71. in Cant.

———Super omnia vultus
Acceſſere boni.———

Iſid. Clar.

Nec minùs conſentiunt Septuaginta: *Et facies eius non concidit vltrà.* Quibus adhæret tranſlatio Clariana: *Vultus eius non ſunt ampliùs collapſi*, hoc eſt, illa frons hilaris, quam ex ſacerdotis oraculo aſſumpſit, nunquam ampliùs in triſtem, ac lugubrem receſſit. Simili enim phraſi ſignificatur triſtitia Caio: *Concidit vultus eius. Cur concidit facies tua?* Gen. 4. n. 5. & 6. In eundem ſenſum non inuiti trahuntur Pagnin. & Vatab. transferentes: *Iráq; illius non fuit ei vltrà.* Nā cùm *facies*, quæ eſt in Hebræo, pro ira, vel triſtitia, vt diximus, vſurpetur, illi iram pro triſtitia figuratè tranſtulerunt: neque enim Anna irata fuerat, ſed triſtata. Omnibus his concinit Latina editio; nam cum expreſſerit Annam poſt illud oraculum comediſſe; vtique triſtitia ex animo deterſa, & noua hilaritate induta, ſubdit: *Vultúſque eius non ſunt ampliùs in diuerſa mutati*, hoc eſt, in partem tali lætitiæ contrariam, nempe in triſtitiam.

Cōfirmatur. Pet. Dam. Cur Chriſti facies in paſſione deformata ſit.

Omnium igitur ſumma eſt, frontem ſic exhilarauit, vt nulla eam in poſterum triſtitia occuparit. Hanc expoſitionem inſinuare videtur Petr. Dam. ſerm. 1. de Exaltatione ſanctæ Crucis, & in ordine 48. vbi quærens, cur Chriſtus Dominus paſſus fuerit, ſibi faciem ſputis, & colaphis deformari, reſpondet: *Vt facies*, inquit, *tua illuminaretur, illuminata confirmaretur, & diceretur de te, vultus eius non ſunt ampliùs in diuerſa mutati*: quaſi Chriſtus Dominus voluerit triſtari, vt nos ſpirituali gaudio perpetuò refunderemur.

II. Vultus animum prodit.

Sed quæres, cur interna animi lætitia, de qua ſine dubio ſermo erat, ab externo oris ſigno manifeſtetur? Facilis eſt reſponſio: nam internus animi affectus nullibi clarior, quàm ore proditur; & externis corporis ſignis indicatur. Vnde Sapiens: *Ex viſu*, inquit, *cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus.* Eccleſ. 19. n. 26. D Amb. lib. 1. offic. c. 18. *Habitus*, inquit, *mentis in corporis ſtatu cernitur, vox quædam eſt animi, corporis motus.* Et lib. de Helia, c. 10. *Vultus*, inquit, *quidam cogitationis arbiter, & tacitus cordis interpres. Facies, index plerumque eſt conſcientiæ, & tacitus ſermo mentis.* D. Aug. in regul. ad ſeruos Dei, quæ in fine primi tomi habetur: *Nec dicatis*, inquit, *vos habere animos pudicos, ſi habeatis oculos impudicos; quia impudicus oculus impudici cordis eſt nuntius.* Quas tragœdias verſabat animo illa improba Ægyptia, dum inſidias Ioſepho ſtruebat, eas omnes dabat ore non loquente, ſed colores alternante. Quod D. Chryſ. ſerm. de Ioſeph, eiúſq; venditione in 1. tom. eleganter deſcribens: *Geſtabat*, inquit, *in facie teterrima mulier dubios, & ancipites vultus, & alterna coloris intenſio, & rubor pallori imminens, diuerſos mentis æſtus verbis trementibus præferebat. Vt videres, & conſcientiam tecti facinoris aperiri, & innocenti accuſationem rabido furore aptari.* Vt igitur hæc peſſimos cordis tumultus ſolo ore prodebat; ita planè & Anna internam animi lætitiam ipſo frontis habitu manifeſtabat. Nam ſicut eius animum nulla ægritudo contrahebat, ita & eius frontem nullus pallor deformabat. Vnus erat animus, vnus vultus; quod D. Hier. lib. 3. contra Pelagianos ſub initium, etiam in viris ſanctis, qui dicuntur templa Dei, tam rarum, quàm quod rariſſimum, arbitratur: *In cuius*, inquit, *putas delubro, atque ſacrario Chriſti puritas permanet, templique ſerenitas nullo nubilo contriſtatur? Eundem ſemper vultum habere non poſſumus, quod de Socrate falsò Philoſophi gloriantur, quantò magis animum? Multæ facies hominum, ſic & corda diuerſa.* Nihilominus Anna tam perenni gaudio fruebatur, vt ſemper eodem corde, ſemper eodem ore perſeueraret.

D. Ambr. Vox animi, corporis motus. D. Aug. Oculus cordis nuntius. D. Chryſ. Vnus animus, & vnus vultus etiā in viris ſanctis rariſſimus. D. Hier.

ANNOTATIO XI.

CIRCA LITERAM.

Annæ oratio iterum illuſtratur.

1\. SEPTEM verſiculi ad literam hactenus explicati, & interdum ad mores illuſtrati, multa continent de Annæ oratione digna, quæ vberiùs illuſtrentur. Præcipua ſunt quatuor, præparatio, feruor, efficacitas, & fructus huius orationis. Præparatio fuit magna ſobrietas, qua ad orationem acceſſit. Feruor, mira attentio, & intenſio, qua orauit. Efficacitas, ſingularis vis, qua animum triſtitia, corpus ſterilitate exoluit. Fructus, mirabilis patientia, qua inſignem à ſacerdote contumeliam audiuit. Oſtendo ſingula.

SECTIO I.

Quanta ad orationem ſobrietas requiratur?

2\. Triplex ebrietatis genus. Moralis ebrietas in bonam, & in malam partem ſumitur. D. Ambr.

TRiplex in Scriptura ebrietas reperitur, moralis, pœnalis, & naturalis. Moralis in malam, & in bonam partem ſumitur: in malam quidem, pro aliqua effrænata animi cupiditate, iuxta illud Iſai. 28. n. 1. *Væ coronæ ſuperbiæ, ebriis Ephraim.* In bonā verò, pro aliqua diuina conſolatione, ſiue in via, iuxta illud Cant. 5. n. 1. *Bibite, & inebriamini chariſſimi.* De qua D. Ambr. lib. 1. de Cain, & Abel, c. 5. *Hæc*, inquit, *ebrietas ſobrios facit; hæc ebrietas gratiæ, non temulentiæ eſt; lætitiam generat, non titubantiam.* Siue in patria, iuxta illud Pſal. 35. n. 9. *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ* De qua D. Bern. tract. de diligendo Deo ad finem: *Sobria*, inquit, *illa ebrietas, vero, non mero ingurgitans; non madens vino; ſed ardens Deo.* Pœnalis ſumitur pro diuina vltione, iuxta illud Mic. 2. n. 11. *Stillabo tibi in vinum, & in ebrietatem.* Ier. 13. n. 13. *Implebo omnes habitatores terræ huius ebrietate.* Thr. 4. n. 21. *Inebriaberis, atque nudaberis.* & paſſim alibi. Naturalis, ſeu propria, de qua hîc agimus, eſt à vino, cuius contraria ſobrietas ad orationem, & cum Deo, & cum hominibus ineundam, maximè requiritur. Quod breuiter illuſtro.

Pœnalis ebrietas pro diuina vltione ſumitur. Naturali ebrietati ſobrietas contraria.

Sobrietas ad loquendum cum Deo.

3\. Anna ſobrietas ante orationem.

CVm Deo quidem loquuturi maximè debent eſſe ſobrij. Patet in primis in Anna, quæ acceſſura ad orationem, vinum, & omne quod inebriare poteſt, non bibit. Quod ſi aliquo cibo, & potu vſa fuit, is fuit tam parcus, ac moderatus, vt mentem ad orandum non obrueret, ſed acueret. Vnde D. Chryſ. homil. 1. de Anna: *Quod*, inquit, *omnes faciunt tempus relaxationis, illa fecit tempus deprecationis. Poſt epulas adeò intentè orauit, vt donum acciperet ſupra naturam. Poſt conuiuium accurrens ad orationem, mentem præ ſe tulit ſobriam, ac vigilantem.* Et paulò poſt: *Si poſt prandium talis fuit,*

qualis

qualis erat ſub auroram? Si iam inſtanter orauit poſt cibum, & potum: quid? erat ieiuna. Quibus vltimis verbis, & ſi temperatum cibum poſt orationem non damnet, ieiunium tamen anteponit. Eadem ferè repetit idem D. Chryſoſtomus hom. 24. in epiſt. ad Epheſ. *Surgebant*, inquit, *omnes de menſa & illa confeſtim non ad ſomnum conuerſa eſt, non ad quietem. Vnde mihi videtur etiam cùm ad menſam ſederet, leuiter refecta, nec vilis cibis grauata fuiſſe. Non enim tot alioqui lacrymas emiſiſſet. Si enim nos ſobrij exiſtentes, & ieiuni difficulter ita oramus, multò minus illa poſt menſam ſic oraſſet, niſi etiam in menſa ieiunium aduenißet.* Et ſimilia repetit homilia 79. ad populum.

4\. Igitur indignus eſt, qui ad orationem accedat, quiſquis ab ebrietate longiſſime non recedit. Celebris ille Philoſophus, Apollonius, præterquàm quòd ſemper à vino abſtinuerit, teſte Carolo Stephano, monere ſolitus erat, teſte Volaterrano, vt qui vellet cum Deo habere commercium, haberet à vino diuortium. Clemens Alexandr. lib. 2. pædagog cap. 2. *Conuenit*, inquit, *diuinis cogitationibus vino minime grauari.* Et paulò poſt: *Ipſa*, inquit, *ſicca anima eſt ſapientiſſima, & optima; ea autem ratione etiam contemplatiua.* Tertul. lib aduerſus Pſychicos, cap. 6. rectè monet, ſi ſuam quiſque conſcientiam conſulat, facilè conceſſurum, ſe *ante pabulum, & potum in virgine adhuc ſaliua*, ad res diuinas tractandas, *multo pallentioris mentis, & viuacioris cordis eſſe, quam cum totum illud domicilium interioris hominis, eſcis ſtipatum, vinis inundatum, decoquendis iam ſter oribus æſtuans, promptuarium efficitur latrinarum. In quo planè nihil tam in proximo ſuperſit, quàm ad laſciuiam ſapere.*

Qui cum Deo vult habere cõmercium, habeat à vino diuortiũ. Car. Steph. Volater. Clem Alex. Tert.

5\. Quæret aliquis, cur Hebræis in ſolitudine vagantibus non vini potus, ſed aquæ à Deo miniſtraretur? Reſpondet Clemens Alex. citato loco, quia *oportebat*, inquit, *eos, vtpote errantes, eſſe maximè ſobrios.* Quaſi diceret: Oportebat, ne errantes corpore, animo pariter errarent. Aliter D. Ambr. lib de Helia, & ieiunio, c. 5. *Periculoſum*, inquit, *erat vinum populo miniſtrare, quod fortiores ferre vix poſſent.* ac ſi diceret, ſi totus populus vino indulgeret, totus à vino vinceretur, cùm planè conſtet etiam validiſſimos Heroas à vino fuiſſe ſuperatos. Quod probans addit: *Vicit*, inquit, *ſanctum Noe, vel etiam Loth Abrahæ nepotem ebrietas, quorum alter cùm ieiunaret, diluuio ſuperſtes fuit, alter incendio.* Reſpondeo tamen ad præſens inſtitutum, quia oportebat fore ſobrios, quos Deus in deſerto ad orandum, & ſacrificandum euocabat, iuxta illud: *Dominus Deus Hebræorum vocauit nos. Ibimus viam trium dierum in ſolitudinem, vt immolemus Domino Deo noſtro.* Exo. 3. n. 18. & Exod. 5. n. 3. Quo enim pacto poſſent illi in Deum effundere mentes ſuas, quos reddidiſſet ebrietas amentes.

Cur non vini potus, ſed aqua Hebræis à Deo, miniſtretur. Clem Alex. D Ambr. *Vini potentia.*

Iudæis in deſerto oraturis ſobrietas à vino neceſſaria.

6\. Abſtinebant olim à vino & ſacerdotes. Leuit. 10. num. 9. & Nazaræi, Num. 6. n. 3. & Rechabitæ filij Ionadab. Ierem. 35. num. 6. Quorum omnium ratio ea fuit, vt à rebus humanis longiùs recedentes, diuinis impenſiùs deſeruirent: rati non poſſe Deo vacare, qui vino indulgerent. Qua de re Phil Hebr lib 2. de Monarchia circa medium conſulatur. Reprehendit Iſaias eos, qui manè inebriantur. *Væ*, inquit, *qui conſurgitis manè ad ebrietatem ſectandam.* Iſaiæ 5. n. 11. Cur potius matutino tempore, quàm quouis alio contracta ebrietas à Propheta reprehenditur? Planè, quia orationem illius temporis propriam impediebat: ita innuit ipſe vates, dum ſubdit: *Vinum in conuiuiis veſtris, & opus Domini non reſpicitis; nec opera manuum eius conſideratis.* ibid. num. 12. Et apertiùs exponit D. Ambroſ. lib. de Helia, & ieiunio, c. 15. *Non immeritò*, inquit, *væ illis, qui manè ebrietatis potum requirunt, quos conueniebat Deo laudes referre, præuenire lucem, & vacare orationi.* Quaſi inhabiles ad orandum redderentur, qui manè effunderentur ad potandum.

Sacerdotes, Nazaræi, Rechabitæ, vt Deo propiùs accederent, à vino recedebant. Phil. Hebr. *Matutina ebrietas, quia Dei laudes impedit, reprehenditur.*

7\. Hinc fit, vt ſicut ebrij ſunt inepti ad offerenda vota, ita & ad recipienda dona. Cur olim Moyſes deſcendens de monte, tabulas legis nuper acceptas, non euulgauit populo, ſed alliſit lapidi, fregit, ac diſſipauit? Exod. 32 num. 19. Aliter alij reſpondent. Opportunè ad hanc rem D Ambroſ. citato lib c. 6. *In ſuperioribus*, inquit, *montis lex dabatur Moyſi ieiunanti, in inferioribus populo manducanti præuaricatio ſacrilega luxu accendebatur epulantium. Quæ ſpectacula motus, fregit tabulas Moyſes; indignum iudicans, vt ebrio populo lex daretur. Itaque tabulas legis quas accepit abſtinentia, conteri fecit ebrietas.* Concinit D. Hieron. lib. 2. contra Iouinianum: *Moyſes*, inquit, *quadraginta diebus ieiunus, cum Domino loquitur: populus ſatur idola fabricatur. Ille vacuo ventre accepit legem ſcriptam digito Dei: iſte manducans, & bibens, conſurgit ſque ludere, aurum conſlat in vitulum, & Ægyptium bouem, præfert Domini maieſtati. Tot dierum labor vnius horæ ſaturitate perit. Frangit audacter Moyſes tabulas: ſciebat enim Dei ſermonem non poſſe audire temulentos.* Sed dices, quo pacto temulenti erant, qui vinum non habebant? Reſponderi poteſt, ibi re vera fuiſſe vinum: quod colligi poteſt ex verbis Moyſis, qui deſcendens de monte & tumultum in caſtris audiens: *Vocem*, inquit, *cantantium ego audio.* Exod. 32. num. 18. Vbi Septuaginta transferunt: *Vocem præcinentium vinum ego audio.* Quod ſi Deut. 29. n. 6 dicitur: *Vinum, & ſiceram non bibiſtis*, intelligebat de vino à Deo illis miniſtrato, non de vino ab illis ex Ægypto allato. Illud enim a Deo non acceperunt, fateor: hoc autem ſecum temere exportarunt, vt D. Aug. q 51. in Deut. interpretatur.

Ebrij ſicut ſunt inepti ad offerenda vota, ſic ad recipienda dona. D Ambr.

Ebrij, Dei lege, & ſermone indigni. D Hier.

Iudæi vino ex Ægypto allato, in ſolitudine inebriati. D. Auguſt.

8\. Parum eſſet, beneficia non accepiſſe, niſi ſupplicia luiſſent, qui debita cum ſobrietate ad orationem non accedunt. Quis ignorat duos illos Sacerdotes Nadab, & Abiu, ignem alienum coram Domino offerentes, ſic à Deo punitos, vt flamma de altari erumpente ſubitò extinguerentur? Leuit. 10. num. 2. Itane, vt vnius cæremoniæ tranſgreſſio in diuino ſacrificio tam acriter puniatur? Certè non eſt indebita hæc pœna illis, qui ſunt in rebus diuinis negligentes. Sed maior aliqua culpa in illis ſacerdotibus inhæſit: ſiquidem ebrietate turbati vnum pro alio ignem obtulerunt. Ita ſentit D. Petrus Chryſol ſerm. 26. *Dum*, inquit, *contaminare externo igne altaria præſumunt; ipſius altaris conſumuntur incendio. vt ſumerent de ſacrificio pœnam, qui fecerant de propitiatione peccatum; quod peccatum illis ſuſcitarat ebrietas. Nam vini odor odorem fugarat incenſi; & ebrietatis ignis flammam prouocarat altaris. Vnde quia alienati vino alienum portauerant ignem; mox diuino igne reſeruntur extincti. Ebrietas in alia crimen eſt, in ſacerdote ſacrilegium: quia alter animam ſuam necat vino; ſacerdos ſpiritum ſanctitatis extinguit* Et paulò poſt: *Hanc*, ſcilicet, ebrietatem, *nullus nouerit Chriſtianus, ne auditu quidem ſacerdos attingat: ne qui eſt forma virtutum, vitiorum inde fiat, & inueniatur exemplum.*

Ebrietas in ſacerdote, & ſacrilegium grauiter punitur.

D Petrus Chryſol.

Ebrietas Chriſtiano, multo magis ſacerdoti indecora.

9\. Sed quid mirum, puniti acriter à Deo homines orationi pariter, & ebrietati ſeruientes, cùm etiam vaſa aurea, & argentea diuinis miniſterijs conſecrata, ſi in ebrietatis vſus conuertantur, diuinam prouocent vltionem? Innumera Balthaſaris flagitia Deus olim patienter tolerauit, ſed vbi primùm *præcepit iam temulentus, vt afferrentur vaſa aurea, & argentea de templo, vt biberent in eis Rex, & optimates eius,*

Vaſa Deo conſecrata ebrietate profanata, diuinam prouocant vltionem.

eius,&c. Daniel.5. num.2. Non tulit ampliùs Deus tam ſacrilegam licentiam: *In eadem hora*, inquit Propheta, *apparuerunt digiti*,&c. ibid num.5. Cur hic tam citò volat diuina vltio, quæ aliàs tam ſera immoratur? Optimè reſpondet Theodoret. *Quia Balthaſar diuini miniſterij inſtrumenta, fecit inſtrumenta ebrietatis*. Et paulò poſt: *Non tulit*, inquit, *omnium rerum moderator ſua longanimitate, ſed ſtatim ſuam omnipotentiam oſtendit*. Vbi illud, *ſua longanimitate*, emphaſi plenum eſt. Quaſi diceret, illa longanimitas, quæ alia turpiſſima impiorum hominum ſcelera concoquit, ac ſuſtinet: in hoc vnum ſacrilegium æſtuauit, & exarſit.

10\. *Oratio pura, ac vigilans eſſe debet.*

Sed quod eſt inter ebrietatem, & orationem diſſidium? Certè, vt alia abeſſent, hoc vnum longè B maximum videretur; quòd oratio pura, ac vigilans eſſe debet: pura quidem, iuxta illud D Pauli: *Volo viros orare in omni loco, leuantes puras manus*. 1. Timoth 2. num.8. Vigilans autem, iuxta illud eiuſdem Apoſtoli: *Orationi inſtate, vigilantes in ea*. Coloſſenſ.4. num.2. At verò ebrietas, & puritatem, & vigilantiam euertit. Puritatem quidem, vt teſtatur Apoſtolus: *Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria*. Epheſ.5 num.18. Vnde D. Hieron. in epiſt.83. ad Oceanum: *Venter*, inquit, *mero æſtuans, cito deſpumat in libidines*. Bene Tertullian. lib. de Spectaculis, cap.10. *Veneri*, inquit, *& Libero conuenit. Duo iſta dæmonia conſpirata, & coniurata inter ſe ſunt ebrietatis, & libidinis*. Et lib. aduerſus Pſychicos, cap.1. C *Monſtrum*, inquit, *haberetur libido ſine gula; ſagina ſubſtructa laſciuia eſt; per edacitatem ſalacitas tranſit*. Et eodem libro, cap.17. *Appendices*, inquit, *gulæ, laſciuia, atque luxuria eſt*. Quod ſtatim confirmat ex D. Paulo Rom. 13. num. 13. *Quarum ſocietatem*, inquit, *& Apoſtolus ſciens, cùm præmiſiſſet: non in ebrietatibus, nec in comeſſationibus, adiunxit nec in cubilibus, & libidinibus*. Sic expendit Tertullianus, vt oſtenderet, ſemper ex ebrietate pullulare impuritatem. Loth inter Sodomitas caſtus fuit; inter filias inceſtuoſus: qui illic ſobrietatem coluit, hîc in ebrietatem ruit. Geneſ. 19. num. 33. Vbi Origen hom.5 *Ebrietas*, inquit, *decepit, quem Sodoma non decepit. Vritur flammis mulierum, quem flamma ſulphurea non vſſit*. Nec minùs vigilantiam euertit ebrietas: vnde Seneca epiſt. 84 de quo- D dam Piſone temulento: *Meridies*, inquit, *erat eius diluculum*. Imò, vt docet D. Baſilius homilia 14. de ebrietate: *Tota ebriorum vita, inſomnium quoddam eſt*.

Ebrietas in diuidua libidinis comes, orationis puritatē auertit.
D Hier.
Tertull.
Orig.
Ebrietas orationis vigilantiā euertit
Senec.
D Baſil.

11\. *Epiſcopi non ſolùm non inebrientur, ſed ne vino delectentur.*

Meritò igitur D. Paulus prohibet Epiſcopum eſſe vinolentum, 1. Timoth.3. num.3. hoc eſt, interprete D. Ambroſ. prohibet non ſolùm inebriari, ſed etiam vino delectari, veritus. ne oratio amareſceret, cui vinum dulceſceret. Quod ſi Apoſtolus Timotheum monet, ne *aquam* bibat, ſed *modico vino* vtatur, *propter frequentes infirmitates*. 1. Tim.5. num. 23. nemo inde ſumat ebrietatis licentiam, E ſed ſobrietatis exemplum. Nam vt bene Tertul. lib. aduerſus Pſychicos, cap.9. *Hoc ipſo*, inquit, *abſtinentiam vini dignam Deo ſuaſit, quam ex neceſſitate diſſuaſit*. Itaque & Apoſtolus vinum indulſit ad ſanitatem, non ad ebrietatem; argumento, quod modicum conceſſerit, vt neceſſitati conſuleret, nec voluptatem irritaret. Et Timotheus ante Apoſtolicum præceptum ſuas non curabit infirmitates, vt ſobrietatem conſeruaret: quaſi mallet ſanitate corporis, quàm puritate mentis periclitari. Addit verò eleganter D. Bern. ſerm. 30. in Cant. *Timotheus*, inquit, *hic erat: Da mihi alterum Timotheum: & ego cibo eum, ſi vis, etiam auro, puto balſamo*. Et paulò poſt, ea feſtiuitate loquendi, qua ſolet, ſubdit: *Id*, inquit, *te ſaltem volo admonitum*

D.Ambr.
Tertul.
Timothei ſobrietas.
D.Bern.
Si vino modico ſanè vtendum.

A *eſſe, vt ſi tibi ita auctoritas Apoſtoli placet, in bibendo vino modico, quod ille adiunxit, non prætermittas*. Eiuſdem temperantiæ exemplum reliquit Noë qui iuxta Septuaginta interpretes: *Bibit de vino, & inebriatus eſt*. Geneſ 9. num.21. vbi D. Ambroſ. lib. de Noe, & arca, cap. 29. *Non dixit*, inquit, *vinum bibit. Neque enim iuſtus vinum ebibit, ſed de vino, hoc eſt, de eius portione libauit. Ebrioſi eſt omne abſorbere vinum & intemperantis euacuare, quod ſumpſerit: continentis autem vtendi menſura legitima eſt*. Atque hactenus de ſobrietate ad orationem cum Deo ineundam requiſita.

D. Ambr.
Noe ſobrietas.

B

Sobrietas ad loquendum cum hominibus.

Iam verò familiaris cum hominibus locutio ſobrios requirit, ac temperantes. Quis enim viliſſima vini mancipia in familiaribus colloquijs patiatur? Lacedæmones, teſte Plutarcho in libro de inſtitutis Laconicis, vt filios à vini potu deterrerēt, temulentos ſeruos ob oculos proponebant, ne bibendo ſimiles euaderent illis, quos intuendo deteſtabantur. Imò vt ipſi quoque parentes ebrietatem fugerent; ſeruos, qui Ilotes dicebantur, temulentos aſpiciebant, vt teſtatur Clem. Alex. lib. 2. pædag.c. 8. *Ilotas*, inquit, *Lacedæmonij cogentes inebriari, ſibi ipſis ſobrius, ea, quæ faciebat ebrietas, curationis, correctio-* C *niſque loco, oſtendebant. Obſeruantes ergo illorum turpitudinem, docebantur, ne in idem, quod damnabant, vitium inciderent: ex ebriorum probro hos fructus conſequentes, quod ipſi non peccarent*. Addebat Plato, vt refert Laertius libro tertio in eius vita, ſi ebrij ſe in ſpeculo agnoſcerent, futurum planè, vt vel ipſo tenui iudicio, quod ſibi reliquum fecerunt, erubeſcerēt, & ſuæ ſe ebrietatis incuſarent. Vnde rectè argumentatur Clem. Alex. lib.2 pædag c 2. Si Minerua dicitur tibiarum abieciſſe delectationem, ne inflato ore indecora cerneretur, quis vinolentiam non abijciat: *In qua*, inquit, *lingua præpeditur, labra ſoluuntur, oculi detorquentur, ac diuertuntur*. Et paulò poſt addit, idcirco indecoram Noë vinolentiam ſcriptam eſſe, vt nos illius lapſus imaginem habentes, ebrietatem quam maximè vitaremus.

12\. *Ridiculus ebriorum aſpectus, ebrietatis amuletum.*
Plutarch.
Clem. Alex.
Plato.
Laert.
Clem Alex.

D Iam verò omnes virtutes politici ſermonis ornatrices in vinolentia obruuntur. Perditur in primis lenitas, & humanitas, ſine qua omnis humana ſocietas diſſipatur: nam ebrietas, vt verè Horat. lib. 1. epiſt. 5.

13\. *Ebrietas lenitatem, & humanitatē diſſipat.*
Horat.

——— *In prælia trudit inermem*.

&, vt D. Hieron. in cap.1. epiſt.1. ad Timoth. *Pocula in tela vertit*. Rectè obſeruat Clemens Alexandrinus proximè citatus, gentes, quæ *ebrietate maximè vtuntur*, vt Scythas, Celtas, Iberos, *& Thraces, eſſe pariter, & bellicoſos*. quaſi humano more miteſcere neſciant, qui vini furore quodammodo efferantur. Dubitabit aliquis non immeritò, E cur Deus olim vini vſum tam ſeuerè interdixerit Samſoni, Iudic.13. numero 14. Reſpondet Procopius aptè ad hanc rem. *Cum*, inquit, *Spiritus ſanctus feritatem Samſonis prius haberet cognitam, à vino, ac vineis ipſum iuſſit abſtinere, ne ad naturalem furorem vinolento adſcito, contra propinquos quoſque, & cognatos indigna patraret*. Seruus ille eſſerus, & immitis, de quo Christus Dominus Luc.12. num.45. *Cœpit percutere ſeruos, & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari*. Vnde, quæſo, illa inclementia ad feriendum, niſi ex hac vinolentia ad potandum? Vt rectè Diuus Petrus Chryſolog ſerm.26. interpretatur. *Propriè dixit*, inquit D. Petrus Chryſolog *inebriare, & percutere. Ebrietas cædis mater, parens litium, furoris genitrix, petulantia*

D. Hieron.
Ebr. bellicoſ. imò furioſi.
Clem. Alex.
Procop.
Samſoni cur vinum tam ſeuerè prohibeatur.
Ebrietas cædium mater.
D. Petrus Chryſol.

lantia deformiter eſt magiſtra. Vbi plura proſequitur ebrietatis opprobria.

14\. *Ebrietas reuerentiam in maiores imminuit.*

Secundò, perditur debita in maiores reuerentia. Vnde illud Chriſti Domini: *In me*, inquit, *pſallebant, qui bibebant vinum* Pſalm. 63. numero 13. Deteſtanda planè Iudæorum impietas, qui [illegible] maledicentiam in pſalmodiam iudicabant. Pſallebant, inquit, qui re vera maledicebant: quia non minùs delectabantur iaciendo contumelias, quàm modulando cantilenas. At quinam [illegible], qui debitam in Chriſtum Dominum reuerentiam denudabant? *Qui*, inquit, *bibebant vinum.* D. Auguſtinus myſticè exponit de vino *erroris, iniquitatis, ac perfidiæ.* Qui [illegible] in hoc [illegible] dicentur, ſemper [illegible] deuotiam erumpebant. Sed Lyran. ex Hebræis [illegible] ad [illegible] præſenti interpretatur de vino illo [illegible] offerri ſolito [illegible], qui ad extremum ſupplicium [illegible] offerebantur. Hoc enim Iudæi ebibentur, & poſt illud fel, & acetum Chriſto Domino propinant; adeò impudentes, vt [illegible] ſuper [illegible] cerent, & [illegible] debacharentur. Quinam, [illegible], tam inſignem irreuerentiam Chriſtum Dominum tractarunt, niſi qui tam inſaudienti vinolentia tenebantur? Neque enim [illegible] ebrietas [illegible] conſpecta debitam in maiores reuerentiam diſſoluit. Inuidia [illegible] ndam fratrem in fratrem [illegible]: nempe Caïnum in Abelem Geneſ. 4. numero 8. At ebrietas ſolum conſpecta [illegible] in patrem concitauit, [illegible] Cham in Noë. Geneſ. 9. numero 21. Quod D. Ambroſius [illegible] Helia, & ieiunio, capite 5. adducit: *Ob[illegible] quidem*, inquit, *iam [illegible] prælationis inuidia; manebat tamen adhuc paternæ pietatis reuerentia: læſa pietas eſt, dum ridetur [illegible].* Vnde colliges deteriorem eſſe vinolentiam, quàm inuidentiam: hæc enim fraternum amorem contemnit; illa etiam paternum, cuius maior neceſſitudo, & ſacratiora iura eſſe debent. Itaque ebrietas debitam reuerentiam nec exhibet, nec meretur. Vnde D. Baſil. homil. 14. de ebrietate loquutus, de temulento: *Miſerum*, inquit, *oculis ſpectaculum, qui terribilis hoſtibus fuerat, ridiculus pueris videtur.*

Vel [illegible] ebrietas, in maiores reuerentia diſſoluit.

D. Aug.

[illegible] Lyran.

D. Ambr.

Ebrietas, inuidia deterior.

D. Baſil.

15\. *Ebrietas loquentium auctoritatem, ſcurrilitate reddit.*

Tertiò, perditur auctoritas loquentium, efficitúrque nugantium ſcurrilitas. Nam, vt bene D. Hieronym. in epiſtol. 83. ad Oceanum: *Vinolentia*, inquit, *ſcurrarum eſt, & comeſſatorum.* Optimum eſt illud Salomonis conſilium: *Noli Regibus, ò Lamuel, noli Regibus dare vinum.* Prouerb. 31. num. 4. Quod etiam Ethnicis non diſplicuit. Nam Plato illud ſuis legibus inſeruit; vt refert Euſebius lib. 12. de præparat. Euang. cap. 17. & Carthaginenſes, ac Romani diligenter obſeruarunt, vt Alexand. ab Alex. lib. 3. cap. 11. & lib. 4. cap. 6. teſtatur. Cuius inſtituti illa ratio, præter alias, eſt optima, ne perderent auctoritatem imperandi, qui potandi licentiam aſſumerent. Nam vbi primùm viguit ebrietas, interiit libertas, vt patet in Cham, de quo pater: *Seruus ſeruorum erit fratribus ſuis.* Geneſ. 9. num. 25. ac proinde poſt primam ebrietatem, primus omnium [illegible] vt D. Ambroſius lib. citato de Helia, cap. 5. [illegible]. *Manebat*, inquit, *antequam vinum inuen[illegible], omnibus incon[illegible] libertas; nemo ſciebat à conſorte naturæ ſuæ, obſequia ſ[illegible] [illegible]: non eſſet [illegible] hodie ſeruitus, ſi ebrietas non [illegible].* Quòd ſi per vinum non [illegible] auctoritas [illegible], ſed etiam libertas. Vnde non immeritò D. Baſil. homil. citata de ebrietate, eb[illegible] appellat *crapulæ mancipium.* Quam vilis, qui viliſſimo domino ſeruit.

D. Hier.

Euſeb.

Reges à vino abſtinere ſoliti, ne imperandi auctoritatē amitterent.

Alex. ab Alex.

Ebrietas libertatem interimit.

D. Baſil.

E[illegible] crapulæ mancipium.

16\. *Ebrietas ſecreti violat fidem.*

Quartò, perditur fides in ſecretis conſeruandis; iuxta illud Horatianum lib. 7. epiſt. 5.

Horat.

Quid non ebrietas deſignat? operta recludit.

Et illud eiuſdem Lyrici ad ſuam amphoram 3. Carm. ode 21.

Tu lene tormentum ingenio [illegible]
Plerunque duro. Tu ſapientium.
Curas, & arcanum iocoſo
Conſilium retegis Lyæo.

Vnde Salomon: *Nullum*, inquit, *ſecretum eſt, vbi regnat ebrietas.* Prouerb. 31. num. 4. Hinc eſt, quòd olim multi Iudices [illegible] veritatem occultam in iudiciis [illegible] torquendam, vino potiùs, quàm vllo tormentorum genere vterentur, teſte D. Ambroſio lib. illo de Helia, cap. 17. *Plerique*, inquit, *etiam vino vtuntur, vt equuleo: & quibus tormenta non eliciunt vocem proditionis, eos tentant bibendo, vt patriæ ſtatum, ſalutem ciuium, defenſiones ſuæ prodant conſilia. Vinus enim plerunque vincit dolorem, fidem autem potius excludit.*

Iudices olim vino occultā veritatē extorquebant.

D. Ambr.

Vltimò tandem perditur ratio, non maris, ſed meri naufragio demerſa. Vnde Clemens Alexandrin. vbi ſuprà, ebrietatem comparat tempeſtati. *Corpus*, inquit, *tanquam nauis, demerſum, turpitudinis profundum ſubit, decumanis vini fluctibus obrutum. Gubernator autem, mens ſcilicet humana, ſupereminentis ebrietatis fluctu circumagitur, & propter procellæ tenebras à portu veritatis aberrat: donec in ſaxa [illegible] amentia irruens, ſe ipſum in voluptates impactum perdiderit.* Et paulo poſt ebrium vocat acephalum, hoc eſt, monſtrum ſine capite. *Mihi*, inquit, *videtur is, qui à Mathematicis dicitur Acephalus, qui ante ſtellam errantem enumeratur, capite in pectus compreſſo, ſignificare helluones homines, & voluptuarios, & ad ebrietatem propenſos. Nam in his quoque ratiocinandi facultas non in capite, ſed in inteſtinis collocatur.* Vbi vides ebrios, aut eſſe homines ſine ratione, aut illam, qualem, qualem, trahere ab inteſtinis, quia ſolo gulæ appetitu gubernantur.

17\. *Ebrietas, miſerum rationis naufragium.*

Clem. Alex.

Ebrij acephali.

Denique tantam faciunt ebrij rationis iacturam, vt à D. Baſil. homil. citata de ebrietate, D. Chryſ. homil. 58. in Matth. D. Aug. ſerm. 231. de tempore, & aliis, deteriores brutis animalibus cenſeantur, multis de cauſis: tum quia priuatio rationis in brutis, neceſſitatis eſt, in ebriis, voluntatis: tum quia brutæ animantes, etſi careant ratione, ſunt tamen oculis perſpicaces: ebriis non ſolùm hebeleſcit ratio; ſed etiam caligant oculi, quibus proinde omnia videntur circumferri, *& geminis conſurgere menſa lucernis.* imò, vt iam in litera ex D. Baſil. dixi ſunt idola gentium, quæ oculos habent, & non vident, aures habent, & non audiunt: tum denique quia *animalia*, vt verbis vtar D. Auguſt. citato loco, *vbi ſaturauerint ſitim ſuam, bibere nolunt omnino; illi & duplum, & triplum, quam eis expedit, potum accipiunt.* Quod etiam reliqui Patres citati, præſertim D. Chryſoſt. proſequuntur. Quis igitur non videt ab humano conſortio tam ferinos homines exulare, nec magis fugiendas illas leonum ſpeluncas, quàm popinas ganeonum, in quibus aliquando, quantum vini infunditur, tantum effunditur & euomitur. Vt patet vel in ipſo magno orbis Domino, vini ſeruo Alexandro: qui, vt eius ferunt ſcriptores, plures amicos in conuiuio temulentus, quàm hoſtes in prælio armatus interfecit. Et nonnulla ebrietatis mala, alia alibi, vt res feret, inculcanda. Illud tamen hoc loco non omittam ex D. Chryſ. hom. 29. in Gen. vbi docet non eſſe vini vſum malum, ſed vini abuſum: neque propter vinum, ſed propter peruerſam voluntatem tot fieri peccata. *Quocirca*, inquit, *poſt diluuium oſtendit Deus vini vſum: vt oſtendat, quod [illegible] ante vini [illegible] ſum, ..*

18\. *Ebrij brutis deteriores.*

D. Baſil.

D. Chryſ.

D. Aug.

D. Chryſ.

Alexander in ebrietate ſæuitia.

D. Chryſ.

[illegible] malus, ſed abuſus.

A *immodicam luxuriam humanum genus inciderit, multiſque peccatis ſe contaminauerit, cum adhuc vini vſus neſciretur: vt non totum vino tribuas, ſed corruptæ voluntati ſua ſponte ad malum ruenti.* Sed iam ad feruorem, quo Anna ſua in oratione exarſit, dum attentiſſimè, & intentiſſimè Deum orauit.

SECTIO II.

Quanta eſſe debeat orationis attentio, & intentio.

1.
Annæ oratio attentiſſima.
D. Chryſ.

B Attentiſſima fuit, & intentiſſima Annæ oratio. Attentionem quidem probat D. Chryſ. hom. 1. de Anna, ex eo quòd dicatur n. 12. multiplicaſſe preces *coram Domino* ſeu, *in conſpectu Domini*, vt ipſe legit. *Omnes quidem*, inquit, *oramus, ſed non omnes in conſpectu Domini. Etenim corpore in terra proſtrato, & ore fruſtra delirante, mens vbique per domum, ac forum circumuagatur: quo ore talis poſſet dicere quod orauerit in conſpectu Domini? Nam in conſpectu Domini orat, qui orat vndique colligens ſuam mentem, nihil habens cum terra commercij, ſed ad ipſum Deum totus commigrans, omni cogitatione humana ab animo depulſa.* Eadem ferè repetit D. Chryſoſt. homil. 79. ad popul. & homil. 24. in epiſt. ad Epheſ. & homil. 8. in varios Matthæi lo- C cos, & in Pſalm. 129 & 140 & paſſim alibi. In eos, qui parum attentè orant, inuehitur D. Bern. de interiori domo, cap. 70. *Vacantes*, inquit, *corpore, & vagantes vbique corde, nequaquam merentur videre, quam dulcis eſt Dominus.* Et ſtatim: *Neſcientes*, inquit, *facere Sabbatum ex Sabbato*, hoc eſt, internam animi quietem ex quiete externa corporis: hoc ſcilicet vacante: illo vagante. Et ſtatim alludens ad illud Ieremiæ: *Viderunt eam hoſtes, & deriſerunt Sabbata eius.* Thren. 1. num. 7. *Inde eſt*, inquit, *quod hoſtes derident Sabbata eorum, id eſt, ipſa ſuæ vacationis otia.* Quia ſcilicet vident dæmones externo orantium habitu corpora otiari; & certis indicijs coniiciunt, per inutiles, & laborioſas vagationes animos com- D moueri. Quo quid magis ridiculum hoſtibus eſſe poterat? Aut quæ oratio magis *ridiculoſa*; vt eam Laur. Iuſtin. lib. de orat. cap. 7. appellauit. Non minus eleganter D. Cyprian. de orat. Dominica. *Quomodo*, inquit, *te audiri à Deo poſtules, cum te ipſum non audias? Vis Deum eſſe memorem tui, cum rogas, quando tu ipſe memor tui non ſis? Hoc planè eſt vigilare oculis, & corde dormire, cum debeat Chriſtianus, & cum dormit oculis, corde vigilare, ſicut ſcriptum eſt; Ego dormio, & cor meum vigilat.* Cant. 5 num. 2. Iam verò D. Auguſt. ſerm 6 de verbis Domini, hac vna de re fatetur ſe maximè dolere. *Si mouet*, inquit, *dolor magnus, aduerſus fratres noſtros mouet: qui* E *ſic volunt intrare in Eccleſiam, vt ibi corpus habeant, alibi cor: totum intus eſſe debet, ſi intus eſt. quod videt homo, quare ſatis eſt, quod videt Deus.* Hæc in oratione cogitationum libertas, captiuitas eſt, vt rectè vocat D. Cæſarius Arelatenſ. Epiſcopus hom. 31. *Videte*, inquit, *quam ſit dura iſta captiuitas, vt lingua quaſi cum Deo loquatur, & tota animi intentio ad terram, & parietes dirigatur?*

D. Bern. Vacantes corpore, & vagantes corde, dæmonibus ſunt irriſui.

Parum attenta oratio, ridiculoſa, & indigna, quæ à Deo audiatur.
Laur. Iuſt.
D. Cypr.

D. Aug.

Vaga cogitationum in oratione libertas, miſera captiuitas.
D. Cæſar. Arelat.

2.
Verboſam, & parum attentam orationem Deus non exaudit.

Iudæis olim Deus comminatus: *Quando*, inquit, *multiplicaueritis orationem, non exaudiam vos.* Iſaiæ 1. num 15. Cur, quæſo, multiplicatam orationem non audit, qui vel vnicum peccatoris gemitum ſe exauditurum promittit? Planè, quia non multiplicabant illam coram Domino, quemadmodum & Anna; ſed in Synagogis, & in angulis platearum, vt viderentur *ab hominibus.* Matth. 6. num. 5. Vnde D. Auguſtin. epiſt. 121. cap. 10. *Aliud*, inquit, *eſt ſermo multus, aliud diuturnus affectus: hoc autem negotium plus gemitibus, quam ſermonibus agitur; plus fletu, quam afflatu.* Hinc eſt, quod oratio non tam in ore, quàm in corde ſedem habeat; iuxta illud D. Pauli: *Implemini Spiritu Sancto, cantantes, & pſallentes in cordibus veſtris Domino.* Epheſ. 5. n. 18. & 19. hoc eſt, vt notat D. Chryſ. in Pſal. 41. *Cum intelligentia: vt non os quidem verbum loquatur, mens autem extra verſetur, ſed vt lingua ab anima audiatur.*

D. Aug.

Oratio non tam in ore, quàm in corde.

D. Chryſ.

Bene Dauid, *Dirigatur*, inquit, *oratio mea, ſicut incenſum in conſpectu tuo.* Pſalm. 140. num. 2. Ex Hebræo legi poteſt, *ſtabiliatur*: ne ſcilicet à conſpectu B Domini per prauas cogitationes huc illuc auocetur; ſed in eo ſemper firmiter ſtabilita retineatur. Addit, *ſicut incenſum*: nam quemadmodum fumus incenſi ſuauiter fragrans ſemper in ſublime tendit, donec prorſus euaneſcat: ita planè opus eſt, vt oratio ſuauiſſimum ex ſe efflans odorem, ſemper in ſuum centrum, quandiu perſeuerat. *Si autem*, inquit D. Chryſoſtom homil. 74 in Matth. *non incenſum, ſed mordaciſſimus abs te, ac grauiter olens fumus aſcendant, quibus ſupplicijs dignus eris?* Quaſi diceret, ſi ex tua oratione, non tenuiſſimus ille, ac defæcatiſſimus fumus incenſi; hoc eſt, puriſſima, & mundiſſima cogitatio in cœlum ſuſcitetur, ſed denſiſſimæ, & fæculentiſſimæ prauarum cogitationum nubes C glomerentur; quæ tibi ex oculis diem, ſeu Deum potiùs eripiant, tuámque mentem cæca caligine, & obſcuris tenebris inuoluant; ac tandem ſua illi fumi acerrima mordacitate non conſolationis lacrymas ſuauiter eliciant, ſed deſolationis duriter exculpant, quibus ſupplicijs dignus eris? Non expreſſit D. Chryſoſtom. horum acerbitatem ſuppliciorum, quaſi nullis eam poſſet verbis exprimere: ſed tantùm ſolerti mentis indagationi coniiciendum reſeruauit. Dic, obſecro, ſi quis ita inſaniret, vt ſacras aras odoribus incenſurus, pro odoratiſſimo ſuffimento, maſſam quandam ſulphuream in thuribulum iniiceret; eóque fumo teterrimo inde exhalante ſacroſancta Dei altaria vaporaret, nonne homo ſuſpectæ D fidei cenſeretur, atque vt talis à fidei quæſitoribus plecteretur? Ita planè. Quid ergo de illo dicendum, qui Deum per orationem placaturus, non in preces, quolibet incenſo ſuauiores effundatur; ſed in vagas cogitationes ipſo planè ſulphure tetriores diſturbetur: Dignus planè eſt, qui tanquam vir ſuſpectæ fidei accuſetur, ac puniatur.

3.
Incenſi, id eſt, ſanctarum cogitationũ fumus in oratione noſtra aſcendat.

D. Chryſ.

Sulphureum cogitationũ odore in oratione emittẽtes puniũtur.

Elegans ſimilitudo.

Cum Deus olim Hebræos obligaret ad relinquendas domos ter in anno, & tabernaculum orationis cauſa frequentandum, ſecuros eos reddidit de omni periculo, quod domibus ſuis delictis timere poſſent. *Nullus*, inquit, *inſidiabitur terræ tuæ, aſcendente te, & apparente in conſpectu Domini Dei tui ter in anno.* Exod. 34. numero 24. Cur illis E ad templum euntibus ſecuritatem præſtabat, quos in domibus remanentes timidos eſſe volebat; & propterea inter hoſtes, vt in ſuperioribus aduotauimus, habitare permittebat? Ratio planè eſt, ne cum in tabernaculo orationi vacarent, animo, & ſolicitudine circa domos ſuas verſarentur. Sic exponit D. Auguſtin quæſt. 161 in Exod. *H... quin, vult Deus intelligi, vt ſecurus quiſque ... ret, nec de terra ſua ſolicitus eſſet Deo promi... ſtodiam.*

4.
Hebræis in templum aſcendentibus ſecuritatem Deus præſtabat, ne domorum ſolicitudo orationem interturbaret.

D. Aug.

Non immeritò conqueritur De... ſibi in templo terga vertunt. *Auerterunt ..., faciem ſuam in tabernaculo Domini, & præbuer... ſum.* 2. Paralip. 29. num. 6. *Verterunt ad me ... gum, & non faciem.* Ierem. 2. num. 2... *Inter ſtinſlum, ...*

5.
Qui corpore, non animo orationi vacant, impudentes irreuerenter Deo terga vertunt.

tve,

tare, quaſi viginti quinque viri dorſa habentes contra templum Domini. Ezech. 8. num. 16. Scio in his locis ad literam condemnari idololatras, qui à Deo ad diabolum deficiebant, & ab occaſu ſolis, vbi Deus colebatur, ad ortum, vbi adorabatur ipſe Sol, oculos conuertebant. Sed extendi poteſt querimonia ad eos, qui cum corpore orationi vacent, animo tamen ad negotiationem transferuntur. Quo quid, non dico inurbanius, ſed impudentius? Optimè

Cæſar. Arelat.

Cæſar. Arelat. loco citato. *Orantes,* inquit, *laboremus, vt nulla nobis extranea cogitatio ſubrepere poſſit; ne fortè aliud habeamus in corde, & aliud proferamus ex ore: ne forte dum lingua Dominum rogat, cogitatio in rebus variis occupata ab orationis ſenſu diſcedat; & inde acquirat peccatum, vnde habere potuit remedium. Si enim*

Expreſſa ſimilitudo.

apud aliquam potentem perſonam, velles cauſam aliquam allegare, & ſubitò auerſus ab illo media interloquutione dirupta, aliquibus te velles ſcurrilitatibus occupare; qualem putas iniuriam illi perſonæ, cum qua loquebaris, inferres? aut quomodo contra te illius iracundiam commoueres? Si ergo cum homine loquentes, tota intentione animi laboramus, ne aliud cogitantes illi, cum quo loquimur, iniuriam facere videamur: cum Deo in oratione loquentes, & ante tantam maieſtatem peccatorum noſtrorum miſerias allegantes, non nos pudet captiuis ſenſibus huc, illucque diſcurrere, & infelicem mentem multis occupationibus à conſpectu diuinæ maieſtatis abſtrahere?

6\. Certè erubeſcebat D. Bernard. ſi quando ab oratione paululum mens digrederetur, quamuis aliàs attentiſſimus oraret. Nam in ſuis meditationibus, ſeu in lib. de anima, cap. 8. *Ibi,* inquit, *plus pecco, vbi peccata mea emendare debeo. In monaſterio namque ſæpe dum oro, non attendo, quod dico. Oro quidem ore, ſed mente foris vagante, orationis fructu priuor. Corpore ſum interius, ſed corde exterius, & ideò perdo, quod dico.* Et paulò poſt. *Loquitur mihi Deus in pſalmo, & ego illi nec tamen cum pſalmum dico, attendo, cuius pſalmus ſit: idcirco magnam iniuriam Deo facio, cum illum precor, vt meam precem exaudiat, quam ego, qui fundo, non audio. Deprecor illum, vt mihi intendat; ego verò nec illi, nec mihi intendo.* Et rurſum cap. 11. *Sæpe,* inquit, *ad ſacrum myſterium vocem meam fregi, vt dulcius cantarem: & magis delectabar in vocis modulatione quàm in cordis compunctione. Deus verò, cui non abſconditur, quidquid illicitum perpetratur, non quærit vocis lenitatem, ſed cordis puritatem.* Sed & D. Hieronym. qui perdius, & pernox in oratione perſiſtebat, ſibi ipſi indignabatur, ſi quando ab ea euagari contingebat. Nam in dialogo aduerſus Luciferianos: *Creberrimè,* inquit, *in oratione mea, aut per porticus deambulo, aut de fœnore computo, aut abductus turpi cogitatione, etiam quæ dictu erubeſcenda ſunt, gero. Vbi eſt fides? ſiccine putamus oraſſe Ionam? ſic tres pueros? ſic Danielem inter leones? ſic certè latronem in cruce?*

Cogitationū euagationem in oratione à ſe ſancti erubeſcunt. D. Bern.

Deus non euangelicitatem, ſed cordis puritatē quærit. D. Hier.

7\. Quod ſi tanti viri in hac parte labuntur, quis ſe ſtare glorietur? Verùm humilis eorum confeſſio nos ad ſomnolentiam non relaxet, ſed potiùs excitet ad vigilantiam. Si cum illis dormitamus, cum illis pariter euigilemus: imò ex illa cordis fugacitate, quam inter orandum ſanctiſſimi viri experti ſunt, ad noſtrum licentiùs non effrænandum, ſed cautiùs cuſtodiendum admoneamur; iuxta illud Sapientis: *Cuſtodi,* inquit, *pedem tuum ingrediens domum Dei* Eccleſiaſt. 4. n. 16. Vbi Salonius in primo tomo Bibliot. *Non,* inquit, *pedem corporis cuſtodiendum docet, ſed pedem animæ, vt in conſpectu Dei mundas preces effundamus. Et eſt ſenſus, Cuſtodi greſſum mentis tuæ, ne offendas in malis cogitationibus, vt oratio tua pura dirigatur ad Deum.*

Salonius. Mentis greſſus à cogitationum offenſione in oratione cuſtodiendus.

8\. Fateor hoc eſſe difficillimum. Sunt enim fugaciſſimæ mentium noſtrarum cogitationes. Vnde D. Auguſtin. in Pſalm. 85 *Attendat,* inquit, *quiſque, & videat, quanta aguntur in corde humano: quemadmodum ipſæ plerumque orationes impediantur vanis cogitationibus, ita vt vix ſtet cor ad Deum ſuum. Et vult ſe tenere, vt ſtet; & quodammodo fugit à ſe, nec inuenit cancellos, quibus ſe includat, aut obices quoſdam, quibus retineat auolationes ſuas, & vagos quoſdam motus.* Et ad hanc cordis mobilitatem exiſtimat Dauidem alluſiſſe, cum dixit: *Inuenit ſeruus tuus cor ſuum, vt oraret te oratione hac.* 2. Regum 7. num. 27 Vbi D. Auguſtin. citatus: *Inuenire,* inquit, *ſe dixit cor ſuum quaſi ſoleret ab eo fugere, & ille ſequi, quaſi fugitiuum, & non poſſet comprehendere, & clamaret ad Dominum, quoniam cor meum dereliquit me.* Pſalm. 39. numero 13. Vbi conqueritur, & de facilitate euagandi, quam cor habet, & de reuocandi difficultate, quam ipſe experitur; vt propterea Deo cuſtode opus ſit, ne euagetur, & Deo quæſitore, vt reducatur.

Fugaciſſimas humani cordis cogitationes frænare, difficillimū. D. Aug.

Humanū cor fugitiuum

9\. Sunt planè hominum cogitationes, cor in diuerſa diſtrahentes, non minùs importunæ orantibus, quàm muſcæ conuiuantibus. Sic enim à Sapiente appellantur: *Muſcæ,* inquit, *morientes perdunt ſuauitatem vnguenti.* Eccleſiaſt. 10. num. 1. Hoc eſt, vt D. Gregor. lib. 18. moral. cap. 25. exponit: *Cogitationes ſuperfluæ ſuauitatem ſpiritus perdunt; quoniam integritate eius perfrui non permittunt.* Et aduertè tales muſcas dici non ſine emphaſi morientes: non ſolùm quia ſic orationis gratiam, & ſuauitatem magis infeſtant: ſed quia quamuis vtiles, cum occurrunt, futuræ poſtea videantur; tamen poſt orationem non magis fructuoſæ, quàm res mortuæ deprehenduntur. Illa ſimulacra, quæ in oratione magnæ ſpem vtilitatis afferebant, poſt orationem ſic euaneſcunt, vt trunca, & inutilia cadauera relinquantur. Vnde conſtanter à nobis ſunt abigendæ. In cuius rei typum, cum aliquando Abraham ſacrificium ex animalibus Deo offerret. *Deſcenderunt,* inquit textus, *volucres ſuper cadauera, & abigebat eas Abram.* Geneſ. 15. num. 11. In quem locum D. Gregor. lib. 16. moral cap. 19. *Sæpe,* inquit, *in ipſo orationis ſacrificio importunæ ſe cogitationes ingerunt, quæ hoc rapere, vel maculare valeant, quod in nobis Deo flentes, immolamus. Vnde Abraham, cum ad occaſum ſolis ſacrificium offerret, inſiſtentes aues pertulit, quas ſtudioſe, ne oblatum ſacrificium raperent, abegit. Sic ergo nos, cum in ara cordis holocauſtum Deo offerimus, ab immundis hoc volucribus cuſtodiamus, ne maligni ſpiritus, & peruerſa cogitationes rapiant, quod mens noſtra offerre ſe Domino vtiliter ſperat.*

Vagæ cordis cogitationes, importuna muſca

D. Greg.

Importuna cogitationum muſca ſtudioſè in oratione abigantur.

D. Greg.

10\. Sed quid muſcas, quid volucres appello? Harpyiæ mihi videntur voraciſſimæ huiuſmodi cogitationes, quæ ſuauiſſima cum Deo commercia interturbant, & per quas diabolus tollit, aufert, & rapit verbum Dei de cordibus noſtris; ne in illo contemplando diutiùs immorentur. Quare, vt Troiani quondam non flabro, ſed ferro Harpyias inuaſerunt: iuxta illud Æneid. 3.

Cordis euagationes in oratione, Harpyæ.

——— Noua prælia tentant,
Obſcenas pelagi ferro fœdare volucres. Virg.

Ita & nos importunas cogitationes, non abigere, ſed interficere debemus; iuxta illud Dauidicum: *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ.* Pſalm. 100. num 8. Hoc eſt, interprete D. Hier. *Immiſſiones diaboli, quas mihi ſuggerebat.* Qui ſecus fecerit, interitum ſibi timeat, & ſuſpendium. Quale prædixit Ioſephus Pharaonis piſtori, qui volucres in cibos regios, quos capite ferre ſomniabat, inuolantes, nec truncauit, nec abegit. Geneſ. 40. n. 17. in ſymbolum eorum, qui cœleſtes dapes, quibus in oratione epulantur,

Cogitationū Harpyæ non abigendæ ſolùm, ſed interficiendæ. D. Hier.

lantur, ab alienis cogitationibus diſcerpi, ac deuo- A
rari patiuntur.

11. Meritò igitur Salomon, vt hoc periculum de-
clinaret, firmo ſatellitum præſidio ſuum lectulum
præmonuit. *En lectulum Salomonis ſexaginta fortes*
ambiunt ex fortiſſimis Iſrael, omnes tenentes gladios, &
ad bella doctiſſimi. Cantic. 3. num. 7. & 8. Cuius loci
myſterium congruenter ad præſens inſtitutum Ian-
ſenius explicauit. *Sexaginta*, inquit, *fortes præpoſiti*
ſunt, qui inuigilant illis, qui verſantur in via contempla-
tiua, ne profeſſionem contemplationis vertant in nundi-
nationem erroris. Quaſi diceret: contingit aliquando,
vt qui orationi vacant, tam multis cogitationibus
aditum patefaciant, vt non in cubiculo contem-
plari, ſed in foro nundinari videantur. Quare neceſ- B
ſe eſt, vt ſuorum ſenſuum portas ſuis etiam præla-
tis tradant diligenter obſerandas, ne per illas cogi-
tationum turbę mentis arcem aggrediantur. In hoc
igitur orationis lectulo vir iuſtus, tanquam Iacobus
moriturus, & à rebus humanis receſſurus, Geneſ.
49 num. 3 a ſuos colligat pedes, hoc eſt, ſuos omnes
affectus, & cogitationes includat, & ſuauiter in Do-
mino obdormiſcat. Eſt enim oratio, vt vocat D.
Bern. ſerm. 52. in Cant. *Quædam dormitio, quæ tamen*
ſenſum non ſopiat, ſed abducat. Hoc eſt, non ſopiat à
diuinis, ſed abducat à terrenis. Lege eundem D.
Bern. ſerm. 47. in Cant. de attentione ad preces ca-
nonicas recitandas neceſſaria. Atque hæc de ora-
tionis attentione. Sequitur.

Orationis lectulus contra alienas cogitationes firmo præſidio muniendus. Ianſenius.

In orationis lectulo affectionum pedes colligendi, & componendi D. Bern.

Oratio, ſomnis quædam dormitio.

C

Orationis intenſio.

12. INtenſionem verò orationis, quam habuit Anna,
magis pertinentem ad affectum voluntatis, ſa-
tis indicant illa verba ex num. 15. *Effudi animam*
meam, id eſt, orationem meam ex toto animo, & ex
toto affectu meo prodeuntem. Similiter & Dauid:
Vt quid, inquit, *Domine repellis orationem meam?* Pſal.
87. num. 15. Hebraicè, *animam meam.* Adeò enim
eius oratio ex tota anima oriebatur, vt ipſa potiùs
anima videretur. Helias mortuum puerum vitæ
redditurus, *expandit ſe, atque menſus eſt ſuper puerum*
tribus vicibus, & clamauit ad Dominum. 3. Regum 17.
num. 21. Quorſum ea corporis expanſio pertine- D
bat, niſi, vt ipſa cordis intenſio, qua orabat, expri-
meretur? Quod D. Chryſoſtom. in Pſalm. 129. ex-
pendens: *Helias*, inquit, *cum ſe ipſum expandiſſet, con-*
fecit eam reſurrectionem, non interrumpens, neque oſci-
tans, ſicut nos, ſed animi in orando alacritate incenſus. D.
Paulus vt orationis ſuæ intenſionem exprimeret:
Orabo, inquit, *ſpiritu, orabo & mente: pſallam ſpiritu,*
pſallam & mente. 1. Cor. 14. num. 15. hoc eſt, intelle-
ctu, & affectu: tantùm aberat, vt ſolo ore loquere-
tur. Vnde D. Laurent. Iuſt. in ligno vitæ de oratione
cap. 6. *Talis*, inquit, *oratio cordis eſt, non labiorum; nec*
enim precantis verba intendit Deus, ſed orantis cor aſpi-
cit. Quid oratio prodeſt ſtrepitu labiorum, vbi eſt cor mu-
tum? Sicut enim vox ſine modulatione auribus hominum E
onerosa exiſtit: ſic oratio abſque deuotione, auribus Dei
inexaudibilis eſt. Et cap. ſequenti: *Ipſa*, inquit, *eſt ſua-*
uiſſima orationis harmonia, quando vox cognoſcitur ani-
mo conſonare; nam ſi hæ duæ res diſcrepabili ſibi varieta-
te diſſentiant, nequaquam poſſunt, gratam Deo orationis
facere cantilenam.

Oratio Annæ intenſiſſima.

In oratione anima effundenda, & expandenda.

D. Chryſ.

Verboſa oratio, muto corde, non exauditur. D. Laurent. Iuſtin.

Vocis, & cordis ſuauis in oratione harmonia.

13. Gracili voce erat Moyſes, imò profundo ſilen-
tio defixus, & nihilominùs ad Dominum clama-
bat. Exod. 14. num. 15. Quid mirum, cum non tam
affatu, quàm affectu; non tam oris clamore, quàm
cordis feruore loqueretur? vt D. Chryſoſt. citatus in
Pſalm. 140. num. 13. aduertit. *Sunt enim*, inquit, *non-*
nulli, qui nomen Dei circumferunt; mens autem nihil ſen-
tit eorum, quæ dicuntur. Cum olim totus Hebræorum
exercitus ad radices montis caſtrenſibus clamori- A
bus debacchatetur, Moyſes in montis vertice
cum Deo colloquutus, nihil prorſùs audiebat: in
deſcenſu enim montis audire cœpit, vt patet Exod.
32. num. 18. Nec mirum, quia ſic totam ſuam ani-
mam in illud cum Deo colloquium effundebat, vt
nullam ſentiendi facultatem illis clamoribus ca-
ptandis reliquam haberet. Vnde D. Bern. ſerm. 85 in
Cant. de intenſiſſima contemplatione loquutus: *In*
hoc genere, inquit, *interdum exceditur, & ſeceditur à*
corporeis ſenſibus, vt ſe ſe non ſentiat anima, quæ Verbum
ſentit. Et ſtatim: *Hoc fit, cum mens ſe ſibi furatur, vt*
Verbo fruatur. Quæ verba mihi videtur ex D. Aug.
cap. 20. Manual. depromptiſſe.

Oratio non affatu, ſed affectu ad Deū clamat.

Orationis efficacia corpoream ſentiendi facultatē adimit aliquando.

D. Bern.

D. Auguſt.

14. Singularem in orandu intenſionem exhibuit B
Chriſtus Dominus in horto Gethſemani. Luc. 22.
num. 43. & 44. Vnde Caſſian. collat. 9. num. 25.
Dominus, inquit, *in orationis agonia conſtitutus, etiam*
guttas ſanguinis inimitabili intenſionis profudit exem-
plo. Vtinam magiſtro diſcipuli adhæreret, ac de-
bitam in oratione intenſionem firmiùs conſerua-
rent: in tantam fortaſſe miſeriam non laberentur.
Quid enim eſt, quod Apoſtoli omnes in paſſione
aufugerint, & Petrus ex omnibus ſuum magi-
ſtrum abiurarit? Dixerim, quia omnes in oratione
dormierunt. Matth. 26. num. 40. Cum enim in ora-
tionis quiete omnes langueſcerent, non potuerunt
in tentationis acie ſtrenue dimicare. Hoſtilibus
iaculis patuerunt, qui ſe orationis præſidiis exar- C
marunt. Nam vt bene Laurent. Iuſtin. de trium-
phali Chriſti agone, cap. 6. vbi multa de Apoſtolo-
rum dormitatione: *Mens*, inquit, *ſi quando oratione*
neglecta cœperit a ſui cuſtodia dormitare, repentè cupidi-
tatibus frena laxantur, & immundis cogitationibus aditus
reſeratur, atque non mediocriter tepere inchoat incendium
charitatis.

Chriſti oratio in horto intenſiſſima. Caſſian.

Diſcipuli in oratione oſcitantes, in paſſione aufugerunt.

Laur. Iuſt.

15. Neque ſatis eſt orare, niſi intensè oretur: quem-
admodum nec geſtare gladium, ſi acies hebeſcat;
nec præferre arcum, niſi funis intendatur. Aliqua
armorum genera permittebant olim Hebręis Phili-
ſthini, dummodo eorum acies retuſæ eſſent: 1. Reg.
13. n. 21. ab his enim nullum damnum ſibi oriturum
metuebant. Ita planè & dæmones orationum arma
eſſe apud homines patientur, dummodo tota earum D
intentio tepeſcat, & langueſcat. Curandum igitur
eſt non ſolùm, vt oratio ſemper habeatur: verùm
etiam ne vnquam hebetetur. Vnde D. Chryſ. hom.
30. in Geneſ. *Magna*, inquit, *ſunt arma preces, modo ſo-*
brij, & vndequaque mente noſtra collecta Dominum ad-
eamus; totique nitamur ita loqui, vt non ſolùm verba, ſed
& mens verborum comes ad Deum accedat.

Orationis gladius ſi hebeſcat, non obarmat.

D. Chryſ.

16. Addo, non ſatis eſſe intellectus diſcurſum dili-
gentiſſimè acui, ſi voluntatis affectu, negligentiſſi-
mè remittatur. Quid enim prodeſt ſubtilis medita-
tio, vbi pia deſideratur affectio? Certè Lucifero vna
ſine altera nihil profuit. Vnde illi Bern. ſerm. 3. de
verbis Iſaiæ, ſic inſultat: *Tu*, inquit, *habuiſti miſer lu-*
cem, ſed ardorem non habuiſti. Bonum erat tibi, ſi igniſer E
magis eſſes, quàm Lucifer, ne tam immoderato appetitu
lucendi, vt eras frigidus, ipſe frigidam quoque aligeres re-
gionem. Vbi alludit ad illa Luciferi verba: *Sedebo in*
lateribus Aquilonis. Iſaiæ 14 n. 13. Quam cœli pla-
gam altiſſimam, & frigidiſſimam, ſuperbus ille, &
frigidus Lucifer affectauit.

Nihil prodeſt ſubtilis intellectus meditatio, vbi pia cordis deſideratur affectio. D. Bern.

Angeli fulgor mentis non profuit, ſine deuotionis ardore.

17. Quod ſi Angelo habere non profuit fulgorem
ſine ardore; quid nobis proſit acuta ſpeculatio, ſi
deſit pia affectio? *In meditatione mea*, inquit Dauid,
exardeſcet ignis. Pſ. 38. n. 4. Nō dicit, ſplēdeſcet. Ora-
tionis enim ardor potiùs, quā ſplendor, cordis eius
duritiē molliebat. Vnde D. Chryſ. in Pſ. 129 de fer-
uida oratione loquutus: *Quemadmodum*, inquit, *ignis*
ferrum mollit: ita vitiis induratum animum talis oratio.

Oratio igne exardeſcat, non ſplendeſcat. D. Chryſ.

Quod

Animi glacie concreta orationis feruore emolliuntur.

Quod ſic explico, quemadmodum ignis non ſplendeſcens, ſed exardeſcens ferri duritiem emollit: neque enim durities ferri ſplendentibus flammis, ſed ardentibus prunis emollitur: ita cordis duritiem emollit oratio, vtique exardeſcens, non ſplendeſcens: neque enim dura hominum præcordia orationis ſplendore, ſed feruore molliuntur. Et paulò poſt idem Chryſ. flammis iſtri ſimilitudine rem illuſtrat. *Quod*, inquit, *Iſtri aquæ ſæpe vſu venit, vt glacie concreſcat, ita etiam noſtræ accidit animæ, vt à peccato, & ſocordia indureſcat, & lapideſcat. Magno igitur calore opus eſt, vt quod durum eſt, emolliat. Hoc autem maximè efficit oratio.* Sed & Chriſtus Dominus feruere potiùs, quàm fulgere inter meditandum hominum corda cupiebat. *Ignem*, inquit, *veni mittere in terram, & quid volo, niſi vt accendatur?* Luc. 12. n. 49. Vbi non ſine myſterio, accendatur, inquit, non illuſtretur. Nam, vt bene D. Bernar. in ſerm. de natiuit. Baptiſtæ, *Deus*, inquit, *feruorem ab omnibus exigit, ſplendorem non ita.* Libentiores enim aures admouet Deus orationi feruenti, quàm ſplendenti. Hanc reſpuit, illam exigit. Vnde bene D. Bern. ſerm. 4. de Quadrageſim. *Tepida*, inquit, *oratio in aſcenſu languescit, & deficit: feruens, cælum ſine dubio penetrabit: vnde certum eſt, quod vacua redire non poterit.*

Chriſtus hominum corda in oratione feruere potiùs cupit, quàm fulgere.
D. Bern.

Feruens oratio cælos penetrat.

18\. Adde, non perſeuerare diu lucem in intellectu quando exulat ardor ab affectu; vt patet in antiquis Philoſophis, qui *cum agnouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt.* Rom. 1. n. 21. Habuerunt quidem veram cognitionem, ſed non piam affectionem. Quid ergo? Sequitur ſtatim: *Euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum.* Quaſi diceret, ſubtracto piæ affectionis oleo lumẽ veræ cognitionis extinctum eſt, & tota eorum ſapientia in ſtultitiam commutata. Sic enim D. Anſelm ibid. exponit. *Quod*, inquit, *illuminante Dei gratia inuenerant, obcæcante ſuperbia perdiderunt, relapſi à ſuperna luce in tenebras ſuas.* Eodem pertinet illa D. Bernard. de gradibus humilitatis, gradu 1. in Luciferum exclamatio. *O Lucifer*, inquit, *non iam Lucifer, ſed noctifer, aut etiam mortifer!* Quaſi ſignificaret, illam cognitionis lucem ſine affectionis igne, ſtatim in quandam ignorationis noctem abiiſſe. Quare ſpiritus orationis vtrumque habeat neceſſe eſt, intellectum, qui præeat, & prælucea; & affectum, qui ſequatur, & amplectatur. nam, vt docet D. Bern. ſerm. 8. in Cantic. *Huiuſmodi ſpiritus inſtar apis ceram portantis, & mel, habet omnino, & vnde accendat lumen ſcientiæ, & vnde infundat ſaporem gratiæ.* Ex vtroque cordis receſſu orabat Dauid, dicens: *clamaui in toto corde meo.* Pſalm. 118. num. 145. Nempe, vt iam ex D. Ambroſ. ibi retuli, *cogitationum ſublimitate, conſenſuque virtutum.* Ex eodem receſſu orabat & Moyſes, cùm tacens inter multos clamantes, ſolus audiebatur. Exod. 14. n. 15. Scilicet, vt notat D. Ambroſ. citat. *Clamabat affectu pio, & ſenſu profundo, & perſonabat in cælo.*

Nõ durat intellectus illuminatio, quãdo exulat cordis deuotio.

Philoſophorũ ſcientia, ſine cordis affectione, in inſcitiam degenerauit.
D. Anſelm.

D. Bern.

Orationis ſpiritus, & ſcientiæ ceram, & deuotionis mel, tãquàm ſedula apis adſportat.
D Bern.

D. Ambroſ.

D. Ambr.

19\. Quare eos, qui ſegniter orant, meritò reprehendit D. Chryſ. in Pſalm. 4. *Homines quidem*, inquit, *aliquos alloquuturi, qui ſunt nobis ſuperiores, & habitum, & inceſſum, & amictum, & omnia componimus: ad Deum autem accedentes hiamus, fricamus, nos huc, & illuc vertimus, negligentes, & ſocordes ſumus, humi genibus flexis per forum oberramus.* Et paulò poſt, vt noſtram ſegnitiẽ excitet: *Quando*, inquit, *ad Deum accedimus, id exiſtimemus theatrum ex vniuerſo terrarum orbe, vel potius ex populis cæleſtibus collectum, & Regem in medio ſedere, qui vult noſtram audire orationem. Nullus ſit citharœdus, nullus lyricen, qui ita ſe*

D. Chryſ.
Dei maieſtas in oratione alloquenda, reuerentiam exigit, & feruorem.

Cæliſtũ theatrum orantibus ingrediatur.

A *exerceat, ſcenam ingreſſurus, timens, ne quid inſuaue, & inconcinnum canat, vt nos ingreſſuri theatrum Angelorum.* His affinia docet D. Bernard ſerm. de quatuor modis orandi: vbi orationis ſegnitiem vt excutiat, monet, vt oraturus illud Dauidicum præmeditetur: *Tranſibo in locum tabernaculi admirabilis, vſque ad domum Dei.* Pſal. 41. num. 5. *Siquidem*, inquit, *oportet nos orationis tempore curiam intrare cæleſtem, in qua Rex Regum ſtellato ſedet ſolio circumdante innumerabili, & ineffabili beatorum ſpirituum exercitu. Quanta ergo cum reuerentia, quanto timore, quanta illuc humilitate accedere debet à palude ſua procedens, & repens ranuncula vilis?* Qua ſuauitate cantabit obſtreperus, & inamœnus inter illos An-
B *ſer olores?*

D Bern.

Cæterùm Angelos bene orantibus adeſſe tradit D. Chryſoſt. citato loco. *Adſtant*, inquit, *Angeli, magno audientes cum ſilentio; & poſtquam ceſſauerit, applaudentes, laudantes, admirantes.* Hoc ipſum D. Bernard. ſerm. 7. in Cantic. confirmat, tum ex aliis locis, tum ex illo Pſalm. 67. num. 27. *Præuenerunt principes coniuncti pſallentibus in medio iuuencularum tympaniſtriarum.* Quaſi in medios choros animarum, Deo ſuauiter modulantium, Angeli ſe ingerant, vt chorauli. Eoſdem habuit ſuæ orationis auditores D. Hieronym. vt ipſemet ſcribit epiſt. 22. ad Euſtoch. *Solus*, inquit, *deſerta penetrabam. ſi vbi concaua vallium, aſpera montium, rupium*
C *prærupta cernebam, ibi meæ orationis locus, ibi illud miſerrimæ carnis ergaſtulum, & vt ipſe mihi teſtis eſt Dominus, poſt multas lacrymas, poſt cælo inhærentes oculos, nonnunquam videbar mihi intereſſe agminibus Angelorum, & lætus, gaudenſque cantabam, poſt te in odorem tuorum vnguentorum curremus.* Vnde eſt illa cæleſtis ſponſi ad ſponſam exhortatio: *Quæ habitas in hortis, amici auſcultant, fac me audire vocem tuam.* Cantic. 8. num. 13. ac ſi diceret: Adſunt Angeli tuæ orationis arbitri; dignam igitur effunde orationem, quæ à me exaudiatur: quaſi ex attentione audiendi, quam ſponſæ Angeli præſtabant, eam ad feruorem orandi excitaret. Quis ergo pſallens in conſpectu Angelorum, ruſticorum in morem à debito feruore deficiat, & langue-
D ſcat: Optime D. Bernardus loco proximè citato: *Stupemus*, inquit, *officium, quorum ſortimur conſortium.*

20\.
D Cant.
Angeli noſtris orationibus aſſiſtunt.
D Bern.

D. Hier.

D. Bern.

Neque ſolùm adſunt Angeli orantibus, ſed proſunt, dum inter Deum, & animam veluti internuntij diſcurrunt: nam animam excitant illis verbis: *Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.* Pſalm. 36. num. 4. Deum verò illis aliis alloquuntur: *Tota die expandit ad te manus ſuas.* Pſalm. 87. num. 10. Rurſus animæ ſocordiam excutiunt dicentes: *Expecta Dominum, & cuſtodi viam eius, & exaltabit te.* Pſalm. 36 num. 34. Deum verò ad beneuolentiam inflectunt, interpellan-
E tes: *Dimitte illam, quia clamat poſt te.* Matth. 18. num. 23. Tandem languentem animam in ſpem erigunt: *Si moram*, inquiunt, *fecerit, expecta illum quia veniens veniet, & non tardabit.* Abac. 2. num. 3. Fulminantem verò Deum, ad miſericordiam placant: *Conuertere*, inquiunt, *aliquantulum, & deprecabilis eſto ſuper eam.* Pſalm. 89. num. 13. Vides, vt vltrò citròque intercurrant, & commeent, vt firmam inter Deum, & animam concordiam ſtabiliant? Rectè igitur D. Bernard. ſermone 31. in Cantic. loquutus de Angelo cuſtode: *Fidelis*, inquit, *paranymphus diſcurrit medius inter dilectum, & dilectam, vota offerens, referens dona, excitat illam, placat illum.*

21\.
Angeli inter Deũ, & animam orantem, velut internuncij diſcurrunt.

D. Bern.
Angeli inter Deũ, & animam paranymphi.

Quod ſi orationis feruor intepeſcat, recedunt

22\.

Orationis tempore Angeli abominantes, recedant.
D. Bern.

Angeli. Vnde D. Bernard. ſerm. illo 17. citato in Cantic. *Vereor*, inquit, *ne veſtram deſidiam quandoque abominantes cum indignatione recedant, & incipiat vnuſquiſque veſtrûm ſero cum gemitu Deo dicere: Longè feciſti notos meos à me; poſuerunt me abominationem ſibi.* Pſalm. 87. num. 9. *Et illud: Elongaſti à me amicum, & proximum, & notos meos à miſeria.* Pſalm. 87 num. 19. *Et illud: Qui iuxta me erant, de longè ſteterunt; & vim faciebant, qui quærebant animam meam.* Pſal. 37. num. 12. & 13. *Si ſe à nobis boni ſpiritus elongauerant, impetus malignorum quis ſuſtinebit?* Ita D. Bernardus.

13.
Diuini ſpiritus feruor, ſobria ebrietas.

Igitur Anna dum à ſe in Deum totam animam transfudit, viſa eſt ſine mente, & ſine corde, tanquam ebria inſanire. B Neque illa ſimpliciter ſe ebriam negauit, ſed ebriam à vino, & vt filiam Belial: ſicut & D. Petr. Actor. 2. num. 15. Apoſtolos non abſolutè ebrios negauit, ſed ebrios, quemadmodum Iudæi dicebant, à muſto. Alioqui feruor diuini Spiritus, quo repleti loquebantur, ſobria quædam ebrietas eſt, iuxta illud D. Auguſtini lib. 3. de agone Chriſtiano cap. 9. *Deſideramus*, inquit, *ipſum vitæ fontem; vbi ſobria ebrietate mundemur.* At verò Theodor. in illud Pſalm. 21. num. 5. *Calix meus inebrians quam præclarus eſt.* vocat hanc diuini Spiritus ebrietatem, *potentem quidem, ſed non diſſoluentem.* Cui conſentit D. Ambroſ. ſermone 21. in Pſalm. 118 *Bona*, inquit, *ebrietas ſpiritualis, quæ turbare neſcit corporis inceſſum, lenare mentis nouit veſtigium, quæ mæſtitiam peccatricis abolet conſcientiæ; iucunditatem vitæ infundit æternæ.* C Et ruſum ſerm. 73. de ſancto Cypriano: *Ebrietas*, inquit, *illa magis ſobrium facit; qui enim inebriatur cœleſti gratia, exebriatur ſarcina peccatorum.* Tandem D. Laurent. Iuſtinian. de triumphali Chriſti agone, cap. 7. in Noë ebrio à vino, ac nudo in tabernaculo, Geneſ. 9. num. 21. Chriſtum Dominum agnoſcit amore inebriatum, & in cruce nudatum. *Amore*, inquit, *ebrius mediator ſuam coram omnibus exhibuit nuditatem: alter equidem Noe præfigurarat.* Et ibidem exiſtimat ad hunc paſſionis Dominicæ calicem Dauidem alluſiſſe, cùm dixit: *Calix meus inebrians quam præclarus eſt!* Pſal. 22. n. 5. D *Quomodo*, inquit, *non inebriet meditantem, cùm amor ipſe inebriauerit patientem?* Itaque ardor ſpiritus, & feruor amoris, quo Anna in oratione ſua æſtuabat, ebrietas quædam erat, quæ illius mentem in dementiam non ſoluebat, ſed ad veram ſapientiam confirmabat.

D. Auguſt. — Theod. — D. Ambr. — Laur. Iuſtin. *Chriſtus in cruce amore inebriatus.* — *Diuinus amor inebriat.*

SECTIO III.

Quanta ſit orationis efficacitas.

1.
Duplex orationis effectus.

Efficacitas orationis optimè ab affectu colligitur: qui quidem, prout pertinet ad præſens inſtitutum, duplex eſt: vnus erga eum, qui orat, alter erga Deum, qui oratur. Nam & orantem, quantacumque mæſtitudine abſorbeatur, exhilarat: & Deum quamuis difficillima quæque poſtulentur, exorat. Vterque cernitur in oratione Annæ. Prior quidem, quia hæc fœmina ad orationem triſtiſſima acceſſit, ab oratione verò lætiſſima receſſit, iuxta illud ex num. 18. *Vultus eius non ſunt ampliùs in diuerſa mutati*; vt iam explicauimus. Poſterior verò, quia fœcunditatem in vulua ſterili poſtulauit, & oratione naturam ſuperante impetrauit, iuxta illud ex num. 17. *Deus Iſraël det tibi*, ſeu, vt eſt in Hebræo, *Dabit tibi petitio-*

Vterque effectus in Anna oſtenditur.

A *nem tuam*, vt ex dictis ad eum locum patet. Priorem igitur effectum breuiter illuſtro.

Oratio orantem exhilarat.

Patet in primis in Anna, quæ ſuam in oratione triſtitiam cum ingenti lætitia commutauit. 2.
Vnde D. Chryſoſtomus hom. 1. de eius fide. *De hac muliere*, inquit, *forſitan aliquis non abſurdè dixerit: Qui ſeminat in lacrymis, in exultatione metet.* Pſalm. 125. num. 5. Quaſi oratio ſit inſtar ſeminis, quod triſtitiæ lacrymis irrigatum, vberes lætitiæ fructus ex ſe parturiat. Cum Ieremias videret plurimos triſtitiæ fluuios in totam terram inundare, B eorum fontes indagauit, nec alium inuenit, quàm orationis defectum. *Deſolatione*, inquit, *deſolata eſt omnis terra, quia nullus eſt, qui recogitet corde* Ierem. 12. num. 11. Contrà verò, cùm Deus vellet liberare gentes ab ea triſtitia, in qua ſepultæ iacebant, idola venerantes: (nihil enim aliud erat idololatrare, quàm triſtari, iuxta illud: *Seruierunt ſculptilibus eorum.* Pſalm. 105. num. 36. ſeu, vt eſt in Hebræo, *doloribus eorum.*) Cùm, inquam, triſtes exhilarare vellet, ad alia prata amœniora, ac lætiora non reduxit, quàm ad locum orationis. *Filios*, inquit, *aduenæ, qui adhærent Domino, vt colant eum, adducam in montem ſanctum meum, &* C *lætificabo eos in domo orationis meæ.* Iſaiæ 56. num. 6. & 7. quaſi ex cultu orationis omnis lætitia hauriatur; non minùs quàm ex orationis defectu omnis triſtitia propagetur.

D. Chryſ. *Orationis ſemen triſtitiæ lacrymis irrigatum, in lætitiam pullulat.*

Orationis affectus lætitia, defectus triſtitiam parit. *Idololatrare, idem, ac dolere.*

Ad hunc orationis montem, hoc eſt, ad montem *Moria*, qui *mons latriæ*, ſeu *adorationis* interpretatur, deduxit Dominus Abrahamum, vt ibi filium ſuum primogenitum immolaret. Geneſ. 22. num. 2. Sed quæ potuit eſſe in hoc monte lætitia, quam ſtatim tam lugubre ſpectaculum non obrueret? Quibus gaudijs potuit triumphare aut immolaturus pater, aut filius immolandus? Certè priùs vterque mœrore, quàm filius morte abſumeretur, D niſi vtrumque oratio, qua ſe, ſuáque omnia Deo conſecrabant, exhilararet. Qua de re eleganter ſanctus Zeno Epiſcopus Veronenſ. ſermone 1. de Abraham. *Lætatus*, inquit, *eſt puer, patre fideli ipſe quoque fidelior, nec recuſabat mortem, quam Deus, qui vitam dederat, imperabat. Lætatus eſt pater, filio quoque gaudente, & cum gaudio vnici pignoris alligat manus, quas ille vinciendas libentiùs offert; pedes quoque conſtringit, ne in exitu mortis concitata victima calcitraret.* Et ſtatim admirabundus exclamat: *O pater qui ſeruum Domini ita ſe eſſe meminerat, vt patrem ſe eſſe neſciret! Ecce ſub oculis iacet filius vinculis aſtrictus. Vbi ſunt lacrymæ; vbi dolor, qui in humanis ſenſibus verſari conſueuit?* E *In tantis filij caſibus lætatur, & gaudet, & ſic Dominum promeruiſſe triumphat. Accepit iam præmia, quæ meretur.* Quibus vltimis verbis huius gaudij magnitudinem mihi videtur indicare, quaſi omnia præmia pro tanto beneficio in cœleſti patria conferenda, iam tunc in illo ſacrificanti gaudio incluſa viderentur. Sed fateor, dicet aliquis, lætabatur Abrahamus, cùm filium immolare iubebatur: ſed multò magis lætatur, cùm filium immolare prohibetur: lætior ad arietem quam ad filium immolandum proſilit, ac feſtinat. Abſit profectò, abſit, parem vtrobique lætitiam par orationis feruor exigebat. Quod Zeno citatus eleganter expendit: *A filio*, inquit, *ad agnum tranſtulit dexteram, ſemper lætatus, & gaudens: nec mutatus eſt vultus eius, cum eſſet victima commutata; cum tanta lætitia arietem obtulit, cum*

3.
Oratio & Abrahamum immolaturũ, & Iſaac immolãdum exhilarabat.

D. Zeno. Veron.

quanta

[illegible] *& filium tibi erim fides fuit, non erat dolor.* [illegible] tam [illegible] incumbebat, vt nullius [illegible] caſu (quod hic de Anna dicitur) vultus eius in diuerſa mutarentur. Vnde optimè concludit Zeno: *In eo ſacrificio ſolus Deus doluit, quia aliam victimam procurauit.* Nam neque pater mactare filium, neque filius mactari à patre recuſabat: tanta vterque lætitia ad illud holocauſtum ferebantur. Triſtari profectò neſcit, quiſquis Deum contemplatur, & totam in eum animam effundit, quibuſcunque caſibus vrgeatur.

4. *Oratio à Iacobo triſtitiã abſtulit, & timorem.*

Res patet etiam in Iacobo, qui propter filiorum ſeditionem in Sichimitas adeò turbatus eſt, vt de ſe, & de domo ſua actum crederet. *Turbaſtis,* inquit, *me, & odioſum feciſtis me Chananæis, & Pherezæis habitatoribus terræ huius. Nos pauci ſumus, illi congregati percutient me, & delebor ego, & domus mea.* Geneſ. 34. num. 30. Quo remedio Deus mœrentis Iacobi animum conſolatur? Planè non alio, quam oratione. *Surge,* inquit, *aſcende in Bethel, & habita ibi, facque altare Deo, qui apparuit tibi.* Geneſ. 35. num. 1. *Quo impetu,* inquit D. Chryſoſtomus homilia 60. in Geneſ. *Deus iuſtum liberauit à timore, quem habebat.* Neque ſolùm timorem à Iacobo depulit, verum etiam tranſtulit in hoſtes. Sequitur enim: *Cùmque profecti eſſent, terror Dei inuaſit omnes per circuitum ciuitates, & non ſunt auſi perſequi recedentes.* Ibidem num. 5. vbi D. Chryſoſt. citatus. *Vide,* inquit, *prouidentiam Dei. Non ſolùm eum, & filios eius à timore mortis liberauit, ſed alios etiam, qui vlturi erant, timore concutiens, à conatu perſequendi retraxit.* Et paulò poſt concludit: *Nihil firmius eſt eo, qui ſuperna munitur opitulatione; ſicut etiam nihil infirmius eo, qui illa priuatus eſt.* Itaque Iacobus ante orationem mœrore conſternatus, poſt orationem gaudio triumphauit, & accedens ad orationem timidus, exijt metuendus.

D.Chryſ.

5. *Hebræi populi Deum oraturi hilaritas, & alacritas. Caput opertum triſtitiæ ſignum, apertum, lætitiæ.*

Triſtiſſimi tenebantur Hebræi in Ægypto, propter difficultatem ſeruitutis, qua ibi opprimebantur, vt patet Exod. 1. & 2. ſed lætiſſimi ab Ægypto egrediuntur, iuxta illud: *At illi egreſſi erant in manu excelſa.* Exod. 14. n. 8. ſeu, vt legit Chaldæus, *Capite diſcooperto.* Nam vt caput coopertum triſtitiæ ſignum eſt. Ezechiel. 12. num. 12. Daniel. 13. num. 32. 2. Reg. 19. num. 4. Eſther 6. num. 12. & Eſther 7. num. 8. & paſſim alibi; ita & apertum, lætitiæ. Vnde, quæſo, hæc lætitia oriebatur? Planè ex eo, quod ad orationem ibant iuxta illud, *Ibimus viam trium dierum in ſolitudinem, vt immolemus Domino Deo noſtro.* Exod 3. num. 18. Sed cur viam trium dierum appellant, quæ fuit 40. annorum? Sanè, quia tantam ex familiaritate cum Deo lætitiam capiebant, vt viam alioqui longam, ac difficilem, non niſi breuem, ac facilem iudicarent.

6. *Suauiſſimum orationis conuiuium.*

Quod dulcius, ac ſuauius fingi poteſt conuiuium, quàm quod orantibus exhibetur? *Aſcenderunt olim in montem Sina ad orandum Deum Moyſes, & Aaron, Nadab, & Abiu, & ſeptuaginta de Senioribus Iſraël.* Exod. 24 num. 9. Additúrque ſtatim: *Videruntque Deum, & comederunt, & biberunt.* ibidem num. 11. Cur, quæſo, locum orationis in locum comporationis conuertunt? Reſpondet D. Aug. in quæſt. 102. in Exod. *Quod,* inquit, *manducant, ac bibunt in loco Dei, ſuauitatem, ſaturitatémque præfigurat, vel ſignificat in illo regno æternitatis.* Sed non eſſe illius myſterij ſignificationem in futurum ſeculum differendam, indicat Paraphraſtes Chaldæus, dum ita legit: *Et gauiſi ſunt in ſacrificiis ſuis, quaſi comediſſent, & bibiſſent.* Non minores enim in diuino colloquio, quàm in lauto conuiuio deliciæ proponuntur. In hunc locum exponit Lippomanus. *Sic,* inquit, *Deus ſe illis videndum præbuit, vt gaudium internum ex eius viſione perceperint, quas ſpirituales delicias per edere, & bibere, circumloquitur.*

D.Auguſt.

Lippom.

7. *Orationis epula, cæleſtis conuiuij typus.*

Neque mirum orationis delicias per epulas explicari, per quas etiam æternæ beatitudinis deliciæ explicantur, iuxta illud Chriſti Domini: *Vt edatis, & bibatis ſuper menſam meam in regno meo.* Luc. 22. num. 30. Nam, vt docet D. Chryſoſtom. lib. 1. de adorando Deo: *Per orationis exercitium hoc aſſequimur, vt mortales, ac temporarij eſſe deſinamus.* Vnde vtraque voluptas, orationis ſcilicet, & beatitudinis, tanquam inter ſe maximè affinis, eiſdem debuit typis declarari. Imo Dauid domum orationis poſtulabat, vbi cæleſti quadam beatitudine frueretur. *Vnam,* inquit, *petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ, vt videam voluntatem Domini:* ſeu vt eſt in Vulgata nouiſſimè correcta, *voluptatem.* Pſalm. 26. num. 4. Hebraicè, *dulcedinem.* D. Hieronymus, *pulchritudinem.* D. Auguſt. & D. Ambroſ. epiſt. 11. *Delectationes.* Quaſi Dauid his cæleſtibus delicijs ſe fruiturum ſperaret, ſi ab exilio reuocatus, & tabernaculo reſtitutus contemplaretur Deum.

D.Chryſ. *Oratio immortales reddit.*

D. Hier. D Auguſt. D.Amb.

8. *In oratione Deus, & homo corda vicißim commutant.*

Sed quis tandem orationis delicias negare audeat, cum in ea Deus, & homo mutuò ſibi corda accipiant, reddantque; atque alter in alterius pectus cordis loco ſe transfundat. Nam quòd Deus in pectore orantis vicem cordis ſubeat, teſtatur cæleſtis ſponſa: *Ego,* inquit, *dormio, & cor meum vigilat.* Cant. 5. num. 2. Vbi iuxta Rabbi Salomonem, Rabbi Moyſem, aliosque Hebræos, Deum cor ſuum vocat ſponſa, quaſi diceret: Ego quidem nihil pro me ſolicitor, ſed orationi tota intendo, cùm Deus, qui cor meum eſt, meam excubet in tutelam. Quod autem ipſe qui orat, in Dei pectore vicem cordis obtineat, teſtatur ipſe Deus Geneſ. 8. num. 21. vbi poſtquam Noë ſacrificium Deo obtulit, ſubditur: *Odoratúſque eſt Dominus odorem ſuauitatis, & ait ad eum.* In Hebræo eſt: *Et ait ad cor ſuum.* Et quamuis germanus ſenſus ſit, quem Vatablus, & Caietanus eliciunt; *Et ait in corde ſuo:* tamen ſi Dominus cum Noë loquatur, vt non eſt à litera omnino alienum, Patriarcham orationi, & ſacrificio operantem vocat Deus cor ſuum. Vides vt in oratione, Dei, & hominis corda vltro, citroque commeent; ac Deus humanum cor, homo diuinum amplectatur? Quibus igitur gaudijs non triumphet, qui diuinum cor in ſuo pectore, ſuum contineat in diuino? Atque hæc de priori effectu.

Deus, orantis cor.

Rab Salom. Rab Moyſ.

Orans, Dei cor.

Vatabl. Caiet.

Oratio Deum exorat.

9.

POſteriorem orationis affectum breuiùs quàm rei dignitas poſtulat, illuſtro. Quantam erga Deum efficacitatem habeat oratio, oſtendit in primis Anna, quæ orando, inquit D. Chryſoſtomus hom. 1. de eius fide: *Omnia, quæ voluit, effecit; ſiquidem & naturam mancam, & ſterilem correxit, & canitiã æmulæ diſſoluit, ſéque ipſam ad magnam reſtituit fiduciam, dum e petra infrugifera ſpicam meſſuit comantem.* Quibus ſimilia plura in ſuperioribus dicta ſunt.

D.Chryſ. *Anna oratio potens.*

10. *Oratio ſonſis Deum carminibus excantat.*

Eandem efficacitatem non leuiter exprimit Dauid, cùm ait: *Præcinite Domino in confeſſione.* Pſalm. 146. num. 6. Septuaginta tranſtulerunt: *Excantate Dominum.* Quaſi Deus, cùm in humanum genus ob innumera eius ſcelera deſæuit, ſanctis carmi-

Deus oranti quodammodo ſubijcitur.

nibus, ac precationibus à iuſta indignatione ſopiatur, & quodammodo cohibeatur. Sic olim Moyſes diuini furoris extitit incantator, cum Deus ad eum ait: *Dimitte me, vt iraſcatur furor meus.* Exod. 32. num. 10. ſeu, vt Chaldæus vertit. *Intermitte precationem.* quaſi diuina ira humanis precibus, quibus iam veluti excantamentis ligaretur. Quam vim Diuus Bernard. ſermone quodam de Magdalena admiratus: *Feriendi*, inquit, *licentiam quærit à Moyſe, qui Moyſem fecit.* Quaſi Dominus ſeruo non oranti dominetur, oranti ſubijciatur.

D. Bern.

11. Hinc eſt, quòd Deus, cùm abſolutè aliqua ſupplicia decernit, priùs huiuſmodi oratores, ſeu excantatores anteuertat, ne ſe ſuis precibus ſopiant, & excantent. Puniturus Sodomitas, abire iubet Loth è medio eorum: *Feſtina*, inquit, *& ſaluare ibi, quia non potero facere quicquam, donec peruenias illuc.* Geneſ. 19. num. 22. Puniturus ſacrilegium Achan, Ducem populi Ioſue à precibus abſtinere iubet: *Surge*, inquit, *cur iaces pronus in terra?* Ioſue 7. num. 10. Puniturus inobedientiam Saülis, orare prohibet pro illo Samuelem: *Vſquequò tu luges Saul?* 1. Reg. 16. n. 1. Puniturus Hieroſolymam, auſert priùs ab illa *prudentem eloquij myſtici.* Iſaiæ 3. num. 3. ſeu, vt legit Theodotio, *prudentem incantatorem.* Puniturus filios Iudæ, præcepit Ieremiæ: *Tu*, inquit, *noli orare pro populo hoc, nec aſſumas pro eis laudem, & orationem, & ne obſiſtas mihi.* Ierem. 7. num. 16. Denique puniturus quoſcunque impios, priùs iuſtos à terra in cælum transfert, iuxta illud: *A facie malitiæ collectus eſt iuſtus.* Iſaiæ 57. num. 1. Hoc eſt, quando diuina vltio in terram inſtat, iuſtus in cælum à Deo rapitur, ne Deum pro iniuſtis deprecetur. Cur, quæſo, orari ſe prohibet? Planè, quia timet excantari. Nam ſicut aſpis, timens ne excantetur, obturat aures ne exaudiat *vocem incantantium, & venefici incantantis ſapienter.* Pſalm. 57. num. 5. & 6. Ita planè Deus, ne orationibus ſuccumbat, præmonet, ne effundatur, ac ſi effuſas repudiare non poſſet. Vides quanta ſit orationis vis, vt etiam Deus ſe ad illi reſiſtendum imparem quodammodo fateatur?

Deus impios puniturus incantantes iuſtorum preces anteuertit.

Theod.

12. Hiſce armis præmunitus nemo de victoria deſperet. Pharao quondam ad Moyſem, & Aaronem: *Peccaui*, inquit, *in Dominum Deum veſtrum, & in vos. ſed nunc dimitte peccatum mihi, etiam hac vice, & rogate Dominum Deum veſtrum, vt auferat à me mortem iſtam.* Exod. [illegible] num. 16. & 17. Si peccatum priùs commiſſum fuiſſe in Deum, quàm in Moyſem, & Aaronem confitetur; cur priùs ab hominibus, quàm à Deo veniam precatur? Planè; quia magis de miſericordia impetranda ab hominibus, quàm à Deo dubitabat: & propterea illam prius, vt difficiliorem, hanc poſteriùs, vt faciliorem requirebat. Deo in Leuitas ſæuienti thuribulum obijciebat Aaron fuſus in preces, & tanquam ſeptemplicem clypeum obieciſſet, omnia diuinæ vltionis iacula euitabat. vt patet ex cap. 16. Numer. n. 46. Vnde illud thuribulum non immeritò ſcutum appellatur. Sapient. 18. num. 21. *Properans*, inquit, ibi textus, *homo ſine querela deprecari pro populis, proferens ſeruituti ſuæ ſcutum, orationem, reſtitit iræ.* Ac ſi thuribulum ſacerdotale plenum *odoramentorum, quæ ſunt orationes Sanctorum.* Apoc. 5. n. 8. non minùs diuinas plagas auertat, quam ſcutum militare hoſtiles ictus retundat. Hoc armatus clypeo Dauid Goliæ minas, ac vires non timebat. Vnde D. Chryſoſt. hom. de Dauid, & Golia, ſic Dauidem loquentem introducit: *Tu*, inquit, *terrenis dimicas, ego cæleſtibus pugno; tu in lancea, ego in fide; tu in clypeo, ego in prece.* Quaſi diuinam precem humanu clypeo fortiorem, ac tutiorem non dubitaret. Imò D. Hieronymus in cap. 13. Ezechielis, non ſolùm ſcutum appellat, ſed murum: *Legimus*, inquit, *Aaron aduerſus ignem Iſraeli, populum deuorantem occurriſſe, & ſtetiſſe medium, & oppoſuiſſe murum pro ſalute populi. ſicut enim murus hoſti opponitur, ita Dei ſententia Sanctorum precibus frangitur.*

Dei, non hominis miſericordiam, orationis vi facilè impetrat.

Oratio, ſcutum.

D. Chryſ.

D. Hier.

Oratio murus.

13. Adde, eum, qui feruenter orat, non ſolùm Deo clypeum opponere, ſed etiam frænum quodammodo inijcere. Quam metaphoram ad hoc explicandum aſſumere non auderem, niſi ab ipſo Deo aſſumeretur: *Laude*, inquit, *mea infrænabo te, ne pereas.* Iſaiæ 49. n. 9. Vatablus ex Hebræo paraphraſticè tranſtulit: *Propter laudem meam frænum iniiciam mihi, tui cauſa; ne te omnino exſcindam.* Vbi in primis nota, orationem vocari laudem diuinam, ſicut Ierem. 7. num. 16. *Nec aſſumas pro eis laudem, & orationem* Et Pſalm. 71. num. 20. *Defecerunt laudes Dauid.* ſeu, vt legit D. Hieronymus, *Completæ ſunt orationes Dauid:* quia quoties à Deo miſericordiam petimus; toties Deo laudem impertimus, iuxta illud: *Inuoca me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me.* Pſalm 49. num. 15. Et illud Achaz: *Non petam, & non tentabo Dominum.* Iſaiæ 7. num. 12. ſeu, vt legit D. Hieron. *& non glorificabo Dominum.* Deinde nota, quod eſt propium præſentis inſtituti, Deum noſtris precibus tanquam fræno à vindicta inhiberi. Nemo igitur orationis armis præmunitus Deum aggreſſorem reformidet: imò neque Deum aggredi vereatur: *Nam arma militiæ noſtræ, non carnalia ſunt, ſed potentia Deo.* 2 Corinth. 10. num. 4. hoc eſt, ad ipſum quoque Deum flectendum, & expugnandum efficacia.

Vatabl.

Oratio frænum Deo quodammodo iniicit.

D. Hier.

Oratio, diuina laus.

D. Hier.

Fortia orationis arma.

14. Iacobus moriturus filium Ioſephum ſic alloquitur: *Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo* Geneſ. 48. num. 22. Conueniunt interpretes hanc partem fuiſſe Sichimam; ſic enim habetur in Hebræo. Dubitant, quo gladio, & quo arcu Iacob illam expugnarit; cùm id nuſquam in ſacris literis habeatur. D. Chryſoſt. hom. 67. in Geneſ. docet, locum intelligendum eſſe de armis, quibus Simeon, & Leui Sichimam expugnarunt. Geneſ. 34. à n. 25. cùm id, quod à filijs fit, parentibus tribuatur. D. Hier. in quæſtionib. Hebraic. pro gladio, & arcu, intelligit, vel iuſtitiam, qua Iacob illam terram meruit, vel pecuniam, qua emit. Geneſ. 33. num. 19. Vtraque enim arma ſunt, quibus omnia expugnantur. Sed opportunè ad rem noſtram Chaldæus legit: *Quam tuli de manu Amorrhæi, oratione, & deprecatione mea* Quaſi oratio arcus ſit, ex quo precaria iacula, ſeu iaculatoriæ preces, vt vocant, in Deum emittantur; & quibus *turris fortiſſima, nomen Domini*, Prouerb. 18. num. 10. expugnetur. Et concinit Dauid Pſalm. 17. num. 35. *Poſuiſti*, inquit, *vt arcum æreum brachia mea.* vbi Ephrem Syrus libro de panoplia, ſeu armatura ſpirituali: *Pro arcu*, inquit, *ad orationem manus tuas extende.* Et paulò poſt, arcus, & orationis ſimilitudinem declarans: *Si*, inquit, *inter orandum animum vagari permittas, eris velut qui tenet quidem arcum, verùm ſagittam contra aduerſarium dirigere nequit, illam in vanum nulla certa intenſione emittens.* Ita ille.

D. Chryſ.

D. Hieron.

Ephrem.

Brachia orãtis, arcus [illegible] Ergo in ſimilitudo.

15. Hunc arcum intendebat Moyſes, quando manus ſuas ad Deum in oratione eleuabat. Exod. 17. n. 11. Vt enim Ioſue pugnando ſubigebat Amalecitas, priùs Moyſes orando, Deum ad [illegible] inflectebat. Vnde D. Chryſ. ſer. de Moyſe, in 1. tom.

D. Chryſ.

Fit,

Pugnat, qui orat, & expugnat.

Fit, inquit, *Moyſe orante, occulta pugna, manifeſta victoria, latenter dimicat, et euidenter deuincit.* Sic ille. Nam Amalecitæ ſolos Iſraëlitas palàm decertantes repellere nitebantur; non aduertebant tamen miſeri, Moyſem in monte orantem, à quo potiùs quàm ab illis, non aperto quidem, ſed occulto certamine vincebantur.

Oratione magis, quàm armis vincitur.

Hoc armorum genus ſibi à Romanis in præſidium dari D. Paulus requirebat: *Obſecro*, inquit, *vos fratres, vt adiuuetis me in orationibus veſtris pro me ad Deum.* Rom. 15. n. 30. In Græco eſt, *vt mecum certetis in veſtris orationibus pro me ad Deum.*

Feruens oratio, certamẽ.

Vbi notat Cardinalis Toletus, certamen vocari feruentem orationem Deo factam; quaſi orationis vi, tanquam armata manu, quidquid à Deo petitur, extorqueatur.

B Vnde Balac hanc orationis efficacitatem pertimeſcens, ſic alloquitur maiores natu Madian: *Delebit*, inquit, *hic populus omnes qui in noſtris finibus commorantur, quomodo ſolet bos herbas vſque ad radices carpere.* Num. 22. n. 4.

Dei populi familiaria arma, oratio.

Orig. In quem locum Orig. hom. 11. in Exod. *Populus*, inquit, *Dei non tam manu, & armis, quàm voce, & lingua pugnabat, id eſt, orationem fundens ad Deum proſternebat inimicos.* Sic ille.

16\. Facit illud Iſaiæ 30. n. 32. *In tympanis, & citharis, & in bellis præcipuis expugnabit eos.* Vbi illud, *in bellis præcipuis*, legi poteſt ex Hebræo, *in bellis eleuationis*; id eſt, in ſacrificijs, à ſacrificantium ritu, qui res Deo offerendas eleuabant. In ſacrificijs igitur expugnabit eos: quaſi ſacrificia Deo oblata, præcipua ſint bella, quibus Dei hoſtes atterantur, & neceſſaria ad hoc præſidia à Deo impetrentur.

Sacrificia, bellorum inſtar aduerſus Dei hoſtes.

C

D. Ambr. Quod D. Ambroſius in oratione in Auxentium, quæ habetur lib. 5. epiſtolarum, epiſt. 32. confirmat, dicens, *Sacerdotis arma aduerſus arma militis, eſſe lacrymas cum precibus.*

Sacerdotis arma, preces, & lacryma.

Tandem Iacobus cum Angelo luctatus, non quidem armis, ſed precibus victor euaſit, iuxta illud Oſeæ 12. n. 3. & 4. *In fortitudine*, inquit, *ſua directus eſt cum Angelo: & inualuit ad Angelum, & confortatus eſt; fleuit & rogauit eum.* Quare, qui ſuis precibus Angelo, ſiue Deo, iuxta textum Hebraïcum, inualuit, meritò dictus fuit Iſraël, hoc eſt, interprete D. Hieronymo, *Princeps cum Deo*, ac ſi parem cum Deo obtineat principatum; vt quemadmodum Deus facit, quod vult, ita ille, quod petierit.

D.Hieron.

Deo quodãmodo par eſt, qui precibus pugnat.

D Petrus Chryſol.

Vnde egregiè D. Chryſolog. ſerm. 43. loquens de oratione: *Per hanc*, inquit, *Moyſes fit Deus, & ad triumphos ſuos militare ſibi omnia mandat elementa.* Quaſi diceret, tantam Moyſes in ſua oratione habuit poteſtatem, vt diuinitatem quoque habere videretur; nec minus ſuis precibus, quàm Deus ſuis imperijs omnia gubernaret.

17\. Neque ſolùm terræ, ſed etiam cælo oratio dominatur.

Terra cæliq; dominatur oratio.

Tres in Scriptura, & Patribus inuenio claues Paradiſi.

Tres claues Paradiſi.

Vna eſt poteſtas Petri, iuxta illud Chriſti Domini: *Tibi dabo claues regni cælorum.* Matth. 16. num. 19. Altera eſt ſanguis Chriſti, iuxta illud D. Hieronymi epiſt. 129. ad Dardanum: *Sanguis*, inquit, *Chriſti Clauis Paradiſi eſt, dicentis ad latronem; hodie mecum eris in Paradiſo.*

D.Hieron.

D.Aug. Tertia oratio iuſti. Vnde illud D. Aug. ſerm. 226. de tempore: *Oratio*, inquit, *iuſti, clauis eſt cæli; aſcendit precatio, & deſcendit Dei miſeratio.*

D.Chryſ. Conſentit D. Chryſ. ſerm. 2. de Helia: *Clauis*, inquit, *cæli fit ſermo Heliæ ſanctiſſimi. Iubet enim, & clauditur cælum, orat poſtmodum, & aperitur. Vt ſanctorum meritum monſtraretur non ſolum in terris poſſe, quod voluit, ſed & in cæleſtibus poſſe impetrare, quodcunque petierit.*

Oratio, & aperit, & claudit cælum.

E

Atque hæc de efficacitate orationis, alijs eius prærogatiuis in alia loca reiectis. Obiter nota, orationem Annæ pro filio impetrando efficaciorem fuiſſe, quàm orationem Iſaac. Nam Anna ſtatim impetrauit: Iſaac non niſi poſt viginti annos; ſiquidem contraxit quadragenarius,

A genuit ſexagenarius; vt patet ex Geneſ. 25. n. 20. & 26. Toto autem tempore intermedio perſeuerauit Deum orans, vt D. Chryſoſt. hom. 49. in Geneſ. aduertit.

D. Chryſ.

Cuius diſcriminis rationem ſi inquiras, recole quæ diximus in ſuperiori annot. ſect. 1. Nimirum, gratiorem eſſe Deo orationem poſt iniurias æquo animo toleratas: quas cum Anna tolerauerit, non Iſaac, citiùs debuit, quod à Deo petierat, impetrare.

Oratio poſt iniurias toleratas gratior Deo.

SECTIO IV.

B

Orationis fructus, iniuriarum patientia.

Dixi ſuprà de patientia, quam Anna ad orationem attulit ex iniurijs Phenennæ; dicam modò de patientia, quam ex oratione retulit ad contumelias Heli: ſicut enim ad illius iniurias patientiſſimè tacuit; ita & ad huius contumelias modeſtiſſimè reſpondit; vt & in tacendo, & in reſpondendo præbuerit ſingulare quoddam patientiæ documentum. Quod vt clariùs innoteſcat, priùs ſacerdotis iniuria; deinde Annæ patientia expendatur. 1.

Anna patiẽtis in tacendo, & reſpondendo.

C

Sacerdotis iniuria.

Multipliciter fuit Heli Annæ iniurius. Primò ratione perſonæ: erat enim Pontifex, & Iudex; vtriuſque autem proprium eſt ſubditos omnes honorare, nemini conuitiari. 2. Vnde D. Hieron. in epiſt. 2. ad Nepotianum: *Epiſcopi*, inquit, *honorent clericos, quaſi clericos; vt & ipſis a clericis, quaſi Epiſcopis honor deferatur.* Subditque ex profanis literis exemplum. *Scitum*, inquit, *illud eſt Oratori*, *Domitij: Cur ego te, inquit, habeam vt Principem, cum tu me non habeas vt Senatorem?*

Dedecet Iudicem iniurium eſſe ergà ſubditos.

Celebre fuit inter Hebræos illud prouerbium: *Cæcus, & claudus non intrabunt in templum.* 2. Reg. 5. n. 8. Quo ſignificabant non debere aliorum deriſores, & conuitiatores, ſacerdotum miniſteria in templo exercere.

Conuitiatores à templo Dei arcentur.

D Ortum verò fuit hoc prouerbium, ab illis Iebuſæis claudis, & cæcis, qui Dauidi Sionis arcem oppugnanti illudebant, & inſultabant, quos Dauid ab eo loco, in quo poſtea templum conditum fuit, deturbauit; certo quodam præſagio, fore, vt à templo Domini, ſacriſque miniſterijs homines in alios contumelioſi arcerentur. De qua re ad eum locum fuſiùs.

3\. In diſtributione promiſſæ terræ nullam fecit Ioſue de tribu Leuitica mentionem, vt patet Ioſue 13. num. 14. Neque aliàs ſolebat hæc tribus cum cæteris computari, vt patet ex cap. 1. & 2. & 7. & 18. & 34. Numer. & ſæpe alibi.

Benedicendi munus tribus Leuiticæ proprium.

E Nihilominus in diſtribuendis benedicendi, maledicendique muneribus Moyſes tribum Leuiticam in primis numerauit. Nam cum ſex tribus ad benedicendum deſtinaret, totidem ad maledicendum; in illis prioribus tribum Leuiticam recenſuit, vt patet Deut. 27. num. 12. In quem locum Theodor. q. 34. duo egregiè obſeruat.

Theod.

Vnum, tribus ad benedicendum deſtinatas, & ex matribus liberis, ac dominis, Lia, ſcilicet, & Rachele ortas fuiſſe: deſtinatas verò ad maledicendum, maiori ex parte ortas fuiſſe ex matribus ancillis, nimirum ex Bala, & Zelpha. Quaſi benedicendi munus ad liberos; maledicendi verò ad ſeruos ſpectaret. Alterum ad rem noſtram, inter tribus ad benedicendum deſtinatas, fuiſſe tribum Leuiticam recenſitam, quamuis alio-

qui

Bene precâdi munus proprium eſt ſacerdotibus.

qui ſolita non fuerit recenſeri. Ac ſi hoc vnum benedicendi munus ſacerdotibus ac Leuitis tanquam proprium incumberet. Theodoreti verba ita habent: *Notandum,* inquit, *eſt, benedicendi facultatem conceſſiſſe tribubus ex liberis oriundis, & ibidem vnà cum populo tribum ſacerdotalem commemeraſſe; ad maledicendum verò ſemiſeruos conſtituit.*

4\. En quàm procul abeſſe debeant conuitia, non ſolum à liberis, ſed præcipuè à ſacerdotibus, quibus potiùs benedicendi munera imperantur. Vnde non immeritò D. Paul. prohibet Epiſcopum eſſe percuſſorem. 1. Timoth. 3 n. 3. & Tit. 1. num. 7. hoc eſt, interprete D Hieronymo, contumelioſum. Percutere enim, aut cædere; idem aliquando eſt, quod conuitiari, iuxta illud 2. Cor. 11. num. 20. *Si quis in faciem vos cadit.* & illud Ierem. 18. n. 18. *Venite, percutiamus eum lingua.* & illud Ioh. 16. num. 11. *Exprobrantes percuſſerunt maxillã meam.* Sunt enim contumelioſa verba crudelia verbera, quibus animi percutiuntur. Sed quia percuſſoris nomen aliter ab alijs explicari poterat, clariùs ſtatim D. Paulus prohibet Epiſcopum litigioſum eſſe, hoc eſt, maledicum, & contumelioſum, vt D. Ambroſ. lib. de dignitate ſacerdotali, cap. 4. interpretatur: *Non linguam,* inquit, *ad conuitium relaxet Epiſcopus, ne per eandem linguam, per quam laudes refert Deo, & diuina libat ſacrificia, litium venena proferat: quia non decet de ore Epiſcopi benedictionem ſimul, & maledictionem egredi, per quam Deus laudatur: homo maledicitur, quia non poteſt de vno fonte dulcem, & amaram producere aquam.*

D Hier.
Cadis, qui conuitiatur.
Verba contumelioſa, vulnera.
D. Ambr.

5\. Iam verò populi Iudex, & Princeps, in omnes officioſus eſſe debet, contumelioſus in neminem. Qualem apibus Regem natura præfecit, teſte D. Ambroſ. lib 5. Hexamer. cap. 21. *Apibus,* inquit, *Rex naturæ claris formatur inſignibus, vt magnitudine corporis præſtet, & ſpecie; tum quod in Rege præcipuum eſt, manſuetudine. Nam etſi habet aculeum, tamen eo non vtitur ad vindicandum. Sunt enim leges naturæ non ſcriptæ literis, ſed expreſſæ moribus, vt leniores ſint ad puniendum, qui maxima poteſtate potiuntur.* Si igitur natura etiam ipſos animalium Reges aculeis exarmat; quem non pudeat hominum Regem, contumeliarum aculeis in ſubditos obarmari? Certè Dauid Abſalonem affectu parricidam, & effectu fratricidam, vt Theodoret. aduertit, honoris cauſa Regem appelauit. Sic enim Ethaï proſelytum hortatus eſt: *Reuertere,* inquit, *& habita cum Rege.* 2 Reg. 15. num 19. Sic Iehu Rex Iſraëlis, Ioramum, quem diuino imperio tanquam ſceleratiſſimum occiderat, Dominum ſuum dixit: *Si ego,* inquit, *coniuraui contra Dominum meum, & interfeci eum.* 4. Reg. 10, num. 9. Sic Nabuchodonoſor tres pueros Hebræos, quos in fornacem ardentèm coniecerat, honorificè compellauit ſeruos Dei: *Sidrach,* inquit, *Miſach, & Abdenago, ſerui Dei excelſi, egredimini, & venite.* Dan. 3. n. 93. Sic eius filius Balthaſar tanto cum honore Danielem excepit, Dan. 5. n. 29 vt miretur D. Chryſ. in Pſal. 95 eſſe Regem tam officioſum erga hominem ſeruum, cum fuerit tam contumelioſus contra Deum Dominum. *Honoras,* inquit, *famulum, & contumelia afficis Dominum? Hominem reuereris, & Deum contemnis? Confiteris Spiritum ſanctum, & ſancta polluis.*

Princeps in omnes officioſus, contumelioſus in neminem.
D. Ambr.
Elegans apũ ſimilitudo.
Nonnulla hac de re exempla.
Theod.
D. Chryſ.

6\. Itaque proprium eſt iudicum, & principum caſtigare quidem ſup[illegible] ys, ſi quando opus eſt; non tamen conuitijs [illegible]tare: punire debent culpas, ſed lenire perſonas. Vnde Chriſtus Dominus præcipuo quodam doloris ſenſu, Iudicum contumelias excipiebat: iuxta illam apud Dauidem querimoniam: *Aduerſum me loquebantur* (ſeu, vt legit Euthymius, *nugabantur*) *qui ſedebant in porta.* Pſal. 68.

Iudicum, ac principum contumelias præcipuo quodam doloris ſenſu Chriſtus excipiebat.
Euthym.

A num. 13. hoc eſt, Iudices, qui in portis ciuitatis iudicia exercebant. Nec immeritò. Quomodo enim Deus inferiorum Iudicum contumelias ægrè non ferat, ſi ipſe, qui ſupremus omnium Iudex eſt, eos etiam, quos iudicat, magna proſequitur reuerentia? iuxta illud Salomonis: *Tu autem dominator virtutis, cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia diſponis nos.* Sap. 12. n. 18. In quem locum Saluian. Epiſcopus Maſſilienſ. lib. 2. de prouidentia Dei: *In iſto,* inquit, *Scripturæ loco, non gubernatio tantum ſacra, ſed etiam dignitas declaratur humana. In hoc enim, quod ait, diſponis nos, vis diuinæ gubernationis; in hoc autem, quod cum magna reuerentia, culmen humanæ oſtenditur dignitatis.* Itaque Deus ea reuerentia tra- B ctat ſeruos, qua à ſeruis Dominus tractaretur. Quò pertinet illud ex Pſal. 71. n. 14. *Ex vſuris, & iniquitate redimet animas eorum, & honorabile nomen eorum coram illo.* Quaſi diceret, etiam vſurarios, & iniquos homines ita arguet, & iudicabit, vt eos pariter & redimat, & honoret.

Deus etiam quos iudicat, magna proſequitur reuerentia.
Saluian.

7\. Et quis dubitet ita factum, cum etiam amicos nuncupet, quos condemnat? *Amice,* inquit, *non facio tibi iniuriam.* Matt. 20. n 12. *Amice, quomodo huc intraſti?* Matth. 22 n. 12. *Amice, ad quid veniſti:* Matt. 26. n. 50. Nec ſolùm amicos dicit, ſed filios, imò filias, quibus parentes tuendis, ac protegendis ſtudioſius ſe impendunt. *Sicut lilium,* inquit, *inter ſpinas, ita amica mea inter filias.* Cant. 2. num. 2. Senſus eſt, ſicut lilium inter ſpinas, ita iuſtus inter C peccatores. Vbi vides animam iuſtam ſolùm amicam, peccatrices verò etiam filias appellari. Ac ſi maiori honore, ſaltem quoad externum verborum apparatum, iniuſti, quàm iuſti à Deo afficiantur; vt quos præmijs non afficit, duris ſaltem verbis non exacerbet.

Deus, etiam inimicos, filios, imò filias nuncupat, quos condemnat.

8\. Ex his patet, quàm iniqua fuerit ſacerdotis, ac iudicis contumelia in Annam, ratione perſonæ offendentis. Neque parum creſcit ratione perſonæ offenſæ, nempe fœminæ. Nam cum iudex debitam omnibus ſubditis reuerentiam præſtare teneatur, peculiarem quandam tenetur fœminis exhibere. Vnde ille iudex, qui nec Deum timebat, nec homines reuerebatur, Luc. 18. n. 2. tamen vnam D fœminam timuit, ac reueritus eſt, dum illius precibus acquieuit, vt D. Chryſoſt. hom. 71. ad populum obſeruat.

Iniuria grauitas ratione perſona offenſa.
Peculiaris reuerentia à Iudice fœminis exhibenda.
D Chryſ.

9\. Secundò, fuit Heli Annæ iniurius ratione iudicij, quo illam æſtimauit temulentam, dicere non auſim omnino temerarij: tum quia D. Chryſoſt. hom. 1 de Anna ſacerdotem à temeritate excuſat: tum quia aliqua fuerunt indicia ad hoc iudicium efformandum, vt n. 13. oſtendi; tum quia vereor, ne dum alium temeritatis accuſo, euadam ipſe temerarius, & mihi contingat, quod D Hier. Ruffino contigiſſe affirmabat, & ſibi ne contingeret, præcauebat. Nam lib. 3. Apolog. contra Ruffinum ita E habet: *Obſecro,* inquit, *te, vt qui mendacij alterum criminaris, deſinas ipſe mentiri. Poteram & ego in te falſa congerere; ſed abſit, vt imitator tui ſim, & quod in te reprehendo, ipſe faciam.* Nihilominus hoc mihi videor ſine temeritate poſſe dicere, plura nobis eſſe indicia ad temeritatem ſacerdotis colligendam, quàm fuerint ſacerdoti ad temulentiam Annæ iudicandam. Nam ſi ſacerdos ſatis firma argumenta ad ſuum illud iudicium non habuit, vt reuera non videtur habuiſſe, ſi quis ea rectè perpendat; eo ipſo nos ad noſtrum firmiſſima habemus, cùm planè conſtet temerarium eſſe, qui leuibus inducitur argumentis ad iudicandum.

Vtrùm hoc Heli iudicium fuerit omninò temerarium.
D. Hier.

10\. Poſita igitur hac qualicunque temeritate iudicantis, magna exoritur iniuſtitia in fœminam iudicatam. Nam ſi inter homines iniqu[illegible] agitur

Temerarij iudicij magna iniuria.

cum

[illegible] ſuo [illegible] compellitur, A [illegible] ad iudi[illegible] auocatur. Q[illegible] inius, dum [illegible] iudicio ad[illegible] transfertur, cum non in hoc, ſed in illo [illegible] o[illegible] hominum facta ventilentur? Vnde D. Paulus: *Tu, inquit, qui es, qui iudicas alienum [illegible]*. Rom. 14. num. 4. Quaſi diceret: An Deum te facis, ad cuius tribunal [illegible] & cauſæ, & perſonæ reducuntur. Non [illegible] tuo iudicio te ſolum tuaque facta ſub[illegible]re. Quid ergo tui, tu[illegible] rerum ob[illegible] cauſis, ac perſonis [illegible] dicere non vereris? Eodem pertinet illud: *Nolite ante tempus iudicare, [illegible] que veniat Dominus, qui & illuminabit [illegible] tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium*. 1. Cor. 4. num. 5. Vt enim illuſtrare res externas pertinet ad ſolem, ita iudicare internas, & occultas ad ſolum Deum: vnde qui ante Dei ſ[illegible] velit iudicare, perinde inſaniret, ac qui [illegible] ante [illegible] intueri. *Oportet*, inquit Apoſtolus, *Ep[illegible] non eſſe percuſſorem*, 1. Timoth. 3. num. 3. Hoc eſt, vt neque manu vulnerando, neque lingua conuitiando, neque mente temere iudicando, quenquam percutiat. Et hoc tertio modo, vt alios interim omittam, interpretatur etiam D. Ambroſ. lib. de dignitate ſacerdotali, c. 4. *Epiſcopus, inquit, ſuſpicionibus prauis minime percutiat conſcientias aliorum; ne dum petulans inuenitur ad cædem, athleta magis, quam Dei opus indicetur.*

Qui temerè proximū iudicat, Dei munus per ſummam iniuriam exercere præſumit

Temerarium Epiſcoporum iudicium, grauis ſub dexterum percuſſio. D. Ambr.

11\. Et quis non videt, quam multis erroribus hæc iudicia exponantur [illegible] prima, vbi [illegible] ſunt omnia, iudicentur? Homini ſeminanti bonum ſemen in agro ſuo, poſtquam inimicus homo ſuperſeminauit zizania, dixerunt ſerui: *Vis, imus, & colligimus ea?* Quibus ille: *Non, ne fortè colligentes zizania, eradicetis ſimul cum eis & triticum ſinite vtraque creſcere vſque ad meſſem.* Matth. 13. à num. 28. An non puterant ante meſſem ita zizania diſtinguere a tritico, vt hoc illæſo, illa eradicarent? Minimè profectò, propter ſimilitudinem, quæ inter zizania, & triticum, quandiu ſunt in herba, intercedit. Vnde D. Hieronymus myſticè ad rem præſentem locum interpretatus: *Inter triticum, inquit, & lolium, quandiu herba eſt, & nondum culmus venit ad ſpicam, grandis ſimilitudo eſt; & in diſcernendo, aut nulla, aut perdifficilis diſtantia. Premonet ergo Dominus, ne vbi quid ambiguum eſt, cito ſententiam proferamus; ſed Deo Iudici terminum reſeruemus.* Riſit quondam Abraham, accepta de filio promiſſione à Deo, Geneſ. 17. n. 17. Eadem promiſſione audita, riſit & Sara. Geneſ. 18. n. 10. Quis hominum Iudex, ſi tam ſimilibus [illegible] nis duceretur, aut Abrahamum cum Sara non reprehenderet, aut Saram cum Abrahamo non abſolueret? Et nihilominus Deus abſoluto Abrahamo; ſolam Saram reprehendit: *Quare*, inquit, *riſit Sara? Nunquid Deo eſt quidquam difficile?* Ibid. n. 13. & 14. Rem optimè ponderauit D. Auguſt. q. 36 in Geneſ. *Quæritur, inquit, quare iſtam redarguit Dominus, cum [illegible] Abraham riſerit, niſi quia illius riſus admirationis [illegible] lætitiæ fuit; Sara autem dubitationis, & ab illo diiudicari potuit, qui corda hominum nouit.*

Humanum iudicium erroribus ex poſitum eſt, ideo ferre ſententiam nō præſumas.

D. Hier.

De externis factis valde ſimilibus diſſimiles Deus ſententias profert. D. Aug.

12\. Huius generis ſunt ſexcenta. Nam & Pharan, & Abimelech vxorem Abrahæ [illegible] puerunt. Quid ſimilius? Et nihilominus Deus illum tanquam adulterum puniuit Geneſ. 12. num. 17. hunc tanquam innocentem abſoluit. Geneſ. 20. num 6. Quia vbi humanum iudicium facilè erraret, errare non potuit diuinum. Deus enim, vt D. Ambroſ. lib. 1. de Abraham, c. 7. in hanc rem expendit: *Vere interioris eſt arbiter conſcientiæ, & animi, ac mentis interpres.* Præterea, & Gedeon, & Zacharias ſignum rei

Varia ſimilis rei exempla. D. Ambr.

A ab Angelo prædictæ habere voluerunt. Quis diſcernere poterit vtrumque ſit, quis hominum agnoſcat? Et nihilominus Deus Gedeoni tanquam fideli morem geſſit. Iudic. 6 num. 17. & 36. Zachariæ tanquam incredulo vocem abſtulit. Luc. 1. n. 20. Quia vbi humanus oculus diſcrimen non agnoſcit, diuinus facile deprehendit. Et Moyſes, & Ionas ſe a prædicando idololatris apud Deum excuſarunt. Quis non pares internis animis dixerit eos, qui externis factis tam pares videbantur? Et nihilominus Deus Moyſi pepercit. Exod. 3. & ſequentibus. Ionam corripuit. Ionæ 1. à n. 15 quia ſolus diſcernit, Moyſem propter humilitatem, Ionam propter vanitatem ſe excuſaſſe. Et Saül reprehenſus a Samuele, & Dauid reprehenſus à Nathan, pariter reſponderunt; *Peccaui*. 1. Reg. 15. n. 24 & 2. Reg. 12. n. 13. Quid auribus iudicio ſimilius? Et nihilominus ſolus Deus agnouit Saülem ore tenus, Dauidem ex imo corde doluiſſe. Cùm igitur ſub externis factis valde ſimilibus longè diſſimiles animi delitescant; iniquus erit rerum æſtimator, qui internum animi ſtatum ab externis indiciis arbitretur.

Solus Deus interioris arbiter conſcientiæ.

B

13\. Adde, quamuis ſolius Dei ſit iudicare, nec vllo examine indigeat, ad temeritatis periculum euitandum: ſemper tamen præuio examine cauſam definit, vt nobis iudicandi normam præſcribat. Vnde infantes vrbes iudicaturus: *Deſcendam*, inquit, *& videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint.* Geneſ. 18. num. 21. & rationem reddit D. Greg. lib. 19. Moral. c. 23. *Vt nobis exemplum proponat, ne mala hominum antè præſumamus credere, quam probare.* Idem patet in Adamo, Geneſ. 3. num. 1[illegible]. & in Cain, Geneſ. 4. num. 9. Vtrumque enim prius Deus interrogauit, quam iudicaret: non quod cauſam exploratam non haberet, ſed vt nos à præcipitandis iudiciis (vt vtrubique D. Chryſ. hom. 17. & 19. in Geneſ. aduertit) teſtaretur. Si igitur Deus in alienis factis iudicandis dubium, & anceps tem ſe præſtat, quis ſe præſtare audeat temerarium, & præcipitem. Optimè D. Bernard. ſerm. 4[illegible]. in Cant. *Caue*, inquit, *alienæ conuerſationis [illegible] aut curioſus explorator, aut temerarius Iudex. Etiamſi perperam actum quid deprehendas, nec ſic iudices proximum, magis autem excuſa. Excuſa intentionem, ſi opus non potes; puta ignorantiam, puta ſubreptionem, puta caſum. Quod ſi omnem omnino diſſimulationem rei certitudo recuſat; ſuade nihilominus ipſe tibi, & dicito apud temetipſum, vehemens fuit nimis tentatio. Quid de me illa feciſſet, ſi accepiſſet in me ſimiliter poteſtatem:* Ex quibus patet, quanta iniuria ex iudicio ſacerdotis in Annam reſultauerit. Nam ſi ſolæ amicorum ſuſpiciones Iobum vexabant, iuxta illud Diui Auguſtini de patientia, cap. 12. *Aderant, inquit, & amici, non vt in malis conſolarentur, ſed vt mala ſuſpicarentur:* quaſi hic eſſent omnium miſeriarum cumulus. Quantam Annæ moleſtiam afferrent, non tantum [illegible] ſuſpiciones, ſed obfirmata iudicia ſacerdotis?

Deus, etſi nullo indigeat, præuio tamē ſemper examine cauſam definit.

C

D. Greg.

D. Chryſ. *Præceps de aliorum factis iudiciū vitandum.*

D

D. Bern.

Quo pacto aliorum peccata excuſanda.

Vel leuis amicorum ſuſpicio, cruciatus. D. Auguſt.

E

14\. Tertiò fuit Heli Annæ iniurius ratione ſententiæ, quam pronunciauit, ebriam appellando. Quod conuitium, cum in quemuis hominem ſit graue, vt patet ex dictis in priori ſectione huius annotationis, in fœminam eſt grauiſſimum, vt patet ex dictis ad num. 15 & 16. præſertim quando falſum eſt; iuxta illud D. Hieronymi in epiſt. 99 ad Aſellam: *Non facilis, inquit, [illegible], prauū dixiſſe de rectis.* Et quidem ſi ab homine priuato ac vulgari, hæc ſententia proferretur, leuiter potius irridenda foret, quam duriter accipienda: à Principe tamen, ac Pontifice profecta, alte incidit in præcordia.

Ebrietatis etiā falſum conuitium in fœminā grauiſſimum.

D. Hier. *Principū, ac iudicum cōuitia grauiora.*

D. Chryſ. præcordia. Vnde D. Chryſoſtom. exhortatione in c. 1. Iſaiæ, Iudices hortatur, vt abſtineant a contumelijs; & rationem reddit: *Nam, inquit, qui potius eſſe debuit, fiat ſcopulus.* Quod iam ante ſatis ſupra viſus fuit in hom. 1. de Anna, cum ait de Anna dicit: *Effugerat domeſticam tempeſtatem, venit in portum, & rurſus inuenit vndas.* D. autem Hieronym. citato epiſt. ad Aſellam, in Chriſtianos homines, qui ſanctiſſimas fœminas Paulam, & Melaniam criminabantur, ſic inuehitur: *Si, inquit, Gentiles hanc vitam carperent, ſi Iudæi haberent ſolatium non placendi eis, quibus diſplicet Chriſtus. Nunc vero, proh nefas! homines Chriſtiani prætermiſſa domorum ſuarum cura, & proprij oculi trabe neglecta, in alieno oculo feſtucam quærunt, lacerant ſanctum propoſitum, & remedium pœnæ ſuæ arbitrantur, ſi nemo ſit ſanctus, ſi omnibus detrahatur, ſi turba ſit pereuntium, ſi multitudo peccantium.* Quaſi nulli ſint acerbiores ſanctitatis infectatores, quàm qui ſanctitatem profitentur. Hæc de iniuria Annæ facta.

D. Hier.

Acerbius oculos ſanctis inſerunt qui ſanctitatem profitentur.

Annæ patientia.

15. *Anna patiẽtia domi diu exercita, ſeru magis enituit.* D. Chryſ. *Socratis ſententia, & exemplum.* Agell.

Creuit Annæ patientia. Nam minoribus Pheninnæ contumelijs patiendis aſſueta, maiores poſtea ſacerdotis patientiſſime tolerauit. Vnde D. Chryſ. hom. 1. de Anna: *Domi, inquit, præparata ad ferenda maledicta, æmulaque conuitiis exercita, intrepide iam aduerſus eiuſmodi in alios conſueta.* Qui ſe domi veluti in vmbratili palæſtra ad patientiam exercet, foris in publico certamine, vbi patientia exagitatur, non ſuccumbit. Bene olim Socrates, vt refert Agellius lib. 1. cap. 17. rogatus ab Alcibiade, cur vxorem Xantippen adeò iracundam patienter ferret, nec domo exigeret. Reſpondit, quoniam cum illam domi talem perpetior, inſueſco, & exerceor, vt cæterorum quoque petulantiam, & iniuriam foris faciliùs feram. Ita igitur & Anna ex domeſticis, ac leuibus contumelijs patientet ſuperatis, & ad publicas, & grauiores iniurias ſuperandas patientior euaſit. Suam igitur in ſacerdotis contumelia patientiam multipliciter oſtendit.

16. *Placida reſponſio, maius aliquando patientiæ argumentum, quàm ſilentium.* *Ob iratum ſilentium, vindicta foret.*

Primò reſpondendo placidè: quod aliquando eſt magis patientiæ argumentum, quàm ſilentium; in hoc enim ſæpe nutritur ira, & vindicta fouetur. Vt patet in Abſalone, qui accepta inſigni iniuria a fratre ſuo Amnon, totum biennium tacuit: *Nec loquutus eſt ad illum malum, nec bonum.* 2. Reg. 13. num. 22. & ſtatim ſubditur ratio: *Oderat enim Abſalon Amnon, eo quod violaſſet Thamar ſororem ſuam.* Quod quidem odium tam [illegible] nutritum, tandem erupit in fratricidium, vt eodem capite narratur. Contrà verò Dominus militi alapam impingenti [illegible] reſpondit: *Si malè loquutus ſum, teſtimonium perhibe de malo: ſi autem benè, quid me cædis?* Ioan. 18. num. 23. ne ſi taceret, ira tumeſcere, & vindictam meditari videretur, vt D. Aug. tract. 113. in Ioan. ponit, docens, Chriſtum Dominum maiori patientiæ ſpecimen præbuiſſe placide reſpondendo, quam ſi tacendo alteram percutienti maxillam obtuliſſet, atque ad hoc ſatis declaraſſe, ſuum illud præceptum de altera maxilla offerenda, non oſtentatione corporis, ſed cordis præparatione implendum eſſe. Similiter igitur & Anna, cum iniuriam tranquillo corde excepiſſet, tranquillo pariter ore reſpondit. Et credendum, quæ Deum cum fletu rogauit, ſacerdoti cum riſu reſpondiſſe. Rebecca enim cum tolerantia coniungitur, vt Clem. Alex. lib. 1. pædagog. cap. 5. in coniugio Iſaac, & Rebeccæ præfiguratum credit. Nam Iſaac riſum, Rebeccam vero

Moiem Chriſti patientia in militi reſponſione, quàm in ſilentio enituit. D. Auguſt.

Riſus tolerãtia comes. Clem. Alex.

rò tolerantiam interpretatur; quaſi vbi tolerantia eſt, ibi riſus eſſe debeat; hoc eius verba: *Viſus à terra ad coniunctur* Iſaac Annæ patientiam in ſimili contumelia imitata eam fuit D. Paula. Nam, vt refert D. Hieronym. in eius epitaphio, quæ eſt epiſt. 27. ad Euſtochium, cum ei quidam ſuſurro nuntiaſſet *Quod præ nimio feruore virtutum, quibuſdam videretur inſana, & cerebrum illius diceret conſuenda,* quemadmodum hoc loco Anna temulenta dicta fuit, & eius vinum digerendum; adeò turbata non fuit, vt incredibili gaudio potius ſit reſponderit: *Nos ſtulti propter Chriſtum.* 1. Corinth. 4. num. 10. Imò & Chriſti Domini exemplo ſe incedendo [illegible] confolata fuerit, quem eius propinqui in Euangelio, cum dementis impotem ligare cupiebant, & *in furorem verſum eſſe exiſtimabant.* Marc. 3. num. 21. Quaſi libentiſſime ferret, ſe inſanam appellari; cùm vel ipſa æterna Sapientia delipere, & inſanire ab hominibus diceretur.

Iſaac & Rebeccæ interpretatio. *D. Paula ſimili in contumelia patientia.* D. Hier.

17. *Anna patiẽtia in verbaru, & reuerenti reſponſione enituit.* D. Chryſ. *Primorum parentum in Deum obiurgantem inurbana, & incivilis reſponſio.* Lippom.

Secundò patientiam ſuam oſtendit Anna reſpondendo cum reuerentia: *Nequaquam, inquit, Domine mi.* Vbi D. Chryſoſtom. hom. 1. de Anna: *Qui, inquit, contumelioſe loquutus erat, eum appellat Dominum.* Vide, quanto fuerit Anna obiurganti humanior in ſacerdotem, quàm Adamus in Deum. Nam Adamus leniter à Deo obiurgatus illis verbis: *Adam vbi es?* Geneſ. 3. num. 9. inurbanè, & inciviliter reſpondit: *Vocem tuam audiui in medio paradiſi, & timui.* Ibidem num. 10. Vbi rectè Lippomanus: *Sine honore, inquit, præfatione, & cognomine, ſine aliquo epitheto Deum alloquitur, veluti attonitus à voce Domini corripientis; & propria conſcientia iam confuſus, & accuſatus, non addit: Clementiſsime Domine Deus,* &c. Similiter & Eua ſui ſceleris à Deo inſimulata, *Serpens,* inquit, *decepit me.* Geneſ. 3. numero 13. quin prius Deum, cum quo loquebatur, aliquo honorifico titulo præfaretur. Iam verò Cain nihilo ſuis parentibus vrbanior, & officio ruſticus exercit, & ingenio, rogatus enim à Domino, vbi eſſet Abel, non dixit: Neſcio Domine; ſed ruris plenus, ſeu potius meru[illegible]rus, illiberaliter reſpondit: *Neſcio, num cuſtos fratris mei ſum ego?* Geneſ. 4. numero 9. Mira planè ruſticitas! Nam cum Deus de ſuo in homines dominatu adeò glorietur, vt nunquam Dominus in ſcriptura, niſi poſt hominis creationem dicatur; vt Tertullianus libro aduerſus Hermogenem cap. 3. teſtatur, & ipſi quoque Hebræi fatentur, dicentes: *Cum poſt homines faciet opus Dei, perfecta quoque Dei adhibetur appellatio.* Tamen primi homines paterna quadam obiurgatione a Deo puncti, hunc illi honorem inuident, & furantur. At verò Anna pro acribus maledictis humaniter benedicit, & à quo vocatur ebria, vocat Dominum. Vnde Diuus Chryſoſtomus homilia 59. in Matthæum. *Si, inquit, ex auro eis conſpiceretur, & gemmis conſtitueretur, non ita præſul geret, atque hac humilitatis ornatu reſplendet.*

Ruſtica Caini reſponſio.

De ſuo in homines dominatu Deus maximè gloriatur. Tertull.

Anna ex humilis patiẽtia gemmis exornatur. D. Chryſ.

18. *Illata iniuria maledictis ne non vergẽda ad bene ſaltem audiri.* [illegible]

Eandem Annæ patientiam cæleſtis ſponſa aliquando expreſſit; nam cum à ſodalibus carperetur: *Nigra,* inquit, *ſum, ſed formoſa filiæ Hieruſalem.* Cant. 1. num. 4. Vbi D. Bern. ſerm. 25. *Aduerte, inquit, ſponſæ patientiam, atque benignitatem. Non modo enim non reddidit maledictum pro maledicto, ſed etiam benedixit illas Hieruſalem vocans, quæ magis pro ſua nequitia filiæ Babylonis, vel filiæ Baal, aut ſi quod aliud nomen ingloriè occurriſſet, appellari meruerant.* Quiu etiam & Apoſtoli Annæ patientiam expreſſerunt, cum ſui in ebrietatis crimine coarguerentur, quo illa, peterentur. Vos enim à Iudæis *muſto pleni,* non retaliarunt, ſed vno pro omnibus reſpondit D. Petrus: *Non, inquit, ſicut vos æſtimatis,*

æſtimatis,hi ebrii ſunt. Act. 2.num.15. Vbi in primis aduerte,cæteros Apoſtolos quaſi de ſuis contumelijs minimè ſollicitos, nihil reſpondiſſe, ſed in prædicationis munere perſeueraſſe. ſolum Petrum, ad quem vt principem, ſuorum patrocinium ſpectabat, crimen obiectum modeſtiſſimè diluiſſe; vt D.Chryſ.hom.5.in Act.colligit ex illis verbis: *Sicut vos æſtimatis. Non dixit;* inquit, *ſicut vos ſubſannatis; neque ſicut vos ridetis, ſed ſicut ſuſpicamini: volens oſtendere, illos id dedita opera non feciſſe; & magis illos ignorantia velamento honeſto, quam malitiæ crimine notat.* Tantum abfuit, vt D. Petrus maledicta regereret, vt potiùs in ſe iacta modeſte, & humiliter extenuaret. *Nos contra,* inquit D.Chryſ. hom.1.de Anna, *ſi quando conuitijs appetimur, cum oporteret excuſare, & in gratiam redire, frequenter excitamus incendium, ac ferarum more inſilimus in conuitiatores, præfocantes, & pro dictis ſupplicium repoſcentes. Atque ipſis factis ſuſpicionem de nobis confirmamus.* Longe aliter vt ſe habeant ſaltem religioſi homines, hortatur Hugo Cardinal. vnius Annæ exemplo. Cum enim Anna iniuſtum conuitiatorem tam patienter tulerit, non debent illi aduerſus iuſtum, & modeſtum correctorem recalcitrare. Imò D.Bern.ſerm.29 in Cantic.ſuum ita monachum adhortatur. *Tu,* inquit, *accepta forte iniuria, non continuo more ſecularis obliqua referire fratrem reſponſione feſtines. Commotio tua ibi moriatur, vbi oritur, nec permittatur exire, vt dicere poſſis: Turbatus ſum, & non ſum loquutus.*

D Chryſ.

D.Chryſ.

Vindictam regerentes malam de ſe opinionem confirmant. Hug. Card.

D Bern. *Religioſi acceptam iniuriam patienti ſilentio premant.*

19. Tertiò patientiam ſuam oſtendit Anna excuſando ſe, ſine accuſatione alterius. Dolorem quidem ſuum aperuit, doloris tamen cauſas, nempe contumelias Phenennæ, prætermiſit. Sic olim & Ioſephus dicebat ſuam innocentiam; alienam verò ſuorum fratrum, & Ægyptiæ adulteræ malitiam tacebat. *Furtim,* inquit, *ſublatus ſum de terra Hebræorum, & hic innocens in carcerem miſſus ſum.* Geneſ. 40. num.15. Vbi vides vſum fuiſſe voce paſſiua, *ſublatus ſum, & miſſus ſum;* non actiua, *ſuſtulerunt, & miſerunt:* vt ſuas paſſiones, non aliorum actiones indicaret. Vnde D.Chryſoſt. homil.63.in Geneſ. *Hoc,* inquit, *vnum curat, non vt alios condemnet, ſed vt pro ſe ſolo dicat.* Quod ibi pluribus verbis amplificat. Nec immeritò. Alienum enim eſt à perfecta patientia, alios non tam zelo iuſtitiæ, quàm amore vindictæ accuſare. Gabaonitæ quondam Saülis poſteros apud Dauidem accuſarunt. 2.Reg.21 n.4. Sed antequàm ad accuſationem acceſſerint, quinam fuerint Gabaonitæ declaratur. *Porrò Gabaonitæ,* inquit textus, *non erant de filiis Iſrael.* ibid.n.2. Quorſum hæc tam diligens admonitio, cum nemo in ſacris literis mediocriter verſatus ignoret Gabaonitas eſſe ab Iſraëlitis alienos? Optimè reſpondet Lyran.ex Rabbi Salomone: *Si,* inquit, *Gabaonitæ fuiſſent de filiis Iſrael, fuiſſent magis miſericordes, & indulſiſſent factum Saulis contra eos.* Quaſi ſignificare vellet Scriptura, non eſſe de populo Dei, qui ab impatientia quadam abducti, alios criminantur. Vnde eſt illud de Abele; *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Geneſ.4. n.10. Quem locum D. Ambr. lib.2. de Abel & Cain, cap.9. ſic ad præſens inſtitutum commentatur. *Bene,* inquit, *vox ſanguinis fratris tui clamat, non frater clamat. Hoc innocentia, & gratia germani etiam in ipſa morte ſeruat. Non accuſat frater, ne videatur parricida. Non accuſat vox ipſius, non anima eius; ſed vox ſanguinis accuſat, quem ipſe fudiſti. Tuum te ergo facinus, non frater accuſat. Simul querela criminoſa adimitur. Non poteſt de alieno teſtimonio queri, qui crimen proprio fatetur confitetur.* Et ibidem notat, ne ipſum quidem ſanguinem de corpore, ſed de terra clamare. *Quia etſi,* inquit, *frater parcit, terra non parcit: ſi frater tacet, terra condemnat.*

Falſa crimina ſine alterius accuſatione excuſanda.

D. Chryſ.

Alios non zelo iuſtitiæ, ſed amore vindictæ accuſare, à nobili patientia alienum.

Lyran.

Impatiens accuſatio à fraterno nomine, & ſanguine aliena. D. Ambr.

Franc. de Mendoça in lib. Reg. Tom.1.

A Quaſi impatiens accuſator eſſe non poſſet ille ſanguis, quandiu intra venas patientiſſimi Abelis clauderetur. His igitur congruenter Anna à ſe quidem culpam depellit; ſed in alium tamen non detorquet. Primis parentibus in hac re longè ſuperior, qui vt à ſe culpam auerterent, vir quidem in mulierem; mulier verò in ſerpentem totam culpam retulerunt. Imò & Adam non ſine blaſphemia dixit: *Mulier quam dediſti mihi.* Geneſ. 3.n.12. Quaſi vellet, vt notat D.Greg.lib.33.moral.cap.14. *reatum ſuum obliquè in auctorem reliderе, qui ei mulierem dederat, quæ talia perſuaderet.* De qua re alibi plura.

Primi parentes vt culpã à ſe auerterent, illam in alium, imò in Deum cõiiciebant. D.Greg.

20. En ſingularis Annæ patientia. Sed vnde, quæſo, tam eximius fructus pullulauit, quod erat præcipuum huius ſectionis inſtitutum, niſi ab illa oratione, quam cum Deo familiariter iniuit. Nam ad eum ignem, qui in eius oratione exarſit, omnes animi affectus ita concoxit, vt nullas indignationis fæces in corde ſubſidere pateretur. Vnde D.Chryſ.in Pſalm. 129. loquutus de Annæ oratione. *Qui,* inquit, *ita precatur, etiam antequam conſequatur, quod poſtulat, ex oratione magna bona percipit, omnes animi perturbationes reprimens, iram ſedans, inuidiam expellens, cupiditatem extinguens, rerum ad vitam pertinentiam amorem diminuens, & exſiccans, animum in magnam tranquillitatem redigens, in ipſum deinde cælum aſcendens.* Vbi vides multò plura bona in oratione gratis à Deo erogari, quàm quæ orantis precibus emuntur: & inter omnia ſingularem patientiam, qua omnia maledicta, & conuitia ſine ira excipiantur.

Oratio patientia conflatorium.

D.Chryſ.

Plura bona, quàm petuntur, gratis à Deo in oratione donantur.

21. Dum quis orat, Spiritum ſanctum accipit: *In quo,* inquit Apoſtolus, *ſignati eſtis.* Epheſ.4.num.30. Qui igitur os ſuum tanto ſignaculo munit, & cuſtodit, quo pacto illud audeat in aliorum contumelias reſignare? Bene D. Chryſoſtom. hom.14. in epiſt.ad Epheſ. *Hoc ſignaculum,* inquit, *ſit in ore tuo: ne ſigilla ſuſtuleris. Cogita quanta ſit dignitas oris. Patrem vocas Deum, & fratrem ſtatim iniuria afficis? Si non eſt frater, quomodo dicis, Pater noſter? Illud enim noſter, multas ſignificat perſonas.* Quid igitur indignius, quam vt illo ore, quo Deus imploratur Pater, frater, vt aduerſarius, contumeliis feriatur? Non eſt hoc orantis filij, ſed impugnantis hoſtis. *Hæc ſunt,* inquit Chryſoſt. *digna filio Dei, inimicos, ingratos, fures, impudentes, inſidiatores, eos fratres facere, & hæredes: non autem qui facti ſunt fratres, eos tanquam mancipia afficere contumelia.* Cæterùm cum illi, qui orant, inter Angelos verſentur, iuxta illud: *In conſpectu Angelorum Pſallam tibi.* Pſalm. 137.num.1. quid iniquius, quàm inter Angelos, qui Deo modulantur, ſtare hominem, qui homini conuitietur? *Cogita,* inquit D.Chryſoſtom. *cum quibus ſtes tempore illorum myſteriorum, Cum Cherubim, cum Seraphim. Seraphim enim contumeliis non afficiunt; ſed os eorum vnum ſolum munus implet, Deum laudandi. Quomodo ergo poteris cum illis dicere, Sanctus, Sanctus, Sanctus qui ore vſus es ad contumeliam?* Vbi etiam docet, non magis ferendum eſſe, os diuinis laudibus aſſuetum in alienas contumelias effundi, quàm vas regiis epulis deſtinatum, luto, ac fimo, & impuris aliis fæcibus ſordidari. Os igitur, quod in diuinas laudes aperitur, nunquam in profanas contumelias reſeretur.

Orantis os Spiritu ſancto ſignatum, in aliorum contumelias non reſignandum. D.Chryſ. *Fratres maledictis inſectari, à filiorum Dei nomine alienũ.*

Conuitia ab eo ore aliena quod Deo inter Angelos modulatur.

Num. 19. Et ſurrexerunt manè, & adorauerunt coram Domino: reuerſique ſunt, & venerunt in domum ſuam Ramatha. Cognouit autem Elcana Annam vxorem ſuam: & recordatus eſt eius Dominus.

EXPOSITIO LITERÆ.

1\. *Manè, vel horam matutinam, vel diem craſtinum, vel vtrumque ſimul in Scriptura ſignificat. Manè hoc loco matutinam horam ſignificat, orationi maximè opportunam. D. Ambr.*

ET *ſurrexerunt manè. Manè* in Scriptura aliquando ſignificat horam matutinam, nullo deſignato die, vt Iſaiæ 5. num. 11. *Væ qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectandam.* Aliquando diem craſtinum, nulla deſignata hora, vt Leuit. 7. n. 15. *Cuius carnes eadem die comedentur; nec remanebit ex iis quidquam vſque manè.* Aliquando vtrumque ſimul, vt Exod. 16. n. 6. & 7. *Veſpere ſcietis, quia Dominus eduxerit vos de terra Ægypti; & mane videbitis gloriam eius.* Hoc igitur loco ſignificat in primis horam matutinam, quæ erat non ſolùm capeſſendæ viæ, ſed etiam fundendæ orationi accommodata. Vnde Dauid ad orandum matutinus euigilabat. *Præuenerunt*, inquit, *oculi mei ad te diluculo.* Pſalm. 118. num. 148. Vbi D. Ambroſ. ſerm. 19. ſerùs exurgentes reprehendit. *Graue*, inquit, *eſt, ſi te otioſum in ſtratis radius ſolis orientis inuerecundo pudore conueniat, & lux clara feriat oculos ſomnolento adhuc torpore depreſſos. An neſcis, ò homo, quod primitias tui cordis, ac vocis quotidie Deo debes?* Quaſi inde concluderet: ergo neceſſe eſt, vt primam lucem anteuertas.

2\. *Vtrum manè hoc loco diem etiam craſtinum ſignificet. Orig. D. Hier. Abul. ſententia. Quantum iter in die feſto Hebræis agere liceret.*

Cæterùm, an *manè* hoc loco ſignificet etiam diem craſtinum, ſeu proximè ſequentem, dubium eſt. Affirmat Abul. quia Anna orauit in die feſto, in quo non licebat iter agere. Exod. 16. num. 29. niſi admodum breue; nempe, aut duûm millium cubitorum, vt docet Orig. lib. 5. ſtromat. apud Oecumen. Actor. 1. aut, vt docet D. Hieron. in epiſt. ad Algaſiam q. 10. duûm millium pedum, quod adhuc erat breuius; cum vnus cubitus ſeſquipedem contineat: in ſequenti tamen die, qui iam erat operarius, longiorem viam, qualis illa erat, carpere iam licebat. Me tamen iſta ratio non mouet: quia cum hoc feſtum, vt n. 4. diximus, fuerit paſchale, continens octo dies, vnum Paſchæ, & ſeptem alios azymorum, in quibus etiam non licebat operari. Exod. 12. à n. 15. ad hoc, vt ratio conuincat, oportuit Annam vltimo die illius octidui oraſſe: quod tamen Abul. neque probat, neque fortaſſe probabile videtur: præſertim ſi maturior Annæ alacritas ad orandum ſpectetur. Incertum igitur mihi eſt, an ſtatim craſtino poſt orationem die iter in patriam arripuerit: maximè, cum non tam facilè ab eo loco, in quo tantum beneficium acceperit, ſepararetur. Nam ſi Naamanus magnum terræ pondus à Iudæa in Syriam aſportauit. 4. Reg. 5. n. 17. ne terram, in qua ſanitatem receperat, deſeruiſſe videretur: quid Anna ab vrbe Silo, in qua & corporis fœcunditatem, & animi iucunditatem à Deo obtinuiſſet, tam citò feſtinaret? Matutino igitur tempore receſſit: primo tamen poſt orationem craſtino, non affirmo.

Abul. ſententia reiicitur.

3\. *Anna poſt beneficium gratitudo. Gratitudo maioribus à Deo beneficiis cumulatur. D. Bern.*

Et adorauerunt. Non exprimitur, vtrùm ritu ſolenni poſt ſacrificia, an priuato cultu per orationes adorauerint. Ad vtrumque enim verbum *adorandi*, aptari poteſt, vt n. 3. oſtendimus. Vtrouis autem modo ſe habuerint, bonum gratitudinis exemplum ad poſteros reliquerunt: vt à quibus beneficium accipitur, ab iiſdem ſtatim gratia referatur. Vnde D. Bern. ſer. 13. in Cant. alludens ad illa verba: *Ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur, vt iterum fluant.* Eccleſ. 1. n. 7. *Si*, inquit, *copia aquarum ſecretis, ſubterraneiſque recurſibus inceſſanter aquora repetunt, vt inde rurſus ad viſus, vſuſque noſtros iugi, & infatigabili erumpant obſequio: cur non etiam ſpirituales riui, vt arua mentium rigare non deſinant, proprio fonti, ſine fraude, & ſine intermiſſione reddantur? Ad locum, vnde exeant, reuertantur flumina gratiarum, vt iterum fluant. Remittatur ad ſuum principium cæleſte*

A *profluuium, quo vberiùs terrare fundatur. Qualiter, inquit? Qualiter dicit Apoſtolus: In omnibus gratias agentes.* 1. Theſſal. 5. num. 18. Idcircò Dauid, qui multis precibus à Deo poſtulauerat liberationem ab hoſtibus, tandem liberatus ſubdit: *Qui exaltas me de portis mortis, vt annuntiem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion.* Pſal. 9. num. 15. Quaſi ad hoc tantùm beneficia acceperit, vt debitas Deo gratias decantaret, & ideò decantaret, vt maioribus deinceps beneficiis à Deo donaretur; vt D. Chryſ. ad eum Pſal. rectè obſeruat. *Vide*, inquit, *perpetuo orationi affixum; a malis enim liberatus, & in tuto collocatus, non ceſſat rurſus orare. Semper enim egemus Dei prouidentia: maximè autem, dum liberamur a malis. Aliud enim bellum*

Poſt diuina beneficia oratio magis neceſſaria. Proſperitatis, non aduerſitatis bellum difficilius.

B *excipit priori difficilius, ſocordia, & arrogantia; tunc enim ſpirat vehementius diabolus: quare maximè poſtquam liberati ſumus a malis, illo opus habemus auxilio, vt facilè res ſecundas feramus.* Similiter igitur & Anna: ſterilis preces fundit, vt fœcundetur; fœcunda gratias agit, vt maioribus deinde muneribus augeatur.

4\. *Omnia opera ab oratione incipienda. D. Hier.*

Accedit, quòd cum ſe eſſet in viam datura, priùs voluit orationis præſidio animum præmunire. Quo exemplo inſtruuntur omnes, vt ſuas ſemper actiones ab oratione auſpicentur. Et meritò. Nam teſte D. Hier. lib. 1. contra Pelagian. *Omnium ſanctorum vox vna eſſe ſolet, ad Deum in omnibus operibus deprecatio.* Vnde eſt illa eiuſdem D. Hieron. exhortatio

C epiſt. 22. ad Euſtoch. ſub finem. *Egredientes*, inquit, *de hoſpitio armet oratio; regredientibus de platea oratio occurrat, antequam ſeſſio: nec prius corpus culum requieſcat, quam anima paſcatur.* Senſim verò admonentur omnes, ne de corporis magis quàm de mentis viatico ſoliciti iter aggrediantur. Nam Ioſephus Hebræus lib. 2. de obſidione Hieroſolym. cap. 16. qui in appendice Bibliothecæ circunferuntur, vocat orationem itineris viaticum. Loquutus enim de Iacobo in Meſopotamiam abeunte, ait illum nihil tuliſſe ſecum præter baculum, quo Iordanem tranſiuit; *Viaticum vero ad iter tantum accepiſſe orationem*: qua omnia bella geſſit, & propter quam audiuit eum Dominus. Hoc igitur viaticum ſibi

Ioſeph. Oratio itineris viaticum.

D priùs Anna comparauit, quàm ex vrbe Silo in patriam rediret.

5\. *Viam ſuam abire, ſecuritatē à metu, & triſtitia in Scriptura ſignificat.*

Reuerſique ſunt. Septuaginta vertunt, *Abierunt viam ſuam.* Quæ phraſis ſecuritatem quandam à metu, & immunitatem à triſtitia ſignificat, vt teſtatur Arias Montan. lib. de arcano ſermone, cap. 17. probátque, tum ex hoc loco: tum ex cap. 2. Ioſue n. 16. Vbi Rahab ad exploratores Iericho: *Ad montana*, inquit, *conſcendite, & ſic ibitis per viam veſtram*: tum denique ex 1. Reg. 26. n. 25. Vbi Dauid liberatus ab inſidiis Saülis dicitur abiiſſe *in viam ſuam*, id eſt, ab omni periculo ſecurus. Hac igitur ſecuritate vſi, venerunt in domum ſuam Ramatha, ſeu in Ramatha: quamuis vulgata editio præpoſitionem, *in*,

E quam alia exemplaria ſecundo loco interſerunt, elidat. De Ramatha n. 2. dictum eſt. Cæterum, vt pateat quid diſcriminis inter primum aduentum in tabernaculum, & hunc reditum interfuerit, quæro primò, cur hoc loco dicantur ſurrexiſſe manè ad redeundum, non tamen ſuprà ad veniendum. Reſponderi poteſt, tum quia mulieres promptiores eſſe debent ad repetendam, quàm ad deſerendam domum; tum etiam, quia non ſolùm ad redeundum, ſed etiam ad orandum ſurrexerunt: antelucana verò oratio, ſicut in cælum purior aſcendit, ita Deo gratior eſſe ſolet. Quæro ſecundò, cur ante reditum orare dicuntur, non ante primum aduentum. Reſpondeo, tum quia feliciores redibant, quam venerant; in rebus autem proſperis maior eſt orationis neceſſitas, quàm in aduerſis, vt patet ex D. Chryſ.

Diſcrimen inter primum Annæ aduentum, & hunc reditum. Cur manè ad redeundum, non ad veniendum ſurrexiſſe dicantur. Cur ante reditum, non ante aduentum orare dicantur. D. Chryſ.

proximè

[illegible] non habe[illegible] [illegible] at in Silo, in quo [illegible], non autem in [illegible], *coram Domino*, [illegible] *Arca Domini*; vt Ribera in cap. 9. [illegible] n. 27. pluribus exemplis confirmat. Quæro tertio, cur in reditu dicatur *cum ſi* in numero plurali in primo autem aduentu, in ſingulari, *aſcendebat* [illegible]. Reſpondeo, quantum ad ſenſus, cum fuerit opus religionis, debuit pater familias [illegible], cuius exemplum cæteri familiæ ſequerentur, vt ita [illegible] redderetur: quod tamen in reditu non [illegible] Præterquam quod Scriptura aliquando propriè, aliquando figurata loquutione vtatur.

Ribera.

Cur in primo aduentu in ſingulari, in reditu in plurali dicantur veneriſ.

6\. *Cognouit autem E[lc]ana.* Honeſtis verbis coniugalis vſus indicatur. Nam [illegible] Hebræa lingua (quæ propterea non immeritò [illegible] dicitur) nullum eſt vocabulum, quo [illegible] propriè declaretur, vt teſtatur R. [illegible] b. [illegible] auctori dubiorum cap. 10. & ad [illegible] rationem: quia non oportet vt talia nominentur, nedum eis nomina imponantur. Cui rationi concinit [illegible] Pauli: *Nec nominetur in vobis*, Epheſ. 5. num. 3. Vnde hoc argumentum, ſi quando in ſacris literis tractari opus eſt, non niſi alieni, & translatis verbis explicatur, vt D. Thom. in Gen. cap. 4. D. Bonauent. in principio ſacræ Scripturæ, & [illegible] Rabanum cap. de materia, Abul. 1. Reg. 14. q. 5. [illegible] & alij obſeruant. Hinc illud de populo [illegible] tum [illegible] *dit populus manducare*, [illegible] *& ſurrexerunt ludere.* Exod. 32. num. 6. Vbi honeſto ludendi vocabulo turpis actio ſignificatur, vt rectè obſeruat Tertul. lib. aduerſus Pſychicos, cap. 6. *Intellige*, inquit, *ſanctæ Scripturæ verecundiam, luſum niſi impudicum non denotat.* Plura de hac re nuper proponunt, qui illa addunt eruditè. Legerunt recentiores, Cantapet. lib. 1. hypotypoſeon regul. 15. & ex noſtris Salmeron tom. 1. in Euang. proleg. 15. regul. 3. Pin[e]d. in cap. 31. Iob. verſ. [illegible] & in digreſſione quadam ad eundem verſ. Lorin. in 1. Petr. [illegible] verſ. 17. Quos, ſi vacat, conſule. Nec mirum, inhoneſta vocabula à ſacro ſermone exulare, cum etiam exulare debeant ab vrbano: vt luculenter ſcripſit M. Tullius lib. 1. offic. n. 177. ex quo loco mihi videtur D. Ambr. lib. 1. offic. cap. 18. plurima depromſiſſe, quibus loquendi honeſtatem in vrbano & quotidiano ſermone non leuiter inculcat.

Lingua ſancta modeſtia [illegible] [illegible] turpi[illegible] [illegible]

D. Thom. D. Bonau. Raban. Abul.

Tertull.

Cantapet. Salm. Pined. Lorin.

Inhoneſta vocabula non ſolùm à ſacris, ſed etiam ab vrbano ſermone debeant exulare.

M. Tull. D. Amb.

7\. Quod ſi aliquando Scriptura iis vtitur vocabulis, quibus res turpes, ſaltem figuratè intelliguntur, [illegible] id non eſt, cum ad legentium vtilitatem maximè requiratur. Vnde D. Ambroſ. lib. de Helia, cap. 2[illegible], expendens illud Iſaiæ 23. num. 15. *Erit [tem]pore quaſi canticum meretricis*, notat vocabulum *meretricis* à Propheta vſurpari: tum quia propria cum auctoritate [imp]udentiorem faciebat: tum quia eorum, quibus loquebatur, vtilitas hoc ipſum poſtulabat. *Videte*, [in]quit, *quibus verbis vtatur Propheta; nec refugiat verborum [illegible] [illegible] litatem. Nos enim dum redigimus, non quod nobis [illegible] quem illis lingua ſit caſtior: ſed auctoritas inferior. Maior enim vis rerum in talium expreſſione ſermonis [illegible] aut velit non enim erubeſcunt, erubeſcant vel non ipſa dictionum.* Nec aliter D. Chr[y]ſoſtom. hom. 5. in 1. ad Theſſal. ſub finem, expendens illud *Fauus diſtillans labia meretricis.* Prou. 5. num. 3. & [illegible] carnis illecebris deterrens, ſtatim precatus veniam: *Ferte me*, inquit, *aliquantulum inuenſum, vt ita dicam, loquentem, & impudenter me gerentem. Non enim lubens hæc patior, ſed propter eos, qui rerum non pudet, cogor verba dicere.* Et ſtatim Ezechielis patrocinio ſe tuetur, qui vt impudicos pudore afficeret, multa alioqui punienda dicere cogebatur:

Turpi[bus] ſi quando vocabulis ſcriptura, & an [illegible] [illegible] vtitur.

D. Ambr.

vt videre eſt toto cap. [illegible] & paſſim alibi. *Non enim*, inquit, *ea dicebat ex ſua ipſius* [illegible] *tione, ſed ex cura, & prouidentia. Nam* [illegible] *ver* [illegible] *indecorum; non eſt tamen ſepius indecoru.* Et à re medica petit exemplum. Vt enim medicus vlcera curaturus, tabo non dubitat inficere manus: ita planè & doctor vt impudentibus medeatur, vrbanos [illegible] aliqui erubeſcendum non veretur. Ita [illegible] conſtat [illegible] animorum vtilitas efficere poteſt, vt [illegible] aliquando verba vſurpentur, dummodo [illegible] quoad fieri poſſit, vt ſecundo modeſtiæ [illegible] obtegantur.

Elegans medica artis ſimilitudo.

Cæterum Caiet. hoc loco [illegible] obſeruat, poſt reditum in propriam domum ſcribi vſum coniugalem, ad inſinuandum, quod [illegible] abſtinuerint diebus, quibus fuerunt in Silo. Nam Hebræi dum ſacris, & precibus vacabant, ab opere coniugali abſtinebant, vt annot. [illegible] ſect. 1. latè oſtendimus, & Lyran. hoc loco confirmat: addens etiam in via, qua in templum ibant, & redibant, huiuſmodi continentiam ſeruari ſolitam, & propterea non omnes promiſcuè eadem via, ſed vna viros, altera fœminas, ſeorſim inceſſiſſe: vt iam in litera num. 3. tetigimus. Hunc autem morem continendi ab vxoribus tempore ſacrificiorum, & orationum, etiam inter Ethnicos floruiſſe, Tiraq. in leg. 15. connubialem à num. 114. copioſe tradit. Addit Lorin. citato loco illum quondam inter coniuges fuiſſe morem, vt toto quadrageſimali ieiunio ab vſu matrimonij abſtinerent. Quod licet non probet: probari tamen poteſt ex Concilio Elibertino, in quo [illegible] coniugibus, qui ſecus fecerint, quadraginta dies [illegible] in pane, & aqua pœnæ loco imponebantur, vt apud Tiraq. citatum num. 113. videre eſt. Sed huius Concilij auctoritatem eleuant, & imminuunt grauiſſimi auctores, Baron. tom. 1. Ann. Chriſti 57. Bozius tom. 2. de ſignis Eccleſiæ, lib. 15. c. 1. Bellar. tom. 2. controu. 4. lib. 2. c. 9. & alij. Et quamuis Ferdinandus de Mendoça eam acerrimè [tue]atur, tamen hoc decretum non fuiſſe ab eo Concilio editum, fatetur lib. 1. c. [illegible]. Verùm quidquid ſit de eo Concilio, certè hoc decretum apud Bedam lib. de remedijs [illegible] & [illegible] 8. tom. reperitur. Vnde multi ſunt Theologi, qui in vſu matrimonij per dies ſacros, aut rogationibus, ieiuniiſque dicatos, lethalem culpam, aut certè veniale incurri arbitrantur. Quamuis totam de hac re controuerſiam Sancius lib. 9. de matrimonio, diſput. 12. mitius componat.

8\. Caiet.

Hebræi dum ſacris, & precibus vacabant, ab vſu coniugali abſtinebant.

Sacrorum tépore etiam Ethnici ab vxoribus abſtinebant.

Tiraq. Lorin.

Tempore quadrageſimali ieiunio Chriſtiani quondam ab vſu matrimonij abſtinebant.

Conc. Eliberitin. Tiraq. Baron. Bozius. Bellarm. Ferdin. de Mend.

Beda.

Sancius.

Et recordatus eſt eius. Recordari in Deo idem eſt, quod *miſerari*. Gen. [illegible] n. 22. *Recordatus quoque Dominus Rachelis, exaudiuit eam, & aperuit vuluam eius.* Eſther. [illegible] n. 12. *Recordatus eſt Dominus populi ſui, ac miſertus eſt hereditatis ſuæ.* Plura loca non citamus. Quam ſignificationem ex etymologia verbi colligit D. Thom. ſeu quiſquis ille eſt, qui circa Geneſim commentatur, in c. 9. N[am] *recordatus*, inquit, *idem eſt, quod iterum cordi datus.* Nec mirum, recordari, & miſerari in Deo eundem habent ſignificatum; quia Deus vbi [illegible] recordatur, tam citò miſeretur, vt [illegible] inter memoriam, & miſericordiam diſcrimen [illegible] accedat. Sed ſi Deus, inquit aliquis, ſemper recordatur, cur non ſemper miſeretur? [F]acilè eſt reſponſio; quia licet Deus ſemper cognoſcendo recordetur, non tamen ſemper beneuolendo, niſi quando noſtris [illegible] exc[ita]tur; aliàs dormire videtur, & [illegible]. Mirum aliquis, quod Deus [illegible] [illegible] peccatoribus [illegible] pœnitentibus [illegible] mutari debet, [illegible] patentes tantis beneficiis à Deo [illegible] ſæpius in ſtatu innocentiæ, nulla [illegible] tiarum

9\. *Recordari in Deo idem quod miſerari.*

D. Thom.

Cur Deus [non] ſemper [illegible] [illegible] ſemper [illegible].

Rupert.
Ingratitudo primo peccati ruina.

tiarum actiones edidiſſe, quibus Deum ad ſui recordationem concitarent. Vide Rupert. lib. 2 in Geneſ cap. 39. *Animaduertendum*, inquit, *eſt, quam pertinaciter homo primus a creatoris laude mutus perſtitit, quam obſtinatis labiis ab omni gratiarum actione abſtinuit, & ingratum Domino Deo ſilentium dedit; formante Deo, & inſpirante ſpiraculum vitæ, non ſuſpirauit eodem ſpiraculo vitæ in plaſtæ ſui faciem, vt adoraret, & glorificaret, vt ei gratias ageret. Item ab eodem Domino Deo poſitus in paradiſo voluptatis nullas ei gratias egit, & taciturna ingratitudine tantum, quaſi que felicem deliciarum locum quaſi rapinam arbitratus occupauit.* In qua ingratitudine duo accedebant. Vnum, quod post lapſum, culpam ſuam non cognouerit. Nam, vt addit ibi Rupert. *Qui gratiam Dei non cognouit mirum non eſt, quod peccatum ſuum non agnoſceret eodem quippe intuitu, & ſuum malefactum, & diuinum erga ſe beneficium cognoſcit homo.* Alterum, quòd Deum ad ſui recordationem non euocauerit, ſed potius in ſui obliuionem tradiderit, iuxta eundem Rupert lib. 3 in Gen. cap. 13 qui fingens Deum graui è ſopore vigilantem ad auram poſt meridiem in paradiſo deambulaſſe, ſubdit: *Culpandúſne*, inquit, *eſt Deus, quia toto meridie dormiuit, & eo dormiente lupus ouem centeſimam tulit? Non vtique: ſed tota culpa illius eſt, qui cuſtodem ſuum dormire permiſit. Nam vt ille non dormiat, in arbitrio hominis eſt, qui ſemper illum inquietare debet; iuxta illud: Qui reminiſcimini Domini, ne taceatis, & ne detis ſilentium ei.* Iſaiæ 62. n. 7. *Quomodo non dandum eſt ſilentium ei? Videlicet toto die, & tota nocte, non tacendo laudare nomen Domini. At Adam, & vxor eius, pari pertinacia ſilentium tenuit; neque vllam gratiarum actionem reddidit, neque vllum confeſſionis verbum de ore cuiuſlibet eorum ſonuit in auribus Dei. Itaque neque eius culpa eſt, qui dormiuit, ſed eius qui tam ingratum ſilentium, vt merito obdormire poſſit, ei præbuit.* Non ita Anna. Sed ſuis precibus Deum excitauit, vt ſui recordaretur. Et propterea recordatus eſt eius Dominus. Hæc autem recordatio, cum ſit aliquid nouum quod antea non erat, non in interno Dei actu, ſed in externo beneficio conſiſtit; vt deinceps patebit.

Ingratitudo nec propria vitia nec Dei beneficia agnoſcit.

Ingratitudo Dei ſolus ſomnum inducit, & obliuionem.

Num. 20. Et factum eſt poſt circulum dierum, concepit Anna, & peperit filium: vocauitque nomen eius Samuel: eò quod à Domino poſtulaſſet eum.

EXPOSITIO LITERÆ.

1\.
Anna fœcunditas, & in ſterilitate & in ſenili ætate prædicanda.
Hildeb.
D. Aug.
Anna fœcunditas non ſolùm propter filium, ſed propter talē filium commendatur.
D. Hieron.
Annæ autem vterus pretioſo thesauro onuſtus.
D. Chryſ.

POſt circulum dierum En Annæ fœcunditas duplici miraculo prædicanda, & quia in vulua ſterili, & quia in ætate ſenili, ſi vera eſt ſententia Hildeberti Cænoman. Epiſcopi epiſt. 41. ad Adelam Comitiſſam, vbi loquutus de Annæ partu: *Anna*, inquit *fœcundior octogenaria, quam iuuencula fuit.* Hoc modo euaſit Anna illam maledictionem, quam incurrere dicebantur, *qui non reliquerint ſemen in Iſrael.* Exod. 23. n 26. & Deut. 7. n. 14. non ſolum quia filium peperit, ſed filium Samuelem totius pietatis & cultorem, & doctorem. De hoc enim ſenime D. Aug. lib. quæſt. ex veteri Teſtamento q. 17. illam legem interpretatur. Vnde eius venter, qui tam diuitem theſaurum edidit, aureus dici poteſt, non minori iure quam olim D. Hieron. in epiſt. 4. de matre Sanctorum iuuenum Euſebij, & Cromatij loquutus: *Cuius*, inquit, *vere venter aureus poteſt dici, quia tales vos genuit.* Vnde D. Chryſ. hom. 1. de Anna, dicit eius *vterum pretioſo theſauro onuſtum.*

2\. Sed dubium eſt de tempore huius conceptus, & partus. Abulenſis exiſtimat, & conceptum, & partum fuiſſe poſt circulum dierum, ductus fortaſſe ſola conſideratione verborum. Aliter tamen ſentio: tum quia ſi ita diceretur Elcana ſuperiori numero ante circulum dierum cognouiſſe vxorem, ſi nullus ex eo viſu fœtus & proinde nullus cum ſequenti [illegible] nexus [illegible] quæreretur: tum quia falſo diceretur ante eundem dierum circulum fuiſſe Dominus Annæ recordatus, ſi ea recordatio conſiſtit, vt diximus, in collatione beneficij, quod tamen ante eundem dierum circulum non accepit. Sentio igitur concepiſſe ante circulum dierum, & poſt illum peperiſſe. Quod ſentium Septuaginta interpretes manifeſte expreſſerunt. Sic enim habent: *Concepit, factum eſt autem in tempore dierum, & peperit Anna filium.* Neque Vulgata editio aduerſatur, quæ vtitur, vt ſæpe alias, recapitulatione, qua res, non ſeruato temporis ordine narrantur, & quæ prius factæ ſunt, poſterius referuntur. Quamuis ſi quis verborum ordinem ſeruare velit, dicere poterit, ſtatim poſt congreſſum, fœtum organizari cœptum, & poſt circulum dierum, vt fieri ſolet, animari.

De tempore huius conceptus, & partus.
Abulenſ.
Abul ſententia refellitur.
Vera ſententia.

3 Sed quid eſt, *poſt circulum dierum*? Angelomus, & Interlin. *poſt anni reditum.* Vatabl. *poſt aliquot dies ſiue menſes*: Abul. *aliquo poſt tempore.* Dico non eſſe aliud quàm poſt illud temporis ſpatium, quo fœtus in vtero ad partum maturescit. Quod ſpatium dicunt aliqui eſſe decimeſtre: iuxta illud Virgilianum in Pollione,

Circulum dierum [illegible] ſpatiū [illegible] ad partum maturā.
Angelom.
Interlin.
[illegible]
V irgil.
Plautus.
Intra decem menſium ſpatium, fœtum in vtero maturaſcere, communis aſſeruit ſententia.
Ouid.

Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes.

& illud Plautinum in Amphitrione; *Decimo poſt menſe naſcitur puer.* Quibus concinit Ouid. 1. Faſtorum. Vbi loquutus de Romulo qui annum decem tantùm menſibus complebat, ſubdit rationem qua docebatur.

Quod ſatis eſt vtero matris dum prodeat infans,
Hoc anno ſtatuit temporis eſſe ſatis.

Accedit Ius Ciuile: nam in 6. tit. 29. de poſthumis hæredibus inſtituend. legitimi hæredes cenſentur filij poſthumi, qui decimo menſe a patris interitu naſcuntur. Neque deſunt ex ſacris oraculis teſtimonia. Nam Salomon de ſe ipſo loquutus *Decem*, inquit, *menſium tempore coagulatus ſum in ſanguine.* Sap. 7 n. 2. Vnde Tertull. lib de anima, cap. 37. *Legitima*, inquit, *natiuitas ferme decimi menſis ingreſſus eſt.* Et rationem addit moralem: *decem*, inquit, *menſes Decalogo magis inaugurent hominem, vt tanto temporis numero naſcamur, quanto diſciplinæ numero renaſcimur.* Conſentit D. Ambroſ. ſer. 15 in Pſal. 111. Vbi loquutos de naturali amore erga parentes: *Non poſſum*, inquit, *ſaluo pietatis iure odiſſe patrem, cui debeo, quod creatus ſum; nec matrem longo decem menſium faſtidio piſſatus onera portantem.* Adde D. Aug. epiſt. 3. ad Voluſianum, cui interroganti circa Beatæ Virginis puerperium, *an pertulerit decem menſium longa illa faſtidia mater*, ita reſpondet D. Aug. vt quamuis rem non omnino exprimat, tamen annuere videatur. Quod tamen in lib. 4. de Trinit. cap. 5. clarius expreſſit. Tandem D. Petr. Dam lib. 2. epiſtul epiſt 21. & in ordine 42. refert, pleroſque Eccleſiæ Doctores in ea eſſe ſententia, vt aſſerant, *decem menſibus hominem in materno vtero coaleſcere, nec intra nouem menſium ſpatium ſæcantur exire.* Quod tamen ipſe interpretatur de decem menſibus triginta tantùm dierum, iiſque non completis, ſed tantùm inchoatis. Sic enim & Chriſtus Dominus, qui conceptus 25. Martij, & natus 25. Decembris, nouem tantùm menſes impleuiſſe videbatur, in decimum nihilominus dicendus eſt excurriſſe; cùm ex illis nouē menſibus, quinque vnum &

Tertul.
D. Auguſt.
[illegible] et Dam.
Prædicta ſententia explicatur, & [illegible] natatur.

& [illegible] vltrà nouem A [illegible] um inchoant, fu- p[illegible] patium, quo vte- [illegible] fœt[illegible], rectè dicitur [illegible] dies [illegible] denar[illegible] a mathe- [illegible] ur nom[illegible] ſeu cu[illegible]la- [illegible] de [illegible] testatur.

4. [illegible] *nomen* [illegible]. T[illegible] ad [illegible] peti[illegible] A[illegible] [illegible]

[illegible]

5. [illegible]

6. [illegible]

parens nomina imponebat, vt dictum eſt, aliquando vterque ſimul idem nomen, vt patet in Iſmaële. Geneſ. 16. n. 11. & 15. in Ioanne Baptiſta, Luc. 1 n. 6[illegible]. & 63. in Christo Domino. Luc. 1. num. 31 & Matth. 1. n. 21. vbi etiam Ioſepho hoc munus committitur, vt patris officio honoretur: aliquando deinque vterque parens ſimul, non tamen idem no[illegible], ſed quiſque ſuum, vt patet in vltimo Patriarcha, quem Rachel mater appellauit Benoni; Iacob autem pater Benjamin. Geneſ. 35. n. 18. T[illegible] d[illegible] à parente nomen al[illegible]qu[illegible]ndo imponebat, v[illegible] in Salomone, de quo d[illegible] 2. Regum 12. [illegible] Propheta Nathan [illegible] *cauit nomen eius*, [illegible] *mini*. Cum igitur in Scriptura tota B [illegible] non [illegible] ad vnum [illegible] potius quam ad [illegible] potestas h[illegible] [illegible]tur.

Aliquando alius à parẽte nomen im- ponebat.

Hactenus de iure. Nam [illegible] facto Anna impo[illegible] Samuel, vt patet [illegible]. Sed cur Anna [illegible] Elcana. Forte quia Anna [illegible] cum [illegible] Deo impetrauit. C[illegible] Samuelis [illegible] a D[illegible] Iſmae[illegible]. Gen. 16 n. 11. [illegible] tamen Iſmael [illegible] ex parte cum Samuele compa[illegible] C[illegible] lo[illegible] *de diuinæ gratiæ* [illegible] C [illegible] Christo [illegible] Ioanni Baptiſtæ. Luc. 1. [illegible] Iſaac. [illegible] 9[illegible] Non [illegible] igitur ad Samuelis [illegible] eius nomen à Deo [illegible] hec [illegible] gratia gratis data, quæ [illegible] cert[illegible] de quibus dubi[illegible] [illegible].

7. *Cur Anna nomen Samueli impoſuerit.* *Cur Samuelis nomen à Deo prædictum non fit.* Caiet. *Ex quinque viris quorũ nomina ante ortum prædicta ſunt, primus fuit Iſmael, de cuius ſalute nihil ſcitur.* *De nominis antiquitate non intumeſcendum.*

[illegible] hunc quoque patiam, [illegible] D [illegible] vbi dicit, [illegible] Moyſes. Sed cum in D [illegible] *& Aaron in* [illegible] *inuocant nomen eius* [illegible] *modo*, [illegible] *Moyſis* [illegible] *nomini* [illegible] *ta poſt tem*[illegible]. *Cuius* [illegible] [illegible] E[illegible] [illegible] Samuel [illegible] Moy[illegible] [illegible] Quod fort[illegible] D. [illegible] D. Hil[illegible] [illegible] Moyſe [illegible] no[illegible] E [illegible] Samuel [illegible] Moyſe; reſpondet, [illegible] *opert*[illegible] *Pro*[illegible] [illegible] *nomen e lide*[illegible] [illegible] *nomen* [illegible] *non in*[illegible] [illegible] *præd*[illegible] *ſit* [illegible] *cæteris* [illegible] à Deo [illegible] Quod etiam de [illegible] in [illegible] Ioſepho G[illegible] [illegible] Na[illegible] Vi[illegible] & ru[illegible] Se[illegible] vero de

8. *Samuelis nomen diminu- tu, prædictũ aliqui affirmant.* D. Hier. D. Hilar. D. Gregor. Nazianz. *nomen ante ortum à Deo impoſitum.* D. Greg. Presb. Gerſon. *B. Virginis & [illegible] Ioſeph nomina ante ortum à Deo impoſita.*

Beata Virgine Auctor libri de eius ortu, qui inter opera D.Hieronymi circumfertur: idémque de nonnullis aliis narratur.

9 *Quo tempore nomina filiis imponerentur.* Secunda quæſtio eſt, quo tempore nomina filiis imponerentur. Miſſis Gentilium ritibus de quibus Plutarchus problemate 102. Macrobius 1. Saturn. cap.16. Alex.ab Alex 2.genial dier.c.25. Suidas in verbo Ἀκάνω, & plures alij, inter Hebræos octauo die nomina imponebantur. Nam circumciſio fiebat octauo die,vt patet Geneſ.17.num.12.Leuit. 12.n.3. Luc.1.n.59 tum quia ille dies ſpiritualem, & æternam vitam inchoabat, vt D Cyprian.ſerm. de Circumciſione, & D.Auguſt. ſerm. de verbis Domini, aliique teſtantur, tum quia is dies erat maximè ſalutaris, cum poſt ſeptimum, qui criticus, & feralis dicitur, ſequeretur, & in quo iam infans eſſet firmior, ac vegetior ad dolorem ſuſtinendum, vt D.Thom.3.p.q. art. ad 3.aduertit. Atqui in eodem circumciſionis die fiebat nominis impoſitio, vt ex Luc.1.n.59. & Luc.2.n.21. apertè colligitur,ergo,&c.

Plutarch. Macrob. Alex. ab Alex. Suidas. Inter Hebræos nomina octauo die imponebantur. Cur octauo die circumciſio fieret apud Hebræos. D Cypr. D.Auguſt. D.Thom.

10 *Obiectio. Deceſſeritne circumciſus primogenitus Dauid ex Berſabee.* Obijcies, neque circumciſionem fieri ſemper octauo die, neque nomen eo die certum ſtatuo imponi: nam primogenitus Dauidis ex Berſabee ſeptima die è vita deceſſit, adhuc innominatus, vt patet ex 2. Reg. 12. num. 18 & tamen deceſſit circumciſus; ergo circumciſio fiebat ante octauum diem,& ante nominis impoſitionem. Minorem propoſitionem, in qua ſola difficultas oſtenditur, nam puer deceſſit innocens, & originali ablutus, D. Ambroſ.orat.de fide reſurrectionis teſtatur. Quærens enim cur Dauid Amnonem, & Abſalonis mortes deplorauerit, non autem huius infantis, reſpondet: *Amnonem, & Abſalonem mortuos fleuit, & flendum infantem mortuum non putauit: illos enim ſibi perire credebat; hunc reſurrecturum ſperabat.* Et hoc ipſum repetit orat.de obitu Valentiniani. *Incipiam*, inquit, *Amnon filium fleuit occiſum: parricidam Abſalon doluit interemptum; innocentem filium non putauit eſſe lugendum quia illos ſibi periiſſe propter ſcelera, hunc pro innocentia credidit eſſe victurum.* Ergo deceſſit circumciſus ante octauum diem, cum nemo in ſeculis in lege veteri,niſi per circumciſionem ab originali macula expiaretur.

D. Ambr.

11 *Magiſt. Prima ſolutio. Refellitur.* Reſponderi poteſt primò ſecundùm Magiſt. in 4. d. 1. fuiſſe circumciſum ante octauum diem ex priuilegio,ſeu diſpenſatione legis in periculo mortis. Sed contrà, quia tali diſpenſatio, vt docet D.Thom. citatus, non dabatur, aliqui ad euitandam infantis mortem [illegible]. *Secunda ſolutio. Abul.* Secundo reſpondent [illegible] ſecundum Abulenſem illum infantem non obiiſſe ſeptimo a natiuitate die, ſed ſeptimo ab ægritudine, qui fuit [illegible] a natiuitate atque adeò circumciſum & [illegible] obiiſſe, quamuis eius nomen tacetur [illegible] rum aliorum. Eſt probabilis [illegible], ſed [illegible] communis. *Tertia, & vera ſolutio. Caiet. Originale peccatũ ante octauũ diem pueris detergebatur per aliquod ſignum, ſiue ſolle baine. Suar.* Tertiò reſpondetur [illegible] ſeptimo a natiuitate die [illegible], & nominatum deceſſiſſe, expiatum [illegible] originali per aliquod ſignum [illegible] ſicut in lege naturæ [illegible] ſi quando caſus neceſſitatis [illegible] tur,vt Suar. [illegible] ris Theologis c[illegible]m [illegible].

12 *Cur ſola nominis impoſitio, non Samuelis eir cuncitio, ex primatur.* His poſitis [illegible] Samuelis [illegible] catur; cùm [illegible] tam circumciſio [illegible] quod huius potius [illegible] tem hiſtoriam [illegible] circumciſione [illegible] quod non ſit Samuelis in cæteris in[illegible].

munc at verò impoſitio nominis, & noua eſt, & propria Samuelis.

Quæret aliquis, cur eodem die, & circumciſio, & nominis impoſitio concurrerint, quemadmodum & nunc baptiſmus cum eadem nominis impoſitione coniungitur. Reſpondeo [illegible] la[illegible] in cap. 1 Luc quia quo die quis [illegible] naſcitur per gratiam, eodem æquum eſt,vt nominetur, & in cæleſtis militiæ album referatur. Vbi etiam rectè aduertit, non ſolum [illegible] onem, & nominis [illegible] nem [illegible] die c[illegible] , ſed [illegible] poſt circumcidi puerum, & [illegible] nomen imponi. *Quia prius [illegible] qui [illegible] iendum [illegible] culum [illegible], & tunc humanum nomen [illegible] carnalis, [illegible] nus e[illegible] nominetur miles Dei, [illegible] in [illegible] calorum ſcriptus [illegible].* Sic D. Paulus [illegible] vt alia omittam exempla, quæ in ſacris literis paſſim occurrunt, cum prius in carnis operibus [illegible] veteri depoſito [illegible] nouo duce Chriſto Domino [illegible] deteret. Vide [illegible] bu [illegible],& [illegible] hon[illegible] [illegible] *[illegible] inquit, [illegible] de [illegible] domi[illegible] nomen [illegible] ita [illegible] ſpiritus ſanctus facit, vbi Paulum captiuum [illegible] bulum eius mutauit, vt etiam inde d[illegible] P[illegible] habere Dominum.*

13 *Cur olim nomina impoſitio [illegible] nec non [illegible]. Tim. [illegible] Sc. [illegible] inſti nomen in cæleſti militia albo recenſetur.*

D Paulus [illegible] in car[illegible] nis [illegible] nomen vetus [illegible] & [illegible] accepit D Chryſ.

Nec immeritò. Nam qui in peccato [illegible] dignus nomine [illegible]. Vnde [illegible] poſſident [illegible], vt Atlantes Africæ populi [illegible] qui [illegible] montibus [illegible] vagantur, nullis propriis nominibus diſtinguerentur, vt Herodot. lib.4. Plin.lib.5. cap. 8. Solinus cap. 4 [illegible] ſicut [illegible] peccatum [illegible] nominibus [illegible]. E[illegible] eſſe nomine [illegible] curant [illegible] eodem [illegible] in rebus humani [illegible] in Scriptura propriis nominibus [illegible]. *[illegible] autem [illegible] Me[illegible]* 1.Reg.14 n 9 [illegible] ſolum [illegible] etiam [illegible] & [illegible] peccatores [illegible]. V[illegible] t[illegible] a [illegible] at [illegible], prop[illegible] Cur [illegible] Reſpondet L[illegible], inquit, *[illegible], propter [illegible] quia [illegible] & [illegible]*. At [illegible] 1. Reg. 3 [illegible] nominat, lo[illegible] *[illegible] non erat*, inquit Lyran *[illegible] ad [illegible].* Si igitur non nominatur [illegible] poteſt, quo iure nomine [illegible] ad cæleſte. Sed de hac [illegible].

14 *Peccatores [illegible] nomine [illegible] ſi [illegible], quia [illegible] ni [illegible] alien[illegible] ſine nomine.* Herodot. Plin. Solin.

Pro lacrimas [illegible] nomine.

Lyran.

T[illegible] quæ[illegible], vt le[illegible] tres Patriarchæ n[illegible] [illegible] tentur. Dicunt [illegible] ductiſque [illegible] *[illegible] cum nomine [illegible]* Luc.1.n.59. Vbi etiam Eliſabethæ [illegible] vocabant [illegible] *[illegible] vocetur hoc nomine* [illegible] c[illegible] vt ho[illegible] caput fuerit [illegible] ſibi [illegible] nihilominus ante [illegible] erat. Vt [illegible] enim Pa[illegible] c[illegible] De [illegible] [illegible] N[illegible] requie[illegible] n.2. [illegible] ap[illegible] auit [illegible], id eſt, [illegible],

15 *Vide [illegible] Patriarchæ [illegible] da [illegible].*

[illegible] *ſua* [illegible] alterum Eliezer, A [illegible] *adiutorium,* [illegible] *patris mei adiutor* [illegible] *nit me de manu Pharaonis.* Exod.2.n.22. Sic [illegible] appellauit primogenitum ſuum Manaſſen, [illegible] *obliuiſci me fecit Deus* [illegible] *meorum, & domus patris mei* [illegible] *paraim,* id eſt, *frugi*[illegible]*um,* ſeu, *creſcentem,* [illegible] *re me* [illegible] *in terra paupertatis meæ.* Gen. 41.n.51. & 52. Quam [illegible] dinem magn[illegible] D. C[illegible] ſuprà annot. 4.1[illegible] 4. [illegible] Euſeb[illegible] Cæſar. lib. 11. de præp[illegible] cap. 4. [illegible] nomen [illegible] *emus* [illegible] *a* [illegible] *ctoris mi*[illegible] *ad- m*[illegible]

D Chry. Euſeb. Cæſar.

16\. Igitur [illegible] A [illegible] hum exemplum [illegible] Samuelem [illegible] non [illegible] ſed [illegible] Samuel idem eſt [illegible] vt [illegible] celebratiſſimus qui [illegible] *qui* [illegible] Euſebius [illegible] Vel idem eſt quod [illegible] vt [illegible] Philo Iudæus lib. de [illegible] & lib. de [illegible] & lib. Quod [illegible] mutabile [illegible] Reſp. perturbarunt, Samuel [illegible] Vel [illegible] *abitus* [illegible] vt [illegible] eſt, [illegible] *E* [illegible] decet Dei nom[illegible] Hebr[illegible] Vel idem eſt, quod *nomen eius Deo,* ſeu [illegible] *a natiuitate eius Deus,* vt R[illegible] Angelom. [illegible] Cardinal[illegible] & M[illegible] Elen[illegible] nominum Hebræorum interpretum.

Samuelis nomen [illegible] Phil. Iud.

Raban. Angelom Hug. Card. Mon. [illegible]

17\. Non [illegible] Vatabl. non eſt perfectam huius nominis [illegible] cùm ſola prima litera verbi S[illegible] tur [illegible] adque mirandum [illegible] cùm a muliere, non a viro docto impoſitum ſit. Sed [illegible] vtroque fallitur: nam & ille [illegible] compr[illegible] erat inter Hebræos [illegible] Anna non ex imp[illegible] ex perfecta notitia per orationem a[illegible] fabricaret. Neque in hoc mihi [illegible] ſuo fortè peccato [illegible] filijs impoſuit, al quâ[illegible] appellauit Cain, id eſt, [illegible] non poſſed[illegible], cùm [illegible] Gen.4.n.1. Secundo [illegible] appellauit Abel, id eſt, *vanitas* [illegible] non [illegible] ſanctitatē. At ve[illegible] illuſtr[illegible] nomen filio impoſuit Samuelis, non [illegible] erauit. N[illegible] cùm & parentes Abrahæ infi[illegible] nomen impoſuerunt, [illegible] D. Chry[illegible] hom. [illegible] in Gen. expendit. [illegible] *A*[illegible] *translator. Ab initio* [illegible] *antea* [illegible] *ni-* [illegible] *A*[illegible] [illegible] *Samuel* [illegible] *d* [illegible] *c.* [illegible] Anna in imponendo nomen [illegible] Samu[illegible] pret[illegible] adorando Deo ad finem, *in* [illegible] *nit, ſupra* [illegible] *conditio.*

Vatabl. *Vatabli ſententia debacat, in logia, rejicitur.* *Anna ex perfecta notitia filio nomen impoſuit.* *Eua i*[illegible] *in liberum nomi*[illegible] D. Chryſ.

Samuelis nomen [illegible]

18\. Samuelem ergo appellauit [illegible] ex [illegible] bat, vt quoties [illegible] toties diuinum beneficium recordaretur. Sic

D. Chr[illegible]

enim antiqui Patres conſueuerant, vt ex proximè dictis patet, & Lippom. in cap. 2 Exod. aduertit: *Sancti,* inquit, *beneficiorum Dei memoriam perennem inſtituunt ſibi nominibus filiorum, vt quandocunque liberos aſſ*[illegible]*erent, vel vocarent, diuinorum beneficiorum recordarentur ex nomine.* Eandem ob cauſam voluit Deus, vt Iacobus ex lucta cum Angelo inita perpetuo claudicaret. Gen.32.n.31. vt quemadmodum Romanus quondam Appius, claudicans ex vulnere pro patria ſuſcepto, dicere ſolebat, ſe ſingulis quibuſque paſſibus ſuæ gloriæ admoneri: ita & Iacobus ex ſua claudicatione acceptam à Deo benedictionem in memoriam reuocaret. Quin etiam in memoriam nerui, qui emarcuit in femore Iacobi, B voluit Deus, vt Hebræi à neruo comedendo abſtinerent. Gen.32.n.32. Nam vt bene D. Chryſ. hom. 58 in Gen. *Sciens,* inquit, *eorum magnam ingratitudinem,* [illegible] *quod obliuiſcantur Dei beneficia, actibus quibuſdam* [illegible] *it eos, vt habeant memoriam eorum. Nam qui in beneficiis ſæpe ſummam præ ſe tulerunt ingratitudinem, multo magis, niſi hoc fuiſſet factum omnia, quæ à Deo in ipſos facta ſunt, e mente ſua abieciſſent.*

Sancti Patriarchæ in filiorum nominibus beneficiorum Dei memoriā conſeruabāt. Lippom. *Iacob ex lucta claudicans per ſingulos gradus diuini beneficij admonebatur.* *Suorum beneficiorum memoriam varijs caremonijs Deus in Hebræis excitabat.* D. Chryſ.

At quanta eſt Samuelis gloria, Dei nomen in ſuo præferre? Cum Deus ſub mundi initium, animalia proponeret Adamo, vt ab illo nomina acciperent: ipſe ſibi ſeruauit firmamentum, diem, & noctem, mare, ac terram, vt propria illis nomina imponeret, vt videre eſt Gen.1.à n.5. Quærit Rupert. lib.1. in Geneſ. c.28. cur his potius, quam illis C nomina ab ipſo Deo imponantur. Reſpondet, *quia illa ſine dubio prætereunt, hæc autem dubium non eſt, quod præterire, vel mutari non poſſunt.* Si igitur in illis, quibus Deus nomen impoſuit, peculiaris quædam nobilitas reperitur, quanta in iis, quibus ſuum proprium nomen communicauit, de quorum numero fuit Samuel, reperietur? Neque ſolùm Deus ſuum [illegible] ſeruis nomen communicat; ſed nomen ſibi à ſuis [illegible]uis mutuatur. Interrogatus enim à Moyſe, quod eſſet nomen eius, reſpondet: *Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob.* Exod.3.n.15. Vbi egregiè D. Baſil. in c.2. Iſa. ad illa verba: *aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob.* n.3. *Vt,* inquit, *boſ*[illegible] *Sanctos honore afficeret perpetuo memoria illi eorundem ſeruorum nomina ſuo ipſius nomini attexuit: vt D quoties Dei memoria celebraretur, horum quoque toties commemorarentur nomina.* Quaſi Deus nullum ſibi vellet tribui honorem, qui ſuis pariter ſeruis non tribueretur. Itaque olim Deus, & homo ſua ſibi inuicem nomina communicabant. Quæ familiaritas licèt magna fuerit, longè tamen maior in lege gratiæ copulatur, cùm ſuas ſibi inuicem communicent proprietates, & diuina pariter, atque humana natura in eadem hypoſtaſi vniantur. Quæ naturarum coniunctio vt prædicaretur, illa nominum coniunctio antecesſit.

19\. *Magna Samuelis gloria Dei nomen in ſuo præferre.* Rupert.

Peculiaris in iis nobilitas reperitur, quibus Deus nomina impoſuit. *Deus ſibi à ſuis ſeruis nomen mutuatur.*

D. Baſil.

Diuini, & humani nominis coniunctio, naturarum coniunctionem in diuina hypoſtaſi præfigurabat.

E

Num. 21. [illegible]cendit autem vir eius Elcana, & omnis domus eius, vt immolaret Domino hoſtiam ſolemnem, & votum ſuum.

EXPOSITIO LITERÆ.

Aſcendit autem. De verbo *aſcendendi* dixi n.3. de tempore, quo aſcendit, ſtatim dicam. Omnis autē domus dicitur aſcendiſſe duplici ſynecdoche. Vna, quâ domus ponitur pro domeſticis. Altera, quia omnes ponuntur pro pluribus. Neque enim omnis omnino domus ſimpliciter aſcendit: nam 1.

Scriptura ſæpiſſimè omnes pro maiori tantum parte uſurpat.

 Anna

Anna cum p[illegible]ero domi remanente, [illegible]eſſe fuit ali quas ſaltem ancillas remanere. Morem autem eſſe Scripturæ, vt aliquando omnes pro maiori tantùm parte vſurpet, teſtantur D. Chryſ. hom. 2[illegible]. in c. 11. epiſt ad Heb. Theoph. & Occum ibid. Orig tract. 28. in Matth. D. Hier. in cap. 2. Zachariæ, Euthym. in c. 29. Matth. Galatin. lib. 5. c 4. & al[illegible]j. Pate[illegible] q[illegible]e exemplis: nam D. Paul. ad Hebr. 11. n 13. *Iuxta f[illegible]dem,* inquit, *defuncti ſunt omnes iſti:* & tamen inter [illegible]s numeratus fuerat Enoch, quē certum eſt non fu[illegible]ſe defunctū, *quia tulit eum Deus.* Gen. 5. n. 24 Quin etiam Geneſ. 7. [illegible] n. 22. dicuntur mortui fuiſſe vniuerſi homine[illegible] præter Noë, & qui cum eo erant in arca; & tamē Enoch adhuc ſuperuixit. Sic ad Philip. [illegible] n 21. *Omnes*, inquit, *quæ ſua ſunt, quærunt, non quæ [illegible] Chriſti*. & tamen Apoſt[illegible] aliter faciebant. [illegible]ic d[illegible]r Geneſ. 46. n. 6. *Venit Iacob in Ægyptum cum omni ſemine ſuo*. & tamen non venit cum Ioſeph, q[illegible] iam erat in Ægypto. Sic Ch[illegible]tus Dominus Matth. 10. n 22. *Eritis*, inqui[illegible], *odio omnibus hominibus*; & tamen plurimi Apoſtolos diligebant Et rurſus Ioan. 10. n. 8. *Omnes*, inquit, *qui ante me venerunt, [illegible]ures ſunt, & latrones*. & tamen Prophetæ tales non erant. Sic Luc. 23. n. 49. *Stabant*, inquit, *omnes noti eius a longè, & mulieres:* & tamen Ioan. 19. n. 25. *Stabant iuxta crucem Ieſu mater eius, & ſoror matris eius,* &c. Sic Dauid Pſ. 13. n. 2. *Omnes declinauerunt.* Pſal. 64. n. 3. *Ad te omnis caro veniet.* Pſalm. 115. n. 11. *Omnis homo mendax*; cùm tamen hæc non de omnibus ſimpliciter, ſed de plurimis tantùm vera cenſeantur. Non aliter hoc loco *omnis domus*, pro maiori parte familiæ accipitur. Sed cur hic fit mentio totius domus non autem ſuprà n. 3. Reſpondeo, quia forte voti etiam rea tenebatur; vel ne eum Anna remanente, ipſa quoque domus, ſeu familia remanſiſſe crederetur: vel tandem, vt ſignificaretur promptiùs accurriſſe ad grates pro accepto beneficio, quàm ad preces pro accipiendo.

D. Chryſ. Theoph. Occum. Orig. D. Hier. Euthym. Galat.

Cur hic, & non ſuprà totius domus mentio fiat.

2\. *Quænam fuerit hæc hoſtia. Prima ſententia, fuiſſe hoſtiam purificationis. Diſplicet primo. Abul. Secundò. Tertiò.*

Hoſtiam ſolemnem. Quænam fuerit hæ[illegible] hoſtia, dubitatio eſt. Reſponſio verò triplex. Vna, fuiſſe hoſtiam in die purificationis offerri ſolitam. Leu. 12. n. 6. Sed non placet Abul. quia illa hoſtia fuit tenuis: vnus ſcilicet agnus, & vnus pu[illegible]us co[illegible]ubæ, ſiue turtur; hæc autē dicitur ſolennis, hoc eſt, lautior, & opulentior. Mihi etiā non placet reſponſio, duplici alia de cauſa. Vna, quia illa hoſtia ab ipſ[illegible] matre pro ſui purificatione offerebatur: vt pat[illegible] ex loco Leu. cit. hæc autem. matre domi [illegible]man[illegible] viro, cæteraq; familia offertur. Altera, q[illegible] hoſtia purificationis, vt ex ſeq. n. patebit, non [illegible] ad Leuitas, quorum de numero erat [illegible]

3\. *Secunda ſententia, fuiſſe hoſtiam non lege conſtitutam: ſed propria voluntate inuentam. Reijcitur. Orig. Natalitios dies celebrare impij ſolebant, non ſancti.*

Secunda reſponſio eſt, non [illegible] hoſtiam lege conſtitutam, ſed propria voluntate [illegible] ad natalem Samuelis diem [illegible]ndum. Hanc etiam non admitto, quia [illegible] hæ non ſolebāt natali[illegible] die [illegible] aut ſacrificijs celebrare. Vnde Orig [illegible]*mo*, inquit, *ex omnibus Sanctis* [illegible] *, vel conuiuium magnum* [illegible] *emo inuenitur* [illegible] *in die nat*[illegible] *, ſed pe*[illegible] *per huiuſmodi* [illegible] *lætitia. Inuenimus* [illegible] *veteri* [illegible] *Regem Ægypti diem* [illegible] *cum* [illegible] *celebrantem in* [illegible] *tamen eorum* [illegible] *qui* [illegible] *ſanctum P*[illegible]*arte*[illegible]. Vbi obiter n[illegible]ta, [illegible]n potui[illegible] h[illegible] Reges natali ſui memoriam [illegible] recolerent & mo[illegible]s. Adeò mors [illegible]bus, quanti cumque gaudij potiantur, [illegible]los obuerſatur. [illegible]m Orig. vero co[illegible] D. Hier. in c. 14. Matt[illegible] *Nullum alium*, inquit, *inuenimus ob-*

Natalis memoriam ſine mortis recordatione impij celebrare non poſſunt. D. Hier.

A *ſeruaſſe diem natalis ſui, niſi Herodem, &* [illegible] *quorum erat par impietas, eſſet* [illegible]

4\. *Cur non diē natalem, ſed diem ablactationis Iſaac Abraham celebrauerit. Orig.*

Vnde Abraham non in [illegible] filij [illegible] ſed in die ablactationis eius con[illegible] Gen. 21. n. 8. Quod poſt de[illegible] Orig. hom. [illegible] lib. Regum *apud homines* inqu[illegible] *ſolent natalem diem celebrare* [illegible] *non* [illegible] *natalem diem* [illegible] *& conuiuia celebrat, cum eum a lacte* [illegible] *quaſi per* [illegible] *diceret* [illegible], *Cum* [illegible] *ſum* [illegible] *, depoſui, quæ erant paruuli.* Nec ali[illegible] D. Aug. q. 5[illegible] [illegible]*tur,* inquit, *cur Abraham, non* [illegible] *die quo circumciſus eſt* [illegible] *epulum f*

B *ecit. Quod niſi ad ali*[illegible] *nullā ſolutio quæſtionis eſt. Tunc* [illegible] *debere magnum gaudium* [illegible] *fuerit factus homo nouus* [illegible] *dixit Apoſtolus, Lac* [illegible] *Cor.* 3. n. 2 Denique [illegible] Gen. & Matth. ci[illegible] [illegible] Imo & Thraces [illegible] quondam obſeruabant [illegible] mortuos ve[illegible] epul[illegible] pro[illegible]. Et [illegible] reddit Epigramma illud G[illegible] vel [illegible] eundem Latin[illegible] donatum.

D. Aug.

Illos vita malis quia deſtinat omnibus, his [illegible],
Pharmaca quod mortem tot ſeper [illegible] *mali*[illegible].

[illegible] *in* [illegible] *natalium.*

C Hoc eſt, quia naſcentes in [illegible] quæ morientes finiebant. Cum igitur hæc con[illegible] celebrandi dies natalitios, vel propri[illegible], vel ſ[illegible], ab antiquis Patribus ext[illegible], non vi[illegible] hæc hoſtia fuiſſe denuo in[illegible] ad [illegible] diem Samuelis celebrandum.

5\. *Tertia ſententia fuiſſe* [illegible] *ex* [illegible] *multatibus* [illegible] *ſolemnem. Pagn. Vatab. Abul.*

Te[illegible] igitur [illegible]que reſponſio eſt, fuiſſe hoſtiam al[illegible] ex [illegible] tibus offerri [illegible] vt n. 3. explicatum eſt, & [illegible] *ſolemnem*, [illegible] vt habet Septuaginta. *hoſtia*[illegible] *rum*, [illegible] Pagn. & Vatab. [illegible] Hebr[illegible] *niuerſariam* appellat [illegible] nem [illegible] Abul. [illegible]

D quam [illegible] Elcana [illegible] tudine [illegible] hostia [illegible] A[illegible] pre[illegible] a D[illegible] animo accep[illegible] D[illegible] [illegible]

6\. *Quidnam erit hoc tum.*

Et votum ſuum. Su[illegible] At [illegible] votum? N[illegible] in [illegible] miniſter[illegible] notauimus [illegible] domi [illegible] Nazaræi [illegible] Ad [illegible] aſcendere [illegible] Nazaræatu. [illegible] Nazaræorum [illegible] ad [illegible] b[illegible] Q[illegible] erat h[illegible] profe[illegible] quod El[illegible] v[illegible] Et quamuis [illegible] Scriptura aliqua [illegible] præter[illegible] & [illegible] patet [illegible] Tiſtam[illegible]

E [illegible] *narrando* [illegible]

7 [illegible] Vbi p[illegible] P[illegible] & [illegible] pe[illegible]

[illegible] Dei laudem [illegible] ſubdit: *Quia ip[illegible] creata ſunt.* In eo [illegible] dicitur de [illegible] Angelorum, & tamen [illegible] à n. 4. lat[illegible] explicatur. Deinde nihil de [illegible] lib. de pœnitentia Adami, & tamẽ Sap. [illegible] n. [illegible] ſic exprimitur: *Hæc, ſcilicet diuina ſapientia, [illegible] lum, qui primus formatus eſt à Deo pater orbis terrarum, cum ſolus eſſet creatus, cuſtodiuit, [illegible] eduxit [illegible] a delicto ſuo.* Denique nihil [illegible] eodem lib. de compedibus Ioſephi memoratur, qui tamen [illegible] feruntur. Pſ. [illegible] 4. n. 18. *Humiliauerunt in compedibus pedes eius;*

D. Auguſt. vt [illegible] D. Aug. obſeruat [illegible] in lib. Exod. [illegible] de plagis Ægypti [illegible] inſtitu[illegible], nihil de plagis æruginis, pruinæ, & ignis dicitur, quæ tamen [illegible] commemoratur. Pſ. [illegible] n. 6. *Dedit æruginis fructus eorũ, [illegible] dit [illegible] eorum in pruina [illegible] tradidit [illegible] eorum*

D. Aug. *[illegible] ni;* vt idem D. Aug. [illegible]. Deinde in promulgatione legis in monte Sinai, nuſquam dicitur in Exodo Moyſen timuiſſe, [illegible] D. Paulus ait, *Moyſes dixit: Exterritus ſum, & tremebundus.* Heb. 12. n. 21. vbi [illegible] exempla [illegible] Riber. Item Iannes, & Mambres nuſquam in Exodo dicuntur Moyſi reſtitiſſe, quod tamen D. Paul. 2. Tim. 3. n. [illegible]. [illegible] Num. 21. n. 16. dicitur, *Apparuit puteus, ſuper quo locutus eſt Dominus ad Moyſem: Congrega populum, & dabo ei aquam;* & tamen, vt ibi no-

D. Auguſt. tat D. Aug. q. [illegible]; nuſquam [illegible] Domini ad Moyſem [illegible] Sic etiam Num. [illegible] n. 16. de fœminis Madianitis dicitur: *[illegible], quæ deceperunt [illegible] Iſrael ad [illegible] Balaam:* & tamen

D. Aug. ea ſuggeſtio [illegible], vt D. Aug. ibi q. 63 aduertit. T[illegible] Regum nuſquam legitur Dauid occidiſſe leonem, & tamen ille hoc de ſe [illegible] apud Saul 1. Reg. [illegible] n. 3[illegible] prædicauit.

8. Item [illegible] nouo Teſtamento hæc occurrunt.

Exempla ex nouo Teſtamento. Ioan. 8. n. 48. dicunt Pharisæi: *Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?* & tamen nuſquam legitur, fuiſſe Chriſtum Dominum vocatum à Pharisæis Samaritanũ. Apoſtolus Iudas in ſuâ Canonica, n. 9. dicit, Michael [illegible] cum dæmone de corpore Moyſis contendiſſe, & tamen ea contentio in Pentateucho non ſcribitur. D. Paul. ad Galat. 2. n. 7. ait fuiſſe D. Petro creditum Euangelium circumciſionis, & ſibi Euangelium præputij; hoc autem quando factum fuerit non apparet. Item 1. Cor. 15. n. 6. docet, Chriſtum Dominum apparuiſſe pluſquam quingentis fratribus, & Iacobo: [illegible] men id in Euangelio non referatur. Mitto [illegible] alia, quæ infrà [illegible] 2. n. [illegible] 0. & c. 3. n. [illegible] 4 reponentur. Ex [illegible] patet, multa in Scriptura proprijs

Elcanæ votum ſuprà prætermiſſũ, ex hoc loco colligitur emiſſum. locis præt[illegible], quæ tamen alijs inſerantur. Similiter [illegible] quamuis in ſuperioribus nulla fiat mentio huius voti: tamen ex hoc loco in quo obiter ſupponitur [illegible] intelligitur emiſſum fuiſſe, vt hic Caiet. aduertit. Vnde ſeq. n. conſtituit hanc regulam, ſæpe in Scriptura taceri multa narrando, quæ poſtea commemorando ſuppleantur.

Num. 22. Et Anna non aſcendit: dixit enim viro ſuo: Non vadam, donec ablactetur infans, & ducam eum, vt appareat ante conſpectum Domini, & maneat ibi iugiter.

EXPOSITIO LITERÆ.

1.

De Chriſto aſcendente in cælũ, & Eccleſia remanente in terra, expoſitio. ET *Anna non aſcendit.* Mitto ſpiritualem interpretationem D. Greg. intelligentis [illegible] ad tabernaculum redeunte, poſtquam voti [illegible] cõpos factus eſt, Chriſtum Dominum ad cælum magno

A triumpho regredientem, poſtquam mortuum hominem ſuo ſanguine [illegible], & ſub Anna non aſcendente cum [illegible], donec [illegible] ablactaret, [illegible] Eccleſiam [illegible] tantem, donec [illegible] Chriſto [illegible] ret, [illegible] &

B. Virgo poſt Chriſti aſcẽſionẽ in terra manere voluit in Eccleſia lu[illegible], & Chriſti [illegible] quinum. nutriret Poſtea eumdem [illegible] Anna [illegible] Virginem [illegible], nolen[illegible] filio aſcẽdere, vt in terris adhuc [illegible] plures [illegible] filio. [illegible] *vadam, donec ablactetur [illegible]* Qui velle[illegible] ſua ſe beatitudine paulisper defraudare, vt hominibus per ſuum patrocinium [illegible] tuendis, [illegible] promouendis, & Chriſto Domino per ampliorem pro-

B le[illegible] [illegible] ficando, & glorificando [illegible].

Sed quod attinet ad hiſtoriam, Anna non aſcen-

2.

Anna ex viri facultate non aſcendit in templum. dit cum Elcana. Hoc autem non fecit ſuo tantum arbitrio, ſed bona pace, facultatéque Elcanæ, vt ſignificat illa cauſalis, *dixit enim viro ſuo* hoc eſt, non aſcendit, quia petijt à viro ſuo facultatem remanendi, [illegible] aſcendenti comes adhæreret. Verum cum hæc oblatio fuerit in vna ex tribus celebritatibus anniuerſarijs, lege diuina inſtitutis, vt ſuperiori n. conſulimus: quæret aliquis, an peccauerit Anna do-

Nõ peccauit Anna domi manendo. mi [illegible], nec legem obſeruando. Reſpondendum, minimè. [illegible] D. Hier. in epiſt. [illegible] ad Lætam,

Hieron. laudabiliter [illegible] ſignificat. *Poſtquam*, inquit, *concepit, & peperit, non eſt auſa ad templum accedere, [illegible]*

C *apparere coram Domino, niſi prius redderet quod debebat.* Ratio vero cur excuſetur, eſt, quia fœminæ

Cur à culpa excuſetur. illa lege non tenebantur, vt n. [illegible] dictum eſt. Lex enim ſoli maribus hoc onus imponebat. *Tribus*, inquit, *temporibus anni apparebit omne maſculinum tuum in conſpectu omnipotentis Dei Iſrael.* Exod. 34. n. 23. Si autem quæras cur fœminæ ad hanc legem non cogerentur, tripliciter reſpondet Oleaſter,

Oleaſt. Deum alloquendo Primò, *Tanquam pius*, inquit, *&*

Triplex ratio, cur fœmina ab aſcenſu in templum excuſatur. *miſericors hoc fieri noluiſti, ne ſcilicet ſexus infirmior longo itinere grauaretur.* Secundo, *Aut quia non ignorabas deuotum ſexum hoc ſine præcepto facturum.* Tertiò, *Fœminarum genus decet non hinc inde diſcurrere, etiam [illegible], aut religionis prætextu. Amat hoc genus exire, amat hinc inde diſcurrere: & quia à viris ſuis ſæpius arcentur, cauſam religionis, aut pietatis mentiuntur:*

D *vt erga licentioſum genus teneret [illegible], occaſionem [illegible] præcluſit.* Quæ omnes rationes videntur mihi aptiſſimæ. Tertiam confirmat Abul. in c. 34. Exod.

Abul. q. 22. *Soli maſculi*, inquit, *ob [illegible] aſcendere ad iſtas ſolennitates: fœminæ vero nequaquam, quia non eſt honeſtum mulieribus varias terras diſcurrere propter verecundiam ſexus. Repugnat enim itineraria communicatio moribus fœminarum, quæ tacitæ, verecundi, atque valde compoſiti eſſe debent.* Si igitur diuina lex [illegible] ad templum quidem ire fœminas compellebat; quo pacto eas publicis vijs, & alienis domibus [illegible] ſitare pateretur? Quod [illegible] paucis illuſtro.

E

Fœminas rarò egredi oportere.

DEbent quidem fœminæ ſuo ſe foto [illegible] continere, non publico foro euagari. Dauid fœmi-

3.

Fœmina per antonomaſiã domus habitatrix. nam per antonomaſiam appellat domus habitatricem. *Dominus*, inquit, *dabit verbum euangelizantibus*, ſeu, vt eſt in Hebræo, *euangelizatricibus [illegible] ſpe-*

Caiet. *ciei domus diuidere ſpolia.* Pſ. 6[illegible] n. 13. ſeu, vt Caiet. ex Hebræo legit, *habitatrix domus diuidet ſpolia.* Senſus enim hiſtoricus eſt. Dum poſt Hebræorum de Aſſyrijs victorias, conceſſuri [illegible] fœminæ, vt de more pæana concinant, & ſpolia inter victores partiantur. Vbi plane fœmina per excellentiam nuncupatur *domus habitatrix*, ſeu, vt Interpr. Regia abſtractiùs vertit, *domus habitatio.* An homo

non

non eſt etiam domus habitator? Planè eſt, ſed temporarius: fœminæ continua. Hominem [illegible] Deus condidit extra paradiſum, mulierem in Paradiſo, vt D Ambroſ. lib. de paradiſo, cap. 4. ex eo colligit, quod creatum hominem tulerit Deus, & poſuerit in paradiſo voluptatis. Geneſ. 2. n. 15. & ex illius coſta ibi dormientis, mulierem fabricarit. Geneſ. 2. n. 21. Quaſi hæc fuerit paradiſi incola, ille accola. Cur autem non potiùs vice verſa, cùm homini, qui nobilior erat, nobilior patria deberi videatur? Reſpondet idem D. Ambroſ. vt [illegible] in annot. 4. Sect. 4. [illegible] tulimus, vt ſciamus, non loci dignitate, ſed virtutis gratiam comparari. Reſpondeo tamen ad rem præſentem accommodat[illegible], vt ſuum cuique locum tribueret, homini quidem publicũ, fœminæ ſecretum. Nam homo poteſt in publica prodire loca: fœmina ſecretis debet penetralibus recondi. Diuerſis planè vocabulis, hominis, & mulieris fabrica in Scriptura declaratur. Nam homo dicitur formari: *Formauit*, inquit, *hominem de limo terræ*. Geneſ. 2 n. 7. mulier autem dicitur ædificari: *Ædificauit*, inquit, *coſtam in mulierem*. ibid n. 22. Cur, quæſo, in mulieris fabrica potiùs *ædificandi*, verbo vtitur, quam *formandi*? Planè vt ſignificaret, mulierem a primo ſuo ortu ædis ſuæ amantem eſſe debere. Ita D. Ambr. cit. lib. de paradiſ. c. 11. *Bene*, inquit, *ædificauit*, *dixit*, *vbi de mulieris creatione loquebatur. Sicut enim vir publicis officijs, ita mulier domeſticis miniſterijs habilior æſtimatur*. Adhuc mihi videtur Caiet. illius verbi *ædificandi* emphaſim planiùs expreſſiſſe. *Significat*, inquit, *mulierem ad hoc feciſſe, vt ſit ædificium hominis*. Vt enim ædificium eſt immobile, neque huc, illuc circumuagatur: ita fœmina liberè ſpatiari non debet, ſed ſub eodem ſemper tecto contineri; vt non tam incola ædificij, quam ipſum immobile ædificium videatur.

D Ambr. *Cur in paradiſo mulier, homo extra paradiſum fuerit creatus.*

D.Ambr.

Homini publicus, mulieri ſecretus locus debetur.

Homo dicitur formari, mulier verò ædificari, & cur.

Caiet.

Quare mulier hominis ædificium.

Voluit olim Deus, vt Hebræi totam Ægyptum ſuis opibus ſpoliarent. Quibus ergo præſidijs, vt rem aggrederentur, imperauit? *Poſtulet*, inquit, *vir ab amico ſuo, & mulier a vicina ſua, vaſa argentea, & aurea*. Exod. 11. n. 2. Vbi in primis ſic onera diſtribuit, vt vir non niſi viris, fœmina non niſi à fœminis poſtularet. Nec immeritò: vt modeſtiæ conſuleretur. Deinde ſic ſtatuit, vt vir amicum ſuum, ſiue propè, ſiue procul moraretur, conueniret: neque enim erat a viris alienum liberius excurrere, & lõgiùs euagari: at verò fœmina ad viciniam tantum ſuam ſe conferret, remotiores ædes non adiret. Nihil enim fœminis eſſe poterat tam indecorum, quam procul a domo, aut certè à vicina circumferri. Adhuc res magis exprimitur Exod. 3. n. 22. *Poſtulabit*, inquit Deus, *mulier ab hoſpita ſua*, ſeu, vt habent Septuaginta, *a contubernali ſua*, & quod ferè idem eſt, *a cohabitatrice ſua*. Quod ſic intelligi poteſt, vt ædes Ægyptiæ, ſicut & noſtrates, diuerſis diſtinctæ tabulatis, à diuerſis cultoribus habitarentur: proindéque mulier non à domicilio in domicilium foras exire, ſed eoſdem [illegible] per [illegible] parietes incluſa à tabulato in tabulatum commigrare permitteretur. Magis adhuc rem exaggerat D. Aug. in loquutionibus, & q. 39 in Exod. legens [illegible], quibus Græci, & Latinis codi[illegible] *a con*[illegible]*ia ſua*. Ita vt ſi in eadem cella ſuis [illegible] nctæ angu[illegible] duæ mulieres habitar[illegible] non liceret a e[illegible] m [illegible] l[illegible]m egredi, ſed plurimum ab vno [illegible] cellæ angulo in alterum [illegible]e. Vi[illegible] es [illegible] in anguſti excundi terminis fœminis præſc[illegible].

4. *In Ægypti ſpoliatione, mulier non niſi à muliere vaſa aurea poſtulauit.*

Ægyptiorum domicilia Varijs tabulatis diſtinguebantur.

D.Aug. *Neque à cella in cellam mulieri permittitur diuagari.*

Adde etiam [illegible] in [illegible] domum debere mulierem ſecretiorem [illegible] partem frequentare. Tres Angelos in domum ſuam recepit Abraham, & cum hoſpites [illegible] eſſent, hoſpita tam [illegible], n[illegible] Sara comparebat, adeo vt vel ipſi Angeli admirarentur [illegible]: *vbi eſt Sara vxor tua?* Gen 18. n. 9. Qu[illegible]ent h[illegible]ua tabernacula, [illegible] tuguria ſtrata [illegible] a [illegible], & parca, omni[illegible] vni[illegible] ſpectu[illegible] iuntur, a [illegible]nbus hoſpitibus omnia occ[illegible]rui, & tamen Sara non comparet, [illegible] et. Sed [illegible], eas [illegible] quærebat Sara et [illegible] intra domum vt ibi a nemine cerne[illegible]tur. Quod vel ij ſi Angeli ſignificare volu[illegible]nt, ſeu potius ipſe Deus, cuius i[illegible] nomine [illegible] loquebantur, vt rectè D. Ambr. lib 1. de Abraham, c. 5. ad finem aduertit. *Nunquid*, inquit, *ignorabat Dominus, vbi Sara eſſet? Sed docere nos voluit, quantus pudor e*[illegible] *feminarum, ne procaci occurſu hoſpitum in* [illegible] *oculos inflectant*. Et paulò poſt: *Prouectior ætate iam Sara iuuenilem cuſtodit verecundiam.*

5. *Sara pudore & verecundia coram Angelis non comparentis.*

D. Ambr.

Quod ſi aliquando vrgeat neceſſitas exeundi, feſtinare debet, ne longiores moræ in publico trahantur. Egredienti de Sodomis vxori Lot, præcepit Deus: *Noli reſpicere poſt tergum tuum*. Geneſ. 19. num. 17. Quid, obſecro, mali in reſpiciendo eſſe potuit, vt tam diligenter id à Deo caueretur? Nonne multum iuuaret, vltrices illas flammas intueri, vt de diuina iuſtitia meliùs edoceretur? Nihilominus optimo iure ille reſpectus à Deo prohibetur: *Vt mulieres*, inquit Caiet. *non tar*[illegible]*nt in itinere, ſed accelerent*. Nam ſi reſpicere liceret, procul dubio ſæpe reſiſteret, ſæpe cunctaretur, ſiue dolore defixa, ſiue rei euentu admirabunda, ſiue horrore quodam penè exanimata; cùm tamen fœminæ à publicis locis non modò recedere debe[illegible]t, ſed euolare. Optimum illis exemplum Beatiſſima Virgine relinquente, dum abijt in montana cum feſtinatione. Luc. 1. n. 39. Vbi D. Ambroſ. *Diſcite*, inquit, *virgines non circumcurſare per alienas ædes, non demorari in plateis, non aliquos in publico miſcere ſermones. Maria in domo ſera, feſtina in publico*. Et paulo poſt obſeruat, Mariam cum Eliſabetha manſiſſe *menſibus tribus*. Luc. 1. n. 56. *Non quod domus*, inquit, *eam delectaret aliena, ſed quia frequentius videri in publico diſplicebat.*

Vxori Lot prohibetur poſt tergum reſpicere.

Caiet.

Mulieres in itinere [illegible] *exemplo B. Virginis in montana feſtinantis.*

D. Ambr.

B. Virgo apud Eliſabetham commoratur.

Nec immeritò, cùm fœminæ, quæ in publicis locis commorantur, malam ſui aſpicientibus ingerant ſuſpicionem, qualem profectò [illegible] fuit Thamar, honeſta alioqui fœmina. Nam cum eam videret Iuda eius ſocer ſedentem *in biuio itineri*, Gen. 38. n. 14. ſeu, vt eſt in Hebræo, *in porta oculorum*; hoc eſt, in loco publico, in quem omnium hinc inde concurrentium oculi incidebant, *ſuſpicatus eſt eſſe meretr*[illegible]. n. 1[illegible]. Ac ſi publicus locus non niſi proſtitutæ fœminæ deberetur. Rectè igitur Abimelech Rex Geraræ, recedentibus à ſe Abrahæ, & Saræ multa munera diſtribuit; viro quidem oues, & boues, & ſeruos, & ancillas; vxori verò *vnum velamen oculorum*. Gen. 20. n. 16. vt hoc ſcuto ſe ab obuiantium oculis, ſeu iaculis tutaretur. Nam vt bene Tert. de velandis virgin. cap. 15. *Virginitas*, inquit, *nihil magis timet, quàm ſemetipſam, confugit ad velamen capitis, quaſi ad galeam, quaſi ad clypeum.*

6. *Thamar à ſocero meretrix reputatur.*

Rex Abimelech [illegible] *Saræ donauit, vir* [illegible] *cuſtodem.*

Tertul.

Iam verò ſi adeò clauſæ eſſe debent coniugatæ, virgines qualem ſe debent abdere in receſſi[illegible]? Non ſine myſterio eſt, quod quæ in Latina editione virgines dicuntur, in Hebræo abſconditæ nominantur. Nam Rebecca dicitur puella *decora nimis, virgoque*. Gen. 24. n. 16. Hebraicè, *abſconditáque*. Soror Moyſis *puella dicitur*. Exod. [illegible]. n. 8. id eſt, virgo, Hebraicè, *abſcondita*. Iſaiæ 7. n. 14. *Ecce virgo concipiet*; in Hebræo, *Ecce abſcondita*. Sponſa de ſodalibus: *Adoleſcentulæ*, inquit, *dilexerunt te nimis*. Cant. [illegible] n. 2 in Hebræo, *Abſcondita*. S[illegible] [illegible] ſodalibus teſt[illegible] eſſe, [illegible] *in* [illegible]*entia*, ſeu, vt [illegible] alij: *in adoleſcentula*. [illegible]

7. *Virgines dicuntur abſconditæ.*

num.

num. 16. in Hebræo, *in abſconditu*. & alijs paſſim locis. Quaſi latebræ tam propriæ ſint virginum, vt non aliunde meliùs, quàm ab illis nomina ſortiantur. Vnde D. Ambr. in exhortatione ad virgines: *Decet*, inquit, *ſolitudo verecundiam; & gymnaſium pudoris ſecretum eſt*. Ac ſi diceret, ſcientias quidem in publicis ſcholis excolendas eſſe; caſtitatem in ſecretis.

D Ambr.

Solitudo eſt pudoris ſchola.

8. *Rebecca pallio operta ob pudorem.*

In hoc pudoris gymnaſio diu exercita Rebecca, cùm primùm Iſaac ſponſo ſuo obuiam prodijt, *tollens cito pallium ſuum, operuit ſe*. Geneſ. 24. n. 65. Vbi egregiè D. Ambroſ. lib. 3. de virginib. *Vtique*, inquit, *pulchra virgo non decori timuit, ſed pudori*. Neque ſolùm velo tegendus eſt pudor, ſed protegendus muro, vt conſeruetur. Hunc ſibi cæleſtis ſponſa præſtruebat. *En ipſe*, inquit, *ſtat poſt parietem noſtrum*. Cant. 2. n. 9 Adeò vt vel ipſe cæleſtis ſpõſus huius muri obice quodãmodo excludi videretur. Quare Tert. lib. de velandis virginib. c 16. ad ſpõſæ exemplum mihi videtur cæteras fœminas adhortatus. *Vela*, inquit, *caput, ſi mater, propter filios; ſi ſoror, propter fratres; ſi filia, propter patres. Omnes in te ætates periclitantur. Indue armaturam pudoris; circunduc vallum verecundiæ; murum ſexui tuo ſtrue, qui nec oculos emittat proprios, nec admittat alienos.* Hoc ſe muro Beatiſſima Virgo includebat, etiam cùm in apertum campum charitas prouocabat. Pudor cogebat intrò, amor eliciebat foras. Vincitur tandem inuictus amor, & ſuo ſe muro inexpugnabilis cuſtodit pudor. Ita mihi videtur D. Anſelm. in dialogo de paſſion. tom 3. contemplatus. Vbi cum B. Virgine de comprehenſione Chriſti Domini in horto interloquutus: *Dic*, inquit, *piiſſima Domina, fuiſti tunc cum illo?* Maria. *Non*. Anſelm. *Quare, cùm eum tantum diligeres?* Maria *Nox inſtabat, & non expediebat, vt mulieres tunc foris inuenirentur.*

Tertull. *Cæleſtis ſpõſæ pudor.*

D Anſelm.

Quare B. Virgo non interfuerit Chriſti comprehenſioni.

9. D Hier. *Virginitatis commendatio.*

Rectè igitur D. Hier. epiſt. 22. ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis circa medium, virginem monet, ne foris vagetur, intus contineatur. *Semper*, inquit, *te cubiculi tui ſecreta cuſtodiant. Audies ab ſponſo: Hortus concluſus, ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus.* Cant 4 n. 12. *Caue, ne domum exeas, & velis videre filias regionis alienæ. Dina egreſſa corrumpitur. Nolo te ſponſum quærere per plateas, nolo te circumire angulos ciuitatis. Foris vagentur virgines ſtultæ, tu intrinſecus eſto cum ſponſo. Zelotypus eſt IESVS. Non vult ab aliis videri faciem tuam.* Hæc Hieronymus, quamuis non eodem ordine. Vbi etiam rectè expendit, quanta detrimenta incurrerit ſponſa, cùm foris euagatur: quanta perceperit commoda, cùm intus continetur; vt Cant. 3. & 5. videre eſt. Quod idem patet in virginibus prudentibus, & ſtultis, Matth. 25. à n. 10. Nam illæ dum ſe intus continent, admittuntur ad nuptias: hæ autem dum foris errant, excluduntur. Hæc egeram de hac re, cùm incidi in Lorin. in Pſalm. 127. n. 3. eandem copioſè illuſtrantem. Atque ex his illuſtrata manet illa ratio, cur fœminæ ad domos proprias deferendas, & templum adeundum nulla diuina lege cogerentur. Vnde Anna abſque peccato domi remanſit.

Chriſtus ſuarum virginum zelotypus.

10. *Duobus temporibus obligatio erat adeundi tabernaculum.*

Verùm duo alia ſunt tempora, in quibus videtur Anna ad tabernaculum adeundum fuiſſe obligata. Vnum eſt poſt menſem à partu: quo tempore omnes primogeniti in tabernaculo offerri, & quinque ſiclorum pretio redimi iubebãtur. Exod. 13. num. 2. & Num. 18. n. 15. Alterum eſt poſt dies 40 purificationis: quo tempore matribus obligatio deferendi certam hoſtiam ad tabernaculum incumbebat. Leuit. 12. n. 2. Quamuis hæc duo præcepta eodem ſimul tempore obſeruari conſueuerant, vt patet in Beata Virgine, quæ ſimul obtulit pretium pro primogenito, & hoſtiam purificationis. Luc. 2. à n. 22. Quæſtio igitur eſt, vtrùm Anna hiſce legibus ſatisfecerit, an peccauerit: & ſi non ſatisfecit, an peccauerit. Dico in primis, Annam neutri legi obtemperaſſe, hoc eſt, neutro tempore in tabernaculum aſcendiſſe. Moueor, non quod talis aſcenſus hoc loco taceatur: nam etiam tacetur circuncíſio Samuelis, quam tamen ſine dubio factam eſſe n. 2 . obſeruauimus; ſed quod eadem ratio, nimirum pueri ablactatio, quæ illam in alijs celebritatibus ab aſcenſu impediuit, potuit illam maiori iure prædictis temporibus impedire, præſertim ſi nulla maior hìc, quàm illìc legalis obligatio interceſſit, vt iam patebit. Dico præterea, Annam abſque vllo peccato vtramque legem prætermiſiſſe, quia neutra obligabatur, vt Abul. q 28. & 29. oſtendit. Nam prior illa lex de primogenitis offerendis, & redimendis, Leuitas, qualis fuit Samuel, non comprehendebat; cùm Leuitæ perpetuam in tabernaculo ſeruitutem ſuis ſaltem temporibus ſeruire tenerentur, neque ab illa vnquam eximi, ac liberari poſſent: vnde nullum pro eis redimendis pretium offerebatur. Poſterior verò fœminas de tribu Leuitica, qualis fuit Anna, pariter non obligabat; cùm enim munera, quæ in tabernaculo offerebantur, cederent in vtilitatem Leuitarum, & illorum iura dicerentur, vt ex cap. 3. & 18. Num. conſtat, non debebant ab ipſis Leuitis perſolui, ne ijdem ſibi ipſis forent debitores. Igitur Anna nullius criminis rea potuit vtriuſque legis obſeruantiam præterire. Leg. D. Aug. q 6. in Num.

Neutri ex his legibus obtemperauit, neque peccauit Anna.

Abul.

Lex de offerendis primogenitis nõ obligabat Leuitas.

D Aug.

11. *Triplex diſtinguitur à nonnullis ablactatio, ab alijs duplex.*

* *Donec ablactetur.* Hæc ratio fuit, cur Anna non aſcenderit, quia nondum filium ablactarat. Vbi duo explicanda ſunt. Vnum, quanta fuerit huius ablactationis mora. Alterum, quænam fuerit cauſa huius ablactationis faciendæ ante aſcenſum in tabernaculum. Quod ad primum attinet, Magiſter hiſtoriæ cap. 3. Dionyſ. Carthuſ. & Hugo Cardin. triplicem ablactationem diſtingunt. Vnam à lacte mammillæ, quæ fit tertio anno: alteram à lacte infantiæ, quæ fit ſeptimo anno; tertiam à lacte pueritiæ, quæ fit duodecimo anno. In prima amouetur infans à nutrice: in ſecunda puer à pædagogo: in tertia adoleſcens à tutore. Ita illi philoſophantur. Breuiùs Lyran duplicem tantùm ablactationem agnoſcit. Priorem à lacte, quæ eſt propria: poſteriorem à crepundijs, vt ita explicem, ſeu à luſibus puerilibus, quæ eſt impropria, & metaphorica; & hanc fieri circa decimum annum, vel circiter: illam verò circa initium tertij, vel circiter, aut, vt alijs placet, circa tertium expletum, iuxta illud matris Machabæorum ad minimum eius filium: *Fili mi*, inquit, *miſerere mei, quæ te nouem menſibus in vtero portaui, & lac triennio dedi*. 2. Mach. 7. n 27. Vbi ſicut nouem menſes pro expletis ſumuntur; ita & triennium pro expleto ſumi debet. Quod ſi Valleſ. cap. 83. de Sacra Philoſophia ſcribit, legitimum lactationis tempus eſſe bienniũ: eos autem, qui triennio lacteſcunt (μαμμοθρέπτους, vocant, hoc eſt, diu ſugentes) molles euadere, & ſtolidos, non oportet id verum de omnibus exiſtimare, præſertim in illa priſtina ætate, vbi ſicut viuentium, ita & lactentium longiora eſſe ſpatia debuerunt: imò & leges ciuiles Cod. de patria poteſtate, leg. penult. cum Gloſſa, matrem obligant lactare filium per triennium. Quod etiam habent Ordinationes noſtræ Luſitanæ lib 4. tit. 68. in antiquis, in nouis autem tit. 99.

Magiſt hiſt. Dio Carth. Hug. Card.

Lyran.

Valleſ.

12. *Quænam ex dictis fuerit ablactatio Samuelis.*

Sed quidquid ſit de hac re, in qua non oportet regulam ſtatuere arithmeticam; dubium manet, vtra Samuelis ablactatio intelligenda ſit hoc loco.

loco. Anceps in primis eſt Zonaræ reſponſio, dicentis Samuelem oblatum fuiſſe in tabernaculo iam grandiuſculum. Incertum enim mihi eſt, an vocabulum *grandiuſculi* ad triennium limitetur, an vlteriùs ad decennium extendatur. Lyran. & alij (Lyran.) apud Hugonem de hac poſteriori interpretantur. In eandem magis inclinat Magiſter hiſtoriæ citatus. Quod etiam Naucler. generat. 31. ex alijs refert. (Naucl.) Pro quibus, & textus, & ratio videtur decertare. *Prima ſententia.* Textus quidem, quia Septuaginta hoc loco illa verba Annæ; *Non vadam, donec ablactetur infans*, ita transferunt. *Non aſcendam, donec aſcendat puer meum.* Vbi ex verbo *aſcendendi* colligi poteſt, non fuiſſe puerum gerulæ, ſeu nutricis brachijs deportatum, vt triennem; ſed proprijs pedibus inceſſiſſe, vt decennem. Ratio verò eſt, quia Samuel deſtinabatur tabernaculo ad miniſtrandum, & ſeruiendum ibi Domino; ad hoc autem erat inhabilis ætas illa infantilis: ergo expectata fuit puerilis Atque adeò non triennis, ſed decennis tabernaculum ingreſſus fuit.

13. *Secunda, & vera ſententia.* (D. Greg. Theod. Procop. Dion. Carth. Hug. Card. Abul. Caiet. Pagnin. Pined. Phil. Iud.)

Nihilominus de priori ablactatione hunc locum probabiliùs intelligo. Vt enim Anna filium ſuum Deo ſiſteret, nihil ampliùs expectauit, quàm vt eum à lacte depelleret. Ita ſentiunt interpretes, D. Greg. Theod. Procop. Dionyſ. Carthuſ. Hugo Card. Abul. Caiet. Quibus adde Pagnin. in Theſauro Hebraico verbo נַעַר *naghar*, & Pined. in præuio Salomone lib. 1. cap. 17. Conſule præterea Philonem Iudæum in antiquitatibus Biblicis, dicentem, ne triennem quidem, ſed biennem ablactatum fuiſſe. Quamuis de triennio, ſeu biennio nihil moror. Confirmatur ſimiliter, & textu, & ratione. Textu quidem, quia verbum *ablactandi*, cùm propriè ſumi poſſit, non eſt cur ad improprios & tranſlationis ſenſus detorqueatur. Deinde, quia n. ſequenti expreſsè dicitur Anna manſiſſe domi, *donec amoueret eum à lacte*; non autem donec amoueret eum à luſibus puerilibus. Præterea, quia Samuel n. 24. dicitur fuiſſe *adductus*, quaſi non proprijs pedibus, ſed alienis vlnis portaretur. Et clariùs in eodem numero dum appellatur *infantulus*; quamuis enim vocabulum Hebraïcum נַעַר *naghar*, commune ſit ad infantem, atque adoleſcentem ſignificandum, vt ibi oſtendemus: tamen eo loco pro infante ſumendum eſſe, ſatis apertè indicauit Latinus Interpres, transferens; *Puer autem erat infantulus.*

14. *Prima infantia cunabula virtutis magis idonea.* (D. Chryſ.)

Ratione verò, quia non decebat puerum Deo conſecratum, poſtquam natus, & conceptus eſſet, moras trahere in domo paterna. Vnde D. Chryſ. hom. 2. de Anna, comparat Samuelem teneræ plantæ, quæ vix nata in aliud ſolum fœcundius ab induſtrio agricola tranſplantatur, vt ibi feliciùs adoleſcat; item etiam ligno illi Dauidico, *quod plantatum eſt, ſecus decurſus aquarum, vt fructum ſuum daret in tempore ſuo. Neque enim*, inquit, *poſt malitiæ experientiam venit ad malitiæ remiſſionem, ſed ab ipſis cunabulis ad virtutem tranſiliit: non habuit conſortium cum conſ[...]ibus iniquitati obnoxijs: neque communionem habuit cum conuenticulis iniquitate plenis; ſed prima ſtatim pueritia, à mamma matris venit ad manum ſpirituale[m].* Sic Chryſ. & lib. 3. aduerſus vituperatores vitæ monaſticæ: *Anna*, inquit, *vnum filium cum partu ediderit, nec alium iam ſe ſperaret pariturum, id ſolum tempus [ſu]um apud ſe morari permiſit, quod lacte nutriri opus habuit: cùm verò non iam eiuſmodi indigeret alimento, ſumptum ſtatim obtulit Deo.*

15. (D. Gregor. Naz.) *Infantes à teneris Deo conſecrandi.*

D. autem Greg. Nazianz. orat. 40. in ſanctum baptiſma, hoc exemplum mittentis, & poſt natiuitatem ſtatim conſecrantis, cæteris matribus proponit imitandū: *Infans*, inquit, *tibi eſt? Ne occaſionem*

A *improbitas arripiat, ab infantia ſignetur, ab ipſis unguiculis Spiritui conſecretur. At propter naturæ imbecillitatem ſigillum metuis. Quam imbecilli animi mater es? Atqui Anna Samuelem prius etiam quàm procreatus eſſet, Deo promiſit, atque in lucem editum ſtatim conſecrauit: nihil humanum verita, ſed Deo fidem habens.* Idem aſſerit orat. 20. in laudem D. Baſil. *Samuel*, inquit, *ante natiuitatem donatus, & poſt natiuitatem confeſtim ſacer.* Et rurſum orat. 22. in laudem Machabæorum, introducit eorum matrem de ſua felicitate in hunc modum gloriantem. *Iam*, inquit, *cum Anna celebrabimur: niſi fortè eo etiam magis, quod illa vnum dumtaxat diuino beneficio ſibi conceſſum, eúmque infantem; ego contrà ſeptem viros, eóſque*
B *volentes Deo conſecraui.* Sed & D. Aug. in Pſal. 98. *Samuel*, inquit, *ab initio ætatis ſuæ in templo creuit.* & paulù poſt: *Natus Samuel fuit apud matrem tempore lactis; mox vt eum ablactauit, dedit in templum, vt ibi creſceret, ibi roboraretur in ſpiritu, ibi Deo ſeruiret.* Iam verò D. Hieron. epiſt. 7. ad Lætam, & epiſt. 43. ad Chromatium, & lib. 1. aduerſus Iouin. & ſæpè aliàs, docet Samuelem ab infantia in tabernaculo nutritum. De qua re plura inferiùs teſtimonia referentur. Acceedit quod Beata Virgo exemplo Samuelis fuit in templo præſentata, vt D. Greg. Nyſſ. hom. de humana Chriſti generatione, Niceph. lib. 1. Hiſt. Eccleſ. cap. 7. Metaphraſtes Centur. 8. cap. 10. teſtantur: atqui Beata Virgo triennis, ſeu ſtatim poſt depulſionem à lacte in templo præ-
C ſentata fuit, vt præter citatos auctores, plures alij apud Caniſium lib. 1. de Deipara c. 12. teſtantur: ergo idem de Samuele ſentiendum. Et obiter nota, quanta hinc Samuelis gloria oriatur, quod ſcilicet Beatiſſimæ Virgini ad hunc religionis actum facem prætulerit.

(D. Hier.) *B. Virgo Samuelis exemplo, triennis in templo præſentatur.* (D. Greg. Nyſſen. Niceph. Metaphr.)

16. *Soluuntur rationes partis contrariæ.*

Fundamenta alterius partis facilè labuntur. Nam textus vim non habet: infans enim inter brachia portatus dici poteſt aſcendere, cùm etiam equites, qui alienis pedibus feruntur, aſcendere dicantur. Ratio verò contraria facilè ſoluitur: quia Samuel oblatus fuit, non ſolùm vt operaretur, ſed præcipue, vt ſanctificaretur, vt ſtatim patebit ex illis verbis, *vt appareat ante conſpectum Domini, & ma-*
D *neat ibi iugiter:* vbi ſola præſentia ab eo exigitur, non operatio, præſertim quando erat per naturæ vires impoſſibilis. Vnde Theod. in procemio ad epiſtolas Pauli: *Samueli*, inquit, *Propheta cùm eſſet adhuc adoleſcentulus, ne poſtremum quidem miniſterium à ſacerdotibus obire permiſſum eſt. Immatura enim ætas eum à munere obeundo arcebat.* Prætérquàm quod non deſint, qui exiſtiment, in quibus eſt Dionyſ. Carthuſ. Samuelem etiam in illa ætate infantili vires ad miniſtrandum diuinitus accepiſſe. Quo pacto & Beata Virgo triennis in templo oblata, & in primo templi gradu à parentibus collocata, dicitur ſe ipſa, & ſine duce percurriſſe omnes illos
E quindecim gradus, in quibus pſalmi graduales canerentur, vt refert auctor de ortu Virginis, qui inter opera D. Hier. circumfertur.

(Theod.) *B. Virgo in templo omnes quindecim gradus nullius adiumento percurrit.*

17. *Samuel non fuit ductus in templum ante primā ablactationē.*

Quod attinet ad ſecundum dubium, duplex ſe offert ratio, ob quam Samuel ductus non fuerit in tabernaculum ante primam eius ablactationem. Vna literalis; quia ibi non poterat lactari, cùm nullæ in tabernaculo fuerint fœminæ nutrices; quidquid ſit de virginibus, quæ ibi hoſpitabantur, vt ſequenti cap. dicemus. Quod ſi quis dicat potuiſſe in tabernaculum duci, ibique Domino offerri, & poſtea in domum propriam nutriendum reuocari. Reſpondeo, hoc ipſum nullo modo Annæ placuiſſe, quæ volebat, vt filius ſacros lares ſemel attingens, numquam ampliùs ad patrios remearet, ſed maneret ibi iugiter,

vt

D.Hier. vt ipſamet teſtata eſt; & D. Hieronym. epiſt. 7. ad Lætam de inſtitutione filiæ in fine obſeruat. *Anna*, inquit, *filium quem Deo vouerat, poſtquam obtulit in tabernaculo, nunquam amplius recepit, indecens arbitrata, vt futurus Propheta in eius domo creſceret, qua adhuc filios habere cupiebat.* Similiter D.Chryſ.hom.2.de Anna: *Cum*, inquit, *accepiſſet donum, non ſuſtineret abſque dono comparere: rurſus adducto illo, ac mox recepto, deſcendere verebatur.* Igitur cum in templo lactari non poſſet, neque à templo in domum reduci expediret, manſit domi, dum ablactaretur. A

D.Chryſ.

18. *A terreno lacte abducti diuino ſermoni idonei.* Altera ratio myſtica ad ſignificandum, non eſſe diuino obſequio idoneos, neque cæleſti doctrinæ auſcultandæ habiles, qui non priùs à lacte terrenarum voluptatum abducerentur, iuxta illud: B *Quem docebit ſcientiam? & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte, auulſos ab vberibus.* Iſaiæ 28 num.9. hoc eſt, vt Lyran. exponit, *ſegregatos a delectationibus carnalibus*: ſeu, vt vult D. Cyril. Alexand. *a lacte legalis pædagogiæ abſtractos*: ſeu, vt tenet Diuus Chryſoſtom. ſerm. in Beatos Iob, & Abraham in 2. tom. *firmos iam ad pericula pro Deo ſubeunda.* Poſtquàm enim Propheta dixit, *ablactatos a lacte*, ſubdit; *Manda, remanda*, &c. ſeu, vt legit ipſe D. Chryſoſtom. & nos ſuprà aduertimus, *Afflictionem ſuper afflictionem ſuſcipe.* Sic igitur exponit. *Quamdiu*, inquit, *imperfecti ſumus, nobis parcitur, & quamdiu lactamur, paterne fouemur: vbi autem perfectiores facti fuerimus, perfectorum certamina ſubimus.* Ad hoc myſterium indicandum datum eſt à Deo illud præceptum. C *Bos*, inquit, *ouis, & capra, cum genita fuerint ſeptem diebus erunt ſub vbere matris ſuæ: die autem octauo, & deinceps offerri poterunt Domino.* Leuitic. 22. num. 27. Vbi Lyran aduertit, propterea in illo ſepriduo fœtus à ſacrificiis excludi, quia ſunt nimis molles, & imperfecti. Quæ mollities, & imperfectio multo magis eſt in hominibus deteſtanda. Sed de hac re plura inferiùs. Summa omnium, quæ dixi, eſt, Samuelem neque fuiſſe oblatum poſt ſecundam ablactationem, quia nimis ſerò: neque ante primam, quia nimis citò; ſed poſt primam, & ante ſecundam, quod tempus oblationi ſatis congruum, & maturum eſſe videbatur.

Lyran. Cyril.Alex. D.Chryſ.

Lyran. *Animalium fœtus in ſeptiduo à ſacrificiis excluduntur.*

19. *Vt appareat*, &c. Non dicit, vt ſeruiat, vt laboret, vt miniſtret; neque enim infantilis ætas Samuelis his muneribus exequendis apta erat: ſed, *vt appareat*, hoc eſt, vt adſit, vt aſſiſtat, ſeu, vt Vatabl. & Pagnin. ex Hebræo transferunt, *vt conſpiciatur*, nempe, & ab hominibus, & à Deo. Ab hominibus quidem, vt videndo puerum rebus humanis renuntiantem, & diuinis inhærentem, ad has amplectendas, & illas repudiandas eius exemplo incendantur. Vnde rectè monet Tertullianus lib. de cultu fœminarum. cap.13. vt pudicitia Chriſtiana (& idem eſſe debet de cæteris virtutibus) non ſolùm teneatur, ſed etiam videatur. *Pudicitia*, inquit, *Chriſtiana non ſatis eſt eſſe, verùm & videri.* Nam dum tenetur, ſibi viri prodeſt; dum videtur, plurimis. A Deo autem, vt videndo puerum religionis tyrocinia feliciter aggredientem, clarioribus in dies virtutum radiis illuſtret. Nam vt bene D.Ambr.in Pſalm.36. *Oculi Dei lux ſunt, quos aſpicit, illuminat.* D

Vatabl. Pagnin. *Pueri exemplum efficax eſt.*

Tertul.

E

D. Ambr.

20. Ducitur igitur Samuel, vt appareat, & hominibus, & Deo: hominibus quidem, non ad vanam oſtentationem, quemadmodum qui ieiunant, *vt appareant hominibus ieiunantes.* Matth. 6. numero 16. ſed ad veram ædificationem, *vt videant homines opera eius bona, & glorificent Patrem, qui in cœlis eſt.* Matth. 5. num. 16. Deo autem, non vt confundatur, quemadmodum diabolus, de quo eſt illud: *Cum veniſſent filij Dei, vt aſſiſterent coram Domino, adfuit inter eos & Satan.* Iob. 1. num. 6. vtique confundendus, vt D.Bernard. lib. 5. ad Eugenium obſeruat: ſed potiùs, vt approbetur, & honoretur; quemadmodum Chriſtus Dominus *introiuit in ipſum cœlum, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis.* Hebr.9. num 24. Itaque in tabernaculum ducitur, vt appareat Deo, & hominibus gratiſſimum ſpectaculum. Qui ſic apparent Deo in hac vita, in futura non ignorantur. *Qui autem*, inquit D. Gregorius, *in honore rerum tranſeuntium videri elatiores appetunt, hoc profecto ſuperbiendo agunt, vt ab eo, a quo ſolo videri debent honorabiles, nunquam videantur.* Cæterum hæc Samuelis in templo apparitio, temporaria non fuit, ſed perpetua. Sequitur enim, *vt maneat ibi iugiter.* Vbi D.Gregor. *Iugiter*, inquit, *in conſpectu Domini apparere, eſt, decorem bonæ conuerſationis nullis vitæ tenebris obſcurare; quia qui ad illicita nulla defluit, à ſecreto diuini intuitus nunquam exit.* Sed quo pacto Samuel iugiter in tabernaculo manſerit, ne hic verſ. nimiùm excreſcat, in 28. explicabo.

D.Bern.

Samuel in tabernaculo Deo & hominibus fuit ſpectaculum. D Gregor.

Num. 23. Et ait ei Elcana vir ſuus: Fac quod bonum tibi videtur, & mane donec ablactes eum: precorque, vt impleat Dominus verbum ſuum. Manſit ergo mulier, & lactauit filium ſuum, donec amoueret eum à lacte.

EXPOSITIO LITERÆ.

1. *Pax inter coniuges ſeruanda.* D.Hier. FAc quod bonum. &c. Solent etiam boni viri vxoribus morem gerere, vt domeſtica pax, & tranquillitas conſeruetur, & inteſtina iurgia procul abigantur, quibus coniugalis vita frequentiſſimè infeſtatur, iuxta veterem parœmiam à D Hieronym. lib. 1. contra Iouinianum vſurpatam; *Qui non litigat, cælebs eſt.* Hoc eſt, ſolus, qui cælibem vitam agit, agit & tranquillam, nam qui in coniugio viuit, perpetuis litigiis implicatur. Ab his ſe vt boni coniuges expediant, vxor inconſulto viro nihil aggreditur; vir conſulenti vxori facilè aſſentitur. Sic olim Sunamitidi pergere ad Prophetam Eliſæum cupienti, & facultatem à viro poſtulanti, quamuis illa profectio importuna videretur, tamen vir benignè acquieuit. 4. Reg. 4. à num. 23. ne aliqua domi turbella, aut tragœdia excitaretur. Sic & Abraham vxori ſuæ Saræ contra ancillam Agar excandeſcenti, morem geſſit. *Ecce*, inquit, *ancilla tua in manu tua eſt, vtere ea, vt libet.* Geneſ 16. n. 6. ne vlla in bono coniugio diſcordia naſceretur. Nam vt vbi D. Chryſoſt. hom. 38. aduertit: *Hac in vxorem indulgentia pace domum repleuit.* In Hebræo eſt, *fac ei quod bonum in oculis tuis.* Vbi rectè Caietan. *Non*, inquit, *ad libitum, ſed ad arbitrium remiſit.* Quaſi diceret, non quæ paſſio, ſed quæ ratio ſupplicia exigebat; non quæ libebant, ſed quæ licebant, in famulam permiſit. Nam viri in vxores, neque valdè moroſi, neque valdè morigeri eſſe debent. Sic & Elcana. *Fac*, inquit, *quod bonum tibi videtur*; bonum, non malum petenti coniugi acquieuit. Non inuenuſtè D. Gregor. hiſtoriam ad myſterium inter Chriſtum, & Eccleſiam deducit. *Quid eſt*, inquit, *quod Anna conſilium viri ſui auctoritate roboratur; niſi quia propoſitum ſanctæ Eccleſiæ, non ex humano præſumitur iudicio, ſed ex diuino? Nam quidquid ſancta Eccleſia in ſubiectis ſibi nationibus diſponere voluit; tunc*

Litigia inter coniuges perpetua. *Boni coniuges nihil inconſulto altero aggrediuntur.*

D.Chryſ.

Caiet.

Ne ſint viri in vxores valdè moroſi. D.Greg.

demum id ratum habuit, cùm ex internæ veritatis indicio, quidquid diſponendum eſſet agnouit.

2.
Opinio apud Hebræos de quodam oraculo.

Impleat Dominus, &c. Dubium eſt, quodnam fuerit hoc verbum. Reſpondent primò Hebræi apud Lyranum & Abulenſem, quondam editam fuiſſe de cælo vocem, fore, vt puer quidam nomine Samuel naſceretur, qui populum ſuum à Philiſtæis liberaret, & propterea matres Samuelis nomen filiis ſuis imponere ſolitas: & de hoc verbo, ſeu oraculo hunc locum intelligendum eſſe.

Reiicitur.

Sed fictitia plane eſt hæc expoſitio: tum quia nulla Scripturæ auctoritate firmatur: tum quia Samuel nomen non ab ea cauſa accepit; ſed quod à Deo poſtulatus ſit, vt in litera exprimitur.

2. Reſponſio non improbabilis. Abul. Gloſſ. Caiet.

Reſpondent ſecundò Abulenſ. Gloſſ. & Caietan. hoc verbum eſſe votum ipſius Annæ. Quaſi diceret Elcana: *impleat Dominus*, ſeu perducat ad exitum votum, quod ei nuncupaſti. Iuuant Septuaginta transferentes. *firmet Dominus, quod exiit ex ore tuo.* Quod ſi in Vulgata dicitur, *verbum ſuum*, hoc eſt, ipſius Dei; id fieri potuit, vel quia votum directè tendit in Deum; vnde ab obiecto, in quod fertur, dicitur verbũ Dei, vt Caiet. exponit: vel quia in illo voto diuina promiſſio tacitè includitur, dum enim Deus ſuſcepit votum, & conceſſit filium ſub ea conditione, vt offerretur, videtur pueri vitam, & cætera ad impletionem voti neceſſaria, tacitè promiſiſſe, vt Abulenſ. interpretatur. Non eſt improbabilis reſponſio, præſertim hoc poſteriori modo explicata. Nam illo priori admiſſo, potiùs diceret Elcana, precor, vt impleas verbum tuum, quàm vt impleat Dominus.

3 Reſponſio. Lyran. Hug. Vatabl. Gloſſ. Caiet.

Reſpondent, tertiò Lyran. Hugo, Vatabl. & iterum Gloſſa, & Caiet. hoc verbum fuiſſe illud Sacerdotis Heli, *Deus Iſrael det tibi*, ſeu, *dabis tibi petitionem tuam*; quaſi diceret: impleat Dominus promiſſionem per ſuum Sacerdotem tibi factam; nec immeritò verbum Sacerdotis appellari verbum Dei, tum propter communem rationem, qua Sacerdotes diuinam in terris dignitatem ſortiuntur: tum quia Heli diuino inſtinctu videtur eo loco prophetaſſe, vt hîc aſſerit Lyran. & nos ſuprà numero 17. aſſeruimus. Hæc reſponſio, etſi probabilis, in eo mihi videtur deficere, quod verbum Heli iam erat impletum; fuit enim de natiuitate Samuelis, quæ iam erat extra cauſas; ergo non debuit Elcana petere, vt impleretur. Niſi quis cum Lyrano dicat, Sacerdotem non ſolùm promiſiſſe, fore vt Samuel naſceretur, ſed etiam, vt in tabernaculo offerretur, ibique Deo iugiter deſeruiret; quod nondum erat impletum, ſed implendum ſperabatur.

Sacerdotis verba Dei ſunt ob diuinam dignitatem, quam in terris ſortiuntur. Lyran.
Reiicitur 3. reſponſio, licèt probabilis. Lyran.

Vera reſponſio.

Tandem reſpondeo, *verbum* hic ſumi poſſe, non pro aliqua promiſſione ſed pro ipſa re, ſeu miraculo iam exhibito, ita vt ſenſus ſit: Feliciter proſequatur Deus, quod feliciter inchoauit, & non ſolùm natiuitatis, ſed etiam ſanctitatis miraculo puerum illuſtret. Sumi autem *verbum* ſæpenumero pro ipſa re, nouum non eſt in Scriptura; vt patet Exod. 2. num. 14. Exod. 4. num. 8. Exod. 9. num. 5. 1. Regum 3. num. 11. 2. Regum 1. num. 5. Prouerb. 25. num. 2. Iſaiæ 39. num. 2. Ierem. 31. num. 1. Amos 3. num. 7 Luc. 1. num. 37. & paſſim alibi.

3.
Cur hic Anna mulier appelletur. Orig. D. Hier. Tertul.

Manſit ergo mulier, &c. Fruſtrà aliquis contendet, Annam appellari hic mulierem, vtpote iam puerperam. Nam mulieris nomen & innuptæ, & virgini ſecundum Scripturæ vſum accommodatur; vt Origen. homil. 8 in Leuit. D. Hieronym. ad Galat. 4. Tertul. lib. de velandis virginib. à cap. 5. latiſſimè oſtendit. Sed cur Anna per ſe lactauit, non nutrici tradidit lactandum? Prima ratio fuit, vt miraculi fides certior eſſet. Eandem ob cauſam Sara filium ſuum Iſaac lactauit. *Quis*, inquit, *auditurum crederet Abraham, quod Sara lactaret filium?* Geneſ. 21. num. 7. Vbi D. Chryſoſtom. homil. 45. *Propter hoc*, inquit, *ei lactis fontes conceſſi ſunt, vt partum magis credibilem faciant, & ne quis ſuppoſitum eſſe putet puerum. Fontes enim lactis omnibus prædicabant, præter humanam expectationem hoc euenisse.* Et homil. 46. ſeq. *Non ſic*, inquit, *admirabile fuit, quod ex petra in deſerto ſcaturierint fontes aquarum, quando illam Moyſes virga percuſſit.* Exod. 17. numero 10. *ſicut de vulua iam emortua puerum naſci, & lactis fontes ſcaturire. Nam vt omnibus partus manifeſtus eſſet; & omnes, tam eos, qui tunc aderant, quam qui poſtea audierint, ad fidem miraculi introduceret, idcircò ipſa puerum alit, & lacte ſuo vult enutricari.* Accedit Iſidor. Peluſiot. lib. 3. epiſt. 180. *Lactis* inquit, *fontes partum confirmant. Veri enim partus argumentum certiſſimum eſt lactis profluuium.* Addunt Hebræi apud Lyranum, Saram etiam alienos filios, inuitatis in domum ſuam eorum matribus, lactaſſe; tum ad oſtendendam lactis vbertatem, qua diuinitùs abundabat; tum ad excludendam ſuſpicionem de puero ſuppoſititio, quæ in aliquibus hærebat. Vnde in Hebræo dicitur Sara, non filium in ſingulari, ſed in plurali filios lactaſſe.

Prima ratio, cur Anna filium lactauerit.
D. Chryſ.
Iſid. Peluſ.
Lyran.

4.
Secunda ratio. Clem Alex. D Amb.
Matres plus diligũt filios, quos lactant.

Secunda ratio, vt maiorem erga ſuum filium amorem teſtaretur. Nam vt bene Clemens Alexandrin. libro 1. pædagog. cap. 6. *Aluiſſe*, inquit, *inter homines, ſæpe affert plura amoris incitamenta, quàm procreaſſe.* Vnde D. Ambroſ. lib. 1. de Abraham, cap. 7. loquens de Sara filium lactante: *Prouocantur*, inquit, *fœminæ meminiſſe dignitatis ſuæ, & lactare filios ſuos; hæc enim matris gratia, hic honos, quo ſe propriis commendent viris: denique eos plus amare filios ſolent, quos ipſæ matres lactauerint vberibus ſuis.* Eas verò, quæ ſecus faciunt, reprehendit Clemens Alexand. lib. 3. pædag. cap. 4. *Puerum*, inquit, *orphanum non admittunt, quæ pſittacos, & graculos enutriunt. Sed filios quidem domi natos foris exponunt, gallinarum autem pullos excipiunt; & quæ ſunt expertia rationis, iis quæ ratione ſunt prædita, præferunt.* Meritò autem illas reprehendit, quæ magis belluas, quàm filios amare videantur. Imò D. Ambroſ. lib. 5. Hexameron, cap. 18. exiſtimat has matres eſſe, vel ipſis feris diriores. Nam etiam *cornices*, inquit, *volantes filios comitatu ſedulo proſequuntur, & ſolicitæ, ne teneritudine deficiant, cibum ſuggerunt, ac plurimo tempore nutriendi officia non derelinquunt. At verò fœminæ noſtri generis cito ablactant etiam illos, quos diligunt; aut ſi ditiores ſunt, lactare faſtidiunt.* Vbi plura de hac matrum in filios inhumanitate.

Clem Alex.
Immaniores ſunt feris illæ matres, quæ non lactant filios. D. Ambr.

5.
Chriſti Domini amor erga nos plurium matrũ maior. D. Chryſ.

Hinc eſt, quod Diuus Chryſoſtomus homil. 1. in Pſalm. 50. Chriſti Domini erga nos amorem, amori plurimarum matrum erga filios anteponat. Loquutus enim de matre nobili, ac locuplete. *Cum*, inquit, *generauerit filium, ſtatim eum tradit foris, & pietatis inſignia abſcondis ſuperbia. Erubeſcit fieri nutrix, quæ facta eſt mater. Chriſtus autem non ita. Ipſe nutritor, & mater eſt; ideo & pro cibo propria nos carne paſcit, & pro potu ſuum ſanguinem nobis propinauit.* Idipſum reperit homilia 60. ad populum. *Matres*, inquit, *multæ ſunt, quæ poſt partus dolores, filios aliis tradunt nutricibus; hoc autem ipſe non eſt paſſus: ſed ipſe nos proprio ſanguine paſcit, & per omnia nos ſibi coagmentat.* Quaſi multò maior Chriſti amor in ſuis ſeruis ſpiritualiter nutriendis, quàm in gignendis efflorescat. Vnde diuini amoris teneritudo erga homines, nutricis vel nomine, vel munere, ſæpe in Scriptura exprimitur. *Ego quaſi nutritius Ephraim.* Oſeæ 11. *Ad vbera portabimini, & ſuper genua blandientur vobis.*

Dei amor erga homines nutricis nomine ſæpe declaratur.

Iſaiæ

Eccleſiæ amor in Chriſtum ſicut matris lactantis.

Iſaiæ 66. num. 12. *Portauit te Dominus Deus tuus, vt ſolet homo geſtare paruulum ſilium ſuum.* Deuteronom. 1. num. 31. & paſſim alibi. Imò Eccleſiæ in Chriſtum Dominum amor non alio typo meliùs, quàm matris lactantis indicatur. *Quis mihi det te fratrem meum ſugentem vbera matris meæ?* Cant. 8. n. 1. Quaſi nullum habere poſſet maioris charitatis hoſpitium, quàm quod inter lactantia matris vbera inueniret.

6\. *Tertia ratio, cur Anna lactauerit Samuelem.*

Tertia ratio, cur Anna filium lactauerit, fuit, vt eum ſibi redderet ſimiliorem. Nam alumni ſæpenumero ſimiliores nutricibus euadunt, quàm filij parentibus. Vnde Gulielmus Abbas lib. 1. de vita Bernardi, cap. 1. loquutus de illius matre: *Alienis, inquit, vberibus nutriendos filios committere illuſtris fœmina refugiebat; quaſi cum lacte materno materni quodammodo boni infundens eis naturam.* Quod autem maior ab vbere ſimilitudo cum nutricibus, quàm ab ipſo vtero cum matribus deſumatur, vel ipſa phyſica ratio videtur ſuadere. Nam parentes interuentu ſanguinis, nutrices interuentu lactis, ſuas qualitates, ac natiuas diſpoſitiones, ex quibus ſimilitudo oritur, communicant: atqui lac eſt ſanguis magis coctus, ac defæcatus, vt Ariſtot. lib. 4. de generatione animalium, cap. 8. Albertus Magnus lib. 18. de animalibus, cap. 7. Abul. in cap. 12. Leuit. q. 23. Mathiolus lib. 6. in Dioſcoridem, aliíque teſtantur: ergo meliùs nutrices in alumnos, quàm matres in filios natiuas diſpoſitiones, ac proinde ſui ſimilitudinem transfundunt. Quibus de cauſis laudari ſolent fœminæ, quæ ſuos lactant filios; vt videre eſt apud Tiraquel. de nobilitate, cap. 20. à n. 80. vſque ad 92. vbi multa erudiſſimè cumulauit.

Cur paruuli maiorem cum nutricibus, quàm cum parentibus habeant ſimilitudinem. Albert. Magn. Abul. Mathiol. Tiraq.

7\. Orig. D. Auguſt.

Donec amoueret, &c. Hic olim apud antiquos Patres, feſtiuiſſimus, ac celeberrimus dies agebatur, quo ſi ij ab vberibus amouebantur, vt ſuprà n. 21. ex Orig. & D. Aug. expendi. Sed vt tota res fiat illuſtrior, quinque dubia occurrunt, breuiſſimè expedienda. Primum, an dies ablactationis lauto aliquo conuiuio celebrari conſueuerit. Negare videtur D. Ambr. lib. 1. de Abraham, c. 7. Vbi loquutus de conuiuio, quod Abraham in Iſaac ablactatione celebrauit, Geneſ. 21. num. 8. *Non mediocre*, inquit, *iſtud, nec vſitatum.* Vbi apertè negare videtur, fuiſſe vſitatum in ablactatione conuiuium. Sed ſenſus D. Ambroſij eſt, non fuiſſe illud conuiuium tenue, macrum, & exile, quale Abraham aliis diebus frugalitatis cauſa inſtruebat: ſed lautum, ſplendidum, & opiparum, quale in ſola ablactationis celebritate inſtruendum curabat. Itaque vſitatum non erat illud conuiuium, ſi cum aliis diebus, in quibus Abraham cum ſuis domeſticis parcè conuiuebat, conferatur; quamuis vſitatum fuerit, ſi cum diebus ablactationis, in quibus ſemper fieri conſueuit comparetur. Atque ita Patres citandi & interpretes in Geneſim communiter fatentur, hanc olim conſuetudinem viguiſſe.

1\. *Dubium.* D. Ambr. *Sententia negatiua.* *Quomodo intelligendus D. Amb.* *Sententia affirmatiua.*

8\. 2. *Dubium.* Abulenſ.

Secundum, apud quos ea fuerit conſuetudo, Abul. in locum Geneſis citatum, docet fuiſſe apud Iudæos. Si non excludat alios antiquiores populos, apud quos viguerit, aſſentior. Si excludat, prorſus repugno. Nam cum ea conſuetudo Abrahami tempore iam viguerit, multo antè, quàm Hebræorum populus naſceretur; apertè conſtat, altius, ſeu antiquius principium habuiſſe, ex quo ad Abrahamum, & ex hoc ad Iudæos emanarit. Quo tamen ex populo huius conſuetudinis fons primùm erupeit, non inuenio.

9\. 3. *Dubium.*

Tertium, fueritne hæc conſuetudo in ſola ablactatione primogeniti, an etiam ſecundò, ac deinceps genitorum: item ſolorúmne marium, an etiam fœminarum. Caiet. innuere videtur in ſola primogeniti ablactatione. *Laudabilis, inquit, conſuetudo, vt initium comedendi primogeniti celebraretur communi lætitia magni conuiuij.* Nihilominus eum ratio conſuetudinis ſtatim tradenda, non magis in primogenitis, quàm in aliis ſpectetur, ipſa quoque conſuetudo in omnibus videtur locum pariter habuiſſe. Et confirmatur, quia Iſaac, in cuius ablactatione Abraham fecit grande conuiuium, non erat primogenitus Abrahæ. Crediderim tamen primogenitos magis, quàm deinde genitos, & hos magis, quàm fœminas celebrari; quod parentibus chariores ſint, & vtiliores ſperentur. Caiet.

10\. 4. *Dubium.*

Quartum, quænam fuerit huius conſuetudinis ratio: ſeu, cur potiùs ablactationis, quam natiuitatis dies inſtructo conuiuio celebrari conſueuerit. Duplex aſſignari poteſt ratio, literalis, & moralis. Literalis, quamuis D. Auguſt. q. 50. in Geneſ. nullam inueniat, excogitari tamen poteſt: tum quia in die ablactationis iam partus vitalis, ac duraturus videbatur, qui in die natiuitatis nullam de ſua duratione ſpem ſatis firmam promittebat: tum quia ſicut infans in die natiuitatis accedebat ad mammam matris; ita in die ablactationis ad menſam patris, quæ proinde æquum erat, vt nouo aliquo conuiuio pro nouo hoſpite excipiendo ornaretur: tum præterea quia in die natiuitatis adhuc puer vitam agere videbatur belluinam, ſugendo tantùm, quod hominibus cum beſtiis commune erat; in die verò ablactationis, iam humanam, in hominum morem loqui, ingredi, ac veſci aggrediendo: tum denique quia dies natiuitatis totus flebilis, & lacrymabilis agebatur à pueris in lucem editis, dolentibus præſentes miſerias, quibus eo die exponebantur; & præſagientibus futuras, quibus ſe in poſterum exponendos quodammodo augurabantur. Quod Tertullianus lib. de anima, cap. 19. rectè expendens: *Mentior, inquit, ſi non ſtatim infans vt vitam vagitu ſalutauit, hoc ipſum ſe teſtatur ſenſiſſe, atque intellexiſſe, quod natus eſt.* Et paulò poſt obſeruans, quò huiuſmodi lacrymæ ſpectarent: *De proſpectu, inquit, lacrymabilis vitæ, quidam angorem incommodorum vocem illam flebilem interpretantur.* Et concinit D. Auguſt. lib. 21. ciuit. c. 14. vbi loquutus de prima infantia; *Quæ quidem, inquit, quod non à riſu, ſed à fletu oritur hanc lucem, quid malorum ingreſſa ſit, neſciens prophetat quodammodo.* Et ibidem ingentis loco monſtri, ac portenti reponit Zoroaſtrem Bractianorum Regem, quem ſolum ferunt, quando natus eſt, riſiſſe: ſed infauſto omine, quòd magicarum artium inuentor fuerit, nullam ex iis felicitatem conſequutus; quinimò à Nino Rege Aſſyriorum bello victus, ac tandem regno exactus. Cum igitur dies natiuitatis lacrymabilis eſſet filiis, æquum non erat, vt à parentibus lætus, ac feſtinus ageretur. At verò dies ablactationis, ſicut futuræ incolumitatis, ac felicitatis ſpe plenus; ita aptior videbatur, qui lautis, & iucundis epulis celebraretur.

D. Auguſt. *Literalis reſponſio multiplex.* Tertul. *Præſentis vitæ incommoda pueri naſcentis lacrymæ teſtantur.* D. Aug. *Riſus Zoroaſtris in natiuitate ſuam infelicitatem prædixit.*

11\. *Moralis reſponſio.*

Moralis, ſeu ſpiritualis ratio eſt, vt ſub hoc typo ſignificarent, eum præcipuè diem recolendum, in quo filij non ſimpliciter vitam, ſed bonam vitam auſpicarentur, in quo abducerentur à terrenis voluptatibus, & applicarentur ad diuinas; in quo deſinerent eſſe pueri, vilioribus cibis humanæ philoſophiæ nutriti, & inciperent eſſe viri, ſublimioribus epulis Euangelicæ doctrinæ ſaginati. Sic exponunt Origenes hom. 7. in Geneſ. & homil. vnica de Elcana, D. Auguſtinus quæſt. 50. in Geneſ. D. Ambroſius lib. 1. de Abraham, cap. 7. Rupert. lib. 6. in Geneſ. c. 10. Beda in cap. 21. Geneſ. Procopius, Hugo Cardinal. ibid. & alij. Ex quibus

Orig. D. Aug. D. Amb. Rupert. Beda. Hug. Card.

Eucharistia delicia.

Rupert. hunc tranſitum à lacte matris ad menſam patris, aptè explicat vlteriùs de tranſitu à concupiſcentus carnis ad delicias Euchariſtiæ: ab illis enim oportet ablactari eos, qui de his debeant ſaginari. Hugo verò Card. de tranſitu à vita mortali ad immortalem, quando illi, qui in hac vita à terrenis voluptatibus auelluntur, ad cæleſte conuiuium in futura exhibendum euocantur. Itaque ablactationis dies grandi conuiuio celebrari conſueuit: vt ſignificaretur fore, vt is, qui à temporalibus deliciis ablactatur, ſpiritualibus conſolationibus impinguetur.

12. *Procop. Quare ſoli iuſti dicantur ablactati.*

Addit Procop. in c. 21. Gen. vbi de Iſaac ablactatione agitur, de ſolis iuſtis in Scriptura diei, quod fuerint ablactati; quaſi hi ſoli pueri eſſe deſinant, qui à lacte corporearum voluptatum abducuntur: qui verò ab iis non reſiliunt, licet annis conſeneſcant, moribus tamen ſemper repueraſcant. *Notandum*, inquit, *eſt nullibi de impiis dici, ablactati ſunt. Iuſtus erat Samuel, de quo idem prædicatur*, Et paulò poſt: *Iſmaelis*, inquit, *ablactatio nullibi in Scriptura comprehenditur: quapropter natus annos viginti, adhuc puer nominatur.* Geneſ. 21. num. 14. Hoc ipſum expendit D. Ambroſ. ſerm. 19. in Pſalm. 118. *Plures*, inquit, *filios habuit Abraham; nullum ablactauit alium quam Iſaac.*

D. Ambr. Solus Iſaac ex filiis Abraham, dicitur ablactatus.

Vnde hic ſolus nullis puerilibus blanditiis emollitus, ſed virili fortitudine roboratus, ne adipſum quidem elatus interitum expauit. Quod rectè idem D. Ambroſ. aduertit: *Ablactatus*, inquit, *Iſaac Patriarcha tantus euaſit, vt adhuc inter rudimenta primæuæ poſitus ætatis, nequaquam tamen gladium feriturl parentis horruerit.* Itaque iuxta hos Patres iuſtus pueritiam ſtatim exuit, peccator nunquam; de qua re cap. ſeq. n. 17. plura.

13. *Quomodo filia Gomer, & alij peccatores dicantur ablactari.*

Nihilominùs hæc doctrina, ſi in vniuerſum tradatur, ſuam patitur inſtantiam. Nam Gomer vxor Oſeæ peperit filiam, quæ in Scriptura male audit, & multis ſignificatur indiciis iniqua: tum ratione ſexus, quia à virili conſtantia in fide, & religione defecit: tum ex nominis etymo, quia vocata eſt, *Abſque miſericordia*, quaſi à diuina miſericordia derelicta: tum propter ſignificationem; quia, interprete D. Cyril. Alex. typus fuit Synagogæ multis flagitiis coopertæ, & multis ſuppliciis flagellatæ, ſeu, interprete D. Hieronym. Samariæ idolis ſeruientis, & à vero Deo in perpetuum exulantis, & tamen additur, *& ablactauit eam, quæ erat abſque miſericordia.* Oſeæ 1. n. 8. Hoc eſt, à patria in exilium, à libertate in ſeruitutem, à diuina lege in gentilicos ritus præcipitauit. Non igitur ſoli iuſti dicuntur in Scriptura ablactari ſed etiam peccatores; diuerſo tamen modo.

D. Cyrill. Alex.

D. Hier.

Lac in ſacris literis dupliciter accipitur.

Nam lac in ſacris literis nunc accipitur in bonam partem, pro rerum diuinarum intellectu, & affectu; *emite abſque argento, & abſque vlla commutatione vinum, & lac.* Iſaiæ 55. num. 1. Nunc in malam, pro terrenarum voluptatum ſenſu, & appetitu; *Quem docebit ſcientiam: & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte, auulſos ab vberibus.* Iſaiæ 28. num. 9. Ab illo igitur bono lacte dicuntur ablactari peccatores, quando à diuinis conſolationibus remouentur: ab hoc autem malo iuſti, quando à terrenis voluptatibus ſeparantur. Hæc igitur filiorum ablactatio à viperino lacte terrenarum voluptatum, diligenter curanda eſt à bonis parentibus, vt virilibus inſignes animis euadant. Certè Deus non parùm curat homines ablactare, dum terrenas voluptates, quibus maximè lactantur, & delectantur, amaris quibuſdam ſuccis illinit ærumnarum; ne minus hominum prouidus, quàm nutrices alumnorum videatur. Nam vt notat D. August. conc. in Pſalm. 30. *Faciunt hoc nutrices mammothreptis* (hoc eſt, diu ſugentibus) *vt aliqua amara ponant in papillis ſuis, quibus offenſi paruuli ab vbere reſiliant, & ad menſam inhient.* Ita planè & Deus, vt voluptarios quoſdam mammothreptos à ſuarum vberibus voluptatum penitus abducat, ipſas profanas delicias amariſſimis imbuit cruciatibus, vt non ſolùm faſtidiantur; verùm etiam velis, remiſque, quod aiunt, euitentur.

D. August.

14. *5 Dubium.*

Quintum, & vltimum dubium, vtrùm Anna ablactato filio hanc conſuetudinem ſeruauerit; ſeu in die ablactationis grande conuiuiũ inſtituerit. Abul. in cap. 21. Geneſ. affirmat; & probat, quia ſtatim dicitur num. ſequenti adduxi ſe Samuelem in templum *in vitulis tribus, & tribus modiis farinæ, & amphora vini*; quaſi magnum epulum in die ablactationis celebratura. Sed mihi affirmatio dubia eſt, & confirmatio infirma. Dubia affirmatio, quia Anna ita erat intenta ad ſoluendum votum, & offerendum filium, vt parum ſolicita de inſtruendo conuiuio exhilarandiſque familiaribus videretur: præſertim quia ad id nulla eam lex diuina obligabat: conſuetudo verò humana erat, & fortaſſe ad patrem potiùs, quàm ad matrem ſpectabat. Infirma confirmatio: tum quia conuiuium in die ablactationis fieri ſolitum, non in templo, ſed in propria domo inſtrui debebat: tum quia Anna non tam ad faciendum cõuiuium, quàm ad offerendum ſacrificium prædicta illa munera in templum exportauit: tum denique, quia in litera nulla fit mentio conuiuij, ſed oblationis, & orationis. Itaque ablactationis conuiuium, ſi quod Anna celebrauit, quod mihi incertum eſt, certè in litera non exprimitur; quod mihi certius videtur.

Num. 24. Et adduxit eum ſecum, poſtquam ablactauerat, in vitulis tribus, & tribus modiis farinæ, & amphora vini: & adduxit eum ad domum Domini in Silo. Puer autem erat adhuc infantulus.

EXPOSITIO LITERÆ.

1.

A*dduxit eum.* Bis ponitur in hoc numero verbum, *adduxit*, more Hebræorum, qui repetitionibus vtuntur, vt rem narratam magis commendent, & orationem in animis audientium altiùs reponant. Sic interprete D. Chryſ. dicitur Geneſ. 1. n. 27. *Creauit Deus hominem, ad imaginem Dei creauit illum.* Sic teſte D. Hieronymo dicitur Iob. 3. n. 25. *Timor, quem timebam, euenit mihi, & quod verebar, accidit.* Sic auctore Euthymio dicitur Pſ. 21. n. 5. *In te ſperauerunt patres noſtri, ſperauerunt, & liberaſti eos.* & multa id genus paſſim. Vt igitur Annæ filium offerentis alacritas exprimatur, ſemel atque iterum dicitur filium in tabernaculum adduxiſſe. Quamuis autem Elcana pariter adduxerit, vt colligitur ex num. ſeq. *immolauerunt, & obtulerunt*; tamen hic ſolius Annæ mentio fit: tum quia illa ſola puerum brachiis geſtabat: tum quia ad illam præcipue voti ſoluendi munus pertinebat: tum denique, quia maior eius religio, ac deuotio in hoc opere videbatur.

D. Chryſ.

D. Hier.

Euthym.

Anna in offerendo filio alacritas.

2.

Colligitur autem hæc maior Annæ religio, & deuotio ex celeritate ſoluendi voti, quod Deo nuncuparat. Nam vt bene D. Ambroſius lib. 1. de Abel, & Cain, cap. 8. *Prima*, inquit, *voti gratia eſt, celeritas ſolutionis.* Vnde ſolutionem differre, perinde eſt aliquando, quid auferre. Quod mihi videtur Sapiens innuiſſe. Nam ad celerem votorum ſolutionem hortatus; *Si quid*, inquit, *vouiſti Deo, ne moreris reddere.* Eccleſ. 5. n. 3. Et ſtatim reddens huius celeritatis rationem: *Multo*, inquit, *melius eſt non vouere, quam poſt votum promiſſa non reddere.* ibid.

D. Ambr.

Celeritas in votorum ſolutione.

ibid n. 4. Dictò citius erat, quàm poſt votum, promiſſa morari. has enim moras tollendas eſſe præmonuerat, & tamen dicit, *promiſſa non reddere* quia perinde eſt morari promiſſa, atque omninò negare; vt benè D. Ambroſ. lib. cit. cap. 7. aduertit: *Cum enim*, inquit, *moram facis, non reddis.* Quid enim magis profuit Caino, ſerò offerre, quàm non offerre, cùm ob illam offerendi tarditatem ita Deo diſplicuerit, ac ſi nihil obtuliſſet? *Sacrificium enim*, inquit D. Ambroſ. *& celeritate commendatur, & gratia*; & quod inde conſequens eſt, tarditate condemnatur.

D. Ambr. — *Tarditas, & mora Caini in offerendo, Deo diſplicuit.* — *D. Amb.*

3\. Hæc ne ſuo ſacrificio tarditas ineſſet, diligenter cauit Abrahamus. Nam à Deo tentatus, ſtatim de nocte ſurrexit, ſtrauit aſinum, concidit ligna, omnia ad ſacrificium neceſſaria ſuis manibus præparauit. Geneſ. 22. à num. 3. Quorſum ipſe tam multa ſubiuit munia, qui vnum tantum iugulandi filium exequi iubebatur? Optime D. Ambroſ. citatus cap. 8. *Aduerte*, inquit, *immolaturi ſtudium maturum, atque feſtinum ... vt mora expectationis non eſſet, niſi donec audiretur oraculum.* Hanc igitur offerendi alacritatem exhibuit & Anna: moram nullam ſacrificio interpoſuit, niſi donec ablactaretur infans. Poſtquàm autem infans ablactatus eſt, *ſtatim*, inquit Origen. tract. 3. in Matth. *tranſmutatus a matre ad Deum, & appoſitus Deo a matre, vt quarat in templo Dei nutritus, carnes, ſanctam eſcam perfectorum.*

Abrahamus in ſacrificando celer. — *D. Ambr.* — *Orig.*

4\. *In vitulis tribus.* *In*, id eſt, cum, vt paſſim alibi. *In dolore paries filios.* Geneſ. 3. num. 16. *In baculo meo tranſiui Iordanem*: Geneſ. 32. num. 10. *In maxilla aſini, in mandibula pulli aſinarum, deleui eos.* Iud. 15. num. 16. *In ſecuri, & aſcia deiecerunt eam.* Pſalm. 73. num. 6. *Intrauit in Ægyptum in multitudine graui.* 1. Machab. 1. num. 18. *Lugebit terra in beſtia agri, & in volucre cæli.* Oſee 4. n. 3. *In ſanctitate, & iuſtitia ſeruiamus illi.* Luc. 1. n. 74. *Si percutimus in gladio.* Luc. 22. n. 49. *Verbum Chriſti habitet in vobis in omni ſapientia.* Coloſſ. 3. n. 16. & paſſim alibi.

5\. Circa numerum vitulorum eſt difficultas. Nam Septuaginta vertunt, *in vitulo trino*, ſeu *trienni*. Similiter D. Chryſoſtom. homil. 2. de Anna, *in vitulo triennante.* Fauere videtur Theod. q. 5. dicens, Annam obtuliſſe puerum, & vitulum eiuſdem ætatis. Cum autem Samuel tertio ætatis anno oblatus fuerit, vt ſuprà diximus; vitulus quoque triennis videtur fuiſſe oblatus, non tres vituli. Nihilominùs in Hebræo, in Chaldæo, in Vulgata, apud D. Hieronym. Vatabl. Pagninum, & cæteros Interpretes, tres vituli reperiuntur. Litem dirimes, ſi dicas, priores Interpretes loquutos fuiſſe de vitulo immolato, qui vnus fuit; vt patet ex num. ſequenti; poſteriores verò de vitulis allatis, qui fuerunt tres: quorum vnus ceſſit in holocauſtum; alij duo, de quibus nihil dicit textus, deſtinati ſunt, aut in epulum commune, aut in ſacrificium pacificum, aut in munus proprium ipſius Sacerdotis Heli, vt parentes hac mercede laborem pueri inſtituendi præuenirent.

D. Chryſ. — *Theod.* — *Tres vituli offerebantur.*

6\. *Et tribus modiis.* Maior difficultas eſt de modiis farinæ. Nam Vatablus, Pagninus, Clarius, textus in Gloſſa ordinaria explicatus, & alij habent, *in vno modio*. Imò D. Hieronym. in quæſtionibus Hebraicis, ſi is eſt illarum auctor, quem totidem verbis ſequitur Rupertus ad hunc locum aſſerit, vulgarem editionem, quæ habet, *in tribus modiis*, ſcriptorum vitio deprauatam eſſe. Probat, quia lex Moyſis, Num. 15. num. 9. & cap. 28. num. 12. & cap. 29. n. 3. præcipiebat, cum ſingulis vitulis tres decimas ſimilæ offerri; ergo cum tribus vitulis debuit Anna offerre nouem decimas, quæ non excedunt menſuram vnius modij: non ergo obtulit tres modios, alioqui faceret contra legem.

Quotnam ſextas modios obtulerit Anna. — *Prima ſententia, vnum modium obtuliſſe.*

7\. Nihilominùs Vulgata editio tenenda eſt, quam reliqui Interpretes communiter amplectuntur. Nec immeritò, cum neque ab Hebræo, neque à Græco textu aliena ſit. In vtroque enim legitur, *in Ephi ſimilæ*, ſeu *farinæ*. Eſt autem Ephi, ſeu Epha, genus menſuræ continens tres modios, ſeu tria ſata, vt Robertus Senalis opuſculo de ponderibus, & menſuris, Lucas Burgenſis in notationibus ad libros Regum, Barrad. tom. 2. Concordiæ, lib. 9. cap. 7. alique teſtantur. Et ſumitur ex Ruth 2. num. 17. vbi ſic, *Inuenit hordei quaſi Ephi menſuram, id eſt, tres modios*, Vbi vides hanc interpretationem adeò eſſe certam, vt ab ipſo textu adhibeatur. Chaldæus etiam concordat, vertens *tria ſata*. Et probatur apertè ex Iſaiæ 5. num. 10. Vbi terræ ſterilitatem exprimens, *& triginta*, inquit, *modij ſementis facient modios tres.* Hebraicè, *& ſemen Cori faciet Ephi.* Vbi vides pro Ephi redditos tres modios, ſicut triginta pro Coro: totidem enim continet. Vnde Ezechiel. 45. num. 11. dicitur Corus continere decem Ephi, hoc eſt, decies tres modios, qui triginta faciunt. Rectè igitur hoc loco pro vno Ephi tres modij reponuntur. Quod ſi aliquando pro vno Ephi redditur vnus modius, vt Deuteronom. 25. num. 14. *Non erit in domo tua modius maior, & minor*, Hebraicè, *Epha, & Epha*, id contingit, vel quia ſermo eſt de modio Attico, qui tres modios ex iis, quæ ſata dicuntur, includit, vt patet ex Ioſepho lib. 14. antiq. cap. 11. dicente, quod Corus decem modios Atticos contineat; quod eſſe non poterit, niſi ſingulis modiis Atticis tres reſpondeant, cùm loco Iſaiæ citato vnus Corus triginta modios continere dicatur: vel quia ibi non certa aliqua menſura prohibetur, ſed quælibet adulterina. Vnde opus non fuit, vt in vtroque textu eadem in ſpecie menſura pro exemplo adduceretur; ſed notiſſima omnium, qualis erat Ephi inter Hebræos: modius inter Latinos. Argumentum verò, quo Auctor quæſtionum Hebraicarum, & Rupert. vtuntur, in eoſdem in primis retorquetur. Nam ſi Anna cum tribus vitulis nouem tantùm decimas offerre tenebatur; planè ne vnum quidem Ephi potuit offerre, quia Ephi decem decimas, quas Gomor appellant, complectitur: vt patet Exod. 16. num. 16. Deinde ſoluitur cum Hugone, Gloſſa ordinar. & Burgenſ. citato quia licet Anna plus farinæ attulerit, non tamen plus obtulit, quàm lex præcipiebat. Quare iuxta vitulos oblatos, ſiue vnus tantùm fuerit, ſiue tres, vt iam monuimus, farinæ menſuras lege præſcriptas offerebat: quod reliquum erat, vel ſacerdotibus, vel familiaribus donabat.

Secunda, & vera ſententia, fuiſſe tres modios. — *Robertus Senal.* — *Luc Burg.* — *Barrad.* — *Ioſeph.* — *Soluitur argumentum contrarium.*

8\. *Et amphora vini.* Hæc menſura eiuſdem capacitatis eſt pro liquidis, atque Ephi pro ſolidis, vtraque enim continet tres modios, vt Gloſſa, Hugo, & Robertus citatus obſeruant. Ex quo etiam vino tantum obtulit Anna, quantum lex ſtatuebat. Num. 15. num. 10. nimirum tres decimas in ſingulos vitulos, quod ſuperfuit, ſacrificantibus, ſeu conuiuantibus elargita. Ex quibus colligitur, non ſolùm ſacrificium, ſed etiam conuiuium hîc interfuiſſe. Licèt enim veteres Patriarchæ nullis epulis natalem diem celebrarent; vt n. 21. obſeruauimus, & Ioſephus lib. 2. contra Appionem aduertit, qui de Moyſe loquutus: *Sed neque*, inquit, *in filiorum natiuitatibus conceſſit, epulationes aggregari, & fieri occaſiones ebrietatis: ſed temperatum eſſe repente principium.* Licèt, inquam, nullas cœnas natalitias inſtituerent, ne cum impiis hominibus conuenirent, qui eas lautiſſimè inſtruebant, vt Roa libro de natali die,

Veteres Patriarchæ non extruebant conuiuia in die natali. — *Ioſeph.* — *Roa.*

Quænam ce- nia eucha- riſtica. Caiet. Abulenſ. Procop. D.Auguſt. Rupert.

A cap. 11. oſtendit tamen diem ablactationis conuiuiis eucharisticis, vt vocant, hoc eſt, in gratiarum actionem inſtitutis celebrabant; vt ſuperiori num. aduerti. Quamuis dubitauerim, an id hoc loco factum ſit:quia conuiuium pro ablactatione filij non in publico templo, ſed in priuata domo fieri ſolebat. Potuit igitur eſſe conuiuium aliquod ex iis, quæ cum ſacrificiis pacificis frequenter inſtituebantur. Sed obiter nota veterum frugalitatem, qui lautiſſimum conuiuium ternis tantùm ferculis, iiſque vulgatiſſimis inſtruebant, nimirum carne vitulina, pane, ac vino; vt puer epulari aggreſſus, non priùs ſuauitatem epularum, quam ſobrietatem prægu-

Frugalitas, & conuiuiorum temperantia.

ſtaret. Quod ſi aliqui agnum ad vitulum adhibebant, illico intemperantiæ arguebantur. Vnde illa B Prophetæ comminatio: *Væ*, inquit, *qui opulenti eſtis in Sion, qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti*. Amos 6 n.1.& 4. Si Propheta tanquam delicatiſſimas epulas condemnat, quæ ex ſolo agno, & vitulo conficiuntur; quid diceret, ſi noſtra viueret tempeſtate, in qua tam multa ciborum condimenta, & irritamenta gulæ excogitantur; ac ſi eſſet, vt cum Satyrographo loquar,

——*in ſolo viuendi cauſa palato?*

Sed de hac re ad c.9 diſſeram copioſius. Myſticam expoſitionem de his tribus Annæ muneribus, ac tribus ſingulorum munerum ternariis, D. Gregor. Magnus, Beda, Gloſſ Hugo Card. & alij interpretes proſequuntur. Quibus adde D.Amb.lib.1.de Abel, & Cain, c.7. qui in eo ferè conueniunt, vt in tribus vitulis allatis, & in vno tantùm immolato, vt ſequenti num. dicetur, perſonarum diuinarum Trinitas, & eſſentiæ Vnitas exprimatur.

D Greg. Magn. Beda. Gloſſ Hug Card. D Ambr.

9. *Pueri recens nati, Deo conſecrandi.*

Ad domum Domini. Ex hoc loco D.Chryſ.hom 2. de Anna, optimum eruit ad omnes matres documentum, vt pueros recèns natos, aut certè ablactatos, non ad ludos, non ad nugas, non ad illiberales, ac ſeruiles artes, optimæ diſciplinæ corruptrices, abire patiantur: ſed ſtatim ad templum ducant, ad aras ſiſtant, diuino obſequio conſecrent, & addicant. Nam ſi profani homines iis artibus, quas colunt, filios ſuos inaugurant; ſi miles ad militiam, pugil ad pugilatum, pancratiaſtes ad pancratium, D & ſic de cæteris, filios ſuos inducunt: religioſa mater quò aliò ducere debet filios ſuos, quàm ad templum, vbi ſacra Religio colitur, & obſeruatur? Imò non ſolùm curare debet, vt templum adeant, ſed potiùs, vt templum fiant, iuxta Apoſtolum, qui membra noſtra, *templum Spiritus ſancti* vocat 1.Cor. 6.n.19. Quare D.Chryſ. *An non*, inquit, *abſurdum eſt, nos domum veterem, ruinam minitantem, fulcire pecunias impendentes, fabros accerſentes, denique nihil non facientes: domum autem Dei (nam Dei domus eſſe debet adoleſcentis anima) ne vulgari quidem dignari cura?* Quod ſtatim optimo exemplo illuſtrat. Nam qui de captiuitate Babylonica repreſſi, propriis domibus reædificandis incumbebant, & Dei templum dirutum, atque euerſum non curabant, grauiſſimo verbere famis, & ſiccitatis à Deo percutiuntur, iuxta illud: *Dicit Dominus exercituum, quia domus mea deſerta eſt, & vos feſtinatis vnuſquiſque in domum ſuam. Propter hoc ſuper vos prohibiti ſunt cæli, ne darent rorem, & terra prohibita eſt, ne daret germen ſuum.* Aggæi 1. num. 9. & 10. Vnde optime argumentatur D.Chryſ. *Si illius*, inquit, *templi neglectus tantam excitauit iram Numinis; multò magis huius templi neglectus ad iracundiam prouocabit Dominum. Siquidem hoc templum tantò eſt illo honoratius, quanto plura habet ſanctimonia ſymbola.* Igitur Anna & materiale templum coluit, illud frequentando; & ſpirituale, hunc myſticum, nempe filium ſuum, illum in domum Domini adducendo.

Adoleſcentis anima Dei templum eſt. D.Chryſ.

Fame percutiuntur, qui Dei templum dirutum, re ædificare non curant. D.Chryſ.

10. A *Puer autem erat*, &c. Pro infantulo eſt in Hebræo נער *naghar*. Quod nomen indifferens eſt ad puerum infantem, & adoleſcentem iam ephebum exprimendum. Hoc poſteriori modo pro adoleſcente ſumitur Geneſ.37 num.2. *Ioſeph cum ſedecim eſſet annorum, paſcebat gregem cum fratribus ſuis adhuc puer*; Hebraicè, *adhuc naghar*. Et cap.41. n. 22. de eodem Ioſepho in carcerem coniecto: *Erat ibi puer Hebræus*; in fonte, *Erat ibi naghar*. Quibus locis vides Ioſephum annos natum ſedecim, & ampliùs, adhuc vocari *naghar*: quod hic vertitur *infantulus*. Item Gen. 9.0.4. *Viri ciuitatis vallauerunt domum a puero vſque ad ſenem*; in Hebræo, *a naghar*: quod tamen miniſterium in infantulos non cadebat. Dauid pu- B gnaturus cum gigante puer dicitur. 1.Reg.17.n.33. *Non vales*, inquit Saul, *reſiſtere Philiſtæo iſti, quia puer es*; Hebraicè, *quia naghar*. Et paulò inferiùs n.42. de eodem Dauide. *Erat autem adoleſcens, rufus, & pulcher aſpectu*; Hebraicè, *naghar*. Item Abſalon iam adoleſcens, puer appellatur. 2.Reg.18.n.5. *Seruate mihi puerum Abſalon*; Hebraicè, *naghar*. Denique miniſter Sacerdotis cap.ſequenti n.1 . puer dicitur Latine, *veniebat puer Sacerdotis*; Hebraicè, *naghar*. Mitto alia loca, quæ paſſim in Scriptura occurrunt. Priori autem modo pro infante ſumitur Exod.2.n.6. vbi Moyſes adhuc infans in fiſcella expoſitus, & coram filia Pharaonis vagiens, dicitur in Hebræo *naghar*. Et 2. Reg.12.n.16 vbi Dauid *deprecatus eſt Dominum pro* C *paruulo*, nondum ſeptem dies implente, Hebraicè, *pro naghar*. Et Iſai.8.n 4 vbi de Chriſto Domino infante dicitur, *antequam ſciat puer vocare patrem ſuum, & matrem ſuam*; Hebraicè, *antequam ſciat naghar*: & paſſim alibi. Cum igitur nomen ſit indifferens ad infantilem, & iuuenilem ætatem ſignificandam, hoc loco pro puero infante ſumendum eſſe apertè conuincit Latinus interpres, transferens, *puer autem erat infantulus*. Imò & ex Hebræo colligi poteſt, vbi illa vox *naghar* repetitur, ac ſi Latinè dicas, *puer, puer*. In qua repetitione per epizeuxim creſcit ſignificatio, quaſi diceretur, valde puer, ſicut Pſal.67.n.13. *Rex virtutum dilecti, dilecti*., hoc eſt, valdè dilecti. Nec obſtat quod Rabbi Dauid tranſtulerit, *puer iam diſcutie-* D *bat*: hoc eſt, vt aliqui interpretantur, inter bonum, & malum diſcernebat Non enim is ſenſus eſt: niſi fortè quis dicat, Samuelem in illa tenera ætate rationis vſum accepiſſe, idque Rabbinum illum ſignificaſſe: quod tamen ſine maiori auctoritate non affirmo. Senſus igitur eſſe poteſt, diſcutiebat, hoc eſt, auertebat ſe ab vbere, depulſus iam erat, ſeu excuſſus à lacte, alioqui planè infantulus erat Ex quibus confirmatur, quod diximus num.22. de propria ablactatione Samuelis ab vbere.

Adoleſcentes in Scriptura pueri ſæpe dicuntur.

Puer, idem aliquando eſt quod, infans.

Dicunt aliqui, Samuele in infantia, rationis vſum accepiſſe.

Num. 25. Et immolauerunt vitulum, & ob- E tulerunt puerum Heli.

EXPOSITIO LITERÆ.

1. *Cur veteres Ethnici in die natalitio à cæde abſtinerent.*

ET immolauerunt . &c. Scilicet per Sacerdotem, vt patet ex dictis num. 3. Ethnici in natalitiis celebritatibus ab hoſtiis cædendis abſtinebant: teſte Varrone lib. de numeris. *Id*, inquit, *moris, inſtitutique maiores noſtri tenuerunt, vt cum die natali munus annale genio ſoluerent, manum à cæde, ac ſanguine abſtinerent: ne die, qua ipſi lucem accepiſſent, aliis demerent*. Verũ Anna, cui diuinus cultus charior erat, hanc ſuperſtitioſam pietatem non curabat. Quæres primò, cur tres vitulos afferentes, vnum tantùm immolarint. D.Greg. confugit ad myſteriũ Trinitatis, in

D Greg.

Tres vituli afferebātur, vnus tamen immolatur Trinitatis, & incarnationis figura.

in quo tres perſonæ, & vna adoratur diuinitas. Confugere etiam potuit ad myſterium Incarnationis, quæ cum à tribus perſonis facta ſit, ab vna tantùm terminata eſt: & fortaſſe congruentiùs, quia in hoc, ac ſimilibus ſacrificijs, Verbi incarnati ſacrificium figurabatur. Reſponſio tamen literalis eſt, quia vnus vitulus ſacrificio ſatis erat, cæteri conuiuio reſeruabantur. Deus enim vult, vt quæ ſunt Dei ita curemus, vt nobis neceſſaria non omnino negligamus, iuxta illud; *Frange eſurienti panem tuum.* Iſaiæ 8 n. 7. Vbi non integrum panem, ſed dimidium dare iubet, vt notat D. Aug. lib. de ſalutaribus documentis, c. 5. in tom. 4. *Caue, inquit, prouidens diſcretio ſit eleemoſyna, ita vt vtrique, danti ſcilicet, & accipienti ſit ſolatium.*

Eleemoſyna diſcretio.
D. Aug.

2.
Quare vitulum, & non agnum immolatur.
D. Chryſ.

Quæres ſecundò, cur potiùs vitulum, quàm agnum immolarint. Dices, quia agni nomine offerebant Samuelem, qui morum ſuauitate, agni manſuetudinem, & innocentiam referebat; non minus certè, quàm Iſaac, quem D. Chryſ. orat. de decollatione Baptiſt. quæ habetur in Bibliotheca homiliarum, tom. 4. de Sanctis, agnum appellauit. Loquutus enim de Abraham Deo conuiuium apparante. Geneſ. 18. n. 7. *Feſtinauit, inquit, ad boues, attulit vitulum, vt acciperet agnum.* Quaſi offerendo vitulum, agnum impetraret, hoc eſt, Iſaac. Reſpondebit iterum aliquis, ob futurum præſagium, ſcilicet vt Samuel vituli robur ad ſuſtentandum populum imitaretur. Quemadmodum & ipſe Samuel Sauli in Regem electo, armum, ſeu tibiam, vt vertit Aquila, epulandam appoſuit. 1. Reg 9. num 24. Nam *ſicut tibiæ*, inquit Theod. q. 21. *portant totam molem compacti corporis, & firmiter ſuffulciunt; ita etiam regium robur ſuſtinet totum corpus Reipublicæ, & non ſinit cadere.* Propiùs tamen ad literam reſpondeo, idcirco vitulum obtuliſſe, quia hæc erat propria victima nobilium, ac diuitum, qualis fuit Elcana, vt n. 1 dictum eſt: à diuitibus enim Deus vitulos, ſicut à pauperibus turtures tantùm, aut pullos columbarum; & à pauperrimis exiguam ſimilam oleo perfuſam exigebat. Nam vt bene Theod. q. 1. in Leuit. *Deus, inquit, temperatam pro cuiuſque facultatibus condit legem.*

Theod.

Vitulus erat nobilium victima.

Theod.

3.
Quo ſacrificij genere vitulus oblatus fuerit.
Abul.

Quæres tertiò, quo ſacrificij genere vitulus oblatus fuerit, in holocauſtumne, an in hoſtiam pacificam, an tandem in ſacrificium pro peccato. Hæc enim tria ſacrificiorum genera ſuprà num. 4. ſatis iam diſtinximus, & explicauimus. Reſpondet inprimis Abulenſ. & rectè, non fuiſſe ſacrificium pro peccato, quia hoc ſacrificium magna cum exultatione pro nato puero fiebat; illud autem pro peccato cum lacrymis, & mœrore. Vnde in eo nullus olei, ac thuris vſus permittebatur; vt Theodor. proximè citatus aduertit. *Sacrificium, inquit, quod offerri ſolebat pro peccato, ſine thure, & oleo offerebatur; carent enim alimento lucis, qui ſedent in tenebris peccati, & qui lugere debent, expertes ſunt lætitiæ: neque præditi ſunt odore bono, qui nequitiæ fœtorem minimè reliquerunt.* Et paulò inferius breuioribus verbis eandem ſententiam concludit: *Oleum, inquit, lætitiam indicat; thus autem ſuauem odorem, quorum vtroque priuatur peccatum.* Supereſt igitur, vt fuerit hoc ſacrificium, vel holocauſtum, vel hoſtia pacifica, vt idem tradit Abul. Et quamuis vtrum ex his fuerit, non definiat, mihi videtur fuiſſe holocauſtum; tum quia holocauſtum erat Deo gratius, iuxta illud: *Holocauſtum tuum pingue fiat* Pſ. 19. num. 4. ſeu, vt eſt in Hebræo, *incineretur.* Hoc eſt, igne de cælo lapſo in cineres redigatur; quod erat longè clariſſimum diuinæ acceptationis indicium, vt anno 6. ſect. 1. aduertimus. Tum etiam, quia holocauſtum erat præſenti actioni congruen-

Theod. Sacrificium pro peccato ſine thure, & oleo fiebat.

Peccatoris tenebræ.

Holocauſtū reliquis ſacrificiis Deo gratius.

A tius: ſicut enim tota victima in holocauſto comburitur; ita totus Samuel in diuinum obſequium tradebatur, nimirum in ſtatum Leuitarum, & Nazaræorum. Neque enim plures tunc erant ſtatus religioſi. Item in omnem vtriuſque ſtatus actionem, vt n. 11. oſtendimus. Tandem in omne vitæ ſuæ tempus, à prima infantia ordiendo, iuxta illud; *vt maneat ibi iugiter*, id eſt, perpetuò, vt num. 28. latiùs explicabo.

4.
D. Chryſ.

Et obtulerunt, &c. Hæc fuit præcipua Annæ oblatio, cuius cauſa in templum venerat. Vnde D. Chryſ. hom. 2. de Anna: *Aſcendit, inquit, in templum, & agnellum induxit in ouile, ac vitulum perduxit ad armentum, & in pratum roſam à ſpinis liberam; roſam, inquam, quæ nunquam marceſcit, ſed floret perpetuò, quæque poſſit ad ipſum vſque cælum exiliret: cuius fragrantia in hodiernum vſque diem iuuantur, ac reficiuntur omnes, qui terrarum incolunt orbem.* Vbi obiter nota, licèt roſa, quam natura gignit, citiſſimè exareſcat, iuxta illud Mantuani;

B

Samuel quaſi roſa Deo oblata.

> *Mirabar celerem fugitiua ætate rapinam,*
> *Et dum naſcuntur conſenuiſſe roſas.*

Virg.

tamen roſam, quam Anna, hoc eſt, gratia produxit, perpetuò vernare: item alias roſas natiuis incluſas ſpinis, inhorreſcere; hanc vnam paternis auulſam delicijs, quas veras ſpinas eſſe dixeris, iucundiùs purpuraſcere. Nota præterea, Samuelem agnellum pariter, & vitulum appellari: vt in agnello eius innocentia; in vitulo eius patientia exprimatur. Eandem Samuelis cum agno ſimilitudinem vſurpat D. Petrus Damianus lib. 6. epiſtolarum, epiſt. 17. & in ordine 105. Vbi obſeruat, Deum in lege veteri, & boues, & agnos ſibi immolari præcepiſſe, in typum illius prouidentiæ, qua homines in quālibet ætate, modò ſenili, modò puerili, ſuum in obſequium admittit. *Vt alios, inquit, ad ſe trahat grandæua iam ſenectute maturos; alios iuuenilis incrementi vigore robuſtos: iſtos tollat primo pubeſcentis adoleſcentiæ decore vernantes, illos autem ab ipſo pueritiæ lacteis exordio, velut de nido pullos educat implumes.* Et alijs exemplis, quibus vtitur, omiſſis: *Samuel, inquit, puerulus, tanquam tener agniculus cum tribus farinæ modiis, & amphora vini, menſæ Domini, vt ita loquar, apponitur, dum Heli Sacerdoti, & templo Dei à parentibus dedicatur.* Et ſtatim, idem ferè dicens de Baptiſta, rationem reddit, cur hic Deo agnus offeratur: *Vt eo, inquit, Dominus velut epulo ſuauis edulij, delectabiliter ſatietur.* Alij quidem agni Deo ſæpe nauſeam afferebant, hic ſaginam.

C

Samuel agnellus, & vitulus, ob innocentiam & patientiā nuncupatur.
D. Petrus Dam.

D

Et ſenili, & puerili ætate homines ad ſe trahit Deus.

Baptiſta Deo vt agnus offertur.

5.
D. Chryſ.

Vnde D. Chryſoſt. hom. 1. de Anna, comparat inter ſe duplex Annæ ſacrificium, vnū ex vitulo, alterum ex puero oblatum; & hoc poſterius priori anteponit. *Geminū, inquit, fit ſacrificium. Et erat vitulus ille irrationalis, hic rationalis; & illū quidem Sacerdos immolauit, hunc verò dedicauit mulier; eratque mulieris victima melior, quā hoſtia quā obtulit Sacerdos, propterea quod hæc ſuorū viſcerum facta eſt immolatrix.* Maior adhuc huius ſacrificij excellentia deprehenditur ex eo, quod ſacrificio Abrahæ à D. Chryſoſtomo non ſolùm conferatur, ſed etiam præferatur: *Imitata eſt, inquit, Anna Patriarcham Abraham, cúmque illo certamen ſuſcepit: ſed ille quidem filium receptum reduxit de monte; hæc verò reliquit in templo, vt ibi perpetuò maneret.* Et quidem vtriuſque ſacrificij æqualitas in eo cernitur, quod ſicut Abraham filium ſuum morti temporali deſtinauit, ita & Anna ſuum morti ciuili; quæ præterquam quòd nihilo ſit faciliot, quàm illa, eſt præterea diuturnior. Mortem autem ciuilem appello illam, quæ conſiſtit in perpetua abdicatione à rebus ciuilibus, & traditione ad diuina obſequia. Hæc enim mors diu excru-

E

Anna, & Abrahami ſacrificia cōparantur.

Anna ciuili morte mulctauit filium offerendo.

Anna cum pucro domi remanente, nec eſſe fuit aliquas ſaltem ancillas remanere. Motem autem eſſe Scripturæ, vt aliquando omnes pro maiori tantum parte viurpet, teſtantur D.Chryſ. hom. 23. in c. 11. epiſt ad Heb. Theoph. & Oecum ibid. Orig tract. 28. in Matth. D.Hier. in cap. 2. Zachariæ, Euthym. in c. 49. Matth. Galatin. lib. 5. c 4. & alij. Patetque exemplis: nam D.Paul. ad Hebr. 11. n 13. *Iuxta fidem, inquit, defuncti ſunt omnes iſti:* & tamen inter eos numeratus fuerat Enoch, quē certum eſt non fuiſſe defunctū, *quia tulit eum Deus.* Gen. 5. n. 24 Qui etiam Geneſ. 7. à n. 22. dicuntur mortui fuiſſe vniuerſi homines, præter Noë, & qui cum eo erant in arca; & tamen Enoch adhuc ſuperuixit. Sic ad Philip. 2. n. 21. *Omnes*, inquit, *quæ ſua ſunt, quærunt, non quæ Ieſu Chriſti:* & tamen Apoſtoli aliter faciebant. Sic dicitur Geneſ. 46. n. 6. *Venit Iacob in Ægyptum cum omni ſemine ſuo:* & tamen non venit Ioſeph, qui iam erat in Ægypto. Sic Chriſtus Dominus Matth. 10. n. 22. *Eritis*, inquit, *odio omnibus hominibus;* & tamen plurimi Apoſtolos diligebant Et ipſius Ioan. 10. n. 8. *Omnes, inquit, qui ante me venerunt, fures ſunt, & latrones.* & tamen Prophetæ tales non erant. Sic Luc. 23. n. 49. *Stabant*, inquit, *omnes noti eius a longe, & mulieres:* & tamen Ioan. 19. n. 25. *Stabant iuxta crucem Ieſu mater eius, & ſoror matris eius*, &c. Sic Dauid Pſ. 13. n. 2. *Omnes declinauerunt*, Pſal. 64. n. 3. *Ad te omnis caro veniet.* Pſalm. 115. n. 11. *Omnis homo mendax*; cùm tamen hæc non de omnibus ſimpliciter, ſed de plurimis tantum vera cenſeantur. Non aliter hoc loco, *omnis domus*, pro maiori parte familiæ accipitur. Sed cur hic fit mentio totius domus non autem ſuprà n. 3. Reſpondeo, quia fortè voti etiam rea tenebatur; vel ne cum Anna remanente, ipſa quoque domus, ſeu familia remanſiſſe crederetur. vel tandem, vt ſignificaretur promptius accurriſſe ad grates pro accepto beneficio, quàm ad preces pro accipiendo.

Hoſtiam ſolemnem. Quænam fuerit hæc hoſtia, dubitatio eſt. Reſponſio verò triplex. Vna, fuiſſe hoſtiam in die purificationis offerri ſolitam. Leu. 12. n. 6. Sed non placet Abul. quia illa hoſtia fuit tenuis: vnus ſcilicet agnus, & vnus pullus co lūbæ, ſiue turtur; hæc autē dicitur ſolennis, hoc eſt, lautior, & opulentior. Mihi etiā non placet reſponſio, duplici alia de cauſa. Vna, quia illa hoſtia ab ipſa matre pro ſui purificatione offerebatur: vt patet ex loco Leu. cit. hæc autem matre dumtaxat [illegible] à viro, cæteriſq; familiæ offertur. Altera quia hoſtia purificationis, vt ex ſeq. n. patebit, non obligabat [illegible] quorum de numero erat Elcana.

Secunda reſponſio eſt, non fuiſſe hoſtiam lege conſtitutam, ſed propter voluntate muneris ad natalem Samuelis diem celebrandum. Hanc etiam non admitto, quia veteres Patriarchæ non ſolebāt natalitios dies vel [illegible] aut ſacrificijs celebrare. Vnde Orig hom. 8 in [illegible] *Nemo*, inquit, *ex omnibus Sanctis inuenitur in [illegible] vel conuiuium magnum [illegible] natalis ſui [illegible] inuenitur [illegible] natales [illegible] huiuſmodi natiuitate lætantur. Inuenimus enim in veteri T[illegible] Pharaonem Regem Ægypti diem [illegible] antem [illegible] tamen eorum [illegible] initum [illegible] ſitum [illegible]* carcere. Vbi obiter nota, non potuiſſe [illegible] Reges natalis ſui memoriam [illegible] te [illegible] recolerent & notris. Adeò [illegible] bus, quantumcumque gaudij por[illegible] los obuerſaretur. Cum Orig. verò conſentit D.Hier. in c. 14. Matth. *Nullum aliuni*, inquit, *inuenimus ob-*

ſeruaſſe diem natalis ſui, niſi Herodem, & Pharaonem, vt quorum erat par impietas, eſſet [illegible].

Vnde Abraham non [illegible] natali [illegible] ſed in die ablactationis [illegible] fecit Gen. 21. n 8. Quod ponderans Orig. [illegible] vnica in lib. Regum. *Apud homines*, inquit, [illegible] *ſolent natalem diem celebrare [illegible] Abraham vero non celebrat natalem diem [illegible] ſed [illegible] & conuiuia celebrat, cum eum a lacte depellit [illegible] ad cibos ſolidos [illegible] quaſi per hoc diceret [illegible] depoſui, quæ erant [illegible].* Ne aliter [illegible] D.Aug. [illegible] *Abraham, nec die, quo natus eſt [illegible] nec die quo circumciſus eſt: ſed die, quo [illegible] eſt, epulum [illegible] cerit. Quod [illegible] ad [illegible] referatur, nulla ſoluti quaſtionis eſt. Tunc [illegible] debere magnum gaudium [illegible] fuerit [illegible] homo nouus [illegible] id eſt [illegible] dixit Apoſtolus, Lac [illegible] potū [illegible]* 1. Cor. 3. n. 2 Denique [illegible] & Matth. cit [illegible] Imò & Thraces [illegible] obſeruabant: nam [illegible] mortuos verò epul[illegible] ntur. [illegible] reddit Epigramma illud Græcum quod [illegible] cumfert [illegible] Latinitate donatum.

Illos vita malis quia deſtinat omnibus, hinc hos,
Pharmaca quod mortem tot reperere mali.

Hoc eſt, quia naſcentes inch[illegible] quæ morientes finiebant. Cùm igitur hæc [illegible] celebrandi dies natalitios, vel proprio [illegible] ab antiquis Patribus [illegible] non video hæc hoſtia fuiſſe denuo [illegible] natalem diem Samuelis celebrandum.

Tertia igitur veraque reſponſio eſt, fuiſſe hoſtiam aliquam ex [illegible] celebrantibus offerri ex diuina lege [illegible] explicatum eſt; & [illegible] *ſolemnem*, ſeu vt habent Septuaginta, *hoſtiam dierum*, hoc eſt, vt Pagn & Vatab. ex Hebræo tranſferunt, *hoſtiam anniuerſariam*, appellant. Et [illegible] magis [illegible] A[illegible] quam [illegible] pro [illegible] tud [illegible] b[illegible]ficio [illegible] cepti [illegible] multis Annæ pr[illegible] D[illegible] cr[illegible] Deo [illegible] tenere [illegible].

Et votum [illegible] S[illegible] At quod votum? Non [illegible] ſed de offerendo filio in miniſt[illegible] tamus, [illegible] perſoluit [illegible] cum [illegible] domi [illegible] N[illegible] Nazaræi [illegible] A[illegible] en [illegible] ascendere [illegible] vt patet ex [illegible] reatu N[illegible] [illegible] Nazaræ[illegible] Quod [illegible] Eli[illegible] v[illegible] De[illegible] Et [illegible] ſup[illegible] ex [illegible] S[illegible] patentes, & [illegible] poſtea [illegible] vt patebit [illegible] que Te[illegible] [illegible]

[illegible] P[illegible] n. 48. [illegible] & creaturas [illegible] periores

D.Chryſ.
Theoph.
Oecum.
Orig.
D. Hier.
Euthym.
Galat.

Cur hic, & non ſupra totius domus mentio fiat.

2.
Quænam fuerit hæc hoſtia.
Prima ſententia, fuiſſe hoſtiam purificationis
Diſplicet primò.
Abul.
Secundò.
Tertiò.

3.
Secunda ſententia, fuiſſe hoſtiam non lege conſtitutam: ad propria vo luntate immolatam.
Reijcitur.
Orig.
Natalitios dies celebrare impij ſolebant, non ſancti.

Natalis memoriam ſine mortis recordatione impij celebrare non poſſunt.
D.Hier.

4.
Cur non diē natalem, ſed diem ablactationis Iſaac Abraham celebrauerit
Orig

D.Aug.

[illegible]

5.
Tertia ſententia fuiſſe [illegible] ſolemnitatibus [illegible] ſolitam.
Pagnin.
Vatabl.
Abul.

6.
Quodnam fuerit hoc votum.

[illegible]
Multa, quæ narrando præterit Scriptura, replicando inculcat.

7.
Exempla ex [illegible]

ſuperiores ad Dei laud[illegible], ſubdit: *Quia ipſe di[illegible] facta ſunt [illegible] & creata ſunt.* In [illegible] nihil [illegible] Angelorum, & tamen Apoc. [illegible] à n. 4. latè [illegible]plicatur. Deinde nihil [illegible] in eodem lib. de pœnitentia Adami, & tamé Sap. [illegible] n. 1. hic exp[illegible]mitur. *Hæc, ſcilicet diuina ſapientia, illum, qui primus formatus eſt à Deo pater orbis terrarum, cùm ſolus eſſet creatus, cuſtodiuit, & eduxit illũ à delicto ſuo.* Denique [illegible] eodem lib. de compedibus Ioſephi [illegible] qui tamen referuntur. Pſ. 104. n. 18. *Humiliauerunt in compedibus pedes eius;* vt [illegible] D. Aug. [illegible] Exterere[illegible] in lib. Exod. vbi de plagis Ægypti [illegible] nihil de plagis [illegible] pruinæ, & igni[illegible] quæ tamen commemoratur. Pſ. [illegible] n. 46. *[illegible] fructus eorum, & [illegible] eorum in pruina, tradidit poſſeſſionem eorum [illegible]*, vt idem D. Aug. ad[illegible]tit. Deinde in promu[illegible] nuſquam dicitur in Exod. Moſ[illegible] & tamen D. Paulus ait, *Moyſes d[illegible] Exterritus [illegible]* Heb. 12. n. 21. vbi plura [illegible] Ribet. Item Iannes, & Mambres nuſquam [illegible] Exodo dicuntur Moyſi reſtitiſſe, qui tamen D. Paul. 2. Tim. 3. n. 7. [illegible] Num. [illegible] dicitur, *Apparuit [illegible] ſuper quo locutus eſt Dominus ad Moyſem: Congrega populum, & dabo [illegible] aquam*; & tamen, vt [illegible]tat D. August. q. [illegible] nuſquam [illegible] Dominum ad Moyſem [illegible] Num. [illegible] n. 16. de fœminis Madianitis dicitur: *Nonne iſtæ ſunt, quæ deceperunt fi[illegible]* [illegible] Balaam? & tamen ea ſuggeſtio nuſquam [illegible], vt D. Aug. [illegible] q. [illegible] Tandem in libris Regum nuſquam de[illegible] Dauid [illegible] & tamen ille hoc de [illegible] apud Sam[illegible] Reg. [illegible] prædicatur.

D. Auguſt.

D. Aug.

D. Auguſt.

D. Aug.

8. Iam v[illegible] ex nouo Teſtamento [illegible] occurrunt. Ioan. 8. n. 48. dicunt Pharisæi: *Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?* & tamen nuſquam legitur, fuiſſe Chriſtum Dominum vocatum à Phariſæis Samaritanũ. Apoſtolus Iudas in ſuâ Canonica, n. 9. dicit, Michaelem cum dæmone de corpore Moyſis contendiſſe, & tamen ea contentio in Pentateucho nuſquam ſcribitur. D. Paul. ad Galat. 2. n. 7. ait fuiſſe D. Petro creditum Euangelium circumciſionis, & ſibi Euangelium præputij; hoc autem quando factum fuerit, non apparet. Item 1. Cor. 15. n. 6. docet, Chriſtum Dominum apparuiſſe pluſquam quingentis fratribus, & hæc bo[illegible] tamen id in Euangelio non refertur. Mitto plura [illegible] quæ infrà c. 2. n. 3[illegible] & c. 3. n. 14 reponentur. Ex [illegible] patet, multa in Scriptura proprijs locis præ[illegible], quæ tamen alijs inſeruntur. Sim[illegible]ter igitur quamuis in ſuperioribus nulla fiat mentio huius voti, tamen ex hoc loco in quo obiter ſupponitur, fuiſſe enter intelligitur emiſſum fuiſſe, vt hic Caiet. aduertit. Vnde ſeq. n. conſtituit hanc regulam, ſæpe in Scriptura taceri multa narrando, quæ poſtea commemorando ſuppleantur.

Exempla ex nouo Teſtamento.

Elcana votum ſuprà prætermiſſũ, ex hoc loco colligitur emiſſum.

Num. 22. Et Anna non aſcendit: dixit enim viro ſuo: Non vadam, donec ablactetur infans, & ducam eum, vt appareat ante conſpectum Domini, & maneat ibi iugiter.

EXPOSITIO LITERÆ.

1. De Chriſto à mundi in cælum Eccleſia remanens, in terra, expoſitio.

ET *Anna non aſcendit.* Mitto ſpiritualem interpretationem D. Greg. intelligentis [illegible] tabernaculum redeunte, poſtquam vtri [illegible] factus eſt, Chriſtum Dominum ad cælum magno A triumpho regredientem, poſtquã mortuum hominem ſuo ſanguine regenerauit: & [illegible] Anna non aſcendẽte cum viro ſuo, d[illegible] ablactare, ipſam Eccleſiam [illegible] orantem, donec plures [illegible] ret, genito[illegible] ca[illegible] doctum [illegible], & nutriret. Poſt[illegible], eundem typo Annæ [illegible] Virginem intelligere, nol[illegible] ſi[illegible] lio aſcẽdere, vt in terris ad[illegible] plures ei filios lucraretur, p[illegible] *Non vadam, donec ablactetur infans, & ducam eum.* Quaſi vellet ſua ſe beatitudine priuari [illegible], vt homines imbu[illegible] per ſuum patrocinium [illegible] promouendis, & Chriſto Domino per [illegible] B lem [illegible]tificando, & glorificando [illegible]

B. Virgo poſt Chriſti aſcenſionem in terra manere voluit in Eccleſiæ lucrũ, & Chriſti obſequium.

2. Sed quod attinet ad hiſtoriam, Anna non aſcendit cum Elcana. Hoc autem non fecit ſuo tantum arbitrio, ſed bona pace, facultateque Elcanæ, vt ſignificat illa cauſalis, *dixit enim viro ſuo* hoc eſt, non aſc[illegible]t, quia petijt à viro ſuo facultatem remanendi, atque aſcendenti comes adhærere. Verum cum hæc oblatio fuerit in vna ex ſolemnitatibus anniuerſarijs, lege diuina inſtitutis, vt ſuperiori n. conſtituimus, quæret aliquis, an peccauerit Anna domi remanendo, nec legem obſeruando. Reſpondendum, minimè. Imo D. Hier. in epiſt. ad Lætam, laudabiliter geſſiſſe ſignificat. *Poſtquam*, inquit, *concepit, & peperit, non eſt auſa ad templum accedere, & ſola C eſſe apparere coram Domino, niſi prius redderet quod debebat.* Ratio verò cur excuſetur, eſt, quia fœminæ illa lege non tenebantur, vt n. 1. dictum eſt. Lex enim ſoli maribus hoc onus imponebat. *Tribus*, inquit, *temporibus anni apparebit omne maſculinum tuum in conſpectu omnipotentis Dei Iſrael.* Exod. 34. n. 23. Si autem quæras cur fœminæ ad hanc legem non cogerentur, tripliciter reſpondet Oleaſter, Deum alloquendo Primò, *Tanquam pius*, inquit, *& miſericors hoc ſieri voluiſti: ne ſcilicet ſexus infirmior longo itinere grauaretur.* Secundò, *Aut quia non ignorabas deuotum ſexum hoc ſine præcepto facturum.* Tertiò, *Fœminarum genus decet non [illegible] hinc inde currere, etiam pietatis, aut religionis prætextu. Amat hoc genus exire, amat hinc inde diſcurrere. & quia à viris ſuis ſæpius arcentur, auſam religionis, aut pietatis meditantur D vt ergo licenti ſum genus [illegible] officio, à caſa nec vagari [illegible] præcluſiſti.* Quæ omnes rationes videntur mihi aptiſſimæ. Tertiam inſinuat Abulenſis c. 34. Exod. q. 22. *Soli maſculi*, inquit, *obligabantur aſcendere ad iſtas ſolemnitates: fœminæ verò nequaquam, quia non eſt honeſtum mulieribus varias terras diſcurrere propter verecundiam ſexus. Repugnat enim itinerationi continuatio moribus fœminarum: qui taciti, & verecundi, atque valde compoſiti eſſe debent.* Sequitur dicta [illegible] ex ne ad templum quidem ire fœminas conuenit, [illegible] quo pacto eas publicis vijs, & alienis domibus oberrare patiemur? Quod hic pauci illuſtro.

Anna domi manendo non peccauit. D. Hieron.

Cur à culpa excuſetur.

Oleaſt. Triplex ratio, cur fœminæ ab aſcenſu in templum excuſentur.

Abul.

E

Fœminas raro egredi oportere.

DEbent quidem fœminæ ſuo ſe ſemper continere, non publicè [illegible] Dauid fœminam per antonomaſiam appellat domus habitatricem. *Dominus*, inquit, *dabit verbum euangelizanti bus*, ſeu, vt eſt in Hebræo, *euangelizatricibus [illegible] ſpeciei domus diuidere ſpolia.* Pſ. 6[illegible] n. 13. ſeu, vt Caiet. ex Hebræo legit, *& habitatrix domus diuidet ſpolia.* Senſus enim hiſtoricus eſt. D[illegible] poſt Hebræorum de Aſſyrijs victorias, concentu cum fœminis, vt de more pæana concinant, & ipſa inter victores partiantur. Vbi planè fœmina per e[illegible] nuncupatur *domus habitatrix*, ſeu, vt Interpr. Regia ab Hebraico vertit, *domus habitati*. An homo non

3. Fœmina per antonomaſiã domus habitatrix. Caiet.

non eſt etiam domus habitator? Planè eſt. [illegible] poranus fœminæ continua Hominem D[eus] condidit extra paradiſum, mulierem in Paradiſo, vt D. Ambroſ. lib. de paradiſo, cap. 4. ex eo colligit, quod creatum hominem tulerit Deus, & poſuerit in paradiſo voluptatis. Geneſ. 2. n. 15. & ex illius coſta ibi dormientis, mulierem fabricarit. Geneſ. 2. n. 21. Qui igitur hæc fuerit paradiſi incola, ille accola. Cur autem non potius vice verſa, cùm hominem, qui nobilior erat, nobilior patria debere videatur? Reſpondet idem D. Ambroſ. vt ſupra annot. 4. Sect. 4. retulimus, vt ſciamus, non loci dignitate, ſed virtute gratiam comparari. Reſpondeo tamen ad rem præſentem accommodatè, vt ſuum cuique locum tribueret, homini quidem publicũ, B fœminæ ſecretum. Nam homo poteſt in publica prodire loca: fœmina ſecretis debet penetralibus recondi. Diuerſis planè vocabulis, hominis, & mulieris fabrica in Scriptura declaratur. Nam homo dicitur formari: *Formauit*, inquit, *hominem de limo terræ.* Geneſ. 2. n. 7. mulier autem dicitur ædificari: *Ædificauit*, inquit, *coſtam in mulierem* ibid. n. 22. Cur, quæſo, in mulieris fabrica potius *ædificandi*, verbo vtitur, quam *formandi*? Planè vt ſignificaret, mulierem à primo ſuo ortu ædis ſuæ amantem eſſe debere. Ita D. Ambr. cit. lib. de paradiſ. c. 11. *Benè*, inquit, *ædificauit, dixit, vbi de mulieris creatione loquebatur. Sicut enim vir publicis officiis, ita mulier* C *domeſticis miniſteriis habilior æſtimatur.* Adhuc mihi videtur Caietanus verbi *ædificandi* emphaſim planiùs expreſſiſſe. *Significat*, inquit, *mulierem ad hoc feciſſe, vt ſit ædificium hominis.* Vt enim ædificium eſt immobile, neque huc, illuc circumuagatur: ita fœmina liberè ſpatiari non debet, ſed ſub eodem ſemper tecto contineri; vt non tam incola ædificij, quam ipſum immobile ædificium videatur.

D. Ambr.
Cur in paradiſo mulier, homo extra paradiſum fuerit creatus.
D. Ambr.
Homini publicus, mulieri ſecretus locus debetur.
Homo dicitur formari, mulier verò ædificari, & cur.
Caiet.
Quare mulier hominis ædificium.

4. Voluit olim Deus, vt Hebræi totam Ægyptum ſuis opibus ſpoliarent. Quibus ergo præſidijs, vt rem aggrederentur, impertiuit? *Poſtulet*, inquit, *vir ab amico ſuo, & mulier à vicina ſua, vaſa argentea, & aurea.* Exod. 11. n. 2. Vbi in primis ſic onera diſcre- D uit, vt vir non niſi viris, fœmina non niſi à fœminis poſtularet. Nec immeritò: vt modeſtiæ conſuleretur. Deinde ſic ſtatuit, vt vir amicum ſuum, ſiue propè, ſiue procul moraretur, conueniret: neque enim erat à viris alienum liberiùs excurrere, & lõgius euagari: at verò fœmina ad vicinam tantum ſuam ſe conferret, remotiores ædes non adiret. Nihil enim fœminis eſſe poterat tam indecorum, quàm procul à domo, aut certè à vicina circumferri. Adhuc res magis exprimitur Exod. [3]. n. 22. *Poſtulabit*, inquit Deus, *mulier ab hoſpita ſua*, ſeu, vt habent Septuaginta, *à contubernali ſua*, & quod ferè idem eſt, *à cohabitatrice ſua.* Quod ſic intelligi poteſt, vt ædes Ægyptiæ, ſicut & noſtrates, diuerſis E diſtinctæ tabulatis, à diuerſis cultoribus habitarentur: proindéque mulier non à domicilio in domicilium foras exire, ſed eoſdem ſemper intra parietes incluſa à tabulato in tabulatum commigrare permitteretur. Magis adhuc rem exaggerat D. Aug. in locutionibus, & q. 39 in Exod. legent cunt aliquibus Græcis, & Latinis codicibus [illegible] *à con*[illegible]*ia ſua.* Ita vt ſi in eadem cella [illegible] angulis duæ mulieres habitarent, [illegible] in [illegible] lam egredi; ſed potiùs [illegible] ab vno eiuſdem cellæ angulo in alterum commeare. Vides [illegible] excundi terminis [illegible].

In Ægypti ſpoliatione, mulier non niſi à muliere vaſa aurea poſtulauit.
Ægyptiorum domicilia Varijs tabulatis diſtinguebantur.
D. Aug.
Neque è cella in cellam mulieri permittitur diuagari.

5. Adde etiam [illegible] domum debere mulierem ſecretiorem eius partem frequentare. Tres Angelos in d[omum ſ]uam recepit Abraham, & cum hoſpites [illegible], hoſpitia tam ex[illegible], nuſquam Sara com[paruit], adeo vt vel ipſi Angeli admira- A rentur, & parent, *vbi eſt Sara vxor tua?* Gen. 18. n. 9. Qu[illegible]ent, hæc tua tabernacula, ſeu [illegible] [illegible] tua [illegible] & p[illegible], omnia vni[illegible] pe-ctui [illegible] tur, à tribus hoſpitibus omnia o[c]cupantur, & tamen Sara non comparet, vbi eſt? Scilicet, eas latebras quærebat Sara etiam intra domum vt [illegible] à nemine cerneretur. Quod vel ipſi Angeli [illegible] voluerunt. [illegible] Deus, cuius illi nomine loquebantur, vt rectè D. Ambr. lib. 1. de Abraham, c. [illegible] m aduertit. *Nunquid*, inquit, *ignorabat Dominus, vbi Sara eſſet? Sed docere nos voluit, quantus pudor eſſe debeat fœminarum, ne procaci occurſu hoſpitum in ſe oculos inflecterent.* Et paulò poſt: *Prouectior ætate iam Sara iuuenilem cuſtodit verecundiam.*

Sara pudor & verecundia coram Angelis non comparentis.
D. Ambr.

B Quod ſi aliquando vrgeat neceſſitas exeundi, feſtinare debet, ne longiores moræ in publico trahantur. Egredienti de Sodoma vxori Lot, præcepit Deus: *Noli reſpicere poſt tergum tuum.* Geneſ. 19. num. 17. Quid, obſecro, mali in reſpiciendo eſſe potuit, vt tam diligenter id à Deo caueretur? Nonne multum iuuaret, vltrices illas flammas intueri, vt de diuina iuſtitia melius edoceretur? Nihilominus optimo iure ille reſpectus à Deo prohibetur: *Vt mulieres*, inquit Caiet. *non tardent in itinere, ſed accelerent.* Nam ſi reſpicere liceret, procul dubio ſæpe reſiſteret, ſæpe cunctaretur, ſiue dolore defixa, ſiue rei euentu admirabundа, ſiue C horrore quodam penè exanimata; cum tamen fœminæ à publicis locis non modo recedere debeãt, ſed euolare. Optimum illis exemplum Beatiſſima Virgine relinquente, dum abijt in montana cum feſtinatione. Luc. 1. n. 39. Vbi D. Ambroſ. *Diſcite*, inquit, *virgines non circumcurſare per alienas ædes, non demorari in plateis, non aliquos in publico miſcere ſermones. Maria in domo ſera, feſtina in publico.* Et paulò poſt obſeruat, Mariam cum Eliſabetha manſiſſe *menſibus tribus.* Luc. 1. n. 56. *Non quod domus*, inquit, *eam delectaret aliena, ſed quia frequentius videri in publico diſplicebat.*

Vxori Lot prohibetur poſt tergum reſpicere.
Caiet.
Mulieres in [illegible] feſtinè, exemplo B. Virgini in montana feſtinantis.
D. Ambr.
B. Virgo apud Eliſabetham commoratur.

D Nec immeritò, cùm fœminæ, quæ in publicis locis commorantur, malam ſui aſpicientibus ingerant ſuſpicionem, qualem profectò ingeſſit Thamar, honeſta alioqui fœmina. Nam cùm eam vidit Iudas eius ſocer ſedentem *in biuio itineris*, Gen. 38. n. 14. ſeu, vt eſt in Hebræo, *in porta oculorum*; hoc eſt, in loco publico, in quem omnium hinc inde occurrentium oculi incidebant, *ſuſpicatus eſt eſſe meretricem.* ibid. n. 15. Ac ſi publicus locus non niſi proſtitutæ fœminæ deberetur. Rectè igitur Abimelech Rex Geraræ, recedentibus à ſe Abrahæ, & Saræ multa munera diſtribuit; viro quidem oues, & boues, & ſeruos, & ancillas: vxori verò *vnum velamen oculorum.* Gen. 20. n. 16. vt hoc E ſcuto ſe ab obuiantium oculis, ſeu iaculis tutaretur. Nam vt bene Tert. de velandis virgin. cap. 15. *Virginitas*, inquit, *nihil magis timet, quam ſemetipſam, confugit ad velamen capitis, quaſi ad galeam, quaſi ad clypeum.*

6.
Thamar à ſocero meretrix reputatur.
Rex Abimelech [illegible] Saræ donauit, virginitatis cuſtodem.
Tertul.

7. Iam verò ſi adeò clauſæ eſſe debent coniugatæ, virgines qualem ſe debent abdere in receſſum? Non ſine myſterio eſt, quod quæ in Latina editione virgines dicuntur, in Hebræo abſconditæ nominantur. Nam Rebecca dicitur puella *de ora nimis virgoque.* Gen. 24. n. 16. Hebraicè, *abſconditaque.* Soror Moyſis *puella dicitur.* Exod. 2. n. [illegible] d eſt, virgo, Hebraicè, *abſcondita.* Iſaiæ 7. n. 14. *Ecce virgo concipiet*; in Hebræo, *Ecce abſcondita.* Sponſa de ſodalibus: *Adoleſcentulæ*, inquit, *dilexerunt te nimis.* Cant. 1. n. 2. in Hebræo, *Abſconditæ.* Sa[illegible] ibus [illegible] libus teſt[illegible], *viam viri in adoleſcentia*, ſeu, vt habent alij: *in adoleſcentula.* Prou. [illegible].

Virgines dicuntur abſconditæ.

m.

num. 16. in Hebræo, *in abſconditis*, & alijs paſſim locis. Quaſi latebræ tam propriæ ſint virginum, vt non aliunde melius, quàm ab illis nomina ſortiantur. Vnde D. Ambr. in exhortatione ad virgines: *Decet*, inquit, *ſolitudo verecundiam; & gymnaſium pudoris ſecretum eſt.* Ac ſi diceret, ſcientias quidem in publicis ſcholis excolendas eſſe, caſtitatem in ſecretis.

D. Ambr.
Solitudo eſt pudoris ſchola.

8. In hoc pudoris gymnaſio diu exercita Rebecca, cùm primùm Iſaac ſponſo ſuo obuiam prodijt, *tollens cito pallium ſuum, operuit ſe.* Geneſ. 24. n. 65. Vbi egregiè D. Ambroſ. lib. 3. de virginib. *Vtique*, inquit, *pulchra virgo non decori timuit, ſed pudori.* Neque ſolùm velo tegendus eſt pudor, ſed protegendus muro, vt conſeruetur. Hunc ſibi cæleſtis ſponſa præſtruebat. *En ipſe*, inquit, *ſtat poſt parietem noſtrum.* Cant 2. n. 9. Adeò vt vel ipſe cæleſtis ſpõſus huius muri obice quodãmodo excludi videretur. Quare Tert. lib. de velandis virginib. c. 16. ad ſpõſæ exemplum mihi videtur cæteras fœminas adhortatus. *Vela*, inquit, *caput, ſi mater, propter filios; ſi ſoror, propter fratres; ſi filia, propter patres. Omnes in te ætates periclitantur. Indue armaturam pudoris; circumduc vallum verecundiæ; murum ſexui tuo ſtrue, qui nec oculos emittat proprios, nec admittat alienos.* Hoc ſe muro Beatiſſima Virgo includebat, etiam cùm in apertum campum charitas prouocabat. Pudor cogebat intrò; amor eliciebat foras. Vincitur tandem inuictus amor, & ſuo ſe muro inexpugnabilis cuſtodit pudor. Ita mihi videtur D. Anſelm. in dialogo de paſſion. tom 3. contemplatus. Vbi cum B. Virgine de comprehenſione Chriſti Domini in horto interloquutus: *Dic*, inquit, *piiſſima Domina, fuiſti tunc cum illo?* Maria. *Non.* Anſelm. *Quare, cùm eum tantum diligeres?* Maria *Nox inſtabat, & non expediebat, vt mulieres tunc foris inuenirentur.*

Rebecca pallio operta ob pudorem.
Tertull.
Cæleſtis ſpõſa pudor.
D. Anſelm.
Quare B. Virgo non interfuerit Chriſti comprehenſioni.

A · B · C

9. Rectè igitur D. Hier. epiſt. 22. ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis circa medium, virginem monet, ne foris vagetur, intus contineatur. *Semper*, inquit, *te cubiculi tui ſecreta cuſtodiant. Audies ab ſponſo: Hortus concluſus, ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus.* Cant 4 n. 12. *Caue, ne domum exeas, & velis videre filias regionis alienæ. Dina egreſſa corrumpitur. Nolo te ſponſum quærere per plateas, nolo te circumire angulos ciuitatis. Foris vagentur virgines ſtultæ, tu intrinſecus eſto cum ſponſo. Zelotypus eſt IESVS. Non vult ab aliis videri faciem tuam.* Hæc Hieronymus, quamuis non eodem ordine. Vbi etiam rectè expendit, quanta detrimenta incurrerit ſponſa, cùm foris euagatur: quanta perceperit commoda, cùm intus continetur; vt Cant. 4. & 5. videre eſt. Quod idem patet in virginibus prudentibus, & ſtultis, Matth. 25. à n. 10. Nam illæ dum ſe intus continent, admittuntur ad nuptias: hæ autem dum foris errant, excluduntur. Hæc egeram de hac re, cùm incidi in Lorin. in Pſalm. 127. n. 3. eandem copiosè illuſtrantem. Atque ex his illuſtrata manet illa ratio, cur fœminæ ad domos proprias deſerendas, & templum adeundum nulla diuina lege cogerentur. Vnde Anna abſque peccato domi remanſit.

D. Hier.
Virginitatis commendatio.
Chriſtus ſuarum virginum zelotypus.

D · E

10. Verùm duo alia ſunt tempora, in quibus videtur Anna ad tabernaculum adeundum fuiſſe obligata. Vnum eſt poſt menſem à partu: quo tempore omnes primogeniti in tabernaculo offerri, & quinque ſiclorum pretio redimi iubebãtur. Exod. 13. num. 2. & Num. 18. n. 15. Alterum eſt poſt dies 40 purificationis: quo tempore matribus obligatio deferendi certam hoſtiam ad tabernaculum incumbebat. Leuit. 12. n. 2. Quamuis hæc duo præcepta eodem ſimul tempore obſeruari conſueuerant, vt patet in Beata Virgine, quæ ſimul obtulit pretium pro primogenito, & hoſtiam purificationis. Luc. 2. à n. 22. Quæſtio igitur eſt, vtrùm Anna hiſce legibus ſatisfecerit, an peccauerit: & ſi non ſatisfecit, an peccauerit. Dico in primis, Annam neutri legi obtemperaſſe, hoc eſt, neutro tempore in tabernaculum aſcendiſſe. Moueor, non quod talis aſcenſus hoc loco taceatur: nam etiam tacetur circumciſio Samuelis, quam tamen ſine dubio factam eſſe n. 2. obſeruauimus; ſed quod eadem ratio, nimirum pueri ablactatio, quæ illam in alijs celebritatibus ab aſcenſu impediuit, potuit illam maiori iure prædictis temporibus impedire, præſertim ſi nulla maior hic, quàm illic legalis obligatio intercesſit, vt iam patebit. Dico præterea, Annam abſque vllo peccato vtramque legem prætermiſiſſe, quia neutra obligabatur, vt Abul. q. 28. & 29. oſtendit. Nam prior illa lex de primogenitis offerendis, & redimendis, Leuitas, qualis fuit Samuel, non comprehendebat; cùm Leuitæ perpetuam in tabernaculo ſeruiturem ſuis ſaltem temporibus ſeruire tenerentur, neque ab illa vnquam eximi, ac liberari poſſent: vnde nullum pro eis redimendis pretium offerebatur. Poſterior verò fœminas de tribu Leuitica, qualis fuit Anna, pariter non obligabat; cum enim munera, quæ in tabernaculo offerebantur, cederent in vtilitatem Leuitarum, & illorum iura dicerentur, vt ex cap. 3. & 18. Num. conſtat, non debebant ab ipſis Leuitis perſolui, ne ijdem ſibi ipſis forent debitores. Igitur Anna nullius criminis rea potuit vtriuſque legis obſeruantiam præterire. Leg. D. Aug. q. 6. in Num.

Duobus temporibus obligatio erat adeundi tabernaculum.
Neutri ex his legibus obtemperauit, neque peccauit Anna.
Abul.
Lex de offerendis primogenitis nõ obligabat Leuitas.
D. Aug.

A · B · C

11. *Donec ablactetur.* Hæc ratio fuit, cur Anna non aſcenderit, quia nondum filium ablactarat. Vbi duo explicanda ſunt. Vnum, quanta fuerit huius ablactationis mora. Alterum, quænam fuerit cauſa huius ablactationis faciendæ ante aſcenſum in tabernaculum. Quod ad primum attinet, Magiſter hiſtoriæ cap. 5. Dionyſ. Carthuſ. & Hugo Cardin. triplicem ablactationem diſtinguunt. Vnam à lacte mammillæ, quæ fit tertio anno: alteram à lacte infantiæ, quæ fit ſeptimo anno; tertiam à lacte pueritiæ, quæ fit duodecimo anno. In prima amouetur infans à nutrice: in ſecunda puer à pædagogo: in tertia adoleſcens à tutore. Ita illi philoſophantur. Breuiùs Lyran. duplicem tantùm ablactationem agnoſcit. Priorem à lacte, quæ eſt propria: poſteriorem à crepundijs, vt ita explicem, ſeu à luſibus puerilibus, quæ eſt impropria, & metaphorica; & hanc fieri circa decimum annum, vel circiter: illam verò circa initium tertij, vel circiter, aut, vt alijs placet, circa tertium expletum, iuxta illud matris Machabæorum ad minimum eius filium: *Fili mi*, inquit, *miſerere mei, quæ te nouem menſibus in vtero portaui, & lac triennio dedi.* 2. Mach. 7. n. 27. Vbi ſicut nouem menſes pro expletis ſumuntur; ita & triennium pro expleto ſumi debet. Quod ſi Valleſ. cap. 83. de Sacra Philoſophia ſcribit, legitimum lactationis tempus eſſe bienniũ: eos autem, qui triennio lacteſcunt (μαμμοθρέπτους vocant, hoc eſt, diu ſugentes) molles euadere, & ſtultulos, non oportet id verum de omnibus exiſtimare, præſertim in illa priſtina ætate, vbi ſicut viuentium, ita & lactentium longiora eſſe ſpatia debuerunt: imò & leges ciuiles Cod. de patria poteſtate, leg. penult. cum Gloſſa, matrem obligant lactare filium per triennium. Quod etiam habent Ordinationes noſtræ Luſitanæ lib. 4. tit. 68. in antiquis, in nouis autem tit. 99.

Triplex diſtinguitur à nonnullis ablactatio, ab alijs duplex.
Magiſt. hiſt.
Dio. Carth.
Hug. Card.
Lyran.
Valleſ.

D · E

12. Sed quidquid ſit de hac re, in qua non oportet regulam ſtatuere arithmeticam, dubium manet, vtra Samuelis ablactatio intelligenda ſit hoc loco.

Quænam ex dictis fuerit ablactatio Samuelis.

loco. Anceps in primis eſt Zonatæ reſponſio, dicentis Samuelem oblatum fuiſſe in tabernaculo iam grandiuſculum. Incertum enim mihi eſt, an vocabulum *grandiuſculi* ad triennium limitetur, an vlteriùs ad decennium extendatur. Lyran. & alij apud Hugonem de hac poſteriori interpretantur. In eandem magis inclinat Magiſter hiſtoriæ citatus Quod etiam Naucler. generat. 31. ex alijs refert. Pro quibus, & textus, & ratio videtur decertare. Textus quidem, quia Septuaginta hoc loco illa verba Annæ; *Non vadam, donec ablactetur infans*, ita transferunt. *Non aſcendam, donec aſcendat puer mecum.* Vbi ex verbo *aſcendendi* colligi poteſt, non fuiſſe puerum gerulæ, ſeu nutricis brachijs deportatum, vt triennem; ſed proprijs pedibus inceſſiſſe, vt decennem. Ratio verò eſt, quia Samuel deſtinabatur tabernaculo ad miniſtrandum, & ſeruiendum ibi Domino; ad hoc autem erat inhabilis ætas illa infantilis: ergo expectata fuit puerilis. Atque adeò non triennis, ſed decennis tabernaculum ingreſſus fuit.

Lyran.
Naucl.
Prima ſententia.

13\. Nihilominus de priori ablactatione hunc locum probabiliùs intelligo. Vt enim Anna filium ſuum Deo ſiſteret, nihil ampliùs expectauit, quàm vt eum à lacte depelleret. Ita ſentiunt interpretes, D. Greg. Theod. Procop. Dionyſ. Carthuſ. Hugo Card. Abul. Caiet. Quibus adde Pagnin. in Theſauro Hebraico verbo נַעַר *naghar*, & Pined. in præmio Salomone lib. 1. cap. 17. Conſule prætereà Philonem Iudæum in antiquitatibus Biblicis, dicentem, ne triennem quidem, ſed biennem ablactatum fuiſſe. Quamuis de triennio, ſeu biennio nihil moror. Confirmatur ſimiliter, & textu, & ratione. Textu quidem, quia verbum *ablactandi*, cùm propriè ſumi poſſit, non eſt cur ad improprios & tranſlationis ſenſus detorqueatur. Deinde, quia n. ſequenti expreſsè dicitur Anna manſiſſe domi, *donec amoueret eum à lacte*; non autem donec amoueret eum à luſibus puerilibus. Præterea, quia Samuel n. 24. dicitur fuiſſe *adductus*, quaſi non proprijs pedibus, ſed alienis vlnis portaretur. Et clariùs in eodem numero dum appellatur *infantulus*; quamuis enim vocabulum Hebraicum נַעַר *naghar*, commune ſit ad infantem, atque adoleſcentem ſignificandum, vt ibi oſtendemus: tamen eo loco pro infante ſumendum eſſe, ſatis apertè indicauit Latinus Interpres, transferens; *Puer autem erat infantulus.*

Secunda, & vera ſententia.
D. Greg.
Theod.
Procop.
Dion. Carth.
Hug. Card.
Abul.
Caiet.
Pagnin.
Pined.
Phil. Iud.

14\. Ratione verò, quia non decebat puerum Deo conſecratum, poſtquam natus, & conceptus eſſet, moras trahere in domo paterna. Vnde D. Chryſ. hom. 2. de Anna, comparat Samuelem teneræ plantæ, quæ vix nata in aliud ſolum fœcundius ab induſtrio agricola tranſplantatur, vt ibi feliciùs adoleſcat; item etiam ligno illi Dauidico, *quod plantatum eſt, ſecus decurſus aquarum, vt fructum ſuum daret in tempore ſuo. Neque enim*, inquit, *poſt malitiæ experientiam venit ad malitiæ remiſſionem, ſed ab ipſis cunabulis ad virtutem tranſiliit: non habuit conſortium cum conſ[...]ibus iniquitati obnoxiis: neque communionem habuit cum conuenticulis iniquitate plenis; ſed prima ſtatim pueritia, à mamma matris venit ad mammam ſpiritualem.* Sic Chryſ. & lib. 3. aduerſus vituperatores vitæ monaſticæ: *Anna*, inquit, *vnum filium cùm partu edidiſſet, nec alium iam ſe ſperaret parituram, id[...] tempus [...]um apud ſe morari permiſit, quod lacte nutriri opus habuit: cùm verò non iam einſmodi indigeret alimento, ſumptum ſtatim obtulit Deo.*

Prima infantia cunabula virtuti magis idonea.
D. Chryſ.

15\. D. autem Greg. Nazianz. orat. 40. in ſanctum baptiſma, hoc exemplum mittentis, & poſt natiuitatem ſtatim conſecrantis, cæteris matribus proponit imitandū: *Infans*, inquit, *ubi eſt? Ne occaſionem* A *improbitas arripiat, ab infantia ſignetur, ab ipſis vnguiculis Spiritui conſecretur. At propter naturæ imbecillitatem ſigillum metuis. Quam imbecilli animi mater eſt? Atqui Anna Samuelem priùs etiam quam procreatus eſſet, Deo promiſit, atque in lucem editum ſtatim conſecrauit: nihil humanum verita, ſed Deo fidem habens.* Idem aſſerit orat. 20. in laudem D. Baſil. *Samuel*, inquit, *ante natiuitatem donatus, & poſt natiuitatem confeſtim ſacer.* Et rurſum orat. 22. in laudem Machabæorum, introducit eorum matrem de ſua felicitate in hunc modum gloriantem. *Iam*, inquit, *cum Anna celebrabimur: niſi fortè eo etiam magis, quod illa vnum dumtaxat diuino beneficio ſibi conceſſum, eúmque infantem; ego contrà ſeptem viros, eóſque* B *volentes Deo conſecraui.* Sed & D. Aug. in Pſal. 98. *Samuel*, inquit, *ab initio ætatis ſuæ in templo creuit.* & paulò poſt: *Natus Samuel fuit apud matrem tempore lactis; mox vt eum ablactauit, dedit in templum, vt ibi creſceret, ibi roboraretur in ſpiritu, ibi Deo ſeruiret.* Iam verò D. Hieron. epiſt. 7. ad Lætam, & epiſt. 43. ad Chromatium, & lib. 1. aduerſus Iouin. & ſæpè aliàs, docet Samuelem ab infantia in tabernaculo nutritum. De qua re plura inferiùs teſtimonia referentur. Accedit quod Beata Virgo exemplo Samuelis fuit in templo præſentata, vt D. Greg. Nyſſ. hom. de humana Chriſti generatione, Niceph. lib. 1. Hiſt. Eccleſ. cap. 7. Metaphraſtes Centur. 8. cap. 10. teſtantur: atqui Beata Virgo triennis, ſeu ſtatim poſt depulſionem à lacte in templo præ- C ſentata fuit, vt præter citatos auctores, plures alij apud Caniſium lib. 1. de Deipara c. 12. teſtantur: ergo idem de Samuele ſentiendum. Et obiter notа, quanta hinc Samuelis gloria oriatur, quod ſcilicet Beatiſſimæ Virgini ad hunc religionis actum facem prætulerit.

D. Nazianz.
Infantes à teneris Deo conſecrandi.
D. Hier.
B. Virgo Samuelis exemplo, triennis in templo præſentatur.
D. Greg. Nyſſen.
Niceph.
Metaph.

16\. Fundamenta alterius partis facilè labuntur. Nam textus vim non habet: infans enim inter brachia portatus dici poteſt aſcendere, cùm etiam equites, qui alienis pedibus feruntur, aſcendere dicantur. Ratio verò contraria facilè ſoluitur: quia Samuel oblatus fuit, non ſolùm vt operaretur, ſed præcipuè, vt ſanctificaretur, vt ſtatim patebit ex illis verbis, *vt appareat ante conſpectum Domini, & ma-* D *neat ibi iugiter:* vbi ſola præſentia ab eo exigitur, non operatio, præſertim quando erat per naturæ vires impoſſibilis. Vnde Theod. in prooemio ad epiſtulas Pauli: *Samueli*, inquit, *Prophetæ cùm eſſet adhuc adoleſcentulus, ne poſtremum quidem miniſterium à ſacerdotibus obire permiſſum eſt. Immatura enim ætas eum à munere obeundo arcebat.* Præterquàm quod non deſint, qui exiſtiment, in quibus eſt Dionyſ. Carthuſ. Samuelem etiam in illa ætate infantili vires ad miniſtrandum diuinitus accepiſſe. Quo pacto & Beata Virgo triennis in templo oblata, & in primo templi gradu à parentibus collocata, dicitur ſe ipſa, & ſine duce percurriſſe omnes illos E quindecim gradus, in quibus pſalmi graduales canerentur, vt refert auctor de ortu Virginis, qui inter opera D. Hier. circumfertur.

Soluuntur rationes partis contrariæ.
Theod.
B. Virgo in templo omnes quindecim gradus nullius adiumento percurrit.

17\. Quod attinet ad ſecundum dubium, duplex ſe offert ratio, ob quam Samuel ductus non fuerit in tabernaculum ante primam eius ablactationem. Vna literalis; quia ibi non poterat lactari, cùm nullæ in tabernaculo fuerint fœminæ nutrices; quidquid ſit de virginibus, quæ ibi hoſpitabantur, vt ſequenti cap. dicemus. Quod ſi quis dicat potuiſſe in tabernaculum duci, ibique Domino offerri, & poſtea in domum propriam nutriendum reuocari. Reſpondeo, hoc ipſum nullo modo Annæ placuiſſe, quæ volebat, vt filius ſacros lares ſemel attingens, numquam ampliùs ad patrios remearet, ſed maneret ibi iugiter,

Samuel non fuit ductus in templum ante primã ablactationẽ.

vt

D.Hier. vt ipſamet teſtata eſt; & D. Hieronym. epiſt. 7. ad A Lætam de inſtitutione filiæ in fine obſeruat. *Anna*, inquit, *filium quem Deo vouerat, poſtquam obtulit in tabernaculo, nunquam amplius recepit, indecens arbitrata, vt futurus Propheta in eius domo creſceret, quæ adhuc filios habere cupiebat.* Similiter D.Chryſ.hom.2.de Anna *D Chryſ.*: *Cum*, inquit, *accepiſſet donum, non ſuſtineret abſque dono comparere: rurſus adducto illo, ac mox recepto, deſcendere verebatur.* Igitur cum in templo lactari non poſſet, neque à templo in domum reduci expediter, manſit domi, dum ablactaretur.

18\. *A terreno lacte abſtracti diuino ſermoni idonei.* Altera ratio myſtica ad ſignificandum, non eſſe diuino obſequio idoneos, neque cæleſti doctrinæ auſcultandæ habiles, qui non prius à lacte terrenarum voluptatum abducerentur, iuxta illud: B *Quem docebit ſcientiam? & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte, auulſos ab vberibus.* Iſaiæ 28 num.9. hoc eſt, vt Lyran. exponit, *ſegregatos à delectationibus carnalibus*: ſeu, vt vult D. Cyril. Alexand. *à lacte legalis pædagogiæ abſtractos*: ſeu, vt tenet Diuus Chryſoſtom. ſerm. in Beatos Iob, & Abraham in 2. tom. *firmos iam ad pericula pro Deo ſubeunda.* Poſtquàm enim Propheta dixit, *ablactatos à lacte*, ſubdit; *Manda, remanda*, &c. ſeu, vt legit ipſe D. Chryſoſtom. & nos ſuprà aduertimus, *Afflictionem ſuper afflictionem ſuſcipe.* Sic igitur exponit. *Quamdiu*, inquit, *imperfecti ſumus, nobis parcitur, & quamdiu lactamur, paternè fouemur: vbi autem perfectiores facti fuerimus perfectorum certamina ſubimus.* Ad hoc myC ſterium indicandum datum eſt à Deo illud præceptum. *Bos*, inquit, *ouis, & capra cum genita fuerint ſeptem diebus erunt ſub vbere matris ſuæ: die autem octauo, & deinceps offerri poterunt Domino.* Leuitic. 22. num. 27. Vbi Lyran aduertit, propterea in illo ſeptiduo fœtus à ſacrificiis excludi, quia ſunt nimis molles, & imperfecti. Quæ mollities, & imperfectio multo magis eſt in hominibus deteſtanda. Sed de hac re plura inferiùs. Summa omnium, quæ dixi, eſt, Samuelem neque fuiſſe oblatum poſt ſecundam ablactationem, quia nimis ſerò: neque ante primam, quia nimis citò; ſed poſt primam, & ante ſecundam, quod tempus oblationi ſatis congruum, & maturum eſſe videbatur.

Lyran. Cyril.Alex. D.Chryſ. Lyran. Animalium fœtus in ſeptiduo à ſacrificiis excludantur.

19\. *Vt appareat*, &c. Non dicit, vt ſeruiat, vt laboD ret, vt miniſtret; neque enim infantilis ætas Samuelis his muneribus exequendis apta erat: ſed, *vt appareat*, hoc eſt, vt adſit, vt aſſiſtat, ſeu, vt Vatabl. & Pagnin. ex Hebræo transferunt, *vt conſpiciatur*, nempe, & ab hominibus, & à Deo. Ab hominibus quidem, vt videndo puerum rebus humanis renunciantem, & diuinis inhærentem, ad has amplectendas, & illas repudiandas eius exemplo incendantur. Vnde rectè monet Tertullianus lib. de cultu fœminarum, cap.13. vt pudicitia Chriſtiana (& idem eſſe debet de cæteris virtutibus) non ſolùm teneatur, ſed etiam videatur. *Pudicitia*, inquit, *Chriſtiana non ſatis eſt eſſe, verùm & videri.* Nam dum tenetur, ſibi vni prodeſt; dum videtur, E plurimis. A Deo autem, vt videndo puerum religionis tyrocinia feliciter aggredientem, elatioribus in dies virtutum radiis illuſtret. Nam vt bene D.Ambr.in Pſalm.36. *Oculi Dei lux ſunt, quos aſpicit, illuminat.*

Vatabl. Pagnin. Pueri exemplum efficax eſt. Tertul. D. Ambr.

20\. Ducitur igitur Samuel, vt appareat, & hominibus, & Deo: hominibus quidem, non ad vanam oſtentationem, quemadmodum qui ieiunant, *vt appareant hominibus ieiunantes.* Matth. 6. numero 16. ſed ad veram ædificationem, *vt videant homines opera eius bona, & glorificent Patrem, qui in cœlis eſt.* Matth. 5. num. 16. Deo autem, non vt confundatur, quemadmodum diabolus, de quo A eſt illud: *Cum veniſſent filij Dei, vt aſſiſterent coram Domino, adfuit inter eos & Satan.* Iob. 1. num. 6. vtique confundendus, vt D.Bernard. lib. 5. ad Eugenium obſeruat: ſed potiùs, vt approbetur, & honoretur; quemadmodum Chriſtus Dominus *introiuit in ipſum cælum, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis.* Hebr.9. num 24. Itaque in tabernaculum ducitur, vt appareat Deo, & hominibus gratiſſimum ſpectaculum. Qui ſic apparent Deo in hac vita, in futura non ignorantur. *Qui autem*, inquit D. Gregorius, *in honore rerum tranſeuntium videri elatiores appetunt, hoc profectò ſuperbiendo agunt, vt ab eo, à quo ſolo videri debent honorabiles, nunquam videantur.* Cæterum hæc Samuelis in templo appaB ritio, temporaria non fuit, ſed perpetua. Sequitur enim, *vt maneat ibi iugiter.* Vbi D.Gregor. *Iugiter*, inquit, *in conſpectu Domini apparere, eſt, decorem bonæ conuerſationis nullis vitæ tenebris obſcurare; quia qui ad illicita nulla deſluit, à ſecreto diuini intuitus nunquam exit.* Sed quo pacto Samuel iugiter in tabernaculo manſerit, ne hic verſ. nimiùm excreſcat, in 28. explicabo.

D.Bern. Samuel in tabernaculo Deo & hominibus fuit ſpectaculum. D Gregor.

---

*Num.*23. Et ait ei Elcana vir ſuus: Fac quod bonum tibi videtur, & mane donec ablactes eum: precorque, vt impleat Dominus C verbum ſuum. Manſit ergo mulier, & lactauit filium ſuum, donec amoueret eum a lacte.

EXPOSITIO LITERÆ.

1\. *Pax inter coniuges ſeruanda. D.Hier.*

F*Ac quod bonum*, &c. Solent etiam boni viri vxoribus morem gerere, vt domeſtica pax, & tranquillitas conſeruetur, & inteſtina iurgia procul abigantur, quibus coniugalis vita frequentiſſimè infeſtatur, iuxta veterem parœmiam à D Hieronym. lib. 1. contra Iouinianum vſurpatam; *Qui non litigat, cælebs eſt.* Hoc eſt, ſolus, qui cælibem vitam agit, agit & tranquillam, nam qui in coniugio viuit, perpeD tuis litigiis implicatur. Ab his ſe vt boni coniuges expediant, vxor inconſulto viro nihil aggreditur; vir conſulenti vxori facilè aſſentitur. Sic olim Sunamitidi pergere ad Prophetam Eliſæum cupienti, & facultatem à viro poſtulanti, quamuis illa profectio importuna videretur, tamen vir benignè acquieuit. 4. Reg. 4. à num. 23. ne aliqua domi turbella, aut tragœdia excitaretur. Sic & Abraham vxori ſuæ Saræ contra ancillam Agar excandeſcenti, morem geſſit. *Ecce*, inquit, *ancilla tua in manu tua eſt, vtere ea, vt libet.* Geneſ. 16. n. 6. ne vlla in bono coniugio diſcordia naſceretur. Nam vt vbi D. Chryſoſt. hom. 38. aduertit: *Hæc in vxorem indulgentia pace domum repleuit.* In Hebræo eſt, *fac ei quod bonum in oculis tuis.* Vbi rectè Caietan. *Non*, inquit, *ad* E *libitum, ſed ad arbitrium remiſit.* Quaſi diceret, non quæ paſſio, ſed quæ ratio ſupplicia exigebat; non quæ libebant, ſed quæ licebant, in famulam permiſit. Nam viri in vxores, neque valdè moroſi, neque valdè morigeri eſſe debent. Sic & Elcana. *Fac*, inquit, *quod bonum tibi videtur*; bonum, non malum petenti coniugi acquieuit. Non ineuenuſtè D. Gregor. hiſtoriam ad myſterium inter Chriſtum, & Eccleſiam deducit. *Quid eſt*, inquit, *quod Annæ conſilium viri ſui auctoritate roboratur; niſi quia propoſitum ſanctæ Eccleſiæ, non ex humano præſumitur iudicio, ſed ex diuino? Nam quidquid ſancta Eccleſia in ſubiectis ſibi nationibus diſponere voluit; tunc* demum

Litigia inter coniuges perpetua. Boni coniuges nihil inconſulto altero aggrediuntur. D.Chryſ. Caiet. Ne ſint viri in vxores valdè moroſi. D.Greg.

demum id votum habuit, cùm ex interna veritatis iudicio, quidquid diſponendum eſſet agnouit.

2. *Opinio apud Hebræos de quodam oraculo.*

Impleat Dominus, &c. Dubium eſt, quodnam fuerit hoc verbum. Reſpondent primò Hebræi apud Lyranum & Abulenſem, quondam editam fuiſſe de cælo vocem, fore, vt puer quidam nomine Samuel naſceretur, qui populum ſuum à Philiſtæis liberaret, & propterea matres Samuelis nomen filiis ſuis imponere ſolitas: & de hoc verbo, ſeu oraculo hunc locum intelligendum eſſe.

Reiicitur.

Sed fictitia plane eſt hæc expoſitio: tum quia nulla Scripturæ auctoritate firmatur: tum quia Samuel nomen non ab ea cauſa accepit; ſed quod à Deo poſtulatus ſit, vt in litera exprimitur.

2. *Reſponſio non improbabilis.* Abul. Gloſſ. Caiet.

Reſpondent ſecundò Abulenſ. Gloſſ. & Caietan. hoc verbum eſſe votum ipſius Annæ. Quaſi diceret Elcana: *impleat Dominus*, ſeu perducat ad exitum votum, quod ei nuncupaſti. Iuuant Septuaginta transferentes. *firmet Dominus, quod exiit ex ore tuo.* Quod ſi in Vulgata dicitur, *verbum ſuum*, hoc eſt, ipſius Dei; id fieri potuit, vel quia votum directè tendit in Deum; vnde ab obiecto, in quod fertur, dicitur verbũ Dei, vt Caiet. exponit: vel quia in illo voto diuina promiſſio tacitè includitur; dum enim Deus ſuſcepit votum, & conceſſit filium ſub ea conditione, vt offerretur, videtur pueri vitam, & cætera ad impletionem voti neceſſaria, tacitè promiſiſſe, vt Abulenſ. interpretatur. Non eſt improbabilis reſponſio, præſertim hoc poſteriori modo explicata. Nam illo priori admiſſo, potius diceret Elcana, precor, vt impleas verbum tuum, quàm vt impleat Dominus.

3. *Reſponſio.* Lyran. Hug. Vatabl. Gloſſ. Caiet.

Reſpondent, tertiò Lyran. Hugo, Vatabl. & iterum Gloſſa, & Caiet. hoc verbum fuiſſe illud Sacerdotis Heli, *Deus Iſrael det tibi*, ſeu, *dabit tibi petitionem tuam*; quaſi diceret: impleat Dominus promiſſionem per ſuum Sacerdotem tibi factam; nec immeritò verbum Sacerdotis appellari verbum Dei, tum propter communem rationem, qua Sacerdotes diuinam in terris dignitatem ſortiuntur: tum quia Heli diuino inſtinctu videtur eo loco prophetaſſe, vt hîc aſſerit Lyran. & nos ſuprà numero 17 aſſeruimus.

Sacerdotis verba Dei ſunt ob diuinam dignitatem, quam in terris ſortiuntur. Lyran. *Reiicitur 3. reſponſio, licèt probabilis.* Lyran.

Hæc reſponſio, etſi probabilis, in eo mihi videtur deficere, quod verbum Heli iam erat impletum; fuit enim de natiuitate Samuelis, quæ iam erat extra cauſas; ergo non debuit Elcana petere, vt impleretur. Niſi quis cum Lyrano dicat, Sacerdotem non ſolùm promiſiſſe, fore vt Samuel naſceretur, ſed etiam, vt in tabernaculo offerretur, ibique Deo iugiter deſeruiret; quod nondum erat impletum, ſed implendum ſperabatur.

Vera reſponſio.

Tandem reſpondeo, *verbum* hic ſumi poſſe, non pro aliqua promiſſione ſed pro ipſa re, ſeu miraculo iam exhibito, ita vt ſenſus ſit: Feliciter proſequatur Deus, quod feliciter inchoauit, & non ſolùm natiuitatis, ſed etiam ſanctitatis miraculo puerum illuſtret. Sumi autem *verbum* ſæpenumero pro ipſa re, nouum non eſt in Scriptura; vt patet Exod. 2. num. 14. Exod. 4. num. 8. Exod. 9. num. 5. 1. Regum 3. num. 11. 2. Regum 1. num. 5. Prouerb. 25. num. 2. Iſaiæ 39. num. 1. Ierem. 31. num. 1. Amos 3. num. 7 Luc. 1. num. 37. & paſſim alibi.

3. *Cur hic Anna mulier appelletur.* Orig. D. Hier. Tertul.

Manſit ergo mulier, &c. Fruſtrà aliquis contendet, Annam appellari hic mulierem, vtpote iam puerperam. Nam mulieris nomen & innuptæ, & virgini ſecundùm Scripturæ vſum accommodatur; vt Origen. homil. 8. in Leuit. D. Hieronym. ad Galat. 4. Tertul. lib. de velandis virginib. à cap. 5. lariſſimè oſtendit.

Prima ratio, cur Anna filium lactauerit.

Sed cur Anna per ſe lactauit, non nutrici tradidit lactandum? Prima ratio fuit, vt miraculi fides certior eſſet. Eandem ob cauſam Sara filium ſuum Iſaac lactauit. *Quis*, inquit, *auditurum crederet Abraham, quod Sara lactaret filium?* Geneſ. 21. num. 7. Vbi D. Chryſoſtom. homil. 45. *Propter hoc*, inquit, *ei lactis fontes conceſſi ſunt, vt partum magis credibilem faciam, & ne quis ſuppoſitum eſſe putet puerum. Fontes enim lactis omnibus prædicabant, præter humanam expectationem hoc eueniſſe.* Et homil. 46. ſeq. *Non ſic*, inquit, *admirabile fuit, quod ex petra in deſerto ſcaturierint fontes aquarum, quando illam Moyſes virga percuſſit.* Exod. 17. numero 10. *ſicut de vulua iam emortua puerum naſci, & lactis fontes ſcaturire. Nam vt omnibus partus manifeſtus eſſet; & omnes, tam eos, qui tunc aderant, quam qui poſtea audierint, ad fidem miraculi introduceret, idcircò ipſa puerum alit, & lacte ſuo vult enutricari.*

D. Chryſ.

Accedit Iſidor. Peluſiot. lib. 3. epiſt. 180. *Lactis* inquit, *fontes partum confirmant. Veri enim partus argumentum certiſſimum eſt lactis profluuium.*

Iſid. Peluſ.

Addunt Hebræi apud Lyranum, Saram etiam alienos filios, inuitatis in domum ſuam eorum matribus, lactauiſſe; tum ad oſtendendam lactis vbertatem, qua diuinitùs abundabat; tum ad excludendam ſuſpicionem de puero ſuppoſititio, quæ in aliquibus hærebat. Vnde in Hebræo dicitur Sara, non filium in ſingulari, ſed in plurali filios lactaſſe.

Lyran.

4. *Secunda ratio.* Clem. Alex. D. Amb. *Matres plus diligũt filios, quos lactant.*

Secunda ratio, vt maiorem erga ſuum filium amorem teſtaretur. Nam vt bene Clemens Alexandrin. libro 1. pædagog. cap. 6. *Aluiſſe*, inquit, *inter homines, ſæpe affert plura amoris incitamenta, quam procreaſſe.* Vnde D. Ambroſ. lib. 1. de Abraham, cap. 7. loquens de Sara filium lactante: *Prouocantur*, inquit, *fœminæ meminiſſe dignitatis ſuæ, & lactare filios ſuos; hæc enim matris gratia, hic honos, quo ſe propriis commendent viris: denique eos plus amare filios ſolent, quos ipſæ matres lactauerint vberibus ſuis.* Eas verò, quæ ſecus faciunt, reprehendit Clemens Alexand. lib. 3. pædag. cap. 4. *Puerum*, inquit, *orphanum non admittunt, quæ pſittacos, & graculos enutriunt. Sed filios quidem domi natos foras exponunt, gallinarum autem pullos excipiunt; & quæ ſunt expertia rationis, iis quæ ratione ſunt prædita, præferunt.*

Clem. Alex.

Immaniores ſunt feris illæ matres, quæ non lactant filios. D. Ambr.

Meritò autem illas reprehendit, quæ magis belluas, quàm filios amare videantur. Imò D. Ambroſ. lib. 5. Hexameron, cap. 18. exiſtimat has matres eſſe, vel ipſis feris diriores. Nam etiam *cornices*, inquit, *volantes filios comitatu ſedulo proſequuntur, & ſolicitæ, ne teneritudine deficiant, cibum ſuggerunt, ac plurimo tempore nutriendi officia non derelinquunt. At vero fœminæ noſtri generis cito ablactant etiam illos, quos diligunt; aut ſi ditiores ſunt, lactare faſtidiunt.* Vbi plura de hac matrum in filios inhumanitate.

5. *Chriſti Domini amor erga nos plurium matrũ maior.* D. Chryſ.

Hinc eſt, quod Diuus Chryſoſtomus homil. 1. in Pſalm. 50. Chriſti Domini erga nos amorem, amori plurimarum matrum erga filios anteponat. Loquutus enim de matre nobili, ac locuplete. *Cum*, inquit, *generaueris filium, ſtatim eum tradit foris, & pietatis inſignia abſcondit ſuperbia. Erubeſcit fieri nutrix, quæ facta eſt mater. Chriſtus autem non ita. Ipſe nutritor, & mater eſt, ideò & pro cibo propria nos carne paſcit, & pro potu ſuum ſanguinem nobis propinauit.* Idipſum repetit homilia 60. ad populum. *Matres*, inquit, *multæ ſunt, quæ poſt partus dolores, filios aliis tradunt nutricibus; hoc autem ipſe non eſt paſſus: ſed ipſe nos proprio ſanguine paſcit, & per omnia nos ſibi coagmentat.*

Dei amor erga homines nutricis nomine ſæpe declaratur.

Quaſi multò maior Chriſti amor in ſuis ſeruis ſpiritualiter nutriendis, quàm in gignendis effloreſcat. Vnde diuini amoris teneritudo erga homines, nutricis vel nomine, vel munere, ſæpe in Scriptura exprimitur. *Ego quaſi nutritius Ephraim.* Oſeæ 11. *Ad vbera portabimini, & ſuper genua blandientur vobis.*

Iſaiæ

Eccleſiæ amor in Chriſtum ſicut matris lactantis.

Iſaiæ 66.num.12. *Portauit te Dominus Deus tuus,vt ſolet homo geſtare paruulum ſilium ſuum.* Deuteronom.1. num. .& paſſim alibi. Imò Eccleſiæ in Chriſtum Dominum amor non alio typo meliùs, quàm matris lactantis indicatur. *Quis mihi det te fratrem meum ſugentem vbera matris meæ?* Cant.8.n.1. Quaſi nullum habere poſſet maioris charitatis hoſpitium, quàm quod inter lactantia matris vbera inuenit.

6. *Tertia ratio, cur Anna lactauerit Samuelem.*

Tertia ratio, cur Anna filium lactauerit, fuit, vt eum ſibi redderet ſimiliorem. Nam alumni ſæpenumero ſimiliores nutricibus euadunt, quàm filij parentibus. Vnde Gullielmus Abbas lib. 1. de vita Bernardi, cap. 1. loquutus de illius matre: *Alienis*, inquit, *vberibus nutriendos filios committere illuſtris fœmina refugiebat; quaſi cum lacte materno materni quodammodo boni infundens eis naturam.* Quod autem maior ab vbere ſimilitudo cum nutricibus, quàm ab ipſo vtero cum matribus deſumatur, vel ipſa phyſica ratio videtur ſuadere. Nam parentes interuentu ſanguinis, nutrices interuentu lactis, ſuas qualitates, ac natiuas diſpoſitiones, ex quibus ſimilitudo oritur, communicant: atqui lac eſt ſanguis magis coctus, ac defæcatus, vt Ariſtot. lib. 4. de generatione animalium, cap. 8. Albertus Magnus lib.18.de animalibus, cap.7. Abul. in cap. 12. Leuit q.23. Mathiolus lib. 6. in Dioſcoridem, aliíque teſtantur: ergo meliùs nutrices in alumnos, quàm matres in filios natiuas diſpoſitiones, ac proinde ſui ſimilitudinem transfundunt. Quibus de cauſis laudari ſolent fœminæ, quæ ſuos lactant filios; vt videre eſt apud Tiraquel de nobilitate, cap.20.à n.80.vſque ad 92. vbi multa eruditiſſimè cumulauit.

Cur paruuli maiorem cũ nutricibus, quàm cum parentibus habeant ſimilitudinem. *Albert. Magn. Abul. Mathiol. Tiraq.*

7. *Orig. D.Auguſt.*

Donec amoueret, &c. Hic olim apud antiquos Patres, feſtiuiſſimus, ac celeberrimus dies agebatur, quo filij ab vberibus amouebantur, vt ſuprà n. 21. ex Orig.& D.Aug.expendi. Sed vt tota res fiat illuſtrior, quinque dubia occurrunt, breuiſſimè expedienda. Primum, an dies ablactationis lauto aliquo conuiuio celebrari conſueuerit. Negare videtur D.Ambr.lib.1.de Abraham,c.7. Vbi loquutus de conuiuio, quod Abraham in Iſaac ablactatione celebrauit, Geneſ.21.num.8. *Non mediocre*, inquit, *iſtud, nec vſitatum.* Vbi apertè negare videtur, fuiſſe vſitatum in ablactatione conuiuium. Sed ſenſus D. Ambroſij eſt, non fuiſſe illud conuiuium tenue, macrum, & exile, quale Abraham alijs diebus frugalitatis cauſa inſtruebat: ſed lautum, ſplendidum, & opiparum, quale in ſola ablactationis celebritate inſtruendum curabat. Itaque vſitatum non erat illud conuiuium, ſi cum alijs diebus, in quibus Abraham cum ſuis domeſticis parcè conuiuebat, conferatur; quamuis vſitatum fuerit, ſi cum diebus ablactationis, in quibus ſemper fieri conſueuit comparetur. Atque ita Patres citandi & interpretes in Geneſim communiter fatentur, hanc olim conſuetudinem viguiſſe.

1.Dubium. D.Ambr. Sententia negatiua.

Quomodo intelligendus D. Amb.

Sententia affirmatiua.

8. *2.Dubium. Abulenſ.*

Secundum, apud quos ea fuerit conſuetudo, Abul. in locum Geneſis citatum, docet fuiſſe apud Iudæos. Si non excludat alios antiquiores populus, apud quos viguerit, aſſentior. Si excludat, prorſus repugno. Nam cum ea conſuetudo Abrahami tempore iam viguerit, multo antè, quàm Hebræorum populus naſceretur; apertè conſtat, altius, ſeu antiquius principium habuiſſe, ex quo ad Abrahamum, & ex hoc ad Iudæos emanarit. Quo tamen ex populo huius conſuetudinis fons primùm erupeiit, non inuenio.

9. *3.Dubium.*

Tertium, fueritne hæc conſuetudo in ſola ablactatione primogeniti, an etiam ſecundò, ac deinceps genitorum: item ſolorúmne marium, an etiam fœminarum. Caiet. innuere videtur in ſola primogeniti ablactatione. *Laudabilis*, inquit, *conſuetudo, vt initium comedendi primogeniti celebraretur communi lætitia magni conuiuij.* Nihilominus cum ratio conſuetudinis ſtatim tradenda, non magis in primogenitis, quam in alijs ſpectetur, ipſa quoque conſuetudo in omnibus videtur locum pariter habuiſſe. Et confirmatur, quia Iſaac, in cuius ablactatione Abraham fecit grande conuiuium, non erat primogenitus Abrahæ. Crediderim tamen primogenitos magis, quàm deinde genitos, & hos magis, quàm fœminas celebrari; quòd parentibus chariores ſint, & vtiliores ſpectentur.

Caiet.

10. *4.Dubium.*

Quartum, quænam fuerit huius conſuetudinis ratio: ſeu, cur potiùs ablactationis, quam natiuitatis dies inſtructo conuiuio celebrari conſueuerit. Duplex aſſignari poteſt ratio, literalis, & moralis. Literalis, quamuis D.Auguſt. q.70. in Geneſ. nullam inueniat, excogitari tamen poteſt: tum quia in die ablactationis iam partus vitalis, ac duraturus videbatur, qui in die natiuitatis nullam de ſua duratione ſpem ſatis firmam promittebat: tum quia ſicut infans in die natiuitatis accedebat ad mammam matris; ita in die ablactationis ad menſam patris, quæ proinde æquum erat, vt nouo aliquo conuiuio pro nouo hoſpite excipiendo ornaretur: tum præterea quia in die natiuitatis adhuc puer vitam agere videbatur belluinam, ſugendo tantum, quod hominibus cum beſtiis commune erat; in die vero ablactationis, iam humanam, in hominum morem loqui, ingredi, ac veſci aggrediendo: tum denique quia dies natiuitatis totus flebilis, & lacrymabilis agebatur à pueris in lucem editis, dolentibus præſentes miſerias, quibus eo die exponebantur; & præſagientibus futuras, quibus ſe in poſterum exponendos quodammodo augurabantur? Quod Tertullianus lib. de anima, cap.19. rectè expendit: *Mentior*, inquit, *ſi non ſtatim infans vt vitam vagitu ſalutauit, hoc ipſum ſe teſtatur ſenſiſſe, atque intellexiſſe, quod natus eſt.* Et paulò poſt obſeruans, quò huiuſmodi lacrymæ ſpectarent: *De proſpectu*, inquit, *lacrymabilis vitæ, quidam augorem incommodorum vocem illam flebilem interpretantur.* Et concinit D. Auguſt.lib.21.ciuit.c.14. vbi loquutus de prima infantia; *Quæ quidem*, inquit, *quod non a riſu, ſed a fletu oritur hanc lucem, quid malorum ingreſſa ſit, neſciens prophetat quodammodo.* Et ibidem ingentis loco monſtri, ac portenti reponit Zoroaſtrem Bractianorum Regem, quem ſolum ferunt, quando natus eſt, riſiſſe: ſed infauſto omine, quòd magicarum artium inuentor fuerit, nullam ex iis felicitatem conſequutus; quinimò à Nino Rege Aſſyriorum bello victus, ac tandem regno exactus. Cum igitur dies natiuitatis lacrymabilis eſſet filiis, æquum non erat, vt à parentibus lætus, ac feſtiuus ageretur. At vero dies ablactationis, ſicut futuræ incolumitatis, ac felicitatis ſpe plenus; ita aptior videbatur, qui lautis, & iucundis epulis celebraretur.

D Auguſt. Literalis reſponſio multiplex.

Tertul. Præſentis vitæ incommoda pueri naſcentis lacrymæ teſtãtur.

D Aug.

Riſus Zoroaſtris in natiuitate ſuam infelicitatem prædixit.

11. *Moralis reſponſio.*

Moralis, ſeu ſpiritualis ratio eſt, vt ſub hoc typo ſignificarent, eum præcipue diem recolendum, in quo filij non ſimpliciter vitam, ſed bonam vitam auſpicarentur, in quo abducerentur a terrenis voluptatibus, & applicarentur ad diuinas; in quo deſinerent eſſe pueri, vilioribus cibis humanæ philoſophiæ nutriti, & inciperent eſſe viri, ſublimioribus epulis Euangelicæ doctrinæ ſaginati. Sic exponunt Origenes hom. 7. in Geneſ. & homil. vnica de Elcana, D. Auguſtinus quæſt. 50. in Geneſ. D. Ambroſius lib. 1. de Abraham, cap. 7. Rupert. lib. 6. in Geneſ. c.10. Bed in cap 21. Geneſ. Procopius, Hugo Cardinal. ibid. & alij. Ex quibus

Orig. D.Aug. D.Amb. Rupert. Beda. Hug.Card.

Eucharistiæ delicia. Rupert. hunc tranſitum à lacte matris ad menſam patris, aptè explicat vlteriùs de tranſitu à concupiſcentiis carnis ad delicias Euchariſtiæ: ab illis enim oportet ablactari eos, qui de his debeant ſaginari. Hugo verò Card. de tranſitu à vita mortali ad immortalem, quando illi, qui in hac vita à terrenis voluptatibus auelluntur, ad cæleſte conuiuium in futura exhibendum euocantur. Itaque ablactationis dies grandi conuiuio celebrari conſueuit: vt ſignificaretur fore, vt is, qui à temporalibus deliciis ablactatur, ſpiritualibus conſolationibus impinguetur.

12. *Procop. Quare ſoli iuſti dicantur ablactati.* Addit Procop in c. 21. Gen. vbi de Iſaac ablactatione agitur, de ſolis iuſtis in Scriptura dici, quod fuerint ablactati; quaſi hi ſoli pueri eſſe deſinant, qui à lacte corporearum voluptatum abducuntur: qui verò ab iis non reſiliunt, licet annis conſeneſcant, moribus tamen ſemper repueraſcant. *Notandum*, inquit, *eſt nullibi de impiis dici, ablactati ſunt. Iuſtus erat Samuel, de quo idem prædicatur*, Et paulò poſt: *Iſmaelis*, inquit, *ablactatio nullibi in Scriptura comprehenditur: quapropter natus annos viginti, adhuc puer nominatur.* Geneſ. 21. num. 14. Hoc ipſum expendit D. Ambroſ. ſerm. 19. in Pſalm. 118. *D. Ambr. Solus Iſaac ex filiis Abrahami, dicitur ablactatus.* *Plures*, inquit, *filios habuit Abraham; nullum ablactauit alium quam Iſaac.* Vnde hic ſolus nullis puerilibus blanditiis emollitus, ſed virili fortitudine roboratus, ne ad ipſum quidem elatus interitum expauit. Quod rectè idem D. Ambroſ. aduertit: *Ablactatus*, inquit, *Iſaac Patriarcha tantus euaſit, vt adhuc inter rudimenta primæuæ poſitus ætatis, nequaquam tamen gladium ferituri parentis horruerit.* Itaque iuxta hos Patres iuſtus pueritiam ſtatim exuit, peccator nunquam; de qua re cap. ſeq. n. 17 plura.

13. *Quomodo filia Gomer, & alij peccatores dicantur ablactati.* Nihilominùs hæc doctrina, ſi in vniuerſum tradatur, ſuam patitur inſtantiam. Nam Gomer vxor Oſeæ peperit filiam, quæ in Scriptura malè audit, & multis ſignificatur indiciis iniqua: tum ratione ſexus, quia à virili conſtantia in fide, & religione defecit: tum ex nominis etymo, quia vocata eſt, *Abſque miſericordia*, quaſi à diuina miſericordia derelicta: tum propter ſignificationem; quia, *D. Cyrill. Alex.* interprete D. Cyril. Alex. typus fuit Synagogæ multis flagitiis coopertæ, & multis ſuppliciis flagellatæ. ſeu, interprete D. Hieronym. *D. Hier.* Samariæ idolis ſeruientis, & à vero Deo in perpetuum exulantis; & tamen additur, *& ablactauit eam, quæ erat abſque miſericordia.* Oſeæ 1. n. 8. Hoc eſt, à patria in exilium, à libertate in ſeruitutem, à diuina lege in gentilicos ritus præcipitauit. Non igitur ſoli iuſti dicuntur in Scriptura ablactari ſed etiam peccatores; diuerſo tamen modo. *Lac in ſacris literis dupliciter accipitur.* Nam lac in ſacris literis nunc accipitur in bonam partem, pro rerum diuinarum intellectu, & affectu; *emite abſque argento, & abſque vlla commutatione vinum, & lac.* Iſaiæ 55. num. 1. Nunc in malam, pro terrenarum voluptatum ſenſu, & appetitu; *Quem docebit ſcientiam: & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte, auulſos ab vberibus.* Iſaiæ 28. num. 9. Ab illo igitur bono lacte dicuntur ablactati peccatores, quando à diuinis conſolationibus remouentur: ab hoc autem malo iuſti, quando à terrenis voluptatibus ſeparantur. Hæc igitur filiorum ablactatio à viperino lacte terrenarum voluptatum, diligenter curanda eſt à bonis parentibus, vt virtutibus inſignes animis euadant. Certè Deus non parùm curat homines ablactare, dum terrenas voluptates, quibus maximè lactantur, & delectantur, amaris quibuſdam ſuccis illinit ærumnarum; ne minus hominum prouidus, quàm nutrices alumnorum videatur. Nam vt notat D. August. conc. 2. in Pſalm. 30. *D. Auguſt.* *Faciunt hoc nutrices mammothreptis* hoc eſt, diu ſugentibus *vt aliqua amara ponant in papillis ſuis, quibus offenſi paruuli ab vbere reſiliant, & ad menſam iubeant.* Ita planè & Deus, vt voluptarios quoſdam mammothreptos à ſuarum vberibus voluptatum penitus abducat, ipſas profanas delicias amariſſimis imbuit erucitibus, vt non ſolùm faſtidiantur; verùm etiam velis, remiſque, quod aiunt, euitentur.

14. *5 Dubium.* Quintum, & vltimum dubium, vtrùm Anna ablactato filio hanc conſuetudinem ſeruauerit; ſeu in die ablactationis grande conuiuiũ inſtituerit. Abul, in cap. 21. Geneſ. affirmat; & probat, quia ſtatim dicitur num. ſequenti adduxiſſe Samuelem in templum *in vitulis tribus, & tribus modiis farinæ, & amphora vini*; quaſi magnum epulum in die ablactationis celebratura. Sed mihi affirmatio dubia eſt, & confirmatio infirma. Dubia affirmatio, quia Anna ita erat intenta ad ſoluendum votum, & offerendum filium, vt parum ſolicita de inſtruendo conuiuio exhilarandiſque familiaribus videretur: præſertim quia ad id nulla eam lex diuina obligabat: conſuetudo verò humana erat, & fortaſſe ad patrem potiùs, quàm ad matrem ſpectabat. Infirma confirmatio: tum quia conuiuium in die ablactationis fieri ſolitum, non in templo, ſed in propria domo inſtrui debebat: tum quia Anna non tam ad faciendum cõuiuium, quàm ad offerendum ſacrificium prædicta illa munera in templum exportauit: tum denique, quia in litera nulla fit mentio conuiuij, ſed oblationis, & orationis. Itaque ablactationis conuiuium, ſi quod Anna celebrauit, quod mihi incertum eſt, certè in litera non exprimitur; quod mihi certius videtur.

Num. 24. Et adduxit eum ſecum, poſtquam ablactauerat, in vitulis tribus, & tribus modiis farinæ, & amphora vini: & adduxit eum ad domum Domini in Silo. Puer autem erat adhuc infantulus.

EXPOSITIO LITERÆ.

1. ADduxit eum. Bis ponitur in hoc numero verbum, *adduxit*, more Hebræorum, qui repetitionibus vtuntur, vt rem narratam magis commendent, & orationem in animis audientium altiùs reponant. Sic interprete D. Chryſ. *D. Chryſ.* dicitur Geneſ. 1. n. 27. *Creauit Deus hominem, ad imaginem Dei creauit illum.* Sic teſte D. Hieronymo dicitur Iob. 3. n. 25. *D. Hier.* *Timor, quem timebam, euenit mihi, & quod verebar, accidit.* Sic auctore Euthymio dicitur Pſ. 21. n. 5. *Euthym.* *In te ſperauerunt patres noſtri, ſperauerunt, & liberaſti eos* & multa id genus paſſim. *Anna in offerendo filio alacritas.* Vt igitur Annæ filium offerentis alacritas exprimatur, ſemel atque iterum dicitur filium in tabernaculum adduxiſſe. Quamuis autem Elcana pariter adduxerit, vt colligitur ex num. ſeq. *immolauerunt, & obtulerunt*; tamen hic ſolius Annæ mentio fit: tum quia illa ſola puerum brachiis geſtabat: tum quia ad illam præcipuè voti ſoluendi munus pertinebat: tum denique, quia maior eius religio, ac deuotio in hoc opere videbatur.

2. Colligitur autem hæc maior Annæ religio, & deuotio ex celeritate ſoluendi voti, quod Deo nuncupatat. *D. Ambr.* Nam vt bene D. Ambroſius lib. 1. de Abel, & Cain, cap. 8. *Prima*, inquit, *voti gratia eſt, celeritas ſolutionis.* *Celeritas in votorum ſolutione.* Vnde ſolutionem differre perinde eſt aliquando, quod auferre. Quod mihi videtur Sapiens innuiſſe. Nam ad celerem votorum ſolutionem hortatus; *Si quid*, inquit, *vouiſti Deo, ne moreris reddere.* Eccleſ. 5. n. 3. Et ſtatim reddens huius celeritatis rationem: *Multò*, inquit, *melius eſt non vouere, quam poſt votum promiſſa non reddere.* ibid.

ibid n.4 Dicturus erat, quàm poſt votum, promiſſa mo[illegible]. has enim moras tollendas eſſe præmonuerat, & tamen dicit, *promiſſa non reddere* quia perinde eſt morari promiſſa, atque omnino negare; vt benè D. Ambroſ. lib. cit. cap. 7. aduertit: *Cum enim*, inquit, *moram facis, non reddis.* Quid enim magis profuit Caino, ſerò offerre, quàm non offerre, cùm ob illam offerendi tarditatem ita Deo diſplicuerit, ac ſi nihil obtuliſſet? *Sacrificium enim*, inquit D. Ambroſ. *& celeritate commendatur, & gratia*; & quod inde conſequens eſt, tarditate condemnatur.

D.Ambr.

Tarditas, & mora Caini in offerendo, Deo diſplicuit.

D.Amb.

3\. Hæc ne ſuo ſacrificio tarditas ineſſet, diligenter cauit Abrahamus. Nam à Deo tentatus, ſtatim de nocte ſurrexit, ſtrauit aſinum, concidit ligna, omnia ad ſacrificium neceſſaria ſuis manibus præparauit. Geneſ. 22. à num. 3. Quorſum ipſe tam multa ſubiuit munia, qui vnum tantum iugulandi filium exequi iubebatur? Optime D. Ambroſ. citatus cap. 8. *Aduerte*, inquit, *immolaturi ſtudium maturum, atque feſtinum vt mora expectationis non eſſet, niſi donec audiretur oraculum.* Hanc igitur offerendi alacritatem exhibuit & Anna: moram nullam ſacrificio interpoſuit, niſi donec ablactaretur infans. Poſtquàm autem infans ablactatus eſt, *ſtatim*, inquit Origen. tract. 3. in Matth. *tranſmutatus à matre ad Deum, & appoſitus Deo à matre, vt quæras in templo Dei nutritus, carnes ſanctam eſcam perfectorum.*

Abrahamus in ſacrificando citor.

D. Ambr.

Orig.

B

C

4\. *In vitulis tribus. In*, id eſt, cum, vt paſſim alibi. *In dolore paries filios.* Geneſ. 3. num. 16. *In baculo meo tranſiui Iordanem*: Geneſ. 32. num. 10. *In maxilla aſini, In mandibula pulli aſinarum, deleui eos.* Iud. 15. num. 16. *In ſecuri, & aſcia deiecerunt eam.* Pſalm. 73 num. 6. *Intrauit in Ægyptum in multitudine graui.* 1. Machab. 1. num 18. *Lugebit terra in beſtia agri, & in volucre cæli.* Oſeæ 4. n. 3. *In ſanctitate, & iuſtitia ſeruiamus illi.* Luc. 1. n. 74. *Si percutimus in gladio*: Luc. 22. n. 49. *Verbum Chriſti habitet in vobis in omni ſapientia.* Coloſſ. 3. n. 16. & paſſim alibi.

5\. Circa numerum vitulorum eſt difficultas. Nam Septuaginta vertunt, *in vitulo trino*, ſeu *trienni.* Similiter D. Chryſoſtom. homil. 2. de Anna, *in vitulo triennante.* Fauere videtur Theod. q. 5. dicens, Annam obtuliſſe puerum, & vitulum eiuſdem ætatis. Cùm autem Samuel tertio ætatis anno oblatus fuerit, vt ſuprà diximus; vitulus quoque triennis videtur fuiſſe oblatus, non tres vituli. Nihilominùs in Hebræo, in Chaldæo, in Vulgata, apud D. Hieronym. Vatabl. Pagninum, & cæteros Interpretes, tres vituli reperiuntur. Litem dirimes, ſi dicas, priores Interpretes loquutos fuiſſe de vitulo immolato, qui vnus fuit; vt patet ex num. ſequenti; poſteriores verò de vitulis allatis, qui fuerunt tres: quorum vnus ceſſit in holocauſtum; alij duo, de quibus nihil dicit textus, deſtinati ſunt, aut in epulum commune, aut in ſacrificium pacificum, aut in munus proprium ipſius Sacerdotis Heli, vt parentes hac mercede laborem pueri inſtituendi præuenirent.

D.Chryſ. Theod. *Tres vituli offerebantur.*

D

E

6\. *Et tribus modijs.* Maior difficultas eſt de modiis farinæ. Nam Vatablus, Pagninus, Clarius, textos in Gloſſ. ordinar. explicatus, & alij habent, *in vno modio.* Imò D. Hieronym. in quæſtionibus Hebraicis, ſi is eſt illarum auctor, quem totidem verbis ſequitur Rupertus ad hunc locum aſſerit, vulgatem editionem, quæ habet, *in tribus modiis*, ſcriptorum vitio deprauatam eſſe. Probat, quia lex Moyſis, Num. 15. num. 9. & cap. 28. num. 12. & cap. 29. n. 2. præcipiebat, cum ſingulis vitulis tres decimas ſimilæ offerri; ergo cum tribus vitulis debuit Anna offerre nouem decimas, quæ non ex-

Quotnam ſeranæ modios obtulerit Anna.

Prima ſententia, vnum modium obtuliſſe.

A cedunt menſuram vnius modij: non ergo obtulit tres modios, alioqui faceret contra legem.

7\. Nihilominùs Vulgata editio tenenda eſt, quam reliqui Interpretes communiter amplectuntur. Nec immeritò, cum neque ab Hebræo, neque à Græco textu aliena ſit. In vtroque enim legitur, *in Ephi ſimilæ, ſeu farinæ.* Eſt autem Ephi, ſeu Epha, genus menſuræ continens tres modios, ſeu tria ſata, vt Robertus Senalis opuſculo de ponderibus, & menſuris, Lucas Burgenſis in notationibus ad libros Regum, Barrad. tom. 2. Concordiæ, lib. 9. cap. 7. aliique teſtantur. Et ſumitur ex Ruth 2. num. 17. vbi ſic, *Inuenit hordei quaſi Ephi menſuram, id eſt, tres modios*, Vbi vides hanc interpretationem adeò eſſe certam, vt ab ipſo textu adhibeatur. Chaldæus etiam concordat, vertens *tria ſata.* Et probatur apertè ex Iſaiæ 5. num. 10. Vbi terræ ſterilitatem exprimens, *& triginta*, inquit, *modij ſementis facient modios tres.* Hebraicè, *& ſemen Cori faciet Ephi.* Vbi vides pro Ephi redditos tres modios, ſicut triginta pro Coro: totidem enim continet. Vnde Ezechiel. 45. num. 11. dicitur Corus continere decem Ephi, hoc eſt, decies tres modios, qui triginta faciunt. Rectè igitur hoc loco pro vno Ephi tres modij reponuntur. Quod ſi aliquando pro vno Ephi redditur vnus modius, vt Deuteronom. 25. num. 14. *Non erit in domo tua modius maior, & minor*, Hebraicè, *Epha, & Epha*, id contingit, vel quia ſermo eſt de modio Attico, qui tres modios ex iis, quæ ſata dicuntur, includit, vt patet ex Ioſepho lib. 14. antiq. cap. 11. dicente, quod Corus decem modios Atticos contineat; quod eſſe non poterit, niſi ſingulis modiis Atticis tres reſpondeant, cùm loco Iſaiæ citato vnus Corus triginta modios continere dicatur: vel quia ibi non certa aliqua menſura prohibetur, ſed quælibet adulterina. Vnde opus non fuit, vt in vtroque textu eadem in ſpecie menſura pro exemplo adduceretur; ſed notiſſima omnium, qualis erat Ephi inter Hebræos: modius inter Latinos. Argumentum verò, quo Auctor quæſtionum Hebraicarum, & Rupert. vtuntur, in eoſdem in primis retorquetur. Nam ſi Anna cum tribus vitulis nouem tantùm decimas offerre tenebatur; planè ne vnum quidem Ephi potuit offerre, quia Ephi decem decimas, quas Gomor appellant, complectitur: vt patet Exod. 16 num. 16. Deinde ſoluitur cum Hugone, Gloſſa ordinar. & Burgenſ. citato quia licet Anna plus farinæ attulerit, non tamen plus obtulit, quàm lex præcipiebat. Quare iuxta vitulos oblatos, ſiue vnus tantùm fuerit, ſiue tres, vt iam monuimus, farinæ menſuras lege præſcriptas offerebat: quod reliquum erat, vel ſacerdotibus, vel familiaribus donabat.

Secunda, & vera ſententia, fuiſſe tres modios.

Robertus Senal. Luc Burg. Barrad.

B

C

Ioſeph.

Soluitur argumentum contrarium.

D

8\. *Et amphora vini.* Hæc menſura eiuſdem capacitatis eſt pro liquidis, atque Ephi pro ſolidis, vtraque enim continet tres modios, vt Gloſſa, Hugo, & Robertus citatus obſeruant. Ex quo etiam vino tantum obtulit Anna, quantum lex ſtatuebat. Num. 15. num. 10. nimirum tres decimas in ſingulos vitulos, quod ſuperfuit, ſacrificantibus, ſeu conuiuantibus elargita. Ex quibus colligitur, non ſolùm ſacrificium, ſed etiam conuiuium hic interfuiſſe. Licèt enim veteres Patriarchæ nullis epulis natalem diem celebrarent; vt n. 21. obſeruauimus, & Ioſephus lib. 2. contra Appionem aduertit, qui de Moyſe loquutus: *Sed neque*, inquit, *in filiorum natiuitatibus conceſſit, epulationes aggregari, & fieri occaſiones ebrietatis: ſed temperatum eſſe repente principium.* Licèt, inquam, nullas cœnas natalitias inſtituerent, ne cum impiis hominibus conuenirent, qui eas lautiſſime inſtruebant, vt Roa libro de natali die,

E

Veteres Patriarchæ non extruebant conuiuia in die natali.

Ioſeph.

Roa.

Quænam ſit eorum via mystica. Caiet. Abulenſ. Procop. D.Auguſt. Rupert.

A cap. 11. oſtendit, tamen dicim ablactationis conuiuiis euchariſticis vt vocant, hoc eſt, in gratiarum actionem inſtitutis celebrabant, vt ſuperiori num. aduerti. Quamuis dubitauerim, an id hoc loco factum ſit:quia conuiuium pro ablactatione filij non in publico templo, ſed in priuata domo fieri ſolebat. Potuit igitur eſſe conuiuium aliquod ex iis, quæ cum ſacrificiis pacificis frequenter iungebantur. Sed obiter nota veterum frugalitatem, qui lautiſſimum conuiuium ternis tantùm ferculis, uſque vulgatiſſimis inſtruebant, nimirum carne vitulina, pane, ac vino; vt puer epulari aggreſſus, non priùs ſuauitatem epularum, quam ſobrietatem prægu-

Frugalitas, & conuiniorum temperantia

ſtaret. Quod ſi aliqui agnum ad vitulum adhibe-B bant, illico intemperantiæ arguebantur. Vnde illa Prophetæ comminatio: *Væ*, inquit, *qui opulenti eſtis in Sion, qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti* Amos 6 n.1.& 4. Si Propheta tanquam delicatiſſimas epulas condemnat, quæ ex ſolo agno, & vitulo conficiuntur; quid diceret, ſi noſtra viueret tempeſtate, in qua tam multa ciborum condimenta, & irritamenta gulæ excogitantur, ac ſi eſſet, vt cum Satyrographo loquar,

——in ſolo viuendi cauſa palato?

Sed de hac re ad c.9 differam copioſius. Myſticam expoſitionem de his tribus Annæ muneribus, ac tribus ſingulorum munerum ternariis, D. Gregor. Magnus, Beda, Gloſſ. Hugo Card. & alij Interpretes proſequuntur. Quibus adde D. Amb. lib. 1. de Abel, C & Cain, c.7. qui in eo ferè conueniunt, vt in tribus vitulis allatis, & in vno tantùm immolato, vt ſequenti num. dicetur, perſonarum diuinarum Trinitas, & eſſentiæ Vnitas exprimatur.

D Greg. Magn. Beda. Gloſſ. Hug. Card. D Ambr.

9. *Ad domum Domini.* Ex hoc loco D. Chryſ. hom 2. de Anna, optimum eruit ad omnes matres documentum, vt pueros recèns natos, aut certè ablactatos, non ad ludos, non ad nugas, non ad illiberales, ac ſeruiles artes, optimæ diſciplinæ corruptrices, abire patiantur: ſed ſtatim ad templum ducant, ad aras ſiſtant, diuino obſequio conſecrent, & addicant. Nam ſi profani homines iis artibus, quas colunt, filios ſuos inaugurant; ſi miles ad militiam, D pugil ad pugilatum, pancratiaſtes ad pancratium, & ſic de cæteris, filios ſuos inducunt: religioſa mater quò aliò ducere debet filios ſuos, quàm ad templum, vbi ſacra Religio colitur, & obſeruatur? Imò non ſolùm curare debet, vt templum adeant, ſed potiùs, vt templum fiant, iuxta Apoſtolum, qui membra noſtra, *templum Spiritus ſancti* vocat. 1. Cor. 6. n. 19. Quare D. Chryſ. *An non*, inquit, *abſurdum eſt, nos domum veterem, ruinam minitantem, fulcire pecunias impendentes, fabros acceſſentes, denique nihil non facientes: domum autem Dei (nam Dei domus eſſe debet adoleſcentis anima) ne vulgari quidem dignari cura?* Quod ſtatim optimo exemplo illuſtrat. Nam qui de captiuitate Babylonica repreſſi, propriis domibus reædificandis incumbebant, & Dei templum diru-E tum, atque euerſum non curabant, grauiſſimo verbere famis, & ſiccitatis à Deo percutiuntur, iuxta illud: *Dicit Dominus exercituum, quia domus mea deſerta eſt, & vos feſtinatis vnuſquiſque in domum ſuam. Propter hoc ſuper vos prohibiti ſunt cœli, ne darent rorem; & terra prohibita eſt, ne daret germen ſuum.* Aggæi 1. num. 9. & 10. Vnde optimè argumentatur D. Chryſ. *Si illius*, inquit, *templi neglectus tantam excitauit iram Numinis, multo magis huius templi neglectus ad iracundiam prouocabit Dominum. Siquidem hoc templum tantò eſt illo honoratius, quanto plura habet ſanctimoniæ ſymbola.* Igitur Anna & materiale templum coluit, illud frequentando; & ſpirituale, ſiue myſticum, nempe filium ſuum, illum in domum Domini adducendo.

Pueri recens nati, Deo offerendi.

Adoleſcentis anima Dei templum eſt. D.Chryſ.

Fame percutiuntur, qui Dei templum dirutum, vt ædificare non curant. D.Chryſ.

A *Puer autem erat*, &c. Pro infantulo eſt in Hebræo נער *naghar*. Quod nomen indifferens eſt ad puerum infantem, & adoleſcentem iam ephebum exprimendum. Hoc poſteriori modo pro adoleſcente ſumitur Geneſ. 37. num. 2. *Ioſeph cum ſedecim eſſet annorum, paſcebat gregem cum fratribus ſuis adhuc puer*, Hebraicè, *adhuc naghar*. Et cap. 41. n. 12. de eodem Ioſepho in carcerem coniecto: *Erat ibi puer Hebræus*; in fonte, *Erat ibi naghar*. Quibus locis vides Ioſephum annos natum ſedecim, & ampliùs, adhuc vocari *naghar*: quod hic vertitur *infantulus*. Item Gen. 19. n. 4. *Viri ciuitatis vallauerunt domum a puero vſque ad ſenem*; in Hebræo, *a naghar*: quod tamen miniſterium in infantulos non cadebat. Dauid pu-B gnaturus cum gigante puer dicitur. 1. Reg. 17. n. 33. *Non vales*, inquit Saul, *reſiſtere Philiſtæo iſti, quia puer es*; Hebraicè, *quia naghar*. Et paulò inferiùs n. 42. de eodem Dauide. *Erat autem adoleſcens, rufus, & pulcher aſpectu*, Hebraicè, *naghar*. Item Abſalon iam adoleſcens, puer appellatur. 2. Reg. 18. n. 5. *Seruate mihi puerum Abſalon*; Hebraicè, *naghar*. Denique miniſter Sacerdotis cap. ſequenti n. 1. puer dicitur Latinè, *veniebat puer Sacerdotis*; Hebraicè, *naghar*. Mitto alia loca, quæ paſſim in Scriptura occurrunt. Priori autem modo pro infante ſumitur Exod. 2. n. 6. vbi Moyſes adhuc infans in fiſcella expoſitus, & coram filia Pharaonis vagiens, dicitur in Hebræo *naghar*. Et 2. Reg. 12. n. 16. vbi Dauid *deprecatus eſt Dominum pro* C *paruulo*, nondum ſeptem dies implente, Hebraicè, *pro naghar*. Et Iſai. 8. n. 4. vbi de Chriſto Domino infante dicitur, *antequam ſciat puer vocare patrem ſuum, & matrem ſuam*; Hebraicè, *antequam ſciat naghar*. & paſſim alibi. Cum igitur nomen ſit indifferens ad infantilem, & iuuenilem ætatem ſignificandam, hoc loco pro puero infante ſumendum eſſe apertè conuincit Latinus Interpres, transferens, *puer autem erat infantulus*. Imò & ex Hebræo colligi poteſt, vbi illa vox *naghar* repetitur, ac ſi Latinè dicas, *puer, puer*. In qua repetitione per epizeuxim creſcit ſignificatio, quaſi diceretur, valdè puer, ſicut Pſal. 67. n. 13. *Rex virtutum dilecti, dilecti*, hoc eſt, valdè dilecti. Nec obſtat quod Rabbi Dauid tranſtulerit, *puer autem diſcutie-* D *bat*: hoc eſt, vt aliqui interpretantur, inter bonum, & malum diſcernebat. Non enim is ſenſus eſt; niſi fortè quis dicat, Samuelem in illa tenera ætate rationis vſum accepiſſe, idque Rabbinum illum ſignificaſſe; quod tamen ſine maiori auctoritate non affirmo. Senſus igitur eſſe poteſt, diſcutiebat, hoc eſt, auertebat ſe ab vbere, depulſus iam erat, ſeu excuſſus à lacte, alioqui planè infantulus erat. Ex quibus confirmatur, quod diximus num. 22. de propria ablactatione Samuelis ab vbere.

10.

Adoleſcentes in Scriptura pueri ſæpe dicuntur.

Puer, idem aliquando eſt quod, infans.

Dicunt aliqui, Samuelem in infantia, rationis vſum accepiſſe.

Num. 25. Et immolauerunt vitulum, & ob-E tulerunt puerum Heli.

EXPOSITIO LITERÆ.

Et *immolauerunt*. &c. Scilicet per Sacerdotem, vt patet ex dictis num. 3. Ethnici in natalitiis celebritatibus ab hoſtiis cædendis abſtinebant: teſte Varrone lib. de numeris. *Id*, inquit, *moris, inſtitutique maiores noſtri tenuerunt, vt cum die natali munus annale genio ſoluerent, manum a cæde, ac ſanguine abſtinerent, ne die, qua ipſi lucem accepiſſent, aliis demerent.* Verùm Anna, cui diuinus cultus charior erat, hanc ſuperſtitioſam pietatem non curabat. Quæres primò, cur tres vitulos afferentes, vnum tantùm immolarint. D. Greg. confugit ad myſterium Trinitatis, in

1. *Cur veteres Ethnici in die natalitio à cæde abſtinerent.*

D Greg.

Tres vituli afferebãtur, vnus tãtùm immolatus Trinitatis, & Incarnationis figura.

in quo tres perſonæ, & vna adoratur diuinitas. Confugere etiam potuit ad myſterium Incarnationis, quæ cum à tribus perſonis facta ſit, ab vna tantùm terminata eſt: & fortaſſe congruentiùs, quia in hoc, ac ſimilibus ſacrificijs, Verbi incarnati ſacrificium figurabatur. Reſponſio tamen literalis eſt, quia vnus vitulus ſacrificio ſatis erat, cæteri conuiuio reſeruabantur. Deus enim vult, vt quæ ſunt Dei ita curemus, vt nobis neceſſaria non omnino negligamus, iuxta illud; *Frange eſurienti panem tuum.* Iſaiæ 58. n. 7. Vbi non integrum panem, ſed dimidium dare iubet, vt notat D. Aug. lib. de ſalutaribus documentis, c. 5. in tom. 4. *Caue*, inquit, *prauidens diſcretio em eleemoſyna, ita vt vtrique, danti ſcilicet, & accipienti ſit ſolatium.*

Eleemoſyna diſcretio. D. Aug.

2\. *Quare vitulum, & non agnum immolârint.* D. Chryſ.

Quæres ſecundò, cur potiùs vitulum, quàm agnum immolarint. Dices, quia agni nomine offerebant Samuelem, qui morum ſuauitate, agni manſuetudinem, & innocentiam referebat; non minùs certè, quàm Iſaac, quem D. Chryſ. tractat de decollatione Baptiſt. quæ habetur in Bibliotheca homiliarum, tom. 4. de Sanctis, agnum appellauit. Loquutus enim de Abraham Deo conuiuium apparante. Geneſ. 18. n. 7. *Feſtinauit*, inquit, *ad boues, attulit vitulum, vt acciperet agnum.* Quaſi offerendo vitulum, agnum impetraret, hoc eſt, Iſaac. Reſpondebit iterum aliquis, ob futurum præſagium, fore vt Samuel vituli robur ad ſuſtentandum populum imitaretur. Quemadmodum & ipſe Samuel Saüli in Regem electo, armum, ſeu tibiam, vt vertit Aquila, epulandam appoſuit. 1. Reg. 9. num. 24. Nam *ſicut tibiæ*, inquit Theod. q. 21. *portant totam molem compacti corporis, & firmiter ſuffulciunt; ita etiam regium robur ſuſtinet totum corpus Reipublicæ, & non ſinit cadere.* Propiùs tamen ad literam reſpondeo, idcirco vitulum obtuliſſe, quia hæc erat propria victima nobilium, ac diuitum, qualis fuit Elcana, vt n. 1. dictum eſt: à diuitibus enim Deus vitulos, ſicut à pauperibus turtures tantùm, aut pullos columbarum, & à pauperrimis exiguam ſimilam oleo perfuſam exigebat. Nam vt bene Theod. q. 1. in Leuit. *Deus*, inquit, *temperatam pro cuiuſque facultatibus condit legem.*

Theod.

Vitulus erat nobilium victima.

Theod.

3\. *Quo ſacrificij genere vitulus oblatus fuerit.* Abul.

Quæres tertiò, quo ſacrificij genere vitulus oblatus fuerit, in holocauſtumne, an in hoſtiam pacificam, an tandem in ſacrificium pro peccato. Hæc enim tria ſacrificiorum genera ſuprà num. 4. ſatis iam diſtinximus, & explicauimus. Reſpondet in primis Abulenſ. & rectè, non fuiſſe ſacrificium pro peccato, quia hoc ſacrificium magna cum exultatione pro nato puero fiebat; illud autem pro peccatis cum lacrymis, & mœrore. Vnde in eo nullus olei, ac thuris vſus permittebatur; vt Theodor. proximè citatus aduertit. *Sacrificium*, inquit, *quod offerri ſolebat pro peccato, ſine thure, & oleo offerebatur; carent enim alimento lucis, qui ſedent in tenebris peccati, & qui lugere debent, expertes ſunt lætitia: neque præditi ſunt odore bono, qui nequitia fœtorem minime reliquerunt.* Et paulò inferiùs breuioribus verbis eandem ſententiam concludit: *Oleum*, inquit, *lætitiam indicat; thus autem ſuauem odorem, quorum vtroque priuatur peccatum.* Supereſt igitur, vt fuerit hoc ſacrificium, vel holocauſtum, vel hoſtia pacifica, vt idem tradit Abul. Et quamuis vtrum ex his fuerit, non definiat, mihi videtur fuiſſe holocauſtum; tum quia holocauſtum erat Deo gratius, iuxta illud: *Holocauſtum tuum pingue fiat* Pſ. 19. num. 4. ſeu, vt eſt in Hebræo, *incineretur.* Hoc eſt, igne de cælo lapſo in cineres redigatur; quod erat longè clariſſimum diuinæ acceptationis indicium, vt annot. 6. ſect. 1. aduertimus. Tum etiam, quia holocauſtum erat præſenti actioni congruen-

Theod. *Sacrificium pro peccato ſine thure, & oleo fiebat.*

Peccatoris tenebræ.

Holocauſtũ reliquis ſacrificiis Deo gratius.

A tius: ſicut enim tota victima in holocauſto comburitur; ita totus Samuel in diuinum obſequium tradebatur, nimirum in ſtatum Leuitarum, & Nazaræorum. Neque enim plures tunc erant ſtatus religioſi. Item in omnem vtriuſque ſtatus actionem, vt n. 11. oſtendimus. Tandem in omne vitæ ſuæ tempus, à prima infantia ordiendo, iuxta illud, *vt maneat ibi iugiter*, id eſt, perpetuò, vt num. 28. latiùs explicabo.

4\. D. Chryſ.

Et obtulerunt, &c. Hæc fuit præcipua Annæ oblatio, cuius cauſa in templum venerat. Vnde D. Chryſ. hom. 2. de Anna: *Aſcendit*, inquit, *in templum, & agnolum induxit in ouile, ac vitulum perduxit ad armentum, & in pratum roſam a ſpinis liberam; roſam, inquam, quæ nunquam marceſcit, ſed floret perpetuò, quæque poſſit ad ipſum vſque cælum exilire: cuius fragrantia* B *in hodiernum vſque diem iuuantur, ac reficiuntur omnes, qui terrarum incolunt orbem.* Vbi obiter nota, licèt roſa, quam natura gignit, citiſſime exareſcat, iuxta illud Mantuani;

Samuel quaſi roſa Deo oblata.

Virg.

Mirabar celerem fugitiua ætate rapinam,
Et dum naſcuntur conſenuiſſe roſas.

tamen roſam, quam Anna, hoc eſt, gratia produxit, perpetuò vernare: item alias roſas natiuis incluſas ſpinis, inhorreſcere; hanc vnam paternis auulſam delicijs, quas veras ſpinas eſſe dixeris, iucundiùs C purpuraſcere. Nota præterea, Samuelem agnellum pariter, & vitulum appellari: vt in agnello eius innocentia; in vitulo eius patientia exprimatur. Eandem Samuelis cum agno ſimilitudinem vſurpat D. Petrus Damianus lib. 6. epiſtolarum, epiſt. 17. & in ordine 105. Vbi obſeruat, Deum in lege veteri, & boues, & agnos ſibi immolari præcepiſſe, in typum illius prouidentiæ, qua homines in qualibet ætate, modò ſenili, modò puerili, ſuum in obſequium admittit. *Vt alios*, inquit, *ad ſe trahat grandæua iam ſenectute maturos; alios iuuenilis incrementi vigore robuſtos: iſtos tollat primo pubeſcentis adoleſcentiæ decore vernantes; illos autem ab ipſo* D *pueritiæ lacteris exordio, velut de nido pullos educat implumes.* Et alijs exemplis, quibus vtitur, omiſſis: *Samuel*, inquit, *puerulus, tanquam tener agniculus cum tribus farinæ modiis, & amphora vini, menſæ Domini, vt ita loquar, apponitur, dum Heli Sacerdoti, & templo Dei a parentibus dedicatur.* Et ſtatim, idem ferè dicens de Baptiſta, rationem reddit, cur hic Deo agnus offeratur: *Vt eo*, inquit, *Dominus velut epulo ſuauiſſimo, delectabiliter ſaginetur.* Alij quidem agni Deo ſæpe nauſeam afferebant, hic ſaginam.

Samuel agnellus, & vitulus, ob innocentiam & patientiã nuncupatur. D. Petrus Dam.

Et ſenili, & puerili ætate homines ad ſe trahit Deus.

Baptiſta Deo vt agnus offertur.

5\. D. Chryſ.

Vnde D. Chryſoſt. hom. 1. de Anna, comparat inter ſe duplex Annæ ſacrificium, vnũ ex vitulo, alterum ex puero oblatum; & hoc poſterius priori antepunit. *Geminũ*, inquit, *fit ſacrificium. Et erat vitu-* E *lus ille irrationalis, hic rationalis; & illũ quidem Sacerdos immolauit, hunc verò dedicauit mulier; eratque mulieris victima melior, quã hoſtia quã obtulit Sacerdos, propterea quod hæc ſuorũ viſcerum facta eſt immolatrix.* Maior adhuc huius ſacrificij excellẽtia deprehenditur ex eo, quod ſacrificio Abrahæ à D. Chryſoſtomo non ſolum conferatur, ſed etiam præferatur: *Imitata eſt*, inquit, *Anna Patriarcham Abraham, cúmque illo certamen ſuſcepit. ſed ille quidem filium receptum reduxit de monte; hæc verò reliquit in templo, vt ibi perpetuò maneret.* Et quidem vtriuſque ſacrificij æqualitas in eo cernitur, quod ſicut Abraham filium ſuum morti temporali deſtinauit, ita & Anna ſuum morti ciuili; quæ præterquam quòd nihilo ſit facilior, quàm illa, eſt prætereà diuturnior. Mortem autem ciuilem appello illam, quæ conſiſtit in perpetua abdicatione à rebus ciuilibus, & traditione ad diuina obſequia. Hæc enim mors diu executa;

Anna, & Abrahami ſacrificia cõparantur.

Anna ciuili morte mulctauit filium offerendo.

ciat; illa vnico momento exſorbetur. Inæqualitas verò vtriuſque ſacrificij patet in eo, quod Abraham ſuum filium incolumen reduxit; Anna autem in tabernaculo reliquit, ſuis delicijs perpetuò caritura. A

6. Quare D. Chryſoſtom. citatus meritò ignorat, filiumne, an matrem prius admiretur. *Cum ſoleant,* inquit, *indignari pueri, quoties à lacte depelluntur, nec ipſe puer ægrè tulit à matre diuulſus, ſed ad Dominum reſpexit, qui matrem creauerat. Nec ipſa mater doluit à puero ſeiuncta, propterea quod naturalem affectum vicit interueniens gratia; & vterque ſe alteri conuiuere exiſtimabat.* Quod ſtatim egregia ſimilitudine declarat. *Quemadmodum,* inquit, *eodem in loco fixa vitis in longum produxit palmites, & vna multo interuallo pendens cum radice habet commercium: itidem & in hac accidit fœmina, quæ in vrbe manens vſque ad templum extendit ſuum palmitem, atque illic vuam ſuſpendit maturam, nec interuallum illud vllum attulit impedimentum, cum charitas, quæ ſecundùm Deum eſt, puerum matri copularet.* Et paulò inferius addit, matrem ſe ipſam dedicaſſe cum puero, & ſolido quodam naturæ affectu ſe ipſam templo alligaſſe, vt vbi filius corpore manebat, ibi & mater animo maneret; & vbi mulieris theſaurus claudebatur, ibi & mulieris cor includeretur. B

D. Chryſ.

Anna ſicut vitis Samuelem in templo velut vuam ſuſpendit.

Matris cor, vbi filij corpus.

7. Igitur parentes Samuelis obtulerunt puerum Sacerdoti Heli optimis documentis ad pietatem imbuendum. Vnde Philo Iudæus in antiquitatibus Biblicis refert, populum huius oblationis nouitate excitum, conueniſſe ad Sacerdotem Heli cum tympanis, & choris, alijſque inſtrumentis muſicis, illiq; obtuliſſe Samuelem, vt ſtaret ante conſpectũ Domini, cúmque vnxiſſe in Prophetam, dicentes: *Viuat Propheta in plebe, & in longo tempore ſit lumen genti huic.* Quamuis autem Anna filium Sacerdoti obtulerit; tamen in eo non ſiſtebat: ſed altiùs erecta animo, vni Deo conſecrabat; vt D. Chryſoſt. hom. 21. in epiſt. ad Epheſ. rectè expendit. *Neque enim,* inquit, *Heli erat ex ijs, qui admodum poſſent eum fingere, & efformare. Quomodo enim qui nec ſuos potuit filios?* Quare opportunè monet quamlibet matrem, vt Annam in hac in parte imitetur. *Peperiſti,* inquit, *filium? imitare Annam. Diſce, quid illa fecerit. Eum ſtatim deduxit in templum. Quænam veſtrùm non maluerit filium ſuum eſſe Samuelem, quam millies Regem totius orbis terræ? Et quomodo, inquis, poteſt fieri illud?* Et ſtatim reſpondet, *ſi Deo quemadmodum Samuel à prima infantia conſecretur.* Vnde colligit, quàm neceſſarium ſit filijs optimè educandis prouidere, eóſque à profanorum hominum viſu ad ſanctorum conſuetudinem auocare. C D

Philo.

Heli Sacerdoti affertur Samuel cum tympanis, & choris.

D. Chryſ.

Alijs matribus Anna imitanda proponitur.

8. Itaque Samuel maternis vberibus auulſus, cæleſtibus delicijs fruebatur, matrem antequam noſſet, pro Deo relinquens; vt meritò cum Dauide gloriari poſſet: *In te proiectus ſum ex vtero.* Pſalm. 21. n. 11. & illud vſurpare: *Pater meus, & mater mea dereliquerunt me, Dominus autem aſſumpſit me.* Pſalm. 26 num. 10. Quare non immeritò dicitur ſuperiori numero, *adhuc infantulus*: ſeu, vt habet Chaldæus, *adhuc lactens*: quia licèt iam eſſet à materno lacte depulſus; tamen cæleſtium conſolationum lacte paſcebatur. Vt in eum paululum detorqueri poſſe videatur illud Iſaiæ cap. 6 . n. 16. E

Infans ab vtero, & vbere, Deo oblatus.

Diuinæ conſolationes Regum mamilla ſunt.

Mammilla Regum lactaberis: hoc eſt ſuauiſſimo diuinæ conſolationis nectare, quod Dei ſeruis, qui planè Reges ſunt, propinatur.

A

Num. 26. Et ait Anna: Obſecro mi Domine, viuit anima tua Domine: ego ſum illa mulier, quæ ſteti coram te hic orans Dominum.

EXPOSITIO LITERÆ.

OBſecro mi Domine, &c. Non exprimit quid petat. D Chryſ. Carthuſ. Abulenſis dicunt petere, vt Sacerdos audiat, ſeu quia narratura erat rem magnam, quæ proinde magnam Sacerdotis attentionem poſtulabat: ſeu quia Sacerdotem alloqui non audebat, niſi præhabita ab eo loquendi facultate, quo pacto Samuel Saulem alloquuturus: *Sine,* inquit, *me, & indicabo tibi, quæ loquutus ſit ad me Dominus nocte.* 1. Reg. 15. n. 16. Vbi Procopius: *Quamquam,* inquit, *Propheta ſit, tamen Regem alloquuturus liberè loquendi copiam petit.* Imò & Chriſtus Dominus Phariſæum, à quo fuerat conuiuio exceptus, non niſi præhabita venia alloquitur: *Simon,* inquit, *habeo tibi aliquid dicere.* Luc. 7. n. 40. illóque annuente, *Magiſter dic,* rem expoſuit. In quem locum rectè Ianſen. c. 48. ſuæ concordiæ: *Reprehenſurus,* inquit, *Dominus Phariſæum, qui ipſum inuitarat, non mox in illum inuehitur, ſed hoſpiti ſuo ciuiliter deferens, priùs dicendi facultatem poſtulans, paradigma deinde proponit. Qua in re exemplum ciuilitatis etiam viris Eccleſiaſticis non negligendæ reliquit.* Et quamuis in propoſitis exemplis æqua ratio non ſit, atque in Anna, quæ nihil aſperum dictura erat; tamen humilitatis cauſa, & ſuæ in Sacerdotem obſeruantiæ, fandi copiam precatur. Verùm Lyran. Interlin & Hugo, ſentiunt petere, vt Sacerdos infantem in ſuam fidem, diſciplinamque ſuſcipiat. Nec opus fuit, vt Anna verbis perficeret orationem, quam geſtu ipſo, obiectúque infantis, quem brachijs præſentabat, quodammodo ſupplere videbatur. Vt cum quis librum alteri porrigit, cape, inquit, non addendo librum. Vtraq; expoſitio congrua videtur. 1. B C

D Chryſ. Carthuſ. Abul.

Quænam fuerit Annæ obſecratio.

Procop.

Vrbanitas in alloquendo Sacerdotes, & Reges, habita prius facultate.

Ianſen.

Lyran. Interlin. Hug.

Viuit anima tua, &c. Iurabant olim Ethnici per vitam eorum, quos maximè diligebant, vt tradit Alexand. ab Alex lib. 5 gen. dier. c. 10. nimirum parentes per vitam filiorum, & ciues per vitam Imperatorum, iuxta illud Mantuani Æneid. 9. D 2.

Mos iurandi per alterius vitam, & caput.

Alex. ab Alex

Virgil.

Ouid.

Per caput hoc iuro, per quod Pater antè ſolebat.

Et illud Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3.

Per matrem iuro, Cæſareúmque caput.

Iuramentum verò per Cæſares apud Ethnicos religioſius erat, quàm per Deos, iuxta illud Tertul. in Apolog. c. 28. *Citius,* inquit, *apud vos per omnes Deos, quam per vnum genium Cæſaris peieratur.* Vnde argumentum ſumit ad vanam illorum religionem illudendam, qui magis homines, quàm eos, quos loco numinum habebant, reuerebantur. *Maiori,* inquit, *formidine, & callidiore timiditate Cæſarem obſeruatis, quam ipſum de Olympo Iouem.* Verùm ea religione paulatim exoleſcente, & multis per ipſos quoque Cæſares peierantibus, Francorum Reges lege cauerunt, ne quis per vitam Regum in poſterum iuraret, vt omne periculum peierandi in poſterum tolleretur; vt refert Pamelius Tertulliani interpres in c. 32. Apolog. Vide, quanto iure Deus prohibeat, ne ſuum nomen in falſitatis teſtimonium afferatur, cùm etiam homines ſuo quoque nomine confirmari mendacia nequaquam patiantur. E

Iuramentum per Cæſares religioſius, quàm per Deos.

Tertul.

Lege cautum apud Francorum Reges, ne quis per vitam Regum iuraret.

Pamel.

Verùm ſimilia iuramenta per vitam aliorum etiam 3.

Per aliorum vitã iurare, colligitur ex veteri Teſtamento.

etiam in ſacris literis reperiuntur. Nam in veteri Teſtamento Ioſephus iurauit per ſalutem Pharaonis. Geneſ.42.n 15. Abner per animam Saülis. 1. Reg.17. n. 55. Dauid per vitam Ionathæ. 1.Reg. 20.n.3. In nouo autem Teſtamento D. Paulus per vitam ſpiritualem Corinthiorum iurauit: *Quotidie*, inquit, *morior per veſtram gloriam, fratres*. 1.Cor.15. n 31. Vbi legenda non eſt præpoſitio, *propter*, quæ in aliquibus Biblijs reperitur; ſed, *per*, quæ eſt in Vulgata: & quandam iurandi formam importat, vt D.Baſil. ſerm.1. in Pſal. 14. D.Aug. epiſt.89. ad Hilarium, Nicetas Nazianzeni Interpres in orationem de Machab n.11. Suar tom.2. de relig. tract.2. de iuramentu lib.1.c.2. n.7. & Salmeron ibi diſp. 24. ad 3. dubium interpretantur. B Similiter igitur & Anna hoc loco iurat per vitam Sacerdotis, quem maximè venerabatur.

D.Baſil. D.Aug. Nicet. Suar. Salmer.

4. Sed dices, quæ fuit neceſſitas iurandi, ſine qua non licet homini fideli iuramentum vſurpare? Vnde D Hieron. in c.5. Matth. *Euangelica*, inquit, *veritas non recipit iuramentum, cum omnis ſermo fidelis pro iureiurando ſit*. Et Theophylactus ibid. *Iurare*, inquit, *& adiicere amplius ad etiam, vel non, a diabolo eſt*. Et D.Baſil. citatus monens, ne quis iuret, ne ſe abſque præſidio iuramenti indignum fide exiſtimare videatur: *Ipſam*, inquit, *per ſe veritatem ſtudeto exprimere ſimplici, ac nudi vſus aſſenſione. Turpe enim, & omnino ſtultum ſeſe, vt fide indignum accuſare, & ad iuramenti ſecuritatem confugere*. Quæ C omnia intelligenda ſunt de iuramento ſine neceſſitate. De quo Sapiens; *Sicut ſeruus*, inquit, *interrogatus aſſiduè, à liuore non minuitur; ſic omnis iurans, & nominans, in toto a peccato non purgabitur*. Eccleſ 23. num.11. Hoc eſt, ſicut ſeruus aſſiduè tortus, & flagellatus, perpetuis vibicibus inſcribitur: ita iurans perpetuis ſupplicijs à Deo coërcetur. Vbi D. Chryſoſt. hom.10. in Acta obſeruat, non eſſe ſermonem de peierante, ſed de iurante, vtique ſine neceſſitate. *Non periurium*, inquit, *hoc loco, ſed iuramentum amouendum admonet appoſita illi pœna*. Quaſi non ſolùm peierandi, ſed etiam iurandi leuiter, & ſine neceſſitate peccatum dignum ſit, quod perpetuis pœnis refrænetur. Sublata enim iurandi D neceſſitate, qua reuerentia diuinum nomen aſſumetur? Sine reuerentia verò diuinum nomen vſurpare, quis non videt, quantum ſit malum? Vnde D.Chryſoſt citatus: *Et tu quidem*, inquit, *ſi dilexeris quempiam, ad nomen illius excitatior efficeris: Deum autem ſic continuo vocas, quaſi nihil* Et paulò poſt: *Si alicuius*, inquit, *viri reuerendi memor es ſine reuerentia, contumelias putas: Deum autem circumferens, non ſolùm ſine reuerentia, ſed etiam intempeſtiuè, nihiline facis rem illam?*

D Hier. *Iurare ſine neceſſitate, non licet fideli.* Theoph. D.Baſil.

D Chryſ. *Qui iurant, ſupplicijs à Deo afficiuntur.*

Peierantes Deo irreuerentes.

5. Cùm igitur ab omni iuramento maximè abſtinendum ſit, niſi vehemens vrgeat neceſſitas; quorſum Anna hoc loco iuſiurandum aſſumit, nulla E cauſa impellente? Facilè aliquis ſe expediet cum D.Baſilio citato, dicens, illas ac ſimiles formas affirmandi, non eſſe iuramenta, *ſed remedia perſuadendi*. Cui reſponſioni non acquieſco, cùm planè illa verba iuſiurandum includant, vt ex vſu Scripturæ, & ſenſu interpretum conſtat, & D. Auguſt. loco citatu præcipuè aduertit. Imò quæ alia eſſe poſſunt perſuadendi remedia, niſi iuramenta? Fateor igitur Annam hic iuraſſe: & addo maximam iurandi neceſſitatem interueniſſe, vt miraculum de natiuitate Samuelis apud Sacerdotem publica, & iurata auctoritate firmaretur. Quemadmodum & modò in Eccleſia, Sanctorum miracula, & exempla ad fidelium ædificationem publico iureiurando conſignantur.

Qualenam fuerit Annæ iuramentũ. D.Baſil. D. Aug. *Iurauit Anna, vt miraculum de Samuelis natiuitate confirmaret.*

6. *Ego ſum illa mulier*, &c. Non iam addit, *infelix* A *nimis*, vt n.15. ſed potiùs adderet, niſi loquendi parcitas probiberet, *feliciſſima*, cum videat ſe ſui compotem voti factam, filium impetraſſe; quod maximum beneficium ducebat. Eua nato Cain primogenito ſuo, dixit: *Poſſedi hominem per Deum* Gen.4. n 1. Oleaſt. ex Hebræo transfert: *Acquiſiui virum, & Deum*. Quaſi diceret, comedendo pomum, Deum perdidi: gignendo filium, Deum recuperaui, quia dum mihi Deus tantum beneficium præſtitit, planè mihi videtur in priſtinam mecum gratiam, & amicitiam rediſſe. Si Cain naturaliter natus, & ſcelerate victurus tantam attulit matri iucunditatem, vt Deum ſibi iam demeruiſſe videretur; quantam Samuel afferre potuit, & natiuitate, & ſanctitate prodigioſus? B Mulier igitur illa, eadem dicitur, quæ antea fuerat, ſi naturam attendas, ſed quantum mutata ab illa, ſi diuinam gratiam, & beneficentiam ſpectes? Notat verò D. Chryſoſt. hom. 2 de Anna, Annam felici rerum euentu non intumuiſſe, nec Sacerdoti inſultaſſe. *Non dixit*, inquit, *ego ſum illa mulier, cui tu exprobraſti, quam maledictis impetiſti, quam velut ebriam deriſiſti: ideóque Deus tibi declarauit me non eſſe vinolentam; te vero crimen hoc temerè mihi impegiſſe: nihil huiuſmodi verborum aſperorum dixit, ſed multa cum manſuetudine loquitur. Quamquam cum haberet rerum euentum ſibi patrocinantem, iure potuiſſet exprobrare Sacerdoti, quod eam temerè, ac ſine cauſa incuſaſſet. Nihil horum facit, ſed tantùm commemorat Dei erga ſe beneficentiam*. Nec immerito ita ſe An- C na temperauit; vt quam animi moderationem in calamitate tenuerat, eandem in proſperitate retineret. Verba quæ ſequuntur, ex dictis ad numerum 10. innoteſcunt.

Oleaſt. *Qualem Cainus Euæ, Samuel Annæ attulerit iucunditatem.*

Felici euentu non ſuperbiea ſunt D Chryſ.

Anna manſuetudo.

Idem in aduerſis, & proſperis animus.

Num.27. Pro puero iſto oraui, & dedit mihi Dominus petitionem meam, quam poſtulaui eum.

EXPOSITIO LITERÆ.

D *PRo puero iſto*, &c. Abulenſis exiſtimat nunc primum cognouiſſe Sacerdotẽ, quid Anna à Deo poſtulaſſet. Sed non aſſentior: iam enim id ſciebat Sacerdos, vt n.17 aduerti, & hic vlteriùs confirmo; quia ſic miraculi fides certior reddebatur. Sciens enim Sacerdos filium ab Anna poſtulatum, & nũc videns natum, diuinitùs conceſſum non dubitaret; neque alios ea de re dubitare pateretur. Accedit, quod mulier voluit ſe notam reddere Sacerdoti à ſignis: vno, quod ſteterit coram illo orans. Sed hoc ſatis non erat, quia multæ aliæ fortaſſe pariter ſteterunt. Alterum verò aliquantulum euidentius, quod ſcilicet ab ipſo Sacerdote exiſtimata, & ap- E pellata fuerit temulenta, prudens tacuit ipſa Anna, vt notauit D.Chryſ. ne Sacerdoti exprobrare videretur: ergo debuit adhibere hoc tertium, quod pro filio orauerit. Ergo hoc erat notum Sacerdoti: aliàs ex illo Sacerdos in cognitionem Annæ non veniret. Sed cur Anna, & ſe, & beneficium à Deo acceptum manifeſtare voluit Sacerdoti? Optimè reſpondet D. Chryſoſtomus hom. 2. de Anna, quia cupiebat *illum in agendis gratiis habere conſortem, quemadmodum prius habuerat in precando* Grati enim animi eſt, non ſolum ſe ipſum reddendis gratijs impendere, ſed omnes, quotquot poteſt, ad id muneris excitare. 1.

Abul. *Anna acceptum beneficium manifeſtat Sacerdoti.* D. Chryſ. *Animi gratitudo.*

Dedit mihi Dominus petitionem, &c. Petitionem poſuit pro re petita, more Scripturæ, vtentis ſæpè numero abſtracto pro concreto, vt Riber in c. 5. 2.

Ribera.

Oſeæ, n.4.obſeruat. Nihil præterea eſt in hoc numero, quod expoſitiuſſe indigeatidiu, quæ illuſtrationem requirunt. Vnum, Annæ comitas, & facilitas. Nam ſuæ felicitatis ſocios habere voluit, quæ ſuam calamitatem ſibi vni reſeruauit. Patet, quia iniurias à Phenenna acceptas nemini aperuit; beneficia à Deo ubtenta Sacerdoti cõmunicauit. Quod D.Chryſ.loc.cit.rectè obſeruat. *Cum*, inquit, *affligeretur, nemini ſuam aperuit calamitatem; ne Sacerdoti quidem dixit, æmulam habeo mulierem, quæ mihi exprobrans, conuitiãſque chorum habet liberorum. At poſteaquàm id vulnus ſuſtulit, Deo dante, quod poſtularat, tum demum Dei beneficentiam aperuit Sacerdoti.* Qua benignitate nulla maior, vt quis ſua ſecum mala concoquat, bona in alios transfundat.

Nemini calamitates, multis felicitates reuelanda.
D.Chryſ.

3\. Alterum illuſtratione dignum, eſt immenſa Dei liberalitas, quæ triplici ex capite innoteſcit. Primò, quia pro exiguo pretio multum tribuit: *Oraui*, inquit Anna, *& dedit mihi Dominus petitionem meam.* Quaſi ſolæ preces ſint pretia, quibus a Deo beneficia emuntur, iuxta illud Euæ paulò antè citatum: *Poſſedi hominem per Deum.* Gen.4.n.1. ſeu, vt etiam legit Oleaſt. *Emi virum à Domino.* & ſtatim exponit, *quia forte*, inquit, *Dominum pro filio deprecata eſt, & precibus emit* Quis vnquam oblatis pecunijs tam facilè ſuas merces vendit, quàm Deus oblatis precibus ſua beneficia? *Omnes ſitientes*, inquit Propheta, *venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite. Venite, emite abſque argento, & abſq; vlla commutatione vinum, & lac.* Iſa.55.n.1. In quem locum D.Greg.Naz orat.40. in ſanctum Baſil. *O miram*, inquit, *beneficentiæ celeritatem! ò facilem contrahendi rationem! Hoc bonum ſolo voluntatis pretio emendum tibi proponitur. Appetitionem ipſam Deus ingentis pretij loco habet: ſitit ſitiri, cum ab eo beneficium petitur, beneficio id ducit: prompta, munifica, atque prolixa natura eſt; iucundiùs dat, quàm alij accipiunt.* Nec minùs grauiter Clem Alex.in exhortatoria ad gentes, tractans eundem Iſaiæ locum, Deum loquentẽ ſic inducit: *Solummodo*, inquit, *ò fili, Patrem ſitias; Deus tibi gratis oſtendetur, non cauponatur veritas.*

Dei liberalitas, & orationis efficacia.
Oleaſt.
Precibus, tanquam pretio, Dei beneficia emuntur.
D Gregor. Nazianz.
Clem. Alex.

4\. Secundò patet diuina liberalitas, quia poſtulata non differt, ſed ſtatim confert. Nam vbi primùm Anna in tabernaculo orauit, filium ſtatim impetrauit. Quod ſi iam antea filium precata fuerat, neque tamen conſequuta; peculiaris ratio ad maiorem ipſius Annæ vtilitatem interceſſit, vt notat D.Chryſoſt. citat. hom. de Anna. *Hanc*, inquit, *ob cauſam Deus diſtulit partum, vt hanc augeret voluptatem, vt mulierem redderet illuſtriorem.* Aliuqui diuina liberalitas noſtras preces anteuertit, & antequam oretur, exoratur. Patet in prodigo, qui antequam poſtularet, quod poſtulare decreuerat, a Patre liberaliter donatur. Luc.15. num 22. Nam vt bene D.Pet. Chryſolog. ſerm 3. *Tandem*, inquit, *miſericordiam Pater nouit.* Sine myſterio non eſt, quod Petrus, & Ioannes ingreſſuri quidem templum ad horam orationis nonam, ſed nondum ingreſſi, hominem ab vtero claudum, mendicantem, non alia ſtipe, quàm ipſa ſanitate donarunt. Actor.3. à n.1. Cur non potiùs poſt egreſſum à templo, quàm ante ingreſſum, miraculum illud ediderunt; niſi vt diuina liberalitas Apoſtolorum preces anteuertẽs oſtenderetur? Sic exponit D.Chryſ.in fine 1 tom. ſerm. quodam in c.3. Sap. *O glorioſum*, inquit, *meritum Apoſtolorum, qui antè in templo operantur, quam ipſi Dominum deprecentur: ante virtus oſtenditur, quam oratio ad Dominum præmittatur: effectus preces præueniunt, virtutes deſideria antecedunt, nec expectatur, vt vota ad Dominum præmittantur, quia Dominus ipſe antè efficit, quàm oretur* Neque ſolùm Deus orationem præuenit, ſed etiam acceſſum ad orationem. Nam *cùm longe adhuc eſſet filius prodigus, accurrens Pater cecidit ſuper collum eius.* Luc.15.n.20. In quem locũ D.Hier.in ep.146.ad Damaſum: *Antequam*, inquit, *dignus operibus, & vera pœnitentia ad Patrem rediret antiquum, Deus ad eius præcurrit aduentum, & reditum filij ſui iunioris anticipat.* Et nota, in eodem loco peccatoris ad Deum acceſſum explicari per verbum eundi. *Ibo*, inquit, *ad Patrem meum*: & per verbum veniẽdi. *Surgens venit ad Patrem ſuum.* Luc.15.n.18. & 19. At verò acceſſum Dei ad peccatorem explicari per verbum accurrendi. *Accurrens cecidit ſuper collum eius.* ibid. n 20. Quaſi multo velocior Deus ad peccatorem, quàm peccator ad Deum feſtinaret.

D Chryſ.
Deus non differt poſtulata.
D Petrus Chryſol.
Deus Apoſtolorum preces anteuertit.
D. Chryſ.
Apoſtolorum meritum.
D.Hieron.
Acceſſus peccatoris ad Deum tardior, quàm Dei ad peccatorem.

5\. Tertiò diuina liberalitas inde patet, quod maiora votis largiatur. Nam Anna filium petijt, & Prophetam accepit. Non aliter olim Zacharias, cum loquendi vſum à Deo obtinere vellet, vſum accepit & propheтandi, vt notat D.Ambr. in c.1. Luc. *Vide*, inquit, *quàm bonus Deus, & facilis indulgere peccatis, non ſolùm ablata reſtituit, ſed etiam inſperata concedit: ille dudum mutus prophetat.* Prodigus ille, de quo proximè, poſtulare tantùm volebat, vt inter mercenarios haberetur: *Fac me ſicut vnum de mercenarijs tuis.* vbi ſuprà n.19 Et tamen à parente inter filios adnumeratur, vt notauit D.Amb in Gloſſ.citatus: *Pater*, inquit, *occurrens non contentus miſſionis concedere, priſtinæ filiorum dignitati reſtituit; nec iam de mercede conductoris, ſed de hæreditate facit cogitare parentis.* Promiſit olim Deus Moyſi fore, vt virga eius, quem in ſummum Sacerdotem elegiſſet, germinaret; quæ poſtea non ſolùm germinauit, ſed etiam, vt Num.17.n.8.ſcribitur; *turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis, in amygdalas deformati ſunt.* In quem locum Orig.hom.9. *Vnum*, inquit, *promiſit Deus fructum in virga, & plures dedit.* Et paulò poſt: *Promiſſionem*, inquit, *ſuam Deus in quadruplum dedit, & multo plura, & pretioſiora largitus eſt, quam promiſit.* Iacob filium ſuum Ioſephum videre tantùm cupiebat: *Sufficit*, inquit, *mihi, ſi adhuc Ioſeph filius meus viuit; vadã, & videbo illum antequam moriar.* Gen.45. n.28. Et nihilominus Deus ad ipſum Iacobum: *Deſcende*, inquit, *in Ægyptum, quia in gentem magnam faciam te ibi.* Gen.46.n.3. Vbi D Chryſ.hom.63. *Vide*, inquit, *quomodo ea quæ iuſtus ille deſiderabat, illi Deus pollicetur, imò & multò maiora. Liberalitate enim ſua noſtras petitiones tranſcendit.* Simile quid accidit impio illi ſeruo, qui ſolùm petebat, vt ſibi patientia ad tempus præſtaretur; & nihilominus bonus dominus *omne debitum dimiſit illi.* Matt.18.n.27. Vbi D. Chryſ.hom.27. in Gen. *Bonus*, inquit, *Dominus miſericors, noſtrique curam agens, non ſolùm quantum petiit; ſed quantum ne cogitare quidem auſus fuit, dedit.* De qua re iam ſuprà diximus, infràque dicemus.

Deus maiora nobis concedit, quàm ipſi poſtulemus.
D. Ambr.
Deus in largiendo liberalior, quàm in promittendo.
Orig.
D.Chryſ.

Num. 28. Idcirco & ego commodaui eum Domino cunctis diebus, quibus fuerit commodatus Domino. Et adorauerunt ibi Dominum. Et orauit Anna, & ait.

EXPOSITIO LITERÆ.

1\. COmmodaui eum. Vatabl. duplicem ſenſum elicit; *idcirco donaui*, vel *idcirco voui*. Sed hic poſterior ſenſus loco non quadrat. Quia illa particula cauſalis, *idcirco*, ſignificat Annam commodaſſe filium, eo quod accepiſſet: Anna verò non vouit filium, eo quod accepiſſet, ſed antequam accepiſſet. Prior igitur ſenſus germanus eſt, quẽ exprimit Chaldaica

Vatabl.
Commodare, non ſignificat vouere, ſed tradere, vel donare.

Chaldaica tranſlatio, vtens verbo tradendi: *tradidi*, inquit, *eum*, necnon & 70. transferentes præſenti tempore, *commodo eum Domino*. Quod intelligi non poteſt de voto, cum fuiſſet aliquot antè annis iam emiſſum, ſed de traditione eo die facta.

A

2\. Cæterum, vt hæc traditio meliùs declaretur, neceſſe eſt, vt verbum Latinum *commodandi*, & verbum Hebraicum שאל *Scaal*, quod hic ponitur, expendatur. Primo igitur D. Chryſoſt. homil. 2. de Anna, ſic interpretatur, vt commodare ſit idem, quod ſoluere debitum, ſeu reſtituere. Nam laudans Annæ modeſtiam dicentis, *commodaui eum Domino. Vide*, inquit, *quàm ſit modeſta. Ne putes, inquit, me magnam rem, aut admirandam facere, quod infantem dedico; non ego huius benefacti ſum auctor, ſed perſoluo debitum. Depoſitum accepi, & hoc ei reſtituo, qui dedit.* Optima eſſet interpretatio, ſi verbum, aut Latinum, aut Hebraicum eam ſignificationem haberet. Sed eam, fateor, non inuenio. Nam *commodare*, non tam ſignificat tradere rem iam acceptam, quàm tradere rem iterum accipiendam.

D. Chryſ.

B

3\. Secundò igitur ſignificat verbum *commodandi*, dare aliquid ad vſum, vt notat Abulenſ. retinendo dominium. Ita vt eadem numero res, quæ commodatur, licèt ad vſum pertineat commodatarij, ſub dominio tamen commodantis conſeruetur; vt non ſolùm apud Theologos morales, ſed etiam Grammaticos Latinos videre eſt. Meritò igitur Anna dicitur commodare filium ſuum Domino; quia ſic eum non amittebat, ſed potiùs conſeruabat. Nam ſi de illis quæ amicis dantur, dixit non inſcitè Poëta:

Commodare eſt dare ad vſum retento dominio.

C

Quas dederis ſolas ſemper habebis opes.

maiori iure dici id poteſt de ijs, quæ Deo offeruntur. Dauid Chriſtum Dominum in cælum aſcendentem ſic alloquitur: *Accepiſti dona in hominibus*. Pſalm. 67. n. 19. Quem locum D. Paulus ita tranſtulit: *Dedit dona hominibus*. Epheſ. 4. n. 8. Quaſi munera, quæ homines Deo offerunt, eadem à Deo hominibus conferantur. Idem Vates; *Benedictionem*, inquit, *dabit legiſlator* Pſalm. 83. n. 8. in Hebræo eſt, *Benedictionem induet doctor*. Quaſi qui bona alijs impertitur, bonis etiam multiplicatis induatur. Nam verbum *induet*, quandam multitudinem, & abundantiam ſignificat. Sed de hac re multa ſuo locò. Sic igitur & Anna Deo filium commodando retinet, non amittit. Hinc eſt, quod pia mater in digreſſu à filio, quem in templo relinquebat, non dicatur hoc loco lacrymaſſe. Quid hoc eſt, ô Anna? filium deſeris, ſeu potiùs vendis in perpetuam ſeruitutem ſine lacrymis, quem à Deo tam multis lacrymis emiſti? Ita planè, inquit, quia quem in templo deſero, mecum defero. Mihi non perit, qui Deo incipit viuere. Mortuo quondam Iacobo in Ægypto, filij eius ſolos ſeptem dies in lacrymis poſuerunt: *Planctu magno*, inquit textus, *atque vehementi impleuerunt ſeptem dies*. Gen. 50. n. 10. At verò Ægyptij ſeptuaginta dies in lacrymis collocarunt: *fleuitque eum Ægyptus ſeptuaginta diebus*. ibid. n. 3. Cur, quæſo, minora doloris indicia filij, quàm externi præbuerunt? Difficultatem indicauit D. Auguſt. q. 172. in Geneſ. *Numerum*, inquit, *in luctu Iacob decuplauerunt Ægyptij*. Sed non ſoluit. Solutio tamen eſſe poteſt, quia filij Iacob ſpe reſurrectionis dolorem de morte parentis minuebant. Addo ad rem præſentem congruentiùs, non exiſtimaſſe filios Iacob ſibi parentem obijſſe, qui ad Deum abijſſet. Similiter & Anna non ſe defraudabat filio, quem vni Deo commodabat.

Quæ Deo offerimus, à Deo accipimus.

D

Filius qui Deo datur, non amittitur.

Iacob mortuus minus à filiis, quàm ab Ægyptiis deploratur

E

D. Aug.

Mortis dolorem ſpes reſurrectionis comminuit.

4\. Tertiò ſignificat verbum *commodandi*, ſeu שאל *Scaal*, quod eſt in Hebræo, dare fœnori, ita vt res, quæ traditur, ſemper cum fœnore, & vſura recipiatur; vt D. Hier. Pagnin. Oleaſt. & alij obſeruant. In hoc ſenſu Anna dicitur cōmodare filium ſuum Domino: quia non ſolùm eum non amiſit, verùm etiam cum magno cæleſtium donorum auctario poſſedit. In hunc ſenſum rectè Salomon: *Fœneratur*, inquit, *Domino, qui miſeretur pauperis*. Prou. 19. n. 17. In quem locum D. Baſil. ſer. 2. in Pſal. 14. *Cum*, inquit, *pauperi dare voles propter Dominū, idem, & donum eſt, & mutuum. Donum quidem, quia non ſperas receptionem: mutuum vero propter Domini magnificentiã, qui pro ipſo perſoluit: qui parua per pauperem accepit, magna pro ipſis reddet. Qui enim pauperis miſeretur, Deo ad vſuram dat.* Vnde D. Greg. Naz. orat. 16. de pauperum amore, rectè expendit, quantò maiora à Deo recipimus, quàm offerimus. *Nunquam*, inquit, *Dei liberalitatem, & munificentiam vinces, quamuis omnium tuarum facultatum iacturam feceris, quamuis te etiam facultatibus adiunxeris. Nam hoc quoque ipſum accipere eſt, Deo aliquid donare. Et quemadmodum fieri non poteſt, vt vmbram noſtram prætergrediamur: quippe quæ, prout gradimur, ſuffugiat, eodémque ſemper interuallo nos ſuperet: quemadmodum etiam corporis magnitudo ſupra caput aſſurgere nequit, vtpote corpori ſemper ſuperiectum: eodem modo nec Deus noſtris muneribus vinci poteſt.* Quare D. Chryſ. ſer. de ieiunijs, & Geneſeos lectione, rectè docet, ex nullo fœnore tantum lucrum, quantum ex eleemoſyna reportari. *Nam ſi hominibus*, inquit, *in fœnus dederis, pecuniam centeſimam tibi reddent. Si quis vero Dei pauperibus fœneretur, centuplum reſtituet; inſuper & æternam conferet vitam.* Sed de hac re alibi erit dicendi locus.

D. Hieron. Pagnin. Oleaſt.

D. Baſil. *Eleemoſyna mercés cum fœnore.*

D. Greg. Nazianz. *Dei munificentia nullis hominum muneribus ſuperatur.*

D. Chryſ. *Eleemoſyna lucrum.*

Vltimò ſignificare poteſt verbum *commodandi* hoc loco poſitum, adhærere alicui, ſeu ſociare aliquem. Probat hoc Pagn. ex multis Scripturæ locis. Iſa. 14. n. 2. Iſa. 56. n. 3. & 6. Ierem. 50. n. 5. & paſſim alibi. Et conſentit Pined in c. 40. Iob. n. 20. q. 1. Igitur Anna commodat filium ſuum Domino, hoc eſt, tradit filium ſuum in ſocietatem Domini, vt vitam in ea perpetuò degat. Quod vt meliùs intelligas, aduerte, debitores apud Hebræos ſolitos fuiſſe ſuis creditoribus adhærere, & tanquam ſeruos in eorum ſocietatem ſe ingerere, iuxta illud: *Qui accipit mutuum, ſeruus eſt fœnerantis*. Prou. 22. n. 7. & illud: *Omnes debitores veſtros repetitis*. Iſa. 58. n. 3. ſeu, vt transferunt 70. *Omnes ſubiectos veſtros affligitis*. De qua re conſule Pined. in c. 22. Iob. verſ. 6. n. 5. multa ex profanis auctoribus afferentem. Cum igitur Anna filium à Deo datum, ac Deo debitum agnoſceret, eum more ſuæ gentis, in eiuſdem Dei ſocietatem conſecrat, vt perpetuam apud Deum ſeruitutem ſeruiat. 5.

Commodare idem eſt, atque alicui adhærere.

Pagnin. Pined.

Hebræorum debitores ſuis creditoribus adhærebant.

Pined.

Huius ſanctiſſimæ fœminæ conſtantiam imitata quondam fuit matrona illa, nobilitate, atque ſanctitate peræquè inſignis, Iuliana, quam D. Ambr. in exhortatione ad virgines introducit loquentem cum filio vnico, quem habebat, & quem parente mortuo, Deo in locum parentis conſecrabat. *Tu*, inquit, *fili impetratus meus, & votiuus meus, agnoſce à quo donatus ſis mihi. Ille tua ora plaſmauit, ille tua mēbra diſtinxit, ille mea orata ſuſcepit, cuius templo, cuius obſequio, te antequam naſcereris, ſacraui. Non parentibus, non tibi, ſed Deo natus es; cuius antequam de vulua matris exires, eſſe cœpiſti, & omnes quidem illius ſumus, ſed tamen tu ſpecialiter promiſſus Domino, tu redderis. Ego quaſi Anna promiſi, vt omnibus vitæ tuæ diebus ac noctibus à conſpectu Domini non recedas, tu exequere.* Concludit D. Ambr. *Egregia*, inquit, *fœmina, quæ ſibi nihil reliquit, totum, quod habuit, Deo obtulit: cuius vita inſtitutio diſciplina eſt, & quædam formula caſtitatis, bono propoſito, & meliore magiſterio.* 6.

D. Ambr. *Iuliana vidua conſtantia in filio Deo conſecrando.*

Cunctis diebus, &c. Lyran. ad illa verba ex n. 22. *vt maneat ibi iugiter*, exiſtimat Samuelem nō fuiſſe 7.

Deo

Deo traditum omnibus diebus vitæ ſuæ. Probat primò, quia pro illo *iugiter*, eſt in Hebræo, *in ſæculum*, quod interpretatur ſpatium quinquaginta annorum. Secundò, quia Leuitæ ſolùm vſq; ad quinquageſimum annum in tabernaculo miniſtrabant, vt patet ex Num. 8. n. 25. vbi Deus ad Moyſem; *Cùm*, inquit, *quinquageſimum ætatis annum impleuerint, ſeruire ceſſabunt.* Tertiò, quia de facto Samuel non ſemper fuit in tabernaculo; nam, vt habetur infrà c. 7. n. 16. *ibat per ſingulos annos circuiens Bethel, & Galgala, & Maſphath, & iudicabat Iſraelem in ſupradictis locis.* Accedit, quod multa exemplaria, vt Clariana, Benedictina, Roberti, Vatabli, & textus Gloſſæ ordinariæ non habent, *cunctis diebus, quibus fuerit commodatus*, ſed, *quibus fuerit accommodatus*; hoc eſt, vtilis, & idoneus: quaſi vltra ſenilem, & effœtam ætatem ad ſeruiendum in tabernaculo iam non obligaretur.

Leuitæ in tabernaculo miniſtrabant vſque ad quinquageſimum annum.

A B (marginal letters)

8\. Quæ quidem lectio venuſtè poteſt illuſtrari contra eos, qui potiorem vitæ partem mundo, deteriorem Deo tradunt. In quos D. Ambroſ. in exhortatione ad pœnitentiam: *Si*, inquit, *vis agere pœnitentiam, quando peccare iam non potes, peccata te dimiſerunt, non tu illa.* Et paulò poſt loquens de eo, qui ad horam mortis differt pœnitentiam, quando ad pœnitentiam iam ineptus eſt: *Duæ*, inquit, *res ſunt, aut ignoſcetur tibi, aut non ignoſcetur. Quid horum tibi futurum ſit, neſcio, ſed do conſilium; dimitte incertum, & tene certum: & dum viuis, age pœnitentiam veram.* Quem D. Aug. ſerm. 71. ad fratr. in Erem. imitatur: nam ad illa verba: *Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem.* Eccleſ. 5. num. 8. ſic ait: *Fortè reſpondes, cras, cras. O vox coruina! Coruus non rediit ad arcam, columba rediit. Si tunc vis pœnitentiam agere, quando peccare non potes, peccata te dimiſerunt, non tu illa.* Vbi vides, quàm paribus vterq; verbis in eandem ſententiam conſpirent. Pergit Auguſtinus: *Satis*, inquit, *alienus eſt à fide; qui ad agendam pœnitentiam tempus ſenectutis expectat. Feſtinare debet ad Deum, dum poteſt vnuſquiſque: ne ſi dum poteſt, noluerit, omnino cum voluerit, non poſſit.* Iam verò D. Greg. Naz. orat. 40. in ſanctum Baptiſma: *Si*, inquit, *hodiernum diem ſemper prætereunt, ſalutem in poſterum reiicias, à peſtifero ſpiritu deceptus, dicente, da mihi id, quod nunc fluit temporis, futurum Deo: mihi ætatis florem, Deo ſenectutem: mihi voluptates, Deo corpus effœtum: quanto miſer in periculo verſaberis? Quot, quàmque inopinati caſus te accipient?*

D. Ambr.
Pœnitentia non eſt ad mortem differenda.
D. Auguſt.
Cras, eſt vox coruina.
D. Gregor. Naz.

C D (marginal letters)

9\. Ex quibus patet, quanto iure Samuel eo tempore commodatur Domino, quo ipſe diuino obſequio accommodatus videbatur. Si enim florentem ætatem mundo, ſenectutem Deo commodaret; audire poſſet illud Domini ad Cain: *Nónne ſi bene egeris, recipies, ſi autem malè ſtatim in foribus peccatum aderit?* Geneſ. 4. n. 7. ſeu, vt habent 70. *Nónne ſi rectè offeras, non autem rectè diuidas, peccaſti?* Quorum verborum ſenſus eſt, etiam cum Deo bona offeruntur, ſi tamen mundo offerantur meliora, grauiter peccari, non propter malam oblationem, ſed propter malam diuiſionem. Nam vt bene D. Ambr. lib. 2. de Abel, & Cain, c. 6. *Diuiſionis*, inquit, *ordo eſt, vt prima ſecundis, non primis ſecunda præcurrant, & cæleſtia terrenis, non terrena cæleſtibus præferantur.* Hoc eſt, vt Deus mundo, non mundus Deo anteponatur.

Meliora Deo, & non mundo offerenda.
D. Ambr.

10\. Sed ad quæſtionem redeo. Sentit igitur Lyran. Samuelem non toto vitæ tempore, ſed eo tantùm quo ad ſeruiendum aptus erat, ſcilicet vſque ad quinquageſimum annum, Domino commodari. In qua tamen re non mihi videtur audiendus; aduerſatur enim non ſolum reliquis Interpretibus, verùm etiam Hebraïcæ, Græcæ, & Latinæ editioni. Nam Hebraïca habet, *omnibus diebus, quibus fuit ipſe.* Græca, *omnes dies, quos ipſe vixit.* Latina, ſaltem n. 11. *omnibus diebus vitæ eius.* Imò & ex hoc loco idem ſenſus facilè elicietur, ſi oratio eo modo, quo vult Caiet. diſpungatur, *commodaui eum Domino omnibus diebus, quibus fuerit*, puncto hîc infixo. Et quamuis non iungatur, non propterea oratio eſt nugatoria, ſed proprius idiotiſmus; iuxta quem idem valet, *commodaui eum omnibus diebus, quibus fuerit commodatus*, atque commodaui eum in perpetuum, vt ex Græco, & Hebræo fonte palàm eſt.

An toto vitæ tempore Samuel Deo fuerit commodatus.

11\. Hæc etiam fuit communis Patrum interpretatio. Nam Philo Iudæus in lib. de ſomnijs in fine, docens eum, qui Deo conſecratur, *nihil poſtea profanum attrectaturum*, probat exemplo Annæ Samuelem offerentis. Quaſi Samuelem ſemel Deo oblatum, nunquam à ſacro inſtituto ad profanum regreſſum arbitretur. Clarius D. Hier. in cap. 44. Ezechiel. *Anna*, inquit, *obtulit Samuelem, qui æterna ſanctitate permanſit.* Vbi loquitur de ſanctitate ex voto, vt legenti patebit. Et in epiſt. 7. ad Lætam: *Anna*, inquit, *filium, quem Deo vouerat, poſtquam obtulit in tabernaculo, nunquam amplius recepit: indecens arbitrata, vt futurus Propheta in eius domo creſceret, quæ adhuc filios habere cupiebat.* Quod probat, ſaltem in pueritia non fuiſſe Samuelem à templo in patriam domum reuocatum. D. Aug in Pſal. 98. *Samuel*, inquit, *infans ad templum datus, omnes ætates ſuas inter ſancta ſacramenta Dei peregit, ab ineunte ætate famulus Dei.* D. Chryſ. hom. 4. in Act. ante medium: *Conſidera*, inquit, *Samuelem, qui poſt quadraginta annos, cum populi rem adminiſtraſſet, tamen adhuc nutriebatur in templo.* Quæ verba, quamuis obſcura ſint (neque enim Samuel 40. annos populum adminiſtrauit, vt in 3. annot. procemiali diximus) tamen ſignificare videntur perpetuum Samuelis domicilium in tabernaculo fuiſſe. D. Petr. Damian. lib. 5. epiſtol. epiſt. 9. & in ordine 78. *Puer*, inquit, *Samuel poſt ablactationem nequaquam domum cum parentibus remeat: ſed circa templi miniſterium iugiter perſeuerat.* Vide quæ de huius voti perpetuitate diximus num. 11.

Phil. Iud.
D. Hieron.
Samuel nunquam à templo in domum reuocatus.
D. Auguſt.
D. Chryſ.
D. Petrus Dam.

12\. Rationes verò, quibus Lyran. in contrarium nititur, facilè expediuntur. Prima nihil vrget; quia ſeculum nunquam, quod meminerim, ſumitur pro ſpatio quinquaginta annorum; cum tamen pro ſpatio totius vitæ clariſſimè vſurpetur Exod. 21. n. 6. *erit ei ſeruus in ſeculum*, hoc eſt, in totam vitam. Imò pro centum annis paſſim apud Latinos, & pro longiſſima duratione frequenter in Scriptura vſurpatur. Secunda eo corruit, quia quamuis Leuitæ ex ſuo munere ad ſolos quinquaginta annos obligarentur, tamen ex voto obligari poterant ad plures. Alioqui probare etiam poſſet Lyra Samuelem non niſi 25. annos natum oblatum fuiſſe in templo, iuxta illud ex eodem loco: *A viginti quinque annis, & ſupra, ingredientur, vt miniſtrent in tabernaculo fœderis.* Num. 8. num. 24. Quod tamen ex dictis patet falſum eſſe. Tertia non conuincit, quia aliquam obtinere potuit diſpenſationem à Deo ratione muneris, quo fungebatur: quemadmodum etiam obtinuit ad ſacrificandum, cum non eſſet Sacerdos; idque in Ramatha, vbi non erat tabernaculum, extra quod de lege ordinaria ſacrificare non licebat. Ratio à nobis addita facilè reijcitur ex Vulgata, quæ habet *commodatus*, non *accommodatus*. Neque citata exemplaria nobis aduerſantur, quia inter hæc duo, *commodatus*, & *accommodatus*, nullum diſcrimen conſtituere videntur. Addo ſemper Samuelem fuiſſe diuino obſequio accommodatum, ſi non ratione floridæ, ætatis,

Reſpondetur obiectis à Lyrano.
Seculum aliquãdo ſignificat totam vitam, aliquando centum annos.
Samuel tam ætatis, quam voluntatis ratione, Dei obſequio accõmodatus.

E (marginal letter)

ætatis, ſaltem ratione optimæ voluntatis, quæ in diuino obſequio præcipuè ſpectatur; ergo ſemper potuit obligari, præſertim ſi dicamus, nihil aliud ad miniſterium requiri, quàm vt in conſpectu Domini iugiter appareret.

13. *Et adorauerunt*, &c. Pagninus refert ad ſolam Annam, tráſferens ex Hebræo; *Incuruauit ſe ibi Domino.* Vbi nota, Annam cum ad beneficium petendum acceſſit, ſolum ſtetiſſe, iuxta illud ex n. 26. *ſteti orans Dominum*: cùm autem ad gratias pro beneficio accepto referendas, etiam ſe incuruaſſe, vt maiorem animi affectum ad gratulandum, quàm ad obſecrandum exhiberet. Quo pacto olim Stephanus antequam genua flecteret, pro ſe orauit, dicens. *Domine* IESV *ſuſcipe ſpiritum meum.* Act. 7. n. 58. At verò pro inimicis oraturus, *poſitis genibus clamauit voce magna, Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum.* ibid. n. 59. vt D. Aug. ſer. 170. & 237. de temp. & ſer. 1. & 2. de Sancto Stephano aduertit; vt oſtenderet plus ſe de alienis peccatis, quàm de proprijs vulneribus dolere. Vatabl. refert ad Heli Sacerdotem, transferens, *& gratias egit Heli.* Nam ſicut Annam in petendo beneficio adiuuit, ita æquum fuit, vt in gratiis referendis adiuuaret. At verò Vulgata vtitur numero plurali, *adorauerunt*, vt non ſolùm vtrumque coniugem munera offerentem, ſed etiam Sacerdotem ſacrificantem comprehendat. Hæc enim adoratio eſt, quæ fit per ſacrificia ſolemni ritu, vt n. 3. explicatum eſt. Reliqua verba; *Et orauit Anna, ait*, Septuaginta, & Chaldæus reiiciunt ad initium cap. ſequentis; Vulgata, ad finem præcedentis. Non videntur autem illa duo verba ſignificare diuerſas loquutiones, vnam internam, alteram externam; ſed vnam, atque eandem, vulgari idiotiſmo: quo pacto ſæpe dicitur in Euangelio, *reſpondens ait.* Vide præfationem ad ſequens caput in tertio dubio circa hoc canticum. An verò his verbis ſola oratio, & gratiarum actio; an etiam propria prophetia includatur, ſequenti capite oſtendam. Atque hæc de litera huius primi capitis ſatis ſunto.

Humilior ad gratulandum, quàm ad obſecrandum.

D. Auguſt.

Alienis peccatis condolendum.

ANNOTATIO XII.

CIRCA LITERAM.

Optima filiorum educatio.

1. SAMVELIS educatio, de qua multa in præſenti, & in ſequenti capite dicuntur, occaſionem nobis præbet ad hanc excurſionem faciendam, in qua de optima filiorũ educatione diſſerimus. Natus enim Samuel, & ablactatus, & ſtatim in tabernaculo Dei oblatus, vt ſub Heli Sacerdote doceretur diuinam legem, & ad perfectam morum pietatem excoleretur, ſingulare exemplar eſſe poteſt, & parentibus ad tradendam diſciplinam, & liberis ad arripiendam; vt deinceps patebit.

SECTIO I.

Quàm neceſſaria ſit bona filiorum educatio.

2. CLemens Alex. lib. 1. pædag. c. 8. filios appellat matrimonij flores. *Matrimonij*, inquit, *flores liberi, quos quidem carnalium pratorum diuinus colligit agricola.* Concinit D. Hieron. in epiſt. 9. ad Saluinam,

Clem. Alex. Filij floribus & lilijs comparantur.

D. Hieron.

A vbi de illius fœminæ filiis loquutus; *Roſarum*, inquit, *& liliorum calathus, ebur, oſtrique commercium.* Facit titulus Pſal. 44. qui quoddam epithalamium, ſeu carmen nuptiale complectitur. Ita enim inſcribitur; *Pro iis, qui commutabuntur, filiis Core.* Symmach. Aquila, Theodoſio, Theodoretus, & D. Hieronymus transferunt, *Pro floribus*, ſeu, *Pro lilijs filiorum Core*: hoc eſt, pro filiis Core, qui ſunt veluti quidam flores, ac lilia. Quænam, quæſo, ſimilitudo eſt filiis cum lilijs? Mitto alias: illa facit ad rem præſentem, quòd ſicut lilia diligentem cuſtodiam requirunt, ne defluant, aut marceſcant; ita planè & filij diligentem vendicant pædagogiam, ne in prauos mores dilabantur. Vnde D. Hieronym. in epiſt. 7. ad

B Lætam, exhortatus parentem ad filios probè inſtruendos, rationem ſubdit. *Citò* inquit, *flores pereunt. citò violas, & lilium, & crocum peſtilens aura corrumpit.* Quare ſicut natura quodam veluti ſpinarum vallo roſas circummuniuit, ne facile carperentur, néve vllis iniuriis paterent, vt D. Ambroſ. lib. 3. Exam. cap. 8. teſtatur: ita & parentes aculeatis præceptionibus debent filios erudire, ne à vitiis obruantur. Hæc enim præcepta, ſpineta quædam ſunt, quibus incluſi flores non lacerentur, ſed muniantur. Nam vt bene D. Ambr. ſerm. 22. in Pſal. 118. de his præceptis loquutus: *Salubriter*, inquit, *iſta compungunt; ſtimulant iſta, non vulnerant.*

D. Hier.

Parentes in erudiendis filijs ſint aſſidui.

D. Ambr.

C Poteſt eadem neceſſitas ex alia metaphora illuſtrari. Solent enim filij inter opes, poſſeſſionéſve paternas in Scriptura recenſeri, vt ſumitur ex Geneſ. 4. num. 1. *Poſſedi hominem per Deum.* Deuter. 32. num. 6. *Ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te.* Prouerb. 8. num. 22. *Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum.* Quibus locis idem eſt verbum *poſſidendi*, atque *gignendi*, ac ſi filius nihilo à patris poſſeſſione diſtinguatur. Quò pertinet illud ex Pſalm. 126. num. 4. *Ecce hæreditas Domini, filij; merces, fructus ventris.* Vbi iuxta D. Baſil. Theodor. Euthym. & alios, filij pro ingenti hæreditate, fructus ventris pro copioſa mercede reponuntur. Cur, obſecro, filij poſſeſſionibus comparantur? Planè, quia vt homines tuendis, augendiſque poſſeſſionibus inuigilant; ita & patres debent probè erudiendis, informandiſque filiis excubare. Vnde D. Chryſoſtom. homil.

3\. *Quare filius patris poſſeſſio, & hæreditas appelletur.*

D. Baſil. Theod. Euthym.

D 9. in epiſtol. ad Timoth. *Magnum*, inquit, *habemus pretioſumque depoſitum filios: ingenti illos [illegible] nemus cura, ne fur id nobis aſtutus auferat.* Et paulo inferiùs, in eos, qui aliter faciunt, acriter inuehitur. *[illegible]andus*, inquit, *ſit optimus, cuncti molimur; cuique ſi[illegible] li viro magno cum ſtudio tradimus, & agaſonem, atque mulionem, procuratorémque, qui nobis magna beneuolentia afficiatur, inquirimus: cæterùm quod nobis chariſſimum omnium eſt, omnino negligimus, neque curamus, quo pacto filium noſtrum fideli cuipiam viro permittamus, qui ipſius tueri, ac ſeruare pudicitiam poſſit. Igitur nobis poſſeſſionum cura eſt potior, quàm eorum, quorum illa gratia comparantur: quod profectò abſurdiſſimum, at-*

D. Chryſ.

Maior in filios, quàm hæreditatibus excolendis adhibenda eſt cura.

E *que ſtolidiſſimum eſt.*

Huius rei indignitatem probè lamentatus fuit Philoſophus Crates apud Plutarc. lib. de educandis liberis, qui dicebat ſe, ſi fieri poſſet, in altiſſimo vrbis loco vociferaturum: *Quò tenditis homines, qui rei faciendæ nimium impenditis ſtudium, filiis inſtituendis, quibus veſtras opes relinquatis, perexiguum? Quibus ego adderem*, ſubdit Plutarchus, *tales patres perinde agere, ac ſi quis de calceo ſit ſolicitus, pedem nihil curet.* Non inuenuſtè carpit Iuuenalis Satyra 14. parentem, qui plus expoliendis ædibus, quàm erudiendis filiis incumbit.

4\.

Iuuen.

Ergo miſer trepidas, ne ſtercore fœda canino
Atria diſpliceant oculis venientis amici, &c.
Illud non agitas, vt ſanctam filius omni

Aſpiciat, ſine labe decorum, vitiéque carentem.

D. Hier. *Filij gemmis pretioſiores.*

In eoſdem parentes inuehitur D. Hieronym. in epiſtola citata ad Lætam: *Si tanti*, inquit, *vitrum; quare maioris non ſit pretij margaritum?* Quaſi diceret, ſi viliores gemmas tam diligenter cuſtoditis; cur pretioſiores, quales ſunt filij, tam negligenter dilapidatis? Vnde Chryſoſtom. lib. 3. aduerſus vituperatores vitæ monaſt. *Hos ego*, inquit, *patres parricidis ipſis immaniores, ſceleratioreſque dixerim: illi enim corpus ab anima ſeparant; iſti & animam, & corpus æternis ignibus tradunt.* Vbi plura in hanc ſententiam adducit luculenter.

D. Chryſ. *Qui filios non erudiunt, parricidis peiores ſunt.*

5. Tandem quanto indigeat optimæ educationis fræno adoleſcentia, ſatis indicat eius in vtramque partem flexibilitas, iuxta illud D. Hieronym. in epiſtol. 12. ad Gaudentium. *Vt*, inquit, *aqua in areola digitum ſequitur præcedentem; ita ætas mollis, & tenera in vtramque partem flexibilis eſt, & quocunque duxeris, trahitur.* Sed neſcio quomodo adoleſcentia, etſi in vtramque partem facilis, tamen magis in vitia declinat, quam in virtutes; iuxta illud Horatianum in arte poëtica,

D. Hier. *Tenera ætas flexibilior ad vitia, quam ad virtutes.*

Horat.

Cereus in vitium flecti, monitoribus aſper.

D. Ambr. Cum quo D. Ambroſ. lib. de interpretatione Iob cap. 7. conſentit. Nam ad illa verba: *Conſumere me vis peccatis adoleſcentiæ meæ.* Iob. 13. num. 26. *Pulchrè*, inquit, *id ætati aſcripſit ad querelam, quæ magis ad vitium lubrica eſſe conſueuit.* Et ſtatim laudatis aliis ætatibus, ſubdit: *Adoleſcentia ſola eſt inualida viribus, infirma conſiliis, ardore calens, faſtidioſa monitoribus, illecebroſa deliciis.* Vnde D. Auguſt. ſerm. 146. de Tempore, etſi pueritiam, ac ſenectutem ab omnibus aliis vitiis immunem non ſtatuat, ſentit nihilominùs iuuentutem in plura, & grauiora ſcelera procliuem eſſe. *Si*, inquit, *puerilis, & ſenilis ætas non eſt à tentationibus libera; quarum altera nondum bene ingreditur, altera iam egreditur iſtam vitam, altera paulò antè non erat, altera paulò poſt non erit: quid ſentiendum eſt de flagrantia iuuenilis ætatis, quæ vtriuſque in medio conſtituta, & ab infirmitate pueritiæ iam receſſit, & nondum ad torporem ſenectutis accedit? Hac pluribus, ac maioribus tentationum tempeſtatibus quatitur. Hac fluctuum crebriore impetu ſecuri innundantis operitur, &c. Itaque iuuenibus malorum venenum eſt, quidquid veritas præcipit; eſca eſt, quidquid diabolus ſuggerit.* Si igitur filij adhuc iuuenes tanto cupiditatum æſtu in ſceleſtum ſcopulos rapiuntur, quanta cura, & moderatione neceſſe eſt, vt à parentibus temperentur, ne fluctibus obruantur. Alioqui ſimiles euadent parentes imperitis naucleris, qui in ſerenitate vigilant, in tempeſtate obdormiſcunt.

D. Aug.

Iuuenilis ætas maioribus quatitur tentationibus.

Parentes ſæ quam naucleri.

6. Iam verò D. Chryſoſtom. homil. 4. citat. in epiſtol. 1. ad Timoth. iuuentutem appellat *equum indomitum, & veluti feram belluam.* Si quis ergo parens filios non retraxerit, perinde faciet, ac ſi ferocienti equo habenas re[illegible], ſe pariter cum equo in præcipitia dei[illegible]. Idem homil. 53. ad populum, igni comparat iuuentutem. Nam vt ignis, dum parcius nutritur, vti iter lucet, dum licenter graſſari permittitur, in incendium inſoleſcit: ita filius bonis [illegible] nitet, ſi probè inſtituitur; malis cupiditatibus inflagrat, ſi indulgenter tractatur. Quare parentes magis de filiorum opibus, quàm de virtutibus ſollicitos ſic alloquitur. *Si*, inquit, *[illegible], præter [illegible]itatem, & iuuentam, diuitiarum quoque potentiam filiis præſtamus: in mille præcipitia miſeros impellemus, ignem igni [illegible]icientes, & fornaci oleum inſtillantes.* Quibus ſimilia refert homil. 21. in epiſtol. ad Epheſ. *Omnia*, inquit, *à nobis poſtponitur cura filiorum.* Et ſtatim: *S[illegible], [illegible], ab initio didicerit eſſe Philoſophus, acquiſiuit diuitias maiores quibuſuis diuitiis. Nihil tantùm efficies, docens artem, & diſciplinam externam, per quam acquires diuitias, quàm ſi eum docueris artem, per quam deſpiciet diuitias. Hoc doce filium, hoc erudi: hæ maximæ ſunt diuitiæ.* Tandem lib. 3. aduerſus vituperatores vitæ monaſtic. aſſerit, iuuenes, & imbecilliores eſſe, & acriores habere hoſtes: nam mundus blandiùs allicit; diabolus ſolertiùs captat; ætatis feruor æſtuantis vehementiùs impellit: proindeque niſi maioribus paternæ eruditionis præſidiis muniantur, facilè ſuperari. Quare illis parentibus ſuccenſet, qui filios optimis præceptoribus exuunt, nudoſque in acie conſtituunt, tam multis hoſtibus obruendos. *Quis*, inquit, *niſi inimicus, belli rabie diriùs inſtante, pugnantem armis exuit, atque ita hoſtium manibus tradit? Iuuenis eſt, & imbecillus. Nónne idcirco maiore, & cautione, & ſecuritate illi opus eſt? Tu verò contrà, quibus bellum acrius imminet, & per ætatem, & per imbecillitatem, & per imperitiam, reique nouitatem, eos, quaſi iam perfecti bellatores ſint, reique militaris peritiſſimi, firmiſſimiſque viribus ſubnixi, in medium certaminis pertrahis; nec permittis; vt priùs ad ſolicitudinem profecti, vires ſibi per exercitationem comparent.* Hoc eſt, non permittis, vt ad religioſum ſtatum ſe conferant, ex quo animos, vireſque contra diabolicos inſultus nanciſcantur.

6\. D. Chryſ. *Iuuentus vt bellua fræno indiget.*

Philoſophia vera diuitia.

Iuuenis acriores habens hoſtes, fortioribus armis inſtruendus.

7\. At verò matrem de bonis filiæ moribus parum ſolicitam reprehendit D. Hieronymus epiſt. 7. ad Lætam. *Si*, inquit, *ſolicita prouidet, ne filia percutiatur à vipera, cur non eadem cura prohibeas, ne feriatur à malleo vniuerſæ terræ, ne bibat de aureo calice Babylonis? ne egrediatur cum Dina, & velit videre filias regionis alienæ?* Sed mirum non eſt à ſanctiſſimis viris bonam filiorum educationem inculcari, cum ab ipſo Deo vt maximè neceſſaria commendetur. Nam poſtquàm Hebræo populo dies feſtos, ſacraſque cæremonias præſcripſit, illis verbis: *Celebrabis hunc morem ſacrorum menſe iſto*, &c. Exod. 13. num. 5. ſtatim bonam filiorum educationem indixit: *Narrabis*, inquit, *filio tuo in die illo*, &c. ibidem num. 8. Ac ſi poſt præceptum de religione erga Deum, nullum magis neceſſarium videretur, quàm de bona inſtitutione erga filios. Quod D. Chryſoſt. citato loco obſeruat. *Summum*, inquit, *optimè educandorum liberorum ſtudium induxit, adeoque ingens eius rei deſiderium naturæ inſeruit, vt veluti neceſſitatem quandam ineuitabilem cum habenda filiorum parentibus conſtituiſſe videatur. Nam cum dies feſtos agi ſtatueret, filiis ſuis celebrationis rationes, & cauſas, ea aperirent, imperauit.* Sed huius ſectionis argumentum magis ex ſequentibus illuſtrabitur.

D. Hier. *Mater de filiarum moribus ſit ſolicita.*

Ipſe Deus filiorum educationem commendat. D. Chryſ.

SECTIO II.

Quibus neceſſaria ſit bona filiorum educatio.

ET parentibus, & ipſis filiis, & Reipublicæ denique vniuerſæ maximè neceſſaria eſt bona filiorum educatio. Oſtendo ſingula. Quod ad primum attinet, parentum nomine, magiſtros quoque, & pædagogos intelligo. Nam Ioſephus, qui magiſter fuit Pharaonis, imò totius Ægypti, iuxta illud Pſalm. 104. num. 22. *Vt erudiret principes eius, ſicut ſemetipſum, & ſenes eius prudentiam doceret*; conſtituitur à Deo pater Pharaonis, iuxta illud Geneſ. 45. num. 8. *Qui fecit me quaſi patrem Pharaonis.* Ac ſi patris & magiſtri nomen, & munus idem 1.

Patris, & magiſtri idē munus eſt.

idem eſſet. Imò qui commonis magiſter fuerat, communis etiam pater appellatur. Vnde iubente Pharaone dicitur præco ante illum clamaſſe, *vt omnes coram illo genu flecterent.* Geneſ.41.num.43. in Hebræo habetur, *clamauerunt coram eo, Abrech*, id eſt, interprete D. Hieronym. *Pater tener*; vt magiſter ſimul, & pater totius Ægypti diceretur. Similiter Rex Tyri vocat virum ſcientiſſimum Hiram patrem ſuum. 2.Paralip.2. num. 13. non quod re vera pater fuerit; ſed quod, vt Interlin. exponit, eum docuerit timorem Domini, & cognitionem veritatis. Tandem Artaxerxes Rex Perſarum, aſſerit ſe Aman, quo præceptore vſus fuerat, parentis loco habuiſſe. Eſther 13.num.6. Itaque parentis nomen & magiſtro, & pædagogo in Scriptura accommodatur.

D.Hieron. Ioſeph pater, & magiſter Ægypti.

Amā Artaxerxis pater, quia præceptor.

Parentibus neceſſaria bona filiorum educatio.

2\.
D. Chryſ.
Filiorum lucra & incommoda ad parentes deriuantur.

PArentibus igitur ita ſumptis neceſſaria eſt bona educatio filiorum. Optimè D. Chryſoſtom. vbi ſuprà: *Si*, inquit, *ad ſummam virtutem profecerit filius tuus, commune lucrum erit & patri, & matri, & familiæ. Sin vero minùs perfectus fuerit, ridiculus erit, ſibique & aliis noxius.* Rectè quidem Sapiens: *In filiis ſuis cognoſcitur vir.* Ecclef. 11. num.30. Vbi D. Ambroſ. citatus in Gloſſa: *Vnuſquiſque*, inquit, *in filiis ſuis æſtimatur, ſi bene filios ſuos inſtituit, & diſciplinis erudiuit: ſiquidem ad negligentiam patris refertur diſſolutio filiorum.* D. Hieronym. ſcribens ad Lætam, quæ nata ex matre fideli, & patre infideli, poſtea fidelem genuit filiam Paulam: imò & patrem infidelem ad fidem conuertit; ad hanc, inquam, fœminam ſcribens D. Hieronym. & alludens ad locum Pauli 1. Corinth. 17. num. 14. eleganter ait. *Sancta, & fidelis domus virum ſanctificat infidelem. Iam candidatus eſt fidei, quem filiorum, & nepotum credens turba circumdat. Ego puto etiam ipſum Iouem, ſi habuiſſet talem cognationem, potuiſſe in Chriſtum credere.*

D.Ambr.

D.Hieron.
Cognatio eſt fidelibus, infidelibus prodeſt.

3\.
Simile eſt illud D. Pauli 1.Timoth.2. num. 15. *Mulier*, inquit, *ſaluabitur per filiorum generationem.* Si nimirum eos probè erudiat, vt omnes communiter exponunt. Vnde D.Chryſoſtom.hom.9.ad eum locum: *Audite*, inquit, *iſta parentes, ac prorſus aſpicite huiuſmodi educationem magnorum præmiorum cauſam fore.* Et paulò poſt: *Neque enim*, inquit, *parui meriti eſt, indultos à Deo liberos ad ipſius exercere militiam, eique ab ipſis infantia pannis dedicare. Nam ſi huius educationis fundamenta iecerint, maximis afficiendi ſunt præmiis; quemadmodum ſi neglexerint, grauiſſimis cruciatibus.* Opus autem in primis eſt, ne hoc obiter prætermittam, vt informentur præſertim ad caſtitatem, vt D. Hieronym.lib.1. aduerſus Iouinian.aduertit, elicitque ex ſequentibus verbis Pauli, *ſi permanſerint in fide, & dilectione cum ſobrietate*, ſeu, vt ipſe vertit, *cum caſtitate*, ſtatim adiiciens. *Saluabitur mulier, ſi illos genuerit liberos, qui virgines permanſuri ſint, ſi quod ipſa perdidit, acquirat in liberis; & damnum radicis, & cariem flore compenſet, & pomis.* Vbi vides filiorum virtutes in parentum æternam gloriam redundare.

D. Chryſ.

D.Hier.
Filij in caſtitate educandi.

4\.
Bonæ educationis merces
D.Hier.

Neque ſolùm in futuro ſeculo, ſed etiam in præſenti, bonæ educationis præmium parentibus exhibetur. Vnde D. Hieronym.in epiſt. ſæpiùs citata ad Lætam: *Salus*, inquit, *infantium, maiorum lucrum eſt, vtique in hac vita.* Quod iam oſtendo. Abrahamum voluit Deus diuinorum ſecretorum conſcium facere & participem. *Num*, inquit, *celare potero Abraham, quæ geſturus ſum?* Geneſ. 18. num.17. Quodnam, quæſo, ob meritum Patriarchæ? Planè ob diligentem filiorum educationem, Deo ipſo teſtante. *Scio enim*, inquit, *quod præcepturus ſit filiis ſuis, & domui ſuæ poſt ſe, vt cuſtodiant viam Domini, & faciant iudicium, & iuſtitiam.* ibid. numero 19. In quem locum D. Chryſoſtom. homil. 42. *Non tantum*, inquit, *mercedem accepit, quia ipſe bene egit, ſed quia præcepit natis ſuis; idque meritò: is enim, qui principium præbet, etiam eorum, quæ poſtea ſunt, auctor eſt.* Id ipſum notauit lib. 3. aduerſus vituperatores vitæ monaſticæ. *Patriarcham*, inquit, *Abraham, cùm ex virtutibus reliquis, tum ex hac in primis diligentia, & cura laudauit, atque honorauit: cum enim dona illa plurima, & maxima proſequeretur, quæ ſe illi daturum pollicebatur, cauſam quoque adiecit, & dixit; ſcio enim, quod præcepturus ſit filiis ſuis.*

D Chryſ.

5\.
Filiorū crimina parentibus imputantur.

Quod ſi parentes in educandis filiis obdormiſcant, filiorum culpas contraxiſſe cenſebuntur. Monet D.Paulus ad Titum 1. num 6. vt in presbyterum, & Epiſcopum eligatur, *vnius vxoris vir, filios habens fideles, non in accuſatione luxuriæ, aut non ſubditos.* Et ſtatim rationem reddens, cur hunc præcipuè iubeat initiari: *Oportet enim*, inquit, *Epiſcopum ſine crimine eſſe.* ibid. num. 7. Quaſi crimine carere non potuerit, qui filios habuerit criminoſos. Quod D. Hieron. in cap.6. epiſt. ad Epheſ. ingenioſè obſeruat. *Quaſi*, inquit, *vitia filiorum parentibus imputentur, coniunctionem cauſalem interſerens ait; Oportet enim Epiſcopum ſine crimine eſſe. Non eſt ergo ſine crimine Epiſcopus, cuius filius non fuerit ſubditus.*

D.Hier.

6\.
Sancti Iobi erga filios vigilantia.

Hinc eſt, quod ſanctiſſimus Iobus, ne filiorum peccata etiam leuiſſima, faceret ſua, continuis ea ſacrificiis expiabat: *Dicebat enim, ne fortè peccauerint filij mei, & maledixerint Deo in cordibus ſuis.* Iob. 1. num. 5. ſeu, vt vertunt Septuag. in Sixtiana, *ne fortè filij mei in mente ſua cogitauerint mala erga Deum.* Hoc eſt, ne Deum etiam occultè, ac leuiter offendant; vt D.Hieronym. & Beda, præter Græcos Interpretes, exponunt. E quibus rectè Olympiodorus in Catena Græca: *Admiratione*, inquit, *digni ſunt filij, ſed admiratione dignior horum pater, & magiſter: illorum enim nullum apertum peccatum apparebat; huius verò tanta in Deum, liberóſque ſuos charitas erat, vt peccatorum etiam, quæ mente concipiuntur, curam ſuſciperet.* Quam de filiis prouidentiam poſtquàm D. Chryſoſtom.lib.3.aduerſus vituperatores vitæ monaſticæ, vt par erat, commendauit, ſubdit. *Vlláne iam nobis erit excuſatio, quando is, qui ante gratiam, ante legem fuit, nullo ſacrarum literarum magiſterio inſtructus, tantam filiorum oſtendit, geſſitque prouidentiam, vt de incertis quoque eorum, & occultis tremeret, pauerétque delictis.*

D Hier.
Beda.
Olymp.

D.Chryſ.

7\.
Dauid Abſalonis peccatum præcauebat.

Dauid olim vlteriùs progreſſus, non ſolùm peccatum filij ſui Abſalonis formidabat, verùm etiam periculo quoque proprij honoris præcauebat. Fugiebat enim Rex ſtrenuus militem tyronem. 2. Regum 15 num. 14. ne, ſi reſiſteret, ad maius peccatum prouocaret. Vnde D. Ambroſ. in Apologia Dauid, cap.4. *Parricida*, inquit, *filius regnum patrium violenter inuaſerat: cedebat pater eius furori, & locum prælij declinabat, vt vel ſic impius à furore reſipiſceret.* Vides maluiſſe potiùs optimum parentem ſui nominis infamiam, quàm ſui filij iniuriam ſubire: & præoptaſſe timidum, quàm parum ſolicitum de filio cenſeri, ne filij peccatum parenti tribueretur?

D. Ambr.

8\.
Iudæorū peccatum Aaroni imputatur.

Debuerat olim Aaron populum ſibi ſubditum à fabricando vitulo inhibere: ſed quia negligentem ſe præſtitit in impediendo malo, auctor viſus eſt ad committendum, iuxta illud Exod. 32.

D. Aug.

num. 25. *Videns Moyſes populum, quod eſſet nudatus, ſpoliauerat enim eum Aaron:* ſeu, vt legit D. Auguſtin. quæſt. 146. in Exod. *diſſipauit enim eos Aaron.* Et ſubdit. *Notandum, quemadmodum illud totum quod populus fecit, ipſi Aaron tribuatur, quod eis conſenſerit ad faciendum, quod malè petiuerant. Magis enim dictum eſt, diſſipauit eos Aaron, quoniam ceſſit eis; quam diſſipauerunt ſeipſi, qui tantum malum flagitauerunt.* Neque deſunt, qui dubitent, fidémne amiſerit Aaron, Iudæorum perfidiam permittendo, eiſque conſentiendo, & cooperando. Et quamuis longè probabilius negandum ſit, cum Lyran. Abulenſ. Oleaſtro, Cornel. Barad. aliiſque eius loci expoſitoribus: quibus adde Suarez in Defenſ. fidei. lib. 1. cap. 3. tamen à grauiſſima culpa non excuſatur; vt iidem Interpretes fatentur. Præſtat enim mori, quàm ſubditis, quos Prælatus ex officio rectè inſtituere tenetur, in malum conniuere. Et quidem D. Paulus 1. Timoth. 5. num. 8. ſentit, eos fidem deſerere, qui curam deſerunt filiorum. *Si quis,* inquit, *ſuorum, & maximè domeſticorum curam non habet fidem negauit, & eſt infideli deterior.* Vbi D. Chryſoſtom. hom. 14. *Quando,* inquit, *quod infidelis facit, tu facere negligis, nonne fidem abnegaſti? Non igitur in ſola confeſſione, ſed multò magis in effectu operis fides oſtenditur.* Vnde D. Hieronym. ibi. *Notandum,* inquit, *eſſe quoſdam fideles nomine, qui infidelibus peiores conuerſatione ſunt.* Cui Diuus Cyprianus lib. de duplici martyrio conſentit. *Maior,* inquit, *venia debetur Chriſtum in tormentis neganti, quam diabolo ſponte aſſentienti.* Nec immeritò: nam ſi ille, qui deficit in tormentis naturæ tam contrariis, grauiter peccat; quid dicendum de illo, qui in cura filiorum adeò inſita à natura, delinquit? Vnde Dauid de filiorum ſubditorúmque peccatis veniam ſibi precabatur. *Ab occultis,* inquit, *meis munda me; & ab alienis parce ſeruo tuo.* Pſalm. 18. n. 13. Nouerat enim, vt ibi Euthymius aduertit, Reges, parentes, & dominos obnoxios eſſe ſubditorum, filiorum, ſeruorúmque peccatis.

D. Chryſ. — D. Hier. — D. Cypr.

Reges ſubditorum peccatis obnoxij.

9. *Diſcipuli pœnas magiſtri debent luere.* Plutarch.

Adde, cum filiorum ſcelera parentibus imputentur, mirum non eſſe, ſi filiorum pœnæ in parentum capita expetantur. Diogenes, teſte Plutarcho in moralibus lib. de docenda virtute, videns puerum intemperantiùs comedentem, pædagogo impegit colaphum, ac ſi diſcipuli pœnas magiſter luere debuiſſet. Celebre eſt illud, quod Boëtius lib. de diſciplina ſcholarium, cap. 2. Diuus Bernardus de Euangelio æterno, ſerm. 17. cap. 5. Gerſon. 2. p. ſerm. 1. in feſto omnium Sanctorum, & alij memoria prodiderunt, Romanum iuuenem ob innumera flagitia capite damnatum, antequam patibulo affigeretur, rogaſſe, vt liceret parentem ſuum vltimùm affari: & cum venientem patrem, per ſpeciem honoris, velle exoſculari videretur, ſubitò eius naſum mordicus apprehenſum dentibus præſcidiſſe, cæteriſque mirantibus exclamaſſe: *Tu me pater ſuſpendis, tu me interficis: dum enim meam flagitioſam vitam non emendaſti, me in hanc contumelioſam mortem impuliſti.* Quadrat in hanc rem illud Salomonis. *De patre,* inquit, *impij querunturfilij, quoniam propter illum ſunt in opprobrium.* Eccleſ. 41. n. 10. Ipſi, ipſi, in quos ſe patres indulgentes præſtiterunt, ſe in patres præſtabunt carnifices & vltores.

Boët. — D. Bern. — Gerſon.

Romanus patibulo damnatus, patrē dentibus denaſauit.

10. *Heli ſacerdos ob filiorū crimina interimitur.*

Sed parum eſt, vnico tantùm membro mutilari; ipſa quoque vita ſpoliantur, qui ad bene viuendum filios non impellunt. Teſtor Sacerdotem Heli, qui quod filiorum vitam, vt par erat, non corripuit, propriam amiſit; vt in ſequentibus fuſiùs illuſtrabo. Interim mortis genus, quo ſublatus eſt, diligenter expende. *Cecidit,* inquit textus, *de ſella retrorſum iuxta oſtium, & fractis ceruicibus mortuus eſt.* 1. Reg. 4. num. 18. Non moritur in ſella ſedens, ſed de ſella cadens; vt qui filios probè non inſtituit, magiſterij cathedra indignus cenſeretur. Non cadit in faciem, ſed in tergum; vt qui filiorum ſcelera, vt par erat, non aduertit, quò ipſe tandem rueret, ignoraret. Ceruices fregit ex ruina, capútque illiſit; quia filiorum ceruices indomitas non ſubegit, & proprium capitis officium in adminiſtranda familia non curauit.

11. *Isboſeth à militibus occiditur.*

Irruerunt olim duo milites in domum Isboſeth filij Saulis, cúmque interfecerunt. Quid mirum? *Isboſeth,* inquit textus, *dormiebat ſuper ſtratum ſuum meridie, & oſtiaria domus purgans triticum obdormiuit.* 2. Reg. 4. num. 5. Vbi in primis nota, patrefamilias dormiente illicò famulos obdormiſcere. Deinde ad rem noſtram, famulis datam veniam, domino illatam mortem; quia ſubditorum culpæ non niſi dominorum ſanguine expiantur. Iacobus ob ſtrages, quas filij in Sichimitis ediderant, grauiter turbatus: *Nos,* inquit, *pauci ſumus, illi congregati percutient me* Geneſ. 34. num. 30. Non dixit, *percutient nos:* quia ſciebat filiorum culpas ſolo parentis ſanguine eluendas.

Seruorum, & filiorū culpas domini ac parentes luunt.

12. *Pueri Heliſæum irridētes, ab vrſis dilacerātur.*

Quod ſi aliquando, ſaluis parentibus, filij puniuntur, id contingit, vt parentes in filiorum vita, quam ſua habent chariorem, acerbiùs torqueantur. Inſultarunt pueri Heliſæo, illis verbis: *Aſcende calue, aſcende calue.* Ecce tibi, *egreſſi ſunt duo vrſi de ſaltu, & lacerauerunt ex eis quadraginta duos pueros.* 4. Reg. 2. n. 24. Cur in pueris decem tantùm annorum, vt D. Chryſ. lib. 3. aduerſus vituperatores vitæ monaſticæ exiſtimat; vel etiam pauciorum, vt Abulenſis inſinuat, tam atrox fit carnificina? Reſpondet Iuſtinus Martyr q. 80. ad Orthodoxos, vt in filiis patres, quorum illa culpa erat, plecterentur. *Quoniam,* inquit, *ea verba pueri a parentibus ſuis, qui ſemper in Prophetas infeſto animo erant, didiciſſent, idcirco Heliſæus cade liberorum parentes caſtigauit.*

D. Chryſ. — Abul.

Patres in filiis plectuntur.

13. Abul.

Sed obiter inquires, cur potiùs ab vrſis, quàm à leonibus pueri laniarentur, præſertim cùm ea regio, vt ibi notat Abulenſ. leonum quoque fuerit feraciſſima. Reſpondeo myſticè ad rem præſentem, quia vrſi parentes de bona filiorum ſuorum educatione ſolicitos adumbrant. Nam, vt refert Plinius lib. 8. natur. hiſtoriæ, cap. 36. & lib. 10. cap. 63. partus ſuos rudes, & informes, & vix vlla viuentium lineamenta præferentes, lambendo fingunt, poliunt, & figurant. Meritò igitur parentes de filiis negligentes, per vrſos de filiis ſolicitos puniri debuerunt, vt bouiuum incuria ex cura belluarum duriùs argueretur. Quò pertinet illud D. Ambroſ. lib. 6. Exam. cap. 4. *Vrſa,* inquit, *inſidians licèt, vt Scriptura ait (eſt enim plena fraudis fera) tamen fertur informes vtero partus edere, ſed natos lingua fingere, atque in ſpeciem ſui, ſimilitudinémque formare. Non miraris in fera tam pij oris officia, cuius naturam pietas exprimit? Vrſa igitur partus ſuos ad ſui effingit ſimilitudinem; tu filios tuos inſtituere ſimiles tui non poteſt*

Plin. *Vrſi informes partus lambendo formant.*

D. Ambr.

Filiis bona ſui educatio neceſſaria.

14. *Pueri malè educati grauiter à Deo puniuntur.*

SI parentum intereſt, bene filios educare, non minus intereſt filiorum, bene à parentibus educari. Alioqui, vel in ipſa tenera ætate à Deo flagellabuntur, vel in maiora flagitia, ac ſupplicia adoleſcere permittentur. Nam in primis præcoces filiorum culpæ præmaturis quoque ſuppliciis aliquando coërcentur; vt patet in prædictis pueris, qui malæ educationis pœnas in ipſa pueritia dederunt, ne grauioribus culpis, ſi adoleſcerent, in-

nodа

Procop.

nodarentur ; vt ibi Procopius aduertit. *Adultos*, A inquit, *inſtituis, quando neque teneræ ætati pepercis ; omnino autem Dei iudicium eos , dum pueri adhuc eſſent , è medio ſuſtulit , quos deteriores fore prauidebat.* Vnde Dauid Pſalm. 57. num. 10. *Priuſquam*, inquit, *intelligerent ſpinæ veſtræ rhamnum, ſicut viuentes, ſic in ira abſorbeat eos.* Ex Chaldæo legi poteſt; *Priuſquam impij*

Immatura puerorum mors.

teneri dureſcant , dum adhuc ſunt virides, tempeſtate, & turbine deſtruentur. Ex Hebræo autem ſic; *Priuſquam olla veſtra concipiant ignem, ſicut carnes crudæ , & incoctæ, ex hac vita abripiemini.* Vtraque metaphora ſatis indicat, intempeſtiua aliquando ſupplicia pueris malè moratis obuenire, ne ſi impunè abire permittantur ex paruis ſpinis in horrida ſcelerum dumeta ſylueſcant ; & ex parua ſcintilla in immenſa peccatorum incendia præcipitentur.

15.

D. Greg. *Puer quinquennis , & blaſphemus, ad gehennam raptus.*

Horrorem incutit, quod narrat D. Gregor. lib. 4. dialog. cap. 18. puerum quinquennem blaſphemiis aſſuetum , & aliquando inter parentis amplexus blaſphemantem , ſubitò in gehennam a dæmonibus abreptum. Notat autem D. Gregor. non ſine peculiari Dei prouidentia iam iam morituruni blaſphemias iteraſſe. *Quatenus* , inquit , *reatum ſuum pater eius agnoſceret , qui paruuli filij animam negligens , non paruulum peccatorem gehennæ ignibus nutriſſet.* Quod ſi meritas pœnas in pueritia euadant , fiet proculdubio , vt poſtea in vitiis conſeneſcant. Nam mores in pueritia nati , plerumque

Clem Alex. *Corrupti adoleſcentiæ mores, ad ſenectutem diffunduntur.*

ad ſenectutem propagantur. Quod Clemens Ale- C xandrin. lib. 1. pædagog. cap. 5. grauiter, licèt ſubobſcurè ſignificauit. *Eſt*, inquit, *in nobis vber ætatis, ipſa iuuentus.* Quaſi diceret , ſicut ex materno vbere ſugitur lac, quo omnia infantis membra nutriuntur: ita ex iuuentute hauriuntur mores , quibus reliquæ

D. Hier.

ætates informantur. Clariùs id expreſſit D. Hieron. in epiſt. 7. ad Lætam. *Difficulter, inquit, eradicatur, quod rudes anni perbiberunt , Lanarum conchylia quis in priſtinum candorem reuocat: Recens teſta diu & ſaporem retinet , & odorem , quo primum imbuta eſt.* Quæ verba

Horat.

planè colludunt, & cum notiſſimo carmine Horatiano 1. epiſt. ad Lolium.

Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem D
Teſta diu, &c.

Quintil. *Praui mores ſemel imbibiti difficilè abolentur.*

& cum celebratiſſimis verbis Quintil. 1. Inſtitut. cap. 1. *Natura* , inquit , *tenaciſſimi ſumus eorum , quæ rudibus annis percepimus : vt ſapor , quo noua imbuas, durat ; nec lanarum colores , quibus ſimplex ille candor mutatus eſt , elui poſſunt.* Ac denique cum illa ſen-

Philo.

tentia Philonis lib. Quod omnis probus ſit liber. *Sicut vaſa* , inquit, *odorem, quo primùm fuerint imbuta , referunt : ſic iuuenum animi quas primum formas imaginatione conceperint , nunquam aboleri ſinunt.* Sed omnium grauiſſimè Salomon : *Prouerbium*, inquit , *eſt : Adoleſcens iuxta viam ſuam , etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea.* Prouerb. 22. num. 6. Quod E prouerbium in publicas ſcholas videtur defluxiſ-

D. Hier.

ſe, vt ex D. Hieronym. in epiſtol. 7. ad Lætam, & 12. ad Gaudentium deſumitur : in vtraque enim ita habet. *Legi* , inquit , *in ſcholis puer ; Ægrè reprehendas , quod ſinis conſueſcere.* Quaſi prouerbij veritati publica gymnaſia adderent celebritatem. Rem confirmat Sophar , vnus ex Iobi amicis , de impio loquutus. *Oſſa* , inquit , *eius implebuntur vitiis adoleſcentiæ eius , & cum eo in puluere dormient.* Iob. 20. num. 11. Cur, quæſo, non dicit, caro, ſed

Iuuentutis vitia in ſenectute ſolidantur.

oſſa eius ? Planè, quia ſicut , quæ oſſibus inſident , cum ipſis dureſcunt , ac durant : ita planè vitia iuuentutis , vt ibi notat D. Gregor. lib. 15. Moral. cap. 5. quotidie duriora exiſtunt , adeóque inoleſcunt , vt etiam in ſenectute ſolidentur, &

A quod deterius eſt , non imminuta, ſed plerumque multiplicata, vt idem D. Greg. cit. aduertit. D. Greg.

Vnde Clemens Alexandrin. lib. 2. pædagog. cap. 10. *Sæpenumero, inquit, viri in malis vitæ inſtitutis educati, euaſerunt mulieribus magis effeminati.* Quaſi diceret , illi ipſi, qui homines naſcuntur , ſæpenumero ob malam educationem non creſcunt in viros , ſed ſeneſcunt in fœminas , natura per malam educationem degenerante. Atque vtinam iuuentutis vitia in ſenectute ſiſterent : ſed proh dolor! cum peccatore *in puluere dormient* : hoc eſt , in ſepulchro reponentur. Nam cum cætera omnia , vt bene ad eum locum Titelmanus aduertit , poſt mortem relinquantur , ſola opera ab incunabu- B lis vſque ad ſepulchrum mortuos conſequuntur. Quem Deus olim non mouit lapidem , vt ab animis Hebræorum ſuperſtitiones Ægyptiacas , quibus innutriti fuerant , aboleret ? *Et tamen* , inquit D. Chryſoſtom. lib. 3. aduerſus vituperationes vitæ monaſticæ , *illi vitia non effugerunt : ſed cum manna cœleſti cibo alerentur , cepas , allia , & cætera Ægypti mala præferebant , atque requirebant . Adeò conſuetudo valet, tantúmque habet roboris.* Cùm olim D. Gregor. Nazianzen. Athenis commoratus vidiſſet Iulianum adhuc iuuenem , ſed liberè, & illiberaliter viuentem ; ſtatim futura eius ſcelera , non quidem ex diuina reuelatione , ſed ex mala eius inſtitutione prophetauit. Nam orat. 2. contra Iulianum : *Me*, C inquit , *morum ipſius inconſtantia , atque incredibilis quadam mentis emotio vatem efficiebat.* Et paulò poſt commemorans iuuenilia eius vitia, ſubdit. *Hæc*, inquit, *vt conſpexi , ſtatim proloquutus ſum , quale malum Romanorum terra nutrit ?* Ac ſi ex mala iuuentutis educatione certiſſimum malæ ſenectutis vaticinium deſumeretur.

16.

Clem Alex. *Mala educatio viros effeminat.*

Titelm.

D. Chryſ.

D Gregor. Naz. *Perdita Iuliani adoleſcentia, certum ſuis perdita ſenecta præſagium.*

Contrà verò qui bonis moribus in iuuentute floret , magnis virtutibus in ſenectute fructificabit. De iuſto vaticinatur Ieremias : *Sedebit ſolitarius , & tacebit* , hoc eſt , totam vitam à mundi ſtrepitu vacantem in magna cum Deo familiaritate collocabit. Et rationem reddit , *quia leuauit ſupra ſe.* Thren. 3. num. 28. ſcilicet iugum Domi- D ni ab adoleſcentia ſua : quaſi ab optimis initiis non niſi felices progreſſus , & exitus ducerentur. Multi legunt, *quia leuauit ſe ſupra ſe* : hoc eſt, vt D. Bern. ſerm. 2. in feſto Apoſtolorum Petri & Pauli interpretatur: *Quia, inquit, cum adoleſcens eſſet, & ætatis lubricæ ſentiret ardores , ſenem induit , relinquens quod erat , aſſumens quod non erat : & non reſpexit ad ſe , ſed ad illum , qui eſt ſupra ſe.* D. Paulus, vt Timotheum ad labores totius vitæ facilè deuorandos excitaret, bonam à prima infantia inſtitutionem illi in memoriam reuocauit. *Tu verò* , inquit , *permane in iis, quæ didiciſti , & credita ſunt tibi , ſciens à quo didiceris , & quia ab infantia ſacras literas noſti.* 2. Timoth. 3. num. 14. Tobias bene à puero nutritus, in ſene- E ctutis laboribus animum non deſpondit. *Cum ab infantia ſua* , inquit textus, *ſemper Deum timuerit , & mandata eius cuſtodierit , non eſt contriſtatus contra Deum , quod plaga cæcitatis euenerit ei, ſed immobilis in Dei timore permanſit , agens gratias Deo omnibus diebus vitæ ſuæ* Tob. 2. num. 13. Eleazarus quondam ſenex, cum & à Tyranno, & ab amicis, ac denique ab ipſis cruciatibus coràm poſitis , ad diuinam legem violandam cogeretur , ſe contra hæc omnia tela nequitiæ firmiſſimo præſidio obarmauit , nimirum vnica recordatione vitæ bene à puero inſtitutæ. *Cogitare cœpit* , inquit hiſtoria , *ætatis ac ſenectutis ſuæ eminentiam dignam , & ingenitæ nobilitatis canitiem, atque à puero optimæ conuerſationis actus.* 2. Machab. 6. num. 23. Quibus armis munitus alacriter reſpondit , præmitti ſe malle in infernum , quàm à

17.

D. Bern.

Bona iuuentus in ſenectute fructificat.

Optima adoleſcentiæ inſtitutio ad ſenectæ labores tolerandos confert.

Eleazari fortitudo ex bona educatione germinauit.

diuina lege, cui à puero adhæſerat, ſeparari. Quis non miretur vnius Suſannæ, & aduerſùs impuros ſenes conſtantiam, & aduerſus iniuſtos tortores patientiam? Nam & illorum libidinem fregit, & horũ crudelitati æquo animo ſe permiſit. At tam eximiæ virtutis fructus ex bonæ educationis floribus germinarunt. *Parentes enim illius*, inquit Propheta, *cùm eſſent iuſti, erudierunt filiam ſuam ſecundùm legem Moyſi.* Dan. 13. n. 3. Vnde illa Iacobo fortitudo, vt cum Angelo totam noctem inuictus luctaretur, Gen. 32. n. 24. niſi quod ab vtero matris feliciter luctatus fuerat cum Eſau? Geneſ. 25. n. 22. Quod Propheta Oſeas mihi videtur ſignificaſſe. *In vtero*, inquit, *ſupplantauit fratrem ſuum, & in fortitudine ſua directus eſt cum Angelo, & inualuit ad Angelum.* Oſeæ 12. num. 3. Quaſi ex priori lucta vires hauſerit ad poſteriorem; & à puerilibus annis ſuæ virtutis præſidia transtulerit in viriles. En quàm ſit pueris neceſſarium, vt à prima ætate optimis diſciplinis imbuantur. Quare rectè concludit D. Cypr. tract. 2. de habitu Virginum: *Diſciplina eſt cuſtos ſpei, retinaculum fidei, dux itineris ſalutaris, fomes, ac nutrimentum bonæ indolis, magiſtra virtutis.* Quaſi à diſciplina puerorum formatrice, omnes aliæ virtutes oriantur.

Suſanna virtus à teneris. — *Iacob ab vtero luctatur.* — D. Cypr.

A

Vniuerſæ Reipublicæ bona educatio neceſſaria.

C

18. QVod ad tertium attinet, ſine bona puerorum educatione Reſpubl. ſtare nequit. Iſaias ſupremam Reipubl. Hebrææ ruinam oſtenſurus: *Vbi eſt*, inquit, *literatus? vbi legis verba ponderans? vbi doctor paruulorum?* Iſaiæ 33. n. 18. Quaſi diceret: de Repub. Hebræorum actum eſt, quia boni iuuentutis doctores, inſtructoréſque nuſquam comparent. Pro doctore paruulorum, eſt in Hebræo, *numerator turrium.* Quaſi paruuli bene ab infantia edocti, turres ſint, & tot Reipublicæ defendendæ turres erigantur, quot paruuli bonis moribus inſtruuntur. Vnde publica gymnaſia, in quibus iuuenes ad pietatem, & doctrinam exercentur, turres ſeu propugnacula in ſacris literis dicuntur, iuxta illud Salomonis; *Turris Dauid collum tuum quæ ædificata eſt cum propugnaculis.* Cantic. 4. num. 4. In Hebræo eſt, *quæ conſtructa eſt ad diſciplinas*: ſeu, vt legit Pagninus, *quæ ædificata eſt ad docendum tranſeuntes.* Ac ſi domus erudiendæ iuuentuti ædificata, validiſſimum tuendæ Reipublicæ propugnaculum videatur. Quare bene ad eum locum Theodor. *Habet*, inquit, *collum tuum omnes aliorum doctrinas, quibus tanquam iaculis cunctos aduerſarios transfigis: habet item clypeos multos, quibus protegeris, & ignita hoſtis tela extinguis.* Idcirco diuina ſapientia modò ad arcem, modò ad domum diſciplinæ paruulos inuitat. Ad arcem quidem Prouer. 9. n. 3. *Miſit ancillas ſuas, vt vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis: Si quis eſt paruulus, veniat ad me.* Ad domum verò diſciplinæ, Eccleſiaſt. 51. n. 31. *Appropiate ad me indocti, & congregate vos in domum diſciplinæ.* Quaſi nullum inter arces, quibus Reſpub. defenditur, & domos diſciplinæ, in quibus iuuentus eruditur, diſcrimen interſit.

Liberaliter edocti pueri, reipub. turres ſunt. — *Publica gymnaſia reip. propugnacula.*

D

E

19. Diligenter olim prouidit Ioſaphat Rex Iuda, ne ſua Reſpublica his turribus deſtituta expugnaretur. Nam *miſit*, inquit textus, *de principibus ſuis, vt docerent in ciuitatibus Iuda, & cum eis Leuitas, & Sacerdotes, docebántque populum in Iuda, habentes librum legis Domini, & circuibant cunctas vrbes Iuda, atque erudiebant populum.* 2. Paral. 17. à num. 7. Vnde ſtatim additur: *Creuit ergo Ioſaphat, & magnificatus eſt vſque in ſublime, atque ædificauit in Iuda domos ad inſtar turrium.* ibid. num. 12. Vides vt proficiat in maius Reſpublica illa, in qua bona inſtitutio non deficit; & vt ſcholæ ad inſtruendos ciuium mores, ſint quædam veluti turres, ad repellendos hoſtium impetus? Quare non immeritò apud Hebræos multa fuiſſe legimus collegia Prophetarum. 1. Reg. 10. n. 5. & 1. Reg. 19. n. 20. & 4. Reg. 2. n. 3. & c. 6. n. 1. ſeu, vt vocat Chaldæus 1. Reg. 19. domos doctrinæ, in quibus bonæ ſpei iuuenes ſub magnis præceptoribus, Samuele, Helia, Heliſæo, ac ſimilibus proficerent ad pietatem. Vt quemadmodum ad tuendam Rempublicam propugnacula conſtruuntur, ita ad fidem, religionémque ſeruandam illa collegia fundarentur. De his collegiis vide Barrad. tom. 1. Concord. lib. 5. c. 23. Eandem ob cauſam apud Catholicos tot Academiæ, ſeminaria, & collegia eriguntur, frementibus hæreticis, plaudentibus Catholicis, fauentibus Summis Pontificibus tum in aliis Conciliis, tum nouiſſimè in Trident. ſeſſ. 23. c. 18. vt ſub his bonarum diſciplinarum arcibus ſarta, tectáque fides conſeruetur. De qua re multa Ribadeneira in vita Patris noſtri S. Ignatij, lib. 3. c. vlt.

Proficit Reſpublica vbi multæ ſunt ſcholæ. — A — B — Barrad. — Trid. — Ribaden.

SECTIO III.

Quæ neceſſaria ſint ad bonam filiorum educationem.

TRia potiſſimùm requiruntur, exempla, documenta, exercitamenta. Quod ad primum attinet, nemo dubitat, efficaciora eſſe ad mouendos animos exempla, quàm verba. De ſe Chriſtus Dominus ait per Iſaiam: *Poſuit os meum quaſi gladium acutum, & poſuit me ſicut ſagittam electam.* Iſaiæ 49. n. 2. Vbi D. Cyril. Alex. per gladium, qui eſt in ore, verba doctrinæ; per ſagittam verò electam, ſeu, vt eſt in Hebræo, limatam, ac terſam, quæ eſt in corpore, exempla vitæ intelligere videtur. Confer igitur gladium, & ſagittam inter ſe: quò ſagitta magis penetrat, & ad longiùs ſpatium pertingit, quàm gladius, eò exempla altiùs, & efficaciùs animis imprimuntur, quàm verba. Vnde D. Cypr. libel. de duplici martyrio: *Efficacius eſt*, inquit, *vita quam lingua teſtimonium. Habent & opera ſuam linguam, habent ſuam facundiam, tacente lingua.* Hinc eſt, quod cùm Dauid Chriſto Domino gladium tribuat, & ſagittam, nullas tamen ex gladio ſtrages memoret, plures ex ſagitta. *Accingere*, inquit, *gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime.* Pſalm. 44. n. 4. Sed vbi ſunt ſtrages? Nullas profectò memorat. Paulò pòſt: *Sagittæ tuæ acutæ.* Quid deinde? *Populi ſub te cadent.* ibid. n. 6. Ac ſi Chriſtus Dominus tanto plures victorias exemplo, quàm verbo reportarit, vt hæ præ illis nullæ viderentur.

1. *Tria ad educandos filios neceſſaria.* — D. Cyrill. Alex. — *Vitæ exemplum verbis efficacius.* — D. Cypr. — *Verba gladio, exempla ſagittæ comparantur.*

2. Quid dico verba? Efficaciora ſunt exempla, quàm miracula. Ingens miraculum edidit Heliſæus, ſanando ex lepra Naamanum: ſingulare præbuit exemplum, pecunias, pro curatione oblatas, negligendo. Vtrum quæſo ex his fuit efficacius? Hiſtoriam expende. Viſo miraculo, dicitur Naamanus intellectum fidei ſubdidiſſe; non tamen diuino obſequio voluntatem. *Verè*, inquit, *ſcio, quòd non ſit alius Deus in vniuerſa terra.* 4. Reg. 5. num. 15. Nec plura addidit. Viſo tamen exemplo, ac ſi maior animo vis imprimeretur, ſtatim additur, voluntatem quoque ipſam diuino cultui ſubieciſſe, *Non faciet*, inquit, *vltra ſeruus tuus holocauſtum, aut victimam Diis alienis, niſi Domino.* ibid. n. 17. Rem mihi videtur D. Aug. ſer. 207. de Temp. ingenioſè inſinuaſſe. *Mox*, inquit, ſcilicet viſo exemplo, *Naaman diuinam ſibi diſciplinâ indicit, ſuperſtitioſam abſcidit; continuò ſe Deum venerari teſtatur, & deteſtari idolum profitetur.*

Exempla miraculis efficaciora. — D. Aug.

Quid

3. *Magis exempla mouent quàm præmia.*

A Quid plura? Magis mouent iuſtorum exempla, quàm beatorum præmia. Res mira, ſed vera. Hortatus eſt Chriſtus Dominus diſcipulos ſuos ad perſequutionum tolerantiam. *Beati*, inquit, *eſtis, cum maledixerint vobis homines, & perſequuti vos fuerint.* Matth 5. n. 11. Rem difficilem vt illis perſuaderet, æterna beatorum præmia commemorauit: *Gaudete*, inquit, *& exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis.* ibid n. 12. Quis non crederet, diſcipulorum animos tanto præmio excitatos, ad mille cruces, & mille neces, continuò anhelaſſe? Et nihilominus ſcrutator cordium Deus, quaſi eos adhuc torpentes cerneret, & languentes, cenſuit vlteriùs, acriores illis eſſe ſtimulos admouendos, nimirum veterum exempla Prophetarum, ſtatim ſubijciens: *ſic enim perſequuti ſunt Prophetas, qui fuerunt ante vos.* Vbi

B

Gloſſ. D Remig Caiet. *Apoſtoli Prophetarum exemplo ad patientiam incitantur.* *Puerorum animi tanquam cera.* D.Baſil.

Gloſſa quædã apud D. Thom. in Catena, cui Gloſſ. ord. D. Remig & Caiet. conſentiunt: *Non ſolùm*, inquit, *præmio, ſed etiam exemplo, eos ad patientiam prouocat.* Quaſi ad perſuadendum non tam efficax ſit præmium, quàm exemplum, & qui propoſitis præmijs, adhuc ad labores quodammodo langueſcit, propoſitis exemplis, currere videatur, ac volare. Sed de hac re alibi plura. Cum igitur quorumcunque exempla apud quoſcunque ſint valde efficacia, efficaciora tamen ſunt parentum exempla erga filios. Nam vt docet D. Baſil. in regulis fuſiùs diſputatis, interrog. 15. *Teneri puerorum animi ſunt inſtar ceræ, in qua faciliùs imagines exprimuntur.* Et domeſtica exempla, ſicut frequentiùs veniunt ad oculos, ita altiùs penetrant ad animos, quàm externa, iuxta illud Iuuenal. Satyr 14.

C

Iuuen.

Sic natura iubet: velociùs, & citiùs nos
Corrumpunt vitiorum exempla domeſtica, magnis
Cum ſubeunt animos auctoribus. ———

Parentum veſtigia imitantur filij. D Greg. Naz.

Quare quocunque parentes præcunt, & filij inſequuntur. Præeunte Eleazaro ad martyrium, ſeptem eius filij parentis veſtigijs alacres inſtiterunt. 2. Machab. 7. n. 1. Vnde D. Greg Naz. orat. 22. de Machab. eos introducit cum Rege Antiocho ſic loquentes: *Eleazari*, inquiunt, *diſcipuli ſumus, cuius tu fortitudinem perſpectam, & exploratam habes. Pater prior decertauit, decertabunt poſtea & filij: præceſſit Sacerdos ſequentur & victima.* In eadem orat. loquens Naz. de Eleazaro: *Occurrit*, inquit, *Eleazarus, fauſtum, ac lætum certaminis præludium, loquens pariter, ac tacens cohortatio, ſeptémque inſuper filios offerens inſtitutionis ſuæ fructum.*

D

Quare ſponſi venter eburneus. D. Greg. Nyſſen. *Parentum viſcera diuinis legibus inſcripta, vt filij ab vtero ſint exemplar.*

Non ſine myſterio de cæleſti ſponſo dicitur: *Venter eius eburneus, diſtinctus ſapphiris.* Cant. 5. n. 14. ſeu, vt legit D Greg Nyſſ. orat. 14. in Cant. *Venter eius tabula eburnea in lapide ſapphiro:* ſentítque fieri alluſionem ad tabulas legis, quas diuinus ille legiſlator, Pſal. 39. n. 9. *in medio cordis ſui*; ſeu, vt vertunt Septuaginta, *in medio ventris ſui* conſeruabat. Sed cur tabulæ diuinæ legis, ventri potiùs, quàm alijs corporis partibus tribuuntur? Planè, vt oſtendatur, parentum viſcera diuinis legibus inſcripta eſſe debere; vt filij iam ab vtero bene viuendi accipiant exemplaria; tacitéque inſinuetur, eam diuinæ legis obſeruantiam, quæ præfuit in parentibus, à filijs ſine dubio arripiendam.

E

4. D Hier. *Vitia potiùs, quam virtutes imitamur.*

Sed neſcio quomodo faciliùs mala, quàm bona exempla pueris imprimuntur, iuxta illud D. Hier. in epiſt. 7. ad Lætam: *Græcorum*, inquit, *narrat hiſtoria, Alexandrum potentiſſimum Regem, orbíſque dominatorem, & in moribus, & in inceſſu, Leonidis pædagogi ſui non potuiſſe carere vitiis, quibus adhuc puerulus fuit infectus. Procliuis eſt enim malorum æmulatio, & quorum virtutes aſſequi nequeas, citò imitaris vitia.* Quo tempore Cham parentem ſuum ebrium, nudatúmque irriſit, nondum habebat filium, & tamen iam tunc nominatur *pater Chanaan.* Gen. 9. n. 22. Ratio

A

illa eſt, vt ex parentis improbitate, quam tunc commiſit, futura filij improbitas certi... prædiceretur. Sic exponit D Ambr lib. de Noë, & arca, c. 30. & ſubdit: *Non poterat fieri, vt bonum generaret filium, qui & naturæ, & eruditionis degener extitiſſet.* Adeò certum eſt parentis malitiam à filiu imitandam.

D. Ambr. *Parentum vitia ad filios deriuantur.* Raban.

Quando Michol Dauidem coram arca Domini ſaltantem reprehendit. 2. Reg. 6. n. 20. dicta non eſt vxor Dauidis, ſed *filia Saulis*, vt interprete Rabano, illam ſuperbiam à patre ſuo traxiſſe ſignificaretur. Eadem, vt eodem loco traditur ſuperbæ criminationis pœnas dedit, ſterilitate damnata; vt eod. c. n. 23. habetur. Cur hæc potiùs in eam pœna, quàm quæuis alia excogitatur? Optimè reſpõdet D. Amb. ep. 36. *Illa*, inquit, *quæ ſaltationem huiuſmodi reprehendit ſterilitate damnata, non dedit ſobolem regium, ne ſuperbos crearet.* Quaſi non poſſent filij illam matris ſuperbiam non imitari.

B

D Ambr. *Michol ſterilitatis pœna mulctatur.*

5. Caueant igitur parentes, ne malis exemplis filios ad peccandum impellant. Nam vt bene Satyrographus ſuprà citatus,

Iuuen.

Si damnoſa ſenem iuuat alea, ludit & hæres
Bullatus, paruóque eadem mouet arma fritillo

Parentes coram filijs nihil perpetrent vitioſum.

Et paulò poſt parentes monet, vt filios ſuos reuereantur; hoc eſt, vt coram illis nihil ſceleris machinentur, ne & ipſi euadant ſcelerati.

C

Maxima debetur pueris reuerentia, ſi quid
Turpe paras, ne tu pueri contempſeris annos:
Sed peccaturo obſiſtat tibi filius infans.

Vnde eſt illa D. Hier. ad Lætam circa eius filiam exhortatio. *Nihil in te*, inquit, *& in patre ſuo videat; quod ſi fecerit, peccet.* Similis eſt illa eiuſdem admonitio ad Heliodorum Epiſcopum, circa eius ſubditos. *In te*, inquit, *oculi omnium diriguntur, conuerſatio tua quaſi in ſpecula conſtituta, magiſtra eſt publicæ diſciplinæ: caue, ne committas, quod qui volunt imitari, cogantur delinquere.* Qui ſecus facit, ſuos non inſtituit diſcipulos, ſed occidit; vt patet ex illo iurgio duarum fœminarum apud Salomonẽ, quarũ vna filium, quẽ vigilans lactabat, dormiens oppreſſit 3 Reg. 3. à n. 18. In quem

D

D. Gregor. *Doctores verbo nutrientes, exemplo occidentes.*

locũ D. Greg. lib. 8. Mor. c. 17. *Per matres*, inquit, *lactantes ordo Doctorũ; per filios eorũ, ſignificatur perſona diſcipulorum. Nam magiſtri ſcientiâ vigilantes, ſed vitâ dormientes, auditores ſuos, quos per vigilias prædicationis nutriunt, dum quod dicunt, facere negligunt, per ſomnum torporis occidunt: & negligendo opprimunt, quos alere verborum lacte videbantur.* Sed de hoc argumento multo plura alijs paſſim locis miſcenda.

Optima documenta.

6. Clem. Alex. *Bona documenta ſunt via ad æternitatem.*

QVod ad ſecundum ſpectat, optima documenta dicuntur à Clem. Alex. lib. 1. pædag. cap. 5. *breues ac directa via ad æternitatem.* Sed talia non erunt, niſi ſeuera ſint; vt infrà patebit in documentis Heli, quæ ſeueritatis defectu nihil eius filijs profuerunt.

E

Optimè quidem Sapiens: *Filij tibi ſunt? erudi illos, & curua illos à pueritia illorum. Filiæ tibi ſunt? ſerua corpus illarum, & ne oſtendas hilarem faciem tuam ad illas.* Eccleſ. .n. 25. In quem locum

Clem. Alex. *Seueritas in documentis.*

Clem. Alex. lib. 1. pædag cap 9. *Qui*, inquit, *ad gratiam loquuntur, parum diligunt: qui autem ad vtilitatem acerbi ſunt, in futurum ſeculum beneficio afficiunt. Non præſentem voluptatem Dominus, ſed futuram ſpectauit delectationem.* Hoc Sapientis præceptum ſeruauit olim ſponſa, quæ cùm formoſa eſſet, nigram ſe nihilominùs ſodalibus oſtendit, interprete D. Bern.

D. Bern.

ſerm. 28. in Cant. *Vt*, inquit, *remiſſis, mollibus, & fugitantibus diſciplinam, non candorem ſerenitatis, ſed obſcurum ſeueritatis exhibeat.* Suum ſcilicet ſponſum imitata eſt, de quo Dauid: *Caſtigans caſtigauit me Dominus, & morti non tradidit me.* Pſalm. 117. n. 18.

Clem. Alex.

Dei virga, & ſupplicium à morte liberat.

Vbi Clem. Alex. lib. 1. pædag. cap. 7. *A Domino*, inquit, *caſtigari, & tanquam a pædagogo erudiri, eſt à morte liberari.* Vnde Salomon: *Noli*, inquit, *à puero ſubtrahere diſciplinam; ſi enim percuſſeris eum virga, non morietur. Tu virga percuties eum, & animam eius de inferno liberabis.* Prou. 23. n. 13. & 14. Vbi virga non ſolùm à temporali, ſed etiam ab æterna morte dicitur liberare.

7. Clem. Alex.

Notat citato loco Clem. Alex. Chriſto Domino tanquam optimo pædagogo tribui virgam in Scriptura. *Egredietur virga de radice Ieſſe.* Iſaiæ 11. num. 1. *Percutiet terram virga oris ſui.* ibid. n. 4. & paſſim alibi. *Vt quibus*, inquit, *verbum ſuadens, & admonens non medetur, eis mina medeantur: quibus autem non medentur mina, eis virga medebitur: quibus verò virga non medetur, eos ignis depaſcet.* Vnde c. 8. in illud Chriſti Domini: *Omnem palmitem non ferentem fructum, tollet eum, & qui fert fructum purgabit eum, vt fructum plus afferat.* Ioan 15. n. 2. notat, ſolos palmites fructuoſos purgari. *Sylueſcit enim*, inquit, *vitis, niſi putetur; ita & homo.* Quaſi melior indoles maiori indigeat diſciplina. Et paulò inferiùs, c. 9. citans varia Scripturæ loca, in quibus Deus ſeruos ſuos acriter reprehendit, ſubdit: *Eius in incutiendo timore artificium, eſt fons ſalutis; prout eius eſt multa miſericordia, ita & reprehenſio. Nec ſolùm lenia, ac mitia adhibet medicamenta, ſed etiam acria. Peccatorum quidem proſerpentes corroſiones ſiſtunt amara metus radices.*

Cùm Deus punit, medetur.

8. *Chriſtus non fauo mellis, ſed grano ſinapis ſe comparauit, ob reprehenſionis acrimoniam.*

Tandem c. 11. aduertit, Chriſtum Dominum non comparari fauo mellis, quod bilem generat, ſed *grano ſinapis*, Matth. 13. num 31. quod bilem, id eſt, iram minuit, & phlegma, id eſt, faſtum & ſuperbiam exſcindit. *Vt reprehenſionis*, inquit, *mordacitatem, & repurgandi facultatem, eſſe vtilem propter acrimoniam ſignificaret.* Si ergo Chriſtus Dominus ſe præbet in ſuos adeò ſeuerum, quis parens ſe oſtendat in filios crudeliter indulgentem? Audiat is Salomonem: *Lacta*, inquit, *filium tuum, & pauentem te faciet; lude cum eo, & contriſtabit te. Non corrideas illi, ne doleas.* Eccleſ 30. num. 9. vbi plura documenta valde ſalubria adiungit. Quid ſeuerius præcipi poterat, quàm vt ne riſus quidem puero oſtendatur? Solet enim illa ætas, vel ex minima indulgentia occaſionem ad ſummam licentiam aucupari. Vnde Iobus adeò ſe præbebat ſuis ſubditis agelaſtum, id eſt, riſus expertem, vt etiam ridens ridere non crederetur. *Si quando*, inquit, *ridebam ad eos, non credebant.* Iob 29. n. 24. Nam vt bene D. Greg. lib. 20. Moral c. 3. *Is*, inquit, *qui præeſt, & arridens timeri debet, & iratus amari.*

D. Greg.

9. Sed quid de filijs, qui non ferunt parentes paululum acriores, & neceſſariam eorum ſeueritatem vocant nimiam diritatem? *Mira peruerſitas!* exclamat D. Bern. ſerm. 42. in Cant. *medicanti iraſcitur, qui non iraſcitur ſagittanti.* Stultam eſſe huiuſmodi querimoniam indicat Clem. Alex. lib. 1. pædag. cap. 9. *Quemadmodum*, inquit, *ſpeculum non eſt malum deformi, eo quod ipſum oſtendat qualis ſit: ita nec is, qui reprehendit, ei malè vult, qui laborat animo; nec enim ei delicta adiungit, ſed ea quæ adſunt peccata, oſtendit.* Imò ſibi ipſi noxius eſt, qui argui recuſat: dum enim curationem fugit, ſanitatem non admittit. Bene Dauid: *Conſumetur*, inquit, *nequitia peccatorum, & diriges iuſtum.* Pſalm. 7. n. 10. Vbi D. Chryſ. *Infer*, inquit, *ſupplicium, & ceſſare facies à vitio: quemadmodum enim putrefactiones cedunt vſtioris, & ſectionibus; ita & à ſupplicio arcetur improbitas. Qui ſcinditur, & vritur, iter ad ſanitatem ingreditur.* Vnde Clem. Alex lib. 1. pædag. cap. 8. *Eſt*, inquit, *reprehenſio veluti quædam chirurgia affectionum animæ; medicamentum autem eſt probri inſimulatio, quæ reſoluit affectiones, quæ iam occalluerunt, impudicaque, ac libidinoſæ vitæ ſordes expurgat, faſtúſque, ac ſuper ſua carnes quæ excreuerunt, exæquat. Iam vero admonitio eſt veluti quædam diæta ægrotantis animæ; quæ ſunt ſumenda, conſulit, & quæ non ſunt, probibet.* Et paulò poſt: *Beneuolentiæ*, inquit, *non odij ſignum eſt reprehendere; ambo enim probrum obijciunt, & amicus, & inimicus; ſed inimicus quidem irridens, amicus verò beneuolens.* Quis ergo filius curantem patrem appellare audeat tortorem cruciantem?

D. Bern.

Clem. Alex. *Reprehenſor velut ſpeculum vitij deformitatem oſtendit.*

D. Chryſ.

Clem. Alex. *Reprehenſor eſt animi chirurgus.*

Admonitio ægrotantis animæ diæta.

Iacobus moriturus acribus maledictionibus tres filios deuouit. Nam ad Ruben ait: *Effuſus es ſicut aqua; non creſcas.* Geneſ. 49 num. 4. Ad duos ſequentes, *Simon, & Leui; vaſa iniquitatis bellantia: Maledictus furor eorum, quia pertinax*, &c. ibid. à num. 5. Et tamen ibidem paulò inferiùs, num. 28. dicitur Iacobus *ſingulis benedixiſſe benedictionibus propriis.* Nodum ſoluit Caiet. *Omnia*, inquit, *dicit benedicendo: nam & arguere, & punire, & præmonere, aliena non ſunt à paternis benedictionibus.* Vt autem intelligas, paternas reprehenſiones nihil filiis obeſſe, ſed plurimùm prodeſſe; aduerte, cum Deus multitudinem Hebræorum, qui in Ægypto propagati fuerant, recenſeret, ſolas prædictas tribus Ruben, Simeon, & Leui, recenſendas curaſſe, vt patet Exod. 6. num. 14. Cur, obſecro, has potiùs tribus, quàm alias commemorauit? Scio dixiſſe D. Auguſt. quæſt 15. in Exod. rationem fuiſſe, vt ſiſteret in tribu Leuitica, ex qua erat Moyſes, cuius originem declarari oportebat. Sed vlteriùs addo, vt oſtenderet, filios à patribus reprehenſos, vberiùs & feliciùs, quàm alios à patre laudatos, germinaſſe. Non latuit hæc vtilitas Samſonem. Is enim *dilacerauit leonem, quaſi hædum in fruſta diſcerperet.* Iudic. 14 num. 16. Domum tamen regreſſus, *patri, ac matri noluit indicare*, vt ibidem additur. Cur, quæſo, tam inſignem victoriam tam profundo ſilentio contexit? Planè, vt mihi videtur, ne ſi parentes tantas filij ſui vires, animóſque agnoſcerent, eum formidarent; proindéque ab eo reprehendendo, ſi opus eſſet, abſtinerent. Suas igitur vires occultare voluit, ne paternis increpationibus eximeretur. Nec immeritò: nam vt bene D. Bern. ſerm. 77. in Cant. *Seductori*, inquit, *dat manum, qui dare diſſimulat præceptori.* 10.

Arguere, & punire, patris benedictio eſt. Caiet.

D. Auguſt.

Filij à patribus reprehenſi feliciùs germinant.

Samſon triūcatum à ſe leonem parētibus occultauit.

D. Bern.

11. Ex his patet, & filios debere patienter audire, & patres grauiter inferre ſeueras præceptiones, & obiurgationes. Sed aduerte, non poſſe ſatis ſeueram eſſe parentum, ſeu magiſtrorum doctrinam, niſi docentium exemplis fulciatur, iuxta illud Satyrographi ſuprà citati.

Vnde tibi frontem, libertatémque parentis,
Cum facias peiora ſenex? ——

Iuuen.

Quamuis, vt bene D Gregor. Nazianz. in orat. 21. de laudib. Athanaſij aduertit, *non deſint aliqui adulterini Præſules, qui acerbitate imperij, peccata ſua tegant.* hoc eſt, qui vt ſua crimina diſſimulent, aliena inſectentur. His tamen omiſſis, probus eſſe debet, qui aliorum arguit improbitatem. Nam vt bene D. Hieronym. in epiſt. 16. ad Principiam: *Erubeſcit*, inquit, *quamuis præclara doctrina, quem propria conſcientia reprehendit.* Et in epiſt. 83. ad Oceanum: *Perdit*, inquit, *auctoritatem docendi, cuius ſermo opere deſtituitur.* Cui D Iſid. lib. 3 de ſum. bono, cap. 36. & 37. conſentit. *Doctrina*, inquit, *ſine vita arrogantem reddit: vita ſine doctrina inutilem facit; auctoritate magiſterij caret, qui quod docet, non facit. Doctoris vitio etiam ipſa doctrina vileſcit. Qui bene docet, & malè viuit, æquatur cereo, qui bonam quidem lucem alijs præſtat, ſe verò in malis ſuis conſumere videtur, atque extinguere.* Ab exemplis igitur vitæ, vires capiunt magiſterij documenta.

D Greg. Naz.

D. Hieron. *Qui alios increpat, debet eſſe inculpabilis.*

D Iſid.

Ardens eſt cereus, qui bene docet, & malè operatur.

Optima

Optima exercitamenta.

A

12. *Otioſitas vitiorum ſchola.* D. Hier.

QVod ad tertium attinet, neceſſaria ſunt pueris educandis aliqua exercitamenta, ne torpeſcant otio, quod eſt quædam ingenij rubigo, vt D. Hier. in ep. ad Innocentium teſtatur; imò quædam ſchola vitiorum, iuxta illud Eccl. 33. num. 29. *Multam malitiam docuit otioſitas.* Quam proinde Deus, iam inde ab ipſius mundi naſcentis exordio, remouendam curauit. Cur enim Solem, ac Lunam, non in primo ſtatim die, ſed in quarto creauit? Gen. 1 n. 14. Alijs rationibus omiſſis, reſpõdet optimè Seuerianus in Catena: *Quia*, inquit, *nõdum erant terra naſcentia, quæ luminarium calore fouerentur.* Hoc eſt, quia nondum erat in terris, quod ab illis luminaribus ageretur. Ac ſi præſtaret, luminaria non eſſe, quàm otioſa eſſe. (Seuerian.) B

13. Quintil. *Filios odit, qui molliter, & voluptuosè alucat.* Plutarch *Nimia in filios affectio, amor ſimia.*

Cæterùm, optima puerorum exercitamenta, illa ſunt quæ illos à delicijs quam longiſſimè abducunt. Nam vt bene Fab. 1. Inſt. c. 3. *Mollis*, inquit, *educatio, mentis corporiſque neruos frangit.* Qua qui ſic amant filios, vt eos delicijs ſoluant, potiùs oderunt; iuxta illud Plutarch lib. de liberis educand. *Vidi*, inquit, *patres, quibus amor nimius cauſa extitit ne amarent.* Et videntur mihi huiuſmodi parentes ſimias imitari, quarum tanta eſt in ſuos catulos affectio, vt eos ſubinde amplectẽdo necent, vt narrat Plin. lib. 8. nat. hiſt. c. 54. (Plin.) C

14. *Aſperrima filiorum educatio apud Ethnicos.* Virg. Horat. Claud. Plutarc. Senec. Alex. ab Alex. *Iuuentus laboribus exercenda.*

Sed hac in re vereor, ne Pagani pudore afficiant Chriſtianos. Nam Ethnici pareiſſimè, ac duriſſimè filios educabant, vt videre eſt apud Virg Æneid 9.

—— Nates ad flumina primum

Deferimus, ſæuòque gelu duramus, & vndis.

Apud Horat. 3. carm. ode 2. Claudian. in Panegyri de tertio Conſulatu Honorij, Plutarch. in Lycurg. & in Inſtitutis Laconicis, Senec. lib 2. de ira, c. 21. Alex ab Alex. lib. 2. genial. dier. c. 25. Sed inter alios Spartani, & Lacones præſtiterunt. Quorum hi laboribus erudiebant iuuentutem, venando, currendo, eſuriendo, ſitiendo, algendo, æſtuando. Illi verò pueros ad aram tot verberibus accipiebant, vt multus è vulneribus ſanguis exiret, nonnunquam etiã ad necem; quin eorum aliquis non modò non exclamauerit, ſed ne ingemuerit quidem, vt M. Tull. lib. 2. & 5. Tuſcul. qq. teſtatur. Vnde magna erat apud Spartiatas illa celebritas, quæ Diamaſtigoſis, id eſt, flagellatio dicebatur: cuius meminit Tertull. lib. ad Martyres, c. 4. *Ante aram*, inquit, *nobiles quiq; adoleſcentes flagellis affliguntur, aſtantibus parentibus, & propinquis, & vt perſeuerarent, adhortantibus. Ornamentum enim & gloria deputabitur, ſi anima potiùs ceſſerit plagis, quam corpus.* (D; M Tull.; Tertul.)

15. Eraſm.

Quare vulgaris eſt illa parœmia apud Eraſmum in Chiliad. *Sola Lacæna viros pariunt.* Quia non eos delicijs mollìebant, ſed laboribus roborabant. His ludis fatetur ſe aliquando interfuiſſe Philo Hebr. in lib. Quod omnis vir probus ſit liber. *Spectaui*, inquit, *aliquando certantes pancratio; alterum obtundẽtem pugnis, & calcibus, totiſque viribus contendentem ad victoriam, tandem laſſum, & incoronatum à ſtadio diſcedere; alterum carnoſum, neruoſum, muſculoſum, refertumque ſpiritu verè athletico, tanquam ſaxeum ferreúmque, nihil plagis cedere, ſoláque patientia ſuperare aduerſarium, & ad extremum adipiſci victoriam.* Et ſtatim ad mores, vti ſolet, digreſſus: *Huic ſimilem*, inquit, *bonũ virũ cenſeo, qui valide confirmato animi propoſito efficit, vt aduerſarius prius delaſſetur inferendo iniurias, quam ipſe quidquam agat præter animi ſui ſententiam.* (E; Phil Hebr. *Athleta laboribus obdurati, ad pugnam robuſtiores.*)

16. Tertul.

Fugiant igitur pueri delicias, Reipublicæ peſtes. Nam vt bene Tertul. lib de Pallio, c. 5 *Plus*, inquit, *toga læſere Rempub. quàm lorica.* Quia ſcilicet togæ, hoc eſt, pacis tempore irruũt in Remp. deliciæ; belli tempore expelluntur. Neque ſolùm delicias, ſed etiam delicioſos pueri auerſentur. Interdixit olim Deus Iſraëlitis carnem ſuillã Leu. 11. n. 7. Deu. 14. n 8. Prohibitionis myſterium explicuit Clem. Alex. lib. 3. pædag. c. 11 *Vita*, inquit, *eſum cum improbis hominibus plane ſuillũ agnoſcens, per ſapientiſſimum Moyſem pædagogus ſeniori populo porcis veſci prohibuit: ſignificans, non oportere eos, qui Deum inuocant, cum impuris verſari hominibus, qui porcorum inſtar, corporalibus voluptatibus perfunduntur.* (A; *Deliciæ Reipublica peſtes.* Clem. Alex. *Impuri homines inſtar porcorum.*)

17. *Honeſta tantùm oblectamenta pueris permittenda.* D. Chryſ.

Quid ergo? nullíſne oblectamentis adoleſcentia frueretur? Fruatur quidem: ſed honeſtis. Vnde D. Chryſ. hom. 9. in 1. ep. ad Tim. parentes monet, *vt nihil filiis agere permittant ex iis, quæ noxiè iucunda ſunt.* Quaſi vtiliter, honeſtéque iucunda non impediat. Literis in primis delectetur. Quid iucundius? Ludus olim dicebatur quælibet iucunda exercitatio. Virg. Æneid. 9. (B; Virgil.)

Flectere ludus equos. ——

Claudian. (Claud.)

—— Regúmque feroces,

Exuuiæ tibi ludus erant. ——

Sidon. (Sidon.)

Ludus erat puero, raptas ex hoſte ſagittas

Feſtina tentare manu. ——.

Ludi ergo ſimiliter dicebantur & ſcholæ: quia interprete Cicerone *diſcendi labor eſſe non debet ſed voluptas.* Vnde D Hier. ad Lætam de inſtit. filiæ: *Fiant ei*, inquit, *literæ, vel buxeæ, vel eburneæ, vel ſuis nominibus appellentur. Ludus in eis, vt & ludus ipſe eruditio ſit.* Et paulo pòſt: *Cauendum in primis, ne oderit ſtudia, ne amaritudo eorum percepta in infantia, vltra rudes annos tranſeat.* Vbi plures exercitationes valde vtiles inculcat. Et in epiſt. ad Gaudentiũ: *Amet*, inquit, *quod cogitur diſcere; vt non opus ſit, ſed delectatio, non neceſſitas, ſed volũtas.* Literariæ tamen voluptates ſpiritualibus cumulentur. Sic Dauid: *Introibo*, inquit, *ad altare Dei, ad Deum, qui lætificat iuuentutẽ meam.* Pſ. 42. n. 4. Hebraïcè, *ad Deum qui lætificat exultationẽ meam.* Quaſi Dauidis exultatio ex alijs exercitationibus, vtpote literarijs percepta, ex familiaribus cum Deo colloquijs multò auctior, & locupletior redderetur. Bene D. Hier ad Lætam: *Nihil*, inquit, *aliud diſcat audire, nihil loqui, niſi quod ad timorem Dei pertinet. Turpia verba non intelligat, cantica mundi ignoret: adhuc tenera lingua Pſalmis dulcibus imbuatur.* His pueritia voluptatibus perfundatur; neque enim molles ſunt, & enerues, ſed maſculæ, & viriles. Vnde D. Hier. ep. 9. ad Saluinã: *Semper*, inquit, *in manibus tuis ſit diuina lectio, & tam crebræ orationes, & omnes cogitationum ſagittæ, quibus adoleſcentia percuti ſolet, huiuſmodi clypeo repellantur.* Sed de his plura ſtatim. (*Gymnaſium, eſt verus pueritia ludus.* Cicero. D. Hier.; C; D; D. Hier. *Diuina lectio, & colloquia, literarum ſtudio miſcenda.*)

SECTIO IV.

Quæ ſit optima ratio filios educandi.

E

1. ILla profectò eſt, quam tenuit Anna erga Samuelem, offerendo illum in tabernaculum, à primis annis, vſque in perpetuum. Ex his enim tribus optima filiorum educatio integratur.

Locus bona educationis, templum.

2. D Hier. *Filij in domo Dei, potiùs quàm in palatio educandi.*

IN primis igitur in domo Dei, meliùs quàm in paterna filius educatur. Vnde D Hier. epiſt. 7. ad Lætam de inſtitutione Paulæ: *Poſtquã*, inquit, *ablactaueris eam cum Iſaac, & veſtieris cum Samuele, redde pretioſiſſimam gemmam cubiculo Mariæ, & cunis* IESV *vagientis impone. Nutriatur in monaſterio; ſit inter virginum choros: iurare non diſcat; mentiri ſacrilegium putet; neſciat ſeculum, viuat Angelicè: ſit in carne, ſine carne;*

carne ; omne hominum genus ſibi ſimile putet. Sed &
D.Chryſ. D.Chryſ.hom.21.in epiſt.ad Epheſ. quem ſuprà iã
citaui, multo glorioſius exiſtimat in templo Dei,
quàm in palatio Regis educari. Vndè quamlibet
matrẽ exemplo Annæ,ſic hortatur. *Peperiſti*,inquit
*puerum? imitare Annam,diſce quid fecerit illa : mox il-
lum ſubduxit, atque obtulit in templum. Quis veſtrùm
non innumeris modis mallet filium ſuum fieri Samuelem,
quam totius orbis Regem?* Quaſi in palatio nutritus,
adhuc maneat infra Regem:nutritus verò in tem-
plo, ſupra Regem collocetur. Præſtat igitur cum
Samuele in domo Dei nutriri, quàm cum Moyſe
in aula Pharaonis educari.

3\. Et quidem magna ſunt, quæ à pueris in domo
Qui in templo nutriuntur, ſicut flores ; qui in patria domo, ſicut fœnum. Theod.
Dei nutritis ſuſcipiũtur incrementa. Vnde Dauid:
Plantati, inquit, *in domo Domini, in atriis Dei noſtri
florebunt:adhuc multiplicabũtur in ſenecta vberi*.Pſ.91.
n.14.& 15.Vides qui flores, qui fructus ex plantis
in domo Domini oriantur : nullo ſenio interituri,
ſed magis in dies multiplicandi? Mirum planè id
non eſt.Nam vt bene Theod.ad eũ locum : *Agri-
colam*,inquit, *habent Deum ; viridarium verò diuinum
templum.* Neque enim in hoc viridario peſtilens
aura perflat:neque ſi perflare contingat,deeſt agri-
cola,qui teneris plantis medeatur.Contrà verò,qui
in patrijs tectis nutriuntur, *fiunt ſicut fœnum tectorũ,
quod priuſquam euellatur,exaruit*.Pſal.128.n.6. Nam
cum radicem non habeat,nec ad frugem peruenit,
D.Chryſ. nec ad florem.*Talis enim eſt*,inquit ibi Chryſ.*iucun-
ditas rerum, quæ ad hanc vitam pertinent:ſimul enim,&
cernitur, & interit,vt quæ nec habeat fundamentum ali-
quod, nec potentiam.*

4\. Vtraque res, & quod in ſacra æde proficiant
pueri, & in profana deficiant,facilè ex ſacris literis
confirmatur. Mortuo quondam Ochozia Rege
Iuda, eius mater Athalia, regnandi cupida, filios
Regis, & nepotes ſuos,ne in regnum ſuccederent,
interemit. Vnus tantùm infans omnium minimus,
nomine Ioas, qui regnum poſtea occupauit, mor-
tem effugit, abſconditus *in cubiculo lectulorum.* 2.
Ioas in Dei tabernaculo incolumis, reliqui in domo patria occiduntur.
Paralip.22.n.11.Lyran. interpretatur, *in dormitorio
Sacerdotum.* Et quamuis hæc illius interpretatio
nobis deeſſet : ſatis eam nobis litera exprimeret,
dum paulò inferiùs, n.11. addit, *abſconditum fuiſſe
in domo Dei.* Vides, vt pueri in paterna domo re-
tenti, ad vnum omnes interierint : vnus autem ad
domum Dei tranſlatus, regno poſtea gubernando
ſaluus, & incolumis euaſerit? Falluntur igitur pa-
rentes, & inſigniter falluntur, qui filios,quos apud
ſe non retinent, ſibi periiſſe arbitrantur. Vnde D.
D.Bern. *Maximè lucrantur, qui filios Deo tradunt.*
Bern.epiſt.110. huiuſmodi parentes alloquutus:*Si*,
inquit, *filium veſtrum Deus facit & ſuum, quid vos
perditis? aut ipſe quid perdit? Fit de diuite ditior ; de
nobili generoſior;clarior de illuſtri; &,quod his omnibus
maius eſt,ſanctus de peccatore.Sed vos non perditis eum;
quin potiùs multos per eum acquiritis vobis filios : quot-
quot ſumus in Claraualle, ipſum in fratrem, vos in pa-
rentes recipimus.*

5\. Neque ſolùm metaphoricè plures acquirunt
filios,qui vnũ Deo conſecrant, ſed propriè Teſtis
eſt Anna, quæ vnum offerens, quinque poſtea ac-
D. Hier. *Plures obtinet filios,qui vnum Deo conſecrat.* D.Chryſ.
cepit, vt patet ex c. ſeq. n. 21. notátque D. Hier.
ad Lætam. *Tali*, inquit, *immolato ſacrificio, reuerſa
domum quinque liberos ſibi genuit ; quia primogenitum
Deo pepererat.* Idem & D.Chryſ hom.21. in ep. ad
Epheſ.obſeruat *Quoniam*,inquit,*primitias Deo obtu-
lit,aluus eius facta eſt fœcunda, atque alios etiam fratres
illi acquiſiuit.*Imò non ſolùm alios obtinuit : ſed eũ
ipſum, quem Deo obtulit,non amiſit,vt n.28. iam
aduerti; docétque vlteriùs D.Chryſ. lib. 3. contra
vituperatores vitæ monaſticæ. *Tunc*, inquit, *maxi-
mè, & veriſſimè, filios habemus noſtros, cùm Deo noſtro*

A *illos tradiderimus.Longè quippe ille eos meliùs, & ex-
cellentius quàm nos moderabitur,& reget.*
Parum erat eundem retinuiſſe, niſi etiam ela- 6.
Virtutis, & honoris incrementum à domo Dei.
tiorem factum retineret. Nam puerum dedit, Pro-
phetam habuit; priuatum obtulit, Iudicem reti-
nuit; ſuo lacte nutritum conſecrauit, diuini pæ-
dagogi doctrina ſaginatum recepit. *Tantum con-
fert*, concludit D.Chryſ. citat. *Deo ſemper quæ poſ-
ſederimus, concedere, cunctiſque, vt illi placeamus, nos
extraneos facere.* Et ſtatim, capta à Regum curijs ſi-
militudine,rem confirmat. *Eos*,inquit,*qui domi cum
parentibus morantur, non vſque adeò illuſtres, inſignique
potentia præditos videas : quos autem à parentibus Prin-
cipes abduxerint, ſuóque ſeruitio, ac miniſterio accom-
B modauerint, eos videas, & ſumma dominorum beneuo-
lentia, & longè maxima fiducia potiri, tantúmque con-
ſeruis eſſe clariores, quantum ſeruis Domini excellunt. Si
autem homines miniſteriis, & officiis ſuis deditos tanta
beneuolentia, & benignitate proſequuntur, longe id pro-
fectò digniùs, & excellentiùs, infinita illa bonitas, quæ
Deus eſt, faciet.*
Sed quid mirum pueros in domo Dei, ſub ipſo 7.
Quantum proficiant pueri ſub Deo, & IESV pædagogo.
Deo pædagogo effici meliores, cùm etiam ſub ho-
mine bono præceptore, in virtutibus non parum
prouehantur? *Fecit Ioas*, inquit Scriptura, *rectum
coram Domino cunctis diebus, quibus docuit eum Ioia-
das Sacerdos.* 4.Reg 12. n.2. *Seruiuit*, inquit eadem
Scriptura, *Iſrael Domino cunctis diebus Ioſue, & ſe-
niorum.* Ioſue 24.n.31. Si Ioas tantùm profecit ſub
C pædagogo Ioiada, & Iſraël ſub pædagogo Ioſue;
quantum adoleſcens religioſus proficiet ſub pæ-
dagogo IESV? Nam vt bene Clem Alex. lib.1.pæ- Clem. Alex.
dag. cap.6. *Verbum*, inquit, *eſt omnia infanti, pater
& mater ; & pædagogus, & altor.* Vt autem hic pæ-
dagogus ſuos alumnos perfectiores reddat; ſibíque
ſimiliores, non alieno lacte eos paſcit, ſed proprio
ſanguine. Vnde quilibet eorum gloriari poteſt,
Deóque dicere, teſte eodem Alexandrino : *Æquè
bono patre, & ſanguine me glorior eſſe.* Quaſi qui ſic
Chriſtus mammilla Patris, ſuo nos lactat ſanguine.
nutritur, non iam templum Chriſtiferum, vt eum
vocat Chryſoſtomus citatus, ſed etiam Chriſtus
videatur. Imò, vt non ſolùm humanam, ſed etiam
diuinam Chriſti perfectionem imitetur, non ſo-
D lùm humanitatis ſanguine, ſed etiam diuinitatis
nectare lactatur, & oblectatur. *Alius enim*, inquit
Alex. vbi ſuprà, *effudit pro nobis ſuum ſanguinem, per
quem ad mammillam Patris, quæ curarum obliuionem
inducit,nempe Verbum,confugimus. Verè beati qui hanc
lactant mammillam.*
Quid ſimile habetis in paterna domo, ô infan- 8.
tes, ſenſu potiùs, quàm ætate? Lacte quidem nu-
trimini non diuino, ſed viperino. *At quis vnquam*,
inquit D. Hier. in epiſt. de ſuſpecto contubernio, D.Hier.
*iuxta viperam ſecuros ſomnos capit, quæ etſi non per-
cutiat, certè ſollicitat?* Quadrat in vos illud Iere-
miæ : *Lamiæ nudauerunt mammam, & lactauerunt*
Peccatores lac viperinum.
E *catulos ſuos.* Thren. 4. num. 3. Lacte vos alliciunt,
vt matres ; veneno inficiunt, vt ſerpentes. *Igitur
fili mi*, hortatur Sapiens, *ſi te lactauerint peccatores,
ne acquieſcas eis.* Prouerb. 1. n. 10. Lacteum qui-
dem oſtendunt poculum, ſed lethale propinant.
Fœmina illa Iaël ducem Siſaram è bello fugien-
Siſara epoto lacte ſoporatus interficitur.
tem in propriam domum ſimulata amicitia inui-
tauit, & poſtulanti aquam, porrexit lac; quod
dum ſitiens largiter epotat, profundè conſopitur,
non quidẽ ad quietem,ſed ad mortem Nam dor-
mientem inſidiatrix fœmina trabali infixo clauo
interfecit. Iudic.4. num. 21. I nunc, ô inſenſate,
& in paterna domo hauri de calice Babylonis.
Dum mella putas,venena reperies. Quod ſi mor-
tem ſtatim non biberis, efflues in mollitiem, qua
ad cæleſtem militiam ineptus efficiaris. Vnde non
immeritò

D. Hier. Molles, ac delicati ad Dei militiã inepti.

immeritò exclamat D Hieron. ad Heliodorum; *Quid facis in paterna domo delicate miles? Vbi vallum, Vbi fossa? Vbi hyems acta ſub pellibus? Ecce de cælo tibia canit: ecce cum nubibus debellaturus orbem Imperator armatus egreditur. Et tu mihi de cubiculo ad aciem: tu de vmbris egrederis ad Solem? Corpus aſſuetum tunicis, lorica onus non fert, caput opertum linteo, galeam recuſat; mollem otio manum durus exaſperat capulus.* Quaſi qui ad cæleſtem militiam nutriuntur, non debeant inter paternas delicias emolliri; ſed in domo Dei, ſeuerioris diſciplinæ legibus informari. En optimæ educationis locus.

Initium optimæ educationis ab infantia.

9\. Quintil. Optima educatio ab incunabulis exordium ſumat. D Chryſ.

VNde verò aptiùs exordienda eſt hæc institutio, quàm ab infantia, ſeu a primis annis? Alioqui, vt bene Quintilianus lib. 1 inſtit cap 3. *Citiùs frangas, quam corrigas, quæ in prauum obduruerunt.* In ea ætate obtulit Anna Samuelem; vnde D. Chryſ. hom 21. in epiſt ad Epheſ. *Non dicebat*, inquit, *expectabo donec creſcat puer, vt rebus mundanis vtatur, vt paululum puerili ætati immoretur: ſed relictis his omnibus, vnum dumtaxat intendit, quomodo ſtatim ab ipſis vitæ exordiis ſpiritualem imaguncu-lam Deo fingendam offerret.* Eandem laudem tribuit D. Greg. Nazianz matri ſuæ, in orat. 19. de patris funere. *Fuit*, inquit, *illuſtre illud eius facinus, quod nos prius etiam quam naſceremur, Deo, nihil futuri euentus metu exterrita, promiſit, vitamque lucem ingreſſos protinus conſecrauit.* Pſal. 118. qui totus eſt de morali doctrina, Dauid per ſingulas Hebræorum literas digeſſit. Rationem reddit D. Ambr. in Prolog. ad eum Pſal. *Vt quemadmodum*, inquit, *paruulorum ingenia primis literarum elementis aſſueſcunt diſcendi vſum aſſumere; ita nos huiuſmodi elementis vſum diſcamus viuendi.* Idem repetit ſerm. 14. in eundem Pſalm. *Intelligimus*, inquit, *per literas Hebræorum Pſalmum hunc eſſe digeſtum, vt homo noſter tanquam paruulus, & ab infantia per literarum elementa formatus, quibus ætas puerilis aſſueuit, vſque ad maturitatem virtutis excreſcat.*

D Gregor. Naz.

Quare Pſal. 118. elementaribus Hebræorum literis ſit digeſtus D. Amb.

10\. Idem ſerm. 2. ad eundem Pſal. expendit duo loca. Vnum Dauidis, Pſalm. citat. n. 9. *In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam? in cuſtodiendo ſermones tuos.* Alterum Ieremiæ, Thren. 3. n. 27. *Bonum eſt viro, cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua.* In quorum illo datur remedium, vt peccata iuuentutis corrigantur: in hoc autem, ne incurrantur. Vtrum igitur ex his præſtant us, peccata non admittere; an admiſſa eliminare? Sine dubio illud prius. Optimè igitur D. Ambr. *Non ſolum*, inquit, *tollere iugum verbi, ſed in iuuentute debemus tollere. Si enim ſerò tollamus, incipimus pœnitentiam ſuperiorum magis habere, quam tenere gratiam. Præueniamus ergo iuuentutis annos correctione congrua; vt magis dicamus ſinguli, Deus qui paſcit me à iuuentute mea.* Geneſ. 48. n. 15. *Quam recordationem habentes lapſum defleamus, dicentes: Delicta iuuentutis meæ.* Pſal. 24 n. 7. *Hoc debilitatis eſt remedium, illud robur ſalutis.* Præſtat igitur, iuuentutis mala per diſciplinam præcauere, quam per pœnitentiam emendare; præſertim in iis, qui ſunt diuino cultui conſecrandi.

Correctionis iugũ ab ipſa iuuẽtute tollendum. D. Ambr.

11\. Iuſſit olim Deus, vt cæteri Iſraëlitæ *a vigeſimo anno, & ſupra recenſerentur.* Num. 1. num. 2. At verò Leuitas recenſeri iuſſit *ab vno menſe, & ſupra.* Num. 3. n. 15. Non ſine myſterio: vt oſtenderetur, Sacerdotes, & religioſos homines, non tam à foro, ac puluere, & ſecularibus negotiis, quàm ab vberibus, à lacte, ab infantia ad diuinum cultum transferendos. Feſtinent neceſſe eſt, qui ad diuinum obſequium deſtinantur. Non immeritò Clemens Alex. in exhortatoria ad gentes, inuehitur in eos, qui vt ſe conſecrent Deo longam præmittunt conſultationem, vt diabolo, nullam: qui cunctantur ad ſeruiendũ Deo, & ad ſeruiendum diabolo, præcipitantur. *Inebriamini*, inquit, *priuſquam conſideraueritis, & an iniuria ſit facienda, non valde eſtis ſoliciti, ſed quam primum iniuriam facitis: ſolum autem, an Deus ſit colendus, quæritis; & an Chriſtus ſit ſequendus hoc conſiderandum, & conſultandum cenſetis.*

Sacerdotes à maxillis vbere Deo conſecrandi. Clem. Alex.

12\. Quare nulla cenſeri debet ad diuinum obſequium præmatura celeritas, cum etiam feſtinantes cunctari videantur. Celebris eſt ille Pſalmorum titulus; *In finem*, quo Dauid pleroſq; Pſalmos ante decimum quartum inſcripſit. Sed cur eodem titulo ipſum decimumquartum, moralium præceptorũ plenum, non ndiauit? Reſpondet D. Chryſ. ibid *Quoniam*, inquit, *docet de iuſtitia ac reliquis virtutibus, qui autem de his docet, non debet in finem vitæ ſuadere hæc, ſed ab initio, & ab ipſis incunabulis.* Et paulò poſt: *Si*, inquit, *nullus veſtrum vult poſſidere ſeruum ſenem, quanto magis Deus? Vult adoleſcentiam, & tanquam intactam virginem eam ſibi iungit, vt eius vitæ primitias ambiat: ne quis cum iuuentutem peccato exhauſerit, languidam, & enervatam ſenectutem virtuti reſeruet, & vita ſacem temperet ſapientia.*

D Chryſ. Iuuentutis primitiæ virtutibus inſtruẽda, Deóque conſecranda.

13\. Suus non deeſt locus in domo Dei adultis, & pœnitentibus: ſed primus ſane iunioribus, & innocentibus debetur, iuxta illud Pſal. 44 n. 15. *Adducentur Regi virgines poſt eam: proximæ eius afferentur tibi.* In quem locum D. Bern ſerm. 14. in Cant *Virgines*, inquit, *dico illas, quæ ante Chriſto fœderatæ, quam fœdatæ mundi amplexibus, ipſi firmiter perſeuerant, eò ſe tantò felicius, quanto maturius deuouerunt. Proximas verò, quæ priſtinam ſuam deformitatem tandem erubeſcentes, & exeuntes in noui hominis formam, quantò ſerius, tantò ſincerius ſe reformare feſtinant.* Iuſſit olim Deus offerri ſibi pullos columbarum, non columbas. Leuit. 1. num. 14. Rationem reddit Theodor. ibi quæſt 1. *Quia deteſtabatur in adultis columbis laſciuiam: in paruis pullis innocentiam amplectebatur.* Vnde Clem. Alex. lib. 1. pædag. c. 5 *Quemadmodum*, inquit, *patres, & matres lubentius vident equorum quidem pullos, boum vitulos, leonum catulos, ceruorum hinnulos, hominis puellum; ita & vniuerſorum pater eos recipit, diligit ac defendit.* Quò enim illa ætas eſt purior, eò & Deo gratior.

D. Bern.

Theod. Pueritia innocentia Deo gratiſſima. Clem. Alex.

14\. Addo, & diabolo terribilior. *Vinea florentes*, inquit cæleſtis ſponſus, *dederunt odorem ſuum.* Cant. 2. n. 13. vbi non ſine myſterio odor ex floribus vinearum commendatur. Nam vt ibi D. Bern. ſerm. 60. *Aiunt*, inquit, *florentibus vineis omne reptile venenatum cedere loco, nec vlla tenus nouorum ferre odorem florum. Quod volo attendant nouitii noſtri, & fiducialiter agat, cogitantes qualem ſpiritum acceperunt, cuius primitias dæmones non ſuſtinent. Si ſic nouitius feruor, quid erit abſoluta perfectio?* Quare diuinus ille colonus magis eſt de vinearum floribus, quàm de fructibus ſolicitus. *Capite*, inquit, *nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas: nam vinea noſtra floruit.* Cant. 2. n. 15. Non dixit: nam vinea noſtra produxit fructus, ſed produxit flores; ac ſi horum cuſtodiam, ac tutelam, magis quàm fructuum curaret.

D Bern. Iuuentutis virtutem nõ ſuſtinet dæmon.

15\. Cum igitur tenera ætas tanti à Deo fiat, vni Deo debet conſecrari, iuxta illud Pſal. 118. n 147. *Præueni in maturitate, & clamaui.* Seu, vt Ribera in c. 5. epiſt. ad Hebræos, n. 18. legendum cenſet; *Præueni in immaturitate*, hoc eſt, tam citò, vt immaturum adhuc tempus videretur. Quod Chaldæus vertit, *in aurora*; & Septuaginta, *adhuc in teneris.* In quem locum D. Ambr. ſerm. 19. *Præuenit*, inquit, *ætatis maturitatem, quiſquis in adoleſcentia poſitus, ſenilem grauitatem induit, & iuueniles annos*

Ribera.

D. Ambr. Adoleſcentiã Deo, quàm ſenectam vouere glorioſius eſt.

veterana

A *veterana quadam continentia regit, ſeruetémque virentis corporis in canã morum maturitate componit. Nam qui*[*d*] *poteſt habere laudis, ſi effœtum corpus voluptatibus, & iam ſenectutis gelu frigidum, ad ſera deuotionis officia depoſito iam ſenior vigore conuertat?*

16. *Quare Iſaac, & non filia Iephte gladio liberetur.* Cur olim Deus liberauit Iſaac, ne à parte occideretur, Gen. 22. n. 12. filiam tamen Iephte ſacrificari permiſit? Iudic. 11. n. 39. Niſi quod Abraham, *de nocte conſurgens*, ad obſequium hilaris feſtinauit; Iephte autem ingemiſcens, filiæ inducias poſtulanti, *duos menſes* conceſſit, *vt plangeret virginitatem ſuam*. Sic reſpondet D. Ambr. lib. 3. de virginibus. *D. Ambr.* *Quia*, inquit, *non vna forma meritorum, ideo non vna forma factorum. Pater*, ſcilicet Iephte, *doluit, fleuit filia,* B *vterque de Dei miſeratione dubitauit. Non doluit Abraham, nec conſuluit parentis affectum: vbi audiuit diuinitatis oraculum, non diſtulit ſacrificium, ſed maturauit obſequium. Iſaac non fleuit, cùm ligaretur; non dilationem popoſcit, cùm offerretur. Et ideo miſericordia largior, vbi fides promptior.* *Vbi maior fides, & ad Deum feſtinatio, ibi maior Dei miſeratio.* Adeò ſe Deus propitium oſtendit feſtinantibus ad diuinum obſequium, adeò cunctantibus infenſum.

Terminus optimæ educationis, qui & vitæ.

17. VErùm ſatis non eſt, citò incipere, niſi etiam ſerò, vel potiùs nunquam à diuino obſequio recedatur. Laudatur Achilles à Iuuenali Satyra 7. *Iuuen.* quod hauſtam in pueritia diſciplinam non depo- C ſuerit in ſenectute,

—Metuens virga iam grandis Achilles.

Imò & Auſonius gloriatur, quod ſibi magiſtro non ſolùm Principes adhuc pueri, ſed etiam iam ſenes facti obedierint.

Auſonius, cuius ferulam nunc ſceptra verentur.

Quid ergo ſi puer in virtutibus nutritus poſtea in vitijs conſeneſcat; & progreſſus annis, moribus regrediatur? Nam vt bene Seneca Philoſophus: *Senec.* *Qui*, inquit, *à continuatione receſſit, ad initia recurrit.* Vnde veteres Nazaræi, qui votū ad tempus emittebant, ſi viſo mortuo ante vltimum diem ſui voti pollucrentur, ad primum denuò recurrebant. *Dies priores*, inquit textus, *irriti fiant quoniam polluta eſt ſanctificatio eius.* Num. 6. n. 12. Ac ſi non perſeuerai- D ſe in obſeruantia legis, idem foret, atque non inchoaſſe. *Non perſeuerare in diuina lege, idem ac non inchoare.* Significauit hoc Paulus ad Hebr. 5. n. 12. *Cum*, inquit, *deberetis magiſtri eſſe propter tempus, rurſum indigetis, vt vos doceamini, quæ ſint elementa exordij ſermonum Dei; & facti eſtis quibus lacte opus ſit, non ſolido cibo.* Quaſi qui profecit, imò & conſenuit in virtutibus, ſi ad finem tandem non perſeueret, repueraſcere cenſeatur.

18. *D. Bern.* Meritò igitur D. Bernard. ſerm. 63. in Cantic. lamentatur eorum vicem, qui à bona inſtitutione in prauos mores reſiliunt. *Præſumitur*, inquit, *ille ſaltus de excelſo in abyſſum, de pauimento in ſterquili-* E *nium, de ſolio in cloacam, de cælo in cœnum, de clauſtro in ſeculum, de Paradiſo in infernum.* Ne quid ſimile contingeret Adamo, *poſuit eum Dominus in Paradiſo voluptatis, vt operaretur, & cuſtodiret illum.* Gen. 2. num. 15. Vbi quærit D. Auguſt. lib. 8. de Geneſ. ad literam, cap. 10. a quonam illum cuſtodire deberet, cum nullus tunc eſſet inuaſor, nullus aggreſſor. *D. Aug.* *Obſeruantia diuinæ legis, Paradiſi cuſtodia eſt.* Et reſpondet: *Paradiſum*, inquit, *cuſtodire poſſet, non aduerſus improbos, aut inimicos, qui nulli erant, ſed eundem Paradiſum ipſi ſibi, ne aliquid admitteret, quare inde mereretur expelli.* Itaque in diuinæ legis obſeruantia perſeuerando, Paradiſum ſibi poſſet cuſtodire. Quare cæleſtis ſponſa: *Per noctes*, inquit, *quæſiui quem diligit anima mea.* Can. 3. n. 1. In quem locum D. Bern. ſerm. 84. *D. Bern.* *Quæ*, inquit, *virtus adſcribi poteſt non quærenti Deum? aut quis terminus quærenti Deum? Exiſtimo quia nec cum inuentus fuerit, ceſſabitur a quærendo. Non extundit deſi-* B *derium ſanctum felix inuentio, ſed extendit. Nunquid conſummatio gaudij, deſiderij conſumptio eſt? Oleum magis eſt illi. Nam ipſum deſiderium flamma.* Similis eſt ille locus ex Pſal. 104. n. 4. *Quærite faciem eius ſemper*; quem ſuprà adnotat. 5. ſect. 4. ex D. Aug. iam illuſtraui.

19. *D. Bern.* En optimæ educationis ratio, à qua parentes filios non auertant. Alioqui audiant D. Bernard. epiſt. 111. grauiter in eos inuehentem. *O durum*, inquit, *patrem! ô ſæuam matrem! ô parentes crudeles, & impios, imo non parentes, ſed peremptores! quorum dolor, ſalus filij; quorum conſolatio, mors filij eſt.* Vbi plura eleganter de hac re. Et in epiſt. 351. ad Hugonem, phreneticos, & inſanos vocat eos paren- C tes, qui filium à diaboli ſeruitute ad Chriſti libertatem tranſlatum lamentantur. *Phreneticorum*, inquit, *lacrymis ne mouearis, qui te plangunt de gehennæ filio factum filium Dei. Heu quænam miſeris tam dira cupido? Quis tam crudelis amor? Quæ tam iniqua dilectio?* Tales igitur parentes ſequantur potiùs exemplum Annæ, quæ non ſolùm filium Deo obtulit, ſed etiam oblatum, nunquam poſtea reuocauit, inuiſebat illum aliquando in templo, nunquam tamen à templo in domum reducebat: *Filius Deo oblatus nunquam reuocandus.* vt in altero charitatem erga filium, in altero pietatem erga Deum exhiberet: *illo ſcilicet* (verbis vtar D. Chryſoſt. lib. 3. aduerſus vituperatores vitæ monaſticæ) *tanquam donario Deo iam conſecrato abſtinens.* *D. Chryſ.* De qua re plura ad caput ſequens. Quòd ſi parentes pergant filios impedire; illi contrà ni- D tantur ſe expedire, iuxta illud D. Hieron. epiſt. 1. ad Heliodorum. *D. Hieron.* *Licet*, inquit, *ſparſo crine, & ſciſſis veſtibus, vbera quibus te nutrierat, mater oſtendat; licet in limine pater iaceat, per calcatum perge patrem, ſiccis oculis ad vexillum crucis euola: ſolum pietatis genus eſt in hac re eſſe crudelem.* Quæ verba D. Bern. vbi ſuprà, ex D. Hieron. mutuatus, non ſolùm dixit, *per calcatum perge patrem*; ſed etiam addidit, *per calcatam perge matrem*: à quibus verbis D. Hieronymus abſtinuerat, neſcio an aliquo tactus impietatis metu, qui eum à calcanda matre perterreret. Quamuis vanum timorem facilè tan- E dem depoſuerit. Nam in epiſt. 4. ad Ruſticum monachum: *Crudelitas*, inquit, *iſta pietas eſt; imo quid tam pium, quam ſancta matri ſanctum filium ſe cuſtodire.* Sed nos ad ſecundum caput, ſecundu numine, aggrediamur.

CAPVT SECVNDVM.

1. EXVLTAVIT cor meum in Domino, & exaltatum eſt cornu meum in Deo meo: dilatatum eſt os meum ſuper inimicos meos: quia lætata ſum in ſalutari tuo.

2. Non eſt ſanctus, vt eſt Dominus: neque enim eſt alius extra te, & non eſt fortis ſicut Deus noſter.

3. Nolite multiplicare loqui ſublimia, gloriantes: recedant vetera de ore veſtro: quia Deus ſcientiarum, Dominus eſt, & ipſi præparantur cogitationes.

4. Arcus fortium ſuperatus eſt, & infirmi accincti ſunt robore.

5. Repleti prius, pro panibus ſe locauerunt: & famelici ſaturati ſunt, donec ſterilis peperit plurimos: & quæ multos habebat filios, infirmata eſt.

6. Dominus mortificat, & viuificat, deducit ad inferos, & reducit.

7. Dominus pauperem facit & ditat, humiliat & ſubleuat.

8. Suſcitat de puluere egenum, & de ſtercore eleuat pauperem: vt ſedeat cum principibus, & ſolium gloriæ teneat. Domini enim ſunt cardines terræ, & poſuit ſuper eos orbem.

9. Pedes ſanctorum ſuorum ſeruabit, & impij in tenebris conticeſcent: quia non in fortitudine ſua roborabitur vir.

10. Dominum formidabunt aduerſarij eius: & ſuper ipſos in cælis tonabit: Dominus iudicabit fines terræ, & dabit imperium Regi ſuo, & ſublimabit cornu Chriſti ſui.

11. Et abiit Elcana Ramatha, in domum ſuam: puer autem erat miniſter in conſpectu Domini ante faciem Heli Sacerdotis.

12. Porrò filij Heli, filij Belial, neſcientes Dominum.

13. Neque officium Sacerdotum ad populum: ſed quicumque immolaſſet victimam, veniebat puer Sacerdotis, dum coquerentur carnes, & habebat fuſcinulam tridentem in manu ſua.

14. Et mittebat eam in lebetem, vel in caldariam, aut in ollam, ſiue in cacabum: & omne, quod leuabat fuſcinula, tollebat Sacerdos ſibi. Sic faciebant vniuerſo Iſraëli venientium in Silo.

15. Etiam antequam adolerent adipem, veniebat puer Sacerdotis, & dicebat immolanti: Da mihi carnem, vt coquam Sacerdoti: non enim accipiam à te carnem coctam, ſed crudam.

16. Dicebátque illi immolans: Incendatur primùm iuxta morem hodie adeps, & tolle tibi quantumcumque deſiderat anima tua. Qui reſpondens aiebat ei: Nequaquam; nunc enim dabis, alioquin tollam vi.

17. Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino: quia retrahebant homines à ſacrificio Domini.

18. Samuel autem miniſtrabat ante faciem Domini, puer, accinctus ephod lineo.

19. Et tunicam paruam faciebat ei mater ſua, quam afferebat ſtatutis diebus, aſcendens cum viro ſuo, vt immolaret hoſtiam ſolemnem.

20. Et benedixit Heli Elcanæ & vxori eius; dixitque ei: Reddat tibi Dominus ſemen de muliere hac; pro fœnore quod commodaſti Domino. Et abierunt in locum ſuum.

21. Viſitauit ergo Dominus Annam, & concepit, & peperit tres filios, & duas filias: & magnificatus eſt puer Samuel apud Dominum.

22. Heli autem erat ſenex valde, & audiuit omnia quæ faciebant filij ſui vniuerſo Iſraëli: & quomodo dormiebant cum mulieribus quæ obſeruabant ad oſtium tabernaculi.

23. Et dixit eis: Quare facitis res huiuſcemodi, quas ego audio, res peſſimas, ab omni populo?

24. Nolite filij mei: non enim eſt bona fama, quam ego audio, vt tranſgredi faciatis populum Domini.

25. Si peccauerit vir in virum, placari ei poteſt Deus: ſi autem in Dominum peccauerit vir, quis orabit pro eo? Et non audierunt vocem patris ſui: quia voluit Dominus occidere eos.

26. Puer autem Samuel proficiebat, atque creſcebat, & placebat tam Domino quàm hominibus.

27. Venit autem vir Dei ad Heli, & ait ad eum: Hæc dicit Dominus: Nunquid non apertè reuelatus ſum domui patris tui, cùm eſſent in Ægypto in domo Pharaonis?

28. Et elegi eum ex omnibus tribubus Iſraël mihi in Sacerdotem, vt aſcenderet ad altare meum, & adoleret mihi incenſum, & portaret ephod coram me: & dedi domui patris tui omnia de ſacrificiis filiorum Iſraël.

29. Quare calce abiecistis victimam meam, & munera mea, quæ præcepi vt offerrentur in templo: & magis honoraſti filios tuos quàm me, vt comederetis primitias omnis ſacrificij Iſraël populi mei?

30. Propterea ait Dominus Deus Iſraël: Loquens locutus ſum, vt domus tua, & domus patris tui miniſtraret in conſpectu meo, vſque in ſempiternum. Nunc autem dicit Dominus: Abſit hoc à me: ſed quicumque glorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.

31. Ecce dies veniunt, & præcidam brachium tuum, & brachium domus patris tui, vt non ſit ſenex in domo tua.

32. Et videbis æmulum tuum in templo, in vniuerſis proſperis Iſraël, & non erit ſenex in domo tua omnibus diebus.

33. Verumtamen non auferam penitus virum ex te ab altari meo: ſed vt deficiant oculi tui, & tabeſcat anima tua: & pars magna domus tuæ morietur, cùm ad virilem ætatem venerit.

34. Hoc autem erit tibi ſignum, quod venturum eſt duobus filiis tuis, Ophni & Phinees: In die vno morientur ambo.

35. Et ſuſcitabo mihi Sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum & animam meam faciet: & ædificabo ei domum fidelem, & ambulabit coram Chriſto meo cunctis diebus.

36. Futurum eſt autem, vt quicumque remanſerit in domo tua, veniat vt oretur pro eo, & offerat nummum argenteum, & tortam panis, dicátque: Dimitte me obſecro ad vnam partem ſacerdotalem, vt comedam buccellam panis.

CAPITIS ARGVMENTVM.

Capitis diuiſio in tres partes.

IN tres partes diuiditur hoc caput. A In prima continetur canticum Annæ, de quo ſtatim plura dicam. In ſecunda continentur peccata filiorum Heli; & nonnihil traditur de bona Samuelis educatione; cùm vt huius virtus inter illorum flagitia illuſtrior appareat: cum vt illorum flagitia cum huius virtute comparata turpiora cenſeantur. In tertia continetur, & negligentia Heli in filiis corripiendis, & diuina ſeueritas in parente de filiis negligente increpando. Singulæ vberem continent doctrinam, ſuis deinde locis, prout opus erit, illuſtrandam.

ANNOTATIO XIII. B

PRÆVIA AD CANTICVM ANNÆ.

Canticorum ratio, & conditio.

ANTEQVAM ad exponendam literam huius cantici aggrediar, vnum, vel alterum de canticorum materia, ſtylo, vſu, & auctoribus præfandum cenſeo. Deinde paucula quædam de iis, quæ ad hoc Annæ canticum pertinent, inculcabo: vt deinceps tota hiſtoria facilius decurratur.

A

SECTIO I.

Materia, ſtylus, vſus, & auctores canticorum proponuntur.

1. *Triplex canticorum materia. Cantica gratulatoria Dei beneficium conſequuntur.*

MAteria canticorum partim eſt gratulatoria, partim prophetica, partim inuectiua. Gratulatoria eſt, cum diuinæ laudes, ac diuina beneficia grata aliqua recordatione celebrantur, ac recoluntur. Nam veteres Patriarchæ, magno aliquo beneficio accepto, ſtatim Deo grates per cantica rependebant. Sic Moyſes, poſt tranſitum maris rubri. Exod. 15. n. 1. Sic populus Iſraëliticus, poſt puteum diuinitus effoſſum. Num. 21. n. 17. Sic Debbora, poſt Siſaram interfectum. Iudic. 5. n. 1. Sic Iudith, poſt Holophernem iugulatum. Iudith 16. n. 1. Sic Ezechias, poſt ſanitatem reſtitutam. Iſaiæ 38. n. 10. Sic tres pueri, poſt flammas fornacis Babylonicæ conſopitas. Daniel. 3. n. 52. Sic alij, poſt alia beneficia, Deo gratulatoria cantica reddiderunt.

2. *D Ambr.*

Ad quos alludens D. Ambroſ. lib. 6. in Luc. cap 7. *Cantauit*, inquit, *Moyſes, quando in mari rubro, ad tranſitum Iudæorum fluctus obriguit, vnda circumſtetit, eadémque equos Ægyptiorum aſcenſoréſque refuſa demerſit. Cantauit Iſaias dilecto dilecti vineæ ſuæ canticum, ſignificans aſperam flagitiis fore plebem, quæ fœcundis priùs erat virtutibus fructuoſa. Cantauerunt Hebræi, cum veſtigia eorum tactu flammæ rorantis humeſcerent, & intus, extráque ardentibus omnibus, ſolos ignis innoxius lamberet, nec adureret. Abacuc quoque cantico publicam doctus mulcere lætitiam, prophetauit*

tauit dulcem Domini fore fidelibus paſſionem. Cantauerunt ergo Prophetæ, ſpiritualibus modulis publicæ ſalutis oracula reſultantes. Quibus ſimilia lib. 2. de pœnit. c. 6. & ſerm. 80 iterum inculcat.

3\. *David quatuor cātorum principes instituit.* Sed Dauid non ſolùm ſuo, ſed etiam alieno ore accepta diuinitus beneficia decantauit: nam poſtquam Arcam fœderis Hieroſolymam introduxit, quatuor cantorum principes inſtituit, Aſaph, Heman, Ethan, & Idithun. 1. Paralip. 15. num. 17. & 1. Paral. 16. num. 41. quorum ſingulis ter millenos alios ſubiecit, vt refert D. Chryſoſt. 2. procœmio in Pſalmos; aut certe ſeptuagenos binos, vt ipſe potiùs D. Chryſoſtom. affirmatur, addita optima ratione, quam ipſius verbis libet exprimere. (*D. Chryſ.*) *Vnicuique*, inquit, *tribuit cantores ſeptuaginta duos, pro ſeptuaginta duabus gentibus, quæ congregatæ fuerant in turris ædificationem; prædicens fore, vt in vltimis temporibus omnis lingua laudet Dominum.* Cùm enim totum hominum genus, ab illa turri Babel in reliquas mundi plagas transfuſum, in duo, & ſeptuaginta capita diuideretur; dum Rex ille Propheta totidem cantorum ordines diſtinxit, planè ſignificare voluit, ſeu potiùs prophetare, diuinas laudes non paucorum hominum linguis, ſed omnium quotquotcùmque nationum, quæ in orbe reccuſentur, vno veluti ore decantandas. (*Diuina laudes omnium nationū linguis decantanda.*)

4\. *Canticorum materia prophetica, quādo res futura præcinuntur.* Prophetica canticorum materia eſt, quando futuri, & obſcuri rerum euentus præcipiuntur. Ita Moyſes in ſuo cantico, ad literam quidem Iudæorum in terram promiſſionis ingreſſum; allegoricè vero Gentilium in Eccleſiam, ac tandem in cæleſtem patriam aditum prophetauit, dicens: *Introducet eos, & plantabis in monte hereditatis tua, firmiſſimo habitaculo tuo, quod operatus es Domine.* Exod. 15. n. 17. Ita Iſaias in ſuo cantico abundantiam cæleſtium donorum, & ſpiritualium chariſmatum, in noua Eccleſia futuram, & ex Chriſti vulneribus hauriendam, prophetico ſpiritu prædixit, illis verbis: *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris; & dicetis in illa die: Confitemini Domino, & inuocate nomen eius.* Iſa. 12. n. 3. & 4. Ita & Abacuc in ſuo cantico Chriſti Domini de morte, ac diabolo victoriam illo carmine præcinuit: *Ante faciem eius ibit mors, & egredietur diabolus ante pedes eius.* Abac. 3. n. 5. & ſic de cæteris. Neque dubium vllum eſt, quin in canticis prophetiæ includantur: quamuis quæ ad quodlibet pertineat, in quæſtione verſetur.

5\. *Materia canticorum inuectiua.* Inuectiua materia canticorum eſt, quando hominum mores obiurgantur: neque enim ſolæ Dei laudationes, ſed etiam hominum obiurgationes, canticis includuntur, vt patet in illo carmine Moyſis, Deut. 32. à num. 1. in quo nihil aliud, quàm ingrati populi peccata, ac diuini iudicis ſupplicia continentur: & nihilominus ibidem canticum appellatur: *Venit ergo Moyſes*, inquit textus, *& locutus eſt omnia verba cantici huius* ibid. num. 44. Quòd ideò factum reor, vt reprehenſiones, tanquam ſuaues cantilenæ, & leniter à Prælatis adhibeantur, & beneuolenter à ſubditis auſcultentur. (*Prælatorum reprehēſiones dulces ſint.*) Mecum ferè ſentit D. Chryſoſt. tom. 1. in cap. 5. Iſaiæ, vbi admiratus, cur Moyſes, & Iſaias citatis locis, ſuum quique populum reprehenſurus, cantica modulentur, (*D. Chryſ.*) *cum ad hoc præſtandum*, inquit, *foret opus vehementi verborum acrimonia, & animo nequaquam lenteſcente, aut remiſſo*; tandem in hunc modum hac de re philoſophatur. *Qua igitur*, inquit, *cauſa criminum obiectiones deſcribunt Prophetæ ſub cantici nomine? Nimirum, quia vſu ſpiritualis ſapientiæ didiciſſent, multum inferre emolumenti animabus auditorum. Nam quando aliud nihil eſt tam frugiferum, quam eorum iugiter meminiſſe, quæ nequiter commiſeris, eam autem memoriam nihil ita ſtabilem, ac firmam reddit, vt melodia: hinc ne per acrimoniam obiurgationum vehementiorem iſti effecti cunctatores, renuerent audire, vitauit illam continentem memoriam peccatorum; modulationeque cantici tegens interim, ac ſuſſurans a memoria metum infamiæ, & tolerandam animi deiectionem releuans.*

6\. Eandem ob cauſam regius Vates, ſua Hebræis crimina obiecturus, Pſalmorum carmina in aures dedit, vt dum ſuaues numeros libenter ebibunt, amariores ſenſus deglutire molliter inducantur. Nam liber Pſalmorum, ad harmonicos modulos ſuauiter compoſitus, vt rectè D. Chryſ. procem. 2. in Pſalm. (*Mollia ſint in increpando verba. D. Chryſ.*) *Iuſtitiam*, inquit, *leniter docet, & comiter, eos qui diſcere voluerint: inſolentiores autem diligenter, & non aſpere increpat.* Sic enim à natura comparatum eſt, vt rigidis verbis obſurdeſcant aures, & obdureſcant mentes: cum tamen mollibus, ac mitibus, hæ ſimul, atque illæ pateſiant, & mulceantur.

7\. Idem Vates Pſalm. 6. editurus, in quo ageret de morte, & inferno, vt patet ex num. 6. *Non eſt in morte, qui memor ſit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?* Eum, inquam, Pſalmum editurus, inſcripſit, *In carminibus pro octaua.* (*Quare Pſalmus ſextus, In carminibus pro octaua, inſcribatur.*) Vt ſignificaret, totum eum Pſalmum eſſe numeroſam quandam, & ſuauem cantilenam, non niſi maximo conatu, qualis eſt, cum ad octauum vocis tonum peruenitur, modulandam. At cur funeſtum Pſalmum feſtiua epigraphe notauit? Credo, vt prædictionis acerbitatem cantionis ſuauitate temperaret; nemo enim triſtes de mortis, infernique doloribus nuntios audiret, niſi aliqua cantus dulcedine, veluti quodam voluptatis aucupio duceretur. Hinc eſt, quod ipſe Deus, cum videtur in hominum peccata vehementer deſæuire, tunc præcipuè dicitur ſuauiter cantare, iuxta illud: (*Deus ad furorem commotus, dicitur cantans, & exultans.*) *Excitatus eſt tanquam dormiens Dominus, tanquam potens crapulatus à vino* Pſalm. 77. n. 65. in Hebræo eſt מתרונן *mithronen*, hoc eſt, clamans, ſiue cantans præ lætitia à vino concepta. Quaſi Deus, etiam cum furit in vindictam tam pacatum ſe præſtet, ac ſerenatum, vt potiùs erumpere videatur in cantilenam: ne vocis auſteritate a reprehenſionis audiendæ vtilitate peccator auertatur.

8\. Non aliam ob cauſam, cum Deus populo Iſraël, & peccata vellet obiicere, & ſupplicia minitari: *Cantabo*, inquit, *dilecto meo canticum patruelis.* Iſaiæ 5. num. 1. Ac ſi eius auribus, quem reprehendebat, tam ſuauis arguendo, quàm canendo videretur. Vnde etiam, quem vt inimicum arguebat, dilectum appellabat; quod D. Chryſoſtom. citatus obſeruat. (*D. Chryſ. Quos Deus arguit, dilectos vocat.*) *Si*, inquit, *inſimulaturus eum, & crimina obiecturus, amabilem tamen vocat, ac dilectum, ne mireris; ſiquidem hoc vel maximum eſt compendium, viamque præſtruit ad obiurgationem, quando dilecti, nec ſic quidem meliores effecti ſunt.* Vbi videre eſt, & duritiam illius populi, qui neque ſuauiſſima dilectionis appellatione molliatur; & clementiam ipſius Dei, qui neque aduerſus rigidum, & peruicacem populum obduretur: ſed populum ſui oſorem, tanquam à ſe maximè dilectum alloquatur. Meritò igitur carmen inuectiuum, dicitur canticum: nam qui reprehendit, ita ſe moderatum præſtare debet, *vt & lingua clamet, & cor amet*; vt loquitur idem D. Chryſoſt. in Pſalm. 9. n. 29. ibi. (*D. Chryſ.*) *Patientia pauperum non peribit in finem.* Et paulò poſt: *Iſta*, inquit, *patientia talis eſſe debet, vt & charitas ſeruetur, & proteruus homo increpetur.* De qua re alibi plura. Atque hæc de materia canticorum.

Canticorum ſtylus.

9\. *Sublimis & laureatus canticorum ſtylus.* STylus verò canticorum ſublimis eſt, ex variis tropis, ac figuris effloreſcens; qualis decet epinicia, ſeu palmata, & laureata carmina: ad quod

D. Ambr.

genus pleraque Scripturæ cantica referuntur. Vnde D. Ambroſ. præfatione in Pſalmos: *Moyſes, inquit, qui pleno geſta maiorum ſermone deſcripſit; vbi tamen per mare rubrum populum primùm memorabili admiratione tranſduxit, demerſumq́ aſpiciens Regem Pharaonem, cum ſuis copiis, in maiora ingenium attollens ſuum, qui maiora viribus ſuis fuerat aſſequutus, canticum Domino cecinit triumphale.*

10. Vtrùm cantica ligata, an ſoluta oratione ſint compoſita.

Vtrùm verò ſoluta, an ligata oratione decurrant cantica, dubitatur. Soluta dicunt aliqui Hebræorum, negantes vllum ligatæ orationis vſum in Scriptura reperiri. Quibus adde Iulianum Apoſtatam, qui cum poëticam elegantiam, & ſplendorem ſacris literis inuideret, omnem illum ornatum ab Scriptura exulare affirmabat; vt videre eſt B apud D. Cyrillum Alexandrinum lib. 7. contra ipſum Iulianum. Nihilominus cantica ligata oratione compoſita fuiſſe ſentiunt & Hebræi, & Græci, & Latini Patres. Ex Hebræis quidem Ioſeph. lib. 2. antiquit. cap. 14. vbi docet, canticum Moyſis hexametro fuiſſe compoſitum; & lib. 7. antiq. cap. 12. in editione Baſilienſi, ſcribit, Dauidem cantica in Deum, hymnôſque vario metro compoſuiſſe. Et Philo Iudæus lib. de confuſione linguarum ſub initium, vbi docet, Moyſem ad mare rubrum, *hoc victoriale carmen cum ſuo choro* cecinisse. Et ſub finem, eundem Dauidem, qui & Pſalmorum, & canticorum auctor fuerat, *hymnorum diuinorum Poëtam* appellat.

D. Cyrill. Alex.

Ioſeph.

Philo Iud.

11. Dion. Areop.

C Ex Græcis verò idem ſentit D. Dionyſ. Areop. lib. de Eccleſiaſtica hierarchia, cap. 3. vbi cantica Salomonis, *diuinorum amorum dulcia carmina* appellat, & rurſus, *diuinorum carminum ſacroſanctam ſcripturam* nominat; & ſæpius eadem vtitur phraſi. Accedit D. Greg. Nazianz. in carmine de germanis Scripturæ libris, vbi quinque ex illis fuiſſe metricè compoſitos, hoc diſticho affirmat.

D Gregor. Naz. Quinque ex Scriptura libri metricè compoſiti.

Quinque metris conſtant, Iob, Dauid, tres Salomonis,
Concio, & inſignes cantus, Prouerbia ſacra.

D. Chryſ.

Et D. Chryſoſt. procœmio 1. in Pſalmos, vbi docet librum Pſalmorum, in quo plura cantica recenſentur, *metricè ex propriis propriæ linguæ modis* compoſitum fuiſſe. Et D. Iſidorus lib. 6. Origin. cap. 2. vbi ſcribit, mediam Iobi partem *heroico metro decurrere:* totum librum Pſalmorum *metrico carmine* compoſitum, *nunc iambo currere, nunc elegiaco perſonare, nunc ſapphico nitere, trimetro, vel tetrametro pede incedentem:* tres Salomonis libros, Eccleſiaſten, Cantica, & Prouerbia, *hexametris, & pentametris verſibus conſtare;* idémque dicit de cantico Iſaiæ: tandem *quatuor Threnorum alphabeta ſapphico metro, atque aliis carminum menſuris coaleſcere.* Quod videtur ex D. Hieron. in epiſt. 155. ad Paulam Vrbicam deſumpſiſſe. Et Euſebius lib. 11. de præparatione Euang. cap. 3. vbi docet, apud Hebræos fuiſſe *artificioſiſſima carmina, vt Moyſi cantum illum magnum, & Pſalmum 118. heroico metro, quod hexametrum dicitur, compoſitum, & alia trimetra, & tetrametra.*

D Iſid. Teſtimonia Græcorum Patrum.

Euſeb.

12. D. Hier. Latinorum auctoritas.

Ex Latinis verò D. Hieronym. epiſtol. 103. ad Paulinum: *Iob*, inquit, *proſa incipit, verſu labitur, pedeſtri ſermone finitur.* Et paulò poſt: *Dauid*, inquit, *Simonides noſter, Pindarus, & Alcæus; Flaccus quoque, Catullus, & Serenus, Chriſtum lyra perſonat, & in decachordo pſalterio ab inferis excitat reſurgentem.* Et in epiſt. 113. quæ eſt præfatio in Iobum, idem iterum inculcat, addens ex Philone, Ioſepho, Origene, & aliis, quos citaui; *Metra eſſe apud Hebræos, & in morem noſtri Flacci, Græcique Pindari, & Alcæi, & Sapphus, Pſalterium, Lamentationes, & omnia fermè Scripturarum cantica*

A *comprehendi.* Eandem ſententiam confirmat præfatione in Chronicon Euſebij. D. Auguſtin. epiſtol. 131. etſi Hebrææ linguæ ſe ignarum fateatur; aſſerit tamen ſe credere peritis, qui certos in Pſalterio numeros agnoſcunt. Idem tenent alij Patres, quibus recentiores communiter aſſentiuntur. Ex quibus Abulenſ. quæſt. 32. ſeorſim id affirmat de cantico Annæ, metrica ſcilicet oratione fuiſſe compoſitum. Et Genebrard. lib. 1. Chronologiæ, ad annum 1670. docet, veteres Græcos, dum Hebræorum cantiones, odas, aliósque ſuaues modos legerent, eandem artem didiciſſe; addítque, heroicum carmen non oraculo Pythio, vt ſentit Plinius lib. 7. cap. 57. neque Homero, vt docet Horatius in arte; ſed Hebræis tanquam inuentoribus tribuendum. Cui ſententiæ Polydorus Virg. lib. 1. cap. 8. aliique ſubſcribunt. Fateor eſſe aliquos, qui apud Hebræos non tam verſus pedibus conſtantes, quàm rhythmos, hoc eſt, ſimiles vocabulorum exitus concedunt. Ita ſentiunt Eugubinus præfatione in Pſalmos, Maſius in cap. 10. Ioſue, Cantapetrenſis lib. 4. hypotypoſeon, cap. vlt. & alij. Quibus fauere videtur D. Hieronym. epiſt. 113. vbi ſic: *Interdum*, inquit, *rhythmus ipſe dulcis, & tinnulus fertur numeris lege ſolutis.* Sed D. Hieron. quamuis alicubi admittat rhythmos, non tamen omnino negat verſus. Quare non eſt cur à tot Patrum auctoritate paucorum teſtimoniis recedatur.

D. Aug.

Abul.

Genebr.

Plin. Horat.

Polyd. Virg.

Eugub. Maſius. Cantapet.

D. Hieron.

Canticorum vſus.

13. VSus verò canticorum ille fuiſſe dicitur, vt ore tantùm, abſque muſico inſtrumento canerentur. Vnde D. Baſilius in Pſalm. 29. *Canticum*, inquit, *eſt vox quædam concinna, quæ cum harmonica modulatione redditur ſine organi ſono, & concentu.* Et D. Chryſoſt. procœmio 2. in Pſalmos, hoc inter Pſalmos, & cantica diſcrimen conſtituit: *Eſt*, inquit, *Pſalmus, melodia, quæ fit per muſicum inſtrumentum. Canticum autem numeroſa, quæ fit per os, cum verbis eloquutio.* Idem ſentit Euſebius in titulum Pſal. 44. qui eſt, *Canticum pro dilecto.*

D. Baſil.

D. Chryſ. Diſcrimen inter Pſalmos, & cantica.

Euſeb.

14. Canticum aliquando cum inſtrumento, aliquando ſine cantu proferebatur.

Crediderim tamen, naturam cantici non conſiſtere in eo, vt ore ſine inſtrumento caneretur; nam D aliquando quidem cum inſtrumento canebatur, vt videre eſt in Maria ſorore Moyſis, *quæ ſumpſit tympanum in manu ſua, dicens, cantemus Domino*, &c. Exod. 15. num. 20. En canticum cum inſtrumento muſico. Aliquando verò ſine cantu proferebatur. Nam Dauid in titulo Pſalmi 17. dicitur *loquutus Domino verba cantici huius*: non autem modulatus Domino. Quaſi non ſemper canticum cum cantu proferretur. Quod colligitur ex verbo שִׁבַּח *Sabach*, quod ibi ponitur pro, *loquutus*; non enim ſemper cantionem, ſed loquutionem tantùm importat. Quaſi Dauid iam ſenior, vt notauit Euthymius, tardus quidem iam ad canendum, ſed promptus adhuc ad loquendum, familiariter cum Deo E loqueretur. Sic & Moyſes in ſuo cantico: *Audite*, inquit, *cæli quæ loquor*, Deuteronom. 32. num. 1. non quæ cano. Vbi D. Ambroſius præfatione in Pſalmos: *Vt*, inquit, *legis memoriam pectoribus affigeret audientium, per canticum loquutus eſt.* Quin & Ezechias ſuum canticum videtur non tam cecinisse, quàm ſcripſiſſe, dum illud hoc titulo prænotauit; *Scriptura Ezechiæ Regis Iuda, cum ægrotaſſet, & conualuiſſet de infirmitate ſua* Iſaiæ 38. num. 9. Quaſi bonus Rex, non tam ſuo ore, quod immundum fatebatur, nec ad breue tempus; ſed ore poſterorum, quod ſanctius iudicabat, & ad totius poſteritatem temporis, Deum laudare, & pro accepto beneficio commendare niteretur.

Euthym.

D. Ambr.

Deni

15 *Canticum Canticorum cæteris ſummius, corde, & non voce canebatur.* D.Bern.

Denique Canticum illud canticorum, quod aliis ſ... & ſ...atiu cenſetur, non ore ad m... s concentu, ſed corde ad intimos affectus, canebatur. Vnde D.Bernardus ſerm.1. in Cantica, de hoc Cantico loquutus: *Non eſt*, inquit, *ſtrepitus oris, ſed iubilus cordis, non ſonus labiorum, ſed motus gaudiorum; voluntatum, non vocum conſonantia; non auditur foris, nec enim in publico perſonat, ſola quæ cantat, audit, & cui cantatur, id eſt, ſponſus, & ſponſa.* Vbi vides optimum Deo canticum in ſilentio perſolui. Vnde D. Paulus canticorum harmoniam non externam facit, ſed internam. *Loquentes*, inquit *vobiſmetipſis in pſalmis, & hymnis, & canticis ſpiritualibus cantantes, & pſallentes in cordibus veſtris Domino.* Ephef. 5. num. 19. & Coloſſ. 3. num. 16. Et rationem reddit D. Ambroſ. præfatione in Pſalmos *Ne*, inquit, *delectatio dulcedinis excitet corporis paſſiones, ... ibus non redimitur noſtra anima, ſed grauatur.* Non videtur igitur neceſſarium fuiſſe, vt ſemper cantica per externum concentum vulgarentur. Sed quid interſit inter Pſalmum, canticum, & hymnum, latiùs diſputat Suarius tomo 2. de Religione lib. 4. c.2. de materia proxima officij diuini.

D. Ambr.

Suar.

16. D Chryſ. *Davidici Pſalmi omnium moleſtiarum leuamen, ac medela.*

Ille tamen eſt optimus vſus canticorum, quem D. Chryſoſtom. procemio 3. in Pſalmos deſcribit; nimirum, vt ad morbos ſpirituales medicandos aſſumantur. *Licet*, inquit, *Dauidicos codices, multiplici bono refertos, conuenire: nam ſi in moleſtiam, aut aliquam animi perturbationem incideris, plurimum hi ad te conſolandum valebunt: ſi fueris in ſpe cata... prolapſus, quam multa ibidem inuenies ad medelam: ſi paupertate eris, vel preſſuris grauatus, multos tibi ex his ad tranquillitatem portus videbis offerri: ſi iuſtus, non mediocrem eris ſecuritatem nactus ſi crimini obnoxius fiducia plurimum.* Et deinceps ſuis ſingula exemplis illuſtrat.

Canticorum auctores.

17. *Non ſolùm homines, ſed & mulieres Canticorum auctores.*

IAm verò auctores canticorum, quæ in Scriptura extant, non ſolùm fuerunt viri, ſed etiam fœminæ, vt patet in Maria ſorore Moyſis, Exod. 15. num 21. in Debbora. Iud. 5. num. 1. in Anna, hoc loco; in Beatiſſima Virgine, Luc. 1. num. 46. Quamuis enim D. Paulus mulieres in Eccleſiis tacere iubeat. 1. Corinth. 14. num. 34. non tamen Deo cantare prohibet. Vnde D. Ambroſius præfatione in Pſalmos: *Mulieres*, inquit, *quas Apoſtolus in Eccleſia tacere iubet, Pſalmum etiam bene clamant. Hic omni dulcis ætati, hic vtrique aptus eſt ſexui. Hunc iuuencula ipſa ſine diſpendio matronalis pſallunt pudoris; puellulæ ſine prolapſione verecundiæ, cum ſobrietate grauitatis, hymnum Deo inflexa vocis ſuauitate modulantur.*

D.Ambr.

18. *Fœminarum Cantica breuiora.*

Sunt tamen, qui obſeruant, breuiora eſſe fœminarum cantica, quàm virorum. Nam poſtquam Moyſes cum filiis Iſraël, carmen vndeuicenis compoſitum verſiculis Deo reddidit: Maria eius ſoror cum cæteris fœminis, vnum ſaltem verſiculum decantauit, dicens; *Cantemus Domino: glorioſè enim magnificatus eſt, equum, & aſcenſorem eius deiecit in mare.* Exod. 15. num. 21. nec plura ſubdidit. Quod D. Ambroſ. lib. 2. in Lucam, ſentit myſterio non carere. Explicans enim & Eliſabethæ, & Zachariæ vaticinia, ſubdit. *Aduerte, quam paucis Eliſabeth, quam multis Zacharias prophetet. Sed diſciplina ſeruatur, vt mulier diſcere magis, quæ diuina ſunt, ſtudeat, quàm docere. Propheti ſſa Maria ſoror Aaron quàm citò cantici verba concluſit?* Quæ quidem expoſitio, quamuis vtilis ſit ad commendandam fœminis loquendi parcitatem; moralis tamen eſt, non literalis: nam aliàs & Annæ, & Debboræ cantica longiùs excurrerunt: imò & Beatiſſima Virgo, quæ cum Angelo parciſſime loquuta fuerat, ſuum tamen cum Deo canticum ad decem verſiculos extendit. Vt in hac re ſimilis illis Anna videatur, quæ totidem Deo verſiculos decantauit. Vt vtraque planè cenſeatur in pſalterio decachordo perfectiſſimas Deo laudes cecinisse. Atque hæc de cantici natura, & artificio in communi.

D.Amb.

Fœminis loquendi parcitas commendatur.

SECTIO II.

Præluditur ad canticum Annæ.

QVod igitur attinet ad præſens canticum, conſtat illud non ſolùm eſſe gratulatorium pro accepto beneficio, & inuectiuum in Dei aduerſarios, ſed etiam propheticum de futuro Eccleſiæ ſtatu. Ita communiter Interpretes, Origen. D.Gregor. Magn. D. Iſidor. Theodor. Procop. Beda, Rupert. Eucherius, Rabanus, Angelomus, Hugo Cardinalis, & Victorinus, Carthuſianus, Lyran. Abul. Caiet. Euthymius, Bercorius, Titelmanus, Ianſenius, Ianſonius, & alij, quibus accedunt D.Aug. lib. 7. de ciuit. c. 4. & Finus Adrianus lib. 1. flagelli contra Iudæos c. 18. Quæ omnia ſuis quæque locis commodiùs explicabuntur.

1. *Anna Canticum gratulatorium, inuectiuum, & propheticum* Orig. D.Greg. Magn. D. Iſid. Theod. Procop. Beda Rupert. Eucher. Raban. Angelom. Hug. Card. & Vict. Carthuſ. Lyran. Abul. Caiet. Euthym. Berc. Titelm. Ianſen. Ianſon. D.Aug. Finus Adr.

Primum dubium.

INterim quæret aliquis primò, vtrùm Anna ediderit hoc canticum extemporale, nulla eius meditatione præeunte. Crediderim affirmandum: nam Prophetæ non tam proferunt, quæ ipſi meditantur, quàm quæ quæ illis diuinitùs inſpirantur: nec tam humana meditatione, quàm diuina inſpiratione tanguntur. Certe de Cantico Moyſis ita ſentit D. Auguſt. lib. 1. de mirabilibus Scripturæ, cap. 21. ſi ille eius operis auctor eſt. *Admiratione*, inquit, *dignum miraculum, vt cuncti pariter ſenes cum pueris, & omnis ætatis eodem inſpirati flamine, vno quaſi ex ore, nulla præmonitione edocti, eaſdem continenter literas decantarent in vnum. Vbi non conſuetudine humani ingenij, ſed diuino Spiritu cantorum pectora, & ora inſpirantur. Dominus, qui paulo ante in profundo coram eis apparuerat, ipſe poſtmodum in tali cantico eorum linguas, & ingenia gubernabat.*

2. *Anna Canticum fuit extemporale.* D. Aug.

Quod de cæteris canticis vtriuſque Teſtamenti dicendum puto. Illorum enim auctores, repentino quodam ſpiritu diuinitùs incitati, in extemporales illas gratulationes, prædictionéſque propheticas ſubitò erumpebant. Imò in Eccleſiaſtico officio ad matutinas preces recitatur ille hymnus, *Te Deum laudamus*; quem D. Ambroſ. & D. Auguſt. cum alter alterum baptizaret, diuino inſtinctu agitati, dicuntur alternis, & extemporaliter cecinisse: vt refert ſanctus Dacius, quartus à D. Ambroſio Archiepiſcopus Mediolanenſis, lib. 10. Chronic. c.1. & Card Baron. in vita D. Ambroſij, quæ inter eius opera circumfertur, pag. 19. Imò item D. Ambroſius ſerm. 92. aut quicunque eſt illius ſermonis auctor (Ambroſium enim eſſe negat Baronius tom. 4. anno Chriſti 388.) loquutus de Auguſtino recens baptizato: *Triumphare*, inquit, *viſus eſt Auguſtinus; illa præſertim hora, in qua nouum hominem ſacro baptiſmate induimus, in qua vnà nobiſcum diuino quodam inſtinctu hymnum cantauimus de Chriſti fide.* Sic igitur & Anna, diuino tacta Spiritu, in huius verba cantici extemporaliter erupit.

3. *Omnia veteris Teſtamenti Cantica extemporalia.*

S.Dacius.

Baron.

D. Ambr.

Secundum dubium.

4. *Magis de filio Deo oblato, quàm de recens nato, lætandum.*

SEcundò quæret aliquis, cur Anna non composuerit hoc canticum, filio in lucem edito, ſed in tabernaculum oblato. Reſpondeo, quia maius beneficium cenſuit, filium Deo reddidiſſe, quàm filium à Deo accepiſſe. Neque mirum, cum hoc ipſum Gentiles & idololatræ ſibi perſuaſerint. Nam Ægyptij, vt narrat Alex. ab Alex. lib. 6. genial. dier. c. 26. ingentis beneficij loco habuerunt, ſi quem eorum filium Crocodilus, quem pro Deo colebant, deuoraſſet. Imò Hebræi, quibus nihil erat gratius, quàm multitudo filiorum, nihilominus *immolauerunt filios ſuos, & filias ſuas dæmoniis*, Pſalm. 105. n. 37. quibus pro Diis vtebantur, & cum Deo legitima non attulerint, vt ibi Theod. aduertit; tamen idolis natorum cædes obtulerunt. Quaſi multo magis de filiis diabolo immolatis, quàm de filiis ſibi natis gloriarentur. Quid igitur mirum, ſi Anna plus in oblatione, quàm in natiuitate filij lætetur?

Alex. ab Alex.

Theod.

5. *Machabæorum mater filiorũ martyrio lætabunda.* D. Greg. Naz.

Non aliter & Machabæorum mater, plus in martyrio, quàm in natalitio filiorum exultauit. Vbi enim interfectos omnes vidit, atque adeo verum in holocauſtum Deo conſecratos, gratulabunda dicitur exclamaſſe, teſte D. Gregor. Naz. orat. 22. de Machabæis: *Mater*, inquit, *omnium matrum ſacratiſſima effecta ſum, nihil mundo reliqui feci, omnia Deo tradidi, theſaurum meum, ſpes meas, ſenectutis altrices. Quàm magnificè honorata ſum? Quàm excellenter ſenectus mea curata, atque tractata eſt? Habeo educationis veſtræ præmia, ò filij, quoniam omnes virtutis cauſa decertantes vidi, omnes victores aſpexi. mihi vero chariſſimi filij nequaquam mortui, atque extincti, ſed Deo oblati eſtis, nec lacerati, ſed compacti, & coagmentati; non fera vos abripuit, non fluctus obruit, non latro iugulauit, non hoſtis oppreſſit, non vis belli ſuſtulit, non denique vllus humanus caſus.* Quis non miretur, quanto animi tripudio pia fœmina exultarit in ſuorum filiorum, non tam natalitio, quàm martyrio? Quos enim à Deo acceperat per natalitium, eoſdem per martyrium Deo reddebat: reddidiſſe autem iucundius exiſtimabat, quàm accepiſſe.

Tertium dubium.

6. *Cur Annæ canticum oratio dicatur.*

TErtiò quæret aliquis, cur hoc canticum & in Græco, & in Hebræo textu oratio dicatur. Vtrobique enim dicitur: *Et orauit Anna*; Hebraicè quidem וַתִּתְפַּלֵּל *vathithpalel*, à verbo פָּלַל *palal*, quod, in coniugatione Niphal, ſignificat orare; Græcè autem προσηύξατο, à verbo προσεύχομαι, eiuſdem ſignificationis. Vnde fit, vt ipſum canticum oratio inſcribatur, cum tamen in eo nihil à Deo poſtuletur; imo neque ad Deum ſermo dirigatur, præterquam illis duobus verſiculis: *Lætata ſum in ſalutari tuo*; &, *non eſt alius extra te.* Reſpondent Origenes, & Beda ad hunc locum, dici orationem, quia omnis actus iuſtorum, quem ſecundùm Deum exercent, oratio reputatur. *Alloqui*, inquiunt, *neque D. Paulus diceret, ſine intermiſſione orate.* 1. Theſſal. 5. num. 16. neque Chriſtus Dominus, *Oportet ſemper orare, & nunquam deficere.* Luc. 18. num. 1. Nam propria oratio non poteſt ſemper, & ſine intermiſſione exerceri: bona autem operatio poteſt. Verùm hæc reſponſio, & aliena eſt à litera, vt Maldonatus aduertit; & hæreticis occaſionem præbet excludendi orationem vocalem, & mentalem, tanquam inutiles: admittendique ſolam vitalem, vt vocant, ſeu in bonis operibus conſiſtentem; quaſi hæc ſola in ſacris literis præcipiatur, vt Vvicleph. apud Vvaldenſem tom. 3. cap. 1. & 2. dicere auſus eſt.

Orig. Beda. *Dicunt aliqui omnem actum iuſtorum ſecundum Deum, orationem reputari. Reiicitur.*

7. *Vatabli expoſitio.*

Alio igitur Vatablus illud, *orauit Anna*, refert non ad ſequens canticum, ſed ad præcedentem orationem. Quaſi diceret, orauerat Anna; hoc eſt, à Deo petierat filium. Vel ſaltem referri poteſt ad aliquam ſecretam orationem, quam ibi in ſilentio tran egerit, antequam in canticum erumperet. Cui expoſitioni fauere videtur diſtinctio, ſeu interpunctio Vulgatæ editionis, quæ hoc verbum, *orauit Anna*, non in principio huius capitis, ſed in fine præcedentis collocauit: quaſi ad illud potiùs, quàm ad hoc referri oporteret. Nihilominus violenta eſt hæc expoſitio: cum ſtatim primo intuitu appareat legenti, orandi verbum cum ſequenti cantico, potiùs quàm cum præcedente oratione coniungendum. Imò ipſa Vulgata editio, dum verba illa duplicat, *orauit, & ait*, per hoc poſterius, quod ſine dubio ad ſequens canticum refertur, ſignificare videtur illud prius ad idem canticum referendum: vt nulla hîc cum homine loquutio, ſed ſola cum Deo oratio exprimatur.

8. Lyran. Carthuſ. Caiet. *Quo ſenſu Annæ canticum dicatur oratio.*

Reſpondeo igitur cum Lyrano, Carthuſiano, & Caietano, hoc canticum dici propriè orationem, quæ eſt quædam cum Deo loquutio, ſeu quædam eleuatio mentis in Deum, ſeu quædam gratiarum actio, quæ à D. Paulo 1. Timoth. 2. inter partes orationis recenſetur; nec obſtare, quod petitiones non includat: nam & canticum Abacuc inſcribitur *oratio*, qui nullas petitiones contineat, niſi fortè illis verbis num. 2. *In medio annorum viuifica illud.* Quæ tamen à Septuaginta non per modum orationis, ſed per modum prophetiæ transferuntur, *In medio duorum animalium cognoſceris.* Nec item obſtare, quod per tertiam perſonam procedat, *Exultauit in Domino*, non autem, *Exultauit in te*; tantumdem enim valet. Iam enim dixi cap. 1. num. 11. Hebræos nominibus loco pronominum vti ſolitos. Addit Abul. q. 34. hoc Annæ canticum legi ſolitum ab Hebræis voce depreſſa, & continua, ſicut cætera purè proſaica: non autem voce ſublimi, & ſonora decantari, vt canticum Moyſis, ac Debboræ; non quod non ſint omnia metrica, ſed quia horum auctores dicuntur ceciniſſe; Anna verò ſolùm oraſſe. Sed iam litera inſeratur.

Abul.

Num. 1. Exultauit cor meum in Domino, & exaltatum eſt cornu meum in Deo meo: dilatatum eſt os meum ſuper inimicos meos: quia lætata ſum in ſalutari tuo.

EXPOSITIO LITERÆ.

EXultauit cor meum in Domino, &c. D. Chryſoſtomus hom. 3. de Anna, duos ſermones ſic compoſitos fuiſſe dicit; vnum de his verbis: *Exultauit cor meum in Domino*; ſeu, vt ipſe cum Septuaginta legit, *Confirmatum eſt cor meum in Domino.* alterum de ſequentibus, *Exaltatum eſt cornu meum in Deo meo.* Qui ſermones, ſi nobis ſupereſſent, non exiguum ad hæc verba explicanda, & illuſtranda, præſidium conferrent. Suum igitur gaudium in primi huius numeri parte prodit Anna. Quale ſit, quam ſedem habeat, vnde naſcatur; ſingula breuiter illuſtremus. 1. D. Chryſ.

Spiritualis gaudij magnitudo.

QVale in primis ſit gaudium ſpirituale, oſtendit verbo *exultandi*, id eſt, *extra ſaltandi*: 2.

quod

A quod ſignificat ingentem lætitiam, quæ intus ſe non capiat, ſed foras erumpat. Talem habuit Dauid, cum ſaltauit coram Arca. 2. Reg 6. n. 14. & Bartimæus ille cæcus, qui à Christo Domino vocatus, *exiliens venit ad eum*. Marc 10. n. 50. & claudus ille ex vtero matris ſuæ, qui à D. Petro ſanatus, *exiliens ſtetit, & ambulabat*. Act. 3. n. 8. & diuinus ille ſponſus, qui præ lætitia naturæ humanæ induendæ, *venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles*. Cant. 2. n. 8. Ac denique Abrahamus, de quo Christus Dominus, *exultauit*, inquit, *vt videret diem meum*. Ioan. 8. n. 56. Qui omnes tam ingentem in animo lætitiam hauriebant, vt in ſaltus, choros, ac tripudia foras exire cogerentur.

Exultare ingentem ſignificat lætitiã.

3\. Nec indecens eſt ſaltatio, quippe quæ à D. Ambroſio non mediocriter commendetur: nam lib. B 6. in Luc. cap. 7. *Dauid*, inquit, *ante Arcam Domini non pro laſciuia, ſed pro religione ſaltauit*. Et paulò poſt: *Docuit nos*, inquit, *Scriptura ſaltare ſapienter, dice te Domino*, iuxta 70. *ad Ezechielem; Plaude manu, & percute*, ſeu, *obſtrepe pede*. Ezech. 6. num. 11. *Neque enim hiſtrionicos flexu corporis motus Deus morum cenſor exigeret, aut indecoros ſtrepitus viris, plauſuſque fœmineos imperaret, vt tantum Prophetam deduceret ad ludibria ſcenicorum, & mollia fœminarum. Eſt quidem proprius bonorum actuum, factorúmque plauſus, cuius ſonus in orbem exeat, & bene geſtorum reſultet gloria. Eſt* C *honeſta ſaltatio, qua tripudiat animus, & bonis corpus operibus eleuatur.* In hos ſaltus quod Iudæi non eruperunt, à Christo Domino arguuntur: *Cantauimus*, inquit, *vobis, & non ſaltaſtis*. Luc. 7. n. 32. Hoc eſt, vt D. Ambroſius ſerm. 80. interpretatur: *Annunciamus vobis regni cæleſtis gaudium, & minime corda veſtra motu quodam alacritatis exultant.* Et ſtatim qualis eſſe debeat hæc ſaltatio, exponit. *Saltationem*, inquit, *a nobis requirit Dominus, non vtique ſinuoſi volubilitatem corporis, ſed extollentis ſe fidei ſanctitatem. Sicut enim qui corporaliter ſaltat, nunc in aere ſuſpenditur, nunc ad altiora iactatur, nunc alternis ſaltibus loca diuerſa col-* D *luſtrat: ita & qui ſpiritualiter ſaltat, interueniente fide, modò in aeris ſublimitatem erigitur, modò ad ſyderum altiora tollitur, modò diuerſis cogitationum ſaltibus paradiſum, cælúmque colluſtrat.* Vbi plura eleganter de hac re.

D. Ambr. Corporis ſaltatio in bonam partem.

D Ambr.

4\. Exultauit igitur Anna, hoc eſt, tam ingentem animo lætitiam recepit, vt in externum oris, & corporis habitum refunderetur. Talis eſſe ſolet lætitia ſpiritualis; ita creſcit in animo, vt reflagret in corpus. Vnde Dauid: *Concidiſti*, inquit, *ſaccum meum, & circumdediſti me lætitia*. Pſalm. 29. num. 12. Quaſi non ſolùm interior eius pars, ſed etiam tota exterior in orbem lætitia perfunderetur. Nam licet Deus triſtitiam parcè admodum E propinet, iuxta illud; *Potum dabis nobis in lacrymis in menſura*. Pſalm. 79. num. 6. hoc eſt, tenuiter, vt Hugo Cardinalis exponit; quemadmodum & illud: *Aquam in menſura bibes*. Ezech. 4. num. 11. hoc eſt, in tenuitate: tamen lætitiam tam affluenter propinat, vt ſe in corde non contineat, ſed in corpus redundet, dicente Dauide: *Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum*. Pſalm. 83. num. 3. Quod D. Cyprianus in epiſt. ad Donatum, rectè expertus: *Non*, inquit, *in capeſſendo munere cæleſti menſura vlla, vel modus eſt: profluens largitor Spiritus nullis finibus premitur, nec coercentibus clauſtris intra certa metarum ſpatia refrænatur. Manat iugiter, exuberat affluenter.* Quin etiam Diuus Paulus, & cæteri quondam Chriſtiani vberiorem de cælo lætitiam, quàm de mundo triſtitiam hauriebant: paruis quidem calamitatibus

Triſtitiam parcè, gaudium verò Deus largiter propinat

D. Cypr.

A ſubiacebant, magnis tamen felicitatibus triumphabant. *Quaſi*, inquit, *triſtes, ſemper autem gaudentes, ſicut egentes, multos autem locupletantes; tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes*. 2. Cor. 6. num. 10. De rebus quidem triſtibus cum adiectamento loquitur; *quaſi triſtes, ſicut egentes, tanquam nihil habentes*: de rebus autem lætis abſolutè; *ſemper autem gaudentes, multos locupletantes, omnia poſſidentes*. Quod D. Auguſt. in Pſalm 48. conc. 2. rectè expendens: *Triſtia*, inquit, *noſtra habet quaſi, quia ſicut ſomnus tranſiet. Qui ſomnium indicat, addit, quaſi. quaſi dicebam, quaſi loquebar, quaſi prandebam, quaſi equitabam, quaſi diſputabam. Totum quaſi, quia cum euigilauerit, non inue-* B *nit, quod videbat. Gaudium noſtrum non habet quaſi, quia in ſpe certa eſt. non dicit Apoſtolus, quaſi gaudentes, ſed ſemper gaudentes. Quaſi egebat, non autem quaſi, ſed vere multos ditabat. Quaſi nihil habebat, non autem quaſi, ſed omnia poſſidebat. Vnde verò omnia poſſidebat? quia omnium creatori adhærebat.* En diſcrimen inter triſtitiam, & lætitiam, quibus Sancti in hac vita afficiuntur: illa enim auara manu porrigitur; hæc autem non niſi liberali propinatur.

D. Auguſt.

Breuis iuſtorum afflictio in hac vita, æterna lætitia

Vnde fit, vt hæc ſpiritualis lætitia nunquam deficiat, cum tamen temporalis nunquam ſufficiat. 5.
Quod mihi videtur expreſſum in duplici oleo, al- C tero virginum imprudentum, altero Heliſæi. Nam virginibus quidem fatuis defuit oleum in vaſis. Matth. 25. num. 8. Heliſæo tamen non tam oleum, quàm vaſa defuerunt. 4. Reg. 4. n. 6. Quæ loca rectè inter ſe conferens, & expendens Hugo Victorinus lib. 1. miſcellaneorum, cap. 51. *Habet*, inquit, *oleum Deus, habet oleum & mundus. Ad oleum Dei vaſa deficiunt; oleum mundi in vaſis deficit: oleum Dei dulcedo æternorum; oleum mundi delectatio præſentium. Illa ſufficit, iſta deficit.* Quia tam proprium ſit temporalis gaudij, exareſcere, quàm proprium eſt ſpiritualis, ſemper abundare; & quaſi illud gaudium temporale non ſufficiat capacitati D cordis noſtri, quia plus appetimus, quàm habemus; huic autem non ſufficiat capacitas cordis noſtri, quia anguſtior eſt, quàm vt immenſitatem illius gaudij complectatur.

Virginum imprudentiũ deficiens, Heliſæi abũdans oleum.

Hug. Vict. Præſens delectatio vix ſufficit, æterna nunquam deficit.

Quod Chriſtus Dominus expreſſit, cum ad ſeruum bonum, & fidelem; *Intra*, inquit, *in gaudium Domini tui*. Matth. 25. n. 21. In quem locum celebris eſt illa Caietani obſeruatio. *Tam magnum eſt*, inquit, *gaudium cæleſtis patriæ de Deo, vt non poſſit concludi in homine: & ideò homo intrat in gaudium illud incomprehenſibile, & non intrat gaudium illud in hominem, velut comprehenſum ab homine.* Vbi vides, gaudium ſpirituale cordis noſtri anguſtijs non concludi, ſed ſuperfundi; quaſi maior ſit il- E lius immenſitas, quàm huius capacitas. Quare rectè monet Tertull. lib. de ſpectaculis, cap. 29. vt præ hoc diuino gaudio cætera omnia profana contemnamus. *Quid enim*, inquit, *iucundius, quàm Dei Patris, & Domini reconciliatio, quàm veritatis reuelatio, quàm errorum recognitio, quàm tantorum retrò criminum venia? Quæ maior voluptas, quàm faſtidium ipſius voluptatis, quàm vitæ ſufficiens, quàm mortis timor nullus? Hæ voluptates, hæc ſpectacula Chriſtianorum, ſancta, perpetua, gratuita. In his tibi ludos Circenſes interpretare, curſus ſeculi intuere, tempora labentia dinumera, metas conſummationis expecta, &c. Si ſcenicæ doctrinæ delectant, ſatis nobis literarum eſt, ſatis verſuum, ſatis ſententiarum, ſatis etiam canticorum; nec fabulæ, ſed veritates, nec ſtrophæ, ſed ſimplicitates, &c. Vis & pugilatus, & luctatus? Præſto ſunt. Aſpice impudicitiam deiectam à caſtitate: perfidiam cæſam à fide: ſæuitiam à*

6\.

Caiet. Cæleſtis beatitudinis gaudium.

Tertul.

Omnis profana voluptas præ diuino gaudio contemnãda.

miſericordia contuſam petulantiam à modeſtia obumbratam. Et tales ſunt apud nos agones, in quibus ipſi coronamur. Hactenus Tertullianus. Vbi oſtendit, maximas quaſque, & effuſiſſimas huius ſeculi voluptates nulla ex parte comparandas eſſe cum ijs, quæ in hac vita de Deo, ac virtutibus capiuntur.

7. Rectè igitur Anna, ſui magnitudinem gaudij proditura, *Exultauit*, inquit, *cor meum.* Ita eſt in Hebræo עלץ *ghalats*, geſtiuit, exultauit. Nihilominus Septuaginta vertunt, *ἐστερεώθη ἡ καρδία μοῦ*, id eſt, *confirmatum eſt cor meum*, à verbo *στερεόω*, id eſt, *confirmo.* Atque ita legunt D. Chryſ. hom. initio huius numeri citata, D. Auguſt. lib. 17 de ciuit. cap. 4. D. Iſidor. cap. 1. Theod. Procop. Euthymius, & alij. Nec immeritò. Primò, quia gaudium ſpirituale non eſt lubricum, & fugax, ſed permanens, & conſtans. Profana quidem lætitia fugaciſſima eſt. Vnde D. Cypr. lib. 1. epiſt. 5. *Semper*, inquit, *gaudium properat; nec poteſt moras ferre lætitia. Properat*, inquit, ad fugendum, non ad veniendum. Optimè Innoc. Pap. lib. . de contemptu mundi, cap. 20. *Quis*, inquit, *vnquam diem totum duxit in ſua delectatione iucundum? Quem in aliqua parte diei, reatus conſcientia, vel impetus iræ, vel motus concupiſcentiæ non turbauerit? Quem liuor inuidiæ, vel ardor auaritiæ, vel tumor ſuperbiæ, non vexauerit? Quem aliqua iactura, vel offenſa, vel paſſio, non commouerit? Rara auis in terris.* Sic ille maiorem huius lætitiæ fugacitatem, & inconſtantiam ſignificauit. Philo Hebræus libro de Ioſeph. *Profana*, inquit, *gaudia ſomniis ſunt ſimillima; veniunt, abeunt, occurrunt, refugiunt, priuſquam comprehendantur, auolant.* Vnde Dauid de Babylonijs humana felicitate geſtientibus: *Perierunt*, inquit, *propter iniquitatem ſuam, velut ſomnium ſurgentium.* Pſalm. 72. num. 19. Sic enim Theodor. diſpungit; addens, *ſcenam humanæ vitæ, ab inſomniis nihil differre.* Vbi aduerte, non comparari ſomnio dormientium, ſed ſurgentium: quia illud aliqua ex parte videtur permanere, hoc ſtatim auolare. Facit illud Iobi de gaudio impiorum, *velut ſomnium auolans non inuenietur, tranſiet ſicut viſio nocturna.* Iob. 20. num. 8. Quare bene D. Ambroſius lib. de Nabuthe, cap. 6 loquens de terrenis diuitijs: *Somnium*, inquit, *loquimur, non patrimonium.* Et ſtatim rem confirmat ex Pſalm. 75. num. 6. *Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis.* Quaſi non minus quàm inſomnia, omnia terrena gaudia euaneſcant.

D. Chryſ. D. Auguſt. D. Iſid. Theod. Procop. Euthym.

D. Cypr.

Innoc. Pap. *Nulla diei pars mæroris expers.*

Profana gaudia velut ſomnia.

Theod.

D. Ambr.

8. Hinc eſt illa Dauidis inuectio in ſuperbos: *Vt quid*, inquit, *diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Pſalm. 4. num. 3. Vbi D. Chryſ. *Vanum*, inquit, *illud dicitur, quod eſt inane, quod nomen quidem fuerit, res nequaquam: ita nomen diuitiarum, res autem minimè; nomen potentiæ, & remanet ſolum nomen. Quis eſt ergo adeò excors, vt quærat nomina, quæ rebus deſtituuntur, & proſequatur inania, quæ oportet fugere? An non vitæ voluptates, & felicitates tales ſunt? Nonne omnia mentiuntur, & decipiunt?* Cor igitur lenibus, & inconſtantibus mundi gaudijs innixum, non minus, quàm ipſa gaudia, neceſſe eſt, vt fluctuet, & vacillet.

D. Chryſ. *Mundi felicitates vanæ, & inanes.*

9. Contrà verò cor, quod ſpiritualibus delicijs exultat, immobiliter confirmatur. Bene D. Chryſ. hom. 69. in Matth ad finem, de Monachorum, & mundanorum gaudijs differens, docet tantum inter illa diſcrimen intereſſe; *quantum*, inquit, *inter tranquilliſſimum intereſt portum, & mare tempeſtuoſum.* At quid mari inquietius, quid portu ſtabilius? Ita planè ſe habent temporale, & ſpirituale gaudium. hoc ſemper ſtat; illud nunquam conquieſcit. Rectè Dauid *Fundatur*, inquit, *exultatione vniuerſæ terræ mons Sion.* Pſalm. 47. n. 3. Quid firmius eſt in ædibus, quàm fundamentum. Atqui Eccleſiæ fundamentum eſt ſpiritualis exultatio; vt intelligas, ſi nunquam Eccleſia ruitura eſt, à fortiori nunquam eius fundamentum, quod eſt ſpiritualis lætitia, diruendum. Quod D. Ambr. rectè obſeruans. *Bene*, inquit, *radicata exultatione lætamur, qui exultamus in Chriſto: ſeculi enim lætitia temporalis eſt; perpetua autem lætitia eius, qui gaudet in Domino.* Rectè igitur Anna cum exultat, confirmatur.

D. Chryſ. *Temporale gaudiū mare tēpeſtuoſum.*

D. Ambr.

10. Secundò, quia gaudium ſpirituale non eſt molle, & effœminatum, quod animos debilitat, & enervat: ſed maſculum, & robuſtum, quod ſoli[d]at, & confirmat. Ita ferè Rupertus, & Euthymius interpretantur. Chriſtum Dominum vnxit æternus parens *oleo lætitiæ præ conſortibus ſuis.* Pſalm. 44. n. 8. An tam ingens lætitia illum emolliit, ac reſoluit? Abſit: reſolueret ſanè, & emolliret, ſi temporalis eſſet; cum autem ſpiritualis fuerit, confirmauit potiùs, & acerrimum reddidit bellatorem. Vnde illi in eodem Pſal. n. 4. & 6. gladius, & ſagittæ tribuuntur: quaſi ſpiritualibus lætitia non molles, & effœminatos animos progeneret, ſed ſtrenuos, ac viriles. Quod bene expreſſit Nehemias, dicens: *Gaudium Domini eſt fortitudo noſtra.* 2. Eſdr. 8. n. 10. Nemo enim fortior eſt ad diabolicas acies contendas, quàm qui ſpirituali exultatione obarmatur. Qua de re in annot. 1. ſect. 3. in 4. diſcrimine plura diximus.

Rupert. Euthym.

Ad pugnam fortior, qui ſpirituali exultatione obarmatur.

11. Tertiò, quia ſpirituale gaudium non eſt ægrum, & infirmum; neque enim in ægritudines, infirmitatéſque inducit: ſed potiùs vegetum, ac ſanum, quod verum conſerat animis vigorem, veram corporibus ſanitatem. Vnde Chaldæus Paraphraſtes opportunè tranſtulit, *Valuit cor meum.* Quaſi Anna ſpiritualiter exultando, ſibi quodammodo videretur, ex graui mœroris ægritudine ad perfectam mentis ſanitatem conualuiſſe. Sic olim & Hebræi ex captiuitate Babylonica redeuntes: *Facti ſumus*, inquiunt, *ſicut conſolati* Pſal. 125. n. 1. Legunt aliqui ex Hebræo; *Facti ſumus, ſicut qui conualuerunt.* Quaſi qui in captiuitate præ triſtitia ægrotauerint, in libertate præ lætitia conualuerint. Vnde fit, vt ſpirituale gaudium, medicamentum quoddam ſit, quo amiſſæ vires inſtaurentur vt cap. 1. n. 8. §. 6. iam aduerti.

Spirituale gaudium ſanitatem confert.

Sedes ſpiritualis gaudij, cor.

12. Exultauit, inquit Anna, *cor meum.* Præcipua huius exultationis ſedes fuit cor. Sumit autem Carthuſianus cor, non ſolùm pro potentia appetitiua, tam corporali, quàm ſpirituali, ad quam propriè gaudium pertinet, ſed etiam pro cognoſcitiua, corporali item ac ſpirituali; quæ etiam delectari dicitur, & exultare, cùm in obiecto ſibi conuenienti ſiſtit, & conquieſcit. Cor igitur Annæ, hoc eſt, eius voluntas amando, & intellectus contemplando, exultabat.

Carthuſ. *Cor, potentia appetitiua, & cognoſcitiua.*

13. Profana quidem lætitia corpus aliquando circumfluit, in cor tamen non illabitur. Vnde olim Baldad Suhites, cum felicitatem temporalem Iobo polliceretur: *Donec*, inquit, *impleatur riſu os tuum, & labia tua iubilo.* Iob. 8. n. 21. non dicit animum, non cor implendum gaudio, ſed tantùm os, & labia, quia temporale gaudium in externa ſuperficie ſiſtit, ad internam mentis ſedem non peruadit: imò aliquando exhilarato ore triſtatur cor. Vnde eſt illud Parœmiaſtæ: *Riſus dolore miſcebitur,*

Temporalis lætitia in ore tantùm.

Mundi lætitiam amaritudo conſequitur.

&

& extrema gaudij luctus occupat. Prou. 14. num. 13. Quod in primis ſignificat, triſtitiam læris ſuccedere: quin etiam vtraque pariter eſſe coniuncta. Vnde

Innoc. Pap. Innocent. Papa lib. 1. de contemptu mundi, c. 21. *Semper*, inquit, *mundanæ lætitiæ triſtitia repentina ſuccedit; & quod incipit à gaudio, deſinit in mærore: mundana quippe felicitas multis amaritudinibus reſperſa eſt.* Sed aliud neſcio quid expreſſius, & argutius, colligitur ex fonte: nam in Hebræo eſt, *In riſu dolebit cor, & extremum gaudij, dolor.*

Impiorum lætitia ruina eſt. Vbi vides, ſimul eſſe riſum in ore, & dolorem in corde: ſeu in ipſo riſu dolorem includi, & extremum gaudium, hoc eſt, ſummum, & maximum (ſic enim interpretari poſſumus, vt poſterior ſententia priori cohæreat) eſſe dolorem. Nam vt

D. Chryſ. bene D. Chryſoſt. hom. 69. in Matth. ad finem, de profanorum hominum gaudio loquutus: *Etſi*, inquit, *mihi voluptatibus abundare videantur; quamuis delectationum flumina adeſſe illis credantur, multis tamen amariſſimis telis perfoſſi, plerumque iacent.* Nec minus eleganter idem D. Chryſ. in Pſalm. 4. *Multi*, inquit, *eorum, qui hæc poſſident* (ſcilicet profana gaudia) *vitam non eſſe vitalem exiſtimant; & angoris fornacem in animo circumferunt, à curarum multitudine exhauſti, & continuis timoribus oppreſſi.* Quaſi profano gaudio triſtitia non ſuccedat, ſed accedat, & illo corpus circumſtante, hæc in intimis præcordijs oriatur: imò ipſa lætitia, nonminus quàm ſi triſtitia quædam eſſet, impiorum animos exedat, & conſumat.

14. Vnde Sophar Naamathites: *Laus*, inquit, *impiorum breuis, & gaudium hypocritæ ad inſtar puncti.* Iob 20. n. 5. Quem locum Septuaginta vertunt. *Lætitia impiorum, ruina ingens; gaudium autem iniquorum, perditio.*

Impiorum lætitia ruina eſt. Vbi lætitiam impiorum non ſolum in cauſali ſenſu, ſed etiam quodammodo in formali, aut certè identico, vt loquuntur Philoſophi, videtur ruinam ingentem appellare; & gaudium iniquorum, perditionem. Quaſi non ſit aliud lætari impios, quàm ruere; gaudere, quàm perdi.

D. Chryſ. Ex quo loco D. Chryſ. citatus in Catena Græca, ſic argumentatur. *Si*, inquit, *eorum lætitia, ingens eſt ruina, & gaudium, perditio: quid dicemus eſſe ipſum interitum? Dic, amabo te, quid dolorem? quid animi ægritudinem?*

15. Patet hoc in diuite auaro, qui cùm pluribus bonis externis circumfluebat, eò maioribus moleſtijs internis cruciabatur, & quaſi gaudere non poſſet internis gaudijs, ſe ipſum ad externa præcipitabat: *Anima*, inquiens, *habes multa bona poſita in annos plurimos, requieſce, comede, bibe, epulare.* Luc. 12. n. 19.

Diues moleſtijs cruciatur. Vide inſaniam; ſpiritualem animam ad corporales epulas inuitat, quia videbat eam ſpiritualibus gaudijs indigentem: & quia non habebat interna gaudia, externa emendicabat. Sed ſicut anima impij externas epulas guſtare non poterat, ita neque vllum internum prælibare gaudium.

D. Amb. Vnde D. Ambroſius lib. de Naboth, cap. 6. *Satiato*, inquit, *diuitiis non eſt, qui ſinat eum dormire, excitat enim cupiditas, ſterilitas prouentuum perturbat, ſollicitat abundantia: nec ipſe quidem Deus eum dormire permittit, interpellat cogitantem, excitat dormientem. Stulte, hac nocte animam tuam repetent à te. Sed nec ipſe ſe quietum patitur, qui de abundantia diuitiarum ſuarum ſollicitatur, & in vbertate fructuum, vocem egentis emittit. Quid faciam, inquit, quia non habeo, quo congregem fructus meos? De inopia queritur abundans fructibus, miſerior iſte fœcunditatibus fuit, quam pauper, cui periculum de egeſtate eſt.*

Diuitiæ pariunt ſollicitudines.

16. Veriſſimum eſt illud oraculum: *Non eſt pax impiis, dicit Dominus.* Iſaiæ 57. num. 21. Septuaginta vertunt, *Non eſt gaudere impiis.* Notat verò D.

D. Auguſt. Aug. in Pſal. 98. rectè additum iuſiurandum, non hominis, ſed ipſius Dei, *dicit Dominus*; ne quis dubitaret, externa impiorum gaudia internis moleſtijs eſſe diluta, ſeu potiùs obruta: corpus quidem circumfluere, in animum non penetrare.

Impijs nulla pax.

Galen. *Contingit aliquando*, inquit Galen. in lib. 6. Hippocratis de morbis vulgaribus, com. 1. text. 29. de differentijs febrium, *vt externo corpore ægrotantis mirificè temperato, intus exæſtuet febris in medullis.* Non aliter improbi homines externis voluptatibus deluduntur, internis doloribus cruciantur.

Contrà verò iuſti exultant corde: quæ eſt omnium exultationum maxima, iuxta illud; *Non eſt oblectamentum ſuper cordis gaudium.* Eccleſiaſt. 30. n. 16. Vnde Dauid: *Dediſti*, inquit, *lætitiam in corde meo* Pſal. 4. n. 7. 17.

D. Chryſ. Vbi D. Chryſoſt. *Non dixit*, inquit, *ſimpliciter, dediſti lætitiam, ſed in corde meo: oſtendens, non eſſe in rebus externis lætitiam, quia hæc lætitia non eſt cordis, ſed ſolum oculorum.* Riſit olim Abraham, Gen. 17. n. 17. riſit & Sara, Gen. 18. num. 12. Sed huius tantùm riſus reprehenditur, non illius.

Abrahami riſus in corde, Saræ in ore. Ratio fortaſſe eſſe poteſt, quia Sara riſit in ore ſuo; Abraham vero in corde: ſic enim illa verba in quibuſdam Biblijs habentur, & diſpunguntur, *Riſit in corde ſuo, dicens.* Quaſi illa lætitia, quæ ore proditur, tanquam fallax, & adulterina reprobetur; quæ verò è corde naſcitur, vera eſſe, ac germana cenſeatur. Imò Sara, quæ riſit in ore ſuo, riſiſſe ſe negauit: non autem Abraham, qui riſit in corde.

Cordis lætitia germana, oris verò adulterina. Quia illa externa oris lætitia tam manis eſt, ac ſi nulla ſit, & proinde etiam, qui ridet, negare poſſit, ſe ridere; & qui exultat, exultare: hæc autem interna cordis lætitia tam eſt ſolida, vt non modò negari non poſſit, ſed ne occultari quidem; cum è corde in frontem emicet, & intus incluſa, vel ipſo oris habitu foris manifeſtetur. Vel certè negauit ſe riſiſſe, ne ſi aſſiriaret, rem ſibi indebitam in hac vita, qualis eſt vera, & ſincera lætitia, vſurpare videretur.

Phil. Hebr. Hanc enim rationem inculcat Philo Hebr. lib. de legibus non ſcriptis, ſiue de Abrahamo. *Non eſt*, inquit, *cur aliquis putet, meram, & nullo dolore mixtam lætitiam relictus in terram deſcendere: ſed temperata eſt ex vtroque.* Et ſtatim. *Hoc eſt, opinor, quod Sara, cum riſiſſet, roganti riſus cauſam, ſe riſiſſe negauit: verita, ne fortè gaudium, quod nulli creaturæ conuenit, ſolius Dei rem vſurpaſſe videretur.* Si igitur vera lætitia in hac vita vix in corde poſſidetur: quis obſecro ſic inſanit, vt exiſtimet eam in ore poſſidendam? *Non riſi*, inquit Sara, hoc eſt, veram, ſolidam, ſinceram, & ab omni mæſtitudine defæcatam lætitiam animo non concepi: quamuis aliquod eius ſignum externo ore viſa fuerim prætuliſſe. *Non riſi.* Neque enim in ore ſedet vera, ſinceráque lætitia: intus, intus in corde concitatur.

Filio prodigo in patriam domum redeunti, iuſſit parens annulum in manum inſeri. *Date*, inquit, *annulum in manum eius* Luc. 15. n. 22. 18.

Quod planè myſterio nō caret Dicunt enim Anatomici, neruulū quendam e corde natum, in digitum annularem protendi. Vnde apud Ægyptios annularis digitus cordis erat hieroglyphicum. *Annularis digitus cordis hieroglyphicum.*

Alex. ab Alex. Et in ſponſalibus, teſte Alex. ab Alex. lib. 2. gen. dier. cap. 5. ille digitus, ad amorem cordis indicandum, annulo coronabatur.

Tertull. Idcirco enim Tertull. lib. aduerſus gent. c. 6. huius digiti annulum pronubum appellat. *Aurum*, inquit, *nulla fœmina norat, præter vnico digito, quem ſponſus oppignoraſſet pronubo annulo.*

Pier. Eandem ob cauſam Ægyptij ſacerdotes, auctore Pierio lib. 36. cum circa Deorum ſuorum aras miniſtrabant, hunc

hunc digitum odoribus illinebant; vt ſignificarent, quibus vnguentum odoribus ſacrificantium cor deberet eſſe delibutum. Cùm igitur tantus ſit cordi cum hoc digito naturæ conſenſus, meritò iuſſit pater, filio ad ſe reuerſo annulum inſeri in digitum, cordi reſpondentem; vt oſtenderet lætitiam, quam ſuis communicabat, non ſiſtere foris in corpore, ſed intrò ad cor vſque penetrare. Fortè hoc innuit D. Ambr. ad eum locum, dum ait, *annulum, qui in digitum inſeritur, eſſe ſignaculum, quo cordis interiora ſignificantur.* Meritò igitur Anna corde exultat, quæ paulò ante c. 1. n 8. corde affligebatur: vt impleatur illud Dauidicum, *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam.* Pſalm. 93. num. 19.

Prodigi digito annulum inſeritur, lætitiæ interiorum ſymbolũ.

D. Ambr.

19. Sed nota, ne quid indiſcuſſum relinquatur, non ſolùm dixiſſe Annam: *Exultauit cor*, ſed vlteriùs addidiſſe, *meum.* Neque enim cor ſuum dicere poſſet, niſi diuino gaudio exultaret: nam qui profana lætitia diſtrahuntur, proprio corde ſpoliantur; vt propterea non immeritò vecordes, hoc eſt, excordes appellentur. Notauit hoc egregiè D. Greg. lib. 2. c. 11. ad hunc locum. *Quia*, inquit, *cor ſuum dicit, quid aliud, quàm mentis ſuæ libertatem aſſeruit? Reprobi quidem corda ſua non habent, quia ea diabolus poſſidet. Vnde & de proditore dicitur, cum diabolus iam miſiſſet in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Iſcariotes.* Ioan. 13. num. 2. *Si enim Iudas cor ſuum, & non diabolus poſſideret, ipſe potiùs in eo bonum, quàm diabolus malum poneret.* Et paulò poſt. *Quotieſcumque grauiter delinquimus, cor noſtrum non habemus, Quare Ieremias Iudaico populo grauiter delinquenti, improperans ait: Audi popule ſtulte, qui non habes cor.* Ierem. 5. n. 21. *Hinc rurſus conuerſus alter Propheta Deo confitetur, dicens: Inuenit ſeruus tuus cor ſuum.* 2. Reg 7. n. 27. Quaſi Dauid, qui cor ſuum per incontinentiam amiſerat, rurſus illud per pœnitentiam inueniret. Itaque qui Deum peccando perdit, vel pœnitendo recipit, cor ſuum perdere, vel recipere cenſetur.

D Greg.

Improbi corde ſpoliantur.

Qui Deo reconciliatur, perditum cor inuenit.

Cauſa ſpiritualis gaudij, Deus.

20. TAndem huius exultationis cauſa Dominus eſt: *Exultauit*, inquit, *cor meum in Domino*, & ſtatim; *Exaltatum eſt cor meum in Deo meo*, & rurſus; *Lætatus ſum in ſalutari tuo.* Vbi de nulla alia re, quàm de ipſo Deo, ſuam videtur lætitiam immediatè ſuſcepiſſe. Quamuis Paraphraſtes Chaldæus transferat, *Valuit cor meum in parte, quam dedit mihi Dominus. Exaltatum eſt cornu meum in dono, quod numerauit mihi Dominus. Gauiſa ſum in liberatione tua.* Quibus verbis ſignificare videtur, hanc exultationem potiùs fuiſſe de dono, quàm de donatore: nihilominus crediderim, licèt Anna non potuerit non exultare de dono, ſeu filio diuinitùs accepto, tamen non primariò de illo exultaſſe ſed præcipuam ſuam lætitiam ad Deum ipſum retuliſſe; & in priori ſenſu loquutum fuiſſe Paraphraſtem Chaldaicum, Latinum verò Interpretem in poſteriori.

Dominus exultationis cauſa.

21. Quem ſenſum D. Chryſoſtomus clariſſimè expreſſit hom. 3. de Anna, vbi eam ſic loquentem introducit. *Non*, inquit, *quoniam ſaluata ſum, ſed quoniam per te ſaluata ſum, propterea lætor, & exulto. Tales Sanctorum animæ de Deo, qui dedit, magis quàm de donis gaudent. Gratorum hoc eſt ſeruorum, omnibus ſuis ſuum præponere Dominum. Cum peccauerimus, non doleamus, quia punimur; ſed quoniam Dominum exacerbauimus. Et ſi quid boni fecerimus, non gaudeamus propter regna cœlorum,*

D. Chryſ.

A *ſed quoniam rem cœlorum Regi gratam geſſimus: mentem enim habenti gehenna quoque formidoloſius eſt, Deum offendere; & omni regno deſiderabilius, Deo placere.* Et paulò poſt. *Talis erat & hæc mulier: ad Deum in omnibus confugiebat, & accepta gratia magis de Deo datore gaudebat.* Non aliter & Dauid: *Cor meum*, inquit, *& caro mea exultauerunt in Deum viuum.* Pſalm. 83. num. 3. In quem enim cor humanum, quod eſt principium vitæ naturalis, niſi in Deum viuum, qui eſt ipſa vita, ſeu fons totius vitæ, exultaret? Quare D. Auguſt. ad eum locum lib. 50. hom. 33. in tom. 10. *Non exultauit*, inquit, *in hoc mundo, non in diuitiis, non in honore, non in luxuria, non in ebrietate, non in vanitatibus*
B *mortuis, & cito cum omni ſuo amore morituris, ſed in Deum viuum. Quare non dixit, in Deum tantùm, ſed addidit, in Deum viuum? Vt oſtenderet, quia totum, quod non pertinet ad Dei cultum, deberemus habere quaſi mortuum.*

Cor vitæ principium, in Deo vita fonte debet exultare.

D. Aug.

Nec minus eleganter D. Bernardus epiſt. 115. ad quandam Sanctimonialem: *Illud*, inquit, *verum, & ſolum eſt gaudium, quod non de creatura, ſed de creatore concipitur, & quod cum poſſederis, nemo tollet à te: cui comparata omnis aliunde iucunditas, mœror eſt; omnis ſuauitas, dolor eſt; omne dulce, amarum; omne decorum, fœdum; omne poſtremò, quodcumque aliud delectare poſſet, moleſtum.* Cui concinit D. Auguſt. in Pſal. 144. num 2. ibid.
C *Per ſingulos dies benedicam te.* Vbi oſtendit, non eſſe lætos, & iucundos eos dies, qui profanis gaudijs impenduntur, ſed qui diuinis conſecrantur. *Nam de quocumque*, inquit, *tali bono gaudeas, tranſitorium eſt: ſi gaudeas in Domino Deo tuo, tanto firmius gaudebis, quantò eſt ille certior, in quo gaudebis. Si enim gaudes de nummo, times furem: ſi autem gaudes de Deo, quid times? Ne tibi quiſquam auferat Deum? Deum nemo tibi auferet, ſi tu eum non dimiſeris.* 22.

D. Bern.

Gaudium de creatura tranſitoriũ, de creatore ſincerum, & ſtabile.

D. Auguſt.

De Aarone venturo obuiam Moyſi, dixit olim Deus ad ipſum Moyſem, *videns te lætabitur corde.* Exod. 4. num. 14. ſeu, vt vertunt 70. *lætabitur in ſeipſo*, vel, *intra ſe ipſum*, vt legit Philo Hebræus lib. Quod deterius potiori inſidiari ſoleat. Qui ſtatim myſterium expendit. *Oſtendit*, inquit,
D *legiſlator germanum, & maximè proprium hominis gaudium. Proprium enim, nec eſt pecuniarum, poſſeſſionúmve copia, nec è ſplendore gloriæ, nec ex vllo omnino inanimato, infirmóque opere, quod per ſe ipſum eſt corruptibile, poteſt contingere: imo nec è robore, agilitatéque corporis, aut cæteris id genus dotibus, quæ vel cum peſſimo quoque communes ſunt, & habentibus ſe nonnunquam perniciem attulerunt ineuitabilem. Quoniam igitur in ſolis animæ bonis pura, & minimè adulterina inuenitur lætitia, in ſe ipſo vtique gaudet omnis ſapiens, non in his, quæ circa ſe habet.* Idcirco monet Dauid, vt iuſti in Do-
E mino lætentur. *Lætamini*, inquit, *iuſti in Domino.* Pſalm. 96. num. 12. Vbi D. Auguſtinus: *Iam fortè*, inquit, *fideles audientes, lætamini, conuiuia meditantur, calices præparant, roſarum tempus expectant, quia dictum eſt, lætamini iuſti. Vide quid ſequitur, in Domino, non enim iucunditas, quæ ſecundùm ſeculum, vera iucunditas eſt. non eſt gaudere impiis, dicit Dominus.* Iſaiæ 57 num. 21. iuxta Septuaginta. Addit Orig hoc loco, hom. de Elcana, *quoties in Deo gaudemus, toties diabolum flagellari.* Addere poſſet, toties diabolum coronari, quoties in rebus inanibus lætamur. Sicut enim gaudium de Deo, eſt diaboli flagellum; ita & gaudium de hoc ſeculo, eſt diaboli diadema. 23.

Phil. Hebr.

Non de corporis, ſed de animæ dotibus gloriandum.

D. Aug.

Orig.

Gaudium de Deo, eſt diaboli flagellum.

Quid ad hæc improbi homines, qui, vt ait Sapiens, *lætantur, cum mala fecerint.* Prouerb. 2. num. 14. 24.

num. 14. vel ſaltem, vt canit Dauid: *Qui confidunt in virtute ſua, & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur.* Pſalm. 48. num. 7. Abſit hoc à nobis. Nam, vt bene Rupertus lib. 7. de diuinis beneficijs, cap. 19. *De creatione,* inquit, *mundi ſabbatizant dilectores mundi, nobis autem de ſaluatione mundi gaudendum eſt.* Alioqui quadrabit in nos illud propheticum: *Confuſum eſt gaudium à filiis hominum.* Ioel. 1. num. 12. Vbi idem Rupert. *Confuderunt,* inquit, *gaudium, ſeu non ſeruauerunt ordinem gaudij filij hominum. Primum enim, & principaliter gaudere debuerant in Domino: ſecundariò verò, non in bonis, ſed de bonis Domini; ſuper frumento, vino, & oleo, & cæteris; quæ dantur in Domino. Hunc ordinem ita confunderunt filij hominum, vt in Domino gaudere negligerent, in bonis autem Domini gaudere cuperent.* Quare, qui diuino gaudio poſthabito, profanum indagarunt, vtrumque amittunt; vt idem Propheta ibidem proſequitur. Certe Ionas, cum à Deo fugit, à gaudio receſſit. Soluit enim ex Ioppe, quod gaudium interpretatur; & in mare ſe intulit, quod eſt totius ſymbolum amaritudinis. Ionæ 1 num. 3. Hoc enim D. Gregor. Nazianz. orat. 1. verſus finem, in hac fuga myſterium deprehendit. *Ionas,* inquit, *gaudij ſpecula relicta (nam Ioppe apud Hebræos hoc ſignificat) in mœroris pelagus ſe proiicit. Ac propterea tempeſtate iactatur, & naufragium patitur, & in mare demergitur, atque à ceto abſorbetur.* En quanti moleſtiarum flatus, & fluctus deſæuiant in eum, qui à portu ſpiritualis in Deo gaudij ſe abduci patiatur.

Rupert.
Rupert.
D Greg. Naz.

25\. Egregiè de hac re philoſophatur Seneca lib. 3. epiſtula 13. ad Lucilium: *Quid,* inquit, *ſcribam, niſi, vt te exhorter ad bonam mentem? Huius fundamentum quod ſit, quæris? Ne gaudeas vanis. Fundamentum hoc eſſe dixi: etiam culmen eſt. Ad ſummam peruenit, qui ſcit, quo gaudet.* Et paulò poſt: *Diſce,* inquit, *gaudere; cætera hilaritates leues ſunt: mihi crede, res ſeuera eſt verum gaudium. Quid ſit iſtud, interrogas? Dicam. Ex bona conſcientia, ex honeſtis conſiliis, ex rectis actionibus.* Bene igitur Anna exultat: *in Domino,* inquit, *in Deo meo, in ſalutari tuo.* Qua verborum repetitione, & nimium ſui cordis affectum prodit, & multiplicem Dei erga ſe beneficentiam oſtendit.

Senec. *Verum gaudium à bona conſcientia.*

26\. *Et exaltatum eſt cornu meum in Deo meo,* &c. Abulenſis legit, *cor meum.* Sed repugnat textus Hebraïco, & Græco. In hoc enim eſt κέρας, id eſt, *cornu:* in illo קַרְנִי *charni,* id eſt, *cornu meum:* à radice קֶרֶן *cheren,* id eſt, *cornu.* Atque ita cæteri Interpretes legunt, & interpretantur. Igitur cornu in Scriptura præter alias ſignificationes, quas multas habet, duo præcipuè ſignificat, potentiam, & gloriam. Pro potentia ponitur. Pſalm. 17. num. 3. & 43. num. 6. & 74. num. 11. Eccleſiaſt. 47. num. 6. 8. & 11. Ierem. 48. num. 25. Thren. 2. num 3. & 17. Mich. 4. num. 13. 1. Paralip. 25. num. 5. & paſſim alibi. Pro gloria ponitur Pſalm. 74. num. 6. & Pſalm 88. num. 18. & 25 & Pſalm. 91. num. 11. & Pſalm. 111. num. 9. & alibi frequenter. Et metaphora ſumitur, interprete Vatabl. ab animalibus cornigeris, quibus tota virtus ad pugnandum eſt in cornibus, de quibus proinde, tanquam de ſuo ſingulari præſidio, gloriantur.

Abul. *Cornu modò potentiam, modò gloriã ſignificat.*

27\. Igitur Anna, vt Auctor quæſtionum Hebraïcarum & Hugo Cardinalis interpretantur, ſuum filium recèns natum, ſuum cornu, id eſt, ſuam potentiam, & gloriam appellat. Rupert. præſentem locum ad Chriſtum Dominum detorquet, qui Pſalm. 91. n. 11. dicitur cornu Eccleſiæ, & ſicut vnicornis exaltandus. Sed interpretatio de Chriſto Domino eſt myſtica. De Samuele parum literalis, cum Samuelis potentia, & gloria nondum fuerit exaltata; imò ne manifeſtata quidem. Potiùs ergo crediderim, Annam loquutam fuiſſe de ſe ipſa, ſeu de ſua potentia, & gloria, quam per filium acquirebat: cum enim poſt ſterilitatem, hoc eſt, infirmitatem, & ignobilitatem ſuam, genuerit Samuelem, potentior ſibi ex eo partu, & glorioſior videbatur; cum filij ſoleant potentiam, & gloriam parentibus conciliare: potentiam quidem, iuxta illud Iacobi ad Ruben, *tu fortitudo mea, & principium doloris mei.* Gen. 49. num. 3. ſeu, vt habet Paraphraſtes Chaldæus, *tu robur meum, & principium fortitudinis meæ.* Quaſi diceret, vt notat Gennadius in Catena Græca, *te nato mihi viſum eſt, vires contra iniurias mortalis naturæ comparaſſe.* Quaſi vir antequam generet, tanquam inermis, mortis legibus ſuccumbat: poſtquam generauit, tanquam in filio ſemper victurus, mortis legibus ſuperior euadat. Gloriam verò, iuxta illud, *Si pater ego ſum, vbi eſt honor meus?* Malach. 1. num. 6. Dicturus erat Propheta, vbi eſt filius meus? dixit, *honor meus:* quia filius eſt honor patris. Vnde cum in oratione Dominica dicimus, *ſanctificetur nomen tuum.* Matth. 6. num 9. non tam diuinam petimus ſanctitatem, quæ denuò acquiri non poteſt; quàm noſtram, per quam diuina innoteſcit, & ab omnibus honoratur. Vt D. Ambr. lib. 2. de Sacramentis, cap. 4. D. Greg. Nyſſen. in orat. Dominic. Tert. lib. de orat. cap. 3. D. Petr. Chryſ. ſerm. 67. & alij interpretantur. Quaſi ſanctitas hominum, qui ſunt filij Dei, in ipſius Dei Patris honorem, & gloriam redundet: nec meliùs Deus ab hominibus honoretur, quàm cùm homines bonis moribus honorabiles efficiuntur. Nam vt bene Clemens Romanus lib. 7. Conſtit. cap. 25. *Gloria,* inquit, *patrum eſt filiorum ſanctitas.* Quod ſi filius in lucem editus potentiam, & gloriam conciliat parenti: multò magis vtramque conciliabit traditus in diuinum obſequium, vt ex dictis patet, & D. Chryſoſtomus ſæpius citatus, contra vituperatores vitæ monaſt. lib. 3. oſtendit.

Hug. Card.
Rupert.
Quid nomine cornu, Anna ſignificet, an Samuelem, an Chriſtũ, an propriam potentiam.
Gennad.
Filius patris honor, & vita.
Per hominũ ſanctitatem diuina innoteſcit.
D Ambr.
D. Greg. Nyſſen.
Tertul.
D Petrus Chryſ.
Clem. Rom.
D. Chryſ.

Cæterùm, ne Annæ gloriatio inanis videretur, ſubdit, *in Deo meo.* Quaſi diceret, meam gloriam, & à Deo accepi, & in Deum refundo; nullam eius partem mihi tribuo. Et rectè exaltatum in Deo dicitur: nam in alio, non exaltatum, ſed humiliatum diceretur. Bene D Greg hoc loco: *Non,* inquit, *in alio aliquo exaltatum aſſeris, ſed in Deo. Qui enim tranſeuntia bona diligit, huius profectò intentio depreſſa, non exaltata eſt: quia in imo figitur, vbi per deſiderium locatur.* Sic & D. Paulus. *Qui,* inquit, *gloriatur, in Domino glorietur.* 1. Corinth. 1. num. 31. & 2. Corinth. 10. num. 17. & ante eum Propheta: *Non glorietur,* inquit, *ſapiens in ſapientia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua, & non glorietur diues in diuitiis ſuis: ſed in hoc glorietur, qui gloriatur, ſcire, & noſſe me.* Ierem. 9. num. 23. & 24. Vnde D. Bernard. ſerm. 13. in Cant. *Fidelis,* inquit, *re vera famulus es, ſi de multa gloria Domini tui, tranſeunte per te, nihil tuis manibus adhærere contingat.* Nam Deus cum omnia bona ſua nobis largiatur; ſemper tamen ſuam ſibi gloriam reſeruat, iuxta illud: *Gloriam meam alteri non dabo.* Iſaiæ 42. num. 8. & cap 48. num. 11. In cuius rei typum, cum olim Putiphar omnia bona ſua tradideret Ioſepho, vxorem tamen ſuam, quæ iuxta D. Paulum 1. Corinth. 11. num. 7. *gloria viri eſt,* non tradidit; vt ipſemet Ioſephus dixit ad adulteram: *Ecce,* inquit, *dominus meus, omnibus mihi traditis, ignorat*

28.
D Gregor. *Cornu terrenum deprimitur.*
D. Bern.
Vxor viri gloria.

quid

quid habeat in domo ſua, nec quidquam eſt, quod non A *in mea ſit poteſtate, vel non tradiderit mihi, præter te, quæ vxor eius es.* Geneſ. 39. num. 8. In quem locum

D.Bern.

D. Bern. proximè cit. *Ioſeph,* inquit, *cum omnia bona domini ſui ſibi credita ſciret, dominam non ignorauit exceptam: mulierem nouerat gloriam eſſe viri, & iniquum ſibi iudicauit, vice contraria, inglorium facere eum, qui ſe fecerat glorioſum.* Multò planè erit iniquior, qui plurima a Deo bona accipiens, vnicam etiam eius gloriam, tanquam improbus fur, aggrediatur. Furem appello: quo eum notauit vitio D. Bern. vbi ſuprà. *Quidquid,* ait, *fauoris captas, quod ad Deum non retuleris, ipſi furaris.* Vbi plura de hac re eleganter, vt ſolet: de qua nos aliquid diximus c. 1. n. 18. plura inferiùs dicturi.

Dei gloria ſoli Deo reſeruanda.

29\. Sed rectè dixit Anna, *in Deo meo,* non autem *in Deo* tantùm: nam improbi homines Deum non audent vncare ſuum. Rahab meretrix cum exploratoribus Hebræorum loquuta: *Dominus,* inquit, *Deus veſter, ipſe eſt Deus.* Ioſuë 2. n. 11. vbi D. Cyril. Hieroſolymitanus Catecheſi 2. *Deum,* inquit, *ſuum dicere non audebat, eo quòd ſe impuram eſſe ſentiebat.* Saül loquutus cum Samuele: *Pepercit,* inquit, *populus melioribus ouibus, & armentis, vt immolarentur Domino Deo tuo.* 1. Reg. 16. n. 15 non dixit, *Domino Deo meo,* quia Deum à ſe propter inobedientiam alienum eſſe ſuſpicabatur. Dauid etiam cum Deo loquutus: *Miſerere,* inquit, *mei Deus.* Pſalm. 50. num. 2. Non dixit, *Deus meus:* quia recenti adhuc flagitio pollutus, Deum familiariter alloqui non audebat. Vnde Vrbanus Pontifex tom. 1. Bibliothecæ 2. editionis, in eum Pſalmum: *Solummodò,* inquit, *te Deum agnoſco, ſed meum dicere non præſumo; nam cum eſſes mihi meus, & mihi deus, & ideo propriè proprius Deus meus, ego infelix propter peccata mea te perdidi.* Contra verò Anna, cuius animum nullius ſceleris conſcientia mordebat, confidenter ait, *in Deo meo.*

Impuri homines Deũ non audent vocare ſuum.
D.Cyril.
Inobediens a Deum ab homine alienat.
Vrban. Pont.

30\. At cur non dicit, *in Deo noſtro,* ſed, *in Deo meo?* Reſpondet D. Greg. ad hunc locum, vt maiorem cum Deo familiaritatem oſtendat. *Meum,* inquit, *de eo dicit, quem familiariter, ac ſingulariter diligit.* Confirmat ex Dauide; *Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltabo te.* Pſalm. 117. n. 28. Vbi illa poſſeſſiui nominis repetitio magnam arguit Prophetæ cum Deo familiaritatem. Item ex Iſaia: *Nunquid parum vobis eſt, moleſtos eſſe hominibus, quia moleſti eſtis & Deo meo?* Iſaiæ 7. n. 13. Vbi Propheta volens ſe Deo tam familiarem ſignificare, quàm auerſum ſe Achab ſignificabat, *Deo meo,* inquit. Nam ſicut Achab dixerat, *non tentabo Dominum,* non addendo *meum,* vt ſe ab hac familiaritate cum Deo abdicaret, ita & Iſaias, vt ſe in illam ingereret, *moleſti,* inquit, *eſtis & Deo meo.* Probari vlteriùs poſſet ex D. Paulo: *Gratias,* inquit, *ago Deo meo.* Rom. 1. num. 8. Vbi D. Chryſoſtomus: *Vide,* inquit, *quanto cum affectu gratias agat; non enim dixit, Deo, ſed, Deo meo: quod ipſum & Prophetæ factitant, quod commune eſt, ſibi priuatim vendicantes.* Et addit, non ſolùm homines cum Deo: ſed etiam Deum cum hominibus, hac familiaritatis ſignificatione vſum fuiſſe, dum non ſolòm omnium, ſed etiam ſingulorum Deum appellauit, *Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob.* Exod 3. n. 6. Nimia enim Dei cum hominibus familiaritas faciebat, vt vniuerſalis omnium Deus, peculiaris ſingulorũ videretur. Sic igitur & Anna, quæ dum ſterilitate laborabat, alienam ſe à Deo, & peregrinam quodammodo credebat, nunc fœcunditate donata, Deum vocauit ſuum, vt familiarem ſe illi, & amabile gloriaretur. Vnde D. Greg. *Quæ ergo,* inquit, *exaltatione cornu in Deo ſuſtolli-* A *tur, Deum ſuum ſingulariter fatetur: quia ſumma illic infuſio diuinæ dulcedinis exaltatam mentem, & ſibi ſuſceptibilem, & valde familiarem facit.*

D.Greg.
Familiaris cum Deo colloquia.
D.Chryſ.
D.Greg.

Hanc cum Deo familiaritatem cæleſtis ſponſa oſtendebat, cum illum non modò ſuum, ſed etiam dilectum frequenter appellabat. *Vox dilecti mei. En dilectus meus. Dilectus meus mihi.* Cant. 2. n. 8. 10. & 17. & paſſim alibi. Sed ne hac familiaritate abuti videretur (*Honor enim Regis iudicium diligit.* Pſalm. 98. n. 4. & familiaritas cum Deo non debet parere contemptum) idcirco honoris cauſa, Regem aliquando nominabat; *Introduxit me Rex in cellaria ſua. Dum eſſet Rex in accubitu ſuo.* Cant 1. n. 3. & 12. Vbi honoris, & reuerentiæ cauſa, non di- B cit, *Rex meus;* ſed abſolutè, *Rex.* Itaque Deum modò dilectum ſuum, modò Regem appellabat, vt ſe & reuerenter familiarem, & familiariter reuerentem exhiberet. Et notandum eſt illud diſcrimen, quod D. Bern. ſerm. 49. in Cant. obſeruat. *Quando,* inquit, *præſens eſt ſponſus, & ſponſa ad ipſum ſermonem dirigit, tunc ſponſus dicitur, aut dilectus: loquens vero de ipſis adoleſcentulis, Regem nominat. Vt quid hoc? Propterea credo, quia & ſponſæ amanti, atque dilectæ conuenit, vti familiaribus amoris nominibus; & adoleſcentulis, tanquam diſciplina indigentibus, opus ſit reuerendo premi vocabulo maieſtatis.* Itaque ſponſa, cum aderant ſodales ſuis dictis arbitræ, & aucupes, Regem dicebat, vt illis reuerentiæ præberet exemplum. C Cùm verò aberant, & ſola cum ſolo loquebatur, dilectum, & dilectum ſuum nominabat, vt ſibi familiaritatis confidentiam aſſumeret; quam non omnibus paſſim licet vſurpare. Nam ſicut in Regum curijs, non cuilibet hominũ datum eſt, appellare Regem, Dominum meum, ſed tantùm filio, ſed tantùm Principi, ſed tantùm Dynaſtæ, ſanguinis iure cum Rege coniunctiſſimo; cæteri hominum Regem appellant, Dominũ noſtrum: ita planè, & cum Deo agendum eſt; nam qui excellentis cuiuſdam ſanctitatis prærogatiua eminet, Deum meum, Dominum meum appellat: cæteri Deum, & Dominum noſtrum dicere conſueuerunt. Anna igitur, vtpote ſingularis ſanctitatis fœmina, & proinde maximæ cum Deo familiaritatis, *in Deo meo,* inquit, ſicut & beata Virgo: *Exultauit* D *ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.* Luc. 1. n. 47.

31\.
Cæleſtis ſpõſa cum ſponſo familiaritate contemptum minimè gignebat.
D.Bern.
Qui ſanctitate excellũt, Deum alloquuntur familiariùs, alij reuerentiùs.

Dilatatum eſt os meum ſuper inimicos meos, &c. 32.
Hebraïcè רחב פי *Rachab phi,* & Latinè, *dilatare os,* aliquando in malam partem ſumitur, pro conuitiari, adulari, & artificioſè, ac malitioſè loquendo inſidiari. *Super quem luſiſtis? ſuper quem dilataſtis os, & eieciſtis linguam?* Iſaiæ 57. n. 4. *Dilatauerunt ſuper me os ſuum.* Pſalm. 34 n. 21. *Et, qui reuelat myſteria, & ambulat fraudulenter, & dilatat labia ſua, ne commiſcearis.* Prou. 20. num. 10. Verùm hoc loco ſumitur in bonam. Primò ad prophetandum. Sic explicat Auctor Theſauri ſcripturæ: cum enim Anna E Prophetam conceperit, prophetauit poſt partum; & quæ antea etiam ad vulgares ſermones clauſum habebat os, poſtea etiam in propheticos habuit dilatatum, & quidem *ſuper inimicos ſuos,* quia eorum infortunia, vt patet ex cantico, prædixit.

Dilatare os aliquando ſignificat adulari, cõuitiari, inſidiari.
Dilatatur hoc loco os, primò ad prophetandum.

33\. Secundò ad Deum pro ſingulari beneficio laudandum. Ita Lyran. Dionyſ. & Beda interpretantur. Cum enim ex abundantia cordis, os loquatur, & cor Annæ in Domino exultauerit; æquum erat, vt etiam in diuinas laudes eius os dilataretur ſuper inimicos quidem ſuos, hoc eſt, *de iuſta eorum deiectione,* interprete Carthuſ. vel etiam eodem auctore, *pluſquam os inimicorum ſuorum:* quia plus Anna ad benedicendum Deum, quàm Phenenna ad maledicendã Annam, os ſuum dilatauit:
vel

Secũdò dilatatur os ad laudandum Deum.
Lyran.
Dion.
Beda
Carthuſ.

vel tandem, interprete Lyrano, in pœnam quodammodo inimicorum ſuorum: quia dum Anna præ lætitia Deum prædicabat; Phenenna præ inuidia torquebatur.

Tertiò dilatatur ad ſatisfaciendum illis, qui calumnias ingerebant.

Theod. Rupert. Dion. Vatabl. Caiet. Euthym. Abul. Ianſen. Titelm.

34. Tertiò, ad ſatisfaciendum illis, qui calumnias ingerebant. Quaſi diceret: Hactenus non habebam, quid Phenennæ calumniis reſponderem: nunc autem, nato mihi filio, facilè eas poſſum retorquere, opponendo contra ſterilitatis conuitia fœcunditatis beneficia, mihi diuinitus collata. Sic Theod. Rupert. Dionyſ. Vatabl. Caietan. Euthym. Abulenſ. Ianſen. Titelman. & alij exponunt; nec immeritò. Nam ſicut ſterilitatis ignominia paulò antè os Annæ obſtruebat, ne mutire quidem auderet contra calumniantes, & inſultantes; ita pleuè & fœcunditatis gloria os eidem dilatabat, vt palàm ſuas calumnias eleuaret: os enim, imò & cor felicitas dilatat. Quod Rupert. lib. 4. in Apocalypſ. rectè obſeruat, in illo ordine tribuum, quas Ioannes Apocalypſ. 7. num. 5. & 6. recenſuit. Priùs enim Gad, id eſt, *tentatio*: poſtea Aſer, id eſt, *beatitudo*: tandem Nephthalim, id eſt, *latitudo*, recenſentur. Et quidem duo priores. *Congruo*, inquit, *ſuo ordine, beatus enim vir, qui ſuffert tentationem.* Iacob. 1. num. 12. Cum poſt tentationem, ſi in ea legitimè certetur, beatitudo certiſſimè conſequatur. Tertius verò non minori iure. *Quia*, inquit, *huius beatitudinis firma ſpe ſecuri non anguſtiantur, ſed firma ſpe gaudentes, in tribulatione patientes, cum Pſalmographo decantant, in tribulatione dilataſti mihi. Et iterum, viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatares cor meum. Et cum matre Samuelis, exultantes dicunt: Dilatatum eſt os meum ſuper inimicos meos; propterea Nephthalim ſuccedit, quod eſt latitudo.* Quaſi poſt tentationem victam, & beatitudinem partam, cordis, & oris dilatatio ſubſequatur.

Tentationem viriliter decertatā beatitudo conſequitur.

Anna modeſtia, enim os non ad conuitia, & Phenenna contumeliam dilatabatur.

35. Dupliciter autem elucet in his verbis ſic explicatis, huius fœminæ modeſtia. Primò dum ait, *Dilatatum eſt os meum*: non quidem in actu, vt ita loquar, ſed in potentia, vt interpretatur Abulenſ. *Non eſt*, inquit, *intelligendum, quod Anna, ſuſcepto filio, quaſi habita victoria, inſultaueris contra Phenennam: quia hoc non erat virtuoſa Anna, vt vindictam ſumeret. Sed dicit os ſuum dilatatum, quia poſſet dilatare iam illud, loquens multa contra Phenennam: ſed nihil horum fecit.* Quod ſi aliquid loquuta fuit, modeſtiſſimè id fecit. Vnde ait, *Dilatatum eſt os meum*: non autem, *Acutum factum eſt.* Quod rectè expendit D. Chryſoſtom. homil. 3. de Anna. *Animaduertit*, inquit, *dictionis perfectionem: non dixit, Acutum factum eſt os meum ſuper inimicos meos: non enim ad contumelias, & conuitia paratum erat, non ad accuſationem, & opprobria: ſed ad conſilium, & admonitionem, ad correctionem, & inſtructionem.* Nam qui in alios inuehuntur, os acutum habent: vt patet ex Pſalm. 56. num. 5. *Lingua eorum gladius acutus.* Pſalm. 139. num. 4. *Acuerunt linguam ſuam ſicut ſerpentes.* Prouerb. 25. num. 18. *Sagitta acuta, homo qui loquitur, contra proximum ſuum.* Qui verò alios inſtruere conantur, os habent patens, iuxta illud D. Pauli: *Os noſtrum patet ad vos, ô Corinthij, cor noſtrum dilatatum eſt.* 2. Corinth. 6. num. 11. Quam latitudinem charitati imitatus D. Chryſoſtom. hom. 44. in Act. *Si*, inquit, *liceret cor noſtrum diſrumpere, ac oſtendere, videretis intus eſſe in magna latitudine vos omnes: tanta enim charitatis vis eſt, vt cœlo latiorem faciat animam.* Tales eſſe debent prædicatores: os dilatent, vt prædicent, dentes non infigant, vt lacerent. Vnde D. Ambroſ. lib. 8. in Luc. non immeritò comparat paſtores, & prædicatores, cum illis canibus, qui *lingebant vlcera Lazari*, Luc. 16. n. 21. lingebant inquam, non infligebant. Canes quidem ſunt prædicatores, ſed lingentes vulnera, non infligentes; curantes, non ſauciantes; latrantes, ſed non mordentes. Vnde lingua rectè laudatur à Regio Vate, *lingua canum tuorum*. Pſal. 67. n. 24. non autem dentes, vt ibi D. Aug. obſeruat: quia dentes vulnerant, lingua ſanat.

D. Chryſ.

Conuitiantium lingua vt ſagitta.

Qualia eſſe debeant ora, & lingua prædicatorū.

D. Chryſ.

D. Ambr.

D. Auguſt.

36. Secundo elucet Annæ modeſtia illis verbis, *ſuper inimicos meos*: tunc quia non dixit, *contra*, ſed *ſuper*, id eſt, *circa*; quaſi neminem impugnare vellet, ſed informare: tum quia neminem ſeorſim deſignauit, vt D. Chryſoſtom. citat. obſeruat. *Nec*, inquit, *hic nominatim mulierem dixit riualem*, (ſcilicet Phenennam) *ſed ſimpliciter dixit indefinita nuncupatione, ſuper inimicos meos. Quaſi ſub quadam perſona, tanta triſtitia auctorem abſcondit.* Vtinam ita ſe haberent prædicatores, vt malos in vniuerſum arguerent; neminem verò nominatim ſigillatent. Non ſolent prædicatores appellari in nouo Teſtamento venatores, ſed piſcatores. *Faciam vos fieri piſcatores hominum.* Matth. 4. num. 19. non autem venatores. Ratio mihi videtur illa eſſe, quia venatores certam, ac determinatam prædam inſequuntur, in eamque dirigunt ſagittam; piſcatores non ita: ſed iaciunt rete in incertum, ad quoſcumque piſces gregatim, non ad hunc, vel ad illum ſigillatim capiendum. Ita prædicator in neminem ſeorſi.o debet collimare, ſed omnes ſimul ad probitatem præmonere.

D. Chryſ.

Prædicatores in nouo Teſtamento piſcatores, non venatores dicuntur.

Prædicator omnes arguere, nullum nominatim debet increpare.

37. Quanta fuit in hac re cautio, & prudentia Dauidis? Nam loquutus de Saule, vt interpretes aduertunt, Lyran. Burgenſ. Caiet. *Conſumetur*, inquit, *nequitia peccatorum, & diriges iuſtum.* Pſalm. 7. n. 10. Non dixit, nequitia Saülis, aut peccatoris: ne ipſius expreſſione nominis, aut certè vnius ſingularitate vocabuli, Regem tangere & proinde manifeſtiùs offendere videretur. Sed *nequitia peccatorum* in plurali, vt ſub omnium complexu, mitiùs vnum vulneraret, & de culpa vtiliùs commoneret.

Lyran. Burg. Caiet.

Dauidis in inimicos manſuetudo.

38. Eadem cautione alibi vſus fuit. Nam in primis ſibi quodammodo imperauit, ne Saülis peccata manifeſtaret, ſed potius occultaret. *Non loquatur*, inquit, *os meum opera hominum.* Pſalm. 16. num. 4. hoc eſt, peccata Saülis. Quaſi diceret, vt Theodoret. interpretatur; *Tantum obſidis, vt hoſtem offenderem, vt etiam linguam ſeruauerim liberam a conuitiis contra illum: & quæ ille perpetrat: hæc ne dicere quidem ego audeo.* Mira profectò loquendi parcitas. Erubeſcebat enim dicere Dauid, quæ Saul non erubeſcebat facere: & quæ hic digna factu iudicabat, ille iudicabat vel indigniſſima effatu. Sed attende verba, quibus à Saülis peccatis ſibi ſilentium indixit. *Non loquatur*, inquit, *os meum opera hominum.* Non dixit peccata, ſed *opera*, ne videretur acerbiùs criminari: non dixit opera peccatorum, ſed *opera hominum*, ne appellationis acerbitate offenderet auditorem: non dixit Saülis, ſed *hominum*, vt communi omnium vocabulo proprium vnius crimen occultaret: non dixit hominis, ſed hominum, ne ſingularitate nominis ſingularem aliquem impetere crederetur. Quid humanius fingi poterat? quid modeſtius?

Parcitas in propalandis inimicorum vitiis.

Theod.

39. Adhuc loquendi parcior mihi videtur fuiſſe in titulo Pſalmi decimiſeptimi, *Loquutus*, inquit, *eſt Domino verba cantici huius in die, qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum eius, & de manu Saülis.* Quid ſuauius? Quid benignius? cum nullum haberet inimicum Saüle infenſiorem, & capitaliorem; cum tamen ab inimicorum numero excluſit, dum ſeorſim ab illis nominauit. Huius modeſtiam loquutionis non immeritò admiratur Theod. *Vatis*, inquit, *philoſophia admiratione*

Inimici benigne ſuſtinendi.

Theod.

ratione digna eſt ; cum enim tot inſidias à Saule ſuſtinuiſſet, non cum inimicis eum numerauit : verùm cum ab hoſtibus ſeparaſſet , non tanquam de inimico mentionem fecit. Haud aliter & Anna æmulam ſuam Phenenam , à qua miris modis affligebatur , & vrebatur, non ſeorſim, & ſeueriſſimè, ſed generatim, ac leuiſſimè perſtrinxit. De qua re ad numerum tertium ſequentem dicendi occaſio redibit.

40. *Quia lætata ſum in ſalutari tuo*, &c. Vel eſt repetitio prioris ſententiæ , in Pſalmis , & canticis frequentiſſima : præſertim ſi cum Septuaginta in Sixtiana, D. Auguſtin. Euthym. & aliis, illam particulam, *quia*, excludamus : vel eſt ratio illorum trium, quæ dixerat, vt D. Gregor Abulenſ & Caiet. obſeruant : maximè cum vulgata editio , iuxta literam Hebræam , cauſalem particulam non expungat. Vel tandem eſt , partim repetitio illius primæ ſententiæ, *Exultauit cor meum in Domino* : & partim ratio duarum ſequentium , *Exaltatum eſt cornu meum in Deo meo* ; & , *Dilatatum eſt os meum ſuper inimicos meos* : vt Rupert. diſtinguit. Senſus igitur eſt : illa tria , nempe exultatio cordis , & exaltatio cornu , & dilatatio oris : aut certè , hæc duo poſteriora , mihi aduenerunt , quia lætata ſum in ſalutari tuo. Si dicas , hæc lætitia non poteſt eſſe ratio ſaltem illius exultationis ; alioqui idem per idem cauſaretur. Reſpondet Abulenſ. lætari hoc loco perinde eſſe , atque certiſſimè ſperare. Vnde fit propoſitio vera cauſalis , *Exultauit cor meum in Domino* , quia certiſſime ſperaui ſalutem mihi à Deo tribuendam.

D Aug.
Euthym.
D. Greg.
Abul.
Caiet.
Rupert.

41. At quodnam eſt hoc ſalutare? Tripliciter reſpondetur. Primò nonnulli Interpretes, Vatabl. Dionyſ. Abulenſ Euthym. Ianſen. Caiet. & alij, referunt ad ipſum beneficium , quod ſperauit , & tandem accepit. Vnde Chaldæus transfert , *in liberatione tua* ; Septuaginta, *in ſalute tua* : vocant autem hoc beneficium ſalutem , quaſi ſaluationem ; quia per illud ſaluata fuit ab ſterilitatis opprobrio, vt Abulenſ. & Ianſen. interpretantur : vel quaſi remedium ægritudinis , quia Anna præ dolore ſterilitatis , ægra quodammodo erat , & rurſus præ lætitia fœcunditatis , ſana ; vt ferè interpretatur Euthymius.

Ad quid referatur ſalutare, in quo Anna exultabat.
Vatabl.
Dionyſ.
Euthym.
Caiet.
Primò ad beneficium fœcunditatis.

42. Secundò Abul Hugo Card. & Dionyſ. Carthuſ. referunt ad ipſum Deum benefactorem , ac donatorem. Quem Scriptura ſæpe vocat ſalutare , ab effectu , quod ſalutem omnibus impendat Deuter. 32. num. 15. Pſal. 13. n 5. Luc. 1. n. 47 & paſſim alibi. Quamuis hoc loco , non tam ipſum Deum , vt ſic, quam aliquod ipſius Dei attributum , ſalutis operatiuum, videatur Anna ſignificare, dum ait, ſe lætari in ſalutari Dei : Deum ſcilicet à ſalutari tanquam ab attributo diſtinguens. Iuxta hunc ſenſum, non immeritò laudatur Anna, quod non tam de ſalute ſua , quàm de ſalutari Dei, non tam de dono, quàm de donatione glorietur ; vt iam ſupra ex D. Chryſ. & aliis illuſtraui.

Secundò ad Deum benefactorem.
Abul
Dion Carth.
Hug Card.

43. Tertiò D. Auguſt. lib 17. [illegible] 4. D. Greg. Rupert. & alij, referunt tandem ad ipſum Seruatorem Chriſtum Dominum : qui in Scriptura frequentiſſimè ſalutare nuncupatur. *Salutare tuum Domine expectabo.* Gene. 49. num. 18. *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui.* Pſalm. 5[illegible]. num. 14. *Et videbunt omnes fines terræ ſalutare Dei.* Iſaiæ 52. num 10. *Exultabo in Deo IESV meo* Abacuc 3. num. 18. ſeu, vt legit D. Auguſt. *ſalutari meo.* & paſſim alibi. Igitur D. Auguſt. citat. explicans quodnam ſit hoc ſalutare: *Chriſtus*, inquit, *eſt ipſe IESVS, quem Simeon, ſicut in Euangelio legitur ſenex amplectens paruulum , agnoſcens magnum ; Nunc dimittis , inquit , ſeruum tuum , Domine, ſecundum verbum tuum in pace : quia viderunt oculi mei ſalutare tuum.* Luc. 2. num. 19. At verò D. Gregor. *IESVS*, inquit, *noſtro eloquio ſalutaris dicitur.* Et confirmans ex Pſalm. 97. num. 3. *Viderunt omnes termini terræ ſalutare Dei noſtri*; inuehitur in Iudæos, qui ſoli neſciunt, quem totus orbis agnoſcit. *O infelix* , inquit, *Iudæa! Fines terræ viderunt ſalutare Dei. omnis terra commota iubilat, gaudet vniuerſus orbis, flumina plaudunt manibus, montes exultant ; ſed impia Iudæorum corda non credunt, & in cæcitatis ſuæ tenebris, liuoris pœna feriuntur.* Tandem Rupert clariſſimè: *Salutare*, inquit, *Dei Chriſtus eſt ; nunquid ergo in ſolo Samuele vna mulier exultat , & non potius vniuerſalis Eccleſia veram in Chriſto exultationem ſuam decantat?*

Tertiò refertur ad Chriſtum Seruatorem.
D Auguſt.
D. Greg.
Rupert.

44. Senſus igitur Annæ , iuxta hos interpretes , eſt ; quia in IESV Saluatore meo ſperaui , omnia mihi bona prouenerunt. Ab hac enim radice ſolent hi fructus pullulare. Vnde Propheta ille Euangelicus : *Quam pulchri*, inquit, *ſuper montes pedes annunciantis pacem, annunciantis bonum!* Iſaiæ 52. num. 7. ſeu (*bona* in plurali, vt vertit D. Paulus ad Roman. 10. num. 15. ſequutus Septuaginta interpretes. Porrò Origenes præfatione in Ioannem, bonorum nomine interpretatur IESVM. *Annunciantis*, inquit, *IESVM.* Et addit ; *Nec miretur quiſquam, ſi nomine bonorum numero multitudinis expoſuerimus , annunciantis IESVM. Facilè enim intelliget , quomodo multa bona ſit IESVS. Vita bonum eſt, IESVS eſt vita : reſurrectio bonum eſt , IESVS eſt reſurrectio : lux mundi bonum eſt , IESVS eſt lux vera , veritas , via , ſapientia, potentia ; theſaurus denique omnium bonorum IESVS eſt.* Origenis interpretationi fauent ſequentia verba apud eundem Prophetam , *prædicantis ſalutem.* Vbi Leo à Caſtro, Procop. & Euſeb. lib. 6 demonſtrationis , cap. 24. ex Hebræo transferunt , *Prædicantis IESVM.* Quidquid Rabbini malè fremant. Quaſi IESVS dicatur ſalus , quòd ab illo totius mundi ſalus deriuetur. Sed de hac re alibi dicendi locus erit.

IESVS omnium bonorum radix.
Orig.
Leo à Caſtr.
Procop.
Euſeb.

Num. 2. Non eſt ſanctus , vt eſt Dominus: neque enim eſt alius extra te , & non eſt fortis ſicut Deus noſter.

EXPOSITIO LITERÆ.

1. NOn eſt ſanctus , vt eſt Dominus ; &c. Diuino beneficio accepto , diuinas laudes aggreditur. Vnde rectè Iſidor. Clar. *Vide*, inquit, *vt doceat quid nobis faciendum ſit , quoties aſſequimur à Deo, quod optamus : nam continuò ad contemplandum Dei, & potentiam , & benignitatem , conuerti debemus. Is enim debet eſſe finis acceptorum ab eo beneficiorum.* Adde non temere, & imparatam. ac malè diſpoſitam ad diuinas laudes acceſſiſſe : ſed cœleſtibus conſolationibus imbutam, & diuinis præſidiis ſtabilitam. *Exultauit*, inquit, *cor meum in Domino, & exaltatum eſt cornu meum in Deo meo*, &c. Et ſtatim : *Non eſt*, inquit, *ſanctus , vt eſt Dominus* , &c. Quod rectè Caietan. obſeruat. *Ex manifeſtata*, inquit, *diſpoſitione propria, aſcendit ad diuinas laudes.* Hoc eſt : poſtquàm Anna mentem ſuam diuino gaudio perfuſam , & cœleſti auxilio roboratam ſignificauit , in diuinas laudes proſiliuit ; neque enim diuina laus bene in ore ſonat , niſi priùs diuina quædam , & ſanctitatis feruor in corde oriatur. Ad has verò laudes dixerat Anna , ſe habere os dilatatum. Emphaticè quidem , hoc eſt , valdè apertum : nam in laudes proprias , ſi quando opus eſt , modicè tantùm laxari debet ; in diuinas maximè dilatari.

Iſid. Clar.
Poſt acceptū beneficium, ad Dei laudes conuerti debemus.
Caiet.
Os in diuinas laudes dilatetur, in proprias obſeretur.

Vnde

Rupert. Vnde Rupert. *Rectè*, inquit, *os ſuum dilatat, qui non ſeipſum, ſed dominum prædicat. Bene cornu ſuum exaltat, qui non ſuam, ſed Dei iuſtitiam commendat.* A

2\. *Duplici de cauſa Dei ſanctitatem priùs laudat Anna.*

Exorditur autem diuinas laudes à ſanctitate, non quod hæc ſit prima omnium, quæ in Deo diſtinguntur: nam & natura diuina, & nonnulla attributa, vt ſapientia, veritas, & ſimilia, noſtro intelligendi modo, diuinam ſanctitatem antecedunt. Sed duplici de cauſa. Vna, quia ſanctitas, ſeu bonitas diuina eſt nobis notior. Cùm enim ſit maximè diffuſiua ſui, diuinas opes in nos pandit, & effundit. Vnde D. Dionyſ. Areopag. lib. de diuinis nominibus, cap. 2. *Totam*, inquit, *diuinam ſubſtantiam, quidquid illa eſt, ipſa bonitas deſinire, atque aperire, à ſacris eloquiis dicitur.* Et cap. 3. bonitatem diuinam appellat, ipſius diuinitatis *interpretem*. Quaſi futura nobis eſſet diuinitas ignorata, niſi per ipſius Dei bonitatem, multorum beneficiorum communicatricem, innoteſceret. Meritò igitur Anna illud Dei attributum priùs laudat, quod ſibi vtiliſſimum fuiſſe recognoſcit.

D. Dionyſ. Areop.

Diuina bonitas diuinitatis interpres. B

3\. *Deus per excellentiam ſanctus.*

Altera, quia Deus, vt oſtendat quanti facienda ſit à nobis ſanctitas, de nulla re magis, quàm de ſua ſanctitate gloriatur. Vnde D. Dionyſ. Areopag. lib. de diuinis nominibus, cap. 12. diuinam ſanctitatem appellat, excellentem cuncta excellentiam. *Deus*, inquit, *per excellentem cuncta excellentiam, ſanctus ſanctorum prædicatur.* Eandem ob cauſam, qui Deum maximè laudare volunt, ſanctum nominant. C Sic olim duo Seraphini *clamabant alter ad alterum: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum.* Iſaiæ 6. num. 3. & quatuor illa animalia, quæ quatuor Euangeliſtas adumbrabant, *requiem non habebant die ac nocte, dicentia: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus omnipotens.* Apocalypſ. 4. num. 8. ſeu, vt addit D. Damaſcenus lib. 1. fidei, cap. 16. *hæc erat ipſorum requies*, Neque enim ex continuis Dei laudibus laborem, ſed quietem ſentiebant. Sic & Prophetæ hoc ſanctitatis nomine diuinum verbum inſignire ſtudebant. *Vt impleatur*, inquit Daniel, *viſio ac prophetia, & vngatur Sanctus ſanctorum.* cap. 9. n. 24. *In monte Sion erit ſaluatio, & erit Sanctus*, Abdiæ num. 17. *Deus ab Auſtro veniet, & Sanctus de monte Pharan.* Abacuc. 3. n. 3. *Iurauit Dominus Deus in Sancto ſuo.* Amos 4 num. 2. *Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem.* Pſalm. 15 num. 10. & paſſim alibi. Quaſi & in cælo ab Angelis, & in terra ab hominibus, nihil frequentius, quàm diuina ſanctitas laudaretur. Vnde D. Cyril. Hieroſol. Catecheſ. 5. myſtagogica, vocat hanc Dei laudationem, Seraphicam Theologiam hominibus communicatam. *Propterea*, inquit, *traditam nobis hanc Seraphicam Theologiam, Sanctus, Sanctus, Sanctus, recitamus, vt in illa cæleſti hymnodica cum ſupramundana militia communicemus, per huiuſmodi hymnos nos ſanctificantes.* Ac ſi Angeli neque aliam ſcirent, neque aliam hominibus traderent Theologiam, quàm quæ de diuina ageret ſanctitate, vtpote iucundiſſimam Deo, & vtiliſſimam hominibus futuram. E

D. Damaſc.

D. Cyril. *Dei laudatio Seraphica Theologia hominibus tradita.* D

4\. Imò & Chriſtus Dominus nihil priùs orandum docuit, quàm vt Dei Patris nomen ſanctificaretur. *Sanctificetur*, inquit, *nomen tuum.* Matth. 6. n. 9. hoc eſt, ſanctum habeatur, & cognoſcatur. Vt planè videatur hæc eſſe prima Dei laus, & benedictio, ſanctum ab omnibus recognoſci, nam *& hoc*, inquit Tert. lib. de orat. 3. *benedictionis vice fungitur.* Hoc eſt, ſanctificari Dei nomen perinde eſt, atque Deum benedici; tunc enim maximè benedicitur, cum ſanctus appellatur: & quidem ea benedictione, vt ibi declarat, quæ Deo in omni loco ac tempore, & ab omni homine, ob beneficiorum eius memoriam debetur. Certe Gabriel ad beatam

Tertull.

A Virginem legatus. *Quod*, inquit, *naſcetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei.* Luc. 1. num. 35. Quaſi nullo alio ex nomine meliùs Chriſti diuinitatem, quàm ex ſanctitate, Declararet. Quod D. Bern. homil. 4 in Miſſus eſt, rectè expendens: *Vt quid, inquit, ita ſimpliciter ſanctum, & abſque additamento dixit? Credo, quia non habuit, quid propriè, dignéque nominaret illud eximium, illud magnificum, illud reuerendum, quod de puriſſima Virginis carne, cum ſua anima, vnico Patri erat vniendum.* Quaſi hoc vna ſanctitatis nomine, diuinitatis excellentia quàm aptiſſimè explicaretur. Adde, quod priùs Sanctum, quàm Dei Filium nominauit. Ac ſi non inueniret, vnde magnificentiùs, quàm à ſanctitate, diuinum Verbum prædicaret. Conſentit D. Ambroſ. lib. 3. de Spiritu ſancto, c. 18. *Nos quoque*, inquit, *nihil pretioſius inuenimus, quo Deum prædicare poſſimus, niſi vt Sanctum appellemus: quodlibet aliud inferius eſt Deo, inferius eſt Domino.* Quin etiam nec dæmones quidem illuſtrius cognomentum, quo Chriſtum Dominum honorarent, inuenire potuerunt. *Quid*, inquiunt, *nobis, & tibi Ieſu Nazarene. veniſti perdere nos; Scio qui ſis, Sanctus Dei.* Marc. 1. n. 24. & Luc. 4 n. 34. Cur potiùs Sanctum, quàm Dominum, aut Regem, aut ſapientem, aut omnipotentem nuncuparunt? Reſpondet Euthym. & alij, quia cum vellent Chriſtum Dominum ſibi reddere beneuolum, ne foras ab obſeſſo corpore expellerentur, præfationem maximè honorificam adulantium more, excogitarunt; nec aliam honorificentiorem, quàm Sancti appellationem inuenerunt. Diſplicet hæc expoſitio Maldonat. Sed placet D. Cyril. Alex. apud D. Thom. in Catena aurea, ad locum cit. Luc. *Putauerunt, inquit, dæmones, quod per huiuſmodi laudem, facerent ipſum inanis gloriæ amatorem, vt abſtineret eorum contrarietate, vtpote pro gratia gratiam recompenſans.* Quaſi tanti ſit Sanctum eſſe, vt ſi in Deum poſſet cadere ſuperbia, de ſola excellentia ſanctitatis ſuperbiret. Quod ſi dæmones non crediderunt, Chriſtum Dominum, ratione huius laudationis, inducendum eſſe in ſuperbiam, vt mihi quoque probabilius videtur; crediderunt ſaltem, inducendum eſſe, ne illos ab obſeſſis corporibus exigeret, ſed ibidem tantiſper commorari pateretur, vt interpretes communiter admittunt. Ac ſi omnia à Deo facile exorent, qui diuinæ ſanctitatis laudationem interponunt.

Chriſti diuinitas non eſt alio meliùs quàm ex ſanctitate declaratur. D. Bern.

D. Amb. B

Ipſi dæmones Chriſtum appellant ſanctum.

Euthym.

C

D. Cyrill.

D

5\. *Diuina ſanctitatis prædicatio immundis ſpiritibus non permittitur.*

Sed (ne hoc obiter prætermittam) cur illis Chriſtus Dominus ſilentium indixit, vt iidem tradunt Euangeliſtæ? Reſpondeo, vt alias mittam rationes ſuis locis inſerendas, quia erant ſpiritus immundi, vt ibidem appellantur; prædicatio autem diuinæ ſanctitatis ſic excellit, vt non niſi à mundiſſimis Spiritibus debeat vſurpari. Vnde illi, qui Deum ter Sanctum nuncupabant, Iſaiæ 6. n. 3. Seraphini erant, in ſupremo ordine ſanctitatis conſtituti. Hanc reſponſionem inſinuat Tert. lib. 4. contra Marc. c. 8. *Illius*, inquit, *erat præconium immundi ſpiritus reſpuere, cui ſancti abundabant.* Quaſi diceret; ad Deum pertinebat immundos ſpiritus à ſuis laudibus arcere, qui mundiſſimos habebat ſuæ ſanctitatis laudatores.

Tertul.

E

6\. *Sanctitatis cognomentum pluris à Deo fit, quàm poteſtatis.*

Cæterùm apud Deum tantùm valet titulus ſanctitatis, vt titulo poteſtatis præferatur. Olim Chriſtus Dominus ſuæ poteſtatis inſigne in extremis corporis, & veſtimenti ſui partibus gerebat, iuxta illud; *Habet in veſtimento, & in femore ſuo ſcriptum, Rex regum, & Dominus dominantium.* Apoc. 19 num. 16. At verò ſummus Sacerdos, qui Chriſti Domini typus erat, ſuæ ſanctitatis inſigne in fronte portabat, iuxta illud: *Facies & laminam de auro puriſſimo, in qua ſculpes opere cælatoris, Sanctum Domino. Ligabiſque eam vitta hyacinthina, & erit ſuper tiaram, imminens fronti Pontificis.* Exod. 28. num. 36. & ſeqq.

Sanctitas potestati præferenda.

Imò idem Sacerdos, eminente ſupra caput diade- A
mate ſanctitatis, omnes terrenæ poteſtatis coronas,
malogranatis adumbratas, & humanæ ſapientiæ
theſauros, tintinnabulis aureis expreſſos, ad pedes,
extremáſque fimbrias abiiciebat. Vt intelligas,
quantùm caput pedibus, aureúmque diadema ex-
tremis fimbriis antecellit, tantùm ſanctitatis titu-
lum titulo poteſtatis præferendum.

7\. Eodem pertinet locus ille Sap. c. 18. num. 24. vbi
Sapiens loquutus de Aarone: *In veſte*, inquit, *pode-
ris, quam habebat, totus erat orbis terrarum; & magni-
ficentia tua in diademate capitis illius ſculpta erat.* Vbi
vides totam mundanam opulentiam includi in

Poſthabita mundi opulentia, ſanctitas eſt colenda.

podere, hoc eſt, veſtem talarem, ad pedéſque ab-
iectam: at verò vnicam ſanctitatem, aureo diade- B
mate cælatam, ſupra caput eminere. Vnde non
immeritò illa ſanctitas ibidem *diuina magnificen-
tia* appellatur. Et concinit Dauid, *magnificaſti ſuper
omne* (hoc eſt, ſupra omnia) *nomen ſanctum tuum.*
Pſalm. 137. n. 2. Non dixit nomen potens, nomen
nobile, nomen excelſum; ſed *nomen ſanctum* Qua-
ſi Deus maiorem quodammodo ſuæ ſanctitati,
quàm cuilibet dignitati, magnificentiam detuliſ-
ſet. Meritò ergo D. Dionyſ. Areopag lib de diu no-

D Dionyſ. Areop.

min. cap. 13. monet, vt Deo ſanctitatis nomen, *tan-
quam omnium nominum pretioſiſſimum, deuoueamus, &
conſecremus.*

8\. Atque hinc tandem eſt; quod tunc Deus maxi-
mè exoretur, quando Sanctus nuncupatur; & quod

Iratū numen placatur triſagij hymni repetitione, apud Conſtantinopolitanos.
D. Damaſc.

diuinus furor iam in hominum ſcelera effunden- C
dus, tunc præcipuè ſopiatur, ac deferueſcat, quan-
do hac voce, *Sanctus*, ter repetita, lenitur, & de-
mulcetur. Narrat enim D. Ioan. Damaſcen. lib 3. de
fide, cap 10. cùm populus Conſtantinopoli ſuppli-
cationes faceret, ſub Archiepiſcopo Proclo, ob mi-
nas neſcio quas, diuinitùs toti Vrbi intentatas; ra-
ptum fuiſſe puerum è populo ad cæleſtem plagam,
ibique didiciſſe Angelico quodam magiſterio tri-
ſagium hymnum, *Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus
immortalis, miſerere nobis*: & mox reddito puero, &
quod eductus fuerat, annuntiante, omnem multitu-
dinem cantaſſe hymnum illum, & hoc pacto illatas
minas ſubitò receſſiſſe. Cùm igitur Deus de ſua ſan-
ctitate adeò glorietur, meritò inde Anna diuinas D
laudes auſpicatur.

9\. Sed quo pacto eum laudat? *Non eſt*, inquit,
ſanctus, vt eſt Dominus: Nempe quia Dominus

Beda.

interprete Beda, ſanctus, & immaculatus eſt, non
ſolùm actu, ſed etiam potentia; quia nec habet,
nec habere poteſt vllam culpam: cæteri quamuis
actu ſancti, & immaculati ſint, non tamen poten-
tia; quia quamuis peccatores non ſint, peccabiles
tamen ſunt. Item quia Dominus per eſſentiam ſan-

D August. Solus Deus habet ſanctitatem eſſentialem, cæteri participatā.
Orig.
Hug. Card.
Orig.

ctus eſt: vt loquitur D. Auguſt. lib. 17. ciu. c. 4. *San-
ctus, & ſanctificans; iuſtus, & iuſtificans.* quamuis alius
per participationem; ſeu, vt ait Origen. hoc loco,
quia *ille largitor ſanctitatis eſt, iſte ſuſceptor: ille fons, iſte
potator: ille lux, iſte inſpector.* Notat autem Origen. & E
poſt eum Hug. Cardinal. non dici hoc loco, *non eſt
ſanctus, niſi Dominus*: ſed, *ſicut Dominus*; alioqui *con-
ſequens erat*, inquit Origen. *omnes nos renunciare no-
biſmetipſis ab hac ſpe, vt ſancti efficeremur.* Sed
non rectè colligit: nam & Chaldæus illas habet
excluſiuas; *Non eſt ſanctus, niſi Dominus: non eſt
iuſtus, non eſt fortis, niſi Deus noſter.* Et Sapiens:
Deus, inquit, *ſolus iuſtificabitur.* Eccleſ. 18. num. 1.
Imò & Chriſtus Dominus: *Nemo*, inquit, *bonus,
niſi vnus Deus.* Marc. 10. num. 18. cùm tamen nemo
à bonitate quærenda deobligetur. Quare ſtante
noſtra interpretatione, quamuis ſolus Deus ſan-
ctitatem habere diceretur, nempe eſſentialem; ad
hoc cæteri ad participatam procurandam teneren-

Orig.

A tur. Imò & ipſe Origen. homil. 12. in lib. Num.
illas excluſiuas admittit. *Sanctus*, inquit, *Spiritus,
ita ſanctus eſt, vt non ſit ſanctificatus: non enim ei aliun-
de acceſſit ſanctificatio, nec initium ſanctitas eius acce-
pit. Similique modo de Patre, & Filio intelligendum eſt.
Sola enim Trinitatis ſubſtantia eſt, quæ non extrin-
ſecus accepta ſanctificatione, ſed ſui natura ſit ſancta:
omnis verò creatura, vel dignatione ſancti Spiritus,
vel meritorum ratione ſanctificata, ſancta dicetur.
Vnde & ſcriptum legimus, ſancti eſtote, quia ego ſan-
ctus ſum.* Leuitic. 19. numero 2. *Non enim eadem
ſanctitas in Deo, atque in homine ponenda. De Deo
enim dicitur, quia ſanctus eſt: homines autem, quaſi qui
non ſemper fuerint, iubentur, vt ſiant ſancti; in Græco
B enim eſt, ſancti efficimini. Verè autem, & ſemper
ſanctus, ſolus eſt Deus.* Vbi vides ſolam Trinitatem,
& ſolum Deum, dici ſanctum ab Origene, quod
non tollit, quominùs homines debeant ſanctitatem
procurare.

Maior difficultas eſt, ſi non eſt ſanctus, ſicut 10.
Dominus, cur à Chriſto Domino præcipiatur,
*Eſtote perfecti, ſicut & Pater veſter cæleſtis perfectus
eſt* Matth. 5. num. 48. Reſpondeo, ibi non præcipi
adæquationem, ſed proportionem; cum Deo ta-

Qua ratione Patris ſanctitatem adumbrare à Chriſto præcipiatur.

men hæc proportio imperatur, vt cùm eum aſſequi
non poſſimus, ſaltem nunquam ſequi deſinamus.
Ad hoc enim D. Auguſtin. lib. de verb. Apoſtol.

D Aug.

ſerm. 15. adhortatur. *Semper*, inquit, *tibi diſpliceas,
quod es, ſi vis peruenire ad id quod nondum es. Nam vbi
C tibi placuiſti, ibi remanſiſti: ſi autem dixeris, ſufficit, periì-
ſti.* Concinit & D Bernard. epiſt. 253. *Iugis*, inquit, *co-
natus ad perfectionem, perfectio reputatur: nolle profice-
re, deficere eſt.* Et ſtatim feſtiuum quidem, & ele-

D. Bern. In perfectione deficit, qui non proficit.

gantem conſerit dialogiſmum cum monacho in
via perfectionis nec progredi, nec regredi volen-
te. *O monache*, inquit, *non vis proficere? Non. Vis ergo
deficere? Nequaquam. Quid ergo? Sic mihi, inquis, viuere
volo, & manere, in quo perueni: nec peior fieri patior, nec
melior cupio. Hoc ergo vis, quod eſſe non poteſt. Chriſtus
exultauit vt gigas ad currendam viam: quod ſi illo curren-
te, tu gradum ſiſtis, non Chriſto appropias, ſed te magis
elongas. Vidit ſcalam Iacob & in ſcala Angelos: vbi
nullus reſidens, nullus ſubſiſtens apparuit; ſed vel aſcende-
D re, vel deſcendere iubebantur vniuerſi, quatenus palam
daretur intelligi, inter profectum, & defectum in hoc ſta-
tu mortalis vitæ nihil medium inueniri.* Ex quibus pa-
tet, cur nobis diuina ſanctitas imitanda proponatur,
vt quam exprimere nunquam poſſumus, ſemper
adumbrare ſtudeamus.

Neque enim eſt alius extra te, &c. Subauditur, *ſan- 11.
ctus per naturam.* Et ſic eſt repetitio prioris ſententiæ.
Idem enim valet, non eſt ſanctus per naturam, ſic-
ut Dominus; & non eſt alius ſanctus per naturam
extra Dominum. Hæc expoſitio quibuſdam magis
placet; nobis minùs: nam particula cauſalis, *enim*,
ſatis ſignificat, non tam repetitionem, quàm ratio-
nem prioris ſententiæ in his verbis contineri. Quam

Quid negetur hac propoſitione, Nō eſt alius, &c.

E vt explicem, quærendum eſt, quodnam ſit huius
propoſitionis prædicatum, vt Dialectici loquun-
tur: ſeu quid negetur in hac propoſitione, *Non eſt
alius extra te.*

Duplex eſt reſponſio. Prior, negari ipſam ſan- 12.
ctitatem. Quaſi dicatur; *alius extra te non eſt ſanctus.*

Prior reſponſio, negari ipſam ſanctitatem.

Ita D. Aug lib. 10. de ciu. c. 4. D. Greg. Theod. Rup.
Dionyſ. Euthym. Abul. Ianſen. & Ianſon. Titelm. &
alij. Intelligi autem debet de ſanctitate indepen-
dente ab alio, & perfectiſſima in ſe; nam quidquid
extra Deum ſanctum eſt, ſuam à Deo participat
ſanctitatem; eamque habet limitatam, cum aliqua
imperfectione actu, vel potentia, coniunctam: ſo-
lus autem Deus, & independenter, & perfectiſſimè
ſanctus eſt. Quo ſenſu dixit Chriſtus Dominus,

D Greg. Theod. Rupert. Dionyſ. Euthym. Abul. Ianſen. Ianſon. Titelm.

Nemo

Nemo bonus, niſi ſolus Deus Luc. 18. num. 19. & Moyſes Deum alloquutus, *nullus apud ſe per ſe innocens eſt.* Exod. 34. num. 7. Qua poſita interpretatione, ſuam rationem ſtruit Anna à poſteriori, in hunc modum. Non eſt alius ſanctus extra Dominum, id eſt, ſine Domino, ſeu non per Dominum, ſeu, qui non participet ſanctitatem a Domino: ſeu, qui non habeat ſanctitatem aliqua ex parte, ſiue actu, ſiue potentia, imperfectam: ergo non eſt ſanctus ſicut Dominus. Valet conſequutio à poſteriori: quia Dominus eſt ſanctus independenter; creaturæ participatè: Dominus eſt ſanctus perfectiſſimè, vt actu primus, quia neque habere poteſt aliquid imperfectionis; creaturæ cum aliqua potentialitate, quia aliquid imperfectionis, ſi non ſubeunt, certè ſubire poſſunt: & ſic à poſteriori per ſanctitatem dependentem, & limitatam effectum, oſtenditur ſanctitas independens, & perfectiſſima cauſæ.

Dei ſanctitas per ſanctitatem creaturarum à poſteriori demonſtratur.

13. *Secunda reſponſio, negari aliam deitatem.*

Poſterior reſponſio eſt, negari quamlibet aliam deitatem. Quaſi ſenſus ſit, alius extra Deum non eſt Deus, iuxta illud; *Ego ipſe ſum: ante me non eſt formatus Deus, & poſt me non erit.* Iſaiæ 44 num. 10. & illud; *Ego primus, & nouiſſimus: & abſque me non eſt Deus.* Iſaiæ 44. num. 6. & illud: *Non enim eſt alius Deus, quàm tu* Sap. 12. num. 13. Aut certè negari exiſtentiam eſſentialem, & omnino immutabilem: nam de ſolo Deo dicitur; *Ego ſum, qui ſum.* Exod. 3. num. 14. &, *antequam Abraham fieret, ego ſum.* Ioann. 8 n. 58 De creatura autem, etiam cum eſt, dicitur non eſſe, *ſocij eius, qui non eſt.* Iob. 18 num. 15. &; *Ne tradas Domine ſceptrum tuum his, qui non ſunt.* Eſther 14. n. 11. & rurſum: *Omnes gentes quaſi non ſint.* Iſaiæ 40. num. 17. quia nulla creatura eſſentialiter, ſed defectibiliter exiſtit. Item Deus immutabilis, & inuariabilis eſt, *apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio.* Iacob. 1. n. 17. *Creatura* autem *vanitati ſubiecta eſt, non volens.* Rom. 8. num. 20. Et vtrumque exprimens Dauid, ſcilicet immutabilitatem Dei, & mutabilitatem creaturæ, *Mutabis,* inquit, *eos, & mutabuntur: tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient.* Pſalm. 101. num. 28. Quare alius extra Deum, non eſt Deus; ſeu non exiſtit eſſentialiter, & immutabiliter. Ita planè reſpondet Orig. homil. de Elcana, D. Gregor. Beda, Dionyſ. Carthuſ. Hugo Card. Abul. Caiet. Vatabl. Gloſſa, Interlin. quorum aliqui etiam pro priore reſponſione citantur. Qua reſponſione poſita, ſuam Anna rationem à priori efformat, in hunc modum. Non eſt alius Deus, ſeu alius eſſentialiter, & immutabiliter exiſtens extra Dominum: ergo non eſt alius ſanctus, ſicut Dominus. Valet quidem à priori: nam cum perfectiſſima ſanctitas, ſit propria ipſius Dei, ſeu eius, qui eſſentialiter, & immutabiliter exiſtat, ſi nemo æquatur Deo in deitate, & in eſſentiali, ac immutabili exiſtentia; quæ eſt prior: nemo æquabitur in ſanctitate, quæ eſt poſterior. Atque adeò à priori, ex negatione ſubiecti, progreditur ad negationem proprietatis; aut ſaltem, ex negatione prioris attributi, ad negationem poſterioris. Non dubito, Annam præcipuè hanc intendiſſe poſteriorem argumentationem, vtpote nobiliorem, & tempori, in quo idololatria vigebat, magis congruentem.

Orig. D Greg. Beda Dion Carth. Hug Card. Abul. Caiet. Vatabl. Gloſſ. Interl.

Per immutabilitatem à priori colligitur Dei ſanctitas.

Illuſtris de Dei vnitate digreſſio.

14 *Diuina eſſentia Vnitas, perſonarum Trinitas.*

SEd vide, quibus verbis Dei vnitas exprimatur. *Non eſt,* inquit, *alius extra te.* Dicit, *extra te,* quia intra Deum, alius, & alius reperitur. Nam Pater eſt alius à Filio, & Filius alius à Spiritu ſancto: ita tamen, vt quælibet perſona in qualibet per perfectiſſimam circuminſeſſionem, vt Theologi loquuntur, includatur. Quam doctrinam, præter Scholaſticos Doctores, inculcauit D. Petrus Chryſologus ſerm. 88. ad illa verba Baruch. cap. 3 num. 36. *Hic eſt Deus noſter, & non æſtimabitur alius aduerſus eum* ſeu, vt ipſe legit, & *non eſt alius abſque eo.* vbi Chryſolog. *Non dixit,* inquit, *non eſt alius; ſed non eſt alius abſque eo: hoc eſt dicere, eſt, ſed in ipſo eſt. Sed dicis, & ſi in ipſo eſt, quomodo eſt alius? Heretice, ſic eſt alius perſona, vt ſit ipſe ſubſtantia.* Non igitur excluditur alius, qui intra Deum, ſed qui extra Deum eſſentialiter, & immutabiliter exiſtat. Cuncinit D. Bernard. epiſt. 190. ad Innoc. Pap. contra Abailardum. *Licèt,* inquit, *in hac ineffabili, & incomprehenſibili Deitatis eſſentia alter, & alter, id quidem requirentibus proprietatibus perſonarum, ſobriè, Catholicéque dicatur; non tamen ibi eſt alterum, & alterum, ſed ſimplex vnum: vt nec præiudicium faciat Vnitati, Trinitatis confeſſio; nec proprietatum ſit excluſio, vera aſſertio vnitatis.* Eandem doctrinam confirmat Tertul. lib. de Trinit. cap. 22. aut quiſquis eſt illius operis auctor, ex verbis Chriſti Domini; *Ego & Pater vnum ſumus.* Ioann. 10. num. 30. Vbi obſeruat, non dixiſſe Chriſtum Dominum, *vnum fuimus,* ſed, *vnum ſumus:* quia in Deo eſt quidem vnus, & vnus propter diuerſitatem perſonarum, *vnus Deus Pater, & vnus Dominus Ieſus Chriſtus, & vnus atque idem Spiritus.* 1. Corint. 8. num 6. & 1. Cor. 12 num. 11. Quod perinde eſt, atque alius, & alius: non tamen vnum, & vnum, ſeu aliud, & aliud, propter ſingularitatem naturæ.

D. Petrus Chryſol.

D. Bern.

Tertul.

15. Quare perſonarum Trinitas non deſtruit naturæ Vnitatem. Vnde D. Bernard ſerm. 51. in Cantic. *Deus eſt,* inquit, *qui eſt: in ſua natura tam ſimplex, vt non habeat partes; tam vnus, vt non habeat numeros.* Et in hunc ſenſum explicat illud Pſalm. 146. n. 5. *Sapientia eius non eſt numerus;* quia ſapientiæ diuinæ ſumma eſt vnitas Sed cum in perſonis diuinis admittendus ſit numerus, admirabundus exclamat idem D. Bern. lib. 5. de conſideratione ad Eugen. *Quid ſibi vult iſte abſque numero numerus? Si tria, quomodo non numerus? Si vnum, vbi numerus? Sed habeo quid numerem, & quid non numerem; ſubſtantia vna eſt, perſona tres.* Et paulò poſt, Deum, vocat non ſolùm *vnum,* ſed *vniſſimum, & vnicè vnum.* Et poſtquàm multa vnitatum genera percurrit, concludit. *Inter omnia, quæ rectè vnum dicuntur, arcem tenet Vnitas Trinitatis.*

D. Bern.

D. Bern.

16. *Nihil extra Deum Deus eſt.*

Quamuis igitur non obſtante Trinitate perſonarum, nihil ſit intra Deum, quod non ſit vnus Deus; tamen nihil eſt extra Deum, quod ſit Deus. Non elementa, non aſtra, non animalia, non homines, non Angeli: *Non eſt alius,* inquit, *extra te.* Elementa fecit Deus inter ſe ita contraria, vt calida frigidis, humida ſiccis, grauia leuibus perpetuò aduerſarentur. Quorſum tam perennis in mundi harmonia concertatio? Optimè D. Chryſ. in Pſ. 2. *Elementa,* inquit, *ſunt inuicem ſibi infeſta, impium multorum Deorum cultum refellentia; vt omnes ſciamus, quod qua bello impetunt, & impetuntur, Dij eſſe non poſſunt.* Vbi obiter obſerua, vnde charitas exulat, inde certiſſimo argumento exulare deitatem. Ægyptios percuſſit olim Deus, omnium quidem elementorum interuentu, vt ex libro Exodi colligere eſt. Cur hæc in illos agmina armauit? Planè ne crederet Ægyptus, imperare mundo, tanquam numina, illa elementa, quæ cerneret vnius Dei voci tanquam mancipia obedire. Sic reſpondet Theod. quæſt. 21. in Exod. *Tam Ægyptij,* inquit, *quàm Græci exiſtimabant, quoſdam Deos eſſe cœleſtes, alios terrenos, alios, ſubterraneos: ob id meritò Deus omnium, non ſolùm per flumium, & terram, ſed etiam per aerem, & mare caſtigauit illos; docens, quod ipſe ſit omnium elementorum creator, & Dominus.* Mirum eſt, quanta facilitate tres illi pueri

D Chryſ. *Elementorum contrarietas multorum Deorum cultum refellit.*

Theod. *Vna Ægyptiorum ſuperſtitio in Diis, quos colebant, caſtigatur.*

Hebræi Babylonicam fornacem ingreſſi, flammas ignis frænauerint, & quodammodo conſopiuerint. Daniel. 3. num. 14. & 50. Sed cur ita; inquiret aliquis. Optimè reſpondet D. Chryſoſtom. hom. 4. ad pop. *Deus*, inquit, *apud Perſas ignis eſſe putatur, volens igitur Deus radicitus impietatis materiam auferre, conceſſit huiuſmodi pœnæ modum, vt præ oculis omnium ipſum colentium ſeruis ſuis victoriam conferret: per ipſa opera ipſis perſuadere volens, quod Gentilium Dij non Deum tantùm ſed & Dei ſeruos timent.*

D Chryſ.
Ignis pro Deo apud Perſas colebatur.

Iam verò aſtra diuinos honores non merentur.
17. In prima orbis conditione, priùs Deus terræ germina, quàm cæli ſydera produxit, vt ex Geneſ. 1. num. 11. & 14. conſtat. Cuius rei duas iam reddidi rationes in procemio huius operis, annot. 3. ſect. B 3. ex D. Anaſtaſio, & D. Baſil. Addo nunc D. Ambroſ. qui lib. 3. Exaem. cap. 6. *Gentes*, inquit, *diuinum honorem deputans Soli, quod virtute caloris ſui terrarum penetret ſinus, ſparsáque foueat ſemina, vel rigentes gelu venas arborum relaxet. Audi ergo Deum, velut hanc vocem emittentem: Conticeſcat ineptus ſermo hominum, qui futurus eſt; faceſſat vana opinio. Antequam Solis fiat luminare, herba naſcatur: antiquior eius ſit prærogatiua, quam Solis: ne error hominum conualeſcat; germinet priùs terra, quàm fœtus Solis accipiat. Sciant omnes Solem auctorem non eſſe naſcentium: iunior eſt herbis, iunior eſt fœno.* Qui rurſus lib. 4. Exaëm. C cap. 1. *Anterior*, inquit, *rubus, quam Sol, antiquior herba, quàm Luna; noli ergo Deum credere, cui vides Dei munera eſſe prælata.* Et paulò poſt: *Nunquid*, ait, *merita fœni maiora, quàm Solis; aut nunquid potior ligni prærogatiua? Abſit vt inſenſibilia tanti muneris præferamus miniſtro. Quid igitur præuidit altitudo ſapientiæ, & ſcientia Dei, vt priùs inciperent ligna eſſe, quàm illa duo mundi luminaria, & quidam cæleſtes oculi firmamenti, niſi, vt cognoſcerent omnes, diuinæ teſtimonio lectionis, terram ſine Sole poſſe eſſe fœcundam?* Et poſt pauca: *Clamat*, inquit, *natura. Bonus quidem Sol, ſed miniſterio, non imperio; bonus meæ fœcunditatis adiutor, ſed non creator; bonus meorum altor fructuum, ſed non auctor.* Similiter D. Chryſoſtom. homil. 5. & D 6. in Geneſ. de hac re philoſophatur. Et vterque mihi videtur eam doctrinam ex Philone Hebr. lib. de mundi opificio deſumpſiſſe. Sed cur permittit Deus, vt tam pulchra mundi lumina tam frequentes eclipſes patiantur; iuxta illud Sapientis; *Quid lucidius Sole; & hic deficiet.* Eccleſiaſt. 17. num. 30. Reſpondet ad rem præſentem quàm aptiſſimè D. Chryſoſt. homil. 6 in Geneſ. *Ne te*, inquit, *decipiat ſpectaculum.* Et paulò antè: *Ne creatoris honor creaturæ concedatur.* Quid enim manifeſtius, quàm diuinitatem habere non poſſe, qui defectibilitati ſubiiciatur? Et vt appareat quantum ſit inter cœli lumina, & vera numina diſcrimen.

Prius terra germina, quàm cæli ſydera producta, ne ab hominibus loco numinis haberentur.
D. Ambr.
D. Chryſ.
Cœli lumina eclipſes patiuntur, ne ab indoctis numina reputentur.
D. Chryſ.

18. At verò animalia quàm cæca gentium temeritas diuinitate donauit? Illa olim peſtilentia in Ægyptum diuinitùs immiſſa, non ſolùm in homines, ſed etiam in belluas deſæuit. Exod. 9. num. 3. Cur, quæſo, plaga in ſcelerum vindictam ſtatuta, belluas corripuit, ſceleris incapaces; optimè Origen. hom. 4. in Exod. *Vt*, inquit, *in quibus cultum videbant, eſſe diuinum, in his viderent miſeranda ſupplicia.* Neque enim debebant ſupra homines æſtimari, quæ hominum ſuppliciis torquebantur. In lege veteri, quædam erant animalia munda, ſacrificiis apta; alia immunda, à ſacrificiis repellenda: vt patet Leuitic. 11. à num. 2. Cur autem animalia hoc modo diſtinguerentur, optimè declarat in rem præſentem Iuſtinus Mart. quæſt. 35. ad Chriſtianos, loquens de legiſlatore. *Animalia*, inquit, *quædam munda, alia immunda nominauit; & munda* A *quidem permiſit eis, vt immolarent; immunda vetuit, ne ederent: vtraque re docens, ea indigna eſſe Dei, & nomine, & honore, & quod immolarentur, & ederentur, & rurſus quod immunda dicerentur.* Eandem ſententiam vide apud Theod. q. 1. & q. 11. in Leuit. Ante diluuium non præcepit Deus hominibus, vt animalibus veſcerentur; poſt diluuium autem maximè. *Omne*, inquit, *quod mouetur, & viuit, erit vobis in cibum.* Geneſ. 9. num. 3. Cur ita factum ſit docet idem Theod. q. 55. in Geneſ. *Præuidens*, inquit, *Deus talia in Deorum numero, atque honore quandoque habenda; eorum eſcam concedit, vt impietatem è medio tollat: extremæ enim dementiæ eſt, adorare, quod comedas.* Vbi obiter aduerte, Theo- B doretum loquutum fuiſſe de proprio eſu, qui fit per cibi conciſionem ſub dentibus, & concoctionem in ſtomacho, & conuerſionem in ſubſtantiam aliti: alioqui, his imperfectionibus ſublatis, verum Chriſti Domini corpus in auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, & manducamus, & adoramus. Abſit igitur, vt belluina caro, quæ proprium in eſum ſumitur, in diuinitatem conſecretur. De hominibus, & Angelis, ne longior ſim, conſule Clementem Romanum lib. 1. recognit. vbi tractat illam D. Petri cum Simone mago de hac re concertationem, & ſeorſim vide, quæ diximus annot. 6. ſect. 2. vbi plura de hac re.

Belluæ peſtilentia correptæ, ne pro Diis æſtimarentur.
Orig.
Iuſt. Martyr.
Theod.
Cur Deus præceperit animalibus veſci poſt diluuium.

C Itaque nihil certius eſſe poteſt, quàm vnicum Deum adorandum eſſe, plures ne nominandos quidem. Vnde primus ille ſerpens diabolus, quia plures Deos primus nominauit, non immeritò damnatus eſt ad terram comedendam. Geneſ. 3. num. 14 vt D. Clem. Roman. lib. 1. recognitionum obſeruat. Oportebat enim illud os, quod tam execrandam in blaſphemiam eruperat, craſſo illo, ac terreno cibo obſtrui, & ſtrangulari. Imò ipſe diabolus ſibi ſemper contrarius, cum olim plures Deos introduxerit, tandem neſcius, quid diceret, vnicum aſſeruit. Nam Apollo ex ſuo Delphico oraculo palam edidit, Socratem omnium Philoſophorum ſapientiſſimum fuiſſe: qui tamen Socrates plu- D res Deos eſſe negauerat. Ergo palàm fateri cogeretur, omnium Philoſophorum ſtultiſſimum eſſe illum, qui plures Deos aſſeruiſſet. Atque adeò ipſe Apollo ſuo ſe Delphico gladio imprudens iugulauit. Quod ingenioſè deprehendens Tertul. in Apolog. c. 46. ridiculario quodam ſcommate Appollinem ſubſannat. *O Apollinem*, inquit, *inconſiderandum! Sapientiæ teſtimonium reddidiſti ei viro, qui negabat plures Deos.* Quid enim ſtultius diabolo eſſe potuit, qui aſſerebat plures Deos, & Socratem plures negantem ſapientiſſimum iudicabat? 19.

Primus diabolus Deorū pluralitatem nominauit, ob idque terræ eſu plectitur.
D. Cl. Rom.
Socrates Apollinis oraculo Sapientiſſimus, plures Deos negauit.
Tertul.

Quare, qui plures Deos fingit, nullum habet, iuxta illud Tertullian. lib. 1. contra Marcion. cap. 3. *Deus*, inquit, *ſi non vnus eſt, non eſt.* Et illud E eiuſdem Tertull. in carmine de Senatore, à fide ad idololatriam transfuga, ſi eius eſt illud opus, vbi ſic; *Nilque colis, dum cuncta colis.* Et illud D. Chryſoſtom. in Pſalm. 51. *Multorum Deorum admiſſio, eſt vnius negatio.* Et paulò poſt, in illud diaboli ad Euam, *eritis ſicut Dij.* Geneſ. 3. num. 5. *Primus*, inquit, *præco multitudinis Deorum diabolus: ſed qui multos dicit, vnum negauit.* Et propterea olim diabolus, Iſaiæ 14 num. 14 dixit, *Similis ero altiſſimo*: non autem, *Similis ero Deo. Erubeſcens*, inquit Diuus Chryſoſtomus, *eum nominare, quem iam negauerat.* Quaſi vnus Deus negetur, vbi plures conceduntur. Certè Tertullian. lib. contra Valentinianos, cap. 3. aſſerit, propterea Ethnicos verum Deum ignoraſſe, quia plures agnoſcebant. Loquutus enim de Deo: *Hoc ſolo*, inquit, *minus notum* (ſcilicet Ethnico) *quod vnicum non putauit, quod* 20.

Tertull.
Nullum colit Deum, qui plures colis.
D Chryſ.
Tertul.

in numero nominauit, quod in aliis adorauit. Sed illuſtrior adhuc eſt illa D. Chryſoſtomi confirmatio ex D. Paulo, qui Epheſios idolis ſeruientes, appellat homines ſine Deo: *Eratis*, inquit, *ſine Deo in hoc mundo.* Epheſ. 2. num. 13. Quo pacto, obſecro, ſine Deo dici poſſunt, qui tam multos Deos, Iouem, Mercurium, Saturnum, innumeróſque alios Deorum greges venerabantur? Optimè

D.Chryſ.

D. Chryſoſtomus loco proximè citato: *Propterea*, inquit, *ſunt ſine Deo, quod cum multos elegerint, ab vno exciderant.* Et confirmat à ſimili ex Samaritana, quæ cum multos viros habuerit, nullum ſe habere dicebat. Ioan. 4. num. 17. nam, *maritorum* (inquit D. Chryſoſtomus) *multitudo efficit, vt nullus cenſeatur maritus.* Non aliter & Deorum multitudo in cauſa eſt, vt nullus eorum verus Deus exiſtimetur.

21.
In primo creationis die creatoris vnitas oſtenditur.
Philo.

Non eſt igitur alius extra te ſolus, atque vnus es. Quo myſterio Moyſes, cum de primo die loqueretur; *Factum eſt*, inquit, *veſpere, & mane dies vnus.* Gen. 1. num. 4. Vbi Philo de mundi opificio: *Diem*, inquit, *nominauit non primum, ſed vnum: propter ſingularitatem intelligibilis mundi, habentis naturam vnitatis.* Quaſi nihil priùs huic ſenſibili mundo indicari oportuerit, quàm illius intelligibilis, & archetypi vnitatem: & proinde opus fuerit, vt ab ipſo primo die, qui vnus dicebatur, ipſius auctoris vnitas quàmprimùm oſtenderetur. Eandem ob cauſam Deus olim ad Abrahamum: *Per memetipſum*, inquit, *iuraui.* Geneſ. 22, num. 16. Vbi non immeritò quæras cur Deus iuret, & cur non per alium, quàm per ſemetipſum iuret. Cui difficultati optimè ad rem præſentem reſpondet Tertul. lib. 2. contra Marc. c. 26. *Iurat*, inquit, *Deus per ſemetipſum, vt vel iuranti Deo credas, alium Deum omnino non eſſe.*

Tertul.
Deus per ſe ipſum iurando, alium Deum non eſſe confirmat.

Quaſi Deus, cum iurat, non ſolùm veritatem rei, quam iurat, ſed etiam vnitatem ſui, per quem iurat, affirmare videatur: nam cum iuramentum fieri principaliter non debeat, niſi per Deum, cum Deus non iuret per alium, quàm per ſemetipſum; planè alium Deum non eſſe, quàm ſeipſum, pariter confirmat Quo fortaſſe ſenſu dixit Dauid: *Laudabuntur omnes, qui iurant in eo.* Pſal. 62. n. 12. in hoc enim laudabiles ſe præbent, quod cum per vnum Deum iurent, tacitè quodammodo vnum eſſe confitentur. Quam veritatem cum ipſe Abraham perſuadere vellet Regi Sodomorum: *Leuo*, inquit, *manum meam ad Dominum Deum excelſum, poſſeſſorem cæli, & terræ.* Gen. 14. num. 22. Quaſi

D.Chryſ.

diceret, inquit ibi D. Chryſ. hom. 35. *Illum tibi teſtem adhibeo, qui omnium eſt conditor; vt ſcire poſſis Deum omnium, & ne credas eſſe Deos, ea quæ ab hominum manibus fabricantur.*

22.
Cur Deus aliquando ſine nomine introducatur.

Hinc eſt, quòd cum Deus in Scriptura varijs aliquando nominibus declaretur, aliquando tamen anonymus, id eſt, carens nomine, introducatur. Nam Iacobo Dei nomen interroganti, reſpondit Deus: *Cur quæris nomen meum?* Geneſ. 32. num. 29. nec plura addidit, iuxta Hebræum, & Græcum, & Latinos codices emendatiores. Quaſi ſignificaret, ſe nomine carere, vt D. Dionyſius Areopag. de diuinis nominibus, cap. 1. D. Damaſcen. lib. 1. fidei, cap. 11. & Iuſtinus Martyr in monitorio, obſeruant.

D.Dionyſ. Areop.
Damaſc.
Iuſtinus Martyr.

Cur autem Deus proprio nomine carere aliquando ſignificetur, aptè ad rem præſentem declarat D. Cyprianus tractat. de vanitate idolorum, vbi poſtquam multa diſſeruit de Deo vno, ſubdidit. *Nec nomen Dei quæras, Deus nomen eſt illi. Illic vocabulis opus eſt, vbi propriis appellationum inſignibus multitudo dirimenda eſt: Deo, qui ſolus eſt, Dei vocabulum totum eſt.* Quaſi diceret, ſicut Deus propter ſuam infinitam perfectionem,

D.Cypr.

multis indiget nominibus, quibus innoteſcat; ita propter ſuam ſingulariſſimam, vt ita dicam, vnitatem, nullo nunquam enim melius exprimitur, quàm cum dicitur, quod eſt. Vnde olim in templi Delphici propyleis, teſte Plutarcho apud Euſebium lib. 11. de præparatione Euangel. cap. 7. ad explicandam Dei naturam inſcripta erat literis aureis dictio Græca, εἶ Latinè, eſt. Quaſi verò reliqua omnia cum Deo comparata, nihil: ipſe verò ſolus eſſet; vt magis ex dicendis patebit.

Plutarch.
In templo Delphico Dei natura aureis notis inſcripta.

Et interim D. Bernard ſerm. 31. in Cantic. eleganter expendit. *Quidquid*, inquit, *venient ex eo, quod fuit, non ceſſat tendere in id, quod erit, tranſitum ſanè habet per, eſt: ſed omnino non eſt: ſolum proinde verè eſt, quod nec à fuit, prædicitur; nec ab erit, expungitur; ſed ſolum, atque inexpugnabile remanet ei, eſt, & manet, quod eſt.* Lege interim D. Dionyſium Areopag. libro de diuinis nominibus, cap. 5. & D. Gregorium Nazianzen. orat 38. non procul ab initio, multa de hoc diuino ante philoſophantes.

D.Bern.
D.Dionyſ. Areop.
D Gregor. Naz.

23.

Et non eſt fortis ſicut Deus noſter, &c. Fortis, eſt perpetuum Dei epithetum. Iſaiæ 1. num. 24. *Dominus Deus exercituum, fortis Iſrael.* Iob. 9. num. 19. *Si fortitudo quæritur, robuſtiſſimus eſt.* Exod. 15. n. 11. *Quis ſimilis tui in fortibus Domine; quis ſimilis, tui;* & paſſim alibi. Vnde Dauid, *Deſiderat*, inquit, *anima mea ad Deum fortem viuum.* Pſalm. 41. num. 2. Sic enim eſt in fonte, non illud, *fontem viuum*: nec immeritò, vt ibi notat Theod cum enim hic Pſalmus editus ſit nomine ipſius populi, inter Babylonicos Deos exultantis, quorum fortitudo eſt velut mortua, vt ſtatim dicam; meritò *ad Deum fortem viuum* adſpirabat.

Theod.

Tripliciter igitur poteſt aliquis fortis appellari. Primò, à robore corporis, quo ſenſu docet Philoſophus 2. Ethic. ex multo cibo gigni fortitudinem. Secundò, ab habitu fortitudinis, diſponente ſubiectum ad ardua quæque, ac terribilia, vel aggredienda, vel ſuſtinenda, vt Ariſt. 3. Ethic. philoſophatur. Tertiò, à potentia ad aliquid operandum. Igitur Deus neque primo modo dicitur fortis, quia non eſt corporeus: neque ſecundo, quia Deo nihil eſt arduum, aut terribile: & cum ſit puriſſimus actus, omnem habitum excludit. Imò, teſte Philoſopho 10. Ethic. cap. vltimo, deriſibiles eſſent Dij, ſi ab hac fortitudine laudarentur.

Triplex fortitudo.
Ariſt.

24.
Deus dicitur fortis à potentia operandi.
Orig.
D.Greg.
Caiet.
Abul.

Fortis ergo dicitur tertio modo, à potentia operandi, vt Origen. D Gregor. Dionyſ. Caietan. Abulenſ. aliique interpretantur: in qua ſimilem non habet, iuxta illud, *Beatus, & ſolus potens.* 1. Timot. 6. num. 15. & illud: *Subeſt tibi, cum volueris, poſſe.* Sap. 12. num. 18. & illud: *Omnia quæcunque voluit, fecit.* Pſal. 113. ſeu, vt eſt in Hebræo, Pſalm. 115 num. 3. & illud: *Numquid Deo quicquam eſt difficile?* Geneſ. 18. num. 14. ac tandem illud: *Non erit impoſſibile apud Deum omne verbum.* Luc. 1. num. 37. Quibus ex locis, multíſque alijs, ſatis conſtat Deo neminem in fortitudine, ſeu potentia exæquandum. Et ratio eſt, quam ſuprà reddidimus de ſanctitate: quia Deus habet potentiam ex ſe; creaturæ à Deo participatam: Deus vt cauſa principalis; creaturæ vt inſtrumenta: Deus illimitatam ad omnia obiecta, quæ contradictionem non inuoluunt; creaturæ ad aliquos tantùm effectus determinatam; vt meritò ſola Dei potentia, omnipotentia appelletur.

25.
Dei potentia in tribus præcipuè elucet.

Suam verò hanc potentiam, quod attinet ad præſentem locum, tripliciter oſtendit Deus. Primò, in miraculis faciendis. Sic Anna diuinum in ſe miraculum experta, ab ſterilitate ad fœcunditatem ſubitò tranſlata, diuinam omnipotentiam

Primò in miraculis. Rab Kimhi. Ianſen.

miraculorum effectricem laudat, ac veneratur. Quaſi dicat, non eſt fortis, ſeu potens, ſicut Dominus noſter: qui vi ſua ſterilitatem meam fœcundauit. Ita Rabb. Dauid Kimhi citatus in gloſſa, interpretatur: cui adde Ianſenium ad hunc locum: & eodem reſpicere videtur Rabbi Leui, quamuis de miraculo in Anna facto peculiarem non faciat mentionem. Nec aliter D. Greg. in priori huius loci commentario: vbi Chriſtum Dominum in virtute patrandi miracula, antiquis Patriarchis, & Prophetis antepoſuit; cum multò ſpecioſiora ab illo, quàm ab his miracula edita fuerint. Nam vt alia taceantur exempla: *Moyſes*, inquit, *mare*. Exod. 14. num. 21. *Helias flumen diuiſit*. 4. Reg. 2. num. 8. *Dominus noſter Ieſus ſuper Mare ambulanis*. Matt. 14. num. 25. *Quid ergo eſt elegantius, in ſicco profundi alueo viam tranſeunti populo exhibere, an ipſam maris faciem, viam facere? Illi quippe, quia humanitatis deprimebantur pondere, in profundi ſolido viam qua pergerent, requirebant. Sed qui infirma humana natura in celſitudinem diuinitatis aſſumpſiſſe cognoſcitur, ſuper aquas virtute propria ferebatur.* Vbi illud miraculum Chriſti Domini ſuper mare ambulantis, eleganter appellat elegantiùs, quàm illud veterum Hebræorum per ſiccum alueum gradientium. Nam Hebræos tanquam rudiores, ac viliores, humili depreſſos calle duci oportebat; at verò Chriſtum Dominum, & qui in eo includebantur, Chriſtianos; tanquam politiores, & cultiores, ſublimiore ſuſpenſos via liberè ambulare æquum erat. Igitur in miraculis faciendis non eſt potens, ſicut Deus noſter; *Qui facit mirabilia magna ſolus*. Pſal. 135. num. 4. Vnde Chriſtus Dominus illud miraculum de manna in ſolitudine præſtito, quod Iudæi per ſummam arrogantiam vni Moyſi tribuebant, in æterni parentis omnipotentiam reuocauit. *Non Moyſes*, inquit, *dedit vobis panem de cælo, ſed Pater meus dat vobis panem de cælo verum*. Ioan. 6 n. 32, vt deinceps Moyſes ſubrogatus tantùm miraculorum executor; ſolus Deus proprius, ac germanus operator crederetur.

26. *Secundò oſtenditur Dei potentia in infirmis defendendis.*

Secundò ſuam potentiam oſtendit Deus in infirmis defendendis. Quo pacto Annam ſterilitatis morbo laborantem, fœcunditatis dono confirmauit: cuius illa beneficij non immemor, curatori ſuo gratulatur, dicens; *Non eſt potens ſicut Dominus noſter*: ſeu, vt in Hebræo habetur, non eſt צור *tſur*, hoc eſt, *petra, ſicut Deus noſter*. Sic enim Deus frequenter in ſacris literis appellatur; vt patet ex Pſalm 17. prout in 2. Reg 22. continetur. Vbi Dauid, multis à ſuis hoſtibus, & præſertim à Saule inſidijs agitatus, & ex omnibus diuinitus ereptus, ac expeditus: *Dominus*, inquit, *petra mea, & robur meum, & Saluator meus*. Vbi *petra* nomen Deo tribuitur, quia in eo infirmi, & imbecilles ſolidantur. Vnde idem Dauid cum ſe deficere, ac viribus deſtitui, & toto corpore, eodéque exanimari ſentiebat, ad hanc petram, præſidium ſibi, ac firmamentum paraturus, conuolabat: *Defecit*, inquit, *caro mea, & cor meum*. Pſalm. 72. num. 26. Hoc eſt, langueo, ac deficio, & prorſus contabeſco. Quid ergo; *Deus cordis mei*: ſeu, vt eſt in Hebræo צור *tſur*, hoc eſt, *petra cordis mei*: ſcilicet in hac petra deficiens eius corpus reficiatur; & elanguens eius animus ſolidetur. Nec immeritò. Deus enim proculdubio eſt illa petra refugij, in cuius foraminibus innocentes, ac imbelles columbæ, & recipiuntur, & muniuntur. Vnde D. Bernard ſerm. 61. in Cantic. martyris in hac petra ſolidati fortitudinem commendans: *Stat*, inquit, *martyr tripudians, & triumphans, toto licèt lacero corpore, & rimante latera ferro, non modò fortiter, ſed alacriter ſacrum è carne ſua circumſpicit ebullire cruorem. Vbi tunc anima martyris? Nempe in tuto, nempe in petra, nempe in viſceribus Ieſu; vulneribus nimirum patentibus ad introeundum. Si in ſuis eſſet viſceribus, ſcrutans ea, ferrum profectò ſentiret: nunc autem in petra habitans, quid mirum ſi in modum petræ duruerit? Neque mirum, ſi exule corpore dolores non ſentiat corporis. Neque hoc facit ſtupor, ſed amor. Submittitur enim ſenſus, non amittitur.*

In Deo velut petra infirmi ſolidantur, & velut columba recipiuntur. D. Bern. *Chriſti vulnera animae martyribus ſuffic iunt.*

27. Quis ergo murus cum hac petra comparandus? Sit murus aheneus; eſto: nondum huius petræ munimentum exæquabit. Firmus murus eſt paradiſus terreſtris; firmior & cæleſtis. Sed hunc Luciferi ſuperbia, illum Adami inobedientia expugnauit: ad neutrum igitur confugere voluit Dauid; ſed ad hanc petram omnibus præſidijs tutiorem ſe recepit. *Eſto*, inquit, *mihi in Deum protectorem, & in domum refugij, vt ſaluum me facias*. Pſalm. 30. num. 3. In quem locum D. Gregorius hom. 9. in Ezechiel. *Quæſiuit*, inquit, *locum, quò fugeret; ſed ſine Deo inuenire non potuit munitum. Ex qua re, & ipſum ſibi locum fieri petiit, propter quem locum quæſiuit*. Neque planè recuſaret Deus, præbere homini ad ſe confugienti munimentum, qui erat *petra refugium herinacij*. Pſalm. 103. num. 18. Iacobo à patria peregrinaturo dixit parens eius Iſaac: *Deus omnipotens benedicat tibi*. Geneſis 28. num. 3. Hebraicè שדי *Saddaj*. id eſt, *Deus fortis, & victor*. Vtrumque attributum, inquit Caietanus, congruit ſtatui Iacob. Dixerim potiùs, vtrumque conuenire beneficentiæ diuinæ. Vbi enim Deus vidit iuuenem imbecillúm, inopem, ac peregrinum, ſtatim ad eum defendendum magna ſe fortitudine, ac potentia obarmauit.

D. Greg. *Deus ad ſe confugientibus munimentum.* Caiet.

28. Tertiò, oſtendit Deus ſuam potentiam in ſuperbis debellandis. Quare Anna videns Phenennæ ſuperbiam à Deo mirabiliter deiectam, & attritam, diuinam omnipotentiam decantat; non eſt, inquit, potens, ſicut Deus noſter, qui ſuperborum colla contuderit, ac iugularit. Facit vocabulum Hebraïcum צור *tſur*, quod paulò ante interpretati ſumus *petram*, & nunc interpretari poſſumus *aciem gladij*, ſeu *gladium acutum*, iuxta illud, *tulit Sephora acutiſſimam petram*. Exod. 4. num. 25. hoc eſt, acutiſſimum gladium, ſeu cultrum, ſeu nouaculam. Et illud: *Fac tibi cultros lapideos*. Ioſue 5. num. 2. hoc eſt, cultros acutiſſimos. Et illud: *Auertiſti adiutorium gladij eius*. Pſalm. 88 num. 41. hoc eſt, gladium acutum eius. Quibus in locis idem vocabulum repetitur. Quaſi Deus non ſolùm dicatur petra ſuis ſeruis recipiendis, ac tuendis, ſed etiam gladius ſuis aduerſarijs debellandis, ac iugulandis. Igitur in fortitudine debellandi aduerſarios, *quis in nubibus æquabitur Domino: ſimilis erit Deo in filiis Dei*; Pſalm. 88. num. 7. Quaſi diceret, nemo prorſus. Non enim eſt potens, ſicut Deus noſter.

Tertiò viſitur Dei potentia in ſuperbis debellandis. *Deus petra humilibus recipiendis, gladius ſuperbis iugulandis.*

29. Sed cur ſeorſim dicit, *ſicut Deus noſter*, addendo hoc poſſeſſiuum, *noſter*? Duplici myſterio. Vno, interprete Carthuſiano, vt intelligatur Deus Iſraël, qui ſolus verus eſt Deus, ad diſtinctionem aliorum Deorum, qui falſi ſunt, & adulterini: & qui ſicut per abuſionem Dij, ita & fortes appellantur, iuxta illud; *Irruerunt in me fortes*. Pſalm. 58. num. 4. hoc eſt, ab inani quadam, & falſa fortitudine fortes nuncupari: alioqui vani ſunt, & imbecilles, iuxta illud de gentium ſculptilibus; *Vana ſunt, & riſu digna, in tempore viſitationis peribunt*. Ierem. 10. num. 15. nec ſolùm vani, ſed etiam mortui. Vnde illud; *Comederunt ſacrificia mortuorum*. Pſalm. 105. num. 28. ſeu, vt Vatablus, & cæteri communiter

Carthuſ. *Dij gentium vani, mortui & nihilo ſimiles.* Vatabl.

muniter exponunt, *idolorum.* Adde non ſolùm A vanos, & mortuos eſſe Deos gentium, ſed etiam nihilo ſimiles, iuxta illud: *Ne tradas Domine ſceptrum tuum his, qui non ſunt.* Eſther.14 n.11.hoc eſt, idolis, ac dæmonibus. & illud: *habitent in tabernaculo illius, ſocij eius, qui non eſt.* Iob.18.n.15. hoc eſt, diaboli. Quid igitur cum fortitudine Dei, qui ſolus eſt, comparetur fortitudo diaboli, qui non eſt? Sed proh miſeri homines! qui ad diuinam omnipotentiam, quæ vera eſt, non tremunt; ad diabolicam, quæ nulla eſt, expauêſcunt: *Non eſt timor Dei,* inquit Dauid, *ante oculos eorum; illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.* Pſalm.13.n.3.& 5. Quid peruerſios, quàm contemptibilia timere, horribilia non formidare. Certè inanis prorſus eſt hominum timor, cum diabolum offendunt; ſicut & B inanis ſpes, cùm diabolo obſequuntur. Quod eleganter dixit Tertull. in Apolog. cap. 25. de falſis Dijs loquutus: *Qui,* inquit, *nihil ſentiunt, tam impunè læduntur, quàm fruſtra coluntur.* Quaſi diceret, nec pœnam, ſi lædas; nec gratiam, ſi colas, reportabis. Scilicet nihil ſentiunt, nec vltores iniuriarum, nec obſequiorum remuneratores. Quare non immeritò admonet Clemens Alexandr. in exhortat. ad gentes, inania Deorum ſimulachra contemnenda. *Aurum,* inquit, *eſt tua ſtatua, eſt lignum, eſt lapis, eſt terra, ego autem terram calcare didici, non adorare.*

Tertull.

Clem. Alex.

30. Altero miſterio, Ruperto interprete, vt intelligamus Christus noſter: qui propter humanam naturam ad diuinam hypoſtaſim aſſumptam, peculiari nomine noſter appellatur: *Domine Dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra!* Pſalm.8. num.2. *Deus manifeſtè veniet; Deus noſter, & non ſilebit.* Pſalm.49. num.3. *Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus.* Pſalm.66 n 9. Quibus in locis propter Incarnationis beneficium, Deus noſter appellatur: quia re vera *paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis.* Iſaiæ 9. num.6. Quis igitur fortis, & potens, ſicut Christus noſter? qui antonomaſticè dicitur ab Iſaia citato, *Deus fortis;* & Luc. 11.n. 22. forti armato fortior perhibetur: cuius non ſolùm fortitudo, ſed etiam infirmitas creatam fortitudinem antecedit, iuxta illud Apoſtoli: *Quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus.* 1. Corinth. 1. n.25. Vnde certe Christus Dominus maiori iure, quàm D.Paulus, etiam cùm infirmatur, tunc potens eſt. 2.Corinth.12 num 10. Quid crine mollius; quid palma durius; & tamen Chriſti Domini crines cum palmis comparantur. *Comæ eius,* inquit ſponſa, *ſicut elatæ palmarum.* Cant. 5 n.11. Quia Chriſti Domini infirmitas, eſt mundi fortitudo.

Rupert.

Chriſtus peculiari ratione noſter appellatur.

Chriſti infirmitas, mundi fortitudo.

31. Pſalmus ille 21. qui totus eſt de Chriſti humilitate, & infirmitate, inſcribitur apud Hebræos, *De cerua matutina.* Nec immeritò. Vt enim cerua timida eſt, & imbellis, ita Chriſtus Dominus inter paſſionis cruciatus nullam roboris ſpeciem præ ferre videbatur. Et nihilominus ab alijs apud Titelmanum. & Genebrardum inſcribitur; *De fortitudine ſua,* ſeu, *De robore matutino.* Quaſi diuina illa infirmitas, præ creata fortitudine, fortitudo vera, ac germana cenſeatur. Non ſatis admiratur Salomon *viam viri in adoleſcentia* Prouer.30.n.19. hoc eſt, æternum Verbum in teneros artus, infantileſque indutum. In Hebræo eſt, *viam robuſti,* ſeu, *violenti.* Nam Deus etiam infans, robuſtus fuit, ac violentus, & tanquam *durus debellator, in mediam exterminij terram proſiluit.* Sap 18. num.15. Vnde Propheta hanc Chriſti Domini etiam infantis fortitudinem explicaturus: *Antequam,* inquit, *puer ſciat vocare patrem ſuum, & matrem ſuam,*

Titelm.
Genebr.

Dei infantis, & in cruce pendentis robur.

A *auferetur fortitudo Damaſci.* Iſaiæ 8.num.4. In quem locum D. Cyrillus Alexand. *Robur,* inquit, *& firmamentum omne Aſſyriorum, fuerunt dæmonia, quæ ſinguli colebant.* Et ſtatim docet, omnem hanc potentiam à Chriſto Domino etiam infante diruendam. Verè enim dæmoniorum robora, ſi cum Chriſti Domini non ſolùm fortitudine, ſed etiam infirmitate comparentur, penitùs inaneſcent, iuxta illud: *Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus.* Pſal.14.n.4 Rectè igitur Anna cecinit. *Non eſt fortis ſicut Deus noſter.*

Cyrill. Alex.

B *Num.* 3. Nolite multiplicare loqui ſublimia, glorianteſ: recedant vetera de ore veſtro: quia Deus ſcientiarum, Dominus eſt, & ipſi præparantur cogitationes.

EXPOSITIO LITERÆ.

NOlite multiplicare, &c. Hinc ſumit exordium ſecunda huius cantici pars, quæ inuectiua eſt. Sed vt tota litera clarior exiſtat, nonnulla ſeorſim inquirenda. Primum, qui nexus præcedentium cum ſequentibus. Optimus planè, vt Abul. & Titelman. obſeruant, cum ex conſideratione C diuinæ fortitudinis, ſeu potentiæ in præcedenti numero, gloriatio humanæ felicitatis, & amplitudinis in præſenti remoueatur. Cùm enim Deus potentiſſimus ſit ad naturas rerum, & fortunas hominum immutandas, nemo debet ex ſe ſua felicitate inaniter gloriari; veritus, ne illa ab omnipotentia diuina facilè interturbetur, & omnino concidat, ac labefiat: vnde tota eius gloriatio irrita, & inanis efficiatur. 1.

Abul.
Titelm.

Quem nexum habeat præſens numerus cum præcedentibus.

Secundum, cur dicatur, *Nolite multiplicare;* & non abſolutè, *Ne multiplicetis.* Facilè tollitur difficultas, ſi ad fontem reſpiciatur, vbi re vera non eſt illud, *Nolite,* ſed tantùm אַל־תַּרְבּוּ *al tharbu,* hoc eſt, *Ne multiplicetis,* à radice רָבָה *rabah,* id eſt, *multiplicare.* Imò & Septuaginta Hebræam literam exprimentes, tranſtulerunt, μὴ καυχᾶσθε, hoc D eſt, *Non gloriemini;* illud *nolite,* prætereuntes. Sed quia Latinus Interpres originalem ſenſum aſſequutus, tranſtulit, *Nolite,* adhuc viget difficultas, quam D. Gregorius in poſteriori huius loci commentario myſticè ſic diſſoluit. *Nolite,* inquit, *quia non modum loquutionis prohibet, ſed affectum intentionis.* Decet enim aliquando, vt de rebus noſtris ſublimiter loquamur; nunquam tamen vt inaniter gloriemur. non igitur externa loquutio, ſed interna præſumptio remouetur. Similem doctrinam continere poſſunt illa Chriſti Domini conſilia: *Nolite theſaurizare vobis.* Matth.6 n.19. *Nolite poſ-* E *ſidere aurum.* Matth 10.num.9. *Nolite vocari Rabbi.* Matth 23.n. 8 Vbi non tam externa illa opum, & honorum poſſeſſio, quam interna affectio prohibetur, iuxta illud: *Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere.* Pſalm.61.num.11.& idem eſt, honores ſi ſuperfluant. Sed planiùs, ac literæ congruentiùs dici poteſt, hunc loquendi modum eſſe peculiarem, ſi non Latinitatis, ſaltem ipſius Latini Interpretis idiotiſmum: qui præceptis, aut conſilijs negatiuis verbum, *Nolite,* frequentiſſimè præfigit: vt vtrumque Teſtamentum euoluenti paſſim occurret. 2.

D. Greg.

Magis interna præſumptio, quàm externa loquutio fugienda.

Tertium, quoſnam Anna his verbis alloquatur. D. Gregor. in poſteriori commentario putat, reprehendi diabolicos ſpiritus, qui alta, & ſublimia huius ſeculi, vt videntur, inaniter efferunt, vt 3.

D. Greg.

à fideli

à fidelibus inaniùs appetantur: dæmonibus igitur, Annam bonorum temporum ſilentium imperaſſe, vt hominibus illorum appetentiam auferret. Remotior tamen eſt à litera hæc interpretatio, Anna enim cum viſibilibus aduerſarijs, à quibus vrgebatur, expoſtulabat. Deinde idē D. Gregor. in priori commentario, D. Auguſt. lib. 17. de ciuit. cap. 4. Beda, Rupert. Angelom. & alij dicunt, Iudæos reprehendi, qui de miraculis, & oraculis ſuæ legis, pluribúſque alijs ſpiritualibus, ac temporalibus donis, quibus abundabant, ſe inaniter iactabant, & cæteris nationibus gloriabundi præferebant. Hos igitur moneri ab Anna, ne inaniter glorientur: imò potiùs vt ſcientes, vetera nouis ſuperuenientibus proijcienda, de ſuo faſtu detumeſcant. Myſtica eſt hæc expoſitio. Neque enim tunc Anna ad Iudæos de ſua iactantia arguendos vlla occaſione mouebatur. Origenes docet, reprehendi Ethnicos, & hæreticos, vtroſque ſuperbos, & arrogantes: illos quia plures Deos venditabant: hos, quia vnum, ab eo, qui eſt, differentem confingebant. Sed minùs crediderim, eam fuiſſe Annæ mentem, vt Ethnicos, & hæreticos, quibuſcum nullam rixam, aut diſſidium habuerit, vellicarit. Plures alij, D. Gregor. & D. Auguſt. citat. Dionyſ. Carthuſ. Hugo Card. Euthym. Caiet. Abul. Titel. aliiq; exiſtimant, hanc Annæ inuectiuam ad quoſlibet huius ſeculi ſuperbos, & arrogantes extendi, ſumpta occaſione partim à Phenenna in ipſam Annam ſuperbiente, partim à filijs Phenennæ, qui matrem ſuam imitantes, in eandem Annam detonabant. Quaſi Anna primùm Phenennam, eiuſque filios, & cognatos, deinde cæteros omnes ſuperbos, & arrogantes, ac maledicorum derſores admoneret, vt ſibi à maledicentia, ac vaniloquentia temperarent. Hic ſenſus mihi videtur literæ proprior, & congruentior. Nam Anna à ſua primùm conſorte Phenenna, eiúſque filijs, & cognatis prouocata, de illis primùm ad humilitatem, ac modeſtiam reducendis cogitabat: deinde arrepta inde occaſione, ad alios ſimiliter peccantes, ſimiliter inſtruendos vtiliter excurrebat. Tandem Theod. ac Lyranus ad ſolam Phenennam hanc inuectiuam ſentiunt limitandam, quaſi hæc vna tantùm hoc loco inſtruatur. Quod mihi vero diſſimile non eſt; nam cum ſola Phenenna præcipuè dicatur in literis aduerſus Annam ſuperbè inſultaſſe; ſola planè videbatur prudenter admonenda, & ad frugem reuocanda. Quod ſi ita eſt, plane conſurgit.

D. Aug. *Beda.* *Rupert.*

Aliæ duæ expoſitiones rejciuntur.

Orig.

Dionyſ. Carthuſ. Euthym. Caiet. Abulenſ. Titelm.

Verus ſenſus, & literalis, omnes maledicos, & vaniloquentes illis verbis caſtigari.

Theod. Lyran.

Probabile etiam eſt cū ſola Phenenna inſpoſtulari.

4\. *Si in ſolam inuehitur Phenennam, quorſum verbo plurali vtatur.*

Quartum dubium, cur ſcilicet Anna vtatur verbo plurali, *Nolite*; cum in ſolam Phenennam ſingulariter inuehatur. An quia Hebræi, per ſyllepſim, plurali numero vtuntur pro ſingulari? An quia honoris gratia ſingulos, tanquam plures, nominamus? An quia Anna diſſimulare voluit arrogantiam Phenennæ, ideoque pluraliter egit, ne ſi ageret ſingulariter, Phenennam proderet, eiúſque calumnias euulgaret. Fateor has omnes rationes non incongruas, & hanc vltimam de mente Annæ: quæ iam numero primo cum dicit ita eſſet, *ſuper inimicam meam*, dixit *ſuper inimicos meos*, vt vnius nomen multorum nomine occultaret: quod ibi iam aduertimus, & hic vlterius obſeruandum, vt ſimilis ſemper cautio in perſtringendis inimicorum vitijs habeatur. Hebræi quando affligerentur, & iniquiſſimis modis à Pharaone tractarentur: *En*, inquiunt, *famuli tui flagellis cædimur, & iniuſtè agitur contra populum tuum*. Exod. 5 num. 16. Vbi Lyranus: *Non dixerunt*, inquit, *iniuſtè agis, ne Regem offenderent, vel honori regio detraherent, ſed dicunt, iniuſtè agitur*. Vbi planè, non deſignando Regem ſibi aduerſarium, mitiùs eum, ac prudentiùs corripiebant.

Lyran.

5\. *Aliena vitia maximè occultanda.*

Quid Dauide prudentius, qui Saülem reprehenſurus, culpam ab eo in alios transferebat? *Quare*, inquit, *audis verba hominum loquentium contra me*; 1. Reg. 24. n. 10. Non Regem ipſum nominatim, ſed criminatores ſuos apud Regem in vniuerſum perſtringebat: ne mala, quæ à Saüle patiebatur, Sauli tribuere videretur, ideoq; Saül eò citiùs miteſceret, quò ſe minus à Dauide accuſatum intelligeret. Quod D. Chryſ. hom. 2. de Dauide & Saule, eleganti ſimilitudine illuſtrat eorum parentum, qui vt filios peccantes leniùs corripiant, non illis ſtatim ingerunt peccata, ſed in famulos detorquent, vt quò minus feriunt, magis alliciant; & in alienis ſeruorum perſonis, proprijs filiorum peccatis indulgentiùs medeantur. *Noui*, inquit parens apud D. Chryſ. peccantem filium alloquutus, *non fuiſſe tuum delictum: ſed alij te corruperunt, ac ſeduxerunt; illorum eſt totum hoc peccatum. Nam hæc audiens filius paulatim à malitia reſipiſcit, & facilius ad bonam frugem reuertitur, dum erubeſcit, hac laude videri indignus.* Non minori prudentia vſus fuit idem Dauid, cum ingreſſus Saülis caſtra, Regémque, & duces, ac milites inuenit dormientes. Nam in primis à Rege arguendo, cui planè maior ignauiæ, ac deſidiæ, & ſomnolentiæ nota inurenda videbatur, prorſus abſtinuit. Deinde principem exercitus Abner, cui ſecunda à Rege culpa imputat, non ſingulariter mortis filium appellauit; ſed in omnes pluraliter incurrit, vt ſingulos parciùs vulneraret. *Filij*, inquit, *mortis eſtis vos, qui non cuſtodiſtis Dominum veſtrum, Chriſtum Domini*. 1. Reg. 26. n. 16. Quò enim ubiurgatio plures in vniuerſum perſtringebat, eò minùs ſingulos nominatim exacerbabat. Non aliter & Chriſtus Dominus, cum vnus tantùm Iudas murmurauerit de fœmina illius pedes vngente, Ioan. 12. n. 4. ipſe tamen omnes pariter cōpeſcit. *Sinite*, inquit, *illam, vt in diem ſepulturæ meæ ſeruet illud*. ibidem numero 7. Credo non aliam ob cauſam, niſi vt omnes alloquendo, vnum murmuratorem occultaret. Quod D. Chryſoſtomus ibi ſignificare videtur. *Demonſtrauit*, inquit, *quod proditorem cognoſceret, non tamen manifeſte reprehendit, vt à propoſito reuocaret.* Quaſi mitior illa, ac prudentior obiurgatio maiorem peccatori vim ad reſipiſcentiam inferret. Sic igitur & Anna, ne Phenennam nimium ſtimularet, pluraliter agit, *Nolite*. vt eam prætergredi, in alios inuehi videretur.

D. Chryſ.

Mitior obiurgatio quæ plures, neque vllum nominatim perſtringit.

D. Chryſ.

6\. *Lenis increpatio, & ſuauior reprehendendi modus.*

Quintum, cur Anna non reprehendit, quod fuerint gloriati, ſed monet, ne glorientur. Nam cum deberet reprehendere mala, quæ iam facta fuerant, ſolùm monet de malis, quæ facienda non erant. Ratio plane eſt, vt maiori in reprehendendo lenitate vteretur: monendo enim ne ſuperbirent, leniter, & latenter reprehendebat, quòd ſuperbiſſent: ſicque prorſus non tam obiurgare de præterito, quàm informare de futuro videbatur. Sic & Chriſtus Dominus, reprehenſurus diſcipulos de ſuperbia, in quam inciderant, duos quidem poſtulando primas ſedes; alios autem decem, non ferendo priores ſe poſtponi: non illis obijcit ſuperbiam ſed eos excitat ad humilitatem: *Principes*, inquit, *gentium dominantur eorum, & qui maiores ſunt poteſtatem exercent in eos: non ita erit inter vos; ſed quicunque voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter*. Matth. 20 num. 25. Vbi D. Hieronymus rem egregiè expendit. *Humilis*, inquit, *magiſter, & mitis nec cupiditatis immediata duos arguit poſtulantes; nec decem reliquos indignationis increpat, & liuoris ſed tale ponit exemplum, quo doceat,*

D. Hieron.

ceat, cum maiorem eſſe, qui minor fuerit; & illum dominum fieri, qui omnium ſeruus ſit. Nec immeritò: nam liberalia ingenia citiùs emendantur, cum de bono faciendo edocentur, quàm cum de malo iam facto arguuntur. Nec multo aliter egit Chriſtus Dominus cum Pbariſæis, impiè blaſpbemantibus, eum in principe dæmoniorum eijcere dæmonia; non enim eos increpuit, ſed inſtruxit. *Omne regnum,* inquit, *diuiſum contra ſe deſolabitur,* &c. Matth 12.

D.Chryſ. num. 25. Quod D.Chryſoſt. bom. 41. in Matth. rectè obſeruans: *Accuſationem*, inquit, *non ponit; ſolutionem autem inducit; ſtudium enim eius erat, prodeſſe peccantibus, non publicare.* Decebat enim veritatis doctorem, vt ignorantes erudiret: decebat manſuetudinis magiſtrum, vt ab increpationibus abſtineret, aut certè leniter increparet. Vtrumque igitur planè egit tam ſuauiter, vt docendo arguere, arguendo docere videretur. Eandem arguendi lenitatem exhibuit olim Deus ergà ſacerdotes. Nam poſtquam Nadab, & Abiu alienum ignem coram Domino offerentes, cæleſti igne interfecit; vinum ſacerdotibus prohibuit: *Vinum*, inquit, *& omne, quod inebriare poteſt, non bibetis tu, & filij tui, quando intrabitis in tabernaculum teſtimonij.* Leu. 10. n.9. At cur hoc præcipuè tempore ad hanc eos le-

D Petrus Chryſol. Oleaſt. gem obligabit; Dicunt Rabbini, quibus D. Petr. Chryſol ſerm 26. Oleaſter, & alij ſubſcribunt, eos ſacerdotes ebrietate perturbatos, pro ſacro igne profanum in altare intuliſſe. Quid igitur Deus, noluit eos acri obiurgatione confundere; ſed leni, ac placida informare. Vinum prohibuit: vt futuram ebrietatem præcauendo, de præterita mitiùs obiurgaret. Sic igitur & Anna Phenennam monet, ne glorietur; vt, quod gloriata fuerit, ſecretiùs, ac ſuauiùs reprehendat.

7. *Multam & ſuperbam iactantiam reprehendit Anna.* Sextum, quid Anna hiſce verbis reprehenderit. Duo, niſi fallor, & multam, & nimis ſuperbam iactantiam. Multam quidem, dum ait, *nolite multiplicare loqui*, in Hebræo eſt אַל־תַּרְבּוּ תְדַבְּרוּ *al tharbu thedaberu*, hoc eſt, *ne multiplicetis, ne loquamini.*

Vatabl. Chaldæus *non multiplicabitis ad loquendum.* Vatabl. *ne ſitis multi ad loquendum*; & ita fermè alij. Omnes eò tendunt, vt multam iactantiam interpretentur. Quæ profuſio gloriandi non minus apertè colligitur ex repetitione verborum, quæ ſequuntur: nam in Hebræo eſt, *ne loquamini*, גְּבֹהָה גְבֹהָה *ghebohah ghebohah.*

Caiet. Chaldæus, *magnalia, magnalia.* Regia, *altum, altum.* Caiet. *celſitudinem, celſitudinem.* Nam hæc verborum geminatio, vt ſuperiori cap. num. 22. iam admonui, vim habet augendi Sicut Gen.14. num.10. *Vallis autem ſylueſtris habebat puteos multos bituminis*, in Hebræo eſt, habebat *puteos, puteos.* Vbi vides, hanc puteorum repetitionem, à Latino interprete per puteos multos optimè declarari. Monet igitur Anna aduerſatricem ſuam Phenennam, vel vniuerſum, omnes aduerſarios ſuos, ne multiplicent loqui ſublimia: hoc eſt, ne multis verbis ad ſuam iactantiam vtantur. Quod

Orig. Origen. rectè expendit: nam inquirens, cur non dixerit Anna, nolite loqui, ſed *nolite multiplicare loqui*, optimè reſpondet. *Quia licet*, inquit, *tibi aliqua excelſa loqui, multiplicare autem non licet.* Aliquando enim neceſſe eſt, res à nobis bene geſtas, cum debita verborum paritate, ad proximorum ædificationem aperire; nunquam tamen, cum inſolenti verborum profuſione, ad vanam oſtentationem venditare.

8. D Aug. *Non debent imperiti ſublimia curioſius inueſtigare.* Sed & D Auguſt. ad frat. in Erem. ſerm. 15 ſi eius eſt illud opus, eandem rem bene obſeruat. *Non dico*, ait, *fratres, quod omnino non quæratis; ſed quæſtiones in diuinis, vos, qui groſſi eſtis, multiplicare non debetis.* Vbi planè ſentit, licitum eſſe in hac

A vita hominibus, præſertim imperitis, aliquid de rebus ſublimibus fando prælibare, non tamen altiùs, & curioſiùs, quàm par eſt, inueſtigando, plurima inaniter effutire. Similiter & Beda: *Nobis*, inquit, Beda. *imperatur loqui ſublimia, ſed non multiplicare, hoc eſt; quæ ſurſum ſunt ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. Gentilibus præcipitur loqui ſublimia, vnius Dei veri myſteria prædicando; non multiplicare loqui ſublimia, per multa deceptorum nomina errando.* Vbi vides, non tam gloriationem de ſublimibus, quàm multam gloriationem prohiberi, vt ſequenti dubio dicemus. Quia igitur Phenenna in Annam multa loquacitate detonabat (& idem eſt de cæteris aduerſariis) idcirco, vt à multiloquio illo abſtineat, ad-

B monetur. Nimis autem ſuperbam iactantiam reprehendit Anna, dum ait, *nolite multiplicare loqui ſublimia gloriantes.* Hebraicè, vt diximus, *ne loquamini altum, altum*, quæ repetitio non ſolùm multam iactantiam ſignificat, ſed etiam nimis effuſam, & inſolentem. Sixtiana, *nolite loqui excelſa.* Et eodem D.Aug. modo D.Aug lib.17. de ciu cap.4. D.Cypr. ad No- D.Cypr. uatianum & Orig. hom de Elcana, interpretantur, Orig Regia & Complutenſis *nolite loqui ſublimia.* Alij codices addunt, [illegible], hoc eſt, *in excelſum*, ſeu, *in excellentiam* Et eodem modo loquuntur Euſeb. Euſeb ad Marin & Diodor. Tharſenſ. nec multò aliter Diodor. Theod. ad hoc canticum. *Ne loquamini ſublimia ad* Theod.

C *faſtum.* Eodem ſpectat Orig lib. 1. in Iob, *Nolite* Orig. *loqui ſuperba in ſuperbia.* Rurſus Orig. de Elcana. D Cypr. *nolite multiplicare mala.* D Cypr lib. 3. ad Quirin. Pagnin. c.4. *nolite gloriari, neque loquamini elata.* Pagninus, *ne multiplicetis, vt loquamini valdè ſublime verbum.* Manu ſcriptus in Sixtiana, *nolite loqui excelſa eminentia.* Quibus omnibus tranſlationibus ſatis immodica, & ſuperba gloriatio exaggeratur. Quales ſæpe apud Dauidem, Pſalm. 11. n.5. Pſal 34. n. 26. Pſalm. 37. n. 17. Pſal. 54. n. 13. & alios paſſim Prophetas inueniuntur. Cùm igitur Phenenna nimium gloriabunda exultarit; meritò & ipſa, & qui illam imitantur ſuperbi homines, ſuam arrogantiam de-

D ponere iubentur

Septimum, de quibus rebus cenſeatur eſſe hæc 9. iactantia, quæ ab Anna prohibetur. Sunt in primis, *Quarum rerum iactantia ab Anna prohibeatur.* qui dicant, eſſe de rebus ſublimibus, incomprehenſibilibus, planè que diuinis. Quaſi Anna aduerſarios ſuos moneat, ne de his rebus ſuper humanam intelligentiam philoſophentur, & ſupra humanam dicendi facultatem eloquantur, iuxta illud: *Sicut qui mel multum comedit, non eſt ei bonum ſic qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur à gloria.* Prouerb. 25. n. 27. Et illud: *Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris, ſed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita ſemper.* Eccleſiaſt. 3. num. 22. Et illud Apoſtoli: *Non plus ſapere, quam oportet ſapere, ſed ſapere ad*

E *ſobrietatem.* Rom 12. num. 3 Ita ferè interpretatur Origen hom de Elcana, docens de rebus diuinis Orig. aliqua excelſa loquenda eſſe, non multa accumulanda: nam parcè loquentes ad ſummum excitantur; multa accumulantes in errores prolabuntur, vt oſtendit in Ethnicis, & hæreticis, qui quò plura de Deo curioſe inueſtigant, eò miſerabiliùs ſe ad infima deturbant. De tribus igitur diuinis perſonis iubet aliqua excelſa loqui. *Poſt hæc autem tria*, inquit, *iam nihil loquaris excelſum. Omnia enim humilia ſunt, & deiecta, quantum ad Trinitatis huius celſitudinem ſpectat.* Vbi non ſolùm monet, vt multa *A Trinitatis, & aliorum myſteriorum perſcrutatione abſtinere debent indocti* de Deo excelſa taceamus, ne in his curioſiùs inueſtigandis humana ratio euaneſcat, ſed etiam iubet, vt nulla extra Deum excelſa cõmemorentur; ne humana ratio in infimis, pro ſupremis, vt putat, inquirendis decipiatur. Apertiùs docet D. Auguſt D.Auguſt. ad frat. in Erem. ſerm. 15. aut quiſquis eſt illius

operis

operis auctor, non debere monachos, præſertim A imperitos, ac ruſticanos, ſyluis potiùs quàm libris aſſuetos multiplicare loqui ſublimia de Deo, ac ſacroſanctæ Triados myſterio. Angelicis etiam mentibus inuio, & inacceſſo. *Nolite*, inquit, *multiplicare loqui ſublimia de Dei omnipotentia; de vnigeniti eius coæternitate, de ſancti Spiritus magnificentia. O fratres mei, & lætitia cordis mei, ſi volumus ſcire quantum Pater immenſus ſit, apprehendere non valemus: ſi imaginari cupimus, quomodo filius coæternus ſit, & conſubſtantialis, mens humana omnis naturalis ſuccumbit: ſi ſcire deſideramus, qualis Spiritus ſanctus omnia continet, & non continetur, omnis humana ratio deficit. Ideo hæc omnia diſcutere non curemus. Quærite tantùm, quomodo præcepta Dei ſeruare poſſitis: quomodo diabolum* B *in eremo ſuperare debeatis: quomodo patientiam, quam Chriſtus docuit amplecti valeatis. Hæc enim ſeruus Dei ſemper legere, & adimplere debet.* Et exemplo Philoſophi Ariſtodeni, argumentatur à minori, ad maius, qui multis annis in natura apis inueſtiganda fruſtrà inſudauit. Quid igitur mirum, ſi diuinam naturam diu inueſtigemus, nec vnquam aſſequamur? Vnde monachos ſuos conſolatus: *Nolite ergo*, inquit, *fratres, loqui ſublimia. nolite ſapere plusquam oportet ſapere. In die enim iudicij non damnabuntur Chriſtiani, quia naturam Dei ſcire non potuerunt, ſed quia Deo obedire neglexerunt. Ideò ſcitote, fratres, quod melius eſt piè confiteri ignorantiam, quàm temerè ſcientiam vendicare: quia temeritas pœnam habet, ſed ignorantia promeretur veniam.* Eandem interpretationem C ſequitur Hugo Card. quam patrocinio D. Dionyſ. Areop. & D. Ioan. Damaſc. & aliorum, diuinam naturam ineffabilem, & inexcogitabilem appellantium, tuetur. Sed hæc interpretatio quamuis fructuoſa ſit ad mores, tamen aliena eſt à litera. Sicut enim Phenenoa in hac ſermonis ſublimitate de rebus diuinis non errauit, nec exceſſit: ita de illa corrigi non debuit, nec admoneri.

Ariſtodenus in inueſtigãda apis natura diu inſudauit.

Hug. Card.

10\.

Opinantur aliqui interdici Phenẽnæ gloriationem de philoſophia, alij de legali ſcientia

D. Bonau.

D. Aug.

Dicunt alij, interdici Phenennæ, eiúſque ſocijs, gloriationem de ſophiſtica ac philoſophica doctrina: non quod de philoſophia loqui non deberent, ſed quod non deberent philoſophia inniti, cùm Dominus Ieſus Chriſtus, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, Deus ſcientiarum D ſit, cognoſcens omnia nouiſſima, & antiqua. Ita D. Bonau. tom. 3. ſerm. 1. in 4. Dom. poſt Epiph. & fauet D. Aug. proximè cit. Verùm neque Phenenna de vlla philoſophica doctrina ſe inaniter iactauerat: vt propterea debuerit ab illa gloriatione remoueri. Tandem alij dicunt, prohiberi gloriationem de legali ſcientia, quæ iam debuerat ex animo obliterari. Ita ſentit Angel. ad hunc locum, & alij dub. 3. cit. Sed neque hi ſunt audiendi, cum neque de illa legali ſcientia gloriata fuerit Phenenna. Dicendum igitur, prohiberi Phenennæ vanam de ſua fœcunditate & felicitate gloriationem, præſertim cum ipſius Annæ ſterilis contemptu, ac ludibrio coniunctam: E nam cum Phenenna de ſua fœcunditate nimium intumuerit, ac ſuperbierit, & multa in contemptum Annæ blaterarit, ac deſpumarit; planè debuit ab Anna benignè admoneri, vt humiliùs de ſe, & minus de alijs loqueretur. Quod multi interpretum, vt ſuprà diximus, ad quoſcunque huiuſmodi ſuperbos, & arrogantes homines extendunt, qui de alijs humiliter loquuntur, de ſe inaniter gloriantur.

Angelom.

Vera ſententia, gloriationem de fœcunditate prohiberi.

11\.

Octauum, quàm grauis hæc inanis gloriationis culpa exiſtimetur. Planè grauiſſima. Quod paucis illuſtro. D. Petrus poſtquam de hæreticorum malitia dixit, & irrationabilia eos pecora appellauit, ſubdit eos eſſe homines *ſuperbia vanitatis loquentes*. 2. Petr. 2. num. 18. Quaſi hæc eſſet extrema eorum iniquitas, & ſtoliditas, ne dicam irrationabi- A litas, inaniter gloriari. Quando olim Dauid adulterium, & homicidium commiſit: *Peccaui*, inquit, *Domino*. 2. Reg. 12. n. 12. At vero cum de multitudine ſuorum militum, quos recenſeri iuſſit, inaniter gloriatus eſt: *Peccaui*, inquit, *valde; ſtultè egi nimis*. 2. Reg. 24. n. 1[illegible]. Cur hîc addit, *valdè*, non illîc? Cur in hoc facto ſe nimis ſtultum vocat, non in illo? Planè quia hoc vnum peccatum grauius, quàm illa duo iudicauit. Vnde ibi ſtatim, vt notat D. Cyril. Alex. in c. 21. Ioan. *Vindicem Dei manum ſenſit*. Nec celeritas in pœnitendo Deum à puniendo reuocauit.

Vana gloriatione peccatum grauius eſt.

D. Cyril.

Nec ſolùm ſtulta eſt hæc gloriatio; ſed planè diabolica. Nam diabolus à Deo conditus, in con- B ditoris locum gloriabundus inuolauit. *Sedebo*, inquit, *in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis, aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſſimo*. Iſaiæ 14. n. 15. Potuitne inaniùs inſanire inſanus hic ſuæ gloriæ oſtentator? Optimè D. Bern. ſerm. 2. in octaua Paſchæ: *Itáne*, inquit, *modò creatus, Patri ſpirituum conſidebis?* Et paulò poſt: *Siccine vbi ſtant omnes, vniuerſi miniſtrant, tu pacis inimice ſedebis?* Quaſi nihil poſſet imprudentius, & impudentius cogitari, quàm creaturam ſui creatoris gloriam ambire. Nec mirum in ſua illa gloria inaniter gloriatum, qui etiam ab illa deiectus, non deſijt gloriari. Nam rogatus à Deo, vnde veniret, gloriabundus, & quaſi ſuæ ditionis vaniloquus buccinator: *Circuiui*, inquit, *terram, & perambulaui eam*. Iob. 1. n. 7. in C quem proinde, tanquam in vaniſſimum ſuæ gloriæ venditorem, inuehitur. Orig. ad eum locum. *Magniloquio*, inquit, *atque arrogantia vteris, ô miſerrime diabole: vt ita appareas, quod omnes magniloqui, & arrogantes, tua nequitiæ ſint diſcipuli*. Et paulò poſt: *Sed male gloriaris: terram circuiſti, ſed ad cælum non reuerteris: ea, quæ ſub cælo ſunt, peragras, ſed illa, quæ in excelſis ſunt, non poſſidebis.*

12\.

Vana gloriatio diabolica eſt.

D. Bern.

Orig.

Proh! quales ex hac diaboli ſchola, ſeu ex hoc ludo tanquam ex equo Troiano diſcipuli prodiere; qui quidem ita ſuam gloriam venditabant, vt diuinam obſcurare velle viderentur. Tales qui dicebant: *Linguam noſtram magnificabimus, labia noſtra à nobis ſunt, quis noſter Dominus eſt?* Pſal. 11. n. 5. Hoc eſt, D Deum nõ agnoſcimus: vt libuerit, gloriemur, nóſq; Dei loco reponamus. De quorum numero fuit in primis Nabuchodonoſor, de quo Propheta Abac. c. 1. n. 11. *Hæc eſt*, inquit, *fortitudo eius Dei ſui*. Quaſi diceret; hæc eſt fortitudo Nabuchodonoſoris, qui ſe ſibi Deum fingebat; ſeu, vt interpretatur Rupert. efficiebat: non ſecus, atque ille olim contemptor diuûm Mezentius, qui ſuam dextram, ſuum Deum appellabat. 10. Æneid.

Dextra mihi Deus, & telum, quod miſſile libro,
Nunc adſint. ——————

Vnde paulò inferiùs, n. 16. addit idem Propheta; *Immolabit ſagenæ ſuæ, & ſacrificabit reti ſuo*. Quaſi pro E felici rerum ſucceſſu, quo fruebatur, ſuæ potentiæ, & induſtriæ, tanquam vero Deo gratularetur. Sed quia *vox Domini confringit cedros*. Pſalm. 28. n. 5. hoc eſt, interprete D. Baſil. tumidos, & inflatos; idcirco vox illa de cælo tonuit in ſuperbum Regem: *Væ Aſſur*. Iſaiæ 10. n. 5. & ſtatim, n. 13. *Dixit enim: In fortitudine manus meæ feci, & in ſapientia mea intellexi*. Vbi nõ punitur à Deo, quod Hebræos profligaret, ſed quod ſuis viribus profligaſſe inaniter gloriaretur. Quinetiam eò dementiæ, & iactantiæ proceſſit, ſacra hiſtoria referente, *vt omnes Deos terræ exterminaret: videlicet, vt ipſe ſolus diceretur Deus*. Iudith 3. n. 13. Sed qui diuinitatẽ ambijt, humanitatẽ quodammodo amiſit, *comparatus iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eis*: & qui cælo dominari voluit, regno exulauit, tam ipſe, quam eius poſteri,

13\.

Diabolus in ſuperbia ſchola magiſter multos edocuit.

Rupert.

Virgil.

D. Baſil.

Nabuchodonoſor ob vanam iactantiam à Deo punitur.

Lyr.

Lyſimachi [illegible], regno ſuo excluſi. Daniel. 4. à A num. 28.

14. De hoc grege inſolentium, & vaniloquorum fuit Rex Antiochus: *qui*, vt ſacra refert hiſtoria, *ſibi videbatur etiam fluctibus maris imperare ſupra humanum modum ſuperbia repletus, & montium altitudines in ſtatera appendere.* 2. Mach. 9 n. 8. Diſcipulus planè magiſtro ſuo diabolo non abſimilis qui parem cum Deo virtutem inaniter oſtentabat. Cæterum à Deo inſanabili plaga flagellatus, cùm ipſe ſuum iam fœtorem ferre non poſſet, ingemuit, & ait: *Iuſtum eſt ſubditum eſſe Deo, & mortalem non paria Deo ſentire.* vbi ſup. n. 12. Nempe in ſuæ miſeriæ barathrum incluſus vanam fuiſſe ſuæ gloriæ [illegible] agnouit: ſuo modo expertus [illegible], quod olim Mathathias iam moriturus ſuis filiis inculcauit. *Gloria*, inquit, *eius*, id eſt, peccatoris, *ſtercus, & vermis eſt. Hodie extollitur, & cras non inuenietur quia conuerſus eſt in terram ſuam, & cogitatio eius periit.* 1. Mach. 2 n. 62. Quo ex loco D. Cypr. lib. 3. ad Quirin. c. 4. rectè monet, non eſſe inaniter gloriandum, cùm omnis manis gloriatio in nihilum euaneſcat.

Regis Antiochi inſolentia à Deo flagellatur.

D. Cypr.

15. Sed inter omnes Luciferinæ vaniloquentiæ diſcipulos, nemo eam videtur clarius expreſſurus, quàm Antichriſtus; cuius os per antonomaſiam dicitur *loquens ingentia.* Daniel. 7. n. 8. Adeo enim ingentia de ſe loquetur, vt cum à Lucifero ſuperbire diſcet, tamen Luciferum ſuperbiendo ſuperaturus cenſeatur: nam Lucifer quidem voluit eſſe *ſimilis Altiſſimo.* Iſai. 14. n. 13. Antichriſtus verò *aduerſatur, & extollitur ſuper omne, quod dicitur Deus.* 1. Theſſ. 2. n. 4. Vnde D. Amb. ſer. 3. in Pſ. 118 hæc duo loca inter ſe conferens: *magiſter*, inquit, *ſimilem honorem præſumit, hic ſuperiorem.* En cathedra peſtilentiæ, in qua non documenta eloquendi, ſed ſuperbiendi argumenta inculcantur. Hanc igitur inanis iactantiæ, & vaniloquentiæ ſcholam valere iubeamus, ne in ſimile cum magiſtro infortunium præcipitemur.

Antichriſtus Luciferina ſuperbia imitator.

D. Amb.

16. Renuntiarunt olim diſcipuli Chriſto Domino, quod etiam dæmonia illis ſubiicerentur. Ad quos Chriſtus Dominus: *Videbam*, inquit, *ſatanam ſicut fulgur de cælo cadentem* Luc. 10. n. 18. Quis inter diſcipulorum propoſitionem, & Chriſti Domini reſponſionem nexus ſit, non facilè inuenitur. Ille eſt ad rem præſentem, quem D. Cypr. tract. de ieiun. & tentat. D. Gregor. lib. 23. Mor. c. 4. & D. Hieron in c. 14. Iſaiæ, inuenerunt: nimirum, voluiſſe Chriſtum Dominum reprimere vanam Apoſtolorum iactantiam propoſitis ſupplicüs, quibus olim Luciferi iactantiam repreſſit; quaſi diceret, vt loquitur D. Hier. *Si ille*, inquit, (nempe Lucifer) *propter ſuperbiam de tanta magnitudine cecidit: vos quoque non debetis gloriari, quia vobis dæmonia ſubiecta ſunt, ſed quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cælo: vt vnde ille cecidit per ſuperbiam, vos aſcendatis per humilitatem.* Vides, vt leuis Apoſtolorum iactantia Luciferinæ comparetur: vel ſaltem Luciferinæ exemplo, ac ſupplicio terreatur?

D Cypr.
D. Greg.
D. Hier.
Vana Apoſtolorum iactantia à Chriſto Domino reprimitur.

17. Quid igitur dicendum de iactantia illorum, qui Luciferinam ſuperbiam non ſolùm didicerunt, ſed etiam ſuperarunt, volentes Deo non modò ſe æquare, ſed etiam imitare. Qui eſt illi, de quibus Dauid, *Nolite extollere in altum cornu veſtrum.* Pſal. 74. num. 6. Vbi Deum antonomaſticè *altum* appellat, in quem ſuperborum vaniloquentia intumeſcit: nam vt bene D. Ambroſ. ſerm 7. in Pſalm. 118. de ſuperbia loquutus: *Quid*, inquit, *hoc peccato poteſt eſſe deterius, quod à Deo ſæpit iniuria? Ideóque Scriptura dicit, Deus ſuperbis reſiſtit.* Iacob. 4. num. 6. *Tanquam ſuæ contumelia propulſator, velut quoddam ſuſcepit aduerſus ſuperbiam ſpeciale certamen. Tanquam dicat; meus iſte aduerſarius eſt, qui me laceſſit, mihi debetur iſta congreſſio.* Neque ſolùm Deum prouocat: & irritat, ſed

D. Ambr.
Deo cum ſuperbis ſpeciale certamen.

etiam contemnit, & negat, quiſquis de propriis donis inaniter gloriatur. Vnde Iob. cap. 31. num. 27. & 28. *Si*, inquit, *oſculatus ſum manum meam ore meo: quæ eſt iniquitas maxima, & negatio contra Deum altiſſimum.* In quem locum D. Greg. *Manum* inquit, *oſculatur ore ſuo, qui laudat, quod fecit; & teſtimonio propriæ loquutionis, ſibi virtutem tribuit operis. Qua in re quid deſpicitur, niſi is, qui ipſa operandi munera largitur.* Et paulò poſt: *Auctoris ſui gratiam negare conuincitur, quiſquis ſibi tribuit, quod operatur.*

D. Greg.

18. Longè aliter probi homines. De nulla re, quæ in proprium decus refundatur, gloriantur. Agar cum Angelo loquuta poterat ſe dicere vxorem Abrahæ; erat enim: ſed maluit ſe dicere ancillam Saræ. *A facie*, inquit, *Sarai dominæ meæ ego fugio.* Geneſ. 16. num 8. Vbi Abulenſ. *Bene*, inquit, *reſpondit ſe humilians, & eam dominam recognoſcens: ideo meruit ab Angelis benedictionem in [illegible] audire.* Eadem in domum Abrahæ regreſſa, ne verbum quidem de ſermone cum Angelo, de promiſſione diuina, de filio ſibi feliciter naſcituro, dicitur commemoraſſe; quia ſciebat hæc omnia ad propriam laudem referenda, quam interim occultare volebat, ne ſe præferre Saræ videretur. Samſon poſtquam leonem in ſaltu interfecit, domum reuerſus, *patri & matri noluit indicare.* Iudic. 14 num 6. tum ob rationem, quam ſupr. annotat. 12 ſect. 4 aſſignaui: tum etiam quia noluit eſſe vanus propriæ laudis prædicator. Vnde Iſid. Clar. *Magna* inquit, *indolis indicium, ac generoſi animi, atque parati ad maiora aggredienda, cum tam præclarum facinus non curauerit parentibus indicare.* Vbi Samſonis humilitatem non immeritò appellauit animi generoſitatem: nemo enim humili generoſior.

Probi homines propriæ laudis occultatores.

Abul.

Iſid. Clar.
Humilitas animi generoſitas eſt.

19. Cum Moyſes ſuam tantùm progeniem ex tribu Leuitica narraturus eſſet. Exod. 6. num. 14. nihilominus duas alias tribus ſimul cum ſua Leuitica expoſuit. Cur, quæſo, aliarum narrationem, quæ ad rem non pertinebat, interponit? Optime reſpondet Caietan. *Moyſes*, inquit, *non ſolius tribus Leui capita recenſuit, ne putaretur, quod illos ſolos magni penderet, tanquam ſoli eſſent principes.* Sed vt potiùs commemorauit duas illas tribus ſeniores, nimirum tribum Ruben, & Simeon; nihil verò de aliis tribubus Leuitica iunioribus enarrauit. Cur non omnes, aut dixit, aut tacuit: ſed duabus expoſitis, cæteras prætermiſit: Ratio mihi videtur, vt hoc modo ſuam tribum ſenioribus poſtponeret, iunioribus non anteferret. Quaſi alius quidem fratres habere vellet ſupra ſe, neminem verò infra ſe; atque adeò ſe omnium minimum iudicaret. Ita mihi videtur expoſuiſſe Caiet. *Meminit*, inquit, *potius Ruben, & Simeon, quam aliorum: quia ambo erant prius nati, quam Leui; vt commemorando capita priorum tribuum manifeſtet, quod non reputat capita filiorum Leui præeminere aliis capitibus aliarum tribuum.* Adeò parum ſe de ſua nobilitate Moyſes iactabat.

Caiet.
De nobilitate & natalibus non gloriandum.

20. Iuſſit aliquando Nabuchodonoſor Aſphenez præpoſito domus ſuæ, vt introduceret *de filiis Iſrael, & ſemine regio pueros, qui poſſent ſtare in palatio Regis*, &c. Cómemoraturus autem Daniel huiuſmodi pueros, ſubdit ſtatim: *Fuerunt ergo inter eos de filiis Iuda, Daniel, Ananias, Miſael, & Azarias.* Daniel. 1. n. 6. Cur non dixit, *de ſemine regio*, vt Nabuchodonoſor imperauerat? Reſpondeo, ne ſe qui vnus illorum erat, de regia proſapia iactare videretur. Vnde in eum locum optime Theodor. *Licet*, inquit, *mentis illius intueri modeſtiam. Cum enim ſupra dixerit imperaſſe Regem, vt eligerentur è ſtirpe regia iuuenes forma conſpicui, & magnitudine decori, & hic perſonarum nomina poſuerit, tribus Iuda ſimpliciter mentionem fecit, & regiam cognationem occultauit.* Dixit olim Amos ad

Danielis humilitas in occultanda regia proſapia.

Theod.

Amaſiam: *Non ſum Propheta, & non ſum filius Prophetæ; ſed armentarius ego ſum, vellicans ſycomoros.* Amos 7. num. 14. Vides quàm promptus ſit ad ſuam gloriam tegendam, & ad ſuam ignominiam euulgandam? Audi, quod ſequitur: *Dixit Dominus ad me, vade, & propheta ad populum meum Iſrael.* In quem locum D.Greg.lib.2.Moral.c.27. *Mox*, inquit, *habere ſpiritum prophetandi meruit, quia ſe Prophetam non eſſe humiliter agnouit.* A

Humilis exaltatur. — D.Greg.

21. Tandem D.Paulus cum aliquando, vrgente neceſſitate, ad ſe laudandum cogeretur, adhuc nihilominus ſe audacem, & inſipientem appellabat. *In quo*, inquit, *quis audet (in inſipientia dico) audeo & ego: Hebræi ſunt, & ego: Iſraelitæ ſunt, & ego: ſemen Abrahæ ſunt; & ego: miniſtri Chriſti ſunt (vt minus ſapiens dico) plus ego.* 2.Corinth. 11. à n. 21. In quæ verba D.Chryſ hom.73.ad pop. *Cum* inquit, *propter pſeudoapoſtolorum fraudem, ſua narrare cogeretur, adeò fuit ipſi moleſtum, & graue, vt id appellaret audaciam. Conſidera religioſi animam, non tantum audaciam, verùm & inſipientiam rem vocas; nos quoque docens, non incaſſum abſque neceſſitate, & cogente nemine, geſta noſtra iactare.* Nec immeritò: vt enim arbores decorticatæ faciliùs exareſcunt, quàm dum ſuis corticibus integuntur; ita virtutes euulgatæ citiùs quàm occultatæ euaneſcunt. B

D. Chryſ.

22. Vnde eſt illud Ioël. 1. n. 7. *Ficum meum decorticauit.* Quod literaliter intelligitur de Synagoga, quam Deus multorum hoſtium interuentu paulatim areſecit. Allegoricè de Eccleſia, quam hæretici externis Sacramentorum præſidiis deſtituere conantur. Moraliter de anima iuſti, quæ cum ſuas virtutes pandit, & ſuperbè iactat, exareſcit. Vnde D. Greg.lib.8. Moral.cap.10. propterea illam decorticatam docet, quia *facta*, inquit, *arrogantium humanis oculis oſtenſa, vnde placere appetunt, inde ſiccantur.* Concinit Origen. homil. de Elcana, vbi rectè monet, nos non ſolùm in malis, ſed & in bonis periclitari. Nam ſi diuinæ adſunt reuelationes, pullulat ſuperbia: ſi fiunt ſigna, & prodigia, exoritur arrogantia: ſi iuſtitia, & continentia, cæteræque virtutes exercentur, inanis oſtentatio conſurgit, ex qua ille bonorũ operum theſaurus facilè diſſipatur. Quamobrem D.Ioann.Climac. de fuga inanis vitæ, c.21. hanc inanem de virtutibus gloriationem rectè appellat. *in area formicam. Quæ*, inquit, *& tenuis eſt & laboribus omnibus, ac fructibus inſidiatur. Expectat formica, dum perficiatur triticum: cenodoxia vero* (id eſt, inanis gloria) *dum congregentur opes: gaudet illa, vt furetur; hæc autem vt diſſipet.* Et ibidem narrat, aliquando monachum inter duos ſuperbiæ dæmones conſediſſe: quorum alter ſuggerebat, vt de ſuis virtutibus loqueretur. Quem cum ille repuliſſet illis verbis: *Auertantur retrorſum, & erubeſcant, qui cogitant mihi mala.* Pſalm.69. num.4 protinus alter ad aurem inſuſurrabat: Eia bene feciſti, dum ſuperbiam ſuperaſti. Ad quem rurſum verbis ſequentibus reſpondebat; *Auertantur ſtatim erubeſcentes, qui dicunt mihi, euge, euge.* Ex quibus apparet, dæmones etiam ex victa ſuperbia ſuperbiam nutrire ſolitos; & more phœnicis, ſuis ex cineribus reuiuiſcentis, ex mortua arrogantia viuam repullulare. De qua re multa eleganter Caſſian de inſtit.monach.toto lib. 11. de ſpiritu cenodoxiæ, à nobis poſtea cum occaſio redierit, fuſiùs tractanda. C D E

Superbientis anima veluti decorticata exareſcit. — D.Greg. — Orig. — D. Ioann. Cli. *Inanis gloria velut formica virtutis triticum populatur.* — Caſſian.

23. *Recedant vetera de ore veſtro*, &c. Vetera in bonam, & in malam partem ſumi poſſunt: vt notat D.Chryſoſtom. 1.Corinth 5. num.9. ibi. *non in fermento veteri.* Nam & *vino veteri*, & *amico veteri* laus tribuitur. Eccleſ.9.num.15. & *verba vetera*. 1.Paralip.4.num.22. pro firmis, veriſque accipiuntur. Contra verò *peccata vetera*. Iud. 10. num.6. & *inimicitiæ veteres* Ezec.25 n.15. peſſimæ iudicantur. Sic igitur accipi poſſunt *vetera* hoc loco. In bonam quidem partem accepit D.Hier. in quæſt Hebraicis, ita vertens: *Exeant vetera de ore veſtro. Et eſt ſenſus*, inquit, *exeant humilia de ore veſtro, de quo antea grandia, & ſuperba exibant.* Quaſi ſic interpretetur: Dicite de vobis humilia, qui antea non niſi grandia dicebatis; vt ita non ſolum iactantiam reſcindatis, ſed etiam modeſtiam, & humilitatem inſinuetis. Quo ex ſenſu perfectior huius loci antitheſis apparet: vt ſicut antea loqui ſublimia prohibebatur; ita nunc loqui humilia imperetur. Bonus quidem ſenſus eſt; fateor; ſed ex hoc loco, niſi fallor, violenter extortus: nam verbum, *recedant*: quod eſt in Vulgata, ſatis ſonat, quod Anna moneat, non tam ad loquenda bona, quàm ad non loquenda mala: ſeu quod non præcipiat bonorum eloquium, ſed malorum ſilentium; vt D.Greg aduertit. Vnde quamuis in Hebræo ſine negatione legatur, *exeat vetus de ore veſtro*: quod videtur eſſe indifferens ad *procedat*, vel *recedat*: ſeu ad *proferatur*, vel *remoueatur*; nihilominus Septuaginta germanum ſenſum exprimentes, negationem præfixerunt, μὴ ἐξελθέτω, id eſt, *non procedat.* Vt re vera ſignificarent malorum loquutionem prohiberi; & ad hunc ſenſum illam verborum indifferentiam, quæ in Hebræo erat, determinarent.

D Chryſ. *In quam partem accipiatur vetera in ſacra pagina.* — D.Hier. — D Gregor.

24. In malã igitur partem accipiunt reliqui Interpretes. Vnde Orig. ſicut paulò ante verterat: *nolite multiplicare mala*: ita nunc vertit, *neque exeat magniloquentias de ore veſtro.* Vbi ſine dubio *vetera* in malam partem interpretatur. Sunt igitur, qui accipiant *vetera* pro legalibus cęremoniis, quæ myſteriis legis Euangelicæ tanquam vetera nouis, opponuntur. Quaſi diceret Anna: recedant vetera, procedant noua: ſileat lex, loquatur gratia. Videtur enim Spiritus ſanctus, inquit Iſid. Clar. *altiùs extuliſſe huius mentem, & os, vt Chriſti aduentum ex Dauide naſciturũ ſubindicaret; noua eſt hæc excogitatio, nec antea nota hominibus.* Sed iam ſupra diximus, nullam interueniſſe hoc loco de legalibus cæremoniis iactantiam, vt propterea ab Anna prohibita fuiſſe cenſeatur. Quare *vetera* ſumi poſſunt primò pro verbis ſuperbiæ, & arrogantiæ, quibus ſe Phenenna iactauerat. Vnde Sept. vertunt, *non procedat magniloquentia de ore veſtro*: quos Theod. hic, & D.Cypr.lib.3.ad Quirin.c.4 & iterum ad Nouatianum, aliique ſequuntur; Orig. hom. de Elcana, & lib.1. in Iob. Item D.Aug.lib.17. de ciuit.c 4. *neque procedat magniloquium.* Simile eſt illud apud Prudentium Poëtam:

Orig. *Vetera ab aliquibus accipiuntur pro legalibus cæremoniis.* — Iſid.Clar. — Theod. — D Cypr. — Orig — D.Auguſt. — Prudent.

Deſine grande loqui, frangit Deus omne ſuperbum.

Verba autem ſuperba non immeritò dicuntur *vetera*, interprete Abul.q.34. quia hoc vitium antiquum eſt, iam inde ab initio mundi in hominibus, & Angelis inuentum. Vnde Eccleſ.10. n.15. dicitur *initium omnis peccati ſuperbia.* Quare Dauid ſuperbos, & arrogantes homines ad humilitatem exhortatur: *Nolite*, inquit, *extollere in altum cornu veſtrum; nolite loqui aduerſus Deum iniquitatem.* Pſalm.79. n.6. ſeu, vt vertit D.Hier. in c.39. Iob. *loquentes in ceruice veteri.* Vbi ſuperborum ceruicem appellat veterem: *Quia*, inquit D.Hieron. *veternoſa, atque antiqua ſuperbia eſt.* Abul.q.33. ex Hebræo legit, *recedant pinguia.* Vocabulum enim Hebræum עתק *ghathach*, quod hîc ponitur, non ſolùm ſignificat *vetuſtum*, ſed etiam *tumidum, craſſum*, ac *pingue*: nec ſine myſterio; verba enim ad propriam laudem pertinentia, pinguia ſunt, & craſſa, & ſtulta, & meræ ſtoliditatis argumenta.

Abul. *Verba arrogantia & ſuperbia vetera dicuntur.* — D Hier.

25. Secundò, pro illis conuitiis, & opprobriis, quibus Phenenna Annam impetebat. Vnde Chaldæus legit, *non exibunt blaſphemia ex ore veſtro.* Vbi nota, contumelias in proximum, eſſe blaſphemias in Deum. Vatabl. tráſfert: *Ceſſet aſperior ſermo ex ore veſtro.* Alij,

Vetera etiam accipiuntur pro conuitiis à Phenenna iactatis. — Vatabl.

verbum

verbum durum. Nihil enim aſperius, ac durius verbis contumelioſis eſſe poteſt. Dicuntur autem huiuſmodi opprobria ſubſtantiuè *vetera*, non ſolùm quia erant ex multo tempore; ſed etiam quia, vt vult D. Greg. non minus, quàm res veteres, *omni decore, ac pulchritudine carebant.* Aut certè, quia verba contumelioſa non niſi in homines pannoſos, laceros, & attritos, cadere videntur, non in lautos, nobiles, ac locupletes. Vtrumque ſenſum complexus eſt D. Bern. ſer. 5. de Aduentu Domini nimirum pro verbis *arrogantiæ, & detractionis*: ibi enim docet, poſuiſſe Deum nobis in ore contra arrogantiam, & detractionem, *verba confeſſionis, & adorationis, vt recedant, inquit, vetera de ore veſtro.*

D Greg. — D Bern.

26. Tertiò, latiùs ſumi poſſunt *vetera* pro quibuſcunque verbis, tam otioſis, quam pernicioſis, quæ longiſſimè exulare debent à proborum hominum conſortio. Sic exponit D. Gregor. *Vetera enim, inquit, loquitur, qui poſtpoſitis ſanctæ Scripturæ eloquiis ſæcularibus verbis occupatur.* Veteres plenè habent linguas, qui ſecularia loquuntur, qui verò cœleſtia, linguis loquuntur nouis. Vnde paulò poſt idem D. Gregor. *Cum, inquit, tot noua habeamus, quæ loqui poſſumus, vetera loqui ſine culpa nullatenus valemus.* Hinc frequentes illæ in Scriptura admonitiones, vt ſancta colloquia conſerantur, profana exterminentur. *Si quis loquitur*, inquit Apoſtolus, *quaſi ſermones Dei*. 1. Pett 4. n. 11. Et rurſum: *Sermo veſter ſemper in gratia ſale ſit conditus*, Coloſſ. 4. n. 6. Ac tandem: *Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat, ſed ſi quis bonus ad ædificationem fidei.* Epheſ. 4. n. 29. nam cum ex abundantia cordis os loquatur; nihil niſi diuinum prodire ex ore debet, ne aliquid diabolicum in corde prodere videatur. *Recedant* igitur *vetera*: hoc eſt, inquit Interl. *vaniloquia, & turpiloquia.* Quid vetuſtius, & obſoletius? Sed de hac re alibi plura.

Vetera latiùs ſumuntur pro omni verbo otioſo. D. Greg.

27. Caiet. ex Hebræo legit, *exibit vetuſtas*, &, *exibit fortitudo.* Nam verbum עתק *ghathach*, vtrumque ſignificat, & *inueteraſcere*, & *roborare.* Nec immeritò hæc verba profana, & contumelioſa, & arrogantia, quibus Phenenna vtebatur, non ſolùm vetera, ſed etiam fortia appellantur: quia peccata inueterata ſic in animo inoleſcunt, & roborantur, vt difficillimè eradicentur. Quod facilè ex Iſaia, & Ieremia colligitur. Nam vt olim Iſaiæ lingua ad prædicandum mundaretur; *Volauit*, inquit, *ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum.* Iſaiæ 6. num. 6. Vt autem mundaretur lingua Ieremiæ; *Miſit*, inquit, *Dominus manum ſuam, & tetigit os meum.* Ierem. 1. num. 9. Cur, quæſo, vnius lingua candenti carbone vſtulatur; alterius verò ſolo diuinæ manus attactu leuiter demulcetur? Reſpondeo, quia huius peccata vix inchoata erant, illius autem iam diu inueterata. Ita ferè D. Hieronymus in locum Ieremiæ citat. *Quia Iſaias*, inquit, *ſolidæ, & perfectæ ætatis erat, & ipſe ſimpliciter confitetur, quod immunda labia habeat, & habitet in medio populi polluta labia habentis, mittitur vnus de Seraphim, qui non manu, ſed forcipe, & carbone tangat os eius, & iniquitates auferat, & mundet peccata. Hic autem ipſius Dei manus mittitur, non vt peccata auferat, quæ per pueritiam nulla non fecerat, ſed vt loquendi gratiam habeat.* Igitur conuitiandi, ac maledicendi conſuetudo in Phenenna, ſicut inueterata erat ita & roborata; proindeque difficillima extirpatu. Vnde Anna cum vellet ad rem difficilem, hoc eſt, ad inueteratam iurgandi licentiam penitus abolendam, impellere Phenennam, acre, ac vehemens adhibet incitamentum; quale eſt, quod ſequitur.

Caiet. *Peccata inueterata difficilius eradicantur.*

Iſaia lingua carbone, Ieremia verò Dei manu tangitur.

D Hier.

28. *Quia Deus ſcientiarum Dominus eſt*, &c. Triplex eſſe poteſt horum verborum ſenſus. Ex ſingulis ſingula eruuntur argumenta, quibus Anna probat, ab inani gloriatione, & maleuola obiurgatione abſtinendum.

Triplex verborum ſenſus, & expoſitio.

I. SENSVS.

Deus ſcientiarum auctor.

PRimus, *Deus ſcientiarum Dominus eſt.* Hoc eſt, auctor omnium ſcientiarum, quibus homines imbuuntur: omnes ſcientiæ à Deo tanquam a ſupremo doctore, ac præceptore deriuantur. Ita D. Bern. ſerm 13. in Cant. ſub initium. *Origo*, inquit, *fontium, & fluminum omnium mare eſt, virtutum, & ſcientiarum, Dominus* IESVS *Chriſtus. Quis enim Dominus virtutum, niſi ipſe eſt Rex gloriæ? Sed & iuxta Annæ canticum, idem ipſe Deus ſcientiarum Dominus eſt. Continentia carnis, cordis induſtria, voluntatis rectitudo, ex illo fonte manant: non ſolum autem, ſed & ſi quis valet ingenio, ſi quis nitet eloquio, ſi quis moribus placet, inde eſt: inde ſcientia, inde ſapientia ſermo: theſauri ſiquidem ſapientiæ, & ſcientiæ, ibi omnes abſconditi ſunt.* Ex quibus rectè colligit, ſicut hæc bonorum flumina à Deo per ſingularem eius beneuolentiam in homines emanant: ita æquum eſſe, vt ab hominibus in Deum per immortales gratiarum actiones refundantur. *Si*, inquit, *copiæ aquarum ſecretis, ſubterraneiſque recurſibus inceſſanter æquora repetunt, vt inde rurſus ad viſus, vſuſque noſtros, iugi & infatigabili erumpant obſequio; cur non etiam ſpirituales riui, vt arua mentium rigare non deſinant, proprio fonti, ſine fraude, & ſine intermiſſione reddantur?*

Primus ſenſus. Deus omnium ſcientiarum, & bonorum fons. D Bern.

Annæ argumentatio ex primo ſenſu.

29. EX hoc ſenſu argumentatur Anna contra aduerſarios ſuos, præſertim Iudæos, qui de ſua ſcientia, & oraculis inſolenter gloriabantur. Nolite ſcientiam, & prophetiam, & oracula legis veſtræ inaniter vendicare. Quia Deus ſcientiarum Dominus eſt: ab ipſo omnes ſcientiæ deriuantur, ipſi tanquam præcipuo auctori referuntur. Cur vobis earum gloriam, quam à Deo accepiſtis, quaſi non acceperitis, arrogatis? Ita hoc Annæ argumentum interpretatur D. Gregor. aduertens frequenter in Scriptura inculcari illa verba: *Verbum quod factum ad Iſaiam Prophetam, verbum quod factum eſt ad Ieremiam Prophetam*: vt intelligerent Iudæi, ſua illa oracula, non ipſis Prophetis, qui illa ſcribebant; ſed ipſi Deo, qui illa dictabat, referenda eſſe: proindèque iniuſtos fore, ſi ea ſibi in ſui decus conuerterent, & non potiùs in Dei gloriam reuocarent.

Prophetia donum à Deo acceptum, & in Deum referendum. D Greg.

II. SENSVS.

Deus ſcientiſſimus rerum omnium cognitor.

30. SEcundus ſenſus, *quia Deus ſcientiarum Dominus eſt.* Hoc eſt, iuxta vulgarem Hebraiſmum, *quia Deus ſcientiſſimus eſt.* Sicut dicitur *Deus miſerationum.* 2. Eſdr. 9. num. 31. *Deus virtutum.* Pſalm 45. num. 8. *Deus vltionum.* Pſalm 93. num. 1. hoc eſt, *Deus miſericors, Deus potens, Deus vindex*; vt Euthym. in Pſalm. 28. ibi, *Deus maieſtatis intonuit*, obſeruauit. Docet igitur Anna, Deum rerum omnium notitiam perfectiſſimam habere, etiam internarum cogitationum: vnde Theodor. vertit.

Secundus ſenſus. Deus omnium rerum cognitor, & cogitationum ſcrutator. Euthym. Theod.

Deus cognitionum, quod nulla omnino Deum lateat. Et propterea hoc loco non dicitur Deus ſcientiæ, ſed *ſcientiarum*, vt notat Rabbi Dauid, vt eum rerum omnium, etiam particularium, ſcientiſſimum eſſe intelligamus. Nec refert, quod liber manu ſcriptus, in Sixtianis Biblijs citat. habeat, *Deus ſcientia*. Nam & in Hebræo eſt דעות *deghoth*, & in Græco, γνώσεων, id eſt, *ſcientiarum*, in plurali.

Rab. Dauid.

31.
Deus mundi oculus omnia videt.

Quod igitur Deus omnia videat & ſciat, facilè illuſtratur. Nam in primis hoc oſtendit ipſius etymon nominis Θεὸς, id eſt, *omnia videns*, à verbo Græco θεάομαι, ſeu θεῶμαι, hoc eſt, *videre*. Imò & Latinum nomen, *Deus*, ducunt aliqui à verbo Græco δάω, quod aliquando eſt, *noſco, ſcio*. Vnde Ægyptij Deum appellabant *oculum mundi*, id eſt, qui mundum vniuerſum videbat. D. autem Auguſt. epiſt. 111. ad Fortunat. *Ego*, inquit, *dico, quod Deus totus oculus eſt, totus manus, & totus pes: quia omnia videt, omnia operatur, & vbique eſt.* At Marius Vict. tom. 5. Bibliorb. lib. 4. aduerſus Arium, refert, Deum quondam non ſolùm creditum fuiſſe mundi oculum, ſed etiam in mundi centro conſtitutum, vt aſpectu minimè verſatili omnia intueretur. Quare Zacharias cap. 9. n. 1. *Dominus*, inquit, *eſt oculus hominis*: non quidem oculus, quo videt homo, quaſi Deus humano oculo videat; ſed qui videt hominem; quaſi diuinus oculus totum hominem intueatur. Vnde Septuag. vertunt, *Dominus reſpicit homines*; & Chaldæus; *coram Domino manifeſta ſunt opera hominum.* Scilicet non minùs, quàm ſi oculis ſubiecta omnia cernerentur.

D. Aug.

M. Vict.

32.
Cur impij mari vitreo comparentur.
Ribera.

Comparantur impij in Scriptura cum mari vitreo. *Vidi*, inquit Ioannes, *tanquam mare vitreum, mixtum igne.* Apoc. 15. num. 2. Cur non potiùs cum cœnoſa palude, turbulentóve ſtagno? Reſpondet ibi Ribera, quia quamuis impij ſcelera ſua contegant, etiam eorum cogitationes Deo manifeſtiſſimæ ſunt, ac ſi lucido quodam vitro tantum tegerentur. Dauid Pſalm. 17. n. 29. prout refertur 2. Reg. 22. num. 29. *Tu*, inquit, *Domine illuminabis tenebras meas.* Quas vocat Dauid tenebras ſuas, à Deo illuminandas? Lyran interpretatur, vel de naturali ignorantia, quæ à diuina gratia illuſtratur: vel de meritis per peccatum conſequens mortificatis, & obſcuratis: quæ tamen, redeunte diuina gratia, reuiuiſcunt, & illuminantur. Non immeritò tamen de internis animorum conſilijs expoſueris: quæ quamuis alijs abſcondita, & veluti tenebris circumfuſa videantur, Deo tamen adeò ſunt perſpicua, ac ſi meridiana luce colluſtrentur.

Lyran.

33.
Concinit illud ex Pſal. 138. num. 12. *Tenebræ non obſcurabuntur a te, & nox ſicut dies illuminabitur; ſicut tenebræ eius, ita & lumen eius.* Hoc eſt, peccata ſecreta, & in tenebris commiſſa, non abſconduntur à te, qui non minus tibi innoteſcent, quæ nocturno tempore, quàm quæ meridiano lumine peccata committuntur, ſi ad tuam notitiam referantur; nihilo tenebræ à luce diſtinguuntur. Vnde Sapiens: *Non dicas*, inquit, *à Deo abſcondar, & ex ſummo quis mei memorabitur?* Eccleſ. 16. num. 16. Et ſtatim rationem reddens, poſt alia, quibus diuinam de rebus omnibus notitiam declarat: *Omne cor*, inquit, *intelligitur ab eo* ibid. n. 20. Quaſi dicat, cum nihil ſit humanis oculis magis inuium, quàm cor, diuinis tamen nihil eſt magis peruium: qui etiam inſcrutabile cor hominum clariſſimè perſcrutantur. Quod deinceps latius proſequutus: *Viæ*, inquit, *illorum coram illo ſunt ſemper, non ſunt abſcondita ab oculis ipſius. Et omnia opera illorum velut Sol in conſpectu Dei, & oculi eius ſine intermiſſione inſpicientes in viis eorum.* Eccleſ. 17. num. 13. & 16. Vbi rectè appellat Solem, quidquid ab hominibus etiam impiis geritur, & cogitatur, non quod impiorum peccata inſtar Solis ſplendeſcant, obſcura enim ſunt, & tenebricoſa, ſed quod inſtar Solis Deo pateſcant: omnia enim nuda ſunt, & aperta oculis illius.

Diuini oculi humani cordis perſcrutationes.

34.
Intima cordis cogitationes Deo pateſcunt.

Neque ſolùm omnis creatura tanquam Sol Deo clareſcit, & pateſcit: ſed etiam Deus tanquam Sol omnem creaturam ſic illuminat, & illuſtrat, vt nihil in ea obſcurum, nihil abſconditum relinquatur. Vnde Salomon acriter expoſtulans cum peccatore dicente: *Quis me videt? Tenebræ circumdant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circumſpicit me: Quem vereor? Delictorum meorum non memorabitur altiſſimus.* Eccleſ. 23. num. 26 cum hoc; inquam, acriter expoſtulans: *Et non cognouit*, inquit, *quoniam oculi Domini multo plus lucidiores ſunt ſuper Solem, circumſpicientes omnes vias hominum*, &c. ibid. num. 28. Nam Sol, qui mundi oculus eſt, vt D. Ambroſ. lib. 4 Exaëm. c. 1. appellatur, neque vtrumque ſimul hemiſphærium, neque intima terræ viſcera, neque ſecreta cordium conſilia intuetur: quæ tamen omnia diuinus intuitus clariſſimè contemplatur. Vnde eleganter Phil. Hebr. *Deus*, inquit, *eſt ipſius Solis Sol, illuſtrans ſenſibilem intelligibilis.* Sicut enim Sol res ſublunares conſpicit, & conſpicuas facit; ita Deus res omnes creatas, & inter ipſas, ipſum Solem, clariſſimè videt, & viſibiles reddit. Neque ſolùm Deus grauiora hominum peccata, ſed etiam minimas eorum circumſtantias obſeruat, iuxta illud Ieremiæ. *Vigilauit iugum iniquitatum mearum in manu eius.* Thren. . n. 14 Ex Hebræo legi poteſt, *punctis notatum eſt.* Quaſi peccata noſtra vſque ad minimos apices, & puncta indiuiſibilia à Deo prænotentur, & in album referantur. Quò pertinet illud Sapientis: *Cognouit Deus omnem ſcientiam, reuelans veſtigia occultorum: non præterit illum omnis cogitatus, & non abſcondit ſe ab eo vllus ſermo.* Eccleſ. 24. num. 19. & 20. Vides, non ſolùm expreſſas rerum formas, ſed etiam ſubobſcura earum veſtigia; neque ſolùm loquutiones oris, ſed etiam cogitationes cordis Deo manifeſtari?

D. Ambr.

Phil. Hebr. lib. de victimas offerentibus.

35.
Impiorũ ſtoliditas, qua peccata diuinos oculos putant latere.

Vnde execranda eſt illorum impietas, qui vt licentiùs & effrænatiùs peccarent, *dixerunt; quomodo ſcit Deus, & ſi eſt ſcientia in excelſo?* Pſalm. 72 num. 11. Qui modus interrogandi in Scriptura vim habet affirmandi; niſi fortè dicas, etiam improbos homines primùm non auſos eſſe, tam inſignem blaſphemiam affirmare, ſed tantum interrogare, quamuis in deterius paulatim decedentes, ab interrogatione in affirmationem proruperunt: *Et dixerunt, non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob.* Pſalm. 93. num. 7. Quid ſtolidius, quàm *Deum Iacob*, cuius ſingularis erga illum Patriarcham prouidentia, & & ſapientia in ſacris literis celebratur, fingere improuidum, & ignorantem: Meritò hanc impiorum ignorantiam, multis nominibus deteſtandam, Euangelicus Vates lamentatur. *Væ*, inquit, *qui profundi eſtis corde, vt a Domino abſcondatis conſilium; quorum ſunt in tenebris opera, & dicunt; Quis videt nos, & quis nouit nos: Peruerſa eſt hæc veſtra cogitatio.* Iſaiæ 29. num. 15. & 16. Quid magis peruerſum, ac proteruum fingi poſſet? Si enim planè demens, & inſanus haberetur, qui vellet tenebras ſolaribus radijs offundere, & clariſſimum aſtrum tenebrarum inimicum obtenebrare; quæ, obſecro eſſet dementia, & inſania illorum, qui vellent diuinos oculos latere, & diuinæ ſapientiæ ignorantiam obtendere? Cæci ſunt, qui Deum videre omnia, non vident: inſani, qui diuinam ſapientiam ludificari poſſe arbitrantur.

Argu

Argumentatio Annæ ex ſecundo ſenſu.

36. EX hac igitur ſcientia diuina ſuos aduerſarios monet Anna, ne de ſuis bonis inaniter glorientur, & ne in alienos mores planè innoxios procaciter inuehantur. Quaſi in hunc modum argumentetur. Deus cum ſcientiarum Dominus ſit, id eſt, cum omnia videat, & intelligat; veſtram quoque ſuperbiam, & calumniandi audaciam intuetur: ergo ab vtraque abſtinete. Rectè colligit, quia Dei oculus pudorem incutere debet, ac timorem. Vnde Iob. c. 7 num. 8. *Oculi tui in me, & non ſubſiſtam.* Ac ſi diuinus eum intuitus non ſolùm exterreret, ſed etiam examinaret, quo minus ad peccandum, Deo intuente, proſiliret. Optima eſt illa D. Auguſt. admonitio ſerm. 46. de verb. Dom. *Ipſe,* inquit, *timendus eſt in publico, ipſe in ſecreto. Procedis? Videris. Lucerna ardet? Videt te. Lucerna extincta eſt? Videt te. In cubile intras? Videt te. Ipſum time, cui cura eſt, vt videat te; & vel timendo caſtus eſto: aut ſi peccaueris, quære vbi te non videat, & fac, quod vis.* Diuina planè fuit illa ſolertia, qua olim D. Ephrem Syrus meretricem ſibi obuiam eluſit, vt in eius vita ab auctoribus Græcis, & anonymis ſcripta, eiúſque operibus præfixa circumfertur. Nam cum illa virum Dei ad turpitudinem pelliceret; ille verò neſcio quem nutum pia quadam fraude ſimularet, ſtatim meretricem ad lupanar, ſeu proſtibulum prouocantem, Ephrem potiùs ad communem Circum, & publicum forum euocauit. Sed cum illa refugeret communem lucem, & publicum conſpectum, & hominum oculos paſſim occurſantium; opportunè monuit Ephrem, vt diuinos oculos potiùs refugeret, ac trepidaret, qui clàm æquè, ac palàm, perinde in tenebris, atque in luce, non minùs in ſecreto, quàm in publico omnia intuerentur. Quo illa capta ſancto dolo, non ſolùm à flagitiorum cœno ſe eripuit, ſed etiam rebus humanis valere iuſſis, in Monaſterium perpetuò victura ſe incluſit. Cui euentui alium ſimilem inuenies in eodem loco, ab eiſdem auctoribus memoriæ proditum, de alia meretrice à beato Ephrem ſimiliter ludificata. Huic facto concinit doctrina D. Ambroſij ſerm. 1. in Pſalm. 118. *Putas,* inquit, *te ſolum eſſe, cum fornicaris, & non recordaris, quia oculi Domini vident orbem terrarum? Putas, quòd in lupanari Chriſtus te non videat, quem videt lupanar ingredientem? Putas, quod in adulterio te non deprehendat, quem videt adulterium cogitantem?* Et ſtatim optimè argumentatur. Nam ſi Deus præſens adeſt lanbulo cordis, vbi adulteria cogitantur: quo pacto abſens erit proſtibulo meretricis, vbi adulteria committuntur? *Et ſi verum,* inquit, *audire vis, quomodo te in lupanari non vidit Chriſtus, quando te vidit, qui adulterando in corde tuo, te ipſum lupanar eſſe feciſti?*

D. Auguſt. Dei oculus nos videntis à peccatis deterrere debet.

Meretrix à D. Ephrem ludificata, & in meliorem frugem reſtituta.

D. Ambr.

37. Quare quis non videt, quanto riſu excipienda ſit, quanto ſibilo explodenda, illa inſania Ethnicorum, Dei oculos effugere molientium: de qua D. Cyril. Hieroſolymitan. Catech. 4. *Cum,* inquit, *aberrauerint quidam ab vno Deo; alij quidem Solem ponebant, vt occidente Sole, noctu ſempore ſine Deo eſſent; alij vero Lunam, vt in die Deum non haberent.* Adeò Dei oculos effugiebant, vt ne in illos inciderent, Deus, qui quandoque abſentes eſſent, coaptarent. Dementiores mihi videntur illi ſenes Babylonici, qui cùm neminem ſuæ libidini adeſſe arbitrum putarent, Dei oculos præſentis, ac cernentis omnia contemnebant. *Ecce,* inquiunt, *oſtia pomarij clauſa ſunt, & nemo nos videt, aſſentire nobis.* Daniel 13 num. 20. Quid inſanitis procaces ſenes, ipſa impudentiores impudentia? Abeſt humanus oculus; fateor. At diuinus quomodo eludetur, qui veſtris inuigilat operibus inſopitus? An hominem erubeſcitis coram Deo inuerecundi? Dementiores eſtis vel ipſis Ethnicis: illi enim Deo præſente peccare non audebant; idcirco Deum aliquando abſentem ſibi coaptabant: vos humanos tantùm oculos cauetis, diuinos, qui veſtris operibus præſentes, videntéſque inuigilant, non curatis.

D. Cyril. Ethnicorum ſuperſtitio Solem, & Lunam pro Diis colentium.

Babylonici ſenes libidine excæcati videntem Deum non vident.

Horum impiorum hominum typum mihi videtur geſſiſſe Moyſes, Ægyptium occiſurus, ſiue is in eo facto peccauerit, ſiue, quod eſt probabilius, ab omni culpa excuſetur. Moyſes igitur peccatoris perſonam gerens, ſeu potiùs peccator ſub Moyſis typo occultatus, cum facinus aggredi vellet, diuinos oculos non timuit, humanos effugiendos curauit, nam *cum circumſpexiſſet huc, atque illuc, & nullum adeſſe vidiſſet, percuſſum Ægyptium abſcondit ſabulo.* Exod. 2. numero 12. Rem planè admiratur, tanquam maximè præpoſteram, & penitus execratur D. Ambroſ. proximè citat. *Intemperantiſſimus,* inquit, (nempe peccator) *quamuis inueniat paratam occaſionem* (ſcilicet peccandi, ſeu adulterandi) *explorat diligenter omnia, in diuerſum oculos ſuos, incurioſus iuſtitiæ, ſolicitus famæ, detorquet frequenter, erubeſciens teſtimonium erroris, qui non erubeſcit errorem. Ac ſi quem fortè ſpectatorem cognouerit facinoris ſui, verecundia ſequeſtrat intemperantiam. Quanto magis, ſi quis alleuet mentis oculos, & conſideret plena eſſe Angelorum omnia, concepto poteſt renuntiare peccato!* Et paulò poſt: *Hominem vereris præſentem, Dei Patris, & Filij non vereris præſentiam? Sed non vis credere, ne poſſis cauere.* Ex quibus vltimis verbis peccatoris inſaniam liceat admirari, qui vt totus in flagitia ruat, etiam fidei iugo ſe exoluit; diuinam præſentiam non credit, vt peccandi licentia potiatur. Quid inſanius eſſe poteſt?

38. *Moyſes Ægyptium occiſurus, humanos oculos fugere nititur, non diuinos.*

D. Ambr.

Non minor tenuit intemperantia ſeniores Iſraël, de quibus illa Dei ad Prophetam querimonia. *Vides,* inquit, *fili hominis, quæ ſeniores Iſraël faciunt in tenebris, vnuſquiſque in abſcondito cubilis ſui; dicunt enim, non videt Dominus nos, dereliquit Dominus terram.* Ezech. 8. num. 12. Vt ſibi peccandi libertatem aſſumerent, Deo videndi poteſtatem auferebant. Quò ruitis ſeniores Iſraël? Quæ vos agit intemperies? In quod ignorantiæ barathrum præcipites abitis? Itáne ſenilis veſtra maturitas in iuuenilem temeritatem recrudeſcit? Deum excæcatis, ne vllo veſtram cæcitatem collyrio releuet. Quid inſanius? Hanc planè à primo parente Adamo inſaniam hæreditarunt, qui, ne à Deo, poſt peccatum videretur, in paradiſo ſe abſcondit, Geneſ. 3. num. 8. Sed fruſtrà, vt notat D. Gregor. lib. 22 Moral. cap. 13. nam *in ea occultatione,* inquit, *non ſe Domino, ſed Dominum abſcondit ſibi. Agit quippe, ne omnia videntem videat, non autem ne ipſe videatur.* Quare qui Deum latere vult, ſimilis eſt ſtruthioni, qui vt refert Plin. lib. 10. nat. hiſtor. cap. 1. collum ſub frutice occultans, latere totum corpus putat, & quia neminem videt, credit à nemine videri. Vna tamen ſupereſt peccatoris via, Deo ſua peccata occultandi, ſi nimirum ab illis per veram pœnitentiam reſipiſcat. Vnde D. Gregor. lib. 25. Moral. c. 4. *Deus,* inquit, *mala hominum, nec cogitata ignorat, nec perpetrata obliuiſcitur, niſi ab eius oculis pœnitendo deleantur.*

39.

Adamus ſe in paradiſo abſcondit, ne à Deo videatur.

D. Greg.

Struthioni ſimilis, qui Deum vult latere.

III. SENSVS.

Deus æquiſſimus rerum omnium cenſor.

40. TErtius ſenſus, *quia Deus ſcientiarum Dominus eſt.* Hoc eſt, quia Deus æquiſſimus eſt

Tertius ſenſus.

rerum omnium æſtimator, & cenſor, & iudex. Neque enim illa diuina ſcientia fertur ſolùm ad contemplandum, ſed etiam ad iudicandum. Vnde Chaldæus Paraphraſtes ita vertit: *Deus omnia nouit, Dominus ſuper omne factum ſuum extendens iudicium, etiam vobis futurus ad retribuendum vltionem culparum veſtrarum.* Quibus verbis deſcribitur Deus non ſolùm rerum omnium perfectiſſimus ſpeculator, ſed etiam omnium factorum cenſor, & iudex, malorúmque omnium vltor, & vindex. Quò fortaſſe ſpectauit Origen. homil. de Elcana, ſeu eius interpres, transferens, *fortis in ſcientia Dominus*, &, *fortis ſcientiarum Dominus*: nam in Hebræo eſt nomen אל, *El*, pro quo Aquila vertit ἰσχυρός, hoc eſt, vt D. Hieronymus, epiſt. 136. ad Marcel. interpretatur, *fortis*. Vt planè ſignificaret, hanc diuinam ſcientiam non eſſe contemplatricem tantùm, & quodammodo ignauam; ſed vltricem, & ſtrenuam, qualis ſupremum omnium iudicem decebat. Non obſcurè innuit hunc ſenſum D. Auguſtin. lib. 17. de ciuit. cap. 4. *Deus*, inquit, *ſcientiarum, atque ideo & arbiter conſcientiarum.* Ac ſi ex eo, quod ſcientias omnes habeat, ad conſcientias omnes examinandas, iudicandáſque procedat. Clariùs elicitur hic ſenſus ex verbis ſequentibus, *& ipſi præparantur cogitationes*; vt ſtatim dicam.

Deus æquiſſimus rerum æſtimator, cenſor, et iudex.

Orig.

Aquila.

D. Hieron.

D. Aug.

Ex tertio ſenſu argumentatur Anna.

41. EX hoc ſenſu rectè argumentatur Anna contra aduerſarios ſuos. Deus omnia nouit, tanquam iudex: ergo nolite multiplicare loqui ſublimia, &c. ſed veſtra à vobis ſcelera omnia remouete. Probè concludit. Quis enim coram iudice delinquat? Vnde D. Auguſt. lib. de decem chordis, cap. 2. peccatorem à ſuis peccatis ſic exterret. *Tunc*, inquit, *ipſe erit iudex cauſæ tuæ, qui modò eſt teſtis vitæ tuæ.* Eodem argumento vtitur D. Paulus, vt Hebræos ab incredulitate auertat. *Non eſt*, inquit, *vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius: omnia autem nuda, & aperta ſunt oculis eius, ad quem nobis ſermo.* Hebr. 4. num. 13. ſeu vt ex Græco elicitur, *ad quem nobis ratio*: id eſt, cui reddituri ſumus vitæ noſtræ rationem. Quaſi diceret. Deſinite eſſe increduli, quia habetis iudicem, cui omnia aperta ſunt. Theod. ex Græco legit, *reſupinata ſunt*: & addit eſſe metaphoram ab animalibus, quæ cum ſacrificantur, reſupina, & muta iacent. *Ita nos*, inquit, *etiam dum iudicamur, videmus quidem omnia, quæ à nobis impiè, vel iniquè facta ſunt: ſed ſupplicij ſententiam ſilentio accipimus, vt qui eam iuſtam ſciamus.*

Deus omnium iudex futurus, a peccatis debet cohibere.

D. Aug.

Theod.

42. Non aliter & Sapiens ex conſideratione diuinæ præſcientiæ, omnia non ſolùm explorantis, ſed etiam iudicantis, docet humanos ſenſus à peccatis frænari, & cohiberi. *Cogitatus*, inquit, *præſcientia auertit ſenſum.* Eccleſ. 31. num. 2. Quis enim ſciens ſua omnia peccata à Deo iudice diligenter examinanda, & punienda, non perhorreſcat, & à peccandi licentia coerceatur. Vnde Boëtius Seuer. lib. 5. de conſolatu philoſophico, proſa 6. ad finem, egregiè philoſophatur, & ex præſcientia ſupremi iudicis rectè monet, vt omnia à nobis flagitia exterminentur. Nam poſt multa de hac re tandem concludit: *Auerſamini igitur vitia, colite virtutes; magna vobis indicta eſt neceſſitas probitatis, cum ante oculos agitis iudicis, cuncta cernentis.*

Boët. Seu.

43. Eſt autem hic iudex adeò perſpicax, & acutus, vt vbi homines de iuſtitia præſumunt, ibi malitiam deprehendat, iuxta illud Parœmiaſtæ: *Omnes viæ hominis patent oculis eius.* Prouerb. 16. numero 2. ſeu, vt eſt in Hebræo, *mundæ ſunt in oculis eius*, nempe ipſius hominis: ſeu, *in oculis ſuis*. Hoc eſt, plerique hominum ita ſunt erga ſe ipſos affecti, vt omnes eorum actiones illis mundæ videantur. Et ſtatim ſubditur, *ſpirituum ponderator eſt Dominus.* Quaſi diceret: videte quid de vobis ſentiatis, non enim vos veſtrarum actionum cenſores, & æſtimatores eſſe debetis, ſed ipſe Dominus. Quare licèt vos veſtra opera, bona eſſe credatis; tamen cum ad diuini iudicij trutinam vocabuntur, in qua ſubtiliſſimi ſpiritus, & abditiſſimæ intentiones expenduntur, mala fuiſſe cognoſcentur. Qui ſenſus clariùs exprimitur Prouerb. 21. num. 2. *Omnis via viri recta ſibi videtur: appendit autem corda Dominus.* Hoc eſt, homo bene de ſe ſentit, Deus de quolibet rectè iudicat: nemo igitur de ſuo iudicio ſuperbiat; ſed de diuino contremiſcat.

Deus humanorum intentionum egregius trutinator.

44. Vnde in opera, quæ videntur bona, lentiùs, ac diligentiùs inquirit Deus. Lentiùs quidem, iuxta illud, *Cum accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo*: Pſalm. 74. num. 3. quaſi mala opera obiter tantùm, & horis quodammodo ſubſeciuis expendat; ad iuſtitias autem iudicandas liberiùs tempus, ac diuturnius aſſumat. Quamuis dubitandum non ſit, durius, & acerbius in malos, quàm in bonos iudicium exercendum. Vnde D. Bernard. epiſt. 1. ex hoc Dauidis verſiculo rectè argumentatur: *Quid faciet*, inquit, *de iniuſtis iudicijs, qui ipſas quoque iuſtitias iudicabit?* Et epiſt. 37. eandem argumentandi vim vſurpat, dicens: *Quod ſi iuſtitias, quantò magis iniurias?* Diligentiùs verò, iuxta illud, *ſcrutabor Hieruſalem in lucernis.* Soph. 1. num. 12. vbi Hieruſalem ſumitur pro iuſtis; ſicut & Babylon pro impijs ſumi ſolet. Vnde D. Bernard. ſerm. 55. in Cant. *Quid*, inquit, *tutum in Babylone, ſi Hieruſalem manet ſcrutinium?* Et paulò pòſt diſcrimen conſtituens inter mundanorum, & religioſorum hominum opera, ſubdit; *Illa non egent ſcrutinio, ſed ſupplicio; mea autem, qui videor eſſe monachus, & Hieroſolymita, occulta ſunt, nomine, & habitu monachi adumbrata. Idcirco neceſſe erit, ſubtili ea inueſtigari diſcuſſione: & quaſi admotis lucernis de tenebris in lucem prodi. Verendum valdè, ne ſub tam ſubtili examine, multæ noſtræ iuſtitiæ, vt putantur, peccata appareant.* Sed cur dicuntur iuſtorum facta ad lucernas potiùs, quàm ad ſolares radios, qui lucidiores ſunt, examinanda? Credo, quia ſolares radij multis ſæpe locis excluduntur: nam domorum feneſtræ, quæ extra Zonam torridam ad polum ſibi proximum, ſiue auſtralem, ſiue aquilonarem ſpectant, Solem non admittunt: interiores, ac profundiores ædium anguli, & anfractus, tectis vndique & parietibus incluſi, nullo radio ſolari perfunduntur: ſubterraneí cuniculi, perplexæque viarum ambages, per operta telluris viſcera tendentes, nunquam ſolarem pulchritudinem intuentur, nunquam ſolari lumine colluſtrantur. At verò lucerna manibus ducta, ac reducta, omnes feneſtras ſuo fulgore pulſat, omnes angulos permeat, omnes anfractus ſubit, omnes latebras perertat, denique per omnia loca quantumuis abdita atque inuia circumfertur. Ad lucernam igitur potiùs quàm ad Solem, iuſtorum mentes examinantur, quia omnia eorum facta tam externa, quàm interna, quantumuis ſecreta, & arcana, ad diuini iudicij lucem extrahuntur. Cauete igitur, inquit Anna iuxta hunc tertium ſenſum, cauete, ô ſuperbi, & arrogantes, ne veſtra opera, quæ tanquam optima iactatis, à Deo iudice tanquam peſſima condemnentur. Deus enim *ſcit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt.* Pſal. 93. n. 11.

Iuſtitia diligentius à Deo examinanda.

D. Bern.

Cur iuſtorũ opera in lucernis, non radiis ſolaribus ſcrutanda.

45. *Et ipſi præparantur cogitationes*, &c. Exponi poteſt vel de cogitationibus humanis, vel de diuinis, vt Vatabl. Caiet. Ianſen. Titelm. aliique obſeruant. De humanis quidem adhuc dupliciter. Primò ſic: *ipſi præparantur*. id eſt, ipſi Deo ponderantur, ſeu manifeſtantur;

Vatabl.

Caiet.

Ianſen.

Titelm.

Prima expoſitio de humanis cogitationibus Deo manifeſtandis.

feſtantur, nam verbum תָּכַן *Tachan*, quod hîc ponitur in Niphal, ſignificat *ponderare*, ſeu *manifeſtare*, quia tûs dum ponderantur, cuius valoris ſint, manifeſtantur, iuxta illud: *Appendit autem corda Dominus*. Prou. 21. n. 2. hoc eſt, ponderando, ſeu librâdo manifeſtat. Vbi ponitur idem verbum, quod hoc loco. Et tunc eſt repetitio prioris rationis; quamuis cum emphaſi dicantur *cogitationes*, & non loquutiones: nam Deum, vt bene D. Greg ad hunc locum, *non ſolùm linguæ habebis iudicem, ſed etiam cordis*. Quod ſtatim probat ex illo oraculo diuino; *Ego opera eorum, & cogitationes eorum venio vt congregem*. Iſa. 66. n. 18. Vbi non ſolùm externæ, ſed etiam internæ actiones dicuntur à Deo repetendæ, & ad iudicium euocandæ. Vnde paulò poſt à minori ad maius argumentatur, dicens: *Hinc otioſa loquentes cogitent, quàm metuere culpam loquutionis debeant, ſi is, cui loquendo delinquitur, etiam cogitationum exceſſus ad iudicij ſui examen ſeruat*. Nec minorem emphaſim expreſſit Latinus in verbo, *præparantur*. Quaſi non ſolùm completæ, ſed etiam vix natæ, & inchoatæ cogitationes Deo innoteſcant.

D. Greg.

Deus, & linguæ, & cordis iudex.

46\. Secundò ſic, *ipſi præparantur*: hoc eſt, in eius laudem diriguntur. Hunc enim ſignificatum habet etiam verbum Hebraicum תָּכַן *Tachan*, vt patet Iſa. 40. n. 13. *Quis audiuit ſpiritum Domini?* Vel, vt alij vertunt cum Rabbi Dauid, *Quis direxit?* Et tunc redditur noua ratio, cur nemo debeat gloriari de bonis proprijs: quod ſcilicet omnes cogitationes noſtræ in diuinam, non in propriam laudem impendi debeant; iuxta illud: *Cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem feſtum agent tibi*. Pſ. 75. n. 11. Quibus verbis docet Propheta, vt notat Rup. non ſolùm primitias, ſed etiam reliquias cogitationum noſtrarum, id eſt, totas noſtras cogitationes in Dei laudibus collocandas. Vnde Theod. ibi: *In hymnorum*, inquit, *cantilenas cogitationes conſecramus, ne minimam quidem earum partem in aliam curam occupantes*. Quare Rupertus ad hunc locum oſtendens, quanti æſtimentur à Deo cogitationes noſtræ, quę in eius gloriam referuntur: *Scientiarum*, inquit, *Domino cogitationes præparantur pro munere. Si vis ab illo promereri, vel impetrare ſcientiæ donum, non multa oblationes arietum, & taurorum, ſed ſanctæ cogitationes eius res præparatoriæ ſunt*: iuxta illud: Pſ. 9. & ſecundùm Hebr. 10. n. 17. *Præparationem cordis eorum audiuit auris tua*. Huiuſmodi tamen cogitationes ſenſatas eſſe oportet, vt notat idem Rupertus; alioqui Deus *aufert ſe à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu*. Sap. 1. num 5.

Secunda expoſitio, hominum cogitationes ad Dei laudem eſſe dirigendas.

Rupert.

Theod.

47\. De cogitationibus autem diuinis intelligere videntur 70. transferentes, Θεὸς ἑτοιμάζων ἐπιτηδεύματα αὐτοῦ, hoc eſt: *Deus præparans adinuentiones ſuas*. Nec multò aliter Theod. *Deus præparans exercitationes ſuas*, hoc eſt, complens & exequens ſua conſilia. Symm. *Non ſunt apud Deum prætextus, & excuſationes*. Nam illi tantùm, quibus aliquid accidit præter intentionem excuſationibus vtuntur, quod in Deo locum non habet, qui omnia operatur ſecundùm propoſitum voluntatis ſuæ. Vnde Vatabl transfert, *Conatus eius perficiuntur*. Et Pagn. *Ipſi directa ſunt opera*: id eſt, finem, ad quem diriguntur, pertingunt. Nam verbum originale תָּכַן *Thachan*, etiam ſignificat *dirigere*, vt proximè diximus. Ex quibus omnibus optima ratio concluditur, cur nemo de ſuis bonis debeat gloriari: quia nimirum ſolæ diuinæ cogitationes nunquam fruſtrantur, humanæ autem ſæpe franguntur, & corruunt. Vnde Iſid. Clar. *Ipſi*, inquit, *cedunt cogitationes humanæ, nec ſine eo perficiuntur conatus filiorum hominum*.

Aliorum expoſitio de diuinis cogitationibus à propoſito nunquam deficientibus.

Theod.

Symm.

Vatabl.

Pagnin.

Iſidor.

48\. Supereſt difficultas. Nam Caiet. Vatabl. Ianſen. & alij, dupliciter legunt, & apponendo, & auferẽdo negationem. Caiet. quidẽ, *Et ipſi directa ſunt opera*; vel, *Et non fuerunt directa opera*. Vatab. *Et ipſi numerantur opera eius*; vel, *Et non numerantur opera eius*. & ſic de alijs. Ratio diuerſæ lectionis eſt, quia in Hebræo eſt ולא *velo*, quæ dictio ſignificat, *& non*, vel *& ipſi*: quamuis enim לא *lo* per א ſignificet *non*; & לו *lo* per ו ſignificet *illi*: tamen & vice verſa aliquando ſignificat; vt facilè patebit Lexicon Hebraicum conſulenti. Hinc factum eſt, vt aliter alij vertant, vel affirmando, vel negando. Et quidem Caiet. priorem verſionem affirmatiuam, quam dicit non eſſe alienam à propoſito, explicat de cogitationibus diuinis, quæ Deo ſemper diriguntur, ſeu nunquam à ſuo propoſito deficiunt: poſteriorem, quam magis probat ex Hebræo, explicat de humanis, quæ frequenter excidunt à fine, ad quem deſtinantur. Et vtraque expoſitio in vnam optimè coaleſcit: nã & diuinæ cogitationes nunquã, humanæ verò frequentiſſimè fruſtrantur. Nec multò aliter cõciliari poſſunt illæ aliorum verſiones: *Ipſi numerantur*, vel, *non numerantur cogitationes*. Numerantur quidem humanæ, hoc eſt, manifeſtãtur, & ponderantur, ſeu, quid valeant, iudicantur. Non numerantur verò, ſcilicet diuinæ, quia nullo certo numero finiuntur, & nulla creata intelligentia comprehenduntur.

Caiet.

Vatabl.

Ianſen.

Num. 4. Arcus fortium ſuperatus eſt, & infirmi accincti ſunt robore.

EXPOSITIO LITERÆ.

1\. Arcus fortium, &c. Tria breuiter expedio. Quæ ſit ſententia huius loci. Ad quas perſonas referatur. Quibus metaphoris explicetur. Sententia hæc eſt: Deus fortes eneruat, infirmos corroborat. Quibus verbis oſtendit, nemini eſſe de ſuis viribus gloriandum; cùm non pro noſtro, ſed pro diuino arbitrio, vel augeantur, vel debilitentur. Ita ferè interpretes ad hunc locum.

Huius loci ſententia, Deum fortes eneruare, infirmos roborare.

Ad quas perſonas ſententia referatur.

2\. Sententiam alij ad alios referunt. Primò, D. Hier. in qu. Hebr. ſi ille eſt earũ auctor, Hugo Card. Lyr. Abul & Gloſ. ord. referunt ad Phenennam, & Annam: quarum illa tanquam potens, lingua pro arcu, verbis pro ſagittis vtebatur: hæc tanquam infirma, illius contumelias tacita audiebat. Sed paulò poſt mutata vice corruit illius potentia, roborata eſt huius infirmitas.

D. Hier.

Hug. Card.

Lyran.

Abulenſ.

Gloſſ. ord.

Quidam referunt ſententiam ad Phenennam, & Annam.

3\. Secundò, D Greg. D. Aug. Orig. Theod. Beda, Angel. Ianſon quibus adde D Cyril. Alex. in c. 3. Oſeæ, referunt ad Iudæos, & Gentiles: quorum illi, ante aduentum Chriſti Domini, multis oraculis, & miraculis, tanquam diuinis præſidijs muniti, fortes erant: hi verò, omnibus illis munimentis deſtituti, & exarmati, planè erant imbecilli. Sed moriente, ac reſurgente Domino, Iudæi ſuam fortitudinem perdiderunt, Gentiles receperunt.

D Gregor.

D. Aug.

Orig.

Theod.

Beda.

Angelom.

Ianſon.

D Cyril.

Alij ad Iudæos, & Gentiles.

4\. Tertiò, D Hier. rurſum in quæſt. Hebr. & Rup. referunt ad Ægyptios, & Hebræos in egreſſu ex Ægypto: quoniam illi, cùm fortiores eſſent, in mari rubro ſubmerſi ſunt, hi, qui infirmiores erant, liberi euaſerunt. Exod. 14 à n. 28. Deut. 7. à n. 1. Pſal. 77. à n. 52. Vel etiam referri poteſt ad Chananæos, & Hebræos in ingreſſu terræ promiſſæ; è quibus illi amiſerunt vires, quas habebant; hi quas non habebant, adepti ſunt, vt patet ex Deut. cit. & ex toto libro Ioſue, & ex Pſal. 134. & alijs paſſim locis.

D Hier.

Rupert.

Referuntur etiam ad Ægyptios & Hebræos, vel ad Chananæos.

5. *Lyran.* *Ad Phariſæos & Apoſtolos.*

Quartò, Lyran in mor. ad Phariſæos, & Apoſtolos. Nam illis de ſua potentia corruentibus, horum principatus nimis confortatus eſt. Pſal. 138. n. 17. Vnde illud vſurpare potuerunt Apoſtoli in Phariſæos: *Ipſi obligati ſunt, & ceciderunt; nos autem ſurreximus, & erecti ſumus.* Pſal. 19. n. 9. Et illud: *Brachia peccatorũ conterentur, confirmat autem iuſtos Dominus.* Pſ. 36. num. 17. Illi enim exuerunt virtutem, quam Apoſtoli in die Pentecoſtes ex alto induerunt Luc. vlt. n. 49. Quare Phariſæi, qui quòdam intendentes, & mittentes arcum, ſtrenui videbantur, conuerſi ſunt in die belli. Pſ. 77. n. 9. At verò Apoſtoli, inquit D. Greg. *qui olim mulierum verba timuerunt, poſtea auctoritatem Principum libertate frangebant.*

6. *Ad malos, & bonos Angelos.*

Quintò, D. Greg. in poſteriori commentario, refert ad malos, & bonos Angelos. Quorum illi dicuntur fortes, vel quia de ſuis viribus multum præſumunt; vel quia magnis tentationibus homines inuadunt: hi autem dicuntur infirmi, vel quia ſuis viribus non innituntur; vel quia licèt magnis præſidijs homines tueantur: tamen hominibus eorum tutelam reſpuentibus, infirmi quodammodo, & imbecilles efficiuntur. Sed tandem boni roborati ſunt, mali ſuperati. *Quos Deus*, inquit D. Greg. *de cælo præcipitauit, vt in lapſis Angelis diſceret homo, quid timeret. Nam quid de æreo vaſe fiet, ſi Deus nec aureis ſuperbia fœtore plenis ignoſcit?*

D. Gregor.

7. *Orig.* *D. Bonau.* *Ad dæmones, & homines.*

Sextò, Orig hom. de Eleana, & D. Bonau. Dom. 4. in Quadrag. ſerm. 1. referunt ad dæmones, & homines. *Quorum illi intenderunt arcum, parauerunt ſagittas ſuas in pharetra, vt ſagittent in obſcuro rectos corde.* Pſ. 10. n. 3. Nihilominus *tu*, inquit Orig. *ſi indutus ſis armis Dei, ſi ſcuto fidei munitus, & galea ſalutis obiectus, & lorica charitatis, & gladio ſpiritus accinctus, arcus contra te potentium præ munimentis talibus infirmabitur.* Alludens ad Apoſtolum, Epheſios hortantē, vt ſupernaturalium virtutum armis induantur: *Vt poſſitis*, inquit, *omnia tela nequiſſimi ignea extinguere.* Epheſ. 6. n. 16. Diuina igitur operante virtute, dæmonis robur frangitur, hominis infirmitas roboratur.

8. *Beda* *Orig.* *Ad ſapientes Philoſophos, & ſimplices Chriſtianos.*

Septimò, Bed. & Orig. cit. referunt ad ſapientes Philoſophos, & ſimplices Chriſtianos. Nam illorum profana loquacitas obmutuit: ſana Chriſtianorum ſimplicitas perſonuit, & inualuit. Scilicet *ſtulta mundi elegit Deus, vt confundat ſapientes.* 1. Cor. 1. n. 27. Veteres Philoſophi inani loquacitate mundum excantabant: ſed poſtquam ſimplicitas Chriſtiana audiri cœpit, & linguas infantium fecit diſertas, reſipuit mundus, & ab illis excantationibus, quibus conſtrictus tenebatur, ſe exoluit; nugatricem illam eloquentiam tanquam futilem, & inualidam omnes repudiarunt, & linguam ſanctam Chanaam diuinarum laudum vulgatricem, tanquam ſtrenuam, ac validam didicerunt; iuxta illud: *In die illa erunt quinque ciuitates in terra Ægypti, loquentes lingua Chanaam, & iurantes per Dominum exercituum.* Iſaïæ 14. n. 18.

9. *Dion.* *Caiet.* *Euthym.* *Vltimò refertur ad ſuperbos, & humiles.*

Vltimò, Dionyſ. Caiet. Euthym. & alij, ad quoſcumque ſuperbos, & humiles probabiliùs retulerunt. De quibus B. Virgo in ſuo cantico, *Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles.* Luc. 1 n 51. Sic enim explicata hac ſententia, vniuerſalior cernitur antitheſis; neminémque excludit eorum, in quibus deprimendis, vel attollendis diuinæ cogitationes præparantur: ſeu, vt ſuperiori num. explicauimus, perficiuntur, & complentur. Quamuis enim huius inuectiuæ occaſio à ſola Phenenna proceſſerit; tamen æquum fuit, vt vberioris doctrinæ cauſa, ad quoſcumque ſuperbos, & arrogantes extenderetur.

Quibus metaphoris ſententia explicetur.

10. *Arcus metaphoricè pro potentia.*

Metaphora duplex eſt. Vna, qua arcus ponitur pro potentia, præſertim militari. Frequens eſt in ſacris literis. *Arcus eorum confringantur.* Pſ. 36. n. 15 *Non enim in arcu meo ſperabo* Pſ. 43. n. 7. *Arcum conteret, & confringet arma.* Pſ. 45. n. 10. *Conteram arcum Iſrael.* Oſeæ 1. n. 5. *Diſſipabitur arcus belli.* Zach. 9. n. 10. *Emarcuit arcus eorum.* Ier. 51. n. 56. *Percutiam arcum tuum in manu ſiniſtra tua, & ſagittas tuas de manu dextera tua deiiciam.* Ezech 39. n. 3. & paſſim alibi. Ducta eſt metaphora ex eo, quod olim in ſagittarijs poſita erat maxima vis belli, præſertim apud Oriétales; imò & apud Iſraëlitas vt patet ex 1. Paral. 12. n. 1. Vbi qui tendebant arcum, *dicuntur fortiſſimi, & egregij pugnatores.* Vnde Dauid poſt mortē Saülis, antequam illi parentaret, *præcepit, vt docerent filios Iuda arcum.* 2. Reg. 1. n 18. Significans defectu eorum, qui arcu præliarentur, Saulem à Philiſthinis interfectum; & diligenter conſulens, ne quid detrimenti ex ſimili defectu Reſp. in poſterum pateretur. Igitur, *Arcus fortium ſuperatus eſt*, perinde valet, atque ſuperata eſt humana potentia, quæ facilè ruit, niſi diuino præſidio innitatur.

Apud Iſraëlitas præcipuum belli robur in ſagittariis.

11. *Ferrea Ioſeph manica in aureas armillas cōuerſa.*

Ideo Ioſeph ſuum arcum, hoc eſt, ſuam potentiam, ac virtutem in Deo collocauit, iuxta illud: *Sedit in forti arcus eius.* Gen. 49. n. 24. Et propterea labefactatus non eſt, imò potiùs locupletatus eſt. Sequitur enim, *& diſſoluta ſunt vincula brachiorum & manuum illius*, id eſt, vincula, quibus in carcere conſtrictus tenebatur, omnia corruerunt. Ex Hebræo legi poteſt: *& deaurata ſunt brachia illius*; Vt transferunt Rabbi Salomon, & Rabbi Dauid. Nam verbum פזז *Pazaz*, quod eo loco ponitur, præter alia ſignificat, *deaurare*, ſeu *auro ornare.* Illa igitur brachia Ioſeph, quæ paulò antea fuerant grauata ferro, paulò poſt fuerunt auro decorata; nimirum propter aureas armillas, cum quibus ferreas manicas Pharaonis iuſſu commutauit. Quod Paraphraſtes Chaldæus apertiùs interpretatur. *Eo quod*, inquit, *obſeruauit legem in occulto, propoſuitque conſtantem ſpem ſuam, poſitum eſt aurum optimum ſuper brachia eius, poſſeditque regnum, & confirmauit*, &c. Vbi obiter nota, auro, & imperio dignum eſſe, non ſolùm, qui in forti, hoc eſt, in Deo ſpem ſuam reponit, & diuinam legem firmiter obſeruat; ſed etiam qui vt alter Ioſephus pro caſtitate tuenda fortiter præliatur.

Auro, & imperio dignus, qui pro caſtitate fortiter præliatur.

12. Igitur, qui Deo non adhæret, quantumuis ſibi firmus, ac munitus videatur, facilè vincitur, frangitur, & elangueſcit. Nam ſine Deo adiutore, *Arcus fortium ſuperatus eſt.* Septuaginta habent, *Arcus potentium.* Quos Orig D. Aug. & D. Cypr. ſequuntur. Chaldæus, *Arcus virorum.* Latinus cum cæteris, *Arcus fortium.* Concidunt omnes; nam potens, & fortis, & vir, tam ſignificatione, quàm re ipſa optimè coniunguntur.

Orig. *D. Aug.* *D. Cypr.*

13. Duplex ſupereſt difficultas. Vna, quia quidam non legunt, *Arcus fortium*, cùm nomen קשת *Cheſeth*, id eſt, *arcus*, non ſit neceſſariò in regimine, quod ſemper genitiuum antecedit: ſed, *Arcus fortes*, non quidem ſubſtantiuo cum adiectiuo cohærente, cùm vtrumque nomen, & קשת *Cheſeth*, id eſt, *arcus*, & גברים *Guibborim*, id eſt, *fortes*, ſit ſubſtantiuum, & præterea hoc ſit plurale, illud ſingulare, quæ non cohærent. Legunt igitur, *Arcus fortes*, deficiente coniunctione, pro, *Arcus, & fortes*, ſeu, *Arcus cum fortibus*, vt Vatabl. Clar. & Mariana interpretantur. Quaſi non ſolùm arma ipſa conſtracta dicantur, ſed multò magis armatorum corpora lacerata, & animi attriti.

Vatabl. *Clar.* *Marian.*

Altera,

14\. Altera, cur potiùs hoc loco arcus, quàm gladius, aut quoduis aliud militare inſtrumentum nominetur. Reſpondet D.Greg quia arcus ſignificat fraudulentam ſæuitiam Iudæorum, de quibus locū interpretatur: nam ſicut arcus non immediate vulnerat, ſed in vulnus dirigit ſagittā; ita *Iudæi*, inquit, *non palam per ſe ipſos, ſed ex occulto, quaſi ex arcu Redemptorem vulnerabant, quem gentium manibus occidebant.* Aliter reſpondet Angelom. quia arcus non ſolùm ferit eum, in quem intenditur, ſed etiam à quo intenditur: dum in illum torquet ſagittam, in hunc ipſe per ſe retrorſum agitur. *Ita planè Iudæi*, inquit, *etiam Chriſto, & ſibi interitum machinabantur; dum illum in crucem agebant, ſe ipſos in infidelitatem præcipitabant.* Vnde dicuntur *conuerſi in arcum prauũ.* Pſ 77.n.57. quia in malum, quod Chriſto Domino parabant, & multo etiam grauius, recidebant.

D.Greg. *Cur arcus, & non aliud militiæ inſtrumentum nominetur.*

Angelom.

15\. Altera metaphora eſt, qua accincti robore dicuntur pro robuſtis, & ad bellū expeditis, quæ eſt in ſacris literis non infrequēs. *Gad accinctus præliabitur*, Gen 49.n 19. hoc eſt, armatus, & expeditus Vnde Chaldæus vertit, *Caſtra armatorum de domo Gad tranſibunt.* Et quem hoc loco Iacob dicit *accinctum*, Moyſes *leonem* appellauit. *Gad*, inquit, *quaſi leo requieuit.* Deut. 33.n.20. Rurſus, *ne glorietur accinctus æquè, vt diſcinctus.* 3 Reg. 20. n.11 hoc eſt non glorietur armatus ad pugnam, æquè ac exarmatus poſt victoriam Ita Rex Iſraël admonuit per nūtios Regem Syriæ vana ſpe victoriæ tumeſcentem Quaſi diceret, ſi poſt victoriam ſuperbires, minus id irridendum eſſet, cum autem ante victoriā ſuperbias, inſanis. Item, *Aſcendam ad populum accinctum noſtrum.* Abacuc 3.n.16. D Hier. exponit ad populum fortem, bellatorem, atq; pugnacem. Hoc eſt, in eorum ſocietatem me ingeram, qui aduerſus Antichriſtum fortiter depugnabunt. Illa quoque mulier fortis, de qua Salomon, *accinxit fortitudine lumbos ſuos* Prou. 31.n.17. Deus autem ad Iobum: *Accinge*, inquit, *ſicut vir lumbos tuos.* Iob.38 n.3. Sed & Dauid de ſeipſo: *Deus* inquit, *qui præcinxit me virtute.* Pſal.17.n.33. imò & Angelus, qui apparuit Danieli, non in Angeli, ſed in viri ſpeciem, vt nominis etymo ſuam virtutem indicaret, erat *veſtitus lineis, & renes eius accincti auro obrizo.* Dan.10.n 5. Eodem habitu vidit Ioannes alium Angelum *præcinctum ad mammillas zona aurea.* Apoc.1 n 13. Quin etiam & Deus ipſe *indutus eſt fortitudinem, & præcinxit ſe.* Pſal.92.n.1.

Accinctum in ſacra pagina pro armato, & ad bellum expedito.

D.Hier.

16\. Tandem etiam in profanis literis, bene cinctus apud Latinos, & εὔζωνος apud Græcos, hoc eſt, *zona circumdatus*, pro ſtrenuo ponebatur. Vnde cingulum, tanquam ſymbolum fortitudinis Marti ſacrari conſueuit, teſte Homer. Iliad.13. & apud Macedones lege ſtatutum erat, vt qui miles in bello ignauus eſſet, non cingulo in poſterum, ſed capiſtro cingeretur. Certè Romanorum lex erat, vt milites ſemper cincti, caligatiq; eſſent, teſte Alex ab Alex. lib.1 gen. dier. c.20. vt habitu corporis ſuam ſemper fortitudinem teſtarentur. Contra verò diſcincti malè audiebant, tanquam imbelles & ignaui. Vnde ignominiæ cauſa de Afris cecinit Mantuan. 8 Æneid

——Diſcinctos Mulciber Afros
Pinxerat.—— ——

Et propterea Octau Auguſtus, auctore Tranquillo in eius vita, c.24. cum militem ignauum acerrimè punire vellet, diſcinctum per medias acies incedere iubebat: quæ non erat minor ignominia, quàm ſi muliebri veſte indutus incedere iuberetur. De qua re plura Lipſius lib 5 de militia dialog.18.

Accincti milites apud Romanos bellicoſi. diſcincti verò ignaui, & imbelles.

Homer.

Alex. ab Alex.

Virgil.

Lipſius.

17\. Igitur, *infirmi accincti ſunt robore*, idem valet, atq; infirmi, fortes effecti ſunt. Et obſerua, extremam infirmitatem in ſupremam fortitudinem diuinitus commutatam. Extremam quidem infirmitatem, quod adeò fuerint infirmi, vt ne pedibus quidem conſiſtere valerent. Vnde Caiet. vertit, *qui ceſpitabant*; Vatabl. *qui impingebant*. in Hebræo habetur, *qui cadebāt*, ſeu, *qui vacillabant* ſeu, *qui pedibus debilitabātur*: hæc enim omnia ſignificat verbum originale כָּשַׁל *chaſal*, quod hic ponitur. Quis enim infirmior, quam qui ne pedibus quidem poteſt conſiſtere, & cohærere? Supremam autem fortitudinem, quod tam fortes effecti fuerint, vt accincti robore dicantur: nam cingulum ſupremæ fortitudinis index eſt; vt mihi videtur D.Greg hoc loco ſignificare. nam quemadmodum cingulum totum corpus vndique ſtringit, ac retinet; ita perfecta fortitudo totum hominem roborat, & confirmat: manus ad pugnandum: pedes ad conſiſtendum: caput, cor, externas, internaſque potentias ad ſuas actiones fortiter obeundas, ita vt nihil in homine debile, & infirmum relinquatur. Vnde Paraphraſtes Chaldæus vertit; *& qui fuerunt debiles, facta ſunt eis virilitates.* Ac ſi non vna tantùm virilitas, ſeu fortitudo; ſed plurimæ accedant ijs, qui à Deo roborantur.

Caiet.

Vatabl.

D.Greg.

18\. *Itaque infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia, vt non glorietur omnis caro.* 1. Cor.1.n.27.& 29. Infirmis adhibet vires, fortibus eripit, vt hi per illos confundantur: neutri vero glorientur. non infirmi, quia fortitudinem acceperunt; non fortes, quia amiſerunt. Hac viciſſitudine inſtruit Deus fortes, vt timeant; infirmos, vt ſperent. Sic olim potentiam Ægyptiorum per ſciniphes, ranas, locuſtas, aliáque inſectilia, & viliſſima animalia ſubegit, vt patet ex c.10. Exod. Vbi Rup. lib. 2. c 28. *Ecce*, inquit, *quales inſtruxit acies. Ex huiuſmodi cohortibus totas contra fortes Ægyptios compoſuit legiones. Singuli milites ſecundum ſe breues quidem, & infirmi: verùm pro exercitibus Pharaonis ſatis valentes fuère, duce imperio Dei. Nempe quod multus hominum exercitus facere non potuiſſet, iſta phalanges locuſtarum ſtrenua peregère militia.* Vbi plura addit, de quibus nos ſuo loco latiùs dicemus.

Deus fortia infirmis confundit.

Rupert.

Num. 5. Repleti priùs, pro panibus ſe locauerunt: & famelici ſaturati ſunt, donec ſterilis peperit plurimos: & quæ multos habebat filios, infirmata eſt.

EXPOSITIO LITERÆ.

1\. R*Epleti priùs*, &c. Eadem eſt ſententia, quæ ſuperior, ſed in diuerſa materia: quæ tripliciter exponi poteſt. Primò anagogicè, de pane temporalis, & æternæ vitæ. Nam qui in præſenti vita temporalibus delicijs ſaturantur, in futura à cæleſtibus ieiunant Hoc enim ſignificat tranſlatitie, pro panibus ſe locare, vt ſtatim dicam. Veriſſimus eſt hic ſenſus. Vnde ad eos, qui pauperū immemores, fortunæ ponebant menſam, & bibebant ſuper eā, loquitur Deus per Iſaiam: *Ecce*, inquit, *ſerui mei comedent, & vos eſurietis. Ecce ſerui mei bibent, & vos ſitietis. Ecce ſerui mei lætabuntur, & vos confundemini.* Iſa.65.n.13. Quibus verbis ſatis oſtendit, diuitum, & pauperum vices in hoc ſeculo, & in futuro alternandas, vt D.Cyril. Alexan. D.Hieron. & Lyran. interpretantur. Quod Tertul. lib. de ſpectaculis, c.28. eleganter expreſſit: nam expendens illud Chriſti Domini, *mundus gaudebit, vos autem contriſtabimini.* Ioan.16.n.20 ſubdit, *vicibus diſpoſita res eſt: nunc illi lætantur, nos conflictamur.* Et paulò poſt:

Triplex expoſitio. Prima de pane temporalis, & æternæ vitæ.

D Cyrill. D.Hier. Lyran. Tertull.

Qui in hoc ſeculo eſuriunt, in futuro ſaturantur, & à contrà.

A poſt: *Lugeamus ergo, dum Ethnici gaudent, vt cùm lugere cœperint, gaudeamus.* Patet hæc viciſſitudo in diuite auaro, & Lazaro mendico. Luc. 1 .n.19. & ſequentibus. Lazarus enim in hac vita torquebatur fame, diues epulabatur ſplendidè. Sed mutatis in poſterum vicibus, eſuriebat diues, ſaturabatur Lazarus. Quod iterum Tertul. lib. de idololatria, c. 13. obſeruans: *Seculo,* inquit, *gaudente, lugeamus, & ſeculo poſtea lugente, gaudebimus. Sic & Lazarus in ſinu Abrahæ refrigerium conſequutus; contrà diues in tormento ignis conſtitutus, alternas malorum, & bonorũ vices æmula retributione cõpenſant.* Nec minus eleganter alternatam vnius cum altero ſortem expreſſit D. Aug. ſer. 227. de tempore. *Pauper,* inquit, *beatitudinẽ emit mendicitate, & diues ſupplicium facultate.* Et paulò

D.Aug.

B poſt de diuite: *Deſiderat,* inquit, *guttam, qui negauerat micam.* Et rurſum: *O diues,* inquit, *qua fronte quæris guttam, qui noluiſti porrigere micam?*

Senſus ſecundus allegoricus de pane ſpirituali.

2. *Secunda expoſitio de pane ſpirituali ſcientiæ, virtutis, vel Euchariſtiæ.* Orig. D.Greg. Theod. Beda. Rupert. Angelom. Janſon.

SEcundò intelligi poteſt allegoricè, de pane ſpirituali in hac vita. Ita Orig. D.Greg. Theod Beda, Rup. Angelom. Ianſon. aliiq; exponunt. Magna enim fit in hac vita huius panis viciſſitudo, ſiue ſit panis ſcientiæ, quo paſcitur intellectus; ſiue panis virtutis, quo nutritur voluntas, ſiue panis Euchariſtiæ, quo tota anima ſaginatur. Nam qui olim his omnibus panibus abundabant, facta in deterius C mutatione, nunc ab his omnibus ieiunant: & vice verſa, qui his antea priuabantur, ijdem poſtea replentur. Et ne longius exempla afferantur, hæc omnia in Eccleſia gentium, & Synagoga Iudæorum facilè patebunt. Nam quod attinet ad panem ſciẽtiæ, Iudæi priùs ſcripturarum pane ſatiati, nũc illarum fame cruciantur, iuxta illam cõminationẽ diuinam: *Emittã,* inquit, *famem in terrã, non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed audiendi verbũ Domini.* Amos 8.n.11. Vbi ſermo eſt de Iudæis olim ſcientiâ præacutis, nunc ignorantia obcæcatis: quam ignorãtiá appellat famem, non quidẽ panis, ſed verbi. *Docens,* inquit D.Chryſ. hom. 54. ad pop. *quod illa quidem fames corpus emaciat, hæc autẽ animã attenuat.* Eandẽ il-

D.Chryſ. *Iudæi Scriptura olim ſaturati, nunc famelici.* D.Hier.

D lis famem cõminatur Deus per Iſaiam. *Ecce,* inquit, *dominator Dominus exercituũ, auferet ab Hieruſalem, & à Iuda validum, & fortem, omne robur panis, & omne robur aquæ.* Iſa. 3.n.1. In quem locum D. Hier. *Habent,* inquit, *Iudæi panem, ſed abſque fortitudine; habent aquas, ſed abſque robore. Legunt enim ſcripturas, ſed non intelligunt. Tenent membranas, & Chriſtum, qui in membranis ſcriptus eſt, perdiderunt.* Quare populus Iudaicus non immeritò cenſetur eſſe ille vir ſtultus, quem vocat Eliphaz, *cuius meſſem,* inquit, *famelicus comedet, & bibent ſitientes diuitias eius.* Iob. 5 num. 5. Quid ſtultius, ac ſtolidius, quàm habere meſſem, E & ab illius fructibus eſurire, panem poſſidere, nec guſtare, ſed per meram incuriam alijs relinquere guſtandum? Talis fuit populus Iudaicus: nam vt bene D.Greg. lib. 6. c. 2. *Huius,* inquit, *ſtulti meſſis fuerat ſacri ſeges eloquij. Quædam namque ſpicarum grana, ſunt verba Prophetarum, quæ ſtultus habuit, ſed non comedit: quia Iudaicus populus legem quidem verbo tenus tenuit; ſed per fatuitatis faſtidium ab eius intellectu ieiunauit. Huius verò ſtulti meſſem famelicus comedit, quia nimirum Gentilis populus verba legis intelligendo edit, ad quæ plebs Iudaica ſine intellectu laborauit.* En vt Iudæus à proprijs epulis ſcripturarum eſurit, Gentilis alienis ſaturatur. Scilicet hoc illud eſt, quod Propheta cecinerat: *Deſerta in vbertatem verſa aduenæ comedent.* Iſa. 5.n.17. Vbi aduenæ, ſeu, vt alij ex Hebræo vertunt, agni, hoc eſt, Gentiles

D Gregor.

A leonina, ſeu taurina feritate exuti, & agnina manſuetudine inſigniti, planè dicuntur iuxta Interlin. ſcripturas à Iudæis deſertas, & in vbertatem ſpiritualis intelligentiæ verſas epulaturi.

Quod verò attinet ad panem virtutis, vbi quondam vberior, quam in agro Iſraëlitico germinauit? modò autem vbi ſterilior, quàm in eodem agro reperitur? Iudæi olim virtutum conuiuio epulabantur, nunc autem virtutum faſtidio conſumuntur. Contrà verò Gentiles olim ieiunabant, quia nullas virtutum dapes attingebant; nunc epulantur, quia optimis virtutum condimentis perfruuntur. Quò pertinet illud Dauidicum: *Diuites eguerunt, & eſurierunt.* Pſalm. 33.n.11. Et rurſus illud:

3. *Iudæi olim virtutum pane ſatiati nunc mendicantes eſuriunt.*

B *Edent pauperes, & ſaturabuntur.* Pſalm. 21. num. 27. Vtrumque locum D.Ambr. ſerm. 12. in Pſ. 118. ad præſens inſtitutum rectè interpretatur: illum quidem de Iudæis, hunc autem de Gentilibus. *Diuites,* inquit, *eguerunt, & eſurierunt, quia qui antea abundabant gratia, poſtea tamen propter perfidiam ſuam egere cœperunt. Qui autem pauperes erant, populi nationum, iam per fidem Chriſti ſatiantur, & abundant, ſicut ſcriptum eſt; Edent pauperes, & ſaturabuntur.* En illa Ieremiæ lamentatio: *Qui veſcebantur voluptuosè, interierunt in viis.* Thren. 4. n. 5. Scilicet præ fame tanquam vicatim, & oſtiatim mendicantes. Quæ ad hanc myſticam Iudæorum quondam ſatietatem, poſtea eſuriem non incongruè transfert. Nam Hebræi quondam legali obſeruantia

D Ambr.

C tanquam ingi conuiuio fruebantur: poſtea verò à lege, à templo, ab vrbe, à patria excluſi, *errauerunt in ſolitudine in inaquoſo: viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt, eſurientes, & ſitientes.* Pſalm. 106.n.5. Imò & nunc etiam toto orbe vagantes, & exerrantes, cœleſtium bonorum, ſupernaturaliúmque virtutum *famem patiuntur vt canes.* Pſalm. 58. num. 7. Contrà verò Gentiles quondam bellu1no ritu degentes, vtpote cultores belluarum, ſtimulante eos fame melioris, & ſanctioris vitæ, quam ignorabant, ad boum aras, fœnum vt boues comedebant; & idolis ſeruientes, præ fame idolothytis paſcebantur: nunc autem ad cœnam Agni, ad Regis prandium, ad cæleſtium virtutum conuiuium inuitati,

D & ad cellam vinariam cæleſtis ſponſi, hoc eſt, diuinæ charitatis apothecam introducti, *epulantur, & exultant in cõſpectu Dei, & delectantur in lætitia* Pſ. 67. n. 4. Totum hoc argumentum exprimunt illi duo fratres ſenior, & iunior, de quibus Chriſtus Dominus Luc. 15. à n. 2 . nam ſenior, qui, interprete D.Hier in ep. 146. ad Damaſ. populum Iudaïcum exprimebat, natus & nutritus in domo paterna, non ſolum abundabat panibus, vt mercenarius, ſed etiam lautis virtutũ ferculis ſaginabatur, vt filius. Vnde legalem ſpirans ſanctitatem, dicere audebat ad patrem: *Ecce tot annis ſeruio tibi, & nunquam mandatum tuum præterivi.* Cui pater quodammodo

D Hier. *Senior prodigi germanus, Iudaicum populum, ipſe prodigus gentilem exprimebat.*

E aſſentiens, *Fili,* inquit, *tu ſemper mecum es, & omnia mea tua ſunt.* Potuitne lautior explicari cæleſtis conuiuij apparatus? Sic epulabatur, quandiu à legali obſeruantia non diſcedebat. Sed tandem à paterna domo digreſſus, & in agro terrenarũ cupiditatũ ſpatiatus, ſic deſipuit, vt deinceps nullum cæleſtium epularum ſaporem præſentiret, nec vitulum ſaginatum, ſingulare virtutum nutrimentum, prægustaret, ſed foris extra domum conuiuij commoratus, & nolens introire, cæleſtium bonorum famem, ipſa morte deteriorem, pateretur. Contra verò iunior, qui eodem D.Hier. interprete, Gentilẽ populum adumbrabat, priùs ita eſuriebat virtutum omnium egenus, vt ſicut porcinam agebat vitam, ita porcino victu vteretur; & profano idolorum cultu, tanquam meretricio vſu, ſic

exhau

exhauſtus erat, vt paternorum gurges, & helluo bonorum, imò propriè diſſipator prodigus conſcientiæ, omnem ex animo pietatem, & religionem abiiceret, & extrema bonorum ſpiritualium inedia torqueretur. Tandem ad patrem regreſſus, ſic abũdabat, vt liberali conuiuio exceptus, vitulo frueretur ſaginato, qui omne delectamentum, & ſaporis ſuauitatem, & cæleſtium epularum, ſeu virtutum dulcedinem continebat. Quis ergo dubitet priùs ſaturos ſpirituali cibo, poſtea eſurire; & vice verſa, priùs eſurientes poſtea ſaturari.

4. *Euchariſtici panis Iſraelitico populo in figuris datur*

Quod tandem attinet ad panem Euchariſtiæ, ſaturabatur olim Iſraëliticus populus fide huius panis, multis ex oraculis, & miraculis collecta. Cùm enim audiebat illa oracula, *Panẽ cæli, & panẽ Angelorum*, apud Dauidẽ Pſ. 77 n. 24. *Conuiuiũ pinguium, conuiuium vindemiæ*, apud Iſa. 25. n. 6. *Frumentũ electorum & vinum germinans virgines*, apud Zach. c. 9. n. 17. Rurſus cũ videbat illa miracula, *mãna de cælo*. Exod. 16. n. 15. *aquã de rupe* Num. 20. n. 11 *mel de petra*, Pſ. 80. n. 17. *oleũ de ſaxo*. Deut. 32 n. 13. *farinã Heliſæi*, ollæ amaritudinẽ in dulcedinem cõmutantẽ. 4. Reg 4. n. 41. Hæc, inquã, cum audiebat oracula, & videbat miracula, fide huius Euchariſtici panis implebatur. Nunc autẽ in præſentia huius panis, quaſi alter Tantalus, eſurit, & ieiunat, dicẽs: *Quomodo poteſt hic nobis carnẽ ſuam dare ad manducandum?* Ioan 6. n. 52. imò, vt integram famem perpetuò ſeruaret, de tollẽdo hoc pane, & dãdo canibus, hoc eſt, gẽtibus, vt eũ crucifigerẽt, cogitauit iuxta illud, *mittamus lignũ in panem eius*. Ier. 11. n 19. Vide, vt repleti prius Iudæi, poſtea eſurierũt. At Gentiles, qui olim nulla huius panis, aut fide, aut præſentia refecti valde eſuriebant, nec domum huius conuiuij intrabant; ſed tãquam canes ſtabant foris, per exitus viarum, plateas, & vicos, & ſepes diſſipati: & vt plurimum, non niſi *vt catelli edebant de micis, quæ cadebant de menſis dominorum ſuorum*: hoc eſt, temporalia quædam beneficia, quibus alerentur, de diuina liberalitate accipiebant; Gentiles, inquam, olim eſurientes nunc ad huius conuiuij delicias inuitati, *veniũt ab Oriente, & Occidente, & recumbunt cum Abraham in regno cælorum*. Matth. 8. n. 11. Hoc eſt, in Eccleſia de Euchariſtico pane conuiuantur cum Abraham: qui eum de manibus Sacerdotis Melchiſedech fide, & repræſentatione ſuſcepit. Gen. 14. n. 18. Hanc erga Gentilem populum miſericordiam Dauid olim Deo gratulatus: *Paraſti*, inquit, *in dulcedine tua pauperi Deus*. Pſal. 67. n. 11. Quaſi diceret, diuitem, & abundantem populum Iudaicum, qui ad hunc cibum nauſeabat, procul ab eo remouiſti, *nemo illorum guſtabit cœnam meam*. Luc. 14. n. 24 At verò pauperem, & eſurientem populum Gentilem, cui hic cibus dulceſcebat, mira huius epuli dulcedine recreaſti. *Famelici ſaturati ſunt*. Hic obiter nota cum D. Greg. non ſaturos, ſed famelicos, hoc eſt, non vitijs plenos ſed vacuos, hoc pane reficiendos, & ſaginandos. Nam vitijs pleni, *comedunt*, inquit, *& ſaturari non poſſunt: quia etſi Sacramentum ore percipiunt, virtute Sacramenti nequaquam replentur*. Et paulò poſt: *Non ſaturantur ergo niſi famelici, quia à vitiis perfectè ieiunantes, diuina Sacramenta percipiunt in plenitudine virtutis* Et ſtatim monet, vt etiam à minimis peccatis euacuari quotidie enitamur; nam etiam minima peccata, quibus anima paulatim repletur niſi quotidie exhauriantur, *auferunt*, inquit, *fructum internæ ſaturitatis*.

Gentilis populus Euchariſtico pane ſaginatur.

D. Greg.

Minimis etiã peccatis euacuandi, qui hoc pane reficiuntur.

Tertius ſenſus literalis de pane temporali.

5. *Tertia expoſitio de pane temporali. vel de qualibet rerum temporalium abũdantia.*

TErtiò expoui poteſt de pane temporali, & corporeo huius vitæ, ſiue illius nomine panis cibarius propriè exprimatur, ſiue quælibet tẽporalis abundantia, opũ, honorum, filiorum, aliuſq; id genus ſignificetur. Ita Lyr. Abul. Caiet. Hug. Card. Dion. Euthym. Titelm. Ianſen aliiq; exponunt. Solet enim Deus circa hæc omnia alternare vices: vt à ſummo gradu in infimum, ab infimo in ſummum viciſſim recurratur, & commeetur. Sic igitur litera interatur: *Repleti prius*, hoc eſt, *qui prius fuerunt ſaturi in pane*; vt eſt in Hebræo, & Chaldæo. ſeu, *pleni panibus*, vt habent Septuaginta, hoc eſt, temporalium rerum copia abundantes, *pro panibus ſe locauerunt*: hoc eſt, pro lucrando pane, ſeu cõparando victu, ſuas operas alienis dominis locauerunt, ſiue ſuam libertatẽ in ſeruitutẽ tradiderunt, & quidẽ aſperã, & difficilem, vt mihi videtur Aquil. inſinuaſſe, transferens *συνετρίβησαν* i. *ſe attriuerunt*. Nam ſicut Hebræorum via per deſertũ facilis indicatur, cum dicitur; *pedes eorũ non ſunt attriti*. 2. Eſdr. 9. n. 21. ita hæc ſeruitus valde difficilis innuitur, cum dicitur *ſe attriuerunt*, nempe ſeruiendo, ac laborando Eiuſdem ſeruitutis difficultatẽ mihi videntur expreſſiſſe Septuaginta transferẽtes, *ἠλαττώθησαν*, id eſt, *minorati ſunt*, vt eſt in Biblijs Sixtianis, verbo minus Latino, vt notat D. Aug. *vel, diminuti ſunt*, vt eſt in Regijs & Cõplutenſibus, ſermone accõmodato ad hanc rem explicandam: nam *capite diminuti*, dicuntur illi apud Latinos, qui bonis domeſticis, ac patrijs, unò & ipſi libertate ſpoliati ad miſerã egeſtatem redigantur. Vt videre eſt apud Briſſon lib 3. de verb. ſignif. verbo, *caput* Igitur qui bonis omnibus abundabant, eo miſeriæ deuenerunt, vt pro mercede conquirenda peſſimam ſeruitutem ſeruire cogerentur.

Lyran. Abul. Caiet. Hug. Card. Dionyſ. Euthym. Titelm. Ianſen.

D Aug. *Quinam dicantur capite diminuti.*

Briſſon.

Altera pars antitheſis, *& famelici ſaturati ſunt*, in Vulgata editione nullã habet difficultatẽ. In Chaldæa illuſtrẽ plane, atq; vtilem continet explicatũ; ſic enim habet: *Et qui fuerũt obſcuri, diuites facti ſunt, & obliti ſunt egeſtatẽ ſuam*. Quibus verbis ad magnã felicitatem tranſitus indicatur: nam ſicut recordatio præteritæ felicitatis magis torquet; ita & obliuio præteritæ calamitatis magis beat. Sola difficultas eſt in Græco, & Hebræo textu: nam in Hebræo eſt, *& famelici* חדלו *chadelu*, hoc eſt, *ceſſarunt*, ſeu *deſierunt*, ſcilicet famelcere, & eſurire, aut ſeruire pro pane: ſeu, vt transfert interpres Origenis, *dereliquerunt*, nempe famem, aut ſeruitutem ſuam, qua torquebantur. Quæ loquutio figurata, & contraria hyperbolicè dicitur *ταπείνωσις*, plus ſenſu, quam verbo exprimens: nam licet verbo ſolum ſignificet, non eſurire, quod parum eſt, ſenſu tamen exprimit, bonis omnibus abundare, quod eſt multũ Quo pacto Iſa. c. 49. n. 10. & Ioan. Apoc. 7. n 16. dictum, beatos omni cæleſtium ferculorum copia fruituros, ſolùm dixerunt per tapinoſim, *neque eſurient, neque ſitient*. Hac enim verborum tenuitate, ferculorum ſatietatem indicabant. In Græco eſt, *& famelici παρῆκαν γῆν*, id eſt, *tranſierunt terram*. Quod D. Aug. myſticè explicat, *non terrena, ſed cæleſtia ſapuerunt*. Sed propius ad literam Euthym *tranſierunt*. ſeu, vt ipſe legit, *dimiſerunt terram*, in qua ob mercedem ærumnosè fatigabãntur: vel dimiſerunt terram colere, atque eſſe amplius agricolæ, nimirum terræ, & agricolarum domini, & diuites ex pauperibus effecti. Adde, famelicos terram circuire ſolitos mendicando; ſaturos autem præterire, ſeu tranſire vicos, & plateas, quibus antea oſtiatim mendicabant, & in proprijs ſedibus tam diuites effectos commorari. Senſus igitur eſt, famelici, qui præ inopia terram mendicando circuibant, pinguiorem fortunam nacti, eas circuitiones omittunt, & in proprijs laribus omni bonorum copia abundantes conquieſcunt. 6.

Mendici à calamitate in felicitatẽ redacti.

D Auguſt.

Euthym.

Sed iam vtraque pars huius antitheſis breuiter cõfirmetur. Prior, quod pleni, ac ſaturi ad miſerias, ac

7. *Saturi, & abũdãtes ad miſeriã ſæpe rediguntur.*

ac famem redigantur, patet in primis in Ægyptijs, A qui ex magna fertilitate in tantam ſterilitatẽ inciderũt, vt pro alimento in perpetua ſe traderẽt ſeruitutẽ. Vnde ad Ioſephũ confluẽtes dicebant. *Eme nos in ſeruitutem regiam, & prabe ſemina, ne pereunte cultore redigatur terra in ſolitudinẽ.* Gen.47.n.1 . Patet præterea in ipſis Hebræis, de quibus Dauid, *miſit,* inquit, *ſaturitatẽ in animas eorum.* Pſ.105.n.15. ſed ſaturitas in maciem verſa eſt. Vnde Septuaginta vertunt, *miſit maciem.* Qui enim ſuas explebant, ſaturabántq; concupiſcentias, poſtea præ fame conſumebantur, & tabeſcebant. Et clarius iuxta Vulgatã Deus dicitur poſuiſſe *terram fructiferam in ſalſuginem, a malitia inhabitantium in ea.* Pſal.106.n.34. B Atque adeò in ſupplicium peccatorum, terra, quæ antea ſata centuplum fructificabat, poſtea ſalita penitus ſterileſcebat: imò qui olim nimijs compotationibus indulgebant, vt Iſa.c.28. n.7. deſcribit, non ſolum abſorbẽtes, ſed etiam *abſorpti a vino*, vt Propheta loquitur, ut tantã cibi penuriam redacti ſunt, vt proprijs filijs veſcerentur: iuxta illam comminationem diuinã, *comedes,* inquit, *fructum ventris tui, & carnes filiorum tuorum, & filiarum tuarum.* Deut. 28.n.53. Quam prophetiam impletam fuiſſe conſtat in primis ex caſu, quem Ioſeph. de bel. Iudaic. c 8. & D Chryſ. lib. 1. aduerſus vituperatores vit. monaſt. & D. Cyril. Alex. in c. 5. Iſa. ſcripſerunt: nẽpe fœminam nobilẽ, ac locupletem in Hieroſolymitana obſidione per Romanos facta, nouã quadã, & miſeranda famis vi ſtimulatã, filiũ occidiſſe, C & comediſſe, materno vtero in ſepulchrũ commutato; quod non ſolùm Hieroſolymis, ſed etiam in alijs Iudææ vrbibus contigiſſe, refert D. Cyril. cit. loco. Conſtat præterea ex euentu, qui 4. Reg.6.n. 29. refertur: ſcilicet in Samaritana obſidione per Aſſyrios, aliam quoque matrem, vt extremæ fami mederetur, filij ſui, quem interfecerat, & coxerat, carnibus fuiſſe epulatam. Quas ſtrages lamentatus Ierem. *Manus,* inquit, *mulierum miſericordiũ coxerunt filios ſuos: facti ſunt cibus earum in contritione filiæ populi mei.* Thren.4 n.10. vbi emphaticẽs dicitur, *mulierum miſericordium.* Quaſi matres, quæ maiori erga filios miſericordia tanguntur, præ fame ſic induruerint, vt maternam charitatem cum ferina crudelitate commutantes, eorum ſe carnibus pauerint, & D ſanguine potarint. Tandem patet in multis alijs peccatoribus, ex pinguiori fortuna ad magnã inediam deuolutis: quorum typus fuit ille prodigus, qui cũ paternam hæreditatem accepit, tunc in miſeram abijt egeſtatem. Luc 15 à n.12. De quo bene D Petr. Chryſol. ſer 1. *Cenſus,* inquit, *nudauit filium, non ditauit: dato, non accepto pretio, miſera ſe tradidit ſeruituti.* Et paulò poſt: *Filium data facit egere ſubſtantia, quæ diuitem negata ſeruabat; vt penes ſe deficeret habendo, qui apud patrem abundauerat non habendo. Denique cupiebat implere ventrem de ſiliquis porcorum. Quam crudele miniſterium, quia neque conuiuit porcis, qui viuit porcus?* Hoc eſt, quia neque porcinum habet victum, qui vitam porcinam agit.

Ioſeph. *D Chryſ.* *D. Cyrill.*

Matres fame oppreſſæ coctu filiorum carnibus epulatæ.

Prodigus accepta ſubſtãtia pauperior, & calamitoſior.

D Petrus Chryſol.

8\. Poſterior pars, quod famelici, & inopes ad ſaturitatem, & opulentiam ſubleuentur, patet in illis tribus Patriarchis, Abraham, Gen.12. à n.10. Iſaac, Gen.26. à n.1. Iacob, Gen.42. à n.1. qui ab extrema fame ad ſupremam ſatietatem ſurrexere. Patet præterea in tribus Prophetis, Daniele inter famelicos leones epulante, Dan.14. à n.32. Helia à coruis voraciſſimis paſto, 3.Reg.17. à n.4. Heliſæo, ijs qui præ fame columbina ſtercora comedebant, optima fercula in craſtinum ſequens promittente, & largiente, 4.Reg.7. à n.1. Patet denique in omnibus iuſtis, ſuper quos dicit Dauid eſſe oculos Domini, *vt alat eos in fame.* Pſ.32.n.19. Qui rurſus Deo ſic A liberaliter prouidente, *non confundentur in tempore malo, & in diebus famis ſaturabuntur* Pſ 36.n.19. Cuius rei locupletiſſimũ teſtimoniũ præbuit ipſe Dauid: *Iunior,* inquit, *fui, etenim ſenui: & non vidi iuſtum derelictum, nec ſemẽ eius quærens panem.* Pſ. 36.n.25. Quod licèt creditu difficile ſit, cũ multi ſæpe iuſti inopia laborent: & propterea Clem. Alex. lib.1. pædag c. . de illo tantũ iuſtis hoc interpretatur, qui inter alios iuſtus degunt, a quibus iuuentur: Hebræi tamen de omnibus exponunt, talẽ quoad ea quæ ſunt vitæ neceſſaria. Hæc enim à Deo non negantur. Vnde nobis præcipit, vt ab eo poſtulemus *panẽ quotidianum.* Luc.11.n.3. vel, vt legit Seuerus Patriarcha Alexandrinus, *pane indigentiæ,* id eſt, panẽ, quo indigemus: B quaſi hunc talẽ nunquam ſit nobis denegaturus. Quare Chriſtus Dominus prohibens, ne de rebus ad vitã neceſſarijs ſoliciti ſimus, rationem ſubdit: *Scit enim,* inquit, *Pater veſter, quia his omnibus indigetis* Matth.6.n.32. Significans, quod de neceſſarijs diligenter nobis prouideatur . cùm illius ſcire, ſit ſubuenire. Idcirco D. Paulus pietatem cum ſufficientia coniunxit *Eſt,* inquit, *quæſtus magnus pietas cũ ſufficientia.* 1.Tim.6. n. 6. quia hæc duo nunquam ſeparantur; ſed qui cunque pietatem colunt, ſufficientibus à Deo ſubſidijs, quibus vitam ſuſtenent, muniuntur. Ex his patet veritas huius ſententiæ, quam Lyr. Hug. Card. & Abul ſup cit. ad Annam, & Phenennam determinant, ita vt ſub metaphora C ſaturitatis, & famis, copia, & Inopia filiorum intelligatur. Sic enim loquitur Dauid, *ſaturati ſunt filiis.* Pſ.16.n.14. Verùm ſicut à ſuperiori ſentẽtia, ita ab hac eiuſmodi limitationẽ probabiliùs excludo. Eſt enim vniuerſalis theſis, ſicut illa: *Eſurientes impleuit bonis, & diuites dimiſit inanes.* Luc.1.n.53. de quibuſcunque ſine limitatione intelligenda, vt ibi Interpretes aduertunt: quamuis erumpendi in hanc ſententiã occaſio ab Anna, & Phenenna deſumeretur.

Clem. Alex.

Seuer.

Lyran. *Hug. Card.* *Abul.*

Donec ſterilis, &c Triplicem facit ſenſum. Vnum hiſtoricum de Anna, & Phenenna: alterum propheticum de Eccleſia & Synagoga: tertium moralem de anima iuſta & iniuſta. Singulos pro loci opportunitate aliquantulum fuſiùs; pro materiæ dignitate breuiùs, quàm par erat, explicabo. 9.

Triplex ſenſus, hiſtoricus, propheticus, moralis.

D

Primus ſenſus hiſtoricus.

QVod attinet ad primum hiſtoricum, eſt prima difficultas, quid ſignificet illa particula, *donec,* quæ planè ſententiam obſcuriorem reddit: nam innuere videtur aliquem terminum, cum tamen non appareat, quid per illam terminetur. Reſponderi poteſt primò, re vera terminum innuere. Et quidem D.Greg. in ſenſu allegorico eum ſic interpretatur. *Saturabit Deus pane Eucharistico, & ſpirituali iuſtos, famelicos, donec Eccleſia ſuos Deo germinet prædeſtinatos* · iuxta illud, *Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi.* Matth.vlt. n.vlt. E Sed iuxta literam dicet aliquis, innuere terminum non rei, ſed cognitionis: ita vt ſenſus ſit, ſuperbi homines, qui ſua ſibi bona tribuebant, videbantur quodammodo exiſtimare, Deum non eſſe prædictarum viciſſitudinum auctorem, *donec ſterilis peperit plurimos,* &c. Tunc enim illa veritas ex tam inſigni miraculo latere cœpit. Non eſſet contemnenda Interpretatio, ſi patronum haberet, & immediatè ante de illa vana ſuperborum exiſtimatione ſermo præcederet: aliàs videtur aliquantulum violenta. 10.

Prima difficultas, & prima reſponſio.

D.Greg.

11\. Secundò reſpondent Abul. Caiet. Vatab & Rupert. tribuendo illi particulæ vim exaggeratiuam in hunc ſenſum: Vſque adeò certum eſt, quod Deus prædictarũ viciſſitudinum auctor ſit, vt etiam hanc difficiliorem inducat, nempe vt ſterilis pariat plurimos;

Abul. Caiet. Vatabl. Rupert. Secunda interpretatio.

[illegible] A Vſque adeò certum eſt, [illegible] omnes cogitationes diuinæ dirigantur, [illegible] em ſuum aſſequantur, vt etiam hæc miracul[illegible] ſa fœcundandi ſterilem, ac fœcundam mortificandi, non fruſtretur. Non mihi hæc interpretatio diſpliceret, ſi hanc ſignificationem Latinæ dictionis, *donec*, aut Hebraicæ עד *ghad*, quæ eſt in fonte, inuenirem.

12. *D Aug. Eucher. Euthym Tertia expoſitio.*

Tertiò Sept.interpp. quos D.Aug.lib.17.ciu.c.4. Eucher.Euthym & Inter.ſequuntur, cauſalem ſenſum innuunt, transferentes, *quia ſterilis peperit plurimos*. Quaſi illa eſurientium ad ſaturitatem commigratio, de qua proximè, hoc eſt, illa animatum præ fame ſpiritualis alimenti ad ſalutarem diuini verbi B abundantiam conuerſio, contigerit ex eo, quod Eccleſia gẽtium multos Deo parere cœperit alumnos. Myſtica eſt hæc expoſitio, neque dictio Hebræa עד *ghad*, cauſalis eſt: imò neque, ſi eſſet, per eam hoc loco vnum ex alio, ſed idem per idem explicaretur.

13. *Vltima expoſitio. Ianſen. Serar.*

Vltimò omnem dubitationem ſuſtulit Chaldæus, transferens; *& ſterilis peperit plurimos*. Quaſi nihil aliud per illam dictionem, quàm quædam conſequutio importetur. Ita interpretatur Ianſen. & Serar. & confirmari poteſt ex Hebræo, vbi dictio עד *ghad*, ſignificat, *adhuc*, Iob.4.n.2. Vnde fit ſenſus conſequutiuus: adhuc ſterilis, hoc eſt, quæ multo tempore huc vſque fuit ſterilis, peperit plurimos.

C

Secunda difficultas, Latinæ editionis cum aliis concordia.

14. *Septem pro plurimis accipitur.*

SEcunda difficultas eſt, quo pacto Latina editio cum Hebræa, Chaldæa, & Græca cohæreat: nam in his eſt, *peperit ſeptem*, in illa, *peperit plurimos*. Sed concordia facilis eſt, cum ſeptem pro plurimis frequenter accipiantur; vt præter vulgares Interpretes communiter docent Patres, Phil.Heb.lib.de mundi opif.Clem.Alex.lib.6.ſtrom.D.Hier.in c.4.Iſa & in c.1x.Marc. D.Cypr. de exhortat.mart. ad Fortunatum, c.11. D Hilar. præfat.in Pſal.& in Pſal.118. ibi, *ſepties in die laudem dixi tibi*. D.Ambroſ. lib.7. in D Luc.c.11. D.Aug.lib.17.ciu.c.4. & lib.11.c 31. D. Gregor.lib.1.mor. c.11.& 12. D.Baſil.homil.11.in Exaëm. D.Chryſ. hom.19.in Geneſ. & hom 62.in Matth.& hom.18.& x0.ex variis in Matth & orat. 5.cont.Iud.Theod.in Pſal.78.& plures alij. Exempla multa ſunt. *Infirmata eſt, quæ peperit ſeptem*. Ier.15. n.9. *Multò tibi melius eſt, quàm ſi ſeptem haberes filios*. Prou.9. n. 1. *Sapientior ſibi piger videtur ſeptem viris loquentibus ſententias*. Prou.26.n.16. *Septem nequitiæ ſunt in corde illius*. ibid. n.25. *Da partem ſeptem, necnon & octo*. Ecclef.11.n.2. *Corripiam vos ſeptem plagis*. Leuit.26 n.28. *Ioannes ſeptem Eccleſiis*. Apoc.1.n.4. *Super lapidem vnum ſeptem oculi*. Zach.3.n.9. vbi D. Cyril.Alex. *Septem*, inquit, *integritatem, perfectionémque declarare ſolent. Mille autem oculis omnia intueri, & inſpicere res noſtras diuinam, & ineffabilem filij natu-* E *ram, non poteſt quiſquam dubitare*. Adde illud de fœmina Sonamite, *peregrinata eſt*, inquit textus, *in terra Philiſtiim diebus multis*. 4.Reg.8.n.1.Chald.& Sept. transferunt, *annis ſeptem*. Imò & Latinus ipſe rem declarat, ſubiiciens, *cúmque finiti eſſent anni ſeptem*. ibid.n.3. Quaſi illi multi dies n.7.annorum ſignificentur.

Phil. Clem.Alex. D.Hieron. D.Cypr. D.Hilar. D. Ambr. D Auguſt. D Greg. D.Baſil. D. Chryſ. Theod.

15. *Rabbinorum figmentum totam mundi durationem ſeptenario numero compleri.*

Itaque omnibus his locis, pluribuſque aliis, ſeptem pro plurimis ponuntur. Vnde veteres Rabbini fingebant totam huius mundi durationem ſeptem tãtùm hominum vitis ſibi inuicem ſuccedentibus contineri. Nam Adam, aiebant, durabit vſque ad Mathuſalem: hic vſque ad Sem: hic vſque ad Iacob: hic vſque ad Amram patrem Moyſis: hic vſque ad Ahiam Silonitem: hic vſque ad Heliam: hic A vſque ad finem mundi, qui [illegible] ſeptem ſunt. Quaſi non potuiſſet tota mundi [illegible] ampliori numero, quàm ſeptenario compleri. Sed quidquid ſit de hoc figmento, quod alibi refutandi locus erit, certè numerus ſeptenarius vniuerſitatis eſt, vt ex dictis conſtat. Idem igitur eſt, *peperit ſeptem*, ac peperit plurimos. Poſſet etiam transferri, *peperit ſatietatem*: nã vocabulum Hebræum שבעה *Sibghah*, cum puncto in dextro cornu ש, ſignificat *ſeptem*, vel *plurimos*, cum puncto autem in ſiniſtro ש, ſignificat *ſatietatem*: ſed idem eſſet, *peperit ſatietatem*, hoc eſt, ſatu filiorum, ſeu plurimos.

B

Tertia difficultas, quo pacto vnius Samuelis parens dicatur ſeptem peperiſſe.

16. *Quo ſenſu dicatur Anna ſeptem peperiſſe, quãdo vnum pepererit Samuelem. Prior ſenſus moralis.*

TErtia difficultas, quo pacto dicatur Anna peperiſſe ſeptem, ſiue plurimos, quo tempore vnum tantùm pepererat Samuelem. Duplex eſt reſponſio, moralis, & literalis. Moralis, ſeptem poni pro vno Samuele. Primo, quia vtriuſque nominis characteres, qui apud Hebræos ſunt notæ numerales, parem numerum efficiunt, vt vtrumque nomen שבעה & שמואל conſideranti patebit, ex ſubiecta computatione: vbi vtriuſque nominis literæ ac notæ computantur; & eundem in numerum ſubducuntur.

C

שבעה *Sibghah*, id eſt. *ſeptem*.		שמואל *Samuel*.	
ש valet	300.	ש valet	300.
ב	002.	מ	040.
ע	070.	ו	006.
ה	005.	א	001.
	377.	ל	030.
			377.

Vbi vides vtrumque nomen efficere numerum trecentorum ſeptuaginta ſeptem. Quaſi tantum valeat Samuel, quantum ſeptem, qui eſt numerus perfe-D ctiſſimus; & proinde vnus pro altero vſurpetur. Sed hæc planè ſunt Rabbinorum nugamenta.

17. *Septenarium quietis ſymbolum.*

Secundò ex doctrina Platonica, monadem, & hebdomadem, eiuſdem naturæ eſſe affirmante; quia Samuel perfectione vnicus, in ſeptenario perfectiſſimæ quietis ſymbolo, hoc eſt, in Deo ſecuriſſimæ tranquillitatis portu, extra quem inquietum eſt cor noſtrum, quieſcebat. Quæ interpretatio placuit Philoni Hebræo lib. Quod Deus ſit immutabilis. *Quomodo*, inquit, *Anna ait ſeptem ſe peperiſſe; niſi quis vnitate, & ſeptenarij naturam eandem eſſe exiſtimet, non ſolum in numeris, ſed etiam in mundi totius harmonia, & in anima proba rationibus: Samuel enim in ſolius Dei miniſtrorum ordinem adſcitus, nemini præterea ſeruiens, ab vno, & ente boneſtatus; quia ſtatus eſt ſeptenarij, animæ* E *in Deo requieſcentis, & nullis mortalibus occupatæ negotiis.*

Philo.

18. *Euthym.*

Tertiò, magis vulgariter, interprete Euthymio, quia vnus iuſtus, qualis erat Samuel, erat inſtar multorum, ſeu multorum perfectionem exæquabat, ſeu dignus pro multis videbatur. Quæ reſponſio digna eſt, vt vno, vel altero illuſtretur.

Vnus iuſtus, pro multis.

19. *Vnus iuſtus pluribus æquandus.*

MOyſi præcepit Deus, *Ingredieris tu, & ſeniores Iſrael ad Regem Ægypti*. Exod.3 n.18. & nihilominus poſtea *ingreſſi ſunt Moyſes, & Aaron, & dixerunt Pharaoni*. Exod 5.n.1. Vbi quæſo, ſunt illi ſeniores, quibus quoque præcepit Deus, vt cum Moyſe ingrederentur? Reſpondet Caietanus: *Loco*, inquit,

Caiet.

... ſenioum ſibi genui eſt Aaron ad loquendum. Ac (A) ſi ... iuſtus Aaron pluribus ſenioribus æquiualeret. Cum diuina lex in monte Sina traderetur non pluralis, ſed ſingularis numeri verbis tradebatur, vt patet Exod. 20. n. 3. Myſterium ad rem præſentem egregiè expendit Philo Hebræus lib. de Decalogo. *Cur*, inquit, *in concione tam multorum millium, oraculum ſingulos appellat, non plures? non mœchaberis, non occides, non furaberis.* Et paulò poſt: *Reſpondendum eſt*, inquit, *vt lectores ſacræ Scripturæ diſcerent quiddam valdè pulchrum, & neceſſarium: videlicet vnumquemque, dum Deo paret, ac legibus, æquari frequentiſſimo populo, vel potiùs omnibus gentibus: addo amplius, mundo etiam vniuerſo.* Frequenter olim Deus dicebatur, *Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob* Exod. 3. n. 6. Matth. 22. n. 32. (B) Marc. 12. n. 26 Luc. 20. n. 37. Cur obſecro, qui omnium Deus eſt, ad tres tantùm homines determinatur? Bene Oleaſter: *Mira*, inquit, *eſt dilectio, qua Deus iuſtos diligit, vt ſummè delectetur vocari Deus illorum; & malit eſſe Deus paucorum bonorum, quam omnium malorum.* Totus quondam populus Iſraël fame ingraueſcente abſumebatur; vnus tantùm Helias à Deo miſericorditer ſuſtentabatur. 3. Reg. 17. n. 6. Quid vnius ſalus multorum ſaluti anteſertur? nempe quia hi iuſtitiam deſerebant, ille colebat. Vnde D. Chryſ. hom. 40. ad pop. *Helias*, inquit, *vnus erat; ſed totus mundus non erat dignus, qui rependeretur ei. Et mundus quidem innumera millia ſunt, ſed non ſunt millia, cum nec ad vnius menſuram perueniant.* (C)

Oleaſt. Vnus iuſtus plus à Deo diligitur, quàm plures iniuſti.

D. Chryſ.

20\. Magis olim Hebræi vnius Dauidis incolumitati, quàm multorum millium ſaluti prouidebant: vt patet ex illis verbis, quibus eum à bello ſubeundo retrahebant. *Tu*, inquiunt, *vnus pro decem millibus computaris.* 2. Reg 18 n. 3. Quod quamuis illi dicerent propter Regis dignitatem; nos maiori iure dicere poſſemus propter viri ſanctitatem: nam vt bene D. Chryſ. hom. 8. in Acta ad finem, alludens ad illud Sap. *Melior eſt vnus timens Deum, quam mille filij impij.* Eccleſiaſt. 16 n. 3. *Melior*, inquit, *eſt vnus faciens voluntatem Domini, quam innumeri peccatores.* Et paulò poſt. *Educite*, inquit, *in bellum centum myriades, & vnum ſanctum, ſcimus quia plura operetur. Exiit Ieſus Naue in bellum, & ſolus omnia operatus eſt ſtrenuè;* (D) *& ita alij nihil proficiunt: multitudo, quando voluntatem Domini non facit, nihil differt ab his, qui non ſunt.* Et poſt pauca: *Vellem*, inquit, *vt multitudine ornetur Eccleſia; ſed multitudine probata: ſi autem hoc fieri nequit, ſaltem pauci illi probati ſint. Non videtis, quod melius ſit habere vnum lapidem pretioſum, quam mille obolos?* Et plura addit in hanc ſententiam.

D. Chryſ.

In Eccleſia vtilior vnius probitas, quàm multorum improbitas.

21\. Rectè olim Deus ad Abraham, *Faciam te*, inquit, *in gentem magnam.* Geneſ 12. n. 2. Vbi rectè obſeruat Philo Alex. lib. de migrat. Abrahami, *non multam*, ſed *magnam dixiſſe*; quaſi non multitudo, ſed magnitudo commendetur. *Magnam*, inquit, *dixit, ſciens, multam per ſe imperfectam eſſe, niſi accedat vis intelligentiæ, ſcientiæque. Quid enim proſunt multæ contemplationes,* (E) *niſi ſingulæ conueniens incrementum accipiant? Nam ne ager quidem probatur, in quo innumeræ plantæ ſint humiles, nulla ſtirps ſatis exculta, quæ iam fructum proferre poſſit.* Eam ob cauſam olim Deus ſuum populum admonebat, ne propter ſuorum militum paucitatem, hoſtium multitudinem formidaret. *Si videris*, inquit, *maiorem quam tu habeas adverſarij exercitus multitudinem, non timebis eos.* Deut. 20. n. 1. In quem locum idem Philo citatus? *Apud homines*, inquit, *iniuſta multitudo pluris, quam vnus iuſtus æſtimatur; apud Deum vero bonitas rara præfertur iniquis innumeris.* Non immeritò igitur ſolus vnus Samuel, per ſeptem, ſiue plurimos filios indicatur. Atque hæc circa moralem Euthymij rationem.

Philo.

Pluris facienda rerum magnitudo, quàm multitudo.

Philo.

Reſponſio literalis ad tertiam difficultatem.

Literalis reſponſio eſt difficilior, nempe cur dicatur Anna peperiſſe ſeptem, cùm vnicum pepererit Samuelem. Caietan. difficultate victus, negat hoc loco eſſe ſermonem de Anna, quæ ſeptem nunquàm peperit, ſed in genere de qualibet. Non eſt tamen audiendus cum cæteri interpretes locum etiam de Anna intelligant, quamuis ad alias extendant. Literaliter ſibi videtur reſpondere Abul. dicens, licet Anna nondum ſeptem peperiſſet, cognouiſſe tamen prophetice, ſe poſtea ſeptem parituram; aut ſaltem, quod alij dicunt, id ex diuina beneficentia ſupernaturaliter ſperaſſe. Quod videtur ſignificaſſe Chaldæus, transferens de futuro, *& ſterilis futura adimplendum.* Hoc eſt, ſterilis implebitur filiis, ſeu futurum eſt, vt impleatur. Et concinit Philo Hebræus lib. de execrationibus vertens, *& deſolata felix erit numeroſa prole.* Quaſi non loquatur de prole iam habita, ſed habenda, per quam futurum erat, vt felix diceretur: ſicut præcedenti capite, cùm ſterilitate laboraret, *mulier infelix* dicebatur. 22.

Senſus literalis.

Caiet.

Abul.

Propon. itur varia aliorum ſententia.

Philo.

Sed contra, quia Anna poſt Samuelem non ſeptem, ſed quinque tantùm habuit filios: vt patet ex hoc c. n. 21. Multa fingunt Hebræi, vt hinc euadant. Nam quidam apud D. Hieron. in q. Hebr. Rupert. Lyran. Abul. & aliòs dicunt, inter Annæ filios computari duos eius nepotes ex Samuele, de quibus infrà cap. 8. ſicut inter duodecim filios Iacob, duo eius nepotes ex Ioſepho, nempe Ephraïm, & Manaſſes pariter numerantur. Alij apud Lyran. Abul. Carthuſ. Hug. Card. Angelom. & alios, dicunt. Phenennam decem habuiſſe filios, vt ſuperiori cap. n. 8. aduertimus, & pro ſingulis filiis Annæ in lucem editis, mortuos fuiſſe binos ex filiis Phenennæ; vnde nato Annæ quarto filio, duos tantum ſuperfuiſſe Phenennæ: quæ cùm videret, hos quoque morituros eſſe, ſi ex Anna quintus naſceretur, humiliter ſe Annæ ſubdidit, pro illorum ſalute deprecata: quam cùm impetraſſet, illos duos filios Phenennæ deinceps inter filios Annæ numerari cœptos, quod illius merito incolumes ſeruarentur: quemadmodum & filij Iacobi ex ancillis Bala, & Zelpha, dignioribus vxoribus, Liæ, & Racheli, quarum induſtria nati fuerant, tribuebantur. Nec multum differunt alij apud Comeſtorem in hiſtoria ſcholaſtica, ſeptem tantùm filios Phenennæ tribuentes; quorum quinque morerentur pro totidem, qui Annæ naſcebantur: duo Annæ precibus ſeruati, inter filios Annæ adoptarentur. Verùm hæc Hebræi ſine vllo fundamento in ſacris literis fruſtrà comminiſcuntur, quas proinde vocat Orig. Hebræorum fabulas. Aliter igitur Hugo Vict. ſequutus fortaſſe Ioſephum, vt infrà ad n. 21. dicemus, docet, Annam poſt Samuelem peperiſſe tres filios, & tres filias, qui iam cum Samuele efficiunt ſeptenarium: aut Samuelem excludamus, de vno filiorum ſeptimum natum, qui etiam inter Annæ filios recenſeatur. Sed neque hæc interpretatio neceſſaria eſt; cum faciliùs dici poſſit, poſitum fuiſſe numerum certum pro incerto, ſeptem pro plurimis. Plurimos enim peperit Anna, cui proinde Chaldæus, & Philo proximè citati plenitudinem prolis, & numeroſam prolem tribuerunt. Vnde Latinus Interpres rectè tranſtulit *plurimos*, magis ad ſenſum, quàm ad verba attendendo, quæ eſt optima interpretandi ratio, iuxta D. Hier. in epiſt. 101. ad Pammach. de optimo interpretandi genere, Tullium, & Horatium pro ſe afferentem, quorum ille aſſerit, *bonum interpretem debere verba verbis appendere, non adnumerare.* Hic autem in arte poetica. 23.

D. Hier. Rupert. Lyran. Abulenſ. Angelom.

Hug Vict.

Germana huius loci interpretatio.

D Hier.

Nec

Horat. *Nec verbum verbo curabis reddere fidus.*
Interpres. ———

Non oportet igitur nimis eſſe ſolicitum de vocabulo, *ſeptem*, dummodo eius ſignificatio innoteſcat.

Quarta difficultas, quid ſit multorum filiorum parentem infirmari.

24. ET *quæ multos habebat filios, infirmata eſt*, &c. Exemplaria parum diſſident. Hebraicum, & Græcum; *Et multa in filiis infirmata eſt.* Chald. *Et plena filiis finierunt*, Pagninus ex Hebræo: *Quæ multiplicabat filios, infirmata eſt.* Vatabl. *Quæ aucta erat liberis.* D. Hieronym. lib. 1. in epiſt. ad Galat. cap. 4. & D. Iſidor. *Et fœtoſa in liberis.* Author quatuor hom. in Cant. hom. 1. inter opera D. Hier. *Et fœcunda in filiis.* D. Ambr. lib. 7. in Luc. c. 11. *Et populoſa in filiis.* Rurſū D. Hieron. & Rabanus in c. 11. Ierem. *Quæ erat diues liberis, orba ſubito facta eſt, & clara luce diſperiit, & confuſa eſt in ſolitudine ſui.* Dubitant tamen, quid ſit illud, *infirmata eſt.* Idemne, quod ceſſauit ab acquirenda vlteriùs prole, an idem, quod acquiſitam penitùs amiſit. In hoc poſterius Lyran. & Abul. magis inclinant. Quibus fauet tranſlatio D. Hier. & Rabani proximè citata, in qua dicitur Phenenna *orba filiis, ac ſola remanere.* In illud prius cæteri Interpretes propendent. Quibus fauet Chaldæus transferens, *finierunt*, hoc eſt, parere deſierunt. Sed & poſterius non excludunt; ſed vtrumque amplectuntur, dicentes, & elanguiſſe Phenennæ priſtinam fœcunditatem, & natam eius prolem interiiſſe. Quibus aſſentior, & confirmatur ex Hebræis, qui apud Comeſtorem in hiſtoria ſcholaſt. Hugo. Card. Dionyſ. Angelom. Caiet. & alios transferunt; *Et ſecta eſt*, ſeu *diuiſa eſt*, ſeu *ſucciſa eſt* à radice אמל *amal*, quæ ſignificat *infirmari*, ſeu *ſuccidi*. Et ſenſus eſt, quod Phenenna ſecta fuerit, hoc eſt, ſeparata, & ſucciſa à filiis, non ſolùm genitis, eos amittendo; ſed etiam à gignendis, nunquam ampliùs pariendo.

Pagnin. Vatabl. D. Hier. D. Iſid. D. Ambr. Raban. Lyran. Abulenſ. D. Hier. Raban. *Dicitur Phenenna infirmata prolem amittendo, & non ampliùs pariendo.* Comeſt. Hug. Card. Dionyſ. Angelom. Caiet.

25. Addit vlteriùs Ribera in cap. 6. Amos in 26. & in cap. 4. epiſt. ad Hebr. num. 23. *infirmari*, in Scriptura idem eſſe, quod *dolere*, & *triſtari*. *Dole, & ſatage filia Sion.* Michææ 4. num. 10. Hebr. *infirmare, & ſatagere. Lugebit terra, & infirmabitur omnis, qui habitat in ea.* Amos 4. num. 3. hoc eſt, triſtabitur, & dolebit. *Ingemuerunt principes, & ſeniores, & iuuenes, & virgines infirmati ſunt.* 1. Machab. 1. num. 27. hoc eſt, doluerunt, & triſtati ſunt. Plura loca affert Ribera citatis locis. Dicitur igitur Phenenna hoc loco infirmata, hoc eſt triſtata: vt ſicut antea de ſua fœcunditate arroganter exultauerat, ita poſtea de ſua ſterilitate, & orbitate triſtaretur. Quod planè diuina iuſtitia factum eſt, vt pœna culpæ reſponderet. Nam ſicut Phenenna peccauerat de Annæ ſterilitate, & ſua fœcunditate omnis ſuperbè exultando; ita modo punitur de Annæ fœcunditate, ac ſua ſterilitate acerbiſſimè dolendo, vt quæ de filiis datis ſuperbierat, de ſublatis humiliaretur. Quod facilè illuſtratur.

Ribera. *Infirmari aliquando ſignificat dolere, & triſtari.*

Vnde peccatum, inde ſupplicium peruenire, illuſtratur.

26. ITa cenſuit in primis Sap. *Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur.* Sap. 11. num. 1 . Quò pertinet illa diuina lex; *Quicunque effuderit humanum ſanguinem, fundatur ſanguis illius.* Geneſ. 9. num. 6. Ad quam alludens Chriſtus Dominus, *omnes*, inquit, *qui acceperint gladium, gladio peribunt.* Matth. 26. num 51. Cuius legis neceſſitatem indicauit Ioannes dicens, *qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi.* Apoc. 13. num. 10. Subſcribit regius Vates, *interficitis vniuerſi vos.* Pſalm. 61. n. 4. ex Hebræo legunt aliqui, paſſiuè, *interficiemini.* Quaſi diuina ſic lex iubeat, ſic ſtatuat, vt quicunque interficit, interficiatur. Vnde eſt illa in Dauideon comminatio per Prophetam Nathan, *Vriam*, inquit, *Hethæum percuſſiſti gladio, quam ob rem non recedet gladius de domo tua.* 2. Reg. 12 num. 9. Vbi D. Chryſoſt. in Pſalm. 3. *Non aliunde*, inquit, *non foris, ſed ex domo tua. Vnde eſt fons peccati, illius eſt plaga ſupplicij.* Prima Ægyptiorum plaga fuit Nili in ſanguine conuerſio. Exod. 7. n. 20. Cuius prodigij duplicem rationem reddit Theod. ibid. q. 19. vtranque ad præſens inſtitutum accommodatam. *Quia*, inquit, *valdè gloriabantur Ægyptij de flumine ſuo, & hunc pro Deo habebant. Deinde propter pueros Iudæorum in illum demerſos; fluuius enim ille mutatus in ſanguinem, velut querebatur de cæde puerorum per Ægyptios commiſſa.* In hanc poſteriorem rationem concinit D. Auguſt. q. 9. in Exod. *Iuſto*, inquit, *Dei iudicio factum eſt, vt de illo fluuio ſanguinem biberent, in quo infantium Hebræorum ſanguinem fuderant.* Propter idem peccatum demerſionis infantium in fluuio, docet Theod q. 25. in Exod. demerſos fuiſſe Ægyptios in mari rubro. *Tradidit*, ait, *iuſtiſſimus iudex exitio aquarum Pharaonem cum toto exercitu, quia per aquam interemerat infantes Hebræorum.*

Franc. de Mendoça in lib. Reg. Tom. 1.

In quo quis peccat, in eo punitur. D. Chryſ. *Nilus in ſanguinem verſus de Hebræorum cæde querebatur.* Theod. D. Aug. *Pharao aquis perit, qui infantes aqua interemerat.*

27. Sic olim Adonibezec captus in prælio à Iudæis, eandem pœnam, quam aliis intulit, paſſus eſt, vt ipſemet fatetur: *Septuaginta*, inquit, *reges, amputatis manuum ac pedum ſummitatibus, colligebant ſub menſa mea ciborum reliquias; ſicut feci, ita reddidit mihi Deus.* Iud. 1. n. 7. Sic & Achab in loco, vbi Naboth innocentem interfecit, interfectus eſt, iuxta illam Heliæ prædictionem: *Hæc dicit Dominus, in loco hoc, in quo linxerunt canes ſanguinem Naboth, lambent quoque ſanguinem tuum.* 3. Reg. 21. n. 19. imò & qui ſepultura pauperem priuauit, diues caruit ſepulturæ, vt notat D. Ambr. lib. de Naboth, c. 11. *Inhumatum*, inquit, *pauperem Deus aſpicit; & ideò inſepultum diuitem iacere decernit.* Sic & Aſa Rex Iuda, poſtquam Prophetam, qui eum ex diuino inſtinctu reprehenderat, adneruum, hoc eſt, ad vincula, & ad compedes mulctauit, *ægrotauit dolore pedum vehementiſſimo, & mortuus eſt.* 2. Par. 16. n 12. Sic & Abſalon nimium de ſuis crinibus gloriatus, ſub crinibus ſuſpenſus interiit. 2. Reg. 18. n. 9. Sic & eius frater Salomon, vbi tria idola coluit, Aſtarthen, Chamos, & Moloch, ſtatim tres hoſtes acerrimos, Adad, Razon, & Ieroboham expertus eſt. 3. Reg 11. n. 5. 7. 14. 23. & 26. Sic etiam & Agag Rex Amalech, quia aliàs matres orbauit filiis, ſuam quoque orbatam reliquit, iuxta illud Samuelis ad eum: *Sicut fecit abſque liberis mulieres gladius tuus; ſic abſque liberis erit inter mulieres mater tua.* 1. Reg. 15. n. 33. Sic & Angelus martyrum cædes vindicaturus, effudit phialam iræ Dei in fluuios, & conuertit eos in ſanguinem, dicens: *Iuſtus es Domine, qui es, & qui eras ſanctus, qui hæc iudicaſti; quia ſanguinem ſanctorum, & Prophetarum effuderunt, & ſanguinem eis dediſti bibere: digni enim ſunt.* Apoc. 16. num 5. Sic & Babylon quantam ſe ad gloriam, & delicias erexit, tantam ad miſeriam, & triſtitiam præcipitata eſt, iuxta illud Ioannis. *Quantum glorificauit ſe, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum, & luctum.* Apoc. 18 n. 7.

Multi in veteri Teſtamento in eo puniuntur, in quo deliquerunt. D. Amb.

28. Sacrilegi ſacerdotes, qui in ſacris altaribus ſacrificia Diis falſis adolebant, in iiſdem altaribus cremati in cineres abierunt. Nam Rex Ioſias *tulit oſſa de ſepulchris, & combuſſit ea ſuper altare.* 4. Reg. 23. numero 16. vt vbi ſacrilegiis ſe tradiderant, ibi ſuppliciis traderentur. Rex Sedecias *receſſit à Rege Babylonis.* 4. Reg 24. numero 20. cuius ſe in fidem, & obedientiam commiſerat. Quid factum, Non

multò poſt, *omnes bellatores, qui erant cum eo diſperſi ſunt, & reliquerunt eum.* 4. Regum 25. num. 5. Vt qui fidem Nabuchodonoſori datam violauerat, ſuos milites ſibi infideles pateretur. Ioab *tres lanceas infixit incorde Abſalon* 2 Regum 18. num. 14. nam, vt rectè aduertit Rabbi Dauid, quia tria corda quodammodo ſolicitabat, ſeu furabatur virorum Iſraël, ſcilicet Regis, ducum & plebeiorum; vt ex 2. Reg. 15. a num. 1. conſtat, dignus erat, vt vnum eius cor triplici confoſſum iaculo ſcinderetur. Idem Abſalon eò prorupit audaciæ, & impudentiæ, vt violarit concubinas patris ſui. 2. Reg. 16. num. 22. quæ erant numero decem. 2. Reg 15. num. 16. Quam ex ea culpa in pœnam incidit: *Cucurrerunt*, inquit textus, *decem iuuenes armigeri Ioab, & percutientes interfecerunt eum.* 2. Reg 18. num. 15. vt qui vnus decem adulteros æquauerat, in caput ſuum decem tortores, & carnifices incitaret.

Rab Dauid.

Abſalon qui tria corda ſolicitabat, tribus lanceis confoſſus.

29. Ioab non à Dauide Rege bellatore, ſed à Salomone Rege pacifico iubetur occidi. 3. Reg. 2. num. 5. Fortaſſe, quia duos inclytos duces, ſeu principes Iſraël, Abner, & Amaſam, non in bello, ſed *in pace* interfecit: vt qui paceio in bellum aliis conuerterat, ſibi pacificum Regem conuerteret in bellatorem. Zambri per tyrannidem occupauit regiam Iſraël. 3. Reg. 16. num. 10. Sed in eadem regia miſerè conflagrauit: nam ipſemet *ingreſſus eſt palatium, & ſuccendit ſe, cum domo regia.* ibid. n. 18. vt ambiens aulam, inueniret venam; & aſcendens in regiam, reſiliret in pyram. Vides, quàm paribus ſupplicijs noſtra a Deo flagitia puniantur? Meritò igitur Phenenna, quæ exultando propter filios peccauerat, propter eoſdem dolendo cruciatur. Atque hæc de primo ſenſu hiſtorico.

Ioab. & Zambri ſimiles in ſupplicio, & flagitio.

Secundus ſenſus propheticus de Eccleſia, & Synagoga.

30. SEcundum ſenſum propheticum de Eccleſia, & Synagoga exprimunt plerique Interpretum ac Patrum, D. Aug. D Greg. D. Iſidor. Beda, Theodor. Procop. Rupert. Lyran. Angelom. & alij; quibus adde S. Hildefonſum Archiepiſcopum Toletanum ſerm. de parturitione, ac purificatione Mariæ in 9. tomo Biblioth. qui per Annam ex ſterili fœcundam; & Phenennam ex fœcunda ſterilem factam, Eccleſiam gentium, & Synagogam Iudæorum interpretantur; quarum illa quondam diuini ſermonis, tanquam ſeminis expers (nam *ſemen*, inquit Chriſtus Dominus, *eſt verbum Dei*) nullos Deo filios per fidem, & gratiam pariebat; nunc autem plurimos: hæc autem vice verſa, olim multos, modò autem neminem. Quam viciſſitudinem prædixit futuram Iſaias cap. 54. num. 1. *Lauda*, inquit, *ſterilis, quæ non paris: decanta laudem, & hinni, quæ non pariebas; quoniam multi filij deſertæ, magis quam eius, quæ habet virum, dicit Dominus.* Seu, vt tranſtulit D. Paulus, qui eam viciſſitudinem iam factam expertus eſt. *Lætare ſterilis, quæ non paris: erumpe, & clama, quæ non parturis; quia multi filij deſertæ, magis quam eius, quæ habet virum.* Galat. 4. num. 27. Vbi nomine deſertæ, hoc eſt, viduæ, & ſterilis, intelligitur Eccleſia gentium, nullo ſpiritualis doctrinæ verbo maritata: at verò nomine coniugatæ, ſeu habentis virum, intelligitur Synagoga, diuino ſæpe alloquio, tanquam ſponſa ab ſponſo erudita. Et tamen plures illius, quàm huius filij dicuntur; quia hæc ſponſum perdidit, illa acquiſiuit. Et obſerua, Iſaiam ſuo illi oraculo iuſiurandum ſubſcripſiſſe; *dicit Dominus*. Apoſtolum verò, qui oraculum tranſtulit, iuſiurandum non tranſtuliſſe. Credo, quia iuramentum neceſſarium non erat, vbi iam aderat experimentum. Vnde rectè D. Hieronym. lib. 1. in epiſt. ad Galat. cap. 4. *Non puto*, inquit, *neceſſe eſſe, vt de multitudine Chriſtiana, & de Iudæorum paucitate dicamus: cum in toto mundo Crucis vexilla reſplendeant, & vix rarus, atque notabilis in vrbibus Iudæus appareat.* Imò ſi qui ſunt, qui dicant ſe Iudæos eſſe, planè non ſunt, *Sed ſunt Synagoga Satanæ.* Apocal. 2. num 9. nec Moyſi, nec Chriſto adhærentes: nam qui Moyſi credunt, Chriſto credere tenentur; & qui Chriſtum negant, Moyſem quoque negare conuincuntur, homines planè exleges, imò *greges*, vt appellat. D. Ambr. lib. de viduis, à via veritatis exerrantes

In ſenſu prophetico per Annã ſignificatur Eccleſia gentiũ, per Phenennam Synagoga Iudæorũ.

D Aug. D Greg. D Iſid. Beda. Theod. Procop. Rupert. Lyran. Angelom.

Synagoga ſpõſo viduata. Eccleſia Chriſto maritata.

D. Hier. *Iudæorũ, paucitas, Chriſtianorum, multitudo.*

D. Ambr.

31. Nec mirùm, fructificaſſe Eccleſiam, exaruiſſe Synagogam; nam hæc *proiecit virum ſuum, & filios ſuos.* Ezech. 16. num. 45. illa autem ſponſata eſt Deo *in ſempiternum*, ſponſata *in iuſtitia, & miſericordia*, ſponſata *in fide.* Oſeæ 2. num. 19 Vbi ter ſponſata dicitur, vt eius fœcunditas ter geminos effuſa in partus, hoc eſt, multiplices, ac numeroſos ſignificetur. Quis non miretur vellus illud Gedeonicum, madidum in area ſicca, & rurſus ſiccum in area madida? Iud. 6. à num. 37. Sed planè hæc velleris, & areæ viciſſitudo eam, quæ in Synagoga, & Eccleſia facta eſt, apertiſſime demonſtrat; vt D. Ambroſ. lib. 1. de Spiritu ſancto in prologo, & lib. de viduis ſub initium, D Auguſt. ſer. 108. de tempore, D. Gregor. Nazianzen. orat. 3. & Origen. hom 18. in Ioſuë, pluréſque alij confirmant. Nam olim Synagoga cæleſti infuſa rore germinabat, & plurimos Deo filios pariebat. Vnde *ſeptem*, hoc eſt, plurimos, dicitur peperiſſe Ierem. 15. num. 9. nunc autem arida, & nullis diuinæ gratiæ guttis roſcida, ſic ſterileſcit, vt nullus in ea fructus reperiatur; ideóque longè deterior exiſtit, quàm illa ficulnea, quam Chriſtus Dominus maledicendo areſecit Matth. 21. num. 19. nam hæc fructu carebat, *quia non erat tempus ficorum.* Marc. 11. num. 13. at verò illa, in maxima germinandi tempeſtiuitate, de cælo culta, ſata, & irrigata ſic exaruit, vt ne vnum quidem fructum parturiret. Circuibat quidem Synagoga *mare, & aridam*, vt faceret vnum proſelytum: ſed factum non parturiebat in lucem, tanquam maturum fœtum; ſed tanquam abortiuum in gehennam eiiciebat, iuxta illud: *Et cum factus fuerit, facitis illum filium gehennæ, duplo quàm vos.* Matth. 23. num. 15. Nempe tam infirma, atque effœta erat Synagoga, vt iam non in partus prodiret, ſed in aborſus degeneraret; vt meritò mihi videatur ad hanc rem confirmandam detorqueri poſſe illud propheticum: *Venerunt filij vſque ad partum, & virtus non eſt pariendi.* Iſa. 37. num. 3. Quia ſic infirmata erat Synagoga, ſic ſpiritualibus viribus exhauſta, vt nullum poſſet fœtum in vulua fidei maturare, nullum in ſpiritualem vitam parturire. Vnde Propheta Synagogam tanquam ventrem maturandis fœtibus inhabilem, maléque affectum deplorabat, dicens; *Ventrem meum, ventrem meum doleo.* Ierem 4 num 19. Quaſi diceret, doleo interna Synagogæ viſcera tantis inuidiæ ſtimulis lacerari, vt debito charitatis feruore, gignendis, nutriendíſque filijs ſpiritualibus neceſſario, deſtituantur.

Synagoga ſponſo orba exaruit. Eccleſia Deo ſponſata fructificauit.

D Ambr. D. Auguſt. D Greg. Orig.

Synagoga ſiccum Gedeonis vellus, & ficulnea Chriſti maledictione areſacta.

32. At Eccleſia, quamdiu à viro, hoc eſt, à diuino Verbo, per fidem, & gratiam aberat, ſterilis erat; Chriſto autem coniuncta, fœcundiſſima facta eſt: eam enim diuinus ſermo largiſſimè fœcundauit, iuxta illud, *vox Domini concutientis deſertum.* Pſal. 28. num. 8. ſeu, vt D. Hieronymus ad eum Pſalm. & in cap. 66. Iſa. ex Hebræo transfert, *vox Domini parturire*

Gentium Eccleſia olim deſerta, & ſterilis, nunc fœcunda.

D Hier.

turire faciens deſertum. Vbi nomine deſerti, interprete Hieronymo, intelligit Propheta deſertas gentes, *in quibus*, inquit, *nullus ſulcus prædicationis impoſitus erat ad ſuſcipiendum verbum Dei.* Et nihilominùs Euangelica doctrina cultæ, è ſyluestribus, atque horrentibus dumetis in ſatiuos, & frugiferos agros redierunt. Comparatur Eccleſia gentium cum illa area, in qua Gedeon ſuum illud vellus collocauit, vt paulò antè obſeruauimus. Sed cur non potiùs cum agro fertili, pingui, ac bene culto? Credo, quia area eſt omnium quodammodo terrarum vberrima, atque fœcundiſſima: nam è terris aliæ aliarum frugum matres ſunt; neque enim *omnis fert omnia tellus*: at verò area omnium quodammodo mater eſt; nam omnes fruges in aream comportantur, omnes in area exteruntur. Quod D. Ambroſ. lib. 1. de ſpiritu ſancto in prologo egregiè expendit. *Non otioſe*, inquit, *vellus non in campo poſuit, vel in prato; ſed poſuit in area, vbi meſſis eſt tritici: eo quod per fidem Domini futura eſſet meſſis fœcunda virtutum.* Area igitur eſt Eccleſia, tam fœcunda, vt ex ea in omnem terram, & in fines orbis terræ innumeræ fruges ſanctitatis, & veritatis diſtribuantur.

Cur Eccleſia area, & non campo aſſimiletur.

D. Ambr.

33. Feliciſſimos Eccleſiæ partus eleganter expreſſit Iſaias cap. 66. num. 7. & 8. dicens: *Antequam parturiret, peperit; antequam veniret partus eius, peperit maſculum. Quis audiuit vnquam tale? & quis vidit huic ſimile? Numquid parturiet terra in die vna? aut parietur gens ſimul, quia parturiuit, & peperit Sion filios ſuos?* Vbi huiuſmodi partus commendat à facilitate, ac breuitate pariendi, & à fœcunditate, ac generoſitate prolis: vt omni ex parte perfectiſſimi videantur.

34. A facilitate quidem pariendi, dicens, *antequam parturiret, peperit*: ac ſi abſque vlla parturientis triſtitia, in lætitiam parientis tranſierit; & rurſos, *antequam veniret partus, peperit.* Hoc eſt, peperit ante tempus, & ante dolorem partus: ſeu partus ipſe feliciſſimus tempori, ac doloris partus laborioſiſſimi præcurrit. Quem proinde locum D. Ambroſius in exhortat. ad virgines expendens: *Eccleſia*, inquit, *habet filios ſine partus dolore.* Et paulò poſt: *ſine aliquo dolore multos filios, & filias ſolet Eccleſia parturire.* Quod non ita intelligo, vt credam, Eccleſiam non dolere per contritionem, & mortificationem in regeneratione filiorum: ſed ita, vt ſentiam, eum dolorem per internam diuini Spiritus vnctionem ſic attemperari, ac deliniri, vt non triſtari, ſed lætari videatur.

Facilee Eccleſia partus, & ſine triſtitia.

D. Ambr.

35. A breuitate autem pariendi, dicens, *parturiet terra in die vna*; & rurſus, *parietur gens ſimul*: quaſi non longo temporis ambitu fœtus maturuerit, ſed breuiſſimo in lucem prodierit; vnoque die, imò vno momento partus hic feliciſſimus contigerit. Vnde D. Hieronym. *Non multo*, inquit, *tempore, vt populus Iudæorum per Abraham, & Iſaac, & Iacob, & duodecim Patriarchas, & rurſum per liberos eorum, ac nepotes creuit in maius; ſed ad Euangelicam prædicationem omnis mundus concepit, & parturiuit, & peperit maſculum.* Quod videre eſt in illa Diui Petri prædicatione: *quam adhuc loquente Petro*, inquit textus, *verba hæc, cecidit Spiritus ſanctus, ſuper omnes, qui audiebant verbum.* Actor. 10. numero 44. Quod D. Chryſoſtom. hom. 24 in Acta rectè obſeruat. *Vide*, inquit, *diſpenſationem Dei, non permiſit abſolui ſermonem, ſed quamuis doctrinæ principium eſſet, aduenit Spiritus*, &c. Itaque non longa vteri faſtidia tulit Eccleſia, ſed breuiſſima per compendia ſuos in lucem fœtus edidit.

Qua breuitate Eccleſia ſuos pariat in Chriſto filios.

D. Hier.

D. Chryſ.

36. A fœcunditate verò prolis, quis non vidit, quàm feliciter proceſſerit hic partus, cùm dicatur tota terra paritura, *parturiet terra*; & gens integra patienda, *parietur gens*? Quis enim dubitaret fore, vt ex tanta aluo non niſi tanta proles naſceretur? Quod ſanè patuit; vel in ipſis Eccleſiæ primordiis, cùm ad Apoſtolorum prædicationem ſemel *tria millia*, Actor. 2. num. 41. & iterum *quinque millia*, Actor. 4. numero 4. per baptiſmum regenerata in ſpiritualem fidei lucem prodierunt. Hinc Eccleſia per excellentiam dicitur *ea, quæ habet populos.* Cantic. 8. num. 11. ſeu, vt eſt in Hebræo, *domina multitudinis*; quòd ſola infinitam propemodum populorum multitudinem complectatur. Hic eſt ille fœcundiſſimus partus, de quo Dauid, *Homo, & homo natus eſt in ea.* Pſalm. 86. numero 5. Vbi illa geminatio apud Hebræos, *Homo, & homo*, idem valet, atque multi homines, qui in Eccleſia ex aqua, & ſpiritu quotidie regenerantur. Quorum multitudo tanta eſt, vt à ſolo Deo numeretur; iuxta id, quod ſequitur. *Dominus narrabit.* Hebraicè, *recenſebit*, ſeu *numerabit, in ſcripturis populorum.* ibid. n. 6. Quaſi ſolus Deus, *qui numerat multitudinem ſtellarum*, poſſit fidelium, qui ad Eccleſiam veniunt, multitudinem recenſere. Et notandum, quod in eo loco catalogus credentium, *ſcriptura populorum* appelletur: quia in illo non vnus populus, ſed innumeri continentur. Vnde Dauid, *conuertentur*, inquit, *ad Dominum vniuerſi fines terræ: Et adorabunt in conſpectu eius vniuerſæ familiæ gentium.* Pſalm. 21. num. 28. Vbi obſeruat D. Auguſt. non dici ſolùm *fines terræ*; ne quis hæreticus diceret, vnam tantùm prouinciam, quæ, ſiue in Mauritiana, ſiue in Gallecia, finis terræ appellatur, ad Dominum conuertendam: ſed *vniuerſos fines terræ*, & *vniuerſas familias gentium*; ne qua in orbe terrarum plaga, ne qua hominum natio ab hac conuerſione excludatur. Denique *omnes gentes*, canit idem Vates, *quaſcunque feciſti, venient, & adorabunt coram te Domine, & glorificabunt nomen tuum.* Pſalm. 64. num. 6. Eſtne aliqua gens, quam diuina potentia non condiderit. Ergo neque vlla planè erit, quam diuina fides ſuo ambitu non amplectatur. Sed de hac re plura in annot. 15.

Qua prolis fœcunditate, & numeroſitate, Eccleſia germinauerit.

Fidelium multitudo à ſolo Deo poteſt recenſeri.

D. Aug.

37. Tandem à generoſitate prolis commendatur Eccleſiæ partus, cùm dicitur, *peperit maſculum*; & paulò poſt, *peperit Sion filios ſuos.* Vbi non fœminæ, ſed viri dicuntur Eccleſiæ filij; vt ſignificetur Eccleſia non molles, & effœminatos, ſed ſtrenuos, & maſculos paritura. Talem gignit prolem mater Eccleſia, qualem Deus pater: cui filij præcipuè tribuuntur, iuxta illud, *videntes filij Dei filias hominum.* Geneſ. 6. num. 2. Vbi vides, ſacrum ſcriptorem Deo filios, tanquam prolem generoſam; hominibus filias, tanquam prolem degenerem tribuiſſe. Quod expendens Philo Hebræus lib. de Gigantibus: *Qui ſunt*, inquit, *parum viriles, fracti, effœminatique, gignunt fœminas, vt expertes virtutis feracis, vt plantatores omnium vitiorum.* Addere debuit, qui verò generoſi ſunt parentes, gnaui & ſtrenui, gignunt viros; quippe qui virtutum, non deliciarum ſint propagatores. Sic igitur Eccleſia viros parit. Vnde eam Pſalmographus appellat *matrem filiorum lætantem.* Pſalm. 112. num. 9. non filiarum: quaſi non tam filias, quàm filios genuiſſe lætaretur. Vnde ipſa Eccleſia, non minùs quidem de ſexu, quàm de numero filiorum gloriata; *Quis*, inquit, *genuit mihi iſtos? ego ſterilis, & non pariens: & iſtos quis enutriuit? ego deſtituta, & ſola: & iſti vbi erant?* Iſaiæ 49. num. 21. Vbi obſeruans, omnes filios mares ſibi natos eſſe, incredibiliter admiratur, ſibi tam debili, & infirmæ tam

Eccleſia proles maſcula, & generoſa, non effœminata.

Philo.

robuſtam, ac generoſam ſobolem maſculorum, hoc A eſt virtute præſtantium, proceſſiſſe. Qua de re quæ dicta ſunt cap. ſuperiori num. 11. & quæ dicemus paulò inferiùs n. 21. conſulantur.

38. *Synagoga à diuino Sole recedens ſterilis, & infœcunda.*

Iam verò tota Eccleſiæ fœcunditas, tota Synagogæ ſterilitas orta eſt ex diuini Solis acceſſu ad vnam, receſſu ab altera. Vt enim pingueſcit terra, cui Sol adeſt; cui abeſt, ſterileſcit: ita Eccleſia Chriſto præſente floruit; Synagoga abſente aruit. Quamuis illud certum ſit, non tam Solem Synagogæ, quàm Synagogam Soli defuiſſe, iuxta illud; *Defecit anima eius, occidit ei Sol, cum adhuc eſſet dies.* Ierem. 15. num. 9. Nam cum Chriſtus Dominus *eſſet lux vera, quæ illuminat*, ſeu apta eſt illuminare, *omnem hominem venientem in hunc mundum*; Syna- B goga ſuis ſe peccatis, tanquam denſiſſimis nubibus ſic obtexit, & obduxit, vt perpetuis circumfuſa tenebris remanſerit, iuxta illud; *Per diem incurrent tenebras, & quaſi in nocte ſic palpabunt in meridie.* Iob. 5. num. 14. Quem locum Rabanus in cap. Ierem. proximè citatum de Iudæis exponens: *Per diem*, inquit, *tenebras incurrerunt, quia in ipſa veritatis præſentia perfidiæ errore cæcati ſunt.* Et paulò poſt: *Perſequutores*, inquit, *Redemptoris noſtri, dum diuinæ virtutis miracula cernerent, & tamen de eius diuinitate dubitarent, in die tenebras paſſi ſunt, quia viſum in luce perdiderunt.*

Raban.

39. *Chriſti humilitas, & in hominibus ſuccurrendo matura celeritas.*

Vnde Propheta præuidens Chriſtum Dominum, in mediis Iudæorum tenebris quodammodo C oberrantem, & quò ſe verteret, vt ita loquar, neſcientem, admirabundus exclamat: *Cuſtos quid de nocte? Cuſtos quid de nocte?* Iſaiæ 21. num. 11. Quod exponi poteſt, vel de celeritate Chriſti Domini ad ſuccurrendum humano generi; quaſi interrogaret Propheta, cur tam matutinus, & antelucanus ad cuſtodiendum genus humanum euigilaſti? Vel de humilitate Chriſti Domini, qua voluit peccatoribus ſimilis videri, & inter iniquos reputari; quaſi diceret Propheta, cur, obſecro, Chriſte ſancte, cum ſis ſplendor gloriæ, ſub nube peccati, & carne peccatrice quodammodo inumbratus, & obſcuratus apparere voluiſti? Vel tandem de cæca Iudæorum infidelitate, quam veluti obſcuriſſimam noctem eorum cordibus incubantem, ne D ipſe quidem diuinus Sol in mundo exortus diſſipauit. Sic enim exponit Rabanus citatus. *De nocte*, inquit, *cuſtos venit, quia humani generis protector, & manifeſtus in carne apparuit, & tamen hunc preſſa perfidia ſua tenebris Iudæa minimè agnouit.* Nox igitur erat in Synagoga; quod tamen non obſtitit, quominùs dies in Eccleſia fulgeret. Vnde bene reſpondit interroganti ipſe cuſtos, teſte eodem Propheta; *Dixit cuſtos, venit mane, & nox.* ibid. num. 12. Vbi, vt Rabanus citatus obſeruat, mane, & noctem non ſine myſterio coniunxit: *Quia*, inquit, *per eius præſentiam, & noua lux mundo inclaruit; & tamen in corde infidelium vetuſta cæcitas remanſit.* Quò pertinet illud Dauidicum ad myſticam intelligentiam E tranſlatum; *Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam.* Pſalm. 18. n. 3. iuxta expoſitionem D. Ambr. in exhortatione ad virg. vbi ſic; *Dies diei, Chriſtianus Chriſtiano; nox nocti, Iudæus Iudæo.* Itaque Synagoga nullis diuini Solis radiis illuſtrata ſterilitatem incurrit: Eccleſia diuino fota Sole; altáque, fœcunditatem comparauit.

Raban.

Tenebræ Synagogam, claritas Eccleſiam circumdedit.

D. Ambr.

Tertius ſenſus moralis de anima iuſta, & iniuſta.

40. TErtius moralis ſenſus facilè explicatur in anima iuſta, & iniuſta: quatenus hæc ad iuſtitiam ſe recipit; illa in iniuſtitiam ſe præcipitat.

A Nam anima iniuſta, vt ſic ſterilis, & nullos bonorum operum fructus parturiens, tandem per pœnitentiam culta, & contritionis lacrymis irrigata, plurimos virtutum fœtus producit. Contrà verò anima iuſta, vt ſic, fœcunda, & bonarum actionum parens, & nutrix, tandem per concupiſcentias carnis, tanquam per immodicos æſtus arefacta, paulatim ſterileſcit, & rectè factorum floribus, frondibus, ac fructibus ſpoliatur. Sic exponit Auctor quatuor homiliarum in Cant. quæ inter opera D. Hieronymi circumferuntur, homil. 1. Vbi docet iuxta hunc locum, eſſe quoſdam homines ſteriles, id eſt, virtutibus vacuos: alios fœcundos, id eſt, virtutibus abundantes; quorum hi ſæpe ſterile- B ſcunt, dum virtutum, quas habent, iacturam faciunt: illi fœcundantur, dum virtutum, quibus carent, vſuram percipiunt.

In ſenſu morali per Annam, & Phenennam anima iuſta, & iniuſta ſignificatur.

Auctor 4. homil.

Sic etiam & Philo Hebræus in lib. de execrationibus exponit, docens, animas ſteriles, & peccatrices, ſuis vitiis, & concupiſcentiis refertas, tanquam ſpinis, & ſentibus obrutas, nihil vtile fructificare; ſed malè valere, & ægrotare moribundas: eaſdem tamen, cum peccare deſinunt, & per pœnitentiam reſipiſcunt, plurimas Deo virtutes, tanquam prolem generoſam parturire. *Continuò*, inquit, *reſtituuntur in caſtitatem, virginitatémque priſtinam, & conceptum diuinum ſemen formant, & viuificant; vt inde naſcantur res miranda* C *pulchritudinis, prudentia, fortitudo, temperantia, iuſtitia, ſanctitas, pietas, cæteraque virtutes, ac fœlicitates: quarum non modo natiuitas matrem prole facit parentem, verùm etiam ſpes natiuitatis gaudio magno afficit.* Et vice verſa diſſerere poterat circa animas fœcundas, id eſt, virtutibus abundantes, quæ ſi paulatim incipiunt ſuis concupiſcentiis æſtuare, nullos amplius gignunt bonorum operum fructus, imò genitis deſtituuntur. Quod eleganter expreſſit D. Baſil. in cap. 1. Iſaiæ ad illa verba, *regionem veſtram coram vobis alieni deuorant.* numero 7. Vbi regionis nomine ab alienis deuoratæ, intelligit animam priùs virtutibus fœcundam, ſed poſtea à vitiis hauſtam, & conſumptam. Quod in iuuene à virtutibus ad vitia per ſuos quodam- D modo gradus decidente luculenter demonſtrat. *Vide*, inquit, *iuuenem quempiam à puero intra ædes educatum, alacriter, & ſtudiosè ad orationem prodeuntem, nullum tranſmittentem beneficentiæ officium, æterni illius iudicij memorem, iugiter acquieſcentem ſermoni doctrinæ; talem denique mihi conſidera in fornicationem prolapſum. Quonam pacto miſerabilem illum è proximo conſequitur omnimoda euerſio priorum laborum? Conſcientia admiſſi facinoris non iam eum comitatur, vt ſe conferat ad orationis locum: non item in cœtu conſiſtit eorum, qui in arcano ſeceſſu deflent. Fit hinc ad orationem cunctantior. Deinde ſenſim illius menti ſe inſerit meditatio, vt à propoſito deficiat. Denique ad omnimodam perditionem* E *per varios errorum anfractus adducitur.* Vbi vides animam paulò antè numeroſa virtutum prole circumfuſam, tandem libidine dominante ſubitò arefactam, & ad omnia virtutum opera planè ægram, & imbecillam, ſeu potiùs exanimatam.

41. Philo.

Anima per pœnitentiam reſipiſcens, plurimas Deo germinat virtutes.

D. Baſil.

Anima ad libidinem ſoluta paulatim exareſcit.

42. Cæterùm præſentem locum paulò aliter interpretatur Origen. hom. de Elcana ad finem, dum & ſterilem, & fœcundam in quolibet peccatore ad pœnitentiam redeunte includi arbitratur, docens, ſterilem, quæ pariat plurimos, eſſe animam in nouas virtutum actiones prodeuntem: fœcundam, quæ infirmetur, eſſe eatnem à priſtinis vitiorum actibus areſcentem. *Quomodo*, inquit, *ſterilis ſeptem pariat, videamus; ſterilis erat in me anima mea,*

Orig.

Sterilitas, & fœcunditas in peccatore conuerſo ſignificatur.

mea, non afferebat fructus iuſtitia; nunc autem vbi per A *fidem Chriſti meruit gratiam Spiritus ſancti, & impleuit eam ſpiritus timoris Domini, certum eſt, quod ſterilis peperit ſeptem.* Quaſi ab illa ſeptiformi, hoc eſt, multiplici Spiritus ſancti gratia, quæ animam adimpleuit, illa ſeptiformis, hoc eſt, multiplex omnium virtutum ſoboles naſceretur. Et rurſus: *Fœcunda,* inquit, *in propagine erat caro mea, habens plurimos carnis fructus, fornicationem, immunditiam, impudicitiam, idololatriam, &c. Hæc erat carnis noſtræ numeroſa progenies; ſed cum venimus ad fidem Crucis Chriſti, & mortificationem Ieſu cœpimus circumferre in corpore noſtro, & mortificare noſtra, quæ ſunt ſuper terram & exhibere ea ſeruire iuſtitiæ, & ſobrietati; tunc fœcunditas probroſæ huius generationis* B *excluſa eſt, & hoc modo fœcunda in filiis infirmata eſt.* Vbi vides, & nouam ſterilis fructificationem, & nouam fœcundæ mortificationem in bonam partem vſurpari: quatenus dicitur anima ſterilis fructificare virtutes. & caro fœcunda mortificari à vitijs. Atque hæc de toto hoc numero.

Num. 6. Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos, & reducit.

EXPOSITIO LITERÆ.

1. **D***Ominus mortificat*, &c. Sic Deut. 32. num. 39. *Ego,* inquit Deus, *occidam, & ego viuere faciam: percutiam, & ego ſanabo.* Sic Tobiæ 11. n. 17. *Benedico te Domine Deus Iſraël, quia tu caſtigaſti me, & tu ſaluaſti me.* Sic rurſus Tobiæ 13. num. 2. *Tu flagellas, & ſaluas: deducis ad inferos, & reducis* Sic Sapient. 16. num. 13. *Tu es Domine, qui vitæ & mortis habes poteſtatem, & deducis ad portas mortis, & reducis.* Sic Iob. 5. num. 18. *Ipſe vulnerat, & medetur; percutit, & manus eius ſanabunt.* Sic Oſeæ 6. num. 1. *Ipſe cepit, & ſanabit nos: percutiet, & curabit nos.* Sic Rex Iſraël 4. Reg. 5. n. 7. *Nunquid Deus ego ſum, vt occidere poſſim, & viuificare?* Sic Eccleſ. 11. n. 14. *Bona & mala, vita & mors, paupertas, & honeſtas à Deo ſunt.* Sic Pſalm. 74. num. 9. *Hunc humiliat, & hunc exaltat.* & ſimiles loquutiones paſſim occurrunt. Quare horum omnium verborum eadem erit explicatio. Quod igitur ad noſtra attinet, oportet explicare eorum ordinem, ſenſum, & ſenpum.

Ordo verborum.

2. **O**Rdo is eſt, vt lætis triſtia, proſperis aduerſa præmittantur. Priùs enim dicitur Deus mortificare, & poſtea viuificare: quod in ſacris literis frequens eſt, vt exemplis facilè patebit. Celebre eſt illud oraculum ad Ieremiam: *Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna, vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes.* Ierem. 1. num. 10. Vbi Deus à comminatione malorum ad promiſſionem bonorum procedit. Quod Orig. hom. 1. ad eum locum expendens: *Obſeruanimus,* inquit, *ſemper in ſcripturis ſanctis primùm ea, quæ videntur triſtia, nominari; deinde ea, quæ hilariora ſunt, ſecundò dici. Ego occidam, & ego viuificabo.* Deut. 32. n. 39. *A triſtibus ſemper, ſed neceſſariis inchoat Deus. Quem enim diligit, corripit: flagellat autem omnem filium, quem recipit; & poſthac curat. Ipſe dolorem facit, & iterum reſtituit lætitiam.*

Lætis triſtia, proſperis aduerſa præmittenda.

Orig.

3. Neque ſolùm mala ſunt priora, ſed etiam vberiora. Quod D. Hieron. ex ipſis Prophetæ verbis A rectè colligit. *Conſiderandum,* inquit, *quod quatuor triſtibus duo læta ſuccedant. Neque enim ædificari poterant bona, niſi deſtructa eſſent mala: nec plantari optima, niſi eradicarentur peſſima.* Nec immeritò. Quia vt vnicus gradus ſupernaturalis gratiæ infundatur, non ſatis eſt, vt vna, ſed neceſſe eſt, vt omnes vitiorum maculæ ex animo obliterentur, ac deleantur. Sic & idem Propheta à ſeuera comminatione exorſus: *Hæc,* inquit, *dicit Dominus; vocem terroris audiuimus: formido, & non eſt pax.* Ierem. 30. n. 5. Et paulò poſt, perhumana alloquutione blanditur: *Tu ergo,* inquit, *ne timeas ſerue meus Iacob, ait Dominus, neque paueas Iſraël: quia ecce ego ſaluabo te, &c.* ibid. n. 10. Ad quem locum D. Hier. *Primùm,* B inquit, *triſtia annunciantur, vt poſt malorum magnitudinem læta ſuccedant. Gratior quippe eſt ſanitas ægrotatione depulſa; & doloris magnitudo in magnitudinem vertitur gaudiorum.*

D. Hier.

Minus gaudium maiori triſtitia compenſatur.

D. Hier.

4. Eadem viciſſitudine olim Deus Iſraëliticum populum terrebat, & demulcebat, minabatur, & medebatur: nunc quidem terribiliter dicendo; *Domus Iſraël cecidit, & non adiiciet vt reſurgat.* Et iterum beneuolè admonendo: *Domus Iſraël, quærite me, & viuetis,* Amos 5. n. 1. & 4. Vbi rurſum D. Hier. *Mos,* inquit, *ſcripturarum eſt ſemper aduerſis læta ſubiungere. Et poſtquam triſtia Deus fuerit comminatus, ad pœnitentiam eos, quos terruit, prouocat.* Quod rurſus ex cap. 1. Iſaiæ confirmat: nam cum Deus num. 4. gen- C ti peccatrici perniciem minitetur; eandem num. 16. ad munditiam exhortatur: *Lauamini, mundi eſtote. Et quos,* inquit, *ſeuera voce terruerat, blanda oratione ſuſtentat.*

Deus Iſraëliticum populum nunc terret, nunc demulcet.

D. Hier.

5. Quid terribilius illo diuino oraculo, ſeu tonitruo? *Ecce concutiam in omnibus gentibus domum Iſraël, ſicut concutitur in cribro, &c.* Amos 9 num. 9. Quid verò beneuolentius illo diuino alloquio, & ſolatio? *In die illa ſuſcitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit, & reædificabo aperturas murorum eius, & ea, quæ corruerant, inſtaurabo.* ibid. num. 11. Vbi D. Hieron. diuinam iuſtitiam, & miſericordiam alternis quodammodo pungentem, & linientem admiratus: *Iuxta conſuetudinem,* inquit, *ſcripturarum, poſt tormenta, poſt pœnas proſpera, & læta promittens, ſuſcitaturum eſſe ſe dicit, & in reſurrectione Domini omnia* D *reſtituturum; vt quod in Synagogis ceciderat, ſurgat in Eccleſiis.*

Iuſtitia & miſericordia vices alternant, illa puniendo, hæc ſubleuando.

6. Hoc ſolenne ſcripturarum tenuit & Dauid in verſiculo; *Ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius.* Pſal. 29. n. 6. Vbi D. Baſil. pro ira pœnam; & pro indignatione, iuſtum Dei iudicium, quo meritæ peccatis pœnæ decernuntur, ex Græco interpretatur. Quaſi Deus pro noſtra malitia ſupplicia inferat, pro ſua beneuolentia præmia conferat; puniat, quia iuſtè iudicat, pœnas noſtris ſceleribus deberi: parcat, quia ſuapte ſponte ad benefaciendum incitatur. Denique inuitus trahatur ad pœ- E nam, quam ſibi quiſque theſaurizat in die iræ: ſpontaneus feratur ad vitam, quam ipſe ex intimis ſuæ miſericordiæ viſceribus elargitur. Igitur Propheta à triſtibus ad læta procedit; nam vt ſubdit D. Baſilius: *Mos eſt ſacri eloquij, ſi quando triſtia, lætáque commemorat, triſtia lætis in ordine præponere: fruitio enim boni efficitur iucundior, triſtibus iam exactis. Beneficium pœna eſt poſterius. Percutiam, & ego ſanabo. Ego occidam, & ego viuere faciam. Quæ nos affligant, præcurrunt: quò maiore cum conſtantia multiplicem gratiam nobis collatam conſeruemus.*

D. Baſil.

Deus ad indulgentiam ſpontaneus, ad pœnam inuitus.

7. Eodem pertinet illa eiuſdem Prophetæ denunciatio ibidem facta: *Ad veſperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.* Vbi fletus præcurrit; vt maior ex fletu lætitia ſubſequatur. Sic & Chriſtus Dominus priùs ſuis diſcipulis perſequutio-

Priùs labores, quàm conſolationes Apoſtolis denuntiantur.

num tempeſtates denunciat : *Tradent vos in conciliis, & in Synagogis ſuis flagellabunt vos.* Matth. 10. num. 17. deinde conſolationum ſecuritatem prædicit: *Veſtri capilli capitis omnes numerati ſunt ; nolite ergo timere.* ibid. n. 30 Nempe vt Apoſtolos terrefactos erigeret, exanimatos cōſolatur, vt D. Chryſ. ibi hom. 9. interpretatur. Sed & Chriſti Domini paſſio priùs quàm reſurrectio auditur ; vt idem D. Chryſ. hom 67. in Ioan. obſeruat. De paſſione præcedit illud: *Sicut ouis ad occiſionem ducetur.* De reſurrectione ſubſequitur: *De anguſtia, & iudicio ſublatus eſt.* Iſaïæ 53. n. 7. & 8.

D. Chryſ.
Ad triūphum non niſi per labores, ad reſurrectionē per crucem aſcendendum.

8. Mortem Iacob priùs prædicens, *requieſcens*, inquit, *accubuiſti vt leo.* Vitam verò poſteriùs præcinens: *Quis*, inquit, *ſuſcitabit eum?* Gen. 49. n. 9. Sed B & Chriſtus Dominus ſuam mortem priùs declarans : *Ego*, inquit, *dormiui, & ſoporatus ſum* ; ſuum verò reditum ad vitam poſteriùs inculcans : *Exurrexi*, inquit, *quia Dominus ſuſcepit me.* Pſ. 3. n. 6. Nec minùs disertè ad parentem : *Tu*, inquit, *cognouiſti ſeſſionem meam, & reſurrectionem meam.* Pſalm. 138. n. 2. Quaſi ex ſeſſione, hoc eſt, ex paſſione, quàm ex reſurrectione, cognoſcibilior redderetur. Denique ad Apoſtolos : *occident*, inquit, *eum, & tertia die reſurget.* Matth. 17. n. 23. vt, interprete D. Baſil. vbi ſuprà, quos moriens contriſtabat, reſurgens lætificaret.

D. Baſil.

9. Ex hac conſuetudine diuina, vt præcurrentibus malis ſubſequentia bona adiungantur ; hortatur D. Bern. epiſt. 245. ad Eugen. Papam, vt Epiſcopo C cuidam peccatori ſe oſtendat non modò ſeuerum, ſed etiam benignum, delinquentem puniat, ſed pœnitentem amplectatur : vt in vno iuſtitia, in altero miſericordia conſeruetur. *Nunquid*, ait, *poteſtatem habetis deponere potentes de ſede, & exaltare humiles non habetis? Porrò poteſtate accepta malle in malo, quàm in bono vti, abuti eſt.* Et in epiſtola ſequenti ad eundem Papam, quem pro eodem Epiſcopo deprecatur : *Nunquid*, ait, *poteſtatem habetis tantum percutere, & nequaquam ſanare? Noſtis, qui dixerit. Percutiam, & ego ſanabo? Abſit, vt cuius tenetis vicem, non vſurpetis & vocem ; vocem præcipuè pietatis.* Itaque in Scriptura frequens eſt, vt mala bonis, triſtia lætis, aduerſa proſperis præmit- D tantur.

D. Bern.
In puniendo ſeueritas ſimul & benignitas.

10. Ex hoc loco duplex Manichæorum hæreſis iugulatur. Vna, quæ duplex principium, vnum bonorum, alterum malorum diſtinguebant : cùm tamen vtraque tam bona, quàm mala pœnæ de quibus ſermo eſt ab vno Deo oriantur ; vt patet ex multis ſcripturæ locis. Nam in hoc Cantico dicitur Deus ab Anna *mortificare, & viuificare.* Ab Iſaia, cap 45. num. 7. *formare lucem, & creare tenebras : facere pacem, & creare malum.* A Ierem. cap 11. n. 11. *inducere mala ſuper* Iudæos, *de quibus exire non poterunt.* A Iona cap. 3. num. 10. *loquutus fuiſſe malitiam, vt faceret Niniuitis.* Ab Amos cap. 3. E num 6. facere malum; imò *non eſſe malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit.* & ſic in aliis frequentiſſimè. Quod probans Tertull. lib. 2. contra Marcion. cap. 14. *Ad omnia*, inquit, *tibi occurrit Deus: idem percutiens, ſed & ſanans : mortificans, ſed & viuificans : humilians, ſed & ſublimans : condens mala, ſed & pacem faciens.* Et lib. 4. cap. 1. reprehendens Manichæum, qui ex diuerſitate bonorum, & malorum, diuerſos Deos diſtinguebat : *Quid*, inquit, *differentiam rerum ad diſtantiam interpretaris poteſtatum? Quid antitheſes exemplorum diſtorques aduerſus creatorem, quas in ipſis quoque ſenſibus, & affectionibus eius potes recognoſcere? Ego*, inquit, *percutiam, & ego ſanabo*, &c. Et rurſus eodem libro, cap. 34 oſtendit, Moyſem, & Prophetas, vnum Deum

Prima hæreſis Manichæorum duplex, diſtinguens principium boni, & mali.

Tertull.

Idem Deus creator, & iudex : idem bonorum, & malorum conditor.

A prædicare creatorem, *& vtrumque iudicium pœnæ, & ſalutis æternæ apud vnicum Deum poſitum, qui occidat, & viuificet.* Eandem hæreſim condemnat D. Hieronymus ad illa verba : *Quis eſt iſte, qui dixit, vt fieret Domino non iubente?* Thren. 3. n. 37. Vbi contra quoſdam hæreticos, quos non nominat, dicit Deum facere mala, *cum res bene conditas, nobis malè agentibus, in flagellum format ; vt ea ipſa, & per dolorem, quo feriunt, delinquentibus mala ſint, & per naturam, qua exiſtunt, bona.* Quod veneni ſimilitudine confirmat : nam *venenum*, inquit, *mors eſt homini, ſed tamen vita ſerpenti.* Quæ verba nihilo mutata tranſtulit, D. Gregor. lib. 3. Moral. c. 3. explanans illud Iob 2. num. 10. *Si bona ſuſcepimus de manu Domini, mala quare non ſuſcipiamus?* Quo ex loco etiam patet, non ſolùm bona, ſed etiam mala pœnæ, Deo auctori referenda. Qua de re latiſſimè diſſerit D. Auguſt. tom. 6. per plures libros, in quibus Manichæorum hæreſim acerrimè inſectatur.

D. Hieron.

D. Greg.

D. Aug.

Altera, qua duplicem ſcripturarum auctorem, vnum noui, alterum veteris Teſtamenti diſtinguebant hunc immitem, & crudelem ; illum facilem, & benignum appellabant. Quem errorem hic locus facilè conuincit, in quo Deus veteris Teſtamenti auctor, non ſolùm dicitur mortificare, ſed etiam viuificare ; & proinde non modò ſeuerum, ſed etiam miſericordem ſe exhibere. Imò D. Bern. ſerm. 16. in Cant. ex ſimili loco Deut. iam citat. C potiùs colligit diuinam benignitatem, quàm ſeueritatem. *Paterna*, inquit, *vox eſt : Percutiam, & ego ſanabo. Non eſt proinde, quod à patre formides, qui etſi quandoque feriat, nunquam tamen vindicat.* Atque adeò ſublata ratione diſtinguendi hos Deos, quæ penes crudelitatem vnius, & benignitatem alterius fingebatur, vnus atque idem Deus, iuſtus quidem, ſed miſericors, vtriuſque Teſtamenti auctor comprobatur. Vnde Origen. hom. 1. citat. in Ieremiam : *Hæc*, inquit, *ſi intelligerent miſerrimi hæretici, nunquam ad nos deferrent, crebrò iſta dicentes, vidéſne Deum legis, & Prophetarum, quomodo ferus eſt, & inhumanus?* Sed potiùs faterentur, Deum veteris Teſtamenti, ſeueritatem cum be- D nignitate ita condire ſolitum, ac temperare, vt ſemper alterna pocula miſceat, & nunc amara, nūc dulcia propinet: & proinde nullum eſſe diſcrimen, quo ab auctore noui Teſtamenti diſtinguatur. Quod Sapiens declarans in hominibus, qui à Deo aliter, atque aliter tractantur; *Ex ipſis*, inquit, *benedixit, & exaltauit: & ex ipſis ſanctificauit, & ad ſe applicauit ; & ex ipſis maledixit, & humiliauit.* Eccleſiaſt. 33. n 12. Vbi vides, Deum veteris Teſtamenti, non minora benignitatis, quàm ſeueritatis exempla præ ſe ferre : imò cum ſuam miſericordiam quater exhibuerit, quadruplici illam verbo ſignificando, *benedixit, exaltauit, ſanctificauit, ad ſe applicauit* ; tamen E ſuam iuſtitiam bis tantùm oſtendit, duplici illam verbo innuendo, *maledixit, humiliauit* : ne promptior & effuſior ad vindictam, quàm ad clementiam videretur. Quid ergo improbi Manichæi, veſtri non immemores nominis, quod inſaniam ſonat, inſanitis? Cur Deum veteris Teſtamenti, crudelem appellatis?

11.
Secunda Manichæorū hæreſis, duplicem noui, & veteris Teſtamenti auctorem aſſignans.
D. Bern.

Vnus, & idē Deus vtriuſque Teſtamēti auctor.
Orig.

Deus ad miſericordiam, quàm ad vindictam promptior.

12. An quod ignem ſe eſſe dixerit? Deut. 4. n. 24. An quod mortificauerit? 1. Reg. 2. n 6. An quod mortem peccatori ſtatuerit? Geneſ. 2. num. 17. An quod mala creauerit? Iſa. 45. n. 7. Atqui non minora ſeueritatis exempla in ipſo noui Teſtamenti conditore, Chriſto Domino, quem crudelitatis non arguitis, inuenietis. Sic enim contra Manem, Manichæorum principem Epiſcopus Archelaus apud D. Cyril. Hieroſolymitanum Catecheſ. 6. argumenta

Conuincitur Manichæorū princeps, qui Deum veteris Teſtamēti crudelem, noui verò mitem appellabat.
D. Cyril.

A gumentatur: *Si*, inquit, *Deum veteris Teſtamenti crudelem exiſtimas, quod ignem ſe dixerit: cuius erit filius ille, qui dicit, ignem veni mittere in terram?* Luc. 12. n. 49. *Si oderis eum, qui dicit, Dominus mortificat & viuificat; quare honoras Petrum, qui Tabitham quidem ſuſcitauit, Saphiram autem mortificauit?* Act. 5. n. 10. & Act. 9. n. 40. *Si oderis eum, eo quod etiam mortem parauerit: quare non oderis eum, qui dicit, ite in ignem æternum?* Matth. 25. n. 41. *Si odiſti dicentem: Ego Dominus faciens pacem, & creans mala. Perquire, quid dicat* IESVS, *non veni mittere pacem ſuper terram, ſed gladium.* Matth. 10. n. 34. *Amborum ſunt æqualia dicta: ergo è duobus alterum ſit, neceſſe eſt. Aut vterque bonus per eandem loquutionem: aut ſi irreprehenſibilis* IESVS, B *hæc dicens; quare vituperas eum, qui in lege veteri ſimilia dicebat?* Aliud telum librabat Manes, vt Deum legis, & Prophetarum crudelem eſſe conuinceret, quod ſcilicet mentes infidelium excæcaſſe diceretur, iuxta illud Apoſtoli: *Deus huius ſeculi obcæcauit mentes infidelium, vt non ſplendeat illis lumen Euangelij.* 2. Cor. 4. n. 4. Quod Archelaus iterum repellens: *Nunquid*, inquit, *ſolus veteris Teſtamenti Deus obcæcauit cognitionem infidelium?* IESVS *autem ipſe nónne dixit: Propterea in parabolis loquor eis, vt videntes non videant?* Matth. 13. n. 13. *Non quod odiſſet illos, volebat, ne viderent: ſed quod oculos ſuos ipſi obſtruxiſſent. Vbi enim ſpontanea prauitas, ibi & impedimentum gratiæ.* Et paulò poſt duas C alias adhibet interpretationes, vt Deum infidelium mentes obcæcantem, ab omni crudelitatis ſpecie vindicet. Primam, quod in malo excæcauerit, ne ſcilicet mala, *ſed ſancta reſpicerent*: ac ſi diceret, *Excæca ſcortatoris libidinoſas cogitationes, & ſeruabitur homo: excæca furis rapacitatem, & ſaluabitur homo.* Secundam, quod non propter ſuam claritatem Deus obcæcauerit; ſed quod ipſi propter ſuam infirmitatem obcæcati fuerint. *Obcæcat*, inquit, *& Sol lippos: non quod Sol habeat vim excæcandi, ſed quod corrupta videntium natura videre per ſe non poſſit.* Qua de re iterum ad n. 17. redibit ſermo.

Deum minimè eſſe crudelem malis excæcando, duplici ratione oſtenditur.

Senſus verborum.

13\. *Triplex vita, temporalis, ſpiritualis, & æterna, ſimiliter & triplex mors.*

DVplex eſt verborũ ſenſus. Literalis, & ſpiritualis. Literalis rurſum duplex, proprius, & figuratus. Proprius hic, Deus & mortis, & vitæ auctor eſt. Sed cum vita triplex ſit, temporalis per animam, ſpiritualis per gratiam, æterna per gloriam, quibus è contrario tres mortes reſpondent; ſunt, qui de his omnibus vitis, ac mortibus hunc locum interpretentur: ſeorſim verò D. Greg. de morte, ac vita æterna. Hanc enim Deus contulit Eccleſiæ, vt æternaliter viuat: illam intulit Synagogæ, vt in perpetuum damnetur. D. Bonau. tom. 1. in Pſ. 118. n. 11. art. 3. de morte; ac vita ſpirituali: non quod Deus mortificet, gratiã auferendo. Ego tamen ad literam de ſola morte, ac vita temporali probabilius expono, cum Vatab. Ianſen. Titelm. & alijs. Primò, quia Deus hoc loco dicitur mortificare, & viuificare, non ſolùm diuerſos, ſed etiam eoſdem: ita vt eos, quos mortificat, poſtea viuificet, vt D. Aug. Eucher. Bed. Angelom. Vatab. & alij interpretãtur: quibus adde D. Baſil. hom. 9. Quod Deus non ſit auctor malorũ: quos autem æterna morte mortificat, nunquam poſtea viuificat; vt paulò inferiùs oſtendam: ergo de his ſaltem locis non intelligitur. Secundò, quia Deus eodẽ modo dicitur hoc loco mortificare, & viuificare, ſeu eſſe mortis, & vitæ cauſa; ne detur æquiuocatio in verbis: atqui Deus, quamuis ſit propria cauſa vitæ ſpiritualis, quia verè ſanctificat, & producit gratiam; tamen nullo modo eſt cauſa mortis ſpiritualis, quia

D. Greg. *D. Bonau.* *Vatabl. Titelm.* *Deus in proprio ſenſu literali, vitæ, & mortis temporalis auctor eſt.* *D. Aug. Eucher. Beda Angelom. Vatabl. D. Baſil.*

A non facit peccatum, ſed tantùm permittit: ergo ſaltem de vita, & morte ſpirituali intelligi non debet. Quod ſi dicas, etiam Deum non eſſe auctorem mortis temporalis, iuxta illud Sap. 1. n. 13. *Deus mortem non fecit.* Reſpondeo, eum locum, aut intelligi poſſe cum Vrbano IV. de morte ſpirituali; aut de primaria, ac directa affectione mortis corporalis, vt Lorinus ibi latiùs tractat; alioqui, ſuppoſita culpa, Deus tanquam proprius vltor mortem infert, iuxta illud D. Fulg. lib. 1. c. 19. *Illius*, inquit, *rei Deus vltor eſt, cuius auctor non eſt.* Tertiò principaliter, quia hoc loco ſermo eſt de notiſſimo mortis, ac vitæ genere, ex quo apertiſſimum deſumi poſſet argumentum ad diuinam potentiam, ac prouidentiam B oſtendendam: ſed de hoc genere eſt mors, & vita corporalis; non autem ſpiritualis, aut æterna, quæ plurimos latent: ergo hic de ſola morte, ac vita corporali ſermo eſt.

Deus cauſa non eſt mortis ſpiritualis. *Vrb. IV.* *Lorin.* *D. Fulg.*

Quòd autem Chriſtus Dominus mortis, ac vitæ corporalis auctor ſit, teſtatur ipſe dicens: *Habeo claues mortis.* Apocal. 1. n. 18. vbi mortis nomine, interprete Rupert. diſſolutio corporis intelligitur; quòd Deus tradere poteſt in mortem, & reuocare ad vitam. De ſe Chriſtus Dominus per regium Vatem: *Similis*, inquit, *factus ſum pellicano ſolitudinis.* Pſal. 101. n. 7. Pellicani natura talis eſſe dicitur, vt filios roſtro confoſſos occidat; & rurſum pectus eodem roſtro ſulcatum vertat in ſanguinem, quo C ſuperfuſi filij ſubitò reuiuiſcant. Eodem modo, inquit D. Auguſt. ad eum locum, Chriſtus Dominus mortificat, & viuificat, quia ſuo ſanguine Paulum occidit perſequutorem, & viuificauit prædicatorem. Vbi quamuis ad ſenſus myſticos dilabatur; bene potuit tamen in ſenſu proprio rem ipſam confirmare. Non ſine myſterio Chriſtus Dominus in monte Thabor, inter Moyſem iam vita functum, & Heliam adhuc ſuperſtitem, glorioſus apparuit. Matt. 17. n. 3. vt ſcilicet oſtenderet, mortis, & vitæ auctorem ſe eſſe, qui inter mortuum, ac viuum cerneretur: quod ibi D. Chryſ. hom. 57. rectè obſeruat. *Vt*, inquit, *diſcant, quoniam mortis & vitæ poteſtatem habet, propterea & Moyſem, qui morte defecerat, & Heliam, qui nondum mortem paſſus fuerat, in medium adducit.* 14.

Rupert. *Chriſtus ſuo ſanguine tanquam pellicanus viuificat & mortificat.* *D. Aug.* *Quare Chriſtus in Thabor Moyſen inter & Heliam transfiguratur.*

D Dicitur autem Deus mortificare, & viuificare, vel quia ſimpliciter occidit, & reſuſcitat; vel quia in mortis periculo conſtituit, & ab illo liberat. Priori modo octo tantùm reperiuntur in vtroque Teſtamento mortificati, & viuificati, vt notat D. Aug. lib. 3. de mirab. S. Scripturæ, c. 11. ſi is eſt eius operis auctor: tres quidem in veteri, vnus ab Helia. 3 Reg. 17. n. 22. duo ab Heliſæo 4. Reg. 4. n. 35. & 4. Reg. 13. n. 21. quinque in nouo, tres à Chriſto Domino. Lazar. Ioan. 11. n. 44. filius viduæ. Luc. 7. n. 15. filia Archiſynagogi. Marc. 5. n. 42. Tabitha à D. Pet. Act. 9 n. 40. & Eutycher à D. Paulo. Act. 20. n. 10. E Vt nihil interim dicam de illis mortuis, quos Chriſtus Dominus iubet renunciari Ioanni reſuſcitatos, dicens: *Mortui reſurgunt.* Matth. 11. n. 5. ſi fortè ab ijs, quos diximus, diſtinguntur. Et de illis, qui cum Chriſto Domino ſurrexerunt. Matth. 27. n. 52. de quibus Theod. hunc locum exponit. Et de ipſo Chriſto Domino mortuo, & reſuſcitato: de quo D. Aug. lib. 17. ciu. c. 4. Bed. & Angelom interpretantur. Ac tandem de omnibus mortuis in extremo iudicio ad vitam reuocandis; de quibus etiam Theodoretus hæc verba intelligit. 15.

In vtroque Teſtamento octo tantùm reperiuntur à mortuis ſuſcitati. *D. Aug.* *Theod.* *D. Aug. Beda. Angelom.*

Poſteriori modo plures refert Scriptura mortificatos, & viuificatos, Ezechiam, Dauidem, Iobum, cæteróſq; Prophetas, & Apoſtolos, qui ex magnis ſæpe periculis, in quibus à Deo fuerant conſtituti, diuinitus euaſerunt. Quem ſenſum exprimere videtur 16.

Quos Deus affligit, ipſis medetur; quos in periculo conſtituit, ipſos liberat.

D.Greg.

detur D.Greg. Nazianz. orat.32. *Dominus*, inquit, *mortificat, & viuificat, qui ſola voluntate omnia facit atque immutat; qui ex nocte diem facit, ex hyeme ver, ex tempeſtate tranquillitatem, ex ſiccitate pluuiam.* Et ſtatim Ioſephi, & Hebræorum exemplo rem confirmat: quorum ille ex ſeruo venalitio in totius Ægypti principem euaſit: hi autem ex parua quadam propagine in vineam latam, & palmitibus abundantem, vt ex Pſalm.79. à n.9. patet, excreuerunt. *Quod hoc*, inquit Nazianzenus, *admirabilius, aut illuſtrius diuinæ magnificentiæ argumentum, cùm ex rebus perditis, ac deploratis, iter ſecundis aperire voluerit?* Eundem ſenſum expreſſit D. Hieron. ad illa verba Thren. 3. n. 3. *In me vertit, & conuertit manum ſuam tota die.* Vbi vertere, & conuertere manum, idem eſt, atque intentare, & reuocare plagā; ſeu intorquere, & retorquere telum; ſeu tandem magnam aliquam ſuppliciorum procellam excitare, & ſerenare. *Vertit igitur Dominus*, inquit Hieronymus, *manum ſuam, quando iuſte in reos debitam vltionem immittit: & conuertit manum ſuam quando miſericorditer a vindicta ſententiam ſuſpendit. Scriptum eſt enim de illo, Dominus mortificat, & viuificat.*

D.Hieron.

Ad hunc Annæ verſiculum in hanc ſententiam explicatum, alludere videtur D. Ephrem Syrus de vita ſpirituali in 1.tomo. *Creatorem*, inquit, *nobis propitium reddamus, qui potens eſt nos tum morbis affligere, tum ſanare; deducere ad inferos, & reducere. Licèt enim ad modicum tempus firmitate corporis valeamus, quid poſterior tamen paritura ſit dies, neſcimus.* Vbi pro mortificare, & viuificare, poſuit, morbis affligere, & ſanare; ac ſi Anna non de ipſa morte, ſed de mortis periculo, liberationéque ab illo, loqueretur.

D. Ephr.

17\. *Sterile aliquando idem quod mortuum.* Figuratus ſenſus horum verborum eſt, *Dominus ſterilem facit, & fœcundat.* Nam ſterilis figuratè idem eſt, atq; mortuus, iuxta illud D. Pauli de Abrahamo, cui centenario Deus filium promiſit. *Nec conſiderauit*, inquit, *corpus ſuum emortuum, cùm iam ferè centum eſſet annorum, & emortuam vuluam Saræ.* Rom.4. n.8. Vbi patet, idem eſſe mortuum, atque ſterile. Vnde viuum idem erit, quod fœcundum. Atque ita Eucherius, Hugo Cardin. & Ianſen interpretantur. Et in hoc ſenſu ad Annam, & Phenennam hæc ſententia refertur: è quibus hanc mortificauit Dominus ſterilitate; illam fœcunditate viuificauit.

Eucher. Hug.Card. Ianſen.

18\. *In ſenſu ſpirituali Deus mortificat Synagogam, viuificat Eccleſiam.* Spiritualis ſenſus multiplex eſt. Inprimis mortificat Synagogam, viuificat Eccleſiam. Sic D. Auguſt. D. Greg. Beda, Angelom. Lyran. aliique exponunt. De qua re plura in ſuperioribus diximus, & in inferioribus dicemus. Deinde mortificat vitia, viuificat virtutes. Sic Carthuſianus. *Hæc*, inquit, *mortificatio eſt vitiorum extinctio, ſui ipſius à vitiis reformatio, membrorum ſcandalizantium abſciſſio, id eſt, eorum ab vſu prauo coertio, & maximè priuati amoris extirpatio integra.* Qua mortificatione vitiorum ſic explicata, eum proportione explicari poteſt viuificatio virtutum. Breuiter vtramque expreſſit D.Bernard. epiſt.23. *Percuſſit*, inquit, *carnem, vt anima ſanaretur; occidit auaritiam, vt iuſtitia viueretis.* Sed fuſiùs & elegantius hanc vitiorum mortem, & virtutum vitam explicauit D. Ambr. ſerm.27. de ieiun. *Occidit*, inquit, *quodammodo, antequam viuificet Dominus. Occidit enim primùm in nobis homicidia, adulteria, ſcelera, furta per baptiſmum, & ſic nos tanquam nouos homines æternitatis immortalitate viuificat. Morimur ergo peccatis per lauacrum; regeneramur autem vita per ſpiritum.* Et paulò poſt: *Occidimur*, inquit, *quodammodo, cum deſinimus eſſe, quod fuimus: nouo enim pietatis genere in vno, eodémque homine impius, & adulter occiditur, vt miſericors renaſcatur, & caſtus. Interimitur idololatria, vt religio propagetur. Fornicator, & ebrioſus extinguitur, vt continens, & ſobrius procreetur. Sic ergo mortificat Dominus, vt viuificare faciat: ſic occidit, vt proſit. ſic verberat, vt emendet. Hæc eſt igitur circa homines ſuos tota eius ſeueritas, vt in his peccata puniantur, anima conſeruetur, auferantur deteſtanda vitia, virtutes optimæ nutriantur.*

D.Aug. D Greg. Beda. Angelom. Lyran. Carthuſ.

D.Bern.

D Ambr.

Deus vitiorum occiſor, virtutum viuifi. auct.

In eandem ſententiam interpretatur D. Hier. ad illa verba: *Percuſſiſti caput de domo impij.* Abac.3. n.13. ſeu, vt vertunt 70. *Miſiſti in caput impiorum mortem.* Vbi D.Hieron. *Non putemus*, inquit, *de hac dici morte communi, qua omnes morimur. Sed mors miſſa eſt in iniquos, vt qui priùs viuebant iniquitati, mortui peccato viuerent iuſtitiæ. Quod quidem & Anna in oratione ſua ſignificat, Dominus occidit, & viuificat. Occidit enim peccatores, mittens in capita impiorum mortem, vt viuificaret iuſtitia.* Et ſtatim addit, Chriſtum Dominum ad hanc mortem peccatoribus inferendam in hunc mundum veniſſe. *Dicam*, inquit, *aliquid audacius, Chriſtus ad hoc venit in mundum, vt in capita iniquorum mitteret mortem; & ſicut ipſe peccato mortuus eſt ſemel, ſic & illi morerentur iniquitati & qui facti fuerant participes mortis huius, vita quoque participes fierent.* 19.

D.Hier.

Nec aliter interpretatur Rabanus in cap. 1. Ieremiæ, ſeu potiùs Origenes apud Rabanum: hic enim illum iiſdem ferè verbis ſuos tranſtulit in commentarios. *Ego*, inquit, *interficiam, & ego viuificabo. Quem interficiam? Paulum proditorem, Paulum perſequutorem; & viuificabo, vt fiat Paulus Apoſtolus Chriſti Ieſu. Primum eſt vt mala auferantur a nobis. Non poteſt in loco ædificationis mala ædificare Dominus: Quæ enim participatio iuſtitiæ, & iniquitatis? Oportet malitiam ex imis ſedibus eradicari: oportet ædificationem peſſimam ab animis noſtris penitus auferri, vt poſtea ſermones Dei ædificent, atque plantent.* Tandem D. Baſil. hom. 9. Quod Deus non eſt auctor malorum, in eandem ſententiam ſimilem verſiculum ſupra citatum ex Deuteronomio exponit. *Ego*, inquit, *occidam, peccato videlicet, & ego viuere faciam, iuſtitia. Quantum enim exterior homo morte corrumpitur, tantum interior renouatur.* Et paulò poſt: *Caro percutitur, vt anima ſanetur, peccatum perimitur, vt iuſtitia viuat.* Igitur neceſſe eſt, vitia omnia mortua iacere, imò & ſepulta, vt virtutes viuæ, atque animatæ erigantur. 20.

Raban.

Vitia priùs eradicanda, vt virtutes plantentur.

D Baſil.

Tertiò mortificat Dominus per tentationes, vt viuificet per humilitatem. Ita D.Hieronym. epiſt.4. ad Marcell. ſub initium interpretatur: atque hoc modo ſenſit fuiſſe D. Paulum à Deo mortificatum, & viuificatum, ipſo Apoſtolo teſtante, ac dicente: *Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, Angelus ſatanæ, vt me colaphizet.* 2.Corinth.12.num.7. Quem locum D. Hieronym. expendens: *Paulus*, inquit, *cui etiam in tertium cælum patuerat aſcenſus, & quem neque ignea illa romphæa ab aditu Paradiſi potuerat excludere; ne extolleretur propter excellentiam reuelationum, ita ſe gubernatum refert, vt appoſito Angelo ſatanæ in ſtimulum carnis ſuæ, deprimeretur ſalubriter, ne inflaretur inaniter.* Nec aliter exponit Abbas Apollo, Eremiticæ vitæ cultor egregius, vt refert Abbas Moyſes apud Caſſianum collatione 2. cap.13. vbi optimum narrat exemplum, iis, qui in vita ſpirituali alios regunt, & formant, diligenter conſulendum. Nam cum monachus quidam iunior, libidinum tentationibus exæſtuans, pro ſuæ remedio ægritudinis acquirendo, ſenem ea ſolitudine non incognitum adiret; ſenex, ſiue de propria continentia tumens, ſiue alienam concupiſcentiam non ferens, tam duriter, & inhumaniter in iuuenem 21.

D.Hier.

Deus per tentationes mortificat, vt per humilitatem viuificet.

Huius rei exemplum.

[illegible] aſſliæ in- [illegible] ſtrunt, iſti- vum infirmi- tatibus, & tentationibus ſuauiter de- bent commo- deri.

A [illegible] æ non exige- [illegible] præcipitaret. [illegible] Apollo [illegible]. Deinde lacrymis orare [illegible] quereret in ſenem, qui [illegible], aliena curare [illegible] etur. Ecce tibi ſenex quodam veluti l[illegible] œſtro correptu, furere, inſanire, ac debacchari, nec minùs quàm antea iuuenis, extremam ætatem iacere, & ſe libidinum flammis præcipitem deuouere. Ad quem tandem Apollo: Diſce, inquit, tuæ arbiter infirmitatis, alienis infirmitatibus compati, non iratus diſce aliena curare vulnera, non exacerbare. Sed ne crimen, de quo ſenem arguebat, ipſe meruiſſet, cum duriter obiurgatum, ſtatim his Annæ verbis leniter animauit:

B *Dominus*, inquit, *mortificat, & viuificat. Deum igitur imploremus, vt flagellum iſtud, quod vtilitatis gratia tibi inferre dignatus eſt, iubeat amoueri, & ignita diaboli iacula, quæ me arbitrio tibi permiſit infligi, ſpiritus ſui rore redundante reſtinguat.* Sic igitur hunc ſenem, multum de ſe præſumentem, parum alios miſerantem, Dominus mortificauit per tentationem, viuificauit per humilitatem.

22. *Mortificatio per labores ad gratia, & virtutum incrementa conducit.*

Vel imò mortificat Dominus per labores, & tribulationes; viuificat per gratiam, & meritorum incrementa. Sic etiam exponit D. Hieron. in epiſt. 4. [illegible] ad Marcel. quam ad laborum tolerantiam exhortatus. *Dominus*, inquit, *te in laboribus hominum poſuit, & ſalutifero paterna pietatis verbere viſitauit, vt in paucis vexatam, in multis bene diſponeret, teſte Apoſtolo.* Sed pro *teſte Apoſtolo*, dicturus erat,

C teſte diuina Sapientia 3. n. 5 vnde illa verba deſumuntur: *In paucis vexati, in multis bene diſponentur.* Quaſi pauca flagella ad multa præmia dirigantur; & per paucos labores ad multas coronas aditus aperiatur. Et ſtatim quàm ſalutifera ſit illa verberatio, confirmat ex hoc loco, *mortificat, & viuificat*: quia non ſiſtit in morte, ſed redundat in vitam. Felix igitur illa non ſeueritas, ſed pietas, eaque non iudiciaria, ſed paterna, qua flagellamur in corpore, vt ſanemur in mente; per quam non plures plagas, & tormenta corporis, quàm coronas, & ornamenta ſpiritus aſſequamur. Vnde merito

D Hier.

D cum Dauide precatur idem D. Hieronymus: *Da nobis auxilium de tribulatione.* Pſalm. 107. n. 13. Quaſi nequeat aliunde maius, quàm ex tribulatione auxilium prouenire: imò eò præſentius immortalitatis pharmacum hauriatur, quò amarius tribulationis poculum propinetur. Eodem modo D. Gregor lib. 6. Moral. cap 14. ſimilia loca explicat. *Ipſe vulnerat, & medetur*, &c. Iob. 5. num. 18. &, *Ego occidam, & ego viuere faciam.* Deut. 32. num. 39. Vbi has propoſitiones cauſales facit. *Vulnerando*, inquit, *ad ſalutem reuocat, cum electos ſuos affligit exterius, vt interius [illegible].* Et paulò poſt: *Occidit vt viuificet percutit, vt ſanet, quia idcirco foris verbera admouet, vt intus vulnera delictorum curet.* Vbi plura

Dei vulnerare, mederi eſt.

D Greg.

E de hac re.

23. Damaſc.

Sic explicat & D. Ioan Damaſc. lib 3. Paralip. cap 49. vbi plura loca adducit, ex quibus oſtenditur Dominus mala pœnæ ingerere, vt bona gratiæ ſub[illegible] quan[illegible]r. Nam Dauid, *Caſtigans* inquit, *caſtigauit me Dominus, & morti non tradidit me.* Pſalm. 117. num. 18. [illegible] vehemens, & ſtatim liberatio [illegible], hanc enim illa promet[illegible]r. Quid mirum ſi [illegible] fiat malorum, ac bonorum [illegible]do: *Non enim*, inquit Dominus, *in ſempiternum litigabo, neque vſque ad finem iraſcar.* Iſaiæ 57. num. 16. Flectitur diuina miſericordia, cum noſtras miſerias patienter tolerantas intuetur. Vnde ſubdit: *Iratus ſum, & percuſſi eum.* Et ſtatim; *Sanaui eum, & reduxi*

A *eum.* ibidem [illegible]. & 18.

Vide, quàm [illegible] plaga? Vix indignatio præceſſit, cùm [illegible] tio aduolauit. Felix mors, quæ vitam [illegible]: felices plagæ, quæ coronas operantur. Felicia verbera, quæ in præclara decora & ornamenta conuertuntur. Rectiſſimè monuit Apoſtolus dicens: *Omnis diſciplina in præſenti quidem videtur non eſſe gaudij, ſed mœroris; poſtea autem fructum pacatiſſimum exercitatis per eam reddet iuſtitiæ.* Hebr. 12. num. 11. Tanto oraculo quis non credat, mitti à Deo plagas, & calamitates in hac vita, tanquam curatrices, & textrices coronarum in futura? His, aliiſque ſimilibus locis oſtendit Diuus Ioannes

Calamitate felicitas, afflictionem conſolatio ſuiſſe iuſtum.

B Damaſcenus, quàm ſint vtiles afflictiones diuinitus immiſſæ, ex quibus tam multæ conſolationes hauriantur.

Eandem ſententiam confirmans D. Baſil. hom. 8. in diuites: *Diſcamus*, inquit, *quod nobis calamitates infligit Deus, non extinguere nos quærens, ſed emendare, caſtigareque cupiens, more piorum patrum erga deſides filios. qui iraſcuntur quidem, non mali aliquid eis facturi, ſed officioſa caſtigatione ex ignauis diligentes reddituri, & ad officium deducturi.* Nec minùs eleganter D. Baſilio eius frater D. Gregor. Nyſſen. vt refertur in ſcholijs D. Ioannis Damaſcen. proximè citat. *Bonorum*, inquit, *quæ expectamus flos eſt afflictio. Quocirca propter fructum, florem quoque decerpamus.* Quare ſicut in arbore fructus deſperat, qui

24. D. Baſil. *Deus in puniendo patris vicem gerit.*

D Greg. *Afflictiones ſunt futuræ felicitatis flores.*

C flores non præuidet, cùm ex his illi naſcantur: ſic felicitate non fruetur, qui calamitatem non patietur, cùm ex hac illa proueniat. Amico amicum iunge; Diuo Gregorio Nyſſeno, Diuum Gregorium Nazianzenum, qui orat. 17. ad ciues: *Prudenter*, inquit, *faciunt, qui calamitatibus erudiuntur, dum illis, velut aurum igne, purgantur. Qui Dauidicum illud in ore habent; Bonum mihi, quia humiliaſti me. Qui beneficiorum omnium auctorem per afflictionem ſibi conciliant: quandoquidem ægra anima Deo propinqua eſt.* Vbi nota hæc vltima verba, *Ægra anima Deo propinqua eſt*, tribui Diuo Petro, ex eóque referri ab eodem Nazianzeno, non ſolùm in citata oratione ſecundùm alias editiones. ſed etiam in epiſt.

Naz.

D ad fratrem Cæſarium, quæ inter opera ipſius Nazianzeni eſt 16. in ordine, inter opera verò D. Baſil. in quibus etiam circumfertur, eſt 11[illegible]. Vbi Nazianzenus Cæſarium hortatus, vt qui ex graui quodam corporis periculo, nempe ingenti quodam terræmotu, qui Nicææ Bithyniæ acciderat, liber euaſerat, ad ſalutem animæ ſolicitus feſtinaret: *Neque*, inquit, *terrores inutiles ſunt, imò vehementer vtiles, ac ſalutares. Licèt enim illos deprecemur, perterriti tamen erudimur. Anima namque afflicta* aliàs ægra) *Deo vicina eſt, inquit Apoſtolus Petrus, vbi hac de re præclariſſimè diſſerit.* In neutra tamen D Petr. epiſt. hæc verba extant: vt proinde ſuſpicio ſit, ex aliquo eius

Cæſarius ex terræ motu liber euadēs, ad animi ſalutem ſe alacrior.

E libro, vel apocrypho, vel iniuria temporis iam abolito, deſumpta fuiſſe. Vndecunque tamen decidetur, optimo ſenſu referunt, animam per afflictiones non labi in interitum, ſed ad Deum, qui eſt vita ipſius animæ, appropinquare. Atque hæc de ſenſu verborum.

Quò magis affligimur, eò propiùs ad Deum accedimus.

Verborum ſcopus.

IAm verò ſcopus, ad quem hæc verba diriguntur, talis eſt, vt Anna diuinam potentiam, teſte Abul. q. 32. ac diuinam prouidentiam, teſte Caiet. manifeſtaret, vtramque planè in fœcunditate, quam ſibi contulit, & ſterilitate, quam Phenennæ intulit ſatis expreſſam: ſed vbi [illegible] nouis exemplis, quibus modò vtitur, commendam, impro- biſque

25. *In Annæ fœcunditate, & Phenennæ ſterilitate diuina prouidentia elucet.* Abul. Caiet.

biſque hominibus perſuaſerunt. Nam ſuperbi A
homines ſuam ſibi potentiam tribuebant:& Deum nihil de rebus humanis curare exiſtimabant. Quos Phenenna imitata,de ſua fœcunditate gloriabatur, quaſi à diuina potentia,ac prouidentia nec conferri poſſet,nec auferri. Ad hos igitur Anna: *Non eſt fortis*,inquit,*ſicut Deus noſter,& ipſi præparantur cogitationes*.hoc eſt,vt explicauimus,ſolus Deus potentiſſimus eſt, & prouidentiſſimus. Non eſt, cur de ſua quiſque potentia, ac prouidentia inaniter glorietur. Hanc ergo potentiam, & prouidentiam diuinam probat exemplis,quæ ſequuntur. In primis, *quia mortificat & viuificat*. Et quidem ex hoc principio Sophronius Archiepiſc.Hieroſolymit.tom.2. Biblioth. orat.1.in Chriſti Domini natalitia, diuinam potentiam confirmat. *Nihil*, inquit,*extat,quod* B *Dei potentiam vincat:nihil, quod omnipotenti illi nutui obſiſtere valeat.Dominus namque mortificat & viuificat.* Nec aliter D.Ioan.Damaſc. lib.1. Paralip. c. 8. ad diuinam potentiam adſtruendam hunc locum præter alia ex diuinis literis adducit.

Sophron. — *D.Damaſc.*

26. Et quidem cauſæ naturales poſſunt quidem ad mortem ducere,non ad vitam reuocare:ſunt veluti ordinarij fontes,qui accenſas faces extingunt, extinctas non accendunt: at verò Deus eſt tanquam fons ille prodigioſus, qui in Epiro fuiſſe dicitur, qui extinguebat accenſas faces,& extinctas accendebat. Saluis quondam Hebræorum primogenitis, C *Percuſſit Deus primogenita Ægypti,ab homine vſque ad pecus*.Pſal.134.n.8. In quem locum D.Chryſ. *Vidiſti*,inquit, *mortem illam fuiſſe Euangelium, & plagam illam diuinitus miſſam, fuiſſe prædicationem, qua Deum vbique perſuaderet, & Dei potentiam prædicaret*. Sola quidem Ægyptiorum calamitas non ſufficeret ad diuinam potentiam prædicandam,niſi illa quoque Hebræorum incolumitas adeſſet. Nam & Magi Pharaonis idcirco ſuam mundo potentiam non probarunt, quia Ægyptijs plagas inferre potuerũt, ſed non auferre; vt iam ſuperiori cap. num. 10. ex Theodoreto obſeruaui, & ruſum idem Theodor. quæſt 18. in Exod. obſeruat. At verò Deus ideò D completam habere cenſetur omnipotentiam, quod non ſolùm mala inferat, ſed auferat; neque ſolùm morte condemnet, ſed abſoluat,iuxta illud:*Domini Domini exitus mortis*. Pſalm.67. n.21. hoc eſt, vt ex Hebræo colligi poteſt, *exitus ad mortem*, vel *exitus è morte*: quaſi vtrumque ad diuinam omnipotentiam pertineat, tradere in mortem, & ad vitam reuocare. Vnde D.Petrus vtramque vim habuit,& mortificandi Saphiram. Act.5. num. 10. & viuificandi Tabitham. Act.9.num.40.vt ex vtraque potentia, omnipotentis Dei vices in terris agere crederetur; vt D. Cyrill.Hieroſol.Catecheſ.6.innuere videtur. Ex eodem mortificandi, & viuificandi principio mihi videtur D. Ioannes diuinam prouidentiam oſtendiſſe, dum Chriſto Domino tribuit *claues mortis*. Apoc. 1. num. 18. Nam clauis prouidentiæ ſymbolum eſt, dum prouidus pater familias per illam promit, & condit in tempore, quæ ſibi neceſſaria videntur. Non eſt igitur aliud mortem,& vitam ſub claue,quàm ſub diuina prouidentia contineri.

Deus veluti fons in Epiro accenſas faces extinguens, extinctas accendens. — *D.Chryſ.* — *Vera potentia qua malum & inferre,& auferre poteſt.* — *Theod.* — *D Cyrill.* — *Clauis prouidentiæ ſymbolum Chriſto Domino tribuitur.*

27. *Deducit ad inferos*, &c. Difficultas eſt, quid hoc loco nomine inferorum intelligatur. Et quidem inferi propriam, & figuratam ſignificationem habent. Propria eſt, cùm pro illis quatuor locis ſubterraneis, damnatorum, paruulorum, ſanctorum Patrum,& animarum, quæ luſtralibus ignibus detinentur, accipiuntur.

Quæ ſit propria inferorum ſignificatio.

An inferi hoc loco propriè ſumantur.

De ſingulis locis, quæ inferorum nomine proprie ſignificantur, poteſt præſens quæſtio excitari. Quod attinet ad locum damnatorum, dico in primis,Deum deducere ad inferos damnatorum, & reducere per deductionem quandam imaginariam, ſeu per conſiderationem pœnarum, quæ ibi damnatis infliguntur. Sic exponit D.Gregorius in poſteriori commentario. *Deum*, inquit, *ad inferos ducere, eſt peccatorum corda æternorum cruciatuum conſideratione terrere:reducere,eſt,territas pœnitentium mẽtes ſpe vitæ indeficientis attollere. Tunc quippe peccare deſinimus, cum futura tormenta formidamus.* 28.

Deus ad inferos damnatorum per conſiderationem deducit. — *D. Greg.*

B Dico præterea, Deum etiam deducere ad inferos damnatorum, & reducere per veram,& realem deductionem,ſi ſermo ſit de diuerſis perſonis,quarum alias re vera tradit in gehennam; alias à gehenna liberat,ſeruando,ne labantur: ſeu reducendo ex ſcelerum abyſſo,vnde ruendum erat in abyſſum tormentorum. Sic enim interpretatur idem Greg.in priori commentario,ad populum Iudaicũ, & Gentilem applicando. *Ad inferos*, inquit, *ducit, quia diſtricto eius iudicio vltrix gehenna eos* (nempe Iudæos) *puniendos in perpetuum recipit,qui per culpam perfidiæ à veneratione ſe diuidunt Redemptoris: reducit* C *ab inferis, Quia gentilem populum ad ſui ſui fidem deuote accedentem ſuſcipit: cui velut altus abyſſi carcer extitit immenſa obſcuritas erroris.* 29.

Vel alios gehennæ tradendo, alios præſeruando.

Tandem dico, ſi de vna,eadémque perſona ſermo ſit, & præterea de vera, ac reali deductione, certum eſſe, Deum neminem deducere ad inferos damnatorum,& reducere. Probatur aſſertio. Quia damnati ita ad eum locum deducuntur, vt nunquam inde reducantur, vt patet in primis ex Teſtamento nouo: *Ite in ignem æternum* Matt.25.n.41. Et ne dicant hæretici, ignem quidem fore æternum, non tamen combuſtionem, ſeu ſupplicium, addit Chriſtus Dominus de reprobis: *Et ibunt hi* D *in ſupplicium æternum*. ibid. 46. ſeu, *in combuſtionem æternam*, vt legit D. Auguſt.lib de fide,& operibus, cap.15.in 4.tom. Vt ſcilicet, interprete eodem D. Auguſtino, non ſolùm ignem, ſed etiam combuſtionem,ſeu pœnam ex illo prouenientem æternam fore ſignificaret. *Ignis eorum non extinguitur*. Marc 9. num.44. *Qui non obediunt Euangelio, pœnas dabunt æternas*.2. Theſſ.1.n.9.*Fumus tormentorum eorum aſcendet in ſæcula ſæculorum*. Apoc.14.n.11. Huc pertinet illud Iacob. 2. n. 13. *Iudicium ſine miſericordia illi, qui non fecit miſericordiam.* Quid autem eſt aliud, iudicium ſine miſericordia, quàm damnatio æterna? Huius generis teſtimonia multa paſſim occurrent. 30.

Æterni dãnatorũ cruciatus,à quibus nemo reducitur, firmantur ex nouo Teſtamento. — *D.Auguſt.*

E Deinde ex veteri: *Laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem* Pſal.48.n.10. Vbi & pœna, & vita dicuntur eſſe ſimul in æternum, quod neutra ſit alteri defutura. Additur; *Sicut oues in inferno poſiti ſunt,mors depaſcet eos*.ibid n.15.Non enim mors eos eradicabit, ſed depaſcet, vt interim pullulent iterum,ac ſæpius, & in æternum depaſcendi, concinente vel Ethnico Poeta. 31.

Idem ex veteri Teſtamento ſtabilitur.

Sic inconſumptum Tityi, ſempérque renaſcens
Non perit, vt poſſit ſæpe perire iecur. Ouid

Accedit Sapiens: *Si ceciderit lignum ad Auſtrum, aut ad Aquilonem, in quocunque loco ceciderit, ibi erit.* Eccleſiaſt. 11.num. 3. hoc eſt, ad cælum, aut infernum, vt D. Hieronym. Olymp. Lyran. Vatabl. Caiet. Lorinus, Pineda, aliique interpretantur. Nam cùm Auſter,& Aquilo dextra,& læua nobis

D Hier. Olymp. Lyran. Vatabl. Caiet. Lorin. Pineda.

Aquilo, & Auſter mũdi dextra & ſiniſtra appellantur. appellentur, apti ſunt ad d[illegible] m[illegible] I[illegible] que A æterni iudicij [illegible] exp[illegible] & proinde extrema [illegible] loca, ſupremum, & infernum, in quæ omnes, qui iudicio aderunt, diuidentur boni ad ſupremum euecti, mali ad infernum detruſi. Adde Euangelicum Prophetam. *Preparata eſt ab heri Tophet* (id eſt, gehenna) *a Rege præparata, profunda, & dilatata. Nutrimenta eius ignis, & ligna multa. Flatus Domini ſicut torrens ſulphuris ſuccendens eam:* Iſaiæ 30 num. 33. Ex quo flatu, qui nunquam poteſt deficere, eius perpetuitas deprehenditur. Conſule ad eum locum D. Hieronymum, vbi etiam ex virga, quam *Dominus*, vt loquitur ibi Propheta, *requieſcere faciet ſuper peccatores* colligit æternitatem B pœnarum. Nam idcirco dicitur virga requieſcere ſuper peccatores, quia nunquam ceſſabit à contentione verberandi.

32\. Clarius idem Propheta; *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt vſque ad ſatietatem omni carni.* Iſaiæ 66. num. 24. Quem locum ex interpretatione Chriſti Domini, Marc. 9. num. 44. patet de inferno ad literam intelligendum eſſe. Vbi obſerua ex illis verbis, *vſque ad ſatietatem omni carni*, impios non ſolùm dandos eſſe in tormentum æternum, ſed in æternum ſpectaculum proponendos; vt non ſolùm propriis flammis, ſed etiam alienis oculis crucientur. *Damnati beatorum oculis expoſiti velut ſpectaculum.* Vnde & beati, vt loquitur ibidem Propheta, *egredientur, & videbunt* C *cadauera virorum, qui præuaricati ſunt.* Vt cum iuſti videritur tormenta impiorum, diuinæ iuſtitiæ illos punienti, & diuinæ miſericordiæ ſe ipſos miſeranti gratulentur, & cum turſus iniuſti ſenſerint, ſe a iuſtis videri, non ſolùm præ dolore, ſed etiam præ pudore torqueantur. Et nota appellari cadauera: quia quamuis futura ſint corpora animata, ſi ſubſtantialis coniunctio formæ cum materia ſpectetur: tamen ſi accidentalis corporum deformitas, fœditas, ac turpitudo attendatur, planè cadauera exanimata videbuntur.

33\. Facit ad eandem rem confirmandam illud oraculum Daniel 12. num. 2. *Multi* (id eſt, omnes) *de his, qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt: alij in vitam æternam, & alij in opprobrium,* D *vt videant ſemper.* Id eſt, vt ſemper experiantur, quantùm à veritate aberrauerint, quam in hac vita non cognoſcebant: erant enim hìc in luce cæci; illic erunt in tenebris videntes. Poteſt & paſſiuè ſumi illud verbum, *vt videantur ſemper.* Et eſt ſenſus, vt videantur ſemper à beatis, & viſi confundantur, vt proximè diximus. Clarius eſt in Hebræo, *alij in opprobrium æternum.* Adde illud Iobi 10. num. 22. de inferis: *Vbi*, inquit, *vmbra mortis, & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat.* *Infernũ, terror, timor, & confuſio.* Dicitur quidem horror, ſeu timor ſempiternus, quia quamuis in hac vita timor ſolùm ſit de malis futuris; tamen apud inferos etiam cum præſentibus coniungetur nunquam omnino finiendus. Vnde bene D. Gregor. ad eum locum: *Fit ergo*, inquit, *miſeris mors ſine morte, finis ſine fine, defectus ſine defectu: quia & mors viuit, & finis ſemper incipit, & deficere defectus neſcit.* *D. Greg.* Tandem Iudith in ſuo Cantico æternam impiis pœnam comminatur: *Dabit*, inquit, *ignem, & vermes in carnes eorum, vt vrantur, & ſentiant vſque in ſempiternum.* Iudith 16. num. 21. Vbi vox *ſempiternum*, non ſignificat ſolùm longam durationem, vt aliquando contingit; ſed nunquam finiendam.

34\. Ex his locis, pluribuſque aliis concludunt Patres perpetuitatem pœnarum, quibus damnati addicuntur. *Orig.* In primis Origenes, qui oppoſitæ hæreſis aſſertor creditur, hoc fidei dogma clariſſimè defendit hom. 14. in Leuit. vbi de reprobo; *Quia* A *temporalia hic non perſoluit, ibi expendit æterna ſupplicia.* Et paulò poſt: *non in ſæculum, vt puniatur in æternum, qui hic pœnam* [illegible] *non ſoluit. Vbi*, inquit, *non* [illegible] *cationem manet illis æternis ignibus exigendum.* Tertul. quidem in Apolog. cap. 48. [illegible] torum ignem appellat *ingem*; docétque habere *ſubminiſtrationem incorruptibilitatis*; hoc eſt, incorruptibilitatem ſubminiſtrare corporibus, quæ in mediis flammis incorruptibilia perſeuerant. *Tertull.* Nam impius, inquit Iob cap. 20. num. 18. *luet, quæ fecit omnia, nec tamen conſumetur.* Nunquam deficient gehennales flammæ: quia nunquam deficient corpora flammarum pabula, & nutrimenta. B Quod rurſus Tertul. confirmat ſimilitudine ignis fulminei, qui ita tangit corpora, vt non abſumat: & ignis per montium vertices erumpentis, qui ita conflagrat, vt non extinguatur. *Infernum ignis, vt fulmineus comburens, non abſumens.* *Et hoc*, inquit, *erit teſtimonium ignis æterni: hoc exemplum iugis iudicij, pœnam nutrientis. Montes vruntur, & durant; quid nocentes, & Dei hoſtes*, Quaſi diceret, ſi montes inter medias flammas inconſumpti, & inexeſi perſeuerant, & quò magis exuruntur, eò magis exurendi reparantur; quid mirum, ſi impiorum corpora inter gehennalia incendia non abſumantur, ſed inconſumpta vigeant, vt ſæpiùs crucientur, Si is, qui de cælo tangitur, *non decinereſcit* (ſic enim loquitur Tertul.) *Tertull.* C quid mirum ſi ij, qui gehennali igne corripiuntur, non diſſoluantur, ſed integri ad perpetuos cruciatus ſubeundos obdurentur? Eadem ſimilitudine vtitur lib. de pœnitentia, cap. 12. vbi gehennale incendium expendens: *Quid*, inquit, *illum theſaurum ignis æterni æſtimamus, cum fumariola quædam eius tales flammarum ictus ſuſcitent, vt proximæ vrbes, aut iam nullæ extent, aut idem ſibi de die ſperent?* hoc eſt, aut timeant fore, vt propediem conſumantur. *Diſſiliunt ſuperbiſſimi montes. Et quod nobis iudicij perpetuitatem probat, cum diſſiliant, cum deuorentur, nunquam tamen finiuntur. Quis hæc ſupplicia interim montium, non iudicij minantis exemplaria deputabit? Quis ſcintillas tales non magni* D *alicuius, & ineſtimabilis foci miſſilia, & exercitatoria iacula conſentiet.* Neque multo aliter philoſophatur Lactantius lib. 7. diuin. Inſt. cap. 21. *Idem*, inquit, *diuinus ignis, vna eademque vi, atque potentia, & cremabit impios, & recreabit; & quantum è corporibus abſumet, tantum reponet, ac ſibi ipſe æternum pabulum ſubminiſtrabit.* *Lactant.* Vbi appellat ignem illum diuinum, quod diuinitùs operatur: recreatúmque dicit impios, non quod aliqua eos voluptate perfundat, ſed quod immortalitatem eorum illæſam conſeruet, vt immortales cruciatus patiantur.

35\. *D. Cypr.* Nec minus eleganter Diuus Cyprianus ſerm. de E Aſcenſione Domini ad finem: *Immortales*, inquit, *miſeri viuent inter incendia, & conſumptibiles flammæ nudum corpus allambent. Ardebit purpuratus diues, nec erit, qui aſtnanti linguæ ſtillam aquæ infundat. In proprio adipe frixæ libidines bullient, & inter ſartagines flammeas miſerabilia corpora cremabuntur: & omni tormento atrocius deſperatio condemnatos affliget. Non miſerabitur illorum Deus, neque tunc audiet pœnitentes: ſera erit illa confeſſio, & cum clauſa fuerit ianua, fruſtra carentes oleo, acclamabunt excluſi. Nullum ibi refrigerium, nullum remedium. Semel Chriſtus deſcendit ad inferos, vlteriùs non deſcendet. Non vltrà videbunt Deum in tenebris ſigillati. Irregreſſibilis erit illa ſententia, & immutabile iudicium, & ſtabit damnationis huius immobile conſtitutum.* Accedit D. Bernard. ſermone 75. in Cantic. vbi hortatus, vt operemur bonum, dum tempus habemus, & antequam veniat nox, quando nemo poteſt *D. Ber.* oper-

operati, [illegible] machinam in eos, qui tempus accepta [illegible], & dies ſalutis ſine fructu abire patiuntur.

Apud inferos nullus locus ad veniam promerendã.

I ergo tu, inquit, *in medio gehennæ expectato ſalutem, quæ iam facta eſt in medio terræ. Quam tibi ſomnias proventuram inter ardores ſempiternos facultatem, veniam promerendi, cum iam tranſiit tempus miſerendi? Non relinquitur tibi hoſtia pro peccatis mortuo in peccatis. Non crucifigitur iterum filius Dei. Mortuus eſt ſemel, iam non moritur. Non deſcendit ad inferos ſanguis qui effuſus eſt ſuper terram. Biberunt omnes peccatores terræ: non eſt quod ſibi ex eo vendicent dæmones ad reſtinguendos focos ſuos: ſed neque homines ſoci dæmoniorum.* Eodem modo plures alij Patres loquuntur, idem D. Cyprianus lib. de reſurrectione Chriſti, D. Hieron in cap. 3. Ionæ, D. Auguſt. lib. 21. de ciuit. cap. 2. 4. & 5. D. Gregor. lib. 15. Moral. cap. 11. D. Cyrillus in orat. de exitu animæ, D. Chryſoſtom. hom. 43. in Geneſ. & homil. 25. in epiſt. ad Rom. & homil. 10. in 2. ad Corn. & homil. 3. in epiſt. ad Philip. & homil. 44. in Matth. & homil. 69. ad popul. & in priori parænesi ad Theodor. lapſum, & plures alij; qui hinc vlteriùs colligunt, nullum eſſe faciendum ſuffragium pro damnatis. Sic enim D. Dionyſ. Areop. de Eccleſiaſtica hierarch. cap. 7. Clem. Roman. lib. 8. Conſt. cap. 43. D. Aug. lib. de cura pro mortuis c. 1. & 18. & lib. 21. de ciuit. c. 13. D. Greg. lib. 4. dialog cap. 44. alijque oſtendunt.

D Cypr. D. Hieron. D. Aug. D. Greg. D Cyril. D. Chryſ.

Nullum ſuffragium pro damnatis faciendum. D Dionyſ. Areop. Clem Rom.

Triplex difficultas.

36\. *Primũ argumentum contra pœnarum æternitatem. Chriſtum ad inferos deſcendentem aliquos inde damnatos extuliſſe.*

TRia tamen ſunt, quæ obiici poſſunt contra hanc pœnarum æternitatem. Primum, quia ſaltem Chriſto Domino ad inferos deſcendente, aliqui inde damnati aſcenderunt. Quod oſtendi poteſt in primis auctoritate Scripturæ. Nam D. Petrus docet, Chriſtum ſuſcitatum fuiſſe *ſolutis doloribus inferni.* Act. 2. num 24. Quaſi aliqui damnati ex doloribus inferni ſoluerentur. Et rurſus in ſua canonica: *His*, inquit, *qui in carcere erant ſpiritibus veniens prædicauit, qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe.* 1. Petr. 3. num. 19. Qua prædicatione ad fidem veniſſe etiam damnati infideles ſignificantur. Quod vlteriùs confirmans: *Mortuis*, inquit, *euangelizatum eſt, vt iudicentur quidem ſecundum homines in carne; viuant autem ſecundum Deum in ſpiritu.* 1. Petr. 4. num 6. Vbi vides hanc prædicationem dici mortuis fructuoſam ad vitam. Deinde auctoritate Patrum. Nam D. Bernard. proximè citatus, loquutus de Chriſti ſanguine: *Sanguis*, inquit, *aridam rigauit; ſanguis infudit terram, & inebriauit eam: ſanguis, quæ in terra, & quæ in cœlis ſunt, pacificauit, non autem & quæ apud inferos; niſi cùm ſemel illo, vt dixi, anima eius excurrit, & fecit ex parte redemptionem, ne vel eo momenti vacarent opera charitatis. ſed vlterà non adiiciet.* Quibus verbis ſentire videtur, Chriſtum Dominum ſemel in ſuo ad inferos deſcenſu, aliquem ex damnatis eruiſſe. Hinc ipſum inſinuat D. Cyprianus verbis proximè citatis, nec omnino negat D. Greg. Naz. orat 42 & abſolutè affirmat Clem. Alexand. lib. 6. Strom. ante medium. Tandem auctoritate hiſtoriæ, quam refert Anaſtaſius Antiochenus in ſuo Itinerario, & Nicetas in orat. 42. citatam Nazianzeni: Platonem Chriſto ad inferos deſcendenti crediddiſſe, indéque ad cælum cum eo euolaſſe.

D Bern.

D Cypr. D Gregor. Clem Alex. Qui dicant Platonẽ cum Chriſto ab inferis ad cœlos euolaſſe.

37\. *Secundũ argumentum. Multorum exempla qui ab inferis ad ſuperos diuinitus euocati ſunt.*

Secundum, quia multi alij damnatorum referuntur Sanctorum precibus ex inferis euaſiſſe. In primis beatæ Agnetis precibus filius Præfecti Symphonij, in lethali peccato decedens, ad vitam rediit, profanum idolorum cultum deteſtatus, vt refert D. Ambroſ. ſerm 90. Sancta Perpetua martyr fratrem ſuum ſeptennem, nomine Dinocratem, ſine baptiſmo mortuum, atque adeò damnatum, ſuis precibus ab inferis excitauit, vt refert D. Auguſt. lib. de origine animæ ad Renatum, c. 10. Falconilla Gentilis fœmina precibus beatæ Theclæ Virginis protomartyris ab inferis ad vitam reſurrexit, vt refert D. Ioan. Damaſc. ſerm de iuuandis mortuis. Traianus idololatra, & Eccleſiæ proſequutor, & infami pæderaſtiæ vitio notatus, precibus Greg. Magni à gehenna, in qua iam torquebatur, accepta ſuorum peccatorum venia, liber euaſit, vt grauiſſimi teſtantur auctores. In primis D. Ioannes Damaſcen. citatus, & ſubdit, *teſtatur Oriens, & Occidens totus miraculum hoc germanum, & irrefutabile.* Deinde Ioannes Diaconus in vita ipſius Gregorij lib. 2. cap. 44. Hugo Ætherianus lib. de regreſſu animarum ab inferis, cap. 15. Vincentius Bellouacenſis in hiſtoriali parte lib. 10. cap 48. Singibertus monachus in chronico ſanctæ Brigittæ lib. 4. cap. 13. accedunt Scholaſtici, D. Thom. 4. ſent. d. 43. q. 2. & in 4. d. 45. q. 2. art. 2. D. Bonau. in 4. d. 45. Alfonſus Ciacon. in Apologia de hac re, Cordub lib. 1. quæſt 51. Rebuff. in concordia, Altiſiod. lib. 4. Medina de orat. Albert. 1. p. ſum. q. 77. Ledeſm. 2. p. q. 16. art. 13. Viguer. tr. de pœnitentia, c. 16. & dicit eſſe communem, Nauar. de oratione, notab. 22. Abulenſ. 4 Reg. quæſt. 57. Caſſanæus in catalogo, conſider. 27. & plures alij, quos citant ex noſtris Salmeron 1. Cor. 15. diſp. 26. Henr. lib. 9. de Miſſa, c. 16. & Salas tom. 2. in 1. 2. tract. 13. diſput. 15. ſect. 4. Ergo damnatorum pœna non eſt ſaltem omnibus æterna.

D. Amb. D. Aug. D. Damaſc.

An Traianus precibus D. Greg. gehennã euaſerit.

Ioan. Diac. Hug. Æth. Vincent. Singib. D. Thom. D. Bonau. Alphonſ. Cordub. Rebuff. Altiſiod. Medin. Albert. Ledeſm. Viguer. Nauar. Abul. Caſſan. Salmer. Henr. Salas.

38\. *Tertium argumentũ, eſſe contra iuſtitiam pro breui culpa æternum ſupplicium infligere.*

Tertium, quia non videtur iuſtitiæ diuinæ conſentaneum, pro culpa temporaria, & ſæpenumero momentanea pœnam æternam irrogare. Ex qua ratione duo illa dogmata proceſſerunt. Vnum, omnes omnino creaturas intellectuales, tam homines, quam Angelos tandem ab inferis eruendas. Quod tribuit ſolet Origen. homil. 8. in Ioſue. & lib. 1. Periarc. cap. 6. & lib. 3. cap vltimo. & hom. 9. in diuerſos Matt. locos: ſed fortaſſe, vt aliqui exiſtimant, falsò; præſertim cum ipſe in epiſt. ad Alexandrinos, ſe ab aduerſariorum calumniis excuſet: & ab eius æmulis hic, & ſimiles errores eius libris inſerti videantur. Alterum, ſaltem animas fidelium aliquando tandem ab inferis liberandas. Quod tribuitur Diuo Hieronymo lib. 1. dialog. aduerſus Pelagian. & lib. 18. in Iſaiam, cap 66. Sed maiori falſitate, cum ipſe in c. 3. Ionæ oppoſitam doctrinam latiſſimè confirmet; & ſi quando in eum errorem inclinare videatur, non loquatur ex propria mente, ſed ex aliena. Quod ipſe in epiſt. ad Auguſt. ſe aliquando facere teſtatur. Sed quicunque horum dogmatum auctores fuerint, certè illa ex hoc fundamento initium habuêre, quòd ad breue tempus peccantes æternam pœnam ſuſtinere iniuſtum videretur.

Orig. D. Hieron.

Soluitur prima difficultas.

39\. *Satisfit primo argumẽto, Chriſtum D. neminem damnatorum ex inferno eruiſſe.*

NIhilominus hæc traditam doctrinam non euertunt. Ad primam difficultatem dicendum, Chriſtum Dominum ex inferno damnatorum neminem eruiſſe. vt docet Philaſtrius lib. de hæreſibus, c. de deſcenſu Chriſti ad inferos, D. Auguſt. lib. de hæreſibus, c 79. D. Gregor. lib. 6. epiſt. 179. D. Chryſoſtom. apud Nicetam in orat. 42. Nazianzeni, & Theologi communiter in 3. ſent. d. 2. & 3. p. q. 52. art. 6. hanc doctrinam, ſecundùm legem

Philaſt. D Aug. D Chryſ. D Greg.

ordinatam

Explicatur primus locus ex D. Petro.

ordinariam de fide eſſe oſtendentes. Nec obſtat Scripturæ auctoritas. Nam primus locus D. Petri non intelligitur de inferno damnatorum, ſed de ſepulchro, aut purgatorio, aut limbo, quæ etiam loca inferni nomine ſignificantur. Atque ita explicatur, vt ſolum ſignificet Chriſtum Dominum ſuſcitatum *ſolutis doloribus*, ſeu, vt vertit Syrus, *funibus*, quibus corpus in ſepulchro, anima in limbo Patrum incluſa tenebatur: aut *ſolutis*, hoc eſt, deſtructis ac finitis doloribus, quos iuſtorum animæ, quas inde eripuit, in purgatorio & in limbo Patrum patiebantur: illa enim detentio in limbo, dolor, & graue tædium potuit appellari; vt D. Greg. lib. 13. Moral. c. 16. D. Auguſt. ſer. 2 de reſurrectione, D. Thom. 3. p. quæſt 52. art. 2. ad 2. Caiet. ibidem, aliique teſtantur: aut denique *ſolutis doloribus inferni*, hoc eſt, euadendo ab iis doloribus, quos alij apud inferos patiuntur, & à quibus ipſe immunis erat, quippe qui *fuerit inter mortuos liber*. Pſalm. 89. n. 5.

D. Greg.
D. Auguſt.
D. Thom.
Caiet.

40. *Explicatur ſecundus locus.*

Alter locus eiuſdem Apoſtoli, quamuis de deſcenſu Chriſti ad inferos, & de prædicatione Chriſti Domini ibi facta veriùs ad literam explicetur; non tamen de prædicatione facta ad damnatos, ſed ad eos, qui erant in ſinu Abrahæ: qui etſi viuentes aliquando fuerint increduli, morientes tandem fidem, & gratiam receperunt; quibus proinde Chriſtus Dominus ad inferos deſcendens prædicauit, & manifeſtauit ſe ipſum. Fit autem peculiaris mentio eorum, qui in diebus Noë diluuio perierunt, quia hi præcipuè fuerunt carne mortificati, quos Petrus potiſſimùm dicebat ſpiritu viuificandos. Sed quia de hoc loco planè obſcuriſſimo, latiſſimè diſputarunt ex noſtris Turrian. lib. 4. pro epiſtolis pontificiis, c. 12. Bellar. tom. 1 lib 4 de Chriſti anima, c. 13. Perer. tom. 2 in Gen. lib. 9. diſp. 3. Suar. tom. 2. in 3. p. diſp. 43. ſect. 3. Barrad. tom. 4. Conc. lib. 7. c. 15. Salmeron, & Lorin. ad eum locum; quibus adde Alfonſum Mendoçam in quodliberis q. 1. poſitiua, & Antonium Perez in ſua laurea Salmantina, certamine 9. & alios, actum agere ſuperſedeo.

Turrian.
Bellarm.
Perer.
Suarez.
Barrad.
Salmer.
Lorin
Mendoça.
Ant. Perez.

41. *Explicatur tertius locus.*

Tertius locus Petri non ſignificat Euangelium ita damnatis prædicatum, vt ipſi conuerterentur, ſed plurimum, vt confunderentur; aut certè prædicatum ſolis iuſtis, vt re ipſa palam fieret, fuiſſe illos quidem mortificatos ſecundùm carnem, viuificandos autem ſecundùm ſpiritum. De quo etiam loco citati Doctores multa cumularunt.

42. *Quo ſenſu dixerint Patres, aliquos ab inferis erutos fuiſſe.*

Patrum auctoritas propoſitæ doctrinæ non aduerſatur: quia quamuis de fide certum ſit, pœnas damnatorum tam infidelium, quàm fidelium, ſecundùm legem ordinariam æternas eſſe, vt Theologi in 4 d 44. latiùs oſtendunt: tamen non eſt de fide certum, vtrum in hac lege Dei ordinaria aliquando diſpenſetur, necne. Igitur D. Bern. & D. Cypr. non loquuntur de lege, ſed de priuilegio: imò de hoc quidem non abſolutè, ſed hypotheticè, in hunc ſenſum, ſi quando quis fuit ab inferis liberatus, tunc liberari debuiſſe, quando Chriſtus Dominus ad inferos deſcendit. Quæ propoſitio rationi ſatis conſentanea videtur: cum qua tamen ſtat, neminem ab inferis erutum fuiſſe, quod neminem vnquam erui oportuiſſet. D Greg Naz nihil de hac re decernit: ſed ſolum duas proponit quæſtiones. Vnam, an Chriſtus Dominus omnes omnino animas ex inferno eripuerit. Alteram, an ſolas animas eorum, qui crediderunt. Quas inſolutas reliquit, ſi ſolueret, in noſtram ſententiam, vt credo, haud dubiè ſoluturus. Clemens Alex. prorepſit, fateor, in errorem Marcionis, exiſtimantis omnes omnino animas à Chriſto ex inferis liberatas: quem errorem D. Irenæus lib. 1. contra hæreſes, c. 19. D. Epiphanius hæreſi 44. D. Aug. lib. de hæreſibus, cap. 79. & alij, im-

D. Bern.
D. Cypr.
D. Greg.
Clem. Alex.
D. Iren.
D. Epiph.
D. Auguſt.

pugnant. Hiſtoria illa Platonis cùm nullo fundamento innitatur, apocrypha cenſetur; præſertim cum illam citati auctores potiùs referant, quam teſtentur.

Soluitur ſecunda difficultas.

43. *Satisfit ſecundo argumento. Tribus modis poteſt aliquis ab inferis ad calũ reduci.*

AD ſecundam, tripliciter fingi poſſunt mortui, in peccato mortali decedentes, ad gratiam, & gloriam rediiſſe. Primò, immediatè ex inferno ad gloriam, remiſſa culpa, ob quam pœnas luebant, quin priùs ad vitam temporalem reducerentur. Secundò mediatè, ex inferno ad vitam temporalem reducti, indéque per pœnitentiam ad gloriam tranſlati. Tertio etiam mediatè, non tamen ex inferno, ſed ex aliquo alio loco, in quo veluti in cuſtodia detinerentur, ad vitam reuocati, indéque per remiſſionem peccatorum pœnitentiæ vi obtentam, ad gloriam introducti.

44. *Primus reductionis modus incredibilis.*

Primo modo credibile non eſt aliquem ex inferis ad gloriam tranſiiſſe: non quod impoſſibile id ſit, de potentia Dei abſoluta; ſed quod ordinariis prouidentiæ legibus valdè repugnet, & nulla in viuos vtilitas ex ea tranſlatione, cum valdè ſecreta ſit, & penitus ignota, deriuetur; nec ſufficiens tandem fundamentum appareat, ratione cuius aſſeratur, vt magis ex dicendis patebit.

45. *Secundus modus minimè probabilis.*

Secundo modo neminem etiam credendum eſt ab inferis produiſſe, quia pœna pro peccato mortali de ſe debet eſſe æterna, vt citati Theologi definiunt, & iudex ſi poſt mortem, & extra viam examinata cauſa, & perorata lite, ferat ſententiam, proportionatam ferre debet, & abſolutam, ac proinde in æternum condemnare: alioqui ſuam de lege ordinaria iuſtitiam non ſeruaret, quia non ſolùm puniret citra condignum, ſed etiam multo leuius, quàm ordinarium diuinæ iuſtitiæ ſtatutum poſtularet. Ergo non poteſt anima in peccato mortali decedens, pœnam ſubire temporariam: alioqui diuina ſententia fruſtraretur, quia cum eſſet de pœna æterna, traheretur & flecteretur ad temporalem: ergo non poteſt ab inferno prodire, quia implicat, eſſe abſolutè, & in æternum damnatam, & nihilominùs ad ſuæ damnationis finem peruenire. Et confirmatur, quia damnatio ad infernum coniuncta eſt cum totali deſperatione, & execratione ipſius Dei: ergo valde incongruum eſt, vt qui ſic de diuina miſericordia deſperat, & diuinam iuſtitiam execratur, ab ea pœna liberetur.

46. *Tertius modus magis cōſentaneus.*

Tertio modo non videtur negandum aliquos in peccato mortali decedentes, ad beatitudinem tranſlatos. Nam in tanta multitudine mortuorum, quos Chriſtus Dominus, & Apoſtoli, Apoſtolicique viri ad vitam reſtituerunt, non videtur negari poſſe, aliquos in peccato deceſſiſſe; euſque vitæ reſtitutos, & ad meliorem frugem per pœnitentiam receptos, tandem æternam beatitudinem comparaſſe. Vnde ſi hoc tantùm de anima Traiani affirmetur, non eſt cur illa hiſtoria incredibilis videatur, & tot, ac tam multæ circa illam tragœdiæ excitentur: quia non videtur diuerſam ſortem ſubiiſſe ab ea, quam multi alij priùs mortui, & poſtea rediuiui ſubiêre: quales illi ſunt, qui in argumento referuntur, & multi alij, qui in ſacris & eccleſiaſticis hiſtoriis commemorantur. Si autem ſecundo modo, aut quod eſt longe difficilius primo, dicatur ab inferis exiiſſe, commentitia planè cenſenda ea eſt hiſtoria, propter rationes factas. Et ſic eam Cardin. Baron tom. 8 an. Chriſti 604. p. 181. Cardin. Bell. lib. 2. de Purg. c. 8. Suar. tom. 2. in 3. p. diſp. 43 ſect. 3. aliique plures, vt fictitiam excludunt.

Baron.
Bellarm.
Suarez.

Soluitur tertia difficultas.

47. *Satisfit tertio argumento.* D.Auguſt.

AD tertiam dicendum eſt, commenſurationem pœnæ ad culpam, non eſſe deſumendam, ex pari duratione vtriuſque, vt D.Aug. lib. 21. de ciuit. c. 11. eleganter demonſtrat: nam adulterium, homicidium, conuitium, aliáque id genus crimina, breuiſſimo tēpore patrātur: & nihilominùs etiam in hac vita longiſſimis pœnis, ſcilicet vinculis, exiliis, verberibus, pecuniariis mulctis, denique capitali ſupplicio, quod eſt irreuocabile, ſubiiciuntur. Quod ſi in qualibet Republica bene inſtituta, culpis breuiter tranſeuntibus, pœnæ diutiùs permanſuræ ſine vlla iniuſtitia irrogantur: quid mirum, ſi à diuino B legiſlatore ad longiſſimam durationem puniantur, qui ad breuiſſimam peccauerunt.

48. *Obiectio aſſerētium æternitatē pœnæ ex voluntate in æternum peccandi deſumendam eſſe.* D.Bern.

At dicet aliquis: ſit pœna aliquantulum diuturnior, quàm culpa: abſit tamen, vt æterna reſpondeat temporali, cum inter vtramque nulla proportio dari poſſe videatur. Reſpondent aliqui, culpam, ſi non opere ipſo, & effectu, ſaltem affectu, & voluntate æternam eſſe: vnde mirum non eſſe ſi æternæ pœnæ ſubiiciatur. Ita D.Bern. epiſt. 253. ad Abbatem Guarinum: *Inflexibilis*, inquit, *& obſtinata mentis punitur æternaliter malum, licèt temporaliter perpetratum, quia quod breue fuit tempore, vel opere, longum eſſe conſtat in pertinaci voluntate: ita vt ſi nunquam moreretur, nunquam velle peccare deſineret: imò ſemper viuere vellet,* C *vt ſemper peccare poſſet.* Conſentit D.Hieronym. ſeu quiſquis ille eſt auctor commentariorum in Proverbia, qui inter opera D.Hieronym. circumfertur.

D.Hier.

Nam ad illa verba, *Infernus, & perditio nunquam implentur.* Prouerb. 27. num. 20. docet, inferni tormenta non impleri, terminum accipiendo. Et ſtatim de peccatoribus: *Ideo*, inquit, *ſine fine pœnas luunt, qui voluntatem habuerant ſine fine peccandi, ſi naturam haberent ſine fine viuendi.* Eandem rationem inculcat

D.Gregor.

D.Gregor. lib. 4. dial. cap. 44. *Iniqui*, inquit, *voluiſſent ſine fine viuere, vt potuiſſent ſine fine peccare.* Et ſtatim infert: *Ad magnam ergo iuſtitiam iudicantis pertinet, vt nunquam careant ſupplicio, qui in hac vita nunquam voluerunt carere peccato.* Hanc rationem confirmat D

D.Thom.

D.Thom. 3. contra gentes, c. 144. argumento quodam non parum efficaci. *Qui*, inquit, *propter aliquod temporale bonum auerſus eſt ab vltimo fine, qui in æternum poſſidetur, prapoſuit fruitionem temporalem illius boni temporalis æternæ fruitioni vltimi finis. Vnde patet, quod multò magis voluiſſet in æternum illo bono temporali frui. Ergo ſecundum diuinum iudicium ita puniri debuit, ac ſi æternaliter peccaſſet. Nulli autem dubium eſt, quin pro æterno peccato æterna pœna debeatur. Debetur ergo ei, qui ab vltimo fine auertitur pœna æterna.* Vbi optimo indicio colligit voluntatem peccandi in æternum. Nam ſi quis pro delectatione quadam temporali ad breuiſſimum tempus duratura, renuntiat æternis bonis; quid faceret, ſi illa delectatio du- E raret in æternum? Planè æternis bonis contemptis, illi ſuæ delectationi in æternum vellet adhærere. Qui igitur illicita delectatione in æternum frui vult, digniſſimus planè eſt, qui in æternum puniatur.

49. *Reiicitur opinio.*

Optima quidem ratio hæc eſt ad probandam gehennæ æternitatem: ſed, niſi fallor, minimè neceſſaria. Nam ſi quis pro vno tantum inſtanti vellet peccare, & ſtatim poſt illud inſtans pœniteret; adhuc illud peccato inſtantaneo pœna æterna deberetur. Opus igitur non eſt, vt æternitas pœnæ ex voluntate in æternum peccandi deſumatur.

Æternitas pœnæ ex infinitate offenſa colligenda eſt.

Deſumenda ergo eſt ex grauitate iniuriæ commiſſæ contra Deum ſummum, & infinitum bonum: quæ in tali ordine reponitur, vt nulla pœna, quamuis in æternum duret, ſatis dignè compenſetur, A præſertim cum damnati etiam pro illa culpa inſtantanea nunquam ſatisfaciant, quia ſine pœnitentia patiuntur; vera autem ſatisfactio ſine pœnitentia eſſe non poteſt; adeò vt etiam peccata venalia damnatorum in æternum puniantur, quia nunquam vera pro illis pœnitentia exhibetur. Vbi igitur ſatisfactio nulla eſt, ſed æterna obſtinatio, mirum non eſt, ſi æterna ſit punitio.

An pro aliis locis ſubterraneis inferi hîc accipiantur.

50. *Nomine inferni non intelligitur limbus paruulorum.*

EX his, quæ hactenus diſſeruimus palàm fit, non eſſe hunc Annæ verſiculum de inferno dam- B natorum intelligendum. An pro aliis ſaltem locis, qui propriè dicuntur inferni, accipiatur, quæſtio ſupereſt. Dico igitur, intelligendum pariter non eſſe de limbo paruulorum: quorum etiam pœnam æternam eſſe Theologi ad 2. ſent. de fide docent. Quin etiam Bellarm. lib. 6. de ſtatu peccati, cap. 2. probabiliùs ſentit, eos poſt diem iudicij non eſſe educendos in terræ ſuperficiem; quam dicit fore vndique aquis obruendam, vt ad naturalem ſtatum ſuæ primæ creationis reducatur: ſed in eodem ſubterraneo carcere retinendos, ſiue is ſit ſeparatus à carcere damnatorum, ſiue cum illo coincidat, vt aliqui exiſtimant; dummodo tamen nullam ſenſus pœnam cum damnatis ſortiantur. Quamuis Salmer. C in epiſt. ad Rom. diſp. 48. §. vlt. Suar. in manuſcriptis de peccato origin. & alij, quos citat Salas tom. 2. in 1. 2. tract. 13. diſp. 111. ſect. 6. probabiliter exiſtiment, paruulos ſuam in terræ ſuperficie commorationem habituros.

Bellarm.

Salmer.
Suar.

51. *Infernus hoc loco vel eſt limbus Patrū, vel ignis purgatorius.*

Superſunt igitur duo loca, de quibus Annæ verba intelligantur, limbus Patrum, & purgatorius ignis. De vtroque intelligi poſſe hunc locum ſentit Abulenſ. cui aſſentior; & conſentire videtur Paraphraſtes Chaldæus transferens, *Deſcendere facit ad infernum, & futurus ad educere faciendum ad vitas ſeculi.* Vbi cum opponat inter ſe extremos terminos, & terminum ad quem appellet *vitas ſeculi*: hoc eſt, paradiſum, in quo viuitur in æternum; planè termi- D num à quo, videtur ſumere pro vtroque inferno, limbo, & purgatorio, ex quibus animæ ad cælum victrices euocantur. Seorſim verò D.Aug. Theod. Didymus, Euthym. Angelom. & alij de limbo Patrum intelligunt. Clictouæus autem in art. 13. ſui Symboli de Purgatorio exponit. Caiet. verò abſolutè negat de inferno intelligendum, quia illud verbum, *reducit*, eſt de præterito, iuxta Hebræum, vbi habetur, *aſcendere fecit.* Quod ideò dicere potuit, quia, quamuis verbum יַעַל *iahal*, quod ibi ponitur, ſit propriè de futuro; tamen ו *Vau*, quod præfigitur וַיַּעַל, eſt verſiuum futuri in præteritum, vt docent Grammatici Hebræorum. Atqui à principio mundi vſque ad tempus Annæ, neminem Deus ex inferno aſcendere fecerat. Ergo, &c. Sed E hæc ratio in primis non militat in Purgatorio, à quo frequenter animæ, poſtquam pœnas perſoluerant, ad limbum Patrum reducebantur. Imò nec etiam in limbo Patrum: quia nouum non eſt in Scriptura, Prophetas, ſiue Prophetiſſas, qualis fuit Anna in hoc Cantico, verbis de præterito res futuras prædicere; vt D.Hieron. in cap. 1. ad Epheſ. D. Ambr. lib. de fide ad Gratian. c. 7. Orig. lib. 4. homiliarum in Cant. hom. 1. Theoph. in c. 5. Oſeæ, aliique paſſim animaduertunt. Sic enim loquitur Dauid Pſ. 21. n. 19. *Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea.* pro, *diuident.* Iſai c. 53. n. 7. *Oblatus eſt quia ipſe voluit*, pro, *offeretur.* Ier. c. 31. n. 22. *Creauit Dominus nouum ſuper terram*, pro *creabit.* & paſſim alibi. Vnde quamuis Deus vſque ad tempus Annæ neminem ex limbo Patrum

D.Aug.
Theod.
Didym.
Euthym.
Angelom.
Clictou.
Caiet.

Aliquando verbis de præterito res futura prædicuntur.

redu

reduxerit; potuit tamen Anna de præterito dicere, *reduxit*, vt certitudinem de futuro ſignificaret.

52. Adde verbum Hebraicum ויעל *Vaiahal*, quod hic ponitur, transferri ab omnibus cum ſignificatione de præſenti, *& aſcendere facit*: ſic enim 70. in præſenti tranſtulerunt, *καὶ ἀνάγει*, *& reducit*. Quos Latinus imitatus tranſtulit etiam, *& reducit*. Atque ita Pagn. Vatabl. Iſidor. Clar. & alij tranſtulerunt: fortaſſe vt præcedens verbum de præſenti מוריד *morid*, hoc eſt, *deſcendere facit*, interueniente litera ו *Vau*, cum alio item de præſenti copularetur. Hoc autem non ideò dico, vt eludam Caietani argumentum: adhuc enim habet eandem vim, ſi quam habet, ſiue de præterito, ſiue de præſenti transferatur; quia Deus neque ante Annæ tempus, neque ſub Annæ tempus aliquem ex limbo patrum reduxerat: vnde neceſſe eſt, vt etiam verbum præſens pro futuro accipiatur: ſed ideò hoc aduerto, vt neque ſenſus ignoretur, neque Grammatica corrumpatur. Tandem addo, Chaldæum Paraphraſtem omnem dubitandi rationem, qua nititur Caiet. ſuſtuliſſe, dum tranſtulit cum ſignificatione de futuro, *& futurus*, inquit, *ad educere faciendum ad vitas ſeculi*. Atque hæc de propria inferorum ſignificatione, ſequitur dicendum de figurata.

Pagnin.
Vatabl.
Iſid. Clar.

An inferi hoc loco figuratè, & impropriè accipiantur.

53. Figurata & impropria inferorum ſignificatio triplex eſſe poteſt. Prima pro ſepulchro: ſecunda pro peccato, ſeu peccatorum loco: tertia pro quouis labore, & periculo temporali. De prima negat Caietanus intelligendum eſſe hunc locum, ſuo illo ductus fundamento, quod Deus vſque ad Annæ tempus neminem è ſepulchro excitarit. Affirmant nihilominùs D. Auguſt. Angelom. Lyran. Abulenſ. Vatabl. Ianſen. Mariana noſter, & alij. Et quidem rectè. Nam Anna in hoc cantico ſolum Deum rerum omnium gubernatorem eſſe oſtendit per notiſſimas rerum alternationes; qualis profectò eſt deductio, & reductio à ſepulchro non ab inferis, quæ eſt nobis, dum viuimus, ſecretiſſima, & occultiſſima, ſaltem per experimentum, nam per fidem certiſſima erat, & notiſſima omnibus fidelibus. Vnde Anna vtramque potuit coniungere, cum ad fideles, & infideles loqueretur. Dices, ergo hæc ſententia, quatenus intelligitur de ſepulchro, nihil differt ab illa priori, *Dominus mortificat, & viuificat*. Fateor: ſed hoc non eſt à metrica ratione, quæ in cantico ſeruatur alienum. Dices iterum cum Caiet. atqui Deus vſque ad Annæ tempus neminem reduxerat à ſepulchro. Sed iam reſpondi, ſaltem reducturum, & Scripturam loquutionibus de præſenti, aut præterito, res futuras pronunciare ſolitam, vt earum certitudo præmonſtretur.

Inferi in figurata ſignificatione ſumuntur pro ſepulchro, vel pro peccato, vel pro labore temporali.
Caiet.
D Aug.
Angelom.
Lyran.
Abul.
Vatabl.
Ianſen.
Marian.

Proponuntur, & ſoluuntur, aliquæ obiectiones.

54. Dices tertiò, vocem Hebræam שאול *Sehol*, quæ eſt in fonte, & Græcam *ᾅδης*, qua Septuaginta vtuntur, & Latinam, *inferi*, quæ ponitur in Vulgata, nunquam in Scriptura pro ſepulchro vſurpari; vt Delrius in adagiallbus ſacris veteris Teſtamenti adagio 197. latiſſimè oſtendit. Conceſſerim Delrio, multa eſſe loca in ſacris literis, in quibus prædictæ voces non ſumantur pro ſepulchro. Qualis ille; *Non derelinques animam meam in inferno*. Pſalm. 15. num. 10. Nam ſi ibi pro ſepulchro ponatur, neceſſe erit, vt clariſſimum teſtimonium de Chriſti Domini ad inferos deſcenſu, ex veteri Teſtamento deſumptum, penitus euertatur. Qualis item ille; *Sicut oues in inferno poſitæ ſunt*. Pſalm. 48. num. 15. & ille rurſus; *Talia dixerunt in inferno hi, qui peccarunt*. Sap. 5. num 14. Ac tandem ille, *mortuus eſt autem & diues, & ſepultus in inferno*. Luc. 16. n. 22. Nam ſi hæc, & ſimilia loca de ſepulchro explicentur neceſſe erit, vt locupletiſſima teſtimonia ad probandas damnatorum pœnas in inferno eludantur. Fateor igitur in his, ſimilibúſque locis non eſſe prædictas voces de ſepulchro, in quo eſt corpus, explicandas; ſed de inferno, in quo animæ damnatorum detinentur: quod laté probant Bellarm. lib. 2. de Purgat. c. 6. Suar. de Angelis lib. 8. cap. 16. à n. 2. & tom. 2. in 3. p. diſp. 43. ſect. 2. & Pined. Iob. 7. n. 9. ad illa verba: *ſicut conſumitur nubes, & pertranſit*, &c.

Delrio.

Bellarm.
Suarez.
Pined.

55. Non tamen video, cur in quibuſdam aliis de ſepulchro non explicetur. Nam quod timet Delrius, ſi ſemel pro ſepulchro ſumantur, ſemper, ſumendas: atque adeò hæreticos occaſionem habituros ad negandas inferorum pœnas, & Chriſti Domini ad inferos deſcenſum, ſi omnia loca, quæ de inferis loquuntur, ipſi de ſepulchro interpretentur; id ego non timeo. Quæ enim neceſſitas eſt, ſi cælum, pro aëre, & caro pro homine, & ſpiritus pro vento ſemel accipiantur, vt ſemper ita accipiantur, cùm tamen oppoſitum luce clarius meridiana cenſeatur? Dico igitur, quamuis prædictæ voces frequenter non ſignificent ſepulchrum, aliquando tamen ſignificare, præſertim cùm Vatabl. Pagnin. Caiet. Oleaſt. Riber. Lorin. Vieg. Sà, aliis in locis hanc illis tribuant ſignificationem, ſaltem in tranſlata, & figurata ſignificatione, de qua hîc agimus.

Vatabl.
Pagnin.
Caiet.
Oleaſt.
Riber.
Lorin.
Vieg.
Sà.

56. Altera inferorum ſignificatio eſſe poteſt, qua ſumuntur pro peccato, ſeu loco, in quo peccatores conueniunt, & peccata perpetrantur. Quod poteſt illuſtrari. Nam Dauid: *Dolores*, inquit, *inferni circumdederunt me*. Pſalm. 17. num. 6. Qui etiam refertur 2. Reg. 22. num. 6. vbi Chaldæus Paraphraſtes vertit, *caſtra impiorum*. Vbi vides impios *inferni* nomine ſignificari; ſeu infernum ad ſignificandos impios aſſumi: quaſi magnum ſit impiis cum inferis commercium.

Impiorū peccata inferni nomine ſignificantur.

57. Vnde cum olim de ſublimi ſanctitatis ſtatu in profundam totius impuritatis voraginem Synagoga deſcendiſſet, *humiliata eſt*, inquit Propheta, *vſque ad inferos*. Iſaiæ 57. n. 9. vbi inferos poſuit, ad profanas libidines exprimendas. Nam vt bene D. Hier. ad eum locum, explicans, quo pacto humiliata fuerit: *Non*, inquit, *ea humilitate, quæ in laude eſt; ſed qua Amnon ſororem ſuam Thamar humiliauerit. Et re vera grandis humilitas: imò vſque ad inferos præcipitatio, de luce, & culmine caſtitatis, in tenebras lupanaris, imò in brachium libidinum præcipitaui*. Et certè cùm omne peccatum magnam habeat cum inferno ſimilitudinem; ſanè impuritas, & obſcœnitas maiorem cum illo habere videtur cognationem. Ille quondam Samſonis ingreſſus in domum meretricis. Iudic. 16. num. 1. ſignificauit Chriſti Domini ad inferos deſcenſum; vt D. Greg. hom. 21. in Euang. D. Auguſt. ſerm. 107. de tempore, aliique teſtantur, quaſi intrare in eam domum, perinde ſit, atque ad inferos intrare. Cuius rei opportunam affert rationem D. Auguſt. citatus. *Prò inferis*, inquit, *ponitur domus meretricis, quia neminem repellit, omnem intrantem ad ſe trahit*. Vel etiam, vt ibidem addit, *quia ignem inferni habet domus meretricis*: ille enim concupiſcentiarum ignis, qui in ea domo flagrat, & ille ignis flammarum, qui in inferno exæſtuat, nihilo quodammodo diſtinguuntur.

Impuritas inter reliqua peccata maximā habet cum inferno ſimilitudinē.
D. Hier.

D Gregor.
D. Aug.

Domus meretricis tanquam infernus.

58. Quare Parœmiaſtes de hac domo loquutus, *via*, inquit, *inferi domus eius*. Prou. 7. num. 27. Quaſi qui hanc domum ingrediuntur, ſi non infernum ipſum, certè vias ad infernum rectè ferentes ingrediantur. Quare D. Auguſt. epiſt. 48. docet eos qui à ſuis concupiſcentiis abrepti, in ſuas libidines præcipitantur, ſimiles eſſe infauſtis hominibus, Dathan, & Abiron,

Homines libidinoſi ſicut Dathan, & Abiron viui ad inferos deturbantur.
D. Aug.

Abiron, qui *deſcenderunt viui in infernum*. Num. 16. num. 33. non enim infelicius dici poteſt infortunium eorum, qui à gehenna, quàm eorum qui à ſua concupiſcentia abripiontur. Vnde illa Dauidica execratio, *deſcendant in infernum viuentes*. Pſalm. 54. num. 16. nihilo mitior exiſtit, ſi de lapſu, ſeu ruina in peccatum explicetur: vt eam explicat Auctor operis imperf. in Matth. hom. 54. ad finem, dicens viuos in infernum deſcendere, qui *opera infernalia*, hoc eſt, peccaminoſa exequuntur. Qui enim mortuos infernus manet inter gehennalia incendia; hic planè torquet viuos inter lethalia flagitia. Dicuntur autem viuentes in infernum deſilire, non ſolùm omnes, qui in vita peccant, ſed illi præcipuè, interprete

D.Greg.

D. Gregorio lib 18. Moral. cap. 9. & 4. p. paſtoralis curæ, admonitione 32. qui ſcientes, ſentientéſque, quò ruant, nihilominus ſua ſe ſponte in peccatorum barathrum præcipitant.

59.
Peccatū magis formidādum quàm inferous.

Quid hac ruina infortunatius? Certè vel ipſo gehennali præcipitio infelicior videtur. Vnde optimus ille Eleazarus, iuſtus, & tenax propoſiti ſui vir, intrepidus dicebat 2. Mach. 6 num. 23. *præmitti ſe malle in infernum*, quàm in peccatum. Quem imi-

Edinei Ang

tatus D Anſelmus, vt refert Edinerus Angelus lib. 2. de illius vita, dicere ſolebat, quod ſi *hinc peccati horrorem, hinc inferni dolorem corporaliter cerneret, & neceſſariò vni eorum immergi deberet, priùs infernum, quàm peccatum appeteret*. Quare Dauid & ſe, & iuſtos omnes ad immortales Deo grates præcinendas exhortatur. *Exaltabo*, inquit, *te Domine*. Et rurſum: *Pſallite Domino ſancti eius*. Quodnam, obſecro, ob beneficium? *Quoniam*, inquit, *eduxiſti ab inferno animam meam*. Pſalm. 29 num 4. hoc eſt, in-

D.Aug.

terprete D. Auguſt. à peccato: in quo non minus, quàm in ipſo inferno torquebatur. Quam interpre-

Hug Card.

tationem ſequutus Hugo Cardinal. quanta ſit inferni cum peccatis ſimilitudo fuſiùs declarat. De qua te alibi plura.

60.
Peccati ruinam Deus aliquando permittit, vt fortius ad gratiam erigat.

Ex quibus patet, poſſe inferos, ſeu infernum pro peccato ſaltem figuratè, & tranſlatitiè vſurpari. An verò ita hoc loco accipiantur, nemo, quem legerim, aut certè meminerim, decernit: non tamen repugnauerim affirmanti. Solet enim Deus hanc quoque facere viciſſitudinem. Caſus permittit, vt erigat: ruinas, vt ædificet: peccata, vt ſanctificet; ipſis quoque Theologis annuentibus, qui permiſſionem peccati, effectum prædeſtinationis arbitrantur. Ducit igitur ad inferos, & reducit. Permittit lapſum in peccatum, vt vberiorem excitet in gra-

D.Thom.

tiam. Quod D. Thom in 2. Cor. 12. lect. 3. rectè colligit ex illo carnis ſtimulo, & angelo Satanæ colaphizante Apoſtolum, vt repelleretur ſuperbia, & humilitas conſeruaretur: probátque exemplo medicorum, qui febrem excitant, vt ſtupori medeantur. Sic & *Chriſtus Dominus*, inquit, *veluti medicus animarum ſummus, ad curandum graues animæ morbos, permittit electos ſuos morbis corporum grauiter affligi. Et quod plus eſt, ad curandum maiora crimina, permittit incidere in minora, etiam mortalia.*

61.
D Auguſt.
Aliquando incidere in peccatum, ſuperbiæ medicina eſt.

Quod idem ſentit, & confirmat D. Auguſt. lib. 14 de ciuit. cap. 13. ex altero principe Apoſtolorum Petro, ruente in peccatum, vt altior erigeretur. *Audeo*, inquit, *dicere, ſuperbis eſſe vtile, cadere in aliquod apertum, manifeſtúmque peccatum, vnde ſibi diſpliceant, qui iam ſibi placendo ceciderant. Salubriùs enim Petrus ſibi diſplicuit, quando fleuit, quàm ſibi placuit, quando præſumpſit.* Et certè quò altiorem in gradum dignitatis erigendus erat, eò abiectiorem in abyſſum vilitatis deprimi oporte-

Rupert.

bat; vt Rupert. lib. 1. de ſapientia c. 28. rectè obſeruat. *Petrus*, inquit, *vſque ad triplicandam negationem derelictus, pulchro & ſpectabili ordine ſapientiæ; vt credamus expedire eis, qui præſunt, tam propter ipſos, quam propter eos, quibus præſunt, ad humilitatem, vel compaſſionem erudiri per magnum, & memorabile præteritæ infirmitatis experimentum.* Hoc ipſum confirmat rurſum D. Auguſtinus ex illa precatione Dauidica; *Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine*. Pſalm. 82. num. 17. hoc eſt, vt ex ignominia propriæ culpæ, ad honorem diuinæ gratiæ ſuſcitentur. Seu, vt loquitur D. Auguſt. *vt tu eis Domine placeas quærentibus nomen tuum, qui ſibi placebant, quærendo ſuum.* In eandem ſententiam mihi videor interpretari poſſe illud Iobi 12. num. 18. *Baltheum regum diſſoluit, & præcingit fune renes eorum*. Vbi credo fieri antitheſim in membra oppoſita; & prius quidem membrum referri ad permiſ-

D. Greg.

ſionem peccati, interprete D. Gregor. ad eum locum. *Balthеum*, inquit, *regum diſſoluit, quando in his, qui bene regere ſua membra videbantur, propter elationis culpam, caſtitatis cingulum deſtruit.* Hoc eſt, permiſit, vt caderent in luxuriam, ne euaderent in ſuperbiam. Poſterius autem ad eoſdem peccati remiſſionem per pœnitentiam, & carnis macerationem: ſic enim interpretor, tum propter ſimiles antitheſes in eodem capite poſitas, & in oppoſitos ſenſus ſine dubio explicandas: tum quia, cum in priori membro ponatur permiſſio peccati in medicinam, vt D. Gregor. docuit; neceſſe eſt, vt in poſteriori facta per eam medicinam ſanitas colligatur. Sic igitur interpretor. Permiſit Deus, vt homines antea iuſti, & caſti exoluerentur caſtitatis cingulo, & laberentur in luxuriam, vt poſtea altiùs per pœnitentiam aſſurgerent, & caſtitatis cilicio arctiùs ſtringerentur. En quo pacto Deus deducit ad inferos, & reducit: hoc eſt, permittit peccatum, vt vberiorem gratiam largiatur.

62.
Tertia inferorum ſignificatio pro quacunque calamitate.

Tertia inferorum ſignificatio, eſt quicunque labor, calamitas, & periculum, morborum, carcerum, perſequutionum, & ſimilium; vt Pſalm. 17. num. 6. *Dolores inferni circumdederunt me*. Hoc eſt, grauiſſimi, & acerbiſſimi: ſimiles illis, quos damnati in inferno patiuntur. Et Pſalm. 114. num. 3. *Pericula inferni inuenerunt me*. Hoc eſt, difficillima, & moleſtiſſima, à quibus non magis, quàm ab inferni laqueis te expedias. Et Eccleſiaſt. 51. num. 7. *Liberaſti me ab altitudine ventris inferi*. Hoc eſt, à grauiſſima perſequutione, qualis non niſi ab inferis prodiret. Et ſimilia exempla paſſim occurrent. De hac ſignificatione nonnulli ex citatis auctoribus, Hug. Card. Abul. Caiet. Ti-

Hug. Card.
Abul.
Caiet.
Titelm.
Inuidia ſtimulus ſicut inferni.

telm. aliíque interpretantur. Ex quibus Hug. ad Annam & Phenennam potiſſimùm applicat. Deducit ad inferos, ſcilicet Phenennam; hoc eſt, ad ſummam miſeriam, dum ſe filiis orbam, & æmulam ſuam filiis abundantem intuetur, inuidiæ ſtimulis agitata, quæ non eſt minus acerba pœna quàm dolor inferni, vt ſuprà annot. 8. ſect. 1. iam oſtendi, & Horatius,

Horat.

lib. 1. epiſt. 2. confirmat.

Inuidia Siculi non inuenere tyranni
Maius tormentum. ——————

Reducit autem ab inferis Annam, hoc eſt, ab ea miſeria, triſtitia, & orbitate, in qua antea iacebat.

63.
Clem. Alex.

Hanc igitur potentiam deducendi ad inferos, & reducendi, ſic explicatam, Clem. Alex. in exhortatoria ad gentes eleganter expreſſit, de Chriſto Domino loquutus, cui illam tribuit, *Is*, inquit, *occaſum traduxit in orientem, & mortem in vitam cruci affixit: ab exitio autem abreptum hominem, in æthere ſuſpendit, tranſplantans interitum, & corruptionem in interitus, & corruptionis vacuitatem.* Quæ potuit eſſe miſerabilior viciſſitudo, quàm occaſus in ortum, mortis in vitam, inferni in paradiſum? Quæ potuit artificioſior inſitio excogitari, quàm

vt

vt in morte, ipſius mortis abolitio; in interitu, A ipſius exterminatio inferatur. In his igitur rebus alternandis ſuam Chriſtus Dominus potentiam demonſtrauit. Quare, Deo duce, ſecurus quiſque periculi pericula aggrediatur, cum à Deo omnis periculorum turbo tranquillam in auram facilè reuocetur.

64. *Quare Apoſtoli ſine calceamentis ad prædicationē miſſi.* Apoſtolos miſit Dominus in omnem terram prædicaturos. Sed cur ſine calceamentis? vt patet Matth.10.n.10. Luc.item 10.n.4. Ratio eſt, quia calceamenta, quæ de mortuis animalibus conficiuntur, mortis metum ſignificant, vt D.Ambr.teſtatur. D. Ambr. Voluit igitur Chriſtus Dominus, Apoſtolos adeò eſſe de ſuo præſidio ſecuros, vt ſine vllo mortis metu certiſſima mortis pericula adirent. Fauet B huic interpretationi Origen. hom. de Elcana: Orig. vbi quærens, cur Apoſtolis calceamenta prohiberentur, reſpondet, *vt pedes*, inquit, *qui currebant ad annunciandam vitam æternam, omnino carerent mortalitatis indicio.* Et ob eandem cauſam aſſerit, Moyſem ad Pharaonem iturum, *calceamenta* exuiſſe, hoc eſt, *indicia mortalitatis*, de quorum numero eſt mortis metus, abdicaſſe. Quid enim mortem timeat, qui Deum vitæ fontem ſecum geſtat?

65. Moyſes olim, & Aarōn, tumultuante in eos populo, & interitum minitante, fugerunt ad tabernaculum fœderis. Num.16.n.41. Sed quid ibi? *Poſtquam ingreſſi ſunt*, inquit textus, *operuit nubes* tabernaculum, *& apparuit gloria Domini.* In quem locum C Orig.hom.9. *Orig. Multa ex perſequutionibus vtilitas.* *Non legimus*, inquit, *antea, quod obtexerit nubes tabernaculum, & apparuerit maieſtas Domini, & receperit intra nubem Moyſem, & Aaronem, niſi tunc, cum inſurrexerit in eos populus, & voluit lapidare. Diſcamus ex hoc, quanta ſit vtilitas in perſequutionibus Chriſtianis, quantum gloriæ conferatur, quomodo propugnator fiat Deus.*

66. *Deus in tribulationibus patrocinatur.* De hoc diuino patrocinio in mortis periculis Dauid maximè gloriatur. *Qui exaltas*, inquit, *me de portis mortis.* Pſalm.9.n.15. Vbi D.Chryſ. verbum *exaltandi* ingenioſè expendens: *Non dixit*, inquit, *qui liberas, ſed qui exaltas: non enim in eorum malis tantum ſoluendis ſubſiſtit Dei beneficium; ſed fecit eos etiam admirabiles, inſignes, & clariores. Non dixit autem, ex porta, ſed, ex portis, multa pericula ſignificans.* Vnde ipſe Dauid ſuo expertus bono, multiſque D periculis à Deo liberatus, exultabundus canit: *Bonum eſt confidere in Domino, quam confidere in homine.* Quæ enim in homine fiducia ponitur, facilè luditur; quæ in Deo, nunquam fruſtratur. Quare D. D.Chryſ. Chryſ. ad eum locum: *Quamuis*, inquit, *vel ad ipſam mortem deueneris, ne deſperaueris. Poteſt enim Deus in rebus, vel difficillimis, & impeditiſſimis exitum inuenire.* Et paulò poſt: *Ideò nec pueros eripuit à principio, ſed poſtquam coniecti fuerunt in fornacem: nec Danielem, antequam eſſet immiſſus, ſed ſeptem poſt diebus. Hoc etiam oſtendens Pſalmographus, audi, quid ſubiungat: Omnes gentes circuierunt me. Vidiſti periculum ineuitabile?* Et ſtatim: *Sunt tamen hæc omnia confracta ab ſpe* E *in Deum. Et ideo addit, & in nomine Domini, quia vltus ſum in eos.* Hactenus Chryſoſt. quæ illius fuit eloquentia, in morem fluminis luculenter ſpatiatus: & quæ illius fuit ſcripturarum peritia, optima complexus exempla, quibus fiduciam in ſolo Deo collocandam perſuaderet: & quidem eò certiorem, quò pericula grauiora incumberent, & apertius exitium minarentur.

67. *Nauigantes diſcipuli Chriſtum vident ſuper mare.* Nauigabant olim diſcipuli; nec Ieſus aderat. Ingruebant tenebræ, & nox atra mari incubabat, nec Ieſus ſuæ luce præſentiæ diem faciebat. Tumeſcebant vndæ, crebreſcebant venti, totum mare concitatum ſæuiebat, nec Ieſus ſuæ imperio vocis tempeſtatem ſerenabat. Quid tandem? *Cum remigaſſent ergo*, inquit Euangeliſta, *quaſi ſtadia vigintiquinque, aut triginta.* hoc eſt, cum procul à terra auehentur, adducerentúrq; in periculum extremum, morti, quàm vitæ propiores; *vident Ieſum ambulantem ſuper mare, & proximum naui fieri.* Ioan.6.n.19. Quaſi Ieſus nō niſi ſupremo diſcrimini auxiliaturus adueniret; vt & ſuam potentiam oſtenderet, & diſcipulorum fidem exploraret. Quod D. Cyrill. D.Cyril. Alex.lib.3. in Ioan. c.23. rectè expendens: *Operæpretium*, inquit, *eſt obſeruare non ſtatim, neque in principio periculorum, ſed quando iam longè à terra remigauerant, Chriſtum diſcipulis apparuiſſe.* *Chriſtus in periculis auxiliatur.* *Non enim incipientibus aduerſis gratia Chriſti confeſtim nos ſaluat; ſed poſteaquam terror increuerit, & certum videatur imminere periculum, tunc è mediis fluctibus eripit, timorem abiicit, & ab omni periculo liberans, ineffabili virtute in ſummam tranquillitatem periculorum fluctus tranſponit.* Permittit ſcilicet Deus creſcere pericula, vt periclitantium merita augeantur, & fides erigatur, & ſpes in Deum excitetur. *Periculis augentur merita, exploratur fides, excitatur ſpes.* Extremè autem periclitantibus opem fert, vt ſuam potentiam demonſtret, quæ deſperatis quoque rebus, ac deploratis medicinam conferre poteſt ſalutarem.

Neque ſolùm à periculis, quæ nobis aliunde imminent, à Deo liberamur; ſed etiam ab illis, quæ nobis ab ipſo Deo intenduntur. 68. Vnde nullum eſt efficacius remedium, vt a periculis, quæ nobis ab ipſo Deo metuimus, liberemur, quam vt ad ipſum C Deum fugiamus, conciuente in hanc rem Poëta:

Confugit interdum templi violator ad aras; Ouid.
Nec petere offenſi numinis horret opem.

Sed grauiùs in eandem ſententiam conſentiente Clem. Alex. exhortat. ad gētes. Clem. Alex. *Ex ignoratione*, inquit, *traducimur ad ſcientiam, ex imprudentia ad prudentiam, ex intemperantia ad temperantiam, ex iniuſtitia ad iuſtitiam, ex impietate, & nulla religione ad Deum. Pulchrum eſt periculum ad Deum transfugere.* Diuinam enim iuſtitiam effugimus, ad diuinam miſericordiam confugiendo: aut ſi cædimur, & vulneramur, pulchram oppetimus per vulnera mortem.

D *Num. 7.* Dominus pauperem facit, & ditat: humiliat, & ſubleuat.

EXPOSITIO LITERÆ.

DOminus pauperem facit, &c. En aliud diuinæ omnipotentiæ argumentum in rebus fortunæ, quas Deus multipliciter verſat. 1. *In verſandis rebus fortunæ diuina potentia oſtenditur.* Potentiſſimum ſe oſtendit quod pauperem faciat, & ditet. Nam & homines ſpoliando alios, & alios locupletando, ſuam ſibi videntur potentiam oſtentare. Vnde Pharao ſuam potentiam oſtenſurus, Hebræos cum magnis opibus ex Ægypto fugientes, E pauperes reddere decreuit: *Interficiet*, inquit, *eos manus mea.* Exod. 15. n. 9. Ex Hebræo legi poteſt: *Depauperabit*, ſeu *pauperes faciet eos manus mea*; vt ibi Caiet. aduertit, & in Biblijs Regijs habetur: Caiet. nam in vtroque loco eſt verbum ירש *iaraſ*, quod eſt, pauperem facere, & exterminare, ſeu perdere, ſeu conſumere ope gladij, hoc eſt, interficere. Vnde & in hoc loco pro, *pauperem facit*, verti poteſt, *interficit*: & in illo, pro, *interficiet eos*, poteſt verti, *pauperes faciet eos.* Quaſi tunc Pharao potentiſſimum ſe oſtendat, cum diuites ſuis opibus expoliet, & ad inopiam compellat. Vbi obiter nota, idem eſſe præſentem apud diuitiarum amatores, interficere, & pauperem facere: vt enim qui alium excordaret, ſeu corde priuaret, cum neca-

Diuitibus diuitiæ ſunt pro corde, illos peremis, quos ſpoliat.

re diceretur, ita & qui alium diuitijs expoliaret: cum diuitiæ à ſuis amatoribus cordis loco habeantur, iuxta illud Laban ad Iacobum, ex illius domo fugientem, & ampliſſimas opes expottantem: *Quare, inquit, ita egiſti, vt clam me abigeres filias meas?* Geneſ. 31. n. 16. In Hebræo eſt, *Quid feciſti, & furatus es cor meum, & abduxiſti filias meas?* id eſt, iuxta Caietani interpretationem, *furatus es meas diuitias, quæ mihi erant corai, ſeu inſtar cordis.*

Caiet.

2. *Oblata à Rege Sodomorum diuitijs abſtinet Abrahamus.*

Contra verò Rex Sodomorum ſuam quoque potentiam inaniter iactaturus ditare voluit Abrahamum: *Da nobis*, inquit, *animas, cætera tolle tibi.* Gen. 14. n. 21. Ad quem Abraham iureiurando interpoſito: *Non accipiam*, inquit, *ex omnibus, quæ tua ſunt, ne dicas, Ego ditaui Abraham.* Ibid n. 23. non dixit, ne tu dites Abraham, qui à ſolo Deo ditari debet: vt Lyran. poſt D. Chryſ. aduertit: ſed, *ne dicas; Ego ditaui*, & ex multiplicatione bonorum, quæ in me contuleris, inaniter glorieris. Quaſi ex beneficentia in alios, potentia benefacientis manifeſtetur, & ex hac oſtentationis occaſio oriatur. Vbi obiter nota cum Abulenſi, parta ex illo prælio ſpolia, non fuiſſe propria Regis Sodomoturo, ſed Abrahami, cuius præcipuè viribus fuerant reportata: quod vel ipſe Rex Sodomorum intellexit, dicens: *Da mihi.* Quaſi non ſua daret, ſed aliena peteret. Et tameo Abrahamum dixiſſe, *Non accipiam ex omnibus, quæ tua ſunt.* Vt proprijs rebus cedens, exemplo eſſet ijs, qui inuolant in alienas; & potiùs ſuo iuri renunciaret, quàm vel minimam contendendi occaſionem præbere videretur.

Lyran. D. Chryſ.

Abul.

3. Sed vt ad rem redeam: ſi humana potentia ex facultate depauperandi, & locupletandi alios, innoteſcit; multò magis innoteſcet & diuina. Quare Deus olim ſuam potentiam oſtendit, non tam in liberandis Hebræis ex Ægyptiaca ſeruitute, demergendiſque Ægyptijs in mari rubro: quàm in his ſpoliandis, illis verò locupletandis. Vnde D. Chryſ in Pſ. 135. de hac re loquutus. *Hoc*, inquit, *fecit Deus, volens omni ratione eſſe terribilis hoſtibus, & oſtendere, quod & vi, & auctoritate poſſit omnia facere.* Imò prophetæ, ſiue augures Azotiorum, qui auditis Ægypti plagis, diuinam potentiam non timuerant; audita Ægypti ſpoliatione vehementer formidarunt, eique liberationem Hebræorum ex Ægypto tribuerunt *Nónne*, inquiunt, *poſtquam percuſſus eſt Pharao, tunc dimiſit eos?* 1. Reg 6. n 6. Septuaginta transferunt: *Nónne quando illuſerunt eis, dimiſerunt eos?* Nec multò aliter D. Chryſ. citat. *Hic eſt Deus fortis, qui percuſſit Ægyptum: & quando illuſit eis, tunc ipſos eduxit.* Quænam, obſecro, fuit hæc percuſſio, aut hæc illuſio, niſi illa ſpoliatio non tam vi, quàm arte, & velut ioco facta? Vnde D. Chryſ. loco citato: *Vides*, inquit, *eos*, nempe Azotios, *propter hoc ipſum contremiſcere, propter furtum, propter fraudem, qua eos*, nempe Ægyptios, *circumſepſerit?* Itaque Deus cædendo Ægyptios & ſeruando Hebræos, magnam quidem poteſtatem oſtendebat: ſed non tantam, vt per illam ſuos aduerſarios impelleret, quò volebat. At ſpoliando Ægyptios, & ditando Hebræos, tantam exhibuit auctoritatem, vt per illam ſuos aduerſarios terreret, & ad parendum ſuo imperio etiam inuitos, atque reluctantes obligaret. Nec immeritò. Nam cum homines aliquando maiori ſtatum diuinarum, quàm ſuæ vitæ amore ac deſiderio teneantur; magis quoque timent opibus, quàm vita ſpoliari.

D. Chryſ.

Augures Azotiorum Ægypti ſpoliatione formidantes.

D. Chryſ.

Maiorem Deus oſtendit poteſtatem in Ægyptijs ſpoliandis, & Hebræis ditandis, quam hos ſeruādo, illos cædendo.

4. *Multiplex ratio, cur iſta ſit in hac vita bonorū, & malorum viciſſitudo.*

Sed cur Deus bona fortunæ tam multipliciter agitet, verſétque? Cur tanquam pilam huc, illuc torqueat, & retorqueat; Cur nunquam eundem habere ſtatum patiatur? An vt eorum volubilitatem oſtendat, quæ in ſingula momenta fluunt, abeunt, & mutantur? An vt eorum vtilitatem demonſtret, quæ dignis, atque indignis, æquis, atque iniquis ſapientibus, & inſipientibus, tanquam nullius momenti bona, perpetua viciſſitudine diſtribuuntur? An vt malos ſpoliando puniat: bonos ditando conſoletur? An vice verſa, vt malos ditando paſcat, & tanquam pecora occiſionis, æternam alat, ſaginétque in lanienam: bonóſque ſpoliando probet, & in camino paupertatis excoquat, fruituros diuitijs æternitatis? Optimæ quidem rationes, nec indignæ, quæ ſuos habeant patronos. Vnam tamen addo ex D. Greg Naz. orat. 7. Vbi contemplatus res humanas perpetua volubilitate fluentes, ac refluentes; & admiratos diuinam prouidentiam in hac bonorum, ac malorum temporalium viciſſitudine, nunc his, nunc alijs benignam: tandem optimam ſubijcit rationem, cur ſic à Deo diſponatur, vt ſemper copia, & inopia: proſperitas, & aduerſitas alternent vices: *Ne vel*, inquit, *aduerſitas ſolatio; vel proſperitas fræno careat.* Nam ſi ſemper ſæuiret aduerſitas, nullum ſolatium deficientes animos releuaret; ſi ſemper mulceret proſperitas, nullum frænum inſolentes ſpiritus cohiberet: dum tamen vtraque alternis vicibus diſponuntur, felices pariter, atque infelices ad mediocritatem, ac temperantiam reuocantur.

D. Greg.

Optima ratio.

5. *Humiliat, & ſubleuat*, &c. Non eſt ſermo de dono humilitatis, ſed de probro humiliationis, vt Abulenſ. aduertit. Neque enim idem eſt humiliari, atque humilem eſſe. Vnde D. Bern. ſerm. 34. in Cāt. *Quanti*, inquit, *humiliantur, & humiles non ſunt? Alij cum rancore humiliantur, alij patienter, alij libenter: primi, rei: ſequentes, innoxij: vltimi, iuſti.* Vnde patet, quamuis hæc humiliatio, humilitas non ſit, tamen matrem eſſe humilitatis. Quod D. Ambr. ſerm. 9. in Pſalm. 118. ad illa verba: *Priuſquàm humiliarer, ego deliqui*, rectè expreſſit. *Quamuis*, inquit, *humilitas iſta virtus non ſit, virtutem tamen ſæpe generat, & fit non pœna, ſed remedium delinquentis.* Igitur Deus aliquando humiliat in vindictam, aliquando in medicinam. vt D. Ambroſ. proximè citatus obſeruat. Priori modo humiliauit Luciferum. Iſaiæ 14. à n. 11. Pharaonem. Exod 14 à num. 28. Saulem. 1 Reg. 15. à n. 23. Aman. Eſther 7. n. 10. Denique populum Iudaicum, vt D. Gregor. Lyran. Abul. Ianſon. & alij myſticè exponunt: ac tandem ipſam, ad quam referuntur hæc omnia, Phenennam; vt Carthuſianus aduertit.

Abul.

D. Bern.

Humiliatio, & humilitas in quo diſſonant.

D. Ambr.

Deus humiliat in vindictam.

D. Greg. Lyran. Abulenſ. Ianſon. Carthuſ.

6. Poſteriori modo humiliat Deus duplici de cauſa. Prima, ne humiliatus per ſuperbiam euaneſcat. Notat D. Aug lib. imperf de Geneſ. ad literam, eodem die, qui in ordine fuit ſextus factum à Deo hominem, & beſtias terræ. Gen. 1 à n. 24. Quorſum verò ita; Nónne aptiùs ſimul cum Sole, Luna, cæteriſque ſyderibus, & ante omnia animalia, animalium præſes homo crearetur? Cur, obſecro, cum terrigenis animalibus homo cælicola producatur? Planè, ne Adamus ſuperbiret, & ne Deo vellet exæquari, cui beſtiæ exæquabantur: néve ſolùm cogitaret de ſuo fine, in quo erat Angelis ſociandus; ſed de ſuo principio, in quo fuerat cum beſtijs creatus.

Aliquando humiliat in ſuperbia medicinam.

D. Auguſt.

Adamus cur eodem die conditus cū animalibus.

7. Moyſis manum eximia miracola in Ægypto patraturam priùs lepra infecit. Exod. 4. n. 6. Rationem reddit Theod q. 10. *Dextera*, inquit, *Moyſis, quæ admiranda in Ægypto prodigia perpetratura erat; cum prius fuiſſet leproſa diuinis miraculis inſeruiuit, & elementa mutauit. Quæ res Moyſem etiam admonuit, non ſuperbire debere, ſed agnoſcere naturam, cum recordatione dextræ lepra prius infectæ.* Oportuit enim morbo lepræ præſentis, antemittere periculum arrogantiæ futuræ.

Moyſis manus leproſa in remedium arrogantiæ.

Theod.

Helias

8.
Helias corã Rege Achab intrepidus, coram Regina Iezabele trepidans.

Helias Regi Achabo, crudeliſſimo tyranno, intrepidus occurrit 3.Reg. 18. à n.18. Reginam verò Iezabelem pauidus, ac trepidus effugit. 3.Reg. 19 n.3. Quo receſſit, optime Helia, prior ille tuus vigor corã Rege? Vnde proceſſit ſubitus iſte tuus timor coram Regina? Fœminam imbellem times, qui virum bellatorem non formidaſti? Optimè

Lyran.

Lyran. *Deus*, inquit, *eum permiſit timere ex humana fragilitate, ne nimis eleuaretur ex conſtantia præcedenti.*

Raban.

Similiter reſpondet & Raban *Sancti*, inquit, *viri ne ſuperbiant, tentationibus in hac vita reprimuntur. Mulierculam fugit, qui mortuos ſuſcitabat, ventura prævidebat, aliaque præclara faciebat.*

9.
Multa olim prophetantiũ mentes effugiebant.

Prophetas olim multa ſæpenumero latebant. Samuel ignorabat, quemnam filium Iſai eſſet in Regem creaturus. 1.Reg. 16 à n.3. Heliſæus neſciebat quidnam viduæ Sunamitidi accidiſſet. 4 Reg. 4. n. 27 Apoſtolus Paulus *alligatus ſpiritu* ibat *in Hieruſalem, quæ in ea ventura* eſſent ſibi, *ignorans*. Act. 20. n. 22. Alia deníque alijs occultabantur, *Quod*

D.Greg.

omnipotens Deus, inquit D.Greg. lib.2.dialog c.21. *ex diſpenſatione magna pietatis diſponit, quia dum prophetiæ ſpiritum aliquando dat, aliquando ſubtrahit, prophetantium mentes & leuat in celſitudine, & cuſtodit in humilitate: vt & accipientes ſpiritum, inueniant, quid de Deo ſint; & rurſum prophetiæ ſpiritum non habentes, cognoſcant, quid ſint de ſemetipſis.*

10.
Cur Chriſtus vnum ex diſcipulis diabolum appellans non deſignauerit.

Vnum ex ſuis diſcipulis Chriſtus Dominus diabolum appellauit: *Ex vobis vnus diabolus eſt*. Ioan. 6.n.70. ſed non manifeſtauit, quiſnam eſſet Si quæras, cur eum palàm non prodiderit. Reſpondet D.

D.Chryſ.

Chryſ. hom 46.in Ioan. *Ne inuerecundũ faceret.* Aut potiùs, dicet aliquis, ne verecundia afficeret. Addo ad rem præſentem, vt cæteros in humilitate conſeruaret: dum quiſq; eorum, neſciens, quem Chriſtus deſignaret, ab ea ſibi ignominia timeret; timẽdo, de ſuo ſtatu minimè ſuperbiret. Atque hinc nouam habere poteſt ſolutionem antiqua illa quæſtio, cur Chriſtus Dominus Iudam inter cæteros Apoſtolos elegerit, quem præſcibat futurum eſſe proditorem. Mitto alias rationes, partim in præcedentibus redditas, partim in ſequentibus reddendas. Reſpondeo ad rem præſentem, vt reliquos diſcipulos in humilitatis ſtudio contineret. Videntes enim Iudam ex pari ſecum ſtatu corruiſſe, eandem ſibi ruinam formidarent; formidantéſque ab omni ſtatu ſe auerterent, & in humilitatis ſtudio cuſtodirent.

Iudas proditor futurus à Chriſto eligitur, vt reliquos humilitate firmaret.

11.
Quare D. Petrus Chriſtum D. bis confeſſus, ſemel tantum ab eo laudatur.

D. Petrus Chriſtum Dominum bis confeſſus fuit. Semel multis ex diſcipulis abeuntibus, accedẽtibus retrò: *Credidimus*, inquit, *& cognouimus, quia tu es Chriſtus filius Dei.* Ioan.6.n.69. Iterum cæteris diſcipulis pariter confitentibus, & in fide perſeuerantibus: *Tu es*, inquit, *Chriſtus filius Dei viui.* Matth. 16. n. 16. Hoc poſteriori loco Chriſtus Dominus

Tolet.

Petrum laudauit confitentem: *Beatus es Simon Barjona*, &c Priori autem nequaquam. Diuerſitatis rationem Card. Toler. inquirit, optimámque tradit ad rem præſentem. *Factum*, inquit, *id eſſe exiſtimo, quia Dominus diſcipulos in humilitate continere intendebat, ne aliis recedentibus, ipſi tanquam perſeuerantes ſuperbirent.* Itaque quando nemo à Chriſto deficiebat, ſed omnes pariter Chriſtum confitebantur, laudatur Petrus confitens, quia non erat, cur ex ſua confeſſione, quam videbat ſibi cum alijs communem, inaniter exultaret quantumuis à Chriſto Domino laudaretur. At verò quando Petrus inter tam multos transfugas, & fidei deſertores, immobilis in fide perſeuerat, nec defectionem cogitat, ſed confeſſionem parat, illaudatus prætermittitur; ne ex maiori ſuperbiendi fundamento, quod tunc habebat, alijs ſe præferret, ac ſibi nimium arrogaret. At-

A que hæc eſt prima cauſa, cur Deus humiliat: ne ſcilicet ſuperbia obrepat

12.
Deus humiliat, vt ſubleuet: exaltatio verò ad humiliationem gradus eſt.

Secunda huius humiliationis cauſa eſt, vt ſubleuet Cauſaliter enim explicari poteſt hæc aſſertio, vt de ſuperioribus iam obſeruaui. Nec immeritò. Gradus enim ad exaltationem eſt humiliatio, iuxta illud: *Gloriam præcedit humilitas*. Prou. 15 n.33. Sicut à contrario, gradus ad humilitatem eſt exaltatio, iuxta illud; *Contritionem præcedit ſuperbia; & ante ruinam exaltabitur ſpiritus* Prou 16.n.18. Vnde D.

D.Bern.

Bern. ſerm. 34 in Cant. *Oportet*, inquit, *humiliter ſentire de ſe, nitentem ad altiora, ne dum ſupra ſe attollitur, cadat a ſe.* Et paulò poſt: *Niſi humilitatis merito, maxima minimè obtinentur.*

13.
Sancta anima prius ad humilia ab ſponſo abijcitur, quàm ad ſublimia erigatur.

B Quare animam ſanctam ad ſublimia contendẽtem, ac diuinæ viſioni inhiantem, dicentémque: *Indica mihi, vbi paſcas, vbi cubes in meridie.* Cant.1.n.7. cæleſtis ſponſus ad humilia abiecit, & ad paſtoritia munera relegauit. *Si ignoras te*, inquit, *egredere, & abi poſt veſtigia gregum tuorum.* ibid n.8. Quaſi diceret, de termino quidem cogitas, ſed à via aberras. Igitur ſi ſumma appetis, neceſſe eſt, vt ima petas. Nam de humili ſolo ad ſublime ſolium, de infimo gradu datur aſcenſus ad ſupremum. Vnde D.

D Bern.

Bern ſerm. 38 in Cant. *Reprimenda*, inquit, *cenſetur propter præſumptionem, & de ſua ipſius commonenda cognitione, in qua viſa eſt aliquatenus caligare, quæ tanta ſe æſtimarit idoneam viſioni.* Et paulò poſt expendens

C verbum illud, *egredere*, plenum aſperitatis, ſeu ipſam potiùs aſperitatem: *Terribiliter*, inquit, *intonat in dilectam; vt territa purgaretur; & purgata idonea redderetur huic ipſi, cui inhiat, viſioni.*

14.
Moyſes inhians ad Dei viſionem, prius de ſui cognitione & abiectione admonetur.

Simile quid accidit & Moyſi: nam eum à Deo diuinam viſionem poſtularet, dicens: *Oſtende mihi faciem tuam* Exod 33.n.13. Deus illum ad propriam cognitionem remiſit, dicens: *Te ipſum noui*, ibid n. 17. ſeu, vt legit Philo Alex lib. 1. de Monarchia: *Noſce te ipſum.* Et vlteriùs, Dei cum Moyſe orationem proſequutus *Ne ſinas*, inquit, *te cupidine rerum, quibus impar es, abripi; & ſublimiora te noli plus æquo*

D *appetere.* Quaſi diceret, exaltari cupis, ſed priùs neceſſe eſt humiliari. Deum ſcire deſideras; ſed oportet te ipſum priùs neſcire Cæleſtes euehi poſtulas ad delicias; ſed priùs fac ſtrenuè, vt totum te eripias à terrenis.

15.
Dauid à Semei humiliatus, à Deo ſperat exaltari.

Itaque per humilitatem pergitur ad ſublimitatem. Vnde Dauid cum ſe à Semei humiliatum vidit, tunc ſe à Deo exaltandum ſperauit: *Si fortè*, inquit, *reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac.* 2.Reg. 16. num. 12. Et propterea non in Semei conuitiantem, ſed in filios Saruiæ conuitiatorem auertentes, ſe iratum præbuit: *Quid*, inquit, *mihi, & vobis eſt filij Saruiæ?* ibid. n. 10. vt notat D.Bern. ſer.

D.Bern.

34. in Cant. *Vlciſcenti*, inquit, *potiùs, quàm exprobranti*

E *ſuccenſendum putauit.* Nam hic humiliationis ſcalam ad regale ſolium aſcendenti offerebat, ille tanquam inuidus, & maleuolus, ne vnquam eò poſſet peruenire, auferebat. Sed hæc ſequenti numero magis explicabuntur.

Num. 8. Suſcitat de puluere egenum, & de ſtercore eleuat pauperem: vt ſedeat cum principibus, & ſolium gloriæ teneat. Domini enim ſunt cardines terræ, & poſuit ſuper eos orbem.

EXPOSITIO LITERÆ.

1.

SVſcitat *de puluere*, &c. Ad hunc Annæ verſiculũ videtur Regius Vates ſuũ illum mutuatus; *Suſcitans a terra inopem, & de ſtercore erigens pauperem.*

Pſal.

Pſal.112.n.7. non erubeſcens à fœmina diſcere, illiuſque doctrina ſuam illuſtrare. Quemadmodum & Chriſtus Dominus eodem themate, quo Ioãnes, ad prædicandum vſus eſt; nam Ioanne ſuam prædicationem ſic exordiente: *Pœnitentiam agite; appropinquauit enim regnum cœlorum.* Matt.3.n.2. Chriſtus Dominus paulò poſt non dubitauit iiſdem verbis exordiri: *Pœnitentiam agite; appropinquauit enim regnum cœlorum.* Matt.4.n.17. Ne quis diſcipulus prauè pudens in verba magiſtri coofentire erubeſcat; cùm ipſe omnium magiſter in verba diſcipuli conſpirare non dedignetur.

Chriſtus eodē, quo Ioannes, themate vſus.

2.
Prima expoſitio de Gentili populo.
Hel.Cret.

Sed quod attinet ad verborum ſenſum, prima expoſitio eſſe poteſt Heliæ Cretenſis in orat. 1. Nazianz. ad finem, vbi pauperis nomine Gentilem populum intelligit, de quo Propheta: *Laudabit te populus pauper.* Iſaiæ 25.n.3. id eſt, Gentilis. *Hunc enim,* inquit, *ab humilibus rebus, & vitioſarum affectionum ignominia, & Gentilium abominationum ſtercore, cum principibus Iſrael,* hoc eſt, cum Apoſtolis, & cum Patriarchis, *collocauit.* Eodem modo explicat D. Greg. in priori commentario de populo Gentili ab errorum tenebris ad veritatis lumen tranſlato. Qui ſignanter dicitur de puluere ſuſcitatus, & de ſtercore erectus: *Quia cùm,* inquit, *recipitur in fidem Redemptoris, ei minima, & grauia peccata remittuntur. Quia enim facilè puluis excutitur, & quem ſtercora inquinant, horribiliter fœdant; puluis leuiora peccata, ſtercus grauiora ſignificat.* Et idem dicere poſſet de alijs peccatoribus, qui *computruerunt, vt iumenta in ſtercore ſuo.* Ioël.1.num.17. Sed tandem à flagitiorum cœno, ad gratiæ decorem reſtituti euaſerunt, & à puluere, qui facilè extergitur, & ab ſtercore, quod difficilè eluitur, hoc eſt, à leuibus, & grauibus culpis expiati ad ſublimem ſtatum perfectionis euolarunt. Sic ferè exponit Caſſiod. illud Pſalm.112.num.7. *Suſcitans à terra inopem, & de ſtercore erigens pauperem:* quamuis leuiores, & grauiores culpas, pulueris, & ſtercoris vocabulis expreſsè non diſtinguat. *De ſtercore,* inquit, *& paupertate erigitur, quiſquis de hac labe corporis per Dei gratiam ſubleuatur. Rex denique ipſe mundanus inops eſt munerum Dei, & in ſtercore voluitur, cui carnis vitia dominantur. Eleuat ergo ab iſtis Deus quoſlibet ordines, quaſlibet ætates, cùm miſericordia ſua dona largitur.*

D.Greg.
Leuiora peccata in puluere, grauiora in ſtercore adumbrata.
Caſſiod.

3.
Secunda expoſitio de Chriſto Domino
Gloſſ.
D.Aug.
Beda.
Raban.

Secundò vtraque Gloſſa ex Beda fortè deſumpta, de Chriſto Domino explicat, quem Deus ſuſcitauit de puluere, id eſt, de ſepulchro, ne videret corruptionem; & de ſtercore, hoc eſt, vt D. Auguſt. lib.17. de ciuit. cap.4. Beda, & Rabanus interpretantur, de populo Iudaïco, qui inſtar ſtercoris, vilis, & ſuperfluus effectus eſt. Vnde D. Paulus ad Philip.3.num.7. & 8. legalia, quæ antea ſua *lucra* exiſtimabat, poſtea, vt *detrimenta & ſtercora* arbitratus eſt: hoc eſt, mortifera, & ſuperflua. Tertullianus lib.4 contra Marcion. cap.28. legit, *de ſterquilinio.* Quaſi in populum Iudaicum non vnum tantùm ſcelus, ſed omnium ſcelerum colluuio tanquam in ſentinam conſluxiſſe videretur.

4.
Tertia expoſitio myſtica de Apoſtolis, & omnibus imitatoribus.
D Bonau.

Alij myſticè exponunt de Apoſtolis, & quibuſcunque alijs, in hac vita humiliter degentibus, poſtea in cælo magnificè regnaturis. Ita ſignificare videtur D. Bonau. ſerm. 3. in Dominic. 3. poſt octauam Paſchæ. Vbi loquutus de diuino Spiritu: *Suſcitat,* inquit, *de terra auaritiæ ouarum, & inopem; & erigit de ſtercore immunditia peccatorem, & pauperem, vt opulentatus veris diuitiis gratiæ, ſedeat cum Apoſtolicis principibus, & ſolium gloriæ teneat in cæleſti patria.* Nec multo aliter Helias Cretenſis in orat. 1. Nazianzeni ad finem, pauperis nomine A naturam noſtram intelligens. *Quid enim,* inquit, *ea paupertas erat? Et tamen Deus eam per Incarnationem ſuam è ſtercore erexit, ac primitias noſtras ſupra cælos euexit, atque ad dexteram Patris ſedere fecit.* Itaque hi Patres de euectione, quæ fit ab hac vita in futuram, ſeu à miſeria temporali ad felicitatem æternam, interpretantur. Quibus fauet D. Gregor. Magn. in poſteriori huius loci commentario, intelligens pro puluere honores. & pro ſtercore diuitias; quibus qui in hac vita renunciant, ad cæleſtes honores, ac diuitias eriguntur. *Quid,* inquit, *ſunt aliud labentium dignitatum inſulæ, niſi puluis? Nam eam, quam blandiendo ſordidant, à veris ſplendoribus mentem cæcant. Et quid diuitiæ pereuntes,* B *& tranſitoriæ facultates, niſi ſtercora? Quæ ſanctæ animæ in contemptu vilitatis habent, non in appetitu deſiderij.* Et confirmat ex Salomone, qui ſeculi diuitem in amiſſione bonorum temporalium contriſtatum intuens: *De ſtercore,* inquit, *boum lapidatus eſt piger.* Eccleſiaſt.22.num.2. Hoc eſt: *De eo,* inquit, *verbera doloris ſuſtinet, quod is, qui pro æterna vita laborare appetit, velut ſtercora contemnit.* Et ſimilia inculcat lib.20. Moral.c.3. Ex quibus tandem præſentis loci interpretationem eliciens: *De puluere,* inquit, *egenus ſuſcitatur, & de ſtercore pauper erigitur, cùm mens ſeculo abrenuncians, quidquid ſibi placere ſolebat de honore dignitatum, & de abundantia rerum, calcatur, dum ad ſola æterna reſpicit, quæ ſola ardenter amat.* Et ſtatim docet, hanc mutatio- C nem ad æternam patriam tandem referendam, dum à Deo ita fit, vt qui erigitur, cum principibus tandem ſedeat, hoc eſt, *æternæ patriæ ciuibus* interſit.

Quarto expoſitio de natura humana in Chriſto exaltata.
Hel.Cret.
D.Greg. Magn.
Honores in puluere, diuitiæ in ſtercore deſcribuntur.
D Gregor.

5.
Quinta, & literalis expoſitio de illis, qui ab humili ad ſublimem locum à Deo eueheuntur.
Vatabl.
Hel.Cret.

Literalis expoſitio eſt de illis, qui à Deo in hac vita ex ſtercore, hoc eſt, interprete Vatablo, ex ſordido, & humili loco ad nobilem, ac ſublimem eriguntur. Hæc enim exempla, vtpote notiora, clariorem de potentia diuina fidem faciebant. Vnde Helias Cretenſis proximè citatus: *Has mutationes quotidie,* inquit, *fieri conſpicimus. Sic enim Ioſeph in ſeruitutem prolapſum in regio throno collocauit: ſic Moyſem ex ouium paſtore populi gubernatorem, ac Pharaonis Deum creauit: ſic Dauidem cum pa-* D *ſtor eſſet, & minimus inter filios Ieſſe, Regem ſubitò effecit.*

6.
Deus humiles exaltat.

Neque deſunt plura loca ex ſacris literis, quibus apertè oſtendatur, Deum exaltandis humilibus incumbere. Iob.5.n.11. *Qui poſuit humiles in ſublimi.* Iob.22.n.29. *Qui humiliatus fuerit, erit in gloria, & qui inclinauerit oculos, ipſe ſaluabitur.* Prou.18.n.22. *Antequam conteratur, exaltatur cor hominis, & antequam glorificetur, humiliatur.* Eccleſiaſt.10 n.17. *Sedes ducum ſuperborum deſtruxit Deus, & ſedere fecit mites pro eis.* Eccleſiaſt.11.n.15. *Sapientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio magnatorum conſedere illum faciet.* Et paulò poſt, n.5. *Multi tyranni ſederunt* E *in throno, & inſuſpicabilis portauit diadema.* Quod patuit, inquit Lyranus, in Aman, & Mardochæo. Eſther 6.& 7.

Lyran.

7.
Theod.

Tandem Dauid eodem ſpectauit Pſal.112.n.7. *Suſcitans de terra inopem, & de ſtercore erigens pauperem.* Quem locum Theodoret. cum hoc componit, & vtrumque deinde explicat de viciſſitudine temporalis miſeriæ ad temporalem felicitatem: quamuis illam aliam viciſſitudinem ſpiritualis miſeriæ ad felicitatem ſpiritualem non excludat. *Cernimus,* inquit, *hæc ipſa à Deo vniuerſitatis continuè fieri. Sic beatum Dauidem, cum paſtor eſſet, Regem fecit; & Ioſephum, cum in ſeruitutem incidiſſet, in regali conſtituit ſolio; ſic Moyſem cum opilio eſſet populi gubernatorem declarauit, Pharaoniſque Deum elegit: ſic gentes impietatis paupertati*

ſeruien

ſerui ... peccati ... es, bonis quæ Iſraeli conceſſa fuerant, in manus ... humanam naturam, cum in ipſum mortis profundum decidiſſet, aſſumpſit, ſurſum erexit, & collocauit ſuper omnem principatum, & poteſtatem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur, non modo in ſeculo hoc, ſed etiam in futuro.

8. Sed attende, vnde, quem, & quò eleuet. Vnde? De puluere, & ſtercore. Quid abiectius? Quem? Egenum, & pauperem, ſeu, vt Septuaginta tranſferunt, mendicum. Quid miſerius? Quò? Ad principatum, & ſolium gloriæ. Quid ſublimius? Tanta

Summa facilitate humiles Deus ſuſcitat ad honores.

vero facilitate id præſtat, vt non graue aliquod onus portare; ſed leuiter dormientem ſuſcitare videatur: *Suſcitat*, inquit, *de puluere egenum.* Et emphaticum eſt illud, *de puluere.* Nam qui in molli lecto cubant, ſicut arctiùs dormiunt, ita difficiliùs expergiſcuntur: at vero qui in duro ſolo, ſicut ægrius, & laborioſiùs ſomnum capiant, ita faciliùs excitantur. Quis ergo diuinam potentiam non miretur, quæ gloriam, & honorem, in quibus procurandis homines toto niſu, & pectore contendentes nihil proficiunt, ipſa quidem ſumma facilitate largiatur?

9. Huius potentiæ vim, & facilitatem in agendo, paucis illuſtro. Mortuũ Lazarum, & in ſepulchro iam quatriduanum, Chriſtus Dominus tanquam leuiter dormientem e ſomno excitauit: *Dormit*, inquit, *ſed vado, vt à ſomno excitem eum.* Ioan. 11. n. 11. Cur, quæſo, dicitur non è morte ad vitam, ſed è ſomno ad vigiliam euocandus? Optimè D. Aug. tract. 49. in Ioan. *Lazarus*, inquit, *Domino dormiebat, hominibus mortuus erat, qui eum ſuſcitare non poterant. Nam Dominus tanta cum facilitate excitabat de ſepulchro, quanta tu non excitas dormientem de lecto.* In prima orbis molitione, *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.* Geneſ. 1. num. 2. Quas aquas, dicet aliquis, cum eatenus nihil amplius, quàm cælum, & terra creata fuiſſe dicerentur? D. Aug. lib. imperfecto de Geneſi ad literam, cap. 4. ſentit, aquarum nomine terram ipſam, ſeu materiam primam, ex qua omnes formæ corporeæ à Deo eductæ ſunt, ſignificari. At cur terra aquæ nomine declaratur? Reſpondet aptè ad rem præſentem: *Aqua*, inquit, *mobilior eſt, quam terra; & ideo propter operandi facilitatem, ſubiecta materies artifici, aqua magis vocanda erat, quàm terra.* Vt enim aquam vel minimus digitus in quamcunque partem velit, faciliimè ſecat, ac ducit: ita diuinus Spiritus, quodcunque vellet opus ex illa ſubiecta materia moliebatur.

Diuina potentia vis, & facilitas in agendo

D. Auguſt.

D. Aug.

Cur terra aqua nomine declaratur.

10. Hanc Dei etiam in rebus magnis exequendis facilitatem Pharaonis Magi agnouere? qui noua illa prodigia, quibus Ægyptus feriebatur, intuentes, exclamarunt, *Digitus Dei eſt hic.* Exod 8. n. 19. Non brachium, inquiunt, non manus, ſed digitus. Quia hunc ſolum ad difficillima quæque obeunda potentiſſimum eſſe fatebantur. Vnde ſicut cæleſtes orbes, qui inter res ſenſus expertes longè eminent, *opera digitorum Dei*, non autem manuum dicuntur. Pſalm. 8. num. 4. & dæmones, qui inter creaturas rationis participes maximè excellunt, ab ... *digito Dei* foras eijciuntur. Luc. 11. n. 20. Ita & illa maxima ſupplicia à ſolo digito Dei infligi dicuntur, vt bene Philo Hebræus lib. 1. de vita Moyſis obſeruauit. *Quid*, inquit, *ciniphe vilius? Tamen tantum effecit, vt tota Ægyptus deficiens, exclamare cogeretur, hunc eſſe Dei digitum. Manus enim eius ne à tota quidem terra, quanta quanta eſt, imò nec à mundo vniuerſo ſuſtineri poſſet.* Quare quando Deus manum vel leuiter extendit, omnes Ægyptios funditus euertit, iuxta illud, *Extendiſti ma-*

Vel Dei digitus magnis rebus exequendis potentiſſimus.

Phil. Hebr.

Dei manus leuiter etiã extenſa potens eſt.

A *num tuam, & deuorauit eos terra.* Exod. 15. n. 12. Vbi Caiet. *Tam facile*, inquit, *Deus miraculum fecit, ac ſi dumtaxat manum extenderit.*

Caiet.

Multa olim Chriſtus Dominus miracula in Sabbato operabatur. Liberauit mulierem ab ſpiritu infirmitatis, quo toto decem, & octo annos laborauerat. Luc. 13. à n. 11. Apprehendit hydropicum, & ſanauit eum, ac dimiſit. Luc. 14. n. 4. Paralyticum in probatica piſcina triginta & octo annos ægrotantem ſanitate donauit. Ioan. 5. à n. 2. Hæc, aliaque id genus miracula in Sabbato operatus, nunquam Sabbatum violauit: cum propter alias rationes, quas afferunt interpretes, & apud Card. Tolet. Ioan. 5. annot. 11. videri poſſunt; tum etiam ad rem præſentem, quia Chriſtus Dominus tanta

11. *Chriſtus ea facilitate miracula in Sabbato operabatur, vt Sabbatũ non violaret.*

Tolet.

B facilitate illa miracula operabatur, ac ſi nihil omnino operari videretur.

Myſterio non vacat, quod olim dixit Angelus ad beatam Virginem: *Non erit*, inquit, *impoſſibile apud Deum omne verbum.* Luc 1. n 37. Vbi D. Bern. hom. 4. ſuper Miſſus eſt, obſeruat non dixiſſe Angelum, *omne factum*, ſed *omne verbum.* Quamuis enim ſi literalis ſenſus ſpectetur, perinde ſit verbum, ac factum, tamen ſi ſpectetur myſticus, præſens inſtitutum egregiè confirmatur. *Non ait Angelus*, inquit D. Bernard. *omne factum, ſed omne verbum. An ideo poſuit verbum, quia quam facile poſſunt homines loqui, quod volunt, etiam quod nullatenus*

12. *Nihil inter ſe Dei dictũ, ac factum differre videntur.*

D. Bern.

C *facere poſſunt: tam facilè, imo incomparabiliter faciliùs, valet Deus opere implere, quidquid illi verbo valent exprimere?* Et ſtatim: *Potuerunt*, inquit, *prædicere Prophetæ, virginem, ac ſterilem concepturam, & parituram ſed nunquid facere, vt conciperet, & pareret? Deus autem quam facilè potuit tunc, quod voluit per illos prædicere; tam facilè potuit nunc, quando voluit per ſeipſum, quod promiſit implere.* En vt diuina potentia exequatur omnia, tanta facilitate, vt nihil inter ſe differre dictum, ac factum videantur. Non immeritò igitur dicitur Deus ſuſcitare, quia quanta facilitate quis dormientem à ſomno excitat ad vigi-

D liam, tanta ille humiles ab imo gradu erigit ad ſupremum.

13. *Vt ſedeat cum principibus*, &c. Duplex olim fuit apud Aſſyrios, & Hebræos, aliaſque nationes conſuetudo, inter ſupplices, & iudices ſeruari ſolita. Prior, vt ſupplices maiorem ſui miſerationem apud iudices excitarent, humi ſe proſternerent; & in puluere, ac cinere iacerent. Sic enim humi iacentes, & in cinere, & puluere proſtrati ſupplicarunt, Vlyſſes quidem Regi Alcinoo, vt refert Homerus Odyſſ. 11. Martius Coriolanus Volſcorum Principi, vt tradit Dionyſ. Halicarnaſſeus Hebræi Alexandriæ incolæ Petronio Præſidi, vt Phil. Hebræus ſcribit de legatione ad Caium. Quam conſuetudi-

Supplices olim in puluere, & cinere proſtrati iudices exorabant.

Homer.

Dion. Hal.

Phil. Hebr.

E nem Ariſtot. in Oeconomicis, Apollonius in Argonauticon, Plutarchus de mulierum virtutibus, & alij tradiderunt. Quò ſpectauit Iſaïas c. 47. n. 1. *Deſcende, ſede in puluere virgo filia Babylon: ſede in terra.* Hoc eſt, in terram abijcere, & proſternere, in habitum miſeræ, & iſſe ... indutа; luge, ſupplica, ac deprecare.

Ariſt.
Apollon.
Plutarch.

14. Poſterior, vt iudices miſeratione commoti, reos ſupplices de puluere erigerent, & honorificè exceptos in ſedibus collocarent. Sic ille, quem diximus, Alcinous Rex Vlyſſem humiliter deprecantem, vt canit Homerus,

Iudices è puluere exceptos ſupplices in ſedibus honorificè collocabant.

Cinere exceptum ſuper alta locauit.
Scamna throni.

Sic humi iteῖ ſupplicem Amphytrioné à Creonte perhumaniter exceptum, & celſiori, nobilioreque ſede collocatũ, refert Heſiodus in ſcuto Herculis.

Heſiod.

Sic & Petronius ille Præſes Hebræos de puluere ſurgere,

ſcinere & ad ſe propius accedere imperauit, vt A Philo citat ſcriptor. Imo ſi qui iudices adeò eſſent ad ſeueritatem obſtinati, vt ſupplicum votis ad pietatem minime flecterentur, tanquam inhumani, & crudeles notabantur, vt ex Lyrano, Heſiodo, ac Tullio probat Martin. Roa lib. 4. ſingularium locorum, cap. 2. quin etiam ex Dauide confirmat, qui in preces ſuppliciter effuſus, hanc vnâ, vt audiatur, adhibet rationem: *Quoniam*, inquit, *humiliata eſt in puluere anima noſtra; conglutinatus eſt in terra venter noſter.* Pſal 43. num. 25. Quaſi diceret, ſi omnium iudicum viſcera miſericorditer patent ijs, qui in cinere, & puluere deprecantur; æquum non eſt, vt mihi humi iacenti, & in puluere ſupplicanti tuæ miſericordiæ viſcera claudan- B tur.

Lyran. Heſiod. Tull. Roa.

15. *Ad duplicem hanc conſuetudinem Anna videtur alluſiſſe.* Roa Delrio. Lorin.

Ad hanc igitur conſuetudinem alluſiſſe Annam ſentiunt ex noſtris, Roa loco citato & Martinus Delrio in adagial. ſacris, adag. 1-5. & Lorinus in Pſal. proximè citatum. Quibus non repugno: præſertim ſi Anna ad ſeipſam referat hæc verba, quæ in morem ſupplicis deprecata fuerat, & à Deo in morem iudicis miſerantis exaudita. Et fauent Septuaginta addentes poſt hæc verba: *Dans votum voventi*; vt eſt in editione Sixtiana: ſeu, *Præbens votum oranti*; vt eſt in Regia: iudices enim cum ſupplicem ad ſolium eleuabant, etiam eius poſtulatis annuebant. Nihilominus ampliorem in ſenſum interpretanda eſt Anna, vt de omnibus loquatur, qui ab humili ſtatu in ſublimem euehuntur, ſiue de puluere ſupplicum ad ſedes iudicum excitentur, ſiue de quacunque alia miſera, abiectáque fortuna ad proſperam, & felicem erigantur; ne preſſior, & anguſtior hæc ſententia, quàm præcedentes, cenſeatur.

De ampliori ſenſu locus interpretatur.

C

16. *Qui principū nomine hic intelligātur.*

Sed hi qui ſint principes, cum quibus facit Deus vt ſedeant pauperes? Septuaginta transferunt, *cum potentibus populi.* Chaldæus, *cum iuſtis magnatibus ſeculi.* Vatablus, *cum magiſtratibus.* Tertull. lib. 4. contra Marcion. cap. 14. *cum Dynaſtis*, atque ita eſt in Græco, δυναστῶν. Sed in Hebræo eſt נְדִיבִים *nedibim*, hoc eſt, *ſpontanei, voluntarij, liberales*, à radice נָדַב *nadab*, hoc eſt, *ſponte largiri*. Sic enim principes à liberalitate appellantur. Vnde Chriſtus D Dominus; *& qui poteſtatem*, inquit, *habent ſuper eos, benefici vocantur.* Luc. 22. n. 25. Quaſi non aliunde meliùs, quàm à beneficentia, ac liberalitate principum nomina deſumantur. Quare vbi in vulgata dicuntur principes, ibi in Hebræo *nedibim*, hoc eſt, benefici appellantur, vt patet Pſal. 117. n. 9. *Bonum eſt ſperare in Domino, quam ſperare in principibus.* & Pſal. 145. n. 3. *Nolite confidere in principibus.* & Iſaiæ 13. num. 3. *Ingredientur portas duces, ſeu principes.* & Iſaïæ 32. n. 1. *Principes in iudicio præerunt.* In quibus, aliiſque locis dicuntur principes Hebraïcè *nedibim*, id eſt, benefici, ac liberales, ſeu ſpontanei, ac voluntarij ad benefaciendum. Quod nullum ſit illuſtrius principum inſigne, quam beneficentia. E Vnde illa Titi Imperatoris exclamatio, cum diem aliquando egiſſet immunem, hoc eſt, ſine munere à ſe apud aliquem collocato: *O amici*, inquit, *diem perdidi.* Ratus, illum omnino diem perdi, qui nullo regiæ beneficentiæ monumento ſignaretur. Igitur pauperes à Deo ex humili ſtatu ad horum principum ſocietatem, ſeu ad principatum cum illis parem eriguntur.

Principes à liberalitate dicti.

Titi Imperatoris beneficentia, & liberalitas.

17. *Sitne hic principatus ſpiritualis, an temporalis.*

Quæres, ſitne hic principatus ſpiritualis, an temporalis. Aliqui ſpiritualem interpretantur; ſiue in cœlo cum Angelis, qui principes dicuntur: *Attollite portas principes veſtras.* Pſal. 23. n. 7. ſiue in terra cum Apoſtolis, qui principes etiam nuncupantur *Conſtitues eos principes ſuper omnem terram.* A Pſalm 44. n. 17. Recte quidem, ſi ſpiritualis ſenſus ſpectatur. Vide D. Bonau. ſerm. 1. in Dom. 16 poſt Penrecoſt. oſtendens principum nomine Angelos, & Apoſtolos in Scriptura ſignificari. *In ſtercore*, inquit, *ſolent eſſe vermes. O quanta gratia, quod Deus ſtercorum vermes collocabit in ſoliis Principum!* Et citat D. Bern. dicentem. *Nónne de vermiculis iſtis, & de puluere iſto reſtaurati ſunt muri Hieruſalem?* Quibus verbis ſatis apertè ſignificantur pauperes ad conſortium Angelorum in cælo, & Apoſtolorum in terra ſubuehendi.

Prima ſententia de ſpirituali. D Bonau. D. Bern.

18. *Secunda & literalis ſententia de principatu temporali.* Tertul.

Si tamen attendatur ſenſus literalis, potiùs de principatu temporali explicandum cenſeo. Atque ita ſentire videtur Tertull. citato lib. 4. contra B Marcion. cap. 14. vbi oſtendens, pauperes tanti à Deo fieri, vt illis regnum hoc loco promittatur; tandem concedit hæretico Manichæo aduerſario legis, & Prophetarum, hoc regnum terrenum eſſe, & rationem reddit: *Quod creator*, inquit, *vel minora promiſit, vt facilius illi & de maioribus crederem, quam qui nunquam de minoribus prius fidem liberalitatis ſua ſtruxit.* Quaſi diceret oportuit credere Deo creatori terrena promittenti, vt poſtea Deo redemptori promittenti cæleſtia crederetur. Sed hanc mihi interpretationem hæc ratio non ſuadet; cum planè conſtet, Deum creatorem in veteri Teſtamento multa quoque ad cæleſte regnum pertinentia promiſiſſe. Illa mihi ratio ad hunc ſenſum confirmandum efficacior videtur, quod Anna notiſſimis diuinæ, & potentiæ beneficentiæ argu- C mentis, vt paulò ſuperius diximus, vtatur; qualis eſt tranſlatio de temporali miſeria ad temporalem felicitatem, non autem de terrena miſeria ad æternam gloriam, quæ nobis, dum hîc degimus, penitus occultatur.

Probatur.

19. *Pauperes à Deo iudices conſtituti, nullis muneribus excæcati ad iudicandum ſint liberiores.*

Excitat igitur Deus pauperem, vt ſedeat cum principibus, id eſt, cum magiſtratibus, & iudicibus, vtique ad iudicandum, iuxta illud: *Nobilis in portis vir eius, quando ſederit cum ſenatoribus terræ.* Prouerb. 31. num. 23. profectò ad iudicium exercendum, quod olim in portis ciuitatis exerceri conſueuerat. Eſt enim priuilegium pauperum iudicare, quod non ducantur quæſtu, qui meotis D aciem obtundit imò penitùs excæcat. Vbi verbum *ſedendi* & auctoritatem, & firmitatem ſignificat, interprete D. Gregorio Magno: iuxta illud: *Qui vicerit, dabo ei ſedere mecum in throno meo; ſicut & ego vici, & ſedi cum Patre meo in throno eius.* Apocalypſ. 3 num. 21 & illud: *Conreſuſcitauit, & conſedere fecit in cæleſtibus in Chriſto IESV.* Epheſ. 2. num. 6. Quibus locis, aliiſque paſſim occurrentibus, *ſedendi* verbum, & auctoritatem ſedentium indicat, & firmitatem. Hanc etiam verba ſequentia oſtendunt; *& ſolium gloriæ teneat.* Chaldæus transfert, *ſolia gloriæ fortificans eis:* quia Deus non ſolùm euehit humiles ad ſolium, ſiue potiùs ſo- E lia, propter magnitudinem principatus, qui non vni tantùm ſolio, ſed pluribus æquari videatur, verum etiam erectos ſolidat, & confirmat ne ruant. Nam qui fortunæ turbine eriguntur, eodem illico reflante præcipitantur. Qui Deo duce ſcandunt, ab ipſo Deo, ne cadant, retinentur. Idem ſignificant Septuaginta dum vertunt *ſolium gloriæ in hæreditatem præbens ipſis.* Neque enim honores à Deo concesſi in vno tantùm ſiſtunt; ſed ad eius poſteros hæreditario iure extenduntur.

D Gregor. Magn.

Sedere, auctoritatem & firmitatem ſignificat.

20. *Omnes [illegible] & [illegible] [illegible] Dei [illegible] [illegible] [illegible].*

Domini enim ſunt cardines terræ, &c. Reddit rationem eorum, quæ dixerat, in hunc modum. Illos mirabiles effectus circa viuos & mortuos, pauperes & diuites, humiles & ſuperbos, facilè Deus præſtare poteſt; quia abſolutus rerum omnium Dominus

Dominus eſt. Quo pacto Heli cap. ſequenti num. 18. auditis ſupplicijs, quibus eum Dominus per Samuelem deterrebat; *Dominus*, inquit, *eſt: quod bonum eſt in oculis ſuis, faciat.* Quaſi diceret, nulla alia ratio quærenda eſt, quod tam ſubitas regnorum, honorúmque viciſſitudines efficiat, quoſdam erigendo, alios præcipitando, niſi quod Dominus ſit. Vnde per hos effectus diuina potentia, & imperium ſæpenumero in Scriptura declaratur. Iſaiæ 40. num. 23. *Qui dat ſecretorum ſcrutatores*; ſeu, vt vertunt Septuaginta. *Qui dat principes quaſi non ſint; iudices terræ, velut inanes fecit.* Daniel. 2. num. 21. *Sapientia, & fortitudo eius ſunt, & ipſe mutat tempora, & ætates; transfert regna, atque conſtituit.* Iob. 12. num. 18. *Balteum regum diſſoluit, & præcingit fune renes eorum.* & paſſim alibi. Cæterùm hanc Dei potentiam, ac dominatum pulchra translatione declarat, quæ ſenſum habere poteſt & literalem, & ſpiritualem; vtrumque ſeorſim explicabo.

Quid terræ cardines in ſenſu literali.

21\. *Abul. Prima & ſecunda expoſitio, terræ cardines eſſe ipſam terrã, vel tres Dei digitos. Reiiciuntur.*

FAcilè ſe expedit Abulenſis, per *cardines terræ* intelligens ipſam terram, quæ eſt cardo immobilis totius mundi; ſeu in qua, velut in cardine, reliqua mundi corpora & innituntur, & verſantur. Sed durior videtur interpretatio, cùm aliquid à terra diſtinctum ipſa verba ſignificare videantur. Quid ergo? dicet aliquis. An fortè cardines terræ, ſunt illi Dei digiti, qui terram ſuſtinent, iuxta illud: *Qui appendit tribus digitis molem terræ, & librauit in pondere montes, & colles in ſtatera?* Iſaiæ 40. n. 12. Sed aliena eſt expoſitio, cum per illos tres digitos, vt Interlin. exponit, poteſtas Trinitatis rectiùs intelligatur: cuius Deus non dicitur eſſe Dominus.

22\. *Tertia expoſitio, eſſe geminos mundi polos, arcticũ & antarcticum. Ianſen.*

Tertiò dicunt aliqui, eſſe mundi polos, arcticum & antarcticum, quibus cæli, tanquam cardinibus moxi circumferuntur. Negat Ianſenius duplici ratione. Vna, quia illi potiùs cæli, quàm terræ cardines dicerentur, iuxta illud Iob. 22. n. 14. *Circa cardines cæli perambulat.* Altera, quia ſuper mundi polos non poſuit Deus orbem. Illa prior ratio non conuincit. Nam ſicut extremæ partes terræ, cæli cardines dicuntur. Deuteron. 30. num. 4. *Si ad cardines cæli fueris diſſipatus*, &c. id eſt, vt Oleaſter exponit, ad extremam partem terræ: ita etiam vice verſa, terræ cardines pro polo arctico & antarctico, quibus reſpondent, poterant vſurpari. Poſterior etiam non concludit, quia licet orbis ſecundùm grauitatem ſuper illos polos non ponatur, quia grauitatem non habet, nec proinde ab illis polis ſuſtentetur; ponitur tamen ſecundùm motum, quatenus illis immotis incumbit, & innititur, vt ſecundum alias ſui partes circumferatur. Neutra igitur ratio obſtat, quominus terræ cardines pro cæli polis accipiantur. Quare tertiam adhibeo; quia cum in terra poſſit aliquid inueniri, quod cardinis nomine aptè ſignificetur, vt ex dicendis patebit, non eſt cur illud in cœleſtibus polis requiratur.

Oleaſt. Excluditur.

23\. *Quarta expoſitio, eſſe mundi centrum Exploditur.*

Quartò dicunt alij, eſſe mundi centrum, cui terra dum firmiter adhæreſcit, immobilis perſeuerat. Quò videtur Iob. c. 26. n. 7. ſpectaſſe: *Appendit*, inquit, *terram ſuper nihilum*; hoc eſt, ſuper centrum. Sed non conuenit centro cardinis ſimilitudo, quia ſicut nihil habet entitatis, ita nihil conferre poteſt firmitatis. Vnde verba Iobi non ſunt explicanda poſitiuè, quaſi ſuper ipſum nihilum terra appendatur; ſed negatiuè, hoc eſt, abſque vllo fundamento, quo ſuſtentetur. Quo pacto dicunt Philoſophi, ac Theologi, Deum ex nihilo creare, non poſitiuè, tanquam ex cauſa materiali; ſed negatiuè, hoc eſt, nullo præuio ſubiecto.

24\. *Quinta expoſitio de quatuor cæli plagis. Abul. Angelom. Hug Card. Dionyſ. Ianſen. Non approbatur.*

Quintò dicunt alij, eſſe quatuor cæli plagas, ſeu quatuor terræ climata, ſeu quatuor extremas terræ partes, ortum, & occaſum, aquilonem, & auſtrum. Ita loquuntur vtraque Gloſſa, Abul. Angelom. Hug. Card. Dionyſ. Carthuſ. Ianſen. & alij. Sed non video, quid ſimilitudinis inter cardines, & quatuor cæli plagas intercedat. Nam cardo immobilis eſt; at verò ſaltem oriens, & occidens perpetuò mobiles. Quod ſi per has quatuor plagas, intelligas terreſtres cæleſtibus reſpondentes, quæ ſunt immobiles; cur quatuor tantùm accipias, & non etiam reliquas, quæ inter illas quatuor interiacent? Quod fortaſſe Dionyſ. citatus aduertit; & propterea non quatuor tantùm partes, ſed extrema terræ, cardines eſſe dixit. Sed neque his conuenit cardinis ſimilitudo, cum nihil his partibus, tanquam cardinibus innitatur. Nam elementa potiùs affluunt, & meant circumfuſa, quàm immobiliter inſiſtant & incumbant.

25\. *Sexta expoſitio de terræ circulo, & ambitu Non quadrat.*

Sextò dicunt alij, eſſe ipſius terræ circulum, ſiue ambitum; quo pacto *cæli cardines* apud Iobum cap. 22. num. 14 pro cæli ambitu ſumi poſſunt. Vnde alij, atque alij legunt ibi, *cæli ſphæram*, vel *cæli ambitum*, vel *cæli circulum*, vel *lineam*, quæ diuidit cælum. Verùm quidquid ſit de illo loco, huic certè expoſitio non quadrat: tum quia vocabulum Hebræum, quod hic ponitur, eſt diuerſum ab illo. Nam in Iobo eſt חוג *chug*, id eſt, *ambitus*, à radice חוג *chog*, id eſt, *circuire*: hîc autem eſt מצקי *metſuche*, id eſt, *ſtationes*, ſeu *columnæ*, non autem ambitus, aut circulus: à radice צוק *tſuch*, id eſt, *ſtatuere*, vt interim alias ſignificationes omittam: tum quia ſaltem terra non ponitur, ſeu non fundatur ſuper ipſius ambitum: tum quia terræ ambitus nullam habere videtur cum cardine ſimilitudinem.

26\. *Septima expoſitio, eſſe ipſa maria. Ariſt. Refellitur.*

Septimò, longiùs aberrant, qui dicunt cardines terræ eſſe ipſa maria; deluſi fortaſſe à Thalete Mileſio apud Ariſt. lib. 2. de cælo, c. 13. dicente, terram, tanquam ratem, ſtruémve lignorum aquis innatare: vel ſaltem occaſionem ſumentes ex Pſalm. 23. n. 2. *Quia ipſe ſuper maria fundauit eam.* Verùm Thales ſomniauit, vt Philoſophi demonſtrant. Dauid nihil ampliùs voluit, quàm terram eſſe mari altiorem, non quidem ex natura ſua, ſed ex diuina prouidentia ad hominum habitationem.

27\. *Vera expoſitio, terræ cardines eſſe, id per quod terra in infima mundi loco fundatur, & ſtabilitur. D. Baſil. D. Greg. Hel. Cret.*

Cenſeo igitur terræ cardines non eſſe aliud, quàm id, ratione cuius terra in loco mundi infimo ſtabilitur; quod non eſt ſola voluntas diuina liberè præcipiens, vt D. Baſil. homil. 2. in Exaëmeron, D. Gregor. Nazian. orat. 34 ad finem, & Helias Cretenſis in orat. quartam eiuſdem Nazianzeni poſt medium ſentire videntur: ſed eſt ipſius naturæ terræ, ſeu naturalis partium grauitas; nam cum infimum totius mundi punctum, ſit terræ centrum, quippe quod à cæli circumferentia maximè diſtet, in illud terræ partes ſuopte pondere nutant, ac feruntur: & cum ab eo nequeant reſilire, tum quia non habent inferiorem locum, in quem deuergant; tum quia ibi leuioribus corporibus ſubijciuntur: tum denique quia ibi ſuæ naturæ conformiùs, & congruentiùs conſeruantur, & à cæli influxu benigniùs, & accommodatiùs fouentur, planè fit, vt ibi quodammodo paribus libratæ ponderibus conquieſcant. Vnde Vatablus, & Iſidor. Clarius transferunt, *columnæ terræ*: quæ enim aliæ terræ columnæ fingi poſſunt, quàm terræ pondera? & Caietanus vertit, *fortitudines*, ſeu *vires terræ*. Quaſi hæc terræ pondera, ſint quædam veluti munimenta, quibus ipſa aduerſus externas incurſiones

Vatabl. Iſid Clar. Caiet.

ſtabil tur, ne ab illo ſuo loco conuellatur. Quò pertinet illud ex Pſalm. 103. num. 5. *Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam; non inclinabitur in ſeculum ſeculi.* Id eſt, ſuper grauitatem ſuam, tanquam ſuper baſes, & fundamenta collocaſti; ſeu per grauitatem ſuam, qua ſe ad centrum quodammodo glomerat, & pertinaciter adhæreſcit, coaleſcitque, immobilem reddidiſti. Hæc igitur terræ pondera ſunt fundamenta, in quibus elementa, vt parietes; cœli, tanquam fornices huius mundani ædificij eriguntur. Atque hæc ſecundùm literam.

28\. *Mundi principes terræ cardines, domorum anguli, ædificiorum columnæ appellantur.* D Greg. Beda Angelom. Ianſon.

Addo non eſſe alienam à literali ſenſu tranſlatam cardinum ſignificationem; cum ſæpe in Scriptura literalis ſenſus tropis ac figuris exprimatur. B Non abſunt igitur à litera D. Gregor. Beda, Angelomus, Ianſonius, & alij, qui per cardines terræ, mundi principes, qui portant orbem, interpretantur. Nam ſicut mundi principes ad literam ſignificantur per angulos. Iudic. 20. num. 2. & 1. Reg. 14. num. 38. & Sophon. 3. num. 6. quia anguli conferunt ædificiis ſtabilitatem; & per columnas. Pſal. 74. num. 4. & Ierem. 1. num. 18. & Apoc. 3. num. 12. quia columnis operoſæ moles fulciuntur: ita ad literam ſignificari poſſunt per cardines, quia ſicut in his fores, ita in illis regna, & imperia vertuntur.

Humiles & egeni principibus pares à Deo ſubleuantur.

Senſus igitur eſt, Deus pauperes, & egenos ab humili ſtatu erigit in ſublimem, vt mundi principibus pares efficiantur. C Quod facilè præſtare poteſt, cùm ipſe mundi principes ſub ſua habeat poteſtate, eiſque prout libuerit, dominetur; & ſicut illis imperij ſummam detulit, ita poſſit & auferre.

Quid terræ cardines in ſenſu ſpirituali.

29\. D. Gregor.

Diuus Greg. ſpiritualem huius loci ſenſum illuſtrando, in bonam, & in malam partem accipit *Cardines*. Nam in poſteriori commentario accipit in malam: pro illis ſcilicet peccatoribus, qui terrena appetentes à terra nomen accipiunt, ideóque non cœli, ſed terræ cardines appellantur, in D quibus ſeculum, tanquam oſtium in cardine verſatur. *Cardines*, inquit, *terræ hi accipi poſſunt, in quibus per inepta deſideria ſeculum circuit, & de alio ad alium ducit*: & paulò poſt, *qui diu in rota rerum tranſeuntium per mundi concupiſcentiam retinentur.* Quamuis hi accommodatiùs, non cum cardine, ſed cum oſtio in cardine agitato conferantur à Salomone: *Sicut oſtium*, inquit, *vertitur in cardine ſuo, ita piger in lectulo ſuo.* Prou. 26. n. 14. Nam ſicut oſtium in cardine ſemper mouetur, quin vnquam progrediatur: ita hi ſemper proficiſcuntur, quin vnquam proficiant. De quibus proinde Dauid: *In circuitu*, inquit, *impij ambulant.* Pſalm. 11. n. 9. Tanquam beſtiæ in piſtrino, quæ incedunt ſemper, E procedunt nunquam: ita hi planè ſuam ſibi voluntatem, velut quoddam ſuarum actionum centrum quodammodo præfigunt. Circa hoc centrum circumferuntur, alia atque alia obiecta amplexantes, nunquam tamen à ſua voluntate recedentes; & cum ſemper in via ambulent, nunquam tamen ad patriam, quæ eſt viæ terminus, appropinquant. De quibus conſule D. Bern. tractatu de diligendo Deo poſt medium, & in ſ[illegible]is declamati[illegible]ibu[illegible] item poſt medium, & ſerm. 12. in Pſalm. *Qui habitat.* Quæ de te nos alibi.

Homines terrena appetentes, terræ cardines, nuncupantur.

Peccatores in propria voluntatis centro, velut oſtium in cardine, agitantur.

D Bern.

30\. *Prædicatores, & Prælati, terræ cardines.*

In bonam verò partem accipit D. Gregor. in priori commentario huius loci, *cardines terræ*, pro prædicatoribus Euangelicis, cæteriſque nouæ Eccleſiæ Prælatis, quorum doctrina, & exemplo tota A Eccleſia tanquam fores ſuis cardinibus, ſuſtentatur. Vnde à cardine, qui fores ſuſtinet, dicti Cardinales, qui Eccleſiam ſuſtentant; vt Ianſonius hic & Turrecr. lib. 1. Summæ de Eccleſia, cap. 80 aduertunt. Eundem ſenſum, præter vulgares interpretes Bedam, Angelomum, Ianſon. & aliòs, exprimit D. Petrus Damian. ſerm. 1. de S. Matthæo loquutus de Eccleſiæ fundatione. *De hoc*, inquit, *nouo, & ſpirituali mundo ſcriptum eſt, Domini ſunt cardines terræ, & poſuit ſuper eos orbem Orbis enim ſuper cardines terræ ponitur, cum ſancta Eccleſia tanquam ſuper baſes doctrinis Euangelicis ſolidatur.* Iuuat hanc interpretationem D. Hier. aut quiſquis ille eſt Auctor quæſt. Hebraic. transferens ex Hebræo, *Domini enim ſunt afflicti terræ.* B Nam verbum Hebraicum צוק *tſuch* non ſolùm ſignificat *ſtatuere*, vt diximus, ſed etiam *affligere*, & proinde מצוק *metſuche*, quod inde deriuatur, non ſolùm ſignificat *ſtationes*, ſeu, *cardines*, ſed etiam *afflictos.* Vnde idem Auctor Hebraïcarum quæſtionum, & ex eo Rupertus ad hunc locum: *Afflictos*, inquit, *terræ Hebræi pauperes ſpiritu, & humiles corde intelligunt, ſuper quos Dominum orbem poſuiſſe dicunt: quia eorum meritis terram ſtare autumant.* Concinit. Rupert. lib. 1. de Sapientia. c. 28. Vbi oſtendens, Deum ex peccatoribus feciſſe prædicatores, vt ſublimitatem Euangelicæ prædicationis in humilitate propriæ conſcientiæ tutiùs ſuſtinerent; atque hanc huius loci tranſlationem cum D. Hier. ſequutus, ſubdit: C *Et afflicti terræ, qui ſunt niſi humiles & contriti corde? Super illos planè, qui huiuſmodi ſunt, Dominus orbem poſuit: quia ſuper eos, qui præteritam infirmitatem memoriter tenentes, humilis apud ſe conſcientiæ ſunt, Dominus Eccleſiam ſuam collocauit: qui videlicet tantò clementiùs, tantò compatientiùs eundem orbem portare poſſunt, quantò ampliùs clementis, atque compatientis gratia ſe indiguiſſe meminerunt.*

Turrecr. Beda. Angelom. Ianſon. D. P. Dam.

D. Hieron.

Eccleſia ſuper humiles velut columnas ſolidatur. Rupert.

In eandem ſententiam conſpirat iterum idem Rupert. lib. 3. in Matth. cap. 4. Vbi inquirens, cur à Chriſto Domino potiùs pauperes, quàm diuites ad Apoſtolatum vocarentur, egregiè ad hanc rem philoſophatur, reſpondens, ita à Deo factum eſſe, *propter eruditionem ipſorum* (nempe Apoſto- D lorum) quaſi ſua ipſi paupertate ad fugiendam arrogantiam, & modeſtiam retinendam erudirentur. *Quia videlicet*, inquit, *conſcientia paupertatis, grande eſt inſtrumentum, & valens documentum, vt creatura teneat ordinem ſuum.* Et ſtatim quinam ſit hic ordo declarat, quem pulchrum, & valde iuſtum coram Deo eſſe dicit. *Iſte*, inquit, *eſt ordo legitimus, ordo neceſſarius, vt creatura Deo ſubiiciatur, ſciendo, & confitendo, quia ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo, ſunt omnia quæcunque bona beatus homo, vel ſanctus habet Angelus. Et ad huius ſanctæ rei cognitionem multùm valet memoria retentus priſcæ paupertatis caminus: de quali & filij Iſrael vocati ſunt, & in quali Petrus, & cæteri Apoſtoli, ho-* E *mines ſine literis & idiotæ, & præterea cenſu pauperes inuenti ſunt. Quid multa? nimirum quantò plura ſancti dona Dei percepturi erant, tantò maiore conſcientia paupertatis indiguerunt; vt eadem dona portarent ſtabiles, & firmi, fundati in ſpiritu humilitatis.* Quod denique ex hoc loco egregiè confirmat & illuſtrat. *Nam Domini*, inquit, *ſunt cardines terræ. Pro quo in Hebræo ſcriptum eſt, vt ait Beatus Hieronymus, afflicti terræ, & poſuit ſuper eos orbem. Afflictio hæc, humilitas eſt, quæ ad portandum orbem conſtantes eos facit, & fortes.* Imò præſtat vlteriùs hæc afflictio afflictis, vt idem Rupert. ſtatim inſinuat, quod præſtat nauibus ſaburra, & auibus volantibus lapilli vnguibus apprehenſi. Vt enim & naues, & aues illis oneratæ, libratæque ponderibus, ocyùs, ac tutiùs feruntur, ne vl[illegible]is fluctibus, aut flatibus

31\. *Quare Deus non diuites, ſed pauperes ad Apoſtolatum vocauerit.*

Humilitas ad portandum orbem fortior, ac robuſtior. D Greg.

Rupert.

fla[illegible]tantur: *ita facit, enq*[illegible]*luatis virtus, vt ſuccedentibus* [illegible] *non extollatur animus, priſtinæ pau*[illegible]*bet inf licitatis ſibi conſcius.* Hæc Rupertus [illegible]ter.

32. *Maior Dei potentia, & miſericordia in Eccleſia per infirmos fulcienda.*

Dum igitur Deus ſuper afflictos terræ, hoc eſt, humiles, & abiectos, ponit orbem, hoc eſt, ædificat Eccleſiam ſuam, tanquam ſuper firmam petram, magis diuina, & potentia, & miſericordia ſplendeſcit. Potentia quidem, quia totius orbis, ſeu Eccleſiæ molem non aheneis fulcris, non marmoreis columnis, ſed quibuſdam velut piſcatoriis arundinibus ſuſtentat. Vide D. Chryſoſtom. homil. 4 in 1. Corinth. 1. diuinam potentiam admiratur, quæ non ſolùm naturæ, ſed etiam voluntatis humanæ impetum, ac violentiam fragilibus ſuperat inſtrumentis. *Sic arena*, inquit, *imbecillitate muniuit mare: ſic Platonem non per alium ſapientiorem Philoſophum ſuperauit, ſed per indoctum piſcatorem.*

33. Narraturus Iob ſuas diuitias: *Fuit*, inquit, *poſſeſſio eius ſeptem millia ouium, & tria millia camelorum, quingenta quoque iuga boum, & quingentæ aſinæ, ac familia multa nimis.* Iob. 1. num. 3. In quem

D. Greg. locum Diuus Gregorius lib. 1. Moral. cap. 6. *Quid eſt*, inquit, *quod prius animalium multitudo deſcribitur, & familia in extremo memoratur; niſi quod ad cognitionem fidei prius ſtulta mundi collecta ſunt, vt poſtea aſtuta eius etiam vocarentur?* Et paulo poſt optimam, ac præſenti inſtituto accommodatam rationem inculcat. *Ipſa*, inquit, *ſancta Eccleſia principia literarum perhibentur ignara; vt Deus cunctis Prædicatoribus ſuis oſtenderet, quod ad vitam credentes populos non ſermo, ſed cauſa ſuaderet.*

34. *Nathanael legis peritus non eligitur in Apoſtolũ, quia idiotis mundũ Deus confundit.*

Nathanaëlem Chriſtus Dominus laudauit; *Ecce*, inquit, *verus Iſraelita, in quo dolus non eſt*, Ioan. 1. num. 47. neque tamen in Apoſtolatum cooptauit. Quærit D. Auguſt. tract. 7. in Ioann. cap. 1. cur ille, cui tantum Dominus perhibuit teſtimonium, in Apoſtolis non numeretur. Et reſpondet:

D.Aug. *Intelligere debemus, ipſum Nathanaelem eruditum, & peritum legis fuiſſe: propterea noluit illum Dominus inter diſcipulos ponere, quia idiotas elegit, vnde confunderet mundum.* Quod ſtatim probat ex D. Paulo 1. Corinth. 1. num. 26. dicente: *Videte vocationem veſtram, fratres, quia non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles; ſed quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus, vt confundat ſapientes, & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia, & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea, quæ non ſunt, vt ea, quæ ſunt, deſtrueret.* Quibus verbis ſolùm ad humanam eloquentiam, & ſapientiam abolendam eloquentiſſimus, & ſapientiſſimus redditur D. Paulus.

D.Aug. Deinde verò addit Diuus Auguſtinus: *Dominus noſter Ieſus Chriſtus volens ſuperborum frangere ceruices, non quæſiuit per oratorem, piſcatorem: ſed de piſcatore lucratus eſt Imperatorem.* Et eandem doctrinam repetit in Pſalm. 65. ibi; *Date gloriam laudi eius.*

35. *Terra infirm e ad expugnandum orbem elegit Deus.*

Quare ex afflictis terræ collegit Deus milites, quibus orbem expugnaret. Cuius rei typus præceſſit in Dauide, de quo dicitur; *Et conuenerunt ad eum omnes, qui erant in anguſtia conſtituti, & oppreſſi ære alieno, & amaro animo, & factus eſt eorum princeps.* 1. Reg. 22. num. 2. Vt enim Dauid exiguis præſidiis regnum Iſraëlis ſubegit: ita Chriſtus Dominus orbem terrarum leuis armaturæ militibus ſuperauit. Rabbi Ionathan apud Lyran. non *afflictos*, ſed *fortes terræ* tranſtulit ex Hebræo. Nec immeritò, quia illi, qui afflicti videbantur, fortes ſuſtentando orbi extiterunt. Et

Rupert. propterea, inquit Rupert. ad hunc locum, *Euangelica veritas pauperes ſpiritu in fundamento beatitudinis collocauit.* Paupertas enim, quæ ipſamet afflictio, & infirmitas videtur, ipſi quoque beatitudini, quæ firmiſſima eſſe debet, præſtare poteſt firmitatem. Sed de hac re alibi plura.

36. *Humilium preces, & merita.*

Miſericordia verò diuina inde elucet, quia ſuper afflictos terræ ponit orbem, eorum humeris ſuſtentandum, & planè ruiturum, niſi eorum meritis fulciretur. Quid autem clementius, & benignius eſſe poteſt, quàm propter paucorum merita parcere ſceleribus plurimorum? Hæc autem non

D. Hier. Rupert. ſolùm D. Hieronym. & Rupert. citati ex Hebræis confirmant exiſtimantibus, pauperum meritis terram ſtare: ſed etiam Septuaginta innuere videntur, dum totam hanc ſententiam, *Domini enim ſunt cardines terræ, & poſuit ſuper eos orbem*, breuiùs ita vertunt, *Præbens votum oranti.* Quaſi dicerent, Deus non ſolùm humilem in ſublimi gloriæ ſolio conſtituit; verùm etiam eum pro mundo deprecantem, ſui voti compotem reddit. Vnde bene D.

D. Chryſ. Chryſolog. ſerm. 128. *Eccleſia*, inquit, *plus lacrymis, quam viribus contendit: neque enim tantum poteſt virtus, & ſudor fortium, quantum poſſunt lacrymæ paruulorum.*

37. *Humiliũ lacrymæ fortes ad deprecandum.*

Quantam verò vtilitatem mundo afferant iuſti, etiam pauciſſimi, eleganter expreſſit D. Ambroſ. lib. de Abraham, cap. 6. obſeruans, Deum ſuam Sodomæ miſericordiam promiſiſſe, ſi vel decem in ea iuſti inuenirentur. Geneſ. 18. num. 33. *Vnde*

D. Ambr. *Viri iuſti patriæ murus, & munimẽ.* *diſcimus*, inquit Ambroſ. *quantus murus patriæ ſit vir iuſtus, & quemadmodum non debeamus inuidere Sanctis, nec temerè derogare. Illorum etenim nos fides ſeruat; illorum iuſtitia ab excidio defendit. Sodoma quoque ſi habuiſſet viros decem iuſtos, potuit non perire.*

Phil. Hebr. Nec minùs eleganter Philo Hebræus lib. de migratione Abrahami; vbi aduertens in vno Abrahamo benedici vniuerſas cognationes terræ. Geneſ. 12. num. 3. *Compertum*, inquit, *eſt*

Iuſtorũ merita orbem fulciunt vt columnæ. *ad familias, ciuitates, regiones, nationes, atque etiam tractus terrarum longè, latèque patentes, ex vnius viri probitate non vnquam magna prouenire commoda, & felicitates ampliſſimas. Nam re vera fulcrum generis humani iuſtus eſt, ſuas dotes communicans, & in publicum vſum conferens.* Et paulo poſt. *Oremus*, inquit, *vt ceu columna in domo, in humano genere homo iuſtus permaneat ad calamitatum remedium. Nam hoc incolumi de publica ſalute deſperandum non eſt.* Hæc ille, vbi plura eleganter. Vnde rectè cæleſtis ſponſa de ſponſo ſuo loquuta, *Crura*, inquit, *illius columnæ marmoreæ.* Cant. 5. num. 15. Has autem columnas non eſſe alias, quàm ipſos iuſtos, quibus Eccleſia fulcitur, ac ſolidatur, ſignificauit Chaldæus transferens; *Iuſti autem ipſi ſunt columnæ ſeculi.* Vt tota rerum vniuerſitas ſtare videatur, dum iuſtorum meritis, & exemplis tanquam firmiſſimis columnis incumbit, ac roboratur.

38. *Tota Noë familia ob ipſius merita à diluuio liberatur.*

Mundo diluuium imminebat, omnia profligaturum, cum Deus ad Noë: *Ingrederis*, inquit, *arcam tu & filij tui, vxor tua, & vxores filiorum tuorum tecum.* Geneſ. 6. num. 18. Cur addit illud, *tecum*, quaſi non liceret in eo ingreſſu familiam à patrefamilias ſeparari? Rectè D. Chryſoſt. hom.

D.Chryſ. 24. *In honorem*, inquit, *iuſti. Conſuetudo enim miſericordiæ Dei eſt, honorem hunc dare ſeruis ſuis, vt propter eos ſaluentur & alij.* Et confirmat exemplo Pauli, quem atroci tempeſtate iactatum Angelus de cælo alloquitur in hunc modum: *Ne timeas Paule, ecce donauit tibi Deus omnes, qui nauigant tecum.* Actor. 27. numero 24. Vbi rurſus

A

D.Chryſ.

Diuus Chriſoſtomus: *Vidiſti, inquit, quomodo virtus viri ſalutem illis conciliauit*: Mitto interim de hac re plura. Ex dictis patet, diuina miſericordia factum eſſe, vt totus orbis, ſeu tota Eccleſia ſuper afflictos terræ poſita ſuſtentetur, & eorum meritis ful ia- tur. Quin etiam Chaldæus Paraphraſtes non ſolum ſignificat, Deum propter iuſtos orbem hactenus conſeruaſſe, ſed etiam ab initio condidiſſe. Sic enim vertit; *Ante Dominum reuelata ſunt facta filiorum hominum. Inferius apparuit gehennam impiis transgreſſoribus dictorum ſuorum. Et iuſti facientes voluntatem eius: fundauit illis orbem.* Vt propterea mirandum non ſit, quod à Deo tanti a[illegible]entur, & ab imo ad ſummum gradum feli[illegible]atis a- ducantur.

Orbis propter iuſtos conditus, & conſeruatus.

Num. 9. Pedes Sanctorum ſuorum ſeruabit, & impij in tenebris conticeſcent: quia non in fortitudine ſua roboratur vir.

EXPOSITIO LITERÆ.

1. Caiet.

PEdes Sanctorum, &c. Hactenus, vt rectè obſeruat Caietanus, egit Anna de diuina prouidentia in ordine ad temporalem huius vitæ gubernationem, res humanas aliter, quàm quiſque putauerat, diſponente; ad confundendam ſuperbiam impiorum, qui omnia ad ſuum ſibi nutum perpetuò ad[illegible]tura ſperabāt. Nunc agit de diuina prouidentia circa bonos, & malos, in ordine ad vitam æternam, qua illos ſeruat, hos caſtigat: vt non ſolùm ex præſentibus rerum ſucceſſibus, ſed multò magis ex futuris admoneantur impij, ne inaniter glorientur. Tribus igitur dubiis prima huius numeri pars, quæ eſt de prouidentia circa bonos, facilè explicabitur.

Dei prouidentia circa bonos, & malos.

Primum dubium. Quinam Sanctorum nomine intelligantur.

2.

SAncti dupliciter dicuntur; vel ſecundùm ſtatum, vel ſecundùm meritum. Priori modo Sancti olim dicebantur omnes Iudæi, iuxta illud Core, & ſociorum eius aduerſus Moyſem, & Aaronem coniurantium. *Sufficiat*, inquiunt, *vobis, quia omnis multitudo Sanctorum eſt, & in ipſis eſt Dominus. Cur eleuamini ſuper populum Domini?* Numer. 16. num. 3. Et illud Tobiæ ad Saram: *Filij*, inquit, *Sanctorum ſumus, & non poſſumus ita coniungi ſicut gentes, quæ ignorant Deum.* Tob. 8. num. 5. Et illud Dei ad vniuerſum populum: *Sculptilia comburite, quia populus ſanctus es Domino Deo tuo.* Deut. 7. n. 6. Et rurſum: *Non vos incidetis, nec [illegible]acietis caluitium ſuper mortuo, quoniam populus Sanctus es.* Deuter. 14. num. 2. Ac tandem: *En Deus elegit te hodie, &c. vt ſis populus Sanctus Domini Dei tui.* [illegible]eut. 26. num. 18. & 19. Eodem modo in naſc[illegible]tis E[illegible]æ primordi[illegible] omn[illegible] Chriſtiani dicebantur Sancti, vt patet ex D. Paulo multis locis. Rom. 1. num. 7. *Omnibus qui ſunt Romæ, dilectis Dei, vocatis Sanctis.* Rom. 15. num. 25. *Proficiſcar in Hieruſalem miniſtrare Sanctis.* Epheſ[illegible] numer. 15. *Audiens fidem veſtram, quæ eſt in Do[illegible]ino I e s v, & dilectionem in omnes Sanct[illegible], non c[illegible] [illegible] agere pro vobis.* Epheſ. num. *Mi[illegible] omni[illegible] S[illegible]ctorum minimo data eſt gratia hæc*, [illegible] p[illegible] m[illegible] ibi. Poſteriori modo dicuntur Sancti, [illegible] iuſti [illegible] col[illegible]nt, & gratiam in ſe habent ſanct[illegible]ntem. Quæ ſignificatio vulgarior eſt in Scriptura, quam vt debeat illuſtrari.

Sancti, vel tales dicuntur ſecūdùm ſtatum, vel, ſecundùm meritum, & gratiam.

In Eccleſiæ primordiis omnes Chriſtiani dicebantur Sancti.

3.

I[illegible] Abulenſ. hunc locum i[illegible]erpretatur de Sancti[illegible] [illegible] dæi, quos D[illegible], [illegible] oculi indolgenti[illegible] cuſtodiebat. A[illegible] tamen [illegible] nendum [illegible] de Sanct[illegible] [illegible] pti: tum quia Annæ [illegible] laudare, ſola fidei profeſſione Sanctos, operatione verò impios. [illegible] eos qui germanam colerent ſanctit[illegible]tem, abſque vlla limitatione ad ho[illegible] t[illegible], q[illegible]m ad i[illegible]o[illegible], vt de ſuperioribus eius po[illegible]tioribus iam d[illegible]imus: tum quia hoc modo diuiſio fiet adæquata, nam cum in priori membro ſint omnes impij, qui apud inferos dant pœn[illegible],

B

atque ade[illegible] intrinſecam habentes impietatem, in poſteriori debent eſſe omnes, & ſoli Sancti, qui gloriam apud ſuperos merentur, atque adeò in- trinſecam habentes ſanctitatem: tum denique quia hæc expoſitio non obſcurè ex fonte deriuatur. Nam Paraphraſt. Chald. vertit: *Corpus ſeruorum ſuorum iuſtorum cuſtodiuit a gehenna.* Vbi illa vocabulorum repetitio, *ſeruorum*, & *iuſtorum*, ſatis innuere videtur non ſolùm profeſſionis, ſed etiam operationis ſanctitatem. Item Caietanus ex Hebræo transfert, *Pedes miſericordium ſuorum cuſtodiet.* Et quidem rectè: nam nomen חסידים *chaſi im*, quod hic ponitur, ſignificat *miſericordes*, à radice חסד *cheſed*, hoc eſt, *miſericordia*. At quis non videt, miſericordes idem eſſe, atque intrinſec[illegible] Sanctos, & perfectos? Nam idem eſt apud Matth. cap. 5. num. 48. *Eſtote perf[illegible]i, ſicut & Pater veſter cœleſtis perfectus eſt*: atque apud Luc. cap 6. num. 36. *Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors eſt.* Sumitur enim ibi miſericordia pro germana ſanctitate, Quare idem eſt, pedes miſericordiam, atque pedes propri[illegible] Sanctorum. Et conſentiunt reliqui interpretes. Nam Beda, & Pagninus interpretantur, *piorum*: Vatabl. *bonorum*: Interlin. D. Greg. & Angelom. *electorum*: Rupert. *humilium*. Rurſum D. Greg. in Pſalm. 4. pœnitentialem, *Apoſtolorum*: qui planè non ſolùm ſecundùm ſtatum, ſed etiam ſecundùm meritum Sancti dicebantur. Et fauent Septuaginta transferentes, [illegible]: hoc eſt, *benedixit annis iuſti.* Vbi iuſtus dicitur non quidem a ſola fidei profeſſione, ſed à propria iuſtitia inhærente, ac formaliter iuſtificante; quæ ſola æternam benedictionem, de qua loquuntur, promeretur.

[illegible] interpretatio [illegible] dum [illegible] ſecundum [illegible] de Sa[illegible] dum meritū.

Caiet.

Sumitur aliquando miſericordia pro ſanctitate, & miſericors pro Sancto.

Beda. Pagnin. Vatabl. Interlin. D Gregor. Angelom. Rupert.

Iuſtus dicitur à iuſtitia formaliter iuſtificante.

C

D

Secundum dubium. Quid pedum nomine ſignificetur.

4.

PLerique intelligunt pedes animæ: Abul. pedes corporis. Ego cum Caietan. vtroſque. Corporis quidem, iuxta illud ex Pſalm. 90. num. 11. & 12. *Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis. In manibus portabunt te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.* Vbi vides Sanctorum dignitatem, & Angelorum humilitatem, ſiquidem hi, cum ſint excellent[illegible]ſſimi ſpiritus, eorum abi[illegible]iſſimis partibus tuendis, nimirum pedibus, [illegible]untur. Quod D. Bernard. ſerm. 12. in eum Pſ[illegible]lmum admiratus, Deòque magnopere gratulatus: *Beatos*, inquit, *illos ſpiritus propter nos remittis in miniſterium, cuſtodia noſtra deputas, noſtros iubet [illegible] pædagogos.* Et ſtatim expendit ſingula verba hu- [illegible] verſiculi. In primis illud, *Angelis ſuis*: nam terreni [illegible]rincipes nullo modo adduci poſſunt, vt quos ſuum in obſequium aſſumunt, in aliorum d[illegible] pertrent clientelam. Quo iure enim qui Regi prox[illegible]mè ſeruit, aliis etiam ſe ipſu inferioribus c[illegible]nſer uis famuletur? At vero Deus, inquit D. Bernard. *Angelis*

Abul. Caiet.

Pedū nomine, vel corporis, vel animæ, vel vtrinſque ſimul pedes ſignificantur.

D. Bern.

Prouida & ſtudi[illegible] Angelorum erga [illegible] mines cuſtodia.

E

Angelis ſuis vtique [illegible] hominibus, tam beatis, tam proximis, ibi cohærentibus, tam familiariter adhærentibus, [illegible] domeſticis Dei, mandauit de te, vt tuum [illegible] obſequium, ac ſeruitutem traderentur. neque ſolum lateri adhærerent, vt comites, ſed etiam pedibus ſubiacerent, vt baiuli *In manibus*, inquit, *portabunt te, ne vnquam offendas ad lapidem pedem tuum.* Quæ poteſt fingi protectio ſtudioſior, & cuſtodia prouidentior, quàm vt nobiliſſimæ Angelorum manus viliſſimis hominum pedibus ſubſternantur?

5\. *Deus, tanquam nutrix ſedula, ſuorũ pedes ſeruat, ac dirigit.*

Sed mirum id non eſt, cùm ipſe quoque Dominus eiſdem pedibus [illegible] non dedignetur, vt ta[illegible]: *Apud Dominum greſſus hominis dirigetur, & viam eius volet. cum ceciderit, non collidetur, quia Dominus ſupponit manum ſuam.* Pſalm. 36. num. 23. & 24. Sicut nutrices, & parentes curant aliquando, vt infantuli propriis pedibus ingrediantur, & tamen [illegible] turos [illegible] manu [illegible] ex[illegible] los amplectuntur, ac demulcent, ita planè Deus [illegible] ſuos aut lapſos erigit, aut ruituros [illegible], & ne vlo [illegible] patrocinatur. Vnde illud *Et ego quaſi nutricius Ephraim.* Oſeæ 11. n. 3. vt legit R. [illegible] Dauid, & poſt eum Pagninus, & Vatablus [illegible] *ambulare feci ſuper pedes Ephraim.* Hoc eſt, pedetentim [illegible] ducendo ne aberrarent pedes, ne læderentur. quo pacto infantuli à [illegible] deducuntur.

Pagnin. Vatab.

6\. *Sanctorum pedes figuratè pro toto corpore ponuntur. Caiet.*

Sed cur potiùs pedes Sanctorum dicuntur à Domino ſeruari? Dixerim eſſe figuratam loquutionem, qua pedes pro toto corpore ponantur. Vide Chaldæus, vt dixi, transfert, *Corpus ſeruorum ſuorum.* Addit Caietanus, quia inde ſumi poterat argumentum à fortiori, ad reliqui corporis cuſtodiam. Qui enim pedes, abiectiſſimas corporis partes ſeruat; cur pectus, caput, aliaſque nobiliſſimas partes deſeret immunitas? Præter quam rationem ſubdit alias duas Abulenſ. *Quia nulla* inquit, *eſt pars in toto corpore humano, quæ magis lædi poſſit, quàm pedes, & quia ſuper eos tota corporis moles ſuſtentatur.* Quaſi Deus vbi plus cernitur periculi, & laboris, ibi maiora, ac veluciora præſidia adhibeat. Addi poteſt, ſi ad Euangelicos præcones hæc verba referantur, non immeritò à Deo ſeruari, & roborari pedes totum orbem euangelizandi cauſa peragraturos, iuxta illud Dauidis ſecundùm literam, & Euangelici prædicatoris ſecundùm myſterium; *Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum.* Pſalm. 17. num. 34. Hoc eſt, qui pedes meos ad ceruinam in currendo velocitatem exæquandam roborauit, vt Euangelium vbique gentium quàm celerrimè euulgarem. Nam ſi Deus tam diligenti cuſtodia ſeruauit pedes Hebræorum per deſertum ambulantium, vt de illis diceret, *Pes tuus non eſt ſubtritus, en quadrageſimus annus eſt.* Deut. 8. n. 4. Quod iterum inculcauit, *Quadraginta annis paniſti eos in deſerto, & pedes eorum non ſunt attriti.* 2. Eſdr. 9. num. 21. Quid mirum, ſi Euangelicos præcones toto orbe excurſuros ita ſeruaret, vt nullo offendiculo læderentur?

Cur pedes potiùs à Deo ſeruantur, quàm alia corporis membra. Abul.

Deus euangelizantium pedes ſeruat incolumes.

7\. *Affectus celi nt [illegible]* *D. Auguſt. D. Bern.*

Animæ verò pedes ſunt affectus noſtri, quibus tanquam greſſibus ad Deum accedimus, & recedimus, vt D. Auguſt. in Pſalm. 94. non procul ab initio oſtendit. Vide D. Bernard. epiſt. 319. *Cæleſtem*, inquit, *requirere Hieruſalem, monachorum propoſitum eſt; & hoc non pedibus proficiſcendo, ſed affectibus proficiendo.* His pedibus monet Dauid ad Deum accedendum. *Accedite*, inquit, *ad Deum, & illuminamini.* Pſalm. 33. num. 6. nam vt docet D. Auguſt. in Pſal. 144. *animo accedendum eſt, non vehiculo, affectibus, non pedibus.* De his pedibus interpretatur hunc locum D. Greg. in vtroque commentario, Bed. Rup. Angelom. Hug. Card. Dionyſ. Carth. & alij in tertio diuino [illegible]. Sed inter alios affectus, qui pedum non [illegible] expr[illegible] duo, per quos firmamur, *fortitudinem, & humilitatem.* Nam fortitudinis pede inter aduerſa ſubſiſtimus, ne ruamus: pede verò humilitatis nitimur inter proſpera, ne leuiter eleuemur. Et rurſum [illegible] duos, per quos mouemur, *fidem, & amorem*; ad [illegible], & *ſpem.* Nam *per fidem ambulamus.* 2. Corinth. 5. num. 7. ſpes autem in[illegible]dit *vſque ad interiora velaminis.* Hebr. 6. num. 19. Amor verò ad Deum non ſolum ambulat, & incedit, ſed planè currit & volat. Vide D. Aug. præfat. in Pſal. 121. *Ad Deum*, inquit, *aſcendit volando, qui aſcendit amando.*

D. Gregor. Beda. Rupert.

Angelom. Hug. Card. Dionyſ.

Fortitudo, humilitas, fides, amor & ſpes, animi pedes, per quos firmamur, & mouemur.

D. Auguſt.

8\. *Nomine pedum [illegible] aliqui annos.* *D. Aug.*

Cæterùm pro pedibus vertunt Septuaginta, *annos. Benedixit annis iuſti*, vt eſt in Biblijs Regijs: vel, *annos iuſti*, vt eſt in Sixtianis. Addit verò D. Auguſt. lib. 17. ciu. cap. 4. *Et cum illo*, inquit *ſine fine viuit, cui dictum eſt, & anni tui non deficient.* Pſalm. 101. n. 28. *ibi enim ſtant anni [illegible] hic autem tranſeunt, imò pereunt. antequam enim veniant, non ſunt; cum autem venerint, non erunt, quia cum ſuo fine veniunt.* Vbi hanc benedictionem ad cæleſtem patriam refert, in qua temporaria, & miſerrima vita in æternam, & feliciſſimam commutatur. Sed cur *annos* pro pedibus tranſtulerunt? Forte quia ſicut via decurritur pedibus, ita vita [illegible] annis. Nihil verò addunt Septuaginta de illo impiorum ſilentio, ſiue ſupplicio, cum tamen, & in fonte, & in Vulgata exprimatur. Sed mirandum non eſt; quia Septuaginta, vt docet D. Auguſt. lib. 18. ciuit. c. 43. ſolebant aliquando aliquid prætermittere, & aliquid etiam addere, *vt oſtenderetur*, inquit, *non humanam fuiſſe in illo opere ſeruitutem, quam verbis debebat Interpres: ſed diuinam potius poteſtatem, quæ mentem implebat, & regebat Interpretis.* Quo in loco aſſirmat D. Aug. Septuaginta viros non ſolùm Interpretum, ſed etiam Prophetarum munere functos, ac diuino Spiritu repletos eſſe. De qua re grauis illi eſt cum D. Hier. controuerſia, [illegible] à nobis decidenda. Cur autem diuinam circa bonos prouidentiam expreſſerint, & circa malos prætermiſerint, de more Scripturæ præſtiterunt, in qua [illegible] antitheſes ſæpenumero claudicant; & expreſſis prioribus membris, quibus diuina miſericordia ſignificatur, ea, quibus diuina iuſtitia exprimitur, prætermittuntur. Exemplum ſit, vt alia interim omittam, illud Ioan. 16. n. 20. *Plorabitis, & flebitis vos, mundus autem gaudebit. Et ſtatim: ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium.* Tacet verò quod dicendum erat, vt perficeretur antitheſis, nempe mundi gaudium in triſtitiam vertendum, vt clariùs vis miſerendi, quàm puniendi exprimatur. Quod alibi fuſiùs illuſtrabo.

Quare Septuaginta Interpretes prouidentiam circa bonos expreſſerint, & impiorum ſupplicium omiſerint.

D. Hier.

Tertium dubium. Quo pacto Sanctorum pedes ſeruentur.

9\. *Locus intelligitur de cuſtodia Sanctorũ in via, & in termino. Abul.*

Difficultas eſt, an hoc loco ſermo ſit de cuſtodia Sanctorum in via, an etiam in patria. Interpretes, quos legerim, de via tantum loquuntur. Et rectè, ſi cum Abul. verba ſequentia, *impij in tenebris conticeſcent*, de via tantùm explicarent. Verum cùm hæc de termino etiam interpretentur, illa quoque eodem modo interpretanda cenſeo. Primum igitur ſeruantur in via, ne cadant in gehennam. Sic enim interpretatur Chaldæus, *Corpus ſeruorum ſuorum iuſtorum cuſtodiuit à gehenna.*

10\. *Sanctorũ pedes diuina gratia roborãtur, ne corruãt in tentationibus.* *D. Greg.*

Secundò ſeruantur, ne inter tentationes ruant in peccatum. Vnde Diuus Gregorius in poſter. comment. *Pedes*, inquit, *Sanctorum ſuorum ſeruare, eſt, conuerſos in tentatione greſſus electorum, ne corruant,*

ruant, per gratiam roborare. Atque ita ferè cæteri Interpretes exponunt. Multiplicitas vero tentationum, & inſidiarum, quæ Sanctorum pedibus tenduntur, tanta eſt, vt diuina luce præeunte opus ſit, qua euitentur. Vnde Dauid: *Lucerna,* inquit, *pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis.* Pſalm. 118. num. 105. In quem locum D. Bonauentura in 1. tom. *Sicut,* inquit, *pedes portant hominem exteriorem per viam naturalem, ſic affectiones portant interiorem per viam moralem.* Et ſtatim: *Dictis pedibus prouidere debemus, ne inquinentur, ne illaqueantur, ne ſubuertantur; ſed puri, liberi, & firmi ſeruentur. Inquinantur autem per luxuriam, illaqueentur per auaritiam, ſubuertuntur per ſuperbiam; ſed ſeruantur per ſanctimoniam. De primo, Laui pedes meos, ſcilicet, per pœnitentiam. Quomodo inquinabo illos, ſcilicet, per luxuriam? Ecce pedum inquinatio. De ſecundo, Laqueos abſconderunt pedibus meis. Ecce pedum illaqueatio. De tertio, Calamitates meæ illico ſurrexerunt, pedes meos ſubuerterunt. Ecce pedum ſubuerſio. De quarto, Pedes Sanctorum ſuorum ſeruabit. Ecce pedum ſeruatio.* Hæc Bonauentura diſertè, ac dilucidè.

D. Bonau.

11. *Quomodo pedes dicantur ſpecioſi.*

Ita ſeruati pedes euangelizantium pacem, ſpecioſi, & pulchri appellantur Roman. 10. num. 15. & Iſaiæ 52. numero 7. Hanc enim ſpeciem, & pulchritudinem illa diuina cuſtodia, & protectio à terrenarum amore rerum conferebat. Vnde D. Gregor. in Pſalmum quartum pœnitentialem. *Per pedes,* inquit, *euangelizantium, affectus intelligimus Apoſtolorum, qui quidem ſpecioſi erant, quando non ſua commoda, ſed auditorum vtilitatem quærebant: qui terreni lucri inquinamenta ex ipſo operationis ſuæ inceſſu non contrahebant. Tunc namque corporeos pedes habere ſpecioſos dicimur, quando nulla cœnoſa vitæ labe fœdamur. Quia ergo ex prædicationis officio terrenas diuitias Apoſtoli non quærebant, rectè de eis dicitur, quia pedes eorum ſpecioſi erant.* Et ſtatim totam hanc pulchritudinem, qua euangelizantium pedes excellebant, refert in diuinam illam prouidentiam, quæ illis hoc loco promittitur; *Pedes Sanctorum ſuorum ſeruabit.* Neque ſolùm à prauæ operationis cœno, ſed etiam à leuis cogitationis puluere ſeruantur pedes Sanctorum, iuxta illud, *Excutite puluerem de pedibus veſtris.* Matth. 10. num. 14. Quod Angelomus hic in hanc ſententiam detorquet. *Puluis,* inquit, *eſt leuitas terrenæ cogitationis: a quo ipſi etiam ſummi Prædicatores immunes eſſe nequeunt, cum pro auditoribus ſuis ſoliciti, ſalubribus curis inceſſanter intendunt. Sed hunc puluerem quotidie per effuſionem abluere feſtinant lacrymarum.* Itaque iuxta hos interpretes, pedes Sanctorum ſeruantur, cum ab omni labe non ſolum lethalis culpæ, ſed etiam venialis abſterguntur.

D. Greg.

Leues cogitationes velut puluis pedes inquinant.

Angelom.

12. *Sanctorum pedes ſeruantur, dum a tortuoſis, & obliquis callibus à Deo retrahuntur.*

Tertiò ſeruantur, cùm à deuiis & obliquis callibus retrahuntur, & ad regiam, ac rectam perfectionis viam reuocantur, per quam poſſint, vt loquitur Rupert. *ad ſolium gloriæ peruenire.* Vnde Sanctorum pedes dicuntur recti. Ezech. 1. num. 7. *Quia eorum opera,* inquit D. Gregor. homil. 3. in Ezech. *ad ſequendam iniquitatem non ſunt retorta.* Sic olim Moyſes cum ſuo populo per regionem Regis Edom, hoc eſt, Regis terreni, rectis pedibus ſe tranſiturum promittebat. *Obſecro,* inquit, *vt tranſire mihi liceat per terram tuam: non declinabimus in agros, & vineas, non bibemus aquas ex puteis, via regia gradiemur, donec tranſeamus terminos tuos.* Num. 21. num. 22. Quam pedum rectitudinem incredibiliter admiratur Philo Hebræus lib. Quod Deus ſit immutabilis. *O orationem,* inquit, *generoſam, & magnificam. Itane, obſecro, ſuperare, tranſire,*

Rupert.

D. Greg.

Phil. Hebr.

tranſcendere quidquid in terra bonum cenſetur, potens eris? Et poſt multa: quibus eorum generoſus animus ad res humanas contemnendas promptiſſimus adiuuatur, conſilium Olympicæ, cæleſtiſque animæ ſunt hæc tam ingentia facinora, quæ regione terreſtri iam relicta, ad diuinarum naturarum ſubducta eſt conſuetudinem. Repleta enim contemplatione verorum bonorum, & incorruptibilium, meritò adulterina iſta in diem durantia reiicit. Hactenus ille eleganter.

13. *Sanctorum pedes ſtabiles, firmi & veloces. Stabiles ne ab incepto dimoueantur.*

Vltimò ſeruantur, dum ſtabilitatem, & firmitatem, & velocitatem ſortiuntur. ſtabilitatem, ne vacillent in bono, ſed immobiles perſeuerent. Quod Dauid aliquando a Deo poſtulabatur: *Perfice greſſus meos in ſemitis tuis: vt non moueantur veſtigia mea.* Pſalm. 16. num. 5. Et aliquando gratulabatur ſe accepiſſe: *Impulſus euerſus ſum, vt caderem, & Dominus ſuſcepit me.* Pſalm. 117. num. 13. Aliquando verò hanc ſuam lubricitatem lamentabatur: *Mei autem penè moti ſunt pedes, penè effuſi ſunt greſſus mei.* Pſalm 72. num. 2. Et omnino mouerentur, effunderentúrque, niſi à Deo ſeruarentur. Quo pacto labuntur impij? *Quorum lapſum,* inquit Rupertus, *ruinámque irrecuperabilem exponentis Prophetæ; Non veniat, inquit, mihi pes ſuperbiæ, & manus peccatoris non moueat me. Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem, expulſi ſunt, nec potuerunt ſtare.* Pſalm. 35. n. 12. Quam enim ſtabilitatem habere poſſunt, qui vnico tantùm pede, eóque leuiſſimo, & vaniſſimo ſuperbiæ fulciuntur?

14. *Firmi, ne laboribus ſuccumbant.*

Firmitatem verò à Deo obtinent, ne ſuccumbant oneri, ſeu orbi, quem Dominus poſuit ſuper eos: hoc eſt, muneri prædicandi Euangelium, & gubernandi Eccleſiam. Quamuis enim habeant orbem infra ſe per contemptum; habent tamen ſuper ſe per curam, & prouidentiam, qua illum adminiſtrant: quod onus tantum eſt, vt ei ferendo non ſolùm Athlantæi humeri, ſed etiam Angelici impares eſſe videantur. Horum igitur pedes, inquit Sapiens, ſunt *columnæ aureæ ſuper baſes argenteas.* Eccleſiaſt. 26 num. 23. Qui ab argento niueum candorem; ab auro virtutum pretium, à baſibus, & columnis, robur, & firmitatem ferendis pro Eccleſia laboribus neceſſariam mutuantur.

Sanctorum pedes aureæ columnæ ſuper baſes argenteas.

15. *Veloces ad vitia fugienda, virtutes ſectandas, percurrendum orbem, &c.*

Velocitatem denique conſequuntur, ad fugienda vitia, ad ſectandas virtutes, ad peragrandum orbem Euangelij cauſa, ad currendam viam cœleſtium mandatorum, ad proficiendum ſemper in via perfectionis. Nam ſi impiorum pedes *veloces ſunt ad effundendum ſanguinem.* Pſalm. 13. num. 3. *Si pedes illorum ad malum currunt, & feſtinant, vt effundant ſanguinem.* Prouerb. 1. num. 16. Qua velocitate ferri debent Sancti ad opera pietatis? Alioqui, vt bene D. Bernard. epiſt. 341. *Erubeſcat anima conuerſa ad Dominum, minori affectu ſectari iuſtitiam, quàm iniquitatem antea ſectaretur. Pudeat negligentius nunc in vitam, quàm priùs in mortem ire, & minori ſtudio ſalutis acquirere, quàm perditionis augmentum.* En quo pacto Sanctorum pedes in hac vita ſeruentur. Sed & in futura ſeruantur, iuxta illud: *Ponet pedes meos quaſi ceruorum, & ſuper excelſa mea deducet me victor, in pſalmis canentem.* Abacuc 3. num. 19. Quod de dono agilitatis, & ſtatu beatitudinis recentiores interpretantur.

D. Bern.

16. *Duplici tenebrarū genere cruciantur impij, corporis, & mentis.*

Et impij in tenebris &c. Hæc eſt altera pars antitheſis de diuina circa malos prouidentia. Sed cum hæc verba de via, ac termino explicanda ſint, vt diximus, vtrúnque tenebras oſtendere oportet. Igitur in via duo ſunt tenebrarum genera, quibus impij cruciantur: mentis ſcilicet, & corporis.

Corporis

[illegible], vel [illegible], & in [illegible] aere [illegible], quibus [illegible] Ægyptiæ. Exod. 10. n. [illegible]. & [illegible] Vel [illegible], cùm nimium aere [illegible] oculi [illegible]ntur, vt contigit Sodomitis. Gen. 19. n. 11. & militibus Regis Syriæ. 4. Reg. 6. n. 18. Sed quamuis Anna de h[illegible] corpori[illegible] tenebr[illegible] loquatur: tamen non mihi videtur ad prædicto[illegible] [illegible] terminat[illegible] reſpexiſſe: tum quia [illegible], ſaltem duo priores de Ægyptijs, ac Sodomitis, erant iam præt[illegible] [illegible] verò de futuro loquebatur, tum quia [illegible] locutio vniuerſalior erat, vt ſæpe monui, ad quo[illegible]cunque caſu[illegible] ſimiles ſe extendens.

Ægyptiorum tenebræ, Sodomitarum, & militum Regis Syriæ.

17\. M[illegible] verò tenebræ ſunt in primis peccata quibus ob[illegible]cantur, vt In[illegible] [illegible] exponit. Deinde [illegible]chinationes illæ doloſæ, & tenebroſæ, quibus iuſtis inſidiantur, vt exponit Beda. Tandem illa cæcitas, & [illegible], qua impij ſæpenumero laborant: vel qu[illegible] [illegible] Dei iudicio, d[illegible]ibus, ac monitoribus [illegible] illud Pauli & Barnabæ ad Iudæos: *[illegible] quidem, oportebat primum loqui verbum Dei; [illegible] repel[illegible] illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes.* Act. 13. n. 46. Et illud Angelorum ad Babylonem. *Curauimus,* inquiunt, *Babylonem, [illegible] derelinquamus eam, & eamus vnuſquiſque in terram ſuam.* Ier. 51. n. 9. Vel quia ipſis doctoribus [illegible] malo reuocantibus [illegible] ſurdeſcere, & ſor[illegible] [illegible]tur, iuxta illud: *Dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum; ibunt in adinuentionibus ſuis.* Pſ. [illegible] n. [illegible]. Et illud: *Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant ea, quæ non conueniunt.* Rom. 1. n. [illegible]. [illegible] tenebris impij in hac vita con[illegible], puniuntur, & coercebuntur, vt ſtatim explicabo. [illegible] rei myſterium, olim cæci à [illegible] Deo offerendis excludebantur, iuxta illud. *Nec accedet ad miniſterium, ſi cæcus fuerit.* Leu. 21. n. 18. Quem locum D. Greg. 1. p. paſt. c. 11 expendens. *Cæcus,* inquit, *eſt qui ſupernæ contemplationis lumen ignorat, qui præſentis vitæ tenebris preſſus, dum veram lucem nequaquam diligendo conſpicit, quo greſſus operis porrigat, neſcit.* Hinc etenim prophetante Anna dicitur: *Impij in tenebris conticeſcent.* Atque hæc de tenebris vitæ.

Peccata mentis tenebræ. Interlin. Beda.

C[illegible] [illegible] debantur.

D. Greg.

18\. Iam verò in termino, ſeu cùm ex hac vita diſcedunt impij, in tenebras exteriores relegantur. Quod Innocent. Papa lib. 3 de contemptu mundi, cap. 4, probat in primis ex c. 10. Iob. n. 21. *Vadam, & non reuertar, ad terram tenebroſam, & opertam mortis caligine, terram miſeriæ, & tenebrarum.* Deinde ex Pſ. 48. n. 2[illegible]. *[illegible] in æternum non videbit lumen.* Tandem ex hoc loco: *Impij in tenebris conticeſcent.* Quamuis enim [illegible] ignis ſit comburens, non tamen ig[illegible] [illegible]: quia Deus relicta vi comburendi, aufert [illegible] igne vim illuminandi, iuxta illud Pſal. 28. n. 8. *[illegible] Domini intercidentis flammam ignis:* hoc eſt, ſeparantis [illegible] duas proprietates, vnàmque ſine altera relinquentis: vt ibi D. Baſil. interpretatur: ſicut etiam in hac vita fulgorem ignis à calore intercidit, dum in fornace Babylonis fulgebat ignis, non [illegible], vt præter D. Baſilium citatum vlterius exponit A[illegible] [illegible] Scripturæ, lib. 2. c. 31. & D. Greg. lib. 9. Moral. c. 35 [illegible] 49. Vbi etiam docet, [illegible] apud inferos, non ad ſolatium [illegible] ſed ut [illegible] damnati ſuos [illegible], & complices [illegible] modò in [illegible] & [illegible] aſpicientes torqueantur; & quos videndo amauerant, & amando deliquerant, eoſdem videndo oderint, & odiendo [illegible]. Fatendum tamen illud, quidquid lucis [illegible] erit, non niſi exiguum fore. Quo pacto olim T[illegible]oianus dux, vt prudenter finxit Latinus Poëta Æn. 6. dicitur apud inferos Didonem cognouiſſe

Impij poſt mortem æternis tenebris plectuntur.

Ignis inferorum comburens, non illuminans. D. Baſil.

D. Greg.

——— *Per vmbram*

Obſcuram qualem primo qui ſurgere menſe

Aut videt, aut vidiſſe putat per nubila Lunam. — Virgil.

19\. Sed quid eſt illud, *conticeſcent*? Aliqui propriè intelligunt idque dupliciter. Primò alludentes ad tenebras Ægyptias, quæ adeò erant craſſæ, teſte Phil. lib. de vita Moyſis, vt non poſſent illas loquentium voces commeare. Sic futurum dicunt apud inferos, vt præ tenebrarum denſitate, nullæ poſſint damnatorum voces intercurrere, nullæ penitus exaudiri. Quod ſilentium neſcio quid atrox, & immane, & horrendum animis incutiebit, iuxta illud Poëtæ Æneid. 2.

Philo.

Horror vbique animos, ſimul ipſa ſilentia terrent. — Virgil.

Sed hæc reſponſio neque de Ægypto, neque de inferno vera eſt. Nam in Ægypto conſtat Sap. 17. n. 4. horribiles ſonitus inter illas tenebras exauditos. In inferno autem exauditum fragorem cecinit Poëta 4. Georg.

Confutatur.

—*Terque fragor ſtagnis auditus Auerni.* — Virgil.

Imò & ſtridorem dentium audiendum, Chriſtus Dominus Mat. 8. n. 12 & ſæpe alibi prædixit.

20\. Secundò ſic intelligunt, quia damnati ſaltem à bonis verbis, à diuinis laudibus, à ſupplicibus precibus, à ſuorum ſcelerum excuſationibus abſtinebunt, iuxta illud: *Quia non infernus confitebitur tibi.* Iſa. 38. n. 18. Et illud: *Non mortui, qui ſunt in inferno, dabunt honorem, & iuſtificationem Domino.* Baruch 2. n. 17. Et illud: *Omnis iniquitas oppilabit os ſuum.* Pſal. 106. n. 42. Et præterea carebunt eo inter ſe colloquio, quod cum rerum leuamentum, nutrimentúmque amicitiarum eſſe ſolet. Verùm hoc ſatis non eſt, vt propriè, & ſimpliciter conticeſcere dicantur, cum adhuc in multas querimonias, & blaſphemias erumpant: quarum auditionem dicebat beatiſſimus noſter parens S. Ignatius videri ſibi maximam pœnam, quæ apud inferos ſuſtinearur. Et quamuis Sap. 5. à n. 4. dicantur intra ſe dixiſſe: *Nos inſenſati, &c. Ergo errauimus,* &c. *Laſſati ſumus in via iniquitatis* &c. quibus ſe, ſuáque infortunia lamentabantur: tamen dubitandum non videtur, quin etiam foras per has, ſimileſque ſui accuſationes effundantur; vt ex communi omnium gemitu maior ad ſingulos dolor deriuetur.

Damnati apud inferos mutuo ad inuicem colloquio carebunt, non tamen à blaſphemijs abſtinebunt.

21\. Quare tripicè hoc ſilentium interpretor tribus modis. Primò, *conticeſcent*, hoc eſt, obſcuri erunt, ducta ab auribus ad oculos metaphora. Quo pacto *ſilentem Lunam* vocat Plinius, Lunam cum Sole coëuntem, ac proinde non lucentem. Quò pertinet illud Virgil. 2. Æneid.

Tripliciter exponitur conticeſcere. Primò idem atque eſſe obſcurum.

——— *Tacita per amica ſilentia Lunæ.* — Virgil.

Hoc eſt, per tenebras Lunæ non apparentis. Et illud Politiani in Ruſtico:

Polit.

Quidq; ſilens moneat, quidq; inter menſtrua Luna.

22\. Secundò, *conticeſcent*, hoc eſt, immobiles erunt, tenebris, tanquam vinculis religati. Nam tenebræ inſtar carcerum, & vinculorum, ligant, claudunt, & conſtringunt. Vnde Ægyptiæ tenebræ erant Ægyptijs pro vinculis, & carceribus, quibus clauſi, & conſtricti tenebantur, iuxta illud Sap. 17. num. 2. *[illegible] vinculi tenebrarum compediti.* & num. 1[illegible]. *[illegible] cuſtodiebatur in carcere ſine ferro recluſus.* & num. 1[illegible]. *vna catena tenebrarum omnes erant colligati.* Sic [illegible] in [illegible] Canonica num. 3. vinculorum [illegible] & tenebrarum meminit: *Angelos,* inquit *qui non ſeruauerunt ſuum principatum,* &c. *in*

Secundò ponitur pro immobiles, & tenebris religato.

 culis

culis æternis ſub cali ine reſeruauit. Igitur, *conti ſcent in tenebris*, idem eſt, atq immobiles in tenebris, tanquam in vinculis conſtringentur. Et confirmari poteſt hæc expoſitio ex Moyſe in ſuo Cantico: *Fiant immobiles quaſi lapis*. Exo.15.n.16 in Hebræo eſt ידמו *idmu*: quod Chaldæus vertit, *Taceant ſicut lapis*, & Pagninus: *Tacuerunt tanquam lapis*, à verbo דמם *damam*, id eſt, *tacere*. Vbi vides pro eodem poni immobiles eſſe, & tacere. Sic igitur hoc loco idem eſſe poteſt, *conticeſcent*, & immobiles erunt: præſertim cum in fonte idem vocabulum, quod hic ponitur, inueniatur. Et confirmatur ex alijs locis. Exod.14 n.19. *Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis*. Hoc eſt, otioſi deſidebitis, & quieſcetis. 2. Reg. 19. n. 10. *Vſquequo ſiletis & non reducitis Regem?* Hoc eſt, vſquequò vacatis, & immobiles ſedetis? Pſal.27. n.1. *Deus meus ne ſileas a me, ne quando taceas à me* Hoc eſt, ne ceſſes, ne vaces, ne oueris à mei cura, cuſtodia, & protectione. *O mucro Domini, vſquequò non quieſces? ingredere in vaginam tuam: refrigerare, & ſile*. Ierem.47. n. 6. Vbi, *ſile*, idem eſt, atque quieſce, ne in plagas, & vulnera rotatus, huc, illucque verſeris.

Pagnin.

23. *Tertiò conticeſcere ponitur pro conuinci & confundi.*

Tertiò, *conticeſcent*, hoc eſt, conuincentur, & confundentur, & quod conſequens eſt, ingenti triſtitia, ac dolore afficientur: cum enim pudor, ac dolor intercludat fauces, & intercipiat ſpiritum, ne poſſit in verba exire; rectè per hanc taciturnitatem illæ affectiones tropicè ſignificantur. Quod paſſim in ſacris literis reperitur. *Moab conticuit, quia nocte vaſtatus eſt murus, Moab conticuit*. Iſa.15. n.1. Hoc eſt, acri dolore defixus obſtupuit. *Dominus Deus noſter ſilere nos fecit, & potum dedit nobis aquam fellis: peccauimus enim Domino*. Ierem.8.n.14. Hoc eſt, arguit, conuicit, & confudit nos, ne quidquam aduerſus eum loqueremur. *Venit caluitium ſuper Gazam, conticuit Aſcalon*. Ier.47.n.5. Vbi caluitium, & ſilentium pro mœrore, & dolore Philiſtinorum vſurpantur. *Sederunt in terra, conticuère ſenes filiæ Sion*. Thren.2.n.10. Scilicet, tantò dolore expreſſi, vt non poſſint eum loquendo leuare. *Nocte tacere feci matrem tuam. Conticuit populus meus, eo quòd non habuerit ſcientiam*. Oſeæ 4.n.5 & 6. Chaldæus vertit: *Pudore obruam Synagogam veſtram*. Hic enim pudor loquendi vſum intercidebat, præſertim ſcientiam, qua ſe excuſarent, non habentibus. *Conticuit omnis populus Chanaan* Sophon.1.n.11. nempe de ſuis ſceleribus conuictus, & confuſus.

24. *In iudicij die nulla erit impijs facinorum excuſatio.*

Huc pertinet illud Sapientis de impijs: *Non habebunt in die agnitionis alloquutionem*. Sap.3.num.18. Hoc eſt, in die iudicij, quando omnium tam externa opera, quàm interna cogitata manifeſtabuntur, non habebunt impij alloquutionem, qua vel ſua ſcelera excuſent, vel ſuas miſerias conſolentur. Et rurſus illud de ſupremo iudice contra ſceleratos reos, *Diſrumpet illos inflatos ſine voce*. Sap.4. n. 19. Hoc eſt, extremam damnationis ſententiam pronunciabit contra illos præ furore tumeſcentes, & præ dolore obmuteſcentes. Sic interrogatus à Rege homo ille non habens veſtem nuptialem, quomodo in locum conuiuij intrarit, *obmutuit*. Matth. 22.n.12. quia quam excuſationem obtenderet, non habebat. Sic olim poſtquam D. Petrus ſermonem habuit ad populum, *tacuit*, inquit Euangeliſta, *omnis multitudo*. Act.15.n.12. Vbi cum dicatur tacuiſſe non ad ſermonem habendum, ſed a[…] ſermonem iam habitum; non tam ſignificatur proprium ſilentium, quod præmittitur ad audiendum, quàm hoc metaphoricum quod ſequitur au[…]ione nempe aſſenſus, qui præſtatur dictis, qui[…]us quid reſpondeatur, aut quo pacto reſiſtatur, nihil iam [illegible] -urrit. Sic idem Apoſtolus Chriſtianos ad bene vi-uendum hortabatur *Vt bene, inquit, facientes obmuteſcere faciatis imprudentium hominum ignorantiam*. 1.Pet.2.n.15. Tanta enim bonorum exemplorum euidentia conuicti obmuteſcebant, quia quod contra obijcerent, non habebant. Sic tandem in inferno, *iniquitas contrahet os ſuum* Iob. [illegible].n.16. quia tandem conuicta, & confuſa, neque malos excuſare poterit, neque bonos accuſare. *Tunc enim ei*, inquit ibi D. Greg. *loqui contra bonos non vacat, quia malorum ſuorum digna retributione, linguam tormenta ligant*.

D.Greg.

25. *Infernum tam in profanis, quam ſacris literis ſilens appellatur.*

His igitur de cauſis dicuntur impij in tenebris conticeſcere. Imò & ipſe infernus appellatur *ſilens*, non ſolum in profanis literis, Virg.6 Æneid.

Et chaos, & Phlegeton loca nocte ſilentia latè.

Virgil.

Ouid.5.Faſt.

Ouid.

Mox etiam lemures animam dixère ſilentum.

Seneca in Hippolyto,

Senec.

Adijt ſilentem nocte perpetua domum.

Et ab Hom. Odyſſ.11 dicuntur [illegible], id eſt, *mortui ſilentes*, & paſſim alibi. Sed etiam in diuinis: *Paulo minus habitaſſet in inferno anima mea*. Pſ.93. n.17. Hebraicè, *in ſilentio*. *Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes, qui deſcendunt in infernum*. Pſal. 113.n.17. Hebraïcè, *in ſilentium*.

Homer.

26. *Nec iuſto, nec impio ſua ſufficit fortitudo, ſed à Deo roborari neceſſe eſt.*

Quia non in fortitudine ſua, &c. Reddit rationem vtriuſque ſententiæ, nimirum à Deo ſeruari bonos, & puniri malos; quia neque illi poſſunt ſibi ſufficere, neque hi Deo reſiſtere. Atque adeo vtrique præcidit omnem ſuperbiendi occaſionem: bonis quidem, quia non habent tantam fortitudinem, quanta neceſſaria eſt, vt ſibi ſufficiant: malis autem, quia non habent tantam fortitudinem, quanta neceſſaria eſt, vt Deo reſiſtant: neque enim *in fortitudine ſua roborabitur vir*. De priori confirmatione, quod iuſtus non roboretur in fortitudine ſua, & propterea opus ſit, vt a Deo ſeruetur, locum explicant Rupert. Caiet. Euthym. & alij communiter; & illuſtrat D.Aug.lib.Soliloquiorum, c.25. *Sperabam*, inquit, *aliquando in virtute mea, quæ tamen non erat virtus. Et cum ſic volui currere, vbi magis ſtare credebam, ibi magis cecidi. Quod magis credidi poſſe per me, minus ſemper potui. Dicebam enim, hoc faciam, illud perficiam. nec hoc, nec illud faciebam. Aderat voluntas, non erat facultas. Aderat facultas, non erat voluntas quam de meis viribus confidebam. Nunc autem confiteor tibi Domine Deus meus, quia non in fortitudine ſua roborabitur vir. Non eſt enim hominis velle, quod poſſit, aut poſſe, quod velis: vel ſcire, quod velit, & poſſit: ſed potiùs a te greſſus hominis diriguntur*. Cui aſſentitur D. Greg. in poſteriori commentario, expendens *viri* nomen, quod totam virtutem, ac fortitudinem ſonat. Et nihilominus *toties*, inquit, *illicita concupiſcendo labitur, quoties interna eius veſtigia a Domino tenente deſeruntur*. Quod probat exemplo Dauidis, alias quidem viri fortiſſimi; & tamen ſine diuino gratiæ auxilio infirmiſſimi. Qui proinde in ſe expertus eſt, *quia vir in ſe non habeat ſtatum roboris, ſed lapſum infirmitatis*. Et propterea ſuo iam lapſu admonitus, & veritus, ne iterum, ac ſæpius laberetur, Dominum precabatur: *Non me derelinquas vſquequaque*. Pſal.118 n.8. Vnde ſi inter tentationes vincimus, ſi inter appetituum incurſiones ſtamus, ſi bello laceſſiti, dæmones in fugam vertimus: *Non nos refugi ſpiritus ſed eum, quem in nobis aſpiciunt, expaueſcunt. Et ſi nos timent, idcirco profectò timent, quia in diuina gratia robur aſſumptos vident*.

Rupert. Caiet. Euthym. D.Aug.

D.Greg.

Tentationes non ſuperantur ſine Dei auxilio.

27. De poſteriori confirmatione, quod ſuperbus, & impius nō roboretur in fortitudine ſua; [illegible]

Superbus non à Deo in fortitudine roboratur, ſed magis humiliatur.

hum[illegible] [illegible] ſe [illegible] rigat, recta [illegible] , ita transferten[illegible] in gehennam in tenebris [illegible] , ad [illegible] quod non quiſquam, quid, ut in ea fortitudo puritatis ad diem iudicij. Vbi ſignificat tantum fore extremi iudicij rigorē, vt non ſolum impios, ſed etiam iuſtos, quantumuis puritate emineant, impar futurus ſit ad reddendam rationem eorū, de quibus arguet. Accedit D. Bonau. ſer. 2. de dedicatione Eccleſiæ, vbi viri nomine intelligit potentes huius ſæculi, & pauperū oppreſſores. *Hi viri, inquit, in te, dicuntur in iudicio, & eorum colla à pauperibus con[illegible] abitur.* In vultus rei, pum poſtquam [illegible] cepit quinque Reges, vt eos, antequam [illegible] eret manari ludibrio haberet, & ſuos milites ex Regum contemptu faceret audaciores, omnibus imperauit, dicens: *Ite, & ponite pedes ſuper colla Regum iſtorū.* [illegible] n. 24 Quo in loco D Bonau. inſultabundus exclamat: *Vbi tunc erit potentia eorum? Non in fortitudine ſua roborabitur vir.*

D Bonau.

In iudicio die ſuperbi & potentes ab humilibus conculcabantur.

Num: 10. Dominum formidabunt aduerſarij eius, & ſuper ipſos in cælis tonabit: Dominus iudicabit fines terræ, & dabit imperium Regi ſuo, & ſublimabit cornu Chriſti ſui.

EXPOSITIO LITERÆ.

1. *Literalis ſenſus quomodo orniatur ex Latina, Græca, & Hebræa radice.*

IN præſenti, & præcedenti numero transferendis, & interpungendis, aliquantulum diſcrepant Hebræa, Græca, & Latina exēplaria. Nam Hebræa habent, *Domine conterantur rixæ eius*, ſiu, *rixātes eius.* Cuius ſententiæ vis paulò poſt explicabitur. Græca in Complutenſi, & Regia editione claudunt numerum nonum his verbis, *Dominus infirmum faciet aduerſarium ſuum. Dominus ſanctus.* Vbi illud *ἀντίδικον αὐτοῦ*, verti poteſt, vel *aduerſarium eius*; ſcilicet iuſti, cui impius inuidet, ac reſiſtit: vel *aduerſarium ſuum*: hoc eſt, ipſius Dei, vt ornat D. Aug. lib. 17. ciu. c. 5. *Cum enim, inquit, Dominus poſſidere nos cœperit; profectò aduerſarius, qui noſter fuerat, ipſius fit, & vincitur à nobis, ſed non viribus noſtris: quia non in virtute ſua potens eſt vir.* Vbi vides cauſam Dei, & ſeruorum eius adeò inter ſe coniunctas eſſe, vt qui ſeruo Dei aduerſatur Deo aduerſari exiſtimetur. Sixtina verò editio addit prædictis verbis: *Et non glorietur prudens in prudentia ſua; & non glorietur potens in potentia ſua; & non glorietur diues in diuitiis ſuis. Sed in hoc glorietur, qui gloriatur, intelligere, & ſcire Dominum, & facere indicium, & iuſtitiam in medio terræ.* Atque ita legunt Theod. Euthym. & alij interpretes, & præter eos D. Aug. lib. ciu. 17. c. 4 D. Baſil. hom. 22. de humilitate, D Greg. Naz. orat. 16. eiuſque interpres Nicetas, & D. Antioch. hom. 43. de vana gloria. Quæ verba Septuaginta ex c. 9. Ieremiæ n. 23. vn[illegible] [illegible] ra n. 1. retulimus, pauci mutatis in hunc locum tranſtulerunt. Quare apud Ieremiæ interpretes videatur.

D. Auguſt.

Qui Dei ſeruis aduerſatur, ipſi Deo eſt inimicus.

Theod. Euthym. D. Aug. D. Baſil. D Greg. Nicet. D. Antioch.

2. *Tria gloriationis fundamenta.*

Interim pro [illegible] orum breui explicatu tria obſeruanda. Primò hæc verba eſſe quædam veluti commentaria illius ſententiæ: *Non in fortitudine ſua roborabitur vir*, qua Anna humanam ſuperbiam abolendam curauit. Quare ſtatim omnis humana gloriatio prohibetur, dum [illegible] ſcet illa tria humanæ præſumptionis, & gloriationis fundamenta, ſapientia, potentia, & opulentia, eneruantur, & ſubuertūtur. Nam in primis monet, ne quis in ſua prudentia, ac ſapientia glorietur, cum ea ſæpe à Deo in

A ſtultitiam redigatur, iuxta illud *Perdam ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium reprobabo.* 1. Cor. 1. n. 19. Teſtis Pharao, Exod. 1. n. 22 qui con ſilium de infantibus Hebræorum, deme gendis, prudentiſſimum eſſe ratus ad regnum conſeruandum, tandem expertus eſt, aptiſſimum fuiſſe ad perdendum; & inde ſuam aſtutiam in itam fuiſſe deprehendit, vnde ſuam ſapientiam magnopere [illegible] turam ſperauit: nam qua via curauit vt Moyſes deijceretur in flumen, effecit, vt admitteretur in palatium; & vbi Moyſis interitum machinatus eſt, ibi auſpicatus eſt eius imperium. Teſtes & Iudæi, Ioan. 11. n. 48. qui prudenter ſibi videbantur conſultare de Chriſto occidendo, ne Romanis ſubij-

B cerentur; & tamen ſubiecti ſunt, quia occiderunt. Imò & ipſe Iudæorum pater diabolus, quo laqueo Chriſtum Dominum capere voluit, captus eſt; & quam mortem illi ſtruxit, ſibi inflixit. Ex quo optima mihi videtur illa D. Baſil. ſuprà citat. conſequutio. *Si, inquit, princeps iſte mundi, primus maximus, & inuiſibilis mundanæ ſapientiæ ſophiſta, ſui ipſius commentis capitur, & in extremam reuoluitur inſipientiam; multo magis illius diſcipuli, & æmulatores, etiamſi innumera commententur, vbi ſe ſapientes eſſe dicunt, ſtulti facti ſunt.* Quod patuit in virga Moyſis verſa in draconem, Ægyptios dracones deuorantem. Exod. 7. à n. 10. nam illa virga, interprete Orig. hom. 4. ad eum locum, Chriſti Crucem; ille draco Moſaicus, & illi Ægyptij, diuinam ac profanam ſapientiam

C repræſentabant. *Crux ergo Chriſti*, inquit Orig. *cuius prædicatio ſtultitia videbatur, poſtquam in terram proiecta eſt, id eſt, poſtquam ad crudelitatem, & fidem hominum venit, conuerſa eſt in ſapientiam & tantam ſapientiam, vt omnium Ægyptiorum, id eſt, huius mundi ſapientiam deuorauit. Intuere ergo quomodo ſtultam fecit Deus ſapientiam huius mundi.*

D. Baſil.

Moſis virga Chriſti Crucem figurabat. Orig.

Deinde monet, ne quis in ſua potentia inaniter glorietur. Nam ſicut humilis Paulus cum infirmabatur, tunc potens erat: ſic & vice verſa, ſuperbi arrogantes homines, cum ſibi potentiſſimi videntur, tunc infirmiſſimi deprehenduntur. Teſtis Roboam, qui oſtendere ſe volens parte ſuo Salomone fortiorem: *Minimus, inquit, digitus meus groſ-*

3. *Non eſt in potentia inaniter gloriandum.*

D *ſior eſt dorſo patris mei.* 3. Reg 12 n. [illegible] Sed pl[illegible] miſer, *ætate iuuenis, mente ipſa iuuenilior*, vt vocat D. Baſil. per eandem, qua regnum conſeruare voluit potentiam, regnum amiſit. Teſtis & Abimelech filius Gedeonis, qui occidens fratres ſuos ſeptuaginta viros, vt ſuam potentiam oſtentaret. Iud. 9. n. 5 à fœmina occiſus eſt, quæ illius infirmitatem teſtaretur. ibid. n. [illegible] & eandem paſſus eſt, quam intulit, violentiam. per eoſdem gradus è principatu deiectus, per quos ad principatum aſcendere conabatur.

D Baſil.

Tandem monet, ne quis de ſua opulētia glorietur. Et rectè quidē, cum diuitiarum *gloria*, vt loquitur D. Baſil. cit. *quouis ſomno inanior ſit, & ſplendor eius ha-*

4. *Nullus de ſuis diuitiis glorietur.* D Baſil.

E *beat nocturnis ſpectris vaniorem.* Nōnne Ezechias, cum ſua opes vendi[illegible] uit, oſtentau[illegible] q; Babylonijs legatis, miſeram fecit omnium iacturam? 4. Reg. [illegible] à n. 12. Nōnne Nabuchodonoſor, eum de opulentia regni ſui nimium inſoleſceret, illud meruit, vt non ſolūm Regis purpura, ſed etiā hominis figura exueretur? Dan. 4. à n. 27. Nonne diues ille F[illegible] g[illegible] us, cum de horreis ſu[illegible] dilat[illegible] ndis co[illegible] tabat, adeo ſua ſpe falſus, ac delu[illegible] eſt, vt ſtatim ad ſepulchri anguſtias repoſceretur? Luc. 12. à n. 1[illegible]. Ergo, concludunt reprobi apud inferos, vtinam tam fructuoſe, quàm vere: *quid nobis profuit ſuperbia? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis?* Sap 5. n. 8.

Vltenus verò monent D Baſil. D Greg. Naz. & Nicet. proxime citati, vt neque de prædictis [illegible], neque de quibuſque alijs huius vitæ glorientur.

5. D Baſil. D Greg. Nicet.

Addunt

Omnia terrena volubilia, cæleſtia verò ſtabilia ac diuturna.

Addúntque propterea à Deo ſapienter conſtitutum, vt omnia in hac vita mobilia ſint, ac volubilia; omnia tanquam in ludo calculorum iactentur, & immutentur: omnia denique ſurſum, ac deorſum transferantur, & tranſponantur, & priuſquàm veniant, effugiant; & vix apprehenſa, iam ſe proripiant, nec dum ſatis viſa, iam euaneſcant: vt cæleſtium bonorum cupiditate, quæ ſola ſtabilia ſunt, ac diuturna, incendamur. *Quid enim*, inquit, Nazianz. *feciſſemus, ſi proſperitas nobis firma, & perpetua eſſet; cum licèt fluxa, & fragilis ſit, vſque eo tamen ipſi tanquam vinculis quibuſdam adſtricti ſumus, eiuſque voluptate, atque impoſtura in hanc ſeruitutem redacti, vt nihil præſentibus rebus melius, atque excellentius cogitare poſſimus?*

6 Secundum, circa illa verba, *in hoc glorietur, qui gloriatur, intelligere, & ſcire Dominum, & facere iudicium, & iuſtitiam*, in primis aduertendum, quamuis Ierem. c. 9. n. 24. dicat, *in hoc glorietur, qui gloriatur, ſcire, & noſſe me, quia ego ſum Dominus, qui facio miſericordiam, & iudicium, & iuſtitiam in terra:* atque adeò exequutionem iudicij, & iuſtitiæ tribuat non ei, qui gloriatur, ſed Deo, de cuius cognitione gloriatur, ita vt in cognoſcendo Deo iudicium, & iuſtitiam exequente vera gloriatio conſiſtat; tamen hoc loco, vt ipſa verba per ſe magis indicant, tam cognitionem de Deo, quàm exequutionem iudicij, & iuſtitiæ, tribuendam eſſe ei, qui gloriatur, ita vt de vtraq; glorietur. Deinde obſeruandum, hanc gloriationem permitti, imò potiùs ſuaderi, vtpote veram, ſolidam, & germanam, quippe quæ ſit de recta cognitione, & iuſta operatione. Eſt autem recta cognitio, qua intelligimus & ſcimus Dominum, non ſolùm directè tendendo in ipſum Deú, ſed etiam reflexè quodammodo aduertendo, eam cognitionem non tam eſſe proprio labore acquiſitam, quàm diuino beneficio cõmunicatam. Quod D Aug. ſæpius citat. lib. 17. ciuit. cap. 4. potiſſimum requirit, vt inaniter gloriandi periculum effugiatur; nam ſi quis glorietur de illa cognitione, quam accepit, quaſi non acceperit, inaniter gloriabitur: cum non tam Deo, quàm ſibi, ſuam de Deo tribuat cognitionem. Iuſta vero operatio eſt, qua facimus iudicium, & iuſtitiam, hoc eſt, interprete D. Auguſtino, qua rectè viuimus, ſeu obtemperamus Deo præcipienti ex vera charitate, *de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta*, quæ eſt finis præcepti, teſte Apoſtolo 1. Timoth. 1. n. 5. *Charitas autem ex Deo eſt*. 1. Ioan. 4. num. 7. Vnde, qui ex hac charitate operatur, non tam ſibi, quam Deo ſuam tribuit operationem: ac proinde quantumuis de illa glorietur, non inaniter, ſed ſolide gloriatur: cùm totam ſuæ operationis gloriam non ſibi, ſed Deo adſcribendam arbitretur. Vnde Apoſtolus alludens ad hunc locum: *Qui*, inquit, *gloriatur, in Domino glorietur*. 2. Cor. 10. n. 17. Quaſi non eſſet aliud, in illa cognitione, & operatione, tanquam à Deo acceptis, & ad Deum relatis, gloriari, quam in Domino gloriari. Notat verò Theod. priùs dici de cognitione, quàm de operatione gloriandum, vt doctrinæ veritas ſeruetur, quæ in eo conſiſtit, vt cognitio de Deo ſeu fides, quæ eſt cæterarum virtutum fundamentum, cæteris operationibus ſanctis præminatur, vt in illa omnes, & nitantur & ſolidentur.

Permittitur, imò ſuadetur gloriatio de recta cognitione, & iuſta operatione, quatenus à Deo, vt à fonte procedit.

D. Aug.

Theod.

7. Tertium, circa illud, *in medio terræ*, obſeruandum, non ita explicari oportere, quaſi ſoli mediterranei homines, & non maritimi, iudicium, & iuſtitiam facere teneantur; vt D. Aug. cit. lib. 17. ciuit. c. 4. rectè obſeruat. Qui deinde locum ita explicat. *Ne quiſquam*, inquit, *putaret, poſt finem vitæ ſupereſſe tempus iudicium, iuſtitiámque faciendi, quam cum eſſet in carne non fecit, & ſic diuinum euadi poſſe iudicium, in medio terræ mihi videtur dictum, cum quiſque viuit in corpore. Proinde in medio terræ, id eſt, cum anima noſtra iſto terreno clauditur corpore, faciendum eſt iudicium, & iuſtitia, quod nobis proſit in poſterum.* Et in hunc ſenſum explicat illud, *operatus eſt ſalutem in medio terræ* Pſalm. 73. num. 12. non reſpiciendo locum, qui fuerit terræ medius: ſed tempus, quo diuinum *Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis*, terreno corpore quodammodo circumfuſum: in quo tempore Deus qui eſt ante ſæcula, ſalutem noſtram operatus eſt. Cæterùm hæc expoſitio licèt moribus opportuna, tamen literæ mihi videtur violentior. Quare faciliùs exponi poſſet, *in medio terræ*: id eſt, palàm, & in luce hominum. Quo fortaſſe ſenſu dixit Sunamitis: *In medio populi mei habito*. 4. Reg 4. n. 13. id eſt, non amo tenebras, conſpectum hominum non diffugio, in litigijs non viuo, mea omnia aperta ſunt, & expedita. Sic ergo in medio terræ facere iuſtitiam, eſt, bona opera exercere, non in tenebris, non in angulis, non in receſſibus; ſed palàm, in vrbe, & in foro. Neque enim bona opera ſemper occultanda ſunt, ſed in tempore manifeſtanda: ſicut lucerna, quæ non ponitur ſub modio, ſed ſuper candelabrum. Vel etiam, facere iuſtitiam in medio terræ, eſſe poteſt, æquabiliter ſe habere erga omnes, non accedere ad hos, non recedere ab illis, ad extrema non declinare, ſemper in medio conſiſtere, vnde par ad omnes cura, & affectio exprimatur. Sed iam ad vulgata, ac Latina exemplaria.

Quid ſignificet, in medio terræ

D. Aug.

Prima reſponſio, idem eſſe, atq; dum anima in corpore continetur.

Reiicitur.

Vera expoſitio, in medio terræ, id eſt, palàm, & in luce hominum.

Dominum formidabunt, &c. Totus hic verſiculus eſt propheticus de nouiſſimis Chriſti temporibus, vt plerique docent interpretes. Quidquid conentur Iudæi, cum ſuo Ionathan Chaldaico Paraphraſte, vt refert Lyranus, non ſolùm hunc verſiculum, ſed totum hoc canticum de ſua Republica interpretari. Quibus ſanè Abul. plus quàm par erat moriger, priorem huius verſiculi partem ad Iudæorum tempora detorquet. Quando ſcilicet Philiſthiÿ Deum pro Hebræis depugnantem formidarunt. 1. Reg 4. num 7. & quando Deus eoſdem Philiſtinos populum Iſraël aggredientes ingenti tonitru terrefecit. 1. Reg. 7. num. 10. Verùm cum ille poſteriorem partem de tempore Meſſiæ interpretetur; non eſt cur priorem de eodem non exponat. Imò & Rupertus, qui hunc locum expoſuerat de illa grandinum, ſeu potiùs fulminum procella in Gabaonitas pro Iſraëlitis ſeruiente. Ioſue 10. n. 11. & ſimiliter explicare poſſet de illa alia imbrium, ac tonitruum tempeſtate, quam ſudo, ac ſereno cælo ad malos perterrendos Samuel ſuis precibus excitauit; infrà c. 12. n. 18. tandem liberiùs reuocat ad Meſſiæ tempora totam huius loci intelligentiam, vt ſtatim patebit. 8.

Integer verſiculus de Meſſiæ temporibus exponendus.

Lyran.

Abul.

Rupert.

De quo Chriſti Domini aduentu hic verſiculus intelligatur.

DVbium tamen ſupereſt, de primóne, an de ſecundo Chriſti aduentu locus intelligatur. De primo intelligunt Theod. Procop Rupert. Angelom. Euthym. & alij: fauere videntur 70. transferentes, *Dominus aſcendit in cælos, & tonuit*. Quaſi de Chriſto Domino in cælum aſcendente, & in totú orbem per Apoſtolorum prædicationé tonante loquerentur. Neq; deſunt ad hoc interpretamentum congruentiæ. Vna, quia Apoſtoli rectè dicuntur cæli, ſuper quos, ſeu per quos Dominus tonuerit: ſic enim appellantur Pſal. 18. n. 2. *Cæli enarrant gloriam Dei*. Vnde D. Amb. ſerm. 12. in Pſ. 118. *Sunt etiam*, inquit, *in terris cæli, qui enarrant gloriam Dei.* 9.

De primo Chriſti aduentu aliqui intelligunt.

Theod.

Procop.

Rupert.

Angelom.

Euthym.

Apoſtoli cæli.

D. Ambr.

Et

Et ſtatim: *Quemadmodum*, inquit, *terra dictus eſt, qui lapſus ex illa præuaricatione cæleſtis gratiæ, & in hæc vitia terrena deiectus, præuaricationis ſuæ ſe vinculis religauit, ita & è contrario cælum dicitur, qui vitam Angelorum cuſtodia integritatis exercet, & corpus ſuum continenti ſobrietate moderatur.* Et in hunc ſenſum explicat illud Pſalmi cit. n. 89. *In æternum, Domine, verbum tuum permanet in cælo* Hoc eſt, in Angelo, vel in homine iuſto, in quibus Dei verbum permanet, quia illud cuſtodiunt, & in theſauro cordis ſui quodammodo recondunt; cum improbi illud imprudenter, & incautè promant, ac diabolo de corde ipſorum auferendum proponant. Sic explicat, & illud Iſaiæ 66. n. 1. *Cælum ſedes mea*, ſeu, vt ipſe legit. *Cælum mihi thronus.* Et ſtatim: *Ego*, inquit, *magis iuſti affectum, quam elementum intelligo.*

10. Non aliter & illud Iſaiæ 1. n. 2. *Audite cæli, & auribus percipe terra*; in hunc ſenſum interpretatur

Clem. Alex.

Clem. Alex lib. 4. ſtrom. n. 8. *Appellat*, inquit, *cælum animam eius, qui eſt præditus cognitione, qui cælum, & rerum diuinarum ſuſcepit cognitionem. Contrà enim eum, qui elegerat inſcitiam, & cordis duritiem, terram dixit* Vbi quamuis in vniuerſum de quolibet iuſto loquatur, peculiari ratione Apoſtolis accommodaret. De quibus ſine dubio eſt illod æterni Patris ad Filium: *In vmbra manus meæ protexi te, vt plantes cælos.* Iſaiæ 51. n. 16. hoc eſt, Apoſtolos, vt Interlin. exponit. Vnde iiſdem terminis cæli, & Apoſtoli explicantur. Nam Dauid: *Opera*, inquit, *manuum tuarum ſunt cæli.* Pſalm. 101. n. 26. At verò Dominus ipſe de Apoſtolis loquutus: *Erubeſcet*, inquit, ſcilicet populus Iudaicus, *cum viderit filios ſuos, opera manuum mearum in medio ſui, ſanctificantes nomen meum.* Iſaiæ 29. num. 23. Quaſi tam eximia arte facta, vt cæli, & Apoſtoli, non niſi ab vno, eodémque artifice, eóque ſupremo fabricari potuiſſent. Rurſus cælorum nomine ſignificauit Deus ipſos Apoſtolos, dicens: *Induam cælos tenebris.* Iſa. 50. n. 3. Nam ſicut cælum Sole deficiente quandoque obſcuratur, ne ab ignaris hominibus aliquid diuinitatis habere exiſtimetur: ita permiſſum à Deo eſt, vt Apoſtoli in aliquas criminum tenebras ruerent, ne ipſi de ſuæ ſplendore ſanctitatis nimiùm gloriarentur. Alioqui non immeritò cæli appellantur.

11. De qua re diſertiſſimè D. Hieron. Nam ad illa verba: *Benedicat te Dominus ex Sion qui fecit cælum, & terram.* Pſalm. 133. num. 3. *Multi*, inquit, *de terra cæli ſunt; & multi de cælo, terra. Infelix Iudas cælum fuit, & factus eſt terra. Paulus Apoſtolus eo tempore, quo perſequebatur Eccleſiam, terra erat; confeſſus eſt, & cælum factus eſt.* Tandem D. Bern. ſerm. 27. in Cant. illud Dauidicum: *Qui fecit cælos in intellectu.* Pſalm. 135. n. 5. de Apoſtolis interpretatur. Vbi vocat animam iuſtam, *non modo cæleſtem propter originem; ſed etiam cælum propter imitationem.* Et ne ſuus huic cælo ornatus deſit, docet in eo Solem eſſe intellectum; Lunam, fidem; aſtra, virtutes. Nam *quomodo*, inquit, *ſtellæ in nocte lucent, in die latent: ſic vera virtus, quæ ſæpe in proſperis non apparet, eminet in aduerſis. Illud ſanè cautelæ, hoc neceſſitatis.* Et poſt multa de hac re eleganter addit ſub finem, loquutus de Eccleſia: *Habet cælos ſuos homines ſpirituales, vita, & opinione conſpicuos, fide puros, ſpe firmos, latos charitate, contemplatione ſuſpenſos. Et hi pluentes pluuiam verbi ſalutarem, tonant increpationibus, coruſcant miraculis.* Mitto plura de hac re Nam ex dictis patet meritò potuiſſe hoc loco per cælos intelligi Apoſtolos, qui prædicando verbum Dei, vbique gentium diuinam gloriam enarrarent.

D. Hieron.

Quo Sole, Luna, & ſyderibus, anima iuſta velut cælum exornetur.

D. Bern.

12. Altera congruentia, quia Apoſtolorum doctrina cum tonitru rectè comparatur. Vnde etiam veteres oratores, qui multum eloquentia valebant, tonare, & fulminare dicebantur. Nam olim Pericles, vt refert Marcus Tullius lib. de perfecto oratore, *ab Ariſtophane Poeta fulgurare, & tonare, & permiſcere totam Græciam dictus eſt.* Plin. in præf. ad Veſpaſianum: *Quare*, inquit, *tu ore patris laudes tonas?* Et Plinius Iunior lib. 3. epiſt. ad Tacitum: *Oratio*, inquit, *magnifica, & excelſa tonat, fulgurat.* Quintilianus lib. 2. cap. 16. pulchrum eſſe docet oratori, tantum aſſequi laudis: *vt non loqui, non orare; ſed, quod Pericli contigit, fulgurare, & tonare videatur.* Denique, vt alios omittam, D. Hieron. lib. 1. contra Iouin. loquutus de Philippo Macedonum Rege: *Contra quem*, inquit, *Demoſthenis Philippica tonant.* Neque ſolùm profani, ſed etiam ſacri oratores tonare dicebantur. Nam de Apoſtolo Paulo rectè idem D. Hier. in Apolog. ad Pammachium, quæ eſt epiſt. 50. *Paulum*, inquit, *Apoſtolum quotieſcunque lego, videor mihi non verba audire, ſed tonitrua.* Et paulò poſt: *Videntur quidem verba ſimplicia & quaſi innocentis hominis, ac ruſticani, & qui nec facere, nec declinare nouerit inſidias: ſed quocunque reſpexeris, fulmina ſunt.* Quod ſi verba Apoſtoli lecta, tonitrua, ac fulmina videbantur; quid ab eo prolata? *Habet enim*, vt docet idem D. Hier. epiſt. 103. ad Paulinum, *neſcio quid latentis energiæ viua vox, & in aures diſcipuli de auctoris ore transfuſa, fortius ſonat.* Quod probat exemplo Æſchinis optimi oratoris, ex Tullio lib. 3. de orat. deſumpto, qui, cùm Rhodij, apud quos exularat, lectam Demoſthenis orationem admirarentur, *ſuſpirans ait; Quid, ſi ipſam audiſſetis beſtiam, ſua verba reſonantem?* Vnde quamuis cæli ſua eloquentia enarrent gloriam Dei; multò eam luculentiùs Paulus deprædicabat, vt notat D. Chryſ. ſerm. de gratijs Deo reddendis in 5. tomo. *Cælum*, inquit, *etſi tandiu ſit ad viſum expoſitum, non eam habet perſuadendi vim, quam Paulus eſt tam breui Chriſti fidem vulgando aſſequutus, vt ad ſe terrarum orbem traheret vniuerſum.* Denique Iacobus, & Ioannes, *Boanerges*, id eſt, filij tonitrui, quaſi quædam tonitrua à Chriſto Domino appellantur. Marc. .n. 17. quia alter verbis, alter etiam ſcriptis diuina myſteria prædicando, toto orbe intonuêre, vt D. Greg. Naz. orat. 44. D. Chryſ. orat. 1. contra Arianos, D. Hier. in c. 3. Marc. & plerique interpretum obſeruant.

Apoſtolorum doctrina velut tonitrua

Cicer.

Plin.

D. Hier.

Tam profani, quàm ſacri oratores tonare, & fulminare dicebantur.

D. Chryſ.

D. Greg.

D. Chryſ.

D. Hier.

De his ergo Apoſtolorum vocibus, ſeu tonitruis intelligit Rupert. illud: *Intonuit de cælo Dominus, & altiſſimus dedit vocem ſuam.* Pſal. 17. n. 14. & rurſum idem Rupert. illud: *Audiui tanquam vocem tonitrui.* Apoc. 6. num. 1. Et Angelom. illud: *De throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua.* Apoc 4. n. 5. Et D. Baſil. illud: *Vox Domini ſuper aquas: Deus maieſtatis intonuit.* Pſalm. 28. n. 3. Et D. Hieron illud: *Etenim ſagittæ tuæ tranſeunt: vox tonitrui tui in rota.* Pſal. 76. n. 19. Et D. Aug. illud: *Ab increpatione tua fugient: a voce tonitrui tui formidabunt.* Pſalm. 103. n. 7. Et D. Greg. illud: *Mittes fulgura, & ibunt: & reuertentia dicent; Adſumus.* Iob. 38. n. 35. Et D. Cyrill. Alex illud: *In luce ſagittarum tuarum ibunt, in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ.* Abac. 3. n. 11. Et ſic alij alia loca interpretantur. Nec immeritò. Nam vt fulgura toto cælo velociſſimè feruntur: exeunt enim ab oriente, & patent in occidente, & vt tonitrua toto orbe quàm ocyſſimè dilapſa audiuntur: ita planè Apoſtolorum vita exemplis, & miraculis clara, vbique gentium enituit; & Apoſtolorum doctrina oraculis, & documentis plena vbique terrarum inſonuit. Rurſus vt tonitrua non priùs ad aures, quàm fulgura ad oculos perlabuntur ita planè Apoſtolorum voces, ac verba non priùs auditores inſtrue 13.

Rupert.

Angelom.

D. Baſil.

D. Hier.

D. Auguſt.

D. Greg.

D. Cyrill.

In quo fulgura & tonitrua Apoſtolorum vita, & miracula ſint, ...

inſtruebant, quàm virtutes,& facta ſpectatores incitabant. Si autem credas cum Philoſopho Senec. lib.2.nat.qq.c.31. & alijs, quos refert Maiol. colloq.1.eſſe fulmina, quæ in venenatis ſerpentibus venenum exönguant,ipſis ſerpentibus illæſis:quid aptius poteſt ad Apoſtolos transferri, qui in peccatoribus ſcelerum venena penitus abſumebant; virtutum germina diligenter, & indulgenter educabant? Iam verò ſicut fulmina rebus mollibus parcunt,duras comminuunt: ita & Apoſtoli fouebant humiles;at verò ſuperbos,& arrogantes conterebant,& confringebant. Vt eorum quilibet meritò ſibi fulmen vſurpare poſſet pro inſigni, addita epigraphe: *Dura mollia,molli dura.* Tandem tonitrua, quàm aptiſſima ſunt ad terrores humanis mentibus inijciendos inſtrumenta, iuxta illud Virg. 4. Æneid. ad Iouem,

Senec. — Virgil.

—— An te, genitor,cùm fulmina torques,
Nequicquam horremus,cæcique in nubibus ignes
Terrificant animos,& inania murmura miſcent?

Quaſi diceret,minimè.Sic & Apoſtoli prædicando auditorum animos perterrebant. Nam Paulo apud Præſidem Fœlicem *diſputante de iuſtitia, & caſtitate, & de iudicio futuro, tremefactus Fœlix*, quaſi ingenti quodam tonitru percuſſus, noluit vlteriùs audire. Act.24 n.25.His de cauſis non immeritò hic locus de primo Chriſti aduentu, ac prædicatione Euangelica explicatur.

14. *Aptior expoſitio de ſecundo aduentu, ac extremo iudicio.*

Nihilominus aptiùs ad literam de ſecundo aduentu, extremóq; iudicio exponitur;vt volunt cæteri interpretes,ipſis quoque,quos pro altera interpretatione citaui,non repugnantibus.Nam cum in litera fiat expreſſa mentio extremi iudicij, *Dominus iudicabit fines terra*,non eſt,cur totus de ſecundo aduentu verſiculus nō intelligatur. Dominum igitur ſub mundi finem eius aduerſarij formidabunt. Qui aduerſarij?Iudæi, inquit D.Greg ſed potiùs credo, omnes reprobi peccatores, quia iudicium vniuerſale eſt. Quamuis Iudæi præcipua quadam ratione terrebuntur,ab eo ipſo, quem ad mortem temporariam iudicarunt, ad æternam mortem iudicandi. Pagninus ex Hebræo transfert, *rixantes eius*,ſeu,*rixa eius*. Vbi Dei aduerſarij rixantes,ſeu rixæ dicuntur: quaſi peccatores perpetuò cum Deo litigent, contendant, & rixentur; & quidem tam improbè, importunè, & contumaciter, vt non tam rixantes, quàm ipſæ rixæ videantur. Hi igitur Dominum formidabunt, vtique timore ſeruili, vtpote aduerſarij,non amici; ſerui, non filij; vt præter alios interpretes notat D.Bonau.in Pſal 118.ibi, *A verbis tuis formidauit cor meum.* n. 161. diſtinguens triplicem timorem, filialem, initialem, ac ſeruilem; & hunc huius loci teſtimonio confirmans.Quod patet,quia non amantem,ſed tonantem: non vocantem, ſed minantem exhorreſcent. Et quamuis timor ſeruilis, quo timetur pœna, tanquam naturæ rationalis malum, & æternæ beatitudinis impedimentum,honeſtus ſit,& laudabilis; tamen ille,quo pœna, vt ſupremum malum formidatur, nec peccandi voluntatem omnino excludit, vitioſus eſt,& damnabilis,vt videre eſt apud Suar de pœnit.diſp. 5.ſect. 2. Hoc autem timoris genere mali in extremo iudicio Dominum formidabunt;& in hac vita illi omnes, qui peccandi affectum retinentes, ſola peccati pœna deterrentur.

D.Greg. — Pagnin. — D Bonau. *Triplex timor, filialis, initialis, & ſeruilis.* — Suar.

Peccatores non culpam, ſed pœnam reformidant.

15. *Improbi magis ſupplicio, quàm flagitio deterrentur.*

HÆc eſt impiorum conditio, vt nihil ad culpā, nimis ad pœnam terreantur. *Timui*, inquit Adamus,*eo quod nudus eſſem*.Gen.3.n.10. non quod lapſus in culpam, nō quod diuina gratia ſpoliatus, non quod à Deo auerſus,Deóq;infenſus; ſed quod nudus eſſet:ac ſi magis ex pœna nuditatis,quam ex culpa inobediētiæ timor ille naſceretur. Vnde Rup. lib.3.in Gen.c.14. *Notādum*,inquit,*quod culpam ſuā tacuit,& nudum ſe eſſe queſtus eſt.Nō enim dixit,timui, eo quod præceptum tuum præuaricatus eſſem, ſed eo quod nudus eſſem.* Et ſtatim: *Quam peruerſus hic timor, qui non facti ſui gerere pœnitudinem; ſed ſolam pœnæ ſuæ ſe fatetur habere confuſionem.* Parentem imitatus eſt & filius; ſuam enim ſententiam audiens Cain: *Ecce*, inquit, *eiicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcōdar.* Gen.4.n.14.Priùs dolet à terra,quàm à Deo exterminari; vt egregiè notat idem Rup. lib. 4. in Gen.c.7. non enim Deum ſibi iratum graue putat: ſed *timet*,inquit,*ne agricolari ſibi non liceat,ne terram, quam ſolam amat, vel præſentem vitam pro admiſſo facinore perdat.* Vnde ſtatim Cain valde querībundus addit: *Omnis qui inuenerit me,occidet me.* Quaſi nihil doleat vitam ſpiritualem ſibi ereptam eſſe: timeat verò,ne ſibi temporalis eripiatur.

Rupert.

16. *Saül à Samuele obiurgatus, magis ad pœnā, quā ad culpa vocem trepidauit.*

Saülem ob inobedientiam Samuel grauiter obiurgabat: *Quare*, inquit, *non audiſti vocem Domini, ſed verſus ad prædam es, & feciſti malum in oculis Domini?* 1.Reg.15.n.19. Quibus ille tanquam truncus, & caudex, ſeu potiùs cautes, & rupes, nihil mouebatur: imò ad accuſationem excuſationes rependebat; & pro aliqua doloris ſignificatione, quam reddere tenebatur, longas tergiuerſando ambages inueſtigabat. Quid ergo Samuel? Pœnam minatur: *Pro eo*, inquit,*quod abiecisti ſermonem Domini,abiecit te Dominus, ne ſis Rex.* ibid.num.23. Hæc Saül vbi audiuit, illicò perterretur: intrepidus quidem ad culpam, timidus ad pœnam,quam, ad fictam pœnitentiam confugiens, euadere conatur: *Peccaui*, inquit, *quia præuaricatus ſum verbum Domini.*ibid.n.24.Vbi Lyran. *Timuit*,inquit, *Saul, ne Samuel ad electionem alterius Regis procederet, & ſic ipſe regnum perderet: ideò fictè ſe humiliauit.* Et paulò inferiùs: *Hoc*, inquit, *dixit Saul magis timore pœnæ,quàm amore iuſtitiæ.*

Lyran.

17. *Ieroboam magis exareſcente manu,quàm cæli oraculis, ab incepto facinore deterretur.*

Non aliter & Ieroboam,de cælo admonitus tum oraculo Prophetæ concionantis, tum miraculo altaris ſubitò fatiſcentis: nihilominus diuinis monitionibus non ſuccubuit, ſed intrepidus pergere, & in Prophetam manus inijcere tentauit. At cum manum,quam ad Prophetam corripiendum extenderat, tanquam paralyſi correptam ſibi obſtupeſcere,& exareſcere agnouit;ſtatim ab ira deferbuit, & à furore reſedit, & à ſuperbia detumuit, & ad humiles preces conuolauit:*Deprecare*,inquit,*faciem Domini Dei tui, & ora pro me,vt reſtituatur manus mea mibi.* 3.Reg.13.n.6. Vbi vides,eum nihil ad ſuū ſacrilegium,ſed tantùm ad ſuum ſupplicium commoueri; neque pro delenda culpa,ſed pro auertenda pœna deprecari. Vnde Theod.q.42.ad eum locum, huius Regis ſtultitiam admiratus: *Id*,inquit, *quod accidit altari,eum non ſtupefecit; ſed id, quod manui, valdè anxit: cum autem eſſet valdè ſtultus, ſupplex rogauit Prophetam, vt ſibi peteret, non ſceleris remiſſionem,ſed manus curationem.* Quid ſtolidius eſſe poterat, quàm internam animi plagam non ſentire, externam corporis grauiſſimè dolere?

Theod.

18. *Quare diſcipuli non de matre poſtulante, ſed de filiis Zebedæi indignentur.*

Acceſſit aliquando ad Chriſtum Dominum mater filiorum Zebedæi, dicens: *Dic vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad ſiniſtram in regno tuo.* Matt.20.n.21. Addit paolò poſt Euangeliſta: *Et audientes decem indignati ſunt de duobus fratribus.* ibid.n.24. Quærit Caiet. ingenioſè,vt ſolet,cur indignati fuerint de filijs,non de matre. Et ſubtiliter reſpōdet ad rē præſentem: *Quia*, inquit, *non ægrè ferunt peccatū, aut ignorantiā; ſed ſe poſtponi.*

Quaſi

Quaſi diceret, minus alienum ſcelus, quàm proprium dedecus ſentiebant: & cum hanc ignominiam propiùs ex filiis, quam ex matre ſibi prouenire iudicarent, potiùs in filios, quam in matrem indignabantur.

19. *Pœna magis comminatio, quàm immane flagitium proditorem Iudæ terrefecit.*

Perculit olim Chriſtus Dominus diſcipulos ſuos illa voce; *Vnus veſtrûm me traditurus eſt.* Matth. 26. n. 21. Ad quam diſcipuli *contriſtati valdè, cœperunt ſinguli dicere; Nunquid ego ſum Domine?* Solus Iudas, quaſi nihil omnino ex tanto ſcelere moueretur, tacebat, neque pro ſe quidquam interrogabat. Pœnam tanti ſacrilegij ſubiecit Chriſtus Dominus, dicens: *Væ autem homini illi, per quem filius hominis tradetur.* ibid. num. 14. Ecce tibi Iudas pœnæ comminatione perterritus, *Nunquid,* inquit, *ego ſum Rabbi.* ibid. n. 25. Quid hoc eſt, inſane proditor? Dormiebas ad culpam: euigilaſti ad pœnam? Magis hæc, quàm illa tuum animum vellicauit? Planè ſeruus es, non filius: aduerſarius, non amicus: timore duceris, non amore: leniter vocantem contempſiſti, terribiliter tonantem formidaſti.

Iuſti non tam pœnam, quàm culpam exhorreſcunt.

20. *Iuſtorum timor filialis, non ſeruilis magis culpa, quàm pœna.* D. Bern.

LOngè aliter probi viri Deum quidem timent: *Timeat Dominum,* inquit Dauid, *omne ſemen Iſrael.* Pſalm. 21. n. 25. Et iterum; *Timete Dominum omnes ſancti eius.* Pſal. 33. n. 1. Et rurſus; *Beati omnes qui timent Dominum.* Pſ. 127. n. 1. Atque ita millies, ac ſæpiùs eundem timorem ſuadet, & commendat. Nec immeritò. Nam ſine Dei timore; vt bene D. Bern. ſerm. de donis Spiritus ſancti cap. 1. *Omne,* inquit, *virtutum ædificium illicò vergit in præcipitium.* Quin etiam Iuſtinus Martyr q. 28. ad Orthodoxos, timorem Dei appellat animam noſtræ animæ. quaſi non magis corpus anima, quàm anima Dei timore animetur. *Vt enim,* inquit, *cum animus diſceſſit à corpore, mortuum corpus eſt, & malè olet: ſic timore ab animo ſeiuncto mortuus eſt animus, ac tetrum odorem efflat.* Verùm hic timor ſeruilis non eſt, ſed filialis, qui magis de culpa, quàm de pœna oriatur. Quis obſecro, mortem non timeat, cùm teſte Philoſopho, ſit omnium terribilium terribiliſſima? At multò magis timent ſancti vel vnius ſceleris conſpectum. Vnde rectè D. Bern. ſerm. 10. in Pſalm. 90. *Cauendum,* inquit, *magis peccatum quàm peccati pœna. Et eò ſtudioſius à malo, quam à flagello declinandum; quo periculoſius, & omnino infelicius ſit, à Deo animum, quàm à corpore ſeparari.* Finge ſeparari animam à corpore. Grande malum, cum inter bona temporalia nullum ſit pretioſius, quàm vita. Sed finge Deum ab anima ſeparari. Quantò atrocius malum, cum à Deo per gratiam animante vitam ducere, ſolùm viuere ſit? Quis ergo non videt, multò magis hanc, quàm illam iacturam formidandam.

D. Bern. *Leuis culpa magis formidanda, quàm mors ipſa.*

21. D. Auguſt. *Cur Moyſes in Hebræos acerrimus vindex, Deū ipſis beneuolum deprecetur.*

Miratur D. Aug. q. 144. in Exod. ducem Hebræorum Moyſem, qui in monte quidem pro populo orabat; extra montem in populum quodammodo ſæuiebat, adeo vt ad viginti tria millia hominum iugularit. *Notandum,* inquit, *quanta pro populo ad Deum ſupplicatione laborauerit, qui tam ſeuerus in eum vindicando extitit.* Quaſi diceret Aug. Quid ita Moyſes; veniam à Deo petis, quam ipſe negas? mortem deprecaris, quam ipſe irrogas? Vis vt diuina ira deferueſcat, tua exæſtuante? Si te in tuos vindicem acerrimum oſtendis; cur Deum beneuolentiſſimum deſideras, ac poſtulas indultorem? Mirari deſine Auguſtine. Moyſes ad delendam culpam effundebat preces; ad ſumendam pœnam euaginabat enſes: cùm enim magis de culpa illius populi, quàm de pœna torqueretur; ad hanc inferendā ſeuerus erat, ad illam depellendam manſuetus. Quaſi ita ſecum Moyſes cogitaret, totus ad capitalem pœnam repoſcatur Iſraël, ſed nullus lethali culpæ obnoxius Iſraëlita relinquatur. Præſtat amittere vitam, quam admittere culpam.

22. *Præſtat gehenna damnari, quàm peccato ſubiici.* D. Chryſ.

Quid temporariam vitam commemoro: cùm ſine dubio magis timenda ſit culpa, quàm gehenna? Quod D. Chryſ. hom. 5. in epiſt. ad Rom. in morali, eleganter illuſtrat. Vbi docet grauius fore peccatoribus in extremo iudicio, occurrere iudici offenſo, quàm in tenebras exteriores præcipitari: idque à nobis in hac vita præoptandum, vt potiùs æternis ſuppliciis, quàm peccatis ſubiiciamur. *Nam ſi quis,* inquit, *eſt, qui ſenſu, ac mente præditus ſit, is certè gehennæ pœnam tolerare malit, quàm aduerſo Deo ſtare.* Et paulò poſt, oſtendens, quàm præpoſtera res ſit, & à recta ratione aliena ſupplicium potiùs, quàm peccatum formidare: *Si nullam,* inquit, *aliam ob cauſam, certè ob hanc vnam gehenna digni ſumus, quod videlicet plus gehennam, quàm ipſum Chriſtum timemus.* Quin etiam hom. 13. in Geneſ. docet, neque ſupplicium propter ſupplicium timendum; neque præmium propter præmium optandum: ſed vtrumque ad Deum referendum; hunc tantum, etiam præmia conferentem, formidandum: hunc tantùm, etiam ſupplicia inferentem, diligendum. *Vt enim,* inquit, *gehennam timere non debemus propter ignem illum inextinguibilem, & pœnas terribiles, & perpetuos cruciatus: ſed quia offendimus tam bonum Dominum, & ab illius gratia ſumus alieni: ita & ad regnum nobis feſtinandum, non niſi propter amorem in illum, vt eius gratia fruamur. Nam vt regno deſiderabilius eſt, miſericordem Dominum noſtrum beneuolum eſſe nobis: ita gehenna grauius, ab illius beneuolentia excidere.*

23. *Chriſtiani damnari, quàm peccare malebant.*

Concinit Tertul. in Apolog. cap. 49. vbi omnium Chriſtianorum, qui olim pietate, & ſanctitate floreſcebant, nomine loquutus: *Malumus,* inquit, *damnari, quàm à Deo excidere.* Et quamuis ibi de damnatione temporaria loquatur: tamen etiam de æterna ad gehennam, ſublata culpa (quæ erat illorum Chriſtianorum in Deum charitas) loquebatur. Et c. 50. ſequenti conuincit ipſos Ethnicos, dum vel ipſi putabant multo acerbiùs torqueri Chriſtianos, cùm ad lupanar peccaturi, quàm cum ad ergaſtulum, aut incendium morituri ducebantur. *Nam & proximè,* inquit, *ad lenonem damnando fœminam Chriſtianam potiùs, quàm ad leonem, confeſſi eſtis, labem pudicitiæ apud nos atrociorem omni pœna, & omni morte reputari.* Vbi planè ſignum illud vniuerſale *omni pœna, & omni morte,* ne pœnam quidem excludere videtur gehennalem. Sed quàm eleganter idem Tertul. in carmine de Sodomis.

Tertul.

Effera luxuries illic, inimica pudoris,
Iuſtar legis erat: fugeret quam præſcius hoſpes,
Ante vel ad Scythicas, vel apud Buſiridis aras,
Exoptans per ſacra necem, cæſuſque cruorem
Fundere Bebrycium, & Lybicas ſatiare palæſtras.
Antèque vel Circæa nouas per pocula formas
Sumere, quàm læſum Sodomis amittere ſexum.

Vides quæ tormenta, quos cruciatus, quas gehennas potiùs adeat Chriſtianus, verus Chriſti cultor, quàm peccata?

24. D. Bern. *Triplex amor, & timor.*

Tandem D. Bern ſerm. de triplici cohærentia, tres hominum gradus diſtinguit. Vnum, qui ſpe præmiorum trahitur: *& hoc,* inquit, *ſe fune retinet; ne propoſitum penitus abrumpatur. Durum profectò vinculum, ſed quod diu tenere non poſſit.* Alterum qui metu pœnarum ducitur, *qui non,* inquit, *expaueſcit ad vultus hominum, ſed ad memoriam gehennalium tormentorum. Et hic quidem peccare non metuit, ſed ardere.* Tertium; qui

qui nec ſeruiliter pręmia ſperat, nec ſupplicia timet: ſed timẽdo amat, & amãdo timet, filialique timore, ſeu amore beneuolentiæ mouetur: *Qui terribilius*, inquit, *& horribilius ipſa gehenna indicas, in re leuiſſima vultum omnipotentis ſcienter offendere.* Additque Bernard. ex his tribus hunc tertium Chriſto Domino firmiſſimè adhærere. Nam in horum trium ſymbolum fuiſſe Chriſtum Dominum religatum & funibus in horto, & clauis in Cruce, & vnguentis in ſepulchro. Sed *attende*, inquit, *quod vix vnius diei ſpatio in funibus, & clauis moratus, cum vnctione victor, victurus perenniter reſurrexerit.* Quaſi nunquam Chriſtus Dominus à ſe diuelli, ac ſeparari patiatur, qui hoc ei timore filiali adglutinetur. Hoc enim eſt illud glutinum, de quo Iſa. c. 41. n. 7. *Glutino*, inquit, *bonum eſt*; ſcilicet Deo vniri, & adhærere: hoc eſt, timore filiali, qui nunquam diſſoluatur.

25. In quo diſtinguantur filialis, & ſeruilis timor, & quinam vtriuſque effectus.

25\. Ex his patet, quantùm inter ſe filialis, ac ſeruilis timor diſtinguantur. Nam filialis recreat, ac lætificat, miráque voluptate perfundit, iuxta illud: *Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abſcondiſti timentibus te?* Pſalm. 30. num. 20. Et illud; *Lætetur cor meum, vt timeat nomen tuum.* Pſalm. 85. num. 11. Et illud, *Lætetur cor quærentium Dominum.* Pſalm. 104. num. 3. Et illud; *Timor Domini gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis.* Eccleſ. 1. num. 11. At verò ſeruilis cruciat, conterit, & collidit. Vnde hæc verba, *Dominum formidabunt aduerſarij eius*, transferunt ex Hebræo Pagninus & Caietan. *conterantur*, ſeu *frangantur*. Nam in Hebræo eſt יחתו *Iechathu*, à verbo חתת *chathath*, id eſt, *frangere*, ſeu *conterere*. Quaſi non ſit aliud Deum ſeruiliter timere, quàm frangi, conteri, & collidi. Quod in extremo iudicio præcipuè continget, *areſcentibus hominibus præ timore.* Luc. 21. num. 26. Vnde meritò hic timor, vt notat Rupert. lib. 9. de operibus Spiritus ſancti, cap 4. pœnalis, ſeu anxius appellatur.

Pagnin. Caiet. Rupert.

26. Primo expoſitio de veris ac propriis tonitruis.

26\. *Et ſuper ipſos*, &c. Dupliciter exponi poteſt. Primò de veris, ac propriis tonitruis, quæ in cælis, hoc eſt, in aëreis plagis ex nubium cõflictu, & colliſione elicientur, cùm Dominus ad iudicandum venerit, iuxta illud: *Ibunt directè emiſſiones fulgurum, & tanquam à bene curuato arcu nubium exterminabuntur, & ad certum locum inſilient.* Sap. 5. numero 22. Vnde Auctor oper. imperfect. in Matth. hom. 49. *Ante ipſum*, inquit, *pro candelabris fulgura vina præcedent, & pro tubis horrenda tonitrua.* Fuerit primus Chriſti Domini aduentus, *cùm quietum ſilentium tenerent omnia.* Sap. 18. num. 14. Certè in ſecundo *Deus manifeſtè veniet; Deus noſter, & non ſilebit*, Pſalm. 49. num. 3. In illo ſine ſtrepitu *deſcendit ſicut pluuia in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.* Pſalm. 71. num. 6 In hoc cum magno fragore, *Ignis in conſpectu eius exardeſcet, & in circuitu eius tempeſtas valida.* Pſalm. 49. num. 3. Illic *in ſibilo auræ tenuis.* 3. Reg 19. num. 12. hîc *in turbine, & in lapide grandinis.* Iſaiæ 30. num. 30. Denique in primo aduentu vagiit in præſepio; in ſecundo de cælis tonabit.

Primus, & ſecundus Chriſti aduentus quàm diſſimilis.

27. Prima tonitrui cauſa, vt terreantur peccatores, & Dei iuſtitiam formident.

27\. Quorſum verò tonitrua? Credo duplicem ob cauſam. Vnam quidem ad terrendos peccatores, qui olim manſuetiſſimas Dei voces contemnebant. Æquum enim erat, vt qui Deum miſericorditer vocantem non curabant, terribiliter tonantem formidarent: ſciréntque in Deo non ſolùm miſericordiam eſſe ad condonandum, ſed etiam iuſtitiam ad puniendum. Vnde D. Baſil. in procem. ad regulas fuſiùs diſputatas: *Nolimus*, inquit, *Deum ex dimidia tantum parte cognoſcere; neque eius erga nos bonitatem ad ignauiæ occaſionem arripiamus. Propterea tonitrua, propterea fulminum terrores: ne bonitas contemnatur. Qui Solem oriri facit.* Matth. 5. num. 45. *in cæcitate etiam mulctat.* 4. Reg. 6. num. 18. *Qui imbrem dat.* Zachar. 10. num. 1. *etiam ignem pluit.* Gen. 19. num. 24. *Illa clementiæ: hæc ſeueritatis. Aut enim per illa ad amandum alliciamur: aut per hæc ad metum aſſueſcamus.*

28. Secũda cauſa, vt incautos ad pœnitentiam præmoneat.

28\. Alteram, vt incautos homines non præcipitet in gehennam: ſed præmonitos ad pœnitentiam reducat iuxta illud Pſalm. 59. num. 6. *Dediſti metuentibus te ſignificationem, vt fugiant à facie arcus.* Hæc eſt enim Dei erga homines clementia, vt non ſubitus vltor inſiliat: ſed beneuolus monitor præcurrat. Nihil olim Moyſes pro tuendo populo precabatur, cùm ad eum Dominus: *Dimitte*, inquit, *me, vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos.* Exod. 32. num. 10. Quis tunc, quæſo, ſupremum iudicem à vindicta retardabat? Planè nemo. Nam vt demus hanc eſſe orationis vim, vt Deum à puniendo retrahat, vt annot. 11. ſect. 3. iam oſtendit, tamen nulla tunc aderat precatio. Neque enim dicitur in litera Moyſes quidquam eatenus poſtulaſſe. Quid ergo Deus preces quodammodo anteuertens, *Dimitte*, inquit, *me*? optimè D. Aug. q. 144. in Exod. *Licet eos*, inquit, *diligeret Moyſes: Deus tamen illos occultius diligebat, dum manifeſta voce terrebat: quia ſcilicet illud, Dimitte me, monendo illos dixit, potiùs, quàm iubendo.* Quaſi Deus diceret illud, *Dimitte*, non quia impediebatur; ſed vt impediretur. Quemadmodum enim, vt dicit neſcio quis Poëta,

D. Aug.

Ille rogat, nullo quiſque negante rogat.

Ita Deus, dum orationem, quæ nulla erat, repellebat, orationem quodammodo imperabat: atque adeò populum puniturus Moyſem quodammodo præmonebat, vt pro populo auertendi ſupplicij cauſa precaretur.

29. De ſupplicio Sodomis inferendo Deus præmonet Abrahamũ.

29\. Non aliter cùm Deus olim punire vellet Sodomam vrbéſque circumuicinas, priùs Abrahæ ſuum conſilium reuelauit *Num*, inquit, *celare potero Abraham, quæ geſturus ſum?* Gen. 18. num. 17. Cur, quæſo, tacitus non irruit in vltionem: ſed priùs communicato conſilio cum Abrahamo? Præſertim cùm veriſſimum ſit illud Propheticum: *Quis adiuuit ſpiritum Domini? aut quis conſiliarius eius fuit, & oſtendit illi? Cum quo iniit conſilium, & inſtruxit eum?* Iſai. 40. n. 13. & 14 Præter alias rationes, quas affert D. Thom. ad eum locum (ſi eius eſt illud opus) vna eſt ad rem præſentem, *vt*, inquit, *Abrahæ detur occaſio deprecandi pro Lot.* Voluit nimirum Deus præmonere Abrahamum de ſupplicio inferendo, vt præmonitus ſuis illud precibus præcaueret.

D. Thom.

30. Pharaoni grando ruitura denuntiatur, vt pœnitendi ſit tempus.

30\. Eandem ob cauſam illaturus Deus grandinem in Ægyptum, antè denuntiauit Pharaoni, vt pecora in domum cogerentur. *Congrega*, inquit, *iumenta tua, & omnia, quæ habes in agro*, &c. Exod. 9. c. 19. Vbi Theod. *Dominus*, inquit, *cùm ſit humaniſſimus, miſericordia temperat ſupplicia.* Imò non ſolùm temperare vellet, ſed penitus exterminare: ideo enim præmonuit inferenda, vt Pharao, ne inferrentur, ſua pœnitentia obtineret. Et notandum, Deum ſolam grandinem minatum fuiſſe; *Pluam*, inquit, *cras hac ipſa hora grandinem, multam nimis.* ibidem num. 18. Et paulò poſt ad Moyſem: *Extende*, inquit, *manum tuam in cælum, vt fiat grando in vniuerſa terra Ægypti.* ibid. num. 22. Et nihilominùs ante ipſam grandinem dicitur præmiſiſſe tonitruum; *Dominus*, inquit textus, *dedit tonitrua, & grandinem.* ibidem numero 23. Quaſi per tonitrua homines præmoneret, vt ſibi cauerent à grandine ſtatim ruitura. Vbi Origen. hom. 4. *Vide*, inquit, *temperamentum diuinæ correptionis; non eum ſilentio verberat, ſed dat voces, & doctrinam cælitus mittit: per*

Theod. Orig.

quam

quam poſſit culpam ſuam mundus caſtigatus agnoſcere. Vbi quamuis ſignificet, illas de cælo voces fuiſſe ad inſtructionem de ſuppliciis illatis; addo tamen etiam fuiſſe ad cautionem de inferendis, præſertim illas, quæ ſupplicia præceſſerunt. Sic igitur hoc loco iudicaturus tonat, vt dum homines tonitruis præmoniti iudicium timent, à peccatis iudicandis reſipiſcant.

31. *Secunda expoſitio de metaphoricis tonitruis in die iudicij.*

Secundò exponi poteſt de myſticis, ſeu metaphoricis tonitruis, hoc eſt, de accuſationibus, obiurgationibus, exprobrationibus, quæ de cælis, hoc eſt, ab Apoſtolis, quos cælos quoſdam ſpirituales, ſeu Eccleſiaſticos eſſe diximus, imò & ab aliis iuſtis. quin etiam ab ipſo Deo in reprobos egredientur, iuxta illud; *Videbunt iuſti, & lætabuntur, & innocens ſubſannabit eos.* Iob. 22. numero 19. Et illud; *Iuſti ſuper eum ridebunt, & dicent: Ecce homo, qui non poſuit Deum adiutorem ſuum,* &c. Pſalm 51. num. 8. & 9. Et illud; *Qui habitat in cælis irridebit eos, & Dominus ſubſannabit illos.* Pſalm. 2. num. 4. Ac tandem illud; *Ego quoque in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo vos.* Prouerb. 1. numero 16 Quid enim leuiùs ferent reprobi illas iuſtorum irriſiones, & increpationes, quàm ſi obruantur tonitruis, & fulminibus feriantur? Cùm enim martyres ſuis tortoribus obſtiterint; cùm virgines ſuis inſidiatoribus illuſerint, cùm pauperes ſuis oppreſſoribus inſultauerint, cùm innocentes ſuos calumniatores arguerint; cùm mites ſuos aggreſſores contempſerint; cùm humiles ſuos contemptores deſpexerint; cùm ſimplices ſuos irriſores irriſerint, & exploſerint: cùm denique iuſti omnes omnibus peccatoribus exprobrauerint, & inſultauerint, quid niſi tonare, & fulminare in eos videbuntur? Iam verò Apoſtoli *ſedentes ſuper ſedes duodecim, & iudicantes duodecim tribus Iſrael*, cùm in impios capitales ſententias tulerint, eóſque gehennalibus incendiis adiudicauerint; quid niſi radios præſteras, ac phalaricas, & his omnibus horribiliora fulmina iaculabuntur? De his enim præcipuè fulminibus D. Gregor. Rupert. Angelom. & alij hunc locum interpretantur.

D Greg. Rupert. Angelom.

Quod ſi inferiorum iudicum ore prolata ſententia non leuiùs percutiat, quàm ſi fulmineus cuneus vibretur; quid ſupremi iudicis ore promulgata? Nam in extremo iudicio, *tonabit Deus in voce ſua mirabiliter.* Iob. 37. num. 5. vt non ſolùm alieno, ſed etiam proprio ore terrefaciat peccatores: imò & fulminabit; *Mittet contrà eum fulmina, & ad locum alium non ferentur.* Iob. 41. num. 14. In quemcunque enim ſcopum collimabit, is certiſſimè ferietur. Ne quis peccator inaniter ſperet fore, vt illud diuinum fulmen, ſeu illa extrema ſententia ludificetur. Quanto igitur terrore, ac tremore improbi formidabunt, quando his è Chriſto Domino tonitruis, ac fulminibus quatientur? Cùm olim vidit Rex Balthaſar vnam hominis manum tria verba in pariete ſcribentem, ſuprà quàm dici poteſt, expalluit, & expauit. Daniel. 5. à num. 6. Vbi Theodor. *Si*, inquit, *digitorum ſcribentium ſpecies ita perterruit eum, qui maximum adminiſtrabat regnum, vt etiam articulorum compages præ metu diſſoluerentur, & artus tremore occupati tremore concuterentur: quid non ſuſtinuiſſet Deo infeſtus, ſi praſteras* (id eſt, fulminis genus) *aut fulmina conſpexiſſet: aut Angelos toruè intuentes, & nouo figuræ habitu deterrentes, quorum conſpectum ne magnus quidem Daniel abſque metu ferre potuit?* Addo. Quid non ſuſtinuiſſet, ſi non arguentes homines, ſi non accuſantes Angelos, ſi non fulminantes cælos, ſed etiam ipſum Deum mille fulmina iaculantem conſpexiſſet? Mitiſſimus olim Chriſtus Dominus prodiit ſuis aduerſariis obuius, cum illa manſuetiſſima voce: *Ego ſum.* Ioann. 18. num. 5. Et tamen ita perterruit armatos milites, vt omnes ad illius ſonum retrorſum acti, terræ alliderentur. Optimè ex hoc loco argumentatus D. Auguſt. tract. 112. in Ioann. *Quid*, inquit, *iudicaturus faciet, qui iudicandus hoc fecit? Quid regnaturus poterit, qui moriturus hoc potuit?* Si illa vox mitiſſima, *Ego ſum*, non minus, quàm tonitruum terrefecit: quid tandem illa vox terribiliſſima; *Diſcedite a me maledicti in ignem æternum.* Matth. 25. num. 41.

Rex Balthaſar ad ſcribentis digitos expauit. *Theod.* *D. Auguſt.*

32. *Chriſtus Dominus totius terrarum orbis iudex à Patre conſtitutus.*

Dominus iudicabit, &c. *Dominus*, id eſt, *Chriſtus. Neque enim Pater iudicat quemquam; ſed omne iudicium dedit filio.* Ioann. 5. num. 22. qui per antonomaſiam *Dominus* appellatur: vt annot. 15. ſect. 2. illuſtrabo. *Fines terræ*, ſeu vt Septuagint. vertunt, *extrema terræ*, ad literam dixit, vt totum orbem complectatur. Quod D. Auguſt. expreſſit: *Iudicabit*, inquit, *extrema terræ; ac ſi diceretur, etiam extrema terræ. Non enim alias terræ partes non iudicabit, qui omnes homines proculdubio iudicabit.* Cuius vniuerſalis iudicij rationem inſinuat Theod. transferens; *Iudicabit extremitatem terræ, cùm iuſtus ſit.* Quaſi ex æquitate diuinæ iuſtitiæ, quam decet nihil non iudicatum præterire, rationem colligat, cur totus orbis iudicetur. Quam rationem D. Gregor. in priori commentario confirmat, docens iudicandos fines terræ, vt nihil impunitum, nihil irremuneratum à diuina iuſtitia relinquatur. *Quæ dum*, inquit, *in iudicio extrema concludit, aliqua diſcutienda non deſerit.* Vnde impiis ſpes omnis intercluditur diuini iudicij effugiendi. Cuius rei non ignarus Dauid: *Quò*, inquit, *à facie tua fugiam? Si aſcendero in cælum, tu illic es: ſi deſcendero in infernum, ades. Si ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris. Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.* Pſal. 138. à num 9. Vides vt nullus ſit locus, quem diuina iuſtitia non peruadat? nullus, in quo diuinum iudicium declinetur?

D. Aug. Quid ſit extrema terræ iudicare. *Theod. Primæ reſponſio eſſe totum orbem.* *D Gregor.*

33. *Secunda reſponſio eſſe extrema hominis opera.*

Cæterùm ad mores, niſi fallor; alij ſic exponunt. *Iudicabit fines*, ſeu, *extrema terræ*, hoc eſt, extrema hominis opera. Ita D. Auguſt. cit. qui hunc poſteriorem ſenſum priori anteponit, quaſi germanum, ac literalem arbitratus. *Melius*, inquit, *intelliguntur extrema terræ, extrema hominis; quoniam non iudicabuntur, quæ in melius, vel in deterius medio tempore commutantur; ſed in quibus extremis inuentus fuerit, qui iudicabitur.* Eodem modo D. Gregor. D. Iſidor. ſtatim citandus, Rupert. Angelom Gloſ. aliique exponunt. Quæ expoſitio duplici Iobi loco poteſt confirmari, & illuſtrari. Nam in primis ſic exponi poteſt illud; *Lumen illius ſuper terminos terræ.* Iob. 37 num. 3. Vbi D. Gregor. lib. 27. Mor. cap. 21. per *terminos terræ* intelligit *extremas peccatoris actiones*; docétque eas, ſi bonæ fuerint, quamuis priora opera mala præceſſerint, cæleſtis gratiæ lumine colluſtrandas: cùm Deus hoc loco dicatur, non tam prima, quàm *extrema terræ*, hoc eſt, non tam priores, quàm poſteriores hominis actiones iudicaturus. Vnde ſtatim monet ex illo loco Exod. 13. num. 13. *Primogenitum aſini mutabis oue*; vt aſininam ſtoliditatem, & immunditiam cum ouina ſimplicitate, & innocentia commutemus: hoc eſt, vt priores actus malos, & ſtultos, vtpote primogenitos, quibus agnata dicitur ſtultitia, in poſteriores bonos, & iuſtos, de quibus iudicemur, conuertamus. Deinde ſic exponitur, & illud Dei ad Iobum; *Nunquid tenuiſti concutiens extrema terræ?* Iob. 38. num. 13.

D Gregor. *D Greg. D. Iſid. Rupert. Angelom.* *D Greg.*

vbi idem D. Gregor. lib. 29. Moral. cap. 6. per *extrema terræ*, interpretatur extrema opera peccatoris, qui ex terrenis deſideriis, quibus immergitur, terra efficitur: docétque, Deum, qui iudicat fines terræ, vltimis prædeſtinatorum actionibus impenſiùs inuigilare, vt corrigat; ſolicitiùs concutere extrema terræ, vt emendet; efficaciùs terrere duras, atque inſenſibiles mentes: *Vt quæ, inquit, peſſima ſecuritate dormierant, ſalubri timore molleſcant, quatenus vel ſerò redeant: & hoc ipſum ſaltem, quod diu expectati ſunt, erubeſcant.* Neceſſe enim eſt, vt præſentem vitam bonis actionibus claudant, qui apti ad æternam auſpicandam iudicabuntur.

34. *Sola extrema actiones a Deo iudicanda hic exprimuntur, vt magis de extremo vitæ fine ſoliciti viuamus.* D. Greg. D. Iſid.

Sed quid? Solaſne extremas actiones iudicaturus eſt Deus? Abſit. Cur igitur has ſolas expreſſit Anna? Credo, ne aut iuſtus de prioribus bonis confidat, aut iniuſtus propter priora mala deſperet; ſed vterque extremum vitæ finem ſolicitus attendat: malus quidem, ſperando meliora: bonus autem, peiora formidando, de quibus vterque iudicetur. Ita D. Gregor. in poſteriori huius loci commentario. *Quia*, inquit, *fines terræ Dominus iudicat, conuerſus peccator, priora ſine media non expaueſcat: iuſtus inchoata iuſtitia non præſumat*. Concinit D. Iſidor. lib. 2. de offic. Eccleſ. cap. 26. de pœnitentibus. *Si quis*, inquit, *circa finem ſuum per pœnitentiam deſinat eſſe malus, non ideo debet deſperare, quod in termino eſt vltimo vitæ: quoniam Deus non reſpicit, quales antea fuimus, ſed quales circa finem vitæ exiſtimus. Ex fine enim ſuo vnumquemque, aut iuſtificat, aut condemnat, ſicut ſcriptum eſt; Ipſe iudicat extrema terræ. Et alibi; Vniuerſorum finem ipſe conſiderat.* Iob. 28 num. 3. Vbi quamuis nihil dicat de bonorum præſumptione, omnino cohibenda per illum metum, ne fortè ad vitæ exitum malè incurrant, qui anteà inoffenſo pede decurrerunt: tamen ſatis exprimit ſpem malorum ſine dubio erigendam, ſi vel ad finem vitæ conuertantur; addita tamen optima præmonitione. *Non dubitamus*, inquit, *circa finem iuſtificari hominem per pœnitentiæ compunctionem: ſed quia raro id fieri ſolet, metuendum eſt, ne dum ad finem differtur conuerſio, incerta occupet mors, priuſquam veniat pœnitentia. Pro qua re etſi bona eſt ad extremum conuerſio: tamen multò melior eſt, quæ longè ante finem agitur, vt ab hac vita ſecuriùs tranſeatur.* Qua de re ſuus alibi erit dicendi locus.

Non eſt conuerſio ad vitæ finem differenda.

35. *Quare in hoc loco extremi iudicij mentio fiat.* Rupert.

Vna ſupereſt dubitatio, cur Anna hoc loco extremi iudicij meminerit. Reſpondet Rupert. vt ſignificaret, illam ſuperborum, humiliúmque viciſſitudinem, de qua hactenus egerat, in extremo tandem iudicio apparituram, etiamſi in hac vita occultetur. Addo, voluiſſe altiùs ſuperborum animos perterrere, recordatione extremi iudicij obiecta: imò ſuum animum initio cantici exultantem, ne in aliquam inſolentem lætitiam faceſſeret, comprimere, ac refrænare: quis enim non paueat iudicandus, & ignarus, quiſnam eum exitus maneat, in æternum duraturus? Cùm Dominus ad primum hominem iudicandum deſcendit, timuit Adam, & abſcondit ſe. Geneſ. 3. num. 10. Nec immeritò. Nam *iudex*, inquit D. Chryſoſtom. homil. 17. in Geneſ. *in tribunali, terrore, & horrore pleno ſedit*. Hinc argumentare. Si illud tribunal, in quo iudex ad pœnitentiam vocabat, & miſericordiam offerebat, adhuc nihilominùs terroris, & horroris plenum videbatur: quid de illo extremo tribunali, in quo pro miſericordia iuſtitia inſurget; pro pœnitentia æterna pœna folminabit? Certè D. Bernard. ſerm. 2. de verbis Iſaiæ 6. non mediocrem nobis huius iudicij timorem incutit, à iudicio Angelorum ad hominem optimè argumentatus. *Quid*, inquit, *putas? Indifferenter admittet homines in illud tantæ beatitudinis templum, qui ne ipſos quidem Angelos indifferenter reliquit in eo? Aut non diſcerneret inter glebas, qui diſcreuit inter ſtellas? Qualem ergo putas, neceſſe eſt hominem inueniri, qui repudiati locum Angeli ſortiatur?*

D. Chryſ. *Chriſti iudicantis tribunal nimis tremendum.* D. Bern.

Vnde Ioannes poſtquàm fidelibus gratiam, & pacem feſtiuiter precatur, ſtatim de iudicio admonet, ne inſoleſcant. *Gratia*, inquit, *vobis, & pax ab eo, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt.* Apocalypſ. 1. numero 4. Non dixit, *& qui futurus eſt*, vt dicturus fuiſſe videbatur, vt totum illud verbum ſubſtantiuum per tria tempora inflecteret; ſed, *qui venturus eſt*, vt non tam regnaturum in æternum, quàm iudicaturum in nouiſſimo die ſignificaret: ratus ſcilicet hanc memoriam Chriſti iudicaturi vtiliorem, quàm illam Chriſti regnaturi ſine dubio futuram: cùm ex illa ſæpè vana præſumptio, ex hac non niſi iuſta formido oriatur. Vnde D. Ambroſ. lib. 1. offic. cap. 26. *Nihil eſt*, inquit, *quod magis proficiat ad vitam honeſtam, quàm vt credamus eum iudicem futurum, quem & occulta non fallant, & indecora offendant, & honeſta delectent.* Quin etiam Dauid, vt Saülem non modò perterreret, ſed etiam ad meliorem frugem reuocaret: *Iudicet*, inquit, *Dominus inter me, & te.* 1. Reg. 24. numero 13. Iudicium obiecit, vt eius timore peccatorem de Saülis animo eiiceret. Vbi Diuus Chryſoſtomus hom. 2. de Dauid, & Saüle: *Hoc verbum*, inquit, *dixit, non quod cuperet puniri Saulem; ſed vt illi formidinem iniiceret, venturæ condemnationis commemoratione.*

36. *Extremi iudicij recordatio, quantam pariat vtilitatem.* D. Amb. D. Chryſ.

Sed & Chriſtus Dominus ſciri voluit iudicium futurum: tempus autem, quo futurum erat, ignorari: imò ſignificauit, quo tempore minus putetur, affuturum. Luc. 17. à num. 26. Rationem reddit ibi D. Ambroſ. *Vt terrorem omnibus iudicij imminentis incuteret, nec ſecuritatem dilationis afferret.* Adeò neceſſarium iudicabat huius iudicij timorem, vt vellet nunquam ſciri tempus, quo futurum eſſet, vt ſemper affuturum timeretur. Et quidem quis non paueat à iudice tam integro, & incorrupto iudicandus, cuius neque potentia flecti poterit, neque ſapientia eludi? Idcirco D. Bernard. epiſt. 1. ad Robert. *Veniet*, inquit, *veniet iudicij dies: vbi plus valebunt pura corda, quàm aſtuta verba, & conſcientia bona, quàm marſupia plena; quandoquidem iudex ille nec falletur verbis, nec flectetur donis.* Quare etiam iuſti, dum cogitant de iudicio, nunquam ſibi videntur ſecuri, quantumuis illis vel ipſe iudex faueat, ac blandiatur. Vnde Iob, ſeu potiùs Chriſtus Dominus, per Iobum loquutus de ſeruis ſuis in hac vita exiſtentibus, *Si quando*, inquit, *ridebam ad eos, non credebant.* Iob. 24. num. 24. Non quidem increduli erant, & infideles: ſed perinde, ac ſi non crederent, timebant. Nam vt bene D. Gregor. ad eum locum lib. 20 Mor. cap. 5. *Electi*, inquit, *quandiu in hac vita ſunt, ſecuritatis ſibi confidentiam non promittunt: nam ſæpe multis graue periculum incauta ſecuritas fuit; vt callidi hoſtis inſidias, non tentati, ſed iam proſtrati agnoſcerent.* Cur, obſecro, tam frequens in ſacris literis extremi iudicij memoria replicatur, vt legenti vel ſolos Prophetas facilè patebit? Reſpondet D. Baſilius in Pſalm. 7. num 8. *Dominus iudicat populos*, aptè ad rem præſentem. *Multis*, inquit, *locis Scripturæ ſermo de iudicio interſperſus eſt, vt neceſſarius maximè, & ad conſeruandam pietatis doctrinam opportuniſſimus.* Neque enim ſatis erat ſemel dici, quod ſemper præ oculis habere oportebat.

37. *Quare Chriſtus Dominus futurum iudicium prædixerit, non tempus quo affuturum.* D. Ambr. D. Greg. D. Baſil. *Multoties in ſacris literis extremi iudicij memoria explicatur.*

Quare

38. *D. Baſil. Extremi iudicij memoria, veluti præſentis vitæ pædagogus.* Quàm aptiſſimè D. Baſilius ad illa verba, *Quærite iudicium.* Isaiæ 1. num. 17. docet, memoriam extremi iudicij, eſſe pædagogum præſentis vitæ: quod non magis infantulis ætas pædagogum, quo regatur, quàm humana vita timorem iudicij, quo gubernetur, requirere videatur. *Attenta,* inquit, *cogitatio arcanorum, nobiſque formidabilium, quæ in tremendo iudicio ſe offerent, pædagogus eſt ad exercendam pietatem.* Sed & D. Auguſt. conc. 25. in Pſalm. 118. *D.Aug.* expendens illa verba: *Confige timore tuo carnes meas, à iudiciis enim tuis timui,* num. 120. notat, Dauidem vno timore perculſum, alterum timorem poſtulaſſe; docetque, illum priorem timorem, qui erat imperfectus, fuiſſe Dauidi pædagogum ad poſteriorem, qui erat perfectus. Vbi vides timorem de iudiciis diuinis, tanquam pædagogum fuiſſe Dauidi, ad perfectum timorem, qui cum charitate coniungitur, obtinendum. Vnde D. Greg. Naz. *D.Greg.* ſiue dormiret, ſiue vigilaret, nunquam ab hoc iudicij timore ſuum animum feriari patiebatur; vt ipſemet fatetur in carmine Iambico decimonono de comparatione vitæ mundanæ, & ſpiritualis.

At parte, vigilem maxima vitam exigo:
Nam dormientem me labor purgit quoque.
Ac ſi ſoporis quidquiam capiam gemo,
Nam ſpectra noctis aſpera metum afferunt:
Cenſura, iudex, ſtatio, cui comes tremor.

39. Eundem timorem D. Hieron. in regula Monachorum, titulo de timore vltimi iudicij, non ſolum vigilanti, ſed etiam dormienti inculcat. *Siue,* inquit, *leges, ſiue dormies, ſiue ſcribes, ſiue vigilabis, Amos ſibi ſemper buccina in auribus ſonet.* Vbi neſcio, an poſuerit, *Amos,* pro *Sophonia,* qui c. 1. n. 16. diem iudicij appellauit, *diē turbæ, & clangoris,* Conſule D. Petr. Dam. lib. 4. epiſt. 5. & lib. 6. epiſt. 16. vbi *D P.Dam.* multa de extremi iudicij timore. De quo ad c. 12. plura cumulabo.

40. *Quænam huius loci vera expoſitio. Theod. D.Aug. Euſeb.* *Et dabit imperium,* &c. Non videntur Septuaginta hunc locum intelligere de Chriſto Domino: quia vertunt in plurali βασιλεῦσι ἡμῶν, id eſt, *regibus noſtris.* Atque ita legunt Theodor. hîc, D. Auguſt. lib. 17. ciuit. cap. 4. Euſeb. Cæſar. lib. 4. demonſtrat. cap. 25. Vnde vel intelligere poſſunt de Apoſtolis, quibus Deus dabit imperium, ſeu, vt eſt in Hebræo, Chaldæo, & Græco exemplaribus, fortitudinem, iuxta illud; *Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa.* Pſalm. 67. n. 12. Sic Euſebius. Vel de quibuſcunque fidelibus, quibus Deus dat fortitudinem, qua carnem ſuam ſicut reges tegant, & mundum vincant. Ita D. Auguſt. Vel tandem de ipſis regibus Hebræorum, quibus Deus contulit imperium, & fortitudinem, ad illud tuendum, & conſeruandum. Ad quos Anna non immeritò potuit reſpicere, poſtquam genuit Samuelem, qui illud regnum auſpicatus eſt, dum primos duos reges Saülem, ac Dauidem vnxit, & inaugurauit. Nec refert quod obiicit Caietanus; nondum illos reges exiſtere: alioqui nec de Meſſia exponi poſſet, quia tunc non exiſtebat.

41. *Verior, & communior expoſitio de Chriſto D eiuſque imperio. D Gregor. Beda Theod Procop. Rupert. Angelom. Hug.Card. Carthuſ. Lyran. Caiet. Abul. D Ambr. Theod. Euſeb.* Nihilominùs cæteri interpretes, D. Gregor. Beda, Theod. Procop. Rupert. Angelom. Hugo Card. Carthuſ. Lyr. Caiet. Abul. & alij, de Chriſto Domino interpretantur. Quibus adde D. Hieron. in cap. 3. Abacuc, ibi: *Cornua in manibus eius,* & in cap. 39. Iob. ibi, *Numquid volet Rhinoceros ſeruire tibi?* & D. Ambroſ. de benedictionibus Patriarcharum, cap. 11. circa illud, *Cornua Rhinocerotis:* & in Pſalm. 43. ibi, *Vendidiſti populum tuum ſine precio;* Euſeb. Cæſar. proximè citatum, & alios: qui omnes concordant hunc locum de Chriſti Domini imperio, & regno quod à Patre accipiet, & per cornu ſignificatur, intelligendum. Et concinit Chaldæus Paraphraſtes, transferens, *dabit fortitudinem Regi ſuo, & multiplicabit regnum Meſſiæ ſui.* Vbi expreſſam facit de Meſſiæ regno mentionem. Qui omnes niti poſſunt optimo fundamento. Nam cùm Anna egerit de iudicio, quod Chriſtus Dominus exercebit, conſequens erat, vt ageret de illius regno, ſtatim poſt iudicium præcipuè ſublimando, & manifeſtando: vt annot. 15. ſect. 2. fuſiùs illuſtrabo. In quem locum cætera, quæ ad huius verſiculi explicationem pertinent, interim ſeponamus.

42. *Obiicitur.* Solùm obiicies ex D. Auguſtino; cum Anna dixerit, *Dominus,* id eſt, *Chriſtus iudicabit fines terræ:* & ſtatim ſequatur: *& dabit imperium Regi ſuo, & ſublimabit cornu Chriſti ſui,* videtur idem verbo ſuppoſitum reddendum, *& Chriſtus dabit, & Chriſtus ſublimabit:* ergo non eſt ſermo de imperio, ſeu regno, quod Chriſtus à Patre accipiet: ſed quod Apoſtolis, aut quibuſcunque aliis voluerit, Chriſtus conferet. *Duplex reſponſio.* Dupliciter reſpondeo. Primò, reddendo verbo idem ſuppoſitum, ita vt vtrobique intelligatur *Pater: Pater iudicabit, & Pater dabit imperium Regi ſuo,* &c. Neque enim Pater poteſt à ſe iudicandi actionem abdicare, cum Trinitatis actiones ad extrà ſint indiuiſæ. Quod enim dicit Chriſtus Dominus, *Pater non iudicat quemquam,* Ioann 5. num 22 intelligi oportet ſub forma externa viſibilis iudicij, ſub qua iudicat ſolus filius. Secundò, variando ſuppoſitum verbo: ita vt in priori locò dicatur Chriſtus quatenus homo iudicare; in poſteriori Pater dare imperium Regi ſuo, &c Qui tranſitus in Prophetis frequentiſſimus eſt: cùm non ſemper in vna eadémque perſona, & re conſiſtant; ſed ab aliis in alias, prout ſpiritus impulerit, transferantur. Et facilè colligitur tranſitus perſonarum ex diuerſo modo operationis: nam cùm illa actio iudicandi futura ſit externa, ac viſibilis: hæc autem imperium conferendi, interna, vt ita dicam, hoc eſt, inuiſibilis; inde fit, vt ſtatim tranſitus ab vna perſona ad alteram colligatur: & primo loco Chriſtus Dominus viſibiliter iudicare; ſecundo æternus Pater imperium inuiſibiliter conferre ſignificetur. Atque hæc de toto Annæ cantico.

ANNOTATIO XIV.

CIRCA LITERAM.

Pars gratulatoria huius cantici illuſtratur.

1. *Annotationis diuiſio & ſcopus.* TRes partes huius cantici initio capitis diſtinxi: gratulatoriam, propheticam, inuectiuam. Et quamuis omnes ſatis fusè, ſi minus eruditè, explicatæ, & illuſtratæ videantur: tamen vberioris doctrinæ gratia, ſingulas ſingulis annotationibus vlteriùs illuſtrabo. Quod ad gratulatoriam attinet, nihil Deo gratius gratitudine; nihil ingratitudine ingratius: vt ſua vtrumuis ſectione ſeorſim oſtendetur.

SECTIO I.

Nihil Deo gratius gratitudine.

2. PAtet in Anna: quæ Deo grata pro vno filio, quem diuinitus acceperat, vt colligitur ex gratiis Deo actis In hoc cantico, plures à Deo accepit: vt num. 21. huius capitis patebit. Imò plus Annæ gratiarum actio, quàm preces, lacrymæ, & ieiunia profuerunt. Nam precando, lacrymando, & ieiunando vnum tantùm ſuſcepit filium: gratias tamen agendo pro ſuſcepto, plures acquiſiuit. Ergo quàm grata Deo ſit hæc gratiarum actio exploremus.

3. *Caſſiod. Cãticis laudationis maximè delectatur Deus.* *D. Ambr.*

Glorioſis, inquit Caſſiod. *magis placent præconia, quàm tributa.* Cùm igitur nemo ſit Deo glorioſior, nemo quoque erit laudationum, & gratiarum appetentior. Confirmat hoc D. Ambr. præfat. in Pſal. vbi agens de canticis, quibus olim Moyſes pro acceptis beneficiis immortales Deo gratias decantauit: *Delectatur*, inquit, *cantico Deus non ſolùm laudari, ſed etiam reconciliari.* Quaſi huius cantici ſuauitate diuinus in nos non ſolùm fauor excitetur; ſed etiam furor ſopiatur. Vnde bene D. Aug. epiſt. 77. ad Aurelium: *Quid*, inquit, *melius & animo geramus, & ore promamus, & calamo exprimamus, quam Deo gratias? Hoc nec dici breuius, nec audiri lætius, nec intelligi gratius, nec agi fructuoſius poteſt.* Eleganter Philo Alex. lib. de plantatione Noe: *Omnis*, inquit, *virtus ſancta eſt; gratitudo verò ſanctiſſima.* Et ſtatim monet, eam non externo apparatu, ſed interno affectu exhibendam. *Quam*, inquit, *non legitime Deo exhibent, quotquot putant, eum placari ædificiis, donariis, ſacrificiis: nam ne totus quidem mundus ad templum in honorem eius ſuffecerit. Sed præſtat eum laudibus, hymniſque colere non decantatis voce ſonora, & tinnula; verùm modulatis in animo puro, quem ſolus Deus aſpicit.* Et ſtatim promit quandam, vt ipſe vocat, *antiquam fabulam*; digniſſimam tamen, quæ inter ſcripturas cedro cuſtodiendas reponatur: Deum olim, cùm mundum abſoluiſſet, quendam è Prophetis interrogaſſe, nunquid deſideraret aliquid creandum, eumque prudenter reſpondiſſe, vnum *laudatorem*, qui opera à Deo facta non tam laudaret, quàm enarraret: *ipſam enim enarrationem operum Dei, laudem eſſe ſufficientiſſimam, nullo egentem auctario.* Quaſi Deus etiàm cùm rebus omnibus externis cernitur abundare; vna tamen gratiarum actione ſibi videatur indigere: vnde perpetuas ſibi laudes pro collatis beneficiis poſtulat decantari.

4. *Angeli matutinas, homines veſpertinas, reliqua creatura diurnas laudes Deo canentes.* *D. Gregor.* *D. Chryſ.* *Lyran.*

Certè in prima orbis molitione matutinas Deo laudes canebant Angeli, veſpertinas homines, creaturæ cæteræ diurnas. De Angelis hoc teſtatur ipſe Deus Iob. 38. n. 4. & 7. *Vbi eras*, inquit, *quando ponebam fundamenta terræ?* &c. *Cùm me laudarent ſimul aſtra matutina, & iubilarent omnes filij Dei?* ſeu, vt eſt in Hebræo, *omnes turmæ Angelorum.* Quaſi diceret, vbi eras, quando me pro beneficio creationis omnes Angeli matutinis laudibus prædicabant? vt D. Gregor. ibi, & D. Chryſ. in Catena Græcorum Patrum innuere videntur. Quibus à laudibus ne abeſſet ille Angelus, qui cum Iacob luctabatur: *Dimitte*, inquit, *me; iam enim aſcendit aurora.* Gen. 32. n. 26 vbi Lyran. *Quaſi dicas*, inquit, *tempus eſt vt cantem Dei laudes cum aliis Angelis: & ideò non debes me ampliùs tenere, & impedire à laude Dei.*

5. *Rupert.*

De hominibus quis dubitet? Licèt enim Rupert. exiſtimet, vt iam c. 1. n. 19. retuli, primos parentes ad auroram illius diei, quo conditi fuerunt, tanquam ingratos à diuinis laudibus omnino ſiluiſſe, & propterea in peccatum ruere à Deo permiſſos eſſe: nihilominus ſaltem ad veſperam, cùm Dei vocem deambulantis ad auram poſt meridiem auſcultarunt, veſpertinas Deo preces, & laudes pro beneficio redemptionis illis à Deo reuelatæ oblatis ſacrificiis cecinerunt; vt ex D. Thom. 1. 2. q. 85 art. 1. ad 2. deſumitur. Neque enim qui beneficio creationis ingrati fuerant, beneficio redemptionis ingrati eſſe potuerunt: cùm videtur illud per verba, & vocem facillimè collatum eſſe; hoc autem per verbera, & crucem difficillimè conferendum. Quod D. Bern. ſer. 11. in Cant. de Chriſto Redemptore loquutus, egregiè perpendit. *Multum*, inquit, *fatigationis aſſumpſit, vt hominem commoueret difficultas redemptionis, quem minus eſſe deuotum fecerat conditionis facilitas. Memento iam te etſi de nihilo factum, non tamen de nihilo redemptum. Sex diebus condidit omnia, & te inter omnia: at verò per totos triginta annos operatus eſt ſalutem tuam in medio terræ.* Et ſerm. 20. loquutus de opere redemptionis: *Hoc*, inquit, *eſt quod noſtram deuotionem, & blandiùs allicit, & iuſtius exigit, & arctius ſtringit, & afficit vehementiùs. Multum quippe laborauit in eo ſaluatore, nec in omni mundi fabrica tantum fatigationis auctor aſſumpſit. In illa dixit, & facta ſunt; mandauit, & creata ſunt: at verò in hoc, & in dictis ſuſtinuit contradictores, & in factis obſeruatores, & in tormentis illuſores, & in morte exprobratores.* Qui igitur creatori ingrati fuerant, grati ſaltem fuerunt Redemptori. Vnde D. Paulus: *Ipſius*, inquit, *ſumus factura, creati* (id eſt, redempti) *in Chriſto* IESV, *in operibus bonis.* Eph. 2. n. 10. in Græco eſt, αὐτοῦ γάρ ἐσμεν ποίημα, hoc eſt, *ipſius ſumus poema.* Vt enim poëma ad heroum laudes euulgandas factum eſt; ita homo ad beneficium redemptionis præcipuè decantandum. Quò pertinet illud Clementis Alex. in exhortat. ad gent. *Pulcher*, inquit, *hymnus Dei, homo, qui iuſtitia ædificatur.* Quaſi diceret, homo, qui per iuſtitiam Chriſti redemptus eſt, aliud non eſt, quàm hymnus, in quo diuinæ laudes eius, à quo redemptus fuit continentur.

Primi parentes pro reuelato redemptore Deo grati extiterunt. *D. Thom.* *D. Bern.* *Hominis redēptio creatione difficilior.* *Homo Dei poema.* *Clem. Alex.*

6. *Creatura etiam inanimata, diuinarum laudum præcones.* *D. Baſil.* *D. Amb.* *D. Greg. Naz.* *D. Chryſ.* *D. Auguſt.*

Iam verò cæteræ creaturæ ſicut inter Angelos, & homines in lucem prodierunt; ita inter matutinas, & veſpertinas laudes prodeunt in diurnas: Quamobrem Dauid Pſalm. 148. primò Angelos, vltimò homines, inter vtroſque, cæteras creaturas ad Dei laudes inuitat: vt quem ordinem in creatione tenuerunt, eundem in laudatione retinerent. Sed quàm rectè creaturæ illæ ſuo laudationis munere funguntur? *Vox Domini*, inquit Dauid, *ſuper aquas: vox Domini confringentis cedros: vox Domini intercidentis flammam ignis: vox Domini concutientis deſertum: vox Domini præparantis ceruos*, &c. Pſalm. 28. à num. 3. Quæ obſecro, vox iſta eſt, quæ ex omnibus orta creaturis, Prophetæ aures demulcebat? Optimè D. Baſilius ad eum locum: *Inanimata*, inquit, *elementa vocem habent à Domino, quia vniuerſa creatura non clamans creatorem ſuum deprædicat.* Concinit D. Ambroſ. lib. 2. Exam. c. 4. *Mundi*, inquit, *opus, cum videtur, ſuum laudat auctorem.* Imò D. Gregor. Nazianz. orat. 43. in nonam Dominicam, ad finem, poſtquam varia creaturarum genera percurrit: *Omnia*, inquit, *Deum laudant, & vocibus mutis concelebrant.* Quaſi mundus non loquendo, ſed apparendo magnus quidam diuinæ maieſtatis præco videatur. Quare bene D. Chryſ. in Pſalm. 137. n. 2. *Nulla eſt*, inquit, *pars creaturæ, & ſuperna, & inferna, quæ non emittat vocem quauis tuba clariorem, prædicantem nominis tui magnificentiam.* Tandem hanc etiam ob cauſam D. Auguſt. lib. 11. ciu. cap. 18. mundum, ſeu ordinem ſæculorum, *pulcherrimum carmen* appellauit.

Totus mundus velut carmen.

laui. Quo ſicut carmen ad canendas triumphantium laudes, ita mundus ad laudandam ſui fabricatorem prouidentiam conſtitutus videatur. Vides, etiam inde ab orbe condito gratulatoria Deo cantica perſonuerint, rerum potius, quàm verborum eloquentia, & harmonia conſtita? Atqui eadem conſequenter etiam ætates exceperunt.

7\. Dubitant interpretes, an Hebræi de Ægypto exeuntes arma ſecum extulerint, dum illa verba: *Armati aſcenderunt filij Iſrael de terra Ægypti.* Exod. 13. n. 19 multipliciter vertunt, & verſant, in diuerſóſque ſenſus, atque aduerſos interpretantur: vt interim videre eſt apud Pererium diſp. 2. ad illud caput. Nemo tamen eſt, qui dubitet, an tympana extulerint, cùm affirmatiua reſolutio in litera exprimatur. *Sumpſit ergo*, inquit, *Maria tympanum in manu ſua, egreſſæque ſunt omnes mulieres poſt eam, cum tympanis, & choris.* Exod. 15 n. 29. Quid ergo? maior Hebræos de tympanis, quàm de armis cura, & ſolicitudo tangebat. Ita planè. Vt fortaſſe magis ſoliciti de canendis Deo laudibus, quàm de auertendis à ſe hoſtibus viderentur. Præſertim cum cantica ad laudandum Deum, ſint arma ad profligandum hoſtem, iuxta illud: *Exultationes Dei in gutture eorum, & gladij ancipites in manibus eorum.* Pſal. 149. n. 6. vbi D. Chryſ. *Oſtendit*, inquit, *quod canentes, & laudantes ſic vincant.*

Quare Hebræi non arma, ſed tympana ſecum extuleriat ab Ægypto.
Perer.
D. Chryſ.

8\. Rurſus ijdem à Babylonijs capti, arma quidem abiecerunt; organa tamen conſeruarunt, iuxta illud: *In ſalicibus, in medio eius ſuſpendimus organa noſtra.* Pſalm. 136. n. 2. Neque enim ſuſpendere poſſent, ſi non haberent. Cur igitur abiectis armis retinuerunt organa? D. Chryſoſt. totum hoc tribuit diuinæ prouidentiæ, ad maiorem exulantium cruciatum: *Vt vel*, inquit, *in aliena regione haberent monumenta prioris Reipublicæ, magiſque mœrerentur, & ægriùs ferrent, dum religionis, & Dei cultus illa ſigna viderent.* Addo (vt hoc Hebræorum pietati concedamus) quia non tam hoſtiles pugnas, quàm diuinas laudes apud ſe meditabantur. Quod ſi organa coram profanis hoſtibus è ſalicibus ſuſpenderunt, id fuit, vt mihi videtur D. Aug ſignificaſſe, vt eadem poſtea, illis recedentibus, ſanctius, ac religioſiùs pulſarent.

D. Chryſ.
Hebræi abiectis armis muſica retinent inſtrumenta.
D. Aug.

9\. Ceſſit libentiſſimè Dauid filio ſuo Salomoni in fabricando templo, non tamen in cantoribus, qui diuinas laudes modularentur, præſcribendis; illos enim dum adhuc viueret, deſignauit. 1. Paral. 25. à num. 1. ratus, glorioſius ſibi fore, Deo debitas laudes, quàm immenſas opes obtuliſſe. Qui tempore Ioſiæ reſarciendo templo operam dabant, non magis ædificandi, quàm modulandi artem exercebant. *Qui vrgebant opus*, inquit textus, *omnes Leuitæ, ſcientes organis canere.* 2. Paralip. 34. n. 12. Quaſi altera manu fabrilia, altera muſica inſtrumenta præferrent; vt nun minùs inſtaurandis ſacris ædibus, quàm decantandis diuinis laudibus vacarent.

Dauidis in præſcribendis templi cantoribus ſolicitudo.
Leuitæ templum fabricantes, & organis canentes.

10\. Aduerſus Moabitas, & Ammonitas, & Idumæos, exercitum duxit Ioſaphat. 2. Paral. 20. à num. 20. qui victoriam vt inuentam reportaret, in prima acie præire iuſſit, non velites, ſed Leuitas; non cum armis, ſed cum Pſalmis; non inuaſuros hoſtes, ſed Deū laudaturos. Quid ergo factum? Dum Pſal. 135. cecinerunt: *Confitemini Domino, quoniam in æternum miſericordia eius.* Ecce tibi hoſtes tanquam lymphati in mutuas plagas, ac cædes omnes ad vnum corruerunt. Vt palàm fieret, non humanis viribus, ſed diuinis laudibus tam illuſtrem victoriam tribuendam. *De Zabulon*, vt canit Debora in ſuo cantico, *deſcenderunt, qui exercitum ducerent ad bellandum.* Iud. 5. n. 14. Hebraicè,

Moabitarum exercitus, nō armis, ſed Pſalmis à Ioſaphat ſuperatur.

A *poterit in calamo ſcribæ.* Mirabitur aliquis, nec immeritò, laudari eos à ſcribendi, qui ...odatiùs laudari debuiſſent de arte ...: ſed reſpondet optimè Rupertus, eos non ſolùm cum armis ad bellandum, ſed etiam cum ſcriptis carminibus ad Deum laudandum proceſſiſſe. Vnde non tam vt bellatores, quam vt laudatores commendantur. Quaſi longè maius contra hoſtes præſidium à diuinis laudibus, quàm à bellicis manibus, desumerent. Rupert.

Adde & Chriſtum Dominum *hymno dicto*, ſeu *cantato*, vt eſt in Græco, prodijſſe in certamen. Matth. 26. num 3. non ſolùm, vt diuinis laudibus præmiſſis, tanquam armis animo adaptatis, ſe præmuniret ad conflictum; ſed etiam ſe præpararet B ad triumphum: ſciebat enim fore, vt & conflictus felicior, & triumphus glorioſior ageretur, quos diuinæ laudes anteiſſent. Certè D. Paulus, & Silas in carcerem coniecti, compedium & vinculorum ſtridore, tanquam fiſtularum, & organorum cantu præeunte, diuinas laudes concinebant. Act. 16. n. 25. nihil ad ſuam miſeriam leuandam, nihil ad diuinam miſericordiam obtinendam accommodatius facturi, quàm ſi diuinas laudes modularentur. Tandem in Chriſtianis nullam aliam culpam reperit Plinius ille iunior in epiſtola ad Traianum, præterquam quod *ſuo Chriſto antelucanos canebant hymnos.* Felix vituperium, quod in Chriſti Domini cedebat C encomium.

11\.
Chriſtus cum morte congreſſurus cātato hymno ſe præmuniuit.
Paulus, & Silas in carcere diuinas laudes modulantur.
Plin.

Ad hæc, gratiarum actiones eſſe debent, quantum fieri poteſt, iuges, & perennes. Olim Deus ad Moyſem: *Ignis*, inquit, *in altari ſemper ardebit.* Leu. 6. n. 12. Quem locum Philo Hebr. lib. de victimas offerentibus expendens: *Meritò*, inquit, *vt equidem arbitror. Nam quia perennes Dei gratiæ nec deficiunt, nec intermittuntur; ſed interdiu noctúque fruendas ſe præbent his hominibus, gratiarum actionem hæc ſacra flamma figurat, ſemper inſtaurandam ne quando extinguatur.* Quaſi ſic exponeret, vt quàm perennis eſt in homines diuinarum gratiarum largitio, D & profuſio, tam perennis ſit in Deum humanarum gratiarum actio, & redhibitio; & ſicut illa nunquam interquieſcit, ita & hæc nunquam intermittatur. Eodem pertinet illud cæremoniale præceptum, vt aureum candelabrum tam die, quàm nocte prælucerct, vt ad c. 5 n. 3. explicabo. Cuius præcepti myſticam rationem tradit Philo cit. *Ne*, inquit, *interrumpatur gratiarum actio nocturno tempore maximè idonea.* Et paulò poſt: *Quoniam*, inquit, *non ſolùm vigilantes, ſed etiam dormientes iuuamur diuina beneficentia; meritò lex æquum indicauit, gratiarum actiones ita diſtribuit, vt ſacra fiant pro vigilantibus; pro ſomno verò, & prouenientibus inde commodis accendantur ſacrata lumina.* Quaſi diceret, tollide temE plo omnem gratiarum actionem nocturno tempore, iniquum erat, cùm etiam tunc multa beneficia ſint diuina, pro quibus gratiæ rependi debeant. adhiberi autem vocalem, perpetem, & pernoctem, erat moraliter impoſſibile, cùm ſuum voci ſilentium, & vigiliæ ſopor neceſſariò ſuccedat. Quid ergo? Iuſta ſit diſtributio: vt die per voces, nocte per lucernas, aliqua tamen iugiter gratiarum actio habeatur. Quare Dauid nullum ſibi finem gratijs Deo agendis præfigebat. Nam totum Pſalterium diuinarum laudum plenum clauſit dictione illa Hebraica, *Alleluia*, hoc eſt, *laudate Deum.* Non ſine myſterio, interprete Genebrardo, vt ſignificaret, neque etiam tunc, cum totum pſalterium abſolutum eſt, à Dei laudibus ceſſandum, ſed quaſi denuò, iterùm, ac ſæpiùs ordiendum.

12\.
Semper iugis & perennis gratiarum actio.
Philo.
Philo.
Genebr.

Et ne perennis laus laudatorem fatigaret, ab Eccleſia in harmoniam incluſa eſt, vt teſtatur D. 13.

Quare Dei laudes ab Eccleſia in Pſalmis, & hymnis harmonice decantentur.

D Chryſ. Iuſt Mart Theod.

.Chryſ.in Pſal 41. *Volens*,inquit, *Deus gratiorem laborem efficere, admiſcuit propheticam melodia, vt omnes numero delectati, cum magna animi alacritate, ac promptitudine ſacros ei hymnos emittant.* Imò & inſtrumenta muſica in ſacrificijs, quamuis propria fuerint Ethnicorum, tamen & in veteri Synagoga probata ſunt, & in noua Eccleſia vſitata, & commendata, vt D.Chryſoſt.in Pſal.150. Iuſt. Martyr quæſt.107. ad Orthod.Theod. lib.de ſacrif.qui eſt ſeptimus de prouidentia, aliique obſeruant: non ſolùm ob alias vtilitates, quas Iuſtinus proſequitur, ſed etiam, interprete D. Chryſ. vt harmoniæ ſuauitas ſaltem illiberales, ſocordes, ac ſupinos animos ad diuinas laudes excitaret; illáque illecebra voluptatis, perpetuæ laudationis faſtidium remoueret.

14.
Deus pro collato beneficio ſolam exigit animi gratitudinem.
D.Bern.

Meritò igitur Anna,vt gratam ſe Deo exhibeat, pro beneficio rependit canticum, quod Deus ſolum exigebat. Nam, vt bene D. Bern. epiſt.181. *Verus*, inquit, *beneuolus amplius non requirit. Danti rependi quidquam gratius ab accipiente non poteſt, quam ſi gratum habuerit, quod gratis accepit.* Vnde Dauid multis à Deo obrutus beneficijs,nihil aliud, quàm canticum promittebat: *Deus canticum nouum cantabo tibi.* Pſal.143. n.9. Neque mirum. Nam vt

D.Chryſ.

D.Chryſoſt. ibid. *Nos quoque*, inquit, *à pauperibus nihil aliud requirimus, quam laudem, & gratum animum, & accepti memorem beneficij.* Quod ſi nos ſola gratiarum actione beneficia noſtra vendimus;quid de Deo,qui gratiarum actionem quaſi beneficium

D.Baſil.

putat? vt notat D. Baſil. hom.5.in Mart. Iulitam, expendens illud Dauidicum: *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi?* Pſal.115.n.12. *Magnificus, inquit, dator haudquaquam dictus eſt tribuiſſe, ſed retribuiſſe: ac ſi is non cœpiſſet prior in nos gratiam conferre; ſed reſolueret acceptam his, qui priores contuliſſent. Cùm enim pro accepta gratia rependis gratiarum actionem, in numerum refert, & habet beneficij loco.*

Gratiarum actio diligenter exercenda.

15.
Et in gratiarū actione diligentia adhibēda, vt futurum beneficium anteuertatur.
D Bern.

VIdimus, quàm grata Deo ſit gratiarum actio. Sed vlteriùs attendendum, quàm diligenter ſit à nobis exercenda. *Læua eius*, inquit ſponſa, *ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Cant 8. n.3.In quem locum acutiſſimè, vt ſolet, D. Bern. ſerm. 51. obſeruat, ſponſam ad gratias agendas ita maturaſſe, ac feſtinaſſe, vt non ſolùm pro beneficio accepto de læua, ſed etiam pro accipiendo de dextra, gratam ſe præbuerit. *Non ait*, inquit Bernardus, *amplexatur, ſed amplexabitur; vt noueris priori gratiæ adeò non ingratam, vt ſecundam gratiarum actionem præuenerit. Mox vt gratiam de læua ſenſit, gratias egit, non expectans plenitudinem, quæ in dextera eſt. Diſce in referenda gratiam non eſſe tardus, aut ſegnis.* Vbi vides, tam gratos nos eſſe oportere, vt non ſolùm pro beneficijs acceptis, ſed etiam pro accipiendis referre Deo gratias debeamus. Quo pacto Chriſtus Dominus antequam panes multiplicaret. Ioan.6. num. 11. & Lazarum ſuſcitaret. Ioan.11.n.42.& corpus ſuum conſecraret.Luc.22.n.19. gratis egit. Non ſolùm quia iam certus erat de beneficio accipiendo, ac ſi iam accepiſſet: vt D Bern. ſerm. de quatuor mod.orandi obſeruat; ſed etiam quia tam gratus erat Patri, vt beneficium conferendum gratiarum actione anteuerteret.Quare ſemper eſſe debemus ad agendas gratias paratiſſimi.

D Bern.

16.
Duplēxne, an vnum animantium ſeptenarium Noe in Arcā immiſerit.

Noë Arcam ingreſſuro ita præcepit Deus: *Ex omnibus animantibus mundis tolles ſeptena, & ſeptena.* Geneſ.7. n.3. Quæſtio eſt, duplēxne ſeptenarium, vnum maſculorum, alterū fœminarum; an vnum tantùm ex ſingulis ſpeciebus eligi præcipiatur. Priorem partem tenet Iuſt. Mart q.43. ad Orthodox.Orig Carth. & alij.Poſteriorem Ioſeph.lib.1. antiq D.Ambroſ lib.de Arca, cap.12. D.Chryſoſt. hom. 24. in Geneſ. & alij, quos Perer. lib. 11. in Geneſ.diſput.3. refert, & ſequitur; probabiliùs, vt exiſtimo, ne maior animalium numerus,quàm par eſſet, in Arcam admitteretur. Sed inde altera conſequitur difficultas, cur ita numero Deus impare gaudet, vt præter tres binarios animalium ad propagandam ſpeciem requiſitos, vnum inſuper ſingulare, & ſine compare requirat. Dupliciter reſponderi poteſt. Primò, vt duplex ſtatus Eccleſiæ in Arca præfiguretur: coniugalis quidem in binarijs: in vno autem ſolitario, virginalis. Ita ſentire videtur D. Hieron. in epiſt.11.ad Gerontiam, ſeu Ageruchiam de monogamia,dicens,numerum parem *fœtibus, atque coniugio*; imparem *ſacrificio præparatum* eſſe. *Et in hoc*, inquit, *virginitatis, atque pudicitiæ palma monſtratur.* Secundò, aptiùs ad rem noſtram, vt poſt diluuium haberet Noë victimam, quam ſine propagationis diſpendio in gratiarum actionem Deo immolaret. Ita exprimit idem D. Hieron. lib. 1. aduerſus Iouin. *Ingrediuntur*, inquit, *ſeptena, quæ munda ſunt: vt haberet Noe poſt diluuium, quod de impari numero ſtatim Deo poſſet offerre.* Cui D.Chryſ.hom.24.in Gen.Theodor. q.50.Caiet ibid.aliique aſſentiuntur. Quaſi Deus ita nos velit ad gratiarum actionem comparatos, vt nullam moram in victima conquirenda abire, patiatur. Nec ſanè vllam interpoſuit Noë: tam gratum erga Deum animum geſtabat.Et propterea illo ſtatim poſt diluuium ſacrificante: *Odoratus eſt Dominus odorem ſuauitatis.* Geneſ. 8. num. 21. Vbi D.Chryſ. hom. 27. *Vide*, inquit, *quomodo animus offerentis fumum, & nidorem, & omnem inſuauitatem, multa fragrantia impleuit.* Vnde eſt illud Eccleſiaſt. 35.n.8.*Oblatio iuſti impinguat altare, & odor ſuauitatis eſt in conſpectu Altiſſimi.* Seu, vt legit Clemens Alex.lib.3.pædagog.cap.12. *Odor ſuauitatis Deo eſt cor, quod glorificat eum.* Et ſubdit aptiſſimè ad præſens inſtitutum: *Hæ ſunt coronæ, & ſacrificia, & aromata, & flores Dei.*

Iuſt. Mart. Orig. Carthuſ. Ioſeph. D.Amb. D.Chryſ. Perer.

Cur Deus præter tres binarios vnū ſine compare requirat.

Duplex ratio.

D.Hier.

D.Hier.

Theod. Caiet.

D.Chryſ.

Clem. Alex.

17.
Hebræi fame oppreſſi, victimis abſtinent ad ſacrificium reſeruatis.

Hebræi quondam ex Ægypto ſuos ſecum greges, & armenta omnia exportarunt; vt colligitur ex illis verbis Moyſis ad Pharaonem: *Cuncti greges pergent nobiſcum, non remanebit ex eis vngula.* Exod. 10.n.26. Et clariùs ex illis Pharaonis ad Moyſem: *Oues veſtras, & armenta aſſumite, vt petieratis.* Exod.12. num.32. Ac tandem clariſſimè exprimitur in ipſo egreſſu: *Profectique ſunt filij Iſrael*, &c. *Et vulgus promiſcuum innumerabile aſcendit cum eis, & oues, & armenta, & animantia diuerſi generis multa nimis.* Ibidem num. 38. Neque dici poteſt in mari rubro obruta perijſſe: aut in ipſa ſolitudine conſumpta, vel abacta. Nam ſulæ tribus Ruben, & Gad, vt de alijs taceam, ſolitudine iam emenſa, & prope Iordanem conſiſtentes, *habebant*, inquit textus, *pecora multa, & erat illis in iumentis infinita ſubſtantia.* Num.32, num.1. Quæ cùm ita fuerint, mirandum quod ſequitur. Nam paululum progreſſi, ollas carnium, quibus in Ægypto fruebantur, deſiderabant. Exod.16. num.3. & Num. 11. num. 4. Cur, quæſo, non mactabant de gregibus quos ſecum afferebant, quibus facilè ſuam auiditatem explere poſſent? Itane miſeri erant, & auari, vt mallent eſurire, quàm ſuos greges conſumere; & ne perderent pecuniam ex ſuis pecudibus colligendam, potiùs ſuam vitam pecudum carnibus ſuſtentandam perire paterentur. Ita planè ſentit Lyranus. Sed in meliorem partem interpretatur

Auari vitā potiùs, quàm pecuniā perdere malunt.
Lyran.

D Auguſt.

A pretatur D. Aug q. 61. in Exod. vbi eandem ventilans quæſtionem, aliud non inuenit, quod reſpondeat: *Ni fortè*, inquit, *dicatur, pepercíſſe illos pecoribus, ne omnibus deficientibus, etiam ſacrificiis neceſſaria deeſſent.* Quaſi populus, ſeu potiùs illius populi ductor Moyſes, ita gratus in Deum eſſet, vt mallet mori præ fame, quam victimis ad ſacrificia, & gratiarum actionem neceſſarijs defraudari.

18. *Bethlehemiticã aquam Dauid per gratitudinẽ Deo libat.*

Affine neſcio quid, ac planè genuinum contigit aliquando & Dauidi. Deſiderauit ille quondam aquam de ciſterna, quæ erat in Bethlehem, hoſtibus vndique circumſeſſa. Irruunt tres viri, hauriunt, reportant. Quid Dauid? *Noluit bibere, ſed libauit eam Domino.* 2. Reg. 23. n. 16. & 1. Paral. 11. B n. 18. Innumeræ ſunt huius facti rationes, quas ſuo loco reſeruamus. Illa interim aptiſſime incidit

D. Hier.

in rem præſentem ex D. Hier. ad locum Paral. cit. *Sacrificauit*, inquit, *eam Domino, gratias agens, quia tam fortes viros in Iſrael dederat.* Nec multò aliter

Ioſeph.

Ioſephus lib. 7. Antiq ad locum cit. Regum: *Deo*, inquit, *libauit, gratias agens pro virorum incolumitate.* Itaque ſiue datos, ſiue receptos viros tam fortes, tam ſtrenuos Deo gratularetur; certè maluit gratiſſimus Rex tolerare ſitim, quàm gratiam non referre.

19. *Non ſolùm in proſperis, ſed etiam in aduerſis Deo gratia referenda.*

Illud obiter hic aduerto, non ſolùm in proſperis, ſed etiam in aduerſis Deo gratias referendas.

D. Chryſ.

C Vnde D. Chryſoſt. in Pſalm. 148. *Deus*, inquit, *æquè eſt laudandus, & cùm punit, & cùm à ſupplicio eximit: vtraque enim ſunt curationes, vtraque bonitatis. Oportet ergo eum æquè laudare, & quod poſuerit Adam in Paradiſo, & quod eum expulerit: & gratias agere non ſolùm pro regno, ſed etiam pro gehenna; eam enim & fecit, & minatus eſt, vt à vitio liberaret.*

Expreſſa ſimilitudo.

Quemadmodum ergo medicum non ſolùm nutrientem, ſed etiam fame excruciantem: non ſolùm vngentem, ſed etiam vrentem, & ſecantem obſeruamus: ita etiam oportet Deum laudare pro omnibus. Quod faciliùs nobis vt perſuadeat hom. 28. ad populum, à mendicantibus du-

Alia ſimilitudo.

cit exemplum: *Hi namque*, inquit, *totum tempus in mendicando conterentes, non blaſphemant, non indignantur, non ægre ferunt: ſed totam mendicationis narrationem in gratiarum ponunt actione, magnum facientes Deum, & miſericordem. Ille quidem fame periens be-* D *nignum vocat: tu verò viuens in abundantia, niſi cuncta ſimul accipias crudelem nuncupas? Quanto melior eſt ille? Communes nobis præceptores per terrarum orbem miſit Deus pauperes.* Vbi vides miſeros homines etiam in miſerijs non eſſe ingratos.

20. *Nonnulla gratitudinis exempla, etiam in aduerſis.*

Huius rei ſingulare nobis exemplum reliquerunt, & Iobus in medijs aduerſitatibus clamans: *Sit nomen Domini benedictum.* Iob. 1. n. 21. & Dauid mortuo filio, quem vnicè diligebat: *Surgens, & adorans Dominum.* 2. Reg. 12. n. 20. & Euangelicus ille Propheta, inter plagas diuinas ſuauiter canens: *Confitebor tibi Domine, quoniam iratus es mihi.* E Iſaiæ 12. n. 1. Ita planè ſe habet iuſtus inter labores; Deo non aduerſatur, ſed gratulatur. Vnde

D. Chryſ.

bene D. Chryſoſt. hom. 3. de patientia Iobi, ſurgentis, & adorantis Deum inter calamitates: *Merces*, inquit, *calamitatum adoratio; pulſatus ærumnis benedicit, oppreſſus gratias agit.*

Gratitudo in aduerſis ſincera, in proſperis aliquando fucata.

Quod ſanè manifeſtum eſt grati animi indicium, vexanti, & flagellanti Deo benedicere: nam fauenti, ac blandienti, nonnunquam ingratus quoque homo gratulatur, iuxta illud Dauidicum: *Confitebitur tibi, cùm benefecerit ei.* Pſ. 48. n. 19. Quæ quidem gratitudo fucata eſt, non ſincera, vt rectè notat D. Antioch.

D. Antioch.

hom. 117. de grat. act. *Hoc*, inquit, *inſigni argumento internoſcitur, qui nihil fucatè gratus eſt, dum inter medias deprehenſus calamitates toto pectore gratias agit* A *Domino* Quaſi diceret, fucatè, & ſincerè grati nullo meliùs iudicio deprehenduntur, quàm quod ille in proſperis; hic etiam in aduerſis gratulatur.

21. *Vtilior in aduerſis, quam in proſperis gratitudo.*

Quid ſi dicam, vtilius nobis fore gratias agere in aduerſis, quàm in proſperis? Certè D. Chryſoſt.

D. Chryſ.

in Pſalm. 9. mecum ſentiet. *In bonis* inquit, *gratias agens, reddidiſti debitum; in malis, Deum conſtituiſti debitorem. qui beneficio affectus agit gratias, reddit debitum; qui male affectus, gloria afficit, debitum acquirit.* Quantò igitur vtilius eſt, & glorioſius, Deum acquirere debitorem, quàm Deo ſoluere creditori, Deo dare, quàm reddere: tantò fructuoſius, & excellentius, Deo in aduerſis, quàm in proſperis gratulari. Hæc de gratitudine erga Deum. Nam de B gratitudine erga homines alius erit dicendi locus.

SECTIO II.

Nihil Deo ingratitudine ingratius.

1. *Varia ingratitudinis nocumenta.*

PAtet in Phenenna, quæ pro filijs Deo ingrata, non ſolùm plures non accepit, ſed etiam acceptos amiſit, vt num. 5. diximus. Gratitudo emortuam Annæ vuluam viuificauit; viuam Phenennæ mortificauit ingratitudo. Vnde bene D.

D. Bern.

C Bernard. ſerm. de ſeptem miſericordijs: *Peremptoria*, inquit, *res eſt ingratitudo, hoſtis animæ, inimica ſalutis. Nihil ita diſplicet Deo, præſertim in filiis gratiæ, quàm ingratitudo: vias enim obſtruit gratiæ, & vbi fuerit illa, iam gratia acceſſum non inuenit, locum non habet.* Et ſerm 51. in Cant. iam cit. *Nulla*, inquit, *Dei dona debita gratiarum actione fruſtrentur, non grandia, non mediocria, non puſilla. Iubemur colligere fragmenta, ne pereant: id eſt, nec minima Dei beneficia obliuiſci. Nunquid non perit, quod donatur ingrato? Ingratitudo inimica eſt animæ, exinanitio meritorum, virtutum diſperſio, beneficiorum perditio. Ingratitudo ventus vrens, ſiccans ſibi fontem pietatis, rorem miſericordiæ, fluenta gratiæ.*

Cur Deo tam ſit ingrata ingratitudo.

Vbi exprimitur ratio, cur Deo tam ſit ingrata ingratitudo. Cùm enim Deus ſit ab bona largienda promptiſſimus; ingratitu- D do, quæ hanc eius propenſionem maximè ligat, & intercludit, non poteſt non illi eſſe ingratiſſima.

Cur Deo tam ſit grata gratitudo.

Sicut ex oppoſito, gratiſſima illi ſolet eſſe gratitudo, quæ hanc eius beneficentiam magis quodammodo excitat, vrget, & accendit. Dum enim pro beneficijs acceptis grati ſumus, vt bene D.

D. Bern.

Bernard. ſerm. contra vitium ingratitudinis; *locum in nobis facimus gratiæ, vt maiora adhuc accipere mereamur.*

2. *Ingratitudo ad collata etiam bona auferenda Deum impellit.*

Neque ſolùm Deum à beneficijs retardat ingratitudo, ſed etiam ad ſupplicia impellit: & in primis quidem ad collata bona auferenda. Nam vt

D. Greg.

E bene D. Gregor. lib. 9. Moral. c. 1. *Qui de acceptis extollitur, cuncta, quæ acceperat, amittit.* Cui concinit

D. Baſil.

D. Baſil. hom. 5. cit. in martyrem Iulitam, docens, ingratos multis beneficijs diuinis abundantes, nec ea, vt par eſt, recognoſcentes, eſſe tanquam oculos, qui dum obiecta ſenſibilia proximè admota habent, ea non intuentur.

Egregia ſimilitudo.

Quemadmodum igitur neceſſe eſt. obiecta ab oculis paulíſper ſeparari, vt videantur; ita & ab ingratis diuina beneficia auferri, vt æſtimentur. *Præſentibus*, inquit, *bonis perfruentes, cùm nullam rependamus largitori gratiarum actionem, vt ſenſum aliquem percipiamus ex iactura rei, neceſſe eſt, vt ea ſpoliemur. Vt enim oculi, quod iuſto propius admotum eſt, non vident; ſed opus habent moderata quadam diſtantia. itidem animos minùs gratos videmus ſenſu attingi præcepta gratia,* dum

dum priuatos ſe intelligunt prærogatiua bonorum. Miſera ingratitudo, quæ in tanto diuinorum beneficiorum ſpleodore adeò caligat, vt illa non videat; neque vllo meliùs collyrio, quàm priuatiooe omnium curetur, & oculetur.

3. *Priores legis tabulas perdidit ingratitudo: poſteriores gratitudo ſeruauit.*

Dignum planè eſt, quod in quæſtionem vocetur, cur priores tabulæ legis, quas Moyſes in Sina accepit, fractæ ſint. Exod. 32. num. 19. poſteriores verò, quas poſtea recepit, cooſeruatæ. Exod. 34 n. 29. Ratio eſt, vt alias interim omittam, quas ſuis locis inculcabo, quia priores ſine vlla gratiarum actione acceptæ ſunt: poſteriores autem cum maxima. Dicitur enim Moyſes, cùm poſteriores tabulas recepit, in laudes effuſus, canticum illud, in quo tredecim Dei prærogatiuæ continentur, cecinisse: *Dominator Domine Deus, miſericors, & clemens, patiens, & multæ miſerationis, & verax,* &c. Exod. 34. num. 6. Sicut igitur hæc poſterior gratitudo Dei beneficium retinuit, ac diuturnum fecit: ita illa prior ingratitudo Dei beoeficium perdidit, ac diſſipauit. Ratio eſt D. Ambroſij (D. Ambr.) præfat. in Pſalm. *Legis*, inquit, *tabulæ prius quam cantico firmarentur, per indignationem Moyſis fractæ, & comminutæ ſunt: vbi verò tali ſignaculo conſecratæ ſunt, humana locum ira non habuit; quia ſanctificatio eam ſacræ ſuauitatis excluſit.* Quaſi Moyſis animus ante gratiarum actionem turbidus eſſet, & inquietus; poſt gratiarum actionem tranquillus, ac ſerenatus: & propterea donuoi, quod ante perdiderat, poſtea retineret.

4. *Ingentia ingratitudinis ſupplicia.* D. Bern.

At vis videre ſupplicia, quæ ex hac ingratitudine conſequuntur? Certè non exigua. Vnde cogitur dicere D. Bern. ſerm. 84. in Cant. ſæpe ex magnis bonis mala oriri non minima. Scilicet ex magnis beneficijs maxima ſupplicia: cùm videlicet eximij facti de donis Dei, non damus gloriam Deo. *Ita profectò*, concludit D. Bern. *qui maximi videbantur pro accepta gratia, pro non redhibita minimi reputantur apud Deum.* Vt quò altiùs diuina beneficentia ingratos euehit, & extollit; eo humiliùs ſua eos ingratitudo deijciat, ac peſſuodet.

5. *Ezechias in debitam ingratitudinis pœnam ægritudine punitur.*

De Aſſyrijs quondam celebrem victoriam reportauit Ezechias. Quid deinde? Sequitur ſtatim: *Ægrotauit Ezechias vſque ad mortem.* Iſa. 38. n. 1. & 4. Reg 20. n. 1. Tam ſubitæ ægritudinis cauſam quærunt interpretes. Reſpondent Hebræi apud D. Hieronymum in illa verba: *Introiuit autem Iſaias Propheta ad Regem Ezechiam.* Iſaiæ 39. n. 3. ægrotaſſe Ezechiam quoniam propter inauditam victoriam, & Aſſyrij Regis interitum, non cecinerat laudes Domino, quas cecinit Moyſes Pharaone ſubmerſo, & Debora interfecto Siſara, & Anna genito Samuële. Ita illi. Quorum rationem (vt de alijs interim taceam iodicijs ad eum locum manifeſtandis) mihi perſuadet auctoritas D. Auguſtini (D. Aug.), ſi ille eſt, lib. 2. de mirabilibus Scripturæ, c. 28. *Ne*, inquit, *de tanta victoria eſſet eleuatus, & forſitan etiam gratiarum actione exiguus, in grauiſſimi languoris morbum incidit.* Quaſi illa ægritudo illata fuerit, & in præuiam medicinam arrogantiæ contrahendæ; & in debitam pœnam ingratitudinis contractæ.

6 *Ingratitudo Moyſi & Aaroni promiſſæ terræ aditum interclusit.* Abul.

Grauis fuit illa pœna, quam Deus Moyſi, & Aaroni inflixit, vtrumque ab ingreſſu terræ promiſſionis repellendo: *Non introducetis*, inquit, *hos populos in terram, quam dabo eis.* Num. 20. num. 12. At quænam fuit illorum culpa, cuios cauſa tam grauem pœnam ſubierunt? Plures quidem Abul. ibi q. 5. diſtinguit: ſed illam indicat certiorem, quod populum poſt aquæ beneficium diuinitus acceptum, ad gratiarum actionem Deo habendam noo impulerint; ſed potiùs ſuis illis rigidis, ac præpoſteris iocrepationibus retardauerint. Quaſi vita indigni ſint, qui eam gratijs Deo referendis pro acceptis beneficijs non impendunt; aut ſaltem alios gratiarum debitores ad hoc debitum Deo perſoluendum non adhortantur. His adde, quæ diximus in procemio huius operis annot. 3. ſect. 8. de Samſone ingrato poſt victoriam de Philiſthæis reportatam: & quæ diximus c. 1. n. 19. de Adamo parum grato poſt beneficium creationis. Vtriuſque enim ingratitudo non ſolùm ab vlterioribus beneficijs Deum retardauit: ſed etiam ad noua ſupplicia coëgit. *Alia ingratitudinis ſupplicia.*

7. *Nulla pœna ingratitudini par est.* D. Hier.

Verùm, quæ ſupplicia dioinitus illata ingratitudinis vitium ſatis exæquabunt? Certè nullas pœnas pro merito æquas inuenit Ieremias. Nam poſtquam plurimas recenſuit, tandem concludit: *In tempore furoris tui abutere eis.* Ierem. 18. num. 23. ſeu, vt legit D. Hieronym. ex Hebræo, *fac in eis.* Nec amplius addit. *Fac*, ſed quid? Non dicit: quia neque verbis exprimere, neque mente comprehendere potuit, quantum pœnarum eſſet ab ingratis hominibus exigendum. Quò fortaſſe reſpicere voluerunt Athenienſes, dum certis ſupplicijs in ſingulos malefactores ſtatutis, nulla in ingratos ſtatuerunt: ſeu, oe tantum malum in ſua Republica fore malè ominarentur: ſeu, quia ſupplicia, quæ tanto ſceleri paria eſſe poſſent, ignorarunt. *Cur Athenienſes nulla in ingratos ſupplicia ſtatuerint.*

8. *Ingrati à Deo non cognoſcuntur.* D. Bern.

Nihilominus vnum illod ſcio, neſciri à Deo ingratos. Quo ſupplicio, ſi ipſi ſaperent, nullum atrocius iudicarent. Ex decem illis leproſis, quos Chriſtus Dominus ſanauit: *Non eſt inuentus, qui rediret, & daret gloriam Deo, niſi vnus alienigena.* Luc. 17. num. 18. Hic enim, ſicut alienum ſe à patria, ita omni beneficio iodignum, ac proinde magis gratiæ debitorem pro accepto iudicabat. Ad quem optimè D. Bernard. ſerm. cit. contra ingratitudinem alludens: *Felix*, inquit, *qui ſe alienigenam reputans, etiam pro quibuſque minimis beneficiis non minimas refert gratias: gratuitum eſſe non dubitans, neque diſsimulans, quod alieno impenditur, & ignoto.* Ad hunc igitur Domious: *Nonne*, inquit, *decem mundati ſunt? & nouem vbi ſunt?* ibid. num. 17. Quo loco Interlin. *Sic*, inquit, *habet ingratos, quaſi ignotos: vbi ſunt? inquirit Dominus.* Quaſi à Deo non cognoſcantur, qui beneficia diuinitus ſibi collata non recognoſcunt.

9. *Ignis ingratitudinis ſymbolum inter reliquas creaturas non recenſetur.* Rupert.

Neque ſolùm ignorat illos Deus; verùm etiam à cæteris creaturis quodammodo relegat. Meminit quidem Moyſes, cùm de mundi fabrica ageret, infimi elementi, dicens: *In principio creauit Deus cælum & terram.* Geneſ. 1. n. 1. ſupremi autem, nempe ignis, nuſquam meminit. Quorſum nobiliſſimum elementum ſilentio inuoluit, qui abiectiſſimum primo loco euulgauit? Reſpondet Rupert lib. 1. de Geneſ. c. 8. rationem eſſe, quia ignis ſterilis eſt, & infœcundus; nihil in ſe, vel ex ſe gignit: *Propterea*, ioquit, *de hoc elemento non iniuria ſiletur.* Talis quidem eſt ingratus, multa quidem beneficia deuorat, nihil redonat; ne minimam quidem gratiam pro maxima rependit: dignus proinde, qui ex numero creaturarum Deum iugiter prædicantium expungatur.

10. Clem. Alex. *Terra gratitudinis ſimulacrum primò commendatur.* D Ambr.

Contra verò terra in primo creaturarum ordine recenſetur, quia gratos animos (quos Clemens Alex. appellat agros animatos) ob ſuam fœcunditatem repræſentat. Vnde egregiè D. Ambr. lib. 1. offic. c. 31. *Imitanda*, inquit, *nobis eſt natura terrarum, quæ ſuſceptum ſemen multiplicatiori ſolet numero reddere, quàm acceperit.* Et paulò poſt: *Terra aut ſpontaneos fructus germinat, aut creditos vberiori cumulo refundit, ac reddit. Vtrumque debes quodam hæ-*

reditario

reditario vſu parentis. Eſto tamen vt aliquis excuſare poſſit, quod non dederit: quomodo excuſare poteſt, quod non reddiderit? Non dare, cuiquam vix licet; non reddere, non licet. Et lib. 6. Exam. c. 8. ſic inuehitur in ingratos: *Fœneratum*, inquit, *terra reſtituit, quod acceperit, & vſurarum cumulo multiplicatum. Homines ſæpe decipiunt, & ipſa fœneratorem ſuum ſorte defraudant. Terra fidelis malis manet, & ſi quando non ſoluerit, alio anno ſuperioris anni damna compenſat; ita vt nunquam vllum diſpendium ſuo inferat creditori.* Hæc D. Amb. eleganter. Vbi hac de re plura interſerit, non pauca ex Tullio in Catone mutuatus.

11. Quod ſi illud elementum primo loco nominatur, quod eſt gratitudinis ſymbolum; & illud omnino tacetur, quod eſt ingratitudinis ſimulacrum: quid mirum, ſi homines, qui grati ſunt, à Deo cognoſcantur, qui ingrati, ignorentur? Certè de filio meretricis Gomer Deus olim ad Prophetam: *Voca*, inquit, *nomen eius, non populus meus.* Et ſtatim reddit nominis rationem: *Quia vos non populus meus, & ego non ero veſter.* Oſeæ 1. n. 9 Quod ſanè myſterium nominis infantulo impoſiti, vel ipſo Deo interprete, ſignificauit, populum Iſraeliticum, qui erat populus Dei electus, tandem foras exigendum, & à diuino obſequio relegandum, nec habendum vlteriùs inter eos, qui Deum colant, & venerētur. Nec immeritò: quia eius erga Deum ingratitudo, Dei populum vocari non permittebat. Contra verò Gentilis populus, qui per inanium Deorum cultum à vero Deo longiſſimè aberat; vbi cœpit diuina in ſe beneficia recognoſcere, & Apoſtolorum voces ad fidem inuitantium exaudire, in electum Dei populum ſubrogatur, iuxta illud *Vocabo non plebem meam, plebem meam; & non dilectam, dilectam.* Rom. 9. n. 25. Et illud: *Qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei.* 1. Pet. 2. n. 10. Vides, vt gratitudo ſuos cultores in Dei ſeruorum album conſcribat, ingratitudo expungat?

Iudæi propter ingratitudinem à diuino cultu relegati.

Gentiles propter gratitudinem in Dei populũ ſubrogati.

12. Quò igitur receſſurus es, ingrate popule, qui populus eſſe deiiſti? Rubus ille Moſaicus effectus es, ſentibus horridus, fructibus orbatus, flammis obſeſſus, non accenſus Exod 3. n. 2. qui diuina beneficia, bonorum operum ſemina plurima accepiſti, nullum fructum reddidiſti: qui diuini amoris incendium in te expertus, nullam charitatis flammam, quæ gratum animum tuum reſtaretur, excitaſti. Bene de hoc rubo D Petr. Chryſol. ſerm. 164. *Deus*, inquit, *daturus legem, ignem præmiſit in rubo, ſed diuinum rubus portauit, non concepit incendium: iam tunc aculeis malitiæ plenum, & ingratum culturæ legis populum præfigurans.*

Iudæorum ingratitudo in Moſaico rubo adumbrata.

Chryſol.

13. Vade igitur popule inſipiens, & ſtulte, & quiſquis dignus es, cui ingrati animi nota inuratur: *Interroga iumenta, & docebunt te, & volatilia agri, & indicabunt tibi. Loquere terra, & reſpondebit tibi* Iob. 12. n. 7. & 8. Nam ſi terræ gratitudinem, de qua diximus, contempleris, tuæ te ingratitudinis pudebit. Sed & volucres cæli ſuo auctori, & benefactori Deo gratiſſimæ, tuam ingratitudinem deteſtantur. Optimè namque D. Ambr. lib 5. Examer c. 12. de auiculis loquutus: *Surgente*, inquit, *& occidente die ſuos cantus inſtaurare conſueuerunt; vt decurſi, vel adoriendi temporis laudes ſuo referant creatori.* Et ſtatim: *Quis*, inquit, *ſenſum hominis gerens, non erubeſcat ſine Pſalmorum celebritate diem claudere; cum etiam minutiſſimæ aues ſolemni deuotione, & dulci carmine ortus dierum, ac noctium proſequantur?*

Vel ipſa animantia ingratitudinis vitium deteſtantur.

D Ambr. *Volucres gratitudo Deo creatori.*

14. Quid terreſtria animantia, quæ ſuopte ingenio craſſiora ſunt, & rudiora? Sanè & hæc, cum ſuos benefactores non ignorent, nec debita gratia defraudent; de tua te poſſunt ſtoliditate conuenire, de tua tecum ingratitudine expoſtulare. Quid enim cauſæ fuit, cur Angelus Raphaël, cùm ad fugãdum dæmonem, & firmandum coniugium, pergebat in Ragues ciuitatem Medorum, vnicum viæ comitem adiunxerit Tobiæ canem? Tob. 6. n. 1. & c. 11. n. 9. Credo, quia canis erat typus gratitudinis; cui diſcendæ optimum quidem iuueni adhibere voluit Angelus præceptorem. Ita rem illuſtrat D. Ambr. lib 6. Exam. c. 4. *Canem*, inquit, *Raphael non otiosè ſibi, & Tobiæ filio adiungendum putauit: memoris enim affectus gratia pellitur dæmonium, ſtabilitur coniugium.* Et paulò poſt: *Muta*, inquit, *ſpecie beſtia ſanctus Raphael Angelus Tobiæ iuuenis, quem tuendum receperat, ad relationem gratiæ erudiebat affectum. Quis enim non erubeſcat, gratiam benè de ſe merentibus non referre, cùm videat etiam beſtias refugere crimen ingrati? Et illa impertita alimonia ſeruant memoriam; tu non ſeruas ſalutis accepta.* Magnum igitur crimen eſt, quod etiam beſtiæ auerſantur, niſi ſint nimis ſtolidæ, & adulterinæ. De quibus Dauid: *Nolite*, inquit, *fieri ſicut equus, & mulus, quibus non eſt intellectus.* Pſalm. 31. n. 9. Vbi Card. Tolet. ſerm. 11. per mulum, qui generatur, nec generat, ingratum hominem intelligit, qui gratiam accipit, non rependit. Quare D. Bern epiſt. 107. *Studete*, inquit, *potiùs gloriam veſtram referre ad illum, à quo eſt, ſi non vultis eam perdere, aut certè perdi ab ea.* Sed de ingratitudine erga homines, alius dicendi locus in ſequentibus recurret.

D. Ambr. *Canis typus gratitudinis Tobiæ comes adiungitur.*

Mulus ingratitudinis ſimulacrum. Tolet.

D Bern.

ANNOTATIO XV.

CIRCA LITERAM.

Pars prophetica eiuſdem cantici illuſtratur.

IN canticis, vt diximus annot. 13. ſect. 1. non ſolùm gratulationes, & encomia; ſed etiam prophetiæ, & oracula continentur. Vnde D. Ambr. præfat. in Pſalm. duo illa Moyſis cantica, quorum alterum Exod. 15. alterum Deut. 32. referuntur, *mundi oculos, cælique lumina* appellat: quia quemadmodum per lumina res externas; ita per cantica futuras intuemur. Igitur cùm Anna diuinas laudes cantare cœpit, cœpit & prophetare. Imò cantandi merito prophetandi præmium acquiſiuit; vt Theodor. hic rectè aduertit. *Anna*, inquit, *laudibus celebrauit donatorem, & filij gratiæ fuit particeps: nam cum concepiſſet Prophetam, prophetat poſt partum.* Duo verò præter cætera vaticinatur, Chriſtianæ Eccleſiæ propagationem, n. 5. & Chriſti Domini exaltationem, num. 10. Vtrumque deinceps illuſtrabo.

1. *Prophetica cantica cur lumina.* D. Ambr.

Anna cantandi merito prophetandi præmium acquiſiuit. Theod. *Duo Anna vaticinatur.*

SECTIO I.

Chriſtianæ Eccleſiæ propagatio.

DE hac re nonnulla dixi annot. 5. ſect. 4. plura ad hunc locum reſeruaui. Quanta igitur ſit Eccleſiæ propagatio, ex amplitudine loci, quem occupat, & ex multitudine gentium, quas amplectitur, facilè agnoſcetur. Amplitudinem loci admirari potuit Propheta, non deſignare. *O Iſrael*, inquit, *quam magna eſt domus Dei, & ingens locus*

2. *Ampliſſimus Eccleſiæ locus.*

poſſeſſio

poſſeſſionis eius? Magnus eſt, & non habet finem, excelſus, & immenſus. Batueb 3. num. 24. Vbi, ſi rectè obſeruas, ſex vocabulis huius loci amplitudo deſignatur. Primò, *magna eſt domus Dei:* ſecundò, *ingens locus poſſeſſionis eius:* tertiò, *magnus eſt:* quartò, *non habet finem:* quintò, *excelſus:* ſextò, *& immenſus.* Quia nimirum totidem ſunt loci differentiæ: ſuprà, & infrà: antè, & retrò: à dextra, & à ſiniſtra; vt ſcilicet quoquouerſum diffuſus, ac dilatatus ſignificetur. Duobus quondam filijs benedixit Noë, Sem, in typum Synagogæ, & Iapheth in typum Eccleſiæ. De illius dilatatione nihil dixit: dilatationem verò huius ſignificauit, non ſolùm appellatione ipſa, *Iapheth* enim idem eſt, quod *dilatatio;* ſed etiam precatione. *Dilatet*, inquit, *Deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem.* Geneſ. 9. n. 27. Vbi D. Hieron. in quæſt. Hebr. *Quia*, inquit, *lata eſt multitudo credentium, à latitudine nomen, & benedictionem accepit.*

Eccleſia dilatatio in Iapheth typicè figurata.

D. Hier.

3\. Notat autem D. Amb. lib. de Arca, & Noë, c. 33. poſteritatem Iapheth adeò fuiſſe dilatatam, vt terræ limitibus ſe non continuerit, ſed ad maris inſulas tranſuolarit. *Non immeritò*, inquit, *latitudo dicitur, quando etiam in alteram partem naturæ, hoc eſt, maritimam generatio eius proceſſit. Verè enim tanquam latitudo non fuit eo contenta, quod in vſum hominibus natura præſcripſerat; hoc eſt, terræ poſſeſſione; verùm etiam introgreſſa eſt mare, & ad inſulas vſque proceſſit.* Quod in Eccleſiam mirificè quadrat, quæ non ſolùm continentem terram peragrauit, ſed etiam ad extremum Oceanum ſuas colonias tranſmiſit. Quo iure appellatur Deus *ſpes omnium finium terræ, & in mari longè.* Pſal. 64. n. 6. Quod non ſolùm terra, ſed mari eius fides propagetur; vt ex dicendis patebit.

D. Ambr. Iapheth poſteritas in Eccleſiæ typum vſque ad maris inſulas dilatatur.

4\. Sed quid illud, *& habitet in tabernaculis Sem?* D. Hieron. *De nobis*, inquit, *Chriſtianis prophetatur, qui in eruditione ſcripturarum, eiecto Iſrael ſecundùm carnem, in ſpiritu verſamur.* Quaſi ab intelligentia ſcripturarum deijciantur Hebræi, & in eandem cooptentur Chriſtiani. Imò Rupert. lib. 4. in Gen. cap. 39. per tabernacula Sem, omnia Iudæorum priuilegia intelligit, quæ ab illis tanquam ab iniquis poſſeſſoribus erepta, ad Chriſtianos veræ fidei cultores tranſlata ſunt. Exulauit igitur Synagoga ab illis tabernaculis, quæ ſibi Eccleſia gentium occupauit. Sed quid? Maiora ad habitandum ſpatio non requiret Eccleſia, quàm Synagoga? In iiſdem tabernaculis vna alteri ſuccedet, quin ad maiora extendatur? Abſit profectò, abſit. Habitat quidem in illis, ſed non incluſa in illis: ſicut æternum Verbum *habitauit in nobis;* ſed non incluſum in nobis.

D. Hier. Eccleſia in Synagogæ tabernaculis habitat, ſed in illis incluſa non continetur. Rupert.

5\. Non poterat quidem Eccleſia magis in dies ſe dilatans, ac diffundens exiguis Synagogæ tabernaculis circumſcribi. Vnde eius filij ampliora ſpatia requirebant, iuxta illud Iſa. 49. n. 20. *Dicent*, inquit, *in auribus tuis filij ſterilitatis tuæ: Anguſtus eſt mihi locus, fac ſpatium mihi, vt habitem.* Vbi vides, filios ſterilitatis, ſeu ex matre ſterili, hoc eſt, Gentilitate, adeò multiplicari, vt maiora habitandi ſpatia requirant, quàm antea filij fœcunditatis, ſeu ex matre fœcunda, hoc eſt, Synagoga exigebant. Sed obiter aduerte, quamuis tam multi eſſent filij Eccleſiæ, vt non poſſent iiſdem Palæſtinæ finibus contineri, quibus antea Synagoga claudebatur, tamen loquutos fuiſſe numero ſingulari, *Dicent*, inquit, *filij ſterilitatis tuæ: Anguſtus eſt mihi locus*, cùm dicere debuiſſent, *Anguſtus eſt nobis*, quia ſcilicet filij Eccleſiæ inconditi non ſunt, ac diſſipati; ſed in tantam fidei, & amoris vnitatem coëuntes, vt vnus tantùm videatur. Vna fides, &

Exiguis Synagogæ ſpatijs Eccleſia non circumſcribitur.

Chriſtiani plures numero, charitatis vinculo vnus.

A vnus amor cepit omnes, quos latiſſimæ non capiunt regiones.

6\. Pergit vlteriùs Iſa. c. 54. n. 2. latitudinem Eccleſiæ admirari: *Dilata*, inquit, *locum tentorij, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas: longos fac funiculos tuos, & clauos tuos conſolida. Ad dexteram enim, & ad læuam penetrabis, & ſemen tuum gentes hæreditabit, & ciuitates deſertas inhabitabit.* Sic Propheta. Vbi alludit ad tabernaculum Moyſis, in quo nihil erat, quod non eſſet certis quibuſdam menſuris definitum: altitudo, longitudo, latitudo, omnia erant palmis, & cubitis incluſa, ac limitata: quæ tam multiplices menſuræ paruitatis cuiuſdam, exiguitatiſq; indices eſſe ſolent. Nam ſicut frequens numeratio B in quantitate diſcreta, exiguum numerum arguit, iuxta illud; *Pauperis eſt numerare gregem* ita & frequens menſuratio in quantitate continua, molem exiguam conuincit. Quid ergo Iſaïas? *Dilata*, inquit, *locum tentorij tui*, &c. Vbi D. Hier. *Præcipitur*, inquit, *vt dilatet tentorium, & nequaquam Iudaici tabernaculi imitetur anguſtias.* Et paulò poſt: *Hoc*, inquit, *intelligitur de Eccleſiarum magnitudine, quæ pro vno Iudææ loco, & ipſo anguſtiſſimo, in toto terrarum orbe ſuos terminos dilatabunt.*

Synagoga tabernaculum anguſtiſſimũ, Eccleſia anguſtiſſimum.

D. Hieron.

7\. Mortuus eſt Moyſes in Nebo, *& non cognouit homo ſepulchrum eius:* vt videre eſt Deut. 34. n. 5. & 6. Non ſine myſterio & mors in Nebo contigit, & ſepulchrũ nuſquam inuenitur. Quod D. Iſid. c. 22. C in Num. rectè expendit. *Nebo*, inquit, *interpretatur concluſio, in qua finitur lex, & non inuenitur eius memoria. Porrò gratia Euangelij abſque vllo fine tenditur. In omnem enim terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* Pſ. 18. n. 5. En Synagogæ limitatio: en dilatatio Eccleſiæ. Illa enim breuibus vnius montis anguſtijs circumſcribitur; hæc latiſſimis totius terræ ſpatijs euagatur: illa ſepulta de hominum memoria aboletur; hæc viuens, & vigens maiori in dies celebritate propagatur.

Moyſes in Nebo mortuus, legis concluſionem & finem præfigurat. D. Iſid.

8\. Lepra quondam Naamani Ethnici tranſlata ad Giezi Iudæum palàm videtur ſignificaſſe incredulitatẽ Gentilis populi ad populum Iudaicum transferendam. Sed quid deinde? Vix è domo ſua Propheta Eliſæus expulerat leproſum Giezi. 4. Reg. 5. n. 27. cùm ſtatim filij Prophetarum turmatim confluunt D ad Eliſæum: *Ecce*, inquiunt, *locus, in quo habitamus coram te, anguſtus eſt nobis; eamus vſque ad Iordanem, & tollant ſinguli de ſylua materias ſingulas, vt ædificemus nobis ibi locum ad habitandum.* 4 Reg. 6. n. 1. & 2. Notat ibi Rabbi Salomon apud Lyr. vno eiecto propter lepram, plures veniſſe ad Eliſæum: adeòque non defeciſſe familiam Eliſæi propter vnius expulſionem, vt potiùs plurimorum aggregatione augeretur. Non aliter deficiente à Chriſto Domino parua familia Iudæorum, innumerabiles Chriſtianorum populi ad eundem confluxerunt: quos vna vrbe non capiente totus orbis excepit.

Lepra à Naamano ad Giezi tranſlata incredulitatem à gentibus ad Iudæos transferendam ſignificabat. Eiecto Giezi, Eliſæi familia augetur, in typum Eccleſiæ, eiecta Synagoga.

9\. E Hinc eſt, quòd Eccleſia Chriſtum Dominum inuitet ad relinquendam vrbem exiguis mœnibus incluſam, & habitandum agrum nullis certis finibus circũſeptum. *Veni*, inquit, *dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis.* Cant. 7. n. 11. Quaſi diceret, Guillelmo interprete: *Parum eſt, te eſſe in Iudæa natum, & in ſolo Iſrael magnum eſſe nomen tuum: vt ergo vſque in Idumæam extendas calceamentũ tuum: & ſalues populos gentium, egrediamur in agrum, commoremur in villis.* Quo etiam in loco duo notat D. Thom. Vnum, inuitari Chriſtum Dominum nõ ad tranſeundum: id enim in Synagoga fecit, vbi *pertranſiit, benefaciendo, & ſanando omnes.* Act. 10. n. 38. ſed ad commorandum, quia in Eccleſia manſurus eſt *vſque ad conſummationem ſeculi.* Matt. vlt. n. vlt. Alterum, inuitari ad villas, ſeu, vt in Græco eſt, ad

Eccleſia Chriſti ager nullis finibus circũſeptus. Guilielm.

D. Thom. Chriſtus in Synagoga pertranſiit, manſit in Eccleſia.

pagos

Pagi, id eſt, Paganorum loca, Chriſti amantiſſima villa.

D. Leo.

Simon Cyrenaeus Paganorum typus, Chriſti Crucem, gloriam duxit, & portauit.

A pagos; ex quibus Pagani, id eſt, Gentiles oriuntur: quia ad hos præcipuè, relictis Iudæis, Chriſtus Dominus propendebat. Vnde Simon ille Cyrenæus, qui Paganus erat, vt certè Paganos repræſentabat, cum de villa, ſeu pago venire diceretur, *portauit Crucem poſt Ieſum*. Luc. 23. num. 26. *Vt tali factu*, inquit ibi D. Leo ſerm. 8. de paſſione, *præſignaretur gentium fides quibus Crux Chriſti non confuſio futura erat, ſed gloria*. Et paulo pòſt addit, ſacratiſſimo Saluatoris opprobrio non Iſraëlitam, ſed alienigenam ſubdi: quia *per hanc*, inquit, *tranſlationem a circumciſione ad præputium, a filiis carnalibus ad ſpirituales, immaculati agni propitiatio, & omnium ſacramentorum plenitudo tranſibat*.

B

10. Itaque non intra muros captiua tenetur Eccleſia, ſed extra muros libera euagatur. [illegible] a quondam ſacrificia in vno tantum templo [illegible] tur, vt annot. 6 ſect. 1. latè oſtendi [illegible] Chriſtus Dominus mortis ſuæ ſacrificium [illegible] tii oblaturus, *extra portam paſſus eſt*. Hebr. 13. n. 12. Qua de re optimè D. Leo [illegible], inquit, *non in templo, nec intra ſepta ciuitatis ſed extra caſtra crucifixus eſt, vt [illegible] fet ara, ſed mundi*.

Crux Chriſti extra mœnia patiennis, orbis ara.

D. Leo.

Eccleſia murū habet, quo defenditur, non quo limitetur.

Vides, quanto iure apud Zachariam Angelus ille ſuperior ad Angelum [illegible] volentem [illegible] ſune Hieroſolymam, exclamarit: *Abſque muro habitabitur Ieruſalem præ multitudine hominum, & iumentorum in medio eius*, Zachar. 2. num. 4. Vbi non eſt ſermo de materiali Hieroſolyma, quæ planè muro circundata eſt, & à Salomone ante captiuitatem, 3. Reg. 3. n. 1. & à Nehemia poſt captiuitatem, 2 Eſdr. 2. 3. & 4. Imò potius, teſte Ioſepho lib. 6. de bello Iudaico, c. 6. triplici muro cingebatur. Sermo igitur eſt de noua Eccleſia, quæ licèt habitura eſſet murum, quo defenderetur, vt patet ex Apoc. 21. n. 12. non tamen murum, quo limitaretur; quia eius tanta capacitas, & amplitudo futura erat, vt non vrbs, ſed orbis videretur. Nam, vt benè D. Ambr. ſerm. 12. in Pſalm. 118. ibi: *Fundaſti terram, & permanet*. num. 90. *Verè*, inquit, *orbis terrarum in Eccleſia; in qua non Iudæus tantummodo, aut Græcus: non barbarus, aut Scytha: non ſeruus, aut liber; ſed omnes in Chriſto vnum ſumus*.

Hieroſolyma triplici circundata muro.

Eccleſia non vrbs, ſed orbis.

D. Amb.

D

11. Hæc eſt illa *rota in medium rotæ*, quam Ezechiel c. 1. n. 16. tantopere admiratur: quia non ſolùm anguſtiſſima Synagoga, ſed etiam ampliſſima mundi machina includenda erat in Eccleſia. Vnde Iſaias cap. 11. num. 12. de Chriſto Domino loquutus: *Leuabit*, inquit, *ſignum in nationes, & congregabit profugos Iſrael: & diſperſos Iuda colliget à quatuor plagis terræ*. In quem locum D. Baſil. per illud ſignum, Crucem Domini intelligit: deinde quærit, cur mundus per Crucem inſtauretur. Et reſpondet, Crucem quatuor partibus diſtinctam, eſſe imaginem orbis quatuor partibus conſtantis: ſaluari igitur mundum per Crucem; *Vt hac ſignificatione*, inquit, *omnes mundi partitiones per eas ſanctæ Crucis partes ad ſalutem diriſentur*.

In Eccleſia orbis incluſus.

D. Baſil.

Crux Chriſti quatuor diſtincta partibus, quatuor orbis partes repræſentat.

E

Quin ille eiuſdem Crucis titulus tribus præcipuè linguis ſcriptus erat. *Diuinitus, vt ego puto*, inquit D. Cyril. Alex. lib. 12. in Ioann. cap. 30. *Omnium enim gentium regnum Chriſto attributum eſſe ſignificauit. Vt omnes populi, tribus, & linguæ ipſi ſeruiant*, Daniel. 7. num. 14. *Vt omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris*, Philip. 2. num. 11. *Titulus igitur iſte per præcipuas linguas, omnium linguarum Ieſum futurum principem prædicebat*. Quod Theoph. in cap. 23. Luc. magis exprimens: *Hoc*, inquit, *ſymbolum fuit, quo potentiſſimi gentium, quales Romani, & ſapientiſſimi, quales Græci: & religioſiſſimi, quales Hebræi, regno Chriſti ſubijciendi eſſent*. Huc pertinet illa veſtium Chriſti Domini

Crucis titulus tribus linguis ſcriptus Chriſtū omniū principem prædicabat.

D. Cyrill. Alex.

Theoph.

Quadripartita Chriſti veſtis Eccleſiam in quatuor orbis

A in quatuor partes diſtributio, Ioann. 19. num. 23. In quem locum D. Aug. tract. 118. *Quadripartita*, inquit, *veſtis Domini IESV CHRISTI, quadripartitam figurauit eius Eccleſiam, toto terrarum orbe, qui quatuor partibus conſtat, diffuſam, & omnibus eiuſdem partibus concorditer diſtributam*.

partes diffuſam repræſentabat.

D. August.

12. Hinc eſt, quòd olim Salomonis templum, vnum tantum oſtium habuerit, quod Synagogæ anguſtos aditus repræſentabat, quam poſt multos labores Phariſæorum, *mare, & aridam* circumeuntium, vix vnus proſelytus introibat; atrium verò atrium gentium, quo templum vndique cingebatur, quatuor oſtia ad quatuor mundi plagas ſpectantia habuiſſe dicitur, 2. Paral. 9 num. 24. & cap. [illegible] n. 13. vt plane [illegible] gnificaretur, ampliſſimum vndique futurum ad nouum Eccleſiam omnium gentium ingreſſum. Imò Apoc. 21. num. 13. non ſolùm ſingulæ ad ſingulas mundi plagas patebant portæ, ſed etiam ternæ; & quod magis admirere, nunquam claudendæ; vt ibidem additur num. 25. Quod erat certiſſimum vaticinium fore, vt totus orbis Eccleſiæ iugo ſubderetur, & quamdiu duraret genus hominum, nunquam deeſſent plurimi, qui intrarent. Quos proinde Deus per Iſaiam ex quatuor mundi plagis in Eccleſiam congregandus eſſe prædixit. *Ab Oriente*, inquit, *adducam ſemen tuum, & ab Occidente congregabo te. Dicam Aquiloni: Da, & Auſtro: Noli prohibere*, Iſaiæ 43. num. [illegible] & [illegible] vt diruta illa parua Synagoga, quam D. Cyril. Alex. in locum Iſaiæ citatum, *Iudæorum* [illegible] *ac feminam* appellauit, noua in toto orbe Eccleſia ſanctorum, vt vocat Dauid Pſal. 88. num. 6. conderetur: quæ proinde, cùm ſit mundo par, non immerito Eccleſia magna per excellentiam appellatur, Pſal. 21. n. 26. & Pſal. 34. n. 18 & Pſal. 39. num. [illegible].

Salomonis templum Synagogæ typus, vnū oſtium, atrium Eccleſiæ ſimulacrum habebat plura.

B

Eccleſiæ oſtia ad omnes mundi partes nunquam claudenda.

D. Cyril. Alex.

Eccleſia per excellentiam magna.

Peculiaris Eccleſiæ ad Orientem propagatio.

13. Sed quamuis in totum orbem [illegible] diffundatur, neſcio tamen quo pacto felicius propagetur per mare ad Orientem; iuxta illud: *Extendit palmites ſuos ad mare, & [illegible] ad flumen propagines eius*, Pſalm. 79. num. 11. Et illud, *Et volabunt in humeros Philiſthiim per mare; ſimul prædabuntur filios Orientis*. Iſaiæ 11. num. 14. & paſſim alibi apud eundem Prophetam. Vnde Iobus [illegible] Chriſti Domini dicitur *vir magnus inter omnes Orientales*. Iob. 1. num. 3. hoc eſt, interpret. Lyran. inter Chriſtianos: qui ſicut à Chriſto Chriſtiani dicuntur; ita ab eodem Chriſto, cuius nomen eſt *Vir oriens*, Zachar. 6. num. 12. dici poſſunt Orientales. Certè Chriſtus Dominus in Cruce pendens, ſi vera eſt pia aliquorum contemplatio, oculis ad Orientem ſpectabat; vt extenſis brachiis Orientales populos ad amplexus inuitaret, iuxta illud: *Brachia mea populos iudicabunt; me inſulæ expectabant*. Iſaiæ 51. num. 5. Quod de brachiis Chriſti Domini in Cruce extenſis, & extremas populorum inſulas ad finem inuitantibus iuniores aliqui ſibi videntur ad literam interpretari.

D

Lyran.

Chriſtiani à Chriſto dicti orientales, Chriſtus in Cruce Orientem ſpectabat.

E

14. Hinc eſt, quod æterna Sapientia non tam occidentalibus, quàm orientalibus odoribus domum ſuam imbuat, ac vaporet, iuxta illud: *Quaſi ſtorax, & galbanus, & vngula, & gutta, vaporaui habitationem meam*. Eccleſ. 24 num. 21. quia ſcilicet animarum fructibus, qui ex Oriente colliguntur, præcipuè delectatur. Hos potiſſimum odores, hæc aromata Luſitani reges in Indiam petere voluerunt; & in animarum potius, quàm gemmarum conquiſitione maximam ſui regni felicitatem collocarunt; in cuius rei typum felicitas Zabulonis in

Orientalibus odoribus, id eſt animarū fructibus, Chriſtus delectatur.

Luſitani reges fidei ad Orientē propagandæ cupidiſſimi.

Luſitani prædicatores ad Orientem.

littore maris, & in ſtatione nauium fuiſſe, dicitur, Geneſ. 49. numero 13. quia vt ille inge[illegible] opes nauigando colligebat; ita & Luſitanus na[illegible]ando innumeras Deo animas acquirit. Vnde de filiis Zabulonis vaticinatus eſt Moyſes. *Inundationem maris quaſi lac ſugent, & theſauros abſconditos [illegible]narum.* Deuteronom. 33. num. 19. Quia ſic [illegible] ſuis lucris intenti, maris ſalſedinem, ſibi lacti[illegible]nem credebant, & immerſos ad bibend[illegible] ſibi tenues ad ſugendum [illegible]uttas [illegible] Luſitani prædicatores [illegible] zel[illegible] O[illegible] nauſ[e]as, ſuas delic[illegible] [illegible]

15\. Non ob[illegible] hac re[illegible] d va[illegible]nium: *Ite An[geli] [illegible] ad gentem conuulſam, [illegible] dilaceratam, ad [pop]ulum terribilem, poſtquam non eſt aliud: ad gentem e[x]pectantem,* &c. [I]ſaiæ 18. [illegible] Nam huius o[illegible] li [illegible] cætera verb[a] [illegible] Luſitanis, tum etiam illa extrema [illegible] *ad gentem expectantem.* Pro quibus eſt in Hebræo, *ad gentem* [illegible] [illegible], hoc eſt, *linea, linea,* [illegible], *ad lineam, lineam.* C[uius] lo[c]i g[illegible] [illegible] ſcriptum [illegible] gas, adu[illegible]. *tendere lineam* [illegible] *funicul*[illegible] *menſuram,* ſeu *perpendiculum*, eſſe ſolem[illegible] [ſcri]pturæ phraſi[illegible], quæ in contr[illegible] [illegible] n[illegible] licet [a]d conſtr[u]ctionem, [illegible] autem ad deſtru[c]tionem ſignificandam [illegible] a fabris cæmentarii, qui [illegible] dam his vtunt[ur] inſtrumentis. P[illegible] tur Zachar. cap. 1. num. 16. *Perpendiculum extendetur ſuper Ieruſalem.* Hoc eſt Ieruſalem hactenus [illegible] t[illegible] deſtructa [illegible] [illegible] hunt, & litteram conſulenti [illegible] [illegible] do 4 Reg. 21. n[illegible] *Ext[endam] [illegible] Ieru[ſalem] [illegible] [funic]ulum Samariæ.* H[illegible] Ieruſalem [illegible] Ru[illegible] [illegible] 34. num. 11. *Extendetur ſuper eam menſura, [illegible] [illegible] nihilum, [&] perpendiculum in de[ſol]ationem.* [illegible] ſta[illegible]tur, & [illegible] Denique T[hren]. [illegible] num. 8. *C[ogit]auit Dominus diſſipare murum filiæ Sion: tetendit funiculum ſuum.* H[illegible] neceſſari[o] ad deſtruendum [illegible] compar[illegible], & expe[illegible]unt. Vtraq[ue] ſignificatio [illegible] videtur. 2. Re[g]. [illegible] num. [illegible] *Me[illegible] D[illegible] duos funiculos, vnum ad* [illegible] *dendum, & vnum* [illegible] *[serv]andum.* Vb[i] ſatis apertè [illegible] [illegible] d con[illegible] [illegible] pariter, ac de [illegible] N[illegible] h[illegible] [illegible] potius [illegible], quam d[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] L[illegible] [illegible] ad d[illegible] [illegible] [illegible] ad normam, [illegible] [illegible] tan[illegible] [illegible] in deſtr[illegible] [illegible] ſtruendo col[illegible]

In vtroque ſenſu hi [illegible] de orientalibus explicatur.

[illegible] citatus Iſaiæ locus vtrumque ſ[illegible] admi[illegible] illum quidem de deſtructione, ſic: Ite ad [illegible] *expectantem* [illegible] *linea, linea:* hoc eſt, ad ge[nte]m, [illegible] quam ducta eſt linea, vt deſtrua[illegible] verſatur in [e]xtremo [illegible] ſalutis pe[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]ouenda, [illegible] Euangeli[illegible] ſer[illegible] & liberet[illegible] [illegible] ſtructione [illegible]: Ite ad [illegible] *tem, [illegible] linea, linea:* hoc eſt, ſup[er] a[illegible] [illegible] eſt [illegible] vt [illegible] ritualiter in nouam [illegible] conſtrua[illegible], & à perfidiæ ruin[illegible], [illegible] excitetur. Quæ [illegible] [illegible] literæ propiora; [illegible] [illegible] inſtitutum, [illegible] poteſt, [illegible] ad lineam æquin[octial]em, quam Luſitani nauigando in Indias [illegible] nſcunt in flexu promonto-

Deſtina pro Luſitanis

ri[j], quod vocant, bonæ [ſpei], [illegible] prodeuntes ad Auſtrum [illegible] ad A[illegible] tedeuntes. Atque ad [illegible] æquinoctialis lineæ [illegible] [illegible] Angeli, hoc eſt, Euangel[illegible] præcones e[x] Luſitania tam celeres prof[illegible] non [illegible], quàm volare videan[tur]. Quæ [illegible] mihi non tam ſolida, [illegible] tamen poſtquam deprehe[illegible] R[e]b[e]llo, noſtro in Ebo[illegible] A[illegible] obligat. iuſt. [illegible] 18. q. 25. [illegible] 3. [illegible] omnino [illegible] ...

prædicatoribus expoſito.

Rebel.

Conc[illegible] D. Ioan[illegible] qui quem *Angelus effudit* [illegible] *[magn]um Euphratem,* [illegible] *pararetur via regibus ab o[rtu]* [illegible] Apoc. 6. [illegible] Per illum enim Angelum [illegible] Victor. [Haymo] & Pannon quos citat & ſequitur noſter V[ie]g[as] [i]ntelligunt Apoſtolicos prædicatores. Inter quos [illegible] præcipuè numerandum cenſeo magnum [illegible] ſeculi Apoſtolum, & orientis Solis [illegible] longè clariorem, be[atiss]imum P[a]trem noſtrum Franciſcum Xaue[rium], & qui eum præeuntem ſequuti ſunt, cæteros Luſitanos concionatores [illegible] fluuium Euphratem, id eſt, magnam idololatriæ ſentinam Euangelica prædicatione non ceſſarunt exhaurire, quoutque orientales reges facilem ad ſummum Pontificem viam inuenirent, & noſtra ætate per legatos ſuos ſe ad Eccleſiam Romanam exultabundi aggregarent. Mecum ſentire videtur Genebr. qui ad illud Pſalm. 67. num. 34. *Qui aſcendit ſuper cælum cæli ad Orientem*, citans, & explicans hinc Apocalypſis locum de [co]nuerſione gentium: *Cui myſterio,* inquit, *Portugalenſes, & Hiſpani in ſuis ad illos populos nauigationibus, & conuerſionibus iam ab anno milleſimo quingenteſimo inſeruiunt.* Quare illud vaticinium I[ſaiæ] 49. n. 22. *Afferent filios ſuos in vlnis, & filias ſuas ſuper humeros portabunt*; rectè interpretatus Leo à Caſtro de Luſitanis, orientales populos ad fidem adducentibus; ad quorum proinde laudes ce[le]brandas ingenuè fatetur homo non Luſitanus, *maiori buccina opus eſſe.* Sed de hac fidei propagatione ad Orient[e]m per Luſitanos prædicatores conſulenda ſunt, quæ Th. Bozius multis locis, præſertim tom. [illegible] Eccleſ. lib. 6. c. 3. & tom. 2. lib. 20. [illegible] & ei[illegible] cumulauit.

17\.

H[u]g. Vict. Haym. Pannon. Viegas.

B. Xauerij, & [c]æterum zelus in fide, ad Orientem prædicanda.

Fidei propagatio ad Orientem per Luſitanos prædicatores. Genebr.

Leo à Caſtr.

Bozius.

18\. Vid[illegible] longè, latéque mari, ac terra Eccleſia prop[illegible] Planè vniuerſo orbi exæquatur. R[illegible] o[illegible] Poëta laudat[illegible] cecinit,

Romanæ [illegible] ſinum eſt vrbis, & orbis idem.

I[ll]o de Romani Imperij amplitudine grauiter Tertul. lib. de pallio, c. 2. *Re vera,* inquit, *orbis cultiſſimum huius Imperij rus eſt, conſitum, & amœnum ſuper Alcinoi pometum, & Midæ roſetum.* Sed maiori iure conuenit hoc præconium in Eccleſiam, cuius totus orbis ſeges eſt, iuxta illud Chriſti Domini: *Videte regiones quia albæ ſunt iam ad meſſem*, Ioan. 4. num. 35. & illud D. Pauli: *Dei agricultura eſtis, Dei ædificatio eſtis*, 1. Cor. 3. n. 1[illegible]. Eleganter verò Clem. Al[e]x. in exhort. ad gent. totum orbem vocat vnam Academiam, Athenis ſimilem, in qua nihil aliud, quàm Chriſti doctrina audiatur. *Quoniam*, inquit, *ipſum Verbum ad nos venit cælitùs; non eſt nobis amplius eundum ad humanam doctrinam, Athenas,* [illegible] *aliam Græciam, quin etiam Ioniam quærendo curioſè. Vniuerſum iam Athenæ & Græcia factum eſt Verbo.*

Eccleſia vniuerſo orbi exæquata.

Clem. Alex.

Orbis Chriſti Academia.

19\. Imò D. Hieron in epiſt. 3. ad Heliod do[illegible], nihil iam aliud toto orbe, quàm Chriſtum Dominum exaudiri. *Ante reſurrectionem Chriſti*, inquit, *notus tantum in Iudæa Deus. Nunc paſſionem Chriſti, [&] reſurrectionem, cunctarum gentium & voce, & litera ſonant. Taceo de Hebræis, Græcis, & Latinis, quas*

[illegible] *Chriſtus vna [illegible] tius mundi vox.*

ſua

ſua crucis titulo Dominus dedicauit. Beſſorum feritas A *& pellitorum turba populorum, ſtriderem ſuum in dulce crucis fregerunt melos, & totius mundi vna vox Chriſtus eſt.* Quò pertinet illud Iſai. 24. num. 16. *A finibus terra laudes audiuimus, gloriam iuſti*; ſeu, vt ex

Leo à Caſtr.

Hebræo interpretatur Leo à Caſtro, *gloriam Chriſti*; quaſi ex vltimis quoque terræ finibus Chriſti gloria reſultaret. Loquutus olim Deus ad populum Iſraëlis. *Tuli*, inquit, *patrem veſtrum Abraham*

Vniuerſa terra Chriſti Eccleſia.
Septuag.
D.Aug.

de Meſopotamia finibus, & adduxi eum in terram Chanaan. Ioſ.24 n.3. Septuag. vertunt, *& adduxi eum in omnem terram.* Vbi D. Aug. q 25. *Septuaginta*, inquit, *pro terra Chanaan, omnem terram ponere voluerunt, intuentes prophetiam, vt tanquam factum accipiatur, quod certiſſimè futurum in Chriſto, & in Eccleſia pronuntiabatur.* Quia Chriſtus in omnem terram venturus erat, & Eccleſia vniuerſæ terræ adæquanda.

20.
D Bern.
D. Petrus ſe inmare demittens, toti orbe ſe dominaturū per fidem ſignificabat.

Quare D. Bern. lib. 3. de conſid. ad Eugenium, latiſſimam Summi Pontificis ditionem admiratus, *Orbe*, inquit, *exeundum eſt ei, qui volet explorare, qua non ad tuam pertinent curam.* Quaſi nihil ſit, in toto orbe, quod Pontificiæ curæ non ſubiiciatur Et lib. 2. curioſè inueſtigans, eur cæteris diſcipulis nauigio ad terram venientibus, ſolus Petrus in mare ſe immiſerit. Ioann. 21. num. 7. aptiſſimè reſpondet ad rem noſtram. *Signum*, inquit, *eſt ſingularis Pontificij Petri; per quod nauim vnam, vt cæteri quiſque ſuam, ſed ſæculum ipſum ſuſceperit gubernandum. Mare enim ſæculum eſt; naues, Eccleſiæ. Inde eſt, quod altera* C *vice inſtar Domini gradiens ſuper aquam, vnicum ſe Chriſti vicarium deſignauit, qui non vni populo, ſed cunctis præeſſe deberet: ſiquidem aquæ multæ, populi multi ſunt. Ita cum quiſque cæterorum habeat ſuam, tibi vna commiſſa eſt grandiſſima nauis ex omnibus facta ipſa vniuerſalis Eccleſia toto orbe diffuſa.* Hæc Bernard. eleganter.

21.
D. Petrus in mare deſiliendo orientales prædicatores quodammodo præmonſtrauit.

Quid ſi dixero, Petrum ſemel atque iterum in mare promptiſſimè deſiliendo, opere ipſo præſignaſſe, & quodammodo præmonſtraſſe ſuos in conuerſione gentium miniſtros, & adiutores, cùm aliis ſæculis inſignes, tum maximè præſentibus admirandus: qui natali ſolo renuntiantes, & vaſtiſſimo Oceano ſe committentes, neque ventorum ſæuitia, neque vndarum inſania, neque latentium D ſaxorum inſidiis, neque furentium piratarum incurſibus, neque tandem innumerabilium iliade malorum, ac periculorum, *qualia multa mari nautæ patiuntur in alto*; & quæ certiſſimam nauigantibus *intentant omnia mortem*; qui, inquam, neque tum multis difficultatibus circumuenti, à ſuo propoſito deterrentur, quominus ad Indos, ad Sinas, ad Iaponios, ad extremas mundi plagas, non gemmas quæſituri, ſed animas, feliciter excurrant? Planè ita ſentio. Nec aliena fortaſſe videbitur expoſitio. Pergite igitur bonis auſpiciis argonautæ, non ad vellus aureum fabuloſi arietis conquirendum; ſed ad ſacroſanctum nomen immaculati Agni coram gentibus, & regibus exportandum. Túque E præcipuè, ô Societas IESV, IESV auſpice, vela

Societatis IESV in Orientis conuerſione zelus.

fac, & proficiſcere. Nulla te pericula frangant, nulla terreant. Si debacchantes fluctus ingruant, IESVM aſpice: ſi tumultuantes turbines deſæuiant, IESVM inuoca: ſi procelloſæ Scyllæ, & Charybdes, & circumlatrantes vndæ fremant, IESVM altiùs inclama. Memineris, olim Apoſtolos in procella vehementer periclitatos, & conturbatos, dum abfuit IESVS: vbi primùm adfuit,

D. Cyril.

liberatos, & tranquillatos. Nam, vt benè D. Cyril. Alexand. *Omnium periculorum Chriſtus ſolutio eſt.* Tecum nauigat, quocunque nauiges, IESVS. Non expaueſcas, IESVM in fronte geris, & in corde. In fronte, vt quocunque ieris, de tuo Domino co- A gnoſcaris: in corde, vt quodcunque feceris, tuum Dominum imiteris. Perge feliciter, & inſanientes fluctus intrepido veſtigio perlabere. Timeri ſolitum mare timeat te nihil timentem. Et quid timeas, quæ IESVM, in opere præfers, & in nomine: cuius opus agis, cuius nomine inſigniris? Nec immeritò. Optimè enim D. Ambr. *Conſortium meretur nominis, qui conſortium meretur & operis.* Hoc te nomen timidam eſſe non ſinit, ſed tutam facit. Perge igitur, ô Societas inter medias procellas adeò conſtans, & ſecura, vt tibi videaris non nauigare inter fluctus, ſed ambulare inter flores. Memineris enim illud Eccleſ. 43. num. 25. de Domino IESV loquentis: *In ſermone eius ſiluit ventus, & co-* B *gitatione ſua placauit abyſſum, & plantauit in illa Dominus inſulas*; ſeu, vt Septuaginta tranſtulerunt, *& plantauit illam Dominus IESVS.* Abyſſum, hoc eſt, Oceanum, interprete Lyra, non fluctibus horridum, ſed floribus conſitum, tanquam hortum genialem tibi plantauit IESVS? Sine timeas: cùm Oceanum intras, pratum intras. Flores tibi videbuntur, non fluctus qui in mari intumeſcent. Campus tibi germinabit non ſolùm *de profundo nimio*, vt olim Iſraëlitis, Sap. 19. n.7. ſed etiam de mari ſummo. Quocunque aſpexeris non vndas tibi videberis aſpicere, ſed roſas. Scilicet tibi plantauit Oceanum Dominus IESVS. Perge igitur, & bonam erecta in ſpem, *circumſpice ad Orientem* (libet enim te affari illis verbis, quibus Propheta Ieruſolymam affatur,) C *& vide iucunditatem à Deo tibi venientem.* Sed quam ab Oriente iucunditatem affore vaticinatur? *Ecce*, inquit, *veniunt filij tui collecti ab Oriente vſque ad Occidentem, in verbo ſancti gaudentes in honorem Dei.* Illi, quos ex aqua, & ſpiritu genuiſti, in adoptionem filiorum Dei vocati, in vnitatem fidei collecti, æternæ ſpei gaudio deliniti, ab Oriente in Occidentem, hoc eſt, ab idololatria in Eccleſiam reducti, ſacris myſteriis imbuuntur; in diuinam gloriam conſecrantur. Quid tibi iucundius accidere potuit? quid diuinius? En tuorum laborum fructus; en tuarum nauigationum merces; en à tuo Oriente, quas requiris gemmas, aromata, odores.

Societas IESV & in nomine & in opere IESVM imitatur.
D.Ambr.
Septuag.
Lyra.
Orientis cõuerſio Societatis IESV deliciæ: Oceanus amœniſſimum Societatis pratū.

Multitudo gentium ad Eccleſiam feſtinantium.

D

22.
Apoſtolici prædicatores propter animarum fœcunditatem nubibus, & colūbis comparantur.

EX amplitudine ſpatij, quod Eccleſia occupat, pronum eſt colligere multitudinem filiorum quos Deo nutrit. *Qui ſunt iſti*, inquit Propheta, *qui vt nubes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas?* Iſai. 60. n.8. Cur, quæſo, Apoſtolicos viros, de quibus agit, nubibus comparat, & columbis? Plures rationes Hug. Car. aſſignat, inter quas ad rem noſtram optima illa eſt; quia ſicut nubes inter cætera meteora, & columbæ inter cætera volatilia fœcundiſſimæ ſunt; ita & prædicatores innumeros Deo filios lucrantur. Quod fortaſſe Sept. & qui eos E ſequitur Tert. lib. 5. contra Marc. c. 15. innuerunt, transferentes, *& quaſi columbæ cum pullis ſuis.* Ac ſi tantam fœcunditatem ſignificent, vt nunquam Euangelium ſine fructu, nunquam prædicatio ſine conuerſione, nunquam Apoſtolici viri ſine pupillis, ſeu ſpiritualibus filiis inueniantur.

Septuag.
Tertul.

23.
Eccleſia fœcunditas columbina.
Varro.

Quò quidem & cæleſtis ſponſus videtur alluſiſſe, dum ſponſam, hoc eſt, Eccleſiam, columbam vocat. *Surge, propera amica mea, columba mea*, Cantic. 2. n. 10. columbam vtique à fœcunditate, quæ dicitur, teſte Varrone cap. 7. de re ruſtica, ſingulis dierum quadragenis per totum annum concipere, & parere, incubare, & educare ſuos pullos. Non pauciores habet Eccleſia toto anno concipiendi, & pariendi quadrageſimas; quæ licèt vnam tantùm

externo ritu inſtituat; plures tamen, & continuas ſortitur, iugiter innumeros Deo pariat, & nutriat alumnos. Vnde D. Ambroſ. lib. de virginibus: *Quæ*, inquit, *nupta plures liberos habet, quam ſancta Eccleſia? quæ virgo eſt ſacramentis, mater eſt populis.* Quaſi non filios vnius tantùm familiæ alumnos, ſed populos totius mundi colonos gignere videatur.

24. *Plures tribus à Ioſue Chriſti typo quàm à Moyſe hæreditatem acceperunt.*

Moyſes, & Ioſue terram promiſſionis inter ſingulas tribus diuiſerunt: ille quidem inter duas, & dimidiam; ſcilicet Ruben, & Gad, & dimidiam tribum Manaſſe, quæ circa Iordanem ſibi ſedes delegerunt: hic inter alias nouem, & dimidiam, quæ vltra Iordanem habitare præoptarunt: vt patet ex Ioſ. 13. n. 7. & 8. Cur, obſecro, plures tribus à Ioſue, quàm à Moyſe hæreditatem acceperunt? Myſtica reſponſio eſſe poteſt, vt multo plures per Chriſtum in Eccleſia, quàm per Moyſen in Synagoga ad æternam hæreditatem acceſſuri ſignificentur. Ita enim Theod. q. 15. ad eum locum innuere videtur, docens pluribus quidem Ioſue, paucioribus verò Moyſem hæreditatem diuidiſſe. *Quia*, inquit, *qui per Moyſen acceperunt hæreditatem, Iudæorum figuram referunt, qui verò per Ioſue, repræſentant gentes, quæ crediderunt.* Vnde iam inde ab eo tempore colligebatur, quantò maior futura eſſet in Eccleſia, quàm fuerit in Synagoga, credentium multitudo.

Theod.

25. *Synagoga vnum piſcem hamo, plurimos Eccleſia retibus comprehendit.*

D. Petrus ante reſurrectionem hamo piſcari iubebatur. *Vade ad mare*, inquit ad eum Dominus, *& mitte hamum*, &c. Matth. 17 num. 27. At verò poſt reſurrectionem, rete: *Mitte*, inquit, *in dexteram nauigij rete*, &c. Ioann. 21. num. 6. Quia ſicut hamus vnum, rete plurimos complectitur; ita olim Synagoga paucos, Eccleſia innumeros comprehendit. Vnde ſtatim dicitur D. Petrus traxiſſe è mari *rete plenum magnis piſcibus centum quinquaginta tribus.* ibid. num. 11. Cur non pluribus, non paucioribus? Optimè reſpondet D. Hier. in cap. 47. Ezech. *Aiunt*, inquit, *qui de animalium ſcripſere naturis, de quibus Oppianus Cilex eſt poeta doctiſſimus, centum quinquaginta tria eſſe genera piſcium: quæ omnia capta ſunt ab Apoſtolis, & nihil remanſit inceptum, dum & nobiles, & ignobiles, diuites, & pauperes, & omne genus hominum de mari huius ſæculi extrahitur ad ſalutem.*

D. Hier. *Centũ quinquaginta tria piſcium genera ab Apoſtolis capta, totius orbis conuerſionem denuntiant.*

26. D. Hier. D. Iſid.

Pendebant olim è veſte ſacerdotali aurea tintinnabula. Exod. 28. num. 33. quæ ſi D. Hieron. in epiſt. 128. ad Fabiol. de veſte ſacerdotali, & D. Iſidor. lib. 19. etymolog. ſeu Orig. cap 21. audiamus, fuerunt numero 72. Si quæras cur potius ſub hoc numero, quàm ſub alio contineatur. Ratio videtur eſſe, quia, ex eodem D. Hier in c. 26. Matth. D. Aug lib. ... cap. 3. D. Epiph. in Panario ſub initium, & aliis, quos citat Perer. tom. 2. in Gen. lib. 16 diſp. 1. totidem dicuntur fuiſſe genera linguarum, in quas homines in confuſione turris Babel diſſipati abierunt. Vt ſic intelligeremus, nullam fore in toto orbe nationem, quam non eſſet Euangelicæ doctrinæ vox peruagatura. & magna ex parte ad Eccleſiæ gremium adductura.

D. Aug. D. Epiph. Perer.

27. *Eccleſia in 72 malis punicis: Synagoga in fragmenta tantum adumbrata*

D. Hier. D. Iſid.

Eodem pertinet, quòd illa ſacerdotalis veſtis, quæ Eccleſiam figurabat, ſeptuaginta duo mala punica, ſingula ſingulis tintinnabulis inſerta habuiſſe dicatur à citatis Patribus, Hieronymo & Iſidor. & tamen vetus Synagoga, ne integro quidem malo punico; ſed fragmento illius comparetur, iuxta illud: *Sicut fragmen mali punici gena tua*, Cant. 4. n. 3. Quò enim plura grana in tam multis malis punicis, quàm in vno illius fragmine includuntur, eò maior animarum multitudo in Eccleſia, quàm in Synagoga continetur. Quare cùm Dauid eam multitudinem numerare vellet, innumerabilem inuenit. *Annuntiaui*, inquit, *& locutus ſum, multiplicati ſunt ſuper numerum.* Pſalm. 39. num. 6. Ideo ab inquirendo numero deſiſtens, & in ſola multitudine conquieſcens; *In medio*, inquit, *multorum laudabo eum.* Pſalm. 130. num. 30. Quaſi fidelium congregatio, per excellentiam diceretur congregatio multorum.

28. *Cur Deus Iſraëliticum populũ prohibuerit recenſeri.*

Non licebat olim regibus Iſraël pro ſuo arbitrio populum recenſere: vt patet in Dauide, qui cùm populum numerari temerè præcepiſſet; tandem ſuæ conſcius temeritatis: *Peccaui*, inquit, *valde, ſtultè egi nimis*, 2. Regum 24. num. 10. Et neque hac confeſſione diuinam effugere potuit vltionem, peſtilentia in populum acriter ſæuiente, ibid. num. 15. Vnde ſi qua ad numerandum populum neceſſitas vrgeret, neceſſe erat, vt punitio pro temeritate diuinitùs infligenda, pecuniariis oblationibus redimeretur, iuxta illud: *Quando tuleris ſummam filiorum Iſrael iuxta numerum, dabunt ſinguli pretium pro animabus ſuis Domino: & non erit plaga in eis, qui fuerint recenſiti*, Exod. 30. num. 12. Cur igitur Deus tam ſeuerè prohibebat illum populum recenſeri? Reſpondet Oleaſter, quia Deus promiſerat Abrahæ, ſe facturum illum populum innumerabilem, iuxta illud: *Multiplicabo ſemen tuum, ſicut ſtellas cæli: & velut arenam, quæ eſt in littore maris*, Geneſ. 22. num. 17. Quæ maior igitur temeritas eſſe poterat, quàm velle ad numerum reuocare, quod Deus extra numerum eſſe volebat? Sed mihi videtur lex diuina, non tam ad Iudæos, quorum exiguus fuit numerus, quàm ad Chriſtianos, quorum eſt innumerabilis multitudo, reſpexiſſe? Quaſi illo ſymbolo fas non eſſe oſtenderetur, Chriſtianum populum numero coërcere, quem Deus ſuper numerum voluit multiplicare.

Oleaſt.

Innumerabilis in Eccleſia gentium multitudo.

29. D. Hier.

Eandem credentium, & idololatriam cum fide commutantium multitudinem contemplatus D. Hieronym in epiſt. 7. ad Lætam ſub initium, lætabundus exclamat: *Solitudinem patitur & in vrbe gentilitas. Dij quondam nationum cum bubonibus, & noctuis in ſolis culminibus remanſerunt. Vexilla militum crucis inſignia ſunt: regum purpuras, & ardentes diadematum gemmas patibuli ſalutaris pictura condecorat. Iam & Ægyptius Serapis Chriſtianus factus eſt. Marnas Gaza luget incluſus, & euerſionem templi iugiter pertremiſcit. De India, Perſide, Æthiopia, Monachorum quotidie turmas ſuſcipimus. Depoſuit pharetras Armenius: Hunni diſcunt Pſalterium: Scythiæ frigora feruent calore fidei: Getarum rutilus, & flauus exercitus, Eccleſiarum circumfert tentoria; & ideo forſitan contra nos æqua pugnant acie, quia pari religione confidunt.* Hæc Hieronym. eleganter. Vbi tantam eſſe docet credentium multitudinem, vt dicat non ſolùm idololatras credere; ſed etiam ipſa idola Chriſtianam fidem aut profiteri, vt Serapidem, aut ſaltem reuereri, vt Marnam, hoc eſt Iouem; ſic enim Gazæi eius cultores appellabant. Quorum enim infidelium pectora non ſubigeret fides, & Chriſtiana religio, quæ etiam infidelium numina ſubigebat?

Chriſtiana fides non ſolũ idololatras, ſed ipſa etiã idola quodammodo conuertit.

30. *Perdicis pullos in vera matre agnoſcenda gẽtes ad Chriſtum cõuerſa imitantur.*

De perdicis inſtinctu celebre eſt illud apud Ierem. cap. 17. num. 11. *Perdix it fouit, quæ non peperit.* Vbi notant interpretes, perdicem aliena oua diripere, fouere, & excludere: ſed pullos audita propriæ parentis voce, nouercam deſerere, & germanam ad parentem conuolare. Simile quid diabolo cum gentibus contigiſſe teſtatur Diuus Ambroſius lib. 6. Exaëm. cap. 3. *Congregauit*, inquit, *diabolus Gentiles, quos non creuerat: ſed vbi in Euangelio ſuo vocem Chriſtus emiſit, ad eum ſe potiſſimum contulerunt, quos ſub vmbra alarum ſuarum ipſe ſuſcepit, & matri dedit Eccleſiæ nutriendos.* Vbi in hanc

D Ambr.

ſenten

D. Hier. ſententiam locum Ieremiæ citatum interpretatur: atque adeò optimè cum D.Hieron.concordat;dum vterque facit Gentilium idola deſerta; idololatras verò ſuorum idolorum deſertores.

31. *Vituli pulueres, id eſt, idololatras Chriſtus in ſe per fidem conuertit.* D.Aug. Arripuit olim Moyſes vitulum, & combuſſit, & contriuit in pulueres, & ſparſit in aquam, & Iſraëlitis propinauit, Exod.32.num.20. Cur potiùs eos pulueres non ſparſit in auras, ventis ludibria futuros? Optimè D.Auguſt.lib.22.contra Fauſtum cap.39. in 6. tomo, per illos idoli pulueres, idololatras intelligit; quos Chriſtus Dominus noluit euertere; ſed conuertere: noluit à ſuo corpore exſecare, ſed potiùs in ſuum corpus commutare. *Totum*, inquit, *illud corpus* (nempe idololatrarum) *comminuitur; hoc eſt, verbo veritatis humiliatur; & comminutum in aquam mittitur, vt eos Euangelij prædicatores ex Baptiſmo in ſua membra, hoc eſt,in corpus Dominicum transferant.* Additque eandem ob cauſam oblata fuiſſe D. Petro omnia quadrupedia, & ſerpentia terræ, & volatilia cæli, cum illa voce: *Occide, & manduca.* Act. 10. n. 12. vt intelligeret, non eſſe idololatras ab Eccleſia repellendos, *Idololatræ intra Eccleſia viſcera admittendi.* ſed in Eccleſiam admittendos. Et ſicut cibus in ſubſtantiam aliti conuertitur, aliti vnam viuit; ita idololatras ad fidem traductos, ex fide victuros eſſe, & eodem, quo omnes fideles, ſpiritu animandos.

32. D.Chryſ. *Chriſtianorũ propagatio cum naturali hominum propagatione comparatur.* Propagationem fidelium in lege gratiæ cum propagatione hominum in lege naturæ egregiè componit D.Chryſoſtom.in Pſalm.144.ibi, *Benedixit filiis tuis in te*, num. 13. hoc eſt, *Fecit creſcere in magnam multitudinem*, vt ipſe exponit: illud autem, *in te*, rectè expendit, *hoc eſt*, inquit,*non diuiſos,nec diſperſos, ſed in te congregatos* Significans, hanc fidei multiplicationem ex coniunctione charitatis proceſſuram. Igitur ſub finem Pſalmi,comparationem proſequitur, quam dixi: & benedictionem illam datam hominibus per naturam propagandis, comparat cum hac benedictione, iiſdem hominibus propagandis per gratiam, impertita. *Quemadmodum*, inquit, *cùm dixiſſet in principio: Creſcite,& multiplicamini, & replete terram*, Geneſ.1. num.28. *vniuerſam terram ſermo penetrauit; ita cùm poſtea dixiſſet: Euntes docete omnes gentes*,Matth.28.n.19 *ipſos etiam fines orbis terræ, breui momento temporis iuſſa eius occupauit.* Et paulò poſt, hanc poſteriorem propagationem illi priori anteponit.*In principio*,inquit,*cùm lege naturæ creſceret multitudo, vet tam diu proceſſit: tempore autem Apoſtolorum,non lege naturæ,ſed gratiæ creſcebat: & ideo vno ſtatim die tria millia,deinde quinque millia, deinde innumerabiles, deinde vniuerſus orbis terræ per hanc pulchram regenerationem editi, aucti,& multiplicati ſunt, & quam acceperant benedictionem, factis ipſis oſtenderunt.*

33. *Michol in Synagoga typum in partu accumbit.* D. Hier. Igitur multitudo gentium reuixit; paucitas Iudæorum emortua. Michol, ſiue Egla (vtroque enim nomine dicebatur) non habuit filium *vſque ad diem mortis ſuæ*.2.Reg.6.num.23. Et nihilominus 1.Paralip.3.num.3. dicitur peperiſſe filium nomine *Iethraham*. Conciliat vtrumque locum D. Hieron. non habuiſſe quidem filium vſque ad diem mortis ſuæ, excluſiuè: nam quo die primùm peperit, vltimò vixit; eodem enim obiit. Et ſtatim ad myſterium digreſſus: *Sic igitur*, inquit Hieronym. *Synagoga in partu occubuit: quia apparente Verbo Dei in carne, & Euangelium prædicante, ſcandalizata in paſſione eius ſibi mortem æternam adſciuit.* Tacetur *Vita Eccleſiæ in Rebecca, mors Synagogæ in Debora figuratur.* Rupert. in Scriptura mors Rebeccæ; exprimitur mors Deboræ, quæ fuit eius nutrix. *Mortua eſt Debora*, inquit textus, *nutrix Rebeccæ: & ſepulta ad radices Bethel ſubter quercum*, Geneſ. 35.n.8. Reddit rationem Rupert.lib 8.cap.3 3.qui à Rebecca gratiam,ſeu Eccleſiam? Debora legem,ſeu Synagogam Eccleſiæ nutricem repræſentabat, quatum illa ſemper viuit, hæc citiſſimè interiit. *Debora*, inquit, *mors memoriæ commendatur: Rebeccæ nuſquam inuenitur; quia occidens littera legis relinquitur; viuificans autem ſpiritus perſeuerat, & vbique glorificatur.* Nec ſine myſterio ſepulta eſt ſub quercu; *Quia in initio*, inquit Rupert. *ſurgentis Eccleſiæ, carnalis ſenſus legis, & cuncta carnales ceremoniæ ſub ligno crucis obrutæ ſunt.* *Sub Chriſti cruce ſepulta Synagoga.* Non ſine cauſa factum eſt, vt quo tempore Chriſtus Dominus ſanauit hæmorrhoiſſam, eodem filia Archiſynagogi moreretur, Matth. 9. à n.20.Marc.5.à n.22.Luc.8.à n.41. *In typum videlicet*, inquit Rupert. lib.7.in Geneſ. cap. 24 *Gentilitatis, & Synagogæ: quia quando Gentilitas per fidem Chriſti ſanata eſt,tunc Synagoga præ inuidia, & infidelitate mortua eſt.* *Eccleſia ſanitas, Synagoga ſuit interitus.* Quod etiam alij Patres, D. Ambroſ. Beda, Raban. expreſſerunt. Hactenus de propagatione Eccleſiæ. D. Ambr. Beda. Raban.

SECTIO II.

Chriſti Domini exaltatio.

IAm verò Chriſti Domini exaltationem expreſſit Anna illis verbis:*Dabit imperium regi ſuo,& ſublimabit cornu Chriſti.* Quæ ad hunc locum vberiùs explicanda, & illuſtranda reſeruaui. Igitur circa hæc verba,quatuor inquirenda ſunt:ex quorum ſolutione, & loci intelligentia, & Chriſti Domini exaltatio facilè colligetur. Primum,cui dandum ſit hoc imperium; Secundum, quomodo dandum? Tertium, quo tempore dandum? Quartum,quale, quotúmque imperium dandum? 1. *Quatuor hic inquirenda.*

Quod ad primum attinet. Cui dandum eſt hoc imperium? reſpondeo, *Regi ſuo*, hoc eſt, Chriſto Domino, vt in litera explicaui. Illud, *ſuo*, referri poteſt, vel ad Deum, vel ad imperium. Priori modo ſenſus eſt, *Dabit Deus imperium regi*; à ſe facto, regi, quem ipſe conſtituit, & creauit, quem proinde vocat ſuum: qualis eſt Chriſtus Dominus, iuxta illud: *Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo, ſuper Sion montem ſanctum eius*,Pſalm.2.num 6.Quo pacto Deus vocat Cyrum, *Chriſtum ſuum*; Iſai. 45. num.1.hoc eſt,à ſe vnctum,ac regem conſtitutum. Vnde Chriſtus Dominus, *Cùm cognouiſſet quia venturi eſſent homines, vt raperent eum, & facerent eum regem,fugit iterum in montem ipſe ſolus.* Ioann.6.num. 15.ne regiam poteſtatem, quam à Patre acceperat, ab hominibus accepiſſe videretur. Poſteriori modo ſenſus eſt: *Dabit Deus imperium regi*, non externo, & alieno; ſed proprio,& natiuo; quem proinde ipſum regnum, non vt tyrannum, odio habeat, ac timeat; ſed vt ſuum regem amplectatur, ac veneretur. Vnde hoc regnum non eſt vi extortum, ſed hæreditario iure acquiſitum, iuxta illud eiuſdem Pſalm. 2. num. 8. *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam.* Non quidem indebitam; ſed quæ tibi tanquam proprio hæredi, multis nominibus debeatur. Et propterea populus non inuitus, ſed ſpontaneus ſuo regi ſeruiebat, & famulabatur, iuxta illud Pſalm. 109. num. 3. *Tecum principium in die virtutis tuæ.* ſeu vt D. Hieronym.ex Hebræo legit, *Populi tui duces ſpontanei*; ſeu, vt legunt alij, *Populus tuus ſpontaneus, ac voluntarius.* Quaſi omnes Chriſtum Dominum, tanquam ſuum regem proprium, ac naturalem, ſua ſponte ſequerentur, & amplecterentur. Vnde eſt illa Dei promiſſio: *Non dominabuntur ei amplius alieni; ſed ſeruient Domino Deo ſuo, & Dauid regi ſuo*, Ierem. 30. num.9. 2. *Cui dandum ſit hoc imperium. Primus loci ſenſus. Imperium Chriſto, vt regi à ſe facto Deus dabit. Secundus ſenſus. Hoc imperiũ Chriſto tanquã proprio, & natiuo regi dandum.*

A numero 9. & iterum: *Poſt hec reuertentur filij Iſrael, & quærent Dominum Deum ſuum, & Dauid regem ſuum*, Oſeæ 3. num. 5. in vtroque enim loco per Dauidem, quem regem ſuum appellabat, intelligitur Chriſtus Dominus, qui erat proprius eorum Rex.

3.
Quomodo dandum ſit hoc imperiũ Chriſto D. Ratio dubitandi. Chriſtus naturalis omnium rex. D.Chryſ.

Secundum dubium. Quomodo dandum ſit hoc imperium Chriſto Domino? Et ratio dubitandi eſt, quòd Chriſtus Dominus non videtur poſſe regnum aliunde accipere, cùm ipſe ſit naturalis rerum omnium rex. Quod ſubtiliter eruit D. Chryſoſt. ex illis verbis Pſalmi citati: *Tecum principium*, ſeu, vt eſt in Græco, μετὰ σοῦ ἡ ἀρχὴ, hoc eſt, *tecum principatus. Quid eſt*, inquit Chryſoſtom. *Tecum? B Hoc eſt, in ipſo, in ſubſtantia eius, in natura eius. Quemadmodum fieri non poteſt, vt non ſit eius ſubſtantia, ita vt non ſit eius regnum. Principatus regnum eſt in multitudine exercitus: principatus Apoſtolorum in operatione importata extrinſecus; ipſe autem habuit principatum in natura, in ſubſtantia. perpetuum, immortalem.*

D. Petrus Chryſol. *Hoc imperiũ Chriſto Domino dandũ non ſecũdum diuinitatem, ſed ſecũdùm humanitatẽ.*

Propter hanc rationem reſpondet D. Petr. Chryſolog. ſerm. 144. dandum imperium Chriſto Domino non ſecundùm diuinitatem, ſed ſecundùm humanitatem. Nam hæretico aſſerenti Chriſtum Dominum non eſſe Deum, quia *dabit illi Dominus ſedem Dauid patris ſui*, Luc. 1. num. 32. dari autem nihil poſſe Deo, omnia habenti, reſpondet, dandam eſſe Chriſto, non vt Deo; (*Quæ enim neceſſitas accipiendi. vbi eſt habendi poteſtas*) C ſed vt homini: qui vt ſic, à Deo donante poteſt aliquid accipere. Niſi fortè, ô hæretice, addit Chryſolog. *putas quòd honorem à Deo dedignatur accipere, qui ab hominibus tantas accepit iniurias? Aut exiſtimas, quod conferri ſibi regnum à Patre faſtidit, qui ab inimicis pœnas, mortémque ſuſcepit.*

4.
Ratio dubitandi infringitur.

Fateor quidem cum D. Chryſologo, non eſſe dandum hoc imperium Chriſto Domino ſecundùm diuinitatem; non quidem propter rationem dubitandi, hæc enim parum vrget. Cur enim Chriſtus Dominus regnum à Patre non accipiat, cùm ipſam ſubſtantiam, quam naturaliter habet, à Patre nihilominus dicatur accepiſſe, & Pater eam D illi dediſſe? vt ipſemet Chriſtus Dominus fatetur, dicens: *Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus eſt*. Ioan. 10 num. 29. hoc eſt, diuinitas ipſa, ſeu poteſtas diuina, quam mihi gignendo ab æterno dedit, omnibus rebus excellit. Sic enim Tertul. lib. contra Praxeam c. 22. D. Ambroſ. lib. 3. de Spiritu ſancto cap. 18. D. Hilar. libr. 7. de Trinitate poſt medium, D. Hier. in c. 18. Ezech. D. Auguſt. tract. 48. Beda, Rupert. D. Thom. & recentiores interpretes Salmer. Tolet. Maldon. Barrad. exponunt: vnde æternus Pater fons, origo, & radix diuinitatis à Patribus, & Conciliis appellatur, quia eſſentiam, ſeu Deitatem filio communicat, vt Suar. de Trin. lib. 8. cap. 3. oſtendit. Si igitur Pater dat eſſen- E tiam Filio, cur non & regnum? Neque enim hinc colligi poteſt. Filium eſſe Patre minorem: alioqui cùm etiam Filius dicatur traditurus *Regnum Deo, & Patri*. 1. Cor. 15. num. 24. colligetur etiam Pater minor filio. Non igitur ob eam cauſam nego dandum eſſe imperium Chriſto Domino ſecundùm diuinitatem, ſed quia Anna de humanitate Chriſti Domini loquebatur, quem in terris naſciturum, viuóſque ac mortuos iudicaturum prædicabat: & quia hæc donatio eſt de futuro, *dabit*, in tempore conferenda; cùm tamen Chriſto Domino nihil poſſit ſecundùm diuinitatem in tempore communicari. Dandum igitur præcipit Anna Chriſto Domino ſecundùm humanitatem, vt Diuus Athanaſius orat. contra Arrianos paulò poſt initium, D. Gregor. Nyſſen. orat. 2. de reſurrect. ad fin. D. Cy- A rill. Alexand. lib 2. in Ioan. c. 73. & alij confirmant.

Tertul. D Ambr. D. Hilar. D. Hier. D Auguſt. Salmer. Tolet. Maldon. Barrad. Suar.

D. Athan. D. Greg. Nyſſen. D. Cyrill. Alex.

5.
Quo tempore dandum ſit hoc imperiũ Chriſto D. Chriſtus D. in primo Incarnationis inſtanti Rex.

Tertium dubium. Quo tempore dandum ſit hoc imperium Chriſto Domino? Reſpondeo, datum fuiſſe in primo aduentu, iuxta illud: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra*, Matth. 28 num. 18. & illud, *Omnia mihi tradita ſunt à Patre meo*, Luc. 10. num. 22. & illud, *Sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus*, Ioan. 13. num. 3. Quæ omnia non ſolùm interpretes, & Patres, ſed etiam Theologi ad 3. p. q. 7. & 22. de primo creationis inſtanti probabilius exponunt. Nam cùm omnes perfectiones, & prærogatiuæ Chriſto Domino communicatæ, veluti quædam connaturales proprietates vnio- B nem hypoſtaticam comitentur; fit, vt quo primò inſtanti, vnio illa data eſt, cæteræ perfectiones conſequantur: niſi forte tales ſint, vt cum carne paſſibili ſtare nequeant. Quod dico propter corporis gloriam, quæ, vt locus fieret paſſioni, diuinitùs impedita eſt, ne ab anima in corpus refunderetur. Itaque Chriſtus Dominus non ſolùm natus eſt Rex, teſtantibus Magis, Matth. 2. n. 2. ſed etiam conceptus; ita vt iam inde ab vtero ſanctiſſimæ matris, tanquam ex regio conclaui poſſet vnico nutu mutare elementa, ſanare debiles, ſuſcitare mortuos, naturæ leges inuertere, res hominum, Angelorúmque diſponere, denique cælo ac terræ facilè dominari.

6.
Hoc Chriſti imperiũ poſt reſurrectionem, & aſcẽſionem magis glorioſum. Rabbi Samuel. D. Amb. *Chriſti in aſcenſione triumphus.*

C Fateor nihilominùs poſt Chriſti Domini reſurrectionem, & aſcenſionem in cælos, magis hoc eius imperium claruiſſe. Vnde Rabbi Samuel Marochtanus lib. de aduentu Meſſiæ c. 13. hunc Annæ verſiculum de Chriſti imperio per aſcenſionem in cælos manifeſtato exponit. Quare Domino ad cælos redeunti præcurrebant Angeli cum his vocibus: *Attolite portas, principes, veſtras, & eleuamini portæ æternales*, Pſalm. 23. num. 7. vbi D. Ambroſ. lib. 4. de fid. c. 1. expendens illud, *Attollite*, & *Eleuamini*, non autem ſimpliciter aperire, & reſeramini; triumphi colligit apparatum. *Quamuis*, inquit, *ſcirent Angeli nihil Deo accedere ex carne potuiſſe; quia infra Deum omnia ſunt: tamen trophæa D crucis, cuius principatum ſuper humeros eius, & triumphantis æterni manubias intuentes, quaſi eum, quem emiſerant, cæli portæ capere non poſſent, maiorem viam quærebant aliquam reuertenti: adeò nihil exinanitus amiſerat. Debuit tamen nouo victori, nouum iter parari: quia non vnus homo, ſed totus in omnium redemptore mundus intrabat.* Concinit D. Hieron. aut quiſquis ille eſt auctor earum epiſtolarum, quæ tom. 9. inter opera D. Hieronym. circunferuntur. Is igitur in epiſt. 27. in qua citatum Pſalmum illuſtrat, illud etiam *Attollite*, ſeu, *Leuate*, expendens: *Pulchrè*, inquit, *leuari iubentur portæ, & in ſublime erigi. Siquidem iuxta diſpenſationem carnis, & myſterium & victoriam crucis; maior regreditur ad cælos, quàm ad terras venerat.* In eandem ſenten- E tiam D. Gregor. Nazianz. orat. 42. quæ eſt ſecunda in Paſcha, ſuum hortatus auditorem, vt Chriſti in cælum aſcendentis triumphum proſequatur cum verbis illi Pſalmi citati: *Attollite portas, principes, veſtras. Portis*, inquit, *vt attollantur, ac ſublimiores fiant, impera, quo Chriſtum à paſſione ſublimiorem capiant.* Cui eius ſubſcribit interpres Nicetas. Triumphatores olim vrbem intrabant, non apertis portis, ſed diſruptis muris, vel vt ſignificarent, non eſſe neceſſarios muros vrbi habenti viros, qui pugnando vincerent, & triumpharent: vel vt oſtenderent, adeò non fuiſſe in bello attritos, vt laxiores portas requirerent è bello redeuntes, quàm requiſierant exeuntes. Quod Plutarch. 2. Sympoſiacon q. 5. refert; cuius verba in Græco autographo inuenientur, tùm in vulgato exemplari,

D. Hier.

Chriſtus per crucis victoriam veluti maior. D. Gregor. Naz.

Nicetas. *Triumphatores nõ apertis portis, ſed diſruptis muris vrbem intrabant.* Plutarch.

exemplari, latinitate donata non circumſerantur. A Non aliter Chriſtus Dominus, qui naſciturus *inclinauit cælos, & deſcendit*, Pſal. 17. num. 50. aut etiam rogabatur, *vt diſrumperet cælos, & deſcenderet*, Iſaiæ 64. n. 1. maiori iure aſcenſurus, debuit cœlos eleuare, & ampliora, laxioráque in cælo ſpatia aperire, vt inſolito cum apparatu triumphaturus ingrederetur. Præſertim cùm eo aſcenſionis die tantam præferat majeſtatem, vt per excellentiam *Dominus* appelletur, iuxta illud: *Iter facite ei, qui aſcendit ſuper Occaſum, Dominus nomen illi*, Pſalm. 67. num. 5.

7.
In ſecundo aduentu, Chriſti imperium magis manifeſtandum.

Addo vlteriùs, in ſecundo aduentu, de quo præcipuè agit Aona, magis adhuc Chriſti Domini imperium manifeſtandum, iuxta illud: B *Deus manifeſtè veniet*, Pſalm. 39. num. & illud: *Tunc plangent omnes tribus terræ: & videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli, cum virtute multa, & majeſtate*, Matth. 24. num. 30. & illud: *Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt, & plangent ſe ſuper eum omnes fines terræ*, Apocal. 1. num. 7. & illud: *Ecce cum nubibus cæli, quaſi filius hominis veniebat, & vſque ad antiquum dierum peruenit. Et dedit ei poteſtatem, & honorem, & regnum: & omnes populi, tribus, & linguæ ipſi ſeruient: poteſtas eius poteſtas æterna, quæ non auferetur: & regnum eius, quod non corrumpetur*, Daniel. 7. n. 13. & 14. Hinc eſt, quòd æternus Pater filium ſuum omnibus honorandum proponeret, iudicem conſtituerit vniuerſorum, iuxta C illud, *Omne iudicium dedit Filio, vt omnes honorificent Filium, ſicut honorificant Patrem*, Ioan. 5. num. 22. & 23. Nam Dominum in terris degentem pauci, vt Regem agnouerunt: aſcendentem in cælum, ſoli iuſti, iique non multi, vt ſuum Regem adorarunt: tamen in extremo die iudicantem etiam aduerſarij formidabunt; improbi, ac reprobi verebuntur.

8.
Chriſtus Dominus, in iudicio ab omnibus adorandus.

Tunc enim ſuam coronidem perfectiſſimè conſequetur illa Chriſti Domini exaltatio: *vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris*, Philip. 2 n. 10. & 11. De cæleſtibus quidem non eſt dubium. Nam ſi vagientem in præſepio, & eſurientem in D deſerto, & pauentem, ſanguineóque ſudore perfluentem in horto Angeli coluerunt, & adorarunt; quid mirum, ſi regnantem, ac triumphantem in iudicio, ſummo honore venerentur, ſummo amore proſequantur? Quo argumento vtitur D. Leo ſerm. 2. de Aſcenſione, vt oſtendat, quantam Angeli reuerentiam in ſecundo aduentu Chriſto Domino præſtabunt, cui in primo tantam præſtiterunt. Docet enim Angelos Chriſto Domino in carne mortali ſæpenumero famulatos: *Vt intelligeremus*, inquit, *quantæ poteſtates ſint adſuturæ cum iudicaturo; cui tantæ miniſtrarunt etiam iudicando*. De E terreſtribus quis dubitet? Nam in hac vita cùm à multis Chriſtus Dominus ignoretur, non ab omnibus honoratur. At in extremo iudicio ab omnibus agnoſcetur, iuxta illud: *Quibus non eſt narratum de eo, viderunt; & qui non audierunt, contemplati ſunt*, Iſa. 52. num. 15. Aderunt profectò, aderunt non ſolùm omnes iuſti, ſed etiam omnes reprobi oculati, teſtes illius majeſtatis, quam in hac vita vel ignorarunt, vel contempſerunt. Vnde nullus erit, à quo vel filialiter non ametur, vel ſeruiliter non timeatur. Tandem dæmones etiam in hac vita à Chriſto Domino, agno manſueto, fugabantur, Luc. 4. num. 41. Credentes quidem, & contremiſcentes, Iacob. 2. num. 19. nempe, inquit D. Gregor. Nazianzen. orat. 42. *Doloribus, quos ſentiebant, fidem ipſis facientibus*. Qualiter ergo in ex-

Ab Angelis.

D. Leo.

Ab hominibus.

A dæmonijs.

D. Greg. Naz.

A tremo iudicio à Chriſto Domino in morem leonis rugiente terrebuntur.

9.
Summa gloria Chriſti maieſtas in iudicio vel ipſum ſolem obſcurabit.

Iam verò majeſtas gloriæ Chriſti Domini in illa die, quanta erit? De extremo die loquutus Iſaias, cap. 30. num 26. *Erit*, inquit, *lux Lunæ ſicut Solis; & lux Solis erit ſeptempliciter*. Mirum ſanè lucis incrementum; quo luna ſolarem ſplendorem ſortiatur; & ſol ſeptuplò maiorem, quàm nunc habeat, lucem eiaculetur. Sed quid illud eiuſdem vatis de eodem iudicio loquentis? *Erubeſcet luna, & confundetur ſol, cùm regnauerit Dominus exercituum in monte Sion, & in Hieruſalem, & in conſpectu ſenum ſuorum fuerit glorificatus*, Iſa. 24. num. 23. hoc eſt, cùm Dominus in extremo iudicio gloriam ſuam B non modò ſenibus ſuis, hoc eſt, Apoſtolis, ſed etiam omnibus hominibus, imò & omnibus creaturis manifeſtauerit, ſol & luna veluti pudore quodam ſuffuſi, ſuo fulgore priuabuntur. Quid, inquam, hoc eſt: Nónne dicebat Propheta ſolem, & lunam in illo die multo clariori, quàm nunc habeant, ſplendore imbuendos? Quid igitur nunc ait præ ingenti pudore obſcurandos? Rectè mihi videtur litem componere Gloſſa Interlin. *Erubeſcet*, inquit, *non lucem amittendo, ſed in conſpectu veræ lucis, quæ Chriſtus eſt, tanquam nihil lucendo*. Nam ſicut ſole ſplendente minora aſtra obſcurantur; ita Chriſto Domino coruſcante, ſol, & luna, quantocunque ſplendore decorentur, non rutilare, ſed caligare vi- C debuntur. Sed & ipſe Chriſtus Dominus illius extremi diei ſigna proditurus, *Sol*, inquit, *obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum*, Matth. 24. n. 29. Cuius, obſecro, lunæ interuentu hic ſolaris defectus continget? Cuius terræ vmbra, hæc lunaris eclipſis apparebit? Rectè D. Chryſ. hom. 77. in Matth. *Sol*, inquit, *obtenebrabitur, non quia deſtruetur, ſed quia luce illius aduentus ſuperabitur*. Fulgebunt quidem, & multò clarius, quàm nunc, omnia ſydera fulgebunt, ſi eorum in ſe fulgor attendatur: at ſi cum Chriſti Domini ſplendore tunc potiſſimum rutilante comparetur, caligabunt.

Interlin.

D. Chryſ.

10.
Chriſti Domini gloria, & ſplendor in iudicio incomprehenſibilis.

Eximia planè fuit illa claritas, illa majeſtas, quam Chriſtus Dominus in monte Thabor tribus Apoſtolis manifeſtauit. Quid verò D. Petrus? Quo pacto ibi conſtitit tantæ gloriæ ſpectator? D Planè deſipuit; poſtulauit enim tria ſibi fieri tabernacula: *Neſciens quid diceret*. Luc. 9. num. 33. Sed nihil mirum, inquit D. Ambroſius ad eum locum: *Premit enim incomprehenſibilis ſplendor diuinitatis, noſtri corporis ſenſus. Nam ſi Solis radium è regione oculorum contuentium corpora nequit acies ſuſtinere: quomodo Dei gloriam humanorum ferret corruptela membrorum?* At hinc mihi licet vlteriùs argumentari. Nam ſi illa gloria, quam Chriſtus Dominus pauciſſimis teſtibus, breuiſſimo tempore, anguſtiſſimo in loco moriturus exhibuit; tam mirabiles in vno Petro excitauit affectus, vt à ſe præ E amore, præ timore, præ ſtupore exijſſe videretur; quid illa gloria, non paucis proponenda, ſed omnibus: non breui duratura, ſed ſemper: non vno monte, ſed toto cælo apparitura; denique à Chriſto Domino, non morituro, ſed victuro, triumphaturóque in æternum, manifeſtanda? Quanta erit? Quis eam iuſtorum præ lætitia capere poterit? Quis improborum præ triſtitia ſuſtinere?

D. Ambr.

11.
Moyſis ſplendor, Apoſtolorum gloria veluti obſcuratur.

Moyſes olim è monte faciem retulit coruſcantem, Exod. 34. n. 35. & quidem tam eximio ſplendore: *Vt*, teſte Apoſtolo, *non poſſent intendere filij Iſrael in faciem Moyſi, propter gloriam vultus eius*, 2. Corinth 3. n. 7. Sed quid illud, quod ſtatim addit Apoſtolus? *Nec*, inquit, *glorificatum eſt, quod claruit in hac parte, propter excellentem gloriam*, ibid. n. 10.

D.Hier. — Theod. — *Expreſſa ſimilitudo.* — *Chriſti gloria in iudicio ſola gloria nomine digna.*

An negat vllam gloriam eſſe in vultu Moyſis; quam paulò antè maximam aſtimarat; Abſit. Sed vt benè D.Hier. *In comparatione*, inquit, *gloria legis Euangelicæ, obumbratur gloria legis: vt orto ſole lumen obtunditur lunæ.* Vbi non comparat gloriam Moyſis cum gloria Chriſti; ſed cum gloria legis Euangelicæ, hoc eſt, cum gloria à Chriſto nouæ legis conditore in Apoſtolos refuſa. Quod clariùs exprimit Theod. dicens, tantam eſſe Apoſtolorum gloriam, *vt ne gloriam quidem fuiſſe dixerit quiſpiam eam, quæ Moyſi adfuit, ſi ad hos reſpiciat.* Quod à ſimili declarat: *Noctu enim*, inquit, *lumen lucernæ videtur ſplendidiſſimum: meridie autem abſconditur; & ne lumen quidem eſſe putatur.* Vbi docet, quantò ſol clarior quàm lucerna ſplendeſcit; tantò Apoſtolorum gloriam, clariorem, quàm Moyſis, fulgurare. Quòd ſi Chriſti Domini gloria non directa, & in ſeipſa ſpectata; ſed quodammodo reflexa, & in Apoſtolos repercuſſa Moyſis gloriam tanto interuallo ſuperauit; quid, ſi ipſa per ſe conſideretur? Digna ſola erit, quæ gloria dicatur; quælibet autem gloria, quantacunque, ſit non gloria appelletur.

Typicè in Ioſue Chriſti gloria in iudicio præfigurata. — Orig. Theod. Lyran.

12. Adde, ſi cum hac gloria in extremo iudicio à Chriſto Domino obtinenda, multiplex alia gloria, quam alijs operibus obtinuit, comparetur; hanc vnam tantam eſſe, vt ſola gloria quodammodo videatur. Quod mihi videtur in Ioſue typicè præfiguratum eſſe, qui quidem in plurimis rectè factis extitit glorioſus; vt cùm fortiter ſuperauit Amalech, Exod. 17. n. 13. cùm feliciter explorauit terram Chanaan, Num. 14. num. 6. cùm declaratus populi dux, *partem gloriæ*, quæ in Moyſo præfuerat accepit, Num. 27. num. 18. & 20. Et nihilominus cùm Iordanem tranſiuit, & populum in terra promiſſionis collocauit; tunc ad eum Dominus: *Hodie*, inquit, *incipiam exaltare te coram omni Iſrael*, Ioſ. 3. n. 7. Quid ita? nónne iam antea cœperat exaltari? Fateor. Sed hæc gloria coram omni Iſraël tanta fuit, vt præ alijs prima, ac præcipua videretur, Myſterium declarant Orig. Theod. Lyr. alij, de Chriſti Domini baptiſmo: à quo dicunt clariorem eius exaltationem incepiſſe. Ego ad rem præſentem ſic expedio. Multum gloriæ Chriſtus Dominus adeptus fuerat, paſcendo turbas, illuminando cæcos, ſuſcitando mortuos, pluraque alia præclarè geſta mirabiliter exequendo: ſed præ illa gloria, quam in extremo iudicio obtinebit, cùm prædeſtinatorum cœtum traduxerit vltra Iordanem, hoc eſt, vltra præſentis vitæ calamitatem & in terram promiſſionis, hoc eſt, beatam patriam introduxerit, nulla alia digna videbitur, quæ gloria appelletur: hæc autem digniſſima erit quæ gloriæ nomen conſequatur.

Tull.

13. Nec immeritò. Nam ſi gloria, definiente Tullio, eſt illuſtris meritorum fama in multos homines peruagata, hæc de Chriſto Domino in eo die fuſa notitia, non ad multos ſed ad omnes, tanta profectò erit gloria, vt nulla maior, imò nec par quidem cenſeatur. Tunc enim Chriſto Domino omnia ſubijcientur, *præter eum, qui ſubiecit ei omnia*, 1. Corinth. 15. num. 25. Quæ exceptio, iuxta regulam iuris, firmat regulam, nihilque aliud ab eius poteſtate, præter ipſum Patrem excipiendum confirmat. Ab omnibus igitur cognitus, cultus, & adoratus, immenſum gradum gloriæ conſequetur. Quæret aliquis, cur Chriſtus Dominus ſub extremum iudicium *ſimilis filio hominis* dicatur, Apocal. 14 num. 14. cùm paſſim alibi non ſimilis filio hominis, ſed filius hominis appelletur? An tunc humanam exuet naturam, & ſibi ſolam eius ſimilitudinem reſeruabit; Dictu nefas. Quid ergo? Optimè rem declarat Abbas Ioachimus, tantam Chriſti Domini claritatem, tantam majeſtatem ſub id temporis futuram, *vt ſicut in eo*, inquit, *aliquando diuinitatis ſua gloriam occultabat humanitas; ita tunc humanitatis eius abiectio, exinanita a majeſtatis gloria, & ab ſplendore ſummæ lucis abſorpta videatur.* Quaſi Chriſtus Dominus ſicut in primo aduentu majeſtatem ſuam exinaniuit; ita in ſecundo ſuam videatur exinanire humilitatem. In primo ſpeciem humana abiectiorem præferebat, iuxta illud: *Non eſt ſpecies ei, neque decor: vidimus eum, & non erat aſpectus*, &c. Iſaiæ 53. num. 2. In ſecundo ſpeciem humana auguſtiorem demonſtrabat, vt totus diuinitatem ſpirare videretur.

Ioachim.

Quódnam fuerit Chriſti imperium. — *Vnde ſpirituale, & temporale Chriſti imperium diſtinguatur.* — *Spirituale Chriſti imperium probatur.*

14. Quartum dubium. Quódnam fuerit Chriſti Domini imperium? Reſpondeo fuiſſe duplex, ſpirituale, & temporale. Vtrumque diſtinguendum, non quidem ex titulo; non ex donatione diuina ſpirituali, habuit Dauid regnum temporale: neque ex ſubiecto; nam in re corporali habet Pontifex poteſtatem ſpiritualem. Sed ex fine, ita vt ſpirituale imperium ſit illud, quod ad bonum ſpirituale animarum ordinetur: temporale, quod ad bonum temporale Reipub. dirigatur. Habuit igitur Chriſtus Dominus in primis imperium ſpirituale ad ſpirituale animarum bonum inſtitutum, vt Theologi communi conſenſu ad 4. ſentent. d. 1. & ad 3. part q. 64. latiùs confirmant: & ex dictis, dicendiſque facilè patebit. Et interim vnico fundamento ſtabilitur. Nam Chriſto Domino denegandum non eſt quidquid honorificum, & glorioſum diuinam eius non dedecet majeſtatem, ſed humanam eius dignitatem ornat, & illuſtrat, iuxta illam cæleſtium precationem: *Salus Deo noſtro, qui ſedet ſuper thronum, & agno*, Apoc. 7. num. 10. & ſtatim: *Benedictio, & claritas, & ſapientia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo noſtro in ſæcula ſæculorum, Amen*, num. 12. Quæ omnia præconia non ſolùm Deo, ſed etiam agno deferuntur, hoc eſt, Chriſto Domino non ſolùm ſecundùm diuinitatem, ſed etiam ſecundùm humanitatem ſpectato. Atqui ſpirituale regnum eſt quid maximè honorificum, & glorioſum, & ad Redemptoris dignitatem exercendam planè neceſſarium; ergo non eſt Chriſto Domino denegandum. Huius ergo imperij amplitudinem, & fortitudinem Anna commendat. Amplitudinem quidem, appellando *imperium*, quod regno excellentius, & auguſtius cenſetur; addendóque, *ſublimabit cornu*, hoc eſt, vt Chaldæus vertit, *multiplicabit regnum*, iuxta illud: *Multiplicabitur eius imperium*, Iſaiæ 9. num. 7. De qua amplitudine annotatione præcedente multa dixi. Pauca addo.

Chriſtus omni creatura primogenitus. — D.Anſelm. — *Chriſtus omnibus æqualiter dominatur.*

15. Dicitur Chriſtus Dominus in ſacris literis *Primogenitus* non ſolùm *in multis fratribus*. Roman. 8. num. 19. quia primum locum obtinet inter prædeſtinatos: neque ſolùm mortuorum. Apocal. 1. num. 5. quia primus omnium ſurrexit, non moriturus: neque ſolùm præ regibus terræ, iuxta illud: *Primogenitum ponam illum excelſum præ regibus terræ*, Pſal. 88. n. 28. quia regibus omnibus præcellentior eminebit: ſed etiam *omni creaturæ*, Coloſſ. 1. n. 15. *Quia ſicut primogenitus*, inquit ibi D. Anſelm. *omnium fratrum primatum dignitatis obtinet inter omnes fratres; ſic humanitas Chriſti primatum dignitatis obtinet inter omnes creaturas, vt ſedeat cum principibus, & ſolium gloriæ teneat.* De æterno Filio loquutus per Iſaiam æternus parens: *Subiiciam*, inquit, *ante faciem eius gentes, & dorſa regum vertam*, Iſaïæ 45. num. 1. Quo ex loco Tertullian. lib. aduerſùs Iudæos,

dæos,c.7. huius regni colligit amplitudinem: *Chriſti*, inquit, *regnum, & nomen vbique porrigitur, vbique creditur, ab omnibus gentibus colitur, vbique regnat, vbique adoratur, omnibus vbique tribuitur æqualiter: non Regis apud illum maior gratia, non barbari alicuius imperioſi lætitia, dum dignitatem, aut natalitium cuiuſquam diſcreta merita: omnibus æqualis, omnibus Rex, omnibus Iudex, omnibus Deus, & Dominus eſt.*

16. *Chriſtus per excellentiam Dominus.*

Ex amplitudine huius imperij factum eſt, vt Chriſtus per excellentiam *Dominus* appelletur: *Dominus nomen illi.* Pſalm.67.num 5. *Vos vocatis me magiſter, & Domine*, Ioan.13.n.13. *Dominus his opus habet*, Matth.21.n.3. ſeu, *Dominus operam eius deſiderat*, Luc.19.num.31. In quem vltimum locum D.Ambroſ.lib.9. obſeruans, Chriſtum non alio ſui nomine, quàm Domini, etiam ignotis hominibus prodidiſſe, & manifeſtaſſe. *Cùm Dominus*, inquit, *dicitur, vnus agnoſcitur, ſi non exprimitur, Dominus definitur, non tam per adiunctionem perſonæ, ſed per vniuerſitatem naturæ.* Quaſi diceret, particulares domini, cùm certis tantùm rebus dominentur, niſi ipſæ exprimantur, illi non diſtinguntur: at verò Chriſtus, cùm ſit Dominus vniuerſorum, cùm ſimpliciter Dominus profertur, ipſe ſignificatur. Certum eſt Cæſarem Auguſtum vetuiſſe, ne quis ſe dominum appellaret; vt refert Suet. in Octauio, cap 55. cauſa multiplex, vt Suet. cit. Tertul. in Apolog.c.34. Phil. de legatione ad Caium, aliíque teſtantur: nempe, vt propriam arrogantiam fugeret; vt popularem beneuolentiam colligeret; vt ciuile odium euitaret; vt pietatem vtinam non adulterinam, redoleret; vt voces adulatorias reſpuendo, ſincerus veritatis amator videretur. Sed illa fortaſsè potiſſima fuit, quam D. Thom.lib.3.de regim.princip.cap.12. Oroſius lib. 6 cap.18. Pelagius lib.1. de planctu Eccleſ.c.40. & alij retulerunt, oſtenſum illi à Tiburtina Sibylla, pulcherrimum in cælo infantulum, auguſtiore forma, quàm humana præcellentem, & in ſinu honeſtiſſimæ virginis, æquè ac ſplendidiſſimæ recubantem, qui ſolus, ac verus Dominus diceretur. Cuius ſpectaculi nouitate, ac dignitate, non mediocriter commotus, negauit ſe vlteriùs Dominum appellandum, vt vero dominatori, ſuo cederet dominatu.

D Ambr. — *Auguſtus cur vetuerit, ne quis ſe dominum appellaret.* — Suet. — Tertull. — Phil. Hebr. — D Bern. — Oroſius. — Pelag. — *Admirabilis Chriſti apparitio Cæſari Auguſto.*

17. *Solius Chriſti & eius vicarij humeris tam amplum ſuſtineri poteſt imperium.*

Et quidem totius orbis imperium tam amplum, tam ingens, tam auguſtum ſolis Chriſti Domini humeris, & eius in terra vicarij, Pontificis maximi ſuſtineri potuiſſet. Olim Deus ad Moyſem: *Dimitte me*, inquit, *vt iraſcatur furor meus, faciámque te in gentem magnam*, Exod.32.n.10. Sed Moyſes nihilominus precibus incumbit efficacior: & quaſi tanti honoris majeſtate perterritus, diuinæ promiſſioni renunciat, & oblatum ſibi imperium recuſat. Cur quæſo, tanto ſe abdicat ab honore, quē illi diuina liberalitas ſua ſponte conferebat? Rationem reddit D Bernard. ſerm. 30. in Cant. *Non oportebat*, inquit, *amicum ſponſi, præcipere ſponſæ benedictionem, vt ipſa potiùs, & non Moyſes, mitteretur in gentem magnam, cui dicitur, Ite in mundum vniuerſum. Et facile vniuerſitas ceſſit, portanti pacem, gratiam afferenti.* Quaſi Moyſes imparem ſe tanto oneri fateatur; nec niſi Chriſti Domini viribus, aut certè illorum, quibus Dominus perpetuus comes, & adiutor adfuiſſet, ſuſtinendum arbitretur. Vnde idem D. Bern. lib. 2. ad Eugenium Papam, eum quidem, qui in moderando hoc regno, Chriſti Domini vices gerit, tum alijs cognomentis honorificis illuſtrat, tum etiam Chriſtum appellat: *Tu*, inquit, *princeps Epiſcoporum, tu hæres Apoſtolorum, tu primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abraham, ordine Melchiſedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyſes, iudicatu Samuel, poteſtate Petrus, vnctione Chriſtus.* Ac ſi non poſſet tanti imperij habenas torquere, ac moderari, niſi tantas à Chriſto vires ſumeret, vt alter in terris Chriſtus videretur.

D Bern. — *Moyſes tanto oneri impar diuinæ promiſſioni renunciat.* — D.Bern. — *Summus Pontifex in terris, alter Chriſtus.*

Fortitudinem vero huius imperij ſignificauit Anna, appellando *cornu*. Quo nomine ſolent fortiſſima regna in Scriptura nuncupari, Iſa.5.num.1. Ezech.29.n.21. Dan.7.n.7. Mich 4.n.13. Zachar.1. n.18. Pſalm 88. n.18. & 91.n.11. & 131.num.17. Luc.1.num.69. Apocal. 5. num. 6. & paſſim alibi. Nam vt cornu ferit, & lacerat; ita Chriſti Domini regnum mundi imperia diſſipat, & conuellit; iuxta illud Moyſis de Ioſepho in Chriſti Domini typum, *Cornua rhinocerotis cornua illius: in ipſis ventilabit gentes, vſque ad terminos terræ*, Deuter.33.n.17. Sed memineris, cornu rhinocerotis eſſe antidotum contra omnia venena præſentiſſimum; quod ſi plagam infert, medicinam confert. Vnde D.Ambr. lib. de benedictionibus Patriarcharum, c.11. *Hoc*, inquit, *cornu Dominus IESVS comminuit gentes, vt ſuperſtitionem obtereret, ſalutem redderet, ſicut ipſe ait. Percutiam, & ſanabo.* Quis dubitet, felicem eſſe plagam, qua venenum egeritur: ſalutare vulnus, quo lethale virus euomitur: fortunatum ſupplicium, quo peccatum, ſeu peccato infecta anima curatur. Eandem Ioſephi benedictionem expendens idem D.Ambr. in Pſalm.43. eámque ad Chriſtum Dominum detorquens: *Noli*, inquit, *timere, quia ventilat. Dixit enim: Percutiam. & ſanabo. Bona cornua, quibus fecit, vt cornua aduerſarij timere nequeamus.*

18. *Spiritualis Chriſti imperij fortitudo. Cur Chriſti imperium cornu appelletur.* — D. Ambr. — *Chriſti imperium rhinocerotis cornu comparatur: dum enim ferit, medetur.* — D.Ambr.

19.

Itaque Chriſtus Dominus ſui regni vi, ac robore mundi imperia conterens, & contundens, potiùs erigit, & illuſtrat: perdit, vt proſit. Vnde eſt illud de hoc regno: *Ego poſui te quaſi plauſtrum triturans nouum, habens roſtra ſerrantia; triturabis montes, & comminues: & colles quaſi puluerem pones*, Iſa. 41. n.15. Vt enim plauſtrum terendo frumentum, purgat; ita & hoc regnum, euertendo idololatriam, gentes ad ſidera conuertit: vnde non tam in detrimentum, quàm in ornamentum cæterorum regnorum Chriſti Domini regnum ſublimatur, iuxta illud Iſa.60 n.15. *Ponam te in ſuperbiam ſæculorum*; ſeu, vt eſt in Hebræo, *in gloriam ſæculi.* Et quamuis cætera mundi regna, aduersùs hoc vnum conſpirent, ſibi potius, quàm illi afferunt nocumentum. Vnde olim Deus per Prophetam: *Ecce ego*, inquit, *ponam Hieruſalem ſuper liminare crapulæ omnibus populis in circuitu*, Zachar.12.n.2. Quaſi diceret, iuxta communem expoſitionem: Efficiam, vt oppugnatores Eccleſiæ ſimiles ebrijs euadant: qui dum ſtabilia mutare putant, ipſi ſoli inſtabiles oberrant. Vatabl. legit ex Hebræo: *Ponam Hieruſalem calicem veneni.* & ſic explicat: *Qui*, inquit, *Eccleſiam perſequuntur, moriuntur: vt qui exhauſto poculo veneni derepentè cadunt.*

Vatabl.

20.

Et quidē quid poterunt moliri aduersùs Chriſtum Dominum omnia regna mundi, cùm in eius manu omnia includantur? iuxta illud: *Cornua in manibus eius*, Abacuc. 3. num. 4. hoc eſt, interprete D.Hieron. regna, quæ cornibus ſignificantur: nam ſicut *cor regis in manu Domini*, Prouerb.21. num.1. *ita*, inquit D. Hieron. *& regna.* Quid igitur regna in manu Domini clauſa contra Dominum machinentur? *Quaſi ſi lutum*, quod figuli manibus tenetur, *contra figulum cogitet*, Iſa.29.n.16. Nunquid præualebit? Quis iſtud ſomniet? cùm facilè poſſit à figulo abijci, & conculcari. Certè ſi regna pacata, & tranquilla in manu Domini conquieſcant: ſeu, vt legi poteſt ex Hebræo, *in manu Dei fortis, & robuſti*, hoc eſt, in ipſo Chriſto, quem D. Hieronym. *manum Dei fortem, ac robuſtam* interpretatur:

D.Hier. — D Hier.

tur: ſorebuntur, & augebuntur? *& non rapiet ea quiſquam de manu eius*, Ioan.10. n. 28. præſertim ſi amando fortiter eum, à quo fortiter tenentur, conquieſcant. Quod Septuaginta ſignificarunt, tranſferentes: *Poſuit dilectionem fortem virtutis ſuæ* hoc eſt, D. Hieron. interprete, poſuit in Chriſti manu regna fortiter amantia diuinam illam Chriſti Domini, à qua ſuſtentabantur, fortitudinem. Si, inquam, in manu Chriſti Domini molliter recumbant, ſuum illum manu tenentem fortiter amando, in dies effloreſcent, & ſarta tecta diutiſſimè ſeruabuntur. Quòd ſi aduerſùs Seruatorem ſuum machinari quid incipiant, & turbulentiùs pergant tumultuari, de manu illa, tanquam de honorifico quodam ſolio deijcientur, & in profundum miſeriarum barathrum peſſundabuntur, & pro omnibus Chriſti regnum ſublimius, & gloriofius erigetur. Vnde illud: *Omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua iuſti*, Pſalm.74.n.11. Vbi Pet. Galat. lib.9. de arcanis, c.14. ex doctrina veterum Hebræorum docet, omnia cornua, de quibus loquitur Dauid, fuiſſe decem Iſraëlitici populi munimenta longè maxima, quibus illud regnum miſerabiliter detruncatum, tandem perijt, vt Chriſti regnum ſublimetur, & ex aliorum ruina celſiùs erigatur. Fuerunt autem illa decem cornua, vt paulò clarius, quàm recenſuit, diſtinguantur, Patriarchæ, Prophetæ, Iudices, Reges, Sacerdotes, Leuitæ, Lex, Templum, Hieroſolyma, Meſſias. Quibus omnibus mutilatum regnum Iſraëliticum exaruit; vt Chriſti regnum indueretur virtute ex alto, & contra omnes hoſtiles incurſiones inexpugnabile redderetur.

Septuag.

D. Hier.

Galatin.

Decē Iſraëlitici regni munimenta euerſa.

21\. *Chriſti imperium tanquā fluuius quo magis arctatur, latiùs excreſcit.*

Theod.

Itaque hoc regnum, quò magis opprimitur, magis extenditur; quò acriùs quatitur, eò fortiùs roboratur. Rectè quidem Iſaïæ 59. n. 19. de Chriſto Domino loquutus: *Cùm venerit*, inquit, *quaſi fluuius violentus*, &c. Hebraicè, *quaſi fluuius arctatus*. Theodor. *quaſi fluuius oppugnans*. Quæ omnia eodem recidunt, ſignificantque proceſſum Eccleſiæ eſſe inſtar fluuij, qui vbi nullæ obſiſtunt moles, leniter fluit: ſi quas tamen offendit, altior intumeſcit, & exuberantibus vndis latior euagatur. Eandem rem alijs metaphoris Patres illuſtrant. Theodoretus lib.9. de leg. Eccleſiam inter perſequutiones triumphantem comparat cum Moyſis rubo inter incendia virente, Exod. 3. num. 2. *Velut quondam*, inquit, *rubus ille, quem vidit Moyſes, ardore ignis non eſt abſumptus; ita nec Chriſtianos impiorum bellis poſitos tela hoſtilia conſumpſerunt*. Et paulò pòſt ducta ſimilitudine ab arboribus, eò magis luxuriantibus, quo magis interlucantur. *Quin potiùs*, inquit, *ſicut lignatoribus ſyluam cædentibus multo plures pullulant propagines ab radicibus, quàm ſint rami, qui inciduntur; ita nunc quoque piis compluribus interfectis; multò plures quotidie ad doctrinam Euangelicam accedebant*. Sed quàm apta eſt illa metaphora, qua pergit rem vlteriùs illuſtrare? *Cruor*, inquit, *ille cæſorum corporum, irrigatio quædam erat nouis in Eccleſia emergentibus plantis*.

Eccleſia inter perſecutionum flāmas vireſcit.

Theod.

Eccleſia ab ipſo ducit opes animūque ferro.

22\. *Martyrum ſāguis Chriſti vineā, id eſt, Eccleſiā vernantem conſeruat.*

D. Ambr.

Illa quondam vinea Naboth proprio ſui domini irrigata ſāguine, deſijt ſylueſcere in dumeta, imò nec in olera degenerauit, quantumcunque Rex Achab operam impenderit, ad eam oleribus conſerendam, Reg. 21. à num. 1. quaſi bonus ille vir fuſo ſuis corporis cruore perpetuum ſuæ vineæ virorem conſeruaret. Quid verò Eccleſia? Quanto amœnior, & fœcundior ſuo ſanguine reuireſcit? Ad quam D. Ambr. lib.9. in Luc. ſub finem: *Te*, inquit, ſcilicet, ô Eccleſia, *non vnius Nabuthæ ſanguis, ſed innumerabilium Prophetarum, &, quod eſt amplius, pretioſus cruor Domini conſecrauit*. Et ſtatim diſcrimen inter vtrumque ſanguinem conſtituit, quòd ſanguis Naboth ſuam vineam ad tempus virentem conſeruarit; ſanguis verò martyrum Eccleſiam in perpetuum vernantem conſeruaturus ſit. *Ille*, inquit, nempè Naboth, *licèt parata vitibus incendia proprio cruore reſtrinxerit, temporalem tamen vineam defendebat. Te verò in perpetuam multorum nobis martyrum plantauit interitus. Te crux Apoſtolorum æmula Dominicæ paſſionis vſque in orbis totius terminos propagauit*. En vt martyrum ſanguis Eccleſiam irriget alat, nutriat, & fœcundet. Concinit D. Hier. ep.62. ad Theophilum: *Fundendo*, inquit, *ſanguinem, & patiendo magis, quàm faciendo contumelias, Chriſti fundata eſt Eccleſia. Perſequutionibus creuit, martyriis coronata eſt*. Et ſtatim de martyribus: *Non nouit*, inquit, *terrori natio iſta ſuccumbere: & impendenti gladio magis ceruices quàm manus ſubiicit*. Sic enim glorioſior ſuperat, cùm creditur humilior ſuperari.

D. Hieron.

Eccleſia perſecutionibus creuit.

23\. *Deus quo magis martyribus oppugnatur, eo in ipſis glorioſius triumphat.*

Imò & Deus ipſe, cùm per tyrannos oppugnatur, per martyres triumphat iuxta illud Apoſtoli: *Deo*, inquit, *gratias, qui ſemper triumphat nos in CHRISTO IESV*, 2. Cor. 2. n. 14. hoc eſt, interprete D. Hieron. epiſt. 150. ad Hedibiam, quæſt. *Triumphum ſuum agit per nos*, ſcilicet, dum torquemur, dum cruciamur, Deus ſibi videtur triumphare. Quod ſtatim clariùs exprimit idem D. Hieron. *Triumphus*, inquit, *Dei eſt paſſio martyrum: & pro Chriſti nomine cruoris effuſio, & inter tormenta lætitia*. Cuius rei ſtatim rationem exponit: *cùm enim*, inquit, *quis viderit, tanta perſeuerantia ſtare martyres, atque torqueri, & in ſuis cruciatibus gloriari: odor notitiæ Dei diſſeminatur in gentes, & ſubit tacita cogitatio, quòd niſi verum eſſet Euangelium, nunquam ſanguine defenderetur. Neque enim delicata, & diuitijs fluens, ac ſecura confeſſio eſt; ſed in carceribus*, &c. *Hic triumphus eſt Dei*. Vbi vides martyres inter perſequutiones moriendo, non expirare, ſed triumphare; propagationem fidei fieri per effuſionem ſanguinis, denique vnius confeſſionem vſque ad mortem, eſſe plurimorum ſationem ad vitam æternam. Vnde eſt illud vulgatiſſimum, & decantatiſſimum Tertul. in Apolog. cap. vlt. *Plures efficimur, quoties metimur. Semen eſt ſanguis Chriſtianorum*. Eadem ſeminis metaphora vtitur Iſa. c.6. num. 13. *Semen ſanctum erit id quod ſteterit in ea*. Sed ne quis putaret hoc ſemen facilè poſſe eradicari, aut pluuijs & imbribus dilabi, vertit Theodot. *Semen ſanctum Columna fundationis eius*. Semen dicitur & columna: vt ex ſemine multiplicatio Eccleſiæ, ex columna eiuſdem firmitas colligatur. Quæ duo, ſcilicet amplitudinem, & firmitudinem huic ſpirituali Chriſti Domini regno tribuenda eſſe Anna, vt diximus, ſignificauit.

Chriſtiana fides martyribus firmatur.

Tertull.

Tertul.

Martyrum ſāguis Chriſtianorū ſemen, & fortitudo.

SECTIO III.

Temporale Chriſti Domini regnum.

LOngè maior eſt difficultas; An Chriſti Domini regnum fuerit temporale? Quæ licèt à recentioribus Theologis diligenter diſputetur: quia tamen eſt propria huius loci, non mihi videtur diſſimulanda. Hanc igitur vt breuiter expediam; aduerto in primis *regnum temporale* ſumi poſſe vel ex parte principij, pro poteſtate, quæ reſidet in Rege: vel ex parte termini, pro re, ſeu obiecto, in quo illa poteſtas exercetur. Quæ cùm ſint correlatiua, vt vocant, vtrumque per alterum explicetur, de vtroque promiſcuè loquemur, prout ad quæſtionem expediendam oportebit.

1\. *Quibus modis temporale regnum vſurpatur.*

Quidam in regia potestate temporali formaliter includas. Deinde addo illam poteſtatem [illegible] tempora- lem formaliter includere ius ad [illegible] das leges ei- uiles, & politicas, ad controuerſias item ciuiles, & politicas decidendas: denique ad præcipiendum quidquid ad bonam gubernationem ciuilem, ac politicam ſpectat; præciſo, ac ſecluſo omni ordine ad finem ſp[illegible] ,ſeu bonum animarum; con- cernere ver[illegible] d rerum temporalium domi- nium: neq[illegible] eſt hoc d[illegible] um, & illa poteſtas [illegible] liber re[illegible] qua cùm ha- beat [illegible] in bon[illegible] torum, vt [illegible] diuinat[illegible] non tamen hab[illegible] dominium, vt ea pro ſuo arbitrio diſſipet, & expendat.

2\. Tandem o[illegible] in, non eſt hoc loco ſer- monem in poteſtate ind[illegible] : hæc [illegible] quamuis ſit in bona temporalia, cum tamen ad finem ſpi- ritualem ordinetur, & ratione illius exe[illegible] ſpiri- tualis ex fine [illegible] eſt. [illegible] monem igitur eſſe de poteſtate dire[illegible] res temporales, & ad finem temporalem, qualis eſt politica guber- natio. Ruſus hanc poteſtatem eſſe duplicem: nam *Regia potestas in res temporales, duplex. Prima.* qnædam dicitur excellens, & altions o[illegible], quæ eſt perpetua, quia ſemper durat, nunquam auter- turſtabilis, quia ſemper eſt eadem, nunquam ma- ior, nunquam minor in ſeipſa; quamuis aliquan- do nunc magis, nunc minùs manifeſtetur, vniuer- ſalis, ſeu ad omnes creaturas vniuerſaliter exten- ſa, quia ad homines pariter, & Angelos, ad terre- ſtria æquè, ac cæleſtia pertingit: denique non hu- manitus acquiſita, ſed diuinitus communicata.

Secunda. Altera eſt purè humana, & inferioris ordinis, qua- lem habent terreni reges, quæ in primis humano aliquo titulo acquiritur, vel hæreditatis, vel ele- ctionis, vel quouis alio ſimili: deinde eſt tempo- raria, quia poteſt finiri, & auferri, vt ſi Rex abeat in tyrannidem: mutabilis, quia poteſt accreſcere, & decreſcere: ad has vel illas leges ferendas nunc contrahi, nunc extendi: limitata, & determinata, quia qui illa vtitur, non poteſt pro ſuo arbitrio, quidquid voluerit facere, ſed debet ſe intra certos ſuæ poteſtatis terminos continere: hæc eſt imper- fecta, illa perfectiſſima.

3\. *Prima opinio negant Christo Domino temporale regnum. D. Thom.* His poſitis. Prima opinio eſt, Chriſtum Dominũ non habuiſſe regnum temporale, ſed ſpirituale tã- tùm. Citatur pro hac opinione D. Thom. opuſc. 20. lib. 3. de regimine principum, c. 13. quatenus dicit *dominium Christi ordinari ad ſalutem animæ, & ad ſpi- ritualia bona.* Sed hæc auctoritas non conuincit, tum quia loquitur de dominio, non autem de re- gno; quod aliqui diſtingunt, vt ex dicendis pate- bit, concedentes Ch[illegible]ſto domino regnum tempo- rale in res omnes; dominium tamen temporale, ſaltem directum non concedunt: tum quia quam- uis ſentiat Chriſtum Dominum regnum habere ſpirituale; non tamen negat habere etiam tempo- rale: imò c. 15. apertè aſſerit, Chriſtum temporaliter eſſe dominum orbis. Vnde ab alijs pro contraria opinione citatur. Hanc tamen tuentur Vualdenſ. lib. 2. doctrin[illegible] is fidei antiquæ, c. 76. & 77. Victo- ria relect. 1. de Indis, n. 25. & 27. & relect. de pote- ſtate Eccleſiæ quæſt. de poteſtate ſpirituali ſupra ciuilem, n. 15 & ſequentibus, Sot. lib. 4. de iuſtit. q. 4. art. 1. & in 4. ſententiarum diſt. 25. q 2. art. 1. Abul. q. 3. in c. 21. Matth. & alij, quibus accedunt ex noſtris Caniſius lib. 1. de B. Virgine, c. 3. ad fi- nem. Salmer. tract. 10. n. 26. Maldon in c. 27 Matth. n. 11. Bellarm. lib. 5. de Rom. Pontif. c. 4. Valent in 3. p. diſp. 1. q. 22. punct. 6. Perer. lib. 8. in Dan. ſub finem. Barrad. tom. 1. concord. lib. 7. cap. 8. Vieg. in c. 12. Apoc. tom. 3. ſect. 19 Caſtr. in cap. 22. Ierem. numero 16. Et neſcio an Pineda lib. 5. de re-

Vuald. Victoria. Sot. Abul. Caniſius. Salmer. Maldon. Bellarm. Valent. Perer. Barrad. Vieg. Caſtro. Pineda.

A bus Salomonis, cap. 4. §. 7. idem arbitretur.

4\. *Prima ratio.* Probatur verò triplici ratione. Prima, quia re- gnum temporale cum diuitiarum abundantia, ſa- tellitum præſidio externóque apparatu coniun- ctum eſſe debet: quibus omnibus caruit Chriſti regnum; ergo non fuit temporale. Conſequentia patet. Maior oſtenditur. Nam paupertas reddit ho- minem contemptibilem. *Paupertas contemptibilem.*

—*Quid enim, inquit ille alius, maiore cachinno, [illegible] miſer excipitur vulgo.*—— Iuuen.

Et [illegible] ſum alius,

[illegible] *genus, & virtus, niſi cum re, vilior alga eſt.* Horat.

B [illegible] ex ſacris literis grauiùs, & efficaciùs confir- [illegible] Salomon, *Sapientia,* inquit, *pauperis con- [illegible] & verba eius non ſunt audita,* Eccl. 9. n. 16. [illegible], *Diues* inquit, *loquutus eſt, & omnes tacue- runt, [illegible] verbum illius vſque ad nubes perducent: pauper loquutus eſt, & dicunt, Quis eſt hic?* Eccleſ. 13 n. 18. & [illegible] itur rege deſpicabiles eſſe non debeat, [illegible] venerabiles; abundare debent rerum [illegible] inopia [illegible] orate. Vnde olim in Rep. be- [illegible] non dabantur pauperibus magiſtratus. [illegible] Romana, vt canit Poëta,

C[illegible] clauſa eſt. Ouid.

Pauperes olim à magiſtratibus repulſi. Ariſt. In Ath[illegible] Sol[illegible] pauperes à publicis honori- b[illegible] ophο lib. 5. Polit. c 10. In C C[illegible] lex pauperibus aditum ad magiſtratus p[illegible] ; vt idem Philoſophus lib. [illegible]. In [illegible], non niſi ditiſſimus quiſ- [illegible] ebatur; vt refert Plin. lib. 6. [illegible] 19. In[illegible] Hebræa etiam paupertas à principatu excludebat, iuxta illud: *In domo mea non eſt panis, neque veſtimentum, nolite conſtituere me principem populi,* Iſ. 3 n. 7. Vbi inhabilitas, ſeu indi- gn[illegible] patum non alio ex capite, quàm ex ino[illegible] nſtratur. Quaſi indignus ſit, qui regia [illegible] dominetur, quiſquis magna rerum opu- [illegible] fruatur. Plin.

5\. *Eximia Christi Domini paupertas.* Maior de Chriſti Domini paupertate notior eſt, quam vt debeat illuſtrari; paupetem enim omnis D Scriptura appellat. *Ecce Rex tuus,* inquit Propheta, *venit tibi iuſtus, & ſaluator: ipſe pauper,* Zach. 9 n. 9. David *Ego autem mendicus ſum, & pauper,* Pſal. 39. n 18 *Ego ſum pauper, & dolens,* Pſal. 68 n. 10. *Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuentute mea,* Pſal. 87 n. 16. *Perſequutus eſt hominem inopem, & mendicum,* Pſalm. 108. num. 17. Quæ omnia de Chriſto ad literam exponuntur, & cum Apoſtolo cohærent, dicente: *Egenus factus eſt, cum eſſet diues,* Corinth. 8. num. 9. Græcè ἐπτώχευσε, hoc eſt, *mendicauit.* Nam πτωχεύω eſt, *mendico.* Vnde patet Chriſti Domini pauperta- tem, etiam ad mendicitatem peruenisse, vt ex D. Bern. Bonau. & alijs probat Barrad. tom. 1 concord. E lib. 10. c. 15. & Suar. tom. 2. in 3. p. diſp. 28. ſect. 2. probabilius ſentit: mendicitatem verò tanquam à regia poteſtate maximè alienam, Salomon Prou. 30. n. 7. deprecatur. D. Bern. D. Bonau. Barrad. Suar.

6\. Ruſus perfectiſſimam Chriſti Domini pauper- tatem multa alia confirmant. Illud Dauidicum: *Beatus, qui intelligit ſuper egenum, & pauperem,* Pſal. 40. num. 1. interpretatur D. Chryſolog. ſerm. 14. de D Chryſ. Chriſto in ſuis membris inopiam patiente, & qui- dem eleganter, vt legenti patebit: ſed propiùs ad literam D. Hieron. de Chriſto in ſeipſo inopiam D. Hieron. tolerante Et ſunt, qui inueniunt ex fonte, transfe- rentes: *Beatus, qui intelligit Deum egentem, & pau- perem.* Nam dictio אֶל el, cum ſeghol, ſignificat quidem, *ſuper*; at verò אֵל el, cum tſere, ſigni- ficat, *Deum*: mutare autem huiuſmodi puncta, ſaluis literis,

D.Hieron.

literis, niſi germanus ſenſus deſtruatur, permittit A D.Hieron. in epiſt. 126. ad Euagrium, & in c. 26. Iſa.ibi; *Perdidiſti omnem memoriam eorum* appellat igitur Propheta Deum, id eſt, Chriſtum egentem, & pauperem, quòd perfectiſſimam in hac vita coluerit paupertatem. Illud Iſa.45.n.1. *Hæc dicit Dominus Chriſto meo Cyro*, transferunt Tertull. contra Iudæos, c. 7. Lactant. lib.4.diuinar. inſtit.cap.12. D.Cypr.lib.1.contra Iudæos, cap.21. D.Aug.orat. de quinque hæreſibus,cap.7.in tom.6. & alij, *Hæc dixit Dominus Chriſto meo Domino.* Et de Chriſto interpretantur; atque ita interpretatos fuiſſe Septuaginta ſuſpicatur Leo à Caſtro: nec ſine fundamento, ne tantos Patres ſine illo ita [illegible] expoſuiſſe arbitretur. Addit verò rationem, cur ſuſpicetur, ita Septuaginta tranſtuliſſe: neque enim in exemplaribus; quæ nunc extant, hæc tranſlatio continetur) nimirum legiſſe in Hebræo; *Chriſto meo* לְכוֹרֶשׁ *lecores*, hoc eſt, *Chriſto meo, quaſi pauperi*; & hinc ſibi perſuaſos, non de alio, quàm de Chriſto vero Deo, & homine locum eſſe intelligendum, cùm per paupertatem, quæ eſt proprius Chriſti Domini character, ſeu inſigne, de[illegible]laretur. Adeò propria eſt Chriſti Domini paupertas, vt in nullum alium, ex ijs, qui Chriſti nom[illegible]antur, aptiùs quadrare videatur. Neque en[illegible] al[illegible] ex ſigno cognoſcendum, quàm ex pauperta[illegible] Angeli præmonſtrarunt: *Pannis*, inquiunt, *inuolutum, poſitum in præſepio*, Luc.2.n.12.

Tertull. Lactant. D.Cypr. D.Aug.

Paupertas Chriſti inſigne.

7\. *Paupertatem Chriſtus toto vitæ tempore coluit.*

Hanc toto vitæ tempore diligenter coluit, non habens locum in diuerſorio vbi naſceretur, Luc.2. n.7. exceptus alienis hoſpitijs Marthæ, Luc.10. n.38. Simonis leproſi, Matth.26.n.6. Zachæi, Luc. 19.n.6.& aliorum: ſuſtentatus alienis facultatibus mulierum, quæ illi miniſtrabant, Luc.8.n.3. [illegible] ſedes alieno iumento, quòd proprium non haberet, Matt.21.n.2. denique non habens, vbi caput ſuum reclinaret, Matth. 8. n.20. ac tandem ipſis exutus veſtibus in cruce moriens, Matt.27.num.[illegible] & vt prius vitam, quàm inopiam deſeruiſſe videretur, aliena ſindone inuolutus, & alienum abditus in ſepulchrum, Matth.27.n.59. & Marc.15.n.46. Quid ergo cum tam eximia paupertate poteſtas regia temporalis coniungatur?

8\. *Impugnatur ſolutio.*

Dices, Chriſtum Dominum excluſiſſe quidem temporalium diuitiarum vſum; dominium tamen retinuiſſe. Sed contra. Quia perfecta paupertas, qualem Chriſtus Dominus profeſſus eſt, etiam dominium excludit. Nam ſicut perfecta opulentia non ſolùm in vſu, ſed in dominio bonorum temporalium conſiſtit; ita perfecta inopia in vtriuſque abdicatione conſiſtere debet. Vnde Chriſtus Dominus iuuenem ad perfectionem contendentem mouuit, vt non ſolùm vſu, ſed etiam dominio diuitiarum ſe abdicaret, vendendo omnia, quæ haberet, Matth.19.num.21. per venditionem enim non ſolùm vſus, ſed etiam dominium alienatur. Quaſi perfectam paupertatem non haberet, ſi à ſe abdicaret ſolum vſum, & dominium conſeruaret.

9\. *Chriſti paupertas ex Summi Pontificis auctoritate confirmatur.*

Adde Summorum Pontificum auctoritatem. Nam in primis Nicolaus IV. in cap. *Exijt, de verborum ſignificatione in 6* definit, Chriſtum eam ſuo exemplo paupertatem docuiſſe, quæ omnium rerum dominio tam in particulari quàm in communi priuat. Et Ioan XXII. in e[illegible] [illegible]agantibus, *Cum inter nonnullos*; &, *Quia quorundam*, de verbor. ſignificat. definit, Chriſtum habuiſſe paucarum rerum dominium, ac proinde manifeſte ſupponit, non habuiſſe talem dominium rerum omnium. Et ne hi duo Pontifices ſibi contrarij videantur, dum alter omne Chriſto dominium negat, alter aliquod conce[illegible]; facilè conciliantur à Bellarm. lib.4.de Rom.Pontif c.14. vt non vniuerſaliter de toto tempore quo Chriſtus vixi[illegible] de alio, atque alio loquantur. Ita vt aliquando Chriſtus omni caruerit dominio, vt Nicolaus def[illegible]it; v. g. cùm in cruce moriens, etiam veſtibus ſe ſpoliari paſſus eſt, Ioan.19.n.23. aliquando paucarum rerum dominium habuit, vt definit Ioannes, v. g. cùm dicitur habuiſſe loculos Ioan. 13.n.29 ex quibus in communi cum D[illegible] viuebat, nunquam tamen habuit rerum omnium dominium, vt ex his lucis planè colligitur.

Bellarm.

10\. *Secunda ratio.*

Secunda ratio. Si Chriſtus Dominus temporale regnum haberet, a[illegible] quo titulo [illegible] haberet; is [illegible] B non apparet, ergo, &c. Minor, in qua eſt ſola difficultas, ſuadetur quia vel eſſet ius donationis, vel ſucceſſionis, vel electionis, vel occupationis per iuſtum bellum. Non donationis, quia nullus homo potuit dare ius in totum mundum, quod non habebat. Deinde neque Deus illud dare debuit; cùm non fuerit neceſſarium, neque conueniens ad munus Redemptoris. Nam regnum, & dominium ſpirituale ſufficiebat ad diſponenda omnia neceſſaria ad hominum ſalutem; regnum verò, ac dominium temporale non congruebat exemplo perfectæ paupertatis, & contemptus rerum temporalium, quod Chriſtum nobis præbere oportebat.

Chriſtus temporale regnum habere non potuit titulo donationis.

11\. *Nec iure ſucceſſionis.*

C Non ſucceſſionis; quia nullus ex primogenitoribus Chriſti Domini fuit Rex totius mundi; ergo nulli potuit in hoc regnum ſuccedere. Non etiam in regnum Iſraël; quia quamuis Chriſtus Dominus eſſet de familia Dauid Regis Iſraël: tamen hoc regnum non erat in familia Dauid immobiliter inſtitutum; imò iam inde à Rege Iechonia in alias familias tranſlatum, iuxta illud oraculum de Iechonia: *Hæc dicit Dominus ſcribe virum iſtum ſterilem: nec enim erit de ſemine eius vir, qui ſedeat ſuper ſolium Dauid, & poteſtatem habeat vltra in Iuda.* Ierem.22.num 30 Vbi Iechoniam ſterilem appellat, non quòd poſteros non habuerit: nam *Iechonias genuit Salathiel*, Matth. 1. n.12. ſed quòd nullus ex eius poſteris regnum Dauidis obtinuerit: & cùm Chriſtus Dominus fuerit vnus ex poſteris Iechoniæ, planum fit, temporale regnum Iſraëlis non D ſuſcepiſſe.

Cur Iechonias ſterilis dicatur.

12\. *Quomodo Chriſtus ſedem Dauid à Deo acceperit.*

Nec obſtat, quod dixit Angelus: *Dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius.* Luc.1.num.32. Nam cùm locum de regno ſpirituali, D. Hieron. in Ierem.cit. D.Ambroſ. lib.3.in Luc. D.Athanaſ. ſerm.de Deipara. D.Epiphan.hæreſ.29 D.Bernard. hom. 4. ſuper Miſſus eſt, aliíque interpretantur. Et quamuis regnum Iſraël adhuc in familia Dauid perſeueraret; ad Chriſtum Dominum iure ſucceſſionis non perueniret. Nam vel perueniret per Virginem, vel per Ioſephum. Non per Virginem; tum quia non conſtat, an B. Virgo à Dauide, per Salomonem deſcenderet; an potiùs per E Nathan, alterum Dauidis filium, vt probabilius putat Suar. tom.2. in 3.p.diſput.2. ſect.3. tum quia quamuis deſcenderet per Salomonem, non conſtat, an ſemper per primogenitos; tum denique, quia licèt per primogenitos deſcenderet, primdéque ius regni hæreditarium obtineret; non deuenitet ad Chriſtum, quia in B. Virgine adhuc viuente ſiſteret, quin ad filium deuolueretur. Niſi quis dicat, B. Virginem ceſſiſſe iure ſuo, illúdque in filium tranſtuliſſe; quod ſine probatione dicet, & ſine fundamento: quorſum enim dominium transferret in filium, a quo ſciebat vſum contemnendum? Non etiam per Ioſephum, propter prædictas cauſas; & præterea quia Chriſtus Dominus

D.Hier. D.Ambr. D.Athan. D.Epiph. D.Bern.

Suarez. Verum B. Virgo à Dauide deſcenderit per Salomonem, an per Nathan.

nus non erat verus filius Ioſephi, & quamuis eſ- A ſet adoptiuus, non potuit iure adoptionis dominium obtinere in præiudicium legitimi ac naturalis ſucceſſoris. Præterquam quòd incertum eſt, Chriſtum fuiſſe filium adoptiuum Ioſephi, ſed tantùm putatiuum. Nullum igitur hic interfuit ius ſucceſſionis.

13. *Non etiam iure electionis temporale regnū Christus habuit.*

Non etiam electionis, quia de facto non conſtat factam fuiſſe talem electionem: imò potiùs conſtat, factam non fuiſſe. Quin etiam impoſſibile moraliter erat fieri, ſaltem pro dominio totius vniuerſi in Chriſtum Dominum transferendo, oporteret enim, vt totus ad hanc electionem orbis conueniret; quod moraliter fieri non potuit: imò neque iure; nam poſtquam ſingulæ nationes B ſuos ſibi reges elegerant, iam non poterant alium eligere, & ius à legitimè electo in alium transferre. Addo, neque ad transferendum Iſraëlitici regni dominium factam fuiſſe talem electionem, cùm de illa non conſtet. Imò quando turba voluit facere Chriſtum regem, Ioann.6.n.15. ipſe ſe eripuit, imperium reiecit, *& fugit iterum in montem ipſe ſolus*. Aliàs verò tantum abeſt, vt Iudæi facerent hanc electionem, vt potiùs illi reclamarent, dicentes: *Non habemus regem, niſi Cæſarem*. Ioan.19.n.15.& iterum: *Noli ſcribere, Rex Iudæorum, ſed quia ipſe dixit, Rex ſum Iudæorum*, ibid n. 21, nullum ergo habuit ius electionis.

14. *Non etiam titulo occupationis per iustū bellum. Christi pax.*

Nullum tandem iuſtæ occupationis per exter- C num, & militare bellum, quia hoc Chriſtus Dominus non exercuit: imò a Propheta dicitur, *Princeps pacis*. Iſai.9.num.9. ab Apoſtolo, *Pax noſtra, qui fecit vtraque vnum*, Epheſ.2.num.14. cuius naſcituri præſagium fuit, quòd gentes *conflabunt gladios ſuos in vomeres & lanceas ſuas in falces*, Iſa.2.num.4. cui nato pacificum genethliacon Angeli cecinerunt: *In terra pax hominibus bonæ voluntatis*, Luc.2.num 14. qui non contendet *in arcu, & gladio, & in bello*. Oſeæ 1.num.7. ſed *ſpecie ſua, & pulchritudine* ſua intendet, Pſalm 44.num.5. qui non in virili ætate, ſed planè in infantuli, *antequam ſciat vocare patrem ſuum, & matrem ſuam, auferet fortitudinem Damaſci, & ſpolia Samariæ*, Iſai.8.num.4. Quibus ex locis rectè

Tertull. Christi bellū spirituale.

colligit Tertul. lib. aduerſus Iudæos, cap.9.& lib.3. D contra Marc.c.13.& 14. Chriſti Domini bella ſpiritualia fore, quibus mentes ad amorem beneuolè inuitentur; non temporalia, quibus hoſtes ad mortem crudeliter impellantur. Nam ſolo aſpectus decore, pro horrore armorum, nemo temporaliter pugnat: vagitu infantuli pro claſſico clangore, nemo hoſtem ad temporale prælium laceſſit. Bella igitur ſpiritualia tantùm inire voluit, qui ſpiritualia tantùm arma ſibi accommodauit: ac proinde nullo iure belli temporaliter regnat in terris, ſed ſolùm ſpiritualiter in cordibus, de quibus per gratiam triumphauit.

15. *Tertia ratio.*

Tertia ratio. Si Chriſtus Dominus temporale habe') regnum in totum orbem, illud ſuo vica- E rio conferret, & ſua cæteris regibus regna auferret; conſequens falſum eſt: ergo, &c. Bonitas conſequentiæ, quoad priorem partem probatur, quia ſicut Chriſtus Dominus poteſtatem ſuam ſpiritualem in vicarium tranſmiſit: ita tranſmitteret, & temporalem. Quoad poſteriorem partem ſuadetur, quia eiuſdem regni eſſe non poteſt duplex rex: ſicut nec eiuſdem ſerui duplex dominus; *nemo enim poteſt duobus dominis ſeruire*, Matth 6. num.24. nec eiuſdem rei duplex poſſeſſor vterius adæquatus, & in ſolidum, ex *l. vt rerio. §. ſi duobus. ff. commodati*, *vel contra*. Vnde ſi Chriſtus Dominus eſt temporalis rex Hiſpaniæ, nemo alius erit. Falſitas autem conſequentis quoad priorem partem oſten- A ditur, quia ſequeretur Summum Pontificem etiam ſine ordine ad finem ſpiritualem, & bonum animarum, habere poteſtatem temporalem in res omnes, vt eas poſſet pro ſuo arbitrio immutare; qualem à Chriſto Domino, tanquam eius vicarius accepiſſet: quod tamen falſum eſt. Quoad poſteriorem partem probatur in primis ex Scriptura: nam Chriſtus cum dixit Pilato: *Regnum meum non eſt de hoc mundo*. Ioann.18. num.36. tacitè dixiſſe videtur ad omnes reges terræ, vt D. Auguſt. tract. 115. in Ioan. obſeruat: *Nolite timere, non impedio dominationem veſtram*. Vnde Eccleſia canit. *Non eripit mortalia, qui regna dat cæleſtia*. Deinde ratione concluditur; quia ſi Chriſtus Dominus cæteros reges domi- B nio ſuo priuaret: omnes eſſent tyranni, nulláſque leges poſſent ſancire: irrita eſſent omnia, & inualida, quæ in rep. ſtabilirent: niſi quis dicat eos eſſe Chriſti vicarios, & ab eo poteſtatem delegatam habere, quod non eſt dicendum: alioqui temporale, & ſpirituale regimen vniuerſi nihilo, quoad hoc diſtinguerentur.

Christus temporale regnum in suum vicarium non transmisit, nec Regibus aliis regna abstulit.

D. Aug.

16. *Secunda opinio cōcedens Christo D. proprium regnum temporale.*

Secunda opinio eſt extremè contraria, Chriſtum Dominum habuiſſe regnum temporale proprium, & eiuſdem ordinis cum eo, quod habent ſinguli reges. Citari poſſunt, niſi fallor, pro hac opinione illi omnes, qui dicunt humanos reges eſſe Chriſti Domini vicarios; nam cùm hos priuent propria poteſtate regia, eam Chriſto Domino attribuunt. Et cùm D. Thom. lib.3. de regim. princ. cap.13. dicat C Auguſtum Cæſarem à Chriſti natiuitate, Chriſti vices in terra egiſſe, & tanquam Chriſti ſubſtitutum, licet tanti myſterij ignarum, imperaſſe, vt totus orbis deſcriberetur, non tam ſibi, quàm Chriſto nato ſeruiturus; ac tandem diuino magis, quàm humano conſilio inductum, vetuiſſe, ne quis eum deinceps dominum appellaret; ac ſi neſciens quid faceret, ſuo cederet dominatu, eumque in Chriſtum Dominum cuius proprius erat, quodammodò transferret; cùm, inquam, hæc omnia doceat D. Thomas, videtur Chriſtu Domino proprium imperium temporale, quale habebat Auguſtus, tribuiſſe.

D. Thom.

17. *Qui adstruūt B. Virginem, aut B. Iosephum legitimos Israëlitici regni hæredes.*

Pro eadem opinione ſtare mihi videntur, qui D dicunt B. Virginem, aut B. Ioſephum legitimos Iſraëlitici regni hæredes fuiſſe. Nam ab his parentibus habere potuit Chriſtus ſaltem in habitu quodammodo, & in debito, regiam poteſtatem: quo pacto principes, viuentibus adhuc parentibus, eam habere dicuntur. Præterquam quòd facilè fuit, ab his parentibus etiam actu regiam poteſtatem in Chriſtum Dominum transferri, ſiue per vtrinſque ceſſionem, liberámque donationem, quid enim tali filio tales parentes non donarent? ſiue per mortem Ioſephi, ſucceſſionémque Chriſti, tanquam filij adoptiui, in parentis locum; quid enim Ioſeph eum ſibi filium non adoptaſſet? & ſuum ius in eum non tranſtuliſſet? præſertim ſi nullus alius neceſſarius hæ- E res interueniret. Legitimos autem Iſraëlitici regni hæredes fuiſſe B. Virginem, vel Ioſephum docuerũt Armachanus lib.4. de q. Armenorum, c.18. Bachonius in 4.q.1. Burg addit.2. in cap.1. Matth. Quibus adde D. Bernardin. Senenſ. tom.3. ſerm.1. de S. Ioſepho, quem citat, & ſequitur noſter Petr. Moral. Matth lib.2. tract.9. concl.1. Tandem hanc ſententiam tuetur, & latiſſimè probat Alphonſus Mendoça in relectione Theologica de vniuerſali Chriſti regno: vbi multa affert Scripturæ teſtimonia, quæ tamen ad ſpiritualem Chriſti poteſtatem facilè poſſunt detorqueri; vel ad ſenſum 3. opinionis ſtatim proponendæ explicari.

Armach. Bachon. Burg Bern. Senens. Pet Moral. Alphons. Mendoça.

18. *Primum secundæ opinionis...*

Quare vnum tantùm aſſero pro hac opinione ſententia confirmanda ex ſacris literis teſtimonium

ſtenis fundamentum ex Scriptura.

Pilato roganti, an eſſet Rex Iudęorum, annuit Chriſtus Dominus, ter ſuum regnum nominando: *Regnum meum non eſt de hoc mundo.* Et iterum: *Si ex hoc mundo eſſet regnum meum.* Ac tandem tertiò: *Regnum meum non eſt hinc.* Ioan. 18. n. 36. Vbi clariſſimè ſupponit ſe regem eſſe; adeò vt benè Pilatus inferret: *Ergo rex es tu?* Cui tandem omnino cõſenſit: *Tu dicis, quia Rex ſum ego*, ibid. n. 37. Itaque cùm Pilatus interrogaret Chriſtum Dominum de temporali, & proprio regno, quale præcedentes reges habuerant (hoc enim ſibi Chriſtus Dominus vſurpare accuſabatur; & de hoc ſolicitus erat Pilatus, ne quid de Cæſaris poteſtate detraheretur) Chriſtus ad mentem iudicis reſpondit, ſe eſſe regem: vtique temporalem; qualem dicebat Pilatus: & propterea fortaſſe vſus fuit illa affirmatione: *Tu dicis* hoc eſt, quale regnum de me inquiris tale habeo. Itaque temporale ſe habere regnū ſignificauit, & ſolùm negauit externum miniſtrorum apparatum, quo alij reges vtebantur, dicens: *Si ex hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei vtique decertarent*, &c. Quaſi hoc vno excepto, eam ipſam poteſtatem regiam, de qua Pilatus interrogabat, ſe habere fateretur; ergo regnum habuit temporale; eiuſdem ordinis cum quouis alio regno.

19. *Confirmatur primò.* Et confirmatur ex ſimilibus locis; nam dicenti Nathanaeli: *Tu es filius Dei, tu es Rex Iſrael*, Ioan. 1. n. 49. conſenſit Chriſtus Dominus; imò addidit; eum credere, ſeu fidem habere eâ de re. *Quia dixi tibi, Vidi te ſub ficu, credis*, ibid. n. 50. Quo ſignificauit Nathanaëlis propoſitionem infallibilis certitudinis fuiſſe. Cùm tamen Nathanaël de proprio regno temporali loquutus videatur: nam ſicut appellando filium Dei, eius diuinitatem confitebatur; ita appellando regem Iſraël, ſolùm temporalem eius dignitatem prædicabat. Clamantibus item turbis: *Benedictus, qui venit in nomine Domini, Rex Iſrael.* Ioan. 12. n. 13. & quidem non aliud, quàm temporale, ac proprium regnum illi tribuentibus (neque enim imperita plebecula ſublimius quidquam ſpectabat) ipſe non contradixit; imò contradicentibus Phariſæis ſe oppoſuit: *Dico vobis*, inquit, *quia ſi hi tacuerint, lapides clamabunt*, Luc. 14 n. 40. Sic enim approbando clamorem populi, temporale, ac proprium ſibi regnum tribuentis, tale ſe habere regnum confirmabat. Tandem moriturus, non recuſauit illum titulum: *Rex Iudæorum*, Ioan. 19. n. 19 vtique proprius, ac temporalis; hoc enim Pilatus ſignificare voluit, vt probaret Cæſari, ſe in crucem egiſſe eum, qui regnum Iſraëliticum vſurpabat, & de Cæſarea poteſtate detrahebat: illum, inquam, proprij, ac temporalis regis titulum non recuſauit, recuſaturus profectò, ſi non eſſet; ergo re vera tale habuit regnum.

20. *Confirmatur ſecundò.* Et rurſus confirmatur; quia cùm Regis nomen propriè ſignificet temporales Reges, qui in mundo regnant; ſi Chriſtus eo modo non eſt Rex, ſequitur, quotieſcunque Rex in Scriptura appellatur, Regis nomen à propria ſignificatione extrahendum, & in tranſlatitios ſenſus explicandum: quod à recta Scripturæ interpretatione videtur alienum; quæ poſtulat, vt ſemper vocabula in propria ſignificatione exponantur. niſi aliquod incommodum ſubſequatur, quale hîc nullum occurrit, vt ex ſequenti ratione patebit.

21. *Secundum fundamentum ex ratione.* Quod vnicum ſit pro hac opinione fundamentum. Chriſto D. tribuendum eſt, quidquid eſt honorificum, decorū, & glorioſum, nec diuinam eius perſonam dedecet; talis eſt poteſtas regia temporalis, etiam eiuſdem ordinis cum ea, qua ſinguli reges in ſuis regnis potiuntur: ergo illi eſt tribuenda. Maior, & conſequentia patent. Minor oſtenditur Quia Rex iubetur ab Apoſtolo proximè, & ſecundùm Deum honorari. *Deum timete, Regem honorificate*, 1. Pet. 2. n. 17. & paulò antè monet D. Petrus, omnes Chriſtianos ſubiectos eſſe, etiam temporali *regi, quaſi præcellenti*, ibid. n. 13. Nec immeritò, cùm duo eſſe dicantur à Plutarcho in commentario, *Quòd in principe requiratur doctrina*, non obſcura diuinitatis ſimulachra, ſol in mundo cæleſti, Rex in ſublunari: honorifica igitur eſt poteſtas regia; nec Deum dedecens, cùm includat poteſtatem legiſlatiuam, directiuam, & coërcitiuam; quæ omnes Deo quàm aptiſſime adſcribuntur. Cur igitur Chriſtus Dominus talem poteſtatem non habebit?

Regis dignitas diuinitatis ſimulachrum. Plutarch.

Tertia opinio, inter extremas media, mihi videtur longè probabilior, Chriſtum D. habuiſſe regnum temporale in omnes creaturas, excellens tamen, & ſuperioris ordinis: at verò regnum temporale proprium, & humanum, & inferioris ordinis, eiuſdemque rationis cum eo, quod ſinguli reges ſortiuntur, non habuiſſe formaliter, ſed tantùm eminenter. Hanc opinionem, licèt verbis tam diſertis non expreſſam, mihi videntur tenuiſſe D. Anton. 3. p. tit 3. c. 2. Almian. in tract. de poteſtat. Eccl. c. 4 Turre. lib. 2. ſum. c. 116. Nauar. *c. nouit. de iudic.* notat. 3. n. 8. Aragon. 2. 2. q. 67. a. 1. §. *Cæterum*, & alij, quos citant, & ſequuntur ex noſtris Molin. tom. 1. de iuſt. tract. 2. diſp. 28. Suar. tom. 1. in 3 p. diſp 48 ſect. 2. Vaſq. in 3. diſp. 87. c. 2. Salazar in c. 8. Prou. ibi, *Per me reges regnant.* In eandem ſententiam mihi videtur inclinare Card. Tol quamuis pro contraria citetur. Nam in c. 18. Ioan. ibi, *Regnum meum non eſt de hoc mundo*, ſolum negat Chriſto D. regnum temporale, quale habent cæteri reges, & quòd alios reges à ſuis regnis excludat, quod nos etiam negamus. non tamen negat hoc regnum temporale excellens, de quo nos agimus. Item in c. 1. Luc. annot. 89. ibi: *Dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid Patris eius.* ſolùm negat Chriſto D. regnum temporale humano aliquo titulo acquiſitum; & in poteſtate, duratione, aliiſque circunſtantiis, quibus regna mundi circunſcribuntur, limitatum: quod nobis etiam certum eſt. Alioqui non negat regnum temporale excellens. Nec poteſt explicari de ſolo regno ſpirituali; quia fatetur Chriſtum D. ab vſu huius ſui regni abſtinuiſſe. Non abſtinuit autem Chriſtus D. ab vſu regni ſpiritualis, imò eum frequentiſſimè exercebat, dimittendo peccata, imponendo præcepta, faciendo miracula, docendo, monendo reprehendendo, aliáque ſimilia exequendo, quæ ad regnum ſpirituale pertinebant; ergo ſolùm loquitur de vſu regni temporalis, quod Chriſtus D. habebat, nec tamen exercebat. Vnde omnes auctores, qui dicunt Chriſtum D. habuiſſe regnum, cuius non haberet vſum, neceſſariò exponendi ſunt de regno temporali, à cuius tantùm vſu Chriſtus abſtinuit. 22.

Tertia opinio media inter præcedentes excellens regnum temporale Chriſto concedit, denegat inferius. D Anton. Almian. Turrecr. Nauarr. Aragon. Molin. Suarez. Vaſq. Salazar. Tolet.

Priorem igitur partem huius ſententiæ, dicit Vaſq. cit. nõ tam auctoritate Scripturæ, & Patrum, quàm ſola ratione, eáque vnica, probari poſſe. Verum ſi res tam ſacra, tam propria Scripturæ, tam familiaris Patribus, tam conformis rationi, ex ſacris literis, & Patribus, & pluribus rationibus probari non poſſet, mihi parum probabilis videretur. Probo igitur ex Scriptura. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra.* Matt. 28. n. 18. Vbi ſignum illud, *omnis*, diſtribuit poteſtatem Chriſti, non quidem per partes ſui regni: tum quia vna indiuiſibilis, & indiſtributa poteſtas poterat ad omnes regni partes ſpectare: tum etiam, quia hæc diſtributio ad partes regni, ſufficienter declaratur illis verbis, *In cælo, & in terra*, diſtribuit igitur illud ſignum, *omnis*, poteſtatem Chriſti per omnes ſpecies poteſtatis, ſub poteſtate in communi contentas, quæ Chriſto congruebat: & cùm poteſtas creata ſit ſpiritualis, & temporalis: illa ad ſpiritualem finem, hæc ad temporalem ordinata: 23.

Vaſq. *Probatur prior pars de Chriſti poteſtate excellenti.* *Primū fundamētum ex Scriptura.*

affirmat

aſſirmat Chriſtus Dominus, omnem ſibi poteſtatem, ſpiritualem, & temporalem diuinitùs conceſſam: nam qui dicit omnem, nullam excludit.

24.
Confirmatur.

Similis eſt ille locus Ioan. 5. n. 22. *Pater omne iudicium dedit Filio, quia Filius hominis eſt.* Nã etiam illud ſignum *omne*, debet diſtribuere iudicium per omnes ſpecies iudicij, ſpiritualis, & temporalis; ergo omne, nullo excepto, Chriſto Domino datum eſt. Quòd ſi Chriſtus noluit iudicare inter duos fratres litigantes, dicẽs: *Quis me conſtituit iudicem inter vos:* Luc. 12. n. 14 non id fecit, quod poteſtate careret; neque enim illam negauit, ſed ſolùm ſignificauit eam ab homine non accepiſſe. *Quis me conſtituit iudicem* id eſt, *Quis hominum?* noluit igitur iudicare, vt aboleret exiſtimationem Iudæorum de Meſſia, credentium eum non ſolùm poteſtatem temporalem, ſed etiam ordinarium illius vſum habiturum, & cum apparatu, & maieſtate regnaturum; quam falſam opinionem de illorum mentibus eradicari oportebat.

25.
Secundũ fundamentum. Duplex Chriſti poteſtas põtificia, & regia. Duplex etiã hæc poteſtas Melchiſedech, & Moyſis
D Aug
D Greg. Naz.

Deinde ex Scriptura conſtat Chriſtum Dominum duas habuiſſe poteſtates inter ſe diſtinctas; pontificiam: *Talis decebat, vt nobis eſſet Pontifex*. Hebr. 7. n. 26. & regiam: *Dominus, iudex noſter, legifer noſter, Dominus Rex noſter*, Iſai. 33. n. 22. Nam ſicut Melchiſedech in lege naturæ fuit Rex, & Sacerdos, iuxta illud: *Melchiſedech Rex Salem, ſacerdos Dei ſummi*, Hebr. 7. n. 1. & Moyſes in lege ſcripta etiam fuit Sacerdos, & Rex, ſeu princeps temporalis: ſacerdos, iuxta illud, *Moyſes, & Aaron in ſacerdotibus eius*, Pſal. 98. n. 6. quos ambos docet D. Aug. q. 23. in Leuit. fuiſſe *ſummos ſacerdotes*. Et D. Gregor. Naz. orat 6. ſub initium, *ambos fuiſſe æque ſacerdotes*. Rex verò, ſeu princeps temporalis, vt patet ex toto Exodo, vbi dicitur hanc poteſtatem à Deo accepiſſe, & exercuiſſe. Vnde Phil. Hebr. lib. 3. de eius vita, ad finem regem eum vocat: *Hæc eſt*, inquit, *vita, hic exitus Moyſis, regis, legiſlatoris, Pontificis, & Prophetæ.* Et D. Greg. Naz. proximè citat. *Moyſes*, inquit, *principum princeps, & ſacerdotum ſacerdos.* Sicut, inquam, Melchiſedech in lege naturæ, & Moyſes in lege ſcripta, vtramque poteſtatem, pontificiam, & regiam habuerunt; ita & Chriſtus Dominus in lege gratiæ, ſed illa fuit ſpiritualis; ergo hæc temporalis eſſe debuit: alioqui coinciderent, nec proinde duplici, ſed vna tantùm poteſtate Pontificia inſignis diceretur.

Phil. Hebr.

26.
Tertiũ fundamentum.

Adde, cùm Chriſtus ſæpè in Scriptura vocetur Rex, Pſ. 2. n. 6. Iſai. 32. n. 1 Zach 9. n. 6. Matth. 2. n. 2. Act. 17. n. 7. Apoc. 19. n. 16. & Regis nomen propriè ſignificet eum, qui tẽporali poteſtate præditus eſt: non videtur ſemper, quoties Chriſto applicatur, à propria ſignificatione ad figuratam transferendum; cùm potiùs ſemper debeant vocabula, quantum res patitur, in propria ſignificatione explicari.

Confirmatur.

Et confirmatur, cùm dicitur *Rex Regum.* Apoc. 19. n. 16. Ibi enim tẽporales Chriſti Domini, & aliorum regum poteſtates videntur comparari: ne fiat æquiuocatio in nomine, nunc propriè, & ſtatim impropriè accepto, ſed potiùs dicantur reges, in qua poteſtate cæteros homines coërcent, in eadem à Chriſto Domino coërcendos; atque adeò illuſtrior Chriſti Domini poteſtas intelligatur, quæ temporalem poteſtatem temporaliter coërceat, & moderetur.

27.
Quartũ fundamentum. Chriſtus Dominus aliquos tẽporalis poteſtatis actus exercebat.

Tandem Chriſtus Dominus aliquos aliquando actus temporalis poteſtatis exercebat. Vt cùm miſit dæmones in gregẽ porcorũ ab illis præcipitandum in mare & ſuffocandum, Matt. 8. n. 32. Vt cùm permiſit diſcipulos per aliena ſata vellere ſpicas, & manducare, Matt. 12. n. 1. Vt cùm ficulneam maledicendo areſecit, Matt. 21. n. 19. Nam licèt hic actus, quatenus miraculoſus, à poteſtate ſpirituali operatrice miraculorũ prodierit: tamen quatenus rẽ alienam diſſipabat, à poteſtate tẽporali procedebat. Vt cùm ſibi adduci alienum aſellum, quo veheretur, imperauit, Matt. 21. n. 3. Vt cùm emptores, & vendentes flagello eiecit de templo; & eorum effudit æs. & menſas ſubuertit, Ioan. 2. n. 15. & ſi qui ſunt alij: ergo re vera poteſtatem habebat temporalem. Neque enim hæc ſolùm vt ſpiritualis Dominus, ſed etiam vt temporalis exercebat. Adde illud ex Scriptura teſtimonium pro ſecunda opinione allatum, & explicatum, quod ſaltem hanc tertiam confirmat.

28.
Quintũ fundamentum ex Patribus.

Quod attinet ad Patres, fateor illos in poteſtate Chriſti D. aliquid ſpirituale frequentiùs ſonare, vt homines honoris cupidos ad temporalem gloriam deſpiciendam faciliùs inducerent, præſertimq; Iudæos, vt paulò ante dixi, de ſua illa hæreſi deijcerẽt, qui ſperabant Meſſiam temporaliter regnaturum, etiã quoad vſum, ita vt externis diuitiis, ac deliciis, omniq; regali apparatu, & maieſtate frueretur. Ab hac igitur extrema opinione ita Patres abhorrebant, vt in alteram extremam declinare viderentur, nihil niſi ſpirituale de Chriſti Domini regno prædicantes. Quamuis ſi minutiùs rem concidere & certam ab incertis diſtinguere rogarentur; proculdubio ita Chriſto Domino vſum rerum temporalium eriperent, vt poteſtatẽ non auferrent. Argumento, quid aliquid etiã inſinuent temporale Nam D. Bern. lib. 3. ad Eugen. c. 1. diſcrimen conſtituit inter Pontificem, & Chriſtum Dominum, quòd Pontifex ſolùm habeat diſpenſationem orbis terrarum, nempè indirectam in bona tẽporalia; Chriſtus etiam poſſeſſionẽ, ſcilicet directam. D. Greg. hom. 8. in Euangelia ait, Chriſtum natũ fuiſſe in alieno ſecũdùm naturam, nõ tamen ſecundùm poteſtatem: nam ſecũdùm hanc in propria veniſſe; quia licèt natura humana Chriſti Domini ſecundùm ſe ſpectata proprietatem rerum temporalium non haberet; eam tamẽ multis titulis ſtatim explicandis, comparauit. D. Chryſ. hom. 82. in Ioan. docet Chriſtum eſſe Regem huius mundi corporalis, & ſublunaris, quamuis *in cælo habeat imperium non humanum, ſed longè maius, atque præſtantius.* Et loquitur ſine dubio de Chriſto, vt homine: quia quærit, quomodo cum hoc ſtatu potuerit, vt Iudæis traderetur? & reſpondet, quia ipſe ſponte ſua tradi voluit. Ille igitur etiam quatenus traditus eſt, habuit regnum iſtud temporale: traditus autem eſt, quatenus homo; ergo, vt ſic, habuit regnum temporale.

D Bern.
D Greg.
D. Chryſ.

29.
Confirmatur primò.

Idem inſinuare videntur illi Patres, qui concedunt, Chriſtum Dominum apud Pilatum, non negaſſe ſe eſſe Regem, ſed planè affirmaſſe; intelligere enim hoc debent de regno temporali, de quo Chriſtus Dominus accuſabatur à Iudæis, & interrogabatur à Pilato; ad cuius mentem Chriſtus reſpondebat, affirmando regnum, & ſolùm negando vſum. Hi verò ſunt D Cyril. Alex. lib. 12. in Ioan. c. 10. & 12. D. Chryſ. hom. 82. in Ioan. D Aug tract. 115. & plures alij: præſertim, qui exprimunt, Chriſtum non negaſſe abſolutè ſe eſſe Regem, ſed qualis ab hominibus fit; hoc enim verum eſt; ſed non tollit, fuiſſe verum Regem, etiam temporalem, per illam ſuperioris, & excellentioris ordinis poteſtatem.

D. Cyril. Alex.
D Chryſ
D. Auguſt.

30.
Confirmatur ſecundò. B. Virgo totius orbis Regina
D Cyrill. Alex.

Tandem, B. Virgo dicitur à ſanctis Patribus totius mundi Regina; non quod nata ſit ex regibus, à quibus regnum hæreditaſſet; hoc enim modo non fuit Regina, vt D. Cyril. Alex. lib 6. contra Iulian ad finem expreſſit; ſed quòd genuerit Regem, qui hanc illi poteſtatem communicaret: atqui Chriſtus Dominus non communicauit B. Virgini poteſtatem regiam ſpiritualem, cuius illa propter ſexum incapax erat; ergo temporalem, quam proinde ipſe in ſe habebat. Patres autem, qui poteſtatem regiam tribuunt B. Virgini per filium communicatam, multi ſunt. D. Bern. ſer. in illud: *Signum*

D. Bern.

magnum. Apoc. 12. *Maria*, inquit, *eo quod mater Dei eſt, Regina cælorum, & Domina mundi vera eſſe probatur.*

D. Athan.

D. Athan. ſer. 1. de natiu. B. Virginis, *Quandoquidem*, inquit, *Chriſtus Rex eſt, qui natus eſt ex Virgine, idémque, & Dominus, & Deus; ea propter, & mater, quæ eum genuit, & Regina, & Domina, & Deipara propriè, & verè cenſetur.*

D. Bern. Senenſ.

D. Bern. Senenſ. tom. 1. ſer. 71. c. 7. *Virgo*, inquit, *beatiſſima omnem huius mundi meruit principatum, & regnum; quia filius eius in primo inſtanti ſuæ conceptionis monarchiam totius promeruit, & obtinuit vniuerſi. ſicut Propheta teſtatur, dicens: Domini eſt terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuerſi qui habitant in eo*, Pſ. 23. n. 14. vbi ſatis explicat, quid ipſe de temporali matris, & filij dignitate arbitretur: confirmátque ex Pſal. in quo non niſi de temporali poteſtate ſermo eſt. Atque ita loquuntur plures alij, quos videre eſt apud Caniſium lib. 1. de Deipara cap. 1. Barrad. tom. 1. conc lib. 6. c. 3. Vieg. Apoc. 12. com. 2. ſect. 2. Moral in Matth. lib. 2. tract. 9. §. 26. Salaz. in c. 8. Prou. n. 16 qui totum hoc argumentum de Deiparę regno, ac principatu diſertè, & eruditè illuſtrat.

Caniſius. Barrad. Viegas. Moral. Salazar.

31.

Sextum fundamentum ex ratione.

Vltimò ratione probatur; quia poteſtas regia temporalis directa in omnes creaturas tam ſublunares, quàm cæleſtes, cum perfecta iuriſdictionis plenitudine, ſine vllo durationis limite, ſine vlla ſubiectione, ſubordinationéve alteri præterquam ſoli Deo, eſt poſſibilis, & à Deo communicabilis, cùm ex hoc nulla repugnantia, aut contradictio ſubſequatur: & eſt maximè decora, vt per ſe patet, & nemo niſi proteruus inficiabitur; nihilque repugnat officio Redemptoris, ſi ab vſu rerum temporalium ſeparata ſpectetur, quia, vt ſic, poteſt ſtare cum externa paupertate, humilitatéque ad hominum exemplum neceſſaria. Deinde multis titulis Chriſto Domino debetur. Primò, ratione vnionis hypoſtaticæ, ex qua natura humana digna effecta eſt, quæ omnibus creaturis dominaretur. Secundò, iure redemptionis. Ex hoc enim obtinuit, vt perfectam haberet poteſtatem non ſolùm in homines, quos proximè redemit, ſed etiam in creaturas terreſtres, quæ homini ſubiiciuntur; imò & in cæleſtes, quæ ex hominum redemptione non exiguum fructum & vtilitatem perceperunt. Tertiò, iure hæreditatis, cùm enim eſſet verus, & naturalis Dei filius, paternam obtinere debuit hæreditatem. Nam ſi filius, & hæres. Si enim filij adoptiui dicuntur hæredes Dei, Rom. 8 n. 17. quid naturalis? Vltimò, iure meriti. Meruit enim Chriſtus Dominus humilitate, & ſubmiſſione, vt in nomine eius omne genu flecteretur; ergo ſine dubio hanc poteſtatem tot nominibus debitam à Patre accepit. Temporale igitur habuit imperium. Et confirmatur, quia non videtur Chriſtus Dominus minorem poteſtatẽ habuiſſe. quàm Adamus, quem Deus creauit, vt præeſſet *piſcibus maris, & volatilibus cæli, & beſtiis, vniuerſæque terræ.* Gen. 1. n. 16. & quàm Noë, & filij eius, ad quos Deus: *Terror*, inquit, *veſter, ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ, & ſuper omnes volucres cæli: omnes piſces maris manui veſtræ traditi ſunt.* Gen. 9. n. 2. ergo ſi hi tantam habuere poteſtatem, cur eam Chriſto Domino denegemus.

Quibus titulis excellens hoc dominiũ Chriſto ſit debitum.

Cõfirmatur. Chriſtus non minorem habuit poteſtatem, quàm Adamus, & Noë.

32.

An Chriſtus habuerit etiã dominium in res omnes creatas.

Almain

Imperium, & dominium non ſunt neceſſariò coniuncta, in Chriſto tamẽ de facto fuerunt.

Quæres, An habuerit etiam & dominium in res omnes creatas? Reſpondeo in primis hæc duo, abſolutè loquendo, imperium, & dominium, non eſſe neceſſariò coniuncta, vt rectè aduertit Almain. lib. de poteſtat. Eccleſ. c. 8. & patet in quolibet rege, qui quidem habet imperium in ciuium bona temporalia, ad ea per leges dirigenda, & gubernanda; non tamen dominium, ad ea pro ſuo arbitrio diſſipanda, & expendenda. Deinde addo, hæc duo eſſe in Chriſto Domino coniuncta. Nam quę ratio conuincit tribuendum eſſe illi ius regni in omnes creaturas, conuincit etiam & dominium: nimirum vnio

A hypoſtatica, cæterique tituli, quos proximè retulimus, non minus eum Dominum, quàm Regem conſtituerunt. Vnde in Scriptura Rex, & Dominus ſine diſcrimine appellatur; & ſine diſcrimine tractatur quæſtio à Theologis de regno, & dominio: non quòd perſpexerint, hæc duo ſecundùm ſe diſtincta eſſe; hoc enim ſatis per ſe perſpicuum erat: ſed quòd intellexerint, nullam eſſe rationem, cur in Chriſto ſeparentur.

33.

Occurritur obiectioni. Quomodo dari poſſit duplex dominium adæquatum?

Nec obſtat, quod aliqui dicunt, in eandem rẽ non poſſe dari duplex dominium adæquatũ. Nam ſi hoc haberet aliquid momenti, etiam probaret non poſſe dari duplex ius regni in eandem perſonam: non minùs enim pertinent ſubditi per iuriſdictionem ad B ſuos reges, quàm res per dominium ad ſuos dominos; quare cùm admittant, & Chriſtum, & Philippum, v. g. habere adæquatum ius regni in Hiſpaniam; admittere etiam idem debent de dominio. Deinde quòd aſſumunt, non poſſe dari duplex dominium adæquatum in eandem rem, diſtinctione indiget. Quamuis enim id verum ſit de dominio eiuſdem ordinis; non tamen de dominio ordinis diuerſi, vt patet in dominio diuino, & humano: vtrique enim vna, eadémque res creata adæquata ſubiicitur; quin vnum ab altero impediatur: quamuis enim hic ager ſit propriè ſub dominio humano ſui poſſeſſoris, qui poteſt illum, prout libuerit, mutare, & alienare; id non tollit, quominùs ſub dominio C diuino includatur. Et confirmari poteſt exemplo philoſophico. Nam quamuis vna res pendere non poſſit à pluribus cauſis eiuſdem generis & ordinis, à pluribus tamen generis, & ordinis diuerſi poteſt.

Confirmatur exemplo philoſophico.

34.

Probatur poſterior pars tertia opinionis de poteſtate propriè humana.

Poſterior pars noſtræ ſententiæ ex dictis patet: & ampliùs declaratur: tum quia regnum temporale propriè humanum, & eiuſdem ordinis cum cæteris terrenis, eſt valde imperfectum; ideóque opus non eſt, vt Chriſto Domino adſcribatur, ſaltem formaliter; ſatis erit, quòd illud habeat eminenter, in illo excellentiori contentum, & omnibus imperfectionibus exutum: tum quia illud ſaltem, ſi daretur in Chriſto, cæteros reges à ſua poteſtate excluderet, ſolúmq; ſimplices vicarios eſſe pateretur; quia cùm D eſſet in eodem ordine cum cæteris, cætera omnia iura regnorum impediret: tum denique, quia cùm hoc regni ius humanum ſit, aliquo humano titulo obtineri oportebat: is autem nullus apparet, vt ex dictis conſtat. Niſi quis dicat infuſum fuiſſe à Deo per accidens, vt Theologi loquuntur: hoc eſt, illud ipſum ius regni, quod humanum eſt, & eiuſdem rationis cum eo, quod aliquo humano titulo acquiri poterat, à Deo communicatum fuiſſe Chriſto Domino; quemadmodum & ſcientia per accidens infuſa, fuit eiuſdem rationis cum ea, quam naturaliter poterat comparare. Sed & hoc ſine fundamento diceretur: & præterea cum illo incommodo prædicto, quod in ſcientia per accidens infuſa non militat; quod ſcilicet alia iura regnorum exturbaret: E ergo nullo modo Chriſtus Dominus illud hábuit, neque habere, ad eius dignitatem pertinebat.

Præcluditur obiect.

35.

Soluũtur argumẽta contraria.

Argumenta vtriuſque ſententiæ extremæ, ſi quid habent virium, & cum proportione applicentur, hanc noſtram mediam confirmant. Nam argumenta primæ ſententiæ ſolùm probant hanc poſteriorem partem noſtræ concluſionis: ſcilicet in Chriſto non fuiſſe regnum temporale inferioris ordinis, quale habent cæteri reges. Quare in forma reſponſio ad primum, regnum temporale inferioris ordinis, & quod in vſu habetur, aliquas diuitias requirere, ne contemptibile euadat; non tamen regnum temporale ordinis ſuperioris, & cuius poteſtas non prodit in vſum: quale habuit Chriſtus Dominus. Addo, neque etiam ad illud

Primum pro prima opinione. Soluitur. Etiam reges humilitate, & paupertate commendantur.

prius,

ptius, magnum momentum babero diuitias, ſi ea- [A] rum defectus magnis virtutibus ſuppleatur. Nam in Arcadia regnabat Euander, amabilis ſuis ciuibus,& formidabilis ſuis hoſtibus:& tamen pauper, iuxta illud Poëtæ 8. Æneid.

Virgil.

——*Tum res inopes Euandrus habebat.*

D Thom.

Et D.Th.lib.3.de regim.Princip.c.14. docet etiam principes huius ſæculi de humilitate,& paupertate commendari;& probat exemplo Codri,Fabricij,& aliorum, qui in magna paupertate magna imperia feliciter tractarunt. Et concludit: *Omnes magni principes, & monarchæ cum humilitate ſubiugauerunt mundum, ſed cum faſtu, & elatione perdiderunt.* Certè Rex Saül nunquam ſuos ciues felicius defendit, nunquam hoſtes ſuos generoſius debellauit, quàm cùm [B] præ inopia terram arare, & boues ſequi cogebatur, 1.Reg.11.à n.5. vt ibi latiùs illuſtrabo. Quid ergo mirum, ſi Chriſtus Dominus in ſumma paupertate ſummam poteſtatem obtinuerit?

36.
Obiectio.

Dices, ſi paupertas Chriſti Domini non obſtitit poteſtati; at certè poteſtas obſtare debuit paupertati. Quo pacto enim dicendus eſt, ſummam coluiſſe paupertatem, vt in argumento dicebam, qui ſummam habebat poteſtatem? Reſpondeo poteſtatem vt ſic, nullam habere repugnantiam cum paupertate.

Prima ſolutio.
Poteſtas non aduerſatur paupertati.

Quia poteſtas ſecundum ſe nullum bonorum temporalium, aut vſum, aut dominium formaliter includit: ſed ſolùm vim legiſlatiuam, directiuam, puniuiuam,& ſimiles, quæ ſine vllo diuitiatum vſu, [C] ac dominio ſtare poſſunt.

Secunda ſolutio.

Addo vlteriùs poteſtatem Chriſti Domini coniunctam quidem fuiſſe cum dominio, non illo humano, quod eſt propter vſum, & de paupertatis perfectione multum derogat: ſed illo excellenti, & ſuperioris ordinis, quod non datur propter vſum, ſed propter perſonæ dignitatem.

Ad confirmationem ex Pontificum auctoritate.

Vnde quando Pontifices in argumento citati definiunt, Chriſtum D. aliquando nullum, aliquando paucarum rerum dominium habuiſſe; de illo loquuntur, quod paupertatem impedit, cùm ex appetitu humano propter vſum acquiratur; non de hoc, quod paupertatem non imminuit, cùm à ſolo Deo propter dignitatem perſonæ conferatur.

37.
Soluitur ſecundum argumentum.

Ad ſecundum, non eſt, quod oporteat reſponderi; ſolùm enim probat Chriſtum Dominum non [D] habere regnum temporale vllo humano titulo acquiſitum; quod eſt verum, & in poſteriori parte noſtræ ſententiæ aſſertum. Nihilominus id, quod aſſumit, non habuiſſe Chriſtum Dominum hoc regnū donatione Patris, diſtinctione indiget.

Quomodo Chriſtus hoc regnum habuerit ex donatione Patris.

Nam ſi ſermo ſit de donatione Patris, qua donetur regnum purè humanum, quale humano more acquiri poſſet, verum aſſumit; ſic enim non habuit Chriſtus Dominus tale regnum, neque habere expediebat ad noſtrum exemplum, & officium Redemptoris, quod erat in rerum temporalium abdicatione exercendum. Si tamen ſermo ſit de donatione Patris, qua donetur regnum excellens, & ſuperioris ordinis,& ex titulis ſupernaturalibus iam ex- [E] plicatis, aſſumit falſum. Nam ſic habuit Chriſtus ex Patris donatione regnum temporale, nulla in re noſtro exemplo,& Redemptoris muneri contrarium, vt ex dictis patet.

38.
Soluitur tertium.
Non oportuit vt Chriſtus omnem poteſtatem in vicarium transferret.
Poteſtas excellens aliorum poteſtatem non excludit.

In tertio argumento duo inferuntur, ſi Chriſtus haberet regnum temporale, illud ad ſuum vicarium transferret, & omnia alia regna temporalia excluderet. Prior conſequutio falſa eſt. Nam ſicut non transfert in ſuum vicarium totam poteſtatem ſpiritualem, quam habet, v. g. condendi noua ſacramenta,& faciendi miracula, ac ſimiles, ita non oportuit transferre illam poteſtatem temporalem. Poſterior vera eſſet, ſi Chriſtus haberet regnum temporale eiuſdem ordinis cum cæteris, & propterea illud negamus: falſa tamen, ſi haberet, vt re vera habere concedimus, regnum temporale excellens: hoc enim cùm ſit diuerſi ordinis, alia regna temporalia non excludit, vt diximus.

39.
Soluuntur argumenta ſecundæ opinionis.
Reges Chriſti vicarij proprij non ſunt.
D.Thom.
Suar.

Argumenta ſecundæ ſententiæ aut falſum aſſumunt, aut ſi quid valent, ſolùm probant priorem partem noſtræ doctrinæ. Nam qui dicunt omnes reges eſſe Chriſti Domini vicarios, falluntur. Neque D.Thom. in eo ſenſu id aſſeruit, niſi vicarij nomine latiſſimè accepto, vt eum Suar. benè interpretatur. Qui dicunt ad B. Virginem ac Ioſephum regnum Iſraëliticum hæreditario iure pertinere; ex illiſque ad Chriſtum deuenire, neque in priori verè ſentiunt, neque in poſteriori rectè inferunt: illud enim prius falſum eſt; & quamuis eſſet verum, hoc poſterius non ſequeretur, vt iam ex dictis patet.

40.
Ad primum fundamētum ex Scriptura.

Locus ex Scriptura citatus ſolùm probat in Chriſto regnum temporale excellens. Quod ſic oſtendo. Fateor in primis Pilatum de ſolo regno temporali ordinario Chriſtum D. interrogaſſe: fateor etiam Chriſtum Dominum ad eius mentem reſpondiſſe de regno temporali, non tamē ordinario, ſed excellenti. Quaſi diceret, habeo quidem regnum temporale, ſed non quale habent cæteri reges. Et diſcrimen duplex aſſignauit. Vnum in vſu, quia non habebat illud cum externo miniſtrorum apparatu; vt in argumento dictum eſt: alterum in titulo, quia non erat de hoc mundo, hoc eſt, humano aliquo titulo acquiſitum; ſed diuinitus communicatum per titulos altiores iam explicatos; ac proinde erat excellens,& ſuperioris ordinis. Et eodem modo cætera Scripturæ teſtimonia in argumento allata explicari poſſunt.

41.
Ad ſecūdam confirmationem.

Confirmatio ex proprietate nominis Regis, contra noſtram ſententiam non viget. Nam hoc regnum quamuis excellens, cùm ſit temporale, propriè regni nomine ſignificatur, & qui illud habet, propriè dicitur Rex; vnde Regis nomen ad ſignificandum Chriſtum Regem à propria ſignificatione non extrahitur.

Ad ſecūdum fundamētum ex ratione.

Fundamentum non conuincit; quia quamuis illa poteſtas humana ſit in ſuo genere perfecta, multas habet admixtas imperfectiones, propter quas congruum non eſt, vt Chriſto Domino formaliter tribuatur: præſertim cùm inde incommodum illud conſequatur, vt omnes reges à ſua poteſtate excludantur. Satis igitur eſt, quòd in illo includatur eminenter omnibus imperfectionibus exutum. Sed iam de regno Chriſti Domini ſatis; in quo longiùs excurri, quàm interpretis ratio poſtulabar, non tamen quàm materiæ difficultas exigebat.

ANNOTATIO XVI.

CIRCA LITERAM.

Pars inuectiua eiuſdem cantici illuſtratur.

1.
Pars huius cantici inuectiua obiurgationē continet, & cōminationem.

INVECTIVA huius cantici pars conſtat ex obiurgatione, ibi: *Nolite multiplicare loqui ſublimia, gloriantes*, num. 3. & comminatione, ibi: *Dominum formidabunt aduerſarij eius, & ſuper ipſos de cælis tonabit*, &c. num. 10. De obiurgatione, iam in litera,& in annot. 12 ſect. 3. nonnulla dixi: annot. 21. ſect. 2. plura dicturus. De comminatione hoc loco pauca. Quorſum dirigatur,& quando reuocetur. Vtrunque duplici ſect.. breuiter illuſtrabo.

SECTIO I.

Diuina comminatio ad emendationem dirigitur.

2\. *Plures comminationes in Scriptura quàm promiſſiones.*

PLena eſt comminationibus Scriptura. Vidit Ezechiel librum inuolutum, *Qui erat ſcriptus intus,& foris:& ſcripta erant in eo lamentationes,& carmen,& væ.* Ezech.2. n.10. Duplici vocabulo triſtes comminationes, vnico tantùm, eóque ſingularis numeri lætæ promiſſiones explicantur. Imò in Euangelio, ſi attentè conſulatur, plures comminationes,quam promiſſiones inueniẽtur;vt D.Chryſ. in Pſ.7. obſeruauit reddens optimam huius myſterij rationem. *In Euangeliis*, inquit, *plura dicuntur de ſupplicio.quam de regno ; quia in iis,qui minus ſentiunt, non tam bonorum promiſſio, quàm tormentorum metus adducit ad virtutem, & abducit à vitio.* Ex quo loco diuinam miſericordiam licet intueri,qui etiam cùm minatur,miſeretur : nam ideo terret,vt emendet,vt iam aggredior paucis illuſtrare.

D.Chryſ.

Cur in Euangelio plura dicantur de ſupplicio, quàm de regno?

3\. *Minis Deus terret non vt puniat, ſed vt emendet.* D.Chryſ.

Dauid Dei nomine duras pœnas peccatoribus comminatus : *Niſi*, inquit, *conuerſi fueritis, gladium ſuum vibrabit :arcum ſuum tetendit,& parauit illum*, Pſ. 7.n.13.Vbi D.Chryſ.*Hoc eſt*,inquit,*non vulgaris clementia argumentum,per verba terrere, & pœna amplificare,ne re ipſa eam experiamur.* Et paulò poſt,expendens illum armorum apparatum, quo ſe Deus inſtruit ad vindictam : *Milites*,inquit,*armantur,vt puniant : Deus autem non ſic ; ſed vt cum reddiderit metu modeſtiores, abſtineat manum à ſupplicio.* Nec minùs eleganter Theod. ad eundem locum : *Hæc*, inquit, *verba non vindictæ, ſed comminationis ſunt. Vibrabit enim*,inquit,*non incutiet : & tetendit arcum, non emiſit ſagitta.*Quaſi Deus potiùs velit à culpa homines exterrere,quàm in pœnam præcipitare.

Theod.

4\. *Inferenda ſupplicia Deus prædicit, vt per pœnitentiam caueantur.*

Magna Deus ſupplicia populo Iſraëlitico illaturus,de illis priùs oſtendendis, ac manifeſtandis, ſecum videtur quodammodo deliberaſſe. *Nunc*, ait, *oſtendam vobis,quid ego faciam vineæ meæ. Auferam ſepem eius,& erit in direptionem*,&c. Et pergit longam ſuppliciorum ſeriem euoluere, quibus ille populus flagelletur,Iſa.5.à n.5 Non ex inſidiis quodãmodo irruit in incautos,ſed ante præmonitos ad mala præcauenda excitauit.Nam,vt benè D.Baſil.ad eum locum : *Clementia*,inquit,*Dei erga homines peculiare hoc eſt : non clam, aut ſilenter ingerit ſupplicia, ſed intendens comminationes,ea prædicit affore,per hoc peccatores inuitans ad pœnitentiam.* Et in hunc ſenſum docet præmonitos Niniuitas;*Iona præcone*,euertendos eſſe,ne euerterentur, Ion.3.à n.3.præmonitum Moyſen,vt ſupplicia in populum effundi ſineret,vt ipſe potiùs orando ſiſteret, Exod.32.n.10. præmonitum agricolam, vt ſterilem arborem ſuccideret, ne terram inaniter occuparet:vt eam ille deinceps diligentiùs excolendo,redderet fructuoſam,Luc.13.n.7.

D.Baſil.

5\. *Diſcrimen inter Dei & hominum minas.* Orig.

Propheta olim Balaam ad Balac regem Moabitatum : *Non eſt*,inquit,*Deus, quaſi homo,vt mentiatur, nec vt filius hominis,vt mutetur* ; Num.23.n.19.Orig. ibi hom.16. ex vetuſtis codicibus transfert : *Nec vt filius hominis terret.* Quo in ſenſu dixit olim Iudith, c.8.num.15.*Non enim quaſi homo,ſic Deus comminabitur.* Quod igitur eſt diſcrimen inter Dei, & hominum minas ? Reſpondet Origen. cit. aptè ad rem præſentem:*Non*,inquit,*ita Deus terret,vt homo;homo enim pro iactantia ; Deus verò pro emendatione terret.* Minatus fuerat Deus humano generi excidium, illis verbis : *Non permanebit ſpiritus meus in homine, in*

Supplicia Deus tardiùs exequitur,vt per pœnitentiam præueniantur.

A *æternum,quia caro eſt*,Geneſ.6.num.3. Et ſtatim ſubdit:*Eruntque dies illius,centum viginti annorum*.Quaſi diceret : Adhuc tamen ad centum,& viginti annos exequutio huius pœnæ differetur. Cur,quæſo,tam ſerus, ac tardus exequitur ; qui tam iuſtus, ac ſeuerus minatur ? Optimè D.Chryſ.hom.22.in Geneſ. *Talis*, inquit, *eſt Dominus noſter : minatur ſæpè, non vt opere compleat minas;ſed vt correctis nobis, non ad opus perducat. Alioqui ſi punire vellet, cur prædiceret ? Sed quia non vult, ſemper cunctatur, & moram nectit, & differt, & prædicit, occaſionem nobis præſtans, vt fugiendo malitiam, & apprehendendo virtutem, pœnas non experiantur.*

D.Chryſ.

6\. *Continua ac iuges Dei minæ, vt homines reſipiſcant.*

B Adde, diuinas comminationes non eſſe quodammodo temporarias, ſeu ad exigui durationem temporis, ſed iuges, & continuas, ac nunquam interruptas. Vnde Noë de futuro diluuio mundum admonebat, non loquutione tantùm, quæ per interualla temporis, & non iugiter fieri debebat ; ſed etiam ſui notatione, ſed etymologia nominis, quæ ſine vlla intermiſſione futurum diluuium præmonſtrabat. Nam *Noe* ſignificat *requiem*, nec aliam, interprete D.Chryſoſt. hom.21. in Geneſ. niſi illam, quam mundus per diluuium habiturus erat, cùm ab hominum peccatis eum modeſtiſſimè fatigantibus requieſceret. Itaque Noë quoties occurrebat,toties diluuium prædicebat;quoties videbatur, C toties diluuium repræſentabatur. Seuerus ſine voce prædicator, qui ſolo aſpectu futura ſupplicia in memoriam reuocabat ; qui viſus tantùm ſpectantium animos impendentis metu diluuij perterrebat. Quid, obſecro, opus fuit tam continuo, ac perenni monitore ; niſi vt homines opportunè, importunéque admoniti, ac perterriti, ſuis tandem peccatis renuntiarent : renuntiaturi profectò, niſi priùs tam æquis comminationibus obſurdeſcerent ? Quare D.Chryſoſtom.citat. *Obſtupeſcenda eſt*, inquit, *ineffabilis miſericordia Dei ; & prodigioſa hominum, qui tunc erant, ingratitudo. Ecce enim quingentis annis vixerat iuſtus ille, clamans, & teſtificans ſuo nomine futurum per vniuerſum orbem diluuium, ob* D *nimias hominum malitias;& neque ſic à malitia abſtinere voluerunt.*

Noë etymon. D.Chryſ.

Noë proprio nomine futuri diluuij prædicator.

D.Chryſ.

7\. *Deus priùs admonet, vt non puniat, ſed emendet.* D. Ambr.

Epiſcopo Laodicæ grauiter comminatus Chriſtus Dominus : *Quia*, inquit, *tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo*, Apocalypſ.3.num.16. Cur priùs non euomuit, *quam prædixerit euomendum*? Rectè D. Ambroſius ſerm.2.in Pſalm.118. *Quam pius*,inquit, *qui & iuſtos in ore ſuo tenet ; & iniuſtos non antè euomit, quàm denuntiet euomendos : vt vel huiuſmodi admonitione conuerſi, dignum aliquid efficiant, quo non vomantur ?* Multa Hebræis ſupplicia minatur Iſaias cap. 9. & inter alia num.18. *Succenſa eſt*, inquit, *quaſi ignis impietas ; & ſuccendetur in denſitate ſaltus*, &c. Quaſi diceret : In culpa illius populi more ignis graſſantes, inſiliet diuina vltio, E omnia pariter more ignis deuoratura. Sed quò ſpectet hæc terribilis comminatio, explicat ibi D. Cyril. Alex. *Mature ſcente*, inquit, *iam diuina ira,& impendente illa manu, quæ flagellum, ſuppliciáque illis admonet ; ſingula, quæ euentura ſunt, conatur aptè præmonſtrare, moderatiores efficiens auditores terroribus. Hanc igitur ob cauſam vaticinatores grauium malorum inſtituit Deus, vt timentes eum offendere,ab illis periculis liberentur.*

D. Cyrill. Alex.

8\. *Angelus in vindicta præcinctus Dauidi apparet, vt pœnitentiã incutiat.*

Propter peccatum Dauidis iubentis contra diuinam legem, populum recenſere, Angelus non ſolùm verbis, ſed etiam factis Ieroſolymæ minatus eſt vltimam vaſtitatem. *Cúmque extendiſſet*, inquit textus, *manum ſuam Angelus Domini ſuper Hieruſalem, vt diſperderet eam*, &c. 2.Reg. 24. num 16. Cur Angelus tam ſeuerus inſtitit in excidium, à

quo

quo erat paulò pòſt mitior deſtiturus? Optimè ille A dictus D. Aug. auctor mirabilium Scripturæ lib. 2. c. 13. *Non*, inquit, *quòd Dominus ciuitatem, quam non diſperdidit, delere vellet: ſed vt oſtenſus in procinctu vindictæ Angelus, dignam videnti regi pænitentiam incuteret.* Nullam ferè plagam Ægyptijs inflixit Deus, quam illis antea non minaretur; vt legenti c. 8. 9. 10. & 11. Exodi patebit. Quod D. Chryſ. in Pſ. 134. loquutus de plaga peſtilentiæ obſeruat: *Nec quando*, inquit, *inflixit, non prædictam inflixit. Quamobrem? Vt eos verbis caſtigaret, ne deuenirent ad rerum experientiam.*

D. Auguſt. — Cur Deus prius minatus, quàm plagam Ægyptiis intulerit. — D. Chryſ.

9\. *Ionas à ceto abſorptus & liberatus, magnum Niniuitis timoris, & ſpei incitamentum. — D. Iren.*

Prius Ionas è ventre ceti mirabiliter eripitur, quàm ſubuerſionem Niniuitis minitetur, vt ex c. 2. ac 3. Ionæ patet. Vt Niniuitæ audientes hominem B & grauiter à Deo punitum, & miſericorditer à Deo liberatũ, magis ad illius minas terreantur, & ad Dei miſericordiã excitentur. Sic enim D. Iren. lib. 3. aduersùs hereſes, c. 22. exponit: *Magnanimus*, inquit, *Deus patienter ſuſtinuit abſorberi Ionam a ceto, non vt in totum periret; ſed vt euomitus firmam pœnitentiam faceret inimicis: vt conuerterentur ad Dominum, qui eos liberaret, a morte conterritos ab eo ſigno, quod factum erat circa Ionam.* De nulla plaga, ex ijs, quibus Deus Ægyptum terrefecit, magis gloriatur, quàm de vltima, qua primogenitos percuſſit. Vnde hanc, quæ vltimò accidit, primò commemorauit, Pſ. 134 n. 8. *Qui percuſſit primogenita Ægypti ab homine vſque ad pecus.* Et Pſ. 135. n. 10. *Qui percuſſit Ægyptum cum* C *primogenitis eorum.* Ratio ſi inquiratur, illa mihi videtur eſſe, quia hæc ſola profuit & Ægyptijs ad obedientiam, & Hebræis ad libertatem. Quod Theod. aliqua ex parte innuit, dicens: *Nouiſſimam plagam, primam poſuit, quoniam poſt hanc, libertatem receperunt.* Quaſi Deus eas tantùm comminationes, & vltiones ſibi velit laudi tribui, quæ in aliorum vtilitatem referuntur.

De vltima Ægypti plaga Deus gloriatur, non quia punijt, ſed quia profuit. — Theod.

10\. *Cur Deus in tertiam & quartam generationem ſoleat ſupplicia minitari.*

Hinc eſt, quòd non ſoleat Deus ſupplicia minitari, niſi vſque ad tertiam, vel quartam generationem, vt patet Exod. 20. n. 5. Exod. 34. n. 7. Num. 14. n. 18. Deut. 5. n. 9. Ratio eſt, niſi fallor, quia ſi vlteriùs comminatio extendatur; iam nõ erit illis quibus incutitur, fructuoſa. Nam primogenitores de lege ordinaria naturæ, non ſolent vitam prorogare vltra quartam generationem: ad tertiam autem, aut D ad quartam, hoc eſt, ad nepotes, ſeu pronepotes, aliquando ſolent peruenire. Vnde ſi quinta generatio puniatur; cùm illi iam non extent, non poterunt ex illa punitione emendari. Ita ferè ratiocinatur Abul. in c. 5. Matt. q. 331. §. *Alia cauſa eſſe poteſt.* Non fit igitur à Deo comminatio, vt ſequatur pœna, ſed vt fructus colligatur. Nam, vt benè D. Chryſ. in Pſ. 144. *Deus*, inquit, *gehennam minatus eſt, non vt eam infligeret, ſed ne infligeret.* Quatenus homines propter gehennæ minas ita reſipiſcant, vt in gehennæ pœnas non delabantur. Quare rectè monuit Rupertus ad illa verba: *Nunquid dabit catulus* E *leonis vocem de cubili ſuo*, &c. Amos 3. n. 4. Perditionis hominum cauſam non eſſe Dei ſilentium; cum Deus minis, ac terroribus homines opportunè præmoneat, ne delinquant. Quod Dauid ſatis expreſſit: *Dediſti metuentibus te ſignificationem, vt fugiãt a facie arcus: vt liberentur dilecti tui.* Pſal. 59. n. 6. Fugiunt autem à diuina ira, emendando vitam: ſicut in diuinam iram incidunt, vitam deprauando. Itaque diuina comminatio præire ſolet, vt noſtra emendatio ſubſequatur. De qua re vide, quæ ſuprà diximus n. 10. *Super ipſos de cælis tonabit.*

Abul. — D. Chryſ. — Deus gehennam minatur, ne infligat. — Rupert.

SECTIO II.

Diuina comminatio, ſubſequuta emendatione, reuocatur: non ſubſequuta, augetur.

1\. *Clem. Alex. Abſurdum & periculoſum Dei minis non reſipiſcere.*

CLemens Alex. in exhort. ad gentes, oſtendens Deum multipliciter comminando præmonere peccatores, vt reſipiſcant, concludit: *An non abſurdum*, inquit, *Deum quidem ſemper nos adhortari ad virtutem: nos autem recuſare vtilitatem?* Certè abſurdiſſimum. Et vtinam non etiam periculoſiſſimum. Nam quemadmodum ſupplicia, quæ nobis à Deo intenduntur, ſi ad frugem recipimur omninò reuocantur; ita ſi malo adhæreſcimus, ampliùs augentur. Vtrumque breuiter illuſtro.

2\. *Dei comminationes reuocat pænitentia. Tribus diebus infeſtandam peſtilentiam, vix diurnã Dauidis reddidit pænitentia. — Vatabl.*

Primum illud ſic oſtendo. Triduanam peſtilentiam minitatus olim fuerat Deus Dauidi Regi: *Tribus*, inquit, *diebus erit peſtilentia in terra.* 2. Reg. 24. n. 13. Sed cùm Dauid & de culpa expiandæ doleret, & pro pœna auertenda precaretur, vix diurnam immiſit, iuxta illud ibid. n. 15. *Immiſitque Dominus peſtilentiam in Iſrael de mane vſque ad tempus conſtitutam*; ſeu, vt legit Vatabl. ex Hebræo, *de mane vſque ad veſperam.* Et ſubdit: *Hoc*, inquit, *commendat miſericordiam Dei, qui pro diebus tribus, vnum tantùm diem immiſerit peſtem.* Nam in Hebræo eſt מוֹעֵד עֵת *mogbed gheth*, hoc eſt, *tempus*, ſeu *horam conſtitutionis*, ſeu *conſtitutam*, ſcilicet ſacrificio veſpertino. Vnde Chaldæus vertit, *à tempore quo offertur ſacrificium matutinum donec remoueatur*; hoc eſt, donec reponatur veſpertinum. Vnde alij Rabbini clariùs transferunt, *ab ortu Solis vſque ad occaſum eius.* Et ſtatim obſeruant, ex diuina miſericordia factum eſſe, vt trium dierum tempus ad vnum diem contraheretur. Sed Rabbi Dauid, cum alijs Hebræis, quos citat, anguſtiùs interpretatur, *vſque ad tempus temporis*, hoc eſt, vt ipſi dicunt, *vſque ad dimidium diei.*

Chald. — Rab. Dauid.

3\. *Septuag. Deus plus minatus, ſi reſipiſcimus, minus exigit. — Orig. — Theod. — D. Ambr.*

Quam limitationem ſequuti fuerunt Septuaginta transferentes, vt eſt in editione regia Complutenſi, & Sixtiana, *ἀπὸ πρωΐθεν καὶ ἕως ὥρας ἀρίστου*, hoc eſt; *de mane vſque ad horam prandij.* Quam translationem Patres ſequuntur, & illuſtrant Origenes quidem hom. 16. in Numer. *Tribus*, inquit, *diebus promiſſa fuerat mors, vt vaſtaret populum; & intra vnum diem vſque ad horam prandij ceſſauit: quia patiens, & multa miſericordia, pœnitens ſuper malitias dicitur Deus.* Theodot. verò in locum Reg. quæſt 37. *Trium*, inquit, *dierum Deus mortem minabatur; ſex autem horas ſolùm mortem intulit. Si dies autem numerentur cum noctibus, inuenitur pars ſolùm duodecima minarum illata eſſe populo. Ita benignus, & clemens maioribus quidem vſus eſt minis: minis autem longè minora infert ſupplicia.* Iam verò D. Ambroſ. in Pſalm. 37. *Qui*, inquit, *propoſuerat mortem triduo exercere in terra, ne vnum quidem diem paſſus eſt præterire; ſed ad horam prandij libenter indulſit.* Et paulò pòſt: *Vide*, inquit, *Domini gratiam, quòd & ipſe à propoſita conditione deflexit. Plus minatur, & minus exigit: in remuneratione præmiorum ſua promiſſa cuſtodit, & in exactione pœnarum præſcriptum remordet.* hoc eſt, reſcindit, detrahit, imminuit de his pœnis, quas inferendas præſcripſerat. Pergit: *Cùm iraſcitur in reum, differt: cùm miſeretur, properat, vt abſoluat; terret, vt corrigat; admonet, vt emendet; præuenit, vt ignoſcat.* Ita ille eleganter. Et ſtatim ponderat illud ex Pſ. 74. n. 9. *Calix in manu Domini vini meri plenus miſto. Et inclinauit ex hoc in hoc:*

Dei calix licèt minarum plenus, nunquam in pœnas totus effunditur.

verumtamen fæx eius non eſt exinanita. Pulchrè namque obſeruat, plenum eſſe calicem minarum, non tamen totum in pœnas effuſum. *Ad terrendum*, inquit, *plenus eſt calix: ad feriendum non eſt exinanitus. Plenus erat calix, cùm mors per triduum mandaretur: ſed occurrit miſericordia Dei, tenuit manum Angeli, priuſquam calicem iſtum exinaniret.* Hæc Ambroſius, vt ſi vſquam aliàs, diſertiſſimè, & luculentiſſimè.

4\. *Ezechias dum Dei comminationes humiliter formidat, reuocat.*

Non minùs ſeuera fuit illa Iſaiæ prædictio ad Regem Ezechiam: *Præcipe domui tuæ; morieris enim tu, & non viues.* 4.Reg.20.n.1. Sed eùm Rex diuinam comminationem magna cum ſubmiſſione exceperit; non cum ſuperba indignatione, ſed cum humili oratione; non cum riſu incredulitatis indice, B ſed cum fletu fidei ſuæ teſte. Mirum eſt, quàm citò à Deo prædictio reuocetur: *Antequam*, inquit textus, *egrederetur Iſaias mediam partem atrij, factus eſt ſermo Domini ad eum dicens: Reuertere, & dic Ezechiæ duci populi mei*, &c. ibid.num.4. Quamuis enim Iſaias nihil in domo regia cunctaretur, ſed feſtinus exiret, ne quid periculi incurreret, ſi triſtia nuntians, moras necteret, nec ſtatim ſe proriperet; tamen velocior exitu diuinus ſermo: Propheta enim nondum è domo regia egreſſo, iam in eius aures diuinus ſermo ingrediebatur, qui illatam mortis ſententiam reuocare præcipiebat. Imò cùm prior illa prædictio de morte affutura nullo ſigno firmaretur; hæc poſterior de vita ad quindecim annos propaganda, ingenti C quodam miraculo de Solis regreſſu confirmatur: vt regis animus firmior ad ſperanda de Deo bona, quàm antea fuerat ad timenda mala, redderetur.

Niniuitarũ pœnitentia Dei immutat ſententiam.

Quid Niniuitas? Audiunt à Iona intra quadraginta dierum ſpatium ſubuertendos, Ion.3.n.4. Quid verò illi? Prædictionem non contemnunt, ſed antequam diuinam iram experiantur, ſua in ſeipſis peccata vlciſcuntur. Nec mora. Diuina comminatio reuocatur. *Et miſertus eſt Deus ſuper malitiam, quam loquutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit*, ibid. n.10. Nam, vt benè ibi D. Hier. *Libenter mutauit ſententiam, quia vidit opera commutata.* Dummodo, quod ibi rectè aduertit D. Hier. commutata videat *opera*, non tantùm *verba*.

D Hieron.

5\. *Ad noſtram pœnitentiam de culpa, pœnitentiam etiam Deus agit de pœna.*

Mitto innumera huius generis, quæ in Scriptura paſſim occurrunt. Pro quibus illud vnicum Dei teſtimonium ſatis ſit: *Si pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo, quod loquutus ſum aduerſus eam; agam & ego pœnitentiam ſuper malo, quod cogitaui, vt facerem ei*, Ier.18.n.8. Certiſſimus enim ſit peccator, ſi de ſuis ſceleribus pœnitentiam egerit, omnes comminationes diuinas, quibuſcunque in hac vita feriatur, tandem à Deo reuocandas. Non ſit igitur prauè verecundus ad pœnitentiam culparum, quas patrauit, cùm etiam ipſe Deus facilem ſe exhibeat ad pœnitentiam pœnarum, quas prædixit.

6\. *Promiſſiones nunquam, comminationes aliquando Deum reuocare qui exiſtiment. Caiet.*

Neſcio quid diſcriminis inter promiſſiones de E bonis, & comminationes de malis aliquis deprehendat, vt dicat has, non illas in Scriptura reuocatas inueniri. Quod videtur colligi poſſe ex illis verbis, Ioſuë 21.n.43. *Ne vnum quidem verbum, quod illis præſtiturum ſe eſſe promiſerat, irritum fuit.* Vbi Caiet. ex Hebræo legit: *Non cecidit verbum ex omni verbo bono, quod loquutus eſt Iehouah domui Iſrael.* Et ſubdit additum fuiſſe: *Ex omni verbo bono. Ad differentiam*, inquit, *diuinorum verborum, ad malum pœnæ inferendum. Multa enim mala comminatus fuerat Deus, quæ non executioni mandauerat; ſed bonum omne, quod promiſit, venit.*

7\. *Etiã conditionatas promiſſiones*

Nihilominus ſimpliciter loquendo, ſicut comminationes malorum, ita & promiſſiones bonorum conditionatæ eſſe poſſunt, ac proinde reuo- A cabiles. Vt patet in Heli, cui promiſſum eſt ſummum ſacerdotium vſque in ſempiternum. 1.Reg. 2. n.30. in quo tamen eius poſteri non perſeuerarunt. In Saüle, cui datum eſt regnum in perpetuum duraturum. 1.Reg.13.n.13. quod ipſe nihilominus amiſit. In Iuda, cui ſedes inter cæteros Apoſtolos ad iudicandas duodecim tribus Iſraël promiſſa eſt, Matth. 19. num. 28. ad quam tamen ille non aſcendit. Vnde D.Chryſoſt. in Pſalm. 127. *Non ſufficit*, inquit, *ad confirmandos nos ſola promiſſio. Nam Iudæ quoque pollicitus eſt, eum ſeſſurum ſuper thronum cum vndecim diſcipulis; nec tamen ſedit: in cauſa autem non fuit ille, qui promiſit: ſed is, qui promiſſo indignus viſus eſt.* Et D.Hieron. in c.3. Ionæ ad finem B ex ſacris literis confirmat: *Nec bona implere Dominum, quæ promiſerit, ſi boni vertantur ad vitia; nec mala, quæ peſſimis comminatur, ſi illi reuerſi fuerint ad ſalutem.*

Deum reuocare oſtenditur.

D. Chryſ.

D. Hier.

8\. Caiet. *Caietani ſolutio expenditur.*

Dicet Caietanus, ita eſſe abſolutè loquendo, neque id negari poſſe. Nihilominus de facto quidquid Deus promiſerat Hebræis, conceſſiſſe. Si loquatur de promiſſionibus vſque ad Ioſuë tempus implendis, eſto: ſi de omnibus, non aſſentior. Nam Deus magnam Hebræis vbertatem in terra promiſſionis pollicitus eſt, Exod.3. num.8. Leuit. 26. num.3. Deut.28.num.11. Et nihilominus acerbiſſimam in eos famem emiſit, Ruth. 1. num. 1. 2. Reg.21.num.1. 3.Reg.18. num.2. 4.Reg.4.n.38. Itaque tam promiſſiones de bonis, quàm commi- C nationes de malis, & conditionatè fiunt, & reuocantur. Illud nihilominus argumentum à fortiori, quo vtitur D.Greg. 1. Reg.2. loquens de promiſſione ſacerdotij facta Heli, eiúſque reuocatione, non omittam. *Si*, inquit, *bona promiſſa reuocat omnipotens Deus, quia ij, quibus promiſerat, malè permutantur: quanto magis minarum effectus retrahit, cùm benè conuerſos eos reſpicit, quibus pro admiſſis iniquitatibus pœnas animaduerſionis intimauit?* Quibus verbis oſtendit, Deum, ſicut pronior oſtenditur ad conferenda bona, quam ad inferenda mala; ita planè proniorem ſe præbere ad comminationes de malis, quàm ad promiſſiones de bonis reuocandas. Vtraſque ſanè reuocat, cùm oportet; promiſ- D ſiones, ne de illis præſumamus: comminationes, ne propter illas deſperemus: ſed has quidem libens reuocat, ne puniat; illas quodammodo inuitus, ne benefacere deſiſtat. Quare optima eſt illa D. Chryſ. admonitio Pſal. 131. *Non ſimus*, inquit, *propter promiſſa ſocordes, ne pereamus: nec propter minas deſperemus, ſed mutemur.* Atque hæc de primo huius ſectionis inſtituto.

D.Greg. *Deus libentius comminationes reuocat, quàm promiſſiones.*

D.Chryſ.

9\. *Dei minæ, ſi non emendemur, augentur.*

Illud alterum, nimirum diuinas comminationes, ſi non emendemur, augeri, facilè illuſtratur. Humano generi libidinum incendiis flagranti tres comminationes intendit Deus, poſteriores ſemper prioribus grauiores. Primò grauiter, ſed in ge- E nere quodammodo, vindictam, ſeu pœnam aliquam minatur. *Non permanebit*, inquit, *ſpiritus meus in homine; quia caro eſt*, Geneſ.6.num.3. Secundò grauius, & iam in ſpecie minatur ipſam capitis ſententiam, ſeu interitum corporalem. *Delebo*, inquit, *hominem, quem creaui à facie terræ*, ibid. num. 7. Tertiò grauiſſimè, & vltimò determinatam pœnam, ſeu mortis genus per diluuium denunciat: *Finis vniuerſæ carnis venit coram me.* Et paulò pòſt, *Ecce ego adducam aquas diluuij ſuper omnem terram*, &c. Vbi ſupra num.13.& 17. toties per interualla monet, vt homines de emendatione deliberent; ſed cùm illi obdureſcant ad minas, & ad pœnitentiam obſurdeſcant, creſcit in ſingulas vices comminatio. Ac tandem, vt benè aduertit Caietanus, cùm Deus in prima, & ſecunda commi- natione

Deus in prima, & ſecunda comminatione miſericors, in tertia index. Caiet.

natione appelletur *Iehouah*, quod eſt nomen miſericordiæ: in tertia tandem appellatur *Elohim*, quod eſt nomen iuſtitiæ; vt qui miſericordem Deum contempſerunt, incidant in vltorem.

10.
Dei minæ initio ſtillæ, ſi non corripiamur, ſcintillæ.

Comminaturus Moyſes grauiſſimas pœnas populo Iſraëlitico: *Concreſcat*, inquit, *in pluuiam doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum, quaſi imber ſuper herbam, & quaſi ſtillæ ſuper gramina*, Deut. 32. n. 2. Quid ſimilitudinis, quæſo, eſt inter minas, & ſtillas; inter terrores, & rores? Plurimum quidem, dicet aliquis cum Lyran. & alijs; quia ſicut matutini rores è cælo diſtillantes, agros fœcundant; ita cæleſtes minæ in animos influentes eos corripiunt, & emendant. Sed appoſitè ad rem præſentem, dicet alius cum Procopio, quia ſicut roris ſtillæ molliter fluunt in agros; ita Dei minæ leniter illabuntur in animos. Verùm ſi peccatores blandis minarum roribus infuſi non molliantur, mirum eſt quantis à Deo terroribus flagellari exagitentur. Nam cùm ſenſit per illas placidas minas, tanquam ſtillas, apud peccatores non proficere; ſtatim in acres iras, tanquam in ſcintillas excanduit, & exarſit. *Ignis*, inquit, *ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit vſque ad inferni nouiſſima, deuorabitque terram cum germine ſuo, & montium fundamenta comburet*, &c. ibid. n. 22. Vt ſi blandis præmonitionibus non molleſcunt, duris comminationibus liquantur.

Lyran.

11.
Dei comminationes, licet aſperæ, præ inferendis tamen pœnis leniſſimæ.

Sed vlteriùs adde illas verborum minas, quamtumuis aſperas, tamen leniſſimas iudicandas, ſi cum pœnis re ipſa inferendis comparentur. Quantacunque enim in vocibus tempeſtas ſonet, ſerenitas eſt; ſi illa, quæ re verâ in impios procella debacchabitur, attendatur: adeò minas ſuperabunt pœnæ. Vnde olim Deus ad Propbetam: *Stilla*, inquit, *ad Africum, & propheta ad ſaltum agri meridiani, & dices: Ecce ego ſuccendam in te ignem, & comburam in te omne lignum viride, & omne lignum aridum: non extinguetur flamma ſuccenſionis*, &c. Ezech. 20. n. 46. Vbi, quæſo, ſunt ſtillæ, quibus agri hilareſcunt? Flammas potiùs intueor, quibus omnia depopulantur. Sed myſterium expende. Quidquid minarum à Deo in hac vita intenditur, guttula quædam eſt, ſi cum pœnis in altera vita ſubeundis conferatur. Sic enim Hug Card. exponit: *Signanter*, inquit, *dicitur ſtilla: quaſi dicat quidquid oſtenderis, & dixeris ipſi, non eſt niſi modica ſtilla comminationis meæ reſpectu eius, quod faciam.* Vnde D. Hier. *Si tanta*, inquit, *eſt ſtilla, quid de totis imbribus exiſtimas?* Meritò igitur Dominum formidabunt aduerſarij eius, cùm non gutta, aut imber: *ſed ignis in conſpectu eius exardeſcet, & in circuitu eius tempeſtas valida*, Pſal. 98. n. 3.

Dei minæ in hac vita ſtillæ, præ pœna in altera ſubeunda.
Hug Card.
D. Hier.

12.
Temporalia ſupplicia, quia leniora Deus tum ſilentio infert, æterna cum clamore, quia grauiora.

Mirabilius mihi eſt illud oraculum apud Iſaïam c. 42. n. 14. *Tacui ſemper*, inquit Dominus, *ſilui, patiens fui: ſicut parturiens loquar.* Quid hoc eſt, supreme Iudex? ſemper tacuiſti? Cuius ergo ſunt illæ voces: *Ecce ego dabo in populum iſtum ruinas*, &c. Ierem. 6. n. 21. Et illæ: *Ecce ego inducam ſuper vos gladium*, &c. Ezech. 6 n. 3. Et illæ: *Ego ero eis, quaſi leæna, ſicut pardus in via Aſſyriorum. Occurram eis quaſi vrſa raptis catulis; & diſrumpam interiora iecoris eorum, & conſumam eas ibi, quaſi leo*, &c. Oſeæ 13. n. 8. Et plures alij clamores, qui in Scriptura diuina audiuntur, ex quibus impiorum aures vulnerantur, cuius ſunt? Quid præterea? Semper patiens fuiſti. Cuius ergo iuſſu totus orbis diluuio inundauit? Geneſ. 7. n. 10. Cuius imperio Sodomorum vrbes conflagrarunt? Geneſ. 19. n. 24 Cuius nutu toto Ægyptus mari rubro hauſta eſt? Exod. 14. n. 26. Denique innumeras alias plagas, quibus in hominum genus ab Orbe condito ſæuitum eſt, quis alius vibrauit? Clamant nihilominus & verè Dominus: *Tacui ſemper, ſilui, patiens fui.* Quia licèt dura verba, ac duriora verbera humano generi ſæpiùs impegiſſet; tamen ea omnia minarum, pœnarumque exempla, ſi cùm æternis ſupplicijs comparentur, non verba, ſed ſilentia, non tormenta, ſed blandimenta quodammodo videbuntur. Quare qui illa flagella irriſerunt, cùm hæc ſenſerint, Dominum formidabunt. Redeo ad hiſtoriam.

Num. 11. Et abijt Elcana Ramatha, in domum ſuam: puer autem erat miniſter in conſpectu Domini ante faciem Heli ſacerdotis.

EXPOSITIO LITERÆ.

1.
In templis orandum non inaniter fabulandum.

ET *abijt Elcana*, &c. Finita oratione, cùm iam in templo nihil agendum ſupereſſet, in vrbem, ac domum ſuam redierunt. Neque enim templum inaniter fabulandi, aut ſpectandi, aut otiandi locus eſt; ſed piè, deuotè, ſtudioſéque orandi. Vnde D. Chryſ. hom. 2. in 2 ad Corinth. ad fin. eos, qui in templis ad confabulandum otioſi deſident, meritò vocat, non ſolùm *ignauos*, *ac diſſolutos*, ſed etiam *amentes*; quòd locum reconciliandi Deum, faciant, irritandi. Cæterùm vulgata, textum Hebraicum, & Chaldaïcum ſequuta ſolùm Elcanam exprimit abijſſe. LXX. in Biblijs Sixt. de ſola Anna videntur loqui, transferentes, καὶ κατέλιπον αὐτὸν ἐκεῖ ἐνώπιον κυρίου, καὶ ἀπῆλθεν εἰς Ἀρμαθαίμ hoc eſt; *Et reliquit eum ibi ante Dominũ, & abijt in Aramathaim.* Sed non eſt pugna. Quia Septuaginta reſpiciunt ad perſonam proximè loquentem, nimirum Annã: vulgata ad caput totius familiæ, nempe Elcanam. Alioqui vterque coniux in domum ſuam redierunt: vt patet paulò inferiùs ex n. 19. Vbi vterque iterum dicuntur è domo ſua aſcendiſſe in tabernaculum; ergo vterque è tabernaculo receſſerant in domum ſuam. Præterquam quòd Regia, & Complutenſis editio in plurali numero loquuntur, καὶ ἀπῆλθον εἰς Ἀρμαθαίμ. hoc eſt, *& receſſerunt in Aramathaim.* De Ramatha, c. 1 n. 1. ſatis dictum eſt. Ante hæc verba præmittunt Septuaginta in Syrtiana, vt diximus: *Et reliquit eum ibi ante Dominum*, ſcilicet Anna, vel Elcana, Samuelem In Regia verò & Complutenſi, pluraliter loquentes, καὶ κατέλιπον αὐτὸν ἐνώπιον κυρίου ἐκεῖ, καὶ προσεκύνησαν τῷ κυρίῳ. hoc eſt, *& reliquerunt ipſum coram Domino ibi, & adorauerunt Dominum.* Sed nouum non addunt; nam relictum fuiſſe ibi Samuelem, patet ex ſequentibus, vbi dicitur miniſter eſſe in conſpectu Domini. Adoraſſe verò parentes, ſeu vltimam tandem gratiarum actionem Deo, & poſtremum vale tabernaculo reddidiſſe, eorum pietas, & religio ſatis demonſtrat.

D. Chryſ.

Septuag. Elcanam ſimul, & Annam domum rediſſe probatur.

Septuag.

2.
Quo pacto Samuel, triennis adhuc infans, miniſter eſſe poterat.

Puer autem erat miniſter, &c. Quo pacto miniſter eſſe poterat infans triennis, qualis erat tunc Samuel, vt c. 1. n. 22. probauimus? Facilè reſpondent, qui dicunt, vires ante tempus diuinitus accepiſſe ad miniſtrandum: vt refert Dion. Carthuſ. Sed miraculum ſine fundamento adſtruere non audeo. Theod. in proœmio ad epiſt. Pauli, negat ſub id tẽporis miniſtraſſe: *Samueli*, inquit, *Propheta, cùm eſſet adhuc adoleſcentulus, ne poſtremũ quidem miniſterium a ſacerdotibus obire permiſſum eſt: immatura enim ætas eum à munere obeundo excuſabat.* Quid igitur ad Scripturam dicendum, quæ miniſtrum appellat Samuelem? Reſponderi poteſt primò, non fuiſſe miniſtrum ſtatim poſt diſceſſum parentum,

Vera ſolutio.
Dion. Carthuſ.
Theod.
Obiectio.
Prima reſponſio.

ſed

ſed nutriri in miniſterium. Duriuſcula interpretatio, quippe quam verba non ſonant, eum de præſenti miniſtro agant, non de futuro. Secundò fuiſſe quidem miniſtrum ex officio, ſed impeditum per ætatem. Hæc facilior videtur, ſed nondum omninò dubiũ tollit. Nam in Græco dicitur, λειτουργῶν, hoc eſt, *miniſtrans*, quaſi non tam poteſtas, quàm actus miniſtrandi exprimatur. Et hoc ſignificare videntur illa verba, quæ ſequuntur: *Ante faciem Heli*, hoc eſt, vt ſtatim explicabo, ex imperio Heli. Nam iubentis imperium ad actuale exercitium ſeruientis ordinatur. Tertiò ſermonem eſſe figuratum, per prolepſim, ſeu anticipationem eius miniſterij quod adultior exercebat; quæ figura frequentiſſima eſt in Scriptura. Itaque non eſt hîc ſermo de illo tempore immediatè poſt diſceſſum Annæ a tabernaculo, ſed per anticipationem de illo, in quo Samuel, per ætatem habilis iam erat ad miniſtrandum.

Secunda reſponſio

Tertia, & aptior reſponſio.

3. *Quodnam fuerit hoc Samuelis miniſterium. Secundum literatum fuiſſe aliqui autumant.* Hiſtor. Ioſeph. *Reijcitur.*

Dubium tamen eſt, quódnam fuerit hoc Samuelis miniſterium? Magiſter hiſtoriæ refert fuiſſe ſtudium literarum. Quaſi illuc adduceretur Samuel, vt literis imbueretur. Et cùm alij pueri ſacras literas, ac diuinæ legis rudimenta tam feliciter ediſcerent, vt ea promptius, quàm ſuum nomen recitarent, vt Ioſeph. lib. 2. contra Appionem teſtatur; Samuel, qui cæteris ingenio, & ſtudio præcurrebat cæteris inſtructior euaderet. Non dubito huic ſtudio Samuelem in tabernaculo vacaſſe, dubito tamen hoc eſſe illud miniſterium, de quo hîc agitur, cùm non fuerit miniſterium ſacrum, ſed etiam ad laïcos, & profanos homines pertineret. Vatabl. putat fuiſſe vſum canendi, & pulſandi inſtrumenta muſica, quam Samuel artem ab Heli ſacerdote didiciſſet, vt diuinas laudes cum cæteris Leuitis in tabernaculo modularetur. Nihilominus canendi, & muſica inſtrumenta pulſandi munus in templo, multò pòſt à Dauide fuit inſtitutum, ac Leuitis demandatum, 1. Paral. 25. à n. 1. Quare Samueli nondum hic labor ex officio incumbebat, ſed plurimũ ex imperio Heli, cui ille promptiſſimus obtemperabat. Certum igitur in primis mihi eſt, in genere fuiſſe hoc miniſterium ſacrum, quia erat in conſpectu Domini; in ſpecie verò fuiſſe ad arbitrium, & imperium Heli, quia erat *ante faciem ſacerdotis*, vt ſtatim explicabo. Verùm verò fuerit hoc miniſterium Leuiticum dumtaxat, an etiam ſacerdotale, & proinde, fueritne Samuel Leuita tantùm, an etiam ſacerdos; difficultas eſt non exigua, ſequenti annot. vberiùs explicanda.

Vatabl. *Refellitur Vatabl. exiſtimans fuiſſe vſum canẽdi, & pulſandi muſica inſtrumenta.*

Vera expoſitio.

4. D.Greg. *In conſpectu Domini ſtare, idem eſt, ac Deo placere, &c.*

In conſpectu Domini, &c. D.Greg. ſic interpretatur: *Erat miniſter gratus oculis Domini*. Id enim, quod in conſpectu Domini, ſeu in oculis Domini, ſeu in facie Domini, ſeu coram Domino fuiſſe dicitur, Domino gratum ſignificatur. *In conſpectu*, inquit, *Domini eſt, quem diuina dignatio libenter aſpicit*. Vnde Dauid metuebat proijci *à facie Domini*, Pſal. 50. n. 13. hoc eſt, *Domino diſplicere*. Et optabat venire, & apparere *ante faciem Domini*, Pſalm. 41. n. 3. hoc eſt, Domino placere. Et Helias gloriabatur, quòd ſtaret *in conſpectu Domini*, 3. Reg. 17. n. 1. hoc eſt, quòd Domino non ingratus deſeruiret. Ad Abrahamum verò dicitur: *Ambula coram me*, Geneſ. 17. n. 1. ſeu, vt Chaldæus vertit, *Ambula in timore meo*; ſeu, vt Septuaginta transferunt, εὐαρέστει ἐνώπιον μου. hoc eſt; *Complace coram me*. Non aliter & Samuel miniſter erat in conſpectu Domini, quia gratus Domino ſeruiebat. Simplicior tamen, ac planior eſt interpretatio Abulenſ. miniſter erat in templo. Cùm enim Deus peculiari quodam modo dicatur in templo habitare, quidquid in templo fit, fieri dicitur in conſpectu Domini. Sed quid illud: *Ante faciem Heli ſacerdotis*? D. Greg. ad ſenſus nimis allegoricos diuagatur. Chaldæus vertit: *In vita Heli ſacerdotis*. Vt ſignificet Samuelem, quamdiu vixit Heli, in templo permanſiſſe, non exiturum fortaſsè, niſi mortuo Heli in iudicis munus ſucceſſiſſet. Germana reſponſio: Miniſter erat ante faciem Heli, Hoc eſt, ad nutum, & imperium Heli: quemadmodum & illud 3. Reg 10. n. 8. *Beati ſerui tui, qui ſtant coram te ſemper*: hoc eſt, qui tibi ad nutum famulantur.

Chald. Septuag.

Abul.

Ante faciem Heli, id eſt, ad imperium Heli. D Greg. Chald.

5. *Bonus diſcipulus, & ſubditus ſub malo magiſtro & prælato: & à contra.*

Vbi aduerte, quamuis Samuel perfectiſſimè obtemperauerit Pontifici Heli deſidi, & ignauo ſui muneris curatori; adhuc nihilominus ipſum ſedulum, ac ſolicitum ſui miniſterij exequutorem extitiſſe: nec Pontificis ſocordiam efficere potuiſſe, vt diligens in ſuo officio miniſter dormitaret, ne quis ſubditus ad ſuam negligentiam excuſandam, ſui Prælati ignauiam cauſetur. Quod rectè expendit D.Pet.Dam. ep. 16. c. 28. in 3. tom. Biblioth. 2. editionis: *Planè*, inquit, *nec virtus ordinantium eis augmentum eſt, qui per ſiniſtra gradiuntur: nec rurſus eorum prauitas illis officit, qui per lineam rectæ conuerſationis incedunt*. Quod ſtatim confirmat exemplo Samuelis diligentiſſimi ſub ignauo præceptore, & Nicolaï peſſimi ſub optimis Prælatis. *Quid enim*, inquit, *Samueli præiudicaſſe cognoſcitur, quòd Heli diſcipulus fuit? Aut quid profuit Nicolao, quòd eum Apoſtolica electio in gradum Leuiticæ adminiſtrationis aſſumpſit?* Imò vlterius obſeruat, neque prauam filiorum Heli ſocietatem Samueli nocuiſſe, neque optimam cum Stephano conſuetudinẽ Nicolaum ad pietatem excitaſſe. *Ille*, inquit, ſcilicet Nicolaus, *cum Stephano ſimul impoſitionem Apoſtolicæ manus accepit, & perijt: iſte in Ophni, & Phinees prauitatem non conſenſit*. Vt ſcilicet intelligamus, quamuis eorum mores, quibus vtimur, aut quibus paremus, multùm nobis obeſſe, aut prodeſſe poſſint ad pietatem; nihilominus noſtro non propoſito, ac voluntate, vel regredi, & prolabi in diuinæ legis obſeruantia, vel progredi, & excitari ad ſtudium pietatis.

D.P. Dam.

ANNOTATIO XVII.

CIRCA LITERAM.

Fueritne Samuel Sacerdos, an Leuita.

1. *Cur hic quæſtio agitetur.*

POTVIT hæc difficultas varijs in locis huius capitis, & ſequentium, ventilari. Sed quia hîc primus occurrit, in quo de Samuelis miniſterio ſermo fit, non cenſui in vlteriorem aliquem locum differendam: præſertim cùm præuia eius cognitio ad aliorum intelligentiam non parum requiratur.

SECTIO I.

Sacerdotem fuiſſe, quid ſuadere videatur.

2. *Patrum auctoritas pro hac parte.*

DVo præcipuè, auctoritas & ratio. Auctoritas multorum Patrum, qui Samuelem conſtantiſſimè appellant, Sacerdotem. Quorum diſerta verba

verba maióris fidei faciendæ gratiâ in medium A
D Ignat. mart. proferentur. In primis D. Ignatius martyr Epiſco-
pus Antiochen.epiſt.6.ad Magneſianos : *Saul*, in-
quit , *honore priuatur regio , non expectans ſummum*
D.Cypr. *ſacerdotem Samuelem.* D. Cypr. in epiſt. ad Rogat.
docens Saülem creatum à Deo in Regem, pro iu-
dice Samuele , hanc rationem huius diuinæ pro-
uidentiæ ſtatim ſubdit:*Vt contemptus*.inquit , *ſacer-
dos de ſuperbo populo vltione diuina vindicaretur* : hoc
eſt , pro Samuele ſanctiſſimo Sacerdote regnauit
Saül ſceleratiſſimus Rex , vt ſuperbus populus,
qui ſacerdoris mitiſſimum imperium ferre non
potuit , regis tyrannidem duriſſimam pateretur.
D. Chryſ. D.Chryſ. hom.de Anna,comparans ipſam Annam
geſtantem in vtero Samuelem cum naui merci-
bus plena : *Vterum*,inquit, *pretioſo theſauro onuſtum.* B
*Neque enim aurum , argentúmve portabat ; ſed Pro-
phetam, ſed ſacerdotem.* Et rurſus hom. 2. de Anna:
Domus, inquit , *ipſius* (nempe Annæ) *iam erat facta
templum , vt qua Prophetam , ac ſacerdotem intra ſe*
D.Hier. *contineret.* Clariùs D. Hieron.in epiſt.1.ad Cor.c.1.
ſub initium , quippe qui non ſolùm verbis , ſed
etiam rationibus rem confirmat : *Proprium*, inquit,
*eſt ſacerdotum inuocare Dominum. Vnde Pſalmiſta
dicit : & Samuel inter eos , qui inuocant nomen eius.
Quem ſacerdotem fuiſſe illa res probat , quia & ſacer-
doti ſucceſſit , & hoſtias offerebat. De quo etiam ſecun-
dum hiſtoriam dictum eſt ; Suſcitabo mihi ſacerdotem* C
fidelem, &c.

3. D.Aug. D.Auguſt. lib. 17. ciuit. cap.4. *Heli*, inquit, *ſa-
cerdote reprobato , ſubſtitutus eſt in Dei miniſterium
Samuel , ſimul officio functus ſacerdotis , & iudicis.*
Idem rurſus in Pſal.98. *Factus eſt*,inquit,*Samuel ſa-
cerdos magnus , ſacerdos ſanctus illo tempore.* Et lib. 2.
retract cap.43.docet Samuelem fuiſſe de filijs Aa-
ron , qui omnes erant ſacerdotes , & retractat ſe,
quod lib. 17. ciuit. cap.5. oppoſitum aſſeruerit. Et
eodem lib.retract.cap.55.*Samuel*,inquit , *ſummo ſa-
cerdoti Heli ſucceſſit* (vtique in ſummum ſacerdo-
rium , de quo ibi ſermo erat) *cum ſacerdotis filius
ipſe non eſſet; ſed tamen ex filiis , hoc eſt , ex poſteris eſ-* D
Difficilis D. Aug. locus. *ſet Aaron.* Quamuis in vtroque loco retractatio-
num,perplexa,ne dicam pugnantia,loquutus fuiſ-
ſe mihi videatur. Nam cùm negauerit , & rectè,
Samuelem fuiſſe filium ſacerdotis,aſſerit nihilomi-
nus fuiſſe de filijs Aaron; quæ duo non cohærent,
D Ambr. cùm omnes filij Aaron fuerint ſacerdotes.D Amb.
ſerm.18. in Pſ.118. loquens de Dauide à Samuele
inter reliquos fratres natu maiores vncto in Re-
gem,1.Reg.16.n.5. *Dauid*,inquit, *non oblatus eſt ſa-
cerdoti , quaſi indignus , qui vngeretur in regnum; ſed à*
D Bern. *ſacerdote quaſitus,& accerſitus a paſcuis.*D.Bern.in ſuis
ſententijs : *Tres*, inquit , *in ſacerdotium aſſumuntur,
Moyſes, Aaron, & Samuel.* Et cùm de duobus prio-
ribus conſtet,quòd fuerint ſacerdotes ; idem vide- E
Seu.Sulp. tur ſentire de tertio, Samuele. Seuer. Sulpit.lib.1.
ſacræ hiſt. in tom. 7. Biblioth. ſecundæ editionis:
Ea , inquit , *tempeſtate Samuel ſacerdos Hebræis præ-
erat.* Et paulò pòſt ait : Saülem illicita præſum-
ptione *ad vicem ſacerdotis* (id eſt , Samuelis) holo-
Beda. cauſtum obtuliſſe. Beda lib.2.in Reg cap.5.ad illa
verba Samuelis : *Abſit à me hoc peccatum in Domino,
vt ceſſem orare pro vobis*, 1.Reg.12. num.23. *O exi-
mium*,inquit,*fraternæ dilectionis exemplum! De duca-
tu innocens, imò etiam ſanctiſſimus Propheta, & Sacer-
dos eiicitur, & peccatum ducit in Dominum,ſi ipſos ſuos
eiectores ad æterna gaudia ſubleuare orando pariter , &
admonendo non ſatagat.*

4. D.Proſp. Aquit. D. Proſper Aquitanus de promiſſionibus , &
prædictionibus , part.2. cap.24. vocat Samuelem,
Vualf. *ducem, Sacerdotem, & Prophetam* ; & hac triplici di-
gnitate fuiſſe Chriſti Domini typum. Vualfridus

A libro de rebus Eccleſiaſt. cap.12. *Dominus*, inquit,
*Samuelem , quia fideliter in domo Domini miniſtrauit,
reprobato ſene , in Prophetam , Sacerdotem , & ducem
elegit.* Quintus Iulius in libello de mundi duratio- Q. Iul.
ne : *Huic*, inquit, id eſt, Heli, *ſucceſſit Samuel, etiam
ipſe Sacerdos.* Hoc etiam videtur ſentire D. Grego- D Greg. Naz.
rius Nazianzenus orat. 40.dum ait, Samuelem in
lucem editum ſtatim conſecratum , & *cum ſacerdo-
tali ſtola* educatum fuiſſe. Adſtipulari videtur D. D.Cyril. Alex.
Cyrillus Alexandr. in collectaneis ex lib. 1. Reg.
vbi loquutus de occiſione Regis Agag per Sa-
muelem facta, 1.Reg.15.num.23. *Eum*, inquit, *oc-
cidet zelo motus Sacerdos.* D. Iſidorus lib. 1. in Reg D.Iſid.
cap. 1. *Commutatum* , inquit, *ſacerdotium in Samue-
lem, reprobato Heli : & commutatum regnum in Da-* B
*uid , reprobato Saule , exclamat prænunciari nouum
ſacerdotium, verúmque regnum, reprobato veteri* , &c.
Et paulò pòſt : *Ipſa Samuelis Sacerdotis ſucceſſio , no-
uum ſempiternúmque ſacerdotium præfigurabat* Vbi
eodem modo loquitur de commutatione ſacer-
dotij in Samuelem,& regni in Dauidem,ac proin-
de quemadmodum Dauid fuit verus Rex ; ita &
Samuelem verum fuiſſe ſacerdotem ſignificat. In-
nuere videtur D. Anſelm. in 1. Timoth.3.num.3. D.Anſelm.
ibi : *Non cupidum.* Vbi; *Cupiditatem*, inquit, *eſſe vi-
tandam ſacerdoti , & ipſe Samuel exemplo ſuo docet,
nihil ſe cuiquam rapuiſſe, coram populo probans.* Idém-
C que rurſus videtur ſignificare ad Tit. 1. num. 6.
ibi : *Filios habens non ſubditos.* Vbi docet , Samue-
lem propter filios ſuos *indignum ſacerdotio* putan-
dum non eſſe ; quia non ſemper filiorum culpa
refunditur in parentes. Quo loco non obſcurè
ſupponit, Samuelem fuiſſe ſacerdotem. Iouinian. Iouin.
apud D. Hieron. in 1. libro, quem aduersùs illum
edidit, ſub initium ; dicit *Samuelem filios procreaſſe,
nec ſacerdotalem pudicitiam vxoris imminutam eſſe
complexu* Nicephor lib.2. hiſtor. Eccleſiaſt. cap. 4. Niceph.
Samuel, inquit, *ſimul Propheta, & Sacerdos , & Iudex
populi fuit.*

Petrus Bertrandus Cardinalis, & Epiſcopus 5.
D Vienneuſis in tract. de origine , & vſu iuriſdictio- Pet.Bert.
num , quæſt.3. *Samuel*, inquit, *Propheta , ſimul fuit
Sacerdos , & Princeps populi in temporalibus.* Naucle- Naucler.
rus lib. 1. generat. 32. *Hoc anno* , inquit , *Samuel
ſanctiſſimus Propheta Domini , Hebræorum Sacer-
dos , & Iudex , poſt Heli , populum rexit. Sacerdotem*
etiam vocat Cedrenus in annalibus , & Lucifer. Cedren.
lib. vno , de non parcendo in Deum relinquenti- Lucifer.
bus,& Carolus Sigon. de rep. Hebræorum, & Na- C. Sigon.
clantus in medulla Scripturæ ad quartam mundi Naclant.
ætatem , & Georgius Ederus in ſua Oeconomia Georg Eder.
Biblioth. & Angelomus in prologo Reg. & alij. Angelom.
Atque hæc videtur pro hac parte non exigui pon-
deris auctoritas.

E Ratio verò eſt , quia nemo in lege veteri , niſi 6.
Sacerdos , ſacrificium Deo offerre poterat ; atqui *Ratio pro*
Samuel obtulit;ergo fuit Sacerdos. Conſequentia *hac parte*
patet. Minor conſtat 1.Reg 7.n 9.vbi expreſsè di- *Nemo , niſi*
citur ſacrificium obtuliſſe. Maior certiſſima habe- *ſacerdos , ſa-*
tur ex diuina lege , ſtatuente , vt Aaron , & alij *crificare po-*
eius ſacerdotio obeundo initiarentur, Exod. 29. à *terat.*
num.4.Leuit.8. à num.2. Num.3 n.10. Quo vlti-
mo loco capitalis pœna decernitur in eum , qui
cùm non ſit Sacerdos , ſacerdotale munus vſurpa-
rit. Vnde Core, qui non erat Sacerdos,& nihilo-
minus volebat ſacrificare , repentina morte luit
temeritatem , Num.16. n. 31. Saül , qui ſacerdo-
tali miniſterio ſe ingeſſit, cùm non eſſet Sacerdos,
regnum amiſit, 1.Reg.13.à n 9. Ozias, cùm vellet
adolere incenſum , quod ad ſacerdotes pertinebat,
lepra percuſſus,non ſolùm à templo , ſed etiam ab
vrbe coactus eſt exulare , 2.Paral. 26. à n.16. ergo
nemo,

nemo, niſi ſacerdos, poterat ſacrificare. Cùm igitur Samuel ſacrificium offerens, à nemine accuſetur de culpa, à nemine condemnetur ad pœnam; fit vt nihil ſibi indebitum vſurpaſſe, ſed ſacerdos ſacerdotium obijſſe cenſeatur.

7. *Confirmatur primò.* D.Aug. *Vnus Samuel in ſacerdotio ſucceſſiſſe videtur.*

Accedit multiplex confirmatio. Vna, quia Samuel in locum, & dignitatẽ Heli ſucceſſit, vt præter alios auctores ſuprà citatos tradit etiã D. Aug. lib. 17. ciuit. cap. 5. ergo cùm Heli duplicem dignitatem habuerit, pontificiam, & iudiciariam, vtramque obtinuit & Samuel, præſertim cùm non appareat, ad quem alium pontificia dignitas tranſierit: nam ex filijs Heli nullus parenti ſuperuixit; ex nepotibus vnus Achitob, quamuis ſuperſtes, tamen ſummo ſacerdotio obeundo parem ætatem non habebat. Altera, quia Samuel geſtabat Ephod, quam veſtem ſacerdotalem fuiſſe non obſcurè Theod. & Procop. ſupponunt; imò & D. Greg. Nazianz. orat. illa 40. *ſtolam ſacerdotalem* diſertiſſime appellat. Tertia, quia hoc ipſo cap. num. 35. dicit Deus: *Suſcitabo mihi ſacerdotem fidelem.* Quod D. Hieron. citatus de Samuele ad literam interpretatur; & de eodem interpretandum innuit D. Aug. lib. 17. ciuit. cap. 5. quamuis de Chriſto Domino ſpiritualiter exponat. Atque hæc ſunt pro hac parte fundamenta.

Theod. Procop. D Greg. Naz. Confirmatur ſecundò. Ephod veſtis erat ſacerdotalis. D Hier. Confirmatur tertiò. D.Auguſt.

SECTIO II.

Leuitam fuiſſe Samuelem quid demonſtret.

1. *Leuitam eſſe, auctoritate demõſtratur.* Clem. Alex.

AVctoritas pariter, & ratio: vtraque, niſi fallor, efficacior, quàm quæ oppoſitæ ſententiæ adſtipulatur. In primis Clem. Alexand lib. 1. ſtrom. num. 11. docet Samuelem mortuum fuiſſe, cùm eſſet Pontifex Abimelech; ergo ſaltem ſummus Sacerdos non fuit Samuel: ne duo ſimul Pontifices dentur contra diuinam legem, quæ Pontificatum primogenito Pontificis filio, qui vnicus tantùm eſſe poteſt, tribuebat, vt paulò inferiùs oſtendemus. Deinde D. Hieron. qui magnus prioris ſententiæ patronus videbatur, hanc noſtram procul dubio tuetur. Nam lib. 1. aduersùs Iouin. ante medium: *Noſcendum*, inquit, *quòd Samuel Leuita, non Sacerdos, non Pontifex fuerit.* Quid apertius? Nec ſolùm verbis, ſed etiam rationibus rem confirmat. Prima ab habitu, quo vtebatur: *Quia*, inquit, *faciebat illi mater ſua Ephod bad, ſuperhumerale, videlicet lineum, qui habitus propriè Leuitarum, & minoris eſt ordinis.* Secunda à teſtimonio Dauidico: *Quia in Pſalmis*, inquit, *non nominatur inter ſacerdotes, ſed inter eos, qui inuocant nomen Domini. Moyſes*, inquit, *& Aaron in ſacerdotibus eius; & Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius*, Pſalm. 98. n. 6. Tertia, à genere, quod ibi D. Hieron. per Samuelis progenitores euoluit, & retexit vſque ad Leui, quin incurrat in Aaronem: vnde fit, eſſe Leuitam, cùm deſcendat ad Leui, non ſacerdotem, cùm ad Aaronem, ex quo tantùm ſacerdotes deſcendebant, non referatur.

D.Hieron. Primum fundamentũ Hieron. Secundum fundamentum. Tertium fundamentũ.

2. *Difficilis D Hieron. locus enucleatur.* Victor.

Sed quid illud D. Hieronymi in epiſt. 115. ad Damaſum quæſt. 3. *Samuel*, inquit, *Propheta connumeratus Moyſi in ſacerdotio*, &c. Vbi videtur Samuelem vnà cum Moyſe includere in chorum ſacerdotalem? Reſpondet Victorinus eius interpres, caſtigandam eſſe hanc lectionem, & pro, *in ſacerdotio*, reponendum eſſe, *in pſalterio*; quod probat, tum quia ita habent ſeptem codices Florentini manuſcripti: tum quia ex Pſalmo ad quem D. Hiet. alludit, non conſtat Samuelem inter ſacerdotes, ſed inter eos, qui inuocant nomen Domini numeratum. Rurſus idem Hieron. in epiſt. 130. ad Marcellam: *Samuel*, inquit, *Leuites fuit.* Quod paulò pòſt probat ex veſte, quia geſtare dicebatur אפוד בד *Ephod bad*, hoc eſt, *ſuperhumerale*; ſeu, *tunicam lineam*; lineam, inquit, vt diſtingueretur à pontificio Ephod, quod ex auro, hyacintho, purpura, cocco, byſſóque contexebatur, vt ex dicendis ad num. 18. clariùs patebit. Quin etiam in loco epiſt. ad Corinth. ſuperiori ſect. citato fatetur D. Hier. Samuelem non fuiſſe de genere Aaron: ac proinde ſignificat, non fuiſſe ſacerdotem, ex lege, quidquid ſit de priuilegio; de quo ſtatim. Adde illos commentarios in epiſtolas ad Corinth. nomine D. Hieronymi inſcriptos, non eſſe proprios, ac legitimos fœtus D. Hieronymi, cùm falſas, & Pelagianas ſententias includant, vt Card. Bellarm. de ſcriptoribus Eccleſ. aduertit. Vnde auctoritas contra noſtram aſſertionem inde deſumpta, nobis parum negotij faceſſit.

Explicatur locus D. Hier. pro cõtraria parte ſupra adductus. Commẽtary in epiſt. ad Cor. falsò D.Hieron. tribuuntur. Bellarm.

3. D.Auguſt. *Quibus rationibus Auct. quæſtionum ex veteri Teſtamento hãc ſententiam tueatur.*

Iam verò D. Auguſt. pro contraria ſententia citatus, facilè in hanc poſteriorem traheretur, ſi ille eſſet auctor quæſtionum ex veteri Teſtamento, quæ in 4. eius operum tomo circumferuntur. Nam is auctor, quicunque eſt, tam acriter hanc partem tuetur, vt dicat *ignorantiam*, imò *errorem*, eorum opinionem, qui putant Samuelem fuiſſe ſacerdotem. Quod probat, tum quia Deus in lege veteri voluit ſacerdotes, *naſci, non fieri*; cùm igitur Samuel non fuerit natus ſacerdos ex filijs Aaron, planè ſacerdos non fuit: tum quia Dauid Pſal. illo 98. citato ſacerdotalem, & Leuiticam dignitatem ita ſeparauit, vt priorem quidem Moyſi, & Aaroni: poſteriorem verò tribueret Samueli: tum quia Elcana pater Samuelis non fuit ſacerdos, nam aſcendebat in templum ſtatutis temporibus ad offerendas hoſtias per ſacerdotes, quaſi ipſas per ſe, cùm non eſſet ſacerdos, offerre non poſſet: & quia habebat vno tempore duas vxores, quod quamuis tunc alijs hominibus, tamen ſacerdotibus non licebat; ergo neque eius filius Samuel, nam ſacerdos non niſi ex ſacerdote naſcebatur: tum quia filij Samuelis non fuerunt ſacerdotes, ſed tantùm iudices populi, vt ex cap. 8. num. 1. patebit; ergo neque eorum pater, nam ex patre ſacerdote, non niſi ſacerdotes filij naſcebantur: tum denique, quia Anna naſciturum filium vouit Domino, & natum conſecrauit; ergo non fuit ſacerdos, quia hic ex diuina lege erat altari, ac tabernaculo deputatus, nec oportebat, vt per nouum votum deputaretur; ſolùm igitur fuit de numero Leuitarum: Leuitæ autem, cùm eſſent liberiores, præſertim ante Dauidem, qui eos poſtea ſtrictioribus legibus & functionibus obeundis in tabernaculo addixit, faciliùs poterant per votum in tabernaculi miniſterium obligari. His argumentis (quæ quid valeant, interim non expendo, quia nondum rationes profero, ſed auctoritatem) noſtram hic auctor ſententiam confirmat, vt in ea certiſſimus ſtare videatur.

4. Ioſeph.

Accedit Ioſephus, qui lib. 5. antiq. in fine, aliàs in principio 6. docet Elcanam, & proinde Samuelem Leuitam fuiſſe. Et paulò inferiùs citat diuinum oraculum, referens, ſacerdotium à familia Heli in familiam Eleazari migraturum, quod impletum fuit, cùm migrauit ad Sadoch; vt ſuo loco explicabo; ergo non ad Samuelem, qui non erat ex familia Eleazari, hic enim erat nepos Aaronis; ex quo tamen Samuel non deſcendebat. Philo Hebræus lib. de temulentia, vocat Samuelem,

Philo.

Regnm,

Regum, Prophetarúmque maximum; ſacerdotem non appellat, vocaturus quidem, ſi fuiſſe exiſtimaret. Magiſt.hiſtor. planè ediſſerit Samuelem non fuiſſe Aaronitam necproinde ſacerdotem. Idem tenet D. Thom. in c 7. epiſt. ad Hebr. lect. 3. Arboreus lib. 17. Theoſophiæ c. 4. dicens, hoc eſſe Auguſtinianam aſſertionem in illa quæſt. citata ex veteri Teſtamento, ſi D. Aug. illius eſt auctor. Aſſentiuntur interpretes communiter in libros Reg. Beda, Raban. Dion. Hug. Card. Lyr. Caiet. Abul. & rurſum interpretes in Pſ. 98. n. 6. vbi obſeruant Samuelem non inter ſacerdotes, ſed inter imploratores diuini nominis connumeratum. Quibus adde Cantapetrenſem lib. 1. Hypotypoſ. c. 13. Genebr. lib. 1. Chronol. anno mundi 3066. Torniel. tom. 1. annal. anno mundi 2901. Sabellicum, & alios.

M. hiſt. — D Thom. — Arbor. — Beda — Raban. — Dionyſ. — Hug. Card. — Lyran. — Caiet. — Abul. — Cantapet. — Genebr. — Torniel. — Sabellic.

5. *Firmum huius ſententiæ fundamentum.*

Omnium fundamentum eſt, quia ſacerdotes omnes erant de familia Aaron, extra quam nemini ſacerdotio fungi permittebatur, vt patet Exod. 9 à n 4 Leu. 8. à n. 2. Num. 3. n. 10. & Num. 18 n. 1. & 7. & 1. Par. 23 n. 13. & 2. Paral. 26 n 18. & Heb 5. n. 4. & c. 7. n. 13. & 14. Atqui Samuel non erat de familia Aaron, vt iam oſtendimus c. 1. n. 1. §. 12. ex 1. Paral. 6. à n. 33. vbi omnes Samuelis progenitores vſque ad Leui, generis auctorem, euoluuntur, quin vnquam in Aaronem incurratur: Samuel enim deſcendebat quidem à Leui, & eius filio Caath, non tamen per huius primogenitum Amram patrem Aaronis, ſed per ſecundogenitum Iſaar patrem Core: ergo non fuit ſacerdos. Quæ ratio, meo iudicio, tam eſt efficax, vt aliarum confirmationum patrocinium, quod multiplex eſſe poteſt, non requirat.

6. *Soluitur Patrum auctoritas pro contraria parte adducta. Quo pacto dici potuit Samuel ſacerdos. Primò propter dignitatem.*

Igitur quæ in oppoſitam partem auctoritas, & ratio affertur, facilè eneruatur. Quod enim attinet ad auctoritatem, tripliciter dici potuit Samuel à ſanctis Patribus ſacerdos. Primò propter dignitatem. Ita filij Dauid, qui nec erant è tribu Leuitica, nec ſacris initiati, nec templi miniſteriis addicti, ſed ex tribu Iuda, tractandis armis intenti, rebúſque ciuilibus curandis aſſueti, *ſacerdotes* appellantur, 2. Reg. 8 n. 18. hoc eſt *principes aulæ* vt Septuaginta, & Pagninus tranſtulerunt, & D. Petr. Dam. lib. 2. epiſt. epiſt. 20 quæ eſt in ordine 41. interpretatur. Nec opus eſt, vt ad aliquos filios adoptiuos ipſius Dauidis, qui propriè fuerint de tribu ſacerdotali, recurramus: tum quia non conſtat quempiam huiuſmodi à Dauide adoptatum, tum quia interpretes communiter de naturalibus, non de legalibus filiis exponunt. Nec immeritò. Nam iidem filij Dauid, qui cit. Reg. loco ſacerdotes dicuntur, poſtea 1. Par. 18. n. 17 vbi eadem hiſtoria refertur, dicuntur *primi ad manum Regis*. Quia non erat aliud, eſſe ſacerdotes, quàm primatum, ſeu primariam dignitatem apud Regem obtinere.

Septuag. — Pagnin. — D. Pet. Dam.

7. *Sacerdotes pro principibus aliquando vſurpantur.*

Nec inſolens eſt hæc in ſacris literis loquutio. Nam Ietro dicitur, *ſacerdos Madian*, Exod. 18. n. 1. qui erat princeps terræ Madian, vt Gloſſ. & Mag. hiſtor. iuxta Chaldæum interpretantur. Putiphar dicitur ſacerdos Heliopoleos, Gen. 41. num. 45. hoc eſt, *dux*, ſeu *princeps*, vt Chaldæus transfert, & nonnulli Hebræorum potiùs exiſtimant Et clariùs: *Ira Iairites erat ſacerdos Dauid*, 2. Reg. 20. num. 26. quia, vt Pagn. ex Hebræo vertit, erat *princeps ipſi Dauid*, hoc eſt apud Dauidem, ſeu in domo regia Dauid, ſeu intimus Dauidis familiaris, per quandam ad Deum analogiam: nam ſicut Dei, ita & Regis familiares intimi, ſacerdotes dicebantur, vt ita Rex ad ſuum intimum obſequium, non tam ſeruos, vt cæteri homines, quam ſacerdotes, vt ipſe Deus, adſciſcere videretur. Itaque ſacerdos Dauid erat præcipuus Dauidis amicus, & familiaris. Vnde aliqui Rabbini benè colligunt, non fuiſſe propriè ſacerdotem, quia hic non erat vnius Regis, ſed totius populi. Imò vox Hebræa כהן *cohen*, non ſolum ſacerdotem, ſed etiam principem ſignificat, à verbo כהן *cahan*, quod non ſolum ſignificat miniſtrare in ſacris; ſed etiam decorare, ſeu ornare more regio. Vnde illud, *Quaſi ſponſum decoratum corona*, Iſai. 61. n. 10. verti poteſt ex Hebræo: *Quaſi ſponſum conſecratum*; eſt enim ibi verbum יכהן *iecahen*, id eſt, *conſecrabit*, ſeu *decorabit*. Atque adeò eodem verbo ſignificatur regius ornatus, quo ſignificari ſolet ſacerdotalis cultus. Itaque Sacerdos, & princeps, ſeu vir primarius in Scriptura aliquando coincidunt. Et eſt optima tranſlationis ratio, vt D. Pet. Dam. citat. aduertit. Nam cùm ſacerdos ſit magiſter, & doctor totius populi, eámque ob cauſam in maximo honore, ac veneratione ab omnibus habeatur; fit, vt quiſquis à populo colitur, tanquam vir primarius, is nonnunquam ſacerdos appelletur. Hanc igitur ob cauſam non immeritò potuit Samuel, qui totius erat populi iudex, & magni ab omnibus fiebat, ſacerdos appellari. Vide Pined. Iob. 1. num. 5. & c. 12. n. 19.

Gloſſ. — M Hiſt. — Chald. — Pagnin. — *Principum familiares cur ſacerdotes dicantur.* — *Cur ſacerdos, & princeps aliquando coincidant.* — D. P. Dam. — Pined.

8. *Secundò dici potuit Samuel propter ſanctitatem.*

Secundò, propter ſanctitatem. Quo pacto D Irenæus l. b. 4. c. 20. loquutus de Dauide panes propoſitionis manducante: *Sacerdos*, inquit, *ſcitus fuerat David*. ſcilicet, propter corporis, & animi puritatem, qua accelleraт ad manducandum. Et in eodem ſenſu ſubdit: *Omnes iuſti ſacerdotalem habent ordinem*. Concinit D. Ambroſ. lib. 5. in Luc. cap 6. vbi quærens, qua fiducia Dauid panes propoſitionis attrectare, & manducare auſus fuerit? triplicem reddit rationem. Vnam, *vt per illam*, inquit, *demonſtraret figuram, ſacerdotalem cibum ad vſum tranſiturum eſſe ſacerdotum*. Quod in Eccleſia experimur, in qua omnes non tantum ſacri, ſed etiam profani Euchariſtico conuiuio reficiuntur. Alteram, *Quòd omnes*, inquit, *vitam ſacerdotalem debemus imitari*. Sicut enim omnes in victu, ita & in vita, ſancta ſcilicet, & impolluta, cum ſacerdotibus æquum eſt, vt communicemus. Tertiam. *Quia omnes*, inquit, *filij Eccleſiæ ſacerdotes ſunt. Vngimur enim in ſacerdotium ſanctum, offerentes noſmetipſos Deo, hoſtias ſpirituales*. Nam ſicut ſacerdotes externis diuinæ religionis ſacrificiis operantur; ita par eſt, vt & nos internis propriæ mortificationis ſacrificiis operemur. Eandem doctrinam expreſſit D. Hier. in c. 2. Sophon. vbi Dauidem ab eximia ſanctitate non ſolum ſacerdotem, ſed etiam antiſtitem, hoc eſt, Pontificem appellat: *Dauid*, inquit, *non erat de ſacerdotibus, nec licebat ei comedere panes propoſitionis: ſed quia per ſingula creſcebat opera, & perſequutio Saul virtutum illius profectus erat; propterea in fuga ſua, dum neſcit, ſubitò antiſtes efficitur, & accipit panes propoſitionis, & non violat mandatum Dei*. Tanta ſcilicet erat regis ſanctitas, vt in ſanctitatem ſacerdotalem, imò & hac excellentiorem pontificiam tranſiiſſe videretur.

D Iren. — *Dauid propter eximiã ſanctitatem ſacerdos.* — D. Ambr. — D. Hieron. — *Imò antiſtes.*

9. *Admirabile Dauidis ſacrificium.*

Tanto à ſacerdote quantum Deo ſacrificium offerri oportebat? Tale quidem obtulit Dauid, 1. Reg. 24. à n 4. cum in ſpelunca diliteſcens, non Saülem eò imprudenter ingreſſum, ſed proprium appetitum in Saülem vehemẽter excandeſcentem, vicit, ac ſubegit, victúmque, atque ſubactum Deo immolauit; imò ſuis etiam militibus perſuaſit, vt ſuam quiſque iracundiam in Saülem acriter agitatam mactaret, & ſacrificaret. Nam, vt benè D. Chryſ. homil. 2. de Dauid, & Saüle: *Præfuerat*, inquit, *illis Dauid, non vt belli dux militibus, ſed vt ſacerdos; iámque ſpelunca illa erat Eccleſia*. Et ſtatim de ipſo Dauid: *Epiſcopi*, inquit, *ſortitus munus, ſacrificium obtulit; idque admirabile, dictúque incredibile: haud quidem mactato vitulo, aut occiſo agno; ſed quod his erat multò honorificentius, manſuetudinem, & humanitatem offerens*

D Chryſ. — *Honorificum fuit ipſum ſacrificium.*

A *Deo, atque irrationabili animi motu mactato, occiſaque iracundia. Et factum eſt idem tum victima, tum ſacrificus, tum altare ſiquidem & ratio, quæ offerebat manſuetudinem, & ipſa manſuetudo, denique cor, in quo hæc offerebantur, omnia erant eiuſdem hominis.*

10. *Propriam ſacerdotum hæreditatem, Deum ſcilicet, Dauid ſpiritualis ſacerdos ſibi arrogabat.* D.Aug.

En ſacerdos, quem non externa, ſed interna vnctio charitatis conſecrauit. Vnde cùm ſola tribus Leuitica maneret ſine ſorte in terra promiſſionis, ſolo Deo pro ingenti patrimonio contenta, vt patet Num. 18. n. 20. & Deut. 10. n. 9 & Ioſ. 13. n. 33. tamen Dauid, qui erat de tribu Iuda, in morem Leuitæ loquutus: *Dominus*, inquit, *pars hæreditatis meæ*, Pſalm. 15. num. 5. & iterum: *Pars mea Deus in æternum*, Pſal. 72. num. 26. Quod D. Aug. q. 16. in Deut. expendens, quærit, quo iure Dauid, cùm non eſſet B de tribu ſacerdotali, tamen ſacerdotalem ſibi hæreditatem arrogaret? Et reſpondet, id feciſſe in typum noui, ac legalis ſacerdotij in Eccleſia futuri. Addo, ipſum Dauidem, ſi non legalem, certè ſpiritualem ſacerdotem extitiſſe, vt ex dictis conſtat: & proinde qui ſacerdotalem ſanctitatem exæquabat, digniſſimum eſſe, qui ſacerdotalem hæreditatem occuparet.

11. *Eleazarus ob excellentē ſanctitatem ſacerdotum ſacerdos dicitur.* D.Amb. *Iſaias licèt ex regia ſtirpe, propter ſanctitatem ſacerdos dicitur.* Ioſeph. D.Ephr. Syrus. D Hier. Rab. Salom.

Certè Eleazarum illum ſingularis conſtantiæ, & fortitudinis exemplar, 2. Mach. 6. à num. 18. appellat D. Ambroſ. lib. 2. de Iacob, & vita beata c. 10 *ſacerdotum ſacerdotem*. Idque, niſi fallor, nulla habita dignitatis ratione; ſed tantùm ſanctitatis, illiúſque eximiæ charitatis, qua ſe Deo in martyrium ſacri- C ficauit. Et quamuis propter dignitatem, quam habebat, teſte Ioſepho, ſacerdos eſſet; propter eximiam ſanctitatem, *ſacerdos ſacerdotum* dicebatur. In eodem ſenſu D. Ephr. Syrus ſerm. 1. de ſacerdotio, ſacerdotem fuiſſe putat Iſaiam; qui tamen non fuit de tribu ſacerdotali, ſed regia: filius Amos, non illius armentarij, & vellicantis ſycomoros, qui inter Prophetas minores numeratur, vt docet D. Hieron. ſed alterius nobilioris, qui, vt tradit Rab. Salomon apud Lyranum, fuit frater Amaziæ Regis Iuda. Et annuere videtur D. Hieron. in epiſt. 117. quæ eſt præf. in Iſaiam, dicens, Iſaiam fuiſſe *in ſermone diſertum quippe virum nobilem, & vrbanæ eloquentiæ, neç habentem quidquam in eloquio ruſticitatis admix-* D *tum*. Sacerdotalem igitur habuit non dignitatem, ſed ſanctitatem, à qua potuit ſacerdos appellari.

D.Epiph.

Quid? Quod D. Epiph. ſerm. de laudib. virginis, B. Virginem appellat *ſacerdotem pariter, & altare*. Non propter legale aliquod ſacerdotium, cuius exercendi ob ſexum incapax erat; ſed propter ſacerdotium ſpirituale, quod continuas Deo preces, lacrymas, ac vota, bonorúmque operum ſacrificia offerendo exercebat.

12. *Omnes Chriſtiani ſacerdotes.* D Iſid. Peluſ.

Imò & D. Paulus omnes Chriſtianos, vt ſe his ſacrificiis offerendis, ſacerdotes exhibeant, hortatur. *Obſecro itaque vos fratres per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem*. Rom. 12. num. 1. Quod D. Iſidor. Pe- E luſiota lib. 3. epiſt. epiſt. 75. rectè expendens, *Eos*, inquit, *diuinus Paulus ſacerdotes eſſe ſtatuit, qui non victimis, & ſacrificiis; ſed omnibus pietatis muneris perfunguntur, atque è corporibus ſuis pure ex ſe libant. Pulcherrima enim victima eſt, piam mentem, & carnem caſtam habere.* Et ſtatim monet, hoc ſacrificij genus, quo carnis concupiſcentia mactatur, & cæteræ effrænatæ appetitiones immolantur, non ad ſolos ſacerdotes, ſed ad omnes Chriſtianos pertinere. Imò addit, ſicut laici dum ſuas concupiſcentias frænant, & occidunt, in ſacerdotes conſecrantur; ita ſacerdotes, dum eaſdem nutriunt, & ſaginant, in laicos reſecrari.

Caſtitas ſacerdotes conſecrat: reſecrat libido.

Quod ſi, inquit, *caſtitas, & pudicitia ſubditos ſacerdotes creat; libido proculdubio, ac laſciuia, ſacerdotibus dignitatem abrogat.* Contrà A verò ſacerdotes cum legali ſanctitate hanc etiam mentalem, ſeu ſpiritualem coniungentes, *pluſquam ſacroſanctos* appellat. Tandem aduertit, huius ſpiritualis ſacrificij typum fuiſſe quoddam agnum paſchalem, quem non ſolùm ſacerdotes, ſed etiam populares licitè immolabant, vt ad c. 7. n. 9. oſtendemus. *Vt enim*, inquit, *in veteri Teſtamento Paſchæ tempore omnes ſacerdotij honore afficiebantur; vnuſquiſque enim pecudem immolabat: ſic etiam in nouo vnuſquiſque corporis ſui ſacerdos creatus eſt, vt vitiis imperans, corpus ſuum caſtitatis delubrum, aut templum efficiat.*

Vnuſquiſque corporis ſui ſacerdos per caſtitatem.

13. *Chriſtiani vt ſacerdotes, debitas Deo offerunt laudes.* D.Leo.

In eundem ſenſum dicuntur omnes Chriſtiani *ſacerdotium ſanctum offerre* (hoc eſt, ad offerendum, ſeu aptum offerre) *ſpirituales hoſtias acceptabiles Deo*, B 1. Per. 2. num. 5. & iterum, *Genus electum, regale ſacerdotium*, ibid. num. 9. Nam, vt benè D. Leo ſerm. 3. in die anniuerſario aſſumptionis ſuæ ad pontificatum, *Omnes*, inquit, *in Chriſto regeneratos, crucis ſignum efficit reges; ſancti verò ſpiritus vnctio conſecrat ſacerdotes.* Et ſtatim declarat, qua in re hoc regnum, & ſacerdotium conſiſtat. *Quid enim*, inquit, *tam regium, quàm ſubditum Deo animum, corporis ſui eſſe rectorem? Et quid tam ſacerdotale, quàm vouere Domino conſcientiam puram, & immaculatas pietatis hoſtias de altari cordis offerre?* Denique Chriſtus Dominus, *Fecit nos regnum, & ſacerdotes*, Apoc. 1. n. 6. non quòd omnes ſolemni ritu hoſtias, ſed quod omnes deuota mente laudes offerre debeamus. C Vnde poſtquam Ioannes ſacerdotes nos eſſe dixit, propriam huius ſacerdotij ſpiritualis hoſtiam oblaturos, ſubdit: *Ipſi gloriam, & imperium in ſæcula ſæculorum, Amen*, vt ibi Rupert. egregiè obſeruauit. Itaque ab his ſpiritualibus ſacrificiis, omnes qui pietatem colunt, ſacerdotes appellantur. Quo in ſenſu non immeritò Patres Samuelem appellare ſacerdotem potuerunt.

Rupert.

14. *Hæreticorū error ſacerdotalem dignitatē omnibus propriè tribuentium.* D Iren. D.Epiph. D.Auguſt. Alphonſ à Caſtro. Ioan. Roſ. Bellarm.

Sed hîc maximè cauendum eſt ab inſania illorum hæreticorum, qui præter hoc ſpirituale ſacerdotium Chriſtianis omnibus commune, etiam externum ſacerdotium ad nullos certos homines peculiari ritu ſacros limitabant, ſed ad omnes ſine diſcrimine extendebant. Quem errorem à D. Ire- D næo lib. 1. c. 9. & D. Epiph. hæreſ. 49. & 79. & D. Aug. hæreſ. 27. aliiſque Patribus feliciter expugnatum, ac ſepultum, recentiores hæretici Lutherus, eiuſque ſectatores ab inferis excitarunt, ſed iterum ab aliis Eccleſiæ doctoribus fortiter iugulandum, ac tumulandum, vt Alphonſ. à Caſtr. lib 13. cont. hæreſ. & Ioannes Roffenſis lib. de ſacerdotio, & Card. Bellarm. lib. 1. de ſacramentis in genere c. 24. & lib. 4. de Sacramento Euchariſtiæ, c. 16. egregiè præſtiterunt.

15. *Tertiò potuit Samuel dici ſacerdos ob priuilegium.*

Tertiò, dici potuit Samuel ſacerdos ex priuilegio, ac diſpenſatione diuina; cùm enim re vera ſacrificarit, vt patet ex c. 7. huius libri, num. 9. nóſque ibi pleniùs oſtendemus; & rurſus nullam ex eo ſa- E crificio, aut culpam contraxerit, aut pœnam incurrerit, vt omnes communiter fatentur, aliquam à Deo habuit diſpenſationem, qua ſe in id muneris ingeſſerit, & cuius merito appellari potuerit ſacerdos. Ita ſentit D. Thom. lect. illa 3. citata in c. 7. epiſt. ad Hebræos. Certè auctor ille, falsò dictus D. Hier citatus in c. 1. prioris ad Cor. ſolùm ex hoc capite Samuelem appellat ſacerdotem. Nam concedens ibi Samuelem non fuiſſe de filiis Aaron; & nihilominùs ſacrificaſſe, aliáque ſacerdotalia munia obiiſſe: ſentit mirandum id non eſſe. *Quia ipſe*, inquit, *hunc conſtituit, qui & illum; ita enim Deus Aaronem elegit, vt alios poſtea eligendi non amiſerit poteſtatem.* Quo argumento vtitur D. Aug. citatus annot. 6 ſect. 1. vt concedat, potuiſſe olim aliquos viros iuſtos ſine peccato extra locum ſacrificiis de-

In hunc ſenſum aliqui Patres concitantur. D.Thom. D.Hieron. D.Auguſt.

ſigna

ſignatum ſacrificare, nimirum ex diuina diſpen- A ſatione. Neque enim qui habuit poteſtatem condendi legem, amittere potuit poteſtatem in ea diſpenſandi.

16.
Soluitur ratio primæ ſententiæ. Reſpondetur ad primam confirmationem. Achitob nepos Heli ei in totum ſacerdotium ſucceſſit.

Ex quibus patet reſponſio ad oppoſitæ partis fundamentum. Verum enim aſſumit, ſi diſpenſatio non adeſſet: hac tamen interueniente, potuit ſine dubio Samuel ſacerdotis & munus obire, & nomen comparare. Additæ confirmationes vim non habent. Prima, quia quamuis Samuel aliquas actiones ſacerdotales exercuerit; non ſucceſſit tamen Heli in totum ſacerdotium, ſeu pontificatum; quem re vera geſſit Achitob nepos Heli, vt ex dicendis inferiùs num. 32. patebit; & quem ad ſuum filium Achias poſtea tranſmiſit, vt ex cap. 14. B huius libri n. 3. non obſcurè colligitur. Secunda, quia Ephod, quod Samuel geſtabat, aut non fuit ſacerdotale, vt n. 18 oſtendemus; aut ſi fuit, priuilegium, & diſpenſatio interceſſit. Tertia, quia locus citatus, non de Samuele, ſed de Sadoch eſt explicandus, vt ibi oſtendetur.

Ad ſecundam.

Ad tertiam.

Num. 12. Porrò filij Heli, filij Belial; neſcientes Dominum.

EXPOSITIO LITERÆ.

1.

C

PORRÒ *filij Heli*, &c. Eſt ſecunda huius capitis pars, in qua malitia filiorum Heli primùm in genere, deinde in ſpecie explicatur. In genere quidem, dum appellantur *filij Belial*. Cuius vocis explicatio non parum negotij eruditis hominibus faceſſit, vt mirum non ſit, ſi nobis plus aliquid faceſſat. Rem igitur, vt conferam in compendium, triplex eſſe poteſt huius nominis ſignificatio. Vna, ſecundùm etymologiam. Altera, ſecundùm proprietatem. Tertia, ſecundùm accommodationem. Quæ omnes in aliis quoque nominibus ſunt diuerſæ, vt patet, v. g. in nomine *Adam*, quod ſecundùm etymologiam ſignificat, *terram*, ſeu *humum rubram*, vt Ioſeph. lib. 1. antiquit. cap. 2. Philo lib. 1 alleg. & plures alij teſtantur: ſecundùm proprietatem, D primum parentem: ſecundùm accommodationem, quemlibet hominem.

Triplex nominis Belial, ſignificatio. Triplex nominis, Adã, ſignificatio.

Ioſeph.
Philo Hebr.

2.
Prima nominis, Baal, etymologia.
Marin.

Prima igitur ſignificatio Belial ſecundùm etymologiam, adhuc eſt multiplex. Suppono enim in primis nomen non eſſe ſimplex, & radicale, quidquid dixerit Marin. in arca Noë, ſed compoſitum, ac deriuatum. Et quidem de prima nominis parte, quæ eſt בְּלִי *beli*, & ſignificat, *non*, vel *ſine*, nemo dubitat. Secunda, quod non diſplicet Leoni à Caſt. in ſuo Apol. lib. 6. cap 243. apud aliquos codices Græcos eſt, ἀρ, *ar*, legentes Βελίαρ *Beliar*, imitantes fortaſsè Hebræum vocabulum בְּלִיאוֹר *belior*, hoc eſt, *ſine luce*, אוֹר *or* enim hebraicè, eſt *lux*: ſecundùm quam etymologiam *beliar*, ſeu *belior*, idem eſt, ac *tenebroſus*, quadràtque in peccatores, filios huius ſæculi, quibus tanquam tenebroſis Christus D. oppoſuit E *filios lucis* Luc. 16. n. 8. hoc eſt, iuſtos. De quibus D. Paulus 1. Theſ. 5 n. 5. *Omnes vos*, inquit, *filij lucis eſtis, & diei: non ſumus noctis, neque tenebrarum*. Et præcipuè quadrat in diabolum, qui à D. Paulo Epheſ. 6. n. 12. dicitur *rector tenebrarum harum*. Et à D. Greg. Naz. orat. 38. *Propter ſplendorem Lucifer, propter ſuperbiam caligo*. Et à D. Bern in ſer. de S. Benedicto, *Non iam Lucifer, ſed tenebrifer*. Et de gradibus humilitatis, in primo gradu ſuperbiæ: *O Lucifer*, inquit, *imo non iam Lucifer, ſed noctifer, aut etiam mortifer*. Nihilominùs hæc lectio, interprete D. Hieron. lib. 2. comment. in epiſt. ad Epheſios cap. 6. corrupta eſt, cùm & à fonte, & à vulgata aliena ſit; vtrobique enim legitur *Belial*. Quin etiam apud codices Græcos emendatiores ſimiliter habetur.

Leo à Caſt.

Belial, idem ac tenebroſus.
Peccatores tenebrarum filij.

Diabolus tenebrarum.

D. Greg. Naz.
D. Bern.

Reijcitur hæc etymologia.

Alij dicunt eſſe יָעַל *iahal*, in præterito, ſeu radice, hoc eſt, *profuit*, quaſi dicas, *Belijahal*, hoc eſt, *vir qui non profuit, vir inutilis*: qualis deſcribitur Prou. 6. n. 12. *Homo apoſtata, vir inutilis graditur ore peruerſo, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia ſeminat*; hic enim in fonte appellatur *Belial*: aut etiam יַעַל *iahal*, in futuro, id eſt, *aſcendet*, à verbo עָלָה *halah*. Quaſi dicas, *Belijahal*, hoc eſt, *non aſcendet, non proficiet, non honorabitur*. Sed vtraque lectio in literis quidem eadem, ſed in verbis à quibus oritur, diuerſa, pariter reijcienda eſt, vel ex eo, quòd ſine cauſa multiplicentur literæ, quæ neque in fonte, neque in Græco, neque in vulgata reperiuntur: in quibus omnibus exemplaribus triſyllabum nomen, non quadriſyllabum habetur; quomodo illud D. Hieronymus, & quiſque veterum vſurpant. Tertiò dicunt alij eſſe præpoſitionem עַל *hal*, id eſt, *ſuper*. Vnde *Belial*; quaſi non ſuper, quia impius ſurſum non aſcendit ad bonum aliquod ſpirituale; imò Deo ita permittente, ne ad temporale quidem: aut ſi in aliquod euadit, in eo non conſiſtit, in miſeriarum barathrum deturbatus. Facilior eſt, & expeditior hæc compoſitio quoad Grammaticam, quamuis quoad ſenſum, qui ex illis duobus aduerbiis remotiſſimè eruitur, duriuſcula videatur. Vltimò igitur dicendum cum D. Hier. & recentioribus, eſſe nomen עֹל *hol*, id eſt, *iugum*, à verbo עָלַל *halal*, id eſt, *aſcendere*; ita dictum, quòd iugum ſuper collum beſtiæ ſubiugandæ aſcendere aptatur; vnde *Belial*, hoc eſt, *ſine iugo*, quo pacto ipſemet vulgatus interpres nominis etymon exponit: *Venerunt*, inquit, *viri ciuitatis illius, filij Belial, id eſt, abſque iugo*, Iud. 19. num. 22. Atque hæc ſine dubio eſt germanior huius nominis ſecundùm etymon ſignificatio.

3.
Secunda etymologia.

Refellitur.

D. Hier.
Tertia etymologia etiã non recipitur.

Quarta, & vera etymologia.
D. Hier.
Belial, id eſt, ſine iugo.

4.
Secunda nominis Belial ſignificatio per proprietatem.
Belial ſceleratiſſimum quemque ſignificat.

Secunda ſignificatio per proprietatem eſt exaggerata quædam malitia, ſiue in concreto, ſiue in abſtracto; quidquid enim tale eſt, apud Hebræos appellatur *Belial*. Nam cùm *iugum* ſignificet legem diuinam, iuxta illud: *Bonum eſt viro cùm portauerit iugum ab adoleſcentia ſua*, Thren. 3. n. 27. & illud: *Collum veſtrum ſubiicite iugo, & ſuſcipiat anima veſtra diſciplinam*. Eccleſ. 51. n. 34 & illud: *Tollite iugum meum ſuper vos; iugum enim meum ſuaue eſt*, Matth 11. n. 29. & ſic alibi nonnunquam: inde fit, vt peſſimus quiſque diuinæ legis violator, & contemptor, *Belial*, id eſt, iniquiſſimus, & ſceleratiſſimus appelletur. Vnde non eodem ſemper vocabulo redditur in vulgata, ſed diuerſis. Nam pro voce *Belial*, quæ eſt in fonte, vertitur Prou. 6. n. 12. *Apoſtata*. Pſal. 40. n. 9 *Verbum iniquum*. Pſ. 100 n. 3. *Res iniuſta*. Nahum 1. n. 11. *Mente pertractans præuaricationem*. 3. Reg. 21. n. 13. *Diabolus*. Quaſi tãta iniquitas per hoc nomen *Belial* apud Hebræos ſignificetur, vt non vno apud Latinos vocabulo, ſed pluribus exprimatur. Quin etiam pro eadem voce *Belial*, quæ eſt in fonte, vertit Latinus ipſammet iniquitatem in abſtracto. Nam illud, quod eſt in Pſ 17. n. 5. *Torrentes iniquitatis conturbauerunt me*; eſt in Hebræo: *Torrentes Belial*; eámque vocem conſeruauit Latinus in eodem Pſalmo, qui 2. Reg. 22. refertur. Illud item, quod eſt in Pſ 88. n. 23. *Et filius iniquitatis non apponet nocere ei*; eſt etiam in Hebræo: *Filius Belial*. Quaſi tam inſigniter iniquus ſit, qui hoc nomine ſignificetur, vt ipſamet iniquitas videatur. Sic & Septuaginta non eodem ſemper vocabulo hoc nomen *Belial* ex Hebræo reddiderunt: nam Deut. 13 n. 13. Iudic. 19. n. 22 3. Reg. 21. n. 13 & paſſim alibi verterunt, *υἱοὶ παρανόμων*: ſeu, *ἄνδρες παράνομοι*. hoc eſt, *filij præuaricatorum*; ſeu,

Belial ipſam etiam iniquitatem in abſtracto ſignificat.

viri prævaricatores. At verò hoc loco,& ſuprà cap. 1. A num. 16.& infrà cap. 10. num. 27. & alibi frequenter, *υἱοὶ λοιμοὶ*, hoc eſt, *filij peſtilentes*, vt cap. 1. num. 16. cum D. Hieron. iam aduertimus. Ac ſi non poſſent vnico vocabulo Græco exprimere totam maliciam illius, qui illo vocabulo Hebraico *Belial*, ſignificatur. Itaque hæc eſt propria huius nominis ſignificatio, quiſquis perditiſſimis, & corruptiſſimis moribus deprauatur; ſeu ipſa extrema morum corruptio, ac deprauatio.

D Hier.

5\. Tertia tandem ſignificatio ſecundùm accommodationem, adhuc eſt multiplex in Scriptura. In primis enim *Belial* ſignificat diabolum apud D. Paulum: *Quæ conuentio Chriſti ad Belial?* 2. Cor. 6. num. 15. vt D. Hieronym. ibi, & lib. 2. comment. in B epiſt. ad Epheſ. cap. 4. & in cap. 27. Iſai. num. 1. D. Chryſoſt. Theophyl. Theod. D. Ambroſ. D. Thom. aliique interpretantur. Nam ſicut nomen *malus*, apud Latinos, quemlibet impium, & peccatorem propriè ſignificat; & tamen diabolo per antonomaſiam ſignificando accommodatur à Tertulliano multis locis lib. de patientia, cap. 4. lib. de cultu fœminarum cap. 5. lib. de fuga in perſequutione, cap. 8. vbi illud Apoſtoli: *Nolite locum dare diabolo*, Eph. 4. num. 27. ita vertit: *Nolite locum dare malo*, & paſſim alibi. Et ſicut nomen *malignus* omnibus peccatoribus ſignificandis commune, tamen ad diabolum antonomaſticè ſignificandum applicatur, Pſalm. 5. num. 6. Pſalm. 10. num. 15. Pſalm. 14. num. 4. & paſſim alibi. Ita & *Belial*; præſertim eo loco Apoſtoli C vbi Chriſto Domino opponitur. Quæ enim maior eſſe potuit, quàm inter Chriſtum & diabolum oppoſitio? Nam ſicut diabolus à principio, diuinæ legis iugum excuſſit, & nunquam ampliùs recepit; iuxta illud: *A ſæculo confregiſti iugum meum, rupiſti vincula mea, & dixiſti, non ſeruiam.* Ierem. 2. num. 20. Ita vice verſa Chriſtus Dominus à principio diuinæ legis iugum in ſe recepit, & nunquam ampliùs à ſe excuſſit; iuxta illud: *Miſit Deus filium ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege.* Galat. 4. n. 4. Et rurſùm: *Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem*, Philip. 2. n. 8.

Tertia ſignificatio nominis Belial per accommodationem Belial pro diabolo vſurpatur.
D Hier. D Chryſ. Theoph. Theod. D Ambr. D Thom.
Diabolus per antonomaſiã malus.
Tertull.
Diabolus per antonomaſiã malignus.
Summa inter Chriſtum & diabolum oppoſitio in diuina legis iugo recipiendo.

6\. Significat præterea Antichriſtum, non repu- D gnante D. Hieron. ad eum locum; & ſic interpretante Primaſio, & efficaciùs perſuadere conante Maluenda lib. 1. de Antichriſto, cap. 3. quibus libens aſſentior. Tandem ſignificat profligatiſſimos quoſque, & ſceleratiſſimos peccatores, quos frequenter Scriptura appellat filios Belial. Deuter. 13. num. 13. *Egreſſi ſunt filij Belial de medio tui; & auerterunt habitatores vrbis ſuæ, atque dixerunt: Eamus, & ſeruiamus Dijs alienis, quos ignoratis*, 1. Reg. 10. num. 27. *Filij verò Belial dixerunt: Num ſaluare nos poterit iſte? & deſpexerunt eum.* 3. Reg. 21. num. 10. *Submittite duos viros filios Belial contra eum, & falſum teſtimonium dicant.* 2. Paralipom. 13. num. 7. *Congregatique ſunt ad eum viri vaniſſimi, & filij Belial.* Nabum 1. num. 15. *Cele-* E *bra Iuda feſtiuitates tuas, & redde vota tua; quia non adijciet vltrà, vt pertranſeat in te Belial, vniuerſus interiit.* Quod D. Hieron. & alij de Senacherib blaſphemo interpretantur.

Belial pro Antichriſto etiam vſurpatur.
D Hier. Primaſ. Maluend.
Significat præterea ſceleratiſſimos peccatores.
Sennacherib blaſphemus Belial appellatur.
D. Hier.

7\. Inter hos omnes, qui dicuntur filij Belial, meritò recenſeri poſſunt hi filij Heli. Quibus ſanè conueniunt omnes Belial etymologiæ. Prima, quia erant tenebroſi odientes lucem, & opera tenebrarum exercentes. Secunda, quia nemini profuerunt: nam cùm eſſe deberent ſuo officio omnibus vtiles, omnibus erant ſuo exemplo pernicioſi. Neque aſcenderunt ad dignitatem pontificiam, immatura morte prærepti, Heli adhuc ſuperſtite; neque ad aliquod ex ſupernis, & ſpiritualibus bonis ſuorum pondere ſcelerum prægrauati euaſerunt. Tertia, quæ ab hac proxima parum differt, A quia ſurſum ad cæleſtia bona non aſpirabant; ſed deorſum ad terrena ferebantur: imò neque alios ad bona ſpiritualia ſurſum eniti permittebant, ſed omnes ſuo exemplo ad ima malorum barathra deturbabant. Vltima, quia erant ſine iugo, exleges, profanatores tabernaculi, violatores ſacerdotij, contemptores ipſius numinis, denique illuſores omnium, qui in templum veniebant, quos multis iniurijs iniquiſſimè tractabant, imò & pernicioſiſſimè decipiebant, vt ſtatim dicam.

Filij Heli, meritò filij dicuntur Belial, propter omnes etymologias.
Filij Heli, exleges.

8\. Tandem filij peſtilentiæ: hoc eſt, vulgari hebraiſmo, peſtilentes, vt Septuaginta tranſtulerunt; oſtendentes ſicut peſtilentia eſt peſſima corporis ægritudo, ita horum vitam fuiſſe peſſimam B ægritudinem, & contagionem animorum. Nam improba vita ſacerdotum, totius Reipub peſtis eſt. *Sedent enim*, interprete D. Ambroſ. in Pſalm. 1. *in cathedra peſtilentiæ*; ex qua dum homines doctrinam quærunt, peſtilentiam reportant. Inde meritò dicuntur illuſores, ſeu deriſores, iuxta illud: *Ego eligam illuſiones*, ſeu vt legit D. Hieron. *illuſores eorum*, Iſai. 66. num. 4. & illud: *In cathedra peſtilentiæ*, ſeu, vt legit Pagnin. *deriſorum, non ſedit*, Pſalm. 1. num. 1. Per quos intelligit D. Hieron. in locum Iſaiæ citatum, filios Heli, qui pro cathedra ſedebant, non vt doctores, ſed vt illuſores: & dum ſalutarem doctrinam vendirabant, lethalem peſtilentiam ingere- C bant. Neque ſolùm filij peſtilentiæ, & peſtilentes; ſed etiam filij diaboli, & diabolici, iuxta præcipuum ſignificatum nominis *Belial*. Neque enim minus quàm Phariſæi, *ex patre diabolo* erant, Ioan. 8. num. 44 fratres germani illius Elymæ magi, quem D. Paulus, filium diaboli appellauit, Act. 13. n. 10. ſeu potiùs vterque, duplex Iudas, de quo Chriſtus Dominus, *Vnus ex vobis diabolus eſt*, Ioan. 6. n. 70. Itaque filij Heli omnibus nominibus erant profligatiſſimæ audaciæ ad diuinas leges non ſolùm violandas, ſed etiam conculcandas; vt ex dicendis patebit: ſiue potentia, ſiue indulgentia paterna hanc illis licentiam præſtiterit.

Filij Heli peſtilentes.
D Ambr.
Improba ſacerdotum doctrina. deriſio, peſtilentia.
D. Hier. Pagnin.
Filij Heli, diaboli filij.

9\. *Neſcientes Dominum*, &c. Explicari incipit eo- D rum malitia in ſpecie. Neſciebant Dominum. Duplex autem eſt ignorantia de Deo. Sicut enim eſt duplex notitia, vna theoretica, & puræ ſpeculationis, qua Deum cognoſcimus, & contemplamur: altera practica, & piæ affectionis, qua ad Deum colendum, & obſeruandum dirigimur, & edocemur; ita & duplex ignorantia: vna puræ priuationis, qua rudes, & infideles laborant Deum ſimpliciter ignorantes. Altera prauæ inclinationis, qua laborant etiam docti, ſed improbi fideles, Deum, eiúſque diuinas leges contemnentes. Priorem quidem ignorantiam non habebant filij Heli, cùm eſſent ſacerdotes. *Labia enim ſacerdotis cuſtodient ſcientiam*, Malach. 2. num. 7. Poſteriori tamen laborabant; iuxta illud: *Sacerdotes non* E *dixerunt, Vbi eſt Dominus?* Quaſi reſponderet, dixerunt planè: *Et tenentes legem neſcierunt me*, Ier. 2. num 8. Vbi patet eſſe hanc ignorantiam practicam, quia tenentes, hoc eſt, ſcientes legem, Deum neſcierunt, ſeu Deo non paruerunt. Et quod ait Apoſtolus: *Cùm cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt*, Rom. 1. num. 21. Vnde Chaldæus vertit: *Non fuerunt cognoſcentes ad timendum ante Dominum.* Atque ita præter alios interpretes exponit Orig. hom. 1. in Iud. Nam ad illa verba de filijs Iſraël, quamdiu in terra promiſſionis diuinis legibus paruerunt: *Nouerant omnia opera Domini*, Iudic. 2. num. 7. *Quis eſt*, inquit, *qui cognoſcit omnia opera Domini, niſi qui facit ea? Sicut enim dictum eſt de filiis Heli, qui erant filij peſtilentiæ,*

Duplex de Deo ignorantia, ſicut duplex notitia.
Filij Heli practica tantùm de Deo ignorantia laborabant.
Qui Dei legibus nõ parent, Deum ignorant.

ſia, neſcientes Dominum; non quòd ignorarent Dominum, qui vtique & doctores erant cæterorum, ſed quia ſic agebant, vt agunt illi, qui neſciunt Dominum. Hoc modo etiam hic ſentiendum eſt, quod dicit: quia omne opus cognouerunt Domini. Et poſt Origenem D. Cyrillus Alexand. lib. 6. in Ioann. cap. 11. ad illa verba Chriſti Domini: *Eſt Pater meus, qui glorificat me; quem vos dicitis, quia Deus veſter eſt, & non cognouiſtis eum*, Ioann. 8. num. 54. vbi Deum ſuum & appellabant, & ignorabant. *Nam ſoli cognoſcere Deum dicuntur*, inquit Cyrill. *qui viam mandatorum eius perambulant, neque ab ea declinant.* Quod ſtatim confirmat exemplo filiorum Heli: qui cùm ſpeculatiuè Deum cognoſcerent, practicè neſcire dicebantur. Et teſtimonio Apoſtoli dicentis: *Qui confitentur ſe noſſe Deum; factis autem negant*, Tit. 1. num. 16. Sic igitur *Iudæi*, inquit, *quia Dei præcepta non obſeruabant, in eadem ſaluatoris cæca mente ruentes, rectè dicuntur non cognouiſſe Patrem.*

D Cyrill. Alex.

10. Quare qui Deum non colunt, nec timent, quamuis de Deo ſubtiliſſimè philoſophentur, dicuntur Deum ignorare. Nam, vt benè D. Bern. ſerm. 23. in Cant. *Aliud*, inquit, *eſt noſſe Deum, aliud timere: nec cognitio ſapientem, ſed timor facit, qui & afficit. Quis illos ſapientes, niſi inſipientiſſimus dicat, qui cum cognouiſſent Deum, non tanquam Deum glorificauerunt? Ego magis eum Apoſtolo ſentio, qui inſipiens cor eorum manifeſtè pronuntiat.* Vnde D. Chryſoſtom. tom. 5. ſerm. contra deſperationem: *Sicut*, inquit, *ſapientiæ initium, Dei eſt timor; ita inſipientiæ, eiuſdem ignoratio.* Vbi vides Dei timori opponi eius ignorationem; quaſi hanc habeat, qui illo caret: Deum ignoret, qui Deum non timet; contra verò qui Deum timeat, quamuis totius philoſophiæ ignarus ſit, ſapientiſſimus habeatur. Optimè namque D. Gregor. Naz. Deum ſic definit: *Deus eſt quem omnia neſciunt, omnia metuendo ſciunt.* Neque enim Dei cognitio tam ſpeculando, quàm timendo, eiúſque præceptis obediendo comparatur. Quod facilè patet ex ſacris literis 1. Ioan 2. num. 4. *Qui dicit, ſe noſſe Deum, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt, & in hoc veritas non eſt.* Oſeæ 4 n. 1. *Non eſt ſcientia Dei in terra.* Chaldaicè, *Non ſunt, qui ambulant in timore Dei in terra.* Ierem. 31. n. 34. *Non docebit vltra vir proximum ſuum, dicens: Cognoſce Dominum.* Chaldaicè, *dicens: Scitote timere Dominum.*

Dei ſcientia. ſine Dei timore & cultu ignorantia.
D. Bern.
D Chryſ. Dei timor vera ſapientia.
D Greg. Naz.
Chald.
Chald.

11. Vnde Dauid iam iam moriturus filium ſuum Salomonem ſupremum alloquutus, & benè adhortatus: *Tu*, inquit, *Salomon fili mi, ſcito Deum patris tui, & ſerui ei corde perfecto, & animo voluntario*, 1. Par. 28. num. 6. vbi moniturus, vt coleret, monuit, vt Deum ſciret: quaſi Dei cultus, eſſet vera ſapientia. Patet igitur ex bis locis, Dei notitiam cum timore Dei, & perfectiſſima diuinorum præceptorum obſeruantia quodammodo reciprocari. Vnde D. Bern. ſerm. 85. in Cant. *Si quis*, inquit, *ſapientiam virtutis amorem definierit, non à vero deuiare videbitur.* & D. Gregor. Naz. orat. 15. ſub initium. *Prima*, inquit, *ſapientia eſt vita proba, & honeſta.* Vaniſſimi igitur ſacerdotes Deum in hac vita contemnentes, plane neſciebant; ſuo tamen malo in futura cognituri, iuxta illud: *Cognoſcetur Dominus iudicia faciens*, Pſalm 9. n. 17. Addit D. Bern. epiſt. 126. *Qui nunc iniuriam patiens ignoratur.* Sed fruſtrà illis tunc erit tam ſera Dei cognitio, quo tum fruſtra eſt apud Deum ignoratio, iuxta illud, *Si quis ignorat, ignorabitur*, 1. Corinth. 14. num. 38. hoc eſt, ſi quis Deum contemnit in hac vita, in futura à Deo contemnetur. Imò etiam in hac vita non abierunt inulti filij Heli, quia Deum neſcientes, ſacerdotium amiſerunt, iuxta illas Dei minas poſtea quidem Iudaico populo infligendas: *Quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi*, Oſeæ 4. n. 6. ſed nunc in filiis Heli diuina vltione præcurrente exercitas: dum paulò poſt inopiua, & intempeſtiua morte præripiuntur, antequam ſacerdutio fungantur.

Dei cultus, vera Dei ſcientia.
D Bern. Vera ſapientia, virtutis eſt amor & vita honeſta.
D. Greg. Naz.
Improbi ſuo malo Deū in vltimo iudicio cognoſcēt.
D Bern.
Impij Deum ignorantes à Deo ignorantur
Filij Heli Deum ignorantes, ſacerdotium amiſerunt.

Num. 13. Neque officium ſacerdotum ad populum: ſed quicunque immolaſſet victimam, veniebat puer ſacerdotis, dum coquerentur carnes, & habebat fuſcinulam tridentem in manu ſua, &c.

EXPOSITIO LITERÆ.

1. *Neque officium ſacerdotum*, &c. Iuxta phraſim Latinam ſine negatione legendum erat: *Neſcientes Dominum, & officium ſacerdotum.* Nam addita negatione ad verbum *neſcientes*, neque officium ſacerdotum neſcientes, fit ſenſus affirmatiuus: ſed quia iuxta phraſim Hebræam duplex negatio non affirmat, ſed vehementiùs negat; propterea vtramque reddidit Latinus interpres. Septuag. nouam in hoc verſiculo periodum exordiuntur, à ſuperiori interpunctam, & auulſam, non conſtruentes cum illo verbo, *neſcientes*, hoc nomen *officium*; quod proinde non in accuſandi, ſed in nominandi caſu vertunt, ſaltem vt Latinè transferuntur; ſic enim habent: *Et iuſtificatio ſacerdotis ab vniuerſo populo ſacrificante, & veniebat puer ſacerdotis*, &c. hoc eſt, interprete Vatabl. *Conſuetudo recens inducta à ſacerdotibus cum populo talis erat*, &c. Quaſi hîc iam non ſit ſermo de ignorantia, ſed de noua conſuetudine, quam in populum introduxerunt. Nihilominùs Latinus interpres ſine dubio ſenſum originis expreſſit, conſtruens cum verbo neſciendi, & Dominum, & officium ſacerdotum, quod vtrumque ignorarint filij Heli: neque aliud colligi poteſt ex ipſis Septuaginta, ſaltem iuxta Græca exemplaria, in quibus nomen δικαίωμα, id eſt, *officium*, neutrum eſt; & proinde eſſe poteſt in accuſandi caſu, cum verbo neſciendi coniungendum: vt patet ipſo continuo orationis ductu, καὶ οὐκ εἰδότες τὸν κύριον, καὶ τὸ δικαίωμα, hoc eſt, *& non ſcientes Dominum, & officium*, &c.

Duplex hæc negatio iuxta phraſim Hebræam, iuxta Latinam apponitur ad negandum.
Septuag.
Vatabl.

2. Igitur ſacerdotes duplici officio fungebantur; altero ad ſolum Deum, altero etiam ad populum. Prioris generis erat, incendere thymiama, Exod. 30. à num. 34. proponere panes propoſitionis in menſa, Leu. 24. n. 6. inflammare & extinguere lucernas in templo, Exod 27. n. 21. offerre holocauſta & hoſtias pro peccato: holocauſta quidem Leuit. 1 n. 5. hoſtias verò pro peccato, Leu. 4 n. 3. & 16. & alia id genus, quę dicuntur eſſe ad ſolum Deum, quia in his ſacerdotes cum popularibus non communicabant. Poſterioris generis erat, clangere tubis, Num. 10. n 8. benedicere populo, Num. 6. n. 23. docere eundem populum. Malach. 2. n. 7. iudicare de lepra, Leu. 13. n. 2 hortari milites in bello, Deuter. 20. n. 2. tandem offerre hoſtias pacificas, quæ inter Deum, ſacerdotem, & populum partiebantur, Leu. 7. n. 30. In quibus omnibus cum populo communicabant ſacerdotes. De quibus muneribus differunt recentiores, Riber lib. 3. de tabernaculo, c. 3. Barrad tom. 2. concord. lib. 3. c. 52. Azor. lib. 6. inſtit moral. c 41. Torniel. tom. 1. annalium anno 2545. n. 17. & alij.

Duplex ſacerdotum officium. Ad Deum alterum.
Alterum ad populum.
Riber. Barrad. Azor. Torniel.

3. Dicuntur ergo filij Heli neſcire officium ſacerdotum, non quòd illud ignorarent, vt ſuperiori nu-

Filij Heli non ignorabant, ſed

contemnebãt officium ſacerdotum. Abuleuſ.

mero dictum eſt, ſed quòd pro nihilo haberent. A Imò ſi ſola ignorantia theoretica laborarent, non propterea à peccato excuſarentur, vt rectè Abul. aduertit; cùm vnuſquiſque ſcire quæ ſui muneris ſunt, vel ipſius naturæ lege teneatur. Difficultas tamen eſt, an vtrumque officium contemnerent?

Vtrunque ſacerdotum officium contemnere, vt veriſimilius. Abul.

Litera ſolùm exprimit officium ſacerdotum ad populum; alterum fortaſſe expreſſura, ſi in eo peccatum eſſet. Vnde Abul tenet eos in poſteriori tantùm deliquiſſe, fortaſsè, quia in hoc erat maior illecebra, & irritamentum peccandi, propter maiorem & voluptatem, & vtilitatem, quam ex eo reportabant. Sed vix adducor, vt credam, tam impios homines ab vllo ſacrilegio abſtinuiſſe; maximè dicente Ioſepho, eos, *contra omne ius, & fas omnia ſibi* B *licere* arbitratos.

Ioſeph. *Cur peccatũ in officio ad populum exprimatur.*

Quare non dubito omnia profanaſſe; peccatum tamen in officio ad populum duntaxat expreſſum eſſe; vel quòd Deus facilius ſuas, quàm ſuorum iniurias diſſimulet, vt alibi fuſius illuſtrabo. Vel quòd illud peccatum fuerit notius, & maioris ſcandali nutrimentum; dum palàm in omnium oculis exercebatur. Vel quòd ex hoc poſteriori, quod foras prodibat, illud prius, quod intus fiebat, facilè colligeretur; quos enim pudor humanus non frænabat, neque diuinus timor coërceret. Sic enim peccatores in ſua ſcelera effrænes ſunt, vt cùm parum ex pudore hominum, quos vident, retardentur; multò minus ex timore Dei, quem non vident, ad bonam frugem recipiantur. C

4. *Oſtenditur peccatum filiorum Heli in hoſtia pacifica.* *Hoſtiæ pacificæ ritus.*

Sed quicunque, &c. Oſtenditur peccatum in officio ſacerdotali ad populum: ſeu in ſacrificio pacifico, de quo tantùm hìc agitur; quidquid ſit de aliis officiis ſacerdorum ad populum, in quibus fortaſsè non minus delinquebant. In hoſtia igitur pacifica, in qua ſola ex omnibus ſacrificiis erat inter ſacerdotes, & populares, communicatio, ſeu victimæ diſtributio; tres partes diſtinguebantur, ex quibus, Deo adeps; ſacerdoti armus, & pectuſculum tantùm; popularibus reliqua pars victimæ tribuebatur. Deinde priùs Deo adeps adolebatur, quàm ſuæ aliis partes diuiderentur; priùs enim Dei altare, quàm hominum menſa inſtrui, & ornari oportebat. Vtrumque patet Exod. 29. Leu. 3. & 7.

Rupert. *Dupliciter filij Heli hũc ritum violarunt.*

Contra hunc ritum dupliciter, vt Ru- D pert. aduertit, peccarunt filij Heli. Primò, quia contra ius populi tollebant de partibus victimæ, quantum fuſcinula leuabat, vt ſequenti num. dicitur. Secundò, quia contra ius ipſius Dei, antequam adeps adoleretur, ſuas partes præripiebant, vt ex n. 15. patebit: atque adeò hominibus pariter, ac Deo erant iniurij, humana pariter, ac diuina priuilegia ſuis ſacrilegiis præuertebant.

5. *Deteſtanda peccãdi conſuetudo filiorum Heli.*

Neque ſolùm ſemel, atque iterum peccabant: ſed, quod magis deteſtandum eſt, peccandi licentiam in prauam conſuetudinem deducebant; conſuetudinem verò peccandi, quod eſt adhuc longè execrabilius, in legem confirmabant. Quod facilè conſtabit ex tranſlatione Septuaginta, ſi, prout in E Bibliis Regiis, Sixtianis, & Complutenſibus latinitate donata continetur, expendatur ſic enim habet, vt paulò ſuperiùs aduertimus: *Et iuſtificatio ſacerdotis ab vniuerſo populo ſacrificante*, ſcilicet talis erat. *Veniebat puer ſacerdotis*, &c.

Peccãdi conſuetudinem, tanquam nouam legem obſeruabant filij Heli. Chald. Vatabl. Iſid. Clar. Beda.

Vbi *iuſtificatio* latinè, & *δικαίωμα*, græcè, idem eſt, quod *conſuetudo*, ſeu *ius*, ſeu *ſtatutum*: vt etiam tranſtulit Chaldæus. Vnde Vatabl. vt diximus, ſic explicat: *Conſuetudo recens inducta à ſacerdotibus erat, vt veniret puer ſacerdotis*, &c. Iſid Clarius, *Ius fecerant ſacerdotes erga populum, quòd quicunque immolaſſet victimam*, &c. & ante vtrunque Beda: *Non*, inquit, *diuinæ legis iuſſum, ſed ſuarum ſtatuta traditionum ſequentes*. Alludens ad illos Phariſæos, qui pro æquiſſimis legibus diuinis ſuas A iniquiſſimas traditiones reponebant; has ſeruandas, illas obliterandas curabant, cum quibus propterea Chriſtus Dominus expoſtulans: *Irritum*, inquit, *feciſtis mandatum Dei propter traditionem veſtram*, Matt. 15. num. 6.

6. *De diuinis legibus violandis, nouas leges ſancibãt impij.* D. Cypr.

Itaque ſenſus eſt, filij Heli non ſolùm ſacrificiorum leges violabant, verùm de illis violandis nouas leges ſanciebant. Vides, quanta eos impudentia, quanta intemperies abripuerit? De violando iure ius condebant; vt facientes contra legem, ſecundùm legem facere viderentur. Vt meritò mihi dixiſſe videatur in ſimili euentu D. Cyprian. lib. 2. epiſt. 2. ad Donat. quæ in noua editione eſt prima totius operis. *Inter leges*, inquit, *ipſas delinquitur, inter* B *iura peccatur*. & paulò poſt: *Conſenſere iura peccatis; & cœpit eſſe licitum, quod publicum eſt.*

D. Auguſt.

Colludit D. Aug. ſerm. 44. de verbis Domini in Euangelium Ioannis tom. 10. loquens de Sodomitis iniquè ferentibus, ſe à Loth reprehendi: *Tanta*, inquit, *ibi nefandæ turpitudinis conſuetudo erat, vt iam nequitia eſſet iuſtitia: & prohibitor potiùs reprehenderetur, quàm factor.* Adde & Tert. lib. carm. de Sodoma c. 2. vbi ſic,

Tertul.

Effera luxuries illic inimica pudoris
Inſtar legis erat.———

Quid peruerſius, & iniquius eſſe poterat, quàm ſicut leges fiunt ad mores corrigendos, ita fieri ad deprauandos? In hanc peruerſitatem & iniquitatem C euaſerunt illi, qui peſſimo conſilio apud ſe inito dicebant, *Sit fortitudo noſtra lex iniuſtitiæ*, Sap. 2. n. 11. Quaſi quidquid ferociendo, ac ſæuiendo deliquiſſent ſecundùm legem factum, & ſibi, & aliis perſuadere conarentur. Sed iam peccatum ipſum deſcribere aggrediamur.

7. *Quiſnã fuerit hic puer?* Tolet. *Quidam filium dicunt.* *Pueri pro filijs ſæpè vſurpantur.* Horat.

Veniebat puer, &c. Quis puer? Quo modo armatus? Quo tempore, & quorſum veniebat? Quis? Card. Tolet. Lucæ 7. annot. 1. exiſtimat fuiſſe ſacerdotis filium, nempe Ophni, aut Phineen. Nam puerum poni pro filio, vulgatum eſt, tam in humanis literis, juxta illud Horatij in arte,

Nec pueros coram populo Medea trucidet;

Alij ſeruum maiunt. Serar. *Puer, & famulus ſæpè recurrunt.*

quàm in diuinis, iuxta illud Matth. 2. n. 11. *Inuenerunt puerum cum Maria matre eius.* D Sed de hoc latiùs inferiùs. Et confirmari poteſt, quia ſtatim ſequitur: *Et omne quod leuabat fuſcinula, tollebat ſacerdos ſibi*; non debuit autem famulus, ſed filius ſacerdotis, ſacerdos appellari. Serarius famulum dicit, eúmque impium, quem ſacerdos ad hanc rapinam ſubmittebat. Quod facilè poſſet deducere ex loquutione Scripturæ, in qua puer & famulus ſæpè recurrunt. 2 Reg. 1. n. 15. *Vocánſque Dauid vnum de pueris ſuis*, & Matth. 14 n. 1. *Ait* Herodes *pueris ſuis*. Et confirmatur, quia n. 15. dicebat hic puer immolanti: *Da mihi carnem, vt coquam ſacerdoti.* Ac proinde ipſe à ſacerdote, eiúſque filio diuerſus erat. Neque enim filius ſacerdotis coquinatio munere fungeretur.

8. *Neutra pars admittitur.*

E Sed neutra pars mihi videtur ſimpliciter aſſerenda. Quia non omnia iura ex victimis pacificis ſummo ſacerdoti, aut eius filiis proueniebant, ſed iis ſacerdotibus, qui eas victimas immolabant: vt patet Leuit. 7. num. 33. ergo non ſemper filius, aut famulus ſummi ſacerdotis ad hæc iura colligenda deſtinabatur. Niſi quis dicat, hanc eſſe iniuſtitiam filiorum Heli, vt etiam alios ſacerdotes miniſtrantes, & laborantes ſuo iure defraudarent, præripientes eas victimarum partes, quæ ſingulis obtingebant. Sed hoc vix credi poteſt, quia alij ſacerdotes ſua ſe auctoritate faciliùs tuerentur, & audacium iuuenum impudentiam faciliùs contunderent, & iniuriam propulſarent. Quis ergo erat hic puer? Dicet aliquis, non fuiſſe vnum, ſed alios,

Aliorũ placitum.

alios, atque alios, ſiue filios, ſiue famulos eorum Sacerdotum, qui immolabant, & ab ijs, ad ſuas partes exigendas, ſubrogatos. Sed contrà; quia Scriptura omnes has iniurias, & rapinas in tabernaculo exercitas, tribuit filijs Heli; ergo non ab aliorum Sacerdotum filijs, aut famulis exercebantur.

Refellitur.

9. Dupliciter reſpondeo. Primò, in victimis, quas ſummus Sacerdos offerebat, hunc puerum fuiſſe, aliquem eius, aut filium, aut famulum. Nec obſtare rationes pro alterutra parte allatas. Nam ſi erat filius ſacerdotis, ac proinde etiam Sacerdos, quando dicebat: *Da mihi carnem vt coquam Sacerdoti;* aut de ſuo parente, aut de ſe tanquam de tertia perſona, more Hebræorum loquebatur; non quidem ipſe per ſe, ſed per alios inferiores miniſtros coquinarium officium obiturus. Si autem erat famulus, quando dicitur: *Omne, quod leuabat fuſcinula, tollebat Sacerdos ſibi;* non eſt idem ſuppoſitum vtriuſque verbi, ſed diuerſum, ſcilicet omne, quod famulus fuſcinula leuabat, Sacerdos ſibi tollebat. At verò in victimis, quas alij ſacerdotes immolabant, puerum eſſe, aliorum ſacerdotum aut filium, aut famulum: huius tamen iniurias, & rapinas, non immeritò tribui filijs Heli, quorum ipſe peſſimo exemplo ad eas exercendas ferebatur. Secundò reſpondeo, hunc puerum in omnibus ſacrificijs, à quibuſcunque offerentur, eſſe potuiſſe miniſtrum aliquem publicum, ſummi Sacerdotis, aut filiorum eius auctoritate inſtitutum: quem proinde filij Heli ad has rapinas in gratiam aliorum ſacerdotum exercendas, aut per ſeipſos deſignabant, aut à parente ſuo deſignatum vehementer accendebant; magnum inde ex alijs ſacerdotibus pretium ſpectantes, aut potiùs paciſcentes. Quæ fortaſsè cauſa fuit, cur Seuerus Sulpitius lib. 1. ſacræ hiſtoriæ dixerit filios Heli *ſacerdotium patris in quæſtum vertiſſe;* dum paterna auctoritate ad iniquas pactiones ineundas abutebantur. Atque in hanc poſtremam explicationem Abul. q. 8. libens conſentit.

Primo & vera reſponſio. Puer aut filius, aut famulus fuit ſacerdotis.

Secunda reſponſio. Hic puer aliquis publicus miniſter ſacerdotum eſſe poterat.

Seuer. Sulpit.

Abul.

10. Sed quo pacto armatus veniebat? Nimirum fuſcinula tridente. Quæ quidem erat ſacrum quoddam inſtrumentum, fieri à Deo iuſſum in vſus ſacrificiorum, Exod. 27. n. 3. Vnde magis horum ſacerdotum improbitas, & iniquitas manifeſtatur; quòd inſtrumento ad diuina ſacrificia deſtinato, ipſi ad ſua profana ſacrilegia abuterentur. Quos imitantur illi principes Eccleſiaſtici, qui baculo paſtorali ad dirigendas oues, & in Chriſti caulas congregandas inſtituto, ad eaſdem abigendas, & in diaboli piſtrina detrudendas abutuntur: qui Chriſti patrimonium ad ſuſtentandos pauperes, transferunt ad locupletandos conſanguineos: qui diuitias Eccleſiæ ad templa ædificanda, præpoſterè conuertunt ad palatia ſubſtruenda: qui potentiam ſibi creditam ad tuendos humiles, & ſuperbos conterendos, perperam traducunt ad hos ſibi conciliandos, & ad illos contemnendos, & fortaſsè iniquis modis diuexandos: qui auctoritatem pontificiam induunt, non ad Eccleſiaſticam immunitatem defendendam, ſed ad auitam nobilitatem oſtentandam, & neſcio an ad auitam ignobilitatem obtegendam. Peſſimum hominum genus, qui non ſolùm profana conſecrant, ſed etiam ſacrata omnia profanant.

Quid fuſcinula?

Prælatorum, & ſacerdotū impietas, Eccleſiaſtica poteſtate abutentium.

11. Cæterùm fuſcinula tridens, ſeu, κρεάγρα, vt dicunt Græci, à carne capienda, in manu optimi ſacerdotis myſticè ſignificat triplex ad lucrandas animas inſtrumentum orationem, doctrinam, & exemplum: vel tripartitam illam curam, qua boni Sacerdotes Deo vacant, ſibi conſulunt, alijs proſpiciunt: vel triplicem illam prudentiam, qua ex diuinis literis eruunt, quæ ad rectè iudicandum, & amandum, & operandum, requiruntur. In manu verò peſſimi Sacerdotis; ſignificat triſulcam, vt ita dicam, cupiditatem diuitiarum, voluptatum, & honorum: ſeu, Beda interprete, *concupiſcentiam oculorum, concupiſcentiam carnis, & ſuperbiam vitæ,* 1. Ioan. 2. num. 16. Quo triſulco telo, ſeu fulmine armatus improbus Sacerdos, quid non aggrediatur temerarius? quid non demoliatur iniuſtus?

Quid fuſcinula ſignificet in manu optimi ſacerdotis.

Quid fuſcinula ſignificet in manu impij ſacerdotis.

Beda.

12. Tandem, quo tempore, & quorſum veniebat; ſcilicet, vbi primùm quis in tabernaculum immolaturus aſcendebat, ſtatim improbus aderat miniſter ſacrificium interturbaturus. Non enim expectabat, vt carnes coquerentur, ſed in ipſo decoctionis feruore immiſſa fuſcinula, ſacrificia diſperdebat. Hunc olim, Beda interprete, imitabantur Phariſæi. Nam vbi quis vitam ſuam Domino conſecrare decreuiſſet; aderant illi, & ſuam illam fuſcinulam tridentem, hoc eſt, triſulcam illam concupiſcentiam, per verba, & exempla in eius animum immittentes, totum contriti cordis ſacrificium, quod Deo offerre cœperat, polluebant, & contaminabant. Et dum ſancta illa deſideria feruore deuotionis coquerentur, peſſimam doctrinam inſtillabant, qua ſtatim refrigeſcerent, & recrudeſcerent, imò & euaneſcerent, totúmque illud ſacrificium Deo libari cœptum, in ſacrilegium ſolueretur. Nempe hoc conuertendæ pietatis, ac religionis artificium à parente dæmone improbi filij didicerunt. Nam ſic olim: *Cùm ſeuiſſet Iſrael, aſcendebat Madian, & Amalec, cæterique Orientalium nationum, & apud eos figentes tentoria, ſicut erant in herbis, cuncta vaſtabant,* Iudic. 6. num. 3. & 4. Vbi Gloſſa, per *herbas* intelligit bonorum operum initia, quæ dæmones antequam creſcant, euertere nituntur, ne inde boni fructus ſubſequantur. Diabolus enim, quæ eſt eius infirmitas, timet, ne virtus conualeſcat; veritus, ne poſſit illam adultam iam, & confirmatam radicitus conuellere: idcircò primùm erumpentem, & lacteſcentem opprimere conatur; qua de re alibi fuſiùs.

Quo tempore improbus puer, & quorſum veniebat.

Beda. Phariſæi, eorum ſacrificia, qui Deo dicabantur, per peſſimam doctrinam initio contaminabant.

Cur dæmones virtutis initia magis nitantur euertere, quàm fines.

Num. 14. Et mittebat eam in lebetem, vel in caldariam, aut in ollam, ſiue in cacabum: & omne quod leuabat fuſcinula, tollebat ſacerdos ſibi. Sic faciebant vniuerſo Iſraëli venientium in Silo.

EXPOSITIO LITERÆ.

1. ET *mittebat eam in lebetem*, &c. Hebraicè eſt: *Et percutiebat in concha*, à verbo נכה *nachah*, quod eſt, *percutere*. Senſus idem. Nam mittendo fuſcinulam, infigebat carnes, quas extrahebat. Lebes, caldaria, olla, & cacabus, non videntur eſſe ſynonyma eiuſdem vaſis, ſed diuerſa nomina diuerſorum: materia, aut figura, aut capacitate, aut etiam vſu differentia. Materiâ quidem, alia nempè ænea, alia fictilia: vt ſumitur ex illa parœmia, *Quid communicabit cacabus ad ollam? Quando enim ſe colliſerint, confringetur*, Eccleſ. 13. num. 3. ſeu, vt habent Septuaginta: *Quid communicabit olla ad lebetem? Ipſa impinget, & ipſa conteretur.* Vbi innuitur olla fictilis, ſeu lutea; lebes verò fuſilis, ſeu æreus, quod ex colliſione cum hoc illa comminuatur. Et ſignificatur periculoſa ſocietas pauperis cum diuite, quòd ab hoc ille ve-

Diuerſa vaſorū genera, in materia, figura, capacitate, & vſu differentia. Materia, alia ænea, alia fictilia.

xetur. Figurâ, alia quidem anguſtioris, alia verò latioris orificij, vt Beda ſignificauit, dicens, in his vaſis diuerſos homines adumbrari, alios docilioris, alios tardioris, & anguſtioris ingenij. Capacitate, maiora quidem alia, alia verò minora, eodem Beda interprete, cui fauent Septuaginta, transferentes: *Percutiebat in lebetem magnum*; ad minorum diſcrimen, quem puer ſacerdotis omnium primum delibabat, vtpote plus inde vtilitatis percepturus. Tandem vſu ipſo, vt tradit Rabbi Dauid in lib. Radic. quædam enim facta erant ad lauandas carnes, quæ 2. Paral. 4. n. 6. conchæ appellantur: alia ad coquendas, vt patet ex hoc loco; omnia verò vaſorum genera hîc commemorantur, vt iniuſtitia filiorum Heli per omnia latiſſimè vagata intelligatur. Nullum enim erat ſacrificium, nullum coquendis carnibus alienum, in quod ipſi per ſe, vel per ſuos miniſtros rapturi, voraturique non inuolarent.

Beda.

Rab David.

In omni vaſorum genere, filiorum Heli iniuſtitia apparet.

2. Sed qui in ſacris victimarum ollis peccabant, in ardentibus ſuorum ſcelerum ollis punientur; iuxta illud comminatorium oraculum ad vaccas pingues, ſeu ad boues ſaginatas Samariæ, hoc eſt, interprete D. Hieron. ad principes, & optimates Iſraël, qui delicijs, ac rapinis vacabant: *Ecce*, inquit, *dies venient ſuper vos, & leuabunt vos in contis, & reliquias veſtras in ollis ferventibus*, Amos 4. num. 2. In quem locum D. Hieronymus: *Quando*, inquit, *venerit dies iudicij, atque vindicta; tunc mittentur in lebetes, vt excruentur, & excoquantur, qui fuerunt priùs negotiatores peſtilentes. Iſti ſunt de quibus dicitur, Filij Heli, filij peſtilentiæ* Iuſtiſſima quidem pœna: vt qui in lebetibus peccabant, in lebetibus punirentur.

Qui in ſacris victimarum ollis peccarunt, in ardentibus ollis in iudicio punientur.

D. Hier.

3. Vnum hîc aliquis inquiret. Quorſum Deus tam multa vaſa in ſacrificiorum vſus requirebat, & in ſuo templo, quod mundiſſimum, ac nitidiſſimum eſſe oportebat, *domum culinarum*, vt Ezech. 46. n. 23. appellatur, eſſe patiebatur? Multiplex reſponſio eſſe poteſt. Illa interim ſatis ſit, quam reddit Tertull. lib. 2. contra Marcion. c. 19. *In ipſis*, inquit, *commerciis vitæ, & conuerſationis humanæ, domi, ac foris, ad vſque curam vaſorum omnifariam diſtinxit; vt iſtis legalibus diſciplinis occurrentibus vbique, ne illi momento vacarent à reſpectu Dei.* Voluit Deus in rebus humanis diuinas præſcribere; vt qui illas ſemper præ oculis haberent, has ex animo nunquam obliterarent. Voluit, vt ſuum tabernaculum eadem ſuppellectile, qua priuatæ domus, ornaretur: vt quiſque ſuam domum ingreſſus, animo, & recordatione tabernaculum intraret; & cùm domi ſuæ videret ea vaſa, eas menſas, ea vtenſilia, quæ in tabernaculo viderat, ſibi in tabernaculo habitare videretur, & nunquam diuina ex animo recordatio excideret, quam tam domeſtica, & crebrò occurrentia ſigna excitarent.

Tam multa vaſa in ſacrificiorum vſus Deus requirebat, vt ingens ſui memoriam excitaret.

Tertull.

4. Ad hæc vaſa tabernaculi mihi videtur Regius vates alluſiſſe, dicens: *Si dormiatis inter medios cleros, penna columbæ deargentata*, &c. Pſal 67. num. 14. Ex Hebræo legi poteſt: *Si dormiatis inter medias ſortes*, ſeu, *inter medios lebetes*, aut quæuis alia vaſa coquinaria. Vnde vulgaris ſenſus eſt, ſi dormiatis inter medias ſortes, hoc eſt, inter medios timores, ac pericula, quæ ijs, qui ex ſortibus dependent, obuerſantur; vel inter medias miſerias, & ærumnas, quæ in vaſis coquinarijs vilibus, & abiectis exprimuntur; tandem ab his omnibus veluti alati, in morem velociſſimæ columbæ feliciter euadetis. Mihi tamen alia videtur expoſitio congruentior. Si dormiatis inter medios cleros, & medios lebetes, & alia vaſa coquinaria; non quidem ex ijs, quæ profanis vſibus, ſed quæ ſacrifi-

In tabernaculi vaſis perpetuã ſui recordationẽ, noſtrãque à periculis immunitatem, Deus collocabat.

Cur ſacra vaſa ſortes dicantur.

A cijs deſtinabantur: hæc enim ſola dicebantur ſortes, vel quòd in illis ſortes, id eſt, partes victimarum coquerentur; vel quòd Sacerdotes ſorte definirent, quo quiſque ſacrificantium loco, ac tempore ſuas victimas coqueret, & offerret. Si, inquam, dormiatis inter propria ſacrificiorum vaſa: hoc eſt, ſi ad tabernaculum vel corpore ipſo, vel ſaltem animo, & recordatione, aſcendatis, ibique ſpem veſtram in precibus, orationibus, ac ſacrificijs collocetis, & à terrenis curis exoluti, toti in diuinas laudes incumbatis; facilè vobis erit, vitam quantumuis laborantem, & periclitantem ab omnibus laboribus, & periculis expedire. Nec aduerſatur huic interpretationi Chaldæus Paraphraſtes, transferens: *Si dormiatis inter media aulæa.* Nam per *aulæa* mihi videtur intelligere, vel cortinas, quibus tabernaculum vndique cingebatur,
B Exod. 26. à num. 1. vel duplex illud velum, quorum alterum ſancta ſanctorum à ſanctis; alterum ſancta ab atrio diuidebat, Hebr. 9. à num. 1. Atque adeò ex diuerſo ſigno elicuit eundem ſenſum; nam ſicut per lebetes ſanctuarij, ita & per eiuſdem cortinas, ſacrificia, & preces indicantur; in quibus ſi quis libenter conquieſcat, immunitatem à periculis conſequetur. Itaque Deus perpetuam ſui memoriam ex tabernaculi vaſis, tanquam ex ſignis, in omnium animis excitabat, ſciens quantum momenti in ea recordatione ad vitam ſpiritualem excolendam includatur.

Chald.

5. Ad eandem memoriam conſeruandam præcipiebat antiqua lex, vt quoties panis fermentaretur, ac ſubigeretur; toties primitiæ in vſum Sa-
C cerdorum ſepararentur, Leuit. 23. num. 17. Quorſum enim ſpectauerit ea lex, optimè declarat Philo Hebr. lib. de præmijs Sacerdotum, vt ſcilicet populares, & ſacerdotes ex ſignis maximè domeſticis, & familiaribus continuam Dei memoriam replicarent. *Dum enim*, inquit, *aſſueſcunt ſemper alimenti partem Deo decidere, nunquam in eius obliuionem veniunt: qua in re nihil in vita poteſt contingere homini felicius.* Quòd ſi tam frequens Dei recordatio Hebræis inculcabatur, qualem habere debent Chriſtiani? Certè D. Gregor. Nazianz. orat. 31. non procul ab initio: *Nec enim*, inquit, *tam ſæpe ſpiritum ducere, quàm Dei meminiſſe debemus. Imò, ſi dici hoc poteſt, aliud nihil, quam hoc faciendum.* Imò D. Bern. de interiori domo, cap. 9. Dei recordationem no-
D ſtra reſpiratione frequentiorem deſiderat. Nam reſpiratio ſua trahitur per interualla diſcreta: at verò Dei recordatio nullo deberet momento interrumpi. Nam *ſicut*, inquit, *nullum eſt momentum, in quo non fruamur Dei miſericordia; ſic nullum eſſe debet momentum, in quo illum præſentem non habeamus in memoria.* Quam doctrinam Ægyptij quondam Eremitæ, teſte Caſſiano lib. 3. cap. 2. quanta poterant perfectione ſeruabant, dum non ſolùm vacantes, ſed etiam laborantes Dei recordationi inſiſtebant, continuæ operationi *preces, & orationes per ſingula momenta miſcentes.* Quin etiam Alexandrini monachi, teſte Philone libro de vita contemplatiua, ne dormientes quidem à Dei recordatione
E ceſſabant: *Perpetuam*, inquit, *habent Dei memoriam, vt ne in ſomnis quidem aliud eis obuerſetur, quàm imagines diuinarum pulchritudinum. Et ſunt in his, qui ſomniando produnt præclaras ſacræ philoſophiæ ſententias.* Sed hæc obiter dicta, ſuum inuenient locum, quo illuſtrentur.

In fermentati panis primitijs continuam ſui memoriam Deus requirebat.

Phil. Hebr.

Qualem Dei memoriam debent habere Chriſtiani?

D Greg. Naz.

D. Bern.

Sæpius Deũ meminiſſe quàm reſpirare debemus.

Caſſian.

Singulis momentis etiam in ſomnis Dei memoria habenda.

Phil. Hebr.

6. *Et omne quod leuabat*, &c. En legis tranſgreſſio. Nam lex, vt diximus, ſolùm armum, & pectuſculum Sacerdoti concedebat; ille verò rapiebat quidquid fuſcinula leuabat, quod exiguum eſſe non debebat: nam illo fuſcinulæ tergemino morſu,

Quam legem filij Heli tranſgrederentur?

morſu facilè tergemina portio extraheretur, multò maior indicanda, dum ab omni extrahebatur lebete, & ab omni exigebatur ſacrificante, vt diximus, & facilè colligitur ex litera; tum quia per omnia vaſa faſcinulas immittendo, & rapiendo liberè diſcurrebant; tum quia *ſic faciebant vniuerſo Iſraeli, venientium in Silo*; hoc eſt, omnibus venientibus, &c. Ita enim Hebræi loquebantur. Sicut 2. Paral. 31. n. 4. *Præcepit autem populo habitantium Hieruſalem.* hoc eſt, omnibus habitantibus. Vnde nec ſacrificans, nec ſacrificium vllum erat, quod ab iniuria immune relinqueretur. Quæ eſt cauſa,

Theod.
Iudæi patinarij, & gulones.

cur Theod. lib. de ſacrificijs, qui eſt ſeptimus de prouidentia, dicat, Iudæos fuiſſe *patinarios, ac gulones quàm maximos*; doceátque propterea Deum B illis conceſſiſſe, vt ſacrificia offerrent, in quibus lautè veſcerentur, ne ſi eos, à ſacrificijs, quibus illi tanquam conuiuijs vtebantur, prohiberet, ipſi ſtatim fidei renunciarent.

Num. 15. Etiam antequam adolerent adipem, veniebat puer ſacerdotis, & dicebat immolanti: Da mihi carnem, vt coquam ſacerdoti; non enim accipiam à te carnem coctam, ſed crudam.

EXPOSITIO LITERÆ.

1.
Prima deformitas in altera legis tranſgreſſione filiorum Heli, dum priùs ſibi, poſtea Deo diuidebant.
Simile Nabuchodonoſor exemplum.

ETiam *antequam*, &c. En altera legis tranſgreſſio. In qua triplicem inuenio deformitatem. Vnam ratione temporis, quia priuſquam adeps adoleretur, ſuas ſibi partes ſacerdos præripiebat; tardiſſimus ſcilicet ad diuinum cultum, ad proprium lucrum velociſſimus. Sic & Nabuchodonoſor ad diuinum obſequium, tanquam bos piger incedebat; vnde in bouinam figuram meruit transformari, Daniel. 4. n. 22. At verò ad rapiendam cedri medullam à monte Libano, hoc eſt, ad Hieroſolymam, eiúſque templum compilandum, tanquam *aquila magnarum alarum*; ſeu, vt vertunt Septuaginta, *plena vnguibus* præuolabat, Ezech. D 17. n. 3. Hanc præpoſteram celeritatem filiorum Heli præter vulgares interpretes notarunt in primis

D. Greg. Naz.
D. Proſp. Aquit.

D. Greg. Nazianz. orat. 1. n. 155. *Scelus*, inquit, *contra ſacrificium committebant, ollas ante tempus delibantes.* Deinde D. Proſper Aquitan. lib. de promiſſ. & prædict. p. 2. c. 24. dicens, filios Heli malignè agere, *indebitè præſumentes, primitus ſibi, poſtea Deo debere offerri.* Præterea Rabbi Bar Ger-

Rabbi Bar-Gerſon.

ſon, qui obſeruans ſacrificium eſſe menſam Dei; & conuiuium, quod ſequebatur, eſſe menſam ſeruorum, præpoſterum ordinem indignatur. *Curabant*, inquit, *priùs ſuam menſam, quam Dei; quia præripiebant carnes, antequam adoleretur adeps.* Quid iniquius; & indignius, quam vt priùs ſeruorum, quàm dominorum menſa inſtruatur. Et priùs illi epulentur, hi poſtea ſubſequantur? Tandem D. Chryſ.

D. Chryſ.

orat. quadam de decollat. Ioan. Bapt. quæ in Bibl. homi tom. 4. de Sanctis circumfertur, & eſt homil. 15 ex varijs in Matth. locis, in 2 tom. eandem filiorum Heli inſaniam deteſtatus: *Deum*, inquit, *contemnebant, primi accipientes primitias donorum, quæ Deo offerebantur.* Quos deinde comparat cum Cain, prius ſibi de frugibus terræ primitias aſſumente, quàm Deo ſacrificante.

2.
Sareptenſis vidua deuotio, dū priùs

Longè aliter vidua Sareptenſis, ad quam Helias: *Vade, inquit, & mihi primum fac de ipſa farinula ſubcinericium panem paruulum, & affer ad me, tibi autem, & filio tuo facies poſtea*, 3. Reg. 17. num. 13. Vbi

Eliam, quàm ſe, propriumque filium paſcit.

A in primis aduertendum eſt, Prophetam non præcepiſſe, ſibi primùm fieri, vt proprio indulgeret genio, & defraudaret alienum. Neque enim hoc de Heliæ charitate erga omnes; neque illud de Heliæ ſeueritate erga ſeipſum poteſt quiſpiam ſuſpicari. Sed vt fœminam tentando, eius ſanctitatem manifeſtaret, & ſeipſum fœminæ præferendo, non tam ipſe ſuo, quàm Dei nomine loqui crederetur. Quid ergo fœmina? Quid faceret? Vtrum alteri præferret? Filium Prophetæ? an Prophetam filio? Vt filium, ſolicitabat natura: vt Prophetam, gratia imperabat. Quò igitur inclinauit? Certè, inquit

D. Chryſ.

D. Chryſ. *erat cor illius beata quodammodo poſitum in trutina; & dubium, quinam vergeret, ad filii ne ſui beneuolentiam, an ad hoſpitalitatem erga Prophetam?* Sed B vide, quò tandem ceſſerit. *Illa verò*, inquit Chryſ. *elegit potius ſe, & filium adducere in anguſtias, quam Prophetam non ſuſcipere.* Prædicanda ſanè mulieris deuotio, quæ prius Prophetam, quàm ſe, filiúmque pauit, & domeſticam poſthabuit famem, vt curaret alienam.

3.
Execranda filiorū Heli intemperantia, dum ſe etiam ipſi Deo præferunt.

Vnde colligitur, quàm execranda ſit filiorum Heli intemperantia; nam illa fœmina, cùm ex proprio munere minimè teneretur ad præferendum Prophetam, imò ad poſtponendum, ex propria neceſſitate vrgeretur; tamen quia in eo diuinam auctoritatem recognouit, ſuam propriam neceſſitatem non curauit. At verò hi, cùm eſſent C Sacerdotes, quibus ſacrorum religio ex officio incumbebat, & cùm eſſent diuites, qui ſeteculorum copia, & lautitie abundabant; tamen ſeipſos non ſolùm homini, ſed etiam ipſi Deo prætulerunt, & diuinum ſacrificium defraudantes, proprium conuiuium pluribus, & lautioribus epulis, quàm par erat, accumularunt. Quam deformitatem adeò

D. Chryſ.
Propter hanc deformitatē filij Heli grauiter puniuntur.

grauem eſſe cenſuit D. Chryſoſt. homil. 8. in epiſt. ad Theſſal. vt alijs eorum peccatis prætermiſſis, propter hanc dicat dediſſe pœnas: *Filij*, inquit, *Heli, quoniam comedebant ante incenſum, grauiſſimas pœnas dederunt cum patre.* Comedebant, inquit, ante incenſum. Vbi ſceleratam eorum ingluuiem inſinuat; quia non ſolùm poſtulabant carnes ante incenſum, ſeu ante ſacrificium, ſed etiam deuorabant.

4.
Secunda deformitas, dū adipem ſoli Deo debitum ſibi arripiebant.

D Alteram deformitatem, ratione rei ablatæ; quia ſicut non expectabant cremationem adipis, ita forte neque ipſius ſeparationem à carne; atque adeò cum carne, adipem ſoli Deo debitum auferebant. Et confirmari poteſt ex n. 29. huius capitis, vbi dicuntur comediſſe *primitias omnes ſacrificij*, ſeu, vt eſt in Hebræo, *initia*, quod non videtur eſſe aliud, quàm primas ſacrificij partes, quæ Deo offerebantur. Si ita faciebant (neque enim id in litera exprimitur) conuenit in eos illa Zachariæ in paſtorem ſtultum obiurgatio: *Carnes*, inquit, *pinguium comedet, & vngulas eorum diſſoluet. O paſtor,*

Stultus paſtor, cur idolum dicatur?

E *& idolum derelinquens gregem!* Zachar. 11. num. 16. Cur enim idolum vocat? An quia non magis ſui gregis vtilitate mouebatur, quàm idolum ligneum, aut lapideum, ſenſus expers moueretur? Fateor. Sed addo, quia non ſolùm carnes victimarum tanquam Sacerdos, ſed etiam earum adipes, tanquam Deus, ſeu potiùs idolum, & inanis quædam imago diuinitatis præripiebat. Sed quidquid ſit de

D. Hieron.
Filij Heli optimas carnis portiones vſurpabant.
Digna pœna filiorū Heli, qui dum Dei partes arripiūt, proprias amittunt.

adipe; certè optimas quaſque carnis portiones vſurpabat. Ita D. Hieronym. epiſt. 83. ad Oceanum, vbi de filijs Heli: *Religionem*, inquit, *prædam putantes, quidquid optimum in hoſtiis erat, in ſuas delicias conuertebant.* Certè qui fuſcinulam in alienas portiones immittebant, digni erant, qui proprijs priuarentur. Vnde illud ad iniquos, & ſacrilegos Sacerdotes: *Ecce ego proiiciam vobis brachium.*

Septuag. *chium*, Malach. 2. n. 3. ſeu, vt habent Septuaginta: *Ecce ego ſeparabo vobis humerum.* Quiſnam humerus hic eſt? Et quam ob cauſam à ſacerdotibus ſeparandus? Humerus fortè ille eſt, qui ſacerdotibus ex victimis obtingebat; qui tamen dicitur iiſdem auferendus, quia ipſi proprias offerentium portiones, vel etiam ipſi Deo conſecrandas auferebant, vt quam alijs iacturam irrogabant, paterentur. Ita ferè D. Cyrill. Alexand. ad eum locum. Nam deſcribens eorum culpam: *Sacerdotes*, inquit, *non tam quod Deo, ſed quod cupiditati ſuæ arrideret, præſtantes, ſtabilientes, & conſtanter obſeruari ſtudentes, quas ſibi commodiores putabant, hoſtiarum carnes eligebant.* Et ſtatim infertur pœna: *Ecce ego ſeparabo vobis humerum*; ſcilicet, inquit Alexandrinus, *par pari referens.* Quaſi diceret Deus; illum ipſum, qui vobis debebatur, victimarum humerum amitteretis, quia vobis indebitas partes arripuiſtis.

D. Cyrill. Alex.

5. *Tertia deformitas dum crudas carnes poſtulabant delicioſiùs condiendam*

Tertiam deformitatem, ratione modi auferendi. Non enim carnem coctam, ſed coquendam poſtulabant. Quia volebant, inquit Abulenſ. delicioſiùs epulari, aliter, atque aliter prout vellent, eam præparando. Quod Magiſter hiſtoriæ, Lyran. Beda, D. Greg. aliique interpretes, & antiquiores Patres ſtatim referendi, obſeruarunt. Et colligitur ex littera; nam in ſacrificijs carnes ſimplici aqua coquebantur, ſeu elixabantur: vt patet ex num. 13. *dum coquerentur carnes*, Hebraicè בְּבַשֵּׁל *ebebaſel*, à radice, בָּשַׁל *baſal*, quod propriè eſt, *aqua coquere*; quamuis aliquando aliò transferatur, vt noſter Villalp. Ezech. 46. n. 20. obſeruauit. At verò hic poſtulabat puer carnem: *Vt*, inquit, *coquam Sacerdoti*; Hebraicè, לִצְלוֹת *litſeloth*, hoc eſt, *vt aſſem*; ſeu, *ad aſſandum*; à verbo צָלָה *tſalah*, quod eſt propriè *aſſare*. Itaque diuerſo modo condite volebant eas carnes, quam in ſacrificijs pacificis conditæ apponerentur. Nec dubium, quin genialius, & ad ſuam voluptatem indulgentius, præſertim cùm dicantur num. 29. huius capitis iuxta Hebræum, comediſſe *primitias omnis ſacrificij ad impinguandum*, vel *ſaginandum ſe.* Vnde D. Iſid. lib. 2. de differentijs ſpiritualibus, c. 35. *Filij*, inquit, *Heli extra morem, crudam ab offerentibus carnem tollebant, quam ſibi accuratius præpararent.* Et D. Greg. lib. 30. Moral. cap. 13. inter alias gulæ appetitiones illam conſtituit, qua cibi lautiores quæruntur. Et confirmat præſenti exemplo: *Prima*, inquit, *filiorum Heli culpa ſuborta eſt, quòd ex eorum voto ſacerdotis puer non antiquo more coctas vellet de ſacrificiis carnes accipere, ſed crudas quæreret, quas accuratiùs exhiberet.*

Abul. Magiſt. Hiſtor. Lyran. Beda. D. Greg. Villalp.

D. Iſid.

D. Greg.

6. *Deteſtabilis filiorum Heli gulæ intemperies, dum diuerſa condimenta in carnibus appetebant. Simile filiorum Iſraël exemplum in deſerto.*

Fuit hæc in filijs Heli non parùm deteſtabilis intemperies, qui vulgaribus epulis non contenti, lautiores exquirebant. Faſtidiebant carnes coctas, vt in ſacrificijs pacificis apponi conſueuerant; & aſſatas, aut artificioſiùs conditas poſtulabant, vt per nouas ſaporum varietates gulæ appetentiam irritarent. Tales olim filij Iſraël; pane Angelorum in deſerto conuiuari, quaſi ruſticorum proprium cenſerent, lautiorem, & ſuauiorem efficere curabant. Igitur *circuibat populus*, inquit textus, *& colligens manna frangebat mola, ſiue terebat in mortario, coquens in olla, & faciens ex eo tortulas ſaporis, quaſi panis oleati*, Num. 11. num. 8. Quorſum enim in cibo Angelorum, hoc eſt, Angelorum manibus elaborato, ſeu tam ſuaui, vt vel ipſi Angeli eo refici poſſe viderentur, nouas condituras excogitabant; niſi quòd, interprete Lyrano, ea ſuauitate non contenti, nouas aucupari conarentur. Iam verò illa populi appetentia, flagrantis deſiderio carnium, quas in Ægypto comedebat, Num. 11. num. 4. vnde, quæſo, oriebatur, ſi in deſerto innumeros ſecum greges deducebat, vt annot. 14. ſect. 1. iam aduerti, quibus liberè, ſi liberet, veſcerentur: niſi quòd, eodem Lyrano interprete, non tam carnes ipſas, quàm noua in carnibus ſalſamenta, & condimenta, ſeu irritamenta gulæ deſideraret: quæ cùm in deſerto parare non poſſet, itineris labore impeditus, durius iudicabat illis carere, quam in ſeruitutem Ægyptiam relabi?

Lyran.

Lyran.

7. Quòd ſi hæc in populo Iſraëlis ingluuies vituperatur; imò non tam in populo Iſraëlis, quàm in ipſo Ægyptiorum vulgo promiſcuo, quod aſcendit pariter cum Iſraëlitis de Ægypto. hoc enim dicitur primùm deſiderio carnium flagraſſe, & hanc ſuam præpoſteram appetentiam in Hebræos transfudiſſe. Si, inquam, in vulgo inglorio, & ignobili vituperatur hæc ingluuies; quantam merebitur cenſuram in filijs Heli? quantam in viris Eccleſiaſticis, qui quò Deo ſunt propiores, eò à terrenis voluptatibus abſtractiores eſſe debent? Vnde D. Hier. ep. 83. ad Ocean. non immeritò inuehitur in Sacerdotes, Epiſcopos, cæteróſque Eccleſiaſticos, molliter, & genialiter conuiuari ſtudentes. Nam ex D. Paul. 1. Timoth. 3. n. 4. docet Epiſcopum domui ſuæ benè præeſſe debere. *Non*, inquit, *vt opes augeat; non vt regias paret epulas; non vt calatas patinas ſtruat; non vt phaſides aues lentis vaporibus coquat, qui ad oſſa perueniant, & ſuperficiem carnis non diſſoluant artifici temperamento; ſed vt quod populo præcepturus eſt, priùs à domeſticis exigat.* Quæ ferculorum luxuries minùs ferenda eſt in eo Eccleſiaſtico, qui ab humili fortuna in ſupremam euaſit. Quem proinde idem D. Hieronym. epiſt. 2. ad Nepotian. acerrimè carpit, &, vt liberiùs agere liceat, ſub ſuimet perſona loquitur, quaſi in ſeipſum inuehatur: *Natus*, inquit, *in paupere domo, & in tugurio ruſticano; qui vix milio, & cibario pane, rugientem ſaturare ventrem poteram, nunc ſimilam, & mella faſtidio; noui & genera, & nomina piſcium: in quo littore concha lecta ſit, calleo: ſaporibus auium diſcerno prouincias, & ciborum me raritas, ac nouiſſimè damna ipſa delectant.*

D. Hier. *Ventris ingluuies in Eccleſiaſticis viris deteſtabilior.*

In eo præcipuè, qui ab humili fortuna ad ſupremam euaſit. D. Hier.

8. Nec minùs aliena eſſe debet hæc ciborum lautities ab iis, qui in continentiæ ſtatu degunt; cùm ad continentiam nihil ferè magis, quàm abſtinentia requiratur. Quare idem D. Hieron. in epiſt. 9. ad Saluinam, quam de viduitate ſanctè, integréque ſeruanda adhortatur: *Procul ſint*, inquit, *à conuiuiis tuis phaſides aues, craſſi turtures, attagen Ionicus, & omnes aues, quibus ampliſſima patrimonia auolant.* Et paulò pòſt in illam Apoſtoli indulgentiam, quam facit ad omnes cibos capiendos: *Nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur*, 1. Timoth. 4. num. 4. ſubdit D. Hier. *Audiant hæc mulieres, quæ ſolicitæ ſunt, quomodo placeant viris; comedant carnes, quæ carni ſeruiunt; quarum feruor deſpumat in coitum; quæ maritis alligatæ, generationi, ac liberis dant operam. Quarum vteri portant fœtus, earum & inteſtina carnibus impleantur. Tu verò, quæ in tumulo mariti ſepeliſti omnes pariter voluptates, nihil habeas, neceſſe eſt, aliud, niſi perſeuerare in ieiunio*, &c. & alia eleganter proſequitur illius ſtatus non ad corpus, ſed ad animum ornamenta.

Gula luxuries à continentiæ ſtatu aliena. D. Hier.

9. Quòd ſi quemlibet ſacrum, & continentem ſtatum multiplices ciborum deliciæ non decent, quo pacto decere poterunt religioſum, qui non ſolùm animorum puritatem, ſed etiam corporum aſperitatem profitetur. Caueant igitur religioſi, ne de tenui, & paupere victu, quo in religione vtuntur, conquerantur; ne illos ignauos, ventrique pronos Iſraëlitas imitentur, qui in deſerto *tentauerunt Deum in cordibus ſuis, vt peterent eſcas animabus*

Ciborum deliciæ in religioſis, magis reprehenduntur.

bus ſuis. Et malè loquuti ſunt de Deo, Pſalm.77.n.18. & 19. Hos enim, ioterprete Lyrano, ingrati religioſi ſequuntur, qui non contenti *conuentualibus*, vt loquitur, *cibis*; pro lautiotibus impetrandis, quos in ſæculo non habebant, ſuos prælatos querimooijs fatigant; ſi impetrent, procul dubio nocituri & corpori, quod ciborum multitudine torquet, & infirmatur; & animo, qui his delicijs obruitur, & langueſcit; & toti communitati, quæ ex hac iodulgeotia non exiguum ſuæ obſeruantiæ patitur detrimentum. Quæ intemperantia fercoda eſſet, ſi eſcas neceſſarias peterent, & vulgares; cùm tamen ſuperfluas poſtulent, & exquiſitas planè intoleranda.

Lyran.

10. *Religioſi ciborum lautitiem appetẽtes, & ob illorum defectum murmurantes, abiectiſſimi.*

Videant quos imitentur: non principes, non duces, non priuatios viros Iſraël; ſed promiſcuum illud vulgus Ægyptiorum, quod in Hebræorum exercituno ſe intrudit, & cum illo de Ægypto pariter aſcendit. Nam quamuis ante manna diuinitus acceptum murmurauerit *omnis congregatio filiorum Iſraël contra Moyſen, & Aaron*, & ob ciborum inopiam multas in querimonias eruperit, Exod 16. à num. 2. tamen poſt manna è cælo delapſum, non Hebræi, ſed vulgus promiſcuum, hoc eſt, abiectiſſimi Ægyptij, illas querimonias inchoarunt, Num. 11. à uum 4. Quis enim niſi viliſſimus quiſque, & abiectiſſimus, cæleſtibus epulis ſatiatus, terrenarum inopiam lamentari aggrederetur? Hos igitur imitantur illi, quibus in religione ſatis non eſt *pietas cum ſufficientia*. Et qui *habentes alimenta*; quibus ſuſtententur, quærunt oblectamenta, quibus ſaginentur Sic enim Lyranus locum Numer. proximè citatum diſertiſſimè expreſſit: *Per iſtos*, inquit, *qui flagrarunt deſiderio carnium, ſignificantur religioſi mendicantes, qui poſt factam profeſſionem in paupercula religione, in qua nihil eis promittitur, quantùm ad vitam præſentem, niſi auſteritas, & paupertas; tamen volunt nimis lautè viuere, ac delicatè: & frequenter hoc contigit illis, qui in ſæculo minùs habuerunt, & acriter murmurant contra illos, qui pro victu illorum procurando fideliter laborant.*

Lyran.

11. *Religioſorum intemperãtia deſcribitur, & arguitur.* D.Bern.

Sed hanc religioſorum, ſi qui ſunt, intemperantiam, oouas ſemper in epulis delicias aucupantium, nemo, quem ſciam, elegantius, quàm D. Bernard. expreſſit in Apologia ad Gulielmum, vt mirum non ſit, qui parciſſimus fuit in cibis capiendis, in reprehendendis eloquentiſſimum extitiſſe: *Fercula*, inquit, *ferculis apponuntur, & pro ſolis carnibus, à quibus abſtinetur, grandia piſcium corpora duplicantur. Cùmque prioribus fueris ſatiatus, ſi ſecundos attigeris, videberis tibi, nec dum guſtaſſe piſces. Tanta quippe accuratione, & arte coquorum, cuncta apparantur, quatenus quatuor, aut quinque ferculis deuoratis, prima non impediant nouiſſima, nec ſatietas minuat appetitum. Palatum quippe dum nouellis seducitur condimentis, paulatim incipit diſſueſcere cognita, & ad ſuccos extraneos velut adhuc ieiunum, auidè renouatur in deſideria. Venter quidem dum neſcit, oneratur; ſed varietas tollit faſtidium. Quia enim puras, vt eas natura creauit, epulas faſtidimus: dum alia aliis multifariè permiſcentur, & ſpretis naturalibus, quos Deus indidit rebus, quibuſdam adulterinis gula prouocatur ſaporibus; tranſitur nimirum meta neceſſitatis, ſed nec dum delectatio ſuperatur. Quis enim dicere ſufficit, quot modis, vt cætera taceam, ſola oua verſantur, & vexantur; quanto ſtudio euertuntur, ſubuertuntur, liquantur, durantur, diminuuntur: & nunc quidem frixa, nunc aſſa, nunc farſa, nunc mixtim, nunc ſigillatim apponuntur? Vt quid autem hæc omnia, niſi vt ſoli faſtidio conſulatur? Ipſa deinde qualitas rerum talis deforis apparere curatur, vt non minus aſpectus, quam guſtus delectetur; & cùm iam ſtomachus crebris ructibus repletum ſe indicet, nec dum tamen curioſitas ſaturatur. Sed dum oculi coloribus palatum ſaporibus illiciuntur; infelix ſtomachus, cui nec colores lucent, nec ſapores demulcent, dum omnia ſuſcipere cogitur, oppreſſus magis obruitur, quam reficitur.* Hæc Bernardus elegantiſſimè depiogit, & acerbiſſimè condemnat.

12. *Ciborum parſimoniam Deus initio commendauit.*

Abſit igitur à ſacris hominibus tam voluptaria curioſitas, qua ooo curatur oeceſſitas, ſed irritatur voluptas. Tantum ne ſerperet malum, prouidit mundi creator, & redemptor: ille quidem cùm mundum creauit, hic verò cùm redemit. Nam Deus in prima mundi creatione: *Germinet*, inquit, *terra herbam virentem, & lignum pomiferum*, Gen. 1. num. 11. Hæc duo tantùm ſubminiſtrauit viuentibus alimenta, herbas, & poma. Vtraque ſimplicia, nullius artis lenocinio adulterata, ne auderent homines in voluptatis vſus deprauare naturas. Quòd ſi alijs iam nunc vtantur homines alimentis, inquit ibi D. Thomas: *Non facit id naturalis neceſſitas, ſed humana curioſitas.* At verò Chriſtus Dominus, ita nos docuit orare: *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*, Matth.6. num.11. Cur dicit *quotidianum*? D. Chryſoſtom. hom. 20. io Matth. ne ſoliciti ſimus de craſtino. De ſpiritualibus enim prouidendum eſt in poſterum; de temporalibus in præſens: nam *cur eius diei, quem neſcis te eſſe viſurum, ſolicitudine torquearis*? Auctor operis imperfecti homil.14. Ne multorum dierum panes vno in die conſumamus, ſed *tantum quis vno die manducet, quantum ratio naturalis exigit, non quantum laſciuia carnis impellit*. Addo, quia *quotidianum* dicitur, quidquid eſt commune, vulgare, parabile, minimè exquiſitum: talem panem voluit Chriſtus Dominus, vt peteremus, tenuem, obuium, facilémque inuentu, ne ſi appeteremus exquiſitiſſimum, ac delicatiſſimum, intemperatiſſimi redderemur. Tales filij Heli, multò delicatius, & generalius, quàm cæteri hominum epulari cupientes.

D.Thom.

Commẽdauit etiam poſteà Chriſtus Dominus.

Cur panem quotidianum à Deo petere iubeamur.

D.Chryſ.

Auct. imp.

13. *Quid per carnem crudam intelligatur.* Caiet.

Non enim accipiam a te carnem coctam, &c. Notat Caietan. pro carne cruda eſſe in Hebræo *carnem viuam*, quod verum eſt. Nam verbum חי *chai*, quod hic ponitur, *viuum* ſignificat. *Sicut viuentes, ſic in ira abſorbet eos.* Pſal 57. num. 10. *Fortè viuos deglutiſſent nos*, Pſalm. 123. n. 3. *Deglutiamus eum, ſicut infernus viuentem.* Prou. 1. n. 11. Quibus locis eſt idem vocabulum Hebræum חי *chai*, ducta metaphora à belluis rabidis, & famelicis, quæ deuorant carnem crudam, & viuentem. Addit prætetea Caietan. ex Hebræis non aliter ſignificari in eorum lingua crudum, quàm per viuum; & confirmat ex cap.9. Geo. num. 4. *Carnem cum ſanguine non comedetis*, ſeu, vt eſt in Hebræo, *carnem in anima*, ſeu *cum anima*, id eſt, carnem viuam non comedetis. Verùm neque aſſertio vera eſt, neque coofirmatio ad eius mentem accommodata. Non aſſertio; quia Exod.12. num. 9. *Non comedetis ex eo crudum*; ponitur vucabulum נא *na*, quod, teſte Pagnino, in Theſauro *crudum* ſignificat. Et quamuis Oleaſter de hac ſignificatione dubitet, & potiùs vertat *fractum*, vel *diſſectum*, quod temerè feciſſe dicit Cornelius, cùm ſit contra omnes interpretes, ſaltem oon ſigoificat *viuum*; & tamen pooitur pro *crudo*; noo ergo ſemper Hebræi *crudum* explicant per *viuum*. Non confirmatio; quia Caietanus exiſtimat eo Geneſ. loco prohiberi eſum animalis non ſolùm crudi, ſed etiam viui; ad eum modum, quo lupi viuis ouibus paſcuntur: de qua interpretatione interim non diſputo, quamuis mihi aliena à vero ſenſu, & planè falſa

Caietani ſententia.

Impugnatur.

Pagnin.

Oleaſt.

Cornel.

videatur;

videatur : ergo non affert exemplum, in quo caro cum anima, ſeu caro viua, ſumatur pro cruda tantùm : nam ſecundùm eius mentem ſumitur pro carne propriè viuente. Fateor tamen hoc loco *viuam* poni pro *cruda*, vt Interpretes communiter admittunt. Quòd ſi quis carnem viuam propriè accipiat : *Non accipiam antè carnem coctam , ſed viuam*; maior ſacerdotum iniquitas apparebit , qui totam victimam integram , & viuentem rapiebant ; non ſolùm populum ſua portione, ſed etiam Deum ſuo adipe defraudantes. Quo magis id, quod paulò ſuperiùs de adipe diximus, confirmatur.

14. *Diuerſæ rapinæ filiorum Heli oſtenduntur.*

Quæres , An diuerſæ ſint rapinæ , quæ in præſenti, & præcedenti numero deſcribuntur? Videtur affirmandum ; quia illas carnes rapiebat puer ſacerdoris ex lebetibus; has poſtulabat ab immolantibus, niſi ſponte darent, vi ablaturus. Item illas rapiebat ſemicoctas, ſeu dum coquerentur, has omninò crudas, antequam igni admouerentur. Tandem illas poſt cremationem adipis, non enim carnium coctio incipiebat , antequam adeps adoleretur , vt hîc Abul. aduertit : cùm igitur illas partes auferret , poſt coctionem carnium inceptam , à fortiori poſt cremationem adipis abſolutam : has autem rapiebat , antequam adeps adoleretur. Et videtur vltimò diuerſitas rapinarum confirmari ex illis particulis tam Hebraicis , quàm Latinis, גַּם בְּטֶרֶם *gam beterem*, hoc eſt , *etiam antequam*. Ita vt ſenſus ſit, non ſolùm poſt cremationem adipis rapiebat ex lebetibus; ſed etiã antequam adeps adoleretur, vi extorquebat ab immolantibus. Itaq; miniſter Sacerdotis in hora ſacrificiorum feſtinus aderat, & ſi quas carnes inueniſſet in lebetibus iam igni applicatas; (quia erat periculum in mora, ne ſi paululum cunctaretur, coquerentur:) non poſtulabat, ſed ſtatim arripiebat ; ſi quas autem inueniſſet, adhuc à foco ſepoſitas, primùm poſtulabat, & repulſam paſſus extorquebat. Quæ diuerſæ rapinæ tolerabantur, vel eodem die à diuerſis immolantibus, vel diuerſis diebus ab eodem.

Abul.

Num. 16. Dicebátque illi immolans : Incendatur primùm iuxta morem hodie adeps , & tolle tibi quantumcunque deſiderat anima tua Qui reſpondens aiebat ei : Nequaquam : nunc enim dabis, alioquin tollam vi.

EXPOSITIO LITERÆ.

1. *Immolans hic pro laico vſurpatur.*

D*Icebátque illi*, &c. *Immolans* tam hoc numero, quàm ſuperiori ponitur pro laico victimas immolandas in tabernaculum offerente. Oſtenditur igitur ignorantia, & malitia ſacerdotum. Nam qui laicos docere , & corrigere ex officio tenebantur , à laicis docentur , & corriguntur. *Incendatur* , inquit laicus , *primùm iuxta morem hodie adeps*. Quaſi diceret; Si ignarus peccas , adſum inſtructor ; ſi malitioſus, adſum hortator. Caue, ne aut ignoranter, aut malitioſè delinquas. Igitur peiores erant laicis Sacerdotes. Quid magis præpoſterum eſſe potuit? *Sacerdotes*, inquit, Saluian. lib 2. ad Eccleſiam Catholicam paulò poſt medium, *tanto antiſtare cæteris oportet deuotione , quanto antiſtant omnibus dignitate. Nihil eſt enim turpius , quàm excellentem eſſe quemlibet culmine , & deſpicabilem vtilitate. Quid eſt enim aliud principatus ſine meritorum ſublimitate, niſi honorum titulus ſine homine ? Aut quid eſt dignitas in indigno , niſi ornamentum in luto? Et ideo cunctos , qui ſancti altaris ſuggeſtu eminent, tantum excellere oportet merito , quantum gradu.* Cui D. Chryſoſtomus libro 2. de ſacerdotio conſentit : *Quanta* , inquit , *inter ſeſe differentia homines rationis vſum habentes , & bruta ratione carentia diſſident ; tantum ſanè diſcrimen inter eum, qui paſcit, atque eos, qui paſcuntur , eſſe velim; vt ne maius etiam exigam.*

Sacerdotes tantum virtute , quantum dignitate alios antecellant. Saluian.

D. Chryſ. *Quantum homines bestiis, tantum ſacerdotes laicis præſtent.*

2. At verò hîc longè aliter res habet. Nam laicus pro religione pugnat , quam Sacerdos oppugnat, Quid iniquius ? Lamentatur Oſeas cap. 4. num. 9. temporis ſtatum, in quo *erit ſicut populus , ſic Sacerdos*. hoc eſt , vt D. Gregor. hom. 7. in Euangel. interpretatur : *In quo Sacerdos nullo merito vitæ ſuæ, vulgi tranſcendit actionem.* Quid diceret de illo , in quo peior , quàm populus , eſſet Sacerdos . Talis tunc erat ſtatus Hebræorum , in quo laicus ſanctificabat ſacrificia, quæ Sacerdos profanabat. Certè Dauid de illo conqueritur doctore , ſeu ſacerdote , qui *ſi videbat furem, currebat cum eo*, Pſal. 49. num. 18. Quid de illo diceret, qui præcurrebat, aut ſuo prauo exemplo faciebat ? Tales erant filij Heli , non ſolùm æquabant populi peccata, ſed etiam ſuperabant : imò laicus præ ſacerdotibus religioſus videbatur ; nam vt primas ſacrificij partes Deo offerret , ſuis ſe partibus defraudabat ; renunciabat iuri ſuo , vt diuinum illæſum conſeruaret. *Incendatur* , aiebat, *primùm adeps* ; *& tolle tibi quantum deſiderat anima tua.* Quaſi diceret : Meas tibi partes præmitto omnes ; dummodo abſtineas à diuinis. Pungebat , ſeu potiùs lancinabat laici animum tanta Sacerdotis irreligioſitas. Quo pacto D. Bernard. epiſt. 179. dicebat : *Quidquid dulciſſimi Domini mei nomen decolorat, cor meum excoriat.* At verò Sacerdos tam pia monitione nihilo melior effectus , pergebat diuinum cultum contemnere , proprium lucrum machinari ; ideóque tam benignas pactiones ſuperciliosus excludebat. Sed vt tota litera clarior euoluatur.

D. Gregor.

D. Bern.

3. *An liceat laico ſacerdotem reprehendere. Pars negatiua.*

Quæres primò ; An licuerit laico immolanti reprehendere Sacerdotem? Nam D. Dion. Areop. epiſt. 8. ad Demophilum monachum , acriter reprehendit ipſum Demophilum, quòd Sacerdotem ſibi non ſubditum reprehendiſſet. *Nefas* , inquit, *eſt Sacerdotem à miniſtris , atque à tui ordinis viris iudicari , etiam ſi impius in diuinis eſſe videatur.* Et paulò pòſt deſcribit peſſimum Sacerdotem , *qui non modò Deum latere , ſed etiam fallere ſe poſſe confidat ; qui ſacris aris non preces inferat , ſed blaſphemias ; qui denique Sacerdos non ſit , ſed doloſus ſui illuſor , & infeſtus lupus in Dominicum gregem , ouina pelle armatus.* Hunc nihilominus docet iuxta diuinæ prouidentiæ rationem , ſecunda per prima diſponentem non ab inferioribus , ſed à ſuperioribus arguendum. Sed facilis eſt reſponſio, Sacerdotem, quamuis non debeat à laico argui poteſtate iudicis ; poſſe tamen zelo charitatis humiliter admoneri : Deus enim *mandauit vnicuique de proximo ſuo*, Eccleſ. 17. n. 12. Imò aliquando grauiter obiurgari , ſi obiurgati peccata publica ſint , & ſcandalum ingerant : obiurgantis verò animus à paſſione liber , & charitatis ſtudio incenſus agnoſcatur : maximè ſi neceſſitas occurrat , vt ſtatim admonitio , ſeu obiurgatio fiat , antequam culpa , quæ arguitur , liberior graſſetur. Vnde Diuus Bernard. ſermone ad Clerum in Concilio Rhemenſi congregatum, aut quiſquis eſt illius ſermonis auctor , non ſolùm Sacerdotes, ſed etiam Epiſcopos , quibus ipſe non præerat, acerrimè increpat. *Dicimini* , inquit , *paſtores cùm ſitis raptores.* Quid acerbius?

D. Dion. Areop.

Sacerdos à laico reprehendi poteſt, non iudiciaria poteſtate, ſed fraterna charitate.

D. Bern.

Epiſcopi grauiter à D. Bernard. obiurgantur.

acerbius? Deinde expendens illud Chriſti Domini: *Nónne ego vos duodecim elegi, & ex vobis vnus diabolus eſt,* Ioan. 6. num. 70. ſubdit: *Fratres, ſic faciet IESVS hodie, eligens ſibi multos diabolos Epiſcopos.* Quid acrius, & vehementius? Et paulò poſt: *Miniſtri,* inquit, *Chriſti & ſeruiunt Antichriſto.* Et ſimiles ingerit obiurgationes toto hoc ſermone, ac ſequenti, ad paſtores in Synodo congregatos, quibus ſacerdotalem licentiam non maledicendi animo, ſed diligendi ſtudio coërcet.

4\. *Conſuetudine hic ſolùm an etiam lex ſignificetur.* Chald. Septuag.

Quæres ſecundò. Quid ſit illud, *iuxta morem?* ſolámne conſuetudinem, an etiam legem aliquam ſignificet? Chaldæus neutrius meminit. Septuaginta ſolam legem naturalem innuere videntur: *Incendatur,* inquiunt, *prius adeps,* ὡς καθήκει, id eſt, *ſicut decet.* Quaſi in hoc ordine ſola decentia, & congruentia ſpectetur, vt priùs ſua Deo pars ex ſacrificio, quàm hominibus tribuatur. In Hebræo eſt, *ſuffiendo ſuffire faciant,* כַּיּוֹם *baiom,* id eſt, *ſicut die;* ſeu, vt explicat Vatabl. *iuxta hoc, quod hac die ſolet.* Vbi videtur ſola conſuetudo ſignificari. Haud dubium tamen, quin & lex intelligitur, Leuitic. 3. & alijs paſſim capitibus expreſſa, quâ præcipitur, vt in diuiſione victimarum, ſtatim Deo adeps ſeparetur, & adoleatur. Vnde hæc lex non fuit per conſuetudinem tantùm introducta, imò potiùs ipſa conſuetudinem introduxit. Perinde igitur eſt, *iuxta morem,* atque iuxta legem, non ſolùm naturalem, quæ dictabat primas Deo partes offerendas, ſed etiam poſitiuam, quæ eundem ordinem imperabat; & vtranque diuturna conſuetudine confirmatam. Ita Rup. Lyran. Hugo Card. & alij. Vnde patet maior horum ſacerdotum temeritas, & impudentia qui diuinam legem, non abolitam, & antiquatam; ſed in viridi obſeruantia, vt aiunt, conſiſtentem, & communi omnium conſenſu inuiolabiliter ſeruatam, contemnebant. Suam verò habet emphaſim illud *hodie,* ſiue coniungatur cum nomine illo, *morem,* ſic, iuxta morem hodiernum; ſeu qui ad hunc vſque diem inuiolatus perſeuerat: tunc enim, vt dicebam, maximè incitatur proiecta horum ſacerdotum audacia, qui vigentem, & florentem legem conculcare non verentur. ſiue coniungatur cum verbo *incendatur,* ſic, incendatur hodie. Quaſi diceret, Longa mora non interponetur, antequam tua tibi portio tribuatur; omnia enim hoc die, imò & hora conſueta, nempe matutina, complebuntur, non eſt procraſtinandum, neque longiùs differendum, quod concupiſcis: paulíſper expecta, tuis ſtatim votis, ac deſideriis ſatisfiet. Sic enim magnopere damnatur præpropera horum ſacerdotum ingluuies, moræque impatiens, qui ne breuiſſimo quidem tempore ſe continere potuerunt, quin ordinem ſacrificij peruerterent, & ad ſuas partes præripiendas inuolarent.

Lex diuina poſitiua conſuetudine firmata intelligenda. Vatabl.

Rupert. Lyran. Hug. Card. *Summa filiorū Heli impudentia, vigentē legem conculcantium.*

5\. *Laudabiliter immolās ſuo iure ceſſit, minora mala permittendo, vt maiora impediret.*

Quæres tertiò. Laudabilitérne immolans ceſſerit iure ſuo, & permiſerit ſacerdoti, vt tolleret de ſacrificio quantum deſideraret? Affirmandum, quia permittebat minora mala, vt maiora impediret; neque enim illud, *tolle,* erat imperantis, ſed permittentis: permittebat iniuriam ſibi factam, vt diuinum ius illæſum conſeruaret: ſibi inferri violentiam, ne ſi compeſcere vellet, totius ſacrificij ſanctitas turbaretur, profanaretúrque. Quaſi diceret, ſi tibi certum, definitúmque eſt, ius diuinum violare, ſacrificium ſacrilegio miſcere, pacem & quietem ſanctuarij, aut ſanctuarium frequentantium expugnare, hac vna pactione deſiſte; mea tibi iura omnia permitto; partes meas omnes tolle, rape, deuora, obligurri; dummodò abſtineas à diuinis, & debitum ſacrificij ordinem non interturbes, qua in re non mediocrem laudem in religione tuendâ etiam cum proprio detrimento merebatur. Quo pacto & Loth Geneſ. 19 num. 8. & ſenex Gabaonita, Iudic. 19. num. 14. permittendo minora mala ſuis ciuibus, vt eos ad maiora, certâ iam deliberatione incitatos, impedirent, laudabiles extiterunt. Vnde non immeritò hic immolans, dicitur Hebraicè הָאִישׁ *haiſ,* & Græcè ὁ ἀνήρ, hoc eſt, *ille vir,* vt cùm ſacerdotes in belluinos mores degeneraſſent, ille nihilominùs viriles retinuiſſe probaretur, dum rationem, quam illi perdiderant, ſequebatur.

Franc. de Mendoça in lib. Reg. Tom. 1.

Similia hac de re exēpla.

6\. *Filiorū Heli ſimonia.*

Nequaquam, &c. Laxat iniquitatis habenas licentia iuuenilis, vereor dicere, clericalis. Si ſponte, inquit, non das, vi extorquebo. Vbi fortè aliquis ſimoniam deprehendet; quia non aliter ſacerdotis officium exercere volebat, vt Rupert. cap. 8. aduertit, quàm pretio accepto, aut etiam per vim extorto: vt non iam paſtor, aut ſacerdos, ſed emeritus mercenarius videretur. Cernitur præterea & rapina, vt notat Comeſtor: *Non erat,* inquit, *hæc portio, ſed rapina.* Ad quam fortaſsè eos nimia poteſtas proiiciebat. Nam, vt benè D. Aug lib. 4. de ciuit. cap. 4. *Etiam magna regna, ſublata iuſtitia, ſunt magna latrocinia.* Acris eſt illa Iſai 1. num. 23 in Ieroſolymitanos principes inceptatio: *Principes,* inquit, *tui infideles, ſocij furum, omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones.* Nota illud, *infideles;* ſi furum ſocij, perfidiæ cenſura notantur, quid magiſtri? ſi dilectores munerum, quid raptores; ſi ſectatores retributionum, quid inuaſores? Quales profectò erant filij Heli. In quos proinde quadrat illud Mich 3. num. 3. *Qui comederunt,* inquit, *carnem populi mei, & pellem eorum deſuper excoriauerunt, & oſſa eorum confregerunt.* Vbi Rupert. *Comederunt,* inquit, *ſubſtantias eorum, non tantùm vltrò oblatas; verùm & per dolum, & per vim detractas.* Addit verò Michæas num. 5. *Si quis,* inquit, *non dederit in ore eorum quippiam, ſanctificant ſuper eum prælium.* hoc eſt, interprete D. Hieronym. *Prælium ei vaticinātur, vt timore perterritus, dare aliquid compellatur.* Sed Chald. legit: *Aduerſus eum bellum inſtruunt.* Quæ verba videntur ſonare non tam propheticas minas, quàm violentas manus: quales hoc loco improbi ſacerdotes innoxiis hominibus inferebant.

Rupert. Comeſtor. *Rapina.* D. Aug. *Violentia.* Rupert. D. Hier. Chald.

7\. *Tam iniuſtæ rapinæ filiorū Heli iuſtiſſima pœna.*

Sed pœnas profectò dabunt tam iniuſtæ rapinæ, iuxta illud: *Diuitias quas deuorauit, euomet; & de ventre illius extrahet eas Deus,* Iob. 20. num. 15 Neque ſolùm temporarias, ſed æternas. Ad auarum diuitem dicebat Abraham: *Fili recordare, quia recepiſti bona in vita tua,* Luc. 16 num. 25. Reſponſionem ponderat D. Bernard. epiſt. 2. ad Fulconem, *Recepiſti dixit, non rapuiſti: ne etiam de hoc tibi fruſtra blandiaris, quod tuis contentus, aliena non rapias.* Si igitur propriarum opum poſſeſſor tales meretur pœnas, quales merebitur raptor alienarum? Quam conſequutionem D. Chryſoſtom. & D. Auguſt. in ſequenti annot citandi ſæpiùs expreſſerunt. Si à paradiſo excluditur, qui ſua non dat; quin in barathrum recludetur, qui aliena rapit? præſertim ſi ſit ſacerdos, cuius maior eſſe debet parſimonia. Vnde D. Bernard. cit. ſacerdotem ſic alloquitur: *Conceditur,* inquit, *tibi, vt ſi bene deſeruis, de altari viuas; non autem, vt de altari luxurieris, vt de altari ſuperbias. Denique quidquid præter neceſſarium victum, ac ſimplicem veſtitum de altari retines, tuum non eſt, rapina eſt, ſacrilegium eſt.*

D. Bern. *Non ſolùm puniūtur, qui aliena rapiūt, ſed etiā qui ſua non dāt.* D. Chryſ. D. Auguſt.

D. Bern. *Sacerdotes bona Eccleſiaſtica in luxus ſe conſumentes, raptores.*

8\. Ex quibus patet, quantis ſe rapinis & ſacrilegiis filij Heli immiſcuerunt, qui tam frequenter aliena bona, non ſolùm hominum propria, ſed etiam Deo ſacra deuorarunt. Degeneres planè ab

Moyſis integritas in ſuperfluis oblatis repudiandis.

illis primis tabernaculi ſacerdotibus, qui non ſolùm à negatis abſtinebant; ſed etiam ablata repudiabant. Nam Moyſes cernens plura à populo donaria in tabernaculi fabricam offerri, quàm neceſſaria videbantur, *Iuſſit*, inquit textus, *præconis voce cantari; nec vir, nec mulier quidquam offerat vltrà*, Exod. 36 num. 6. Hi verò non quidem tabernaculo neceſſaria, ſed ſibi ipſis ſuperflua requirebant; imò & rapiebant: non ſolùm enim erant, *duæ illæ ſanguiſugæ*, de quibus Salomoo, *dicentes, Affer, Affer*, Prouerb. 30. num. 15. ſed etiam *clamantes, Aufer, Aufer; Tolle vi, Tolle fraude*, vt Lyran. in locum Exodi citatum rectè obſeruat. Sic enim cum immolantibus paciſcuntur, *Nunc enim dabis; alioquin tollam vi*. Similem pactionem inter Epiſcopum, & Archipreſbyterum aliquando pactam refert, & lamentatur D. Bernard. ſer. ad Concilium Rhemenſe. Nam Archipreſbiterum per fraudes, & rapinas, & ſacrilegia ex alienis opibus plurima colligentem, accerſit Epiſcopus, dicens: *Da mihi partem meam*. Illo negante: *Si non dederis*, inquit, *mihi partem, auferam tibi omnia*. Quid verò Archipreſbyter? *Reuoluens ſecum*, inquit Bernard. *quòd auctoritate Epiſcopi fungatur iſta poteſtate, & quòd ſine gratia ipſius nihil poſſit; peruersè conuerſus: Pœnitet, inquit, me, accipe partem tuam; & inſuper de meo quod placitum fuerit, & reconciliantur. Heu, ſicut Herodes, & Pilatus reconciliati ſunt; & Christus crucifixus eſt*. Quid iniquius, quàm illorum feruere iniurias, & æſtuare cupiditates, per quos aliorum iniurias compeſci, & cupiditates extingui oportebat?

Duo filij Heli duæ oblationum ſanguiſugæ.
Lyran.

D Bern.
Simile exemplū ſimoniæ.

C

9.
Quinque filiorum Heli notabiles deformitates.
Hug Card.

Cæterùm in intemperantia horum ſacerdotum hactenus explicata, quinque veluti exceſſus, ſeu deformitates deprehendit Hugo Cardinal. quas in hexametrum, licèt malè ornatum, ſic incluſit.

Præproperè, lautè, nimis, ardenter, ſtudiosè.

Præproperè, ibi, *Antequam adolerent adipem*, Lautè, *Da mihi carnem crudam*; vt eam ſcilicet curioſiùs condirent. Nimis, *Omne quod leuabat fuſcinula*. Ardenter, *Quantumcunque deſiderat anima tua*. Studiosè, *Tollam vi* Qua de re in ſequenti annot. latiùs.

Num. 17. Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino; quia retrahebant homines à ſacrificio Domini.

EXPOSITIO LITERÆ.

1.
D Aug
Manichæi error negantis Deum eſſe auctorem veteris Teſtamenti propter iniuſtā pœnam filiorum Heli.

ERat ergo peccatum, &c. Omittenda non eſt hoc loco celebris illa D. Auguſt. cum hæretico Manichæo concertatio, tom. 6. lib. 1. contra aduerſarium legis, & Prophetarum cap. 16. nam hic hæreticus, vt Euangelio nimis faueret, legem, & Prophetas impugnabat, Deúmque veteris Teſtamenti, quaſi alius eſſet, quàm noui, crudelitatis arguebat, quòd propter leuiſſimas cauſas pœnam mortis corporalis inflixiſſet; nempe quòd filij Heli ſacerdotis de ollis, vel cacabis Deo præparatis aliquid deguſtaſſent. Sed *omnis homo mendax*, inquit D. Auguſt. *contemnit culpam, & exaggerat pœnam, illam quidem non videt mente carnali; hanc exhorret carne mortali*. Quare ſanctus Doctor & grauitatem huius culpæ, & leuitatem huius pœnæ facilè oſtendit: grauitatem quidem culpæ, quia *ſacrificia*, inquit, *viſibilia, cùm ſint in terrenis rebus exigua; magnarum tamen, ac diuinarum ſunt ſigna rerum: in quibus filij ſacerdotis ſe ipſos Deo, cuius honor in ſacrificiis attenditur, præ-*

Grauitas culpæ filiorū Heli ſacra diripientium.

A *ferebant*. Quid autem grauius, quid iniquius, quàm ſeruum Domino, creaturam creatori, hominem Deo ſe præferre? Leuitatem verò pœnæ; quia etiam in nouo Teſtamento, pro culpis nihilo grauioribus, maiores pœnæ imponuntur. Quid leuius, quàm in nuptiali conuiuio veſte carere nuptiali? *Puto*, inquit D. Auguſt. *humana conſideratione iſta metiamur, huic aliquantulum ſufficere debuit, erubeſcere*. Et tamen ligatis manibus, & pedibus projici iubetur in tenebras exteriores, &c. Matth. 22. num. 13. Deinde quid facilius, quàm dicere fratri ſuo, *Fatue?* & tamen qui ita dixerit, *Reus erit gehennæ ignis*, Matth. 5. numero 22. *Quis autem*, addit D. Auguſt. *per ſingulos artus, imo per ſingula corporis* B *fruſta, paulatim, atque minutatim, viuens, & ſentiens dilaniari, conſumique non maluiſſet, quam gehennæ ignibus mancipari?* Tandem quæ maior pœna eſſe poteſt, quàm illa, ad quam Chriſtus Dominus in extremo iudicio impios condemnabit, dicens: *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum?* Matth. 25. numero 41. *Huius autem*, inquit Diuus Auguſtinus, *tanti ſupplicij quæris cauſam; Eſuriui, inquit, & non dediſtis mihi manducare. Ecce pro eſca temporali non ablata, ſed non data, æternum, & horrendum ſupplicium comminatur*. Quaſi diceret. Quid mirum, ſi duo iuuenes pro ablata eſca morte damnentur temporali, quando tam multi homines pro non data, morte damnabuntur æterna? *Eat ergo*, C inquit, *iſte, & clamet ore aperto, & oculis clauſis*, &c. De qua re plura ibi D. Aug. & latiùs contra hunc errorem lib. de hæreſibus, & contra Manichæos diſputauit.

Etiā in nouo Teſtamento pro culpis nihilo grauioribus grauiores pœnæ imponuntur.
D Aug.

D. Aug.

Pro eſca temporali negata, æterna infligitur pœna.
D.Aug.

Sed, & Titus Boſtrenſis lib. 3. contra Manichæos, hunc etiam errorem extirpaturus non minora in lege noua, quàm in veteri iuſtitiæ exempla oſtendit. Nam ſicut illi duo Prophetæ, Helias, & Heliſæus, in malorum vltione ſic exarſerunt, vt alter ignem de cælo euocarit ad duos quinquagenarios principes corripiendos, 4 Regum 1. à num. 10. alter verò duos ex ſaltu vrſos ſtimularit ad quadraginta duos pueros lacerandos, 4. Reg. 2. num. 24. Ita illi duo Apoſtolorum principes, Pe- D trus, & Paulus, in peccatorum vindictam ſic æſtuarunt, vt alter Ananiam, & Saphiram repentinam in mortem deiecerit, Act. 5. à num. 5. Alter Elymam Magum ſubita oculorum cæcitate percuſſerit, Act. 13. num 11. Et rurſus non minora in veteri, quàm in nouo Teſtamento diuinæ miſericordiæ beneficia proponit. Nam ſi hîc Petrus, illic Dauid miſericordiam conſequuntur: ſi hic Magdalena peccatrix, illic Rahab meretrix venia donantur: ſi hic Paulus perſequutor Eccleſiæ, illic Manaſſes profligator religionis, ſcelerum vinculis exoluuntur. Dubium igitur non eſt, quin peccatores in vtroque Teſtamento & grauiter puniantur, & miſericorditer expientur: & proinde E quin vtriuſque auctor ſit vnus, atque idem Deus, à quo tam paria & miſericordiæ, & iuſtitiæ monumenta eriguntur.

2.
Tit Boſtr.
Non minora in nouo Teſtamento diuina iuſtitia exēpla, quàm in veteri.

Non minora diuina miſericordia in veteri, quàm in nouo.

Quod Caſtro lib. 5. aduersùs hæreſes verbo, *Deus*, rectè probat ex ipſo nouo Teſtamento, cui ſoli credebant illi hæretici: nam & hoc oſtendit non alium eſſe veteris, quàm noui Teſtamenti conditorem. Apoſtolus enim Paulus, *Multifariam*, inquit, *multiſque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, nouiſſimè diebus iſtis loquutus eſt nobis in Filio*, Hebr. 1. numer. 1. & 2. Vbi fatetur eundem Deum & per Prophetas in veteri Teſtamento, & per Filium in nouo loquutum eſſe. Zacharias item de auctore noui Teſtamenti, qui *viſitauit, & fecit redemptionem plebis ſuæ*; ſtatim ſubdit: *Sicut loquutus eſt per os ſanctorum, qui à ſæculo ſunt, Prophetarum*

3.
Caſtro.
Ex nouo etiā Teſtamento Deus veteris auctor comprobatur.

tarum eius. Luc. 1. num. 70. vt eundem fuiſſe veteris quoque Teſtamenti auctorem confirmaret. Denique beatiſſima Virgo immortaliter Deo gratulata, qui tam multa in nouo Teſtamento beneficia omnibus contulerit, quæ omnia in veteri per Prophetas promiſerit. *Suſcepit*, inquit, *Iſrael puerum ſuum, recordatus miſericordiæ ſuæ, ſicut locutus eſt ad patres noſtros Abraham, & ſemini eius in ſæcula*, Luc. 1. num. 54. & 55. Vbi nullum inter veteris, & noui Teſtamenti auctorem diſcrimen interponit. Arguenda igitur non eſt grauitas ſupplicij, quo filij Heli percutiuntur; quaſi ab iniuſto aliquo, & crudeli tyranno proceſſerit, cùm à clementiſſimo, ſed & iuſtiſſimo Deo noui Teſtamenti auctore, ſummæque miſericordiæ largitore emanarit, ſed potiùs accuſanda grauitas flagitij, quo ſe improbi ſacerdotes innodarunt, quæ deinceps quanta fuerit, exponetur.

4. *Pueri aliquando ſumuntur pro ſeruis.*

Puerorum grande, &c. Pueri aliquando ſumuntur pro ſeruis. Sic Chriſtus Dominus de Apoſtolis: *Ecce ego*, inquit, *& pueri mei*, Iſai. 8. num. 18. Alexander Macedo, *Vocauit pueros ſuos nobiles, qui ſecum erant nutriti à iuuentute, & diuiſit illis regnum ſuum*, 2. Machab. 1. num. 7. Herodes Rex; *ait pueris ſuis*, Matth. 14. num. 1.

Aliquando pro filiis.

Aliquando verò pro filiis: *Pueri mei mecum ſunt in cubili*. Luc. 11. num. 7 hoc eſt, filij mei. *Conuenerunt in ciuitate iſta aduerſus ſanctum puerum tuum Ieſum*, Act. 4. num. 27. hoc eſt, filium tuum. *Inuenerunt puerum cum Maria matre eius*, Matth. 2. num. 11. hoc eſt, filium cum matre.

Hic pro ſeruis, vel filiis accipi poſſunt.

Igitur pueri hoc loco, vel ſunt ſerui filiorum Heli, harum rapinarum exequutores: vel potiùs ipſi filij Heli, earundem auctores; quibus proinde peccatum præcipuè imputabatur.

Pueri dicuntur primò ratione ætatis.

Pueri autem dicuntur, primò ratione ætatis, ſi literam ſpectemus: erant enim iuuenes, quos Scriptura ſolet pueros appellare, vt cap. 1. num. 22. & 24. iam oſtendi. In Hebræo eſt, נְעָרִים *neghariim*, in Græco παιδάρια, quæ vocabula quamuis puerum lactentem aliquando ſignificent; vt patet ſuprà cap. 1. num. 22. Vbi Samuel cùm adhuc lactaretur, dicitur Hebraicè נַעַר *naghar*, & Græcè παιδάριον; tamen aliquando pro adoleſcente vſurpantur, vt latiùs ediſſerit

Salm. *Hi pueri adoleſcentes erant, non infantes.*

Salm. tom. 1. in Euang. prolog. 1. formula 30. vbi hominis ætatem in varios ſtatus ex Hippocrate diſtinguit. Atque ita hoc loco pueri, id eſt, iuuenes, ſeu adoleſcentes. Ille aduerſarius legis, quem D. Auguſt. ſuprà citatus impugnat, *infantes*, appellat, vt maiorem Deo veteris Teſtamenti faciat inuidiam, qui etiam in infantes tam acer, ac ſeuerus

D. Auguſt.

inueheatur. Sed rectè D. Aug. *Nec dico*, inquit, *illos fuiſſe infantes, vt iſte loquitur, neſciens quid loquatur; ſed eius ætatis qua poſſent, & deberent pro ſacrilego auſu, quo ſe Domino Deo in ſacrificiis præferebant, digna coertione cohiberi.*

Secundò dicuntur pueri ratione improbitatis.

Secundò, ratione improbitatis, nam & improbi in Scriptura pueri appellantur; vt iam cap. 1. n. 28. §. 12 promiſi ad hunc locum me oſtenſurum, quod breuiter præſtabo.

5. *Impij in ſcriptura pueri appellantur.*

In primis Deus de Iudæis queribundus, *Filios*, inquit, *enutriui, & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me*, Iſai. 1. num. 2. Nutriri à ſe dicit homines iam adultos, & ſenio confectos; quia moribus nihilo à pueris differebant. *Porta eos*, inquit Deus ad Moyſen, *in ſinu tuo, ſicut portare ſolet nutrix infantulum*, Num. 11. num. 12.

Theod.

Vbi Theod. num. 12. *Ex his*, inquit, *patefecit illorum imperfectionem, ac ſtoliditatem; dum eos comparauit infanti, qui nihil poſſit, ac velit, quam lac ſugere.*

Iudæi ſtolidi pueri.

Adoleſcens ille, qui ad vitam æternam eruditus noluit acquieſcere, *ſed abiit triſtis*, Matth. 19. numero 22. Iudaicum populum repræſentabat.

D. Chryſ.

Nam, vt benè D. Chryſoſtom. hom. 33. in Matt. *Iudaicus*, inquit, *populus erat adoleſcens, non ætate, ſed leuitate, moribus immaturus, non annis.*

6. *Iudæos tanquàm infantes legis faſciis Deus ligauit.*

Eodem myſterio D. Paulus, *Lex*, inquit, *pædagogus noſter fuit in Chriſto*, Galat. 3. numero 24. Nam vt pueri pædagogo, ita Hebræi lege indigebant; quia ſi non defectu ætatis, ſaltem defectu pietatis pueri videbantur.

D. Greg.

Vnde D. Gregor. lib. 28. moral. cap 9. præcepta veteris legis rectè vocat pannos infantiæ; quibus illa Iudæorum non tam infantilis ætas, quàm infanda iniquitas obliganda videbatur; *Deus*, inquit, *rudes populos verborum ſuorum caligine, quaſi pannis infantiæ obuoluit, ne malè liberi in ſuis voluptatibus perirent.* Quaſi improbi homines, non minus quàm pueri, vinciendi eſſent. Nam ſicut pueri, niſi ab infantia ſuis ligati faſciis teneantur, in ſiniſtros exeunt motus, quibus ſic aſſueſcunt, vt nunquam in dexteros reuocentur; ita & Hebræi niſi plurimis conſtricti legibus tenerentur, in præpoſteras animorum affectiones erumpebant, quibus ſic inhæſerant, & inoleuerant, vt nunquam ad debitam æquitatem reducendi viderentur.

7. *D. Paulus in Iudaiſmo, puer ſtultus.*

Certè D. Paulus quando perſequebatur Eccleſiam Dei, puer erat; non quidem in pueriles annos incluſus, ſed in pueriles actiones egreſſus. Quod ipſemet teſtatur, *Cum eſſem*, inquit, *paruulus, loquebar vt paruulus; ſapiebam vt paruulus; cogitabam vt paruulus*, 1. Corinth. 13. num. 11. Vbi omnes ſuas actiones, tam externas, quàm internas, fatetur pueriles; & *qui proficiebam in Iuda ſino ſupra multos coætaneos*, ſuos, Galat. 1. num. 14. hoc eſt, ſupra alios pueros, non ſolùm ætate, ſed etiam leuitate ſibi pares: tamen ad viros veræ pietatis, ac religionis cultores comparatus, deſipiebat. Nam *paruulus* ibi, vt annot. 4. ſect. 1. iam aduerti, idem eſt, quod *ſtultus*; ac ſi creſcere, & proficere in malitia nihil aliud, quàm repueraſcere, & ſtulteſcere videatur.

8. *Rex non ætate, ſed improbitate puer damnatur.*

Exclamat non immeritò, & ingemiſcit Salomon, dicens: *Væ tibi terra, cuius rex puer eſt.* Eccleſiaſtes 10. num. 16. Vbi quidem non damnatur rex ætate puer. Nam Ioſias ſanctiſſimè Iſraelem gubernauit; & tamen, *octo annorum erat, cùm regnare cœpiſſet*, 4. Reg. 22. num. 1. Damnatur igitur rex puer improbitate, vt benè Salonios ad eum locum

Salon.

exponit *Væ terra*, inquit, *cuius rex puer eſt, in quo parua, & infirma eſt ſapientia, & carnalis prudentia; qui iuuenilia deſideria ſequitur, odit iuſtitiam, veritatem & iudicium.*

9. *Roboam, puer non ætate, ſed ſenſu.*

De Roboam ingenuè confeſſus eſt eius filius Abia, fuiſſe puerum. *Porrò*, inquit, *Roboam erat rudis, & corde pauido*, 2. Paral. 13. num 7. in Hebræo eſt נַעַר הָיָה *haiah naghar*, hoc eſt, *erat puer*, non

Lyran.

quidem ætate, vt Lyran. obſeruat; nam quadrageſimo primo ætatis ſuæ anno regnare cœpit; vt ex 3. Reg. 14. num. 21 & 2. Par. 12. num. 13. conſtat: ſed ſenſu.

Eius ſynchroni ſola morum prauitate iuuenes.

Vnde illi iuuenes, qui nutriti fuerant cum eo, & quorum conſilium ſequutus eſt, derelicto conſilio ſenum, 3. Reg. 12. n. 8. & 2. Paral. 10. num. 8. non erant ætate iuuenes; cum fuerint Regis ſynchroni, ſeu coæui, annos circiter vnum, & quadraginta nati: ſola igitur morum prauitate iuuenes dicebantur,

D. Hier.

vt D. Hier. aduertit.

10. *Cham ætate medius inter fratres, tamen quintus, & puerili ſenſu minor effectus.*

Sæpius Scriptura Noë filios nominauit, Sem, Cham, & Iaphet: nunquam tamen Cham minorem dixit, niſi cùm eius peccatum prodidit. *Euigilans*, inquit, *Noe ex vino; cùm didiciſſet, quæ fecerat ei filius ſuus minor*, &c. Geneſ. 9. n. 24. Non appellat minorem defectu ætatis abſolutè. Nam ſub id temporis erat pluſquam centum annorum, vt Caietan.

Caiet.

ibi teſtatur: neque etiam reſpectu aliorum fratrum; tum quia in Hebræo non eſt comparatiuum, *minor*, ſed poſitiuum, הַקָּטָן *hacatban*, hoc eſt,

parum. Nec obſtat, quòd Hebræi careant comparatiuis: nam ſaltem habent aliqnam circumloqutionem, qua ſenſum comparatiuum exprimunt; quæ tamen hoc loco non habetur: tum etiam, quia Cham non erat minor natu cæteris fratribus; ſed
Genebr. maior ſaltem, quàm Iapbet, vt Genebr. in Chronolog. poſt alios Patres ſtatim citandos affirmat. Cur
Rupert. igitur minnrem dicit? Optimè Rupert. lib. 4. in Geneſ. cap. 37. *Cùm*, inquit, *fuerit natu medius, minorem illum appellat, non tam ætate, quàm pro vitio, & morum*
D.Chryſ. *indignitate*. Accedit D. Chryſ. hom 29. in Gen. *Non*, inquit, *hic erat iunior; ſecundus enim erat, & maior natu, quàm Iaphet: licèt autem ætate illo prior erat, volun-*
D.Ambr. *tate tamen minor*. Eleganter rem confirmat D. Amb. lib. de Noë, & arca c. 31. *Quæro*, inquit, *qua ratione cùm antè dixerit medium inter filios Cham, nunc iuniorem conſtituat? Nunquid antè Scriptura in ordine generationis errauit? Non vtique. Quid ergo? Contraria nunc ſcripta ſunt? Non arbitror. Quomodo ergo ſoluitur, niſi iuniorem, non ætate, non tempore accipias; ſed rudem ſenſu, & in quadam intellectus infantia conſtitutum; qui prouectioris doctrinam ætatis non hauſerit, nec perceperit ſenile conſilium?*

11. Quos viros occiderit Lamech. Tandem huc pertinet illa confeſſio Lamech: *Occidi*, inquit, *virum in vulnus meum, & adoleſcentulum in liuorem meum*, Geneſ. 4. num. 23. Sunt, qui dicant, virum, & adoleſcentulum, fuiſſe diuerſos homines occiſos à Lamech. Alij dicunt eſſe eundem, non tamen explicant, quinam fuerit. Cæ-
D.Hier. Cain ſenex annis, moribus adoleſcentulus à Lamech occiditur. terùm Hebræi, quibus D. Hieronym. in epiſt. 125. ad Damaſ. q. 1. non repugnat, eundem dicunt, eúmque fuiſſe Cain. Sed quo pacto Cain dici potuit adoleſcentulus, cùm fuerit quintus auus Lamech, ſeu auus proaui Lamech, vt ex citato Geneſ. loco conſtat? Ratio planè eſt, quàm hactenus tradidimus; quia quamuis iam eſſet maturus annis, erat ta-
Rupert. men moribus immaturus. Vnde Rupert. lib. 4. in Geneſ. c. 9. *Sciendum*, inquit, *virum ipſum Cain; adoleſcentulum autem, doctorem eius, fruſtra à quibuſdam intelligi; cùm vnus, idémque Cain, vir pariter, & adoleſcentulus, rectè poſſit accipi vir ſcilicet per ætatem; adoleſcentulus autem per eius ſtultitiam*. Hi ſunt pueri centenarij, de quibus Iſai. cap. 65. num. 20. *Puer*, inquit, *centum annorum morietur*. Et ad quos Salomon: *Vſquequò paruuli diligitis infantiam?* Prou 1. num. 22. In
Senec. quibus, vt ait Senec. epiſt. 4. *Non pueritia, ſed pueritilitas remanet*. Hanc morum, non annorum, pueritiam
Lyran. agebant filij Heli: vt Lyran. hoc loco interpretatur. Sed quam grande fuerit horum peccatum, ex dicendis patebit.

12. Cur hoc peccatum grande nimis dicatur coram Domino. Primus ſenſus cauſalis. *Coram Domino*, &c. Hebraicè את־פני יהוה *eth phene Iehouah*, hoc eſt, *cum faciebus*, ſeu *in faciebus Iehouah*. Duplex ſenſus eſſe poteſt, cauſalis, & conſequutiuus. Iuxta priorem redditur ratio, cur hoc peccatum fuerit grande nimis: ſcilicet quia erat *coram Domino*. At quod peccatum eſſe poteſt, quod non ſit coram Domino? Nullum planè. Sed hoc vlteriùs dicitur, *coram Domino*, non ſolùm ab illa vniuerſali ratione, qua omnia peccata Deo patent: ſed etiam duplici alia de cauſa, vel quia
Peccata contra religionē, vel in loco ſacro, coram Domino grauiora. erat immediatè contra Deum, violando religionem, & cultum diuinum, & ſacrificiorum leges: vel quia erat in loco ſacro, in tabernaculo, & coram arca, vbi diuina præſentia per oracula, & ſacrificia, peculiari quadam ratione fulgurabat: & ex vtroque capite grauitas huius peccati incredibiliter augebatur; vt annotat. 19. illuſtrabo.
Lyran. Abulenſ. D.Chryſ. Huoc ſenſum mihi videntur Lyran. & Abulenſ. innuiſſe: imò & D. Chryſ. homil. 33. in Geneſ. vbi docet, Sodomitas dici, *peccatores*, non ſimpliciter, ſed *coram Domino*, Geneſ. 13. n. 13. *Hoc eſt*, inquit, *prodigioſa erat eorum iniquitas*. Quaſi illud, *coram Domino*, ſit cauſa, vnde prodigioſa eorum iniquitas deſumatur. Et quamuis non declaret, cur peccatum coram Domino grauius dicatur; id tamen declarat Caiet. Geneſ. 10. quia eſt inuerecundius, Caiet.
cum maiori contemptu, & minori metu perpetratum: ſicut peccatum, quod fit ſpectante prætore. Hic ſenſus quamuis non ſit improbabilis, nec inutilis; minùs tamen videtur literalis, quia ſi de Minùs literalis videtur hic ſenſus.
præſentia diuina abſolutè loquamur, omnia peccata æqualiter fiunt coram Domino, proindéque ex hoc principio nullum eſt alio grauius. Si verò loquamur de præſentia diuina prout in aliquo loco ſanctiori clarior manifeſtatur, adhuc non videtur procedere ſenſus cauſalis; tum quia hic nulla cauſalis particula inuenitur: tum etiam, quia ratio, cur hoc peccatum grande fuerit, potiùs exprimitur verbis ſequentibus, *quia retrahebant homines à ſacrificiis Domini*; tum denique, quia hæc loquutio, *coram Domino*, propriam habet in ſacris literis ſignificationem à cauſali diuerſam, vt ex dicendis patebit, à qua non eſt cur hoc loco extrahatur.

Iuxta poſteriorem ſenſum, qui mihi videtur 13.
germanior, ratio nulla redditur, ſed narratio con- Secundus ſenſus hiſtoricus.
tinuatur. *Erat peccatum puerorum grande nimis coram Domino*, hoc eſt, Deo teſte, ac iudice. Nam, Malū coram Domino dicitur, quod verè, & ſimpliciter tale eſt.
etſi illa peccata vel propter ſacerdotum auctoritatem obtegerentur, vel propter amicorum adulationes excuſarentur, vel propter corruptorum hominum, ante quos fiebant, cæcitatem minimè cernerentur: ad diuinum tamen teſtimonium, ac iudicium reuocata, grauiſſima, ac turpiſſima cenſebantur. In hunc ſenſum dicitur Nemrod Geneſ. 10. num. 9. *robuſtus venator*, hoc eſt, violentus tyrannus, *coram Domino*, hoc eſt, non humano tantùm deprehenſus, conuictúſque iudicio, ſed diuino: imò ſi fortè ab humana cenſura abiret immunis, à diuina certè minimè elaberetur. Ita & Sodomitæ, *peſſimi erant, & peccatores coram Domino nimis*, Geneſ. 13. num. 13. Quia non ſolùm humanum iudicium, ſed & diuinum nefandæ eos libidinis conuincebat; imò ſi qua fraude ab humano iudicio abſolutos ſe eriperent, certè à diuino conuicti tenerentur.

Sic & vice verſa, Abraham dicitur, *Benedictus* 14.
Deo excelſo, Geneſ. 14 num. 19. ſeu, vt habet Chald. Chald.
coram Deo excelſo; quia non ſolùm ab hominibus, Bonū coram Domino dicitur, quod vere bonum eſt.
ſed etiam à Deo ſanctus iudicabatur. Et puer Baptiſta, futurus dicitur; *magnus coram Domino*, Luc. 1. num. 15. quia eius ſanctitas, ſeu in ſanctitate magnitudo, & excellentia non ſolùm humano calculo, ſed diuino firmanda erat, ac munienda. Vnde parui momenti eſſet, ſi quid humana calumnia vel de Abrahæ, vel de Baptiſtæ ſanctitate detraheret, cùm diuinum vtramque iudicium tueretur. Igitur cum Dei oculi falli nequeant, non immeritò dicitur bonum, aut malum coram Domino, quod verè, ac ſimpliciter tale eſt. Erat igitur peccatum filiorum Heli verè & ſimpliciter grande, quia tale coram Domino dicebatur. Huic ſenſui Riber. in cap. 1. Ion. à num. 2. Del- Riber.
rius adagio 13. veteris Teſtamenti, Bened. Per. & Cornel. locis citat. Geneſ. & ante eos Diuus Ambroſ. Luc. 1. ibi, *Iuſti ante Deum*, & alij patroci- D Ambr.
nantur.

Quia retrahebant homines, &c. His verbis red- 15.
ditur ratio, cur peccatum puerorum eſſet grande Duplex huius peccati grauitas.
nimis. Quod faciliùs vt intelligatur, notandum ex doctrina Theologorum 1. 2. q. 73. grauitatem peccati eſſe duplicem, intrinſecam, & extrinſecam: illam deſumi ex formis negatis, ſeu virtutibus oppoſitis, quæ in hoc peccato erant religio, & iuſtitia,

Prima intrinſeca contra religionẽ, iuſtitiam, & temperantiã. Secunda extrinſeca in ſpirituali alienum lucro ceſſante.

A tia', & temperantia, quibus filij Heli, & diuina ſacrificia peruertendo, & humana iura violando, & ſplendidis conuiuiis, carniſque voluptatibus, indulgendo, aduerſabantur, atque adeò contra religionem, & iuſtitiam, ac temperantiam peccabant. Hanc verò deſumi ex circunſtantiis, vt vocant, quæ multæ ſunt, & inter eas damnum ſubſequutum: qualis erat in hoc peccato priuatio fructus ſpiritualis, qui ex ſacrificiis perciperetur, niſi eum filij Heli ſuis ſceleribus impedirent. Nam cùm homines viderent in tabernaculo neque ſacrificia Deo ritè offerri, neque ſua iura hominibus ſeruari; eò aſcendere nolebant, atque adeò ſpirituali ſacrificiorum fructu priuabantur.

16.
Imò ex ſpirituali damno emergente.

B Neque ſolùm ſpirituale lucrum illis ceſſabat, ſed etiam ſpirituale damnum emergebat. Nam laici videntes & diuina ſacrificia, & humana iura irreligiosè, & iniuſte à ſacerdotibus tractari, non ſolùm abſtinere à templi aditu, ſed etiam contemnere ſacrificiorum ritus cogebantur. Vnde

Chald.

Chaldæus vertit: *Fuit enim peccatum puerorum multa nimis ante Dominum, quod ſpreuerunt viri, oblationes Domini.* Vbi hic contemptus non tribuitur filiis Heli, qui dicuntur pueri, ſed laicis, qui viri appellantur, quos improbi illi ſacerdotes ſuis ſacrilegiis ad ſacrificia contemnenda impellebant. Atque ita eſt in Hebræo, כִּי נִאֲצוּ הָאֲנָשִׁים *chi niatſa haanaſim:* hoc eſt, quia contemnebant, ſeu blaſphemabant,

Caiet.

C ſeu, vt vertit Caiet. abominabantur homines (vtique laici, templum paulò antè frequentare, & ſacrificia offerre ſoliti) ſacrificia Domini; à verbo נָאַץ *naats*, quod *blaſphemare*, & *abominari* ſignificat, iuxta illud: *Blaſphemare feciſti inimicos Domini, propter verbum hoc*, 2 Reg. 12. num. 14. vbi originale verbum idem eſt. Quare ſicut Dauid ſuo peccato effecit, vt nomen Dei blaſphemaretur; ita & filij Heli. Quamuis in hoc deteriores fuerint, quòd Dauid in cauſa fuit, vt inimici blaſphemarent, nempè ethnici, & idololatræ; at verò filij Heli, vt etiam amici, nimirum fideles, & honeſti viri, qui paulò antè templum, & ſacrificia frequentabant. Vnde patet, quàm graue fuerit peccatum filiorum Heli,

D qui non ſolùm ſpirituali lucro ceſſanti, ſed etiam ſpirituali damno emergenti cauſam præbuerunt, quod annot. 19. illuſtrabo.

17.
Cur extrinſeca tantùm huius peccati grauitas declaretur.

Igitur hoc loco non tam intrinſeca, quàm extrinſeca peccati grauitas declaratur. *Quia retrahebant*, inquit, *homines à ſacrificio Domini.* Si autem petas, cur hæc potius, quàm illa explicetur. Literalis ratio eſt, quia poſita in litera peccati ratione, eius quoque intrinſeca grauitas manifeſta reddebatur: non autem intrinſeca, quæ propterea debuit vlteriùs explicari. Moralis autem, quia Deus

Ægriùs Deus fert, quàm ſuas fert iniurias.

Animas à Deo auertere, graue malum.

tam ægrè fert alienas iniurias, præſertim, quæ in damnum cedunt ſpirituale animorum, vt de illis potius, quàm de ſuis conqueratur. Vnde ſacerdotum peccata exaggerari vult, non tam ex eo, quòd

E diuinum honorem, & cultum violabant, quàm ex eo, quòd homines à ſacrificio Domini retrahebant. Sunt, qui transferant: *Quia eruebant oculos maieſtati Domini.* Vbi illi, qui ad ſacrificandum veniebant, oculi Domini appellantur, quia Deus

Iuſti, Dei oculi.

non minus ægrè ferebat illos à ſe auerti, quàm ſuos ſibi oculos exculpi. Eodem pertinet illud Dauidicum ex Chriſti nomine: *Retribuebant mihi mala pro bonis: ſterilitatem animæ meæ*, Pſal. 34 num. 12.

Deus ſine iuſtis, orbatus veluti, & ſterilis.

Vbi Chriſtus Dominus, iuxta aliquos Latinos interpretes, conqueritur de Iudæis, qui cùm ei diſcipulos auferebant, orbitatem, & ſterilitatem eius animæ inferebant; ſic enim illos amitteret, & ſterilis ſibi videretur.

18.

Multos Chriſtus Dominus & in corpore pro-

Saulus animas à Chriſto auertens Chriſtũ perſequebatur.

A prio, & in myſterio paſſus eſt perſequutores: de prioribus quidem nullas, de poſterioribus multas querimonias excitauit. Nam ad Paulum Chriſtianos perſequentem, quaſi ipſi Chriſtum perſequeretur, exclamat: *Saule, Saule, quid me perſequeris*, Act. 9. num. 4. ſcilicet multò iniquius ſuorum, quàm ſuas perſequutiones tolerabat. Quod D. Bern. ſer. 2.

D. Bern.

de conuerſione D. Pauli rectè colligit ex eo, quòd proprias ſubiecat, vt alienas remoueret. *Si*, inquit, *proprium ſanguinem dedit in pretium redemptionis animarum; non ſibi videtur grauiorem ab eo ſuſtinere perſequutionem, qui ſuggeſtione maligna, exemplo pernicioſo, ſcandali occaſione, auertit ab eo animas, quas redemit, quàm à Iudæo, qui ſanguinem illum fudit?* Et ſtatim ex-

B aggerat peccata eorum, qui ſic animas perſequuntur, vt eas à Chriſto Domino auertant, & in diaboli tyrannidem exturbent. *Agnoſcite*, inquit, *dilectiſſimi, & expaueſcite conſortia eorum, qui ſalutem impediunt animarum. Horrendum penitùs ſacrilegium, quod & ipſorum videtur excedere facinus, qui Domino maieſtatis manus ſacrilegas iniecerunt.*

19.
Graue peccatum ſacerdotum animas permittentiũ deprædari.

Quòd ſi aperti hoſtes, ethnici, hæretici, Tyranni, cæterique Eccleſiæ perſequutores, qui animas deprædantur, eáſque à via ſalutis exerrare compellunt, & in barathrum perditionis detrudunt, grauiſſimè peccant; quid ſi hoc faciant Chriſtiani? quid ſi Eccleſiaſtici? quid ſi ſacerdotes, cæterique omnes, qui inter domeſticos, & amicos numerantur?

D Bern.

C Certè D. Bern. hoc incredibiliter dolebat: *Et nunc*, inquit, *quod grauius eſt, ipſi Chriſtum perſequuntur, qui ab eo vtique Chriſtiani dicuntur. Amici tui Deus, & proximi tui aduerſùm te appropinquauerunt, & ſteterunt*, Pſal. 37. num. 12. *Egreſſa eſt iniquitas à ſenioribus iudicibus, vicariis tuis, qui videntur regere populum tuum*, Daniel. 13. num. 5. *Non eſt iam dicere, vt populus ſic ſacerdos*, Oſeæ 4. num. 9. *quia nec ſic populus, vt ſacerdos. Heu, heu Domine Deus, quia ipſi ſunt in perſequutione tua primi, qui videntur in Eccleſia tua primatum diligere, gerere principatum.*

20.

Quæ cenſura in filios Heli meritò impingi poteſt; qui cùm ex officio ſacerdotali, lucrari animas Deo, & peccatorum maculis expiare tenerentur:

D eas tamen prauo exemplo perdere, & inquinare aggrediebantur, & quod intolerabilius erat, non per imperitiam, ſed per malitiam. Arguebantur olim ſacerdotes, & ad pœnitentiam inducebantur, qui per ignorantiam peccabant, ſuóque malo exemplo alios ad peccandum adducebant. *Si ſacerdos*, inquit Dominus, *qui vnctus eſt peccauerit* (ſcilicet per ignorantiam, de qua ibi agitur) *delinquere faciens populum; offeret pro peccato ſuo vitulum immaculatum Domino*, Leuit. 4. num. 2. Vbi eo ipſo, quòd ſacerdos etiam per ignorantiam peccet, ſupponitur ſtatim alios ſecum deuehere ad peccandum. Quod

Sacerdotum peccata etiã per ignorantiã, populum inducunt ad peccandum.

D. Pet. Dam.

D. Petr. Dam. lib. 4. epiſt. 14. rectè aduertit. *Sacerdos*, inquit, *in legem Dei neſciendo, delinquit, ſuis etiam po-*

E *pulum in peccatis inuoluit, & quos doctus releuare potuerat, ſecum ſimul per imperitiam grauat.* Si igitur ſacerdos per ignorantiam peccans, alios ad peccandum ſuo malo exemplo inducebat, & ex proprio, alienóque peccato Deo infeſtiſſimus reddebatur; quid ſacerdos, ex malitia præceps ad peccandum? quàm multos ſecum abripiet in peccata? quàm procul ipſe à Deo abripietur? Hoc de numero erant filij Heli, qui non tantùm ex imprudentia, ſed etiam impudentia peccantes, omnia diuina, & humana iura conculcabant. Quod argumentum ſequentibus annotationibus vberiùs illuſtrabo.

ANNOTATIO XVIII.

CIRCA LITERAM.

Peccata filiorum Heli, quoad intrinſecam malitiam, grauiſſima.

1. *Intrinſeca huius peccati malitia contra religionem, iuſtitiam, & temperantiam.*

INTRINSECA peccatorum malitia, vt proximo numero, §. decimoquinto aduerti, penes formas negatas, ſeu virtutes oppoſitas ſpectatur, quæ, in peccatis filiorum Heli, fuerunt religio, iuſtitia, & temperantia, vt ex dictis patet, magiſque ex dicendis patebit. Igitur in his ſingulis virtutibus filij Heli grauiſſimè peccarunt. Et cùm religio circa Deum, iuſtitia circa homines, temperantia circa propriam cuiuſque perſonam verſentur, fit, vt filij Heli in Deum, & in homines, & in ſe ipſos per ſummam impudentiam peccaſſe cenſeantur. Has igitur tres ſpecies peccatorum, tanquam grauiſſimas, & maximè deteſtandas, & longiſſimè faciendas, totidem ſectionibus ſub hac annot. illuſtrabo.

SECTIO I.

Peccata contra religionem deteſtanda.

2. *Peccatũ contra Deum ex genere ſuo grauiſſimũ.* D. Thom.

QVàm ſint deteſtanda hæc peccata, eorum grauitas oſtendit: quæ eſt maxima, cùm ſint immediatè contra Deum, aut certè contra res peculiari ratione Deo conſecratas; peccatum autem contra Deum ex genere ſuo grauiſſimum eſt, vt D. Thom. 2.2. q. 64 art. 3. oſtendit; & peccatum contra hominem in malitia longo ſuperat interuallo. Quod paucis oſtendo, non ad ſeueriorem diſputandi methodum concluſus, ſed ad vberiorem exornandi licentiam euagatus.

3. *Peccata in Deum, ingenti debito, in hominẽ, exiguo comparãtur.*

Peccarunt olim Matth. 18. à n. 24. duo illi conſerui regis: vnus contra ipſum regem, alter contra ſuum conſeruum. Peccatum prioris comparatur debito decem millium talentorum; quæ eſt immenſa quædam pecuniarum ſumma, ſexaginta auri milliones, vt vulgo dicitur, complectens. Peccatum verò poſterioris comparatur debito centum denariorum, quæ ſumma cum priori comparata eſt admodum exigua, decem tantùm aureos includens. Vnde hæc diuerſitas peccatorum? Optimè D. Chryſoſt. hom. 62. in Matth. non procul ab initio: *Quantum*, inquit, *centum denarij à decem millibus talentis diſtant; tantum, imò verò multò plus, ea, quæ in hominem peccata, diſtant ab his, quæ in Deum committuntur.* Neque ſolùm peccatum in hominem minus eſt, ſed quodammodo nullum eſt, ſi cum peccato in Deum & contra religionem comparetur. Vnde eſt illud: *Præter Dauid, & Ezechiam, & Ioſiam omnes* (nempe reges Iuda) *peccatum commiſerunt*, Eccleſ. 49. num. 5. Quo iure, dicet aliquis, ſaltem Dauid & Ezechias à peccantium numero excluduntur, ſi ille adulterando, 2. Reg. 11. n. 4. hic autem ſuperbiendo, 4. Reg. 20. n. 13. grauiſſimè peccarunt? Literalis reſponſio eſt, vt Lyra. Hugo, Dionyſ. Ianſ. & alij obſeruant, quia licèt hi reges aliàs peccauerint, nunquam tamen peccatum contra religionem commiſerunt. Ac ſi hoc peccatum tam graue ſit, vt ſolùm dicatur per antonomaſiam peccatum, reliqua comparatione illius peccata non appellentur, vt iam in procemio huius operis aduerti.

D. Chryſ. *Peccatum in hominem, ſi cũ peccato in Deum comparetur, quodammodo nullum.*

Lyran. Hugo. Dionyſ. Ianſ.

4. *Peccata contra religionẽ à Deo grauiùs puniuntur.*

Hinc eſt, quòd multò grauiùs à Deo peccata contra religionem, quàm peccata contra alias virtutes puniantur. Sedecias, qui Prophetæ Michææ alapam impegit, 3. Reg. 22. num. 24. viuus ſuperfuit, at verò Oza, qui extenſa manu arcam tenuit, ne de plauſtro laberetur, *percuſſus à Deo eſt ſuper temeritate ſua, & mortuus eſt ibi iuxta arcam Dei*, 2. Reg. 6. n. 7. quia ille charitatem, & iuſtitiam in hominem, hic autem cultum, & religionem in Deum violauit. Diſſimulauit Deus rebellionem Hebræorum de Moyſe lapidando cogitantium, iuxta illam eiuſdem Moyſis de ſuo populo querimoniam: *Adhuc pauxillum*, inquit, *& lapidabit me*, Exod. 17. n. 4. at verò Bethſamitas oculos in arcam irreligioſiùs eleuantes, tam acriter puniuit, *vt ſeptuaginta viros de populo, & quinquaginta millia plebis*, interfecerit, 1. Reg. 6. n. 19. Quaſi grauius Deo peccatum videretur oculos erigere in ipſum Deum ſine debita religione, quàm lapides iacere in hominem cum magna crudelitate.

5. Ioſias Rex impios, & ſacrilegos ſacerdotes, iamdudum mortuos, & ſepultos exhumauit, & combuſſit: cæterùm illum pſeudoprophetam de Samaria, qui virum Dei de Iuda venientem per ſommam fraudem deceperat, ſuo in ſepulchro, quod non procul aberat, quietum eſſe permiſit, 4 Reg. 23. n. 16. quia hic contra charitatem, & iuſtitiam delinquens, ſatis iam pœnarum luiſſe videbatur: illi, qui diuinum cultum temerauerant, etiam de ſepulchris eruendi erant, & ad nouas inſuper pœnas repoſcendi. In peccatum Oziæ Regis Deus acriter inſiluit, ſubita eum leprâ deformando, 2. Paral. 26. n. 19. in peccatum verò Dauidis mitiùs egit, non leprâ, ſed verbo eum corripiendo, 2. Reg. 12. num 7. Nam hic adulterium, & homicidium contra hominem commiſit; ille verò ſacrilegium contra Deum, ſacerdotale ſibi munus vſurpando, perpetrauit. Tandem filij Heli capitali pœna damnati ſunt, vt c. 4. n. 11. patebit; filij verò Samuelis à capitis ſupplicio abſoluti, vt cap. 8. & 12. conſtabit. Diuerſam rationem ſi petas, illam reddo, quia hi contra iuſtitiam tantùm; illi verò etiam contra religionem peccauerunt: ſeu, vt loquitur Procop. *Quia hi in homines iniurioſi, illi in Deum impij fuerunt.* Et ſimiliter reſpondet Theod. iam à nobis annot. 6. ſect. 1. citatus.

Procop. Theod.

6. *Aliorũ peccatorum pœnas Deus ſæpe differt.* Theod.

Addo ſupplicia contra alia peccata à Deo ſæpiſſimè differri, vt annot. 16. iam inculcaui, ac ſæpiùs inculcabo: interimque oſtendi poteſt ex Pſal. 77. n. 31. *Audiuit Dominus, & diſtulit.* hoc eſt, audiuit ſcelera, & diſtulit ſupplicia: nam, vt ibi notat Theod. *Non celerem mortem ipſis attulit*, at verò ſupplicia contra peccatum in materia religionis, potiùs accelerari. Quod ſic oſtendo.

7. *Peccatorum cõtra religionem pœnas Deus accelerat.* *Difficilis huius loci quæſtio.*

Cùm filij Iſrael *inueniſſent hominem colligentem ligna in die ſabbati, obtulerunt eum Moyſi, & Aaroni, & vniuerſæ multitudini. Qui recluſerunt eum in carcerem, neſcientes quid ſuper eum facere deberent.* Numeri 15. numero 33. Oritur hoc loco grauis quæſtio, quo pacto neſcirent, quid de illo faciendum eſſet, ſi Exod. 31. num. 14 expreſsè ſtatuitur pœna capitalis in Sabbati violatorem? Sunt, qui dicant, hunc euentum fuiſſe ante illam legem. Non aſſentior. Alioqui cur ille homo, tanquam violator legis, coram Moyſe, & Aarone ſiſteretur? Dicunt alij, voluiſſe Moyſen præſenti Deo deferre: hoc eſt, honoris cauſa rem totam Deo committere iudicandam; quamuis non ignoraret, quid eſſet in iure faciendum. Sed repugnant literæ expreſſioni, neſciuiſſe Moyſen, quid ſuper eum hominem facere deberet: neque præterea opus eſſet ad ſupremam cauſam recurrere, quando plena poteſtas

teſtas ad illud ſupplicium exequendum in proxima daretur. Dicunt alij, Moyſis, & Aaronis dubitationem non fuiſſe de iure, quod ſatis expreſſum erat; ſed de facto, an ſcilicet illud opus eſſet excuſabile propter hominis ignorantiam, aut ſaltem propter materiæ paruitatem: nam, vt eruitur ex Hebræo, minutula tantùm ligna colligebat. Sed ſolutio non ſubſiſtit: nam ignorantia in eodem populo, in quo lex non ita pridem fuerat promulgata, difficilè haberi poterat, & difficilius ſaltem in externo foro ſuaderi. Paruitas autem materiæ in re tam graui non excuſabat à pœna, vt ſtatim dicam: præſertim quando lex ſuum initium capiebat, tunc enim oportebat primùm tranſgreſſionem acriter puniri, *ne cæteris* B *fieret auctor tranſgrediendi*, vt loquitur ibi Theodoretus quæſt. 31. & Diuus Chryſoſtomus in Pſalm. 6. confirmat. Alij tandem dicunt Moyſen, & Aaronem non de morte, quam ſciebant ſine dubio infligendam; ſed de mortis genere, quod in litera expreſſum non erat, dubitaſſe. Probabilior eſt reſponſio: quamuis eam inſtantiam patiatur, quòd ſi Moyſes dubitaſſet de mortis genere, illud profectò Deum interrogaſſet, quod tamen feciſſe non legitur, ſed hominem dumtaxat in carcerem recluſiſſe, ac ſi tota illa dubitatio ſolùm expectando in poſterum diem tolli poſſet. Vnde colligo, quod mihi videtur ad rem præſentem peraccommodum, Moyſen, & Aaronem ignoraſſe, an liceret eum ſacrilegum, eo- C dem die ſabbathi, quo deprehenſus fuerat, lapidari, & propterea ſuam ignorantiam tollere voluiſſe, non quidem conſulendo Deum, quod videbatur operoſius, & minimè neceſſarium; ſed differendo punitionem in craſtinum, in quo, tanquam in die iam operario, certus redderetur de ſupplicio exequendo. Quid ergo Deus? Cùm videret Moyſen cunctantem, ipſe ſua ſponte etiam non conſultus inſtigat, dicens: *Morte moriatur homo iſte: obruat eum lapidibus omnis turba extra caſtra*, ibidem n. 35. Quaſi diceret: Procraſtinandum non eſt ſupplicium, ſed maturandum; ſerò alia crimina, citò ſacrilegia puniantur: non violatur ſabbatum, ſed ſacratur, quando ſacrilegus ſabba- D ti lapidatur. En quàm feſtinus ſacrilegij vindex Deus exiſtat. Ad alia peccata vlciſcenda, lento gradu incedit diuina ira: ad ſacrilegia, velociſſimo. Quod ſequenti exemplo non minùs reddetur illuſtre.

In legis initio tranſgreſſores acriter puniendi.

Theod. D. Chryſ.

Auctoris mens.

Deus feſtinus ſacrilegij vindex.

8\. Cùm Ieroboam Rex Iſraël ſacrilego auſu ſuper altare aſcenderet, vt adoleret incenſum: *Ecce vir Dei venit de Iuda in ſermone Domini in Bethel, Ieroboam ſtante ſuper altare, & thus iaciente*, 3. Reg. 13. num. 1. & diuinam contra Regem ſententiam promulgauit. Abulenſis aſſerit illum Prophetam exijſſe de Iuda immediatè poſt illud ſacrilegium inchoatum, & perueniſſe ad Bethel ante illud ab- E ſolutum. Ioſephus lib. 8. antiquit. cap. 8. addit, non ſolùm de tribu Iuda, ſed etiam de Hieroſolyma, quæ eſt illius metropolis, exijſſe. D. Hieronym. de locis Hebraicis affirmat Hieroſolymam à Bethel duodecim milliaria diſtare. Ex quorum dictis reſultat quæſtio, quo pacto ille Propheta de Hieroſolyma egreſſus, Rege adolere incipiente, perueniret ad Bethel, adhuc Rege adolere perſeuerante, ac tam breui temporis ſpatio tantum itineris interuallum peragraret? Cui quid reſpondeam, non inuenio: niſi quòd diuina vltio alas ſuo addiderit Prophetæ ad præuolandum, & abſque vlla mora peccatum contra religionem puniendum. Quamuis enim ad alia peccata coërcenda bouino incedat gradu; tamen ad coërcendum peccatum

Graue dubium.

Abul.

Ioſeph.

D. Hier.

Aptus ad noſtram rem reſolutio.

Ad alia peccata caſtigãdu Deus bouino gradu, ad ſacrilegiũ volatu agitur aquilino.

A contra religionem volatu agitur aquilino. Similis in hac re quadrigæ Ezechielis, quæ vitulinis pedibus, & aquilinis alis ferebatur, Ezech. 1. à n. 7. vt palàm fieret, Deum ad caſtiganda leuiora peccata in hominem tardare aliquando, ad grauiora in ipſum Deum feſtinare.

9\. Integrum circiter annum, aut certè pluſquam nouem, aut decem menſes permiſit Deus Regem Dauidem in ſuo adulterio ſordeſcere: nam poſtquam Bethſabee *facta eſt ei vxor, peperitque ei filium*, 2 Reg 11. num. 27. *Miſit Dominus Nathan ad David*, cap. ſeq. num. 1. Quin etiam Nathan ad eum: *Filius*, inquit, *qui natus eſt tibi, morte morietur*, 2. Reg. 12. num. 14. ſupponens iam natum puerum; quando de ſuo eum adulterio arguebat. Atque adeò toto eo tempore, ab adulterio commiſſo, vſque ad natiuitatem pueri adulterini, quod fuit nouem, aut decem menſium ſpatium, quo vterus geſtatur, hæſit Dauid in cœno ſui ſceleris, quin inde à Deo extraheretur. At verò Regem Oziam ne vnam quidem horam paſſus eſt Deus in ſuo ſacrilegio durare, quin ſtatim à Sacerdote Azaria grauiter obiurgaretur, 2. Paralip. 26. n. 17. Imò Dauidem ne poſt illud quidem tempus regio cognomento ſpoliauit. Ingreſſus enim ad eum Propheta Nathan Regem appellauit: *Ego*, inquit, *vnxi te in Regem ſuper Iſrael*, citato Reg. loco n. 7. At verò Oziam in eadem hora de regio cognomento deiecit; ingreſſus enim ad eum Sacerdos C Azarias: *Non eſt*, inquit, *tui officij Ozia, vt adoleas incenſum Domino*, citato loco Paralipom. num. 18. In quem locum D. Chryſoſt. homil. 5. de verbis Iſaiæ: *Non appellauit*, inquit, *eum Regem, neque titulo principatus: propterea quòd ipſe præueniens ſeſe dignitate deiecerat*. Et paulò pòſt: *Ingreſſus*, inquit, *vt ſacerdotium vſurparet, etiam regnum perdidit: ingreſſus, vt fieret venerabilior, factus eſt execrabilior.* Qua vna re planè oſtendit, honorabilem eſſe apud homines non debere, qui ſacrilegus extiterit apud Deum. Vnde colliges quàm acriter, & quàm celeriter hæc contra religionem peccata à Deo puniantur.

Integrum circiter annum Dauidem in adulterio Deus ſordeſcere permiſit.

Oziam Regẽ ſtatim Deus de ſacrilegio arguit per ſacerdotem. Dauid per adulterium Regis titulũ non amiſit, amiſit Ozias per ſacrilegium.

D. Chryſ.

10\. Illud præterea expende, quòd quando Deus alia D punit crimina, abijcere ſe quodammodo, & ad vilia miniſteria deſcendere ſibi videatur. Vnde puniturus Sodomitas, *Deſcendam*, inquit, *& videbo, vtrùm clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint*, Gen. 18. num. 21. In quem locum D. Aug. ſerm 70. de tempore, probè notat, Deum deſcendiſſe ad Sodomitas puniendos, non tamen ad Abrahamum honorandum; ſed potiùs ſuper illum ſtetiſſe, juxta illud eiuſdem capitis, n. 2. *Apparuerunt ei tres viri*; ſeu, vt habent Septuaginta: *Ecce tres viri ſteterunt ſuper eum*. Rectè igitur D. Auguſt. *Quando*, inquit, *ad Abraham reſponſa redduntur; non dicitur deſcendere Deus, ſed ſupra ipſum adſtare; nunc autem* E *quia peccatorum cauſa agitur, deſcendere dicitur*. Sic Auguſtinus fortè ex Origen. hom. 4. in Geneſ. vbi eadem obſeruat, mutuatus. Quo ex loco fit, vt Deus iuſtos remunerando exaltetur; iniuſtos verò puniendo, quodammodo deprimatur. Quamuis igitur Deus, quando alia punit crimina, quodammodo ſe abijciat; tamen quando punit crimina contra religionem, erigi ſibi videtur, & honorari. Vnde cùm in filios Aaronis, Nadab, & Abiu ſacras cæremonias violantes, & alienum ignem offerentes vltrix flamma inſiluit, quæ illos deuorauit, ſtatim ſubiecit Moyſes: *Hoc eſt*, inquit, *quod locutus eſt Dominus, ſanctificabor in iis, qui appropinquant mihi, & in conſpectu omnis populi glorificabor*, Leuit. 10. num. 3. Vbi Caiet. *Sanctus*, inquit, *id eſt, honoratus Deus fit, eo ipſo, quòd punit ſacrilegos*, ſcilicet,

Deus iuſtos remunerãdo, exaltatur; impios puniendo deijcitur

D. Aug.

Orig.

Deus ſacrilegos puniendo exaltatur.

Caiet.

ſcilicet, de diuino honore tantum ſacrilegi detrahunt, vt neceſſe ſit ſtatim per eorum punitionem reſarciri, quò Deus in ſuum priſtinum honorem reſtituatur.

11. *Nadab, & Abiu ſacrilegium licèt ex ignorantia grauiter puniitur.*

Sed obiter nota hos duos Sacerdotes leuiter peccaſſe ex ignorantia quadam, & inaduertentia, quam facilè incurrere potuerunt; quia tunc primùm coram frequenti populo ſacrificabant, vbi facilè eſt nondum expertos perturbari, & labi; & tamen capitalem pœnam incurriſſe, quia leuiſſimæ in Deum culpæ, maiores pœnas merentur, quàm grauiſſimæ in hominem, vt Abul. ad eum locum lariùs confirmat. Quamuis D. Petrus Damianus 3.tom. Biblioth. epiſt. 12. ad Nicolaum Pontificem, cap. 4. illum ignem alienum de laſciuo amore, quo aliqui ad ſacrificandum accedunt, myſticè interpretetur: *Idcirco*, inquit, *cœleſti ſunt igne conſumpti, quoniam alienum ignem offerre Domino præſumpſerunt. Altaria quippe Domini non alienum, ſed diuini amoris ignem accipiunt.*

Abul.

D.P.Dam. *Profani amoris ignem diuina altaria non accipiunt.*

12. *Arguuntur ſacerdotes ſacrilegi auſu ad altare accedentes.*

Quid ad hæc nouæ legis Sacerdotes? Si tam graues culpas, & tam diras pœnas incurrebant, qui in ſacrificijs hircorum, & taurorum, ſolemnes ritus, ac cæremonias præteribant; quæ noſtra erunt flagitia; quæ ſupplicia? qui immaculatum Chriſti ſanguinem non illotis tantùm manibus, ſed illotis conſcientijs ſacrificamus? Non audebant olim Dagonis Sacerdotes templi ſui limen, in quo amputatas Dagonis manus reperiſſent, conculcare, 1.Reg.5.num.5. Euaginato mucrone terruit Angelus Ioſue, ne in loco ſancto, in quo ſtabat, calceatos pedibus graderetur, Ioſue 5 n.15. Soluere iubetur Moyſes de pedibus calceamenta, antequam ad montem Dei Horeb, & rubum incombuſtum appropinquet, Exod. 3. numero 5. Formidabat exterminator Angelus polluere humano ſanguine eam domum, in qua ſanguinem agni ſuperfuſum conſpexiſſet, Exod. 12. n.13. Incolumem ſeruarunt Hebræi illam ædem, ex qua Rahab funiculum coccineum in pacis teſſeram ſuſpendit, Ioſue 6. num. 22. Nemo Angelorum violare auſus fuit illos ciues, quos Hieroſolymis inuenit ſacro charactere diuinitus ſigillatos, Ezechiel. 9. num. 6. Quid ergo nouæ legis Sacerdotes? ſanctiúſne eſt limen Dagon? ſanctius ſuburbium Iericho? ſanctius deſertum Madian? ſanctiora ſunt illa veteris legis monumenta, quam illud, ad quod in lege noua accedimus, altare? Abſit. Quid ergo irruimus temerarij? & ſacrilegis conſcientijs ſacra miniſteria profanamus?

13. D Ambr. *Ad S. Eucharistiam in peccato non accedendum.*

Olim Deus ad Cain, vt habent Septuaginta: *Peccaſti*, inquit, *quieſce*, Geneſ. 4. num. 7. In quem locum D. Ambroſius lib 2 de pœnitentia, cap. 11. *Nemo*, inquit, *in peccato poſitus arrogare ſibi debet auctoritatem, aut vſurpationem ſacramentorum, quia ſcriptum eſt; Peccaſti, quieſce. Melius eſt tunc quieſcere, cùm exercere non queas opera pœnitentiæ; ne in ipſa pœnitentia fiat, quod poſtea indigeat pœnitentia.* Quaſi diceret, quiſquis in peccato es, ſiſte potius ante aram timidus, quàm ad aram irruas temerarius, ne in ſanctitatis lauacro tibi facias volutabrum impietatis, & quò intrare debueras ablutus, inde exeas ſordidatus. Nam, vt benè D. Bernard. epiſt. 42. *Si non places, non placeas.* Parum eſt, *non places*: acerrimam ſtimulas in vindictam, quia rogaturus veniam, iniuriam irrogas, & vocantem ad pacem Deum prouocas ad bellum, ac denique Chriſto Domino ſuum tibi ſanguinem omni melle, & nectare dulciorem propinanti, tuorum ſcelerum poculum felle draconum, & veneno aſpidum exitialius propinas. Vnde idem D. Bernard. ſerm. 24. in Cantic. ad Caïn in peccato ſacrificantem: *Quid*, inquit, *miraris, ô Cain, ſi non reſpicit ad te, qui ita diuiſus es in te? Si manum deuotioni, quid animum das liuori? Non concilias Deum tibi, diſcors tecum non placas, ſed peccas: & ſi necdum fratricida, iam tamen fideicida teneris.*

D.Bern.

Cain in peccato ſacrificantem Deus non reſpexit. D.Bern.

14. *Iudam latrocinia committentem Chriſtus tolerauit: ad S. Euchariſtiam ſacrilegè accedentem punit.*

Certè Chriſtus Dominus alia ſcelera benignè patitur; ſacrilegia acriter vlciſcitur. Iudam multa latrocinia committentem, *quia fur erat, & loculos habens*, Ioan. 12 num. 6. patienter tolerabat. Eundem ad Euchariſticam menſam ſacrilego auſu irruéntem, in diabolicam tyrannidem mancipauit: *Nam poſt buccellam, tunc introiuit in eum Satanas*, Ioan. 13. num. 27. In quem locum Paſchaſius libro de corpore, & ſanguine Domini, cap. 8. in tom. 6. Biblioth. *Iudas*, inquit, *donec buccellam acciperet, quamuis mente ſaucius, interdum tamen à Domini bonitate leniter, crebróque nunc cum alijs, nunc ſolus monetur; ſed poſtquam indignus myſtica præſumpſit, inuaſit eum diabolus, & qui priùs nutabat, cùm accepit, continuò furas exiuit.* Sanctè igitur à ſacerdotibus ſancta tractentur.

Paſchaſ.

15. *Cur Deus nullum ſacerdotis pedibus ornamentum imperauit.*

Cùm olim Moyſes totum corporis, & capitis cultum ſummo Sacerdoti præſcripſiſſet, Exod. 28. nullum tamen pedibus ornamentum imperauit. Cur ita, inquiret aliquis? Dixerim non indiguiſſe externo ornatu illos pedes, qui ſacratam humum attigiſſent: nam illud ſacrum pauimentum ſacerdotalibus plantis eſſe poterat ornamentum. Sed paulò aliter D. Gregor. Nyſſen. orat. 11. in Cantic. *Hoc ipſum*, inquit, *pedi ſacerdotali cultus erat loco, quod ab omni tegumento nudus, ac immunis eſſet. Nam Sacerdoti incedendum erat ſacro in pauimento, quod cadauerosis pellibus calcare non fas erat*; quaſi diceret, ſatis ornatus erat, qui ab operibus mortuis purus erat. Si igitur in Moſaicum ſanctuarium nudos pedes, id eſt, puros affectus ſummus ſacerdos inferre iubebatur, nobiſne licebit affectus noſtros terrenarum rerum amore ſordidatos ad altare Euchariſticum inferre? Nequaquam D. Auguſt. in epiſt. 52. ad Macedonium audiamus: *In Deum*, inquit, *tendimus non ambulando ſed amando: quem tanto habebimus præſentiorem, quanto eundem amorem, quo in eum tendimus, potuerimus habere puriorem. Ad eum ergo, qui vbique præſens eſt, non pedibus ire licet, ſed moribus: mores autem noſtri non ex eo quod quiſque nouit; ſed ex eo quod quiſque diligit, diiudicari ſolent: nec faciunt bonos, vel malos mores, niſi boni, vel mali amores.* Quòd ſi ad apparendum coram Deo, ſeu ad Deum alloquendum, aut contemplandum tanta affectuum puritas requiritur; quanta ad ſumendum manibus, ſuſcipiendum ore, intimiſque cordis penetralibus reponendum ſanctitas requiretur? Vnde D. Paulin. epiſt. 4. ad Seuerum: *Quis*, inquit, *mihi miſero ot adureret, & linguam meam cœleſti illo carbone purgaret; vt vel calcaneum Chriſti mererer ſummo tenùs ore contingere, & ſubdito capite ſola ſancta tergere, vt meum potius caput Chriſti pedibus tergeretur; & dum pedes Lambo diuinos, piarem caſtis labia immunda veſtigiis?*

D Greg. Nyſſen. *Cadauerosis pellibus, id eſt, mortuis operibus, ad altare accedere nefas.*

D Auguſt.

Puris affectionum pedibus Deus quærendus.

S. Euchariſtia puro ore recipienda. D. Paulin.

16. *Filij Heli ſimoniaci.*

Cæterùm filij Heli non ſolùm euertendo cæremonias ſacras, vt patet ex n. 12. & ſequentibus, ſed fortaſsè etiam ſacra miniſteria ſimoniacè vendendo, vt diximus num. 16. & dicemus num. 22. religionem violabant. Peccato autem ſimoniæ, quid iniquius? ſunt, qui dicant, peccatores ſimoniacos deteriores eſſe, quàm hæreticos Macedonios: nam vtrique Spiritum ſanctum faciunt creaturam; ſed Macedonij, illum Dei ſeruum putant; ſimoniaci, ſuum mancipium arbitrantur, quem proinde non dubitant proponere venalem. Eandem ob cauſam D. Petrus Damian. epiſt. 16. c. 30. in 3. tom. Biblioth. Simoniacos ipſo quoque Iuda

Simoniaci hæreticis Macedonijs deteriores, dum S. Spiritum ſeruum venalem faciunt.

D.P.Dam.

prodi

Simoniaci Iuda proditore deteriores.

proditore peiores eſſe, magiſque deteſtandos exiſtimat. Nam *Iudas*, inquit, *Dominum purum hominem credens vendidit; ſed mox pretium ſanguinis abiecit. Vos autem nihil de diuinitate ſancti Spiritus ambigentes, & commercium illi venalitatis adſcribitis, & perpetrati ſacrilegij commodum poſſidetis: quique fueratis vltione plectendi, ſcelera commiſſa lucramini.* Vbi maior eorum & impudentia, & auaritia notatur, quòd Deum probè cognitum contemnant, & lucrum euidenter indebitum conſeruent.

17. *Simon Magus primogenitus Satanæ, Spiritui S. maximè contrarius.* D. Ignat.

Quare D. Petrus, vt Simonem Magum (qui in lege noua huius ſceleris auctor fuit, & quem idcirco D. Ignatius in epiſt. ad Trallianos, *primogenitum Satanæ* appellauit, vt, inquam, Simonem Magum Spiritui ſancto maxime contrarium ſignificaret: *In felle*, inquit, *amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te eſſe*, Act. 8. n. 23. Nam vt Spiritus ſanctus eſt ipſa ſanctitas, & ſimpliciſſima columba fellis expers; ita ille Magus ipſa iniquitas, & calidiſſima vipera felle turgens. Quod D. Petrus Damian. lib. 8. epiſt. 11. rectè obſeruans, ait, ſimoniam *ex ipſo diaboli felle* progreſſam, *& in perditionis filias peſtilentiſſimè* deriuatam: & proinde Simonem Magum, qui *amaritudine fellis intumuit, columbini Spiritus capacem eſſe non potuiſſe.* Sed ad hanc inter Spiritum ſanctum, & peccatorem ſimoniacum diſcordiam exprimendam, ſcitu digniſſimum eſt illud, quod Hildebrandus, poſtea Gregorius VII. Summus Pontifex, narrat apud D. P. Damian. lib. 1. epiſt. 9. & in 3. tom. Biblioth. epiſt. 5. c. 7. ſe, cùm eſſet in Gallia legatus Apoſtolicus, depoſuiſſe Epiſcopum ſimoniacum, qui iuſſus recitare verſiculum doxologicum, *Gloria Patri*, &c. rectè quidem Patrem, ac Filium pronunciabat; ſed Spiritum ſanctum, quibuſcunque tentaret niſibus, exprimere non valebat. *Et meritò*, inquit D. P. Damian. *ſiquidem Spiritum ſanctum dum emit, amiſit: vt qui excluſus erat ab anima, procul eſſet à lingua.*

D. P. Dam

Simoniacus Spiritum S. voce exprimere non valet

Hildebr. D. P. Dam.

18. *Simoniaci ſtolidis beſtijs deteriores.* D. P. Dam. Hug Vict. Victoria. Lorin. Abul. *Balaam vel verè, vel falſum ex erronea conſcientia, ſimoniacus.* Suar.

Verùm qui ſe Spiritui ſancto, tanquam dominos mancipio anteponunt, meritò ab Spiritu ſancto ſtolidis beſtijs poſtponuntur. Balaamum fuiſſe ſimoniacum D. Per. Dam. epiſt. 16. ſeu libello gratiſſimo, c. 7. in 3. tom. Biblioth. Hugo Victor. lib. 2. de Sacramentis, p. 10. c. 2. Victor. relect. de Simon. n. 11. Lorin. Act. 8. n. 19. aliique teſtantur: quibus fauere videtur Abulenſ. in cap. 22. Num. quæſt. 3. & 5. & reliqui omnes, qui dicunt Balaamum inter Ethnicos fuiſſe verum Dei Prophetam: inde enim fit, diuinationes verè propheticas vendere voluiſſe: & quidquid ſit de vera ſimonia, à qua illum Suar. tom. 1. de Relig. tract. 3. lib. 4. c. 5. excuſat, ſaltem ex erronea conſcientia munus diabolicum pro diuino iudicante, & vendente, ſimoniacus videtur extitiſſe; vt Cornel. in locum citatum Num. arbitratur. Nam & ipſe tanquam hæres ſeruum vendere voluit Madianitis, ipſum, quem diuinum, ac propheticum ſpiritum credebat. Quid ergo? Dum ad has ſacrilegas nundinas, aſinæ inſidens iret faceret: ecce tibi Angelus Domini ter apparuit aſinæ, antequam ſemel Balaamo apparuiſſet. *Cernens aſina*, inquit textus, *Angelum ſtantem*, &c. Num. 22. n. 23. & ſtatim: *Stetit Angelus, quem videns aſina*, &c. Et paulò pòſt: *Cùmque vidiſſet aſina Angelum ſtantem*, &c. Cur toties apparet Angelus ſtolido animali, priuſquam ſemel acutiſſimo Prophetæ? Optimè Lyranus: *Vt*, inquit, *præſumptio Balaam etiam per animal brutum confutaretur.* Quaſi diceret, vt qui Spiritui ſancto dominari per ſummam ſuperbiam volebat, ſtolidiſſimo animali per ſummam ignominiam poſtponeretur.

Cornel.

Lyran.

19. *Balaam ſimoniacus, vel ab aſina edocetur, & corripitur.*

Neque ſolùm acumine videndi, ſed etiam prærogatiua docendi, & corripiendi, aſina ſuo ſeſſori, & aliorum doctori anteferrur. Sequitur enim: *Aperuit Dominus os aſinæ, & loquuta eſt*, Num. 22. n. 28. ſeu, vt clariùs habetur 2 Petr. 2. num. 16. vbi eſt ſermo de Balaam: *Qui mercedem*, inquit Apoſtolus, *iniquitatis amauit; correptionem verò habuit ſuæ veſaniæ: ſubiugale mutum animal hominis voce loquens prohibuit Prophetæ inſipientiam.* Vbi notandum, tantam fuiſſe ſimoniaci Prophetæ inſipientiam, & veſaniam, vt vel à bruto animali debuerit edoceri, vt ibi notat Gagnæus; æquum enim erat, vt qui in Deum humanam poteſtatem exercere cupiebat, correptioni ſubderetur belluinæ. Vbi etiam nota, illam aſinam Balaami appellari *animal ſubiugale*; cùm autem ſubiugale animal dicat ordinem ad alterum animal ſub eodem iugo coniugatum, ibique aliud non appareat: videtur ipſe Balaam alterius ſubiugalis loco intelligendus, vt qui Deo ſuperior eſſe volebat, aſinæ ſuæ compar efficeretur. In eo etiam aſinæ poſtponendus, quòd illa paruit Angelo minanti; hic autem etiam Angelo, & aſinæ contraiuit: vt Beda citatus à Gloſſa in locum D. Petri obſeruat. Adde improbum ſimoniacum non ſolùm vitam egiſſe inhonoram, ſed etiam mortem obijſſe infelicem, ab ipſis Iſraëlitis quos maledicere volebat, ſed non valebat, illatam; iuxta illud Num. 13. numero 8. *Balaam quoque filium Beor interfecerunt gladio.*

Gagnæus.

Balaam ſubiugali aſina ſubiugalior.

Balaam aſina ipſa deterior.

Beda. Gloſſ. *Balaam infelix mors.*

20. *Cur in lege noua ſimonia pari ſupplicio vt in veteri non afficitur.* D. Chryſ.

Sed quæres, ſi in lege veteri tam acriter plectitur ſimoniacus, cur in noua pari ſupplicio non afficitur? Neque enim legitur D. Petrus Simonem Magum aut beſtijs ſubdidiſſe, aut capite damnaſſe. Breuiter reſpondet D. Chryſoſt. hom. 14. in Acta: *Non punit*, inquit, *ne poſtea neceſſitatis ſit fides.* Quaſi diceret, ſi Magum puniret, homines poſtea ad fidem non amore, ſed timore cogerentur: vt igitur voluntate potius, quàm neceſſitate fidem ſuſciperent, reliquit impunitum. Nihilominus non dubito acrius Simonem à D. Petro, quàm Balaamum à Moyſe caſtigatum; nam hic vitâ, ille pecuniâ mulctatus eſt, iuxta illud: *Pecunia tua tecum ſit in perditionem*, Act. 8. num. 20. Auarus autem habere ſolet ſuam pecuniam ipſa quoque vita chariorem. Vnde egregie D. Petr. Damian. ep. illa 16. cit. c. 30. *Pecunia*, inquit, *cum negotiatore percutitur: nam vbi deeſt pecunia, percuſſio non timetur.* Quaſi diceret, leuis illi omnis pœna etiam capitalis videretur, ſi pecunia ſalua ſupereſſet. Pergit Damianus, & eos, qui à Simone ſimoniam didicerunt, tanquam peiores ſuo magiſtro deteſtatur: *Ille ſiquidem*, inquit, *cæleſte munus duntaxat emere voluit; ſed voti compos ad effectum fulminandæ concupiſcentiæ non peruenit: vos autem voluiſtis, & confeciſtis; acceſſiſtis, & irrepſiſtis.* Imò non ſolùm Simoni, ſed omnibus alijs peccatoribus poſtponit: *Immanitate*, inquit, *cruenti, ac ſceleratiſſimi criminis veſtri, adulteros vincitis, homicidas exceditis, raptores, ſacrilegos, inceſtos, parricidas, atque omnium penè reorum flagitia ſuperatis. Et adhuc parum eſt. Nam ſi res digna, vt eſt, exiſtimatione perpenditur, ipſa Iudaica perfidia, omniſque prorſus hæretica prauitas veſtris exceſſibus non æquatur.* vbi plura luculentè; quibus quid acriùs, & vehementius dici poſſit, haud ſcio.

Pecunia auaris ipſa quoque vita charior. D. P. Dam.

Simoniaci ipſo etiam Simone Mago peiores.

Simoniaci omnibus alijs peccatoribus deteriores.

21. *Turpe ſimoniacè lucrandi genus.* Tertull.

Caueat igitur Sacerdos, ne in Eccleſiaſticas facultates irruat ſimoniacus, & Spiritus ſancti dona vili emat, vt carè vendat, atque, vt de Simone Mago loquitur Tertull. lib. de idololatria, cap. 9. *peſſimo lucri genere nundinetur.* Sin minùs, in illum quadrabit, quod D. Bernard. in ſuis declamationibus

nibus ſoper illod: *Ecce nos reliquimus omnia*, Matth. 19.n.27. dicit de elenco ambitioſo: *Alius*,inqoit, *vndique circuit ſedulus explorator,blanditur,obſequitur, ſimulat,& diſſimulat,miſeráque ſibi ſuffragia mendicare non erubeſcit, manibus, & pedibus repent: ſi quo modo tandem aliquando ſe ingerere queat in patrimonium crucifixi,& bona Domini, quæ ſola ex omnibus hodie inueniuntur expoſita.* Et paulò pòſt tanquam ſui impotens præ dolore de tanta ambitionis impudentia: *Vbi*,inquit,*timor Dei? vbi mortis memoria? vbi gehennæ metus, & terribilis expectatio illa iudicij? Sponſa nec cubiculum, nec cellam ingredi, niſi Rege introducente præſumit: tu irreuerenter irruis,nec vocatus,nec introductus. Trahe me poſt te,ait illa*, Cant.1.n.4. *Nunc autem trahit ſua quemque voluptas; & adorem turpis lucri ſectantes,quæſtum æſtimant pietatem.* Sed de hac ambitione paſſim dicam, præſertim ad c. 10. & de vitio ſimoniæ ad c.9. plurima cumulabo.

SECTIO II.

Peccata contra iuſtitiam longiſſime fugienda.

1\. *Iniuſtitia omnibus perniciosa.*

ALtera peccatorum ſpecies, in qua filij Heli grauiter offenderunt, fuit iniuſtitia, quâ humana iura, etiam rapinas exercendo, vt in litera n. 16. diximus, audaciſſimè violarunt. Iniuſtitia verò quis non videt, quàm ſit humano generi pernicioſa? In alijs quatuor fluminibus de Paradiſo terreſtri egredientibus, Geneſ.2. num.10. quatuor virtutes, vt vocant, cardinales D. Ambroſ. lib. de Paradiſo, c. 3. recognoſcit. In *Phiſon*, ſiue *Gange*, prudentiam: in *Geon*, ſiue *Nilo*,temperantiam: in *Tygri*, fortitudinem: in *Euphrate*, iuſtitiam. Sed alijs omiſſis, rationem ſubdit, cur in Euphrate iuſtitia adumbretur. Nam *Euphrates*, inquit, *Latinè fœcunditas, atque abundantia fructuum nuncupatur; præferens quoddam inſigne iuſtitiæ, quæ omnem paſcit animam. Nulla enim virtus abundantiores videtur habere fructus, quàm æquitas, atque iuſtitia, quæ magis aliis, quàm ſibi prodeſt, vtilitates ſuas negligens, communia emolumenta præponens.* Sicut igitur iuſtitia omnibus vtilis eſt, ita iniuſtitia omnibus pernicioſa.

D Ambr. Quatuor paradiſi flumina quatuor cardinales virtutes adumbrant. Iuſtitia in Euphrate adumbrata, omnibus vtilis.

2\. *Cur tribus alijs, non verò Euphrati certa regio præſcribatur.*

Quærit ibi D. Ambr. cur tribus prioribus fluuijs, certæ regiones, quas præterfluant, in Scriptura aſſignentur: *Gangi* nimirum India, *Nilo* Æthiopia,ſeu Ægyptus, *Tygri* denique terra Aſſyriorum, quæ Syria dicitur: ſoli *Euphrati* nulla regio, quam alluat, præſcribatur. Vide quas ibi tradit rationes. Noſtra ſit, myſticæ eius interpretationi inhærendo; quia cæteræ virtutes maiori ex parte ſuis ſingulæ proſunt poſſeſſoribus, & cultoribus: at verò iuſtitia non ſuo tantùm cultori, imò nec his, aut illis ſolùm hominibus, ſed omnibus eſſe ſolet vtilis, & ſalutaris. Non erat igitur certis limitibus includenda, quæ per totum orbem beneficia euagatur. Quantum igitur iuſtitia omnium curat vtilitates, tantum iniuſtitia omnium vtilitates labefactat; vt patet in filijs Heli,qui,vt vidimus,non apud vnum tantùm,aut alterum ſacrificantium,ſed apud vniuerſum Iſraëlem venientium in Silo multas iniurias reponebant.

D Ambr. Singulæ virtutes ſuis ferè poſſeſſoribus; iuſtitia verò alijs etiam vtilis.

Iniuſtitia omnibus pernicioſa.

3\. *Cur rapaces aues vt immunda Iudæis prohibeantur.*

Inter aues immundas,quarum eſus, & vſus Hebræis interdicitur Leuit. 11. num. 13. fuit aquila, gryphus, halietus, miluus, accipiter, & ſimiles. Prohibitionis ratio duplex eſt: vna, quam tradit

A Oleaſter: *Quia*,inquit, *auctoribus medicis,omnia,quæ hic interdicuntur, natura noſtra contraria ſunt, & valetudini aduerſantur.* Et ſubdit eum laudabili quodam pietatis affectu. Vnde quæſo, ô homo, talem meruiſti medicum habere, qui tam curioſè & ambitioſè requireret, quid tibi comedendum, & à quibus abſtinendum eſſet? Quam rationem ſumere potuit ex D. Thom. 1. 2. quæſt. 102. art. 6. ad 1. vbi oſtendit varia animalium genera, volatilia, terreſtria, aquatilia à Deo in lege veteri prohibita, vt noxia corporum valetudini; ne qua ex illorum eſu contraheretur ægritudo. Altera ratio, quam idem D. Thom. cit. & alij interpretes inculcant, eſt, quia illæ volucres ſuaptè natura ra- B paces ſunt. Vnde accipitres pullos ſuos nutrire non ſolent: tum quia, auctore D.Ambroſ. lib. 5. Exaëm. c. 18. *rapere aſſueti nutrire faſtidiunt*; tum etiam, quia, vt idem D. Ambroſ. ibidem teſtatur: *Intermittunt*, inquit, *ſtudia nutriendi, vt in vſus rapiendi audere compellant.* quare ſub rapacium volucrum typo furta,ac rapinæ prohibentur. Ad vulgares interpretes accedit Euſeb. lib. 8. de præpar. Euangel. c. 3. *Volucres*, inquit, *quæ prohibitæ ſunt, eas rapaces, carnibúſque aliarum auium nutriri comperies, quæ omnia meritò immunda nominauit Moyſes, vt vel hinc à rapina, & cæde nos deterreret, & ad iuſtitiam hortaretur.* Si igitur ab vſu hominum raptores, tanquam immundi remoueri iubentur; quantò longiùs à commercio, conſuetudinéque C cum Deo arcebuntur.

Oleaſt. Noſtra Deus conſulit valetudini, noxios etiam cibos prohibendo.

D.Thom.

D.Thom. Accipiter iniuſtitiæ ſymbolum, ſuos pullos non nutrit.

D.Ambr.

Sub rapacium volucrum typo furta, & rapina Iudæis prohibentur.

Euſeb.

4\. *Diuites difficilè ſaluantur.*

Adoleſcens ille Euangelicus, iuſſus relinquere multas poſſeſſiones, quas habebat: *Abiit triſtis.* Quo abeunte: *Amen dico vobis*, inquit Chriſtus ad diſcipulos, *quia diues difficilè intrabit in regnum cælorum*, Matth.19.n.23. In quem locum D. Chryſoſtom. hom. 64. in Matth. *Si diuites*, inquit, *difficilè ſaluantur, quid facient rapientes? nam ſi ſua non dare; impedimento ad regnum eſt; quantum ſibi accumulat ignem, qui aliena occupat?* Si ſolùm, quia diues erat, à Chriſto abijt; quanto longiùs, ſi raptor eſſet, abijſſet? Si ſolùm propter opes, quas habebat,errabat à regno cælorum; quanto longiùs propter rapinas, ſi quas egiſſet, aberraſſet? Non D licuit auaro diuiti cum Lazaro inire conſortium, magno inter vtrumque chao intercedente, Luc. 16. num. 25. Tantæ verò ſeparationis cauſa non fuit, quòd diues Lazarum ſpoliarit; ſed potiùs quòd Lazaro non donarit. Vnde D. Chryſoſt. conc. 2. de Lazaro: *Hic*, ait, *nihil à diuite accepit iniuriæ; neque enim illius pecunias vſurparat diues, ſed ſuas non impertiuit. Quòd ſi is, qui ſua non impertiit, accuſatorem habet eum, cui negauit miſericordiam; qui aliena quoque rapuerit, quam veniam conſequeretur?* Similiter ad alium diuitem, qui de ſuis horreis laxandis cogitabat, vt ſuos fructus tenaciùs cuſtodiret, dictum eſt: *Stulte, hac nocte animam tuam* E *repetunt*, Luc.12. num.20. In quem locum D. Aug. ſerm, 21. de verbis Apoſtoli: *Si ſtultus eſt*, inquit, *qui recondit ſua: vos inuenite nomen eius, qui tollit aliena. Si ſordidus eſt reconditor ſuorum, vlceroſus eſt raptor alienorum.* Idémque repetit lib. 50. homil. hom 7.

D.Chryſ.

Difficiliùs fures.

D Chryſ. Qui pauperes non paſcunt, & à fortiori, qui ſpoliant, à cæleſti regno excluduntur.

D.Aug. Turpe raptoris nomen.

5\. *Qui ſua pauperibus non obtulerunt, & à fortiori qui aliena abſtulerunt, in iudicio damnandi.*

Quis non paueat terribile illud extremæ ſententiæ fulmen: *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum?* Matth.25.num.41. præſertim,ſi attendit, quam in culpam tam ſeuera ſententia libretur? *Eſuriui enim*, inquit, *& non dediſtis mihi manducare: ſitiui, & non dediſtis mihi potum*, &c. ibidem num. 42. Vbi peccatores dicuntur æternis cruciatibus addicendi,non propter ablata aliena, ſed propter ſua propria non oblata. Quo ex loco rectè

argu

D. Aug.

argumentatur D. Aug. lib. de fide, & operibus, c. 15. *An fortè*, inquit, *ibunt in ignem æternum, qui opera miſericordiæ non fecerunt, & non ibunt, qui aliena rapuerunt?* Quaſi diceret, minimè. Eadémque iterum inculcat in libro de octo quæſtionibus Dulcitij q. 1.

D. Bern.

Et ſimili argumento vtitur D. Bern. ſerm. de conuerſione ad clericos, cap. 17.

6. *Qui ouem furabatur, quadruplũ, ſoluere olim tenebatur.*

Qui olim furabatur ouem, quatuor pro vna ſoluere iubebatur, Exod. 22. n. 1. Quò fortaſsè alluſit Dauid, quando audita parabola de oue pauperis ablata à diuite, iratus nimis dixit ad Nathan: *Ouem reddet in quadruplum*, 2. Reg. 12. num. 6. Eandem fortè legem Zachæus aut ſeruauit, aut ſeruaturum ſe in poſterum decreuit, cùm dixit: *Si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum*, Luc. 19. n. 8. Sed cur vnius ablatio, plurium ſolutione compenſatur; cùm iuſtitia ad ſolam æquitatem conſtituendam ordinetur? Imò ſi in bonis corporis æqua ſit compenſatio per legem Talionis, *dentem pro dente, oculum pro oculo*, & ſic de ſimilibus, reddendis, Exod. 21. n. 24. Leuit. 24. n. 20. Deuter. 19. num. 21. Cur in bonis fortunæ, quæ minora ſunt, pluſquam ablatum fuerit, exigatur? Communis interpretum reſponſio eſt; quia multa erat illius populi facilitas, & pronitas ad furandum: quæ proinde debebat grauioribus pœnis coërceri, ne in immenſam, atq; immedicabilem audaciam effunderetur. Addunt aliqui, per grauitatem pœnæ, culpæ grauitatem exaggerari. Quòd ſi de furto verum eſt; quid de rapina? Nam, vt benè Diuus Chryſoſt. hom 33. ad populum: *Furante*, inquit, *peior eſt rapiens, ſed ſi illum pendere quadruplum oportet eorum, quæ furatus eſt, rapientem opus eſt decuplum, & multiplum exoluere, & optabile, ſic quoque iniuriam dilere poſſe.*

Nimio Iudæorum pronitas ad furandum.

Furti, & rapina grauitas.

7. *Rapina, incendium.*

Timeant ergo qui rapinas agunt; non enim humanas opes rapiunt, ſed diuinas: imò non rapiunt, ſed incendunt; iuxta illud Dei per Iſaiam ad principes Iſraël: *Vos*, inquit, *depaſti eſtis vineam meam*, Iſai. 3. n. 14. ſeu, vt habent Septuaginta: *Quare incendiſtis vineam meam?* Et ſtatim, vt quæ ſint hæc incendia Propheta declaret, ſubdit: *Et rapina pauperis in domo veſtra.* Quaſi rapinæ ex pauperum domicilijs, in ipſius Dei templis incendia videantur. Vnde D. Chryſ. enarration. in Iſai. ad eum locum, Septuaginta interpretes ſequutus: *Expoſtulationem*, inquit, *exaggerat; non enim dicit, cur conſeruos, proximos, fratres: ſed ait, quæ erant mei peculij perdidiſtis; corrupiſtis, quæ mei iuris fuerant. Deinde oſtendens, quæ ſpecies fuerit iſtius incendij, ait: Rapina pauperis in domibus veſtris. Neque enim tanta calamitate euertere vineas conſueuit grando, vt animam pauperis, mendici, & inopis, vrere ſolet iniuſtitia.*

Septuag.

D. Chryſ.

Rapina, grando.

8.

Quod ſi tantum peccatum eſt in quouis homine rapina, quantum erit in principe? quantum in Sacerdote: quorum ſumma eſſe debet, non rapacitas, ſed fidelitas. Diuinum eſt illud præceptum: *Non accipies munera, quæ etiam excæcant prudentes*, Exod. 23. num. 8. Hebraicè, *quæ eruunt oculos prudentibus*; ac ſi non ſolùm vſum, ſed etiam facultatem rectè ſentiendi eripere videantur. Si igitur accepta munera ipſis quoque prudentibus, quales eſſe ſolent principes, & ſacerdotes, tantum afferunt detrimentum; quantum afferent ablata? Quare hi præ cæteris ſe præbere debent à prædis, rapinis, ac latrocinijs puriores: ne ſi reſp. cæcis ductoribus vtatur, pariter cum illis in abrupta vitiorum præcipitetur. Talem ſe præbere ſtuduit Ioſephus totius Ægypti adminiſtrator: qui *omnem pecuniam*, inquit, Scriptura, *congregauit pro venditione frumenti, & intulit eam in ærarium Regis*, Geneſ. 47 n. 14. Vbi D. Aug quæſt. 159. in Geneſ.

Munera, & rapina eruunt oculos.

Summa Ioſephi in Ægypti adminiſtratione fidelitas.

D. Aug.

A *Pertinuit*, inquit, *ad ſcripturam, in hac etiam re commendare fidem famuli Dei*; vt ſcilicet iudiciaria poteſtate dignus appareret, qui tam eximia fidelitate vteretur. Manus enim rapinis impeditæ, tractando Reipub. clauo prorſus inutiles habentur. Vnde Ioſaphat cùm iudices ſuo regno præficeret: *Videte*, inquit, *quid faciatis: non enim hominis exercetis iudicium, sed Domini*, 2. Paralip. 19. num 6. Et paulò pòſt: *Non eſt enim apud Dominum Deum noſtrum iniquitas, nec perſonarum acceptio, nec cupido munerum.* Quaſi diceret, interprete Caietan. Non hominis vices, ſed ſummi Dei iudicando exercetis: ſicut igitur dignitatem geritis diuinam, ita gerite & æquitatem. Quòd ſi in iudice damnatur ſola munerum cupido; quid acceptatio? & quid, quod eſt longè deterius, violenta extorſio, & ablatio?

Iudices Dei vicarios munerum debent cupido, & acceptio.

Caiet.

B 9. Opes quidem ab omnibus diliguntur. Vnde argentum dicitur Hebraïcè כֶּסֶף *cheſeph*, hoc eſt, *amabile*, à radice כָּסַף *chaſaph*, hoc eſt, *amare*; quaſi ab omnibus ametur; & præſertim à paupere, iuxta illud Exod. 23. num. 6. *Non declinabis in iudicium pauperis*; ſeu, vt eſt in Hebræo, *in iudicium cupidi*nam, vt ibi notat Oleaſt. qui omnibus caret, omnia concupiſcit. Nihilominus à iudicibus, & Reip. adminiſtratoribus odio haberi debent, iuxta illud conſilium Iethro ad Moyſem: *Prouide*, inquit, *de omni plebe viros ſapientes, & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam*, Exod 18. n. 21. Vbi egregiè Caiet. *Quamuis*, inquit, *ſufficiat homini non eſſe auarum; non ſufficit tamen principi, aut iudici: ſed oportet tam alienum eſſe ab auaritia, vt oderit ipſam.*

Argentum, & opes omnibus amabiles.

Pauperes cupidi

Oleaſt.

Auaritia à principe, & iudice odio habenda.

Caiet.

C Et vlteriùs aduertit in Hebræo participium שׂנאי *ſchone*, id eſt, *odientes*, à radice, שָׂנֵא *ſchana*, hoc eſt, *odio habere*, per illud participium non vnus tantùm actus odij ad tempus, ſed continua odiendi conſuetudo ſignificatur.

10. Quare execranda planè fuit cupiditas Achab, qui tantum abſuit, vt oderit auaritiam; vt eam pluſquam videndi, & viuendi facultatem, ſeu pluſquam ſuos oculos, & pluſquam ſuam vitam adamarit. Nam cùm non poſſet à Naboth vineam extorquere: *Auertit*, inquit textus, *faciem ſuam ad parietem, & non comedit panem*, 3. Reg. 21. num. 4. Cur quæſo, oculos auertit, & à viriditate camporum, à vinearum amœnitate, ab ipſius cæli, Soliſque iucundiſſimo aſpectu in tenebras, in an-

Execrabilis Achab auaritia diuitias pluſquã oculos & propriam vitam adamantis.

D gulos, in parietes coniecit? Optimè D. Ambroſ. lib. de Naboth, cap. 3. *Velant*, inquit, *diuites faciem ſuam, ne quidquam in orbe terrarum alienum videant, ne quicquam in hoc mundo non eſſe ſuum nouerint; ne audiant vicinum iuxta ſe aliquid poſſidere.* Quaſi malunt diuites in propriam cæcitatem incidere, quàm facultates alienas intueri. Sed cur panem non comedit; Duplicem rationem reddit idem Diuus Ambroſius lib. cit. cap. 4. *Non manducauit*, inquit, *panem ſuum, quoniam quærebat alienum. Etenim diuites magis alienum panem, quam ſuum manducant: qui rapto viuunt, & rapinis ſumptum exercent ſuum. Aut certè non manducauit panem ſuum volens ſe morte mulctare, quòd ei aliquid negaretur.* Vtraque ratio eſt

D. Ambr.

D. Ambr.

E aptiſſima ad noſtrum inſtitutum: ſed poſterior, quod proximè diximus, egregiè confirmat. Nam diuites malunt exhalare proprias animas, quàm alienas opes non deuorare. Quà cupiditate quid execrabilius?

11. Abſint ergo ſeculares principes à rapinis: abſint multò longiùs Eccleſiaſtici. Ad tabernaculum Moſaicum, templúmque Hieroſolymitanum extruendũ non niſi fideliſſimi quique adminiſtratores eligebantur. Quo ergo iure ad Eccleſiam Dei adminiſtrandam eliguntur rapaciſſimi? Rem expende

Rapina, & auaritia eccleſiaſticis fugienda.

Operum tabernaculi præſides à rapina, & auaritia alieni.

pende-primum in tabernaculo. Pluta olim munera ad tabernaculi fabricam totus populus conferebat, quàm neceſſaria viderentur. Quid ergo tabernaculi præſides? *Artifices,* inquit textus, *venire compulſit, dixerunt Moyſi: Plus offert populus, quam neceſſarium eſt,* Exod. 36. n. 4. In quem locum D. Aug. q. 171. *Notandum,* inquit, *quod illi, qui ſapientes appellantur, effectores operum ſancti, etiam moribus tales erant. Poterant ſi vellent multa auferre: ſed modeſtia prohibuit, vel religio terruit.* Egregiam ſanè laudem, in tanta rapiendi occaſione, tantam abſtinendi moderationem tenuiſſe.

D. Auguſt.

12. *Laudabilis miniſtrorum parcitas in Salomonis templo.*

Iam verò in templo Salomonico non obſcurior miniſtrorum parcitas commendatur. Nam qui tempore regis Ioas præerant templo reſarciendo, ingentem pecuniam tractabant; & nihilominus addit textus: *Non fiebat ratio iis hominibus, qui accipiebant pecuniam, vt diſtribuerent eam artificibus, ſed in fide tractabant eam.* 4. Reg. 12. n. 15. Vnde cùm ad hoc opus congregata fuerit ex populo *infinita pecunia,* vt habetur 2. Paral. 24. num. 11. tamen artifices abſoluto opere: *Detulerunt,* inquit textus, *coram Rege, & Ioiada reliquam partem pecuniæ,* ibid. n. 14. nihil omninò in ſuam vtilitatem auferentes; quaſi ab aliena pecunia, non minùs, quàm ab animi voragine abhorrerent, illam propheticam imprecationem in memoriam reuocantes: *Væ ei, qui multiplicat non ſua. Vſquequò aggrauat contra ſe denſum lutum?* Abac. 2. n. 6. Vbi opes furto, rapinàve poſſeſſas denſo luto comparat Propheta, quia quemadmodum, qui denſo luto adhæreſcunt, quo magis ſe expedire volunt, eò magis obruuntur; ita qui in furta, & rapinas incidunt, ac ſi lutulentam in voraginem inciderent, difficillimè explicantur.

Rapinæ, lutulenta vorago.

13. *Eſdræ manus diuina lege ſanctificatæ in pecunia tractanda fideles.*

Neque minùs laudabilis extitit in ſecundo templo erigendo æquitas miniſtrorum. Nam cùm ad illud opus fabricandum Rex Artaxerxes Eſdram Sacerdotem præmiſerit, antequam aurum, & argentum ad inchoandum opus illi traderet in manus, prudenter animaduertit, eius manus non eſſe piceatas, ſed potiùs diuina lege ſanctificatas. *Miſſus es,* inquit Rex ad Eſdram, *vt viſites Iudæam, & Hieruſalem, in lege Dei tui, quæ eſt in manu tua.* Et ſtatim ſubdit: *Et vt feras argentum, & aurum, quod Rex, & conſiliatores eius ſponte obtulerunt Deo Iſrael, cuius in Hieruſalem tabernaculum eſt,* 1. Eſdr. 7. n. 14. & 15. Vbi Gloſſ. Ord. *Notanda,* inquit, *fides, & ſapientia Regis, & conſiliatorum eius, qui dona ſua magis per illum, qui legem Dei in manu habebat, id eſt, opere complebat, offerenda intellexerunt.* Quaſi in eas tantùm manus pecunia committi debeat, in quibus diuinæ legis obſeruantia reperiatur: quales profectò eſſe debent ſacerdotales.

Gloſſ. Ord.

14. *Sacerdotum in decimis & primitiis colligẽdis ſumma fidelitas.*

Vnde cùm olim ſub Rege Ezechia tanta eſſet populi in diuinum cultum liberalitas, vt non ſolùm neceſſarias primitias, ac decimas offerrent, ſed etiam abundantes; paſſim vbique, & ſine cuſtode, occurrentibus frugum aceruis, in magnam altitudinem congeſtis: tamen nemo Sacerdotum in aliquid vlterius, quàm quod ei neceſſarium, ac debitum erat, inuolauit. Et cùm poſtea iubente Ezechia, fierent horrea, quibus oblatæ fruges, non tam propter hominum rapinas, quàm propter temporis iniurias clauderentur: *Sacerdotes,* inquit textus, *intulerunt tam primitias, quam decimas, & quæcunque vouerant fideliter,* 2. Paralipom 31. num. 12. quaſi in ſumma rapiendi licentia, ſumma eſſe debeat Sacerdotum abſtinentia. Quid ad hæc illi improbi Sacerdotes, qui alienis laboribus diteſcunt? nec ſolùm decimas exigunt, ſed totum rapiunt? De quibus D. Chryſoſtom. hom. 62. in Matth. *Ingentia,* inquit, *ipſi ſudore hominum dolia replent; nec vrceum domum afferre illis permittunt. Non enim centeſimam totius partem, ſed medietatem flagitant.* Imò filij Heli non ſolùm medietatem poſtulabant, ſed etiam integritatem, vt ita dicam, rapiebant.

Sacerdotum cupiditas in decimis exigendis.

D. Chryſ.

SECTIO III.

Peccata contra temperantiam diligentiſſimè præcauenda.

1. *Filiorum Heli intemperantia in gula, & luxuria.*

TErtia peccatorum ſpecies, in qua filij Heli grauiſſimè deliquerunt, fuit intemperantia: quam dupliciter incurrerunt, irritando gulam, & caſtitatem violando. De vtraque in ſuperioribus diximus. De gulæ quidem intemperantia hoc ipſo cap. n. 15. & annot. 11. ſect. 1. & paulò inferiùs n. 21. plura dicemus. De caſtitate verò annot. 4. ſect. 4. §. 3. breuiùs quidem, & annot. 5. ſect. 1. 2. ac 3. latiùs diſſerui; & rurſus ad n. 23. plura addentur. Nunc verò quantum ſit vtriuſque intemperantiæ vitium, breuiter illuſtro.

2. *Gula corporalium ægritudinum origo; temperãtia, ſanitatum.*

Gulæ deformitas inde patet, quòd ex ea omnes, & corporum, & animorum ægritudines, oriantur. Corporum quidem, teſte D. Chryſoſt. homil. 10. in Gen. *An non videtis,* inquit, *quotidie, ex ſumptuoſis menſis, & immodica ingluuie, infinita morborum genera induci? Vnde podagra? Vnde capitis dolores? Vnde corruptorum humorum abundantia? Vnde innumeri alij morbi? Nonne ab intemperantia?* Conſentit D. Hier. lib. 2. aduerſus Iouin. vbi ex Galeno docet: *Athletas, quorum vita, & ars ſagina eſt, nec viuere poſſe diu, nec ſanos eſſe; animáſque eorum nimio ſanguine, & adipibus, quaſi luto inuolutas, nihil tenue, nihil cæleſte, ſed ſemper de carnibus, & ructu, & ventris ingluuie cogitare.* Et paulò pòſt addit, *quoſdam morbo articulari, & podagra humoribus laborãtes præſcriptione bonorum ad ſimplicem menſam, & pauperes cibos redactos conualuiſſe;* vbi plura de hac re eruditè congerit. Accedit Phil. Hebr. de legatione ad Caium, vbi docet, ipſum Caium, ante imperium valuiſſe, poſt imperium grauiter ægrotaſſe; quia antè parcè, & frugaliter viuebat; poſtea largè & ſplendidè epulabatur. Et concludens: *Temperantiæ,* inquit, *merces eſt robur, & ſanitas, intemperantiæ verò, morbus, & imbecillitas.* Idem rurſus lib. de victimarum generibus docet, in menſa propoſitionis, ſimplicem, & frugalem victum, ſcilicet duodecim tãtùm panes propoſitos fuiſſe, *hoſtes,* inquit, *cupiditatis, & intemperantiæ: panis enim alimẽto contentus eſſe poteſt ſectator ſapientiæ, habiturus ſanum corpus, & mentem ſobriam; cupediæ verò, placentæ, bellaria, commentáque alia curioſa piſtorum, & coquorum, guſtui, præ cæteris ſenſibus inerudito, illiberalíque ſeruientiũ, conciliant morbos tum corpori, tum animo plerumq; inſanabiles.* Nec ſolùm morbos, ſed mortes ex hac intemperantia proceſſiſſe cecinit Satyrægraphus:

D. Chryſ.

D. Hieron.

Phil. Hebr.

Mors ex gula intemperantia.

> *Hinc ſubitæ mortes atque inteſtata ſenectus.*

Iuuenal.

3. *Gula ſpiritualiũ ægritudinum origo.*

D. Baſil.

Animorum verò ægritudines, quæ ſunt longè deteriores, ex hoc fonte ſine dubio erumpunt, teſte D. Baſilio ſerm. de abdicatione rerum: *Vt,* inquit, *fons aquæ vicina loca herbarum viriditate conneſtit; ſic vitium gulæ, ſi per cordis tui venas ſe effuderit, ſerſáſque tuos omnes irrigarit; vbi libidinum multarum in te ſyluam conſeuerit, animum tuum ferarum habitaculum efficiet.* Et quidem ſi intellectus, & voluntatis virtutes diſtinguamus, vtraſque inueniemus ab ingenti vitiorum ſatellitio, gulam comitante

mitante

Gula inſcitiæ mater, ſiue ea ſcientia.

mirante, expugnatas. Intellectus in primis à gula A facilè obſidetur, & occupatur, ſuiſque exuitur ornamentis. Nam duplex illa notitia, ſcientia, & fides, quæ intellectum non mediocriter illuſtrant, irruente gulâ, extinguuntur. Perit in primis ſcientia, & prudentia; ſucceditque inſcitia, & ſtultitia, vbi gula dominatur. Tritum eſt illud: *Venter obeſus non gignit aciem tenuem.* D. Ephrem ſerm. de perfectione monachi ad finem: *Ventrem*, inquit, *non cures, ne mentem obtenebres.* D. Hieronym. proximè citatus: *Sapientiæ*, inquit, *operam dare non poſſumus, ſi menſæ abundantiam cogitemus.* Mira Iudæorum ſtultitia ex eorum intemperantia proceſſit. Nam à Chriſto Domino ſaturati, illo non minùs lauto quinque panum conuiuio, quàm ingenti miraculo, quod proximè viderant; quaſi nec miraculi, nec conuiuij recordarentur, *Quod*, inquiunt, *tu facis ſignum, vt videamus, & credamus tibi*; Ioan. 6. num. 30. Quæ vos tenet cæcitas, ô Iudæi? Vidiſtis miraculum, interfuiſtis conuiuio, & ſignum requiritis, quaſi nullum aſpexeritis? Scilicet veſtra vos intemperantia, non parcè, vt fas erat, ſed largiter epulatos, quæ veſtra fuit ingluuies, obcæcauit. Quod D. Chryſ. hom. 44. in Ioan. rectè expendens: *Nihil*, inquit, *his ſtultius, nihil inſipientius, cum ſignum in manibus haberent, tanquam nullum fecerit, rogant, quod ſignum facis?* Quam ſtultitiam eorum tribuit intemperantiæ. *Hæc*, inquit, *obtuſum, & craſſum ingenium: hæc carnalem animam reddit: hæc cæcat intellectum; nec ſinit, vt quidquam perſpiciat.*

D. Ephr.

D. Hier.

Iudæorum ſtultitia ex intemperantia.

B

D. Chryſ.

C

4\.

Gula, & ebrietas fidem extinguunt, perfidiam nutriunt.

Iam verò fides in intemperantiæ mero, tanquam in procelloſo mari naufragatur. *Vinum*, inquit Siracides, *& mulieres apoſtatare faciunt ſapientes*, Eccleſiaſtic. 19. n. 2. Vtique etiam ab ipſo Deo. Nec mirum. Nam *vinum, & ebrietas auferunt cor*, Oſeæ 4. num. 11. Cùm autem cor in homine idem ſit, quod gubernaculum in naui: ſicut nauis gubernaculo deſtituta facilè ad infelices ſcopulos alliditur; ita homo per intemperantiam excordatus, fidei naufragium facile incurrit. Teſtes Iſraëlitæ, qui ſederunt *manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere*, Exod. 32. num. 6. At quos ludos? eos vtique, quibus à vero Deo receſſerunt, & vitulo aureo ſacrificarunt, ſcilicet intemperantiæ fluctibus abrepti, à fide in idololatriam delapſi. Vt D. Chryſ. ſer. de verbis Apoſtoli, *Nolo vos ignorare*, in 4 tom. exponit. Cui D. Ambroſ. lib. de Helia c. 12. conſentit. *Videmus*, inquit, *ſacrificium ebrietati fuiſſe coniunctum. Nam ſicut mater fidei continentia; ita perfidia mater ebrietas eſt.* Quam doctrinam cuiuſdam pſeudomartyris apud Tertul. lib. aduerſùs Pſychicos, cap. 11. miſerabilis ruina confirmat. Is enim Priſtinus nomine cùm in carcere pro fide teneretur, plus epulis, quibus curaret corpus, quàm lacrymis, quibus expiaret animum, indulgebat; imò ipſo ſummo diluculo, quo ad tribunal ſiſtendus erat, indéque, ſi in fidei confeſſione perſeueraret, ad martyrium efferendus, multo ſe mero impleuit, vt eo veluti antidoto *præmedicatus*, vt loquitur Tertul. ad pugnam deſcenderet, & illata eculeamenta, vel conſopitus negligeret, vel roboratus ſuperaret. Quid ergo? vix prima martyrij tentamenta ſubierat, vix vngulas viderat, quibus nondum excarnificari cœperat, ſed quodammodo titillari. Ecce tibi non Chriſti martyr, ſed Bacchi myſtes, fidem deſerit, Chriſtum abiurat, & in caſtris intemperantiæ pugnaturus miles, tuâ Bacche, hedera redimitus inauguratur. Proh quales nutrit intemperantia fidei deſertores!

D. Chryſ.

D. Ambr.

Tertull.

Priſtini cuiuſdam fidei deſertoris intemperantia.

D

E

5\.

Gula virtutum omnium ruina.

Cæterùm voluntatem quibuſcunque virtutibus excultam, ſi vna ciborum intemperies expugnet, nulla mora, omnia diruet virtutum ornamenta; omnia reponet inquinamenta vitiorum, ac diuinum templum in diabolicum ſtabulum profanabit. Illuſtre huius rei ſymbolum præceſſit in Nabuzardano principe militiæ, ſub Nabuchodonoſore Aſſyriorum Rege. Qui Ieroſolymam armata manu ingreſſus, templum ſuccendit, palatium combuſſit, muros deſtruxit; quidquid auri, & argenti in vrbe erat; quidquid pretioſum, ac decorum in ſacra æde ſeruabatur, totum id Babylonem exportauit, 4. Regum 25. à num. 8. Igitur ſub Nabuzardano, qui interpretatur *princeps coquorum*, muros Ieroſolymæ deſtruente, vltium gulæ omnes animi virtutes demolientis, ac depopulantis, intelligit Diuus Gregor. 3. part. paſt. cur. admonit. 20. *Princeps*, inquit, *coquorum venter eſt, cui magna cura obſequium à coquis impenditur, vt ipſe delectabiliter cibis impleatur: muri autem Hieruſalem virtutes ſunt animæ ad deſiderium ſupernæ pacis eleuatæ. Coquorum igitur princeps muros Hieruſalem deiicit, quia dum venter ingluuie extenditur, virtutes animæ per luxuriem deſtruuntur.* Hinc patet huius grauitas, ac deformitas peccati, à quo tanta fit omnium virtutum demolitio, ac ruina.

Nabuzardan gulæ typus.

D. Greg.

6\.

Mors, gulæ frequens ſupplicium.

Sed ipſa temporalis, & æterna pœna, quæ intemperantiæ præſcribitur, non parum eius grauitatem manifeſtat. Nam filij Heli ob eam intemperantiam, quam in ſacrificiis præſtiterunt, vt in litera explicauimus, & ſe, & ſuos in interitum præcipitarunt, vt ad cap. 4. latiùs dicemus: & interim Tertul. lib. aduerſùs Pſychicos cap. 16. teſtatur. Vbi obſeruans, & parentem, & filios, & affines vna die obiiſſe, *Hanc enim*, inquit, *meruerat à Deo plagam domus impudens, ſacrificiorum carnalium defraudatrix.* Vbi plura adducit exempla eorum, qui cùm intemperanter egerint, mortem diuinitùs inflictam ſubierunt. At æterna cruciatio quanta maneat intemperantes, teſtatur ille diues, qui in hac vita *epulabatur quotidie ſplendide*; ſed in altera clamabat ad Abrahamum, ſibi vt liceret, vna guttula ex digito extremo Lazari diſtillata linguam ſuam refrigerare, Luc. 16. num. 24. *Quibus verbis*, inquit D. Gregor. citat. *oſtenditur, quia epulando quotidie crebriùs in lingua peccauerat, qui totus ardens refrigerari ſe in lingua præcipuè requirebat*; & ſimilia ferè inculcat lib. 1. mor. cap. 4.

Tertull.

Gula in inferno grauiſſimis punitur.

D. Greg.

7\.

Gula, & ebrietas in ſacerdote execrabilis.

D. P. Dam.

En filiorum Heli circa cibos intemperantia: quæ ſi in veteri ſacerdotio culpabilis fuit, in nouo quàm execrabilis cenſebitur? In eam aliquos ſui temporis ſacerdotes prolapſos eſſe, non immeritò lamentabatur D. Petrus Dam. lib. 5. epiſtol. 78. *Hoc*, inquit, *tempore clericus, quod de quibuſdam loquor, parum videtur, ſi ſua Deo, viuendo carnaliter, ſubtrahant; niſi etiam ab Eccleſiæ procurationis excubiis per angiportus, & nundinarum ſtationes habitando ſecedant, nimirum ſuauius indicantes, ſi cauponum tabernas olfaciant, quam ſi diuini ſacrarij quotidie limen terant: magiſque delectat eos textricum gynacea conſpicere, quam cæleſtis eloquij paginis incubare.* Quæ intemperies, neſcio, an ſit maior, quàm filiorum Heli; illi enim etſi templum profanabant, templi tamen officia non deſerebant: hi totos ſe à ſacris abducunt, & in ſuæ cœno intemperantiæ volutant. Quo quid indignius eſſe poteſt, quid execrabilius?

8\.

Filiorũ Heli intemperantia contra caſtitatem.

Atque hæc de prima intemperantiæ parte, quam filij Heli irritando gulam incurrerunt. Nunc ad alteram, quam exercuerunt violando caſtitatem. Quæ quamuis paulò inferiùs num. 22. contineatur; tamen aptiùs huic loco inſeretur, ne peccata filiorum Heli tractatione ſeparentur, ſed ſub vno

Luxuria grauitas. Fides cum virginitate comparatur.

ſtatim aſpectu proponantur. Quantum igitur ſit peccatum contra caſtitatem, breuiùs illuſtro. Sæpè in Scriptura fides cum virginitate, fideles cum virginibus comparantur. Iſai. 37. num. 22. *Deſpexit te, & ſubſannauit te virgo filia Sion.* hoc eſt, populus fidelis tuas, ô Rabſaces, minas non curauit. Ierem. 3. num. 4. *Ergo ſaltem amodò voca me pater meus, dux virginitatis meæ tu es.* hoc eſt, me tanquam auctorem fidei tuæ recognoſce. Ierem. 18. numero 13. *Quis audiuit talia horribilia, quæ fecit nimis virgo Iſrael.* hoc eſt, Synagoga, quæ per id temporis fidem profitebatur. Thren. 1. num. 16.

Synagoga in malam partem virgo dicitur aliquando. Theod.

Torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iuda. hoc eſt, Synagogam, in qua fides tunc erat, caſtigauit. Et quamuis Theod. exiſtimet, Synagogam in malam B partem, virginem appellari. *Virginem*, inquit, *illam appellat, non quòd non ſit intemperans, ſed quòd formæ det operam, & de pulchritudine glorietur.* Quaſi diceret. Non quia fidelis, ſed quia leuis: non quia pura & ſancta, ſed quia vana, & ſuperba; tamen non ſolùm Synagogam, ſed etiam Eccleſiam conſtat, in bonam partem, virginem appellari. Zachar. 9. num. 17. *Frumentum electorum, vinum germinans virgines.* hoc eſt, fideles. D. Paulus 2. Corint. 11. numero 2. *Deſpondi vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto.* hoc eſt, deſpondi vos, vt fideles, ſeu fidei tenaces Deo vos exhibeatis. Tandem idem D. Paulus inuehitur in quaſdam viduas 1. Timoth. 5. num. 12. *Habentes*, inquit, *damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.* hoc eſt, quia caſtitatem ſuam violarunt. Quid, quæſo, fidei cum virginitate? Certè non parum: tum quia ſicut fides primum oſtium eſt ad ſalutem; ita virginitas ad perfectionem: tum quia ſicut fides non ſolùm negando, ſed etiam dubitando grauiſſimè offenditur; ita & virginitas non ſolùm turpiter operando, ſed etiam leuiter cogitando, peſſimè violatur: tum denique, quia ſicut miſerrima eſt fidei iactura; ita ruina à virginitate infeliciſſima cenſetur.

Fidei cum virginitate ſimilitudo.

9\. *Grauior quodammodo virginitatis, quàm fidei iactura.* D. Chryſ. *Virginitatis iactura quomodo irreparabilis?*

Imò in eo grauior videtur virginitatis, quàm fidei iactura, quia hæc reparari poteſt, illa non poteſt, iuxta illud myſticè explicatum: *Virgo Iſrael* D *proiecta eſt in terram ſuam, & non eſt, qui ſuſcitet eam.* Amos 5. num. 2. In quem locum Diuus Hieronymus epiſtol. 22. ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis: *Audenter*, inquit, *loquar; cùm omnia poſſit Deus, ſuſcitare virginem non poteſt, poſt ruinam.* Qui locus intelligendus non eſt de impoſſibilitate abſoluta, ſed ſecundùm quid, ac de lege ordinaria, ſeu de difficultate maxima, quæ aliquando dicitur impoſſibilitas. Hebræor. 6. num. 4. Alioqui poteſt Deus abſolutè virginem lapſam reparare, & quoad meritum, & quoad ſtatum, vt rectè probat D. Petrus Damianus epiſtol. 4. de omnipotentia Dei, cap. 3. in 2. tom biblioth. 2. editionis, vbi D. Hieronymum *pio ſtudio loquutum fuiſſe* interpretatur. Difficultas autem huius ruinæ etiam quoad meritum reparandæ, maxima profectò eſt, iuxta illud: *Vulnus & liuor, & plaga tumens, non eſt circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo,* Iſai. 1. num. 6. Quem locum D. Ambroſ. ad virginem lapſam cap. 8 myſticè interpretatus: *Cupio*, inquit, *prodeſſe, ſed non poſſum; quia, ſicut ait Iſaias, non eſt malagma imponere: infirmitas tua omne humanæ medicina excluſit auxilium.* Vnde huius virginis lapſum amariſſimè lamentatur idem D. Ambroſ. eodem lib. c. 1. *De virgine*, inquit, *facta es corruptio Satanæ: de habitaculo Spiritus ſancti, tugurium diaboli: quæ incedebas, vt columba, nunc lates in tenebris, ſicut ſtellio: quæ fulgebas, vt aurum, propter virginitatis honorem, nunc vilior facta es luto platearum: quæ fue-*

D. P. Dam.

Virginitatis iactura, quo ad meritum difficilè reparatur. D. Ambr.

A *ras ſtella radians in manu Dei, veluti de alto ruens cælo, conuerſa es in carbonem.* Grauis igitur culpa eſt contra caſtitatem, quæ grauiſſimæ culpæ contra fidem comparatur: imò neſcio, an aliqua ex parte, deterior ſignificetur.

Ad hæc ſolet Scriptura, vt acriùs idololatriam deteſtetur, obſcœnis eam vocabulis appellare. Iſai. 1. numero 21. *Quomodo facta es meretrix ciuitas fidelis?* id eſt, quomodo ad idololatriam deflexiſti, quæ fidem colebas? Ierem. 3. numero 3. *Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere.* Quaſi diceret: Non minus in cultu idolorum, quàm meretrix in volutabro peccatorum depuduiſti. Apocalypſ. 19. num. 2. *Indicauit de* B *meretrice magna, quæ corrupit terram in proſtitutione ſua.* hoc eſt, ab idololatris terram corrumpentibus meritas pœnas repopoſcit; & ſimiles loquutiones paſſim in Scriptura reperiuntur. Cur, quæſo, impuritatis vocabula idololatris accommodant Prophetæ? Reſpondet egregiè D. Chryſoſtom. in cap. 1. Iſai. ad verba proximè citata. *Quia*, inquit, *ſtudebant eos incutere turpitudine hac appellationis.* Quaſi cùm Prophetæ viliſſima, & abiectiſſima vocabula quæſierint, quibus idololatras ſuggillarent; nulla abiectiora inuenerint, quàm quæ ſunt propria obſcœnitatis. Vnde Tertul. lib. 1. contra Gnoſticos cap. 3. vocat idololatriam *mœchiæ ſororem.* Quaſi non poſſet idololatria vilior, & abiectior C haberi, quàm ſi ad mœchiam proximè accedere diceretur. Lege eundem Tertul. lib. de pudicitia c. 5. vbi latè oſtendit, quanta ſit idololatriæ cum mœchia coniunctio; quanta ſimilitudo. Quod ſi tanta in verbis obſcœnis, quanta in ipſa obſcœnitate turpitudo inhærebit?

10\. *Obſcœnis vocabulis in Scriptura idololatria ſuggillatur, vt acriùs deteſtetur.*

D. Chryſ.

Tertul. *Idololatria mœchiæ ſoror.*

Infidelitas quædam eſt ipſa obſcœnitas. Et quidem haud ſcio, an ipſa quoque infidelitate deterior ſit. Certè Diuus Paulus Chriſtianis permittit, vt cum infidelibus non ſolùm in colloquiis, ſed etiam in conuiuiis communicent. Nam 1. Corinth. 10. num. 27. *Si quis*, inquit, *vocat vos infidelium, & vultis ire: omne, quod vobis apponitur, manducate, nihil interrogantes propter conſcientiam.* Et nihilominus idem Apoſtolus præcipit Chriſtianis, D vt communicatione cum impuris prorſus abſtineant. Nam 1. Corinth. 5. num. 11. *Si is*, inquit, *qui frater nominatur, eſt fornicator*, &c. *cum eiuſmodi nec cibum ſumere.* Cur autem ab his potius, quàm ab illis arceat Chriſtianos, inquirit D. Auguſt. lib. 3. contra epiſtol. Parmeniani, cap. 2. initio tom. 7. ſed eius reſponſionibus interim omiſſis, illa mihi aptior videtur ad rem præſentem, quòd maius ab impuris hominibus, quàm ab infidelibus contagium timeatur. Vnde cùm olim impura fœmina caſtum Ioſephum ad libidinem pelliceret, & apprehenſa lacinia veſtimenti eius detinere vellet, *Ipſe*, inquit textus, *relicto in manu eius pallio, fugit, & egreſſus eſt foras*, Geneſ. 39 num. 12. In quem locum E D. Ambroſ. lib. de Ioſeph cap. 5. *Reliquit*, inquit, *tanquam non ſua, quæ adultera ſuis manibus detinebat: & aliena iudicauit, quæ tactu impudica poterant comprehendi.* Et paulò pòſt: *Teneri veſte potuit, animo capi non potuit; contagium enim indicauit, ſi diutiùs moraretur, ne per manus adulteræ, libidinis incentiua tranſirent.*

11\. *Maius ab impuris, quàm ab infidelibus aliquando ſerpit contagium.*

D. Aug.

D. Ambr. *Luxuria, contagium.*

Neque ſolùm caſti homines, ſed ipſi quoque Angeli hanc quodammodo contagionem reformidant, & ideo ſe præbent à communione cum obſcœnis hominibus maximè alienos. Venerunt olim Angeli in domum Abrahæ ſitam in valle Mambre, quin aliquis viam illis indicarit. Nihilominùs cùm inde pergere vellent contra Sodomam, ducem viæ habuerunt Abrahamum. *Abraham,*

12\. *Caſtos ſciunt Angeli & quærunt: impuros neſciunt, & vitant.*

Lippom.

bam, inquit textus, *ſimul gradiebatur, deducens eos*, Geneſ. 18. num. 16. Vbi Lippoman. *Iter*, inquit, *indicabat, ne via errarent.* Mirum planè hoc eſt. Nam ad vnam tantùm Abrahæ domum, ſub arborum opacitate latentem, & in depreſſa valle occultatam, imo in *conualle*, vt habet textus, hoc eſt, multiplici vallium anfractu inuiam, & inacceſſam, Angeli ſine indice, ſine duce peruenerunt; & à tota Pentapoli, regione ampliſſima, quinque vrbibus frequenti, metuunt, ne aberrent; ideo ductorem ſuæ viæ ſibi vindicant Abrahamum? Ita planè. Quia vna domus Abrahæ caſta erat; tota illa regio obſcœna. Angeli verò caſtos, vbicunque lateant, probè ſciunt: obſcœnos, vbicunque ſpatientur, non agnoſcunt. Quaſi ſibi cauere velint à contagio turpitudinis. Adeò peiores ſunt obſcœni homines ipſis quoque infidelibus.

13. *Impuri, belluæ.* Clem. Alex. Septuag.

Imò non ſunt homines, ſed belluæ. *Noli* inquit Sapiens, *circumſpicere in vicis ciuitatis, nec oberraueris in plateis illius*, Eccleſiaſtici 9. num. 7. Clem. Alexand. lib. 3. pædag. cap. 4. legit: *Nec erres in eius ſolitudinibus*; ſequutus planè Septuaginta interpretes, qui transferunt: *Ne erres in deſertis illius.* Sed quo iure frequentes hominibus plateæ, deſertæ ſolitudines appellantur? Optimè Alexander: *Eſt enim*, inquit, *verè ſolitudo, etiamſi ſit turba incontinentium, vbi non eſt homo pudicus.* Vbi ergo eſt ſolitudo hominum, quid aliud eſſe poteſt, quàm multitudo beſtiarum? Beſtiæ planè ſunt, qui vultus gerunt humanos, & affectus retinent pecuinos. Huc pertinet illud: *Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor*, Oſeæ 4. numero 11. Vbi Diuus Hieronymus. *Fornicatio*, inquit, *& voluptas peruertit ſenſum, animúmque debilitat, & de rationabili homine brutum efficit animal.* Vnde olim Deus: *Delebo*, inquit, *hominem, quem creaui, a facie terræ, ab homine vſque ad animantia*, Geneſ. 6. num. 7. Hominem cum pecude coniungit, vt qui parem habent incontinentiam, pari ſupplicio inuoluantur.

D. Hier.

14. *Prapoſtera Sodomorum libido ipſis beſtiis homines reddit beſtialiores.*

Quòd ſi adeò pergant homines efferati, vt abeant *poſt carnem alteram*, vt Iudas Apoſtolus num. 7. dixit de populo Sodomorum; ipſis quoque beſtiis fient, vt ita dicam, beſtialiores. Et rationem reddit egregiam D. Chryſ. lib 3. aduerſ. vituperatores vitæ monaſticæ, nam beſtiæ intra leges à natura præſcriptas permanſerunt: at verò iſti contra ipſius naturæ leges præpoſtera libidine rapiuntur. Vnde quærit ibid. D. Chryſoſtom. Si Deus olim ſulphureo incendio vrbes infames labefecit; cur modò hanc peſtilentiam licentiùs graſſari patiatur? Et reſpondet, *Quòd acerbiori*, inquit, *atque vehementiori pœnæ reſeruantur.* Sed de hac re ad cap 5. latiùs diſputabo.

D. Chryſ. Prapoſtera libidinis graue ſupplicium.

15. *Primū aqua diluuium hominū puniit incontinentiam. Caſtitas diuina ſupplicia retardat, ac depellit.*

Tandem vt ex grauitate pœnæ grauitas huius culpæ colligatur, duplex totius orbis excidium in Scriptura refertur; diluuium aquæ iam præteritum, & incendium ignis adhuc futurum: vtrumque ad incontinentiam hominum coërcendam. Diluuium quidem, quia *omnis caro corruperat viam ſuam*, Geneſ. 6. num. 12. Vnde nec ipſius Noë familia incolumis ab illa inundatione ſupereſſet, niſi à caſtitate ſeruaretur. Quare Deus ad Noë: *Ingredieris arcam tu, & filij tui; vxor tua, & vxores filiorum tuorum tecum*, Geneſ. 6. num. 18. Vbi viri à fœminis ſeparantur, Noë cum filiis vnam in partem, vxores in aliam ſeponuntur. Rationem reddit D. Ioann. Damaſcen. lib. 4. de fide, cap. 25. *Separauit*, inquit, *eos ab vxoribus, vt cum caſtitate pelagus, & illud commune naufragium euitarent.* Quaſi tam atrox tempeſtas illis tantùm parcitura eſſet, quos vna caſtitas cuſtodiret. Quo etiam pacto cùm Deus argueret Epiſcopum Epheſinum, quòd primam charitatem reliquiſſet, mináſque intenderet, fore, vt ab eo candelabrum, ſeu dignitatem Epiſcopalem remoueret, ſtatim ſubdit: *Sed hoc habes, quia odiſti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi*, Apocal. 2. num. 6. Nicolaitæ verò, vt Diuus Epiph. hæreſi 25. & alij apud Riberam teſtantur, fuerunt hæretici caſtitatis euerſores. Senſus igitur eſt, quòd Deus punire vellet Epiſcopum Epheſinum propter defectum charitatis, & nihilominus propter cultum caſtitatis, punitionem cohiberet; ſicut enim impuritas diuina ſupplicia accerſit, & accellerat, ita caſtitas retardat, ac depellit.

D. Ioan. Damaſc.

Nicolaitarū hareſis.

Epiph. Riber.

16. *Futurū orbis in iudicio incēdium libidinis incēdia vindicabit.* D. Chryſ.

Iam verò totius orbis incendium quis dubitet propter incendia libidinum, quæ tunc erunt, affuturum? Nam Diuus Paulus de extremo iudicio loquutus: *Cùm*, inquit, *dixerint, pax, & ſecuritas; tunc repentinus eis ſuperueniet interitus*, 1. Theſſalon 5. num. 5. hoc eſt, interprete Diuo Chryſoſtom. homil. 78 laſciuientes homines extrema calamitas occupabit. Et 2. Timoth. 3. num. 4. addit, in nouiſſimis diebus futuros *homines voluptatum amatores magis, quam Dei.* hoc eſt, delicias carnales Deo præpoſituros, Lyrano interprete. Quin etiam Chriſtus Dominus nouiſſimos mundi dies cum diebus Noë, & Loth comparauit. *Sicut*, inquit, *factum eſt in diebus Noe; ita erit & in diebus filij hominis. Similiter ſicut factum eſt in diebus Loth*, &c. Luc. 17. num. 26. & 28. nam ſicut illa priora ſæcula, ita & hæc poſteriora multis concupiſcentiis conflagrabunt. Vnde Theoph. ibid. *Inſinuatur*, inquit, *per exempla diluuij, & Sodomitici incendij, quòd cum venerit Antichriſtus, illicitæ voluptates in hominibus increſcent, & diſſoluti erunt, deliciis vacantes.* Quid ergo? Non erunt tunc alia ſcelera? Planè erunt. Cur igitur ſola incontinentia memoratur? Quia hæc præcipuè Deum prouocat ad vltionem. Adeò vt ingentis miraculi loco reponendum ſit, ſi quando contingat, vt quis impurus, ac laſciuus ab infauſta morte, miſerandoque ſupplicio eripiatur.

Theoph. Cum Antichriſto illicita creſcent voluptates in hominibus.

17. *Impurus pro magnum miraculum ab infauſta morte, & diurno ſupplicio liberatur.*

Quod facilè ex Diuo Paulo confirmatur: qui ad Hebr. 11. à num. 2. longam texit ſeriem miraculorum, quæ fides priſcis temporibus ediderat. *Fide*, inquit, *Henoch tranſlatus eſt: fide Noe aptauit arcam in ſalutem domus ſuæ: fide Abraham exiit, neſciens, quò iret. Fide Moyſes reliquit Ægyptum: fide filij Iſrael tranſierunt mare rubrum tanquam per aridam terram: fide muri Iericho corruerunt*, &c. Sed poſtquam hæc, aliaque miracula enarrauit, vltimo loco, vt totam orationem maiori miraculo concluderet, ſubiecit: *Fide Rahab meretrix non periit cum incredulis*, num. 31. Ac ſi hoc miraculum maximum eſſet omnium, quæ catenus prædicauerat. Imò vt oſtenderet eſſe maximum omnium, quæ poterant vlteriùs prædicari, adiecit: *Et quid adhuc dicam?* num 32. Quaſi diceret: Nihil maius, nihil inuſitatius, nihil humanæ menti incredibilius de diuina omnipotentia prædicari poteſt, quàm quòd fœminam incontinentem, ab infelici morte, miſerabilique ſupplicio vendicarit. Videant igitur incontinentes, quanto in periculo verſentur, vt non niſi ingenti quodam miraculo ab illo eripiantur. Fugiant voluptatem, quam Euſebius lib. 7. præparat. Euangel cap. 2. *Hydram multorum capitum* appellat, quam Clem. Alexandrin. lib. 2 ſtromat. *metropolim vitiorum* eſſe dicit, quam Propheta Amos cap. 1. num. 5. cum ſuis

Euſeb. Clem Alex. Voluptas hydra, & vitiorum metropolis.

ſuis cultoribus à Deo penitus conterendam vaticinatur. *Conteram*, inquit, *vectem Damaſci, & diſperdam habitatorem de campo idoli, & tenentem ſceptrum de domo voluptatis.* Miſerum regnum, quod tenent voluptuarij, non tam reges, quàm viliſſima ſuorum appetituum mancipia. Atque hæc de peccatis filiorum Heli quoad intrinſecam malitiam.

Miſerum voluptatis regnum à Deo conterẽdum.

ANNOTATIO XIX.

CIRCA LITERAM.

Peccata filiorum Heli quoad extrinſecam malitiam.

1. *Extrinſeca peccatorum malitia ex circũſtantiis deſumitur. Triplex circunſtantia augens peccatum filiorum Heli.*

EXTRINSECA peccatorum malitia, vt in litera dicebam, deſumitur ex iis, quæ actionem vitioſam circunſtant. Igitur in peccatis filiorum Heli, triplex fuit circunſtantia, vt alias interim omittam, quibus eorum grauitas non mediocriter augetur. Prima, ſanctitas loci, in quo peccarunt; nempe in tabernaculo. Secunda, dignitas peccantium: erant enim ſacerdotes, Deo peculiari ratione mancipati. Tertia, C ſcandalum totius populi; ſuis enim peccatis homines à ſacrificio Domini retrahebant. Singulas ſingulis ſectionibus illuſtrabo.

SECTIO I.

Peccata ex loci ſanctitate, in quo fiunt, grauiora euadunt.

2. *Peccati grauitas ex loci ſanctitate accreſcit.* Tertull.

D. Hier. *Sabiniani ſacrilega incontinentia arguitur.*

QVamuis non quælibet locorum differentia inſeruiat ad peccata diſtinguenda: nam, vt D loquitur Tertull. lib. de pudicitia cap. 4. *Non refert, in cubiculis, an in turribus pudicitia trucidetur*; tamen loci ſanctitas circunſtantia eſt, ex qua peccati grauitas mirum in modum augetur. Acriter inuehitur D. Hieronym. epiſt. 48. in Sabinianum, non tam propter peccata, quæ commiſit; quàm propter loci ſanctitatem, in quo illa commiſit: docetque illa peccata per ſe grauiſſima, tamen exigua videri, ſi cum illo ſacrilegio ex loci ſanctitate ſubſequuto comparentur. Igitur Sabinianus quodam effrænatæ libidinis œſtro concitatus, in Eccleſiam, vbi quondam præſepe dominicum fuerat, irruit temerarius, non vt ſacrificium offerret, ſed vt ſacrilegium patraret. Quem D. Hieronym. oratione quadam fellis plena, minas, & indignationem ſpi- E rante inſectatus: *Infeliciſſime*, inquit, *mortalium, in ſpeluncam illam, in qua Dei filius natus eſt, & veritas de terra orta eſt, & terra dedit fructum ſuum, de ſtupro condicturus ingrederis? Non times, ne de præſepi infans vagiat; puerpera virgo te videat, ne mater Domini contempletur.* Et pauló pòſt, inſolito quodam eloquentiæ, non tam flumine redundans, quàm fulmine incandeſcens: *Proh nefas!* inquit, *non poſſum vltra progredi: prorumpunt lacrymæ, antequam verba: & indignatione pariter, ac dolore, in ipſo meatu faucium ſpiritus coarctatur. Vbi mare illud eloquentiæ Tullianæ? Vbi torrens fluminis Demoſthenis? Nunc profecto muti eſſetis ambo, & veſtra lingua torpeſceret. In-*

A *uenta eſt res, quam nulla eloquentia explicare queat: repertum eſt facinus, quod nec ſcurra ludere, nec Atellanus poſſit effari.* Quaſi diceret, ceſſit eloquentia malitiæ. Nam neque in roſtris, vbi res ſemper auctiores, & ingentiores, quàm fuerint, enarrátur, neque in theatris, vbi ſemper maiora, & turpiora, quam fuerint, facinora exprimuntur: hoc tuum ſacrilegium dici, aut repræſentari poteſt tam indignum; quin multò indignius fuiſſe cenſeatur. Hæc autem ſceleris deformitas magna ex parte à loci ſanctitate, vbi patrarum fuerat, ſumebatur.

3. *Ex maiori loci ſanctitate maior arguitur peccatorum grauitas.*

Multas Deus oſtendit Ezechieli abominationes in ſanctuario commiſſas: *Vides*, inquit, *abominationes magnas, quas domus Iſrael facit hic?* Ezech. B 8. num. 6. & rurſus. *Vide abominationes peſſimas, quas faciunt iſti hic?* ibid. num. 9. Vbi emphaticum eſt illud, *hic*. Quid enim deteſtabilius, & execrabilius eſſe poterat, quàm in loco ſancto turpia perpetrari? Sed vlteriùs aduerte, ex plurimis abominationibus Ezechieli propoſitis, alias aliis maiores appellari. Nam poſt multas iam oſtenſas ſubditur: *Adhuc conuerſus videbis abominationes maiores*, ibid. numero 13. Et his à Propheta ſpectatis, vlteriùs additur: *Adhuc conuerſus videbis abominationes maiores*, ibid. numero 15. Vnde obſecro, creſcebant abominationes? & malitia poſteriorum malitiam priorum ſuperabat? Nam ſi natura ſingularum attendatur, omnes videntur in infima C ſpecie idololatriæ contineri. Qua igitur in re poſteriores prioribus excedebant? Crediderim huius malitiæ incrementum ex loci circunſtantia deſumendum. Nam ſi Propheciam conſulas, inuenies poſteriores abominationes in interiori templi parte, quæ ſanctior, & ſacratior erat, perpetratas: vnde à maiori loci ſanctitate maiorem deformitatem induebant. Vbi enim eſt maior loci ſanctificatio, ibi ſi peccetur, neceſſe eſt, vt maior peccati abominatio admittatur. Vnde Chriſtus Dominus Matth. 24. n. 15. appellauit *abominationem deſolationis*, hoc eſt, extremam, & peſſimam, ac valdè horrendam abominationem, vt recte Maldonat. exponit, Maldon. D eam, quæ ſtetit *in loco ſancto*, ſignificans magnitudinem illius abominationis ex ſanctitate loci, quem profanabit, deſumendam.

4. *Sex olim ciuitates refugij.*

Sex olim in Hebræorum rep. conſtitutæ erant à Deo ciuitates in confugium, ſeu aſylum delinquentium, Numer. 35. num. 6. Deuteronom. 19. num. 2. & 9. Ioſue 20. à num. 2. vt qui ſe ad eas recepiſſet, capitali pœna eximeretur. Quæret aliquis, cur non potiùs tabernaculum, ſiue templum deſignatum fuerit à Deo in delinquentium aſylum: nam cùm hæc tota indulgentia à diuina miſericordia proceſſerit, nullus videbatur locus aptior, in quo panderetur, quàm templum, diuinæ miſericordiæ & petendæ, & accipiendæ deſtinatum? Reſpondet optimè Philo Hebr. citat. in Phil. Hebr. Gloſſ. Gloſſa ad locum Numer. allegatum: *Non*, inquit, E *in templis, ſacriſque aperuit aſyla, ne ab immundis inficerentur.* Adeò mundum eſſe voluit Deus illud templum, in quo ſedem delegiſſet, vt omnem ab eius aditu immundum ablegaret. Imò & ſummus ſacerdos templum ingreſſurus, non laneis, ſed lineis veſtibus vtebatur, Exod. 28. num. 4. Quod expendens ipſe Philo libr. 2. de monarchia: *Pontifex*, inquit, *iubetur veſtem lineam ſumere, quando adyta ſubit; quia linea non conficiuntur à mortali materia, ſicut veſtes laneæ.* Oportebat enim omne carnis inquinamentum à templo adeò exulare, vt ne veſtes quidem laneas, quæ de carne aſſumuntur, illuc gerere quiſpiam permitteretur.

Tēplum, ſeu tabernaculū, in aſylum Deus non deſignauit, ne immundis inficeretur. Phil. Hebr. *Veſtibus lineis, non laneis, quia à carne deſumpta, ſacerdos olim in templo vtebatur.*

5. *D. Hier. ſumma in ſacrũ locum reuerentia.* D. Hier.

Quam templis reuerentiam mira quadam religione præſtabat D. Hieronym. vt ipſe lib aduerſus Vigilantium fatetur: *Ego*, inquit, *confiteor timorem meum. Quando iratus fuero, & aliquid mali in meo animo cogitauero, & me nocturnum phantaſma deluſerit: baſilicas martyrum intrare non audeo, ita totus, & corpore, & animo perhorreſco.* Quòd ſi Deus in templum non admittit eos, qui cum peccatis alibi commiſſis, illò ingreſſuri adueniunt; quo pacto eos, qui noua ibi peccata committunt, paululùm moturi, aut quieſcere patietur? Cùm planè extrema peccandi licentia videatur, quæ etiam in templis temeraria graſſetur. Quod rectè expendit Philo Hebr. lib de Cherub. loquutus de effrænibus peccatoribus: *Quandiu*, inquit, *intra* B *priuatos parietes, locáque profana continentur, minus peccare mihi videntur; vbi verò turpitudo torrentis in morem populans omnia, vel ſacratiſſima templa irrumpit, quidquid in his ſanctum eſt, ſternit continuò, faciens profana ſacrificia, preces irritans, pietatem, ſanctitatémque fucatam, & adulterinam, caſtitatem impuram, veritatem falſatam, cultum Dei ſuperſtitioſum.* Quid indignius, quàm vbi omnia ſacra, & ſancta eſſe debent, omnia reddere execranda, ac deteſtanda?

Extrema peccandi licentia, templum violare. Phil. Hebr.

6. *In tẽplo Dei laudes, non vani & obſcæni ſermones proferendi.* D Baſil.

Huius loci ſanctitatem admiratus Dauid: *In templo*, inquit, *eius omnes dicent gloriam*, Pſalm. 28. num. 9. Quis ergo audeat inter compoſitas diuinæ laudis voces erumpere in inconditos ſuorum ſce- C lerum clamores? *Audiant*, inquit Diuus Baſil. *hæc pſalmi verba, & confuſi ſuppudeſcant ij, qui in templo prolixiſſima interſeruent colloquia. Quid dicit Pſalmus; Qui in templo Dei eſt, non maledicentiam, non vanitatem, ac ne obſcænis rebus differtos ſermones pronuntiet; ſed in templo eius quiſque dicat gloriam.* Et ſtatim optimum adhibet incitamentum, quo homines templum ingreſſi, non ſolùm ab impuris verbis, & factis; ſed etiam ab immundis cogitationibus, & affectionibus amoueantur. *Aſſiſtunt*, inquit, *verba deſcribentes Angeli; adeſt, & Dominus, affectus intrantium conſiderans*, addit ex Propheta Ezech. 9. num. 2. & habens *atramentarium ſcriptoris circa renes ſuos*; vt quæcunque ibi aguntur, ſtatim in codi- D ces redigantur, ſuo poſtea tempore diligenter examinanda, & acriter punienda. Quis igitur erit tam inſigniter impudens, vt coram Angelis teſtibus oculatis, & quidquid viderint, in album referentibus, & coram Deo, integerrimo iudice, & quidquid mali geritur, ad pœnas repetendas deſignante, audeat vel leuiter delinquere, ne dicam, grauiſſimis habenas ſceleribus relaxare?

In templo aſſiſtit Deus, & Angeli, intrantium voces, & affectus deſcribentes.

7. *Vendentes, & ementes ea, quæ in tẽplo offerebantur, de templo eiicit Chriſtus, & punit.*

Intrauit olim Chriſtus Dominus templum Hieroſolymitanum, & eiecit *omnes vendentes, & ementes in templo, & menſas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit*, &c. Matth. 21. num. 12. Vbi notant interpretes eas tantùm res venales ibi proponi, quas qui in templum è longin- E quo veniebant immunes, hoc eſt, ſine munere, ſeu donario offerendo, facilè haberent obuias, emendas, ſtatimque ſacrificandas: ex quo hæc negotiatio, ſiquid deformitatis haberet, non parùm extenuari videbatur; & nihilominùs à Chriſto Domino ſeuere damnatur, & acriter punitur. Vnde rectè argumentatur Beda homil. 2. in feriam 3. poſt Dominic. 1. quadrag. in 7. tomo: *Si Dominus*, inquit, *nec ea volebat venundari in templo, quæ in templo volebat offerri; quanta putas animaduerſione puniret, ſi inueniſſet ibi aliquos riſui, vel vaniloquio vacantes, aut alij cuilibet vitio mancipatos? Si enim ea, quæ alibi libere geri poterant, Dominus in domo ſua geri non patitur; quantò magis ea, quæ nuſquam fieri licet, plus cæleſtis iræ merentur, ſi in ædibus Deo ſacra-*

Beda.

A *tis aguntur*? Quam doctrinam mihi videtur ex D. Auguſt. tract. 10. in Ioann mutuatus. *Non magnum*, inquit D. Auguſt. *peccatum erat, ſi hoc vendebant in templo, quod emebatur, vt offerretur in templo: & tamen eiecit inde illos. Quid faceret Dominus, ſi ibi ebrioſos inueniret? Si domus Dei non debet fieri domus negotiationis, potationis debet fieri?* Leuiter tamen Chriſtus D. fateor, pulſauit hos ſacrilegos, nempè quaſi flagello de funiculis facto, Ioann. 2. n. 15. cùm tamen, teſte D. Chryſ. homil. 24. in Act. loquentes, vel ridentes in templo digni ſint, non qui verberentur, ſed qui *fulmine* de cælo feriantur. Quod ſi tanto ſupplicio digni ſunt, qui in templis riſui, aut otioſis fabulationibus indulgent; quid de illis di- B cendum, qui ibidem grauioribus flagitiis operantur?

D. Auguſt.

D. Chryſ. *Loquentes, & ridentes in templo, digni, qui non ſunt, ſed fulmine feriantur.*

8. *Si aliquando inter temporalia negotia, multò magis inter ſacra à vitiis abſtinendum.* D. Cypr.

Longiſſimè igitur exulare debent à templis profanæ, ac turpes actiones. Nam ſi hæ interdum extra templum, & inter temporalia negotia interquieſcunt, & ſopiuntur; cur intra templum, & inter officia diuina reuiuiſcant, ac tumultuentur? Quo ex loco D. Cypr. de ſingularitate clericorum rectè argumentatus: *Inter ipſa*, inquit, *carnis mercimonia, multi voluptatem corporis negligunt: ſcilicet quando à legionibus exercitia meditantur armorum; aut crepat litibus forum; aut reſonant literis auditoria; negotiatores commerciis inſtanter incumbunt; aut artifices in artificia ipſa propenſi ſunt: quantò* C *magis vbi non carnale opus hominum, ſed ſpirituale geritur Angelorum?* Et paulò pòſt benè arguit, effrænatam peccandi licentiam ſine dubio futuram extra templum, quæ intra templum, vbi maximè conſtringi deberet, non refrænatur. *Si*, inquit, *inter feſta ſancta poteſt communis conuentio ſcandalizari, vbi tentator ipſe diabolus tremit; quia illic ſtabilem ſe eſſe promittit, vbi tentator ardenter occurrit? Et ſi illic periclitamur, vbi Dei præcepta nos congregant; quid agimus, vbi Dei iuſſa nos ſeparant? Et ſi turbamur illic, vbi Dei voluntate munimur: quantò magis vbi non ſolùm diabolum, ſed etiam Deum habemus aduerſum?* Vnde vocat diabolo peiorem, illum, *qui in templo fœminarum aſpectibus feritur*; vbi in Deũ fixos habere ocu- D los oportebat.

Summa peccati licentia in templo peccare.

Qui in tẽplo fœminarum aſpectibus feriũtur, diabolo peiores.

9. *Fœminæ olim in templo non niſi inter domeſticos ſuæ pudicitiæ teſtes, ſedebant.* D Cypr.

Hanc incontinentiam, & irreuerentiam templorum veteres Eccleſiæ antiſtites multipliciter præcauebant. Primò, volentes, vt fœminæ in templis oculatos ſuæ pudicitiæ teſtes, defenſoréſque haberent, ne qua fraude caperentur: & propterea non promiſcuæ ſederent, vbicunque vellent; ſed determinatas ſedes, vltra quas non exirent, in Eccleſiis occuparent. Quod videtur ſignificare D. Cyprian. citatus: *Abſit*, inquit, *abſit, vt vbique fœmina praſcribantur, aut vbique permiſſio tribuatur. Habent loca ſua circa maritum, circa filios, circa fratres, circa parentes, circa ſeruos.* Quaſi inter multos coniugalis pudicitiæ teſtes, ac tutores minus peri- E culum incurratur. Et videtur in hunc ſenſum interpretari illud Apoſtoli: *Neque mulier ſine viro, neque vir ſine muliere in Domino*, 1. Corint. 11, num. 11. Vbi licèt inuerſo ordine, quàm habeat Apoſtolus, priùs dicat, mulierem ſine viro, quàm virum ſine muliere: non immerito id facit, vt oſtendat maius periculum, quod vxor incurrit, ſi à viri ſui comitatu, ac tutela etiam in templo deſeratur. Itaque & in templis ſuum caſtitati tuendæ patrocinium diligenter adhibendum. Quò fortaſsè ſpectauit D. Hieronym. epiſt. 7. ad Lætam. de inſtitutione filiæ, ſic parentem adhortatus: *Nunquam*, inquit, *abſque te procedat in publicum: baſilicas martyrum, & Eccleſias ſine matre non adeat*; vt ſub hac pædagogia inter publicos conuentus minùs periclitetur.

D. Hier.

10. Phil Hebr. *Viri ac mulieres diuerſa olim loca diſtinguebāt in templo.*

Secundò, curantes, vt in templo diuerſis, viri ac A fœminæ locis diſtinguerentur. Quod in primis Philo de vita contemplatiua, narrat ſolemne fuiſſe apud Eſſenos, qui viros, ac mulieres in templo ſeparabant,& interiecto pariete tribus quatuórve cubitis in modum loriculæ aſſurgente diſtinguebant: vnde gemina ſequebatur commoditas, vt omnes verbum Dei audirent, & ſe inuicem viri, ac mulieres non viderent. Addit Clem. Roman. lib. 2. conſt. c 61. non ſolùm ſedendi loca viris, ac fœminis in templis diuerſa fuiſſe; ſed etiam diuerſas ingrediendi portas, vt mutuo ingredientium, egredientiúmque occurſu penitus ſublato, vtriuſque ſexus pudori meliùs conſuleretur D. Ambr. ad virginem lapſam, c. 6. obiicit eidem virgini illum locum tabulis B ſeptum,& à virorum conſortio ſeparatum, quem in templo obtinebat; cuius ſi illa meminiſſet, virgineum à ſe pudorem non abdicaſſet. D. Greg Naz. in ſomnio de Anaſtaſiæ templo, quod ipſe Conſtantinopoli fixerat, ſignificare videtur, fœminis in eo templo ſuperiorem aliquem locum conſtitutum, ex quo audiendis concionibus vacarent. Sic enim canit:

Clem Rom. *Diuerſis olim portis viri, ac fœminæ templum ingrediebantur*

D Ambr.

D Greg. Naz.

Denique virginei cœtus, matrona, & honeſta
E tectis aures ad mea verbâ dabant.

Sua fœminis, ac viris loca ligneis diſtincta metis olim in templo aſſignata.

Legi in D. Chryſoſtomo, quamuis locum, cùm hæc ſcribo, neſcio, qua incuria, perdiderim; ſua fœminis, ac viris loca, ligneis diſtincta metis, in templi C attributa, vt & vtriuſque ſexus modeſtia, & ipſius templi reuerentia ſeruaretur. Quæ conſuetudo iam olim in templo Hieroſolymitano, imò & antequam templum extrueretur, in tabernaculo floruit; vt paulò inferiùs ad num. 22. inculcabo. Qua de re plura Baron. tom 1. annal. anno Chriſti 57. §. 228. Quem morem noſtra Societas conſeruat, dum in ſuis templis media interponit tabulata, quibus viri à fœminis ſeparentur, non exiguo vtriuſque ordinis & commodo, & fructu.

Laudabilis hac in re noſtra Societatis mos.

11. *Fœminæ quondam in templo obuelato erant capite.*

Tertiò præcipientes, vt fœminæ in templis velata capita haberent, iuxta illud Apoſtoli: *Omnis mulier orans non velato capite, deturpat caput ſuum*, 1. Cor. 11. n. 5. Quatenus deponit modeſtiam, ac pudicitiam, quam velato capite præferre oportebat. Et D paulò pòſt nom. 10. *Debet mulier habere poteſtatem ſupra caput ſuum propter Angelos*; ſeu, vt aliqui legunt, *habere velamen*; vt debitam honeſtatem, & modeſtiam conſeruet: *propter Angelos*, hoc eſt, interprete D. Anſelm *propter ſacerdotes diuinæ voluntatis nuntios, ne in eius facie irritentur ad libidinem.* Et ſubſcribit D. Thom *Propter Angelos*, inquit, id eſt, *propter ſacerdotes*, ſeu, *propter eorum cautelam, ne ſcilicet ex conſpectu mulierum non velatarum ad concupiſcentiam prouocentur.* Adeò igitur neceſſarium eſt, vt omnis à ſacris ædibus turpitudo expellatur; omnis verò in iiſdem ſanctitas conſeruetur, vt vel minimæ peccatorum occaſiones, quæ ibi interuenire poſſent, quàm diligentiſſimè amputari iubeantur. Quare Sapiens, E *Cuſtodi*, inquit, *pedem tuum ingrediens domum Dei*, Eccleſiaſt 4 num. 17. Quod Salonius ſic exponit, vt templum ingredientes non tam pedem corporis ab offenſione lapidum, quàm greſſus mentis, hoc eſt, affectus, quibus anima incedit, à prauis obiectis cuſtodire moneamur. Non immeritò Philo Hebr. lib de Cherub. inuehitur in eos, *Qui*, inquit, *vt candidati templa ſubeant, dant operam, diligenter emaculatis amicti veſtibus, mentem vero maculoſam in ipſa ſacraria penitiſſima inferre non verentur.* Et lib. Quòd Deus ſit immutabilis. *Eſt*, inquit, *ſtultitia, cùm templa non ſubeas, niſi corpore a balneis nitido* (hoc eſt, à balneis, ſeu per balneas loto) *vota ſacráque facere mente impura.* Certè qui impuro animo ſunt, iubet D. Baſil. Seleuciæ Archiepiſcopus conc. 3. de Lazaro; vt à templi aditu arceantur. *Neque enim*, inquit, *oues ſcabioſæ, & morbidæ cum ſanis, & integris aggregari debent; ſed tantiſper a caulis, & gregibus arceri, dum à contagione libera euadant.* Et paulò pòſt de templo loquutus: *Locus hic non eſt proſtibulum, ſed Eccleſia. Quapropter ſi meretricis membrum effectus es, diſcedas ab Eccleſia.* Si igitur indigni ſunt, qui ad templum admittantur, qui extra templum peccant: illi qui peccant intra templum, quàm procul à templo repellendi ſunt.

D. Anſelm.

D. Thom.

Salonius.

Phil. Hebr. *Reprehenduntur qui inculpis moribus, & corporis veſtibus templum ingrediuntur.*

D. Baſil. Seleuciæ Archiep.

12. *Priuatæ olim domus erant tanquam Eccleſia: modò Eccleſia tanquam priuata domus profanantur.*

Olim D. Paulus priuatas hominum domos Eccleſias appellabat. *Salutate*, inquit, *Priſcam, & Aquilam, & domeſticam Eccleſiam eorum.* Rom. 16. num. 3. B & 5. *Salutant vos in Domino multùm Aquila, & Priſcilla cum domeſtica ſua Eccleſia*, 1. Corint. 16. num. 19. Quia in illis priuatis ædibus non minùs ſanctæ actiones, quàm in Eccleſiis exercebantur: nunc autem vereor, ne Eccleſiæ priuatis, ac profanis ædibus ſimiles videantur, quòd non minùs in his, quàm in illis, ſcelerum habenæ relaxentur. Quod D. Chryſ. homil. 33. in Matth. non ſine magno doloris ſenſu expreſſit. *Domus, inquit, priſcis temporibus Eccleſia erant; nunc ipſa etiam Eccleſia in domum redacta eſt. Nihil autem in priuata domo carnale loquebantur; nihil nunc in Eccleſia ſpirituale memoratur. Cùmque Deus loquatur, non modo ipſum ſilentio non auditis; verùm etiam contraria inferentes inculcatis. Quas ob res acerbè fleo, &* C *nunquam flendi finem faciam.* Quàm igitur deflendi erant filij Heli, qui domum Dei tam multis ſacrilegiis profanabant?

D. Chryſ.

SECTIO II.

Peccata ex ſacerdotali peccantium dignitate non mediocriter aggrauantur.

1. *Sacerdotis peccata grauiora. Sacerdotis dignitas regiam non ſolùm æquat, ſed ſuperat.*

Innoc. III.

SEcunda huius peccati circunſtantia fuit peccantium dignitas. Erant enim filij Heli ſacerdotes. At verò ſacerdotalis dignitas tanta eſt, vt D regiæ, angelicæ, ac diuinæ comparetur. Regiam quidem non ſolùm æquat, ſed ſuperat. *Fecit Deus duo luminaria magna, luminare maius, vt præeſſet diei; & luminare minus, vt præeſſet nocti*, Geneſ. 1. num. 16, Innocentius III. lib. 1. decretalium epiſt. ad Imperatorem Conſtantinopolitan Quòd imperium non præeſt ſacerdotio, ſed ſubeſt; quam etiam citat D. Antonin. 3. p. tit. 19. cap. 1. §. 14 per luminare maius, nempè ſolem, qui præeſt diei, myſticè intelligit ſacerdotem, qui regit animos: per luminare minus, nempè lunam, quæ præeſt nocti, intelligit regem, qui corporibus dominatur: *Vt quanta*, inquit, *eſt inter ſolem, & lunam; tanta inter* E *Pontifices, & Reges differentia cognoſcatur.* Quantum igitur lunæ præſtat ſol, & altitudine, & magnitudine, & pulchritudine, & agendi efficacitate, tantum Regi Pontifex antecedit: Imò cùm ſacerdos præſit animo, Rex autem corpori; rectè colligit idem Innocent. quantum animus corpori præſtat, tantum ſacerdotem Regi anteire. Imò longè maius diſcrimen inter Pontificem, ac Regem conſtituendum eſſe cenſuit Rex Agrippa in epiſt. quadam ad Caium, vt refert Philo Hebr. lib. de legatione ad eundem Caium: *Auos*, inquit Agrippa, *proauóſque Reges habui, & ex his aliquot etiam ſummos Pontifices: quam illi dignitatem pluris faciebant, quam regiam, rati quantò Deus anteſtat homini, tantò pontificatum regno excellentiorem; ad illius enim curam,*

D. Anton. *Sacerdos, Sol, Rex, Luna.*

Agrippa. Phil. Hebr.

diuinas

diuinas res, humanas ad huius pertinere. Et quamuis de dignitate Pontificia loquatur; tamen ratio excellentiæ, quam aſſignat, etiam conuenit Sacerdoti, qui Rege terrena negotia tractante, ipſe cæleſtibus incumbit.

2.
Reges ad Chriſti præſepe venientes ſtella comitatur, redeuntes Angelus, quia iam ſacerdotes.

Magos ab Oriente ad præſepe Chriſti Domini ſtella duxit: eoſdem à præſepi in Orientem reduxit Angelus, iuxta illud: *Reſponſo accepto in ſomnis* (vtique per Angelum) *ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuam*, Matth. 2. num. 12. Cur venientibus ſtella, redeuntibus Angelus præiuit, niſi quia Reges venerant, redierant Sacerdotes? Sacerdotibus verò nobiliorem comitatum, quàm Regibus præſtari oportebat. Quod Diuus Chryſoſt. hom. 7. in Matth. mihi videtur ſignificaſſe: *Magi*, inquit, *priuſquam puerum cernerent, vndique illis opponebantur timores, conturbationes, atque diſcrimina; poſtquam verò adorarunt, ſecuritas, & tranquillitas ſubſequuta eſt. Nec iam ſtella eos, ſed Angelus ſuſcipit; quia ſcilicet adorando facti fuerant Sacerdotes, cum ſupplicatione etiam muneribus oblatis.* Quaſi quanto Angelus nobilior eſt, quàm ſtella, tanto maior ſacerdotibus, quàm Regibus honor debeatur.

D. Chryſ.

3.
Maiorem victimam ſacerdos olim, quàm rex offerebat, propter dignorem ſtatum.

Maiorem olim victimam Sacerdos pro ſuo peccato, quàm Rex pro ſuo offerebat; ita Deo præcipiente: *Si Sacerdos*, inquit, *qui vnctus eſt, peccauerit, delinquere faciens populum; offeret pro peccato ſuo vitulum immaculatum Domino*, Leuit. 4. num. 3 & rurſus in eodem cap. num. 22. *Si*, inquit, *peccauerit princeps*, &c. *offeret hoſtiam Domino hircum de capris immaculatum.* Cur minor à Rege, quàm à Sacerdote victima poſtuletur, inquirit ibi Theod. q. 1. & reſpondet; mirum id non eſſe: *Tam procul enim*, inquit, *abeſt à ſacerdotali dignitate is, cui corporum imperium commiſſum eſt.* Quaſi vellet Deus, vt ex nobiliori victima maior Sacerdotis dignitas innoteſceret. In eodem cap num. 13. præcepit Deus, vt pro peccato totius populi non maior victima, quàm pro peccato vnius Sacerdotis, nempe vnus vitulus offeratur. Cuius rei rationem annotat. 6. ſect 3. 5. 9. ex D. Chryſoſt iam reddidi. Addit verò Theod. loco cit. quòd illud Deus præceperit: *Docens*, inquit, *quanta ſit Sacerdotis dignitas, quam vniuerſo populo parem facit.*

Theod.

Pro ſacerdotis peccato, æqualis victima ac pro toto populo offerebatur.

D. Chryſ.
Theod.

4.
Aaronem ſacerdotem Moyſes ſibi præfert.

Ingreſſi ſunt olim Moyſes, & Aaron ad Pharaonem: *Tulitque Aaron*, inquit textus, *virgam coram Pharaone, & ſeruis eius, quæ verſa eſt in colubrum*, Exod. 7. num. 10. Quærunt interpretes, cur non potiùs Moyſes hoc fecerit, cùm ad Moyſen miracula edenda, ad Aaronem oracula euulganda pertinerent? Omiſſis alijs reſponſionibus duas colligo. Vnam, vt Aaron, qui futurus erat prædicator, inciperet eſſe operator: & qui futurus erat auctor docendi, eſſet pariter & agendi; inutilis enim eſt illa prædicatio, quam recta operatio non antecedit; futilis illa doctrina, quam ſancta vita non illuſtrat. Alteram ad rem præſentem, vt Aaroni, cuius tota familia ſacerdotalis futura erat; prima dignitas, & auctoritas apud Pharaonem conciliaretur: illúmque Pharao admirari inciperet, quem prius debebat venerari, qualem eſſe oportebat non Principem, ſed Sacerdotem. Certè D. Auguſt. quæſt. 16. in Exod. *Iſta*, inquit, *mediatio ipſius Aaronis inter Moyſen, & Pharaonem alicuius magnæ rei figuram gerit.* Quamuis enim quæ ſit iſta res non declaret; inſinuare tamen mihi videtur eſſe ipſam dignitatem ſacerdotalem: qua Sacerdotes inter Reges, ac Deum, veluti ſequeſtri intercedunt: minores ſolo Deo, omnibus Regibus maiores. Quod quidem Innocentius III. ſerm. 2. in conſecratione Pontificis expreſſit: *Qui*, inquit, *eſt inter Deum, & hominem medius conſtitutus, citra Deum, ſed vltra hominem; minor Deo, ſed maior homine.*

Prædicationē antecedat recta operatio.

D. Aug.

Sacerdos inter regem, & Deum medius; maior rege, minor Deo.
Innoc. III.

5.
Aaron propter ſacerdotalem dignitatem Moyſi præfertur.

Quare ipſe Moyſes totius populi princeps Sacerdotem ſibi fratrem anteponit, non ſolùm propter ſuam humilitatem, vt aliqui exiſtimant; ſed etiam propter fratris dignitatem. *Iſte eſt*, inquit textus, *Aaron, & Moyſes, quibus præcepit Dominus, vt educerent filios Iſrael de terra Ægypti*, Exod. 6. num. 27. Vbi Lyran. *Aaron*, inquit, *præponitur, quia Deus præuiderat, & elegerat eum in ſummum Sacerdotem.* vbi ipſe Moyſes ingenuè fatetur, ſacerdotalem dignitatem regiæ præferendam. Et quamuis Moyſes etiam fuerit Sacerdos, vt annot. 15. ſect. 3. §. 25 admonuimus, tamen Aaron hanc habuit prærogatiuam, vt in eius poſteris ſacerdotium conſeruaretur, propter quam dignus fuit, qui Moyſi præferretur.

Lyran.

Moyſis ſacerdotium in eius poſteros non permanſit.

6.

De ſecularibus populi magiſtratibus loquutus Iſai. 1 num. 23. *Principes*, inquit, *infideles.* Quæ verò fuerit hæc infidelitas, declarant Septuaginta transferentes; *Principes tui non obediunt.* At non obedire inferiorum eſt: quo pacto igitur dicuntur non obedire, qui ſuperiores erant? Aut quibus non obediebant, qui omnibus imperabant? Reſpondet Forerius, non obediſſe Prophetis, & Sacerdotibus, quibus etiam Reges debent obtemperare: quod quia Saül non fecit, abiectum fuiſſe à regno. Et ibidem inuehitur in eam conſuetudinem, qua Reges, ac Principes coram ſe Epiſcopos, ac Sacerdotes genua flectere patiuntur; cùm tamen à Deo oppoſitum præcipiatur: *Tolle*, inquit Deus ad Moyſen, *Ioſue filium Nun, virum in quo eſt ſpiritus Dei, & pone manum tuam ſuper eum, qui ſtabit coram Eleazaro Sacerdote*, Numer. 27. num. 18. Vbi vides, Ioſue diuino Spiritu plenum, & humano imperio conſpicuum, fuiſſe diuinitus admonitum, vt in morem pueri famulantis, coram Sacerdote Eleazaro ſtaret. Nam, vt benè D. Chryſoſt. hom 3. ad populum: *Si*, inquit, *de rebus cæleſtibus agatur, Rex ad Sacerdotem, non Sacerdos ad Regem confugere ſolet.*

Septuag.
Reges ſacerdotibus debent obtemperare.

Forer.

Reges ſacerdotibus adſtare debent, non è contra.

D Chryſ.

7.
Leontius debita Epiſcopis reuerētia acerrimus propugnator.

Hinc ſuam laudabilem libertatem deſumpſit Leontius Tripolis Lydiæ Epiſcopus, qui, vt refert Baron, tom. 3. anno Chriſti Domini 325. § 16. ex Suida, & Euſtorgio, accerſitus ab Euſebia Auguſta, faſtuoſa muliere, reſpondit: *Si me ad te venire volueris, debita Epiſcopis reuerentia ſeruata: ego quidem ingrediar; tu autem ſtatim de ſublimi iſto ſolio deſcendens, reuerenter mihi obuiam procedas, & caput meis manibus ſupponas, benedictionem acceptura: ac deinde ego ſedeam, tu reuerenter aſtes, cum iuſſero, dato ſigno ſeſſura. Si hæ tibi conditiones placuerint, veniam ad te: ſin alio modo, non tam multa dabis, vt nos honore Epiſcopis veniente neglecto, diuini ſacerdotij inſtitutum violemus.* Hæc Leontius. Quem ob exactam Eccleſiaſticorum rituum obſeruantiam, *Eccleſiæ regulam* nominabant. Et certè Conſtantinus Imperator cum hoc honore Epiſcopos excipiebat. At verò Imperator Valentinianus cùm aſſurgere Martino Epiſcopo dedignaretur, repentino de ſella igni diuinitus erumpente, ſurrexit inuitus, & ad vnius Sacerdotis pedes ſupplex procubuit Imperator, vt refert Baron. vbi ſuprà; ſuo enim malo tandem agnouit maiorem eſſe dignitatem ſacerdotalem, quàm regiam.

Baron.
Suid.
Leont.
Euſtorg.

Conſtantini Imper. in Epiſcopos reuerentia.
Valentiniani Imper. hac in re mirabilis euentus.
Baron.

8.
Ozias Rex in ſacerdotale miniſterium

Neque improbi, & ſuperbi Reges hoc ignorarunt. Nam Ozias Rex cùm ad maiorem, quàm habebat, dignitatem adſpiraret, à regia in ſacerdotalem

inuolans'e minorem ſacerdote ſe ſatetur.

lem inſiluit, *adolere volens incenſum ſuper altare thymiamatis*, 2.Paral.26.n.16. Quò tendis ſuperbe Rex? Nónne regali fulguras imperio? Quid ergo in miniſterium inuolas ſacerdotale? Planè inuolo, inquit ille, quia humilior mihi videor ſedere in aula regia, quàm ſacerdos ſtare ad ſacram aram: ideò dignitate regia non contentus prænpio ſacerdotalem. Rectè igitur D. Chryſoſtom. hom. 5. de verbis Iſai. *Sacerdotium*, inquit, *principatus eſt: ipſo etiam regno venerabilius, ac maius. Ne mihi narres purpuram, neque diadema, neque veſtes aureas: vmbra ſunt iſthæc omnia, verniſque floſculis leniora.* Et paulò pòſt: *Quamquam*, inquit, *nobis admirandus videatur thronus regius ob gemmas affixas, & aurum, quo obcinctus eſt; tamen rerum terrenarum adminiſtrationem ſortitur, nec vltra poteſtatem hanc quidquam habet auctoritatis.* Conſentit D. Ambroſ. lib. de dignitate ſacerdotali c. 2. vbi ducet *magis ſacerdotium regno, quàm aurum plumbo prælucere.* Quòd ſi prophetæ regibus præcedunt, quibus & præſunt, vt paulò antè diximus, quis non videt ſacerdotes, multò magis regibus præferendos, cùm & prophetis præferantur? Nam de Ozia Rege loquens Scriptura: *Exquiſiuit*, inquit, *Dominum in diebus Zachariæ intelligentis, & videntis Deum.* 2. Paralip. 26. num. 5. vbi Zacharias intelligens, & videns appellatur. *Intelligens quidem*, inquit Interlin. *propter ſacerdotium, videns propter prophetiam.* At quantum intellectus præſtat ſenſui, tantum & ſacerdotium prophetiæ.

D. Chryſ. Sacerdos rege venerabilior ac maior.

D. Ambr.

Sacerdos, Propheta etiam præferendus.

Interlin.

9\. *Angelus Sacerdos.* Sed quid de dignitate Angelica? Hanc etiam ſacerdotalis vel attingit, vel excedit. Malachias c. 2. n. 7. *Labia*, inquit, *ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius; quia Angelus Domini exercituum eſt.* Vbi D. Hieron. *Angelus*, inquit, *ſacerdos Dei veriſſimè dicitur, quia Dei, & hominum ſequeſter eſt: eiúſque ad populum nuntiat voluntatem.* D. Paulus 1. Cor. 11. num. 10. præcipit mulieribus, vt in Eccleſijs ſubiecta, ſeu velata habeant capita *propter Angelos*, hoc eſt, vt ex D. Anſelm. & D. Thom. ſuperiori ſect. expoſuimus, *propter Sacerdotes*, quibus & obedientiæ, & modeſtiæ exemplum præbere tenebantur. Iacob in ſua illa myſtica ſcala, in qua diuinæ prouidentiæ ratio figurabatur, vidit *Angelos Dei aſcendentes, & deſcendentes*, Geneſ. 28. num. 12. Theod. ſolos, ac proprios Angelos intelligit. Rupert. ſolos homines Dei nuntios. Sed cur non vtroſque intelligamus? nam Deus vniuerſam Eccleſiam, & per Angelos è cælo deſcendentes inuiſibiliter, & per doctores, prædicatores, ac ſacerdotes de terra aſcendentes viſibiliter adminiſtrat. Vtrique igitur in hac ſcala inter ſe congrediuntur, & Angeli quidem pijs, ac religioſis ſacerdotibus, vt bene D. Bernard. epiſt. 78. *Interſunt*, inquit, *cantantibus, adſunt orantibus, inſunt meditantibus, ſuperſunt quieſcentibus, ordinantibus, & procurantibus præſunt. Agnoſcunt nimirum ſupernæ poteſtates concines ſuos, & pro his, qui hæreditatem capiunt ſalutis, ſollicitè congaudent.* Rectè igitur vtrique dignitate Angeli dicuntur; quamuis ſi vtrorumque operationes examinentur, adeò ſacerdotes Angelis antecedunt, vt hi deſcendere, illi aſcendere videantur; operationes enim angelicæ cum ſacerdotalibus comparatæ, proculdubio humiliores, atque inferiores cenſebuntur.

D. Hier.

Theod.

Rupert.

D. Bern. Sacerdotes Angelorum concines.

Sacerdotes officio Angelis ſuperiores.

10\. *Sacerdotes Angeli de terra.* Iam verò D. Paulus ſacerdotes Angelis non ſolùm contulit, ſed & prætulit. *Licèt*, inquit, *Angelus de cælo euangelizet vobis, præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema ſit*, Galat. 1. num. 8. Vbi D. Chryſoſt. *Non temerè*, inquit, *dixit, de cælo: ſed quoniam ſacerdotes quoque dicti ſunt Angeli: ne quis exiſtimaret de his Angelis nunc verba fieri; addita particula, de cælo, ſupernas virtutes indicauit.* En vt ſacerdotes appellat Angelos: hos de cælo, illos de terra. At cur non dixit vlteriùs, Licèt Angelus de terra, ſeu ſacerdos aliter euangelizauerit, anathema ſit? Duplex ratio eſſe poteſt. Vna, ne ſacerdotes anathemate ferire cogeretur: ac ſi maiorem illis, quàm Angelis reuerentiam deberet. Altera, vt oſtenderet falſa dogmata longiùs à ſacerdote, quam à vero Angelo abeſſe oportere. Siquidem *Labia ſacerdotis*, vt dicebat paulò antè Malachias, *cuſtodiunt ſcientiam*; eámque dum manifeſtant, gratum præbent Angelis diuinorum myſteriorum ſpectaculum; imò & magiſterium iuxta illud D. Pauli, *Vt innoteſcat principatibus, & poteſtatibus in cæleſtibus per Eccleſiam multiformis ſapientia Dei*, Epheſ. 3. num. 10. Cùm igitur ſacerdotes totius mundi doctores ſint, difficiliùs falſa dogmata, quàm Angeli, diſſeminare poſſe viderentur: idcircò Apoſtolus Angeli meminit, non ſacerdotis; quaſi ita res haberet, vt quamuis aliter euangelizaret Angelus, non tamen aliter euangelizaret ſacerdos.

D. Chryſ.

Falſa doctrina longiùs à ſacerdote, quàm à cæleſti Angelo abeſſe oportet.

Sacerdotes Angelorum veluti magiſtri.

Sed hinc alia ſumitur ſacerdotum ſupra Angelos excellentia. Nam Angeli mittebantur ad prædicandum Iudæis, vt patet in Angelo, qui in Chriſti Domini natalitio, *gaudium magnum*, paſtoribus euangelizauit, Luc. 2. num. 10. Sacerdotes verò ad prædicandum gentibus, iuxta illud, *Prædicate Euangelium omni creaturæ*, Marc. 16. n. 15. Vnde quanto Eccleſia gentium ſublimior eſt, quàm Synagoga Iudæorum, tanto ſacerdotes ſublimiores Angelis videntur. Quam dignitatem D. Paulus gratulabundus recognoſcens: *Mihi*, inquit, *omnium ſanctorum minimo data eſt gratia hæc, in gentibus euangelizare inueſtigabiles diuitias Chriſti*, Epheſ. 3. num. 7. In quem locum D. Chryſoſtom. homil. 7. *Paulus*, inquit, *ad gentes miſſus eſt: illi verò* (nempe Angeli) *ad circumciſionem*) hoc eſt, ad Synagogam.) Et paulò pòſt: *Qui*, inquit, *maiorum ſit Euangeliſta, hoc ipſo magnus eſt*; ſeu maior eſt, ſaltem quoad hoc munus prædicandi, in quo præfertur. Cùm igitur Angelus minorem ſe exiſtimet ſacerdote, quid mirum, ſi ab eo adorari nequaquam patiatur. 11.

Sacerdos quoad munus prædicandi Angelis maior.

D. Chryſ.

Quærunt interpretes, cur Angelus Ioannem, qui eum adorare voluit, prohibuerit illis verbis: *Vide ne feceris; conſeruus tuus ſum*, Apoc. 19. n. 10. Dicunt aliqui, propter dignitatem humanam poſt incarnationem: alij, propter dignitatem propheticam: alij tandem, propter dignitatem ſacerdotalem. Et hi poſtremi rectè ad rem præſentem. Nam dignitas humana, aut prophetica, impedimento eſſe non poterat, quominus Angelum Ioannes adoraret, præſertim cum illa adoratio, vt ipſi admittunt, non fuerit ex eo genere, quæ ſoli Deo debetetur; ſacerdotalis verò poterat, quia indecens quodammodo videtur, vt qui Deum manibus præferunt, Angelorum pedibus ſubſternantur. Vnde olim ſacerdotibus prohibitum erat, ne per ſpeciem obſequij caput alicui aperirent. *Pontifex*, inquit textus, *id eſt, ſacerdos maximus inter fratres ſuos, ſuper cuius caput fuſum eſt vnctionis oleum, & cuius manus in ſacerdotio conſecratæ ſunt, veſtitúſque eſt ſanctis veſtibus, caput ſuum non diſcooperiet*, Leuitic. 21. num. 10. Si igitur tanta olim erat dignitas ſacerdotalis, vt ab illo reuerentia nemini, ab omnibus illi reuerentia præſtaretur; quid modò dicendum, vbi ſacerdotalis dignitas illi veteri non minus, quàm lux vmbræ antecedit? 12.

Angelus non patitur à Ioan. Euang. adorari, quia ſacerdos.

Sacerdotes olim nemini per obſequiū caput aperiebant.

Tandem ad diuinā dignitatē accedit ſacerdotalis: 13.

Dijs,

Sacerdotes Dij. Innoc.

Diis, inquit Moyſes, *non detrahes*, *& principi populi tui non maledices*, Exod. 21. num 22. Vbi Innocent. Papa, *Sacerdotes*, inquit, *intelligit*, *qui per excellentiam ordinis*, *& officij dignitatem*, *Deorum nomine nuncupantur.*

Sacerdotalis tribus in ſmaragdo diuinitatis ſymbolo adumbrata.

In rationali ſummi Sacerdotis ſinguli lapides pretioſi ſingulis tribubus reſpondebant; tertius verò, qui ſecundùm natiuitatis ordinem reſpondebat tribui Leuiticæ, dicebatur *ſmaragdus*, Exod. 28. num. 17. Hebraice בָּרֶקֶת *barechet*, à radice בָּרָק *barach*, id eſt, *fulgur*: vt videre eſt Deut. 32. n. 41. *Si acuero, vt fulgur, gladium meum.* Pſalm. 143. n. 6. *Fulgura coruſcationem.* Ezech 1. n. 13. *De igni fulgur egrediens*, & paſſim alibi. Quibus omnibus locis ponitur in Hebræo בָּרָק *barach*, pro *fulgure*, à quo deriuatur בָּרֶקֶת *barechet*, quod hîc ponitur pro *ſmaragdo*. Quid ergo tribui Leuiticæ cum fulgure? Certè non parum, quia ſicut fulgura ſunt diuinitatis ſymbola, non ſolùm in profanis, in quibus Deus *tonans*, ac *fulgurans* nuncupatur, ſed etiam in ſacris, in quibus fulgura diuinam præſentiam teſtabantur, vt videre eſt Exod. 19. n. 16. ita & dignitatis ſacerdotalis ſymbola eſſe debuerunt, vt ſimilis dignitas ſimili inſigni notaretur.

14.
Angeli coram Deo adſtant: ſacerdotes cum Deo ſedent.

Hinc etiam eſt, quod ſimilis honor Deo, ac ſacerdoti in cælo tribuatur. Angeli quidem more famulantium dicuntur ſtare coram Deo, iuxta illud Iſa 6 n. 2. *Seraphim ſtabant* & illud Dan. 7. n. 10. *Centena millia aſſiſtebant ei.* & illud Tob. 12. n 15. *Ego ſum Raphael Angelus vnus ex ſeptem*, *qui ſtamus ante Dominum.* Vnde vnus Lucifer, qui cæteris ſtantibus voluit ſedere, dicens: *Sedebo in monte Teſtamenti.* Iſa. 14. n. 13. cæteris remanentibus, meruit deturbari. At verò Apoſtoli, qui erant Sacerdotes, cum Deo ſedente, ſedere pariter dicuntur, iuxta illud; *Cùm ſederit filius hominis, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim*, Matth. 19 n. 28. Vt ſicut Sacerdotes magis ad dignitatem diuinam, quàm Angeli accedebant; ita maiori apud Deum honore, quàm Angeli fruerentur. En quanta ſit dignitas ſacerdotalis.

15.
Ex dignitate peccantis maior deſumitur culpa. Iuuen.

At ex dignitate peccantis, quis dubitat grauitatem peccati incredibiliter augeri? vel ipſo Poëta Ethnico, & Satyrico concinente.

Omne animi vitium tantò conſpectius in ſe.
Crimen habet, quantò qui peccat, maior habetur.

qua de re annotat. 6. ſect. 3. plura diximus. Nam quis non videt in candidiori byſſo turpiorem maculam apparere, in pulchriori forma deformiorem næuum æſtimari, in cultiori horto horridiorem veprem exoriri; ſic in nobiliori viro grauiorem, deteſtabilioremque culpam cæteris paribus cenſeri.

Libido acriùs in nobilioribus perſequenda.

Vnde fit, vt maiores pœnas mereantur, qui ex maiori dignitate in culpas prolabuntur. Multi Iſraëlitico in populo à concupiſcentijs ſuis abſtracti, & illecti in ſuæ ſe libidinis cœnum præcipitarant: ſed Phinees arrepto pugione in vnum tantùm Iſraëlitam, & in vnam tantùm Madianitem acriter inuectus, ab vtroque tanti ſceleris pœnas repopoſcit, Numer. 25. num. 8. non aliam ob cauſam, niſi quia vterque erat de primaria nobilitate: Iſraëlita filius ducis, de tribu Simeon: Madianitis *filia principis nobiliſſimi Madianitarum*, vt ibid n. 14. & 15. exprimitur: nec ſine myſterio, vt rectè obſeruat D. Petrus Damian. lib. 1. epiſt. 6. vt oſtenderet Moyſes: *Carnales illecebras in eminentioribus perſonis acriùs perſequendas.*

D.P. Dam

16.
Principum peccata grauiùs puniuntur.

Neque ſolùm Phinees, ſed etiam ipſe Deus eandem ſeueritatis rationem obſeruauit, vt mitior in vulgus, quàm in Principes inueheretur: nam omnibus pariter peccantibus, ait nihilominus ad Moyſen: *Tolle cunctos Principes populi, & ſuſpende eos contra ſolem in patibulis*, &c. ibidem num. 4. Quod idem D. Petrus Damianus obſeruans: *Dominus*, inquit, *cùm omnis Iſraelitica plebs non diſpari crimine teneretur obnoxia, de populo quidem tacuit, aduerſus autem ſolos Principes in furorem ſe digna animaduerſionis erexit*, *quia reatus adulterij in perſonis clarioribus debet duriùs vindicari.* Quin etiam, & Moyſes, cùm iudices Iſraël ad ſumendam vindictam de peccatoribus armauit: *Occidat*, inquit, *vnuſquiſque proximos ſuos*, Num. 25. num. 5. Non ſeruos, inquit, non famulos, non mancipia; ſed proximos, ſed cognatos, ſed conſanguineos, atque eiuſdem dignitatis cum iudicibus ipſis conſortes: vt oſtenderet, viliorum hominum culpas, vtpote leuiores, aliqua ex parte diſſimulandas: at nobiliorum principum, tanquam grauiores acriùs puniendas. Vides, vt ex maiori dignitate non ſolùm maior culpa oriatur, ſed etiam digna ſit, quæ maiori ſupplicio refrænetur?

D.P. Dam. *Principum adulteria acriùs vindicanda.*

17.
Sacerdotum peccata ex eorum dignitate augentur.

Cùm igitur ſacerdotalis dignitas ſuprema ſit, neceſſe eſt, vt eorum peccata grauiſſima cenſeantur, nec vllo ſuppliciorum genere ſatis dignè expientur. Quare D. Ambroſ. lib. de dignitate ſacerdotali, cap. 3. poſtquam dixit, nihil eſſe in hoc ſeculo ſacerdotibus excellentius, ita monet: *Quod ſumus*, inquit, *profeſſione*, *actione potius*, *quam nomine demonſtremus*: *vt nomen congruat actioni*, *actio reſpondeat nomini*, *ne ſit nomen inane*, *& crimen immane*; *ne ſit honor ſublimis*, *& vita deformis*: *ne ſit deifica profeſſio*, *& illicita actione loquutionem ſimulemus columbinam*, *& mentem habeamus caninam*: *ne profeſſionem monſtremus ouinam*, *& ferocitatem habeamus lupinam.*

D. Ambr.

Sacerdotes difficilè ſaluantur D Chryſ.

Terribilem ſanè in Sacerdotes promit ſententiam D. Chryſoſtom. hom. 3. in Act. poſt medium: *Non arbitror*, inquit, *inter Sacerdotes multos eſſe*, *qui ſalui fiant*, *ſed multò plures*, *qui pereant.* Et ſtatim rationem reddit; quia multa habent officia, ad quæ exæquenda teneantur: multa impedimenta, quibus ab illis obeundis diſturbentur: aduerſarios multos, auxiliatores paucos. Vnde fit, vt ab ea animorum celſitate, qua excellere oportebat, facilè deijciantur. Conſentit Euſebius in epiſtol. ad Damaſum de morte D. Hieronymi, quæ inter eius opera circumfertur: *Ecce*, inquit, *mundus vndique feruet ſacerdotibus*; *& tamen tam ſunt rariſſimi Sacerdotes*, *quod vix de centum vnus reperiatur bonus*: *nulla certè in mundo tam crudelis beſtia*, *quam malus Sacerdos*: *nam corrigi non patitur*, *neque veritatem vnquam audire poteſt*, *&*, *vt breuiter dicam*, *omnes præeminet malitia.* Et quamuis hæc, quod attinet ad bonorum Sacerdotum paucitatem, hyperbolicè dicta mihi videantur: tamen quod attinet ad grauitatem culparum in ijs, qui à ſuo officio exciderunt, veriſſima eſſe, haud dubito. Nam illi, qui optimi eſſe debebant, cùm à ſuo ſtatu deficere incipiunt, peſſimi efficiuntur.

Euſeb.

Pauciſſimi ſacerdotes boni.

SECTIO III.

Peccata, ex malo exemplo aliis ad peccandum præſtito, multipliciter augentur.

1.
Grauiſſimi ſcandala peccatum. *Alios ſcandalizans diabolus, imo diabolo peior.*

TErtia peccati circunſtantia, fuit ſcandalum, ſeu prauum totius populi exemplum: ex qua peccatum maximè aggrauatur. Quid enim grauius, quàm non ſolùm peccare principem, ſed etiam alios ſuo exemplo inducere ad peccandum. Cum certè, qui hoc facit, dixerim non hominem, ſed

ſed dæmonem qui *cauda ſua trahebat tertiam partem ſtellarum cæli*, Apocal. 12. num. 4. Imò dæmone peiorem credit D. Bern ſerm. 1. in Septuag *Vtinam*, inquit, *ſoli impugnarent nos maligni ſpiritus cum ſuggeſtionibus ſuis, & nihil nocerent homines pernicioſis exemplis, perſuaſionibus importunis, atque aliis modis.* Quaſi maiorem nobis ad peccandum vim, aut certè non minorem praua hominum exempla, quàm incitamenta dæmonum afferrent.

D. Bern.

2\. *Regum peccata ſubditos ad peccatum impellunt.*

Quid difficilius, quàm violentas ſibi quenquam inferre manus? At vbi Saül agitante malo dæmone ſe interfecit, eius quoque armiger vrgente Regis exemplo in eandem ſe inſaniam præcipitauit: *Arripuit*, inquit textus, *Saul gladium ſuum, & irruit ſuper eum.* 1. Reg. 31. num. 4. Quid deinde? Sequitur: *Quod cùm vidiſſet armiger eius, videlicet quòd mortuus eſſet Saul, irruit etiam ipſe ſuper gladium ſuum, & mortuus eſt cum eo*, ibidem n. 5. Quaſi Regis inſania in eo ſiſtere non poſſet, quin ad ſeruum pariter funderetur. Peſſimus fuit Roboam, non ſolùm quia peccauit, ſed etiam quia alios ſuo exemplo impulit ad peccandum: *Cùmque*, inquit Scriptura, *roboratum fuiſſet regnum Roboam, & confortatum, dereliquit legem Domini, & omnis Iſrael*, 2. Paral. 12. num. 1. Regni quidem opulentia peruertit vnum Regem; Regis verò iniquitas labefecit totum regnum. Ac ſi cadente Rege, ſtare populus vix poſſet. De qua re Ioſephus lib 8 antiq. cap. 10. *Roboam*, inquit, *ſpreuit Dei religionem, ita vt totus populus imitaretur eius iniquitatem: cum moribus namque principum corrumpitur conuerſatio ſubiectorum, & cùm viderunt luxurias, ſua caſtitatis merita reſpuentes, quaſi virtutem, eorum imitari nituntur illecebras. Non enim opera principum approbari videntur, niſi etiam ſimiliter hæc agamus. Cùm igitur Roboam ageret impiè, ſtudebant & ſerui non eſſe iuſti, ne Rex videretur offendi.*

Cum moribus Roboam totum regnū corrumpitur.

Ioſeph.

3\. *Prauum Sedeciæ exemplum, & ſacerdotes, & populum peruertit.*

Lyran.

Achaz iniquitas populum etiam infecit.

Idem accidit Regi Sedeciæ, ſuo prauo exemplo in abrupta vitiorum totum regnum præcipitanti: *Fecit Sedecias*, inquit textus, *malum in oculis Domini Dei ſui.* 2. Paralipom 36. num. 12. Quid præterea? Sequitur ſtatim num. 14. *Sed & vniuerſi principes Sacerdotum, & populus præuaricati ſunt.* Vbi Lyran. *Ad malitiam*, inquit, *Regis, ſequuta eſt malitia in omnibus aliis.* Quid iniquius Rege Achaz? qui non modò ſe ipſe perdidit, à vero Deo ad falſos deficiendo: ſed & totum populum profligauit; idolorum ſeruituti addicendo, & à cultu veri numinis auocando. Nam *direptis omnibus vaſis domus Dei, atque confractis, clauſit ianuas templi Dei*, 2. Paralipom. 28. num. 24 vt omnes à Deo auerteret, & extremam ſecum traheret in ruinam. Falſos Deos ſibi aſſumpſit; ſuis ſubditis verum Deum eripuit: ſeu potiùs ſuos ſubditos eripuit vero Deo, vt cum impio Rege impius populus perderetur. Veriſſimum eſt illud oraculum Salomonis: *Secundùm iudicem*, inquit, *populi, ſic & miniſtri eius: & qualis rector eſt ciuitatis, tales inhabitantes in ea*, Eccleſiaſt. 10. num. 2. De quo oraculo, ne ipſi quidem barbari Æthiopes nos dubitare patiuntur: qui, vt refert Diodorus Siculus, cap. 4. de fabulis antiquis, adeò Regem in omnibus imitabantur, vt ſi quando Rex aliqua corporis parte debilitaretur, ipſi quoque eandem ſua ſponte debilitarent, vt cum Rege claudo pariter claudicarent, cum cæco pariter cæcutirent. Quos igitur mores ſubditorum, principis exemplum non euertet, quando ipſam quoque naturam labefactat? Vnde D. Bernard. epiſtol. 127. *Principis*, inquit, *error multos inuoluit, & tantis obeſt, quantis præeſt. Non præſumus, vt perdamus, ſed vt regamus. Per quem Reges regnant, ipſe nos præfecit populis ſuis à nobis tuendis, non ſubuertendis ſanctæ Eccleſiæ miniſtros, non dominos.*

Diod. Sic. *Barbara Æthiopum in Regibus imitandis ſuperſtitio.*

D. Bern. *Peccatum regis multis nocet.*

4\. *Peccata ſacerdotum totum reip. corpus inficiunt.*

Quid, obſecro, extremam morum peruerſitatem Hieroſolymitanos in ciues introduxit; niſi illa morum peruerſitas, quæ in ſacerdotibus cernebatur? Languerunt capita, conſequens fuit, vt omnia membra illius corporis myſtici ægrotarent. Vnde illud: *Omne caput languidum*, hoc eſt, totum ſacerdotium, quod in Repub. inſtar capitis, ſcelerum ægritudine contabuit. Quid inde factum? Sequitur: *Et omne cor mœrens, à planta pedis vſque ad verticem, non eſt in eo ſanitas*, Iſa. 1. num. 5. & 6. hoc eſt, omnis magiſtratus ſecularis, qui cordis vicem obtinet, & reliquæ priuatæ perſonæ, quæ pedum, aliorúmque membrorum officia exercent, ſuorum peccatorum tabo computruerunt. Quod expendens Innocentius III. Papa ſerm. 1. in conſecrationem Pontificis: *Si caput*, inquit, id eſt, Sacerdos, *fuerit infirmum, totum corpus*, id eſt, populus, *languidum erit.* Et paulò pòſt obſeruans, quod ſuper. ſect. iam aduerti, pro peccato Sacerdotis, & totius populi eandem victimam offerri. Leuitic. 4. num. 13. optimam illius præcepti rationem inculcat: *Tam pro peccato*, inquit, *Sacerdotis, quàm pro peccato multitudinis imperatur, vt vitulus offeratur immaculatus. Vnde coniicitur, quòd peccatum Sacerdotis, totius multitudinis peccato coæquatur; quia Sacerdos in ſuo peccato totam facit delinquere multitudinem.*

Innoc. III.

Cur æquale ſacrificium pro ſacerdotis, atque pro populi peccato offerretur.

5\. D. P. Dam. *Religioſi vel ſcurrilibus iocis, ac nugis ſeculares à Deo auertunt.*

C Non immeritò inuehitur D. Petrus Damianus lib. 6. epiſt. 32. quoſdam in Eremitas, qui cùm aliquando hoſpitio exciperent virum quendam perfectioris vitæ ineundæ ſtudio incenſum; ſic eum anilibus nugis, otioſiſque deliramentis, ſic ſcurrilibus iocis, inanibúſque ludibrijs interturbarunt, vt & ſuum ordinem ei redderent contemptibilem, & ſuum hoſpitem ab optimo perfectionis capeſſendæ propoſito deturbarent. Vnde in eos conijcit illud, quod Apoſtolus ex Iſai. 52. num. 5. deſumpſit: *Nomen Dei per vos blaſphematur inter gentes*, Rom 2. num. 24. Dum enim Sacerdotes nugas funditabant, ſeculares homines ad blaſphemias iactandas ſuo prauo exemplo impellebant. Sicut & Dauid non ſolùm ipſe peccauit, ſed etiam ſuo malo exemplo *blaſphemare* fecit *inimicos Domini*, 2. Reg. 12. num. 14. Quaſi illas blaſphemias, quas vel ipſi Dei inimici ex ſuo prauo affectu iocitati fundere non audebant, ex nullo Regis exemplo prouocati fundere non dubitarent. Quo pacto & filij Heli ſuis ſacrilegijs efficiebant, vt etiam cultores templi, & profeſſores pietatis, non ſolùm ſacrificia defererent, ſed etiam deteſtarentur. *Quanti ergo*, inquit D. Petrus Damianus, *ſanguinis reus eſt, qui ſub ſacri habitus ſchemate talem ſe per ſuſcepta profeſſionis incuriam exhibet, vt quærens accedere, peruersè viuendo deturbet?*

6\. *Sacerdotes ac religioſos, qui prauo exēplo alios ſcandalizāt, Deus grauiter punit.*

E Quòd ſi Chriſtus Dominus in eum, qui ſcandalizat vnum ex puſillis, hoc eſt, ſuo prauo exemplo ad peccandum trahit, terribilem illam fulminat ſententiam: *Expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris*, Matth. 18. num. 6. Quanto ſupplicio dignus erit, qui non vnum tantùm, ſed plurimos ſcandalizat, & qui cum ſe è dæmonis iugo ad Dei obſequium per vitæ ſacerdotalis, aut religioſæ profeſſionem tranſtulerit: nihilominus alios à Dei ſeruitute ſub dæmonis tyrannidem conijcit, ac perſuadat? *Tolerabilius fuerat*, inquit citatus Damianus, *vt ſolus in eius, quem reliquit, mundi vertigine rotaretur, quàm multos nunc a ſalutifera ſtationis reuocaret acceſſu.* Sed vt tanto flagitio æqua proportione

D. Pet. Dam.

ſuppli

ſupplicium reſpondeat, metentur planè, qui ſuo prauo exemplo perdunt homines, quorum cuſtodes, ac tutores ſunt; vt ab Angelis cuſtodibus, ac tutoribus non ſolùm deſerantur, ſed etiam ad ſupplicium æternum repoſcantur. Nam *ſi vita noſtra,* inquit Damianus, *tam praua videtur, & ſqualida, vt etiam carne veſtitis hominibus fœteat: qualis, putas, eſt Angelis, qui iugiter ſemper eminent in ſpiritualis munditia culmine? Vnde & illud formidoloſè penſandum eſt, ne illos, qui ad cuſtodiam noſtram deputati ſunt, Angelos vitæ noſtræ fœtor offendat, vt potius apud Deum conqueri, quàm ſua nos debeant atteſtatione tueri.*

Cuſtodi Angelo ſcandaloſa peccata nauſeam mouent.

7.

Malorum exemplo vel etiam iuſti nutant.

At mirum non eſt, prauo Sacerdotis, aut Principis exemplo rudem plebeculam falli, & in ſcelera abduci; quando propter malum exemplum priuatorum hominum, vnius ſanctiſſimi viri fides nutat quodammodo, & vacillat, ac de ſua conſtantia dimouetur. Conuenerunt Angeli iuſtum Lot, eúmque de illius vrbis excidio monuerunt, & ad fugam capeſſendam hortati ſunt, addita facultate, vt quemlibet ſuorum, generos, filios, & filias ſecum pariter exportaret. Credidit ſtatim Lot, & fugam celeriter adornauit. *Egreſſus itaque Lot,* inquit textus, *loquutus eſt ad generos ſuos: Surgite, & egredimini de loco iſto; quia delebit Dominus ciuitatem hanc,* Geneſ. 19. n. 12. At generi, tantum abfuit, vt monentem Lot cum tremore exciperent, vt potiùs cum riſu exſibilarent: *Viſus eſt eis,* inquit textus, *quaſi ludens loqui,* ibidem, ſeu, vt eſt in Hebræo: *Fuit ridiculum in oculis generorum ſuorum.* Quid ad hæc ſanctiſſimus Lot? Adeò illius animum malum generorum exemplum expugnauit, vt qui antea fugam maturabat, poſtea receſſum diſſimularet: & qui ſua ſponte antea egrediebatur, poſtea vix vi egrederetur: *Diſſimulante illo,* inquit textus, *apprehenderunt manum eius, eduxerúntque eum,* num. 16. In quem locum D. Thom. ſi eius eſt illud opuſculum in Geneſ. quod ſub eius nomine circumfertur: *Fortè,* inquit, *ex irriſione generorum ſuorum obſcurata fuit fides Lot.* Vides, quantum valeat etiam apud pios homines, malum exemplum impiorum? Qui pridie ad Angelorum voces feſtinabat, poſtridie ad generorum riſus cunctabatur. Magnum igitur malum contrahit, qui ſuo malo exemplo alios trahit ad peccandum: nam non ſolùm proprijs, ſed alienis quoque peccatis inodatur.

Generorum irriſione fides Lot obſcuratur.

D. Thom.

8.

Propria Dauidis peccata, propter ſubditorum ſcandalum, dicuntur innumera.

Pauca in ſacris literis Dauidis peccata memorantur: illa ſcilicet, quæ in facto contra Vriam perpetrauit, aliàs integerrimam vitam coluiſſe ſignificatur, iuxta illud: *Fecit Dauid rectum in oculis Domini, & non declinauit ab omnibus, quæ præceperat ei, cunctis diebus vitæ ſuæ, excepto ſermone Vriæ Hethæi,* 4. Reg. 15: num. 5. Et quamuis alij alia ei tribuant peccata: tamen illa aut poſſunt à peccato excuſari, aut certe grauitate deformia non fuerunt. Vt Pineda de rebus Salom. lib. 1. cap 3. latè, & eruditè proſequitur. Si igitur Dauid tam paucis ſe criminibus obſtrinxit, cur ipſe tanquam innumera perpetraſſet, plurabundus exclamat: *Circumdederunt me mala, quorum non eſt numerus: comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui, vt viderem; multiplicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei,* Pſalm. 39. num. 13. Reſpondet Euthym. quia iuſti aliorum peccata ſibi ipſis adſcribunt propter vnitatem, ac communionem fidei. D. Auguſt. *Quis,* inquit, *numerat iniquitates alienas, & proprias? Hoc eſt, quis certo numero poteſt eas definire?* Et ſtatim Dauidem introducit ſic loquentem: *Parua,* inquit, *erant noſtra, imponuntur aliena.* D. Chryſoſt. *Vna,* inquit, *actio in multa peccata diuiditur. Quemadmodum cædes Abel, pro ſeptem peccatis, Cain eſt reputata: Lamech autem pro ſeptuagies ſepties,* iuxta illud Geneſ. 4 num. 14. *Septuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech autem ſeptuagies ſepties.* Ac ſi vnum peccatum Cain, alia ſeptem; & vnicum peccatum Lamech ſeptuaginta alia, hoc eſt, vniuerſitatem plurium peccatorum continere, aut exæquare videretur. Rectè quidem hæc omnia. Et ex his reſponſionibus hanc ad præſens inſtitutum elicio clariorem. Pauca ſua peccata vocat Dauid, peccata innumera, quia peccatum quod in Rege vnum eſt, multiplicatur in ſubditis, dum peccantem Regem ſubditi imitantur, & quæ innumeri ſubditi exemplo Regis committunt, in ipſius Regis caput omnia refunduntur, atque adeò vnus Rex fit reus omnium ſcelerum, quæ propter malum eius exemplum in toto regno perpetrantur.

Pined.

Euthym.

D. Auguſt.

D. Chryſ.

9.

Antiochus radix peccati dicitur, ex qua ſubditorum peccata pullulabant.

Hinc eſt, quòd Scriptura vocat Regem Antiochum radicem peccatricem. *Exiit,* inquit, *ex eis radix peccatrix, Antiochus illuſtris,* 1 Mach. 1. num. 11. quia ſicut rami, frondes, flores, fructus à radice arboris germinant; ita ab vno Regis peccato, multa in tota Repub. ſcelera propagantur. Magna olim ab Eſdra inquiſitio facta eſt in Hebræos, qui diuinam legem violaſſent, vxores alienigenas contrahendo, earúmque peſſimos mores imitando. Plurimi in eo flagitio deprehenſi, ſed primo loco filij Sacerdotũ numerantur: *Inuenti ſunt,* inquit textus, *de filiis Sacerdotum, qui duxerant vxores alienigenas,* 1. Eſdr. 10. n. 18. Quærit Lyranus, cur priùs numerentur, qui fortaſsè non priùs peccauerunt? Et reſpondet duplici de cauſa. Vna, quia peccatum eorũ grauius erat, cùm Sacerdotes, & eorum filij, qui tũc eis in ſacerdotio ſuccedebant, diuinam legem ſcire, & ſeruare multò magis tenerentur. Altera, quia peccatum Sacerdotum cauſa fuit, ſeu occaſio alijs peccandi. Quaſi illud peccatum omnium grauiſſimum cenſeatur, ex quo tanquam ex ſemine plura alia enaſcuntur: quale ſolet eſſe peccatum Principum, & Prælatorum, iuxta illud D. Greg. 1. p. paſt. c. 2. *Cum paſtor,* inquit, *per abrupta graditur, conſequens eſt, vt ad præcipitium grex feratur.*

Lyran.

Peccatum Prælatorum & ratione dignitatis, & ratione ſcandali grauius.

D. Greg.

10.

Sola Prælatorum peccata Chriſtus per ſe ipſum puniiſſe legitur.

Hinc eſt, quòd talia peccata grauiùs à Deo puniantur. Nuſquam legitur Chriſtus Dominus in Euangelio cuiuſquam peccatum per ſeipſum puniiſſe, præterquam principum, & ſacerdotum: qui in templo ſedentes vendebant hoſtias non habentibus, rurſúſque ab emptoribus cum fœnore accipiebant immolandas, vt hac ratione prædarentur pauperem populum, eiúſque pecunijs ditarentur: hos enim fuiſſe Sacerdotes, teſtatur D. Hieronym. Et cathedræ, quarum meminit Matth. c. 21. n. 12. indicare videntur, fuiſſe legis doctores. Igitur Chriſtus Dominus, inquit Ioannes, cap. 2. num. 14. *Inuenit in templo vendentes boues, & oues, & columbas, & nummularios ſedentes, & cum feciſſet quaſi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo.* En vt Chriſtus Dominus qui manſuetiſſimum ſe in plebem peccantem oſtendebat, in Principes, & Sacerdotes ſe oſtendit ſeueriſſimum. Quod expendens Diuus Gregorius lib. 25 Moral. cap. 14. *Neque,* inquit, *fruſtra per ſemetipſum Dominus Deus nummulariorum fudit æs, & cathedras vendentium columbas euertit, nimirum ſignificans, quia per magiſtros quidem vitam iudicat plebium, ſed per ſemetipſum facta examinat magiſtrorum.* Ex quibus verbis duo ponderanda. Vnum, peccata Prælatorum nullo modo à ſubditis, ſed à ſolo Deo iudicanda, & punienda. Alterum, duriùs, & ſeueriùs ab ipſo Deo iudicandos Principes, & Sacerdotes, quorum malum exemplum in Reip. peſtem deriuatur. Et notandum vlteriùs Ioannem Euangeliſtam, cùm flagellum, quod Chriſtus Dominus fecit de funiculis, memorauit.

D. Hier.

D. Greg.

Prælatorum peccata non à ſubditis, ſed à Deo grauiſſimè punienda.

memorauit, non meminiſſe ementium, ſed vendentium; ac ſi Chriſtus Dominus non aduersùs vulgares homines per ignorantiam ementes, ſed aduersùs Principes, & Sacerdotes per malitiam vendentes, flagello armaretur; quia horum peccatum præcipuè in aliorum damnum, ac perniciem redundabat.

11.
Principum peccata grauius plectenda.

Omnes olim Iſraëlitæ grauiſſimè peccarunt, dum à fœminis Moabitis prouocati, in luxuriam, & idololatriam corruerunt, & nihilominus eorum tantùm Principes puniuntur, vt iam ſuperiori ſectione aduerti: *Tolle*, inquit Deus ad Moyſen, *cunctos Principes populi, & ſuſpende eos contra ſolem in patibulis: vt auertatur furor meus ab Iſrael*, Num. 25. num. 4. Sunt, qui dicant illud, *Tolle*, idem eſſe, atque congrega, & conſule: ita vt ſenſus ſit, non ipſos principes ſuſpendendos, ſed potiùs conſulendos de iis, qui ſuſpendio digni viderentur. Inter quos Oleaſter rationem reddit: *Quoniam*, inquit, *non eſt credibile viros ad regimen populi electos, tale facinus perpetraſſe.* Ac ſi nihil magis alienum crederet à principis dignitate, quàm luxuriæ vilitatem. Vnde ſenex ille Gabaonita, qui filiam ſuam, & vxorem hoſpitis ſui impuris hominibus proſtituit: *Educam*, inquit, *eas ad vos, vt humilietis eas*, Iudic. 19. num. 24. Nam re vera neceſſe eſt, vt eorum dignitas maximè humilietur, quorum caſtitas turpiter violatur. Quare verbo humiliandi frequenter vtitur Scriptura, ad illorum opprobrium declarandum, qui in hanc turpitudinem labuntur, vt videre eſt Deuteron. 21. num. 24. Deuteron. 22. num. 24. & 29. Pſalm. 45. n. 20. Vbi D. Ambroſius: *Humilitas*, inquit, *operis eſt, per quod caro iſta, peccati corpus effecta eſt.* Et paulò pòſt rationem reddens cur in Scriptura dicantur humiliari, qui huius peccati labe inficiuntur: *Vt intelligas*, inquit, *quia non conditio carnis videatur nos humiliare, ſed culpa.* Cùm igitur hæc humilitas, ſeu vilitas principe indigniſſima ſit; non immeritò crediderunt aliqui interpretes, non fuiſſe principes, qui ſe tantam in vilitatem abieciſſent.

Oleaſt.
Luxuria vilitas à principis dignitate aliena. Humiliandi verbo luxuriæ turpitudinem frequenter notat ſcriptura.

12.
Populi peccata cur aliquando principes luant.

Nihilominus, quia nihil eſt tam ſublime, quod hæc peſtilens aura non inficiat, nihil tam decorum, quod hæc Erebi flamma non depopuletur: facilè adduci poſſunt alij interpretes, vt ipſos quoque principes in flagitium lapſos, & proinde ſuſpendio addictos fuiſſe arbitrentur. Sed cur principes potiſſimum capitali ſupplicio afficiantur, inquiſitione dignum eſt. Theodoretus ad eum locum: *Cùm*, inquit, *populus peccaſſet, ſuſpenſi ſunt principes, vt qui malum ab ipſis non depuliſſent.* Quaſi duplici culpa tenerentur, & quòd ipſi peccaſſent, & quòd aliorum peccato non obſtitiſſent. Nec multò aliter Origen. homil. 20 in Numer. *Populus*, inquit, *peccat, & Principes ſuſpenduntur: pro populo enim coguntur principes reddere rationem, ne fortè non docuerint, non monuerint, non ſolicitè arguerint eos, qui primùm peccauerunt. Hæc ſi cogitarent homines, principatus non ambirent.* Vbi ſignificat hoc ſupplicium Principibus illatum propter eorum negligentiam de ſalute ſubditorum. Quod etiam D. Petrus Damianus lib. 4. epiſt. 15. ad finem, eundem Numer. locum expendens, rectè expreſſit: *Quid eſt*, inquit, *quod populus in luxuriæ voraginem labitur, & in eorum præpoſitos vendicatur? Subditi delinquunt, & principes in patibulis ſuſpenduntur? Alius eſt, qui peccat, alius ille, qui vapulat? Vnde hoc? Niſi quia culpa ſubditorum in præpoſitorum redundat opprobrium, & quod ab ouibus erratur, negligentiæ paſtoris adſcribitur.* Rurſus idem D. Petrus Damianus ſuperiori ſect. citatus ſentit ipſam peccantium dignitatem culpas auxiſſe; & proinde pœnas acriores, & velociores poſtulaſſe. Sed dubitandum non eſt magnam huius flagitij grauitatem deſumi ex ſcandalo, peſſimóque exemplo, quod ad ſubditos deriuatur; cùm principum peccata ſubditis in exempla incitamentáque peccandi ante oculos obuerſentur.

Theod.
Orig.
Subditorum culpa in negligentiam refunditur.
D. P. Dam
Peccata principum propter ſcandalum grauiora.

13.
Dauid ſublato adulterino filio, à Deo punitur propter ſcandali grauitatem.

Quid eſt, quòd Dauid ſublato filio ex Bethſabee, quem vita ipſa habebat chariorem grauiſſimè à Deo puniatur? An quòd adulterio? an quòd homicidio? an quòd vtroque ſimul iniuſtitiæ, atque intemperantiæ flagitio ſeipſum ſordidarit. Nequaquam, ſi litera ipſa ſpectetur; cùm iam huiuſmodi peccata vnica confeſſione deleri, Propheta ad eum feliciter euangelizante: *Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum*, 2. Reg. 12. num. 13. Cur igitur tam acre repoſcitur ad ſupplicium, niſi propter vnicam huius ſceleris circunſtantiam, in peſſimum exemplum, ſeu exitium aliorum, ac proinde in diuini nominis opprobrium redundantis? teſte ipſo Nathan: *Quoniam blaſphemare feciſti inimicos Domini, propter verbum hoc, filius, qui natus eſt tibi, morte morietur*, ibidem num. 14. Quod Saluian. lib. 4. de prouidentia, rectè expendens: *Qui*, inquit, *æternam pro offenſionibus ſuis pœnam per vnam tantùm confeſſionem meruit euadere: huius tamen criminis veniam, nec per pœnitentiam patrocinantem potuit impetrare.* Et paulò pòſt: *Ex quo*, inquit, *intelligi poteſt, quòd nullum maioris piaculi crimen eſt, quàm blaſphemandi cauſam gentibus dare.* Quod probat tum ex aliorum damno, quia *multos ſecum præcipitat in mortem, & neceſſe erit, vt ſit pro tantis reus, quantos ſecum traxerit in reatum*; tum etiam ex diuini nominis opprobrio: nam qui peccat ſine offenſione aliorum, *Sacroſanctum Dei nomen ſacrilega blaſphemantium maledictione non lædit; qui verò blaſphemare alios fecerit, per conuitia plurimorum inæſtimabilem Deo facit iniuriam.*

Saluian.
Scandali peccatum omni duplici capite grauiſſimum.

14.
Ethnicos ad nefandas blaſphemias ſuis vitiis inducunt Chriſtiani.

Quòd ſi tam grauiter peccabant Hebræi, qui gentes ad blaſphemandum Dei nomen ſuis prauis operibus inducebant. Quid Chriſtiani, à quibus ſicut maior viuendi rectitudo exigitur; ita maior peccandi offenſio deriuatur? Certe in illos, ſi publicè peccent, inſultantes Ethnici exprobrabunt, vt ibidem loquitur Saluianus: *Vbi eſt catholica lex, quam credunt? Vbi ſunt pietatis, & caſtitatis præcepta, quæ diſcunt? Euangelia legunt, & impudici ſunt: Apoſtolos audiunt, & inebriantur: Chriſtum ſequuntur, & rapiunt: vitam improbam agunt, & probam legem habere ſe dicunt.* Quid his poteſt exprobrationibus iniquius, quid contumelioſius excogitari? Sed adhuc mihi videntur acerbiores, quæ vlteriùs apud eundem Saluianum iaciuntur: *Talis profectò*, inquiunt, *ſecta eſt, quales & ſectatores. Hæc ſunt abſque dubio, quod docentur. Apparet Prophetas, quos habent, impuritatem docere, & Apoſtolos, quos legunt, nefaria ſenſiſſe: & Euangelia, quibus imbuuntur, hæc, quæ ipſi faciunt, prædicare.* Vtinam hîc ſiſterent, nec vlteriùs effunderentur. Sed proh dolor! in maiores blaſphemias prolabuntur, in ipſum totius ſanctitatis fontem Chriſtum Dominum, Chriſtianorum dedecora refundentes: *Sancta*, inquiunt, *à Chriſtianis fierent, ſi Chriſtus ſancta docuiſſet. Æſtimari de cultoribus ſuis poteſt ille, qui colitur, Quomodo enim bonus magiſter eſt, cuius tam malos videmus eſſe diſcipulos? Vide Chriſtianos, quid agant, & euidenter potes de ipſo ſcire, quid doceat.* Ita Ethnici apud Saluianum. Quorum tam atroces blaſphemias, quæ religioſæ aures non reſpuant, non horreant, non deteſtentur? Sed multò magis deteſtanda ſunt illorum opera, quæ illis blaſphemijs, & conflandis, & iaculandis occaſionem præbuerunt.

Saluian.

Ex

15. *Concluditur grauitas culpæ filiorum Heli, ex circumſtantia ſcandali.*

Ex his colligitur quantam culpam contraxerint A ſceleratiſſimi filij Heli, qui non ſolùm peccarunt ipſi, diuina, atque humana iura temerátes; ſed etiam peſſima ſuorum peccatorum exempla in alios diſſeminarunt: quæ ſi imitarentur, delinquerent; ſi deteſtarentur, Dominum blaſphemarent, qui tales in ſuo templo ſacerdotes ſuſtineret. Imò non ſolùm peſſima præbentes exempla, ſed etiam diabolica adhibentes machinamenta omnibus, qui ad templum venerant, duces ad peccandum, hortatoreſque ſcelerum extiterunt. Et, vt notat D.Chryſoſt. (*D. Chryſ.*) hom. 7. in 2. ad Timoth. cùm ſubditorum ſalutem contempſeriot, diuinum quoque honorem pro nihilo æſtimarunt: nam qui aſpernatur ſeruos, inquit D Chryſ. eorum ſalutem negligendo, imò tendendo laqueos, & ruinas machinando; ad hoc ſenſim B pertinget, vt ipſum quoque Dominum aſpernetur. Sed omiſſis interim filijs Heli, ad Samuelis hiſtoriam redeamus.

Num. 18 Samuel autem miniſtrabat ante faciem Domini; puer accinctus Ephod lineo.

EXPOSITIO LITERÆ.

1. *Samuelis virtus laudabilior inter ſcelera ſacerdotum. Rupert.*

SAmuel autem miniſtrabat, &c. Inter ſcelera filiorum Heli virtus Samuelis, tanquam lux inter tenebras emicabat. De qua re latiùs in ſequent. annot. dicemus. Interim ſatis ſint illa verba Rupert. cap. 6. ad hunc locum: *Sacerdotibus*, inquit, *virus contemptibile ſacrificium Domini reddentibus, reliquus hic erat vnus puer, de quo tanquam paxillo modico tota penderet reſtitutionis ſpes: in quo Dominus iniuriam patiens, aliquas honoris ſui reliquias appenderet.* Itaque quidquid impij ſacerdotes ſuis ſceleribus profligabant, ſanctiſſimus Leuites ſuis virtutibus reſarciebat: & ſicut illi retrahebant homines à templo; ita Samuel ad templum inuitabat. Quod D.Chryſ. hom. 2. de fide Annæ indicauit his verbis. *Quamquam*, inquit, *ætas eſſet immatura, virtus tamen aderat matura. Nam aſcendentibus in templum omnibus, multæ religionis, ac pietatis magiſter factus eſt. Nec quiſquam viſo puero tacitus deſcendebat: ſed omnes glorificabant illum, à quo præter ſpem datus erat.* Vbi dicitur puer Samuel, communis omnium, qui templum frequentabant, magiſter, non tam docendo, quàm miniſtrando; neque per magiſterium verbi, ſed per exemplum operis: tantam in diuino cultu modeſtiam, ac diligentiam, tantam pietatem, ac religionem exhibebat.

Samuel omnibus ad templum venientibus, magiſter per exemplum. D.Chryſ.

2. *Quo pacto ante faciem Domini dicatur Samuel miniſtrare.*

Dicitur autem miniſtrare ante faciem Domini, Primò, quia miniſtrabat in tabernaculo, vbi diuina præſentia peculiari quadam ratione ſentiebatur; dum manifeſtabatur per oracula, & obſeruabatur per ſacrificia: Hebraicè את פני יהוה *eth phene Iehouah*, hoc eſt, *ad facies*, ſeu *in faciebus Iehouah*; quod eſt in præſentia, ſeu in conſpectu Domini. Secundò, quia miniſtrabat ad nutum, ſeu imperium Domini, hoc eſt, in iis rebus, quæ illi à Domino imperabantur: ſicut ſuprà n. 11. dicitur miniſtrare ante faciem Heli, hoc eſt, ad nutum, ſeu imperium Heli, vt ibi explicaui. Nec repugnant hæc duo, & ad imperium Dei, & ad imperium ſacerdotis miniſtraſſe: qui enim homini propter Deum ad nutum obedit, Deo cenſetur obedire. Tertiò, quia perfectiſſimè miniſtrabat: vt qui diuinis, non humaois oculis placere niteretur. Eſt enim Hebraiſmus, quo perfectiſſimè dicuntur fieri, quæ coram Deo fieri dicuntur. *Aſcendet ſicut virgultum coram eo*, Iſai. 53. n. 1. hoc eſt, inquit,

Qui homini propter Deū obedit, Deo obedit. Diuinis, non humanis oculis placere ſtudent iuſti.

A Interlin. *per omnia placens.* (*Interlin.*) Ozias Rex, ſub initium regni ſui, quando maximè ſtuduit pietati, *Fecit*, inquit textus, *quod erat rectum in oculis Domini*, 2. Par. 26. n. 4 hoc eſt, magna ſinceritate, & integritate Deo placiturus. Vnde D.Chryſ. hom 3. de verbis Iſaiæ: (*D.Chryſ.*) *Hoc teſtimonio*, inquit, *magnam eius virtutem declarauit: rectum fecit in conſpectu Domini, non apud homines oſtentans.* Et ſtatim inuehitur in Iudæos, qui facturi eleemoſynam, tuba canebant ante ſe; qui orabant in angulis platearum, vt viderētur ab homioibus, &c. Matth. 6. à n. 2. *quibus rebus*, inquit Chryſ. *quid poteſt eſſe miſerius: vbi poſt toleratos labores omni præmio fruſtramur?* Prudentiùs igitur nobis agendum monet, & ducto vel ab aurigis, qui in ſtadio currunt, B argumento: *Quid*, inquit, *facis, ô homo? Alium habes iudicem, & alium adhibes ſpectatorem? Non vides aurigas, qui prætercurrentes totam ſtadij partem, vbi Cæſarem viderint, vnum eius oculum, digniorem ducunt, quàm tot hominum vultus? At tu cùm videas ipſum Angelorum Regem, certaminis iudicem, eo prætermiſſo, ad conſeruorum oculos fugis?* Quaſi exclamarit. Proh rem indignam, ac minimè ferendam! *Ideo*, addit, *poſt innumeras luctas incoronatus recedis.* Denique in eandem ſententiam dicuntur parentes Baptiſtæ, *Iuſti ambo ante Deum*, Luc. 1. n. 6. Vbi D. Ambroſ. (*D. Ambr.*) *Non enim*, inquit, *omnis, qui iuſtus eſt ante homines, iuſtus eſt ante Deum. Aliter vident homines, aliter videt Deus, homines in facie, Deus in corde. Et ideo fieri poteſt, vt aliquis iuſtus* C *videatur mihi; iuſtus autem ante Deum non ſit, ſi iuſtitia non ex mentis ſimplicitate formetur, ſed adulatione ſimuletur.* Hunc igitur in modum miniſtrabat Samuel ante faciem Domini, hoc eſt, ſingulari quadam animi puritate, & ſinceritate: vt diuinis tantùm oculis placeret. Quo autem tempore, loco, ac modo miniſtrauerit, n. 11. dictum eſt.

Accinctus Ephod, &c. Duplex eſt huius vocis, 3.
Ephod, interpretatio, propria, & myſtica: vtramque breuiter explicabo.

Duplex Ephod ſignificatio.

Propria Ephod ſignificatio.

QVod attinet ad propriam ſignificationem D. 4.
D Aug. q. 46 ex veteri Teſtamento, *Ephod, vnum quidem nomen eſt, ſed non vnam rem ſignificat.* Nam aliis erat armariolum, quo ſacerdotes ad interrogandum Deum vtebantur: vt D. Aug citatus refert. Et probari poteſt, quia ſacerdotes portare Ephod, non induere dicebantur: vt patet hoc ipſo cap. n. 28. & infrà c. 14. n. 3. Aliis erat thuribulum, vt refert D. Hier. epiſt. 130. ad Marcellam: quamuis huius opinionis nullum iaciat fundamentum. Aliis denique erat ſimulachrum, vt refert D. Auguſt. q. 41. in Iudices, & D. Hier. epiſt. ad Marcellam proximè citat. probarique poteſt ex duplici Scripturæ loco: vno, Iud. 8 n. 27. vbi dicitur Gedeon feciſſe Ephod ex auro, quod de præda acceperat, mille ſeptingentos auri ſiclos E appendente, & poſuiſſe illud in ciuitate ſua, & fornicatum fuiſſe omnem Iſraël in eo, & factum hoc eſſe Gedeoni, & omni domui eius in ruinam. Ex quibus omnibus concludi videtur illud Ephod fuiſſe ſimulachrū, ſeu idolum. Primò, quia in vnam veſtem tanta auri ſumma expendi non poterat. Secundò, quia Gedeon dicitur ſtatuiſſe illud Ephod, vt legit D. Aug. (*D Aug.*) quaſi eſſet ex ſolido auro rigidum, ita vt ſtatui; ſeu poſitum ſtare poſſet. Tertiò, quia omnis Iſraël fornicatus eſt, ſeu idololatrauit in eo, tanquam in ſimulachro, ſeu idolo, cui honorem, & cultum idololatriæ detulerunt. Altero, Iudic. 17. n. 4. & 5. Vbi dicitur Michas ex auro, quod à matre acceperat, feciſſe Ephod: & quidem opere conflatorio, cùm dicatur illa pecunia tradita argentario, vt faceret ex illa ſculptile.

Ephod aliis erat armariolum. D. Aug. D Hier. Aliis thuribulum Aliis ſimulachrum. D Aug. D. Hier.

5. *Prima Ephod ſignificatio de armariolo reiicitur.*

Nihilominùs hæ ſignificationes alienæ ſunt à nomine Ephod, vt citati Patres aduertunt. Illa armarioli ſignificatio fictitia eſt, & ſine vllo in Scriptura fundamento. Nec refert, quòd ſacerdotes dicantur portare Ephod: nam etiam veſtes portari dicuntur; imò falsò additur, ſacerdotes portare tãtùm, & non induere Ephod, cùm illi octoginta ſacerdotes, quos Saül occidendos curauit, omnes fuerint veſtiti Ephod. 1. Reg. 22. n. 18. Illa thuribuli ſignificatio ſicut ſine vllo fundamento inducitur, vt diximus; ita ſine vllo argumento reiicitur: præterquàm quòd ſatis validum cõtra illam argumentum ſit, quòd nullo fundamento innitatur. Tandem ſignificatio illa ſimulachri ſeu idoli, nullo modo ex citatis locis cõuincitur. Nam c. 8. Iud. non dicitur Gedeon totam illã pecuniæ ſummam in vno Ephod conficiendo expendiſſe; ſed intelligendum eſt, expendiſſe, quantũ ſatis erat: aut ſi totã expendit, ſumi poteſt Ephod pro toto ſacrorum rituum apparatu à parte præcipua totum intelligendo, vt D. Aug. cit. Mag. hiſt. & Serarius noſter q. 15. interpretantur, quaſi Gedeon in gratiarum actionem pro victoria diuinitus accepta, totam tabernaculi ſupellectilem conficiendam curauit, quæ Ephod à præcipua parte denominaretur. Quod dicunt, illud Ephod à Gedeone nõ poſitum, ſed ſtatutum, quaſi auro ſolido ſic obrigeſceret, vt poſitum ſtaret, ſolidum non eſt. Nam in vulgata, *poſuit*, dicitur. Et in Hebræo eſt, וַיַּצֵּג *vaiatſeg*, à verbo יַצֵּג *iatſag*, id eſt, *locare*, ſeu *ſtatuere*. quod tamen non ſemper dicitur de rebus ſolidis, ac rigidis ſed etiam de flaccidis, ac flexibilibus; vt de lanæ vellere, quod Gedeon poſuit in area, Iud. 6. n. 37. vbi eſt idem verbum. Quod ſequitur, totum populum idololatraſſe in Ephod, non cogit fateri illud Ephod fuiſſe ſimulachrum, ſed eſſe veſtimentum, cui inſanus populus diuinum tribuerit honorem, vt D. Aug. aduertit; quid enim mirum, ſi pretioſum illud veſtimentum, pro Deo colerent, qui alia viliora, & abiectiora artefacta pro Deo venerabantur? Aut certè totam eam tabernaculi ſuppellectilem, nomine Ephod dictam, & à Gedeone in honorem veri numinis conſecratam, labentibus annis, & inſanientibus Hebræis ad cultorum falſorum Deorũ tranſiſſe. Locus verò ex c. 17. Iudic. potiùs iuuat traditam doctrinam, vt D. Hier. cit. argumentatur. Nam ibi apertum diſcrimen ſtatuitur inter Ephod, & ſculptile; imò ſtatim vel ipſe canonicus ſcriptor interpretatur *Ephod*, id eſt, inquit, *veſtem ſacerdotalem.*

Secunda ſignificatio de thuribulo, refellitur.

Tertia ſignificatio de ſimulachro, confutatur.

D. Aug. Mag. hiſt. Serar.

Iudæi ſacrã veſtem pro Deo coluerunt.

D. Aug.

D. Hier.

6. *Ephod propriè veſtimenti genus.*

D. Aug. D. Hier.

Propriè igitur Ephod eſt veſtimenti genus à verbo אָפַד *aphad*, id eſt, *cingere*, Græcè ἐπενδύτης. hoc eſt, *ſuperindumentum*, ſeu ἐπωμὶς, id eſt, *ſuperhumerale*, ſeu ἐπένδυμα, hoc eſt, *ſuperius pallium*: vt D. Aug. & D. Hier. citati obſeruant. Sed quódnam eſt hoc veſtimentum? D. Hier. lib. 1. contra Iouinian. nõ pro vno tãtùm, ſed pluribus videtur ſumere; loquutus enim de Samuele, *Ab infantia*, inquit, *nutritus in tabernaculo eſt, & veſtitus Ephod bad, quod interpretatur, veſtibus lineis.* Quaſi non vna tantùm veſtis, ſed totus veſtitus, & cultus Samuelis ſignificetur. Nihilominùs nomen etiam ſignificatione ſingulare eſt; quamuis ſecũdùm duplicem analogiam, quam habet, duplex ſignificet indumentum, quibus humeri cingebantur. Vnum ſacerdotale, ſeu potiùs pontificale, quo ſolus ſummus Pontifex vtebatur: & Exod. 28. n. 6. *ſuperhumerale* dicitur; cuius figuram Ioſeph lib. 3. antiq. c. 8. deſcribit: alterum minoribus ſacerdotibus, Leuitis, imò & laicis commune: ſacerdotibus quidem, quia Doeg Idumæus irruit in ſacerdotes, *& trucidauit octogintaquinque viros veſtitos Ephod lineo*, 1. Reg. 22. n. 18. Leuitis, quia Samuel hoc loco erat *accinctus Ephod lineo*, præterquam quòd Salomon 2. Par. 5. n. 12. Leuitas induit *byſſinis*, quæ erant ſtolæ lineæ, nihilo ab Ephod differentes: nam & Ephod hoc loco à Paraphraſte Chaldæo *byſſinum* appellatur. Laicis tandem, ſaltem quando in diuino obſequio aliquo modo occupabantur; quia Dauid ſaltabat coram arca Domini *accinctus Ephod lineo*, 2. Reg. 6. n. 14. In quibus omnibus locis additur *lineum*; vt diſtinguatur hoc Ephod ab illo pontificali. Nam illud erat polymitum, ex auro, hyacintho, purpura, cocco, & byſſo intertextum, vt patet ex citato Exodi loco: at verò hoc erat ſimplex, candẽs, ac lineum, quod diſcrimen D. Aug cit. quæſt. illa 46. ex veteri Teſtamento, & q. 41. in Iudices, D. Hier. epiſt. 128. ad Fabiolam, & 130. ad Marcellam, D. Arnold. tract. de vltimis Chriſti verbis in 1. tom. bibl. ſecundæ editionis, Rupet. lib. 4 in Exod. c. 21. Mag. hiſt. in Exod. c. 64. Angelom. Lyr. Abul. & alij obſeruant.

Ephod duplex.

Verùm Pontificale.

Ioſeph.

Alterum minoribus ſacerdotibus, Leuitis, imò & laicis aliquando commune.

Diſtinctio inter vtrumque Ephod.

D August. D Hier. D Arnold. Rupert. Mag. hiſt. Angelom. Lyran. Abul.

7. *Ephod Samuelis aliqui efficiunt pontificale.*

Theod.

Fateor eſſe aliquos, qui exiſtiment, Ephod, quo Samuel hoc loco accinctus dicitur, fuiſſe ſacerdotale, non quòd ille fuerit ſacerdos dignitate & officio, vt iam ad numerum 11. oſtendimus, ſed ſanctitate, & priuilegio. Ita ſentit Theod hîc q. 8. *Eſt veriſimile*, inquit, *quòd Heli, cùm in eo florentem diuinam vidiſſet gratiam, eſſetque natus admirabiliter, & intus aleretur in tabernaculo, tanquam ſanctum, & Nazaræum, & à Deo petitum; etiam admodum iuuenem eo honore impertiiſſe.* Cui Procop. perpetuus eius aſſecla iiſdem ferè verbis ſubſcribit. Et conſentire videtur. Mag. hiſt. hoc loco, dum appellat hoc Samuelis Ephod, *Propheticum*; quale tantùm erat pontificale. vt ſtatim dicam. Verùm non videntur aduertiſſe appellari hoc loco *Ephod lineum*, vt à ſacerdotali diſtingueretur, ſequẽtes fortaſsè Septuaginta, qui neque in Regia, neque in Complutenſi, particulam *lineo* addiderũt; quamuis in Sixtiana particulam Hebræam בַּד *bad*, id eſt, *lini*, ſeu *lineo*, poſuerunt. Vbi notandum ex D. Hier. in epiſt. 130. iam citato, & in c. 12. Zachariæ non eſſe legendum hoc loco בַּר *bar* per ר, vt aliqui imperiti tranſtulerunt; & eſt idem, quòd *filius*, ſeu *manipulus*, ſeu *electus*, ſeu *criſpus*. quæ omnia ſunt ab hoc loco aliena: ſed בַּד *bar* per ד, id eſt, *linum*. Qui error facilis eſt propter ſimilitudinem characterum; vt iam annot. 3. ſect. 10. aduerti: & vlteriùs oſtendit D. Hier. in locum Zachariæ citat. n. 10. *Aſpicient ad me, quem confixerunt* Nam cùm in Hebræo ſit דָּקָרוּ *dacharu*, per ד, primo in loco; & ר, in ſecundo, hoc eſt, *confixerunt*; quidam legunt vice verſa רָקָדוּ *rachadu*, per ר, in primo loco, & ד, in ſecundo, hoc eſt, *ſaltauerunt*. Vnde fit vt ex ſimilitudine in literis, magnum in ſignificatione diſcrimen eliciatur.

Procop. Mag. hiſt.

Refellitur.

Septuag.

D Hier.

8. *Per Samuelis ephod reuelationes à Deo fieri aliqui affirmāt.*

Magiſt hiſt. Theod. Procop.

Maius dubium eſt, An hoc Samuelis Ephod fuerit illud, per quod à Deo futura, ſeu occulta reuelabantur? Affirmare videtur Magiſt. hiſtor. dum illud *Propheticum* appellat. idem Theod. & Procop. qui illud ſacerdotale fuiſſe arbitrantur. Nihilominùs negandum. Nam illa futurorum, aut occultorum reuelatio per Ephod pontificale fieri ſolebat, vt docet D. Anaſt. Nicæn. q. 38. in Scripturam, vbi etiam modum tradit, quo hæc reuelatio fiebat: fulgurante ſcilicet lapide pretioſo, qui erat in medio Ephod, quando Deus poſtulatis annuebat; aut non fulgurante, quando renuebat: & concinit Abulenſ. in c. 28. Exod q. 15 & 16. vbi plures modos inculcat huius reuelationis faciendæ, & nos ad cap. 14 n. 18. eandem doctrinam fuſiùs oſtendemus; Samuelis autem Ephod non erat ſacerdotale, & polymitum, vt diximus; ſed vulgare, ac lineum: ergo nulla per eum prædiuinatio fiebat. Et confirmatur, quia futura ſupplicia Heli non fuerunt Samueli reuelata per Ephod, ſed per diuinam cum eo loquutionem, vt ex c. 3. patebit. Neque Mag. hiſt. vocat illud Ephod *Propheticum*, quod per illud Samuel prophetaret: ſed quòd ſimili indumento Prophetæ vterentur, vt

Verius negandum.

Anaſt. Nicæn.

Diuina reuelatio per Ephod tantùm pontificale fieri ſolita.

Abul.

Quomodo hæc fieret reuelatio.

Mag. hiſt.

Carthuſ.

Carthuſ.

Carthuſ. exponit. Atque hæc de propria Ephod ſi- A gnificatione.

Myſtica Ephod ſignificatio.

9\. *Ephod, patientiæ ſymbolum* Innocent.

MVltiplex eſſe poteſt. Primò, Ephod ſignificare poteſt patientiam, à loco, in quo portatur, nempè humeris, qui patientiæ ſedes ſunt. Ita Innocent. Papa lib. 1. de myſteriis Miſſę, c. 18. Vbi loquutus de Ephod pontificali, docet, illud induere Pontificem. *Quia debet*, inquit, *induere patientiam: humeris enim onera ſupportamus, iuxta illud; Suppoſuit humerum ſuum ad portandum, factúſque eſt tributis ſeruiens*, Gen. 49. n. 14. Quæ ratio æquè militat in leuitico Ephod, quod etiam humeris portabatur. Nec longè abeſt ab hoc ſenſu D. Arnol. tract. de vltimis verbis Do- B mini in cruce, diſtinguẽs duplex illud Ephod, pontificale, & vulgare: & in illo prælatorum curam, in hoc ſubditorum patientiam recognoſcens. *In illo*, inquit, ſcilicet Pontificis Ephod, *debet intelligi, quomodo in portandis fratrum oneribus officium illud ſe habere debeat, quantáque eis ex debito regiminis ſolicitudo incumbat; vt propriis humeris ouem perditam reportent: in hoc bonorum operum patientia, & in laboribus perſeuerantia indicatur.*

D. Arnol. *In pontificali Ephod, cura paſtoralis, in vulgari, ſubditorum patientia adumbrata.*

10\. *Ephod pœnitentiæ hieroglyphicum* D. Hier.

Secundò, ſignificat pœnitentiam, ſeu animum per pœnitentiam ablutum; quia ſicut veſtis linea per aquam à ſordibus: ita mens per pœnitentiam à peccatis expurgatur. Ita D. Hier. in Pſ. 98. ibi, *Et Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius*, n. 6. *Samuel*, inquit, C *Leuitici ordinis regulam tenet: quod Ephod illud lineum, atque candidum figurauit: oſtendens cãdidum effici poſſe, qui per pœnitentiam nomen Domini inuocans nigredinem peccati diluerit.* Affinis eſt interpretatio D. Iſid. in ep. ad Redemptum Archidiaconum, vbi loquutus de munditie ad ſacrificandum, commendat veſtes lineas, quæ per continuam ablutionem puriores, candidioréſque efficiuntur. *Forſitan*, inquit, *obiicis, pannũ ſericum pretioſiorem eſſe lineo, & idcircò magis diuinis vſibus aptum. Ad quod nos in vtroque Teſtamento dicimus, candorem veſtium maximè approbari; eo quòd in eo mentis ſinceritas requiratur, quam conſtat inter cæteras virtutes Deo eſſe gratioſiorem.* Et ſtatim oſtendẽs hunc candorem magis in linea, quàm in ſerica veſte reperiri. *Quæ*, inquit, *inter pannos mundus, vt lineus: cui ex* D *ablutione frequenti candor augetur, cum in ſericis magis ex eadem obfuſcari videatur?* Sicut igitur veſtis ſerica ex ablutione non purgatur, ſed potiùs ſordeſcit, at verò linea ex ablutione ſuis omnibus ſordibus extergitur, & mirum proficit in candorem; ita ſuperbus animus ex ficta confeſſione non tollit ſcelerum maculas, ſed accumulat: humilis ex vera confeſſione omnes peccatorum labes exuit, ſingularémque virtutum omnium induit puritatem.

D. Iſid.

Pœnitentia ablutio lineæ veſtis. id eſt, humilis mẽtis ſordes extergit.

11\. *Ephod iuſti veritatem, & ſinceritatem ſignificat.*

Tertiò, ſymbolum eſſe poteſt illius ſinceritatis, & veritatis, ac ſimplicitatis, quæ in viro iuſto ſplendeſcit. Ita mihi videtur ſignificare Phil. Heb. lib. de temulentia, vbi diſtinguens duplicẽ Pontificis ſtolam, vnã lineam, ſimplicem, & candentem; alteram E ſericam, polymitam, & miro artificio variegatam: ex illa priori innocentiam ad Deum, ex hac poſteriori ſapiẽtiam ad populum interpretatur. *Debet*, inquit, *vir ſapiens & intùs in anima inuiſibili; & in externis actionibus ornatus eſſe prudentia, omni auro pretioſiori. Quoties ab humanis ſtudiis ſecedens, eum, qui eſt, ſolum adorat: debet vnicolorem veritatis ſtolam induere, quam nihil mortale attigit; eſt enim linea, quæ materia non enaſcitur è mortalibus. Rurſum quoties tranſit ad curam reip. debet alteram pictam, & aſpectu mirandam ſumere; cùm enim magna ſit in vita veritas, opus eſt varia ſapientia tenentis clauum gubernatoris.* Vbi quamuis loquatur de tunica linea pontificali, non de hac leuitica: tamẽ cùm eadem ſit vtriuſque materia, eundem vtraque

Sacerdotum innocẽtia ad Deum, & ſapientia ad populum exornans.

Veſtium candor ſinceritatem ſignificat animorum.

A poteſt ſortiri ſignificatum. Idem veſtium candor ad ſinceritatem animorum deſignandã paſſim in Scriptura inculcatur: *Omni tẽpore ſint veſtimenta tua candida*, Eccl. 9. n. 8. *Veſtimẽta autẽ eius facta ſunt alba, ſicut nix*, Matt. 17. n. 2. *Stantes ante thronum; & in conſpectu agni, amicti ſtolis albis*, Apoc. 7. n. 9 Quibus omnibus locis minimè fucati animi, ſed puri, cãdidi, ac ſinceri commendatur: vt D. Iſidor. proximè cit. aduertit.

D. Iſid.

Quartò, lineus amictus, ipſum ordinem clericalem deſignat, interprete D. Pet. Dam. lib. 2. epiſt. 10. qui per illud lumbare, ſeu amictũ lineum, de quo Deus ad Ieremiam: *Vade*, inquit, *& poſſide tibi lũbare linеũ, & pone illud ſuper lumbos tuos*, Ierem. 31. n. 1. clericalẽ ordinẽ interpretatur, duplici ſimilitudine; vna, quia B ſicut amictus lineus vicinior eſt corpori; ita & ordo clericalis Deo. Tota quidẽ Eccleſia Chriſti Domini veſtis eſt, iuxta illud: *Omnibus his velut ornamento veſtieris*, Iſai. 49. n. 18. Sed veſtis quodammodo lanea, & externa: at verò clericalis ordo, veſtis eſt linea, & interna. Nam, *Sicut lumbare*, inquit D. Petr. Dam. *intimum eſt humano corpori, & arctius adhæret, quam reliqua veſtes; ita clericalis ordo familiarius diuinis agglutinatur obſequiis, quàm cæteri homines.* Et quamuis hæc ſimilitudo non quadret in ephod lineum, quod erat, vt diximus; ſuperhumerale, vel ſuperindumentum, hoc eſt, exterior quidam amictus: tamen cùm fuerit eiuſdem materiæ cum illa tunica linea, quæ intrinſecùs adhæret, eandem cum illa ſortitur prærogatiuam. Altera, quia ſicut *Linum*, inquit Damia. C *laborioſè peruenit ad candorem; ita clerici modò literarum ſtudiis inſudando, modò per interualla temporum quibuſdam gradibus aſcendendo, difficilè promouentur ad ſacri ordinis dignitatem.*

12\. *Lineæ veſtis clericalem ordinem deſignat.* D. P. Dam.

Primò quia clericalis ordo Chriſto eſt familiarior. D. P. Dam. *Secũdò, quia laborioſè ad ſacri ordinis dignitatem clerici perueniunt.*

13\. *Sicut linum per cruciatus ad cãdorem, ita clericus per labores, ad ſacerdotalẽ ordinem perueniat.*

Addo, quia ſicut linum innumera ſui ipſius patitur detrimenta, vt perueniat ad candorẽ, ſecatur, maceratur, flagellatur, tunditur, diffringitur, pectitur, torquetur, & pluribus aliis, vt ita dicam, ſubiicitur cruciatibus; ita qui ad dignitatem, & multò magis ad ſanctitatem euaſerit clericalẽ, innumeras ſubire debet ſui corporis torſiones, mille verbera, & ieiunia: mille ſudores, & algores: mille cruces, & neces, ex quibus omnibus neceſſaria ad illud ſacri ordinis faſtigium puritas conſequatur. Nam, vt be- D nè D. Petr Chryſol. ſer. 151. *Qui non patitur, amputare non poteſt paſſiones.* Sed quid indignius, & lamentabilius, quàm quod accidit illi prophetico lũbari, quod *ad Euphratem in foramine petræ* abſconditum *computruit, ita vt nulli vſui aptum eſſet?* Ierem. 13. n. 7. Hoc planè infortunium accidit ordini clericali: ſi, quod Deus auertat, libidinum cœno immergatur. Vnde D. Pet. Dam. *Ad inſtar*, inquit, *lumbaris in humecto loco poſiti, clerici computreſcunt; dum tumidos crapula, & ebrietate ventres ingurgitant; dum illuuie ſe libidinis, & cœnoſa luxuriæ fluentis inundant: ſicque cunctis vſibus redduntur inutiles, quia quo magis videntur in carne vireſcere, eò deterius marceſcentes obſoleſcunt in ſqualentis animæ fœditate.* Atque adeò illi efficiuntur; de E qoibus Dauid: *Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis*, ſeu in voluptatibus ſuis, Pſal. 13. n. 1. In quos & illud congruit: *Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo*, Ioël. 1. n. 17.

D. Petrus Chryſol.

Sacerdotes ebrietas corrumpit.

D. P. Dam.

14\. D. Greg. *Noua ſacerdotij caſtitas in Ephod lineo adumbrata. Duplex ſimilitudo.*

Vltimò, D. Greg. hoc loco per lineam Samuelis veſtem, potius quàm laneam, intelligit noui ſacerdotij puritatem, & caſtitatem maiorem, quàm antiqui: ex duplici ſimilitudine, vna, maioris ſubtilitatis; altera, maioris candoris: quia ſicut veſtis linea ſubtilior, & cãdidior eſt; quàm lanea; ita nouum ſacerdotium caſtius, & purius, quàm vetus. *Nam ibi*, inquit, *connubij abſtinentia damnatur, hic miris laudibus colitur: illic ſacerdotes carnaliter generant, hic pudicitia detrimenta ſentire non poſſunt.* Et ſtatim: *Benè autem Samuelis veſtis linea fuiſſe perhibetur, vt noui ſacerdotij*

gloriam aperte oſtenderet, quo noua pudicitia nitoribus ſplenderet. Et paulò pôſt rectè obſeruat, Samuelem hac veſte indutum, id eſt, hac puritate mẽtis, & corporis exornatum, miniſtrare coram Domino. *Quia diuina,* inquit, *obſequia tunc benè exhibentur, cùm exhibentis perſona, carnalis voluptatis ſordibus non fœdatur.* Eandem interpretationem ſequitur Beda, ſed ex alia duplici ſimilitudine. *Lineum,* inquit, *ephod, quod de terra procreatum, longo iam exercitio ſuum peruenit ad decorem, candidiſſimam caſta carnis mortificationem deſignat.* Vbi prior ſimilitudo eſt, quia ſicut linum è carne non gignitur; ita caſtitas nullum habet cum carne commercium: poſterior, quia ſicut linum ex frequenti maceratione candeſcit; ita caſtitas ex continua mortificatione purior conſeruatur. Priorem ſimilitudinẽ rurſus inculcat idem Beda lib 3. de tabernaculo c. 8. *Accingantur,* inquit, *ſacerdotes tunicis lineis, vt caſtitatem habeant: non ſericis, non laneis, qua ex animali mortuo ſunt, ne ſcilicet caſtitas aliquid mortuum ſapiat.* Poſteriorem ſimilitudinem tradit Rodulph. citat. à gloſſa in cap. 28. Exod. *Linum,* inquit, *cum de terra naſcatur, multo labore natiuum colorem deponit; & quem priùs non habuerat, candorem aſſumit. In lino igitur caſtitas intelligitur, quia caro noſtra de immunda concepta ſemine, ſine multa corporis, & ſpiritus afflictione ad munditia honeſtatem nequaquam perducitur.* Eandem doctrinam Origen. hom. 4. in Leo. & paſſim alibi inculcat. Igitur Samuel non ſolùm iuxta externum cultum linea tonica accinctus; ſed multò magis iuxta internum, ſingulari mentis puritate exornatus coram Domino miniſtrabat.

Caſtitas Deo familiaris. — *Beda.* — *Duplex alia ſimilitudo.* — *Caſtitas nullũ habet cum carne cõmercium, & continua mortificatione acquiritur.* — *Beda.* — *Rodelph.* — *Gloſ.* — *Orig.*

Num. 19 Et tunicam paruam faciebat ei mater ſua, quam afferebat ſtatutis diebus, aſcendens cum viro ſuo, vt immolaret hoſtiam ſolemnem.

EXPOSITIO LITERÆ.

1\. *Anna pietas in parua tunica filio facienda.* — *Virg. Æneid 9.*

ET *tunicam paruam,* &c. Cernitur hîc matris erga filium pietas, & prouidentia: nam abſens tunicam filio paruam faciebat, crediderim propriis manibus; ne pietate cederet Euryali matri, quæ labore texendi filio tunicam, reliquos ſenectutis labores abſtergebat; vt ipſamet fatetur.

——Nec te tua funera mater
Produxi, preſſive oculos, aut vulnera laui,
Veſte tegens, tibi quam noctes feſtina dieſque
Vrgebam, & tela curas ſolabar aniles.

Nec reginæ Didoni, quæ veſtes ſuis manibus Æneæ laborauit, iuxta illud Æneid. 11.

——Quas olli læta laborum
Ipſa ſuis manibus, quondam Sidonia Dido
Fecerat, & tenui telas diſcreuerat auro.

Nec præterea Troianæ Andromachæ, quæ Aſcanio Phrygiam chlamydem obtulit ſuis manibus confectam, dicens 3. Æneid.

Accipe, & hæc, manuum tibi quæ monumenta mearum
Sint puer, & longum Andromaches teſtentur amorem.

Simile exemplum matris ſanctiſſimi Cythery. — *D. Paulin.*

Imò Annã imitata fuit mater Cytherij viri ſanctiſſimi, quæ filium ab infantia Deo conſecratum, & in templo nutritũ veſte ſuis manibus contexta, & confecta induebat. vt D. Paul. ep. 42. ligatæ orationis ad eundem Cytherium deſcribit, componens eum cum Samuele, & eius parentes cum Anna, & Elcana. Vbi ſic procedit Iambicis, trimetris, ac dimetris.

Samuel & iſte creuit in templo Dei,
Nunc agnus, & paſtor: dehinc
Contexat illi ſedula matris manus
Ephod ſtatura congruum, &c.

Et longiorem Cytherij cum Samuele proſequitur ſimilitudinem. Dicit autem, *contexat* pro *contexuit,* ſeu *contexebat*; poetico planè ſchemate factum indicans, quod faciendum poſtulabat. Nam pia mater filio in domo Dei creſcẽti tunicas ſubmittebat, quæ erat illius prouidentia; & ſuis manibus confectas, quæ erat illius pietas. Sed & mater ſancti Edmundi Archiepiſcopi Cantuarienſis, filio ſuo dum puer in Pariſienſi Academia verſaretur, linea quidem indumenta; & inter ea, cilicia mittere ſolebat: valdè ſolicita, ne filius magis tenerum corpus excoleret, quàm iuueniles appetitus edomaret. Et quidem ſui voti compos facta eſt. Nam Edmundus maternis illis documentis inſtructus, tantam in puritatem excreuit, vt illibatam ad extremum ſpiritum virginitatem conſeruarit, auctore Surio in 6. tomo die 16. Nouembris. Tandem beatiſſima Virgo tunicam illam incõſutilem, qua Chriſtus Dominus vtebatur, nec vnquam exuit, niſi pro nobis flagellandus, & crucifigẽdus, ſuis manibus confecit, vt Euth. ex Patrum traditione commemorat. Cui noſtri interpretes Salm. Maldon. & Barrad. aſſentiuntur. Quamuis aliquis ex illis verbis, *deſuper contexta per totum,* Ioa. 19. n. 23. è cælo, ſeu ab Angelis confectam, magis piè, quàm ſolidè contempletur. Igitur Anna tunicam paruam Samueli faciebat, nõ ſemel, vt videtur ſignificare Vatabl. ſed ſæpiùs; illud enim, *faciebat,* non vnicum actum, ſed conſuetudinem importat.

Maius exemplum matris S. Edmundi. — *Surius.* — *Chriſti tunicam inconſutam B. Virgo ſuis manibus confecit.* — *Euthym.* — *Salm.* — *Maldon.* — *Barrad.* — *Non ſemel Anna paruã tunicam filio faciebat.* — *Vatabl.*

2\. *An hæc tunica ab Ephod diſtingueretur.* — *Prima ſententia affirmatiua.* — *D. Hier.* — *Hel. Cret.* — *Diſcrimen inter Ephod, & diploidẽ.* — *Aquila.* — *Symmach.* — *Lorin.* — *Vatabl.* — *Angelom.*

At quæ tonica hæc erat; ipſúmne Ephod lineum, quo puer in templo miniſtrabat? An alia vulgaris veſtis, qua etiam extra miniſterium ſacrum vtebatur? Hæc poſterior pars colligitur ex fonte, vbi diuerſa nomina ponuntur אפוד *Ephod*, & מעיל *meghil*, tanquam diuerſarum rerum ſigna: item ex Græco eandem nominum diuerſitatem habente, *ἐφὼδ*, & *διπλοΐδα*, atque ita legunt D. Hier. in epiſt. 130. ad Marcellam, & Hel. Cret. in orat. 1. Nazianz. circa medium, vbi diſcrimen conſtituens inter Ephod, & diploidẽ, dicit, hanc fuiſſe apud Iudæos genus quoddam veſtis ſacerdotalis; apud nos autem pontificale pallium: illud autem eſſe eximium indumentum, vt Aquila tranſtulit; aut penulam paruam, vt tranſtulit Symmachus: itaque quidquid ſit de propria vtriuſque veſtis notione, certè Helias vtramque diſtinguit. Et confirmatur, quia diplois ſignificat veſtem podêrem, ſeu talarem, vt Lorin. in Pſ. 108. n. 29. ſentit: at verò Ephod veſtem breuiorem, & contractiorem, quæ ad talos minimè dimittatur. Idem ſentire videtur & Vatabl. transferens pro tunica parua, *interulam*; hoc eſt, interiorem tunicam, atque adeò ab Ephod, quod erat, vt diximus, ſuperhumerale, ſeu ſuperindumentum, ſeu pallium, & exterior veſtis, differentem. Angelomus quoque hæc indumenta diſtinguit, dum illa diuerſarum rerum ſymbola conſtituit; illud quidem ephod caſtitatis, & continentiæ cum bonis operibus coniunctæ: hanc autem tunicam paruam facilis doctrinæ, qua rudes credentium animi imbuantur.

3\. *Abul.* — *Secunda ſententia negatiua.* — *D. Aug.* — *Confirmatur primò.* — *Confirmatur ſecundò.*

Illa verò prior pars placuit Abulenſi affirmanti, hanc tunicam paruam, eſſe ſtolam Leuitarum, & ephod lineum, in quo Samuel miniſtrabat. Imò & D. Auguſt q. 41. in Iudices, dicenti, matrem Samuelis feciſſe filio ſuo, ſicut legimus, Ephod lineum; cùm autem non legamus feciſſe ei niſi hanc tunicam paruam; planè illam ab ephod lineo non diſtinguit. Et confirmatur primò, quia ſic litera meliùs nectitur: nam cùm præceſſiſſet ſermo de Ephod, & ſtatim ſequatur de parua tunica, videtur hæc eum cum illo coincidere, ſeu hæc eſſe deſcriptio illius: quaſi diceretur, Samuel miniſtrabat accinctus ephod, quod erat indumentum paruum, & quod illi mater ſua afferebat. Secundò, quia pro tunicâ paruâ,

Chald. Symm.

parua eſt in Hebræo מעיל קטן *meghil cathon*, quod Latinus interpres Chald. Paraphr. & Interlin. in Bibliis Regiis vertunt, *pallium paruum.* quo nomine ipſum quoque Ephod à Symmacho in Sixtianis Bibliis appellatur. Vnde non ſolùm pro ſtaturâ pueri dicitur hæc tunica parua, ſed etiam abſolutè; nam ephod etiam in viris erat tunica parua, renes tàtùm attingens, ad talos non decurrens: ergo cum vtrumque indumentum paruum pallium appelletur, non eſt cur vnū ab alio diſtinguatur. Tertiò, quia *meghil*, quod hìc pro tunicâ paruâ ponitur, erat *ſuperior tunica*, vt D. Hier. in epiſt. illa 130. ad Marcellam, & Hebræi apud Lorin. citatum interpretantur, quæ ſuper alias veſtes induebatur, eaſque ſuo ambitu contegebat: atqui Ephod, eodem D. Hier. interprete, etiam erat ſuperius pallium, cæteris veſtibus ſuper indui ſolitum; ergo non erat ab illâ tunicâ diſtinctum: neque enim duplex veſtis cæteris ſuperior, & exterior diſtingui poteſt. Vltimò, quia licet tempore Salomonis darentur Leuitis ſtolæ byſſinæ ex ſumptu regio, quibus in templo miniſtrarent, vt Ioſep. lib. 8. antiq. c. 2. teſtatur: tamen ante illud tempus aut nullę erant propriæ veſtes Leuitarum, nempe in deſerto: aut certè poſt ingreſſum terræ promiſſionis ſuas ſibi quiſque veſtes comparabat: de qua re plura Abul. Vnde ne Samuel diuino miniſterio deeſſet; mater illi de veſte Leuitica diligenter prouidebat. Iſid. Clar. non declarat, fueritne hęc tunica Leuitica, an vulgaris: ſolùm dicit afferri ab Anna in magnis ſolemnitatibus, vt illa tunc Samuel vteretur; illiſque finitis in domum referri. Quod vltimum non video, vnde colligat.

Confirmatur tertiò. D. Hier. Lorin. D. Hier. *Confirmatur vltimò.* Ioſeph. Abul. Iſid Clar. *Iſidor. Clarius refellitur.*

4. *Vtraque ſententia attéperatur.* Caiet.

Ex his ſententiis extremis in neutram ſeorſim mihi videtur abeundum; ſed vtramque inter ſe attemperādam. Sentio igitur Annam de omnibus ad veſtitum neceſſariis filio diligẽter prouidiſſe. Nam, vt Caiet. hoc loco, *Onus*, inquit, *veſtiendi puerum Deo dicatum, apud parentes manebat.* Quare tam veſtes, quibus in templo miniſtrabat, quàm quibus extra templum vtebatur, ſedula mater afferebat; nunc has, nunc illas, prout Samuel indigeret: ne aut ſacris miniſteriis propter Leuiticę veſtis inopiam deeſſet, aut in publicam lucem, & vulgare cum cæteris hominibus cõmercium, humiliori, quàm par eſſet, indutus habitu veniret. Cui ſententiæ mihi videtur ſubſcribere Carthuſ. dum hanc paruam tunicam pro toto Samuelis veſtitu accipiendam eſſe interpretatur. Quæres, fuerítne illa tunica ſutilis; an textilis? Textilem ſignificat D. Paulin, ſuprà citatus: ſutilem communior vſus fert. Vtro de genere fuerit, incertum; quamuis de vtroque eſſe potuit.

Fueritne illa tunica ſutilis, an textilis. D. Paulin.

5. *Anna pietas erga filium.*

Quam afferebat, &c. Hîc etiam Annæ pietas erga filium, & religio erga Deum non vulgariter elucet. Pietas quidem erga filium, quia non ſolùm ſuis manibus veſtem faciebat, ſed etiam ſuis pedibus deferebat. Non enim ſibi videbatur explere parẽtis munus, mittendo veſtem, ſed etiam afferendo: vt & filij corpus lautis veſtibus excoleret, & animum ſalutaribus documentis præſens erudiret, ſuóque aſpectu ad diuinum cultum vehementiùs incitaret. Ipſaque viciſſim ex aſpectu illius incitaretur. Quid mirũ, ſi adeò in virtutibus profecerit Samuel, qui habuerit matrem virtutum omnium magiſtram, & hortatricem. *Ochezias*, inquit Scriptura, *ingreſſus eſt per vias domus Achab: mater enim eius impulit eum, vt impiè ageret*, 2. Paral. 22. n. 3. Vbi Theodor. *Æmulatus eſt*, inquit, *impietatem patris: habuit enim magiſtram ſceleratiſſimam matrem.* Si igitur Athaliæ peſſima doctrina tantum valuit ad impietatem filij Ochoziæ; quid mirum, ſi egregia Annæ documenta plus valuerint ad Samuelis ſanctitatem?

Matris exemplum, filiorū magiſterium. Theod.

6. Religio verò erga Deum, quia ipſa quidem in tabernaculo Domini filium inuiſebat; nunquam tamen inde domum propriam reuocabat. Quod rectè ponderauit D. Chryſ. lib. 2. aduerſùs vituperatores vitæ monaſticæ, poſt medium. *Anna*, inquit, *vnum filium ſuum cum partu edidiſſet, nec alium iam ſe ſperaret parituram; id ſolùm tempus eum apud ſe morari permiſit, quo lacte nutriri opus habuit. cum verò non iam huiuſmodi indiguerit alimento, ſumptum ſtatim obtulit Deo: nec iam, vt paternam domum reuiſeret, orauit, ſed ſemper in Dei templo ille morabatur: eúmque ſi quando illa videre cupiuiſſet, quippe mater, non ad ſe conuocabat filium, ſed ad illum vna cum patre aſcendebat; illo reuera tanquam donario Dei iam conſecrato abſtinens.* Quam vltimam ſententiam hom. 2. de Anna latiùs expendit. Tantùm enim abfuit Anna, vt filium in domum propriam reduceret, vt potiùs ſacrilegium arbitraretur, ſi eum è tabernaculo euocaret. Sicut enim; qui phialas, pocula, aliáque vaſa aurea Deo conſecrant; ea poſtea, è templo in domos ſuas retrahere non audent; & à ſacris miniſteriis in profanos vſus commutare maximè reformidant; ne ſacrilegia incurrant: ita Anna filium Deo conſecratum, ad patrios lares reducere non audebat, ne ſacrilegij rea cenſeretur. Addit D. Chryſoſt. non ſolùm res ſacratas, ſed etiam ſacrandas magno in honore, & obſeruantia haberi ab iis, qui eas in poſterum oblaturi ſunt, quaſi ex ſolo conſecrandi propoſito, quædam veluti ſanctitas in res conſecrandas refundatur, ob quam maximo honore dignæ habeantur: atque ita Annam non modò dicatum iam Deo filium, ſed etiam dicandum tanto in pretio, & reuerentia habuiſſe, vt profanas ab eo tangendo manus abſtineret. Quod ſi ſacrandum tangere non audebat, quo pacto ſacratum profanaret.

Anna religio in Deum, dicatum Deo filium in domum propriam non reducit. D. Chryſ.

D Chryſ. *Non ſolùm res Deo dicatas, ſed etiam dicanda magno in honore, & obſeruantia habenda.*

7. *Quibus diebus Anna paruam filio tunicam attulerit.*

Statutis diebus, &c. Sicut in prioribus factis Annæ pietas, & religio illuxit; ita in hac temporis circunſtantia non parùm eius prudentia ſplendeſcit, vt ſtatim patebit. In Hebræo eſt, מִיָּמִים יָמִימָה, *miiamim iamimach*, hoc eſt, *a diebus in dies*: & ſic vertunt Sept. ἐξ ἡμερῶν εἰς ἡμέρας, id eſt, *ex diebus in dies*, Chaldæus, *à tempore ſolennitatis ad ſolennitatem.* Pagnin. *annuatim.* Vatabl. *ſingulis annis.* Omnium ſenſus eſt, Annam ſolitam venire in tabernaculum, & afferre tunicam filio ſuo, per ſingulos annos, non quidem ſemel in anno: ſed quoties aſcendebat cum viro ſuo, vt immolaret hoſtiam ſolemnem: ſeu, vt eſt in Hebræo, & Græco, *hoſtiam dierum*, hoc eſt, hoſtiam anniuerſariam: ſeu, vt vertit Chaldęus, *hoſtiam ſolemnitatum*, quæ ſcilicet diebus ſolennibus offerri conſueuerat: quales fuerunt, vt exprimit Hugo Card. & nos c. 1. n. 4 explicauimus dies Paſchæ, Pentecoſtes, & Scenopegiæ. Textus Gloſſæ Ordinariæ adiunctos addit, aſcendere Annam in tabernaculum, non ſolùm vt immolaret hoſtiam ſolennem, vt habent alia exemplaria; ſed etiam *votum ſuum*: atque ita legit, & explicat Abulenſ. non eſſe hîc ſermonem de illis tribus diebus lege ſtatutis, ſed de aliis voto determinatis, in quibus Anna aliquod Deo ſacrificium offerre in gratiarum actionem pro Samuelis natalitio promiſiſſet: aut ſi de illis legalibus feſtis ſermo eſt, quod ipſe tandem probabilius credit, in iiſdem Annam præter ſolemnem hoſtiam obtuliſſe aliam, ad quam ex voto tenebatur. Credibile hoc eſt, & ab Annæ pietate, ac religione non alienum. Nihilominùs cum illud additamentum, *votum ſuum*; neque in Hebræo, neque in Græco, neque in Latinis exemplaribus correctioribus inueniatur; non eſt cur temerè affirmetur.

Septuag. Chald. Pagnin. Vatabl. Chald. Hug Card. Gl. Ordin. Abul.

8. *Anna prudentia filium Deo tum dedicat.*

Igitur Anna ter per ſingulos annos in ſolennibus feſtis Samuelem prædictū cum munere inuiſebat. Vnde eius prudentia dupliciter colligitur. Primò, quia non frequenter, ſed per interualla, quantum

...natū non frequenter, ſed per interualla inuiſentes. Secularium, etiam cognatorum frequentes confabulationes fugiant religioſi.

ſatis erat diſtantia, veniebat filium inuiſura, ne illum A à diuinis miniſteriis interturbaret. Diſcant hinc parentes ſimilem erga religioſos filios prudentiam: ne illos frequenter adeant, & crebris fabulationibus fatigent, & à ſanctæ contemplationis otio vel paululùm auertant. Tales enim fabulationes, ſunt deceptiones; iuxta illud: *Narrauerunt mihi iniqui fabulationes*, Pſalm. 118. n. 85. ſeu, vt habent Maioreræ: *Struxerunt mihi foueas.* Vnde ſubdit Propheta: *Declinate à me maligni, & ſcrutabor mandata Dei mei*, num. 115. ſeu, vt eſt in Hebræo, *& cuſtodiam.* Quaſi mandata diuina in cōſortio profanorum hominum nequeant à religioſis hominibus cogitari, & multò minus cuſtodiri. Quare D. Ephrem tractat. de varia doctrina, c. 13. religioſum hominem ita inſtruit: B *Admone*, inquit, *parentes, atque conſanguineos tuos carnales, ne te frequentent: dum enim illi coram te, quæ ad te non pertinent, loquuntur, diſtrahunt mentis in te officium: ſimul te etiam incontinentem ſua doctrina, vel exemplo reddent. Verùm ſatis eſt ſemel, vel bis in anno ab illis viſitari. Si verò inutilem eorum conuerſationem penitus præſcideris, melius ages.* Nec immeritò. Nam tales externorum hominum fabulationes, vt benè notat D. Bern. epiſt. 351. dum religioſi hominis *aurem implent, euacuant mentem.* Secundò, quia aſcendebant ad videndum filium in diebus feſtis. Atque adeò non ex primario inſtituto; ſed quaſi aliud actura, nempe vt immolaret hoſtiam ſolemnem; ne tam propter filium viſendum, quàm propter Deum venerandum C aſcendere in tabernaculum videretur. Quare materno, ac naturali erga filium amori diuinus, & ſupernaturalis erga Deum amor præcurrebat.

D. Ephr.

D. Bern. *Anna prudentia filium in diebus feſtis inuiſentis.*

Num. 20. Et benedixit Heli Elcanæ, & vxori eius, dixitque ei: Reddat tibi Dominus ſemen de muliere hac, pro fœnore quod commodaſti Domino. Et abierunt in locum ſuum.

EXPOSITIO LITERÆ.

1. *Antea impertita benedictio per recapitulationem hic narratur.* Abul.

ET benedixit, &c. Abulenſ. tenet hanc benedictionem antea fuiſſe impertitam, eum nimirum Samuel oblatus eſt, c. 1. à n. 24. & poſtea per recapitulationem hîc narratam. Nec ab illo diſſentio: tum quia hæc benedictio debuit impertiri ſtatim, vbi eā parentes, oblato filio, meruerūt: quod antea factum fuerat, ne præmium differretur: & narrari, cùm eius benedictionis effectus erat aperiendus, quod fit hoc loco, vt eius efficacitas cerneretur: tum quia hæc figura frequens eſt in ſacris literis. Exemplum ſit Apoc. 20. num. 12. Vbi Ioannes, *Iudicati*, inquit, *ſunt mortui, ex his, quæ ſcripta erant in libris ſecundum opera eorum: & dedit mare mortuos, qui in eo erant, & mors, & infernus dederunt mortuos ſuos.* Vbi videre eſt, reſurrectionem quæ iudicium antecedit, per recapitulationem poſt iudicium narrari. Fateor quidem dixiſſe D. Hier. in c. 30. Ezech. ad finem, in ſolis Prophetis, non autem in libris hiſtoricis præpoſteras narrationes per anticipationem, & recapitulationem reperiri. Sed videtur is fuiſſe memoriæ lapſus, bona venia ſanctiſſimi doctoris. Nam etiam in hiſtoricis libris frequens eſt huius figuræ vſus. Vnde cum Geneſ. 10. n. 5. & 20. & 31. dicantur poſteri Noë diuiſi ſecundùm linguas ſuas: tamen c. 11. ſequenti, n. 1. ſubditur: *Erat autem terra labij vnius, & ſermonum eorundem.* Vbi D. Aug. q. 20. aſſerit, non aliter hoc poſſe intelligi, quàm per recapitulationem, ita vt quod prius fuerat, poſteriùs narrari cenſeatur. Lege eundē D. Aug. q. 14. & 25. & 55. & 87. in Gen. vbi ſimi- A lia exempla in eandem ſententiam interpretatur.

Recapitulatio in ſacris literis frequens.

D. Hier. *Non ſolùm in Prophetis, ſed etiam in aliis ſacris libris anticipationes ſūt, & recapitulationes.*

D. Auguſt.

2. *Benedictio quondam voce fiebat, & geſtu. Solemnia eſſe benedictionis verba quidā exiſtimant.* Lyran.

Duo ſūn. hoc loco explicanda. Quomodo olim fieret, & à quo fieret benedictio? Quod ad primum attinet. Benedictio voce fiebat, & geſtu. Voce quidē, quia aliqua verba proferebantur, quibus benedicens benedicendo benè precabatur: ſolemnia ne, an arbitraria, dubitabis. Hebræi apud Lyran. loco ſtatim citando, ſolennia fuiſſe dicunt; idque eruunt ex illis verbis Dei ad Abrahamū: *Eriſque benedictus*, Gen. 12. n. 2. ſeu, vt eſt in Hebræo: *Eriſque benedictio*, hoc eſt, vt ipſi explicant, nomen tuum ingredietur ſolemnem benedicendi formam, qua populus benedicetur: vt non ſolùm ſis in te ipſo benedictus, ſed etiam benedictio, ſeu ratio, & forma per quam alij benedicantur. Eamque formam in hūc modum B conſtituunt, *Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob benedicat tibi.* Quibus verbis petebatur, vt qualis fuerat Abraham, talis fieret benedicendus, vt declarat Oleaſt. additque hac ferè benedicendi forma vſum fuiſſe Iſaac, cùm dicit ad Iacobum: *Det tibi Deus benedictionem Abrahæ*, &c. Gen. 28. n. 4. & ipſum Iacobum, cùm dixit ad nepotes ſuos: *Inuocetur ſuper eos nomen meum; nomina quoque patrum meorum, Abraham, & Iſaac*, Geneſ. 48. n. 16. Quaſi hi Patres felicitatem Abrahæ ſuis poſteris precarentur, qua nullam in hac vita maiorem arbitrabantur.

Solemnis benedictionis forma.

Oleaſt.

3. Abul. *Omnis noſtra benedictio in Chriſto, & per Chriſtū.*

Nihilominus Abulenſis negat hanc fuiſſe ſolennem benedicendi formā; additque fortè Iudæos in ea deſignanda mentitos eſſe. Et rectè; quia non vi- C deo illā ſub illis verbis, quibus fingitur, ab antiquis Patribus vſurpatam. Rectiùs hoc de Chriſto Domino in lege gratiæ dicetur, à quo, & per quem omnis benedictio impertitur. Vnde ſemper Eccleſia per Chriſtum Dominum noſtrum; & omnes benedictiones impertit, & omnia bona precatur. Quod ab ipſo Chriſto Domino documentum accepit: *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis*, Ioann. 16. n. 23. Ad quem locum egregiè Rupert. lib. 12. *Salutaris*, inquit, *mos, & Catholica hac more ſanctæ Eccleſiæ orandi regula eſt, vt in omni oratione, quam ad Patrem dirigit, ſubiungat: Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum Quia videlicet præter hanc nulla via, nulliuſque eſt aliud oſtium, ad quod reſpiciens efficaciter* D *dicat: Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo*, Pſalm. 140. n. 2. *Solum huius vnigeniti Filij Dei nomen, quod eſt Ieſus Chriſtus, neceſſarium vniuerſæ orationis eſt vehiculum; quo in cælum directo curſu perlata conſiſtat ante Patris conſpectum, ſaluteinque de ſinu eius, & gratiam ſugere valeat remiſſionis peccatorum.* Quare illa Hebræorum exiſtimatio de nomine Abrahami veteres benedicendi formas ſemper ingredientis, ſi vera eſſet, ſolùm in figuram Chriſti Domini quadrare potuit Abrahamo.

Chriſti nomē noſtræ orationis vehiculum. Rupert.

4. *Solemnis ſacerdotalis benedictionis forma.*

Aliam igitur benedicendi formam Deus olim Sacerdotibus inculcauit: *Et benedicetis*, inquit, *filiis Iſrael, & dicetis eis: Benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te. Oſtendat Dominus faciem ſuam tibi, & miſereatur tui. Conuertat Dominus vultum ſuum ad te,* E *& det tibi pacem*, Numer. 6. à num. 23. Quibus verbis omnia bona ſpiritualia, ac temporalia illis precabantur: præſertim, interprete Theodor. q. 11. ipſius aduentum Meſſiæ, qui erat bonorum omnium fons, & origo: omnium item apex, & corona: Meſſiam verò intelligit per illa verba, *faciem ſuam*, &, *vultum ſuum.* Eſt enim Chriſtus Dominus, æterni parentis tanquam facies: quia ſicut per faciem vir; ita per Chriſtum Dominum æternus parens agnoſcitur. Vnde poſtquam dicitur: *Oſtendat Dominus faciem ſuam tibi*; rectè ſequitur, *& miſereatur tui. Nam*, vt benè Theodoret. *miſericordiæ plena eſt Dei, atque Saluatoris noſtri diſpenſatio ſecundum carnem.* Et congruenter iterum poſt illam

Theod. *Chriſti aduentus omnis benedictionis finis.*

Chriſtus æterni Patris facies.

precatio

precationem: *Conuertat Dominus vultum ſuum ad te,* additur, *& det tibi pacem.* Nam Chriſtus, inquit Theod. ex Paulo, Epheſ. 2. n. 14. *eſt pax noſtra,* &c. in qua omnia bonorum genera continentur.

5. *Varia benedicendi formula à ſanctis Patribus vſurpata.*

Fateor quidem ſolemnem benedicendi formam hâc fuiſſe, cùm ab ipſo Deo expreſsè præſcribatur: addo tamen alias quoq; ab antiquis Patribus vſurpari ſolitas. Nam aliquando benedicebant, precãdo ipſámmet benedictionem in actu ſignato, vt loquuntur: *Super populum tuum benedictio tua,* Pſ. 3. n. 9. *Benedictio Domini ſuper vos,* Pſ. 128. n. 8. *Benedicat te Dominus ex Sion,* Pſ. 133. n. 3. Aliquando verò precando ipſam benedictionem in actu exercito, hoc eſt, ipſa bona, quæ benedictionis nomine ſignificabantur. Sic Iſaac ad Iacobum: *Det tibi Deus de rore cæli,* &c. Geneſ. 27. n. 28. Moyſes ad Ruben: *Viuat Ruben, & non moriatur,* Deut. 33. n. 6. Sic Heli ad Elcanam hoc loco: *Reddat tibi Dominus ſemen de muliere hac.* Ruſus aliquando benedicebant non tam precando bona futura, quàm præterita gratulando. Sic Melchiſedech ad Abraham: *Benedictus Abram Deo excelſo, qui creauit cælum, & terram: & benedictus Deus excelſus, quo protegente hoſtes in manibus tuis ſunt,* Gen 14. n. 19. & 20. Vbi nullum à Deo beneficium precatur denuò conferendum, ſed acceptum Abrahæ victori gratulatur. Aliquando tandem benedictiones impertiebant, non tam hominem, cui bona optantur, ſed Deum, à quo petũtur, benedicẽdo. Sic Noë ad filium Sem: *Benedictus Dominus Deus Sem,* Gen. 9. n. 26. Quo benedictionis genere mihi videtur vſus Noë, triplici de cauſa. Vna, vt oſtenderet virtutem, propter quam filium benedicebat, non tam filio, quàm Deo tribuẽdam, à quo bona cuncta procedunt. Altera, quia iuſtus, qualis erat Sem, nũquam ſe credit maiori benedictione donatum, quam cùm videt ſui cauſa Deum ab hominibus benedictum. Tertia, quia benedicẽdo Deum propter aliquem maiora ab ipſo Deo beneficia eidem conferenda impetrantur. Vt D. Chryſ. hom. 29. Gen. ad hæc verba: *Benedictus Dominus Deus Sem,* rectè expendit: *Hoc fortè,* inquit, *quis dixerit, non eſt benedicere Sem. Imò valde benedixit illum. Quãdo enim Deus benedicitur, & aguntur illi gratiæ ab hominibus: tunc vberior ab illo ſolet iſtis benedictio dari, propter quos ipſe benedicitur. Itaque benedicens Deum, debitorem ipſum facit maioris benedictionis.* Ex his conſtat non fuiſſe apud Hebræos vnam vocalem, ſeu verbalem benedicendi formam, ſed alias, atque alias pro benedicentium pietate, & benedicendorum neceſſitate vſurpatas.

Non tam hominẽ, quàm Deum benedicendo, dabatur aliquando benedictio.

Triplex huius rei cauſa.

Concluditur fuiſſe apud Hebr. plures benedicendi formas.

6. *Quadruplex manuum cõpoſitio in benedictionibus impertiendis.*

Atque hæc de voce. Benedicentium geſtus nulla alia parte corporis, quã manibus, mihi videtur exprimi conſueuiſſe. Nam immoto corpore ſolæ manus, ad benedicendum mouebantur. Quadruplex igitur fuit hæc manuum ad benedictionem impertiendam compoſitio. Prima, manuum eleuatio in cælum. Ita Chriſtus Dominus in cælum coram diſcipulis aſcenſurus: *Eleuatis manibus ſuis benedixit eis,* Luc. vlt. n. 50. Secunda, manuum extenſio ad populum. Sic Aaron: *Extendens manum ad populum benedixit ei,* Leuit. 9. n. 22. Tertia, manuum impoſitio ſuper capita benedicendorum. Ita Chriſtus D. iubebat paruulos venire ad ſe: *Et imponẽs manus ſuper illos, benedicebat eos,* Marc. 10. n. 16. Quarta, manuum tranſpoſitio, ſeu in crucis formam commutatio. Sic Iacobus: *Extendens manum dexteram poſuit ſuper caput Ephraim minoris fratris; ſiniſtram autem ſuper caput Manaſſe, qui maior natu erat, commutans manus, benedixitque,* Gen 48. n. 14 In qua vltima manuum compoſitione, & in crucis formam commutatione D. Iſidor. ibi Rupert. lib. 9. in Geneſ. c 14. D. Ioan. Damaſc. lib. 4 fidei, c. 12. Tertul. lib. de Baptiſ. c 8. & alij Chriſti D. crucem agnouêre; per quam futurum erat, vt res omnes in Eccleſia benedicerentur, vt D. Chryſ. ſerm. de adorat. crucis, qui eſt vltimus in 1. tom. D. Aug. tract. 118. in Ioannem ad finem, D. Cypr. ſerm. de Bapt. ſub initium, & ſerm de paſſione ad finem, & poſt illos Greiſerus noſter lib. 4. de cruce, c. 33. teſtantur. Et eandem crucem repræſentabat illa manuum in cælum eleuatio, quam dicunt aliqui fieri ſolitam ad quatuor cæli plagas; in quibus quædam crucis ſimilitudo exprimebatur. Hæc de primo dubio.

In Chriſti D. cruce omnia benedicenda.
D. Iſid.
Rupert.
D. Ioan. Dam.
Tertull.
D. Chryſ.
D. Aug.
D. Cypr.
Greiſer.

7. *A Sacerdotibus olim benedictio impertiri conſueuit.*

Quod attinet ad ſecundum. A quibus olim benedictio impertiri conſueuerit? Dico in primis à Sacerdotibus; tam in lege naturæ, vt patet in Melchiſedech benedicẽte Abrahæ, Gen. 14. n. 19. quàm in lege ſcripta, vt patet in Aarone, ad quem pertinebat, *fungi ſacerdotio, & habere laudem, & glorificare populum ſuum,* Eccleſiaſt. 45. n. 19. ſeu, vt eſt in Græco, *benedicere populum ſuum,* & in Simone filio Oniæ Sacerdote magno: *Qui manus ſuas extẽdit in omnem congregationem filiorum Iſrael, dare gloriam Deo,* Eccl. 50. n. 22. ſeu, vt ex Græco elicitur: *Ad dandam benedictionem Dei.* ac denique in cæteris Sacerdotibus, iuxta illud Dei ad Moyſen: *Loquere Aaron, & filiis eius, ſic benedicetis filiis Iſrael,* Num. 6. n. 23. Ex quibus locis patet, benedicendi munus ad Sacerdotes pertinere.

8. *Sacerdotis etiã indigni benedictio ſuum ſortitur effectum.*

Eſt autem ſacerdotalis benedictio tantæ efficacitatis, vt etiam per indignos Sacerdotes facta ſuũ ſortiatur effectũ: vt patet in Heli hoc loco, qui cùm Elcanæ benedixerit, quamuis indignus, tamen ſtatim, vt habetur num. ſequenti, *viſitauit Dominus Annam,* &c. Quod factum eſt primò, propter ipſius Annæ meritum. Ita docet Auctor quæſt. ex vtroque Teſtamento mixtim, qui nomine D. Auguſt. in quarto eius operũ tomo circumfertur, quæſt. 109. *Heli inquit, Sacerdos Annam benedixit; & proſequutus effectus eſt: non vtique merito Sacerdotis, ſed ipſius Annæ, cuius mundum cor inſpexit Deus.* Secundò, propter ipſius ſacerdotij priuilegium. Ita ſentit D. Pet. Damian. epiſt. 16. ad Henricum Rauennæ Antiſtitem, quæ appellatur, *Liber gratiſſimus,* & in tom. 3. Bibl. ſecundæ editionis continetur, c. 18. ad finem: *Quis,* inquit, *Heli Sacerdotem neſciat reprobum; & tam pro lenitate ſua, quam pro liberorum effrenata licentia diuinæ animaduerſionis ſententia condemnatum? Eius tamen benedictione non fuit ſterilis vterus Annæ; cui nimirum fœcunditatem imprecatus eſt vulua.* Et paulò pòſt: *Hanc itaque benedictionem efficacem reddit, non meritum hominis, ſed officium Sacerdotis; & quod non habebat cauſa miniſtri, virtus exhibuit miniſterij.* Tertiò propter nomẽ Domini, quod in ea benedictione includebatur; vt patet tam ex hoc loco: *Reddat tibi Dominus,* &c. quàm ex loc. cit. Num. *Benedicat tibi Dominus,* &c. Et ſtatim additur: *Inuocabúntque nomen meum ſuper filios Iſrael, & benedicam eis.* Vbi patet benedictionem quidem à Sacerdote procedere, benedictionis tamen effectum ab ipſo Deo emanare. Quod ibi Procop. obſeruat: *Vidéſne,* inquit, *quòd nomen Domini non os precantis bonas precationes confirmat? Quocirca rata etiam erit imprecatio ea, quæ à peccatore fuerit enunciata.*

Auct. qu. ex vtroque Teſt.
Benedictionẽ Heli efficacẽ reddit primò Annæ meritum
D. P. Dam.
Secundò, ſacerdotij officium, & dignitas.
Tertiò, Dei nomen in benedictione incluſum.
Procop.

9. *Benedictio à parentibus impertiri ſolita.*

Dico præterea benedictionem impertiri ſolitam à parentibus; vt patet in Iſaac, Geneſ. 27. à n. 28. & in Iacobo, Geneſ. 49. à n. 3. Deinde à Prælatis, vt patet in Moyſe, Deuter. 33. à n 6. & in Ioſue, cap. 8. n. 33 & c. 22. n. 6. & in Dauide, 2. Reg. 2. à n. 5. & 2. Reg. 6. n. 18. & in Salomone, 3. Reg 8 n 14 Tandem à ſenioribus, dignioribus ac melioribus, iuxta illud Apoſtoli: *Sine vlla contradictione quod minus eſt, à meliore benedicitur,* Hebr 7. n. 7. intellige à meliore *in munere*, non *in moribus*. Quod ſi Auct. ille quæſt. ex vtroque Teſtamento mixtim, quæſt. 109. falsò dictus Auguſtinus, diſtinxiſſet; tam abſurdam

Deinde à Prælatis.
Tandem à ſenioribus dignioribus.
Auct. qu. ex vtroque Teſt.

in opinionem non exceſſiſſet. Nam hîc Auctor ingenuè confeſſus ex Apoſtolo, minus à meliore benedici, deinde nihil dubitans ex Geneſ. 14. n. 19. Abrahamum à Melchiſedech benedictum; rectè concluſit, Melchiſedech fuiſſe Abrahamo meliorē. Atque hactenus quidem benè: ſed deinceps tantam recognoſcens in Abrahamo ſanctitatē, vt nullam in puro homine maiorem arbitraretur, abſurdam in opinionem erupit, Melchiſedech, cùm melior fuerit Abrahamo, non hominē, ſed ſupra hominē fuiſſe; nimirū tertiā ſanctiſſimæ Triados perſonam. Quod multis nititur argumentis ſuadere.

Melchiſedech non hominem, ſed Deum quidam falsò dicunt.

10\. Sed hæc opinio tantum abeſt vt ſit Aug. vt potiùs ab eo libro de hæreſibus, hæreſi 34. inter hæreſes numeretur. Propoſitum verò argumentum, quo nititur, vt alia interim omittam, facilè corruit. Quia quamuis D. Paulus in benedicente maiorem ſanctitatem moralem requireret, quàm in benedicto, adhuc nihil efficeret ille Auctor; quia illā profectò habere poſſet Melchiſedech, etiam purus homo, nullus enim tam ſanctus inter puros homines eſſe poteſt, vt alius à Deo ſanctior effici nō poſſit. Præterquam, quòd Apoſtolus non loquitur de meliore in moribus, vt diximus, ſed in munere: qualis fuit Melchiſedech, Sacerdos Dei altiſſimi. Et quāuis Abraham Sacerdos fuerit, vt patet ex ſacrificijs, quæ fecit; & Card. Bellar. lib. 1. de Miſſa, c. 6. teſtatur: tamen minoris fuit & auctoritatis, & dignitatis, vel abſolutè, vt notat idem Bellar. vel ſaltem, vt ſic, quatenus benedicebatur, vt notat D. Thom. Quo pacto cum Epiſcopus ab Epiſcopo benedicitur; non vt Epiſcopus, ſed vt homo, atque adeò vt minor in auctoritate, ac dignitate benedicitur.

D. Aug. Prædictus error impugnatur.

Bellarm. D. Thom.

11\. Quæres, ſi benedictio ſemper eſt à maiori; quo pacto creaturæ benedicunt Deo? Dan. 3. à n. 51. & Simeon benedixit Chriſto Domino, Luc. 2. n. 28. & Sacerdos in ſacrificio Miſſæ ſacroſanctam hoſtiam benedicit? Facilis eſt reſponſio: benedictionem vel fieri ex deuotione, & gratitudine; vel ex munere, & officio. Priori modo non procedere à maiori, & ſic omnes creaturas Deum benedicere, hoc eſt, laudare: poſteriori autem, maximè. Atq; ita Simeonem in templo, ſi Sacerdos fuit; & Sacerdotem in Miſſa tanquam maiores quodammodo in ratione perſonæ ſacrificantis benedicere Chriſto Domino, ſimiliter minori in ratione victimæ, & ſacrificati. Atque hæc de vtraque quæſtione. Quibus ita expeditis, Heli Sacerdotis functus munere, vtique coniugi de more benedixit, hoc eſt, bona precatus eſt, ipſum potiùs virum Elcanam, quàm vxorem Annam, modeſtiæ cauſa alloquutus.

Quo pacto benedictio aliquando procedat à minori. Benedictio ex deuotione, & gratitudine etiam à minori: ex munere verò ſemper datur à maiori. Quo pacto ſacerdos in Miſſa Chriſtum benedicat.

12\. *Reddat tibi Dominus*, &c. Eſt precatio non ſolùm optatiua, ſed etiam prophetica, vt iam dixi c. 1. n. 17. de illa: *Deus Iſrael det tibi petitionem tuā*. Quamuis ſit diſcrimen, quòd ibi ponitur verbum *dandi*, hîc *reddendi*, vt egregiè D. Chryſ. hom. 2. de Anna ponderauit: *Initio*, inquit, *non dixerat: Reddat tibi; ſed, det tibi. Verùm poſteaquam illa Deum fecerat debitorem*, ait, *Reddat tibi, bonam de futuris ſpem prabens. Etenim ſi dedit, cùm nihil deberet, multò magis redditurus eſt, poſtquam accepit.* Quaſi Deus noſtris obſequijs quodammodo obæratus, ſe nobis debitorem profiteatur: & proinde non tam conferre beneficia, quàm ſoluere debitum arbitretur.

Deprecatio optatiua, & prophetica. D. Chryſ. Gratitudo Deum quodāmodo conſtituit debitorem.

13\. In Hebræo eſt, reddat tibi יְהוָה *Iehouah*, quod eſt proprium Dei nomen. Notat autem D. Hieron. lib. 2. comment. in epiſt. ad Galat. cap. 3. n. 13. ad illa verba: *Maledictus omnis, qui pendet in ligno*, in maledictionibus nunquam inſeri Dei nomen: *Audaci*, inquit, *pede ad hoc procedo certamen, nullo loco ſcriptum à Deo quenquam eſſe maledictum: & vbicunque maledictio ponitur, nunquam Dei nomen adiunctum.* Et ponit varia exempla, quibus maledictiones ſcribūtur, quin Dei nomen adiungatur. Ac tandem prouocat ad alios Scripturæ libros, in quibus maledictiones paſſim, non tamen adiuncto Dei nomine, inueniuntur. Quòd ſi illi objcias citata verba D. Pauli, quæ Deut. 21. n. 23. vnde deſumuntur, ita habent: *Maledictus à Deo eſt, qui pendet in ligno.* Reſpondet, *ab aliquo Dei nomen appoſitum eſſe, vt infamiam nobis inureret, qui in Chriſtum maledictum à Deo credimus.* Hæc D. Hieron.

In maledictionibus nūquā Dei nomen inſeri exiſtimat D. Hieron.

D. Hieron.

Obiectio.

D. Hieron. ſolutio.

In cuius tamen & ſolutione, & aſſertione non immeritò hærent aliqui. Nam in primis ſolutio iam admitti non poteſt, cùm in omnibus exemplaribus, Hebraïcis, Græcis, ac Latinis nouiſſimè correctis, Dei nomen inueniatur: quòd ſi in textum adulterina aliquorum fraude irrepſiſſet, ſine dubio à tam multis, ac peritis Correctoribus veritatem Hebraïcam ab omni vitio aſſerentibus expungeretur. Adde neceſſariā non eſſe hanc ſolutionem, vt Salmer. in ep. ad Galat. diſp. 26. in fine obſeruat: quia Scripturæ ſenſus non eſt, Chriſtum Dominum ratione ſui fuiſſe à Deo maledictum, ſed ratione ſceleris noſtri, à quo ipſe nos redemit, *factum pro nobis maledictum*, vt loquitur D. Paulus. Ex quo nulla nobis calumnia ingeri poteſt, nulla inuidia commoueri, quòd maledictum à Deo Redēptorem habeamus. Quin potiùs ingens nobis ſubditur talem redemptorem amandi, & laudandi incitamentum: qui vt nos à culpatū maledictis eriperet, innocentiſſimus ipſe pœnarum maledictis ſubijci non dubitauit. 14.

Impugnatur prædicta ſolutio.

Vera ſolutio. Salmer.

Illa verò aſſertio ſuas pariter inſtantias: neque in torū vera à Salmerone, Iuſtiniano, & Cornelio exiſtimatur; quia aliquando inuenitur Dei nomen cū maledictione coniunctum, vt Eccl. 3. n. 18. *Maledictus à Deo, qui exaſperat matrem.* Dices, ſaltem ineffabile Dei nomen *Iehouah*, nunquam cum maledictione coniunctum in Scriptura reperiri. Nam in loco Deut. citato, eſt nomen אֱלֹהִים *Elohim*. In Eccleſiaſtico autem non conſtat fuiſſe *Iehouah*, cùm ille Hebraicè non extet. Sed contrà; quia illa maledictio, qua Deus perculit ſerpentem, dicens: *Maledictus es inter omnia animantia, & beſtias terræ*, Gen. 3. n. 14. dicitur proceſſiſſe à Deo ſub nomine *Iehouah*. Reſpondet Rupert. lib. 3. in Geneſ. c. 17. hæc verba dicta fuiſſe à Deo, non imprecando, ſed enuntiando, & rationem ſubdit: *Quia is*, inquit, *qui omnia fecit valdè bona, nullam corrumpit creaturam maledictione à ſemetipſo effuſa.* Nihilominus hæc reſponſio aliquā mihi videtur inferre literæ violentiam: præſertim ſi omnibus locis, in quibus Deus maledicere dicitur, applicetur, vt Gen. 3. n. 17. *Maledicta terra in opere tuo.* Gen. 4. n. 11. *Maledictus erit ſuper terram.* Gen. 5. n. 29. *In terra, cui maledixit Dominus.* Gen. 12. n. 3. *Maledicam maledicentibus tibi.* & ſic de alijs. In quibus locis maledictio dicitur à Deo procedere, quatenus ſub nomine *Iehouah* ſignificatum. Alienum autem à litera videtur dicere, in his omnibus locis fieri maledictionis non imprecationem, ſed enuntiationem. 15.

Dei nomen etiam Iehouah cū maledictione coniunctum inuenitur. Salmer. Iuſtin. Cornel.

Rupert. Ruperti reſponſio.

Refellitur.

Quare fatendum eſt, à Deo non ſolùm benedictionem in iuſtos prodire; ſed etiā maledictionem in iniuſtos fulminari: quamuis ſemper Deus promptus ad benedicendum aduolet; ad maledicendum verò inuitus quodammodo pertrahatur. Vnde in extremo iudicio ad iuſtos dicet: *Venite benedicti Patris mei*, id eſt, à Patre meo, Matt. 25. n. 34. Ad impios verò: *Diſcedite à me maledicti*. Non addendo Patris mei, ſeu à Patre meo; quia vt D. Chryſ. hom. 80. ad eum locum rectè obſeruat: *Non ipſe*, inquit, *ſed opera eis propria maledixerunt*. Quod intelligendum eſt cum debita proportione, ita vt ſingulorum opera materiam maledictioni ſubijcerent, Deus maledictionem inferret. Vnde tandem maledictio potius à noſtra malitia, quàm à diuina iuſtitia oriri cēſeatur. 16.

Deus ad benedictionem promtus, ad maledictionē à peccato inuitus trahitur.

D. Chryſ.

Orig.

tur. Quod Orig.hom 9. in diuerſos Euangelij locos egregiè declarans:*Conſiderãdum*, inquit,*eſt*,*quoniam ſanctis non ſolùm dictum eſt:Benedicti,ſed cum additamento,Patris mei. E contra autem non dicitur: Maledicti Patris mei. Nam benedictionis quidem miniſtrator eſt ; maledictionis autem vnuſquiſque ſibi eſt auctor.* Rectè igitur Sacerdos Heli proprium,& ineffabile Dei nomen *Iehouah*,in hac benedictione vſurpauit. Imò in illa ſolẽni benedictione,quę habetur Num. 6.n 24.& ſequẽtibus,Dei nomen *Iehouah* ter repetitur, vt ſacroſanctæ Triados myſteriũ inſinuetur, vt ibi Procop aduertit : vlteriùs obſeruans, etiam Balaamum in ſua illa benedictione, qua populum Dei impertiuit, Num.23.à num.21.Dei nomen ter vſurpaſſe, ad idem myſterium indicandum.

Benedictio in ſacra Triados nomine impertita.

Procop.

17. *Vnumne, an plures filios precetur Sacerdos.*

Semen de muliere hac, &c. Dubitabis vnúmne, an plures filios precetur Sacerdos ? Nam in Hebræo indefinite ponitur זֶרַע *zera*, hoc eſt, *ſemen* , vt Latinus expreſſit : quod videtur indifferens ad vnum, vel ad plures filios ſignificandos.Igitur Septuaginta videntur ad vnum determinare , transferentes *σπέρμα, ἕτερον*, hoc eſt,*ſemen alterum*. Qui loquendi modus vnicum videtur filium ſignificare.Quo pacto Eua nato Seth , dixit : *Poſuit mihi Deus ſemen aliud*, Gen.4.n.25.hoc eſt,alterum filium, in ſingulari : vbi Septuaginta ſimiliter tranſtulerunt,*σπέρμα ἕτερον*. Nihilominus Chaldæus ad plures extendit, transferens:*Statuat Dominus tibi filios rectos* Et hunc eſſe germanum , & literalem ſenſum patet ex ſequentibus verbis , *pro fœnore* , *quod commodaſti Domino*; vt ex illis rectè probat D.P.Dam.lib.8.cp.4. Nam,*quod*,inquit,*pro fœnore commodatur,non ſimplex ſumma,ſed multiplicata recipitur*.Et ex ſequenti num. clariùs patebit,vbi Anna non vnum, ſed plures filios dicitur recepiſſe:recepit autem quos Sacerdos benedicendo , & orando poſtulauerat; vt eius benedictionis , & orationis efficacitas oſtenderetur: ergo plures poſtulauit.

Septuag.

Septuag. Chald. *Plures precari, veriùs.*

D.P.Dam.

18. *Boni filij, parentum diuitiæ, & ornamenta.*

Chald.

Sed aduerte, non ſolùm plures, ſed etiam iuxta Paraphraſten, bonos poſtulaſſe : *Statuat*,inquit,*tibi filios rectos*.Nam multitudo filiorum ſine probitate, onus eſt.cum probitate,decus. Vnde olim Cornelia Gracchorum mater ſuas omnes diuitias , ac delicias , & pretioſiſſima quæque ſuæ domus ornamenta , ac decora monſtratura, dicitur monſtraſſe filios regreſſos è ludo,non quidem gladiatorio,nõ alearorio,non nugatorio,ſed planè literario;in quo bonis & artibus, & moribus ſtudentes non vulgariter proficiebant,vt refert Valerius lib.4 cap.4.de paupertate. Optimis enim filijs, nulla maiora eſſe poſſunt cuiuſcunque parentis ornamenta. Vnde num. ſequenti dicitur Dominus *viſitaſſe* Annam; ſeu, vt Beda legit,*ditaſſe*; quia cui parenti boni dabantur filij magnæ accumulabantur opes. Contrà verò Deus , *Non concupiſcit multitudinem filiorum infidelium, & inutilium*, Eccleſ.15.n.22. Nam *hi*, inquit D.Chryſ. hom.24. in Act. *blaſphemiam inurunt Deo*. Vnde ſtatim capite ſequenti,rectè monet Sapiens : *Ne iucunderis in filiis impiis,ſi multiplicentur*, *nec oblecteris ſuper ipſos* , *ſi non eſt timor Dei in illis*, Eccleſiaſt 16.n.1.Hi enim potiùs in parentum dedecus. & ignominiam conſpirant, quàm vllam eis gloriæ, & lætitiæ cauſam ſubminiſtrant. Addit Sacerdos: *De muliere hac*; nimirum Anna,quæ primogenitum Deo conſecrauerat : nam Phenenna,quæ nullum Deo dederat, nullum accipere merebatur. Et ideo ſubdit petitionis impetrandæ argumentũ: *Pro fœnore*, inquit, *quod commodaſti Domino*, hoc eſt, pro filio quem Deo fœnori , ſeu ad repetendum fœnus tradidiſti : vt c.1.n.28 §.4. explicatum eſt. Nam ex hoc loco , quod ibi diximus, de ſignificatione verbi, *commodandi*,rectè confirmatur.

Valer.

Beda. *Mali filij,parentum dedecus.*

D.Chryſ.

Fœnus Deo commodat gratitudo.

19. Septuag.

Et abierunt in locum ſuum , &c. Septuaginta , *Et abiit homo in locum ſuum* , nulla facta Annæ mentione.Cùm tamen alia exemplaria Hebræum , Chaldæum,& Latinum pluraliter loquantur, *Et abierũt*, &c.Sed nulla eſt pugna; quia Septuaginta ſub viro,qui eſt caput mulieris, ipſam quoque mulierem intellexerunt:& quod ab vno coniuge factum dicitur. ab vtroque factum ſignificatur. Quo pacto etiam hoc loco Samuelis traditio pro fœnore , Elcanæ tribuitur ; cùm tamen ſuperiori cap.n.28. ab Anna fuiſſe facta narretur ; quia in vnius coniugis actionem alter etiam conſpirabat:ita vt ab vtroque ſimul , vel ab alterutro ſeorſim proficiſci non immeritò dici poſſit. Aduerte tamen cum Abulenſi hunc reditum hoc loco per recapitulationem narratum : quia ſignificatur ille primus in domum regreſſus poſt Samuelis oblationem , vt ita hic numerus cum ſequenti coniungatur : qui tamen multò antè præceſſerat,ſicut de benedictione diximus.

Hic reditus per recapitulationem narratur. Abul.

---

*Num.*21. Viſitauit ergo Dominus Annam, & concepit , & peperit tres filios,& duas filias : & magnificatus eſt puer Samuel apud Dominum.

EXPOSITIO LITERÆ.

1. *Quo pacto Deus viſitare dicatur.*

V*Iſitauit ergo Dominus* , &c. Dicitur Deus viſitare,non localiter; quia eſt immenſus, & immutabilis, ſed efficienter,alius, atque alios effectus circa homines exercendo:& quia aliquando beneficia, aliquando ſupplicia operatur,inde fit, vt verbum viſitandi in bonam,& in malam partem vſurpetur.In malam quidem Exod.32.n.34.*In die vltionis viſitabo & hoc peccatum eorum*. Leu.26.n.16.*Viſitabo vos velociter in egeſtate, & ardore*.Num.14.n.18. *Qui viſitas peccata patrum in filios*. Iudith. 16. n. 20. *Dominus omnipotens vindicabit in eis; in die iudicij viſitabit illos*.Pſ.88.n.33.*Viſitabo in virga iniquitates eorum,& in verberibus peccata eorum*.Iſa 27.n.1.*Viſitabit Dominus in gladio ſuo duro, & grandi, & forti ſuper Leuiathan ſerpentem vectem*. Ier.11.n.22.*Ecce ego viſitabo ſuper eos,iuuenes morientur in gladio* , & paſſim alibi.In bonam verò, Luc.7 n.16. *Quia Deus viſitauit plebem ſuam*.Ezech.34.n.12. *Viſitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis*.Ier.15.n.15 *Recordare mei,& viſita me,& tuere me ab his,qui perſequuntur me*. Pſ.105.n.4. *Viſita nos in ſalutari tuo* Exod 13. n.19. *Viſitabit vos Deus; efferte oſſa mea hinc vobiſcum* Gen. 21.n.1.*Viſitauit Dominus Saram,ſicut promiſerat*.hoc eſt,concipere illam fecit. Quo beneficij genere,viſitauit hoc loco Dominus Annam; ſeu,vt Beda legit.*Ditauit Deus Annam* , quæ acceptis à Deo filijs pro amplis diuitijs vtebatur,vt ſuperiori num.diximus. Quamuis in eo ſit diſcrimen,quòd illa viſitatio Saræ adhuc ſterilis,& infœcũdæ, fuit ſupernaturalis:hæc autem viſitatio Annæ, poſtquam ſemel conceperat,& ſterilitatẽ exuerat;licèt in radice fuerit ſupernaturalis, poſtea naturæ terminos non excedebat:vt Abul.hic philoſophatur. Et rectè, quia Deus ita videtur neceſſarias ad fœcunditatem diſpoſitiones induxiſſe , vt eas poſtea non reuocarit: *Sine pœnitentia enim ſunt dona Dei*, Rom. 11.n. 29. His autem perſeuerantibus nouum ad concipiendum miraculum minimè requirebatur.

Viſitandi verbum aliquando in malam partem ſumitur.

Aliquando verò in bonam.

Beda.

Hæc Annæ viſitatio naturalis fuit, licèt in radice ſupernaturalis. Abul.

2. *Anna gratitudo Deo filiũ reddẽtis, magno cum fœnore remuneratur.*

Tres filios, &c. En oblati muneris vſura. Vnum filium Deo dedit , quinque recepit : vt iam annot. 12.ſect.4.§.5. & annotat.4. ſect.1. §. 1. obſeruaui. Vnde D.Chryſoſt. hom.1. de Anna : *Tantum* , inquit,

D.Chryſ.

quit, *hac negotiatione lucrum fecit Anna, quantum fa-* A *cere par eſt, eam, qua cum Deo habueris commercium. Etenim poſtquam eum fœtum acceperat Deus, reddidit illi alterum filium; imò potiùs non vnum, neque duos, neque tres, neque quatuor tantùm, ſed his multo plures;* *Quot filios habuerit Anna.* *vt iam vſura ſortem excederet. Talis eſt negotiatio commerciúmque, quod cum Deo geritur: ſortem multis partibus conduplicatam reddit.* Quibus verbis docet, Annam plures habuiſſe filios, quàm quinque: licèt in Scriptura quinque ſolùm memorentur. Et certè Ioſeph. Ioſephus lib. 5. antiquit. c. 11. tres Annæ filias recenſuit; filios verò nullo certo numero definiuit. Hug. Vict. Hugo item Victor. in annotationibus huius loci, D.Hier. tres filios, & tres filias numerauit. Fauet D. Hieron. qui in epiſt. 11. de Monogamia: *Anna*, inquit, *priùs* B *ſterilis, Phenenna vbertate fœcundior eſt.* Nam ſi Phenenna genuit decem, vt ſuprà retulimus, & Anna fœcũdior extitit, plures ſanè, quàm decem genuit. *Eua primum filiũ Deo acceptum referens, alio donatur.* Similis remuneratio contigit & Euæ. Nam cùm primum filium Deo tribuiſſet, dicens: *Poſſedi hominem per Deum*, Geneſ. 4. n. 1. hoc eſt, filium magno Dei beneficio ſuſcepi, cui illum acceptum refero; ſtatim ſubditur: *Rurſúſque peperit fratrem eius Abel.* D. Chryſ. In quem locum D. Chryſ. hom. 18. *Quia*, inquit, *pro nato puero grata fuit, & prius beneficium agnouit, aſſecuta eſt aliud. Talis eſt Dominus noſter quando in primis gratitudinem declaramus, largius nobis ſua dona* *Gratitudo cumulatis beneficijs à Deo rependitur.* *erogat.* Eandem remunerationem non dubitat D. Hier. epiſt. 7. ad Lætam, illi affuturam, quòd filiam ſuam Paulam Deo conſecrarit. *Priùs*, inquit, ſcilicet C Paula, *Deo conſecrata eſt, quàm genita: quam antè votis,* D. Hier. *quàm vtero concepiſti. Fidens loquor, accepturam te filios, quæ primum fœtum Domino reddidiſti.* Adeò certum eſt, oblata Deo obſequia cumulatiſſimis ab illo beneficijs rependi.

3\. Mirabitur fortaſsè aliquis hoc loco fœminam, *Rariſſimè iuſti in Scriptura filias generaſſe dicuntur, ſed filios.* ſanctiſſimam non ſolùm filios, ſed etiam filias peperiſſe. Mirabitur, inquam, ſi fortè legit illud D. Hier. documentum in cap. 2. Eccleſiaſtis n. 8. ad illa verba: *Feci mihi cantores, & cantatrices*, &c. Vbi ſic: *Nullus*, inquit, *ſanctorum, niſi perrarò fœminas ge-* D.Hier. *nuiſſe narratur: ſolúſque Salphaad qui in peccatis mortuus eſt, omnes filias genuit*, Num. 26. n. 33. & Num. 27. n. 3. *Iacob inter duodecim Patriarchas vnius filiæ* D *pater eſt; & ob ipſam periclitatur*, Geneſ. 30. n. 21. & D.Hier. Geneſ. 34. à n. 1. Eandémque regulam iterum in- *Maſcula Eccleſia proles.* culcat in c. 66. Iſa. n. 7. ad illa verba: *Antequam parturiret peperit maſculum*, &c. Vbi ſic: *Ad Euangelicam*, inquit, *prædicationem ſtatim omnis mundus concepit, & peperit maſculum: quem Pharao, & Herodes conabantur occidere, qui & in Moyſe, & in Chriſto ſaluatus in Ægypto eſt. Denique Abraham, & Iſaac maſculos habuere liberos: & Iacob multorum filiorum pater, vnam genuit filiam, pro qua dura perpeſſus eſt. Quod ſi filiæ* *Salphaad improbus filias dicitur generaſſe* *Salphaad Dei ſententia recipiunt hæreditatem patris.* Num 27. n. 6. *hoc conſiderandum eſt, quod pater earum in peccato ſuo mortuus ſit, qui nullum filiũ genuit.* Quaſi E diceret, cum deceſſerit in peccato, & proinde ſine filijs maſculis, quibus peccatore indignus erat: neceſſe fuit, vt eius hæreditas ad filias deueniret.

4\. Vnde Gomer vxor Oſeæ, typúſque Iſraëliticæ *Gomer in decem tribuum perpetua captiuitatis præſagium, filiam generat.* gentis, poſtquam educta eſt de captiuitate decem tribuum per Aſſyrios ſubeunda: *Concepit adhuc, & peperit filiam*, Oſeæ 1. n. 6. Cur potiùs filiam, quàm filium? Planè in malum omen: vt literales quoque interpretes teſtãtur, & in præſagium perpetuæ ſeruitutis, quòd nunquam decem tribus habituræ eſſent virum maſculum, ſeu ſaluatorem, per quem de D.Hier. illa captiuitate ſoluerentur. Sic enim D. Hieron. ad eum locum: *Poſtquam*, inquit, *contritus eſt, atque confractus arcus Iſraël; nequaquam maſculini ſexus filius naſcitur, ſed filia, id eſt, fœmina fragilis ſexus, & quæ* A *auctorum pateat contumelia: quia vſque hodie Perſarum Regibus ſeruiunt; & nunquam eſt ſoluta eorum captiuitas.* Hoc etiam confirmat Strab. in c. 5. Gen. n. 6. Vbi Strabus. Seth vnum tantùm dicitur filium Enos, nullam *Nulla fœmina in generatione Seth exprimitur.* filiam, ſaltem expreſſo eius nomine, genuiſſe. *Notandum*, inquit, *quia in generatione Seth nulla fœmina ponitur nominatim, ſicut in generatione Cain. Iuſtorum* *Cain generatio cur in fœmina terminetur.* *eſt enim omnia viriliter agere; nihil fœmineum, nihil fragile vſurpare.* Poſteritas enim Cain vnâ fœminâ *Noema*, expreſſo eius nomine terminatur, Geneſ. 4. n. 22. Non ſine myſterio, interprete D. Aug lib. 15. D.Aug. de ciuit. c. 17. vt malorum poſteritas ſignificetur, qui cùm ſpiritu cœperint, carne conſummantur, Galat. 3. n. 3.

B Eandem doctrinam inculcat Orig. hom. 11. in 5. Numer. vbi obſeruat primitias ſumi à filijs Iſraël, Orig. non à filiabus, Numer. 18. num. 8. Item filios Idumæorum, & Ægyptiorum in tertia generatione, non autem filias admitti in Eccleſiam Domini, Deuter. 23. num. 8. *Denique*, inquit, *inuenies ſanctos,* *Pluris Deus facit iuſtorũ filios, quàm filias.* *quibus eximium à Deo teſtimonium datur, difficile filias, ſed filios genuiſſe. Abraham non genuit filias: Iſaac nec ipſe quidem: ſolus Iacob vnam genuit, & ipſam fratri-* D.P.Dam. *bus, ac parentibus grauem.* Accedit D. Petrus Damia- *Salphaad ignaui, & hypocritæ prædicatoris typus.* nus lib. 4. epiſt. 15. Vbi illum Salphaad, de quo paulò ante, filias tantùm, & non filios generantem, in malam partem interpretatur; docetque typum eſſe ignaui rectoris, ſeu prædicatoris, fortia docentis, ſed mollia operantis: *Quem profectò*, inquit, ſci- C licet ignauum, effœminatúmque doctorem, *Salphaad ille ſignauit, qui non filium, ſed quinque filias moriens dereliquit.* Et ſtatim ab etymo nominis rem *Salphaad etymologia.* declarans: *Salphaad*, inquit, *interpretatur vmbra in ore eius: quiſquis enim fortia prædicat, & eneruiter viuit, ne turpis appareat, quaſi ſub foliis ſe honeſti ſermonis occultat, ſub vmbra ſe proprij oris abſcondit, dum in campum certaminis per ſui corporis ignauiam non procedit.* Denique Philo Hebr. libro de gigantibus Phil.Hebr. ſub initium, obſeruans, Noë virum iuſtum ſolos filios mares genuiſſe, colligit fœminas ab iniuſtis *Noë iuſtus cur filios, non filias genuiſſe dicatur.* generandas: *Quoniam*, inquit, *Noë iuſtus mares gignit; quippe qui rectam, maſculámque rationem ſequitur: hoc ipſo vulgus iniuſtum fœminas gignere* D *oſtenditur. Non eſt enim poſſibile, vt à contrariis eadem gignantur, ſed contraria.* Ex quibus omnibus efficitur, malè audire in Scriptura filiarum parentes, non filiorum.

6\. Quæ ſi ita ſunt, mirari aliquis poterit, cur fœmina ſanctiſſima mali ominis partus, nempè filias, *Tradita documenta de filiorum generatione myſticè intelligenda.* habuerit. Verùm illud D. Hieronymi documentum, ſi ad germanos, ac literales Scripturæ ſenſus exigatur, in multis claudicat. Nam veteres Patriarchæ, Adam, Seth, Enos, ac reliqui ferè omnes ante diluuium, dicuntur genuiſſe filios, & filias, Ge- D. Chryſ. neſ. 5. à num. 4. Imò & poſt diluuium Iob, cap. 1. *Veteres etiã ſanctos filias genuiſſe verum.* num. 2. ſeptem filios & tres filias habuit. Qui- E bus extinctis in illa calamitatum procella, quam paſſus eſt, tandem ad priſtinam ſerenitatem reſtitutus, totidem filios, ac filias recuperauit, Iob vlt. num. 13. Vt maiori felicitate frueretur, quæ ex filijs pariter, ac filiabus integratur, vt ibidem Orig. Origen. aduertit: *Ob hoc*, inquit, *& filios, & filias dedit Deus; quia ita deſiderant omnium mentes; vt concordia, atque coniunctio hominum multiplicetur per connubiorum copulationes: ſic enim & filias dant foras, & filiis intus accipiunt vxores: ac per hoc, & extrinſecus habent cognationem, intrinſecus hæreditatem.* D Chryſ. Imò & D. Chryſoſtom. hom. 1. de Anna hoc ipſum in duplici eius prole obſeruauit: *Ex vtroque ſexu*, inquit, *lucrum illius cumulauit; vt illi iam ple-* D.Hier. *num, ac perfectum contigerit gaudium.* Quare illa D. Hieronymi regula myſtica eſſe poteſt, neminem

ſancto

ſanctorum hominum, habuiſſe operationes molles, A ac fœmineas; ſed maſculas, viriles. Quod etiã Orig. hom. illa 11. in Num. ingenuè fatetur : *Quæ tamen*, inquit, *ſecundum ſpiritualem intellectum, non ad ſexus, ſed ad animorum diſcretionem referenda ſunt*. Et eodẽ ferè modo reliqui Patres citati loquuntur, omnia ad ſpiritualem intelligentiam referentes, vt eorum verba ponderãti facile patebit. De qua re vide, quæ diximus c. 1. n. 11. & hoc c. 2. n. 5. annot. 4. ſect. 2.

Orig.

7\. *Samuelis magnitudo non in corpore, ſed in ſpiritu. Soli iuſti magni.*

Magnificatus eſt puer, &c. Sermo eſt de magnitudine virtutis, non de magnitudine molis. Quod ex litera tripliciter oſtendo. Primò, quia in Scriptura ſoli iuſti dicuntur magni. Nam de Iſaac dicitur: *Ibat proficiens, atque ſuccreſcens, donec magnus vehemẽter effectus eſt*, Gen. 26. n. 13 de Moyſe: *Fuitq; Moyſes vir magnus valdè in terra Ægypti*. Exod. 11. n. 3. De Iudith : *Et Iudith magna facta eſt in Bethulia*, Iudith 16. n. 25. De Ioanne Baptiſta : *Erit magnus coram* B *Domino*, Luc. 1. n. 14. De Chriſto Domino : *Hic erit magnus, & filius Altiſſimi vocabitur*, Luc. 1. n. 32. Vnde D. Cyrill. Alex. lib. 12. in Leuit. *Oſtende*, inquit, *mihi de ſcripturis, vbi aliquis peccator, aut parui meriti magnus appellatus ſit? Nuſquam, opinor, inuenies. Audi verò qui ſunt, qui magni appellantur : Moyſes, Ioannes Baptiſta*, &c. Contrà verò qui in virtute ſunt infimi, Matth. 17. n. 6. & Marc. 9. n. 42. & Luc. 17. n. 2. puſilli appellantur. Vnde D. Bern tract. de præcept & diſpenſ. ante medium : *Hi quoque*, inquit, *qui Dominum crucifixerunt, magni quidem peccatores, ſed non magni æſtimatores*. Quare D. Cyrill. citato loco : *Peccatum*, inquit, *hominem paruum facit, & exiguum : virtus eminentem præſtat, & magnum : ſicut enim ægritudo corporis exile, & exiguum facit corpus hominis, ſanitas verò* C *lætum reddit, & validum; ita & animam ægritudo peccati humilem facit, & paruam : ſanitas verò interioris hominis, & virtutis opera magnam faciunt eam, & eminentem, & quantò magis in virtutibus creſcit, tantò proceriorem reddit magnitudinem ſui*. Vbi plura de hac re. Quæ omnia iiſdem omnino verbis deſumpſit ex Origene hom. 12. in Leuit. qui illum ducentos circiter annos anteceſſit. Cùm igitur hoc loco Samuel magnus fieri dicatur, virtus animi, non moles corporis attenditur.

D. Cyrill. Alex.

Peccatores, parui. D. Bern. D Cyrill. Alex. *Peccatum hominem facit paruum: virtus magnum.*

Orig.

8\. *Samuel in perfectionis magnitudine propter humilitatem puer.* D Greg.

Secundò, quia Samuel dum magnificatur, adhuc retinet nomen pueri, vt non corpulentia, ſed innocentia magnus fieri intelligatur. Vnde D. Greg. ad hunc locum: *Notandum*, inquit, *eſt, quòd puer Samuel dicitur, & magnificatus. Cur ergo puer, niſi quia humilis?* D *& cur magnificatus aſſeritur, niſi quia ad perfectionis erat celſitudinem ſublimatus?* Et ſtatim ad nouæ legis prædicatores allegoriam extendens: *Puer*, inquit, *& magnificatus in conſpectu Domini Samuel dicitur; quia nouus ordo prædicatorum, etſi ad magna conuerſationis celſitudinem peruenit; humilitatis ſuæ virtutem non perdidit. Magnificari quippè non prodeſſet, ſi puer eſſe deſiſteret: quia humilitate amiſſa placere omnipotenti Deo de conuerſationis altitudine non valeret*. Vnde Salomon ita creſcere in ſapientia, & potentia cupiebat; vt nihilominus puer in humilitate, & innocentia perſeueraret : *Da mihi*, inquit, *ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiam, & noli me reprobare à pueris tuis*, Sap. 9. E n. 4. Nihil enim prodeſt magnum ſapientiæ incrementum, ſi hoc humilitatis fundamentum deſtruatur. Spiritualiter igitur magnus erat Samuel, qui corporaliter, ſeu potiùs propter humilitatem paruus, ſeu puer dicebatur.

Prædicator inter eximia virtutis opera humilitatem conſeruat.

9\. *Soli qui virtute magni ſunt, apud Deum magni dicuntur.* D. Ambr.

Tertiò, quia magnificatus dicitur Samuel *apud Dominum*. Apud quem nemo dicitur magnus, niſi qui & iuſtitia, & ſanctitate magnus eſt. Quo pacto & Ioannes dictus eſt, *Magnus coram Domino*, Luc. 1. n. 14. Vbi D. Ambroſius: *Magnus*, inquit, *non virtute corporis, ſed animi magnitudine*. & ſtatim : *Paruulus in* A *ſeculo, magnus in ſpiritu*. Et ibidem duas diſtinguit ætates, ſeu magnitudines, animæ ſcilicet, & corporis : & hanc quidem ait apud homines, illam verò apud Deum numerari. *Vt vir*, inquit, *perfectus ille dicatur, qui careat errore pueritiæ, & lubricum adoleſcẽtiæ, animi maturitate non ſentiat: puſillus autem, qui nullum adhuc virtutis videatur habuiſſe proceſſum*. Igitur qui apud Deum magnus eſt, probitate, & ſanctitate magnus eſt. Nam hypocritæ, vt ibid. notat Theophylact. licèt coram hominibus magni videantur, non tamen coram Deo; quia vera animi magnitudine deſtituuntur. Samuel autem verè & ſpiritualiter magnus, quia talis Deo videbatur. Mole paruus apud homines, ſed mère magnus apud Deum. *Et ſi paruulus*, inquit D. Ambr. *ſub elementis eſt*, iuxta illud Apoſtoli : *Cum eſſemus paruuli, ſub elementis mundi eramus ſeruientes*, Galat. 4. n. 3. quia rerum tẽ- B poralium deſiderijs ſuccumbit : *Ergo magnus ſupra elementa mundi eſt*; quia temporalium rerum gloriam contemnit : eò terris celſior, quò cælis vicinior : eò maior mundo, quò Deo charior. Hac animi celſitate magnificatus eſt Samuel. Imò diuinus conſpectus, in quo ſemper verſabatur, ſingularia illi conferebat virtutum omnium incrementa. Hanc enim vim habet diuinus oculus, vt creſcere faciat, quos intuetur, iuxta illud : *Reſpiciam vos, & creſcere faciam*, Leu. 26. n. 9. Vbi Orig hom. 16. *Tanquam ſi ſol*, inquit, *reſpiciat ſegetem & afferat fructus: quam vtique ſi non reſpexiſſet, infructuoſa manſiſſet; ita Deus ſegetem cordis noſtri reſpiciens, & radiis nos verbi ſui illuminans, auget nos, & multiplicat, vt vltra iam non ſimus paruuli, ſed magni efficiamur : ſicut magnus factus* C *eſt Iſaac, & magnus Moyſes, & magnus Ioannes*.

Hypocritæ apud Deum parui. Theoph.

D. Ambr.

Dei oculi noſtri creſcere faciunt, quos intuentur.

En vt vera animi magnitudo ex diuino conſpectu oriatur. Nam externa corporis proceritas, licèt ab hominibus magni fiat, à Deo pro nihilo habetur. Ethnici quondam Lyſtris Paulum, & Barnabam admirantes, *vocabant Barnabam Iouem, Paulum verò Mercurium*, Act 14. n. 11. Quæret aliquis, ſi Iupiter Diuûm Pater, atq; hominum Rex ab Ethnicis credebatur; cur non potiùs Paulum, qui erat Apoſtolorum Princeps, quam Barnabam, Iouem appellabant? D Chryſ. hom. 30. ſentire videtur rationem fuiſſe, quòd Barnabas præſtantioris, & elegantioris formæ fuerit: *Mihi quidem*, inquit, *videtur etiam ab aſpectu venerabilis fuiſſe Barnabas*. Quaſi gentiles homines cenſerent, formæ præſtantiori, D qualem Barnabas habebat, diuinitatem quoq; præſtantiorem, qualem Iupiter habere credebatur, deferendam. Et quidem D. Paulum puſillæ fuiſſe ſtaturæ teſtatur Niceph. lib. 2. c. 37. *Paulus*, inquit, *paruo fuit corpore, & contracto, & quaſi incuruo, atque paululum inflexo*. Imò & Corinthij hoc illi obijciebant, iuxta illam eiuſdem Pauli querimoniam : *Epiſtolæ*, inquiunt, *graues ſunt, & fortes; præſentia autem corporis infirma*, 2. Cor. 10. n. 10. Verùm hæc exigua Pauli ſtatura, præſtantior Deo viſa eſt, quàm aliorum gigantea. Vnde D. Chryſoſt. in Pſalm. 50. rectè monet, non corporis, ſed animi proceritatem à nobis ſuſpiciendam eſſe. Nam *& roboreæ*, inquit, E *arbores cùm denſæ ſint foliis, & altitudine excelſæ : attamen non habent fructum hominibus aptum, ſed porcis afferunt cibum : vinea autem per terram repens maturum vuarum affert fructum*, &c. Qua de re, cùm de Saülis ſtatura ad cap. 10. agendum erit, plura cumulabo. Nunc Samuelis probitas, & ſanctitas paulisper expendatur, & illuſtretur.

10\. *Externam corporis formam, & proceritatẽ homines magni faciãt, Deus parui.*

D. Chryſ.

D. Paulus puſilla fuit ſtatura, ſed coram Deo magnus. Niceph.

D Chryſ. *Nõ corporis, ſed animi proceritas ſuſpiciendo.*

ANNO

ANNOTATIO XX.

CIRCA LITERAM.

Eximia Samuelis probitas commendatur.

1. SICVT improbitas filiorum Heli ex annotationibus præcedentibus innotuit: ita æquum eſt, vt in præſenti Samuelis probitas expendatur. Quæ deſumenda eſt ex oumeris proximè explicatis, & ex nom. 26. poſtea explicando, ſed hîc obiter prælibando: quia quamuis ordine literæ, alijs numeris interfuſis, ab hoc loco diuulſus ſit: tamen ſimilitudine materiæ eximiam Samnelis laudem continentis, cum bis verſiculis probè continuatur. Totam igitur Samnelis ſanctitatem tria in capita conijcio: vt inde elarior hauriatur. Primum, quia enituit inter improbos filios Heli. Secundum, quia nunquam in deterius ruit, ſed ſemper in melius profecit. Tertium, quia non ſolùm Deo placuit, ſed hominibus. Singula ſeorſim aggrediamur.

Samuelis ſanctitas triplici ex capite commẽdatur.

SECTIO I.

Samuelis probitas inter improbos.

2. INter duos filios Heli, & ingluuie obeſos, & libidine incenſos; tanquam inter medios cleros, ſeu lebetes coquinarios, perpetua fuligine atratos, & ſuppoſitis ignibus æſtuantes; ſuas ſemper alas deargentatas, aureis interliras ſtellis, hoc eſt, abſtinentiam, & continentiam Samuel conſeruauit. Inter illos duos fratres, tanquam inter duos totius Reip. hoſtes, ad rapinas exercendas, & ad iniurias inferendas paratiſſimos, tantam puer Samuel didicit æquitatem, vt ad extremam vſque ſenectutem nihil vnquam egiſſe iniquum, etiam inimicorum teſtimonio probaretur, vt ex c. 12. à n. 3. patebit. Inter illos duos Sacerdotes, ſacrorum non cultores, ſed oſores; violatores templi, profanatores ſacrificiorũ, totius deniq; religionis euerſores, & profligatores: *Samuel miniſtrabat ante faciem Domini*; tam prõptus, tam ſedulus, tam ſtudioſus diuinorũ rituũ curator; vt nihil habere terrenæ concretionis, nihil corporeæ molis geſtare; ſed, teſte Philone lib. de temulentia, totus *mens, ſolo Dei cultu, ac miniſterio gaudens* videretur. Inter guloſos, ieiunus; inter obſcœnos, caſtus; inter iniquos, æquus; inter ſacrilegos, religioſus.

Samuelis virtus inter impios filios Heli magis enituit.

Phil. Hebr.

3. Quis non miretur in tanta ſcelerum colluuione tam illibatam omnium virtutum puritatem? Viuebat inter homines, par Angelis, quia non humanã, ſed Angelicam ſanctitatem præferebat. Degebat inter peccatores, maior ſãctis. Vnde D. Chryſ. lib. 2. de ſacerdotio, ad finem, loquutus de Samuele, eum fuiſſe dicit: *Qui reliquos anteiret bonitate, virtutibus, ac moribus; tantoq; internallo omnes retro ſanctos antecellere videretur, quantum in ſegetibus ſilices eminet ſpica.* Vides quantum ſpica ſuis fœta granis arido cumulo præſtat? tãtum videbatur Samuel ſuis virtutibus prædiues, antiquioribus ſanctis præſtitiſſe. Commorabatur inter pecora, hoc eſt, homines belluino ritu, feritatéq; degentes, & neſcio quid immortale, ac diuinũ ſuis moribus, & actionibus redolebat. Vnde Phil. Heb. lib. de ſomnijs, in fine, do-

Samuel etiã inter peccatores antiquioribus ſanctis maior.

D. Chryſ.

Phil. Hebr.

Samuel inter peccatores diuinitatem quodammodo redolebat.

A ceet Samuelem cùm primum à matris ſacris dedicatus eſt, fuiſſe non *tam hominem, quam vita gemu afflatum diuinitus, & extra ſe raptum numine.* Quò magis filij Heli infra ſe ad belluinam licentiam deprimebantur; eò magis Samuel ſupra ſe ad diuinam excellentiam rapiebatur. Quid mirabilius, quàm præſtare ſe vnum puerum inter vepres roſam, inter lupos agnum, inter tenebras ſolem, inter homines Angelum, inter peccatores Deum?

Hæc prima Samuelis laus magni momenti eſt. Nam hominum ingenia prona ſunt ad eorũ mores, inter quos viuunt, imitandos. Vnde vt plurimũ talis quiſq; eſſe cenſetur, quales ſunt illi, quorũ conſuetudine vtitur. Bonus quidem, ſi boni ſocij. Mor- 4.

Hominum proclinitas ad ſociorum mores imitãdos.

B tuo Abrahamo ſubdit Scriptura: *Sepelierunt eum Iſaac, & Iſmael filij ſui*, Gen. 25. n. 9. Ex quo loco colligit Honcala, Iſmaëlem fuiſſe bonum, ac iuſtum: nõ ſolùm quòd opus miſericordiæ, & pietatis erga parentẽ exercuerit; ſed etiam quòd ſocietatẽ inierit cũ ſanctiſſimo viro Iſaac fratre ſuo. Quaſi improbus nullo modo habendus eſſet, qui bono ſociaretur. Contra verò malus cenſetur is, cuius ſocij mali ſunt. Vnde Iudæi cupientes Chriſti Domini nõ ſolum vitam eripere, ſed etiã famam obſcurare, eum inter duos latrones crucifixerunt. Eam ob cauſam, inquit D. Chryſ. hom. 7. in ep. ad Epheſ. *Vt par & de ipſo eſſet exiſtimatio.* Ac ſi non poſſet bonus iudicari, qui inter malos moreretur. Vnde ille alius philoſo-

Bonorum ſocietas bonos reddit.

Honcala.

Malorum verò malos.

Chriſtus cur inter duos latrones crucifixus.

C phus cũ aliquando diſcipulum inter improbos iuuenes deprehendiſſet, & quaſi proprij ſceleris conſcium, erubeſcentem obſeruaſſet: *Fili*, inquit, *cũ his age, cum quibus inuentus non erubiſcas.* Quare benè Tert. lib. de præſcriptionib. c. 41. *Nunquam*, inquit, *faciliùs proficitur, quam in caſtris rebellium: vbi ipſum eſſe illic, promereri eſt.* Quaſi diceret, inter impios nõ deficere, proficere eſt: non ruere, eſt aſſurgere. Vnde quamuis inter malos bonum eſſe difficillimum ſit, tamen quatenus inter eos non deficere, pro ingenti profectu habetur, facillimum reputatur.

Tertull.

Inter impios non deficere, proficere eſt.

Laudabilis ergo Samuel, quia in loco valdè lubricu ſterit; neq; lapſus eſt, vbi eſt manifeſtum periculum ruinæ: nempe in conſuetudine improborũ hominum, inter quos mirum eſt, quàm multa peccandi diſcrimina contingant: vt eleganter deſcribit 5.

Impiorum conſuetudo periculoſa.

D D. Cypr. lib. de ſingularitate clericorum. *Mala*, inquit, *conuerſatio corruptionẽ ſeminat, cupiditatẽ concipit, ignominiã parit, rabiem concitat, porrigit furiã, laſciuiam paſcit, petulãtiã nutrit, caſus exaltat, ruinas ædificat, perditione gaudet, interitum fouet, confuſionẽ mercatur, theſaurizat opprobriũ, criminationes exaggerat, accuſationes inflammat, & cateruatim in faſcem glomerans numeroſas indagines captionũ, per infinita dedecora ſimplices mortes inuehit in perniciem perditorum.* Hactenus ille luculenter. Quis igitur in conſortio impiorum tam multos laqueos tendentium, tam multas inſidias machinantium, liber, & expeditus euadet? Quòd ſi

D. Cypr.

E nunquam ſe implicari, aut irretiri patiatur, magnã profectò laudem conſequetur. Hinc D. Bernard. epiſt. 24. ad Hugonem: *Inter bonos*, inquit, *bonum eſſe, ſalutem habet: inter malos verò, & laudem. Illud tantæ facilitatis eſt, quantæ & ſecuritatis: hoc tantæ virtutis, quantæ & difficultatis. Quale nempe eſt illud, tangere picem, & non inquinari ex ea? In igne ſine læſione verſari, & in tenebris abſque caligine eſſe?* Vbi alludit ad illa tria Scripturæ loca: *Qui tetigit picem, inquinabitur ab ea*, Eccleſiaſtici 13. num. 1. *In medio ignis non ſum æſtuatus.* Eccleſiaſtici 51. num. 6. *Factæ ſunt tenebræ horribiles in vniuerſa terra Ægypti tribus diebus: vbicumque autem habitabant filij Iſrael, lux erat.* Exod. 10. n. 22. Quaſi non minoris difficultatis ſit, in conſortio peccatorum, non peccare; quàm in pice, non infici: in igne, nõ comburi: in tenebris,

Magna, ſed difficilis laus bonum eſſe inter malos.

D. Bern.

Chriſti Domini virtus inter peccatorum tenebras lucebat.

non

D.Bern.

non caligare. Et in eandem rem ponderat ibidem D. Bern. hoc prodigium ſanctitatis in tenebris collucentis, & in Chriſto Domino, & in Dauide extitiſſe: nam de Chriſto Domino dicitur: *Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.* Ioan. 1 n. 5 quia inter tam multa hominum peccata extitit ἀναμάρτητος, hoc eſt, *ſine peccato.* Dauid autem de ſe canit: *Habitaui cum habitantibus Cedar*, Pſal. 119. n. 5. hoc eſt, cum habitantibus tenebras. Vbi non dicit, ſe habitare tenebras, ſed cum habitantibus tenebras ac ſi alus vitiorum tenebris offuſis, ſibi vni diuinæ lucis radius ſplenderet.

Simile Dauidis exemplum.

6\. Quid difficilius, quàm inter ſalſos Oceani fluctus venam aquæ dulcis inuenire? non minùs planè difficile videtur inter medios impiorum greges pium aliquem hominem verſari. Suam felicitatem deprędicat D. Greg Naz quod Athenas ſtudiorum causâ profectus, inuenerit optimum ſodalem, & amicum, quo familiariter vteretur, nempe Magnum Baſilium in eadem Academia pariter audientem. Nam in orat. funebri in laudem Baſilij, quæ inter eiuſdem Baſilij opera circumferuntur, & in 1. Nazianzeni tomo eſt in ordine 10. Vnde verba refero, loquutus de Athenis: *Athenas*, inquit, *mihi verè aureas, ac ſi quidem alij, bonorum parens* (ſcilicet ingreditur Baſilius) *Nam illæ mihi hominem, non illum quidem ante ignotum, ſed tamen plenius noſcendum præbuerunt. Ac doctrinam exquirens, beatitudinem reperi: mihique diſpari modo, idem quod Sauli accidit, qui patris aſinas quærens,* C *regnum inuenit; pluſque in ea re, quam obiter agebat, quam in ea, quæ præcipuè ipſi cura erat, lucrifecit.* Vbi vnius boni viri ſolatium cum regno non immeritò componit, quòd ditior, ac felicior non ſit, qui regno, quàm qui vno optimo ſodali perfruatur. Sed poſtquam ſuam fœlicitatem ob ſuum cum Baſilio congreſſum prædicauit, ſuam cum Baſilio ſocietatem impenſiùs commendat, quod à tam multis vitiis, quæ in Academia graſſabantur, & Athenas reddiderant, vt loquitur, *peſtilentes*, nunquam potuerit expugnari. *Nobis*, inquit, *nihil detrimenti ab ijs illatum eſt, vtpote animo communitis, & obſeptis. Quin potiùs quod vix credibile eſt, hinc ad fidem confirmati ſumus, ipſorum fraudem, & impoſturam agnoſcentes: atque* D *illic dæmones contemnentes, vbi dæmones admiratione efficiuntur. Quod ſi quis eſt, aut eſſe creditur fluuius per mare dulcis fluens* (qualis à Poëtis fingitur Alphæus) *aut animal in igne, quo omnia conſumuntur ſaliens:* qualis à Philoſophis dicitur Salamandra) *hoc ipſi inter æqualium greges eramus.*

D Gregor. Nazianzeni cum D. Baſilio ſanctiſſima familiaritas.

D Greg. Naz.

Vnius iuſti conſuetudo, regnum.

Rariſſimus iuſtus inter impios. Duplex ſimilitudo.

7\. Felix contubernium, ſeu, vt potiùs dicam propugnaculum, quod à vitiorum turmis cingi potuit, nō dirui obſideri, non expugnari. Circunſtabant marini fluctus hoc eſt, peſſimi mores circunſtabant: intus in Baſilij, & Nazianzeni domicilio fluuiales aquæ, hoc eſt, ſuauiſſimæ virtutes affluebant. Circumſtrepebant flammæ, totúmque in orbem habitaculum effrænatę concupiſcentię circumibant; intus, intus in illo ſanctiſſimo contubernio mira omnium appetituum temperies vernabat: ſingularis omnium virtutum amœnitas cernebatur. Res planè quò difficilior, eò laudabilior; inter corruptiſſimos mores, integerrimos cōſeruare. Quis vnquam æger ex conſortio cum ſano ſanitatem contraxit? Planè nullus. Et tamen ſanus ex familiaritate cum ægro ſæpiſſimè contrahit ægritudinem. Integra, & ſolida poma iuxta corrupta, & vitiata putreſcunt: hæc iuxta illa minimè reparantur. Ita planè, inquit Nazianzenus: *Facilius eſt vitium contrahere, quàm virtutem impertire: quemadmodum etiam facilius eſt morbo alieno infici, quam ſanitatem largiri.* Quare in conſortio hominum corruptorum viuere incorruptum, tam eſt difficile, & laudabile; vt nihil difficilius, ni-

Iuſtus inter improbos ſæpè improbitatem contrahit: rarè impius inter iuſtos ſanctitatem.

D Greg. Naz.

A hil laudabilius videatur.

8\. Cùm olim Deus efficaciſſimam apud ſe, ſibique gratiſſimam orationem commemorare voluiſſet, Moyſis, & Samuelis orationem commemorauit. *Si ſteterit*, inquit, *Moyſes, & Samuel coram me, non eſt anima mea ad populum iſtum*, Ierem. 15. n. 1. Sed ecce tibi quæſtio, quam D. Greg. hom. 27. in Euang. excitauit, probeque in rem aliam diſſoluit. *Quid eſt*, inquit, *quod Moyſes, & Samuel cæteris patribus in poſtulatione præferuntur: niſi quod hi duo tantummodò in cuncta teſtamenti veteris ſerie etiam pro inimicis ſuis leguntur exoraſſe? Vnus à populo lapidibus impetitur, & tamen pro lapidatoribus ſuis Dominum deprecatur. alter ex principatu eiicitur; & tamen petitus vt exoraret, fatetur, di-* B *cens, Abſit à me peccatum, quominus ceſſem orare pro vobis.* Eodémque modo reſpondet lib. 9 Moral. cap. 9. Optima quidē interpretatio, & ad rem illam, quam ann. 9 ſect. 1. egi, illuſtrandam, quàm aptiſſima. Cæterum ad rem præſentem accommodatè reſpondetur, ideò tanti factos huiuſmodi heroas, quia alter cum Pharaone, alter cum Saule improbiſſimis regibus, & vterque cum populo duræ ceruicis familiariter agentes, nunquam ab illis quidquam labis contraxerint, aut à pietate, ſanctitatéque deflexerint. Nam, ſicut ab hominibus nihil difficilius præſtari poteſt, ita neque Deo quidquam gratius, & iucundius exhiberi.

Moyſis. & Samuelis oratio Deo gratiſſima, quia ſoli in veteri Teſtamento etiam pro inimicis leguntur orare.

D Greg.

Moyſis, & Samuelis virtus Deo gratiſſima, quia inter impios conſeruata.

9\. Eadem cauſa fuit, cur cæteri Patriarchæ tantam C ſibi à Deo gratiam inierint, tantam beneuolentiam conciliarint; quòd inter improbos probè vixerint, inter peccatores à peccato abſtinuerint. Hoc enim D Chryſ. in Pſal. 11. expendens: *Ideò*, inquit *ſunt vel maxime beati iudicandi veteres, non quòd rectè ſe geſſerint; ſed quòd tunc, cùm magna eſſet virtutis ſterilitas, & nuſquam apparerent, qui ſe rectè gererent* Et ſtatim rem exemplis illuſtrans: *Hoc*, inquit, *ſignificans Scriptura dicebat, Noe iuſtus in generatione ſua*, Gen. 6. n. 9. Quaſi non ipſa per ſe iuſtitia; ſed iuſtitia in generatione ſuâ, hoc eſt, inter improbos homines pręcipuè commendetur. *Propterea*, addit Chryſ. *admiramur Abraham, propterea Lot; propterea Moyſem quod veluti in profunda nocte ſtellæ apparebant; & tanquam roſa inter* D *ſpinas, & oues inter lupos innumerabiles.* Quid enim mirum, ſi tam grati Deo fierent, qui tantas pro Deo difficultatum moles ſuperarent? Et qui potiùs ab vno Deo ad pietatem duci, quàm ab innumeris peccatoribus ad impietatem trahi paterentur?

Veteres Patriarchæ commendantur, quòd inter improbos probè vixerint.

D Chryſ.

10\. Quare Dauid magno improborum ſatellitio circunfuſus, & exiguo proborum ſodalitio ſtipatus, grauiſſimam ſibi ruinam à perfectionis ſtatu metuebat, quam vt præcaueret, in preces effuſus exclamabat: *Saluum me fac Domine, quoniam defecit ſanctus*, Pſ 11. n. 1. Quaſi diceret, Si adeſſent boni, qui me in bonum promouerent, & abeſſent mali, qui me in malum non præcipitarēt, vtrinque in tua lege proficerem: nunc autem oppugnatus à malis, nec pro-E pugnatus à bonis; quid ſupereſt, niſi vt meæ infirmitati relictus miſerabiliter ruā, aut à tua fortitudine ſuſtentatus, miſericorditer emergā? *Saluum igitur me fac Domine, quoniam defecit ſanctus*, qui manum porrigat, vt erigat: plurimi circumfluunt peccatores, qui calcē impingant, vt deijciant. Hanc Dauidis in via ſpirituali difficultatem rectè D. Chryſ. nauigantium ſimilitudine expreſſit. Vt enim nihil eſt difficilius, quàm reflante vento, & renitente æſtu nauem in contrarium impellere: ita nihil operoſius, nihil laborioſius, quàm malis in malum impellentibus; ſtrenuè reluctari, & in bonum promoueri.

Malorum ſocietas ſine bonorum auxilio periculoſa.

D Chryſ. *Elegans ſimilitudo.*

11\. Igitur à malis ita recedendum, vt ſi eorum præſentia euitari nō poſſit, certè amicitia fugiatur. Vnde regius Vates, *Cum hominibus*, inquit, *operantibus iniquitatem*, ſcilicet, non conſentiam: *& non communicabo*

Si non improborum præſentia ſaltem amici. ia fugienda.

nicabo cum electis eorum; Pſ.140.n.4.ſeu, vt eſt in Hebræo: *Et non veſcar deliciis eorum.* Quaſi diceret. Si non potero ab impiis, certè ab eorum deliciis abſtinebo: ne à deliciis illiciat ad improbos eorum mores imitandos. Nam, vt benè D.Chryſ. ad eum locum: *Dum*, inquit, *multi venerentur amicitiam, in ebrietatis fluctus deuoluti ſunt.* Claudit Dauid eundẽ Pſalmum illis verbis. *Singulariter ſum ego, donec tranſeam.* hoc eſt, ſolitarius viuo. Sed quam habitabat ſolitudinem, qui frequentem hominibus vrbẽ, ac regiam incolebat? Optimè D.Chryſ. ibid. *Quia*, inquit, *liberatus erat à malis, purúſque ab illorum congreſſione, quod eſt maximum genus virtutis.* Erat quidem inter homines improbos, ſed remotiſſimus ab eorum improbis moribus viuebat: in multitudine quidẽ ciuium, ſed in ſolitudine vitiorum. Vt enim ibi addit D.Chryſ. *Solitudo non facit eſſe ſolum, ſed mens, quæ tenetur amore, & ſtudio ſapientiæ. Ita etiam qui habitant in mediis vrbibus, poterunt eſſe ſingulares homines, dum corruptos cœtus fugiant, & ſe iuſtorum conciliis adiungant.*

D.Chryſ. *A peccatorũ deliciis abſtinendum. Si in multitudine peccatorum, ſaltẽ in ſolitudine vitiorum viuendum.*

B

D. Chryſ.

12. Igitur impiorum hominum commercia, tanquam multorũ ſcelerum ſeminaria caueantur. Fiebãt olim iudicia in portis ciuitatis, vt colligitur Geneſ.34.n.20. Deut.17.n.5. & Deut.22.n.24. Ruth 4.n.1 Amos 5.n.10. & paſſim alibi. Cuius conſuetudinis multiplex eſt ratio; vna, quam D.Greg lib.11. Moral.c.15. inculcat: *Vt vrbem*, inquit, *in qua concorditer oporteret viuere, diſcordes minimè intrarent.* Et eandem lib.19. Moral.c.11. inculcauerat: *Vt tanto*, inquiens, *eſſet pacificus vrbis populus, quantò ad hã diſcordes ingredi non liceret.* Altera, quã tradit D.Hier. in locum cit. Amos: *In porta*, inquit, *iudicia fuiſſe legimus; ne agricola ad cauſam veniens; frequentia ciuitatis, & nouo terreretur aſpectu.* Quaſi ruſticana illa ſimplicitas inter vrbanos ſtrepitus ita poſſet perturbari, vt etiam ab agenda, & peroranda cauſa impediretur. Addo & tertiam præſenti loco opportunam, ne probitas illa, & innocentia, & candor ruſticanus, inter vrbanas fraudes, dolos, ac flagitia aliquod peccandi periculum incurreret: à quo vt faciliùs eriperetur, etiam à primo ciuitatis ingreſſu arcebatur.

Cur olim iudicia in portis ciuitatis exercentur?

D.Greg.

C

D.Hier. *Ciuium concordia diligenter ſeruanda. Ruſticana probitas inter vrbana flagitia periclitatur.*

13. Fratres ſuos cũ Ioſephus in Ægyptum recepit, ad Pharaonem adeundum ſic inſtruxit. *Cum*, inquit, *vocauerit vos, & dixerit, Quod eſt opus veſtrum: reſpondebitis, viri paſtores ſumus*, Gen 46.n.33. Cur paſtores ſe fateri iubentur, quos Ægyptij execrabantur? Germanam rationem, vt alias interim omittam, reddidit ipſe Ioſeph. *Vt*, inquit, *habitare poſſitis in terra Geſſen; quia deteſtantur Ægyptij omnes paſtores ouium.* hoc eſt, interprete Abul. Ne vos Pharao rebus ciuilibus, ac militaribus præficiat, & inter Ægyptios habitare cõpellat: ſed potiùs vrbe interdicat & in ſuburbium remittat; vbi procul ab impiorum cõſuetudine, auitam religionem, ac fidem illibatam cõſerueris. Metuebat enim Ioſephus, ne fratrum ſuorum fides, ac religio coluuione impiorum hominũ euerteretur: ideóque malebat, vt extra vrbem, tanquam deteſtabiles paſtores, quàm intra vrbem tanquam honorabiles ciues aut etiam principes habitarent.

Virtus inter aulicos & vrbanos peccatores difficilis.

D

Abul.

E

14. Promiſerant olim Moyſes, & Aaron ſe pro Pharaone Deum oraturos; id tamen præſtare noluerunt intra regium palatium, ſed extra. *Egreſſique*, inquit textus, *& clamauit Moyſes ad Dominum.* Exod.8. n.12. Vbi Lyr. *Non*, inquit, *voluerunt ipſo præſente orare, quia in domo ſua erãt idola; & homines dediti idololatriæ.* Ac ſi improborum ſocietas non ſolùm iuſtorũ mores euertat, ſed etiam orationes eneruet. Sed cum poſteà Pharao ſcelera ſceleribus accumularet, peterétque nihilominus à Moyſe, vt Deum pro ſe deprecaretur: *Cùm egreſſus fuero*, inquit Moyſes, *de vrbe, extendam palmas meas ad Dominum.* Exod.9.n.29. Antea de aulâ tantùm regiâ egrediebatur ad orandum;

Impiorum ſocietas iuſtorum orationes eneruat. Lyran.

A nunc autem de tota vrbe; quia quò magis Pharao à Deo per duritiam cordis ſui recedebat; eò magis æquum erat, vt ſanctus Moyſes à Pharaone, eiuſque ſeruis exularet.

Sed quid dico, multorũ impiorum ſocietas? vnius tãtùm impij cõmercium ſatis eſt ad multorũ virtutẽ concutiendã. Nauicula in qua Chriſtus Dominus cũ diſcipulis nauigabat, quatiebatur, & operiebatur magnis fluctibus, Matt.8.n.28. Huius procellæ cauſam inquirit D.Amb. ſer.11. de mirabilibus, & hanc reddit: *Hæc eſt*, inquit, *cauſa periculi: erat ibi Simon Petrus, ſed erat pariter & proditor Iudas. Quamuis illius fides fundaret nauiculam, huius tamẽ perfidia conturbabat. Tranquillitas eſt, vbi ſolus Petrus habitat; tempeſtas vbi Iudas adiungitur. Licèt eſſet Petrus firmus ſuis meritis; perturbabatur tamen criminibus proditoris. Vnius igitur delicto cunctorum merita, quatiuntur.* Idem D.Amb. lib. 4. in Luc.c.5. comparat hanc nauiculam apud Matthæum fluctuantem, cum eadem apud Lucam magnam piſcium multitudinem concludente: & quęrit, cur illic fluctuet, hîc ſerenitate vtatur. Et reſpondet, quia illic aderat Iudas, non autem hîc, vt videre eſt in vtroque capite citato: *Non turbatur*, inquit, *iſta, quæ Petrum habet: turbabatur illa, quæ Iudam habet. Et ſi multa illic diſcipulorum merita nauigabant; tamen eam adhuc perfidia proditoris agitabat. In vtraque Petrus, ſed qui ſuis meritis firmus eſt, turbatur alienis. Caueamus igitur perfidum; caueamus proditorem: ne per vnum plurimi fluctuemus.*

15. *Vel vnius impij Iudæ ſocietate nauicula S. Eccleſiæ typus periclitabatur.* D.Ambr.

D Ambr.

Pernicioſius adhuc fuit huius conſortiũ proditoris, quod nõ ſolùm diſcipulorum pacẽ turbaret, ſed etiã ipſius magiſtri gloriã impediret. Nã cũ primùm de cœnaculo exiit Iudas, *Dixit IESVS, nunc clarificatus eſt Filius hominis.* Ioan.13 n.31. Quaſi illo præſente tenebrarũ incolâ, claritatẽ habere non poſſet, qui ipſius erat ſplendor glorię. *Exiit Iudas*, inquit D. Aug. tract.63. in Ioan. *& clarificatus eſt IESVS: exiit filius perditionis, & clarificatus eſt filius hominis.* Et paulò poſt: *Exeunte immundo omnes mundi remanſerunt.* Quaſi vnius iniquitas in omnes quodãmodò refunderetur; illo recedẽte ad ſuam omnes munditiã reſtitui viderentur. Nec mirũ aut hoc cœnaculũ, aut illã nauiculã militantis Eccleſiæ typos, vnius hominis improbi cõſortio perturbari: quando ipſa quoq; Eccleſia triũphans ex vnius improbi Angeli viciniã laborare quodãmodo videbatur. Nam Lucifero ad inferos proiecto, ſubdit Ioan. *Nunc*, inquit, *facta eſt ſalus, & virtus, & regnum Dei noſtri, & poteſtas Chriſti eius; quia proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorũ*, Apoc. 12. n.10. Quaſi ante hoc dæmonis exilium turbatum quodammodò videretur cæleſte domicilium, nec poſſent boni Angeli diuinis laudibus vacare, quãdiu ille improbus diuinis honoribus inuideret.

16. *Iudæ proditoris conſortium, & Apoſtolorũ pacẽ turbabat & Chriſti gloriam impediebat.* D Aug.

Cælũ ipſum vnius improbi Luciferi vicinia laborat.

Magna igitur laus eſt bonũ eſſe inter malos, qui bonis perpetuò aduerſentur. Vnde D.Bern. ſer.48. in Cant. *Non mediocris*, inquit, *titulus virtutis eſt, inter prauos viuere bonum, & inter malignantes innocentiæ retinere candorem. Verſari inter ſpinas, & minimè lædi, diuinæ potentia eſt, non virtutis tuæ.* Hoc eſt illud myſterium, ob quod Scriptura, vt paulò antè aduertimus: *Noe*, inquit, *vir iuſtus, atque perfectus fuit in generationibus ſuis*, Gen.6.n.9. hoc eſt, cum omnis generatio, & omnis caro corruperat viã ſuam, tunc Noë mentem ſuam ab omni noxa illæſam conſeruabat. Vbi Lyr. *Ad argumentum*, inquit, *laudis iuſtus & perfectus fuit, etiam inter malos homines, qui ipſum nitebantur verbis, & exemplis trahere ad malum.* Imò D.Chryſ hom. 23. ad eum locum: *Eſt*, inquit, *virtus etiam per ſe ipſam admirabilis. Quod ſi quis illã in medio prohibentium colat, multò admirabiliorem ſe oſtendit. Et propterea diuina Scriptura, quaſi admirando iuſtum, dicit; quòd in medio eorũ, qui indignationẽ Dei ſenſuri erant, Noe inuenerit*

17. *Magna laus bonum eſſe inter malos.* D Bern. *Noë exemplum.*

Lyran.

D.Chryſ.

gratiam

A *gratiam coram Domino.* Quid enim laudabilius quam vbi multi gratiam perdiderant, ibi vnum hominem inueniſſe? De Lot ait Scriptura: *Moratus eſt in oppidis, quæ erant iuxta Iordanem, & habitauit in Sodomis.* Gen. 13. n. 12 Sed cur vir probus inter nefādos homines dicitur habitaſſe? *Dici poteſt*, inquit Lipp. *diſpenſatione diuina id factū, quo iuſti virtus magis exerceretur, & per illorum prauitatē nequiſſimam oſtenderetur.*

Lot inter impios iuſtitia cōmendatur.

Lippom.

18.

Iobi virtus inter idololatras.

D. Chryſ.

Eandē ob cauſam dicitur Iob fuiſſe *in terra Hus*, Iob. 1. n. 1. hoc eſt, in regione idololatriæ dedita; ſeu, vt loquitur D. Chryſ. hom. 1. de patientia Iob, inter homines *peccatis non ſecus, quam conuiuiis gaudentes.* Et tamen addit D. Chryſ. *tantum impietatis pelagus, pietatis luculentam faciem* (ſeu, vt aliquis potiùs legendū diceret, facerem) *nequiuit extinguere: tantus malorum locus continentiæ decorē denigrare non valuit* Quare hom. 2. ſeq. explicans quiſnam, ſeu qualis fuerit Iobus inter malos: *Columba*, inquit, *in medio accipitrum, ouis in medio luporū, ſtella in medio nubium, lilium in medio ſpinarum, germen iuſtitiæ in oppido iniquitatis.* Hoc ipſum argumentum D Greg. lib. 1. Moral. c. 1. verbis, & exēplis illuſtrat: *Sāctus*, inquit, *vir, vbi habitauerit, dicitur; vt eius meritum virtutis exprimatur: vt hoc eius laudibus proficiat, quod bonus inter malos fuit. Neque enim valde laudabile eſt, bonum eſſe cū bonis; ſed bonum eſſe cum malis. Sicut enim grauioris culpa eſt inter bonos bonum non eſſe; ita immenſi eſt præconij bonum etiā inter malos extitiſſe.* Et confirmat exēplo eiuſdem Iob de ſe dicētis: *Frater fui draconū, & ſocius ſtruthionum.* Iob. 30 n. 29. C hoc eſt, inter homines belluis crudeliores meā non exui humanitatem. Itē exemplo Lot, de quo D. Pet. *Aſpectu*, inquit, *& auditu iuſtus erat, habitans apud eos, qui de die in diem animā iuſtā iniquis operibus cruciabant*, 2. Petr. 2. n. 8. Nam *iniquorum vitia*, inquit D. Greg. *non delectādo iuſti aures, atque oculos, ſed feriendo tangebāt.* Tandem exemplo Angeli Pergami, ad quē Dominus: *Scio*, inquit, *vbi habitas, vbi ſedes eſt Satanæ, & tenes nomen meum, & non negaſti fidem meam.* Apoc. 2. n. 13. Quaſi magnæ laudis eſſet inter improbos homines fidem, ac pietatem conſeruare. Hæc igitur fuit prima Samuelis laus, quòd filiis Heli domo quidem vicinus fuerit, animo remotiſſimus.

D.Greg.

Impiorum vitia Lot cruciabant, non delectabant.

D.Greg.

D

SECTIO II.

Samuelis continuus in virtute profectus.

1.

Magna Samuelis laus continuus in virtute profectus.

HÆc eſt altera Samuelis laus, quòd ſemper in virtutibus profecerit, & creuerit vſq. *in virum perfectum in menſura ætatis plenitudinis Chriſti*, Eph. 4. n. 13. quin vnquam vel latū vnguem à perfectionis ſtatu regrederetur. Patet, continuum eius vitæ curſum conſideranti. Nam à paruo puero *magnificatus eſt apud Dominum*; non magis corpore in ætatem, quàm animo in virtutem adoleſcente; vt videre eſt n. 18. & 21. Deinde perenni quodam ad virtutē conatu, *proficiebat, atque creſcebat*, vt dicitur n. 26. Tandē neq, in miniſterio, neque in imperio deprehēſus eſt E aliquid vnquā, aut contra Deum, aut contra homines deliquiſſe: vt ex c. 12. à n. 3 patebit Huc pertinet illud Samuelis encomiū: *Et cognitus eſt in verbis ſuis fidelis, quia vidit Deū lucis*, Eccleſ. 46. n. 18. Vbi dicitur Samuel Deum vidiſſe; non quod diuinā eſſentiam in hac vita intuitus fuerit: id enim nemini fortaſsè conceſſum fuit, aut certè nemini ſine firmo aliquo fundamēto tribuēdum: ſed ab effectu, quia ſicut qui Deum videt, tam firmiter ei adhæret, vt nequeat in poſterum, aut à bono, aut à vero reſilire: ita Samuel perinde ac ſi Deum vidiſſet, tā tenaciter illi adglutinatus, tā intimè infuſus, & illapſus erat; vt ne minimo quidē vitæ ſuæ pūcto à Deo auerteretur. Vnde Phil. Heb. lib. de temulentia, hanc Samuelis cōſtātiam vel in voto ſui Nazaræatus obſeruando admiratus: *Samuel*, inquit, *Regum Prophetarúmque maximus, vinum & quidquid potum inebriat ſicut ſacra eloquia teſtantur, ad extremum vſque diem non bibit.* Et ſtatim huius cōſtantiæ rationem reddens ſubdit: *Adſcriptus eſt enim in diuinum exercitum, qui nunquam imperatoris ſapientiſſimi prouidentia deſtituitur.* Quaſi ab humano in diuinum ordinem relatus, quidquid mortale, fragile, lubricum, & inconſtans erat, depoſuerit, & totum ſe ad æternitatis, immortalitatíſque conſtantiam ac perfectionem conformarit.

Quo pacto Samuel Deū vidiſſe dicatur?

Phil Hebr.

Samuelis in non bibendo vino cōſtantia.

2.

Iuſtorum in virtute progreſſus & conſtantia commendatur.

Caiet.

Hunc ad virtutes acquirēdas proceſſum, & in acquiſitis conſtantiam, paucis illuſtro. Henoch. Gen. 5. bis dicitur ambulaſſe cū Deo, ſemel n. 21. ſub initium vitæ eius; iterum n. 24 cùm refertur eius in cæ- B lum raptus. *Ad explicandum*, inquit Caiet. *quòd ab ineunte ætate profecit in via Dei, & perſeuerauit proficiendo in ea ſemper.* Simile eſt illud quod dicitur de Ioathan Rege Iuda, pio ac iuſto: *Vigintiquinque annorum erat Ioathan cum regnare cœpiſſet, & ſedecim annis regnauit in Ieruſalem*, 2. Paral. 27. n. 1. Quæ verba eodem c. n 8 cum agitur de eius morte, iterum repetuntur. Vbi Gloſ. ord. *Scriptura*, inquit, *in principio, & fine annos Ioathan enumerat; quia ſicut in iuſtitia cœpit, ita vſque ad finem perſeuerauit: vnde tempora vitæ eius laude digna prædicātur.* Et videtur hæc Gloſſa deſumpta ex Auctor. traditionum Hebr. in Paral. vbi notat, Scripturam, principium, & finem regni Ioathan bis commemoraſſe, *Vt monſtraret*, inquit, *eum in* C *innocentia perſeueraſſe, qua cœpit.*

Gl. Ordin.

Auct. tradit. Hebr.

3.

Iuſtorum in virtutes continuus profectus in Aaronis virga adumbratus.

Orig.

Non ſine myſterio dicitur virga Aaronis reuiruiſſe, fronduiſſe, floruiſſe, ac tādem fructificaſſe. Num. 17. n. 8. vt continuum iuſtorum proceſſum, ac profectum in perfectionis ſtudio adumbraret, interprete Orig. hom. 9. ad eum locum. Nam qui à peccati morte ad gratiæ vitam reuocatur, primùm reuireſcit, dum ad Chriſtum reducitur; ſecundò, frondeſcit, dum ſpiritualibus donis induitur; tertiò, floreſcit, dū bonas actiones exorditur, ſeu, vt loquitur Orig. *Vbi proficere cœperit, & morū ſuauitate decorari; ac fragrātiam miſericordiæ, & benignitatis effundere.* Vltimò fructificat, dum bonorum operum fructibus, non ſibi tantùm, ſed etiam aliis profuturis cumulatur: D ſeu, vt verbis vtar Origenis, *cùm ad perfectum veneris, & alios lucrifeceris, ſeu attuleris fructus iuſtitiæ, & ſcientiæ, quibus alij nutriantur.* Eadem ſpiritualium virtutum incrementa ſignificauit Apoſtolus, cùm iis, qui in via profectionis iugiter progrediuntur, gratulabundus ſcribit. *Scribo vobis infantes: ſcribo vobis adoleſcentes: ſcribo vobis iuuenes: ſcribo vobis patres*, &c. 1 Ioan. 2. à n. 12. *In quibus*, inquit Orig. citat. *non corporales ætates ſed animæ profectuum differentias ponit, vt, etiam in hoc ſacerdotalis virgæ germine obſeruauimus deſignari.* Quid Apoſtolus lætior, ac feſtiuior gratuletur, quàm felicem per omnes ſpiritualium ætatum differentias tranſitū, ac progreſſum, quouſq; ad maturā perfectionis ætatē, non ſenilibus exaratā rugis, E ſed perfectis locupletatam virtutibus perueniatur?

Spiritualis iuſtorū ætas ex animæ profectu deſumenda.

Orig.

4.

Perſeuerantia in virtute, neceſſaria.

Sed illud inſuper ſtudioſiſſimè curandum, vt parta per hunc continuum profectum ſpiritualia emolumenta nunquā amittantur, ſemper conſeruentur. Quid enim prodeſt longo vitæ tempore plurimas opes in theſauro cōdidiſſe, ſi omnes vnico momento exhauriantur, & inaniter diſſipentur? Victimas, quibus olim Deo vota ſoluebantur, aurem pariter, & caudam habere ex diuinæ legis præſcripto oportebat. *Bouem*, inquit Deus, *& ouem, aure, & cauda amputatis voluntarie offerre potes, votum autem ex eis offerri non poteſt*, Leuit. 22. n. 23. Quem locum Ribera in c. 1. Malach. ad finem de religioſorum obedientia, ac perſeuerantia myſticè interpretatur. Qui, inquit, extra religionem ſunt poſſunt quod bonum videtur offerre: obedite in eo aliis, ſi uolint, non admo-

Ribera.

Religioſorum obedientia, & perſeuerantia.

dum reprehenduntur. Poſſunt modò facere. paulò pòſt ceſſare. Hi bouem, & ouem offerunt amputatis aure, & cauda. Nos ſi vitam offeramus ſine ante, Deo diſplicemus: ſine cauda, id eſt, ſi ad finem vſque vitæ non perſeueramus in eo, quod vouimus, damnabiles ſumus. Hæc ille, & rectè, & ad rem præſentem non parum accommodatè. Ad eundem locum mihi videtur D. Bern. epiſt. 78. alluſiſſe. *Tene,* inquit, *quod tenes, hoſtiaque caudam ingem capiti, ac tunicam Dei gratia polymitam, cura facere & talarem: quoniam cœpiſſe nihil proderit; ſi, quod abſit, non perſeuerare contigerit.* Vbi etiam per tunicam *polymitam,* hoc eſt, variegatam, & multicolorem, cæteras virtutes; per talarem, vnam perſeuerantiam intelligit. Nam omnium virtutum chorus inanis eſt, niſi vnius perſeuerantiæ vinculo muniatur.

D. Bern.

Virtutis cetera ſine perſeuerantia nihil proſunt.

5. *Perſeuerantia ſummi ſacerdotis dextris extremitatibus conſecrandis adumbratur.* D. Cyrill.

Celebris quondam fuit ille ritus in ſummo ſacerdote conſecrãdo. Nam extrema auricula dextra, & dextri pollices manus, ac pedis ſanguine inungebãtur, Leuit. 8. n. 23. In qua ceremonia illud myſterio plenũ eſt, quod non niſi partes dextræ, nec niſi partes extremæ ſanguine perfunderentur. Myſterium verò indicauit D. Cyril. Alex. lib. 11. de adoratione, poſt medium: *Dextra,* inquit, *omnia peruncta ſunt, & tanquam in ſummo loco, id eſt, in extremis. Omnis enim actio proba, ſtrenua, ac dextra eſt, nihilque de vitio ſiniſtrum habet: & vſque ad extrema, id eſt, ad finem vſque porrigitur. Qui enim Deo conſecrati ſunt, eos in ſanctificatione dextros eſſe, & perpetuo perſeuerantes conuenit. Valde autem abſurdum eſt, retrorſum cedere, quodammodo boni operis perficiendi pertæſos.* In eodem capite Leuitic. n. 33. ſacerdotibus proximè conſecratis præcipitur, vt in tabernaculo ſeptem dies perſeuerent. *De oſtio,* inquit, *tabernaculi non exibitis ſeptem diebus, vſque ad diem, quo complebitur tempus conſecrationis veſtræ.* Quorſum hæc in tabernaculo totos ſeptem dies commoratio? Planè ad idem myſterium, de quo agimus, exprimendum; vt D. Cyril. Alex. citat. exponit. *Hanc,* inquit, *in ſacris illis locis ſeſſionem, vt opinor, firmitatis, atque permanſionis in ſanctificatione, ſymbolum quoddam lex eſſe voluit. Neceſſe eſt enim, vt qui in hac ſtatione collocati ſumus, praſto ſimus Deo: firmi, atque immobiles in virtute maneamus.* Et rectè ſeptem dies, qui vniuerſalis eſt numerus, ad illam in tabernaculo commorationem exprimuntur; vt totius vitæ perſeuerantia in diuino cultu, & obſequio ſignificata intelligatur.

Sacerdotes in tabernaculo ſeptem dies manere iubentur, in perſeuerantia ſymbolum.

D. Cyrill. Alex.

Numerus ſeptenarius, vniuerſalis.

6. *An manibus ſimul, & pedibus filium immolandum ligauerit Abrahamus.* Zeno Veron. D. Aug. *Solos pedes alligatos. innuunt aliqui.* Phil. Hebr.

Suum Abraham filium Deo ſacrificaturus, eduxit in montem; *cumque alligaſſet, &c poſuit eum in altare,* Gen. 22. n. 9. At quo pacto alligauit? pedibúſne, an manibus? Vtriſque ſentit Zeno Epiſcopus Veronenſis ſer. 1. de Abraham, & quidem ad literam congruenter, ne vlla ſacrificij ceremonia omitteretur: qualis illa erat, qua victima immolanda pedibus, ac manibus, imò toto corpore ligabatur. Cæterùm D. Aug. ſer. 73. de temp. innuere videtur ſolos pedes colligatos, dũ rationem reddit huius colligationis, ne *impatientia doloris victima calcitraret.* Clariùs id expreſſit Philo Heb. lib Quod Deus ſit immutabilis, vbi loquutus de Abrahamo filium ſacrificante, *Vnigenitum,* inquit, *offert Deo, vinctum pedibus, vt ait lex,* hoc eſt, vt ipſa legalis hiſtoria Geneſeos: quaſi hanc doctrinam nõ ſuæ expoſitioni tribuat; ſed diuinæ aſſertioni. At cur pedum colligatio, ſi non ſola facta eſt, ſola tamen ab his Patribus indicatur? Duplicem rationem aſſignat Philo, vnam: *Quia,* inquit, *iam nihil mortale Deo deſtinatus calcare dignabitur.* Quaſi diceret. Quia indignum erat, vt qui Deo per ſacrificium oblatus, totus in diuinũ ordinem tranſierat, per regreſſum ad creaturas, mortalium rerum affectibus immiſceretur. Alteram, *Quia,* inquit, *vidit Abraham creaturam eſſe inſtabilem, poſtquam cognouit*

Duplex huius rei ratio. Phil. Hebr.

Iſaac in perſeuerantia typum pedibus alligatur.

A *firmitatem eius, qui eſt, certiſſimam.* hoc eſt, Nouit Abraham præ diuina conſtantia ſummam eſſe omnium creaturarum inſtabilitatem: timuitque proinde ne filius Iſaac Deo ſemel oblatus, vacillaret, retrocederet, parique vertigine cum cæteris creaturis ageretur. Quid ergo? pedes colligauit. vt immotus conſiſteret, vt in eodem veſtigio firmiter inhæreret, vt in humana obſequia non deflueret, vt à diuino ſacrificio minimè reſiliret, vt perpetuam coram Deo conſtantiam conſeruaret.

7. *Dauid ingio perſeuerãtia in gratiarum actione.* D. Ambr.

Hanc in diuino obſequio perſeuerantiam Regius Vates ſpondebat. *In diebus,* inquit, *meis inuocabo,* Pſal. 114. num. 2. ſeu, vt legit D. Ambroſ. orat. funebri de obitu Theodoſij Imperatoris, *In omnibus diebus meis.* B Et expendens illud, *in omnibus,* ſubdit: *Nam certis diebus inuocare, non omnibus, faſtidientis eſt, non ſperantis; & pro vſu affluentium commodorum, mercedem gratiarum referre, non pro deuotionis affectu.* Et paulò poſt: *Quia,* inquit, *ſemper accipis, ſemper inuoca: & quia quod habes, à Domino eſt; debitorem te ſemper eſſe cognoſce.* Ex hac perſeuerantia quondam innotuit ſanctitas Heliſæi. Quem cùm Sunamitis hoſpitio ſæpiùs excepiſſet: *Animaduerto,* inquit, *quod vir Dei ſanctus eſt iſte, qui tranſit per nos frequenter,* 4. Reg 4 num. 9. Vnde, quæſo, id animaduertit? Aliter alij reſpondent. Rabbi Salomon apud Lyran. *Ex eo,* inquit, *hoc percepit, quòd nulla muſca, aut immunditia ſupra menſam eius reſidebat.* Caietan. autem, *Ex eo,* inquit, C *quòd eius ſobrietatem, ac modeſtiam pluries videre poterat.* Sed vtrumuis iudicium verum fuerit, illud tamen certum eſt, non fuiſſe ſemel exhibitum, ſed ſæpiùs repetitum. *Qui tranſit,* inquit, *per nos frequenter.* Neque enim prudentiſſima fœmina Prophetæ ſanctitatem collegit ex vno actu, ſed ea pluribus; ſingulos inter ſe conferendo, & omnes omnibus ſimiles, & conformes iudicando.

Heliſæi ſanctitas ex perſeuerantia commendabilis. Rab. Sal. Lyran. *Heliſæi ſobriatas, ac modeſtia.* Caiet.

8. *Sola perſeuerantia vincet, ac triumphat.* *Aphec ciuitas perſeuerantiam ſignificat.*

Myſterio plena fuit illa prædictio ad Ioas Regem Iſraëlis: *Percuties,* inquit, *Syriam in Aphec, donec conſumas eam.* 4. Reg. 13. n. 17. *Aphec* ciuitas eſt de tribu Aſer non procul à Syria, quæ interprete Rabbano ſignificat *perſeuerantiam.* Quaſi diceret Heliſæus, perſeuerando in bello, victoriam de Syria reportabis. D Vnde cùm iterum Propheta Regi præcepiſſet, vt iaculo percuteret terram: *& cùm Rex percuſſiſſet tribus vicibus, & ſtetiſſet, iratus eſt vir Dei contra eum, & ait: Si percuſſiſſes quinquies, aut ſexies, ſiue ſepties: percuſſiſſes Syriam vſque ad conſummationem,* ibid. n. 18. & 19. Quaſi diceret, ſi perſeueraſſes in oppugnanda Syria, de Syria triumphaſſes: ſola enim perſeuerantia eſt, quæ vincit, ac triumphat. Quare D. Bern. in epiſt. 129. *Perſeuerantia,* inquit, *ſola meretur viris gloriam, coronam virtutibus. Abſque perſeuerantia, nec qui pugnat victoriam, nec palmam victor conſequitur. Vigor virium, virtutum conſummatio eſt, nutrix ad meritum, mediatrix ad præmium, ſoror eſt patientiæ, conſtantiæ filia, amica pacis, amicitiarum nodus, vnanimitatis vinculum, propugnaculum ſanctitatis.* E *Tolle perſeuerantiam, nec obſequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo.* Quod deinceps illuſtrat exemplis. *Saul,* inquit, *cum eſſet paruulus in oculis ſuis, Rex eſt ſuper Iſraël conſtitutus; non perſeuerans in humilitate, & regnum amiſit, & vitam. Si cautela Samſonis, ſi Salamonis deuotio, perſeuerantiam retinuiſſet, nec is profectò priuaretur ſapientia, nec ille viribus.* Hactenus D. Bern. eleganter.

D. Bern. *Perſeuerantia, virtutũ omnium corona.*

9. D. Ambr. *Buxum perſeuerãtis ſpei ſymbolum.*

Olim Deus ad Iſaiam: *Scribe,* inquit, *ei ſuper buxum,* Iſai. 30. num. 8 Cur, quæſo, in buxo ſuas prophetias ſcribere iubetur? Reſpondet D. Ambroſ. lib. 3. Exaëm. cap. 13. *In buxo,* inquit, *iubetur ſcribere, vt admoneat te ipſa materia, quæ ſemper viret, nec vnquam foliis exuitur ſuis, ne vnquam ſpei tuæ diſſimulatione nuderis, ſed ſemper tibi per fidem germinet ſpes ſalutis.*

Ad

Ad hanc perſeuerantiam indicandam, Dauid manus ſuas ad orationem extenſas cum ſacrificio veſpertino comparabat. *Eleuatio*, inquit, *manuum mearum ſacrificium veſpertinum*, Pſal. 140. num. 2. Quærit ibi D. Chryſoſt. cur non dixerit, *matutinum*? Et reſpondet: *Quia matutinum*, inquit, *expectat veſpertinum, cum veſpertinum autem peractum fuerit, finitum eſt ſacrificium, & non amplius imperfectus cultus illius diei, ſed completus, & finem accepit.* Quaſi Propheta ſuum ſacrificium perfectiſſimum eſſe voluerit: quale eſt potiùs veſpertinum, quàm matutinum; quia hoc eſt incipientis, illud perſeuerantis.

D. Chryſ. *Veſpertinum ſacrificium, quia perſeuerantiæ ſignum, Deo gratius matutino.*

10\. Mirum ſanè quanta Apoſtolus contentione in perfectionis ſtadio ſe exercuerit. Nã cùm multum profeciſſet, ac ſi nondum incepiſſet, ſe ad proficiendum ſtimulabat. *Ego*, inquit, *me non arbitror comprehendiſſe; vnum autem, quæ quidem retro ſunt obliuiſcens, ad ea verò, quæ ſunt priora extendens me ipſum, ad deſtinatum proſequor brauium ſupernæ vocationis.* Philip. 3. à n. 13. De quo Apoſtoli ſtudio, D. Hier. aduersùs Iouin. *Paulus*, inquit, *Apoſtolus quotidie proficit, nec ſeruat in ſudario delicatè gratiam, quam accepit; ſed vt auarus negotiator renouatur de die in diem, & decreſcere ſe putat, niſi ſemper creuerit.* Magna igitur Samuelis laus in eo enituit, quòd non ſolum feliciter cœperit, ſed etiam feliciùs proceſſerit, partáque virtutum incrementa feliciſſimè conſeruarit. Nam, vt benè D. Cyprian. lib. 1. epiſt. 5. *Parum eſt adipiſci; plus eſt, quod adeptum eſt, poſſe ſeruare: ſicut & fides ipſa, ita & ipſa natiuitas ſalutaris; non accepta, ſed cuſtodita viuificat: nec ſtatim conſecutio, ſed conſummatio hominem Deo ſeruat.* Sed de hac re ad c. 6 longiùs digrediendum.

Conſtans D. Pauli in virtute progreſſus.

D. Hier.

Parum eſt ſine perſeuerantia incepiſſe.

SECTIO III.

Samuel Deo, & hominibus gratus.

1\. TErtia Samuelis laus illa fuit, quòd tam Deo, quàm hominibus placuerit, vt num. 26. exprimitur. Vnde in Scriptura nulla Samuelis in Deum culpa, nulla hominum de Samuele querela commemoratur. Quod quidem difficillimum eſt. Nam qui Deo placent, hominibus diſplicent. Et vice verſa, qui placent hominibus, diſplicent Deo. Illud priùs ſic oſtendo. Nam cùm olim populus Iſraëliticus Pharaoni ſeruiret, regem placatum habuit; cùm renuntiare voluit, iratum ſenſit. Nam ſtatim Pharao: *Quare*, inquit, *Moyſes, & Aaron ſolicitatis*, ſeu, vt Origen. legit, *peruertitis populum ab operibus.* Exod. 5. num. 4. Et grauiſſima deinde onera, quibus opprimantur, iniungit. Quod Origen. hom. 3. expendens, *Pharao*, inquit, *donec ſecum eſt populus, non putat eſſe peruerſum: ſi verò dicat, volo ire, & ſeruire Domino, peruerti populum dicit.* Et ſtatim hiſtorialem ſenſum ad ſpiritualem traducens: *Et hodie*, inquit, *ſi propheticus & ſacerdotalis ſermo animam ſolicitet ad ſeruitium Dei, inueniátque eam exire de ſeculo, renuntiare omnibus, quæ poſſidet, operam dare diuinæ legi*, &c. *continuò audies ab his, qui Pharaoni vnanimes, & amici ſunt. Videte quomodo ſeducũtur homines, & peruertuntur, ne laborent, ne militent, ne agant aliquid, quod eis proſit, relictis rebus neceſſariis, & vtilibus; ineptias ſectantur & otium*, &c. Vides quàm citò odia, & prælia ab improbis excitentur contra eos, qui ad Deum conuertuntur.

Difficillimũ Deo, & hominibus placere. Qui Deo placent, hominibus diſplicent.

Orig.

2\. In eaſdem difficultates ſæpè videas alios incidiſſe. Nam cùm olim Gabaonitæ ſe ad amicitiam, ſocietatémque Ioſue aggregarunt; ſtatim in odium & inuidiam Amorrhæorum Reges contra Gabaonitas conſpirarunt; nam vnus Rex Adoniſedec ad reliquos quatuor: *Expugnemus*, inquit, *Gabaon, quare transfugerit ad Ioſue, & ad filios Iſrael*, Ioſue 10. n. 4. Quem locum Origen. hom. 11. ad mores interpretatus: *Cùm*, inquit, *anima humana verbo Dei ſe ſociauerit, dubitare non poteſt, ſtatim ſe inimicos habituram; & eos, quos habuerat ante amicos, in aduerſarios eſſe vertendos.* Et paulò poſt: *Qui amicitias expetit IESV, multorum ſibi ſciat inimicitias tolerandas.* Placuit olim Dauid Regi Achis, adeò vt ipſemet Achis diceret ad Dauidem: *Viuit Dominus, quia rectus es tu, & bonus in conſpectu meo*, 1. Reg. 29. num. 6. Et paulò pòſt: *Scio, quia bonus es tu in oculis meis, ſicut Angelus Dei*, num. 9. & nihilominùs addit Achis num 6. *Sed Satrapis non places.* Cur, quæſo, non placet Satrapis; niſi quia placuit vni Regi? vt ſub hoc typo exprimantur, qui Deo placuerint, eo ipſo non eſſe hominibus placituros.

Gabaonitas ad Ioſue amicitiam confugientes, cur Amorrhæi reges perſequantur.

Orig.

3\. Diuinam beneuolentiam ſibi conciliauit Ioſaphat, dum erga Deum multa præſtitit obſequia pietatis: vt patet 2. Paralip. 19. à num. 3. ſed ſtatim ſibi hominum maleuolentiam conflauit; dum cap. ſequenti; num. 1. additur: *Poſt hæc congregati ſunt, filij Moab, & filij Ammon, & cum eis de Ammonitis, ad Ioſaphat, vt pugnarent contra eum.* Quo in loco emphaticum eſt illud, *poſt hæc*; vt ibi videre eſt apud Lyran. in mor. Quaſi poſt amicitias cum Deo, ſtatim inimicitiæ cum hominibus conſequantur, & ex pace cum Deo inita, bellum cum hominibus gerendum exoriatur. Sic & Ezechias Deo placuit, cùm in diuino cultu valdè pium, ac religioſum ſe exhibuit; vt patet 2. Par. 29. 30. & 31. Quibus capitibus ſingularis quædam Ezechiæ pietas, ac religio continetur. Et nihilominùs cap. 32. num. 1. ſubditur: *Poſt quæ & huiuſcemodi veritatem, venit Sennacherib Rex Aſſyriorum, & ingreſſus Iudam, obſedit ciuitates munitas, volens eas capere.* Vbi retinet eandem emphaſim illud, *poſt quæ*, vt ibi notat Theodor. Quaſi vbi primùm Ezechias Deo gratus eſſe cœperit, ſtatim eſſe cœperit hominibus ingratus.

Ioſaphat, & Ezechias dũ ſunt Deo per pietatẽ grati, hominibus ſunt ingrati.

Lyran.

Theod.

4\. Communis eſt omnibus iuſtis illius Leuitæ querimonia: *Vadimus*, inquit, *ad domum Dei, nulluſque ſub tectum ſuum nos vult recipere*, Iudic. 19. num. 18. Quid iniquius, quàm hominem ad diuinum domicilium contendentem ab humano hoſpitio excludi; & ab hominibus contemptui haberi, qui Deum ſummo honore proſequitur? Ita plerunque fit: tantum in diſſidium abeunt bonorum malorúmque ſtudia. Certiſſimum eſt illud Apoſtoli: *Omnes, qui piè volunt viuere in CHRISTO IESV, perſequutionem patientur*, 2. Timoth. 3. num. 12. Quaſi bonorum pietas impiorum manus ad iniurias inferendas armare videatur. *Neque enim fas eſt*, inquit D. Chryſoſtom. *hominem pergentem virtutis viam, tentationibus immunem eſſe.* Et paulò poſt: *Non eſt poſſibile*, inquit, *vt vir, qui malis indixerit bellum, preſſuris careat.* Multorum enim odia ſibi conflent, neceſſe eſt, qui mundana omnia propter Deum odio proſequuntur. Quod Christus Dominus expreſſit: *Quia de mundo non eſtis, propterea odit vos mundus*, Ioan. 15. num. 19. Nec mirum hoc eſſe contendit D. Cyril. Alexandr. lib. 10. in Ioan. cap. 27. nam ſicut morum ſimilitudo amorem conciliat: ita & diſſimilitudo in odium declinat: *Quamobrem*, inquit, *neceſſe eſt, vt ſtudioſi à vitioſis minimè diligantur.* Quod Sapientis teſtimonio confirmat. *Omnis caro*, inquit, *ad ſimilem ſibi coniungetur, & omnis homo ſimili ſui ſociabitur. Si communicabit lupus agno aliquando, ſic peccator iuſto. Quæ communicatio ſancto homini ad carnem? aut quæ pars diuiti ad pauperem?* Eccleſ. 13. à num. 20. Cùm igitur tanta ſit bonorum, malorúmque diſtantia, mirum non eſt, hos in illos frequenter inuehi, ſæuire, ac debacchari. Sed dolendum non eſt, addit D. Cyril. ſi quando pios impij perſequantur; imò gaudendum.

Iuſti dum ſe totos Deo tradunt, impiorum ſibi conflãt odia.

D. Chryſ.

D. Cyrill. Alex. *Diſſimilitudo inter bonos, & impios, cauſa odij.*

Iuſti dum ab impiis vexãtur, à Deo maximè diliguntur.

D. Cyrill. Alex.

dendum. *Nam etſi*, inquit, *detrimentum in rebus caducis multorum odium afferat; maximè tamen apud Deum eſt emolumento.* Sic lætabatur D. Hier. cùm ſe multorum odia contraxiſſe animaduertebat. Nam in epiſt. 99. ad Aſellam: *Gratias*, inquit, *ago Deo meo, quòd dignus ſim, quem mundus oderit*; quaſi ex humano in ſe odio, diuinum in ſe colligat amorem. A

D. Hier.

5\. *Deo è contra diſplicēt, qui hominibus placent.*

En vt diſpliceant hominibus, qui Deo placent. Vide etiam è contra, vt Deo diſpliceant, qui placent hominibus. D. Paulus, *An quæro*, inquit, *hominibus placere? ſi adhuc hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem*, Galat. 1. n. 10. Quaſi inter Deum, & homines tantum ſit diſſidium, vt qui ad hos accedit, ab illo recedat: & qui hominibus placet, Deo placere non poſſit. Vnde Tertull. lib. de ieiuniis contra Pſychicos, cap. 18. loquutus de peccatoribus, qui ſanctos Prophetas aberſabantur: *Meritò*, inquit, *homines ſolius animæ, & carnis, ſpiritualia recuſatis; talibus ſi placerent Prophetæ, mei non erant.* Appellat homines ſolius animæ & carnis, qui ſolam naturam habent humanam; qui nihil ſupernaturale, nihil diuinum aſſequuntur: hos ait ſpiritualibus, ac ſupernaturalibus documentis infenſos eſſe: & Prophetis, Apoſtoliciſque viris ea inculcantibus inimicos. Nec mirum; nam ſi malis boni placerent, eo ipſo boni eſſe deſinerent; nec ij eſſent, quorum doctrinam audire, quorum vitam imitari optimus quiſque Chriſtianus teneretur. B

Tertull.

6\. *Qui ab omnibus benedicūtur, Deo ingrati.* D. Chryſ.

Huc pertinet illa Chriſti Domini in eos, qui hominibus placent, deteſtatio: *Væ vobis*, inquit, *cùm benedixerint vobis omnes homines*, Luc. 6. num. 26. In quem locum Diuus Chryſoſtomus homil. 23. in Geneſ. *Impoſſibile*, inquit, *eſt, vt qui anguſtam, & arctam virtutis viam ambulat, & mandata ſequitur Chriſti, ab omnibus laudetur, & in admiratione ſit. Nam celebrari ab omnibus, maximum fuerit argumentum, non magnam haberi virtutis rationem.* Cùm enim multa hominum pars talis ſit, cui placeant mala: qui his placet, conuincitur planè non eſſe bonus, cùm à malis vt plurimum non niſi mala approbentur. Hinc eſt illud Dauidicum: *Deus*, inquit, *diſſipauit oſſa eorum, qui hominibus placent; confuſi ſunt, quoniam Deus ſpreuit eos*, Pſalm. 51. num. 6. Adeò enim Deo diſplicent, qui hominibus placent, vt etiam eorum oſſa frangi, comminui, ac diſſipari mereantur. At cur in oſſa illabitur hæc punitio? Fortaſſe quia appetitio placendi hominibus altè inſidet, & exæſtuat in medullis. Quod D. Chryſoſtom. hom. 29. in 2. Corinth. in morali de inani gloria loquutus expreſſit. *Quemadmodum*, inquit, *inter febres illæ potiſſimùm acerbæ, atque incurabiles ſunt, quæ ſolidas corporis partes attingunt, atque intùs in neruis ipſis ebulliunt, & in venis deliteſcunt: ad eundem modum hæc quoque inſania* (ſcilicet, appetitio inanis gloriæ, & ſtudium hominibus placendi) *intùs in ipſo animo flagrat, eumque peruertit, ac labefactat*: Cùm igitur hæc peſtis ſe in ipſa oſſa inſinuet, ibi ſerpat, gliſcat, & efferueſcat; eò neceſſe eſt vt irruat & punitio, illáque inanis gloriæ penetralia demoliatur. C D E

D. Chryſ. *Vanagloria, ſeu ſtudium hominibus placendi, vel ipſa oſſa penetrat, & exurit.*

7\. Aquil. Symm. Theod. *Qui hominibus placere ſtudēt, Chriſtum oppugnant.*

Sed totum hunc verſiculum Aquila, Symmachus, ac Theodoret. ex Hebræo ita transferunt: *Diſſipauit oſſa aggredientium, & oppugnantium te*; ſeu, *caſtra metantium aduerſus te*, nempe, ô Chriſte, quaſi qui hominibus placent, Chriſtum oppugnent: nec ſit aliud, hominum beneuolentiam ambire, quàm Chriſto Domino bellum inferre. Sed meritò addit Propheta: *Confuſi ſunt, quoniam Deus ſpreuit eos.* Vnde venerationem captabant, confuſionem inuenerunt: & vnde optabant honorabiles fieri apud homines, inde contemptibiles apud Deum euaſerunt. Quare iuſtus eò tantùm enititur, vt Deo placeat, hominum beneuolentiam non curat. Hinc eſt, quòd Noe, qui primus in hiſtoria Geneſis, dicitur *Vir iuſtus*, dicatur Deo, non hominibus placuiſſe: vt qui veræ iuſtitiæ incumbunt, non humanam, ſed diuinam beneuolentiam aucupentur. *Noe*, inquit textus, *inuenit gratiam coram Domino*, Geneſ. 6. num. 8. Vbi D. Chryſoſtom. hom. illa 23. iam citata: *Non ſimpliciter*, inquit, *inuenit gratiam, ſed coram Domino: vt nos doceat, quòd vnum ille habuerit ſcopum, vt ab illo oculo laudaretur, qui dormitare, ſopirique neſcit, nihilque curauerit humanam gloriam, vel ignominiam. Veriſimile enim eſt, cum præter morem omnium virtutem coleret, eum fuiſſe ſubſannatum, & irriſum a malis omnibus, qui conſueuerant arguere, ſuam amplexantes malitiam, & virtutem fugientes.* A

Iuſti Deo tātùm, non hominibus placere curant.

D Chryſ.

8\. *Inſolens, & difficile, Deo ſimul & hominibus placere.*

Hæc igitur cum ita ſint, quo pacto potuit Samuel Deo pariter, & hominibus placere? Eandem difficultatem habet illud de Moyſe: *Dilectus Deo, & hominibus Moyſes*, Eccleſiaſt. 45. num. 1. & illud de Chriſto Domino: *Proficiebat ſapientia, & ætate, & gratia apud Deum, & homines*, Luc. 2. num. 53. imò & illud de Baptiſtæ parentibus: *Erant ambo iuſti apud Deum, incedentes in omnibus mandatis, ac iuſtificationibus Domini ſine querela*, Luc. 1. num. 6. hoc eſt, iuſtitiam, & ſanctitatem apud Deum colebant; nec tamen vllas ab hominibus querelas patiebantur. Quod eſt valde inſolens, ac difficile; nam, vt benè D. Ambr. ad eum locum: *Plerumque*, inquit, *iuſtitia durior hominum querelam excitat*; cum homines frequenter *iuſtum aut odio proſequantur, aut mendacio decolorent.* Res igitur noua eſt, Deo & hominibus placere, quæ tamen quo pacto contingere poſſit, tripliciter declaro. B C

D. Ambr. *Quo pacto Samuel Deo, & hominibus placuerit, tripliciter exponitur.*

9\. *Primò, de potentia, non de actu.*

Primò, exponendo non de actu, ſed de potentia: Ita vt ſenſus ſit, vitam agebat dignam, quæ placeret non ſoli Deo, ſed etiam hominibus; licèt aliquibus propter eorum malitiam diſpliceret. Qua ratione Diuus Paulus: *Sine offenſione*, inquit, *eſtote Iudæis, & Gentibus, & Eccleſiæ Dei: ſicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens, quod mihi vtile eſt, ſed quod multis, vt ſalui fiant*, 1. Corinth. 10. num. 32. Vbi notandum illud: *Omnibus placeo, non quærens, quod mihi vtile eſt*, &c. Quaſi diceret, Quantum in me eſt, *omnibus placeo*; quia non more *adulatoris*, vt ibi notat Theodoret. quæro meam vtilitatem; ſed more Euangelici prædicatoris, alienam ſalutem: quamuis fortaſſe aliquibus de ſua ſalute parùm ſolicitis diſpliceam. Eundem ſenſum probat illud, *Sine offenſione eſtote*, &c. Nam ſignificans modum, quo deberent Corinthij omnibus placere, monet, vt ſint ſine offenſione. Sic enim quantum in ſe erat, faciebant, vt placerent omnibus, quamuis malis diſplicerent. Quo pacto & D. Paulus non aliter placebat omnibus, niſi quia ſine ſcandalo cum omnibus agebat: vt D. Ambr. Theod. D. Thom & alij exponunt, rectéque exprimit Auctor ille, dictus Hieronymus in epiſt. ad Corinth. ita Paulum introducens: *Ego*, inquit, *me ſic exhibeo, vt omnibus placeam ad profectum: ſi quis me ſine cauſa odiſſe voluerit, ego non ſum in culpa.* Hoc igitur modo Samuel Deo & hominibus placebat: quia vitam agebat digniſſimam, quæ omnibus placeret. D E

Hoc modo D. Paulus omnibus placebat, vel potius dignus erat, qui omnibus placeret.

Theod.

D Ambr. Theod. D. Thom. D. Hier.

10\. *Secundò, de actu, ad bonos illum reſtringendo.* *Nemo Deo & malis hominibus placere poteſt, poteſt tamen bonis.*

Secundò, exponendo etiam de actu, ſed contrahendo illum ad bonos. Nam malis hominibus, & Deo placere nemo poteſt; iuxta illud Chriſti Domini: *Nemo poteſt duobus dominis ſeruire: non poteſtis Deo ſeruire, & mammonæ.* Matth. 6. num. 24. & illud D. Pauli: *Non poteſtis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum: non poteſtis menſæ Domini participes eſſe, & menſæ dæmoniorum*, 1. Corint. 10. numero 21. Vnde D. Gregor. Magn. lib. 8. Regiſt. epiſt. 36. ad Maximum Epiſc. Salonitanum.

D. Greg.

Hæc

A *Hoc*, inquit, *certiſſimè ſcito, quia placere Deo, & prauis hominibus, nullus poteſt. In tanto ſe ergo exiſtimet fraternitas tua omnipotenti Deo placuiſſe; quanto ſe peruerſis hominibus diſplicuiſſe cognouerit.* Tamen bonis hominibus non poteſt bonus diſplicere. Vnde D. Bernard. epiſt 248. ad Eugen. Pap. ſperans Prælatum in Eccleſia Valentina nuper electum, ſuo officio egregiè functurum: *Scire vultis*, inquit, *vnde id ſperem? Boni hoc volunt; nec poteſt bonus non eſſe, qui bonis placet.* Et ſtatim à contrario argumentatus: *Nec minùs*, inquit, *validum argumentum mihi videtur, quòd bonus ſit, ſi malis è regione diſpliceat.* Itaque licèt bonus diſpliceat malis, non poteſt tamen non placere bonis.

D. Bern.

11\. B Vnde D. Hier. epiſt. 99. ad Aſellam, indigniſſimè ferebat, ſanctiſſimas fœminas, Paulam, & Melaniã, carpi, argui, & morderi ab ijs, qui quandam probitatis ſpeciem præferebant: *Si Gentiles*, inquit, *hanc vitam carperent, ſi Iudæi, haberent ſolatium non placendi iis, quibus diſplicet Chriſtus. Nunc verò, proh nefas, homines Chriſtiani lacerant ſanctum propoſitum*, &c. Quaſi monſtri, prodigiique ſimillimum videretur, bonos bonis non placere. Neque enim fieri poteſt, vt qui placent Chriſto, diſpliceant ſeruis Chriſti. Benè olim Dauidi dictum eſt: *Ecce places Regi, & omnes ſerui eius diligunt te*, 1. Reg. 18. n. 22. Quòd ſi placet temporalibus ſeruis, qui placet regi, quo pacto qui Chriſto Domino placet, eius ſeruis, ſeu potiùs amicis, imò & filijs diſplicebat? Quare D. Aug. non à malis, ſed à bonis laudes aliquas C admittebat, ſciens illaudatũ non fore apud Deum, qui à bonis in hac vita laudaretur. Nam in lib. 50. homil. homil 25. *Laudari*, inquit, *à malè viuentibus nolo, abhorreo, deteſtor, dolori mihi eſt, non voluptati. Laudari autem à benè viuentibus, ſi dicam, nolo, mentior: ſi dicam, volo, timeo, ne ſim inanitatis appetentior, quàm ſoliditatis. Ergo quid dicam? Nec plenè volo, nec plenè nolo: non plenè volo, ne in humana laude pericliter: non plenè nolo, ne ingrati ſint, quibus prædico.* Ita ille. Sed adhuc potior ratio, cur ſe à bonis laudari vellet, illa erat, vt ſe optimo bonitatis ſuæ teſtimonio conſolaretur: quale erat, quod ei à bonis reddebatur. Hoc etiam modo Samuel Deo, & hominibus, bonis ſcilicet placebat.

D. Hier. Indignè ferendum, bonos bonis nõ placere.

Qui Chriſto gratus eſt, Chriſti ſeruis ingratus eſſe non poteſt.

D. Aug.

12\. D Tertiò, exponendo de actu, illúmque etiam ad malos extendendo; licèt diuerſo modo. Nam iuſtus placet bonis per affectionem, malis per admirationem. Vnde benè D. Chryſoſt. in Pſalm. 11. num. 9. *Cornu eius exaltabitur in gloria*, docet iuſtum etiam malis laudabilem, ſeu admirabilem eſſe: *Bonus*, inquit, *nemo eſt adeo impudens, & ſceleratus, qui non laudet, & admiretur: huiuſmodi enim res eſt virtus, vt etiam ab his, qui illam non ſequuntur, laudetur; quemadmodum vitium iis etiam, qui ei ſunt dediti, ſit exoſum, & reprehenſione plenum.* Eandem doctrinam tradit idem D. Chryſoſt. homil. 5. in Geneſ. *Tanta*, E inquit, *virtutis potentia eſt, vt venerentur, & multum laudent eam, etiam qui illa carent: ſicut & vitium etiam ab his, qui mali ſunt, ſubinde accuſatur, & carpitur.* Et rurſus homil. 13. in Geneſ. ſibi vbique ſimilis: *Non amici*, inquit, *ſoli, ſed & inimici reuerebuntur virtutis eminentiam. Tanta eſt enim virtutis potentia; vt & compeſcat ora, & linguas eorum, qui ipſi infeſti ſunt.* Concinit D. Bernard. ſerm. 7. in Pſalm. *Qui habitat. Pſeudoprophetam*, inquit, *Balaam recolite. Et ipſe iniquus iuſtorum mortem optabat, & nouiſſima ſua bonorum ſimilia fieri precabatur. Tantus eſt pietatis fructus, tanta iuſtitiæ merces, vt ne ab ipſis quidem non deſiderari queat impiis, & iniuſtis.* Nec multò aliter Idem D. Bernard. ſerm. 2. in natali ſancti Victoris, docet, bonos ſi non amabiles, & laudabiles malis; certè terribiles, ac formidabiles eſſe: nec minùs ex vno, A quàm ex altero virtutis excellentiam ſpectari: *O venerandam*, inquit, *etiam ipſis Angelis ſanctitatem; quam pari ſtudio, etſi diſpari voluntate, & mali fugitant, & frequentant boni. Nec facilè dixerim, quid virum adſtruat ſanctiorem, bonorum fauor, aut pauor illorum.*

Tertiò, de actu ad malos etiam aliquo modo extendendo. Virtus etiam malis laudabilis, & admirabilis.

D. Chryſ.

D. Bern.

Iuſti malis admirabiles, & formidabiles.

Adde, potuiſſe Samuelem placere hominibus etiam malis, non quidem eos in malitia ſua relinquẽdo, ſed ad meliorem frugem reuocando. Quod fortaſsè innuit S. Ephrem ſerm. de timore Dei, in 3. tomo: *Imitare*, inquit, *Samuelem, quoniam & Deo gratus extitit, & homines ædificauit.* hoc eſt, homines improbos quadam veluti flagitiorum procella dirutos, & collapſos, ſuis & documentis, & exem- B plis in ſpirituale ædificium erexit, & inſtaurauit, quo factum eſt, vt placuerit malis, non ſe ad eorum mores effundendo; ſed illos ad ſuos mores reuocando. In hunc ſenſum dicebat Apoſtolus ſupra citatus: *Per omnia omnibus placeo*, 1. Cor. 10. num. 33. etiam malis, non quidem deformando ſe ad eorum malitiam; ſed reformando illos ad ſuam innocentiam. Quod mihi videtur Tertull. lib. de idololatria, c. 14. ſignificaſſe: *Nunquid Saturnalia*, inquit, (hoc eſt, gentilica feſta) *celebrans, hominibus placebat, an modeſtia, & patientia; an grauitate, an integritate?* Quaſi diceret, Placebat etiam malis, non quia ſe illis, ſed quia illos ſibi conformabat. Et ſtatim in illud eiuſdem Apoſtoli: *Omnibus omnia factus ſum*, 1. Cor. 9. n. 19. *Nunquid*, ait, *idololatris idololatres, nunquid ethnicis ethnicus, nunquid ſæcularibus ſæcularis?* C Quaſi diceret; Abſit. Nam Apoſtolus etiam cùm ſe in peccatorum amicitiam inſinuabat, ab eorum peccatis maximè abhorrebat. Conuiuebat cum illis, ſed cum illis non delinquebat: admittebat eorum commercia, ſed reſecabat eorum flagitia: trahi ſe ab illis non ſinebat, ſed illos ad ſe trahere curabat: non ſe illis ſimilem, ſed illos ſibi ſimiles efficiebat. Mutuam inter Apoſtolum & peccatores amicitiam ſimilitudo quidem conciliabat, non Apoſtoli cum peccatoribus, ſed peccatorum cum Apoſtolo Placebat igitur Paulus impijs; non quòd Paulus ad illorum inſaniam deſiperet, ſed quòd illi ad Pauli ſapientiam reſipiſcerent: *Hoc modo*, in- D quit Tertullian. *licet conuiuere cum Ethnicis, commori non licet. Conuiuamus cum omnibus ex communione naturæ, non ſuperſtitionis. Pares animæ ſumus, non diſciplinæ: compoſſeſſores mundi, non erroris.* Itaque bonus dicitur placere malis, cùm eos efficit bonos. Ita Samuel bonis, & malis placebat: bonis quidem, quia eos in bonitate conſeruabat: malis autem, quia eos retrahebat à malitia, & ad meliorem frugem reducebat. Sed iterum ad Heli, eiúſque filios cum hiſtoria recurramus.

13\. *Samuel Deo, & malis, etiam placebat, eos à peccatis reuocando.*

D. Ephr.

Hoc pacto D. Paulus per omnia omnibus placebat, omnibus omnia factus.

Tertull.

Tertull.

E *Num. 22.* Heli autem erat ſenex valde, & audiuit omnia, quæ faciebant filij ſui vniuerſo Iſraël: & quomodo dormiebant cum mulieribus quæ obſeruabant ad oſtium tabernaculi.

EXPOSITIO LITERÆ.

HEli autem erat ſenex valde, &c. Tota humanæ vitæ periodus, centum vt plurimum annis terminatur, iuxta illud: *Numerus dierum hominum, vt multum centum anni*, Eccleſiaſt. 18. num. 8. Breuiori ambitu Dauid eam definiuit: *Dies*, inquit, *annorum noſtrorum in ipſis, ſeptuaginta anni; ſi autem in potentatibus octoginta anni, & amplius*

1\. *Humana vita, vt plurimum 100. vel 80. annorum ſpatio limitatur.*

eorum labor, & dolor, Pſalm.89.num.10.Ac ſi dicat: A Vltimus humanæ vitæ limes, etiam in potentatibus,hoc eſt, in hominibus ſtrenuis, vegetis, ac robuſtis, optimæque valetudinis, & complexionis, eſt annus octogeſimus. Dum verò addit: *Et amplius eorum labor, & dolor*; [D.Hier. *Humana vita ærumnoſa.*] vel ſignificat,iuxta D.Hieron. vltra hos terminos humanam vitam non niſi miſerijs plenam propagari; vel potiùs maiorem ipſius octogenariæ vitæ partem, miſeram eſſe, & ærumnoſam; [Genebr.] vt rectè colligit ex Romano pſalterio Genebrardus, vbi habetur: *Plurimum eorum labor, & dolor*,ac ſi non ad vlteriorem, ſed ad citeriorem vitam ſermo referatur; quæ multis interſperſa amaritudinibus, multis interpuncta calamitatibus decurrat. [Tertull.] Ad hunc verſiculum alludens Tertull. lib. de anima, cap. 56. octoginta plurimum annis humanam vitam circumſcripſit: *Ecce*, inquit,*obiit infans ſub vberum fontibus: puta nunc puer inueſtis, puta* B *veſticeps: qui tantum octoginta annos victurus fuiſſet.* [*Veſtis à Latinis pro barba vſurpabatur.*] Quaſi diceret, hos attingere poſſet, ſuperare non poſſet. Vbi nota illud,*inueſtis*, & *veſticeps*, idem eſſe,atque, *impubes*, & *pubes*; barbam enim dicebant Latini *veſtem*, iuxta illud, [Virgil.]

Aurea cæſaries ollis,atque aurea veſtis.

Et barba exornari,ſeu pubeſcere, dicebant veſtiri, iuxta illud,

Tunc mihi prima genas veſtibat flore iuuenta.

[*Humana vita ſaltem delectabilis, octogenaria.*] Igitur mera humanæ vitæ, ſaltem delectabilis, ſeu voluptatibus capiendis opportunæ, vt plurimum octoginta annis claudebatur. Vnde Berzellaj huc ætatis prouectus, omnibus vitæ delectamentis renunciabat: *Octogenarius*, inquit, *ſum hodie: numquid vigent ſenſus mei ad diſcernendum ſuaue, & amarum?* C *aut delectare poteſt ſeruum tuum cibus, aut potus? vel audire poſſum vltrà vocem cantorum, aut cantatricum?* 2.Reg. 19. num. 35. Nec immeritò, quia ſenſibus iam deficientibus, & paulatim hebeſcentibus, fruſtrà adhibentur quæcunque voluptatis irritamenta.

2. [*Dauid ante ſeptuageſimũ ætatis annũ, nimia ſenectute laborabat.*] Anguſtiorem adhuc vitæ terminum expertus eſt Dauid; nam & ipſe *ſenuerat, habebatque ætatis plurimos dies*, 3.Reg.1. num. 1. cùm tamen annum ſeptuageſimum nondum expleſſet; vt patet ex 2. Reg.5. num.4. vbi dicitur 30. annorum, cùm regnare cœpiſſet; & 40. annis regnaſſe. Vnde tota eius vita ſeptuageſimo anno incluſa fuit: ante quẽ tamen, iam nimia ſenectute laborabat. [*Cur vita Principum breuior eſſe ſoleat.*] Quòd ſi octogenaria, vel ſeptuagenaria ætas in quouis ho- D mine ſenilis eſt, ſenilior erit in principe, cuius vita breuior eſſe ſolet,iuxta illud: *Omnis potentatus breuis eſt vita*, Eccleſiaſt.10.n.11. Vnde Ioſephus, qui inter fratres penultimo loco natus eſt primo loco obijt:vt patet Geneſ.50.n.23. quia omnium princeps fuit.Ratio autem,cur principes citiùs moriantur, eſſe poteſt, vel quia cupiditatibus habenas laxant; vel quia pluribus hoſtium inſidijs patent;vel quia grauioribus curis exeduntur.

3. [*Quotum ætatis annũ ſub hoc temporis ageret Heli.*] Dicitur igitur Heli hoc loco ſenex valdè. Et quæſtio eſt eò difficilior, quò à paucioribus explicatur; quotum ætatis annum ſub hoc temporis ageret? Duplicem inuenio reſponſionem. Prior E eſt ex mente Abul. fuiſſe pluſquam nonagenariũ. [Abul. *Prima opinio Abul. fuiſſe pluſquam nonagenarium.*] Nam Abul.docet quod hoc loco narratur, contigiſſe paulò ante mortem Heli;hic autem obijt nonageſimo octauo ætatis ſuæ anno, vt ex cap 4. n. 15.conſtat:ergo pluſquam nonagenarius erat Heli, quando hæc contigerunt. Et confirmatur, quia cùm hoc loco nimia & patris indulgentia, & filiorum licentia proponatur; [*Confirmatur.*] non erat cur in longius tempus debita vtriſque punitio differretur; atque adeò paulò ante mortem Heli, cùm iam annum ageret pluſquam nonageſimum,hæc acciderunt.

A Nihilominus hæc reſponſio neque cum Abulenſis doctrina, neque cum hiſtoriæ veritate mihi videtur cohærere. 4. [*Impugnatur primò hæc opinio.*] Quod ſic oſtendo. Quia Samuel hoc loco nondum erat duodennis:ergo Heli nondum erat nonagenarius. Probo antecedens, quia Samuel quando fuit à Deo ter euocatus,infrà c.3. à num.4. duodecimum agebat annum, vt ibid. ex Abulenſ aliiſque auctoribus confirmabo: [Abul.] atqui hoc contigit ante illam euocationẽ, vt ex ipſo ordine, proceſſiique hiſtoriæ ſatis liquet: ergo hoc loco nondum erat duodennis; ſed vno,vel altero anno iunior. Illam verò conſequentiam probo, quia ſi Samuele nondum duodeno, ſed annum vndecimum,vel decimum agente,iam Heli erat pluſquam nonagenarius,verbi gratia, annum agens nonageſimumquartum, aut quintum: ſequitur, mortuo Heli in anno nonageſimooctauo ætatis ſuæ,in hoc B enim obijt, vt ex c.4.citato conſtat, nondum Samuelem annum decimum octauum attigiſſe:& cõſequenter poſt viginti annos, quos à morte Heli immediatè iudicauit, c.7. n.2. nondum ad annum trigeſimum octauum perueniſſe; in eáque ætate non potuiſſe appellari ſenem; cùm tamen dicat Scriptura Samuelem tũc ſenuiſſe: & propter ſenectutem è principatu deiectum,c.8.à n.1.ergo nondum Heli erat nonagenarius;tantum abeſt,vt pluſquam nonagenarius dicatur. Et confirmatur ad hominem, [*Impugnatur ſecundò ad hominem.* Abul.] quia Abul.in c.8.q.2. exiſtimat, Samuelem vixiſſe 70. annos; poſt mortem quidem Heli 38. ergo cum Heli 32. ergo quando Samuel nondum erat duodennis, non potuit Heli eſſe pluſquam nonagenarius:quia Heli pluſquam nonage- C nario, iam non ſupererant ad viuendum 8. anni: qui additi annis Samuelis, tantum aberat vt efficerent 32.vt ne 20.quidem explerent.

Poſterior reſponſio eſt Aug. Torniel. tomo 1. 5. [*Secunda opinio Torniel. fuiſſe propè ſeptuagenarium* Torniel.] annal. ann.mundi 2909. dicentis, quando hæc acciderunt, Heli fuiſſe propè ſeptuagenarium, & ſui principatus annum circiter decimum egiſſe. Quæ ſupputatio facilè ad amuſſim exigetur, ſi illa aduerbia *propè*, & *circiter*, ſic explicentur, vt vnum contrahatur,alterum extendatur:& hoc,*circiter decimum*, ſumatur pro vndecim annis: illud, *propè ſeptuaginta*, pro ſexaginta nouem: quibus ad nonaginta octo, quos vixit Heli, deerant viginti nouem; hi autem viginti nouem in principatu explendi cum illis vndecim iam expletis efficiunt D quadraginta, quos Heli in Scriptura dicitur iudicaſſe. [*Obiectio.*] Dices: hæc ſupputatio aliter atque aliter fieri poteſt, ſumendo Heli in eo ſui principatus, & ſuæ vitæ anno, in quo pares anni ad quadrageſimum principatus, & nonageſimum octauum ætatis explendum deſiderentur, verbi gratia, ſi dicamus hæc contigiſſe in vigeſimo anno ſui principatus,& ſeptuageſimo octauo ſuæ vitæ:tunc enim ad explendos 98. quos vixit,deſunt 20. & totidem ad explendos 40.quos iudicauit. Vel contigiſſe in trigeſimo principatus, & octogeſimo octauo ætatis; tunc enim decem anni ad annos principatus, & totidem ad annos vitæ explendos deſiderantur: & ſic poteſt cum proportione multipliciter va- E riari, ita vt nulla certa ratio definiri poſſe videatur. [*Solutio.*] Reſpondeo ita eſſe, ſi anni Heli per ſe tantùm conſiderentur: non tamen ſi cum ordine ad annos Samuelis, cum quibus ſunt neceſſariò coniungendi. Nam cùm Samuel ſub hoc temporis, nondum fuerit duodennis,ſi Heli,v.g.in nonageſimo ætatis & trigeſimo ſecundo principatus anno reponatur, cui proinde 8. tantùm deſint, & ad vitam & ad principatum explendum, ſequitur mortuo Heli nondum Samuelem expleſſe annum vigeſimum: & proinde poſt 20. annos,quos iudicauit,nondum

expleſſe

expleſſe quadrageſimum, & conſequenter ſenem non poſſe appellari, cùm tamen ab Scriptura ſenex appelletur.

6. *Auctoris mens. Samuel vixit cum Heli 30. aut 40. circiter annos.*

Quare in re tam incerta nihil certi affirmare audeo: vt tamen cum iam dictis, ac dicendis cohæream, Dico in primis, Samuelem vixiſſe cum Heli 30. aut 40. circiter annos, vt cap. 1. num. 15. probabilius exiſtimaui: vt ita poſt illos 20. annos, quos à morte Heli iudicauit, quinquagenarius, aut ſexagenarius, ac proinde ſenex ab Scriptura potuerit appellari. Dico deinde, quando Samuel à Deo fuit euocatus, cap. 3. fuiſſe circiter duodennem, vt ibi confirmabo: ac proinde hoc loco fuiſſe vno, vel altero anno iuniorem, v. g. decennem. Atque hinc tandem colligo, Heli ſub hoc temporis aut ſeptuaginta octo, aut ſexaginta octo annos habuiſſe: atque adeò ad explendos illos nonaginta octo annos, quos vixit, illi defuiſſe, aut viginti annos, aut triginta. Vnde ſi Samuel vixit 40. annos cum Heli, erat modò Heli ſexaginta octo annorum, victurus adhuc 30. annos, qui additi illis decẽ Samuelis efficerent quadraginta. Si verò Samuel vixit cum Heli 30. annos, erat modò Heli annorum ſeptuaginta octo, adhuc victurus alios viginti, qui ad illos decem Samuelis antecedentes, annos 30. explerent. Vtruniuis autem annorum numerum habuiſſe dicatur, appellari poteſt ſenex valde, iuxta ea, quæ diximus de paucitate annorum, quibus humana vita terminatur. Et quamuis Heli præ ſenectute nondum fuerit delirus: *Neque enim*, inquit Rupertus, *per ætatem ad infantiles redierat ineptias*. quod probat ex ſententijs ſenili grauitate digniſſimis, quas loquebatur; vt ex dicendis patebit: tamen fuit ad filios caſtigandos valdè infirmus; quia neque debitas pœnas inferebat, neque iuſtas minas fulminabat; ſed, vt loquitur Rupertus, *ſolas patrus ſeniles balbutiebat blanditias*, dicens: *Nolite filij mei*, &c.

Heli ſub hoc temporis, aut 78. aut 65. annos habebat.

Heli præ ſenectute non erat delirus. Rupert.

7. *Cur hoc loco nimia Heli ſenectus referatur.* Plato. *Valde ſenes magiſtratui ſunt inhabiles.* Senec.

Sed quæres, cur hoc loco nimia Heli ſenectus referatur? Facilis eſt reſponſio; vt intelligatur occaſio peccandi, quam eius filij habuerunt. Nam valdè ſenes, magiſtratui ſunt inhabiles. Vnde Plato lib. 6. de legibus ſeptuagenarios à rep. arcebat. Romani verò etiam ſexagenarios de ponte præcipitabant, hoc eſt, à ſuffragijs remouebant, vel ſaltem ad ſuffragia non vocabant, iuxta illud Senecæ Philoſophi lib. de breuitate vitæ, cap. vlt. *Lex*, inquit, *à quinquageſimo anno militem non cogit; à ſexageſimo ſenatorem non citat*, id eſt, non vocat ad ſenatum. Vnde ſenes depontani, pro deliris prouerbio celebrati, vt nihil interim dicam de barbaris gentibus, Maſſagetis, Tibarenis, & Hircanis, qui ſenes tanquam homines non ſolùm ad regimen, ſed etiam ad quamcunque aliam rem inutiles, iugulatos deuorabant, aut in patibulis ſuſpendebant; aut volucribus, & canibus, ſemiuiuos proijciebant: vt refert D. Hieronym. lib. 1. aduersùs Iouin. Quare ſeneſcente Heli, ſuúmque munus remiſſiùs tractante, filij iuueniliùs exultabant, & per omnia vitiorum genera licentiùs voluebantur, præſertim ſi iam Phinees ſacerdotio fungebatur, patre illi hunc honorem propter ſuum ſenium deferente: vt refert Naucletus tom. 1. generat. 31. & alij ſequuti Ioſephum lib. 5. antiquit. cap. 11. Quamuis de hac re non immeritò dubitetur: tum quia ſummum ſacerdotium ad primogenitum pertinebat, ac proinde Ophni, qui ſemper primo loco, tanquam ſenior nominatur: tum quia Heli adhuc erat ſummus Sacerdos; illi enim vt tali traditus fuit Samuel, & coram illo miniſtrabat, duo verò ſimul Sacerdotes maximi per id tempus non fuerunt: tum denique, quia in ſerie ſummorum Pontificum

Depontani ſenes.

Barbari ſenes tanquam inutiles trucidabant. D. Hier.

Vtrum Heli propter ſeniũ ad Phineem ſacerdotium detulerit. Naucl. Ioſeph. *Verior pars negatiua.*

A illius temporis, à nemine, quem ſciam, nominatur filius Heli. Fateor tamen, aliquibus muneribus ſe potuiſſe patrem in filios exonerare: vnde illi non tam gubernandi potentiam, quàm peccandi licentiam vſurparent. Mecum ſentit Torniel. citatus, dicens: Heli quoad vixit, ſacerdotij auctoritatem nunquam depoſuiſſe, ſed aliquas dumtaxat functiones filijs delegaſſe.

Aliquibus muneribus ſe Heli in filios exonerabat. Torniel.

Et audiuit omnia, quæ faciebant, &c. Latere non potuerunt patrem ſcelera filiorum. Nam, vt benè Xenophon. lib. 8. pædiæ, πολλοὶ βασιλέως ὀφθαλμοί, καὶ πολλὰ ὦτα. hoc eſt, multi regis oculi, & multæ aures. Imò D. Hieron. aduersùs Luciferian. *Diu*, inquit, *ſcelera non latent, & cicatrix malè obducta,* B *incocto pure dirumpitur*. Præterquam quòd illi erant adeò manifeſta, vt non à ſecretis delatoribus, ſed à publicis rumoribus euulgaretur; iuxta illa eiuſdem Heli ad filios paulò infrà: *Non eſt bona fama, quam ego audio*. Quaſi ſcelera filiorum non iam in tenebris, & angulis deliteſcerent, ſed ipſius famæ alis elata totâ vrbe, & orbe volitarent. In quo licet Sacerdotis ignauiam incuſare, qui non naſcentia filiorum ſcelera, ſed penè ſeneſcentia audiuit, totum Iſraëlem fama occupauit, cum primum appulit ad parentem: & quia de initijs non inquiſiuit, mederi non potuit extremis.

8. *Scelera diu latere non poſſunt.* Xenoph. D. Hier. *Multi Regis oculi, & multæ aures.*

Heli in peccatis filiorũ cognoſcendis ignauia.

Huc negligentiæ genere laborauit Epiſcopus ille, qui planè inſcius, & ignarus publicum peccatorem Sabinianum ad ſacros ordines admiſit. De C quo D. Hieron. epiſt. 48. ad eundem Sabin. *Solemus*, inquit, *mala domus noſtra ſcire nouiſſimi; ac liberorum, & coniugum vitia, vicinis canentibus, ignorare*. Nec ſolùm vicinis, ſed etiam longinquis. Vnde ſubdit Hieronym. ipſum alloquutus Sabin. *Nouerat*, inquit, *te omnis Italia: vniuerſi te ſtare ante altare Chriſti ingemiſcebant, nec tu tam callidus eras, vt prudenter tua vitia celares; ſic æſtuabas, ſic te laſciuientem huc, atque illuc rapiebat voluptas, vt quaſi quoſdam triumphos, palmámque vitiorum de expletis libidinibus ſublenares*. Et nihilominus Epiſcopus in tanta hominis impudicitia, & infamia, quæ illum ageret intemperies, ignorabat, comparandus planè cum Heli, & eiſdem ſupplicijs ſubijciendus. Eadem D quondam ignauia, ac deſidia cœpit Lucium Syllam, cognomento Felicem: & verè, niſi tantam ſibi labem adſperſiſſet, vt vxorem palàm impudicam haberet, & neſciret, niſi cum ei ab hoſte primum probru verteretur. Quod D. Hieronymus libro aduersùs Iouinianum ſub finem narrat: *Quia*, inquit, *nouiſſimi mala noſtra diſcimus, id Athenis cantabatur, & Sylla ignorabat, ſecretáque domus ſuæ primùm hoſtium conuitia didicit*. Quid patrifamilias ignominioſius? Domi ſua dedecora inexplorata habere, quæ foris decantata per omnium linguas, & aures vagarentur? Is fuit Heli, ad quem filiorum ſcelera nouiſſimè perlabuntur. E Sed quæ ſcelera audiuit? *Omnia*, ſanè, *quæ faciebant vniuerſo Iſraëli*; primùm ea, quæ religioni, iuſtitiæ, ac temperantiæ aduerſabantur: de quibus ſuprà dictum eſt. Deinde ea, quæ aduerſabantur caſtitati, modò ad literam explicanda.

9. *Haud diſſimile cuiuſdã Epiſcopi, exemplum, impium Sabinianum ad ſacros ordines admittentis.* D. Hier.

L. Sylla infelicitas, dum publicam vxoris impudicitiam, primum hoſtis didicit conuitio. D. Hier.

Quæ filiorum ſcelera audierit Heli.

10. *In aliquibus exemplaribus deſunt hæc verba.* Septuag. Chald. *Ex alijs codicibus, & Patribus comprobantur.* Ioſeph. Auct. quæſt. Hebraic. Magiſt. hiſt. Sabellic. D. Hier.

Quomodo dormiebant, &c. Hæc verba abſunt à verſione Septuaginta, quæ habetur in Biblijs Sixtianis, & in Biblijs Fortunati nouiſſimè editis, & in nonnullis alijs codicibus. Nihilominus in Hebræo, Chaldæo, & Latino vulgato reperiuntur: imò & in verſione Septuaginta, quæ in editione Complutenſi, & Regia continetur. Eáque recognoſcunt Ioſephus libro 5. antiquitat. cap. 11. Auct. quæſt. Hebraic. Magiſter hiſtoriæ, & Sabellicus. Item D. Hieronym lib. 1. aduersùs Iouinian. vbi

vbi in exemplum Epiſcoporum impudicos filios babentium affert Heli, quaſi & ipſe impudicos filios habuerit. Et clariùs in cap 8. Ezechiel. vbi peccatores in templis expugnantes caſtitatem mulierum, *quæ ſe militia, & miniſterio Dei vouerint*; ſimiles eſſe dicit filijs Heli, quaſi & hi in ſimilia ſacrilegia effunderentur. Et clariſſimè in epiſt. 48. ad Sabinian. vbi loquutus de filijs Heli: *Qui*, inquit, *vt in Hebræorum voluminibus legimus, fornicabantur cum mulieribus in tabernaculo Dei.* Et pari verborum perſpicuitate vtitur in epiſt. 83. ad Oceanum, monens Sacerdotes, *ne imitentur filios Heli, qui in veſtibulo templi cum mulieribus dormiebant.*

D. Ambr.

Eandem verſionem agnouiſſe videtur D. Ambroſ. in Pſalm. 1. ſub initium, vbi ſacerdotes intemperantes, & incontinentes, vocat filios peſtilentiæ; & tales fuiſſe docet filios Heli, ſuppoonens eos partibus gulæ, & luxuriæ vitijs mancipatos. Et D. Chryſoſt. libr. 3. aduerſùs vituperatores vitæ monaſticæ, vbi filijs Heli duo peccata, *ventris ingluuiem, & fornicationem*, adſcribit. Accedit Theod. quæſt. 16. vbi filios Heli videtur poſtponere filijs Samuelis, quia *hi*, inquit, *neque violarunt matrimonia, nec eiuſmodi libidinibus iniuria affecerunt diuinum tabernaculum. neque ventri ſuo dabant primitias hoſtiarum euerſo ordine ſacrificiorum*, non obſcurè ſignificans filios Heli hæc omnia flagitia perpetraſſe. Adde Cæſarium Arelat. hom. 15. de aſpera prædicatione, vbi docet, filios Heli *adulteria commiſiſſe*. Taudem D. Petrus Damianus lib. 1. epiſt. 6. hanc verſionem expreſſit, vt omittam eos interpretes, Pagnin Vatabl. & Clarium, qui ea verba receperuot, & alios, D. Gregor. Bed. Rupert. Angelom. & cæteros communiter, qui ea ſuis commentarijs illuſtrarunt. Vnde non immeritò ſuſpicatur noſter. Martinus Delr. in opere Mariano lect. 1. perfidos Iudæos hæc verba ex quibuſdam Græcis exemplaribus ſuſtuliſſe, ne ſuorum Sacerdotum facinus, vt appellat, propudioſum apud gentes vulgaretur. Qui ſi ſtudio charitatis ducerentur, ad aliena flagitia tegenda, ne in peccantium infamiam, & in audientium ſcandalum redundarent, laudem mererentur; cùm tamen ſacrilego auſu ſacras Scripturas deleuerint, & peruerſâ adulatione ſacrilegos Sacerdotes palparint; volentes auctoritatem diuinis oraculis auferre, & profanis factis conciliare: digni ſunt, qui æternis probris, ac ſupplicijs mancipentur.

D Chryſ. — Theod. — Cæſ. Arel. — D.P.Dam. — Pagnin. — Vatabl. — Iſid Clar. — D Greg. — Rupert. — Angelom. — Delrio.

Sacrilego auſu ex quibuſdam Græcis exemplaribus hæc verba ſuſtulerunt Hebræi.

11\. *Prior horum verborum ſenſus apud Hebræos.* Auct quæſt. Hebr. Mag. hiſt. Rupert. Angelom. Hug. Card.

Igitur propoſita verba duplicem ſenſum habere poſſunt. Priorem tradunt Hebræi, vt Auctor quæſtion. Hebraic. Magiſter hiſtor. Rupert. Angelom. Hugo Cardin. aliique referunt, nimirum filios Heli per ſe quidem alienam caſtitatem non violaſſe, ſed in cauſa fuiſſe, vt alij violarent, nam cùm lex præciperet, Leuit. 12. à num. 2. & Leuit. 15. à num. 19. vt matres aliquot poſt partum dies, & mulieres menſtruatæ cenſerentur immundæ, prohiberétque, ne ad viros ſuos accederent, priuſquam certis quibuſdam ſacrificijs expiarentur: filij Heli corrupti pecuniâ, eum illis in hac lege diſpenſabant; non quidem ſine peccato ſimoniæ, vt patet: atque adeò quod alijs facere permittebant, facere & ipſi dicebantur. Huoc ſenſum probant eius auctores ex illis verbis Heli ad filios: *Non eſt bona fama, quam audio, vt transgredi faciatis populum Domini.* Vbi non reprehenduntur, quòd ipſi legem tranſgrederentur, ſed quòd alios facerent tranſgreſſores. Sed nugantur Hebræi, & cùm non potuerint ſacras Scripturas interpungere, nec ſuorum Sacerdotum ſacrilegia ſepelire; ea ſaltem excuſare, & attenuare curarunt, & meliori, quo potuerunt, modo colorare.

Hebræorum nugæ exploduntur.

12\. *Poſterior, & verior verborū ſenſus, de incontinentia filiorum Heli.* Ioſeph. Lyran. Abul. Caiet.

Poſteriorem ſenſum tenent Ioſephus lib. 5. antiquit. cap. 11. Lyran. Abolenſ. Caietan. & alij ſuprà citati; nempe filios Heli etiam per ſeipſos alienam pudicitiam expugnaſſe. Quod tam clarè in litera exprimitur, vt clariùs exprimi non poſſit. Quare tranſgredi faciebaot populum Domini, non ſolùm quia verbo, ſed multò magis, quia exemplo ad peccandum impellebant. Quid in illo populo miſerius eſſe potuit, in quo Sacerdotes, qui peccandi habenas contrahere debuerant, laxabant? *Vide Domine*, inquit Ieremias, *afflictionem meam; quoniam erectus eſt inimicus*, Thren. 1. num. 9. Vbi D. Bonauent. *Inimicus*, inquit, *erigitur, cum malus in Eccleſia proficitur; ſicut filij Heli, Eccleſiam fœdantes per luxuriam.* Poteſt hic ſenſus facilè confirmari, quia ex epulis, quibus ſe ingurgitauerant, ad libidinem prouocabantur. Nam ingluuies, & luxuries vicinæ ſunt, ac penè germanæ, vt paucis illuſtrabo.

Malus, & incontinens Sacerdos, Eccleſiæ hoſtis. D. Bonau.

Ingluuies, & luxuries, germanæ.

13\. *Saturitas ſeminarium libidinum.* D. Hier. Phil. Hebr.

HÆ duæ corporum pariter, atque animorum peſtes, concordes inter ſe ſunt, ac fœderatæ. D. Hieron. lib. 2. aduerſùs Iouin. *Ventris*, inquit, *ſaturitas ſeminarium libidinum eſt.* Non multò aliter Philo Hebr. lib. de agricultura: *Ventris*, inquit, *ingluuiem pediſſequa à natura addita comitatur libido.* Eleganter verò Tertullian. libr. de ieiunijs, cap. 1. docet gulam, & libidinem adeò inter ſe vnitas eſſe, atque concretas, *vt monſtrum*, inquit, *haberetur libido ſine gula.* Talis erat incontinentia Socratis, planè monſtroſa, quia cum mira abſtinentia coniuncta. Vnde D. Cyrill. Alexandr. lib. 7. contra Iulianum paulò poſt initium, Socrati iraſcitur, & condolet Salomoni; hic enim ſaginatus illecebras requirebat, quod eſt procliue: ille famelicus, quod eſt rarum, ſeu potiùs monſtrum. Ex quo arguit multò acriùs fuiſſe in Socrate, quàm in Salomone incontinentiæ nutrimentum, qui eſuriem, & luxuriem coniungebat. Addit Tertull. citat. *Sagina ſubſtructa laſcinia eſt per edacitatem ſalacitas tranſit.* Et ſtatim, *Agnoſco*, inquit, *animalem ſidem ſtudio carnis, qua tota conſtat; tam multiuorantia, quam multinubentia pronam.* Vbi epularum, & nuptiarum appetitum coniungit, quod vnus per alterum excitetur, & augeatur.

Tertull. — *Monſtroſa Socratis incontinentia, & ialementis luxuria deterior.* — D. Cyrill. Alex. — Tertull. — *Nuptiarum appetitus ex gula.*

14\. Tertull. *Templum Veneri, & Baccho Pōpeius extruxit.*

Notat verò idem Tertull. lib. de ſpectaculis, c. 10. Pompeium Magnum in ſuo omnium turpitudinum theatro, Templum Veneri, & Libero peſſimis incontinentiæ, & intemperantiæ incentoribus extruxiſſe, quia, inquit, *Veneri, & Libero conuenit: duo iſta dæmonia conſpirata, & coniurata inter ſe ſunt, ebrietatis, & libidinis. Itaque theatrum Veneris, Liberi quoque domus eſt.* Coniunxit & Apoſtolus hæc vitia; nam cùm præmiſiſſet: *Non in comeſſationibus, & ebrietatibus*, ſtatim ſubdidit: *Non in cubilibus, & impudicitiis*, Rom. 13. n. 13. Nam, vt rectè Tertull. lib de ieiunijs, c. 17. *Appendices*, inquit, *gulæ, laſcinia, atque luxuria eſt.*

Tertull.

15\. *Vriam per ingluuiem Dauid prouocat ad libidinem.* Interlin. Lyran.

Nec Dauid horum vitiorum conſortium ignorauit. Nam Vriam ex bello redeuntem, beneuolè excepit, ac tandem: *Vade*, inquit, *in domum tuam, & laua pedes tuos*, 2 Reg. 11. num. 8. ſeu potiùs, *vtere balneis*, vt Interlin. exponit. Et ſtatim è domo regia egredientem, *ſequutus eſt eum cibus regius*: vt additur in litera. Cur Dauid tam ſolicitum ſe præbet de balneis, & epulis Vriæ? *Vt ſic*, inquit Lyranus, *per balneum, & cibum delicatum ad libidinem prouocaretur.* Sed cùm Vrias ab his omnibus delicijs abſtineret, poſtero die, inquit textus, *vocauit eum Dauid, vt comederet coram ſe, & biberet:*

&

Theod. *& inebriauit eum*, vbi ſuprà n.13. Vbi Theod.q.25. *Frequenti*, inquit, *ac liberali inuitatione vltra modum cogit eum bibere, vt incitaret ad libidinem.* Adeò certam credidit ruinam ex ingluuie in luxuriem. Vnde Sichem filius Emor, qui Dinam Iacobi filiam violanit, Gen. 34. n. 2. interpretatur ebrius, vt ibi Lyran in moral.aduertit:quaſi ab illa eius ingluuie hæc luxuries naſceretur.

Sichē, ebrius interpretatur. Lyran.

16\. Abraham inter Chananæós peregrinatus non timuit caſtitati vxoris ſuæ:ſed poſtquàm deſcendit in Ægyptum, ſtatim periculum præuidit, vt patet ex c.12.Gen.n.12. Cur potiùs in Ægypto, quàm in terra Chanaan, timuit, ne vxoris ſuæ caſtitati inſidiæ ſtruerentur? Planè, quia inter Chananæos fames erat, vt patet ex cit.loco n.10. inter Ægyptios verò delicioſa ſaturitas, vt ex c.13.Gen.10.conſtat. Vnde cenſuit Abraham non inter famelicos homines, ſed inter ſaturos pudicitiam vxoris ſuæ periclitati. Quod mihi videtur D.Ambroſ. lib 1. de Abraham, c.2 ſignificaſſe. *Compererat*, inquit, *in Ægypto laſciuiam eſſe, iuuenum luxuriem, petulantem cupiditatem, voluptatum intemperantiam; aduertebat inter huiuſmodi viros intutam vxoris pudicitiam fore.* Quāuis enim expreſsè non meminerit Ægyptiacæ ſaturitatis; tamen eam à rerum abundantia, quibus Ægyptus fruebatur, ſignificauit, & in ea manifeſtum caſtitatis periculum & præuidit, & expauit, à quo eum timore fames inter Chananæos graſſata liberabat.

Non inter famelicos Chananæos, ſed inter ſaturos Ægyptios Abraham Saræ timuit caſtitati. D.Ambr.

17\. Non ſine myſterio dicitur Ioſeph genuiſſe duos filios in Ægypto, *Antequam veniret fames*, Gen. 41. n.50. quia apud Hebræos, interprete Lyrano, tempore communis tribulationis, quale tempus famis eſſe ſolet, tantum aberat, vt homines delicijs vacarent, vt à proprijs vxoribus abſtinerent: at regnante ſaturitate, omnes libidinum habenæ effunduntur, teſte vrbe Sodomorum; cuius iniquitas fuit *ſaturitas panis, & abundantia*, Ezech.16.n 49. ſaturitas enim fomes extitit, qui tantum libidinum incendium excitauit. Multorum animalium eſum interdixit olim Deus Iſraelitis; vt videre eſt Leuit.11.à num.4. Quo autem conſilio tulerit eam legem, inquiret aliquis. Cui ſatisfacit Tert. lib.2.contra Marcion. c.18.dicens, ad intemperantiam, & incontinentiam coërcendam ſpectaſſe: neque enim incontinentiam abolere poſſet, quin priùs intemperantiam reſecaret, *Conſilium*, inquit, *exercendæ continentiæ intellige, & frenos impoſitos illi gulæ agnoſce; quæ cùm panem ederet Angelorum, cucumeres, & pepones Ægyptiorum deſiderabat. Agnoſce ſimul, & comitibus gulæ, libidini, ſcilicet, atque luxuriæ proſpectum, quæ ferè ventris caſtigatione frigeſcunt;* ſicut vice verſa ventris repletione inſoleſcunt, & exardeſcunt. Quod deinde probat exemplo populi, qui *ſedit manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere*, Exod.32. n.6. hoc eſt, laſciuire. Ex illo enim intemperantiæ pabulo illa incontinentiæ flamma erupit.

Famis tempore à proprijs etiam vxoribus abſtinebant Hebræi. Lyran.

Tertull. *Sodomorum ſaturitas, iniquitatis incendium. Multorum animalium eſum Deus Hebræis interdixit, vt per tēperantiam, incontinentiam coërceret.*

18\. Primi parentes poſtquam peccatum gulæ contraxerunt, libidinum motus experti ſunt, à quibus antea vacabant. Nam *aperti ſunt oculi eorum*, Gen.3. n.7. hoc eſt, vt D.Aug Gennadius, Acacius, aliique exponunt, concupiſcentia in eis inualuit; & à ſuo illo torpore, ſtuporéque reuixit. Confirmat hoc D.Petrus Damian. lib. 6. epiſt. 32. cuiuſdam monachi exemplo, qui victus à gula, concupiſcentiam ſuperare non potuit. Nam cùm fruſtulum neſcio quod, malè ſuadâ prurientis gulæ appetētiā incenſus, furtiuè comederet: mox tanquam hauſtâ concupiſcentiæ flammâ vehementer æſtuauit; &, quod miſerabilius fuit, turpiter conflagrauit: vt meritò de illo dici poſſet, inquit Damian. *Poſt*

Primi parentes poſt gulam libidinis motus ſunt experti. D Aug. Gennad. Acacius. D.P.Dam. *Haud diſſimile cuiuſdā monachi exemplum.*

A *buccellam introiuit in eum Satanas.* Ioan.13 n.27.

19\. Inuehitur D. Paulus in homines inimicos crucis Chriſti: *Quorum*, inquit, *Deus venter eſt, & gloria in confuſione eorum*, Philip.3. num.19. Nam illi, qui ventrem, vt Deum colunt, de confuſione, hoc eſt, de rebus turpibus, ac laſciuiis, in quibus debebant pudefieri, gloriantur; vt ibi D.Chryſ. homil. 23. interpretatur. Coniungit D. Paulus in ſuarum virtutum ſerie, abſtinentiam, & continentiam. *In ieiuniis*, inquit, *& caſtitate*, 1.Cor.6.n.6. vt oſtenderet, ſicut per abſtinentiam continentia fouetur, ita per ingluuiem, luxuriem effrænari. Vnde D. Aug. ſerm.77. de tempore: *Fames*, inquit, *amica virginitatis eſt, inimica laſciuiæ; ſaturitas verò caſtitatem prodit, nutrit illecebram.*

Epulones de turpitudine gloriantur. D Chryſ. *Ieiunium, & fames amica caſtitatis.* D.Aug.

20\. Inter beatitudines, quas Lucas c.6. refert, non eſt illa: *Beati mundo corde*, quæ Matth.5. n.8. B continetur; quia eſt illa alia: *Beati, qui nunc eſuritis.* In eſurie namque cordis munditiès ſignificatur, vt ibi Card. Toler. aduertit: vnde ſicut eſuries eſt mater pudicitiæ; ita *gula*, inquit D Bern. ſerm. de conuerſione ad clericos, c.12. *eſt libidinis illecebroſa vorago.* Suis fabularum inuolucris hoc antiquitas adumbrauit. Dicitur enim Circe homines multis epulis priùs ſaginatos in ſues transformaſſe: Vlyſſem ab epulis abſtinentem transformare minimè potuiſſe. Quos enim ingluuies opimat, facilè luxuries inflammat; quos abſtinentia roborat, concupiſcentia non adurit.

Eſuries, cordis eſt munditiès. Tolet. D Bern. *Gula libidinis vorago. Circes fabula hanc in rem interpretatur.*

21\. Ex victimis, quæ olim ſacrificari conſueuerant, aliæ aliis partes tribuebantur: pinguedo, quæ operit ventrem, Deo cedebat, Leuit.3. num.10. venter C ipſe, ſeu ventriculus non Deo, ſed ſacerdoti tribuebatur, Deuter.18. num.3. myſticam rationem ad rem præſentem inculcat Philo Hebr. lib. de præmijs ſacerdotum: *Venter*, inquit, *nihil aliud eſt, quam præſepe brutæ concupiſcentiæ, qui potationibus rigatur, & ingluuie, & inundatur aliis poſt alias, cibi, potúſque deliciis; ſuis more gaudens in cœni volutabro degere. Proinde locus excrementis dicatus, conuenientiſſimus eſt illi turpi, & intemperanti pecudi*, ſcilicet, concupiſcentiæ, quæ ſicut immundum animal refert, ita æquum eſt, vt non niſi in immundo loco ſtabuletur, & nullo modo ad ſacrum altare admittatur. Vnde ſtatim ſubdit idem auctor: *Guloſa concupiſcentia, cùm ſit impura, profanáque, meritò extra virtutis fines exulat.*

Ventriculus concupiſcentiæ ſedes, in ſacrificiy partiione Deo non tribuebatur. Phil.Hebr.

22\. D Igitur hæ duæ peſtes, ſeu faces infernæ, gula, & concupiſcentia, quò magis inter ſe congruunt, eò magis à ſacris altaribus repelluntur. Ex his patet, quàm rectè ex gulâ filiorum Heli, eorundem concupiſcentia colligatur. Cùm enim adeò fuerint guloſi, vt carnes de ſacrificiis præripuerint; mirum non eſt, ſi extiterint quoque adeò luxurioſi, vt alienam pudicitiam violarint. Et ſicut hi improbi ſacerdotes, vt loquitur D. Hieron. in epiſt. 83. ad Ocean. *religionem prædam putantes, quidquid optimum in hoſtiis erat, in ſuas delicias conuertebant*; ita his epulis ſaginati tantam in concupiſcentiam exardeſcebant, tantam in libidinem deſpumabant, vt matronarum templum frequen-E tantium pudicitiam, tutam eſſe non ſinerent, ſed vi, aut dolis expugnarent, vt D.Hieron. vbi proximè, Ioſephus, D. Antonin, & Sabellicus ſupra citati loquuntur.

Filiorum Heli incontinentia ex eorum intēperantia cōcluditur. D.Hier. D.Hier. Ioſeph. D.Anton. Sabellic.

23\. *Quæ obſeruabant*, &c. Hoc eſt, quæ miniſtrabant, quæ ſe exercebant, quæ præſtò aderant ad omnia tabernaculi officia fœmininis congruentia exequenda. Erant enim apud Hebræos fœminæ, vt teſtatur Rabbi Abraham, quæ ſeculi vanitate contempta, & profanæ gloriæ luxu abdicato, ſe ad miniſteria tabernaculi obeunda conſecrabant.

Mulieres apud Hebræos ſeculo contēpto ſe taber-

Hæc

ocꝗuli miniſteriꝗ conſeruabant. Rab. Abrāham *Quænam hæc fuerint miniſteria?*

Hæc autem miniſteria, aut erant remporalia, nendo, ſuendo, texendo, abluendo, cæteráque id genus ad diuinum cultum neceſſaria exequendo: aut ſpiritualia, orando, vigilando, ieiunando, aliáque pietatis, ac religionis officia præſtando. In Hebræo eſt participium הַצֹּבְאֹת *batſobeoth*, hoc eſt, *militantibus*, ſeu, quæ militant, à verbo צָבָא *ſaba*, quod eſt, *militare*. Vnde *ſaba*, id eſt, *exercitus*, & *Dominus Sabaoth*, *Dominus exercituum*. Dicuntur autem huiuſmodi fœminæ militare, ſeu in morem exercitus excubare: primò, propter multitudinem, quæ ſemper in exercitu reperitur; cùm, teſte Briſſonio leg. 5. de verbor. ſignificationibus, non ex vna cohorte, ſed ex pluribus conſtetur. Vnde quælibet multitudo, exercitus, agmen, acies appellatur. Virgil. de apum B regibus, 4 Georg.

Cur hæ mulieres militantes dicantur? Primò propter multitudinem. Briſſon. *Exercitus multitudo.*

Virgil.

Ipſi per medias acies inſignibus alis, &c.

De formicarum copiis, 4. Æneid.

It nigrum campis agmen, &c.

De coruis gregatim volitantibus, 1. Georg.

—Increpuit denſis exercitus alis.

Ita & huiuſmodi fœminæ, quæ frequentes ad templum confluebant, exercitus dici potuerunt.

24\. *Secundò, propter ordinē.* Veget. *Exercitus ordo.*

Secundò, propter ordinem. Exercitu enim nihil ordinatius. Nam multitudo incompoſita, teſte Vegetio, potius it victima ad aram, quàm exercitus ad pugnam. Vnde cæleſtium aſtrorum chorus miro C ordine incedentium, ſine vllo errore oberrantium, militia in ſacris literis appellatur: *Viſitabit Dominus ſuper militiam cæli*, Iſa. 24. n. 21. *Sacrificauerunt omni militiæ cæli*, Ierem. 19. n. 13. *Adorant ſuper tecta militiam cæli*, Soph. 1. n. 5. Igitur & fœminæ in ſingularem viuendi ordinem redactæ, exercitus in morem excubabant.

25\. *Tertiò, propter obedientiam.* *Exercitus, obedientia.* Lipſius.

Tertiò, propter obſeruantiam, & obedientiam, quæ in exercitu maxima eſſet: adeò vt miles non minus ſuum ducem, quàm ſuum hoſtem timere videatur. Vnde Romani, vt videre eſt apud Lipſiū lib. de militia, dial. 4. militem, qui non parebat, vendebant, vt ignominioſam ſubiret ſeruitutem, qui glorioſam detrectabat. Idcirco Leuitæ, qui ingrediebantur tabernaculum *ad miniſtrandum*, Num 4. n. 3. & Num. 8. n. 24. dicuntur in Hebræo ingredi D *ad militandum*, vt promptiſſima parendi voluntas, quam in tabernaculum afferebant, militandi verbo aptiùs exprimeretur. Meritò igitur hæ fœminæ ad obediendum diuinis legibus paratiſſimæ, non tam miniſtrare, quàm militare dicebantur.

26\. *Vltimò, propter militiā ſpiritualem.*

Vltimò, propter militiam ſpiritualem, quam profitebantur, dum ſe totas perfectioris vitæ inſtitutis conſecrabant. Licet enim temporalis militia ad viros, non ad fœminas ſpectet, iuxta illud Æneid. 7.

Virgil.

Bella viri, pacémque gerant, queis bella gerenda.

E

Viri pariter & fœminæ ſpirituali nomina dāt militiæ. D Laur. Iuſt.

Tamen ſpiritualis ad vtroſque pertinet: eius ſacramento nec vir, nec mulier exauctoratur: vt latiùs proſequitur D. Laur. Iuſt. lib. de inſtit. & regimine prælatorum c. 14. Quibus enim ſunt communes hoſtes, & caro, & ſanguis, principes, & poteſtates, mundi rectores, tenebrarum harum, ſpiritualia nequitiæ, Epheſ. 6. n. 12. Quibus item ſunt paria arma, non carnalia, ſed potentia Deo, 2. Cor. 10. n 4. ſcilicet, lorica iuſtitiæ, ſcutum fidei, galea ſalutis, gladius ſpiritus, quod eſt verbum Dei, Epheſ. 6. à n. 14. iiſdem planè eadem certamina eſſe debent, in quibus non ſexo, ſed ſpiritu fortiores ſuperabunt. Vnde D. Chryſ. hom. 8. in Matth. *Sæpè*, inquit, *in huiuſmodi acie fortiùs viris fœminæ decertarunt, ac trophæis inſignibus claruerunt.*

D Chryſ. *Fortiùs viris aliquando fœminæ decertant.*

27\. *Tria fœminarum genera ad oſtium tabernaculi conſeruabāt Virgines.*

A Cæterùm vt hi fœminarum conuentus apertiùs explicentur, ac diſtinguantur, tria fœminarum genera dici poſſunt ad oſtium tabernaculi obſeruaſſe, Virgines, viduæ, & coniugatæ. Virgines erant illæ, quæ in diuinum cultum conſecratæ, peculiarem in templo locum obtinebant, vt Orig. tract. 26 in Matth. D. Greg Nyſſen. hom. de ſancta Chriſti natiuitate, D. Cyril. Alex. lib. aduerſùs Anthropomor cap. 27. Clem. Rom. lib 2. Apoſtolicarum conſt. c. 61. D. Ambroſ. lib. 1. de Virginibus, Theophyl. in c. 23. Matth. aliique teſtantur. Colligúntque id primis ex cap 38. Exod num. 9. Vbi Moyſes dicitur feciſſe labrum ex *ſpeculis mulierum, quæ excubabant in oſtio tabernaculi*. ſeu, vt alij, atque B alij vertunt, *quæ militabant, quæ ieiunabant, quæ orabant*; hoc eſt, quæ ſe piis operationibus exercebant, ac diuino obſequio præſtò aderant. Quo ſenſu Leuitæ Num. 18. n. 3. dicuntur excubare ad præcepta Aaron: hoc eſt, promptiſſimi ad exequendum Aaronis imperium adeſſe. Idem prætereà colligunt ex 2. Machab. 3. n. 20. Vbi virgines, *quæ concluſæ erant, procurrebant ad Oniam*, hoc eſt, interprete Lyran. Virgines in templum abditæ, & diuino cultui conſecratæ.

Orig. D Greg. Nyſſ. D Cyrill. Alex. Clem. Rom. D. Ambr. Theoph.

Lyran.

28\. *Viduæ etiam in eadem templi parte cum virginibus incluſæ.*

Viduæ erant illæ, quæ rebus humanis valere iuſſis diuino obſequio mancipabantur; vel in diuerſa, vel. quod eſt probabilius, in eadem templi parte cum virginibus incluſæ; quemadmodum & C apud nos tam virgines, quàm viduæ eandem religioſam vitam profitentes, in eodem parthenone includuntur. De harum numero fuit illa Anna propheteſſa filia Phanuel de tribu Aſer; *quæ non diſcedebat de templo, ieiuniis, & obſecrationibus ſeruiens nocte, ac die*, Luc. 2. num. 37. Coniugatæ eſſe potuerunt, quæ vel facto diuortio, vel conſentientibus viris, vel longinquam in regionem euectis, vel quauis aliâ de cauſa ſe in templum tutiùs, & honeſtiùs victuræ includebant. De quarum numero eſſe potuit Ioſaba, ſeu Ioſabeth, vxor Ioiadæ, quæ eripuit Regem Ioas adhuc infantulum à tyrannide Athaliæ, ne occideretur: & abſcondit in domo Domini, cúmque ibi ſecum habuit ſex annis, 4. Reg. 11 à n. 2. & 2. Par. 22. à n. 10. Sed fortaſſe in diuerſa templi parte à virginibus D ſeparatæ morabantur. Vnde eſt illa traditio, quam referunt Origen. tract. 26. in Matth D Gregor. Nyſſen. homil. de ſancta Chriſti natiuit. D. Baſil. hom. 25. de humana Chriſti generatione, D. Cyril. Alex. aduersùs Anthropomorphitas, & alij Zachariam patrem Ioannis Baptiſtæ interſectum à Iudæis inter templum, & Altare, Matth. 23. n. 35. quòd Beatæ Virgini poſt coniugium cum Ioſepho, & puerperium Chriſti Domini, locum inter virgines conceſſerit in templo, ſciens illam eſſe virginem, quod illi ignorabant: quaſi ſi virgo non eſſet, inter virgines collocari licitè non poſſet. Sed hanc traditionem D. Hier. apocrypham dicit; & Abul. q. 255. latè impugnat, & recentiores E interpretes non admittunt: quamuis probabile videatur quod aduerſarij aſſumunt, diuerſum in templo locum virginibus, & coniugatis aſſignatum. Quâ verò in templi parte huiuſmodi fœminæ clauderentur, ſuo loco explicandum, cùm de templi fabrica agetur: interim Barrad. tom. 2 concord. lib. 3. c. 35 & 41. Caniſius de B. Virgine lib 1. cap. 12. Delrius in opere Mariano lect. 1. Caſtr. in hiſtoria Deiparæ cap. 3. Baron. in apparatu à §. 50. conſulantur.

Quæ fœminæ coniugatæ in tēplo victuræ includebantur? Fœminæ coniugatæ à virginibus ſeparatæ in templo morabantur.

Orig. D Greg. Nyſſ. D. Baſil. D. Cyrill. Alex. *Traditio de Zachariæ parentis Baptiſtæ internecione.* *Refellitur.* D. Hier. Abul.

Barrad. Caniſius. Delrio. Caſtro. Baron.

29\. *Plures aliæ fœminæ religionis cauſa tēplum frequentabant.*

Præter has fœminas, quæ in templo morabantur, multæ aliæ orandi, vel ſacrificandi cauſa templum frequentabant triplici illo ordine diſtinctæ, virgines, viduæ, coniugatæ: quibus etiam

certus

A

Ioſeph. *Baron.*

certus in templo locus ad ingrediendum,& ſedendum tribuebatur; vt Ioſephus lib.2. contra Apionem, & lib 6. de bello Iudaico c. 6. & lib.8.antiq. c. 2. latiùs deſcribit. Quem refert Baron. in apparatu, §. 50. 73. Et harum omnium tam commorantium, quàm aduentantium in templum pudicitiam impuriſſimi ſacerdotes ambiebant,& quibus poterant fraudibus,aut viribus expugnabant. Nam ſicut omnibus victimis; ita & omnibus fœminis, imò vniuerſo Iſraëli iniurij exiſtebant. Et quidem de virginibus idem exprimit Innocent. Papa lib. 2. de contemptu mundi, cap 23. vocans filios Heli ſtupratores,hoc eſt,virginei pudoris violatores. De coniugatis id tenet Cæſarius Arelat. homil. 15. de aſpera prædicatione; dicens, filios Heli adulteria commiſiſſe; & Theod q.16.dicens, eoſdem matrimonia violaſſe; & Beda dicens, illis quadrare illud parentis: *Si peccauerit vir in virum*;quia non ſolùm in Deum; ſed etiam in hominem peccabant, cum vxorem alterius viri religionis cauſa in tabernaculum venientem in ſuam libidinem trahebant. De viduis,ac ſolutis nimirùm id ſignificant D. Hier. in c.8 Ezech.& D.Chryſoſtum. lib.3. aduersùs vituperatores vitæ monaſticæ, & D. Anſelm in elucidario,& plures alij ſupra citati,dum eos fornicatores appellant. Itaque nullum ordinem inuiolatum relinquebant improbi ſacerdotes: omnia pudicitiæ clauſtra profanabant.Ex hoc loco occaſionem ſumpſit Petrus Martyr, apud Caniſium noſtras moniales ſuum cœlibatum malè ſeruantes, cum his fœminis conferendi,eumque ſtatum vituperandi.Sed præceps & temerarius hæreticus non intellexit, ex quarundam lapſu non eſſe integrum ſtatum condemnandum. Alioqui ex Iudæ, aut Luciferi ruina Apoſtolicum, & Hierarchicum ordinem condemnet. Benè D.Aug epiſt 137.in fine: *Nolite*, inquit, *propter amurcam,qua oculi veſtri offenduntur, torcularia deteſtari; vnde apotheca dominicæ fructu olei luminoſiores implentur.* hoc eſt, propter malos religioſos, ne condemneris & bonos.Idémque de monialibus teſtatus in Pſal.99.ſub finem. *Inuenis*,inquit,*ſanctimoniales indiſciplinatas nunquid ideo ſanctimonium reprehendendum eſt? nunquid propter virgines malas damnaturi ſumus & ſanctas?*Quid iniquius?

Omnibus his ſæminis iniurij fuere filij Heli
Virginibus.
Innoc.III.
Coniugatis.
Cæſ. Arelat.
Theod.
Beda.

B

Viduis, ac ſolutis.
D Hier.
D Chryſ.
D.Anſelm.

Pet.Mart.
Caniſius.

C

Ex quorundam religioſorum, & monialium lapſu non eſt integer ſtatus damnandus.
D.Auguſt.

D

*Num.*23 Et dixit eis: Quare facitis res huiuſcemodi, quas ego audio, res peſſimas, ab omni populo?

EXPOSITIO LITERÆ.

1.
Seueriſſima hæc Heli obiurgatio.

ET *dixit eis: Quare facitis*, &c. Hinc ſumit exordium Pontificis Heli cum filiis expoſtulatio: quæ cum grauiſſima, & ſeueriſſima videatur, mirum eſt, quàm grauiter, & ſeuerè tanquam leuiſſima, & ignauiſſima, à ſanctis Patribus exagitetur: vt ex dicendis patebit. Interim igitur literæ inſiſtentes huius correctionis ſeueritatem exprimamus, eiuſdem facilitatem poſtea expreſſuri. In primis filios per interrogationem acriùs vrget. *Quare facitis*: Nam interrogatio in Scriptura ſæpenumero eſſe ſolet vehemens quædam obiurgatio: vt c.1. n. 8. iam notaui. Sic olim Moyſes ad Aaronem, vitulum conflari permittentem: *Quid*, inquit, *tibi fecit hic populus, vt induceres ſuper eum peccatum maximum?* Exod.32. n.21. Sic Samuel ad Saulem ſacerdotis officium temerè exercentem. *Quid feciſti?* inquit,1.Reg.13.n.11. Sic Nathan ad Dauidem in ſuo peccato ſordeſcentem: *Quare*,inquit, *contempſiſti verbum Domini, vt faceres malum in conſpectu meo* 2.Reg.12.num.9 Sic Zacharias filius Ioiadæ ad populum idololatrantem, *Quare*,inquit,*tranſgredimini præceptum Domini, quod vobis non proderit?* 2 Paralip.24.num.21. Sic Propheta innominatus ad Amaſiam idolis ſeruientem:*Cur*,inquit, *adoraſti Deos, qui non liberauerunt populum ſuum de manu tua?* 2.Par.25.n.15.& paſſim alibi. Fieri autem ſolet per interrogationem reprehenſio, cùm vt reprehenſor ſeueriorem exprimat animi affectum, tum vt reprehenſus quid reſpondere poſſit non inueniens, ad miſericordiam prouocet, ac veniam deprecetur. Vnde cùm olim Deus in primos parentes priùs inquiſiuerit, & vtrumuis ſeorſim interrogando reprehenderit: tamen in ſerpentem abſque vlla præuia inquiſitione, aut interrogatione ſtatim ſententiam acriter fulminauit,quia non diaboli, ſed hominum pœnitentiæ, & retractationi conſulebat, non diabolum, ſed homines ad diuinam miſericordiam confugere deſiderabat: vt ibi D.Chryſ. Rupert. Hug.Card. Caiet. pluréſque alij obſeruant. Igitur Heli interrogando, *Quare facitis?* reprehendit,quod fecerint.

Interrogatio aliquando vehemens eſt obiurgatio.

Franc.de Mendoça in lib.Reg.Tom.1.

Cur per interrogationem fiat diuina reprehenſio.

Deus primos parentes de peccato interrogat, non ſerpentem nūc, ſed illos ad veniā inuitando.
D. Chryſ.
Rupert.
Hug.Card.
Caiet.

2.
Duplex filiorū effugium anteuertit Heli.
Primum, culpam exaggerando.

Res huiuſcemodi, &c. Dupliciter ſe excuſare poterant filij Heli. Primò,minuendo culpam. Secundò, negando factum. Rectè igitur Heli præcurrit, & vtrumque effugium anteuertit. Illud quidem prius, dum ait, *res huiuſcemodi, res peſſimas*. Nam dicendo, *res huiuſcemodi*, videtur totam rerum ſeriem, quam audiuerat, retexiſſe; & omnia, quæ de illis vagabantur, facinora diſertiſſimè enarraſſe, vt tantarum auditione rerum magis commouerentur. Niſi fortè quis dicat, quod potiùs crediderim, non auſum fuiſſe Heli ſingula malefacta ſeorſim obiicere, ſed obſcurè tantùm & communi quodam vocabulo comprehenſa indicaſſe: tum quia adeò multa erant, vt ſingulis expromendis tempus non ſufficeret: tum quia adeò dictu fœda, ac turpia,vt ſacerdotis ore indigna viderentur: tum denique(quod aliquis fortaſſe in opprobrium Heli veriùs excogitabit) quòd timidus pater auſus non fuerit, tot, ac tam acribus ſtimulis filios pungere; veritus, ne ſtimulati impatientiùs recalcitrarent. Vtcunque autem fuerit,certè ſub illis verbis, *res huiuſcemodi*,non leues culpas ſignificat. Addendo autem, *res peſſimas*, multò magis ſcelerum grauitatem exaggerat, ne ipſi auderent ſuas culpas eleuare. In Hebræo eſt רעים *rahim*, id eſt, *mala*; à radice רע *roah*, id eſt, *malum*. Latinus tamen interpres ſuperlatiua voce, qualem Hebræi non habent, vſus eſt,originalem ſenſum, atque emphaſim ſine dubio aſſequutus. Tantam igitur culparum molem exaggerat Heli, vt primum effugium filiis intercludat, ne ſua ſcelera tam grauia, tam atrocia excuſando, extenuandóque tergiuerſentur.

Cur Heli ſingula filiis malefacta non obiiciat.

D

3.
Secundum, malefacta teſtibus comprobando.

Hoc autem poſterius non minùs obſtruit, & intercipit, dum ait, *quas ego audio ab omni populo*; ſeu, vt habent Septuaginta in Biblijs Sixtianis: *Ex ore vniuerſi populi Domini*. Quibus verbis teſtes allegat, & multos, & bonos: multos quidem, quia totus populus; bonos verò, quia populus Domini, id eſt, & bonus, & iuſtus contra illos teſtabatur. Quòd ſi omnis malefactor, *in ore duorum, aut trium teſtium peribit*,Deuteron.17.num.6.quo pacto filij Heli, tanta, tantorúmque teſtium nube conuicti reclamabunt,ne dicam,abſoluentur?Ita pater filios obiurgare cœpit.In quo mihi videtur,& Iſaiæ, & Dauidi, & Iacobo præferendus. Nam Iſaias Regem Oziam non arguit;vt ipſemet teſtatur:*Væ mihi*, inquit,*quia tacui*,Iſai.6.num.5.hoc eſt,interprete D.Hier. *quia Oziam non reprehendi*. Et rurſum idem Propheta citato loco, *Vir*, inquit, *pollutus labiis*

E

Heli in filiis arguendis, aliis ſanctis viris præfertur.
D Hier.
Iſaia in arguendo Ozia Rege timiditas.

ego ſum. In quem locum idem D. Hier. in epiſt. 141. ad Damaſum. *Iſaias*, inquit, *quantum ego arbitror, quia Oziam in templum irruentem non corripuerat, nec iuxta Heliæ exemplum libera voce impium deſignarat, labia habebat immunda.*

4. *Dauidis in reprehendendis filiis ignauia.*

Dauid autem, cùm audiſſet inceſtum Ammon cum ſorore Thamar, *Contriſtatus eſt valdè*, inquit textus, *& noluit contriſtare ſpiritum Ammon filij ſui, quoniam diligebat eum, quia primogenitus erat ei*, 1. Reg. 13. n. 21. Quo quid ignauius, à debita reprehenſione abſtinere, ne qua malefactori triſtitia ſuborjatur? Cum tamen dicat Apoſtolus: *Et ſi contriſtaui vos in epiſtola, nō me pœnitet.* Et rurſus: *Videns, quòd epiſtola illa vos contriſtauit, nunc gaudeo*, 2. Cor. 7. n. 8. Quamuis Bachiarius in epiſt. ad Ianuarium ſuſpicetur, Dauidem non fuiſſe commotum in Ammonē, *quia citò vidit eum in pœnitētiam rediiſſe.* Quod colligit ex odio, quo deinceps in ſororem exarſerat; multo vehementiori, quàm fuerat conc[upi]ſcentiæ flamma, quâ antea in eandem conflagrarat. Sed cùm de Ammonis pœnitentia nulla ſit mentio in ſacris literis, nec propter illam Dauid tacuiſſe dicatur; ſed quia *noluit contriſtare ſpiritum filij ſui Ammon*, &c. Arguenda planè videtur hæc parentis in filium indulgentia. Iterum idem Dauid filium ſuum Adoniam de rebellione meditantem non obiurgauit. *Nec corripuit eum*, inquit textus, *pater ſuus aliquando dicens: Quare hoc feciſti?* 3. Reg. 1. n. 6. Qua facilitate, quid remiſſius? Nam qui ſuperbiam in ſeruis grauiter oderat, & ſeuerè puniebat, dicens: *Non habitabit in medio domus meæ, qui facit ſuperbiam*, Pſ. 100. n. 7. in filio tamen permittebat, & tacendo, quodammodo fouebat: ignarus, fore, vt ignauum patris ſilentium in durum filij ſupplicium redundaret; iuxta illud D. Auguſt. in Pſalm. 50. *Valde inutiliter ſentiet filius patris lenitatem, vt iuſte poſtea Dei ſentiat ſeueritatem.*

Þ Propter delinquentis triſtitiam nō omittenda.
Bachiar.
De Ammonis pœnitentia.
Seruorum ſuperbiam Dauid grauiter puniebat.
Nimia parētum in filios indulgentia periculoſa.
D. Aug.

5. *Iacobi in arguendis filiis negligentia.*

Tandem Iacob filios ſuos apud ſe de crimine peſſimo accuſatos à Ioſepho, non dicitur aut verbo, aut facto reprehendiſſe, Gen. 37. à n. 2. Quod in viro eximiæ ſanctitatis mirandum eſt. Et quidem haud ſcio, an potuerit ſine aliqua negligentiæ nota tantas filiorum labes inultas reliquiſſe, aut in extremam vitæ periodum arguendas reſeruaſſe. Hæc illi veteres heroes. Quibus profectò Heli videtur præferendus; qui filiorum ſcelera, non diſſimulauit, ſed accuſauit; & quidem non leuiter, & leniter, ſed grauiter, & acriter, ſi verba ipſa attendantur; vt ex dictis patet, magiſque ex dicendis patebit. Cur igitur à ſanctis Patribus tanquam nimium lenis, ac remiſſus in arguendis filiis accuſatur? Solutio parumper expectanda; donec tota eius cum filiis expoſtulatio diligentiùs explicetur, & expendatur.

Cur Heli tā quā nimium lenis arguatur à patribus.

Num. 24. Nolite filij mei: non enim eſt bona fama, quam ego audio, vt tranſgredi faciatis populum Domini.

EXPOSITIO LITERÆ.

1. *Repetita negatio prohibentis affectū magis exprimit.*

NOlite filij mei, &c. Supple, facere ea, quæ facitis, & ego audio. Septuaginta transferunt, μὴ τέκνα, μή. hoc eſt, *non filij, non*, licèt enim in Hebræo vna tantùm ſit negatio; ipſi tamen alteram addiderunt, vt magis exprimerent prohibentis affectum, quaſi diceret, abſit à vobis, abſit tanta improbitas. Quemadmodum & Latinus Poëta 6, Æneid.

Virgil.

Ne pueri, ne tanta animis aſſueſcite bella.

Et Dauid Pſal. 113. vel 115. iuxta Hebr. num. 1. *Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam.* Eandem ob cauſam eſt oratio imperfecta, & veluti truncata: *Non filij, non*: nullo verbo addito, vt ſic per apoſiopeſim magis animus indignantis exprimeretur, quo pacto & Dauid ſuum dolorem vehementiùs prodidit, dicens: *Et tu Domine vſquequo?* Pſal. 6. num 4. in media oratione reticendo. Atque ita ferè legit D Greg. Naz. orat. 4 *Ne ita filij, ne ita. Velut quodam loco ait Heli ſacerdos, filios ſuos in Deum peccantes increpans.* Vbi ad ſuos auditores grauiter arguendos, hac Heli oratione tanquam grauiſſima, & ſeueriſſima vſus eſt.

D. Greg. Naz.

2. *Heli reprehenſio ab aliquibus remiſſa indicatur, quia filios appellauit.*

Cur igitur tam ſeuera obiurgatio ab aliquibus remiſſa iudicatur? Dicet aliquis, quia Heli filios ſuos appellauit; quos potiùs filios Belial, ſeu diaboli appellare debuiſſet. Quo pacto D. Paulus ad Elymam Magum, *O plene*, inquit, *omni dolo, & omni fallacia fili diaboli, inimice omnis iuſtitiæ*, Actor. 13. n. 10. quo pacto & Moyſes, *Peccauerunt*, inquit, *ei, & non filij eius in ſordibus*, Deut. 32. num. 5. Negauit filios, quos impios peccatores appellauit. Ita reſpondet D. Petrus Damian. epiſt. 12 ad Nicolaum Pontificem in tom. 2. Biblioth. ſecundæ editionis: *Redarguit*, inquit, *& corripuit: ſed lenitate, & manſuetudine patris, non ſeueritate, vel auctoritate Pontificis.* Et ſtatim explicans, in quo illa præpoſtera manſuetudo conſtiterit: *Quos*, inquit, *inimicos Dei vidit, in perniciem ſuam filios recognouit. Nolite filij*, &c. Idem tenuit multò ante illum D. Gregor. Magn. hoc loco, *Heli*, inquit, *qui inſequi eas, quas expoſuit, culpas debuit; per ſubſequentia verba leniguit, dicens: Nolite filij: in qua nimirum propinquitatis appellatione, quantum à Domini voluntate diſſentiat, liquet; quia illos filios appellauit, quos diuinus ſermo Belial filios eſſe perhibuit.* Ita hi Patres.

D. P. Dam.
D Greg. Magn.

3. *Impugnatur. Etiam Deus cùm impios arguit, filios appellat.*

Verùm niſi aliud addatur, non aſſentior. Nam etiam Deus cùm increpat, appellat filios; iuxta illud Ierem. 3. n. 14. *Conuertimini filij reuertentes.* Septuaginta vertunt, *Filij apoſtatæ.* Vatabl. *Filij rebelles.* Chaldæus *Filij qui vos obfirmatis, ne conuertamini.* Theod. *Filij qui receſſiſtis.* Et ſubdit: *Etiam recedentes nominat filios, propter ineffabilem eius bonitatem.* Vnde Diuus Ambr. lib. 1. de pœnitentia c. 1. virtutum moderationem pulcherrimam vocat: *Quæ*, inquit, *ne ipſos quidem, quos damnat, offendit.* Sic & Abraham ad diuitem in gehenna incluſum, *Fili*, inquit, *recordare, quia recepiſti bona in vita tua*, Luc. 16. num. 25. Vbi D. Chryſoſt. hom. 2. de Lazaro, *Vide*, inquit, *Philoſophiam, vide humanitatem iuſti. Non dixit: Inhumane, crudelis, ſceleratiſſime: ſed fili*, &c. Eandem beneuolentiam admiratus D. Petr. Chryſolog. ſerm. 123. *Omnis*, inquit, *pietas! Adhuc vocat filium, quem degeneraſſe propria crudelitate ſic reſpicit. O ſingularis bonitas! Adhuc vocat filium, quem videt inferni vernulam, pœnarum ſobolem, extremum mancipium iam gehennæ.* Sed magis eſt ad rem præſentem alia ratio, quam ſtatim ſubdit, vocaſſe filium, vt nominis ſuauitate acriùs pungeret, acerbiùs ſtimularet. Nam quemadmodum ignis infuſo oleo non extinguitur, ſed nutritur; ita improbus ille blando alloquio non mulcetur, ſed irritatur: quò enim ſe indigniorem filij nomine recognoſcit; eò moleſtiùs patitur eum ſibi honorem impertiri, quia non ignorat ſuam in Lazarum impietatem cum hac Abrahami in ſe ipſum humanitate comparatam, multò immitiorem, & crudeliorem denotari. *Vocat igitur filium*, inquit Chryſolog. *vt magis, magiſque filij prodatur impietas; quando cum tali etiam paterni ſermonis pietas perſeuerat. Tu vocas patrem, ego voco filium: vt te, grauiter doleas, perdidiſſe, quod natus es. Adhuc voco*

Septuag.
Vatabl.
Chald.
Theod.
D. Ambr.
D. Chryſ.
D Petrus Chryſol.
Filij appellantur, vt nominis ſuauitate acriùs ſtimulentur.
D. Chryſol.

voco filium, vt amariùs doleas perdidiſſe te, quod tibi A *gratia dederat, & natura, quia non habuiſſe doloris non eſt tanti, quanti, habita mœroris eſt perdidiſſe: voco filium, vt intelligas, indicij eſſe, quod pateris, non furoris: voco filium, vt in me mea patientia, & in te tua maneat pœna.* Tantum igitur abeſt, vt illa Abrahæ cum diuite expoſtulatio ex filij appellatione mitigetur, vt potiùs augeatur: illa in mancipium, aduerſarium, & damnatum, filij nomine iodigniſſimum, filij nuncupatio; acerbior erat doloris exulceratio.

4. *Peccatores frequenter in ſcriptura filij appellantur.*

Eiuſdem aut ſimilis appellationis etiam in impios, & peccatores frequens vſus eſt in ſacris literis. Nam Ioſue ad Acham ſacrilegum, & raptorem, *Fili mi*, inquit, *da gloriam Domino Deo Iſraël:* B *& confitere, atque indica mihi quod feceris, ne abſcondas*, Ioſue 7 num.19. Nec tamen quiſquam eſt, qui Ioſue principem, & iudicem arguat, quod tam blandè, ac leuiter ſontem, & reum alloquatur: imò potiùs commendatur ab omnibus, quòd in improbum hominem tanta prudentia, & clementia vtatur. Imò & ipſe Deus, etiam cùm acriter in peccatores inuehitur, filios appellat. *Væ filij deſertores, dicit Dominus*, Iſai.30.num.1. Et paulò inferiùs: *Populus*, inquit, *ad iracundiam prouocatus eſt; & filij mendaces, filij nolentes audire legem*, ibid. num 9. Sic enim & ſuam lenitatem apertiùs oſtendit, & peccantium iniquitati, ſi ipſi medicabiles ſint, efficaciùs medetur. Sed & cæleſtis ſponſus, *Sicut lilium*, inquit, *inter ſpinas, ſic amica mea inter filias*, Cantic 2.num.2. C Vbi *Gentiles*, teſte Origen.hom.3. aut *hæreticos*, teſte Rupert. aut quoſuis alios *peccatores*, teſte vtroque Gregor. Papa, & Nyſſeno, filias appellat. Quem ſponſa imitata: *Sicut malus*, inquit, *inter ligna ſyluarum, ſic dilectus meus inter filios*, ibid num.3. Vbi filios appellat, aut *Iudæos*, vt docet Philo Carpath. aut *hæreſiarchas*, vt Origen. aut alios quoſcunque *peccatores*, vt Theodor. Diuus Gregor. Nyſſ. & alij. Nec tamen ſponſus & ſponſa à debita ſeueritate deflexeruor, cùm hoſtes, filiorum nomine indigniſſimos, filios appellarunt.

Orig. Rupert. D. Greg. Magn. D. Greg. Nyſſ. Phil. Carpath. Orig. Theod. D. Greg. Nyſſ.

5. *Lot in peccatores tanquã in fratres reprehenſio.*

Tandem & Lot ſuos conciues extremæ viros iniquitatis leniter affatus, *Nolite, quæſo*, inquit, *fratres mei, nolite malum hoc facere*, Gen.19. num.7. D Vbi D. Chryſoſtom.hom.43. lenem obiurgationem non reprehendit, ſed mirificè commendat. *O iuſti*, inquit, *longanimitatem! ô excellentem modeſtiam! Hæc vera virtus eſt, ita manſuetè alloqui illos. Nullus enim ægrum volens curare, & inſanientem caſtigare, cum furore, & auſteritate hoc facit.* Et paulò poſt: *Eos, qui tam abſurda patrare volebant, fratres vocat.* Cùm igitur hæc à tantis viris, imò & ab ipſo Deo profecta reprehenſio tanta lenitate temperetur, nec propterea ab aliquo arguatur, non videtur Heli tanquam ignauus, ac remiſſus arguendus, quòd filios reprehendens, filiorum nomine non dedignetur. Alia igitur ratio quærenda eſt, cur Heli nimiùm facilis erga filios habeatur: quæ ex dicendis patebit. E

6. *Remiſſam Heli obiurgationem ex modicis verbis colligunt alij. Impugnatur. Modicis verbis exaggerati ſenſus figuratè exprimuntur. Oſtenditur in profanis auctoribus.*

Non enim eſt bona fama, &c. En, dicet aliquis, facilitas ſacerdotis. Famam enim dicit non bonam, quàm potiùs peſſimam, ac diabolicam dicere debuiſſet. Sed neque hic aſſentior. Eſt enim oratio figurata in profanis literis frequentiſſima, in qua modicis verbis exaggerati ſenſus exprimuntur. Vt illa Virgiliana in Bucolicis:

——Non ſum adeò informis,

hoc eſt præſtantiſſima forma ſum.

Et illa 3.Georg.

——Quis aut Euriſthea durum,
Aut illaudati neſcit Buſiridis aras.

Virgil. Illaudati, pro, maximè vituperati. Et illa 2. Æneid.

A *——Et nos aliquod nomenque decúſque*
Geſſimus.

pro, egregia facinora. Et illa 6. Æneid.

——Triſtique palus inamabilis vnda.

id eſt, maximè odioſa, quamuis alij corrigant, *innabilis*. Et illa 11. Æneid.

——Quem non virtutis egentem
Abſtulit atra dies.

hoc eſt, omnibus virtutibus præſtantem. Et illa 12. Æneid.

Et nos tela pater ferrúmque haud debile dextra
Spargimus, & noſtro ſequitur de vulne ſanguis.

hoc eſt, magnis ad iaculandum viribus excellimus. Concinit Ouid. in epiſt. Paridis. Ouid.

B *Et mihi ſunt vires, & mea tela nocent.*

Et huc detorqueri poteſt illud Horatianum in epiſt. ad Lollium, quamuis ab auctore aliorſum referatur. Horat.

Nos numerus ſumus, & fruges conſumere nati.

Et paſſim alibi in profanis literis, vt Agell. lib. 2. noct. Attic. c.6 aduertit. Agellius.

7. *Oſtenditur in ſacra pagina.*

Neque in ſacris literis deſunt eiuſdem loquutionis exempla. Nam olim Nabuchodonoſor cùm apud ſe ſtatueret inimicas gentes ferro ac flamma penitus profligare, *Iurauit*, inquit textus, *per thronum & regnum ſuum, quod defenderet ſe de omnibus regionibus his*, Iudith 1.n.12. per verbum defendendi, quod moderatam ſignificat tutelam, exprimere voluit nimiam violentiam, quam animo agitabat; C vt ibi Lyran. aduertit. Iob.27.n.14. *Nepotes eius non ſaturabuntur pane.* hoc eſt, morientur fame. Minùs enim dicit, inquit Lyran. & plus ſignificat. David Pſal.48 n.17. loquutus de homine diuite, *Cùm interierit*, inquit, *non ſumet omnia*, pro, nihil omninò ſecum feret. Et rurſus Pſal.106 n.38 *Benedixit eis, & multiplicati ſunt nimis, & iumenta eorum non minorauit.* Dicere voluit, valdè multiplicauit. Prætereа Pſ.108. n.15. *Non eſt recordatus facere miſericordiam.* Dicturus, fecit crudelitatem maximam. Eccleſiaſticus 45. n.23. loquutus de ſeditione Core, *Vidit Dominus, & non placuit illi. & conſumpti ſunt in impetu iracundiæ.* Non placuit, inquit, hoc eſt, maximè diſplicuit. Michæas c.2.n.1. *Væ qui cogitatis inutile.* Intellige, maximè pernicioſum. Vt ibi Ribera obſer- D uat, & exemplis illuſtrat. Et ſic de cæteris. Quæ figura Græcis dicitur, ταπείνωσις, id eſt, *demiſſio*, ſeu λιτότης, id eſt, *tenuitas*, quòd demiſſis, ac tenuibus verbis ſublimes, & vehementes ſignificatus exprimantur, vt iam in hoc c.o.5.§.6. aduerti.

Lyran. Ribera.

Vſus fuit hac figura & D. Paulus; reprehenſurus 8. enim acriter Corinthios, quòd de alienis ſceleribus non dolerent, ſed potiùs gloriarentur. *Non eſt*, inquit, *bona gloriatio veſtra*, 1. Corint.5 num.6. hoc eſt, peſſima eſt, & ſupra quàm dici poteſt, execranda. Similiter & Heli, *Non eſt*, inquit, *bona fama, quam ego audio.* Quaſi diceret, peſſimè auditis: infames eſtis. Qua obiurgatione, neſcio, an vlla maior, ac E mordacior eſſe potuerit. Nam bona fama magno ſemper in pretio habenda eſt, cùm & opibus, & deliciis, & honoribus antecellat. Opibus quidem, iuxta illud Prou.22.num.1 *Melius eſt nomen bonum, quam diuitiæ multæ.* Et illud Eccleſiaſtici 41. num.15. *Curam habe de bono nomine; hoc enim magis permanet tibi, quàm mille theſauri pretioſi, & magni.* Deliciis verò & honoribus; iuxta illud Eccleſiaſtis 7. num.2. *Melius eſt nomen bonum, quam vnguenta pretioſa.* Nam per vnguenta, quibus delicati homines diffluebant, teſte Olympiodoro, deliciæ ſignificantur; per vnguenta verò, quibus Reges, Sacerdotes, & Prophetæ inungebantur, iuxta Chaldaicum Paraphraſtem, ſignificantur honores: vtriſque autem bonum nomen anteſertur.

Fama opibus, deliciis, & honoribus pretioſior.

Per vnguenta deliciæ, & honores ſignificantur. Olymp.

9\. *Bona fama, ingens beatitudo.* D. Hier.

Vnde D. Hieronym. in epiſt. 14. ad Celantiam, eum qui bonam de ſe famam ſpargit, beatum vocat: *Beatus*, inquit, *eſt qui tam ſanctè, tamque grauiter diſpoſuit vitam ſuam, vt de eo ſiniſtri aliquid ne fingi quidem poſſit, dum aduersùs obtrectatorum libi tinem pugnat meriti magnitudo: nec fingere quiſquam auſus eſt, quod à nullo putat eſſe credendum.* Et in epiſt. 16. ad Principem illud Dauidicum: *Beati immaculati in via*, Pſalm. 118. num. 1. ſic exponit, *Immaculatos*, inquit, *in via huius ſæculi appellat, quos nulla obſcœni rumoris aura macularit.* Hi igitur qui in hac vita bonæ famæ munere perfruuntur, beati nuncupantur. Quare Deus olim Abrahamo bonam famam loco ingentis cuiuſdam beatitudinis promiſit. *Magnificabo*, inquit, *nomen tuum*, Genel 12. num. 2. Non ſolùm vitam, ſed etiam nomen, hoc eſt, famam magnificandam pollicetur: nam, vt benè Philo Hebr. lib. de migratione Abrahami, expendens eum locum: *Sicut*, inquit, *bonum, ac honeſtum eſſe; ita & videri prodeſt. Eſt quidem veritas opinione melior; vtramque tamen ſua bona fortuna ſequitur. Cui Deus vtrumque conceſſit, vt bonus, ac honeſtus & ſit, & videatur: hic verè beatus eſt, & verè vir magni nominis. Nec eſt negligenda bona fama, res in omni vita vtiliſſima.*

Phil. Hebr.

10\. *Sacerdoti bona fama neceſſaria.* D. Hier.

Quare cùm tantum ſit pretium bonæ famæ, nulla poteſt eſſe maior, quàm illius iactura; præſertim in ſacerdote, cui non ſatis eſt bonum eſſe, ſed bonum etiam iudicari. Nam, vt benè Diuus Hieron. epiſt. 47. de vitando ſuſpecto contubernio, *Etſi conſcientia criminis vulnus non habeat, habet tamen fama ignominiam.* Idcirco de vita pariter, ac fama ſolicitus eſſe debet, ne illa Deum, hæc homines offendat. Et neſcio an in bona fama procuranda maior aliqua ſolicitudo requiratur, ne vlla puſillis occaſio delinquendi, aut blaſphemandi Dei nomen ſuppeditetur. Vnde benè D. Chryſoſtom. lib. 5. de ſacerdotio, ſic hortatur ſacerdotem: *Oportet*, inquit, *ſuſpiciones prauas ſtatim atque exorta fuerint, intercidere; ac nihil prorsùs omittere rerum earum, quæ prauam de te opinionem delere poſſint.* Et D. Hieronym. in epiſt. ad Celantiam. *Hanc*, inquit, *adhibeamus vitæ noſtræ diligentiam, ne malæ mentes occaſionem inueniant detrahendi, ne ex nobis ſcintilla procedat, per quam aduerſus nos ſiniſtra famæ flamma confletur. Alioqui fruſtra iraſcemur obtrectatoribus noſtris, ſi eis ipſis obtrectandi materiam miniſtramus.* Vbi aduerte, quamuis à nobis non maior occaſio malè de nobis ſentiendi, quàm vna ſcintillula præbeatur; eam tamen ſufficere, vt immenſum de nobis malæ famæ incendium ſuſcitetur. Cùm igitur Heli ſuos filios arguat infamiæ, ſeueriſſimè eos arguere videtur. Nam infamiæ ſtimulus tantus eſt, vt teſte D. Chryſ. hom. 15. in Matth. *Multi etiam ad laqueum conuolarint, famæ opprobria non ferentes.* Vbi igitur eſt ſocordia, & negligentia Heli in filiis arguendis? Certè neque ex his verbis deprehendi poteſt. Aliunde igitur eam vlteriùs inquiramus.

D. Chryſ. — D. Hier. — *Grauiſſimus infamiæ ſtimulus.* D. Chryſ.

11\. *Vt tranſgredi faciatis*, &c. Vlteriùs exaggerat ſuorum ſcelera filiorum, quòd non ſolùm ipſis pernicioſa eſſent, ſed etiam in totius populi perniciem refunderentur. Quaſi diceret, magna infamia laboratis, qua tranſgredi facitis populum Domini. Vnde illa particula, *vt*, interprete Abul. non cauſalitatem, ſed conſecutionem importat. Et colligitur ex fonte, vbi eſt, *Audio vos*, מַעֲבִרִים *maghabirim*, hoc eſt, *tranſgredi facientes*, &c. quin vlla cauſalitas exprimatur. Et eundem ſenſum frequenter habet in Scriptura. Deuter. 2. n. 30. *Indurauerat Dominus ſpiritum Regis Sehon, & obfirmauerat cor illius, vt traderetur in manus tuas.* Pſalm. 50. num. 6. *Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci, vt iuſtificeris in ſermonibus tuis*, Ioan. 12. num. 38. *Non credebant in eum, vt ſermo Iſaiæ impleretur*, Rom. 5. n. 20. *Lex autem ſubintrauit, vt abundaret delictum.* Quibus locis, aliiſque ſimilibus nulla cauſæ habitudo, ſed ſola rei conſequutio indicatur.

Particula, vt, nō cauſalitatem, ſed conſecutionem ſæpè importat. Abul.

12\. *Tripliciter filij Heli populum tranſgredi faciebant. Primò, ſcelerum participem faciēdo. Secundò, efficiendo, vt populus Deum blaſphemaret.*

At quo pacto tranſgredi faciebant. Tripliciter. Primò efficiendo, vt in ſuis ſecum ſceleribus communicarent. Nam dum mulierum ad oſtium tabernaculi obſeruantium pudicitiam expugnabant, non ſolùm inferebant violentiam, ſed aliquas tandem in ſceleris conſenſum pelliciebant, vt ſuprà num. 22. §. 29 aduerti. Secundò, efficiendo, vt totus populus templum, ſacrificia, Dei miniſtros, imò & ipſum Deum odio proſequerentur. Nam dum videbant in tabernaculo miniſtros Domini tam multa ſcelera patrantes, Dominum talium miniſtrorum, qui eos inultos reliquiſſet, tanquam deſidem, & ignauum deteſtabantur. Vnde D. Ephrem Syrus in Apologia de Heli: *Non ſolùm*, inquit, *à ſacrificiis populum deterrebant; verùm & deinceps ad apoſtaſiam populus impietate operum eorum, quæ filij Heli moliebantur, perterrefactus exercebatur.* Quem ſenſum iuuant Septuaginta, transferentes, *Vt faciatis populum* μὴ λατρεύειν τῷ κυρίῳ, hoc eſt, *non ſeruire Domino*, ſeu, *non ferre cultum latriæ Domino.* Quaſi tanta ſacerdotum impietate, & impunitate commoti, ab ipſo Deo, qui tot mala diſſimularet, defeciſſent: & quidem *frementes*, vt vertit Chaldæus, ſeu in blaſphemia contra Deum, qui tam prauis ſacerdotibus vteretur, erumpentes. Quo pacto Ethnici videntes Dauidem in adulterium, & homicidium ruentem, Deum, qui talem regem tolerallet, blaſphemabant, iuxta illud Prophetæ Nathan ad ipſum Dauidem: *Blaſphemare feciſti inimicos Domini.* 2. Reg. 12. num. 14 Quaſi bonum Dominum non crederent, qui tam malum miniſtrum ſuſtineret.

D. Ephrem Syrus. — Septuag. — Chald.

13\. *Tertiò, per malū exemplum ad peccata populū inducendo.*

Tertiò efficiendo, vt totus populus mala ſacerdotum exempla ſequeretur. Nam dum Principes peccant, ſubditos ſuo exemplo impellunt ad peccandum. Vnde olim Deus ad Moyſen, & Aaron, *Quia*, inquit, *non credidiſtis mihi, vt ſanctificaretis me coram filiis Iſrael, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis.* Numer. 20. n. 21. Ex Hebræo legi poteſt, vt ibi notat Caiet. *Quia non feciſtis credere in me.* Nam Principum incredulitas; ſubditos ad incredulitatem prouocabat. Similiter olim Deus ad Loth: *Noli*, inquit, *reſpicere poſt tergum*, Geneſ. 19. n. 17. Caiet ex Hebræo legit, *non facies reſpicere poſt te.* Ac ſi Loth poſt tergum ſuum non reſpiciens, familiares ſuos, quo minùs reſpicerent, contineret. Et quidem ita res habet, ſi literam inſpiciamus. Nam quandiu Lot vxorem ſuam anteiuit, non reſpiciens poſt tergum, non legitur ipſa vxor reſpexiſſe. Poſtquàm verò Lot ingreſſus eſt Segor, & ex vxoris oculis euanuit, ibid. n. 23. tunc ipſa relicta ſine duce, quem imitaretur, reſpexit, num. 26. nam ſubditi non ſolùm quando adeſt malum Principis exemplum, ſed etiam quando adeſt bonum, corruunt, & labuntur. Sicut è contrario, ſi Princeps bono exemplo præit, ſuos ſecum trahit ſubditos ad bonum, iuxta illud: *Credidit Abraham Deo*, Geneſ. 15. num 6. ſeu, vt Caiet. ex Hebræo legit: *Fecit credere in Iehoua.* Ac ſi Abraham credendo, cæteros ſecum traheret ad fidem. Quo pacto & ille quondam Regulus viſo Chriſti Domini miraculo, *Credidit ipſe, & domus eius tota*, Ioann. 4. num. 13. Miraculum quidem vnum regulum ad fidem traxit: ſed credentis exemplum totam domum. Quaſi maiores vires ad flectendos animos exemplum, quàm miraculum habere videatur. Igitur filij Heli, dum peſſima ſuis ſubditis exempla præbent, eos

Caiet. — *Malum principis exemplum ſubditos ad peccatum inducit.* — *Bonum principis exemplum ſubditos ad virtutem trahit.* Caiet.

eos in mille ſcelerum voragines trudunt;ac præcipitant. De qua re iam ſuprà num.17. & annot.19. ſect.3.dictum eſt.

Num. 25 Si peccauerit vir in virum, placari ei poteſt Deus : ſi autem in Dominum peccauerit vir,quis orabit pro eo?Et non audierunt vocem patris ſui ; quia voluit Dominus occidere eos.

EXPOSITIO LITERÆ.

1. *Duplex difficultas expedienda.*

B

SI *peccauerit vir*,&c. Grauiſſima, & conſultiſſima Pontificis peroratio hæc eſt, aptiſſimáque ad filios reſtrænandos;niſi illi iam effrænes in omnia vitiorum abrupta deuoluerentur. Sed quia locus eſt difficilis, neceſſe eſt, vt in eo explicando pauluſper immoremur. Quod feliciter vt abſoluamus, duas tantùm oportebat difficultates expedire. Vnam,quo pacto peccatum in virum, & in Deum diſtinguantur? Alteram, quo pacto Deus pro vno & non pro altero exoretur? Vtramque ſeorſim explicabo. Præmiſſa tamen varia huius verſiculi lectione.

Multiplex huius verſiculi lectio.

Nam in fonte verbo ex verbo reddito ita habet: *Si peccaueris vir in virum, & iudicabit eum Elohim:& ſi in Iehouah peccauerit vir, quis orabit ei?*

Septuag. Septuaginta verò: *Si peccans peccauerit vir in virum, & orabunt*, (ſeu, vt alij habent, *orabitur*) *pro ipſo ad Dominum ; ſi autem in Dominum peccauerit vir,quis orabit pro eo?*

C

Chald. Paraphraſtes Chald. *Si peccauerit vir viro , an non ibunt ante iudicem, & audiet loquelas eorum, & exquiret inter eos? Et ſi ante Dominum peccauerit vir, à quo orabit, & remittetur ei?*

Vatabl. Vatabl.*ſi peccauerit homo in hominem,iudices de hoc iudicant:quòd ſi quis contra Dominum peccat, quis ſeſe arbitrum interponet?*

Iſid Clar. Iſidor.Clar. *Si peccauerit vir in virum , arbitri eſſe poterunt iudices : ſi autem in Dominum peccauerit, quis orabit pro eo?* Multi Patres infrà citandi legunt:*Si peccauerit vir in virum, orabit pro eo ſacerdos:ſi autem ſacerdos in Dominum peccauerit, quis orabit pro eo?*

D

2. *Duplex in his lectionibus diuerſitas.*

Ex quibus omnibus duplex diuerſitas colligitur,vna in verbis,altera in perſonis. In verbis quidem , quia in priori membro alij vtuntur verbo *placandi*, alij verbo *orandi*, alij,denique verbo *iudicandi*. occaſionem omnibus præbente verbo Hebræo פָּלַל *palal*; quod illos omnes habet ſignificatus.In perſonis verò tam peccantibus,quàm orantibus,quàm denique iis quæ orantur.Perſonas peccantes diſtingunt illi Patres, qui in priori parte legunt : *Si peccauerit vir in virum :* in poſteriori autem : *Si autem ſacerdos peccauerit.* Cùm tamen alia exemplaria citata nullam inter perſonas offendentes diſcrimen interponant.Perſonas verò orantes, quidam non diſtingunt à peccantibus: vt Latinus vulgatus , *Si peccauerit vir in virum , placari ei poteſt Deus* ; non exprimens ; per orationem alterius à peccante diuerſi ; atque adeò ſupponens ab ipſo peccante placari poſſe.

Septuag. Alij diſtingunt, vt Septuag. loquentes de peccante in ſingulari:*Si peccaueris vir in virum* ; de orante,in plurali : *Orabunt pro ipſo*;atque adeò eos inter ſe diſtinguentes. Item illi Patres, qui legunt : *Si peccauerit vir in virum , orabit pro eo ſacerdos.* Vbi peccantem faciunt laicum: orantem , ſacerdotem. Tandem perſonas , quæ orantur , ſeu ad quas iniuria defertur ignoſcenda, ſeu punienda , quidam non diſtingunt, ſupponentes eſſe vnum Deum , qui placatur pro peccato in hominem , non autem pro peccato in Deum.

Chald. Alij diſtingunt, vt Chald. & qui illum ſequuntur, po-

A nentes in priori parte iudices , ſeu arbitros humanos , ad quos peccatum in hominem defertur , qui cauſam agnuſcunt , & litem dirimunt , & iniuriam compenſant , ac tandem omnia componunt , & ad pacem , tranquillitatémque reducunt ; cùm peccatum in hominem commiſſum, eorum vim iudiciariam non excedat:in poſteriori autem ponentes iudicem æternum,ad quem ſolùm peccatum in Deum defertur iudicandum. Qui interpretes iuuari potuerunt ex Hebræo,vbi eſt in priori loco *Elohim*,id eſt , *iudices :* in poſteriori *Iehoua*, hoc eſt, *ipſe Deus.* Hæc pro multiplici huius loci tranſlatione. Vnde poſteà deſumetur , quid cuique loco inſeri oportebit. Nunc ad propoſitas difficultates.

B

Prior difficultas. Peccata in virum, & in Deum quo pacto diſtinguantur.

MVltipliciter hæc peccata à Patribus diſtinguntur. Primò ſumendo peccatum in virum non pro actu propriè malitioſo,ſed potiùs ſtudioſo: 3. *Prima reſponſio.*

quo pacto dicitur peccare virum , qui eius iniquis legibus non obtemperat , aut qui eius prauis conuiuiis non acquieſcit , ne à Deo auertatur. Peccatum verò in Deum, pro actu propriè peccaminoſo, quo aliqua lex diuina violatur. Et tunc facilis eſt poſterioris difficultatis ſolutio.Nam qui hominem offendit, ne Deum offendat, Deum ſibi efficit propitium;qui autem offendit Deum ipſum ſibi reddit iratum. Ita mihi videtur interpretari D.Bern.tract. de præcepto, & diſpenſatione, ante medium : *Cùm ait Heli*, inquit Bern.*ſi peccauerit vir in virum,ſubaudiatur propter Deum;cui apertè contraria,homines hominibus frequenter mandari præſumunt.*

C

Humanas leges diuinis contrarias, violantes Deum ſibi propitium efficiunt. D.Bern.

Quo peccato ſatis patet non offendi Deum,ſed potiùs demereri, ſiquidem offenditur vir , Deo contraria præcipiens, aut ſuadens, ne offendatur Deus. Vnde ſtatim ſubdit. *Ego igitur ſi me hoc angi articulo ſentiam , vt aut Deum,aut hominem offendere neceſſe ſit, Deum potiùs libenter eligo non offendere : & quidem tutiùs , iuſtiúſque. Habeo nempe ex præſenti Propheta capitulo de hominis læſione meam conſolationem, Dei ſcilicet propitiationem. Cæterùm Deo offenſo quis orabit pro me?*

D

Quod paulò poſt magis declarat.*Culpa,ſi qua eſt,quòd homo offenditur,cum ei non obeditur,aut multum extenuat,aut potiùs annullat cauſa melior. Quapropter cum dicitur,ſi peccauerit vir in virum , ſubaudiendum eſt , propter Deum.* Quaſi diceret, peccatum in virum, de quo hîc agitur,illud eſt,quo vir offenditur propter Deum,hoc eſt,ne Deus ipſe offendatur. Igitur ſecundùm hunc ſenſum hortatur Heli filios ſuos , vt potiùs velint habere omnes homines inimicos , quàm vnum Deum:nam Deus ſine illis multum prodeſt:illi ſine Deo, nihil. Nec multum videtur abhorrere ab hoc ſenſu Chaldæus Paraphraſtes,dum ita vertit:*Si peccauerit vir viro ; an non ibunt ante iudicem , & audiet* Chald.

E

loquelas eorum,& exquiret inter eos?& (vt addit Rabbi Dauid) *eum,qui innocens eſt,eripiet*,&c. Quaſi peccatum in virum , ſit illud de quo quis falsò apud humanum iudicem conuenitur , & proinde iudicis ſententia tanquam innocens declaratur : quod patet non eſſe propriè peccatum. Rab Dauid.

4. *Prima reſponſio, etſi vera non tamen literalis.*

Cæterùm hæc reſponſio , etſi verum contineat ſenſum, non tamen literalem: tum quia hîc fit comparatio inter propria peccata ; alioqui verbum *peccandi* eodem loco , ac modo repetitum, æquiuocè poneretur, contra vulgarem regulam interpretandæ Scripturæ : tum quia ſi Deus dicitur placari poſſe pro peccato in virum ; planè ſupponitur fuiſſe iratus : atque adeò tale peccatum propriam rationem culpæ habuiſſe:tum denique, quia

Heli oſtendere volebat maximam grauitatem peccati in Deum, quod non faceret per comparationem ad peccatum in virum, ſi hoc veram peccati rationem non habebat; quæ enim grauitas eſt peccati, quod non alterum, ſed ſolam virtutem ſuperat in malitia?

5. *Secunda reſponſio.* Secundò reſpondetur, ſumendo peccatum in virum pro peccato à laico commiſſo; peccatum verò in Deum pro peccato commiſſo à ſacerdote. Quo etiam ſenſu facilè ſoluitur poſterior difficultas: nam pro laici peccato orat ſacerdos; pro peccato ſacerdotis, quis orabit? Hunc explicatum reddit D. Auguſtin. in Pſalm. 36. conc. 2. transferens: *Si peccauerit populus, orabit pro eo ſacerdos: ſi autem ſacerdos peccauerit, quis orabit pro eo?* Vbi hæc peccata per perſonas peccantes, laicum, & ſacerdotem diſtinguit, in eóque peccatum ſacerdotis deterius facit, quàm peccatum laici; quia pro hoc intercedit ſacerdos, cuius munus eſt Deum in peccatores iratum precibus, & ſacrificiis placare, pro illo nullus orabit; cùm inter Deum, & ſacerdotem nullus ſequeſter exiſtat. Quare rectè monet D. Auguſtin. ſacerdotem, ne peccare audeat: tum ne ipſe peccans deſtituatur interceſſore, cuius precibus in gratiam cum Deo reducatur: tum etiam ne interceſſore deſtituat populum peccantem; dum enim peccando indignum ſe facit, qui intercedat: peccantem populum relinquit ſuo patrocinio immunitum, ac proinde æterno ſupplicio exponendum: *Talem ergo*, inquit, *eſſe oportet Domini ſacerdotem, vt quod populus pro ſe apud Deum non valuerit, ipſe pro populo mereatur, quod poposcerit, impetrare.* Eodem modo explicat D. Ambroſ. in Pſalm. 37. ſimiliter transferens: *Si populus errauerit, ſacerdos orabit pro eo: ſi ſacerdos errauerit, quis rogabit pro eo?* Vbi etiam colligit maiorem grauitatem peccati ex maiori dignitate peccantis: & quò melior eſſe debet ſacerdos, quàm laicus; eò peccatum illius deterius, quam huius, iudicari. Atque adeò per ſolas perſonas peccantes, profanam, & ſacram hæc peccata diſtinguit.

D Ambr. peccatum ſacerdotis, grauius, quam laici. — *D. Aug.* — *D. Ambr.*

6. *Sacerdotis peccatum difficilius à Deo condonatur.* — *D. Hier.* Accedit Diuus Hieronymus in epiſtol. 1. ad Heliodorum, vbi iuuenem ad ſacerdotium adſpirantem ipſa ſacerdotij ſublimitate deterret, ex hoc ipſo loco quem in ſuam ſententiam ſic accommodat: *Monachus*, inquit, *ſi ceciderit, rogabit pro eo ſacerdos; pro ſacerdotis lapſu quis rogaturus eſt?* Et in dialogo aduersùs Luciferianos ſub initium, cùm hæreticus Luciferianus contendat, Epiſcopum Arianum, quantumuis reſipiſcat, non eſſe in Eccleſiam recipiendum; & ex hoc loco argumentetur, dicens: *Nónne legiſti, quòd pro populo peccatore ſacerdos Deum exoret; ac pro ſacerdote nullus ſit alius, qui deprecetur?* Diuus Hieronymus citatum locum tanquam minimè adulteratum recognoſcit: ſed aliis rationibus hæretici peruicaciam facilè retundit. Imò in cap. 18. Matth. eandem lectionem vſurpat. *Si peccauerit*, inquit, *in nos frater noſter, & in qualibet cauſa nos læſerit; dimittendi habemus poteſtatem; imò neceſſitatem, quia præcipitur, vt debitoribus noſtris debita dimittamus: ſi autem in Deum quis peccauerit, non eſt noſtri arbitrij.* Quod confirmat ex his verbis, ita ab eo relatis: *Si peccauerit homo in hominem, rogabit pro eo ſacerdos: ſi autem in Deum peccauerit*, ſcilicet ſacerdos, *quis rogabit pro eo?* Vbi ſtatim præpoſteram noſtram malitiam condemnat; qui cum noſtras iniurias remittere poſſimus; imò debeamus, diuinas autem non poſſimus: *Nos*, inquit, *è contrario in Dei iniuria benigni ſumus, in noſtris contumeliis, exercemus odia.* Itaque hæc peccata non à perſonis offenſis, ſed ab offendentibus diſtinguit. Adde Cæſarium Arelat. homil. 15. de aſpera prædicatione in tom. 2. bibl. eodem modo transferentem. *Si homo in hominem peccauerit, rogabit pro eo ſacerdos: ſi autem ipſe ſacerdos deliquerit, quis orabit pro eo?* Atque ita explicat Diuus Gregor. ad hunc locum. *Quia*, inquit, *peccata ſubditi populi, ſacerdotum precibus delentur; cùm ſacerdos in culpam labitur, ſuperior perſona non eſt, cuius precibus expietur. Quis igitur orabit pro eo? Quaſi dicat, Quis ei interceſſor remanet; cùm ille ſe transgrediendo præcipitat, qui ad intercedendum pro aliis ordinatus eſt?*

Dei iniuria punienda, propria dimittenda. — *Cæſ. Arel.* — *D Greg.*

7. *Sacerdos, ſal terræ, ſi euanuerit, à quo poterit condiri?* — *D. Hier.* Et confirmat ex illis verbis Chriſti Domini: *Si ſal euanuerit, in quo ſalietur?* Matth. 5. num. 13. Ex quibus etiam Diuus Hieronymus citatus in epiſtol. 1. ad Heliod. idem inſtitutum confirmauit. Et Luciferianus in dialogo cum Diuo Hieronymo ex iiſdem verbis argumentatus: *Vt ſal*, inquit, *omnem cibum condit, nec eſt aliquid per ſe tam ſuaue, quod abſque eo guſtum demulceat; ita mundi totius, & propriè Eccleſiæ condimentum Epiſcopus eſt: qui ſi infatuatus fuerit, ſiue per negotiationem, ſiue hæreſim, ſiue per libidinem, & vt ſemel dicam, per vniuerſa peccata, à quo alio poterit condiri; cùm ipſe fuerit omnium condimentum?* Quæ argumentatio niſi ad falſum dogma adſtruendum præpoſterè detorqueatur, benè concludit & grauitatem peccati in Epiſcopo, & Sacerdote, & difficultatem reſipiſcentiæ in vtroque, vt ex poſteriori difficultate patebit. Confirmari vlteriùs poteſt idem inſtitutum ex illis verbis: *Quis miſerebitur*, ſeu, vt alij vertunt, *Quis medebitur incantatori à ſerpente percuſſo?* Eccleſiaſtic. 12. num. 13. Nam incantatore percuſſo, quis poterit ſerpentem excantare?

8. *D Chryſ.* Præterea fauere videtur huic expoſitioni D. Chryſoſtom. homil. 76. in Matth. ad finem. Vbi quamuis hæc duo peccata ex perſonis offenſis, viro, & Deo diſtinguat; tamen hoc diſcrimen quodammodo inadæquatum vlteriùs complet, adæquatumque reddit per perſonas offendentes, laicum & ſacerdotem, cuius peccatum præcipuè exaggerat, vel ex eo, quòd filia ſacerdotis in peccatum lapſa grauiùs, quàm aliæ peccatrices puniretur. *Aliæ quidem*, inquit, *fornicatrices necabantur, ſacerdotum filiæ igne cremabantur. Quæ ex re quàm magnus pœnarum cumulus Pontificem expectet peccantem, legis conditor voluit ſignificare. Nam ſi filiam eius atrociùs puniri iuſſit, quid erit de ipſo?* In eandem expoſitionem inclinat Origen. homil. 5. in Exech. vbi diſtinguens varias peccatorum ſpecies, alias aliis grauiores, iuxta digniores perſonas peccantium; concludit, peccatum Pontificis ſicut eſt digniſſimæ perſonæ, ita eſſe grauiſſimæ malitiæ; quod ex hoc loco confirmat. *Quantò*, inquit, *quis nobilior fuerit in ordine, tantò maiora ſupplicia ſuſtinebit. Si autem princeps ſacerdotum peccauerit, dicit ad eum Heli, conſeruus ſuus: Si delinquens peccauerit vir in virum, orabunt pro eo: ſi autem in Deum peccauerit, quis orabit pro eo?* non obſcurè ſignificans ſermonem hîc eſſe de ſacerdotis peccato, illúdque à peccato laici, tanquam multò grauiùs diſtingui.

Peccatum etiam filiæ ſacerdotis grauius in lege punitur. — *Orig.*

9. *Peccata filiorum iuxta hunc ſenſum exaggerat Heli.* Iuxta hunc ſenſum rectè exaggerat Heli peccata filiorum ex circunſtantia perſonæ peccantis, quæ cùm ſit digniſſima, & proinde ſanctiſſima eſſe debeat, nempè ſacerdos, qui quantum dignitate eminet, tantum neceſſe eſt emineat & ſanctitate, grauiſſimè peccare cenſetur. Cauete igitur, ô filij, inquit Heli, ab his peccatis: nam, ſi peccata eſſent laicorum, ignoſcenda forent, quia ſacerdotes pro illis vtpote leuioribus deprecarentur, cùm verò ſint peccata ſacerdotum, quæ grauiſſima iudicantur, quis Deum pro illis remittendis exorabit?

cùm

cùm inter Sacerdotem ac Deum nemo ſequeſter intercedat.

10. *Secunda reſponſio, licèt vera, non tamen literalis.*

Hæc peccata per perſonas offenſas, non per offendentes diſtinguntur.

Hic ſenſus veriſſimus eſt, aptiſſimúſque ad arguendos filios Heli, ac niſi illi immedicabiles iam exiſterent, medicandos. Non eſt tamen literalis, imò manifeſtam literæ violentiam infert: in qua hæc peccata per perſonas offenſas, virum, ac Deū; non autem per offendentes laïcum, & Sacerdotem diſtinguntur; præſertim cùm in omnibus exemplaribus non ſolùm Latino vulgato, ſed etiam Hebræo, Chaldæo, & Græco vna tantùm perſooa offendens, *vir in virum, & vir in Deum* ſignificetur; quin vlla ratio Sacerdotis offendentis habeatur. Atque ita interpretes communiter & legunt, & exponunt. Nam auctor quæſtion. Hebraic. per ſolas perſooas offenſas hæc peccata diſtioguens: *Non eodem modo*, inquit, *in virum, quo in Deum peccatur, quia in virum peccare, peccatum qualecunque eſt, leuiórque remiſſio; in Deum verò peccare, id eſt, ab eius cultu recedere, impietatis peccatum eſt, difficiliórque remiſſio: & quoniam, cùm in virum quis peccat, placato ſibi viro, facit ſibi Deum placabilem; in Deum autem cùm quis peccat, quis orabit pro eo?* Sic etiam Rupertus, Beda, Angelomus, & alij loquuntur. Adhuc nihilominus ſupereſt explicandum, in quo hæc duo peccata in virum, & in Deum diſtinguantur.

Auct. quæſt. Hebr.
Peccata in Deum grauiora

Rupert. Beda. Angelom.

11. *Tertia reſponſio. Peccatum in hominem, etiam eſt in Deum, diuerſo tamen modo.*

Tertiò igitur reſpondetur, ſumendo peccatum in Deum pro peccato contra præcepta primæ tabulæ, quæ ſunt priora tria Decalogi: peccatum verò in hominem pro peccato contra præcepta ſecundæ tabulæ, quæ ſunt ſeptem poſteriora. Nam licèt peccatum io hominem, ſit etiam in Deum, iuxta illud· *Qui vos ſpernit, me ſpernit*, Luc. 10. 0. 16. Et illud: *Si autem peccantes in fratres, in Chriſtum peccatis*; 1. Corinth 8. num. 12. & illud: *Quandiu non feciſtis vni de minoribus his, nec mihi feciſtis*, Matth. 25. n. 45. tamen diuerſo modo Deum attingit. Nam peccatum in hominem mediatè, & in alio Deum offendit; peccatum verò in Deum, proximè, & in ſe: ſeu, vt Abulenſ. quæſt. 14 latiùs explicat, illud ſemel eſt contra Deum, hoc autem, bis. Quod exemplo illuſtrat. Nam ſi quis legiſlator furtum prohibeat, qui alteri furetur, ſemel tantùm legiſlatorem offendet, eius legem violando: qui autem furetur ipſi legiſlatori, bis; & violando eius legem, & inferendo ipſi damnum. Sic communiter exponunt interpretes ſuprà citati, & Patres ſtatim citandi, qui hoc peccatum in Deum multipliciter contingere poſſe oſtendunt, vt deinceps explicabo.

Abul.

Quibus modis peccatum in Deum committatur.

12. *Quinque modis peccatum in Deū committitur. Primò, cum nulla creatura offenſa, peccator in ſolum Deum inſoleſcit. Diuina prouidentia in Adamo ab hoc peccato auertendo. Apta ſimilitudo.*

QVinque tantùm modos, quibus hoc peccatum contingere poteſt, breuiter indicabo, ad quos alij, qui occurrunt, facilè reducentur. Primò, cum peccator nulla re creata offenſa in ſolum Deum inſoleſcit, quo pacto Lucifer peccauit, volens eſſe *ſimilis Altiſſimo*, &c Iſa. 14. n. 14. Quod peccatum ne contraheret Adam, diuina prouidentia, & miſericordia anteuertit, imponendo illi præceptum circa rem creatam, nempè circa arborem ſcientiæ boni, & mali; non quidem vt illud frangeret, ſed vt leuiùs peccaret, ſi frangeret, ſcilicet non incurrendo immediatè in ipſum Deum; ſed quodammodo reflexè à creatura offcoſa in Deum reſiliendo. Nam quemadmodum leuiùs vulnerantur ea, in quæ iacula obliquè relabuntur, quàm ea, in quæ directè intorquentur; ita leuiùs offenditur Deus in creatura, quàm in ſeipſo: nam in creatura, refracto quodammodo peccatoris actu, ſeu ictu attingitur: in ſeipſo, totum, ac directum peccatoris conatum excipit, quo indigniùs violatur. Hanc in Adamum beneuolentiam ſignificauit D. Chryſoſt. hom de Adam, & Eua: *Deus noſter*, inquit, *faciens hominem, dedit præceptum in creatura, id eſt, in arbore, eligens, vt per tranſgreſſionem in creaturam peccaret; quam ſine mandato in creatorem offenderet. Et ſicut Angelus, qui ſine præcepto elatus cecidit; ita, & homo, ſi præceptum non acciperet, æquè & ipſe diceret: Ero ſimilis Altiſſimo* Hæc D. Chryſ. quibus ſimilia repetit homilia de lapſu primi hominis.

D. Chryſ.

13. *Secundò per idololatriā.*

Secundò peccatur in Deum per idololatriam, quando peccator honorem Deo debitum tribuit creaturæ: tunc enim iniuria Deo immediate irrogatur, cùm Deus ipſe honore ſuo, quantum in peccatore eſt, ſpolietur. De hoc idololatriæ peccato explicat D. Cyprian. in epiſt. ad Donatum de exhortatione ad martyrium, peccatum in Deum: & confirmat ex difficultate remiſſionis, qua vtrique venia donatur: *Non facilè eſt*, inquit, *ignoſcere Deum idololatris*. Quod in primis probat ex Moyſe, qui peccatum idololatriæ per antonomaſiam maximum appellabat: *Peccaſtis*, inquit ad populum, *peccatum maximum*, Exod 32. num. 30. Et rurſus ad Deum: *Peccauit populus iſte peccatum maximum*, ibidem num. 31. Qui Deum pro venia huius peccati impetranda obnixè deprecatus, vix obtinuit, vt placaretur pauliſper Dominus, ibidem num. 14. hoc eſt, interprete Theodoret. quæſt 68. vt ſupplicium differret. Qui magnam pro illo peccato vltionem in populo exequutus, viginti tribus millibus occiſis, adhuc non putabat diuinæ iuſtitiæ ſatisfactum, ſed vlteriùs ad preces efficaciores recurrebat: *Aſcendam*, inquit, *ad Dominum, ſi quo modo quiuero eum deprecari pro ſcelere veſtro*, ibidem nom. 30. Qui denique in preces effuſus adeò intenſas, vt ſuammet ſalutem pro ſalute populi interponere non dubitaret, dicens: *Aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facis, dele me de libro tuo*, num. 32. tamen repulſam paſſus eſt, dicente Domino: *Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo*. num. 32. Quaſi diceret, non tu, qui immunis es à peccato, ſed populus, qui in me peccauit, de libro meo expungetur. Et paulò poſt: *Ego autem in die vltionis viſitabo & hoc peccatum eorum*, num 34. vt oſtenderet hoc peccatum non temporarijs ſupplicijs, ſed æternis puniendum.

D Cypr.

Idololatria peccatum per antonomaſiā maximum, grauiter à Deo punitur.

Theod.

14. *Idololatria grauiter punitur.*

D. Cypr.

Probat deinde D. Cyprian. ex Ieremia, cap. 7. num. 16. ad quem pro populo idololatra deprecantem, aut certè deprecari volentem: *Tu ergo*, inquit Dominus, *noli orare pro populo hoc, nec aſſumas pro eis laudem, & orationem; & non obſiſtas mihi, quia non exaudiam te*. Tantum enim aberat, vt Deus veniam daret, vt ne poſtulari quidem pateretur. Probat vlteriùs ex Propheta Ezech. cap. 14. à num. 13. ad quem Dominus: *Fili hominis*, inquit, *terra cùm peccauerit mihi* (ſcilicet peccato idololatriæ, quod eſt peccatum in Deum) *extendam manum meam ſuper eam, & conteram virgam panis eius*, &c. *Et ſi fuerint tres viri iſti in medio eius, Noë, Daniel, & Iob, viuo ego, dicit Dominus Deus, quia nec filios, nec filias liberabunt, ſed ipſi ſoli liberabuntur; terra autem deſolabitur.* En difficultas, qua peccatum idololatriæ condonatur. Tale eſt, teſte Diuo Cypriano peccatum in Deum, de quo Heli agit hoc loco: *Quis orabit pro eo?*

De idololatria præſens locus explicatur à D. Cypr.

15. *Tertiò per ſacrilegium.*

D. Aug.

Tertiò peccatur in Deum, cùm aliquid ex ijs, quæ pertinent ad diuinum cultum, ſiue ſit locus ſacer, ſiue perſona ſacra, ſiue actio ſacra, violatur. Ita hoc peccatum in Deum interpretatur D. Aug q. 55. in Deuter. Et quolibet modo fiat, grauiſſi-

Sacri loci violatio Deo maximè iniurioſa. Orig.

mum eſt peccatum. In primis ſacri loci violatio ſacrilega eſt, & Deo maximè iniurioſa. Quid enim grauius etiam apud homines, quàm in propria domo quempiam aggredi, iniuria afficere, & indignis modis tractare? Significat hoc Origen. homil. 4. in Leuit. conferens duo Scripturæ loca; vnum Leuitic. 5. num. 15. vbi Deus iubet, arietem pro peccato oblatum, redimi *duobus ſiclis iuxta pondus ſanctuarij*; alterum, Leuit. 6. num. 6. vbi offerre iubet arietem pro peccato, & dare eum Sacerdoti, *iuxta æſtimationem, menſuramque delicti*. Hæc, inquam, duo loca inter ſe conferens Origenes, inquirit, cur in priori loco mentio fiat ſicli ſanctuarij; non autem in poſteriori. Quaſi illud peccatum, vtpote maius, maiori, & ſanctiori ſacrificio expiandum videretur: *Intereſt enim*, inquit, *peccare in ſanctis, & peccare extra ſancta*. & confirmat ex hoc loco. Vnde colligitur Origenes cenſuiſſe, peccatum in hominem eſſe illud, quod extra ſancta committitur; peccatum verò in Deum, eſſe illud, quod in ſanctis perpetratur.

16. *Sacra perſona violatio, grauiſſimum ſacrilegium.* D Aug.

Iam verò ſacræ perſonæ violatio eſt etiam peccatum in Deum, & ex ſuo genere grauiſſimum. De hoc genere ſentit D. Auguſt. loco proximè citato, fuiſſe peccatum, quod Rex Abimelech in Saram moliebatur, dicente Domino, ad ipſum Regem: *Ideò cuſtodiui te, ne peccares in me, & non dimiſi, vt tangeres eam*, Geneſ. 20. num. 6. Vbi peccatum, quod fuiſſet in Saram committendum, dicitur peccatum in Deum; quia Sara, inquit D. Auguſtin. ad Deum pertinebat. Sed quid? Saráne erat perſona ſacra, cuius violatio ad ſacrilegium, & peccatum in Deum reduceretur? ita fortaſsè affirmari poteſt, quia Sara, ex qua per intermedios nepotes Chriſtus Dominus naſciturus erat, ad ordinem vnionis hypoſtaticæ quodammodo ſpectabat. Nam ob eandem cauſam Abrahæ femur erat quoddam veluti ſacrum altare, ex quo Chriſti Domini humanitas proditura erat, vt annot. 3. ſect. 3. §. 9. iam aduerti. Cùm igitur Sara ex cognatione cum Chriſto ex ea naſcituro ad ſacrum quendam ordinem pertineret, eius offenſio non immeritò ſacrilega videbatur. Certè D. Ambr. ad Virginem lapſam, cap. 10. ſentit peccatum, quo illa virgo expugnata cecidit, fuiſſe peccatum in Deum, vt pote in perſonam Deo ſacram perpetratum. Quare illam Virginem introducit ita ſuum peccatum flebiliter lamentantem: *Heu me*, inquit, *quia facta ſum, ſicut Sodoma, & combuſta ſum, ſicut Gomorrha, quis miſerebitur cineres meos? Duriùs offendi, quàm Sodoma; quia illa legem neſciens deliquerat: ego autem accepta gratia peccaui in Dominum. Si homo peccet in hominem, erit, qui interueniat: ego, quæ peccaui in Dominum, quem propitiatorem inueniam?* Vbi ſuum peccatum vocat peccatum in Deum, non quòd ſciens peccauerit; hæc enim ſcientia etiam peccatum in hominem frequentiſſimè circunſtat: ſed quòd Deo ſacra execrandum opus perpetrarit.

Regis Abimelech peccatum in Saram, cur peccatum in Deum dicatur. Abraham, & Sara propter Chriſtũ ex ipſis naſciturũ, Deo quodammodo ſacrati.

D Ambr. *Virginis Deo dicatæ graue ſacrilegium.*

17. *Grauiſſimũ in Deum ſacrilegiũ, quo aliqua actio ſacra violatur* D Baſil. *Religioſi ſuæ profeſſionis deſertores, ſacrilegi.*

Tandem peccatum in Deum eſt illud, quo aliqua ſacra actio, vtpote ſacrificium, aut religioſa aliqua cæremonia, aut ſolemnis aliquis ritus ad cultum diuinum pertinens violatur. De hoc genere eſt hodie apud religioſos ſuæ profeſſionis reſciſſio, ſeu tranſgreſſio: vt D. Baſil. in regulis fuſiùs diſputatis interrogatione 14 teſtatur. Loquutus de huiuſmodi religioſo tranſgreſſore: *Si*, inquit, *poſteaquam intra reliquorum fratrum ſocietatem adſcriptus fuerit, factam iam ab ſe profeſſionem reſciderit: is perinde aſpici debet, vt qui in Deum peccauerit; quem videlicet profeſſionis ſuæ teſtem adhibuerit, cuique ſolemni ſe voto obligarit. Si verò in Deum quis peccauerit, quis orabit pro eo? Etenim qui ſeipſum ſemel deuouit, is ſi ad aliud deinde vitæ genus tranſierit, ſacrilegij ſe ſcelere obſtrinxit: quippe qui ſeipſum Deo, cui ſe conſecrauerat, veluti ſubterfuratus ſit.* Et ſtatim prudenter, & vtiliter monet, ne qua familiaritas bonis religioſis cum his deſertoribus interſit. Quid enim eſt iniquius, & peruerſius, quàm omnium ſocietatem contemni, & aliquorum familiaritatem ambiri? ſeu illorum amicitiam captare, quorum vita repudietur, diſciplina faſtidiatur, mores odio habeantur? *Porrò*, inquit Baſilius, *huiuſcemodi hominibus rationi conſentaneum fuerit, vt nullo modo aperiantur fratrum ianuæ; ne ſi prætereuntes, vt tecto recipiantur, ad ipſos diuerterint. Perſpicua eſt enim regula Apoſtoli*, 2. Theſſal. 3. num. 6. *qua iubemur ſubtrahere nos ab omni inordinato, neque vllo modo cum illo commiſceri, vt confundatur.* Hoc peccatum in Deum ſub hac triplici materia diſtinctum, frequenter admittebant filij Heli. Nam & loca ſacra, nempè tabernaculum, in quo erant, & perſonas ſacras, nimirum virgines, quæ obſeruabant ad oſtium tabernaculi; & actiones ſacras, nempè omnes leges, ritus ac cæremonias ſacrificiorum violabant. Quis igitur orabit pro illis?

Horum familiaritas bonis religioſis vitanda.

Frequens hoc ſacrilegij peccatum in filijs Heli.

18. *Quartò grauiſſimè in Deum peccarunt Iudæi Chriſtum occidendo.* Orig. *Chriſti occiſio maximũ Iudæorum peccatum, maioribus ſupplicijs plectitur.*

Quartò grauiſſimè peccauerunt in Deum olim Iudæi, qui in ipſum Dei filium violentas manus intulerunt. Hoc peccatum docent Patres citandi, eſſe illud peccatum in Deum, pro quo nemo poſſit orare. In primis Origen. hom. 10. in Ierem. loquutus de peccato Hieroſolymæ Chriſtum occidentis: *Angeli*, inquit, *qui ſemper auxiliabantur ei, deſeruerunt eam, & dixerunt, multis facinoribus oppreſſa eſt IESVM interfecit, & in Dominum noſtrum miſit manus. Quandiu minora peccauit potuimus rogare pro ea: potuimus obſecrare Dominum: potuimus parcere ei, Super iſta quis parcat? Si peccauerit vir in virum, exorabitur pro eo: ſi autem peccauerit in Deum, quis orabit pro eo?* Denique D. Chryſ. in Pſalm 8. num. 3. ibi: *Vt deſtruas inimicum, & vltorem*, eleganter, & efficaciter demonſtrat, hoc Iudæorum ſacrilegium eſſe illud peccatum in Deum, quod nullam veniam mereatur; nullam aſſequatur. Nam olim Iudæi maiora peccata committebant, quàm nunc, excepto hoc vno Deicidio; quia initiabantur Beel-Phegor, Numer. 25. num. 3. adorabant vitulum conflatilem, Exod. 32. num. 6. immolabant filios ſuos, & filias ſuas dæmonijs, Pſalm. 105. num. 37. & multa alia flagitia, à quibus nunc abſtinent, exercebant. Et tamen nunc multò maiora ſupplicia, multò longiora exilia patiuntur, regno templóque exacti; toto orbe exules, & errones; nullis miraculis, aut oraculis muniti; omnibus infortunijs, & calamitatibus circunfuſi. Quid hoc eſt, Iſraëlitæ? ſi decreuêre peccata; cur accreuêre ſupplicia? *Nimirum*, inquit D. Chryſ. *quandiu in ſeruos peccaſtis, veniam eſtis conſequuti: ſed poſtquam manus in Dominum iniecistis; vobis euaſit vlcus immedicabile.* Et paulò poſt: *Crucifixio eſt veluti quidam colophon, & ſumma omnis malorum. Hoc magis perdidit, quàm idolorum cultus, vituli conflatio, & filiorum occiſio.* Vbi planè ſentit D. Chryſoſtom. hoc peccatum, ſi quod aliud, eſſe illud peccatum in Deum, pro quo Deus non exoretur. Nec aliter Diuus Gregorius hoc loco; reddens enim rationem, cur peccata in hominem ignoſcantur, non autem in Deum. *Quia talia*, inquit, *peccata leuia erant in illorum comparatione, quæ Iudæi committere in Dei filium cogitabant.* Et paulò pòſt: *Quis pro eo omnipotentem Patrem obſecrat, qui coæternum vnigenitum in mortem damnat?* Accedit Diuus Petrus Damianus libro 4. epiſtolarum, epiſt. 14.

D. Chryſ.

D. Chryſ.

D. Greg.

D. P. Dam.

Multis,

A *Multis*, inquit, *ſceleribus plebs Iſraëlitica ſe frequenter immiſcuit; ſed nunquam ſe tam crudeliter inquinauit, quam tunc, cùm Dominum crucifixit.* De hoc igitur in Deum peccato verius dici poteſt, quod de filiorum ſuorum peccato dixit Heli: *Quis orabit pro eo?*

19. Quintò, & vltimò grauiſſimè nunc peccant in Deum, qui in Chriſti Domini corpus non naturaliter, & viſibiliter; ſed ſacramentaliter, & inuiſibiliter exiſtens, illotas iniiciunt manus & prauas exerunt linguas, & iniquas aperiunt conſcientias. De quo peccato myſticè interpretatur hunc locum Origen. homil. 10. citat. in Ierem. *Vnuſquiſque noſtrum*, inquit, *quando peccat, maximè quando peccat ingenita, in I E S V M peccat. Si autem receſſerit à fide, hæc facit ſpiritualiter Chriſto, quæ corporaliter fecit Hieruſalem.* Vbi comparat peccatum infidelitatis cum peccato Iudæorum Chriſtum Dominum crucifigentium. Sed ſtatim vtroque deterius quodammodo facit peccatum indignè communicantium, vel indignè tractantium Chriſti Domini corpus in Sacramento exiſtens: & proinde ſignificat hoc peccatum eſſe indignum, pro quo oretur, aut vlla venia obtineatur: *Quanto plus*, inquit, *arbitramini deteriora mereri ſupplicia, eum, qui filium Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatur, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit?* Et ſtatim difficultatem remiſſionis tam atroci peccato conferendæ explicaturus: *Si*, inquit, *conculcaſti I E S V M filium Dei, feciſti conuitium ſpiritui gratiæ: quis parcet ſuper te? quis contriſtabitur ſuper te? quis reuertetur rogare ea, quæ in pacem ſunt tibi?* Quaſi diceret; aut nullus, aut rarus, ac difficillimus inuentu. Et reddit optimam rationem: *Ipſum I E S V M qui rogabat pariter, & præſtabat ea, quæ erant in pacem, perdidit anima peccatrix. Quis poteſt vltra rogare conuerſus ad ea, quæ ſunt in pacem tibi?* Nam quæ anima peccando ſingularem perdidit patronum, quem inueniet opportunum?

Quintò grauiſſimè in Deum peccant, qui S. Euchariſtiã indignè tractant.
Orig.
Hoc ſacrilegium infidelitate, & Deicidio Iudæorum quodammodo grauius difficilè remittitur.

20. In eandem ſententiam eleganter explicat hunc locum D. Petrus Damianus loco proximè citato, vbi cum ſacrilego huius ſacroſancti myſterij violatore acerrimè expoſtulat: *Nullus*, inquit, *grauius conuincitur peccare, quam presbyter; qui vel per imperitiam, vel improbam vitam, dum indignè miniſtrat, quantum ad ſe, ſalutaris vitæ ſacramenta contaminat.* Cuius ſceleris grauitatem optima ſimilitudine D confirmat. Nam ſicut multò grauiùs peccat in regem, qui in eius perſonam audacter proſilit, & hoſtiliter irruit, & lethaliter curſurus inuadit; quàm qui in eius bona prædator inuolat, aut in eius ſubditos graſſator inuehitur, aut in eius facta detractor obloquitur: nam cum hoc facilè reditur in gratiam, ſi digna ſatisfactio offeratur, cum illo nunquam redintegratur concordia; quia ab illo non requiritur ſatisfactio, ſed repoſcitur vltio: *Et non iam inter eos*, inquit Damianus, *de reparatione ſequeſtra pacis agitur, ſed de ſola augendi fœnoris vltione tractatur.* Ita planè multò grauius Deum E offendit, qui in eius ſacroſanctum corpus aggreſſor iniurius fertur, quàm qui in eius diuinum præceptum tranſgreſſor violentus incurrit: *Sicut*, inquit, *aliud eſt promulgata Regiæ legis edicta negligere: aliud ipſum ſpecialiter Regem vibrato propria manu iaculo ſauciare.*

D.P.Dam.
Ingens ſacrilegiũ ſacerdotis indignè celebrantis.

21. Et ſtatim hoc peccatum cum Iudæorum peccato componens: *Qui*, inquit, *Dominicum corpus pollutis tractare manibus non veretur, crucifigentium I E S V M particeps eſſe conuincitur.* Iuxta illud Apoſtoli: *Rurſum crucifigentes ſibimetipſis filium Dei, & oſtentui habentes*, Hebr. 6. num 6. Ac tandem huius peccati grauitatem quodam veluti epiphonemate concludens: *A nullo planè*, inquit, *Deus omnipotens maioris iniuriæ præiudicium tolerat, imò deteriùs nemo peccat, quam Sacerdos, qui indignè ſacrificat. Aliter peccantes, quaſi Dominum in rebus eius offendimus, indignè verò ſacrificantes velut in perſonam eius manus iniicere non timemus; cùm ſcriptum ſit: Si peccauerit vir in virum, placari ei poteſt Deus: ſi autem in Deum peccauerit vir, quis orabit pro eo?* Quis ergo huius ſceleris magnitudinem non exhorreſcat, pro quo vix inuenitur, qui Deum placabilem reddat? Nec immeritò, cùm ipſa oblatio pro peccato, ipſa hoſtia expiationis, ipſa *propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris autẽ tantum, ſed etiam pro totius mundi*, 1. Ioan. 2 n. 2. tam grauiter offendatur; & qui faciunt de propitiatione peccatum, omnem ſibi propitiationis ſpem quodammodo intercludant.

D.P.Dam
Deterius nemo peccat, quàm ſacerdos indignè ſacrificans.
Pro hoc peccato vix Deus placari poteſt.

B Vbi aduerte aliam huius peccati indignitatem longè grauiſſimam. Nam cùm hæc hoſtia oblata ſit in ſpiritualem totius mundi vtilitatem, ab Impijs Sacerdotibus offertur, vt ipſi temporalibus lucris ſaginentur. Quid indignius, quàm vt panis filiorum canibus porrigatur? Matth. 15. num. 26. Et de Chriſti ſanguine non iuſtorum mentes, ſed impiorum ventres pingueſcant? Rei acerbitatem idem Petr. Damian. lamentatur: *Eant*, inquit, *nunc presbyteri, & pro lucris huius vitæ ſacris ſe altaribus ingerant: pro ſuo, ſuæque conſanguinitatis affectu, ex fidelium oblatione diteſcant. Eant, inquam, & ſe, ſuiſque dumtaxat reficiant; vt poſtmodum medullis ſuis ignis æterni voraginem paſcant.* Et paulò pòſt: *Cùm paſſus ſit Dominus in cruce pro ſalute mundi, nunc mactatur* C *in altari pro vnius commodo, & facultate presbyteri. Tunc crucifixus eſt pro totius populi multitudine, nunc quaſi pro vnius homuncionis vtilitate ſalutaris hoſtia videtur offerri.* Ex dictis patet, quo pacto hæc in hominem, & in Deum peccata diſcriminentur, & quibus modis peccatum in Deum committatur. Vna ſupereſt dubitatio.

22.
Sacerdotes propter temporale lucrũ ſacrificantis impietas.
D.P.Dam.

An peccatum in Deum, & in Spiritum ſanctum, & ad mortem diſtinguantur?

HÆc peccatorum genera paria in ſacris literis videntur, peccatum in Deum, de quo hîc agitur; & peccatum in Spiritum ſanctum, de quo D Matth. 12. num. 31. & Marc. 3. num. 29 & Luc. 12. num. 10 ac tandem peccatum ad mortem, de quo 1. Ioan. 5. num. 16. Quare an vllum ſit inter ea diſcrimen, breuiter expendendum. Primò dicunt aliqui peccatum in Deum, & in Spiritum ſanctum non diſtingui. Ita ſenſiſſe videtur Beda ad hunc locum, qui hoc peccatum in Deum, exemplo peccati in Spiritum ſanctum, quaſi ab illo non differat, declarat. Clariùs id exprimit D. Cyprian. lib. 3. ad Quirinum, cap. 28. probans non poſſe remitti in Eccleſia peccatum in Deum, quia dicitur in Euangelio Matthæi, non poſſe remitti peccatum in Spiritum ſanctum; & rurſus in Regnorum primo: E *Quis orabit pro eo?* Quaſi vnum ab altero non diſtinguatur. Nec minùs disertè Victor Epiſcopus Africanus *in ratione fidei*, ad Regem Hunericum, vbi peccatum in Deum, & in Spiritum ſanctum inter ſe comparat, *& ſimile*, id eſt, *inexpiabile* eſſe dicit: atque hinc Spiritus ſancti diuinitatem probat; quia qui in eum peccat, in Deum peccat. Accedit D. Hieron. ſeu potiùs Didymus D. Hieronymi ſtudio latinitate donatus lib. 3. de Spiritu ſancto, vbi peccata in ſingulas perſonas diuinas in Spiritum ſanctum, Matth. 12. num. 31. in æternum Filium, Hebr. 10. num. 29. in Æternum Parentem,

23.
Beda.
Prima opinio peccata in Deum & in Spiritum ſãctum non diſtingui.
D Cypr.
Vict. Afr.
D. Hier.
Didym.
Trinitatem blaſphemantes venia indigni.

tentem, hoc loco, eiuſdem ordinis, & rationis conſtituit: *Quia nulla, inquit, venia in Trinitatem conceditur blaſphemantibus.*

24\. *Secundò, pec catū in Spiritum ſanctum, & ad mortem idē facit.* D. Aug.

Secundò, dicunt alij peccatum in Spiritum ſanctum, & peccatum ad mortem coincidere. Ita ſentit D. Auguſt. lib. 1. de ſerm. Domini in monte, cap. 22 vbi docens peccatum ad mortem eſſe, cùm quis ita peccat: *Vt animam ad humiliandum, & obterendum cor, implorandámque veniam, non deponat.* ſubdit, *& hoc eſt fortaſſe peccare in Spiritum ſanctum,* &c. Quam etiam expoſitionem inter alias ſequitur Carthuſ. cui Lorinus non repugnat. Ex quibus dicendum eſt tertiò, peccatum in Deum, & peccatum ad mortem inter ſe conuenire: nam ſi vtrumque conuenit cum peccato in Spiritum ſanctum, vt dictum eſt, neceſſe eſt, vt etiam inter ſe conueniant; iuxta vulgare Philoſophorum principium: *Quæcumque ſunt eadem vni tertio, & inter ſe ſunt eadem.* Quod aliqui Patres etiam ſine hac conſequutione, ſeu argumentatione ſentire videntur.

Carthuſ. Lorin. *Tertiò, peccatum in Deum, & ad mortem conuenire aſſirmat.*

Tertull. Nam Tertull. lib. de pudicitia, cap. 2. par facere videtur vtrumque peccatum; quia paribus verbis vtriuſque declaratur atrocitas; de vnu: *Quis orabit pro eo?* de altero: *Non pro illo dico, vt roget quis.* Clariùs D. Cyrill. Alex. lib. 4. in Leuit. eam referens verba Heli: *Si autem in Deum peccauerit, quis orabit pro eo?* Statim ſubdit: *Similiter Ioannes Apoſtolus dicit: Eſt peccatum ad mortem; non pro illo dico, vt oretur,* 1. Ioan. 5. num. 16. pari vtrumque, & deformitate culpæ, & grauitate pœnæ coniungens. Adde D. Chryſoſtom. in Pſal. 41. ibi, *Si videbas furem, currebas cum eo.* Vbi quaſdam peccatorum claſſes diſtribuens, in eandem conijcit, *& peccatum ad mortem,* de quo Ioannes, *& peccatum in Deum.* de quo Heli. Atque ex his tandem vltimò concluditur, hæc tria, peccatum in Deum, & in Spiritum ſanctum, & ad mortem, nihilo inter ſe diſſidere Quod Rupert lib. 2. in Num. c. 1. videtur expreſſiſſe. Vbi in exemplum peccati, de quo Deus dicit: *Super quatuor, ſeu, ſuper quartum, non conuertam eum,* Amos 1. n. 3. hæc tria peccata adducit: Quaſi hæc tria nihil inter ſe differant; ſed ſub eadem deformitate contineantur.

D. Cyrill. Alex.

D. Chryſ.

Quartò, nullā inter tria hæc peccata diſcrimen admittit. Rupert.

25\. *Verior & communior ſententia tria hæc peccata diſtinguit. Quodnam ſit peccatum ad mortem.*

Nihilominus certior, & communior expoſitio ea diſtinguit. Nam peccatum ad mortem, aut eſt quodlibet peccatum mortale, in quo quis finaliter decedit, pro quo iam non licet orare, cùm peccator iam ſit extra viam: aut peccatum, contra quodlibet præceptum primæ, aut ſecundæ tabulæ; in quo tamen quis vſque ad mortem, quantum in ſe eſt, ſciens, ac prudens immoratur, ſeu, cui quis pertinaciter, & inflexibiliter adhæreſcit, quin vllis aut correctionibus humanis, aut comminationibus diuinis reſipiſcat, aut tandem eſt peccatum contra charitatem fraternam, cùm quis Chriſtianus ex odio, vel inuidia fratri ſuo mortem, aut graue aliquod nocumentum machinatur. Sic enim, vt alios omittam, expreſſit D. Auguſt. cit. lib. 1. de ſerm. Domini in monte, cap. 22. *Peccatum, inquit, fratris ad mortem eſſe puto, cùm poſt agnitionem Dei per gratiam Domini noſtri IESV CHRISTI, quiſque oppugnat fraternitatem; & aduerſus ipſam gratiam, qua reconciliatus eſt Deo, inuidentiæ facibus agitatur.* Et videtur expoſitio literæ congruentior, cùm Ioannes in ea epiſtola totus ſit in fraterna charitate commendanda, & in ijs, qui ab ea deficiunt, deterrendis.

Inuidia peccatum cōtra charitatem, peccatum ad mortem dicitur. D. Aug.

26\. *Quodnam ſit peccatū contra Spiritum ſanctum.*

Peccatum verò in Spiritum ſanctum, de quo loquitur Chriſtus Dominus citato loco (vt interim omittam eos errores, quos hæretici in perſonam Spiritus ſancti ſomniarunt, & qui peccata in

A Spiritum ſanctum dici poſſunt) eſt contra primum præceptum primæ tabulæ, cùm manifeſta opera diuinæ virtutis ad ſanctificationem noſtram pertinentia diabolicis fraudibus tribuuntur. Quod patet ex litera, quia in eos, qui dæmonis expulſionem diuinitus exercitam, vt luce meridianâ clariùs conſtabat, principi dæmoniorum tribuebant, eam ſententiam Chriſtus Dominus fulminauit, blaſphemiam in Spiritum ſanctum, neque in hoc ſeculo, neque in futuro remittendam, ſatis apertè ſignificans, eam Phariſæorum calumniam, fuiſſe ipſam in Spiritum ſanctum blaſphemiam, quam reprehendebat. Nam ſicut noſtra ſanctificatio Spiritui ſancto tribuitur, ita blaſphemia, quæ huius ſanctificationis opera diabolo tribuit, in Spiritum ſanctum præcipuè. enſetur. Atque ita Patres communiter exponunt. Ex quibus D. Hier. in epiſt. 149. ad Marcellam, grauiſſimam hanc eſſe blaſphemiam teſtatur. *Vt cùm videas, inquit, in virtutibus Deum, Beelzebub calumnieris in factis.* Et ſtatim oſtendit grauiùs peccare ſic blaſphemantes, quàm Chriſtum negantes: *Quia aliud eſt, inquit, ſe Chriſtianum negare, aliud Chriſtum diabolum dicere.* Quo quid impudentius, quid malignius dici poteſt? Præſertim cum *ipſa opera* (vt loquitur Iſid. Peluſ. lib. 1. epiſt 59.) *in oculis poſita, eos qui contumeliam inferunt malignitatis, & ingratitudinis conuincunt.*

Diuina virtutis ſupernaturalia opera diabolo tribuere peccatū contra Spiritum ſanctum.

B

Grauior hæc in Spiritum ſanctum blaſphemia, quā Chriſti negatio. D. Hier.

Iſid. Peluſ.

C Tandem peccatum in Deum, vt ex dictis conſtat, eſt contra quodlibet præceptum primæ tabulæ, ac ceremonias, aliáſque circumſtantias diuini cultus, quæ ſunt illius primæ tabulæ appendices. Vnde fit omne peccatum in Spiritum ſanctum, eſſe peccatū in Deum: non tamen vice verſa, prout hîc hæc peccata diſtinguntur. Sed de tota hac re latiſſimè, & eruditiſſimè diſſeruerunt noſtri interpretes. Tolet. Luc. 12. ab annot. 17. vſque ad 23. Maldon. Matth. 12. numero 21. Barrad. tom. 2. conc. lib. 8. cap. 17. Salmer. tom. 8. tract. 16. & in epiſt. 1. Ioan. diſput. 32. ad 4. Lorin. ibid. Quibus adde Bellarm. lib 2. de pœnitentia cap. 16. Henriq. lib. 1. c. 12 §. 6. Suar. tom. 4. diſp. 8. ſect. 1. Vazq. 1. p. diſp. 97. c. 1. 27.

Quodnam ſit peccatum in Deum.

Tolet. Maldon. Barrad. Salm. Lorin. Bellarm. Henriq. Vazq.

D Poteſt hoc loco obiter inquiri, ſitne idem peccare in Dominum, & peccare Domino? Negat D. Aug. q. 55. in Deut. nam peccare in Dominum eſt, vt explicauimus, ſimplicitet peccare contra præcepta primæ tabulæ. *Peccare autem Domino,* inquit D. Auguſt. *hi mihi videntur, qui piam pœnitentiam peccati ſui agunt, vt glorificetur ignoſcens Dominus.* Quod probat ex Dauide, qui propterea dixit: *Tibi ſoli peccaui,* Pſal. 50. n. 6. rurſus à Propheta Nathan accuſatus: *Peccaui Domino,* 2. Reg. 12. n. 10. quia pœnitentiam agebat, ex quâ diuina miſericordia laudaretur. *Medico enim, inquit Auguſt. vulneratus videtur quodammodo, qui vt ſanetur ſe ſubdit manibus medici, vt in eo medicinæ opus impleatur.* Atque hinc declarat verſiculum illum ex cantico Moyſis: *Peccauerunt ei, & non filij eius in ſordibus,* Deut. 32. n. 5. ſeu, vt ipſe legit: *Peccauerunt non ei filij eius vituperabiles.* Vbi quærit, cur dicantur peccaſſe non ei? Et reſpondet dupliciter. Primò, *Quoniam, inquit, qui peccat, non peccat ei, id eſt, non Deo nocet, ſed ſibi.* Et rectè quidem ad mores. Nam peccatum non offenſi numinis, ſed offendentis hominis eſt detrimentum. Secundò, quia Iudæi ſic peccabant: *Vt nec pœnitentiam agere vellent, & ad Deum redire, vt ſanarentur.* Iuxta illud: *Quoniam caro ſunt, & ſpiritus ambulant, & non reuertens,* Pſalm. 77. num. 39. Quare ſicut morbus, cuius nullam æger vult recipere medicinam, medico non redundat in gloriam: ita peccatum, cuius pœnitentiam nullam agit peccator, diuinam in gloriam

28\. *Vtrum idem ſit peccare in Dominum, & peccare Domino.*

E

Peccatum non Deo nocet, ſed peccatori.

Hæc ſententia non admittitur.

gloriam non refertur. Vnde non peccat Domino, A qui peccati ſui pœnitentiam non agit. Ita D. Aug. ſubtiliter philoſophatur, ſed non omninò ſolidè, cùm multi in Scriptura dicantur peccare Domino, qui pœnitentiam non egerunt. Vt videre eſt Exod. 32. num. 33. Deut. 9. num. 16. Ezech. 14. num. 13. & paſſim alibi.

Poſterior difficultas. Quo pacto Deus pro peccato in hominem, & non pro peccato in Deum exoretur.

29. *Idem eſt Deū rogare, ac diuinam miſericordiam impetrare.*

PRæmittendum eſt, quamuis Latinus interpres B diuerſis verbis, *placandi*, & *orandi* vtatur: nam in priori membro, *Placari*, inquit, *ei poteſt Deus*, in poſteriori, *Quis orabit pro eo?* tamen in Hebræo eſſe vnicum verbum פִּלֵּל *palal*, vtroque in membro repetitum, & in Græco pariter idem verbum *προσεύχομαι*, in vtraque ſententia replicatum. quod ſignificat, & *placare*, & *orare*. Nec ſine myſterio. Quaſi non ſit diuerſa difficultas in placando, quàm orando Deo: ſiquidem vbi primùm oratur, ſtatim placatur, iuxta illud Zachar. 12. num. 10. *Effundam ſuper domum Dauid, & ſuper habitatores Hieruſalem ſpiritum gratiæ, & precum*. Chaldæus legit: *Spiritum* (Chald.) *miſericordiæ, & miſerationum*. Quaſi vbi dantur preces humanæ, deeſſe nequeant miſerationes diuinæ: nec ſit aliud Deum rogare, quàm miſericordiam impetrare. Vnde Tertullian. lib. de pudicitia, (Tertull.) cap. 2. loquutus de peccato non ad mortem, pro quo Deus poteſt orari: & de peccato ad mortem, pro quo orari non poteſt, 1. Ioan. 5. num. 16. *Vbi*, inquit, *eſt poſtulationis* locus, ſeu materia, *illic etiam remiſſionis: vbi nec poſtulationis, ibi æquè nec remiſſionis*. Quaſi nunquam ab homine poſtulatio emittatur, quin à *Deo remiſſio impetretur*. Paulò aliter vertit Chaldæus, ſeu Latinus eius interpres, pro (Chald.) verbo *placandi* in priori membro reponens verbum *iudicandi*. *Si peccauerit vir viro, an non ibunt ante iudicem, & audiet loquelas eorum, & exquiret inter eos? & ſi ante Dominum peccauerit vir, à quo orabit, & remittetur ei?* Et idem verbum Rabbi Dauid (Rab. Dauid.) in vtroque membro reponit: *Si peccauerit vir in vi-* D *rum, iudicabit illum iudex, litémque dirimet, & eum, qui innocens eſt, eripiet. Si autem in Deum, quis pro illo iudicabit*. Et ſenſus eſt, multò ſeuerius, & ſtrictius eſſe diuinum iudicium, quàm humanum; in hoc enim, ſæpè reum aliqua intercesſione liberari; in illo, nullum ſontem abſolui; neminem, niſi innocentem, impunitum abire. Verus eſt ſenſus, non tamen literalis; quia litera vtrumque peccatum inter ſe comparat in ordine ad Deum, qui placatur pro vno, pro altero non exoratur.

Diuinum iudicium multò ſtrictius, quàm humanum.

Hic ſenſus verus eſt, non tamen literalis.

30. *Primum pronunciatum. Nulla ſunt peccata in hac vita, pro quibus Deus orari nequeat & placari.*

Quibus poſitis triplici pronunciato difficultati ſatisfiet. Primum ſit. Nulla ſunt peccata in hac vi- E ta adeò multa, adeò grauia, adeò inueterata, pro quibus Deus orari nequeat, & placari. Eſt certiſſimum, vt prædicti Scholaſtici contra Nouatianos ex Patribus, Concilijs & ſacris literis oſtendunt; quibus interim, ne actum agam, ſuperſedeo. Illuſtrari tamen breuiter poteſt ex illis verbis, quibus olim Moyſes Deum implorauit: *Qui aufers*, inquit, *iniquitatem, & ſcelera, atque peccata*, Exod. 34. n. 7. Vbi interprete Burgenſi, omnes peccatorum modi (Burgenſ.) ex infirmitate, ignorantia, & malitia numerantur, Vel etiam omnia peccata in ſcipſum, in proximum, & in Deum recenſentur. Sic enim explicat Lyranus (Lyran.) illas peccatorum differentias apud Iob, c. 13. n. 23. *Quantas habeo iniquitates, & peccata; ſcelera mea, atque delicta oſtende mihi*. Omnia igitur pecca- A torum genera diuinæ miſericordiæ auferenda ſubijciuntur. Quod D. Greg. Naz. in carmine ad Vitalianum eleganter oſtendit. (D. Greg. Naz.)

Ecquem non ſcelerum ſuperauit mole Manaſſes?
Vrbibus ex cunctis Niniue cui crimine ceſſit?
Denique quid dextra Publicani nequius vſquam?
Attamen hos etiam Chriſtus commiſſa dolentes
Crimina, donauit venia, noxáſque remiſit.

Dei benignitas non ſolùm in bonos, ſed etiā in malos.

Vbi multa de hac re. Imò facilè oſtendit, magnum non eſſe, erga bonos benignum ſe, & clementem exhibere, ſed erga malos.

B *——Nec gratia ſummi*
Numinis, hac in re poſita eſt, vt ritè colentem
Munera iuſtitiæ, nexu ſibi copulet arcto:
Sed magis, vt facilem ſe det, placidúmq; cadenti, &c.

31. *Manaſſis peccata, licèt grauiſſima, per pœnitentiam expiãtur.*

Igitur noſtro more ſingulas pronunciati partes ſingulis exemplis illuſtremus. Manaſſes tam multa ſacrilegia patrauit, vt excederet *omnia, quæ fecerunt Amorrhæi ante eum*, 4. Reg. 21. n. 11. tam multum ſanguinem innoxium effudit, *vt impleret Hieruſalem, vſque ad os*, ibid. n. 16. Denique tam multa flagitia commiſit, vt ipſemet de ſeipſo fateretur, in ſua oratione, quæ in fine Paralip. ſeu Bibliorum habetur: *Peccaui ſ. per numerum arenæ maris* Quid ergo? Vllá- C ne parari potuit tam lethalibus plagis medicina? Potuit quidem à diuina miſericordia ſingularium pharmacorum in omnes morbos conditrice. Nam Manaſſes Babylonicam abductus in captiuitatem: *Poſtquam coangustatus eſt, orauit Dominum Deū ſuum, & exaudiuit orationem eius*, 2. Paralip. 33. n. 12. In quem locum D. Hieron. in traditionibus Hebraicis (D. Hier.) refert Hebræorum traditionem, dicentium Manaſſem in Babylonem ductum, & in vas æneum coniectum, & admoto igne paulatim excruciatum; cùm nullum exeundi, imò nec reſpirandi locum inueniret, vndique circunclusus, inuocaſſe omnia nomina idolorum, quæ colebat, & cùm non fuiſſet ab eis exauditus, neque liberatus, recordatum fuiſſe, quod à patre Ezechia crebrò audierat: *Cùm quæſieris Dominum Deum tuum, inuenies eum: ſi tamen* D *toto corde quæſieris, & tota tribulatione animæ tuæ*, Deut. 4. n. 29. & cùm Dominum inuocaſſet, illicò exauditum, & liberatum, & tranſlatum eſſe in regnum ſuum, in modum Abacuc. Ita Hebræi. Quorum vltima verba magis explicat Glycas in Gloſſa ci- (Glycas.) tatus, dicens, adfuiſſe Angelum oranti Regi, qui rupto illo ſimulachro, ſeu vaſe æneo, in quod incluſus fuerat, eum Hieroſolymam reduxerit. Vbi patet Manaſſem adeò fuiſſe impium, vt non ſolùm in regno, ſed etiam in tormento idololatrarit; nec priùs ad verum Deum rediſſe, quàm omnia falſorum numina tentaſſet, & inania eſſe ipſo experimento comperiſſet: & nihilominus à Deo miſericorditer liberatum, & tanquam inſignem Prophetam miniſterio Angelico in patriam tranſuectum, & in priſtinam dignitatem reſtitutum. Vnde ſubdit idem Glycas: *Tot*, inquit, *tantáque facinora* (Glycas.) *Manaſſes patrauit, vt diuinus ille Athanaſius dicere non dubitauerit, ſi Manaſſem Deus ſeruauit: equidem* (Nota.) *auſim dicere, quod etiam diabolum ipſum ſeruaturus fuerit, ſi reuerti ad Deum voluiſſet*. Quis ergo ſuorum multitudine peccatorum à venia impetranda deterreatur, ſi illa omnia, quanta æquum eſt pœnitentia deteſtetur

32. *Vel ficta pœnitentia Achabi ſupplicij dilationē pro maximis flagitijs impetrauit.*

At verò grauitas peccatorum quænam eſſe, aut fingi poteſt, quę pœnitendi vi non eleuetur? Achab Rex Iſraël tam grauiter deliquit, vt de eo dixerit Scriptura: *Fecit Achab malum in conſpectu Domini ſuper*

ſuper omnes, qui fuerunt ante eum, 3.Reg. 16. n. 30. Et cùm peſſimi eum Reges anteceſſerint, neceſſe planè eſt, eum in maximè deteſtanda flagitia corruiſſe. Nihilominus vbi primum de peccato ſuo dolens: *Scidit veſtimenta ſua, & operuit cilicio carnem ſuam, ieiunauítque, & dormiuit in ſacco, & ambulauit demiſſo capite*, 3. Reg. 21. n. 27. ſtatim Deum ad miſericordiam inflexit. Vnde Theodoretus ibi: *Bonitatis*, inquit, *abyſſus Dominus Deus propter cædem quidem minatus eſt exitium: propter lamentationem autem largitus eſt dilationem ſupplicij*. Sed quam dicit lamentationem? verámne, an fictam? Hoc poſterius innuit Tertull. lib. 4. contra Marc. cap. 10. *Lego*, inquit, *Achab Regem maritum Iezabel, reum idololatriæ, & ſanguinis Nabuthe, veniam meruiſſe, pœnitentiæ nomine*. Quaſi diceret, non per veram, ac germanam pœnitentiam, ſed per fictam etiam, ac fucatam, & quæ ſolùm pœnitentiæ nomen habuerit, ſupplicij dilationem impetrauit. Adeò enim Deus pœnitentia delectatur, vt etiam fictæ cedat, & ratione illius à ſupplicijs inferendis retardetur, iuxta illud Iob. 34. n. 30. *Qui regnare facit hominem hypocritam*, ſeu, vt eſt in Hebræo, *hominem illuſorem*. hoc eſt, vt aliqui iuniores interpretantur, hominem non tam veris lacrymis ſua crimina expiantem, quàm fictis illudentem. Imò hæc qualis qualis pœnitentia Achabi, prius Deum, quàm Heliam ad veniam conferendam emolliuit. *Nónne*, inquit Deus ad Heliam, *vidiſti humilitatem Achab coram me?* vbi ſuprà num. 29. Vbi D. Cyrill. Hieroſolymitan. catecheſi 2. *Quaſi*, inquit, *perſuadens ira accenſo Propheta, vt ſubueniret pœnitenti*. Nam Deo iam per Achabi pœnitentiam ad veniam tribuendam mitigato, adhuc Propheta ad vindictam repoſcendam in Achabi ſcelera exæſtuabat, pronióſque erat Deus ad proprias iniurias remittendas, quàm Propheta ad alienas condonandas. Nemo igitur ita ſuorum peccatorum grauitate deprimatur, vt ad diuinam miſericordiam ſperandam non excitetur.

Theod. — Tertull. — *Achabi pœnitẽtia priùs Deus, quàm Helias ad veniã emolliuntur.* — D. Cyrill.

33\. Tandem, cuius, obſecro, peccata magis diuturna, inueteratáque eſſe potuerunt, quàm illius boni latronis, qui etiam in crucem actus blaſphemabat. Matth. 27. n. 44. *Latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei*. Vbi ſignificatur non vnus tantùm, ſed vterque ſimul, ſaltem initio blaſphemaſſe, vt D. Hieronym. D. Chryſoſt. D. Ambroſ. & alij non improbabiliter opinantur. Et nihilominus in extrema vitæ periodo reſipiſcens, Paradiſum illicò impetrauit: *Hodie mecum eris in Paradiſo*, Luc. 23. num. 43. Quod D. Arnold. tract. de ſeptem verbis Chriſti Domini in cruce, nunc tribuit præſentiæ Chriſti, nunc pœnitentiæ latronis; nunc Spiritus ſancti gratiæ, miſericorditer indulgentis. Præſentiæ quidem Chriſti, dum ſic ait: *Cùm iam anima egreſſum accelerans in primis labris eſſet, & hora vltima aduentaret, æquo animo ibat: nec vrgebat formido pœnarum conſcientiam, quã ſe ſanguine Chriſti præterfluente ſentiebat ablutam*. Pœnitentiæ verò latronis, dum ſubdit: *Conſiderare neceſſe eſt, quid poſſit pœnitentia, quando bonus Dominus tribulato corde clamantem ad ſe ſeruum ſuum, etiam in vltimo peccati puncto non negligat*. Et paulò pòſt: *Latro*, inquit, *nobis occurrit, pœnitentiæ regula, confeſſionis forma, indulgentiæ præco, ſpei exemplum*. Denique Spiritus ſancti gratiæ, dum concludit: *Multa, antiquáque peccata illico abolet gratia, nec proceſſu, moráque temporis, indulgentia limat, corroditque culpæ rubiginem: ſed vbi repente Spiritus ſanctus illabitur, quidquid immaduerat peccati tabe, ſiccatur*. Quænam igitur eſſe poteſt tam extrema vitæ periodus, in qua venia deſperetur? Adſit pœnitentia, miſericordia non deerit.

Hieroſol. *Summa Dei in boni latronis ſcelo ribus condonandis miſericordia.* — D. Hier. — D. Chryſ. — D. Ambr. — D. Arnol. *Salutaris Chriſti præſentia. Maxima pœnitentia vis.* — *Efficax Spiritus ſancti gratia.*

Nemo de ſalute non timeat, ſed nemo de ſalute deſperet. Quod vnus obtinuit latro; omnes, qui pariter ingemuerint, impetrabunt. Latronis venia, cæterorum ſpes. Vnde D. Aug. ſerm. 120. de tempore: *Dum*, inquit, *Deus tanto debitori refundit immanis debiti cautionem, humano generi conſcripſit ſecuritatem, vt conſolatio, ac ſpes fieret totius populi, abſolutio vnius deſperati, & priuatum bonum in publicum creſceret beneficium*.

D. Aug. *Latronis venia, omnium ſpes.*

34\. Ex his patet nullum eſſe peccatum, quod precibus, & lacrymis non eluatur. Vnde D. Cyrill. Hieroſol. catech. citata: *Graue*, inquit, *malum peccatum, ſed non incurabile: graue retinenti, leue autem per pœnitentiam abijcienti*. Et D. Arnold. vbi ſuprà: *Non*, inquit, *arctatur numero, non clauditur fine, nullas omnino habet metas diuina clementia: ſit, qui inuocet; erit, qui exaudiat: ſit, qui pœniteat; non deerit, qui indulgeat*. Diuus autem Chryſoſt. hom. 8. ad populum, loquutus de Rege Niniue pœnitentiam agente, & miſericordiam impetrante: *Quod*, inquit, *prætexta non valebat, hoc poterat ſaccus: quod diadema non eſt aſſequutum, hoc cinis obtinuit*. Vnde Tertull. lib. de pœnitentia, cap. 4. *Omnibus*, inquit, *delictis, ſeu carne, ſeu ſpiritu, ſeu facto, ſeu voluntate commiſſis, qui pœnam per iudicium deſtinauit: idem veniam per pœnitentiam ſpopondit*. Et paulò pòſt, pœnitentiam vocat vitam. Nam illud Ezechiel. 33. num. 11. *Nolo mortem impij, ſed vt conuertatur à via ſua, & viuat*; ita transfert: *Pœnitentiam malo, quàm mortem*. Et ſubdit: *Ergo pœnitentia vita eſt, cùm præponitur morti*. Quemadmodum igitur fieri nequit, vt quis vitam habeat, non viuat; ita vt agens pœnitentiam, ſpiritualiter non viuificetur. De hac re plura ſuis locis. Interim D. Hieronym. aduersùs Luciferianos, Tertul. lib. de pœnitent. D. Cypr. de lapſis. D. Baſil. hom. 14. de pœnitentia, Bachiarius in epiſt. ad Ianuarium, & pleriq; Patrum de hac re paſſim agentes conſulantur.

D. Cyrill. Ieroſol. *Nullum peccatum diuinæ miſericordiæ incurabile.* — D. Arnol. — D. Chryſ. — Tertull. — *Pœnitentia, vita.* — D. Hier. — Tertull. — D. Cypr. — D. Baſil. — Bachiar.

35\. Secundum pronunciatum. Peccata in Deum multò difficilius, quàm peccata in hominem, remittuntur. Patet ex ijs, quæ ſuperiori difficultate dicta ſunt. Et hoc tantùm ſignificare voluit Heli, cùm dixit, Deum pro peccato in hominem placari poſſe, pro peccato in ipſum Deum, *Quis orabit?* hoc eſt, difficilè placari poſſe. Quod ex ſequenti pronunciato patebit. Interim huius remiſſionis difficultas, paucis illuſtratur. Acerrima eſt illa comminatio diuina, *Super tribus ſceleribus Damaſci, & ſuper quatuor non conuertam eum*, Amos 1. n. 3. Vbi illud, *ſuper quatuor*, hoc eſt, *ſuper quarto*, vt Ribera ex Hebræo rectè interpretatur. Item illud, *ſuper tribus, & quarto*, explicandum eſt aduerſatiuè, ſic: *ſuper tribus conuertam, & ſuper quarto non conuertam*; vt Hebræi apud Lyranum exponunt. Quæ ſunt igitur tria peccata, quibus Deus ſe facilem, & exorabilem præbet; quódnam illud quartum, cui ſe difficilem, & inexorabilem oſtendit? Rupert. ad eum locum, & lib. 2. in Num. cap. 1. per illa tria, intelligit tria peccatorum genera in hominem commiſſa, vnum cordis, alterum operis, tertium conſuetudinis: quę omnia à Deo miſericorditer remittuntur; licèt vnum alio, prout grauius eſt, ita difficiliùs curetur: per illud quartum, intelligit peccatum in ipſum Deum, cùm quis vocantem Deum non audit, imò contemnit, dicens: *Quis noſter Dominus eſt?* Pſalm. 11. num. 5. *Hoc ſcelus*, inquit, *diabolicum eſt: & ſic loqui, eſt dicere verbum contra Spiritum ſanctum. Non placet ſancto Spiritui, vt conuertas illum, qui ſe in hoc ſcelus erexit*. In cuius rei typum, dicit tres à Chriſto Domino mortuos in vitam reſtitutos: puellam in domo, quæ ſignificat peccatum cordis: adoleſcentem in porta ciuitatis,

Secundum pronunciatũ. Peccata in Deum difficilius, quàm peccata in hominem remittuntur. — Ribera. — Lyran. — Rupert. *Tria peccatorum genera in hominẽ commiſſa facilè à Deo remittuntur: peccatum in Deum difficile.* — *Tres tantùm mortui in huius rei typum à Chriſto D. ſuſcitati.*

qui

qui ſignificat peccatum operis: Lazarum in ſepultura quatriduanum, qui ſignificat peccatum conſuetudinis. Non reſuſcitaſſe autem quartum, vt ſignificaret, peccatum in Deum difficillimè remittendum.

36\. *D.Paſchaſ. Iudam in homines peccãtem Chriſtus admonuit, in Deũ, grauiter puniuit.*

Hoc ipſum probat S. Paſchaſius lib. de corpore, & ſanguine Domini, c.8. in Iuda proditore, quem Chriſtus D. minora peccata in hominem committentem ſuſtinuit, & admonuit: maiora audentem in ipſum Deum, foras è cœnaculo, imò & è collegio Apoſtolico excluſit. *Iudas*, inquit, *donec buccellam acciperet, quamuis mente ſaucius, interdum tamen à Domini bonitate leniter, crebróque nunc cum aliis, nunc ſolus monetur: ſed poſtquam indignus myſtica præſumpſit, inuaſit eum diabolus: & qui prius nutabat, cibum accepit, continuò foras exiuit.* ſcilicet in tenebras exteriores præcipitandus. Dignus enim non erat, qui Deo gauderet Redemptore, qui ipſum redemptionis pretium contemnebat. Et ſtatim in hanc ſententiam explicat præſentem locum, *Quis orabit pro eo? Quem*, inquit, *apud ſe interuenientem inueniet; qui Deum totius creaturæ contemnens, in eius iniuriam ad ſanctificata, imo nunc ad corpus, & ſanguinem ipſius indignus accedit. Talis profectò nec Dei veretur præſentiam, nec frequentiam formidat Angelorum: ſed ſic ſe ingerit, quaſi nullus ſit, qui eius conſcientiam videat.*

Iuda ſacrilegiũ indignè S. Euchariſtiam recipiendo grauiter plectitur.

Angeli S. Euchariſtiæ aſſiſtunt.

Cùm tamen longè aliter ſe habeat. Nam iuxta altare Domini inter medios Angelos vidit olim Propheta ſtare virum, *qui indutus erat lineis; & atramentarium ſcriptoris habebat in lumbis ſuis*, Ezech. 9. num. 3. Hic enim vir, inquit Paſchaſ. Chriſtum D. repræſentat, & atramentarium habere dicitur, *Vt omnium peccata deſcribat, & ſanctorum à peccatoribus numerum ſegreget, maxime dum ad altare veniunt.* Quis ergo inultus abibit, qui peccatum commiſerit in Deum, certiſſimæ fidei tabulis conſignatum, ab oculatiſſimo teſte obiiciendum; à ſeueriſſimo cenſore iudicandum.

Paſchaſ. Peccata indignè accedentium ad altare Chriſtus deſcribit.

37\. *Peccatum in Deum quo pacto ſine venia dicatur.*

Non minùs efficaciter ex D. Paulo id confirmat D. Petr. Damian. libr. 4. epiſt. 14. Nam loquutus de iis, qui ſacrilego auſu in Deum peccant: *Quibus*, inquit, *expaueſcenda nimis eſt Apoſtolica illa ſententia. Impoſſibile eſt eos, qui ſemel ſunt illuminati*, &c. *& prolapſi ſunt, rursùs renouari ad pœnitentiam*, &c. Hebr. 6. à num. 4. Vbi quamuis non intelligatur iuxta catholicum ſenſum impoſſibilitas abſoluta: tamen maxima inſinuatur difficultas. Quam D. Paulus rurſus expreſſit. *Voluntariè*, inquit, *peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia.* Hebr. 10. num. 26. non quòd abſolutè deſit expiationis remedium, ſed quòd difficillimè inueniatur, ac difficillimè applicetur. Vnde Patres in ſenſu figurato, & hyperbolyco loquuti, aliquando vocant hoc peccatum *inſanabile*, vt D. Cyril. Alex. in epiſt. ad Proclum: aliquando *immedicabile*, vt D. Chryſ. in Pſal. 49. aliquando *inexpiabile*, vt Victor Africanus in ratione fidei ſupra citatus: aliquando *ſine venia*, vt D. Hier. ſeu Didym. lib. 3. de Spiritu ſancto, non vt deſperationem peccatoribus iniiciant, ſed timorem, ne ſi facilem, ac parabilem putent medicinam, morbi vim, & grauitatem non exhorreſcant.

D. Cyrill. Alex. D. Chryſ. Vict. Afr. D. Hier. Didym.

38\. *Tertium pronunciatum. Particula, quis, non pro nullo, ſed pro raro hic vſurpatur. D. Ambr.*

Tertium pronunciatum. Quando dicitur, *Quis orabit pro eo*, qui in Deum peccauit; non eſt ſenſus, neminem eſſe, ſed rarum eſſe. Eſt catholicus ſenſus, quem Patres citati communiter docent, & vt alios omittam, D. Ambroſ. libr. 1. de pœnit. cap. 8. expreſſit. *Non, inquit, ſcriptum eſt, nullus orabit, ſed quis orabit; id eſt, quis ille ſit, qui in tali cauſa orare poſſit, quæritur, non excluditur.* Et illuſtrat Scripturæ teſtimoniis: *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo?* Pſal. 14. n. 1. *Quis aſcendet in montem Domini?* Pſal. 23. n. 3. A *Quis ſapiens & intelliget iſta?* Oſeæ 14. num. 10. *Quis putas, eſt fidelis diſpenſator, & prudens?* Luc. 12. num. 42. *Deus, quis ſimilis erit tibi?* Pſ. 82. n. 1. Addit D. Ambroſ. *Non vtique nullus; quia imago Patris Filius eſt.* Quam Scripturæ phraſim D. Hier. paſſim obſeruat: in Pſ. 23. cit. *Quis*, inquit, *pro raritate ponitur.* Et prologo in Oſeam referens illud cit. ex c. 14. *Quis ſapiens & intelliget iſta?* ſubdit: *Quod non pro impoſſibili, ſed pro difficili debemus accipere.* Et in illud: *Quis ſcit ſi conuertatur*, &c. Ioel. 2. n. 14. *Quis*, inquit, *aut impoſſibile, aut difficile ſentiendum eſt.* Et in illud: *Quis nouit, ſi ſpiritus filiorum Adam aſcendat ſurſum?* &c. Eccleſ. 3. num. 21. *Pronomen*, inquit, *quis, in ſcripturis ſanctis non pro impoſſibili, ſed pro difficili ſemper accipitur.* B Quamuis particula, *ſemper*, propoſitionem magis extendat, quàm par eſt; cùm ipſe Hieron. proximè cit. in Ioelem, pro impoſſibili, vel difficili illud pronomen exponat. Quod etiam Orig. lib. 8. in cap. 10. epiſt. ad Rom. ibi: *Quis credidit auditui noſtro?* n. 16. expendit. *Quis*, inquit, *pro rarò dictum eſt. Et obſeruare debemus, quod ſermo hic in Scripturis interdum, pro raro, interdum omnino pro nullo ponitur.* Et vtriuſque rei promit in medium teſtimonia. Igitur hoc loco, *Quis orabit*: id eſt, rarus orabit.

D. Hier.

D. Hier.

Orig.

39\. *D. Ambr. Cur rarus ſit, qui pro peccato in Deum ipſum oret.*

Sed cur rarus eſt, qui pro illo peccato Deum oret? Reſpondetur primò ex D. Ambr. cit. quia vir eximiæ ſanctitatis rarus eſt: hic autem ad orandum pro illo peccato requiritur. Nam *quo maior*, inquit, *culpa, eò maiora ſunt quærenda ſuffragia*: C *non enim quicunque de vulgo pro Iudæorum populo, ſed Moyſes rogauit.* Idémque repetit cap. 9. ſequenti. *Populo*, inquit, *ſatis eſt, ſi pro leuioribus delictis Deum precetur: grauiorum veniam, iuſtorum orationibus reſeruandam putet.* Et conſentit D. Bern. tract. de præcept. & diſpenſation. *Talis*, inquit, *requirendus eſt ad orandum, qui ſit idoneus ad placandum.* Nihilominùs hæc ſola reſponſio non videtur ſufficiens, quia etiam vulgares homines, imò & peccatores Deum orant, vt patet ex communi vſu Eccleſiæ: & ſi adſint debitæ conditiones à Deo infallibiter audiuntur, non ſolùm pro ſe orantes, vt D. Th. 2. 2. q. 83. art. 16. in corpore fatetur; ſed etiam pro aliis, vt Card. Tolet. in c. 16. Ioann. annot. 30. & D 31. & Suar. lib. 1. de orat. in comm. cap. 25. & 27. ex D. Baſil. in regulis breuioribus, reg. 261. latiùs confirmant: ſi tamen obicem non opponant, vt præter alios Lyr. aduertit ad illa verba Raguelis. *Non dubito, quod Deus preces, & lacrymas meas in conſpectu ſuo admiſerit*, Tob. 7. n. 13. Aliquid igitur addendum eſt, propter quod rarus ſit, qui Deum pro huiuſmodi deprecetur.

Prima reſponſio. Pro peccato in Deum ſolùm eximiæ ſanctitatis viri, qui rari ſunt, Deum deprecantur. D. Bern. Impugnatur. Etiam peccatores pro ſe, & pro aliis, cum debitis conditionibus orãtes à Deo exaudiũtur. D. Thom. Tolet. Suar. D. Baſil. Lyran.

40\. *Secunda reſponſio. Tolet. Efficax oratio & exemplum remittentis iniurias ad Dei miſericordiam impetrandam.*

Quare ſecundò reſpondetur ex Tolet. in cap. 12. Luc. annot. 22. rarum eſſe, quia non eſt, qui peccatum in ſe commiſſum remittens, Deum oret, eumque ſuo exemplo ad remittendum inducat. Nam quando vir offenſus à viro, cui offenſam remittit, Deum orat, vt ipſe quoque remittat, quemadmodum & ille remiſit debitori ſuo, E magnam habet vim ad exorandum? quando verò orat pro eo, qui in ſolum Deum peccat, ſicut ille nihil habuit, quod remitteret; ita Deum inducere non poteſt ad remittendum. Conſentire videtur in hanc reſponſionem Auctor quæſt. Hebraic. *Cum*, inquit, *in virum quis peccat, placato ſibi viro, facit ſibi Deum placabilem: in Deum autem cùm quis peccat, quis orabit pro eo? Ac ſi dicatur, Per quem Deum ſibi, in quem peccauit, propitium facere poterit.* Vbi ſignificat Deum tantùm potuiſſe placari per orationem illius, qui ab altero offenſus eſt, & qui offendenti remiſit; quia huius exemplo ad ſimilem remiſſionem exhibendam inuitatur. Fauet Anaſtaſ. Nicen. q. 76. in Scripturam, dicens, Deum placari

Auct. quæſt. Hebr.

Efficax iuſtorum oratio pro inimicis.

Anaſtaſ. Nicen.

pro peccato in virum, ſi pro illo oret, qui accepit iniuriam, & remiſit. Quo pacto Dominus placatus eſt pro peccato Mariæ in Moyſen: qui Moyſes, & remiſit iniuriam, & Dominum pro illa rogauit, Num. 12. num. 13. In eam ferè ſententiam videtur D. Chryſoſt. homil. de proditione Iudæ in 3. tomo, hunc locum explicare, docens, ad Deum nobis placandum non tam vtilem nobis eſſe orationem, quàm peccati in nos commiſſi remiſſionem; illo enim remiſſo, Deus ne ab homine in miſericordia ſuperetur, facilè remittit: *Cùm*, inquit, *de inimici culpa diſſimulas, de tuis delictis ſolita benignitate Dominus exoratur.* Quod ſtatim confirmat his verbis Heli, in quibus Deus dicitur exorari pro peccato in virum; non autem pro peccato in ſe, quòd illud à viro pro ſua parte remittatur; hoc autem minimè. *Vides*, inquit, *quod illud vulnus, facilè nec oratione ſanatur: & quod oratione non ſoluitur, cùm peccatum conceſſeris inimico, tibi quoque donatur. Dimitte centum denarios, vt decem millia talenta dimittantur tibi.*

D Chryſ.

41. *Dupliciter poteſt Deus placari pro peccato in virum commiſſo.*

Hanc Chryſoſt. reſponſionem, vt clariùs expediam; aduerte, dupliciter poſſe Deum placari pro peccato in virum commiſſo. Primò, ſi is, qui peccatum in virum commiſit, remittat alia peccata in ſe commiſſa; & dum aliis ignoſcit, ſuo exemplo Deum inducat ad ignoſcendum ſibi: tunc enim ipſemet, qui alium offendit, Deum ſibi propitium reddit. In hoc ſenſu loquitur D. Chryſ. Neque pugnat cum vulgata, quia in ea nullum diſcrimen exprimitur inter peccatorem, & oratorem; ſed tantum dicitur: *Placari ei poteſt Deus*; non exprimendo, per aliúmne, an per ipſummet, qui peccauerat: pugnat tamen cum Septuaginta, & Paraphraſte Chaldæo, aliiſque Patribus ſuprà citatis, qui peccatorem in virum, ab oratore, ſeu propitiatore apud Deum diſtingunt. Secundò, ſi is, qui offenſus eſt à viro, non ſolùm ei offenſam remittat, ſed etiam pro illius remiſſione à Deo impetranda ipſum Deum deprecetur. Qui ſenſus frequentior vſurpatur à Patribus, & exemplaribus Græco, & Chaldæo, peccatum, & propitiationem diſtinguentibus, congruentior videtur; nec vulgatæ aduerſatur. Vtrouis igitur modo explices, exorari Deus poteſt pro peccato in virum, quia exorator remittendo priùs offenſam ſibi factam Deum inducit ad remittendum; magnam enim vim habet oratio hominis patientis, & remittentis iniurias ad diuinam miſericordiam impetrandam: vt annot. 9. ſect. 1. iam illuſtraui. Quando igitur abeſt homo, qui remittat, vt contingit peccante homine in Deum; quis Deum exorabit?

D Chryſ.

Septuag. Chald.

Efficax iniuſtorũ oratio pro inimicis.

42. *Impugnatur ſecunda reſponſio. Obiectio.*

Nihilominùs contra hanc reſponſionem illud ſe offert, quòd ea poſita, non diceretur: *Quis orabit pro eo?* hoc eſt, rarus; ſeu nullus orabit pro eo: nullus enim homo tunc eſſet remiſſor, qui poſſet eſſe interceſſor. Sed quid, ſi quis ab homine offenſus, aliud peccatum in Deum immediatè committat, & remittens homini, ſuo exemplo Deum ad veniam prouocet pro peccato contra ipſum Deum commiſſo? Reſponderi poteſt in primis tunc poſſe hominem fructuosè orare etiam iuxta prædictam expoſitionem, quia tunc datur homo remittens, ac Deum ſuo exemplo ad remittendum inducens: quem ſupponebam abeſſe, cum inferebam, nullum eſſe qui oraret. Addo, diuerſam eſſe rationem, tum quia peccatum, quod homo committit in hominem, eſt diuerſi ordinis à peccato, quod committit in Deum. Vnde homo remittens illud prius peccatum, adhuc congruo exemplo Deum non prouocat ad remittendum hoc poſterius: tum etiam quia per peccatum in hominem homo, & Deus ſimul offenduntur: vnde remittens homo offenſus partem iniuriæ ad ſe pertinentis; aptè inducit Deum ſuo exemplo ad alteram partem iniuriæ, quæ ad ipſum Deum ſpectabat, remittendam: at verò per peccatum, quod homo committit in Deum, ſolus Deus offenditur; quare cum homo nihil habeat in eo, quod remittat, conſequenter non habet, vnde Deum ſuo exemplo inducere poſſit ad remittendum. Atque adeò ſi ad placandum Deum pro peccato neceſſarium eſt exemplum hominis remittentis: pro peccato in Deum, quod homo non poteſt remittere, cùm ne inadæquatè quidem ad eum pertineat, nullus prorſùs orabit.

Prima ſolutio.

Secunda ſolutio:

43. *Tertia reſponſio.* Caiet. Bellarm. *Pro grauioribus peccatis, qualia ſunt contra Deum, rarus intercedere audet*

Igitur tertiò reſpondetur ex Caiet. & Bellarm. cit. rarum eſſe, quia in grauioribus peccatis, qualia ſunt, quæ in Deum committuntur, nemo ferè eſt, ſiue iuſtus ſit, ſiue iniuſtus, qui accedere audeat interceſſor; quemadmodum in rebus humanis rarò inuenitur, qui in cauſa perduellionis, ſeu læſæ maieſtatis apud Principem intercedat. In hunc ſenſum dixiſſe videtur Ierem. 15. num. 5. *Quis miſerebitur tui Ieruſalem? aut quis contriſtabitur pro te? aut quis ibit ad rogandum pro pace tua?* Quaſi diceret, interprete Origen. hom. 10. Perduellionis rea es, ô Ieroſolyma, non ſolùm homicidio, ſed etiam Deicidio manus tuas profanaſti, ipſe quoque pro te Angeli precatores accedere non audent; quis hominum rogare pro te non reformidet, ne tui tecum criminis particeps cenſeatur? Iuxta hunc ſenſum D. Iſidor. Peluſiot lib. 1. epiſt. 26. Epiſcopum quendam, vt fama erat, ſimoniacum rectè monet, quanto in ſalutis periculo verſetur; cùm pro illo nemo audeat deprecari. *Noſce*, inquit, *quem ad finem tendat hoc malum, quòd contumeliam in Deum exiguo lucro commutaſti. Et quis pro te orabit? Quandoquidem nec pro Ophni, & Phinees, qui aduerſus Deum, ipſiuſque ſacerdotium peccauerant, inuentus eſt quiſquam, qui deprecatoris partes ſuſciperet: verùm in extremum exitium, vt ſacerdotij dignitatem prodentes, coniecti ſunt.*

Orig.

D. Iſid Peluſ. *Simonia peccatum rarò inuenit interceſſorem.*

44. D Greg. *Pro peccatis in Deum ſolus Chriſtus exorare poteſt.*

Nec mirum, ſi vix audeat quiſquam tam impio diuinitatis contemptori patrocinari. Nam, vt benè D. Gregor. ad hunc locum: *Cuius*, inquit, *prece peccatum illud indulgetur, quod in ipſum indultorem committitur?* Et paulò pòſt concludit huius peccatoris cauſam adeò deſertam eſſe, vt à ſolo Deo ſuſcipi poſſet. *Quibus*, inquit, *homo ſufficiens erat nullus, ipſe Deus homo factus eſt interceſſor pius. Nam in cruce ſuſpenſus orauit dicens, Pater dimitte illis. Placatus eſt ergo Deus iis, qui in Deum peccauerant, non aliena prece, ſed ſua.* Et ſimiliter loquitur Iſichius lib. 2. in Leuitic. ad illa verba, *Mactabitur & victima pro delicto*, Leuitic. 8. num. 2. Vbi delicti nomine intelligit peccatum commiſſum in Deum, quod difficilè remittitur. *Neceſſariò ergo*, inquit, *aries in ſacrificio offertur, eum ſignificans, de quo dicitur: Ecce Agnus Dei; ecce qui tollit peccata mundi, qui ſolus quod in ſe commiſſum eſt, poteſt relaxare.* Concinit D. Aug. conc. 2 in Pſalm. 36. ad medium, vbi talem requirit ſacerdotem ad orandum pro peccato in Deum commiſſo, qui nullo pro ſe apud Deum indigeat oratore. *Quis eſt autem*, inquit, *pro quo nullus orat, niſi ille, qui pro omnibus interpellat?* Atque vt hunc ſibi quiſque oratorem apud Deum deſideraret, & intelligaret, dixit Heli, interprete Auguſt. *Quis orabit pro eo?* Quaſi diceret, Siquidem peccator in Deum deſtituitur patrocinio innocentis ſacerdotis ſecundùm ordinem Aaron, in quo omnes peccauerunt, quærat innocentiſſimum ſacerdotem ſecundùm ordinem Melchiſedech, cuius apud Deum precibus adiuuetur. *Itaque ô populе*, inquit

Iſichius.

D. Aug.

D. Auguſt.

D. Auguſt. *talem elige ſacerdotem, pro quo non cogaris orare; ſed de cuius oratione pro te ſecurus eſſe poſſis: ipſe eſt Dominus noſter IESVS CHRISTVS, vnus ſacerdos, vnus mediator Dei, & hominum.* Vnde Tertul. lib. de pudicitia c. 19. Chriſtum Dominum per excellentiam appellat *exoratorem.* Loquutus enim de multiplici peccatorum genere, in quæ homines paſſim prolabuntur: *Horum,* inquit, *erit venia per exoratorem Patris Chriſtum.*

Tertull. Chriſtus D. Patris exorator.

45. Verùm illud eſt vlteriùs notandum, quòd etiam Chriſtus Dominus, qui eſt *propitiatio pro peccatis noſtris: non pro noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius mundi,* 1. Ioann. 2. num. 2. orare noluit pro ſceleratiſſimis quibuſque peccatoribus; iuxta illud: *Non pro mundo rogo, ſed pro his, quos dediſti mihi,* Ioan. 17. num. 9. Imò & in cruce Patrem orans, vt ſuis crucifixoribus ignoſceret, ſubdit: *Non enim ſciunt quid faciunt,* Luc. 23. num. 34. Vt oſtenderet, ſe non orare pro illis, qui ex malitia, ſed qui ex ignorantia eum crucifigebant: atque adeò pro illis, qui minùs grauiter peccabant; vt D. Bern. tract. de præcepto, & diſpenſatione rectè interpretatur. *Ideò,* inquit, *ignoſco illis, quia non agnoſcor ab illis. Sunt quibus non ignoſco, quos non ignoro, & vidiſſe, & odiſſe, & me, & Patrem meum.* Conſentit Beda in eundem locum. *Quidam,* inquit, *dicunt, quod non pro Iudæis, ſed pro Romanis militibus, qui in crucifixione ſubminiſtrabant, orationem fecerit. hi enim ignorabant, quæ de ipſo lex, & Prophetæ prædixerant.* Et confirmat, quia ſi Chriſtus pro Iudæis oraſſet, non eos tam vehemens procella per Titum, & Veſpaſianum inducta in tot miſeriarum ſcopulos alliſiſſet. Accedit D. Auguſtin. tract. 31. in Ioann. vbi loquens de oratione Chriſti in cruce: *Videbat,* inquit, *quoſdam ſuos inter multos alienos: illis iam petebat veniam, à quibus adhuc accipiebat iniuriam; non enim attendebat, quòd ab ipſis moriebatur, ſed quia pro ipſis moriebatur.* Vbi vides Chriſtum Dominum, etſi quoad ſufficientiam pro omnibus orauerit, vt quidam volunt: tamen quoad efficaciam oraſſe tantùm pro ſuis, qui fortaſsè minùs grauiter ex ignorantia peccabant. Si igitur Chriſtus Dominus pro his non orat, quis hominum etiam iuſtorum orare audeat?

Etiam Chriſtus pro ſceleratiſſimis quibuſque peccatoribus orare noluit.

D. Bern.

Beda. *Non pro Iudæis, ſed pro gentilibus crucifigentibus Chriſtũ oraſſe aliqui exiſtimant.*

D. Aug.

46. Verùm hanc rationem non deſperatio impedire debet, ſed moderatio; non incredulitas, ſed humilitas. Alioqui, vt bene D. Bern ſtatim citandus, *Gemat,* inquit, *qui illum* peccatorem *amat: non præſumat orare, nec deſiſtat plorare.* In cuius rei typum duæ illæ ſorores, Martha, & Maria, credebant quidem poſſe fratrem ſuum Lazarum mortuum, & ſepultum, licèt iam quatriduanum, à Chriſto Domino reſuſcitari: & quod ibi myſterium includebatur, poſſe quemlibet peccatorem quantocunque ſcelerum pondere oppreſſum, & ſepultum, releuari ab ea ſarcina, & ad vitam gratiæ reduci. *Scio,* inquit Martha, *quia quæcunque popoſceris à Deo, dabit tibi Deus,* Ioann. 11. num. 22. Et tamen poſtulare à Chriſto Domino non audebant, vt fratrem ad vitam reuocaret. Nam interroganti Chriſto Domino, *Vbi poſuiſtis eum?* Reſpondent: *Domine veni, & vide,* ibid num. 34. In quem locum D. Bern. de gradibus humilitatis, in gradu 12. ingenioſè, vt ſolet: *O Martha,* inquit, *magna nobis tuæ fidei inſignia tribuis! Sed quomodo cum tanta fide diffidis? Veni, inquis, & vide. Cur ſi non deſperas, non dicis, & reſuſcita? Si autem deſperas, cur magiſtrum ſine cauſa fatigas? An fortè fides aliquando recipit; quod oratio non præſumit? Denique appropinquantem cadaueri prohibes, & dicis, Domine iam fœtet, quatriduanus enim eſt. Deſperando dicis hoc, an diſſimulando?* Et paulò pòſt: *O ſanctæ mulieres, ſi fratrem veſtrum amatis, cur eius miſericordiam non flagitatis, de cuius potentia dubitare, pietate diffidere non poteſtis? Reſpondent: ſic melius tamquam non orantes, oramus: ſic efficacius tamquam diffidentes, confidimus. Exhibemus fidem, perhibemus affectum: ſcit ipſe, cui non eſt opus, vt aliquid dicatur, quid deſideremus. Scimus quidem, quod omnia poteſt. ſed hoc tam grande miraculum, tam nouum, tam inauditum, etſi eius ſubeſt potentiæ, multum tamen excedit vniuerſa merita humilitatis noſtræ: ſufficit nobis potentiæ locum, pietati dediſſe occaſionem, malentes patienter expectare, quid velit; quam impudenter quærere, quod forſitan nolit. Denique, quod noſtris meritis deeſt, verecundia fortaſſe ſupplibus.* Hæc Bernardus eleganter. Quibus oſtendit etiam iuſtos non audere pro magnis miraculis, hoc eſt, pro mortuis iam ſepultis ſuſcitandis, ſeu pro inſignibus peccatoribus abſoluendis deprecari.

Iuſtorũ orationem pro inſignibus peccatoribus non deſperatio impedit, ſed humilitas.

D. Bern. *Marthæ, & ſororis exemplum.*

D. Bern.

47. Quod vlteriùs illuſtrat D. Petri, & Beatæ Virginis exemplo. *Petri,* inquit, *poſt grauem lapſum, lacrymam quidem video, ſed precem non audio.* Quaſi non auderet pro ſe orare, qui plorare non deſinebat. Et rurſus. *Diſce & in matre Domini magnam in mirabilibus fidem habere, in magna fide verecundiam retinere. Diſce verecundia decorare fidem, reprimere præſumptionem. Vinum, inquit, non habent. Quam breuiter, quam reuerenter ſuggeſſit, vnde piè fuit ſollicita?* Ex qua Beatæ Virginis humilitate non audentis pro vino Filium deprecari, rectè colligit Diuus Bernardus quantam ipſe habere debeat ad deprecandum pro peccatore iam ſepulto, ac quatriduano verecundiam. *Si ergo* (inquit) *illa cum mater ſit, ſe matrem oblita non audet petere miraculum vini: ego vile mancipium, cui permagnum eſt, filij ſimul, ac matris eſſe vernaculum, qua fronte præſumo pro vita petere quatriduani.*

D. Bern. *B. Virginis, & D. Petri hac in re exemplum.*

48. Ad quam rem vlteriùs illuſtrandam optimum ex Euangelio argumentum D. Bernardus deducit. Nam cùm Chriſtus Dominus duos cæcos illuminarit, vnum ab ortu cæcum, Ioann. 9. à n. 1. alterum caſu aliquo excæcatum, Luc. 18. à num. 38. pro hoc multæ preces, & magnis cum clamoribus oblatæ ſunt, vt patet ex citato loco; pro illo, nullæ; vt legenti hiſtoriam conſtabit. Nam cæcus ille non natus, ſed factus hominem vulgariter, ac mediocriter peccatorem repræſentabat; pro quo multæ ſæpè à iuſtis hominibus orationes proferuntur: hic autem ab ortu cæcus peccatorem non vtcunque, ſed inſigniter deprauatum exprimebat, pro cuius ſalute vix quiſquam eſt, qui ſuis audeat precibus Deum ſollicitare. *Qui proinde,* inquit D. Bern. *tantò miſericordius, quantò mirabilius nullis precibus præuentus ſui illuminatoris beneficium ſenſit.*

In duobus cæcis à Chriſto ſanatis idem myſterium oſtenditur.

D. Bern.

49. Simile eſt illud ex eodem Euangelio argumentum, quo idem Bernard. vtitur. Nam cùm Chriſtus Dominus tres mortuos excitarit, puellam in domo, Matth. 9. à num. 18. adoleſcentem in porta ciuitatis, Luc. 7. à num. 12. Lazarum in ſepultura quatriduanum, Ioan. 11. à num. 39. pro ſola puella adorauit, & rogauit patrem: nam pro adoleſcente, ne mater quidem deprecari auſa eſt, ſed tantùm lacrymari: pro Lazaro autem, vt iam diximus, ne ſorores quidam preces, ſed lacrymas obtulere. Ratio verò ad rem præſentem optima eſt; quia illa puella mortua quidem, ſed adhuc domi incluſa peccatorem ſignificabat lethaliter quidem, ſed non deformiter exanimatum: pro cuius ſalute offerre preces ſancti non deterrentur; quin potiùs charitatis ſtudio maximè includuntur; adoleſcens verò ad ſepulturam iam elatus, & multò magis Lazarus in ſepultura iam incluſus adumbrabant peccatorem in externa, ac deformia ſcelera

Oſtenditur etiam in tribus mortuis à Chriſto ſuſcitatis.

effrænem, ac præcipitem; atque in diuturno peccandi vſu conſopitum, ac ſepultum: pro cuius ſalute nemo ſanctorum eſt, qui orare non reformidet. Vnde D. Bernard quamuis pro ſuis monachis in aliquam recentem, & latentem culpam prolapſis Deum ſolicitus precaretur: tamen pro effuſis in maiora crimina, neque ad frugem, quantumuis admonerentur, regreſſis, deprecari verebatur. *Si contigerit*, inquit, *aliquem de fratribus noſtris in anima mori: quandiu inter nos erit, pulſabo ego, & meis, & fratrum precibus ſaluatorem. Si verò non mereamur exaudiri: vbi iam vel tolerare viuos, vel tolerari à viuis non poterit, ſed incipiet efferri: ſemper quidem fideliter gemo, ſed iam non ita fiduicialiter oro; non apertè audeo dicere, Veni Domine, ſuſcita mortuum noſtrum; corde tamen ſuſpenſo tremulus intus clamare non ceſſo, ſi fortè, ſi fortè, ſi fortè deſiderium pauperum exaudiet Dominus.* Hæc Bernard. de ſe piiſſimè, ac prudentiſſimè. Quibus tota hæc doctrina, optimè confirmatur. Atque hæc de vtraque difficultate, & de tota cenſura, qua Heli filios corripuit. Quæ ſi ad ſola verba attendamus, grauis mihi videtur, & matura. Cur autem, vt nimium leuis, ac remiſſa ab omnibus reprehendatur, in ſequenti annotatione exponetur.

D. Bern. Pro grauioribus peccatis iuſti deprecari verentur.

50. *Et non audierunt*, &c. Hæc verba de filiis Heli non audientibus vocem patris: & quæ ſequuntur de Domino volente occidere eos, longa indigent interpretatione. Sed ne hic commentarius nimium excreſcat, in annot. 22. commodiùs explicanda, & illuſtranda reſeruentur. Hic interim obſerua pro inobedientia filiorum Heli optimam illam ſententiam D. Antiochi homil. 114. de obſeruantia mandati: *Nemo*, inquit, *qui Dei mandatum contempſerit, in rectitudine vitam inſtituit ſuam. Saul Dei mandato malè moriger, in mœrore vitam cum egiſſet tempore ipſi praſcripto, demum regno quoque excedit.* hoc eſt, Saulis inobedientia effecit, vt neque in vita, neque in morte, pace, ac tranquillitate frueretur; ſed difficilem ac laborioſam vitam cum difficiliori, ac laborioſiori morte commutaret. *Filij Heli, cùm illis immorigeræ aures occalluiſſent ad vocem paternæ monitionis, nec paruiſſent dicto; arcam quidem Dei in manus alienigenarum tradiderunt; ipſi autem vna cum populo meritam mercedem retulerunt, in ſeriſſima morte perfuncti.* Scilicet hæc eſt inobedientiæ merces miſerrima vita, & miſerrima mors.

Filiorũ Heli inobedientia.

D. Antioch

Inobedientia Saulis miſerrima vita, & miſerrima morte punitur.

51. Dicuntur autem filij Heli non audiſſe vocem patris, ſcilicet, quia patris, blandientis, & indulgentis: audituri fortaſſe vocem iudicis comminantis, & condemnantis: ſi Heli in eos iudiciaria potiùs ſeueritate, quàm paterna benignitate vteretur. *Vocem*, inquit, non clamorem: cum tamen Heli ſi non defuiſſet ſuo muneri, non ſolùm loqui, ſed clamare, & quaſi tubam exaltare vocem ſuam, imò & fulminare in ſceleratiſſimos filios debuiſſet. *Vocem*, præterea in ſingulari, & non voces in plurali. Vbi fortaſſe vnica tantùm admonitio inſinuatur; cùm tamen multiplicem fieri oportuiſſet, & ſicut ſæpiùs peccabant, ita ſæpiùs opportunè, importunè reprehendi. Quamuis Latinus interpres tranſlationis Septuaginta in Sixtianis vertat. *Non audiebant vocem patris*; quod videtur magis ſonare frequentem vſum, quàm vnicum actum non audiendi. Et D. Gregor. Naz. orat. 1. dicat Heli filios *perſæpè* obiurgaſſe, idque repetat orat. 29 ſub initium, & D. Baſil. in regulis breuioribus, interrogatione 47. clariùs exprimat, *ſæpè illos deterrere conatum fuiſſe*. Et in proœmio in librum Ethic. expreſsè doceat, Heli filiorum flagitia tacitum non ſuſtinuiſſe; *ſed eos ſæpè admonuiſſe, & à ſuis peccatis dehortatum fuiſſe*; idque rurſus orat. 3. de præcepto confirmet. Et D. Chryſoſt. lib. 3. aduerſus vituperatores vitæ monaſticæ, vlteriùs addat, Heli prædicta verba, *iugiter ad filios loquutum*. Quod ſi ita eſt, aliqua ex parte releuatur patris culpa, & filiorum aggrauatur; quia ille ſæpiùs admonebat, hi nunquam auſcultabant.

Heli in increpandis filiis nimia indulgentia.

Sæpiùs Heli filios reprehendiſſe aliqui exiſtimant.

D Greg. D. Baſil.

D. Chryſ.

52. *Quia voluit Dominus occidere eos.* Septuaginta transferunt, βουλόμενος ἐβούλετο. hoc eſt, *quia volens volebat*, qua verbi repetitione duo poſſunt ſignificari: aut nimius affectus, & propenſa voluntas Dei operantis, vt Pſalm 131. num. 15. *Viduam eius benedicens benedicam*; aut effectus re ipſa futurus, & voluntas abſoluta, ſeu omninò exequenda, vt Iſai. 22. num. 18. *Coronans coronabit te tribulatione.* Prior ſignificatio non quadrat huic loco, cùm Deus ex nimia affectione, & propenſione ad occidendum, & puniendum non feratur; iuxta illud: *Non enim humiliauit ex corde ſuo*, Thren. 3. n. 33. Quadrat igitur poſterior, qua ſignificatur in Deo voluntas abſoluta perdendi, ſeu occidendi improbos ſacerdotes; vt re ipſa perdidit, & occidit. Abſolutam dico, non quod antecederet omnem conditionem. Nam re vera illa voluntas diuina conditionem reſpiciebat, ſi filij Heli vocē patris non audirent. & ex hoc capite erat conditionata: abſolutam igitur dico, quia poſita conditione voluntas conditionata tranſibat in abſolutam. Prius igitur fuit, non obediſſe filios Heli, quàm Deum abſolutè occidere voluiſſe. Atque ita explicanda eſt litera, quamuis oppoſitum ſonare videatur. Non enim ipſi vocem patris audire noluerunt; quia Dominus voluit occidere eos: ſed vice verſa, Dominus voluit occidere, quia ipſi noluerunt audire. Quod ex annot. 22. clariùs patebit.

Septuag. Verborum repetitione duo in ſcriptura ſignificantur.

Diuina voluntas perdendi filios Heli conditionata.

Num. 26. Puer autem Samuel proficiebat, atque creſcebat, & placebat tam Domino, quàm hominibus.

EXPOSITIO LITERÆ.

1. PVer autem Samuel, &c. Satis explicatus, & illuſtratus fuit hic verſicul. ſupra annotat. 20. ſect. 3. & poteſt vlteriùs illuſtrari ex iis, quæ ad n. 21. dicta ſunt; vbi dicitur puer Samuel *magnificatus apud Dominum.* Quare hîc vberioris doctrinæ gratia pauca adiicio. *Proficiebat* in primis, *atque creſcebat.* De profectu ætatis, & virtutis explicat Lyran. neque enim ſolus ætatis profectus tanti eſt, vt hoc loco celebretur. D. Greg. myſticè interpretatur de profectu Euangelicæ prædicationis, & incremento ſacræ adminiſtrationis; cùm Apoſtolorum puſillus grex multas Deo animas prædicando lucrabatur: & plures miniſtros initiando diuinum cultum locupletabat. Sed quia neutro modo proficiebat Samuel in eo rerum ſtatu, in quo filiorum Heli improbitas omnia deuaſtabat; & animas in ruinas, & diuinum cultum in tenebras coniiciebat: dicendum eſt ad literam, profeciſſe & creuiſſe profectu, atque incremento ſpirituali, vt opponeretur filiis Heli, qui in diuinæ legis obſeruantia deficiebant, atque decreſcebant: vtpote filij Belial, qui defectum, ſeu decrementum ſonat, vt inter alias eius nominis etymologias n. 12. iam oſtendi. Vnde Samuelis conſtantia clarior elucet, qui inter regredientes progrediebatur, & filiorum Heli peruerſitas turpior apparet, qui progredientis exemplo nihilo excitari, magis in dies regrediebantur. Nec minùs apta fit, Beda interprete, comparatio

Quo pacto Samuel proficere & creſcere dicatur.

Lyran.

D. Greg.

Verior explicatio de ſpirituali Samuelis profectu. Samuelis cũ Heli, & filiis comparatio.

Beda.

Samue

Samuelis cum Heli, vt hoc ſeneſcente, & deficien- A te, ille adoleſceret. Vnde laudabilior Samuel, qui ſub ignauo duce non languebat: & vituperabilior Heli, qui vigilante milite dormitabat. Quam Beda comparationem ad vtrumque ſtatum legis, & gratiæ detorquet; hæc enim, deficiente illa glorioſior proficit: illa proficiente hac, ignominioſior deficit.

2. *Quo pacto Samuel Deo, & hominibus placuerit.*

Placebat tam Domino, quam hominibus. Quanta ſit in eo difficultas, vt quis Deo placeat, & hominibus, & quo pacto ea ſuperetur, annot. illa 20. dictum eſt. Sed quo pacto ea Samuel coniunxerit, quæ difficillimè coniunguntur, breuiter expendo.

Abul. *Primò, propter religionẽ in Deum, & iuſtitiam in homines.*

Primò ex Abulenſ. Placebat Deo, quia religionem erga Deum diligentiſſime curabat: placebat hominibus, quia iuſtitiam erga homines ſtudioſiſſimè B colebat. In quo filiis Heli opponebatur; hi enim Deo, & hominibus ingrati, & religionẽ erga Deum prophanabant, & iuſtitiam erga homines euertebant.

D. Greg. *Secundò propter internã intentionem, & externam ædificationẽ.*

Secundò ex D. Greg. Placebat Deo propter internam intentionem, quam in Deum rectiſſimam ordinabat: placebat hominibus propter externam ædificationem, quam hominibus perfectiſſimam exhibebant: mẽte ſcilicet, & corpore immaculatus, vt illa diuinos oculos; hoc humanos ad ſe trahere videretur. Muliere illa forti, de qua Salomõ, longè prudentior: *Quæſiuit lanam, & linum*, Prou. 31. n. 13. & vtroque indutus incedebat: lino, hoc eſt, internarum affectionum indumento, quod diuinis ocu- C lis pateret, & placeret: lana, hoc eſt, externarum actionum cultu, qui ab humanis oculis cerneretur, & approbaretur.

3. D. Cyril. Alex. *Tertiò, propter eximiũ amorem in Deum, & in homines.*

Tertiò ex D. Cyril. Alexand. lib. 7. de adoratione, ſub initium, Placebat Deo, & hominibus, quia vtrumque præceptum charitatis erga Deum, & homines exercebat: non ſolùm *verbo, & lingua, ſed opere, & veritate*, 1. Ioan. 3. num. 18. Deo miniſtrabat, hominibus ſeruiebat: religioſus Deo, obſequioſus hominibus. Diuinis miniſteriis pariter atque humanis negotiis fructuoſus. Quis non amaret, à quo omnes amabantur? Nam ſi illud Epigrammatarij

Martial.

verum èſt, *vt ameris, ama*, qui Deum, & homines amabat, non poterat non à Deo, & hominibus re- D damari.

D. Bern. *Amor infallibilis cauſa amoris.*

Benè D. Bern. ſerm. 84. in Cant. *Ego*, inquit, *amant amari me dubitare non poſſum; non plus, quàm amare.* Quàm certus erat per experientiam, quod amaret: tam certus erat per hanc conſequentiam (amo, ergo amor) quòd amaretur. Et licèt hæc conſequentia in ſolo amore erga Deum infallibilis ſit à poſteriori; ex amore enim noſtro erga Deum, tanquam ab effectu, colligitur diuinus amor erga

D. Bern.

nos tanquam cauſa, vt ſignificat D. Bern. cit. ſponſam ita loquentem introducens: *Non timeo, quia amo, quod non amata omninò non facerem.* Quaſi prima ratio, quòd à Deo ametur, non ſit, quod ipſa amet; ſed vice verſa, prima ratio, quòd ipſa amet, ſit quòd à Deo ametur. Licèt, inquam, hæc conſequutio (amo, ergo amor) in ſolo amore erga Deum E infallibiliter colligatur; tamen etiam in amore erga homines: præſertim per ſigna prodito, & per externa obſequia manifeſtato valdè probabiliter, & morali quadam certitudine infertur. Quis enim niſi tygri durior, ac rigidior, non amat, à quo amatur? Cùm igitur Samuel omnes amaret, ab omnibus amabatur.

4. Chald. *Quartò, propter bonã ſuæ virtutis famam.*

Quartò ex Chaldæo Paraphraſte, qui illud, *Placebat tam Domino, quàm hominibus*; ita vertit: *Et nomen eius bonum, & recta via eius ante Dominum, & probata facta eius in medio filiorum hominis.* Vbi ex bona fama, quæ de illo percrebuerat, ex vitæ innocentia, ex morum integritate, ex operum perfectione colligit, eum Domino, & hominibus placuiſſe. Igitur Samuel ſic viuebat, vt Deo in primis

A placeret: & quamuis illi, ſi priuatam vitam ageret, ſatis eſſet ſoli Deo placuiſſe; neque enim erat de numero illorum, quibus teſte D. Hier. in dialogo aduerſus Luciferianos, *Difficile eſt Deo tantum iudice eſſe contento*; tamen quia publicam vitam agebat in

D. Hier.

Perſona publica nõ tantum Deo, ſed etiã hominibus placere ſtudeat.

commune commodum inſtitutam, hominibus quoque ex bonis operibus placere nitebatur, vt viderent opera eius bona, & glorificarẽt Deum. Quemadmodum enim filij Heli ita viuebant, vt qui mala eorum opera videret, Deum blaſphemare quodammodo cogerentur: ita Samuel ex aduerſo ſe opponens, ſic agebat; vt qui eius ſingularia virtutum exempla ſpectarent, ad diuinas laudes decantandas excitarentur.

5. *Non tantùm bonis, ſed etiã malis hominibus placere ſtudendum.*

B Hominibus igitur placere ſtudebat, non tantùm bonis, ſed etiam malis, illud Apoſtolicum conſilium, etiam ante Apoſtolum ſequutus: *Prouidentes bona non tantùm coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus*, Rom. 12. n. 17. Nam qui vt omnibus placerent, imperabat; etiam vt malis placerent, præcipiebat. Quod iterum idem Apoſtolus de Epiſcopo loquutus clariùs expreſſit: *Oportet*, inquit, *illum, & teſtimonium habere bonum ab iis, qui foris ſunt*, 1. Tim. 3. n. 7. hoc eſt, tam probam vitam agere oportet, vt etiam ab improbis, & infidelibus approbetur.

D. Hier. *Chriſtianorũ vita ſit irreprehenſibilis.*

Nam interprete D. Hieron. epiſt. 38. ad Oceanum in fine, *Qui irreprehenſibilis eſt, non ſolùm a domeſticis, ſed ab alienis conſono ore laudatur.* Et quaſi irre- C prehenſibilior eſſe poſſit vita, quàm ſecta; ſubdit Hier. tantam eſſe debere in Epiſcopo ſanctitatem, *vt qui religioni detrahunt, vitæ eius detrahere non audeant.* Scilicet quamuis doctrina fidei nihil illuſtrius ſit, tamen ſæpenumero multis calumniantium tenebris obſcuratur: at fidelium vita tam pura, ſancta, & inculpata eſſe debet, vt ne ab ipſis quidem ſcelerum artificibus vituperetur, ipſi fidei calumniatores, fidelium laudatores efficiantur: hoc vnum boni habeant mali homines, vt bonos probent, ac venerentur. In hoc Samuel ſtudium incumbebat, vt etiam à malis probaretur, quò boni efficerentur.

6. *Non tantùm viris id eſt, bonis, ſed etiam fœminis, id eſt, malis, placere ſtudendum.*

Hoc myſterium quondam Lia adumbrauit: natõ enim eius filio Aſer, *Beatam*, inquit, *me dicent mulie-* D *res*, Gen. 30. num 13. Cur mulieres dicit, & non viri? An vt viros excluderet? Nequaquã. Sed vt eas tantùm exprimeret, quæ ſolæ excludendæ viderentur. hoc eſt, vt ſignificaret ſe non ſolùm viris, hoc eſt, bonis, ſed etiam fœminis, hoc eſt, malis placituram: & ab vtriſque beatam pari conſenſione prædicandam. Ita planè myſticum in ſenſum ad hanc

Phil. Hebr.

rem aptiſſimum declarat Phil. Hebr. lib. de migratione Abrahami: *Virtutem*, inquit, *Lia veneror, quæ poſtulabat, non ſolùm verè maſculis, ac virilibus celebrari laudibus eorum, qui integram, incorruptamque naturam honorant, ſed etiam fœmineis eorum, qui trahuntur, & vincuntur à rebus iſtis viſibilibus: nihil præterea valentes intellectu percipere. Eſt enim officium perfectæ ani-* E *mæ, vt & eſſe, & videri velit; vtque ſtudeat ſe approbari, non tantum virorum oculis, ſed etiam mulierum conclauibus.* Aptiùs conuenit hoc præconium Samueli, qui tam Domino, quam hominibus, iiſque tam bonis, quàm malis placere ſtudebat: vt propterea

D. Cyrill. Alex. Phil. Hebr. *Samuel quodammodo diuinus.*

non immeritò à D. Cyril. Alexan. ſupr. cit. *Dominus Samuel* appelletur. Et fortaſsè imitatus eſt Cyrillus conciuem Phil. qui in lib. de temulent. affirmauit, Samuelem *in diuinum exercitum* adſcriptum: quaſi nullum cum mortalitate commercium habere, ſed ſolam diuinitatem ſpirare videretur. Nec immeritò. Nam ſicut filij Heli dicebantur filij Belial, hoc eſt, viri diabolici, & in diabolicam peruerſitatem deuolui; ita æquum erat, vt Samoel diceretur vir diuinus, & ad diuinam quandam ſanctitatem euocatus. Plura ad hunc numerum illuſtran-

dum ſpectantia ex annot. illa 20. ſect. 3. petantur. Supereſt, vt celebris illa negligentia Heli, quam in litera attigimus, quàa fuerit, & in quo conſtiterit, vberiùs illuſtretur. Et turſum obſtinata illa peccādi voluntas, cui ſceleratiſſimi eius filij mordicus adhæſerunt, nullo aut pudore humano, aut timore diuino ad meliorem frugem reuocati, fuſiùs exponatur: quod duplici annotatione ſequenti præſtabo.

ANNOTATIO XXI.

CIRCA LITERAM.

Nimia Pontificis Heli in filios indulgentia.

1. Conſtat Heli in filiis arguendis deſidia.

Dubium, in quo deſidia oſtendatur.

Duo in hac annotat. explicanda.

CONSTAT Pontificem Heli in filiis corripiendis fuiſſe deſidem, & ignauum: tum quia Scriptura hác illius deſidiam, & ignauiam hoc capite à n. 27. & cap. ſeq. à n. 12. damnat: tum etiam, quia in eam Patres tam vnanimi conſenſu velut agmine facto inuehuntur, vt iam nobis de illa non liceat dubitare. In quo tamen eam deſidiam oſtenderit, non tam apertè conſtat, quia tota illa oratio, qua ad filios corripiendos vſus eſt, ſatis ſupérque grauis & matura, & ſeuera, atque ad effrænes iuuenum animos refrænandos, prudenter compoſita videbatur: vt in litera aduerti. Duo igitur ſunt hac annot. explicanda. Vnum concors, & vnanimis Pattum conſenſus in hoc Pontifice reprehendendo. Alterum, nimia huius Pontificis indulgentia in filiis obiurgandis.

SECTIO I.

Grauiter à Patribus reprehenditur Heli, quod filios leuiter reprehenderit.

2. Vnanimis auctorũ conſenſus in Heli reprehendendo.

Interpretes.

Hiſtorici. Phil. Hebr. Ioſeph. Euſeb. Magiſt hiſt. D. Anton. Zonaras. Cedren. Naucler. Sabellic. Torniel. Iac. Gord. Patres.

MIrum eſt, quàm acres ſe exhibeant ſancti Patres, & cæteri tâ hiſtorici Eccleſiaſtici, quàm interpretes ſcripturarij, in Heli reprehendendo, quòd peccatores filios debita ſeueritate non reprehenderit, fortaſsè ne reprehendendi ignauiam, quam arguunt, incurrant, & leuiter reprehendentes, grauiter reprehenſibile efficiantur. Interpretes ſub vnum colligere, & proponere aſpectum, operæpretium non eſt, cùm ſuis quique locis commodiùs referantur. Hiſtorici, qui ab orbe coodito temporum ſeries texuerunt, Phil. in antiq. biblicis, Ioſephus lib. 5. antiq. Euſeb. in chronico, Magiſt. hiſt. Diuus Antonin. Zonaras, Cedren. Naucler. Sabellic. Aug. Torniel. noſter Iacobus Gordon, & cæteri communiter huius Pontificis ignauiam perſtringunt. Patres tam Græci, quàm Latini multo ſeueriores ſunt huius deſidiæ cenſores. Quos ſeorſim claritatis gratia proponam.

Patres Græci Heli ſeueriſſimi cenſores.

3. D. Ignat. Heli in pueros peccantes deſidioſus, à puero Samuele meritò reprehenditur. D. Hier.

IN primis D. Ignatius, Antiochenæ Eccleſiæ tertius, poſt Petrum Apoſtolum, Epiſcopus. vt D. Hieron. in ſcriptorum catalog. refert, in epiſt. 6. ad Magneſianos, aonoſis, ſed ſtultis ſenibus, ephebos, ſed cordatos iuuenes anteponens: *Samuel*, inquit, *puer paruulus, Heli nonagenarium reprehendit, quod ſuos filios, pluſquam Deum honoraret.* Et videtur

A quædam pœna culpæ proportionata; vt ſenex, qui peccantes pueros præ ignauia non reprehenderat, non ab alio, quàm à puero reprehenderetur.

4. Orig. Heli ignomia ex nominis etymo declaratur.

Orig. hom. de Elcana, *Heli*, inquit, *vir nimius laudabilis: pro peccato enim retrorſum corruens expirauit.* Et paulò pòſt eius peccatum explicaturus à nominis etymo exorditur. *Heli*, inquit, *interpretatur Arabs, ſiue extrarius. Extrarius quippe à Deo eſt, qui non tenet diſciplinam; qui delinquentem filium non caſtigat, non corripit, vt emendet; qui indulget vitiis, qui delicta non punit.* Et ſtatim conuenire ſacerdoti Heli extrarij, ſeu externi nomen, hoc eſt, hominis à vera fide, & religione ſeparari, confirmat ex Apoſtolo dicente: *Si extra diſciplinam eſtis; ergo adulteri, & non filij eſtis*, Hebr. 12. n. 8. Quaſi externi ſint, & à paterna hæreditate alieni, qui
B ſe, ac ſuos ad ſeuerioris diſciplinæ leges non informant. Et paulò pòſt docet, non ſine myſterio eſſe, quòd Heli genuerit Phineem, qui interpretatur *oris obturatio*: adeò enim fuiſſe Heli ad ſuorum filiorum peccata taciturnum, vt obturatum os habuiſſe videtetur. Et ſimiles eſſe dicit ſacerdotes ſui muneris negligentes, qui *ſiue imperitia vitiè, ſiue conſcientia peccatorum*, quaſi obturatum os habeant, peccatores non docent, non arguunt, non adhortantur. Idem Origen. lib. 1. in Iob, ante medium ad illa verba; *Ne forte peccauerint filij mei*, &c. c. 1. n. 5. laudat Iobum, quòd tam ſolicitus in filiorū ſalutem excubaret: & vehementet inceſſit eos parentes, qui filios ab incunabulis non erudiunt, ab infantia non inſtituunt, à
C vitiis non retrahunt, ad virtutes non incendunt. *Hi enim*, inquit, *& filiorum animas igni inextinguibili in interitum tradunt, & ſemetipſos in furorem iudicij demergunt; omnia enim, qua deliquerint filij, de parentibus requiruntur; qui non erudierint, neque corripuerint eos.* Et ſtatim: *Huius euidens exemplum in Heli oſtenditur*, &c.

Nominis Phinees interpretatio. Sacerdotes ſui muneris negligentes Heli ſimiles.

Orig. Parentes, qui filios non erudiunt, increpantur.

5. D. Baſil. Peccata Heli, & filiorũ, quia ex malitia, grauius reprehenduntur.

D. Baſilius in procemio ad librum Ethic. ſeu de iudicio Dei, loquutus de iis, qui peccant de ignorantia, & ob id grauiter puniuntur, tandem colligit; quanto grauiùs punientur, qui peccant ex malitia, quales fuerunt filij Heli; & patet, qui prout par erat, eos non corripuit. *Eò igitur*, inquit, *quod in hos*
D *pater, cum eſſent tales, non ſe vehementem adhibuerit; aduerſus eos clementiſſimi alioqui Dei iracundiam concitauit.* Et ſtatim pergit enarrare ſupplicia diuinitùs inflicta, in huius deſidiæ vltionem; ſcilicet vtrumque filium vno, eodémque die in prælio trucidatum; populum internecione conſumptum; arcam in captiuitatem auctam. *Atque ad hac omnia*, inquit, *ſcriptum legimus, ipſum Heli miſerabili admodum exitu vitam terminaſſe, cum ſibi prius interminatum ſciret, fore omninò, vt illius poſteritas ab ſacerdotali dignitate ſubmoueretur.* Vbi Heli ſocordia eò intolerabilior ſignificatur, quòd à Deo territus, ac ſtimulatus ad vindictam de filiis capiendam, adhuc nihilominùs deſes, ac languidus, à vindicta abſtineret. Fatetur rurſus ibidem Baſil. Heli nunquam de vita ſua reprehenſum: imò neque omninò tacitum ſcelera filiorum ſuſtinuiſſe;
E ſed ſæpè admonuiſſe, & arguiſſe; ſæpè obiurgaſſe, & retocaſſe, qui tamen *non enim, quem par erat, aduerſum ipſos, animi zelum pra ſe tulit*, in ea, quæ diximus ſupplicia corruiſſe.

6. D. Baſil. Prælati deſides in contumaces cum Heli arguuntur.

Idem D. Baſil. in regulis fuſius diſputatis interrogatione 28. loquutus de illis Prælatis, qui ſegnes, & remiſſos ſe exhibent in eos, qui contumaciter peccant, nec admoniti reſipiſcunt, *Clementia*, inquit, *illa, qua quis aduerſum iſtiuſmodi homines vtitur, ſtulta illi Heli indulgentia facilitati aſſimilis eſt, qua præter Dei voluntatem erga filios ſuos ille vſus fuiſſe animaduertitur.* Et ſtatim addit, hanc in ſpecie lenitatem, eſſe re ipſa veritatis proditionem, & communem noxam, & ad omnem bonorum, malorúmque delectum perturbandum occaſionem.

Idem

Idem in regulis breuioribus interrogatione 47. oſtendens non eſſe in peccatores ignaua diſſimulatione, ſed iuſta animaduerſione vtendum: *Heli*, inquit, *quamuis nequaquam diſſimulanter ſcelus tuliſſet filiorum ſuorum, ſæpeque eos ab eo deterrere fuiſſet conatus, ac longa oratione, & magnitudinem ſceleris, & neceſſitatem ineuitabilis iudicij demonſtraſſet: quia tamen de illis non meritas pœnas ſumpſerat, neque eo modo, quo æquum erat aduerſum ipſos indignatus fuerat, vſq; adeò Dei iracundiam irritauit: vt*, &c. Pergit enim recenſere pœnas, quas ob hanc ignauiam incurrit. Et concludit, ſi in eos, qui peccantes obiurgant, & à ſuis peccatis auertere conantur, diuina ira tam vehemens exarſit; *quid de iis dicendum, qui conniuentes diſſimulant?* Quam doctrinam orat. de peccato iterum inculcat: *Heli*, inquit, *Sacerdos, etiamſi vita eius nullum in crimen eſſet vnquam vocata; tamen quod filios ſuos non aſperiùs obiurgaſſet, tantum ſtomachum mouit patientia diuina, vt*, &c. Retexit enim pœnas diuinitus inflictas, quas ſuprà commemorauit. Et paulò pòſt iterum monet; licèt Heli ſuæ vitæ gratia nunquam eſſet reus factus, nec omninò filiorum vitia ſilentio prætermiſiſſet, ſed ſæpiùs obiurgaſſet: tamen quia non ea, qua par erat, in ipſos ſeueritate exarſerit, *& ſibi, & ipſis, & populo vniuerſo tantam iram conflaſſe.*

7.
D. Greg. Naz.
Heli quia non acriter filios reprehendit, eorũ ſacrilegij. & pœnæ particeps.

Diuus Gregorius Nazianzen. ſicut in vita, ita & in doctrina à Baſilio non diſcordat. Nam in apolog. quæ eſt prima eius oratio. *Illud*, inquit, *compertum habeo, Heli Sacerdotem, ſceleris filiorum, quod aduerſus ſacrificia committebant, ollas ante tempus delibãtes, pœnas pependiſſe: idque cum eorum impietatem non modò non probaret; ſed etiam perſæpe ipſos obiurgaſſet.* Vbi quamuis nullam Heli culpam exprimat; eam tamen ſatis inſinuat ex pœna: neque enim filiorum ſupplicium in parentem redundaret, niſi parens in filiorum peccatum conniueret. Sic enim ibi Elias Nazianzenum interpretatur. Nam poſtquam recenſuit ſupplicia ex peccatis filiorum Heli, in populum, filios, & parentem ſubſequuta: *Hinc diſcamus*, inquit, *non eos ſolùm, qui profanis manibus res diuinas attingere minimè verentur, ſupplicio affici; ſed eos etiam, qui id conſpiciunt, nec obiurgationis ſeueritatem adhibent, ac peccantes comprimunt, in eorum pœnæ ſocietatem venire.* Quod ſtatim confirmat Heli exẽplo: *Nam etiam Heli*, inquit, *filios ſuos monebat, atque caſtigabat; ſed quia id non ſatis diligenter, ac ſtudioſè faciebat, nec ad obiurgationem acrimoniam, & aſperitatem adiungebat; idcirco à Deo contemptus eſt.* Vbi illud, *caſtigabat*, intelligendum eſt, verbis: nam verberibus, aut quibuſuis alijs punitionibus nuſquam legitur Heli in filios incurriſſe, vt Patres citati, ac citandi, & præſertim D. Ephrem Syrus paulò inferiùs teſtantur. Rurſus idem Nazianzen. orat. 29. ſub initium, eandem doctrinam iiſdem ferè verbis inculcat. Et ſibi ſimilis in lib. de Epiphanijs, quem citat Hildebertus Epiſcopus Cenomanenſis epiſt. 47. *Heli*, inquit, *Sacerdos pro filiorum iniquitate damnatur, quòd eos diuina ſacrificia temerantes minùs ſeuera animaduerſione plectebat, & quidem corripuit, ſed lenitate, & manſuetudine patris, non ſeueritate, & authoritate Pontificis.*

Elias Cret.

Eſſi aliquãdo verbo, nũquam verbere filios caſtigauit Heli.

D. Ephr. Syrus.
D Greg. Naz
Hildeb.

8.
D Chryſ.
Nimia parentum in filios indulgentia in Heli reprehenditur.

Diuus Chryſoſt. in hac indulgentia Heli erga filios expendenda latiſſimè philoſophatur multis locis. In primis hom. 59. in Gen. parentes adhortatus, vt filios à pueritia rectè inſtruant, ne malos colores imbibant, quos nunquam eluant: hoc eſt, ne prauos mores induant, quos nunquam exuant, deterret eos à pœnis, quas pro culpis filiorum, niſi eos probè inſtituant, ſine dubio patientur. Quod exemplo Heli confirmans: *An neſcitis*, inquit, *quod* A *ſeni Heli acciderit, cùm non debitè emendaret filiorum delicta.* Et ſtatim ducta ſimilitudine ab imperito medico, non ſecante, cum virus ſerpit, ſed vngente: proindéque non curante, ſed vulnus incurabile reddente: *Ita*, inquit, *& ſenex ille, cùm deberet filios ſuos pro peccatorum qualitate emendare, nimia vſus lenitate, illos arguit.*

9.
Principes, ac prælati non Heli, ſed Heliam in reprehendendo imitentur.
D Cyrill.

Deinde in Pſal. 14. vbi Propheta docet, eum in tabernaculo Domini habitaturum, qui *opprobrium non accepit aduerſus proximos ſuos*; ſed eum, de quo dici poſſit: *Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus*. D. Chryſ. interpretatur eum, qui non Heli, ſed Heliam imitatur: hoc eſt, qui non mollem, & eneruem, ſed ſtrenuum, ac generoſum ſe oſtendit: B *Nam Heli*, inquit, *probris affectus eſt, & malè audit propter proximos*, hoc eſt, propter filios: Helias autem de medio ſuſtulit *improbos, & ad nihilum redegit Sacerdotes Baal*. Sicut enim in vrbium obſidione non patet aditus, ſeu aſcenſus in muros ignauis militibus, ſed violentis; ita in cæleſte illud propugnaculum oon deſides, ſed alacres euadunt.

10.
D. Chryſ.
Principũ, & prælatorum ſocordia in ſubditis arguenda grauior, quàm ſocordia Heli.

Parentis amor in filios, quædam naturæ tyrannis.

Propterea hom. 17. loquutus de illis, qui nõ prouident iis, quos ſub ſuam curam ſuſceperunt: *Hoc etiam*, inquit, *illum quondam admirabilem perdidit Sacerdotem, Heli dico: cuius cum vita eſſet irreprehenſibilis; tamen quia filios calcantes Dei legem non cum ſeueritate corripuit, cum illis etiam iure punitus eſt, & graue ſubiuit ſupplicium.* Atque hinc argumentum ducit ad alios Principes, ac Prælatos, qui non ſunt naturâ patres, C & tamen correctione deſides, acriter arguendos; nam ſi Heli, quem naturalis amor patris in filios, qui eſt, vt vocat D. Chryſoſt. *quædam naturæ tyrannis*, ſemper naturam gratiæ, quoad poteſt, anteponens: ſi, inquam, Heli, quem naturalis amor à filiorum vltione retardabat, nihilominus pœnas dedit, quòd debita in eos ſeueritate non vteretur: quas pœnas dabunt illi, qui hoc naturali affectu, ſeu hac naturæ tyrannide non coërcentur, & tamen omnibus, etiam quos acriter punire debuerant, ſubditis leniter adulantur.

11.
D Chryſ.
Parentes in bona filiorum educatione deſides, & ſe, & filios perdunt.

Rurſus hom. 9. in 1. Tim. 3. oſtendens quantum ſit in bona filiorum educatione momẽtum: *Neque enim*, inquit, *parui meriti eſt, indultos nobis à Deo liberos* D *ad ipſius exercere militiam, eique ab ipſis infantiæ pãnis dedicare. Nam ſi iuſtæ educationis fundamenta iecerint, maximis afficiendi ſunt præmiis; quemadmodum ſi neglexerint, grauiſſimis cruciatibus.* Et ſtatim prouocat ad exemplum Heli, tanquam validiſſimum ad hanc rem probandam argumentum: *Nempe*, inquit, *& Heli propter filios periit: illos quippe cùm acriùs coercere debuiſſet; verbis tantùm lenibus monuit. Quocirca dum illis moleſtus eſſe ſeuera increpatione recuſat; & illos, & ſeipſum vnà perdidit.* Notat verò D. Chryſoſt. præcipuam parentum curam eſſe debere in filijs à libidine coërcendis; cum ſit omnium ætatum, & præſertim illius puerilis callidiſſima inſidiatrix, & E acerrima perturbatrix. Curandúmque parentibus, vt vſque ad primas nuptias immaculati conſeruentur: quod tota videtur antiquitas, & optaſſe, & curaſſe, dum inſtituit, vt ſponſi ad nuptias coronati ducerentur: *Idcirco*, inquit D. Chryſoſt. *coronæ imponuntur capiti, vt victoriæ ſigna ſint; quod ſcilicet anteà libidini impenetrabiles, ita demum cubiculum ingrediantur.* Quòd ſi anteà quiſpiam ſuperatus fuerit: *Cuius*, inquit, *iam rei gratia coronatus incedat, qui tam fœdæ libidini colla ſubdiderit?* Cuius etiam rei exemplum eſſe poteſt Heli, qui cum filios ab hac fera ſuperari, negligens, & ignauus pateretur; & ſuam, & illorum coronam pontificiam amiſit: neque enim coronatos incedere congruebat: qui ſuperati in hoc prælio ſuccubuiſſent.

Præcipua parentum cura filios à libidine coercere.

Sponſi olim ad nuptias coronati, in præterita caſtitatis præmium ducebantur.

Filij Heli cum caſtitate pontificiã coronam amiſerunt.

12. D. Chryſ. *Magna debet eſſe prelato: ſeueritas in vitijs cohibendis.*

Deinde in hom. 16. ad populum loquutus de ſeipſo eum ad extremum iudicium ſiſtetur, & de ſua in obiurgandis, & frænandis peccatoribus cura interrogabitur: *Quid dicam*, inquit, *cum tunc accuſabor? quare non alloquutus es? quare non mandaſti? quare non ſtatuiſti legem? Cur inobedientes non cohibuiſti? Non mihi ſatis eſt dicere, quòd admonui. Veriori & acriori*, inquiet, *opus erat increpatione. Nam & Heli admonebat, & dicebat, nolite filij mei, &c. Sed procedens ait ſcriptura, eò quòd non corripuerit filios ſuos: eò quòd non acriter, neque cum increpatione hoc fecerit.* Quo ex loco colligit D. Chryſ. ſi tanta diſciplinæ ſeueritas in Iudæorum Pontificibus peccata cohibenda requirebatur: quanta in Chriſtianorum requiretur, qui maiori debent ſtudio charitatis in proximos, & obſeruantiæ in Deum excitari?

13. D. Chryſ. *Deſidia Prælati in ſubditis increpandis, grauior, quàm deſidia Heli.*

Et iterum in hom. 28. ad populum, idem agens argumentum, & loquens de ſeipſo ad ſupremum iudicium vocando, & interrogando: *Nullus*, inquit, *præſentium diuitum illic mihi patrocinabitur, cum arguar, & accuſabor; tanquam Dei leges non congrua cum acrimonia aſſeruerim. Hoc enim & admirabilem illum ſenem, vitam exhibentem inculpatam perdidit. Sed tamen quoniam Dei leges conculcantes neglexerit; cum filiis ſuis punitus, & atroces pœnas dedit.* Vbi rurſus argumentatur ab illo naturali affectu patris in filios, & veluti naturæ tyrannidè, quæ paternum animum tenerrimè commonebat, ne in filiorum punitionem vehementior prodiret: nam ſi illa naturæ lex ignauum parentem, neque excuſauit à culpa; neque liberauit à pœna. Quid alios principes, in quibus non militat ea lex, excuſare poterit, quid liberare; ſi in corripiendis ſuorum ſubditorum ſceleribus obdormiſcant?

14. D. Chryſ. *Heli quia verbis tantū filios reprehendit, perdidit.*

Pergit vlteriùs D. Chryſoſtom. hanc Heli negligentiam inſectari. Nam lib. 3. aduersùs vituperatores vitæ monaſticæ, docet, patrifamilias ſatis non eſſe, debita ſeipſum viuendi ſeueritate continere; niſi eandem ad coërcendos filios extendat: *Et ſi*, inquit, *vitam noſtram omnem ſumma cum diligentia, & cura diſponamus; extrema animaduerſione puniemur, ſi liberorum ſalutem neglexerimus.* Quod ſtatim facilè ſuadet exemplo Heli: *Qui cum*, inquit, *videret filios vitiis deditos, non corripuit, aut coercuit: ſiue, vt verius loquar, corripuit illos quidem, & cohibuit; verùm non omni cum ſtudio, & vehementia id fecit, non illos pœna affecit: verbis tantùm caſtigare, lenique admonitione ab hac eos peruerſitate reuocare conatus eſt; atque huiuſcemodi verba iugiter ad illos loquebatur; Nolite filij, &c.* Quæ oratio, ſi verbis tantùm agendum eſſet, tam grauis fuit, ac ſeria, & ad perſuadendum opportuna: vt nulla efficacior excogitanda, & adhibenda videretur, vt idem Chryſoſtom. aduertit: *Et certè*, inquit, *plena ſunt grauitatis, reuerentia, ac ponderis hæc verba: & quæ recuperare, atque ad ſtatum melioris vitæ reuocare poſſent eum, qui penitùs excors, & amens non eſſet: quippe quæ ſceleris immanitatem indicant, & quam ſit metuendum, & cauendum admonent; & quæ illud pœna ſubſequatur, oſtendunt; grauiſſima ſcilicet, & intolerabilis. Verùm quia non omnia, quæ fuerant agenda, vt ea reſecarentur vitia, molitus eſt; & ipſe cum illis vna periit.* Si igitur, vt ignauus reprehenditur Heli, cum extiterit (ſi verba attendantur) acerrimus vitiorum cenſor: quam ignauiam incurret ille parens, qui accedat filiorum vitijs adulator, & patronus?

15. D. Chryſ. *Non quia malos genuerit filios, ſed quia malos ſuſtinuerit, arguendus Heli.*

Tandem idem D. Chryſ. lib. 3. de prouidentia: *Heli*, inquit, *per filiorum vitia; imò verò per ſuam negligentiam offendit Deum. Neque enim ideo quod malos haberet filios puniebatur; ſed quia vltra debitum increpationi pepercerat; & cum Dei leges violarentur, ſeuerius in illos vlus non eſt.* Vbi rectè aduertit, peccatum Heli non fuiſſe, quod malos genuerit filios: ſed quòd malos ſuſtinuerit: nam malos aliquando ſanctiſſimi parentes genuerunt; vt Iacob, Samuel, & Dauid; nunquam tamen indulgenter ſuſtinuerunt, vtì ignauiſſimi. Atque hactenus ex D. Chryſoſtomo.

Malos aliquando filios ſanctiſſimi parentes genuere.

16. Theod. *Heli quia contumaces filios à ſacerdotio non amouit, grauiter à Deo punitur.*

Theodoretus, quia non commentarios more interpretis, ſed quæſtiones in libros Regum ſcripſit, potiùs hoc loco inter reliquos Patres, quam inter interpretes referatur. Is igitur quæſt. 10. negligentiam Heli Sacerdotis non leuiter perſtringit: *Filiorum*, inquit, *iniquitas non egebat lenibus medicamentis, ſed acerrimis, & aſperrimis. Oportebat ergo, cum poſt primam, & ſecundam admonitionem perſeueraſſent in nequitia, eos è templi ambitu expellere.* Et paulò pòſt: *Quoniam autem pluris fecit naturam, quàm creatorem, à Deo ei data gratia fuit priuatus.* Vbi gratiæ nomine intelligere videtur, non ſolùm ſupernaturalia dona, quibus animus ornabatur; ſed externa etiam munera iudicis, & Pontificis; imò & ipſam lucis vſuram, quibus omnibus in tantæ negligentiæ pœnam ſpoliatus à Deo eſt. Theodoreto ſubſcribit perpetuus eius aſſecla Procopius. *Heli*, inquit, *licet filios ad honeſta officia hortatus ſit, tamen pro eis pœnas dependit. Non enim lenem illis medelam adhiberi oportebat: ſed poſt vnam & alteram admonitionem à Sacerdotum dignitate amouendi erant. Præſertim cùm aliis etiam leges violandi occaſionem præberent.* Quibus verbis vterque optimum naturalis correctionis ordinem inculcant: vt eum peccatores poſt vnam, & alteram correptionem verbalem non reſipiſcunt, aliqua reali punitione feriantur.

Procop.

17. S. Nilus. *Periculoſas eſſe dignitates eccleſiaſticas, Heli confirmat exemplum.*

Accedit ſanctus Nilus Abbas in libro Aſcetico, vbi loquutus de Prælatorum difficultatibus eos maximè deterret, qui ad dignitates Eccleſiaſticas aſpirant, vel vnius exemplo Heli: *Si ſcirent*, inquit, *quantus ſit labor aliis ſe ducem ad religionem capeſſendam præbere, & quantum inde periculum conſequatur; onus illud grauius, quàm ipſi ſuſtinere poſſent, profectò detrectaſſent. Verùm quoniam hæc ignorant, & aliis præeſſe præclarum exiſtimant; idcirco facilè in barathrum ſe demergunt; & in caminum ardentem deſilire nullum eſſe negotium arbitrantur.* Et paulò pòſt exemplo Heli eos conuincens: *Ab ira*, inquit, *diuina nec grauitas ſenectutis, nec vetus loquendi libertas, nec ſacerdotij dignitas, Heli in filiis corrigendis negligentem liberauit: quomodo ſimilem nunc effugient indignationem, qui cùm nec vllam ex antefactis auctoritatem habeant apud Deum, neque ſciant diſcrimina peccatorum, aut corrigendi rationem, ſine peritia, gloriæ adducti cupiditate, periculoſum opus aggrediuntur?*

18. D. Anton. Abb. *Seueram filiorum educationem parentes docet caſus Heli.*

Adde D. Anton. Abbatem lib. 2. Meliſſarum, ſeu communium locorum, ſerm. 10. de parentibus filiorum educationem neglectim curantibus: *Sacerdos*, inquit, *fuit Heli, ac filios ſuos impiè ſe gerentes reprehendit quidem; ſed quia non ſatis vehementer obiurgauit; pater religioſus pœnam filiorum temeritatis, & iniquitatis luit.* Vbi quamuis Heli religioſus fuerit in ſeipſo, quia tamen fuit erga filios deſidioſus, meritas pœnas dedit: paterna in filios negligentia ſacerdotalem erga Deum pietatem obſcurante. Eandem Heli facilitatem damnat, & pluribus Scripturæ teſtimonijs conuincit D. Damaſc. lib. 3. parallel. c. 40. Item D. Iſid. Peluſ. lib. 1. epiſt. 370. ad Cyrill. Alex. *Si pater*, inquit, *ſum, vt ipſe ait, condemnationem Heli pertimeſco, propterea quòd peccantes filios non caſtigaui.* Vbi Heli negligentiam inſinuat, & quidem tantam, vt eum ſimilem ipſe dicat habuiſſe, non mediocritèr pertimeſcat.

D. Damaſc. D. Iſid. Peluſ.

Sed

19.
D. Ephr. Syrus.
Lenis Heli in filios obiurgatio, & magis ex humano metu, quàm ex diuino amore orta.

Sed totum hoc argumentum mihi videtur D. [A] Ephrem Syrus in Apologia Heli ſibi tanquàm proprium vendicaſſe. Vbi multus eſt in hac eius lenitate erga filios reprehendenda: *Quam*, inquit, *arbitratus eſt admonitionem, non eſt admonitio; ſed ſocordia, & negligentia eius in Deum amoris: eo quod nimia indulgentia, conniuentiaque terminus contineretur ipſius Heli modus.* Et paulò pòſt addit, Heli etiam hanc, qualem qualem, obiurgationem filijs intuliſſe, non tam charitatis ſtudio, quàm populi metu incitatum: *Fortè*, inquit, *populi impetum veritus, ita loquutus eſt: vt ſcilicet animos eorum, qui filiis reclamabant, emolliret, atque placaret.* Quod probat, quia ſi zelo duceretur, verbis non ſiſteret, [B] ſed in verbera prodiret: *Si ipſi*, inquit, *diuinus cultus cordi fuiſſet, nullo ſanè modo tantum a filiis damnum, ſceluſque ſuſtinuiſſet; quin potius illud è veſtigio, & propria è domo arcere contendiſſet. Veriùm detentus filiorum illecebris, iure eſt iracundiam, quam in illos Deus oſtendit, expertus.* Et vlteriùs confirmat, tantùm abfuiſſe, vt Heli debitam filijs obiurgationem inferret, vt potiùs ne obiurgaſſe quidem vllo modo videretur; Scriptura teſtante: *Eo quòd nouerat indignè agere filios ſuos* (ſeu, vt ipſe legit, *Maledicere Deo filios ſuos*) *& non corripuerit eos*, cap. ſeq. numer. 13. *Non enim*, addit Ephrem, *diuino tangebatur zelo, ſicut ſancti illi Patres: aliorum enim indulgentiam rebus præſtantioribus antepoſuit.*

20.
Summus in D. Paulo iuſtitiæ zelus.
D. Ephr. Syr.

Ad quam ignauiam confundendam promit idem S. Ephrem exempla principum Apoſtolorũ. Nam Diuus Paulus, quamuis totus eſſet ad manſuetudinem propenſus, ad charitatem effuſus, ac denique viſcera miſericordiæ haberet: tamen vbi cuiuſdam externi improbum facinus audiuit, iuſtitiæ zelo ſic exarſit, vt eum tradiderit *Satanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit*, 1. Corinth. 5. num. 5. Item Diuus Petrus, quamuis ex propriæ conſcientiæ peccato peccatoribus condolere, & indulgere didicerit: tamen vbi vidit duos illos coniuges Ananiam, & Saphiram, ad ipſum Deum contemnendum prorepſiſſe, tanto diuini honoris ſtudio flagrauit, vt vtrumque in interitum coniecerit repentinum, Act. 5 à numero 5. *Hic verò*, inquit Ephrem, *Sacerdos cum eſſet, poſſétque coercere; pro nihilo hanc tantam eorum iniquitatem duxit: nullámque eis, qua refrænarentur, diſciplinam dedit, non alapam, non verba duriora*, &c. Tandem arguit Sacerdotem non ſolum vt in filios indulgentem, ſed etiam vt in Deum contumacem: quippe qui à Deo ſemel, atque iterum admonitus, vt ab ea in filios ſomnolentia edormiſceret, & in eorum correptionem ſedulus excubaret, expergiſci nunquam voluit: *Quis igitur*, inquit, *hunc ſceleris expertem iudicauerit? Et licèt ab omnium cognitore Deo didiciſſet, prolatam aduerſus ipſum ſententiam: non tamen ab illa in filios abſurditate, atque incredulitate receſſit.* Hæc pluráque alia Ephrem ſuis deinde locis inculcanda. En Græcorum Patrum cenſura.

Simile D. Petri exemplum.

Heli deſidia verbis tantum, nõ verberibus filios puniens.

Heli in Deũ etiam manifeſta contumacia.

Patres Latini acerrimi Heli obiurgatores.

21.
Tertull.
Impudentia filiorũ Heli, propter eius ſocordiam in patrem refunditur

Mitiores non exiſtunt Patres Latini in Sacerdotem Heli obiurgatores: ſed pari fermè orationis acerbitate in eum inuehuntur. In primis Tertullian. lib aduerſùs Pſychicos, cap. 16. videtur eum conſtituere, ſicut eiuſdem pœnæ, ita & eiuſdem culpæ cum filijs conſortem, iuxta vulgarem regulam (qui aliorum culpas, cùm debeat, [A] non emendat, facit. Igitur Tertullianus: *Eliditur*, inquit, *pro templi foribus ſenior Heli; filij eius in acie ruunt; nurus expirat in partu. Hanc enim meruerat à Deo plagam domus impudens ſacrificiorum carnalium defraudatrix.* Vbi impudentia, & irreligioſitas, & iniuſtitia filiorum Heli, quod ab eo, vt par erat, non corriperentur, in ipſum patrem, ac totam eius familiam refunduntur.

22.
D. Auguſt.
Dominandi virtutem per animi negligentiam perdidit Heli.
Prælatus ametur pariter, & timeatur.

Diuus Auguſtinus tom. 9. de duodecim abuſionum gradibus tractat. 3. (ſi eius eſt illud opus, tanto quidem auctore non indignum: *Sæpe*, inquit, *dominandi virtus per animi negligentiam perditur; ſicut de Heli Sacerdote factum fuiſſe comprobatur. Qui dum per ſeueritatem iudicij peccantes filios non* [B] *coercuit, in eorum vindictam Dominus, velut conſentienti non pepercit.* Et ſtatim monet, Prælato opus eſſe, & amore, & timore paſſiuo, vt ita loquar, ſeu, vt ametur, & timeatur; nec ſine amore, durus ſit ac violentus: ſine timore, languidus, ac remiſſus: *Per beneficia ergo*, inquit, *& affabilitatem procuret, vt diligatur: & per iuſtas vindictas non propriæ iniuriæ, ſed legi Dei ſtudeat, vt metuatur.* Vbi diligenter notandum eſt illud diſcrimen propriæ iniuriæ, ac diuinæ; ad hanc enim vindicandam Prælatus acerrimus, & ſeueriſſimus eſſe debet, ad illam ignoſcendam promptiſſimus, ac ſuauiſſimus.

Dei iniurias puniat Prælatus; proprias remittat.

23.
Reprehenduntur, qui ne amari ſint hominibus, eorum peccata diſſimulant.
D. Ambr.

Breuius hanc Heli negligentiam, ſed quantum [C] ſatis eſt, carpit, & perſtringit D. Ambroſ. in 1. Corinth 5. ibi: *Non eſt bona gloriatio veſtra.* Vbi D. Paulus ſeueriſſimè inuehitur in eos Doctores, qui de vnius peccatoris lapſu in ſcelus grauiſſimum non dolebant, ſed exultabant: nec lethaliter ægrotantem curabant, ſed negligebant. Hos igitur Doctores ſimiles facit D. Ambroſius Sacerdoti Heli: nam loquutus de illo peccato, cuius auctorem D. Paulus in Satanæ tradidit poteſtatem: *A quo*, inquit, *crimine mali Doctores, aut diſſimulabant, aut negligentius arguebant (ſicut Heli Sacerdos filios ſuos peccantes in Deum) ne amari eſſent hominibus.* Si igitur grauiſſima fuit horum Doctorum negligentia, impunitum relinquentium eum peccatorem, quem Apoſtolus diabolo tradendum iudicauit: quantam fuiſſe oportet negligentiam Heli, quem illi imitati [D] delinquebant?

24.
Prælati in ſubditis corripiendo deſides, cum illis puniuntur.
D. Hier.

Sæpiùs, & acriùs in hanc præpoſteram clementiam, & verè negligentiam Heli incurrit D. Hieronymus: nam lib. 1. aduerſùs Pelagianos poſt medium, circa illa verba Apoſtoli: *Filios habens fideles, non in accuſatione luxuriæ*, &c. ad Tit. 1. num. 6. Prælatos monet, vt filios ſeueriſſimè corripiant, ne pariter cum Heli pœnis ſubijciantur: *Qui*, inquit, *corripuit, & punitus eſt; quia non corripere debuit, ſed abijcere.* Et ſtatim ad alios Sacerdotes, ac Prælatos Heli fortè deteriores, ac negligentiores hanc ſententiam detorquet: *Quid faciet*, inquit, *qui* [E] *gaudet ad vitia, qui emendare non audet, qui conſcientiam ſuam non metuit: & quod cunctus populus clamitat, neſcire ſe ſimulat.* Idem in epiſtola 7. ad Lætam: *Heli*, inquit, *Sacerdos offendit Deum ob vitia liberorum.* ſcilicet, quia illos peccantes non corripuit, qua ſeueritate oportebat. Et propterea docet ex D. Paul. 1. Timoth. 3. numero 4. indignos eſſe Epiſcopos ſua dignitate, qui filios in omni caſtitate non conſeruent; quòd effrænium liberorum peccata in parentes deſides, ac ſocordes reuocentur. Optima verò eſt illa D. Hieronymi obſeruatio, ſicut parentes per filiorum impudicitiam damnantur; ita per continentiam ſaluari, iuxta illud Apoſtoli: *Saluabitur mulier per filiorum generationem, ſi permanſerint in fide, & dilectione, &*

Parentes ſicut per filiorum impudicitiam damnantur, ita per eorũ continentiã ſaluantur.

ſancti

A *ſanctificatione, cum ſobrietate*; ſeu, vt ipſe legit, *cum pudicitia*, 1. Timoth. 2. num. 15. Vnde in epiſt. 9. ad Saluinam, optime argumentatus: *Heli*, inquit, *Sacerdos offendit Deum ob vitia liberorum: ergo è contrario placatur Deus virtutibus eorum, ſi permanſerint in fide, & charitate, & ſanctitate, cum pudicitia.* Nec immeritò: nam ſi parentum negligentia in filijs corripiendis facit, vt filiorum culpæ, ac pœnæ in parentes infundantur: parentum diligentia in filijs inſtruendis, cur non efficiat, vt filiorum virtutes, & coronæ, ſeu merita, ac præmia parentibus imputentur?

25. *D. Hier.* *Filiorum malitia ex parentum ſanctitate non excuſatur; imò hæc ex illa obſcuratur.*

Rurſus in epiſt. 48. ad Sabinianum, qui cùm peſſimè prolapſus fuerit, ſuis ſe de peccatis conſolabatur, propter ſanctitatem Epiſcopi, à quo B fuerat initiatus, rectè docet, non excuſari filiorum malitiam ex parentum innocentia; ſed potiùs hanc ex illa obſcurari: *Et Heli*, inquit, *Sacerdos ſanctus fuit, ſed habuit filios, qui in ſimilitudinem tui, impudenter ſibi Dei miniſterium vendicabant. Quanquam, & ipſe Heli dum eſt nimium lenis in filios, offendit Deum: tantùmque abeſt, vt te valeat Epiſcopi tui iuſtitia liberari, vt timendum ſit, ne propter te de ſelia ſuo corruens pereat inſanabilis.* Alludens ad lapſum Heli de ſella, ex quo interijt. Et lib. 3. comment. in epiſtol. ad Epheſ. cap. 6 num. 4. ibi: *Patres, nolite ad iracundiam prouocare filios veſtros, ſed educate illos in diſciplina, & correptione Domini*, quantam in hac parte & culpam, & pœnam incurrerit Heli, iterum oſtendit: C *Heli*, inquit, *Sacerdos ipſe ſanctus fuit; ſed quia filios ſuos ipſe erudiuit in omni diſciplina, & correctione, ſupinus cecidit, & mortuus eſt. Et certè corripuerat dicens, quare facitis*, &c. Vbi virum ſanctum, ſed malorum patrem, ſimilem eſſe dicit illis patribus, de quibus Iſaias cap. 2. num. 6 *Pueris*, inquit, *alienis adhæſerunt*, ſeu, vt habent Septuaginta, *Filij multi alienigenæ facti ſunt eis.* Quid mirabilius, quàm ex indigenis naſci alienigenas; ac ſi ex Luſitanis Africani naſcerentur? Sed planè deſidia parentum alioqui iuſtorum in filijs coërcendis facit, vt filij non patrios, ſed externos mores imitentur. Tandem lib. 1. aduerſus Iouinianum in illud Apoſtoli de Epiſcopo: *Filios habentem ſubditos cum omni caſtitate*, 1. Timoth. 3. D numero 4. *Vide*, inquit, *quanta pudicitia exigatur in Epiſcopo, vt ſi filij eius impudici fuerint; ipſe Epiſcopus eſſe non poſſit: & eodem modo offendat Deum, quo offendit Heli Pontifex; qui corripuerat quidem filios, ſed quia non abiecerat delinquentes, retrorſum cecidit, & mortuus eſt.*

Parentum alioqui iuſtorum ignauia, filios moribus alienigenas reddit, & extraneos.

Prælatorum pudicitia, & dignitas, ſubditorum incontinentia obſcuratur.

26. *D. Greg.* *Diuina iuſtitia in Heli puniendo cum miſericordia temperata.*

Diuus Gregorius non ſemel hanc Heli negligentiam inculat. Nam, vt interim omittam, quæ ad hunc locum tradidit infrà ad caput 14. huius libri, num 45. ibi: *Ergóne Ionathas morietur?* oſtendit diuinam iuſtitiam in Heli corripiendo cum miſericordia temperatam, vt ſic illum quatenus E in ſe virum probum leniùs tractaret, quatenus in filios patrem negligentem ſeueriùs puniret: *Heli*, inquit, *vita propria iuſtus, ſed authoritate paſtorali remiſſus: à viro Dei audiuit: Pars magna domus tuæ morietur, cùm ad virilem ætatem peruenerit: verumtamen non auferam penitùs ex te virum ab altari meo. Vt ſacra Scriptura hic apertè monſtraret, & pro diſſolutione percuſſum, & pro præterita conuerſatione reſpectum.* Quamuis ibidem paulò pòſt ſignificare videatur D. Gregorius Heli non ſolam doctrinæ negligentiam, ſed *qualemcumque vitæ immunditiam* habuiſſe; propter quam ex parte percuti meretur. Quod etiam ſignificat homil. 12. in Ezech. ad illa verba: *Eris mutus, nec quaſi vir obiurgans. quia domus exaſperans eſt*, Ezech. 3. num. 26. quatenus docet hoc

Ad patris, & filiorum pœnã hæc Heli taciturnitas à Deo præmiſſa.

A Heli in filijs arguendis ſilentium fuiſſe quoddam veluti ſupplicium diuinæ iuſtitiæ ad negligentem doctorem, & impudentes auditores puniendos; atque adeò iam ante hoc ſilentium aliquam in Heli culpam ſupponit, ob quam ille fieri mutus ad ſuum munus obeundum permitteretur: *Propter malos auditores*, inquit, *& indignam vitam eorum, qui docere debuerant, ſermo doctrinæ ſubtrahitur: ſicut Heli ad corrigendos filios diſtrictæ increpationis verbum non habuit, quia & eius negligentia, & filiorum exigebat vita, vt cum eis & populus caderet, & arca capta ad Allophilos tranſiret. Magna enim omnipotentis Dei eſt gratia, cùm iniquè agentibus, durus à doctoribus ſermo increpationis profertur.* Itaque ex mente Gregorij in patris, & B filiorum pœnam hæc Heli taciturnitas permittitur; vt dum neque ille corripit, neque hi corripiuntur; inflictas à Deo pœnas ſeueriores patiantur. Tandem 2. part. paſt. cap. 6. *Qui*, inquit, *falſa pietate ſuperatus ferire Heli delinquentes filios noluit apud diſtrictum iudicem, ſemetipſum cum filiis crudeli damnatione percuſſit.* Quem locum totidem verbis tranſtulit Beda tom. 7. ſerm. in natali S. Bartholomæi, vbi hanc Heli in filios indulgentiam rectè vocat falſam pietatem; vera enim pietas in filijs arguendis, & puniendis conſiſtit. Vocat item crudelem damnationem, quam ſubijt Heli; non prout à diuina iuſtitia inflictam, ſed prout ab humana malitia deriuatam: peccator enim ſibi crudelis eſt ſuorum ſuppliciorum machinator.

Magnum Dei beneficiũ eſt dura peccatorum reprehenſio. *Falſa Heli pietas in filios.*

Beda.

27. *D. Leo.* *Prælati dum peccatis aliorum nimium parcunt, ſeipſos condemnant.*

C Diuus Leo in epiſtol. 76. ad Anatolium Epiſcopum, acerrimè inſectatus eos Prælatos, ac Sacerdotes, qui non iraſcuntur aliorum peccatis, ſed blandiuntur, exemplo Heli eos deterret: *Abiicienda*, inquit, *prorſus peſtifera hæc à ſacerdotali vigore patientia eſt, quæ ſibimet, peccatis aliorum parcendo, non parcit. Sicut Heli quondam Sacerdos filiorum ſuorum delicta tolerando, cum ipſis diuina iuſtitia ſententiam meruit experiri; quia ſegni indulgentia diſſimulauit plectere peccatores.* Crudeliſſimi igitur ſibi ſunt, qui alijs eſſe volunt humaniſſimi: & dum præpoſteram patientiam ſeruant, feralem peſtilentiam nutriunt.

28. *Eucher.*

Accedit Eucherius lib. 1. in hiſtor. Regum, aut D quiſquis eſt illius author operis, quòd falsò tribuitur Eucherio, qui ſine dubio fuit multò antiquior, quàm qui illud opus edidit. Is igitur quiſquis fuerit, non leuiter carpit huius Sacerdotis in filios indulgentiam: *Heli*, inquit, *Sacerdos pro eorum* (hoc eſt, filiorum) *iniquitate damnatus eſt, quòd eos peccantes minùs ſeuera animaduerſione plectebat. Equidem coercuit: equidem corripuit, ſed lenitate & manſuetudine patris, non ſeueritate, & authoritate Pontificis.* Ex quo euentu negligentes animarum curatores deterret, ne de ſua ſibi innocentia placeant, ſi aliqua in ſubditos negligentia vtantur: *Qua ſententia*, inquit, *diſcant Sacerdotes quomodo filiorum etiam propter* E *ſcelera puniantur quoque, & quamuis ſancti ſint, culpa tamen ſubditorum eiſdem, ſi non coerceant, imputatur.* Quibus omninò verbis vtitur Diuus Iſidorus ad eandem Heli ignauiam reprehendendam, & aliorum Prælatorum in ſuos ſubditos negligentiam excitandam.

Prælati, & ſacerdotes, alioqui iuſti, propter ſubditorum ſcelera, quæ non arguunt, puniuntur.

D. Iſid.

29. *D. Anſelm.* *Prælatorum caſtitas, & dignitas ſubditorum incontinentia obſcuratur.*

Diuus Anſelmus in 1. Timoth. 3. num. 4. ibi: *Filios habentem ſubditos cum omni caſtitate*; loquutus cum Apoſtolo de Epiſcopo: *Tanta*, inquit, *ab eo caſtitas exigitur, vt ſi filij eius caſti non fuerint, ipſe Epiſcopus eſſe non poſſit: & eodem vitio offendat Deum, quo offendit, & Heli Pontifex, qui corripuerat quidem filios ſuos; ſed quia non abiecerat delinquentes, retrorſum cecidit, & mortuus eſt.* Et rurſum in Elucidario ante medium: *Legitur*, inquit,

de

de Heli, quod quia filiis praue agentibus conſenſerit, & eos tepide ſuper tranſgreſſione corripuerit; mortem corporis incurrerit. Et ſtatim inuehitur in Epiſcopos, qui non ſolùm ſuorum peccatis tacendo conſentiunt; ſed etiam fauendo patrocinantur: quos dicit non vt Heli, in temporariam mortem, ſed in æternam præcipitandos.

30. *D. Cæſ. Arel. Prædicatio, & reprehenſio aſpera, animarum medicamentum: lenis, nocumentũ.*

Diuus Cæſarius Epiſcopus Arelatenſis homil. 15. de aſpera animæ admonitione: *Prædicatio*, inquit, *aſpera ægrotis medicamenta prouidet, ſanis ornamenta componit.* Et paulò pòſt magna huius aſperitatis commoda, & oppoſitæ lenitatis incommoda proſequutus: *Ideo*, inquit, *fratres chariſſimi, quoties vobis aliqua pro ſalute animæ veſtræ humiliter ſuggero; abſoluo apud Dominum conſcientiam meam. Timeo enim, & nimium expaueſco Heli Sacerdotis exemplum: qui pro eo, quòd audiens filios ſuos adulteria committere, diſſimulauit eos aut cædere, aut à communione ſuſpendere, ſed tantùm leniter admonuit, &c. Et non cum grandi ſeueritate diſtrinxit: & ipſe retrò cadens de ſella, fractis ceruicibus, mortuus eſt, & nomen eius de libro vitæ deletum eſt. Ecce quàm graue malum factum eſt per negligentiam Sacerdotis.* Vbi expende illud, *nomen eius de libro vitæ deletum.* Quod negligentiam Heli in filijs arguendis adeò grauem fuiſſe ſignificat, vt ſentire videatur pro illa non ſolùm mortem temporariam incurriſſe, ſed etiam æternam. Quod tamen ad cap. 4. mitiùs interpretabor.

31. *Rupert. Cur contumaces filios ab ipſis parentibus accuſari Deus præcipiat.*

Optimè circa hanc Heli negligentiam mihi videtur philoſophari Rupertus lib. 1. In Deuteronom. cap. 11. expendens illam legem, qua iubentur parentes ducere ad ſeniores ciuitatis, & ad portam iudicij accuſare *filium contumacem, & proteruum, qui non audierit patris, & matris imperium, & coercitus obedire contempſerit*, Deuteronom. 21. numero 18. Cur enim non alios contumacium accuſatores requirat lex, quàm ipſos eorum parentes, qui in cauſa filiorum ſuſpectæ beneuolentiæ teſtes, & iudices cenſentur? Optimè quidem Rupertus: *Grauis*, inquit, *& matura ſententia ſanctæ legis, teneros falſæ pietatis affectus, à cordibus patrum erga filios ne habeantur, excludit. Nam in cauſa Dei nec filium pater ſapiens agnoſcit.* Et ſtatim huius legis veluti tranſgreſſorem conſtituens Sacerdotem Heli: *Quam legis*, inquit, *auctoritatem, quia ſenex Heli neglexit; idcirco in pauendum vitæ periculum incidit. Nunquid enim tam molliter dixiſſe contentus eſſe debuit, quare facitis res eiuſmodi, &c. Nónne armaturam zeli, qualis, vel quanta ſuper filios inobedientes eſſe debuerit, Sacerdos longæuus ex iſta legis lectione ſcire potuit? Rectè igitur, quamuis dixiſſet: Nolite filij mei, &c. Rectè, inquam, arguitur non corripuiſſe filios. Neque enim corripuit, qui non legitimè corripuit.*

In cauſa Dei nec filium pater ſapiens agnoſcit.

Contumaces filios à paterna domo eijciendos, ſuo Deus docuit exemplo.

Et paulò poſt docet, adeò neceſſariam eſſe contumacium filiorum correptionem, imò & è paterna domo expulſionem, vt eam Deus non ſolùm præcepit lege, ſed etiam firmarit exemplo: *Cætera*, inquit, *peccata toleranda ſunt in domo Dei; contumaces autem, & proteruos filios ſeueritas patrum ſapientum obruit, vt auferat malum de medio ſui, cum præſenti auctoritate legis Domini, imo proprio exemplo Dei, qui inobedientes filios, primos homines, ſcilicet, de Paradiſo expulit.*

32. *D. Elig. Nouiom. Phinees ſacerdos propter Dei zelum æternam gloriam eſt adeptus: Heli propter negligentiam æternam ignominiam.*

Diuus Eligius Nouiomenſis Epiſcopus homil. 15. rectè inter ſe componit, & opponit duos Sacerdotes, Heli, & Phineem; hunc acerrimum diuini honoris zelatorem, illum ignauiſſimum contemptorem: & ex vnius ignauia cæteros Sacerdotes deterret; ex alterius zelo ſtimulat, & accendit, vt ſuo munere rectè defungantur: *Vos*, inquit, *Sacerdotes perpendite, quæ mala, negligens Heli Sacerdos perpeſſus eſt; & quam gloriam Phinees, qui zelo Dei commotus eſt, ipſo remunerante, perceperit. Et ideò quanto poteſtis ſtudio procurate, vt animæ vobis commiſſæ, in futuro iudicio potius æterna gloria perfrui mereantur, quam in exteriores tenebras proijciantur.* Quòd ſi Phinees immortalem gloriam ſæuiendo in peccatores obtinuit: quid Heli peccatoribus blandiendo, niſi æternam ignominiam reportarit?

33. *S. Sixt. Papa. Nullum ſua dignitas peccatorem à diuino eripit vindictæ.*

Sanctus Sixtus Papa in epiſtola de malis doctoribus, loquutus de peccatorum ſupplicijs, & oſtendens nullius tantam eſſe poſſe dignitatem, quæ eum peccantem à pœnis eripiat, proponit multorum exempla, qui in ſumma dignitate ſuorum criminum pœnas non euaſerunt, *Vt filij*, inquit, *Aaron, quos quia alienum ignem obtulerant, flamma cæleſtis abſumpſit; nec ſingularis culpæ offenſam ſacerdotalis adimere dignitas valuit. Vt Heli Sacerdos, qui ob negligentem, & minus ſeueram filiorum correptionem, mortis ſupplicio iudicatus eſt*, &c. Quod ſi minùs ſeuera correptio tantam meruit pœnam; quid nimis remiſſa, qualis re vera fuit, qua Heli vſus eſt?

34. *D. Hild. Qui Prælati lenitate abutuntur, exigunt ſeueritatem.*

Sanctus Hildebertus Cœnomanenſis Epiſcopus epiſtol. 74. ad quendam Eccleſiaſticum, qui lenitate Pontificis abuſus, ſeueritate indigebat: *Væ mihi*, inquit, *cui nihil eſt, quo poſſim meam purgare tarditatem. Legeram enim, væ his, qui conſuunt puluillos ſub omni cubito manus; & faciunt ceruicalia ſub capite vniuerſæ ætatis ad capiendas animas*, Ezech. 13 numero 18. *Legeram, verba ſapientum, ſicut ſtimuli, & quaſi claui in altum defixi.* Eccleſiaſtes 12. numero 11. *Porrò dum blandis, & lenibus, quibus te tibi redderem, indulſi; cubito tuo quaſi puluillum ſuppoſui: quaſi ceruical, quo capta eſt anima tua, feci. Tali puluillo, talique ceruicali circa filios delinquentes vſus eſt Heli.* Et ſtatim propoſito negligentis Sacerdotis ſupplicio, ſubdit: *Ne igitur eodem plectar exceſſu, patrem exuens, indui Pontificem: blanditias increpationibus mutaui, pro lenibus aſpera mutuatus: vt ſi contemnis tibi me proximum effici, ego ipſe mihi proximus efficiar.* Sicut enim pax, quæ à ſalutato non recipitur, in ſalutantem reuertitur, Lucæ 10. numero 6. ita correptio, quæ correpto non prodeſt, proderit corripienti: & quem proximi munus exercentem, is, qui corripitur, contemnit, ſibi proximus, efficitur, dum ſuo corripiendi officio non deeſt.

35. *Gildas. Heli, quia filios verbis tantùm, non digna vltione corripiebat, arguitur.*

Gildas ſapiens in libello de acri correptione, in Eccleſiaſticum ordinem: *Quid*, inquit, *profuit Heli Sacerdoti, quòd ſolus non violauerit præcepta Domini, rapiendo in fuſcinulis, antequam adeps Domino offerretur ex ollis carnes, dum eadem mortis ira, qua filij multatur?* Et paulò inferiùs: *Heli*, inquit, *Sacerdos pro eo, quòd non digno Deo zelo ſeuerè in filios contemnentes Deum vltus fuerat, ſed molliter, & clementer, vtpote paterno affectu monuerat, tali animaduerſione damnatur*, &c. Et ſtatim egregiè concludens: *Si hæc*, inquit, *patiuntur, qui verbis tantùm ſubiectos, & non digna vltione emendant; quid ipſis fiet, qui mala hortantur, & peccando attrahunt?* Vbi multa de hac re.

36. *D. Innoc. Pap. Subditorum exceſſibus corrigendis inuigilent Prælati.*

Diuus Innocentius tertius Papa lib. 5. conſtitut. Decretalium conſtitut. 14. *Licèt*, inquit, *Heli ſummus Sacerdos in ſe bonus exiſteret; quia tamen filiorum exceſſus efficaciter non corripuit, & in ſe pariter, & in ipſis animaduerſionis diuinæ vindictam excepit.* Et poſt pauca ex vnius infortunio cæteros monet, vt cautiores reddantur: *Ad corrigendos*

igitur

igitur, inquit, *ſubditorum exceſſus, tantò diligentius debet Prælatus aſſurgere, quanto damnabilius eorum offenſis deſereret incorrectus.*

37. *Seu. Sulp. Quas pœnas Heli filijs nō intulerat, in ſe ipſe eſt paſſus.*

Seuerus Sulpirius lib. 1. ſacræ hiſtoriæ: *Samuel*, inquit, *Heli Sacerdoti, iram denunciat, ob vitam filiorum, qui ſacerdotium patris in quæſtum verterant; munera à ſacrificantibus exigentes; quanquam plerumque eos pater increpaſſe referatur: ſed lenior obiurgatio nō ſatisfecerat diſciplinæ.* Et ſtatim proſequitur pœnas ex hac Sacerdotis negligentia ſubſequutas, vt quas filijs non intulerat, in ſe ipſe pateretur.

38. *D. Thom. Non ſolum crimina patrantes, ſed etiam conſētientes damnantur.*

Diuus Thomas in epiſt. ad Roman. c. 1. lect. 8. in fine, rectè explicat exemplo Heli illud Apoſtoli: *Qui talia agunt, digni ſunt morte: non ſolùm qui ea faciunt, ſed etiam, qui conſentiunt facientibus*, Rom. 1. n. 32. Nam Heli capitali pœna damnatus eſt, non quòd prædicta ab Apoſtolo crimina patraret; ſed quod patrantibus conſentiret. Quod dupliciter, inquit ſanctus Doctor, fieri poteſt. Vno modo directè, vel laudando peccatum, iuxta illud: *Laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ*, Pſal. 9. ſeu 10. apud Hebræos, n. 3. vel etiam præbendo conſilium, & fauorem, iuxta illud: *Impio præbes auxilium*, 2. Paral. 19. n. 2. *Altero, indirectè, quando non reprehendit, aut impedit quocunque modo, ſi poteſt, & præcipuè ſi ex officio incumbat; ſicut peccata filiorum imputantur Heli.* Itaque bonus alioqui pater propter indulgentiam in filios, peccatorum, quæ filij committebant, reus tenebatur; & pariter cum illis plectebatur.

Duobus modis peccantibus poteſt conſentire.

39. *D. P. Dam. Heli ſacerdotiū amiſit, quia dignis filios ſupplicijs non affecit.*

Tandem D. Petrus Damianus non ſemel huius Pontificis ignauiam perſtringit. Nam in epiſt. 12. ad Nicolaum Pontificem de continentia Sacerdotum, cap. 3. in tom. Biblioth. 2. editionis, quæ in proprio tomo eſt ſexta primi libri: *Heli*, inquit, *quia filiorum peccata cognouit, ſed eos inuectione, qua digni erant, acerrima non corripuit: eiſdem filiis à Philiſthiim in bello peremptis, ipſe quoque de ſella retrorſum cecidit, fractiſque ceruicibus expiauit.* Et paulò pòſt: *Et quidem redarguit, & corripuit: ſed lenitate, & manſuetudine patris, non ſeueritate, vel auctoritate Pontificis.* Et plura de hac re proſequitur, partim ſuperioribus iam inſerta, partim inferioribus inſerenda. Rurſus lib. 7. epiſt. 3. ad Henricum Romanorum Regem: *Heli*, inquit, *ſacerdotij dignitate detruditur; dum non intentat filiis verbera, ſed blanditur: vtcumque tamen corripuit illos, ſed lenitate patris, non auſteritate Pontificis: atque idcircò ceruicibus effractis occubuit, quia peccantibus inclementer indulſit.* Et eodem lib. 11. epiſtol. ad Gothfredum Ducem, poſtquam docuit mitiores eſſe debere principes Eccleſiaſticos, quàm temporales, ſubdit: *Quanquam, & Sacerdos*, inquit, *ſi immoderata circa ſubiectos pietate reſoluitur, & ipſe ſententia diuini furoris non immeritò condemnatur. Nam Sacerdos erat Heli, de quo dictum eſt ad Samuelem*, &c. Et refert pœnam illi diuinitus inflictam propter nimiam eius in filios pietatem.

40. *D. Bened. Subditorum exoriētia adhuc peccata amputanda.* Ioan. Trith.

Ad hæc D. Benedictus in ſua regula, cap. 2. Abbatibus præcipit: *Ne diſſimulent peccata delinquentium, ſed mox, vt oriri cœperint, radicitus amputent, memores periculi Sacerdotis Heli.* Vbi non obſcurè inſinuat huius negligentiam Sacerdotis. Quam Ioannes Trithemius in commentario eius regulæ apertius indicat: *Heli*, inquit, *falſa pietate cæcatus filios peccantes corrigere neglexit: qua in re, & ipſum, & filios mala morte periiſſe conſtat.* Rurſus idem Trithemius oratione 4. de cura paſtorali, Abbatem alloquutus, & ad iuſtam ſeueritatem adhortatus: *Memento*, inquit, *quid Heli Sacerdoti acciderit, qui delinquentes filios non correxit. Pro eorum peccato damnatus eſt: quoniam quos ſacerdotali auctoritate corrigere debuit, pernicioſa compaſſione incorrectos dereliquit.* Nec deeſt huic doctrinæ ſuum ex iure Canonico firmamentum. Nam 1. part. Decretalium, d. 37. cap. 5. aliiſque locis ibi à gloſſa citatis hæc Heli in filios negligentia damnatur.

Ex iure Canonico hæc Heli in filios deſidia confirmatur.

41. *Pernicioſa Heli in filios lenitas concluditur.*

Ex his patet concors Patrum in Heli arguendo conſenſus. Quanquam enim plerique ex citatis eius innocentiam, quoad priuatas illius actiones tueantur; & nunc ſanctum, nunc mirabilem, nunc inculpatum, nunc irreprehenſibilem, pluribúſque nominibus admodum honorificis condecorent: quanquam item, eius, qua ad filios vſus eſt, orationem, vt grauem, & ſeueram, & maturam, omnibúſque ad perſuadendum præſidijs munitam, laudent, & commendent: adhuc tamen omnes eò conueniunt vt dicant, Heli à debita in filios ſeueritate deflexiſſe. In quo igitur hæc illius ignauia, & deſidia conſiſtat, ſequenti ſectione expendendum.

SECTIO II.

In qua re Heli remiſſus, & ignauus fuiſſe conuincatur.

1. *Heli admonitio, quia nimium lenis reprehenditur. Triplex huius admonitionis defectus.*

NOn quòd filios non admonuerit, ſed quòd debitam in admonendo ſeueritatem non adhibuerit. Tria verò ſunt, in quibus mihi videtur illa Sacerdotis admonitio à debita ſeueritate defeciſſe. Vnum, quia fuit ſera, cùm debuerit eſſe feſtina. Alterum, quia fuit ſecreta, cum debuerit eſſe publica. Tertium, quia fuit blanda, non quidem verbis, vt dixi, ſed alijs duobus principijs, ſtatim expendendis. Singulos defectus ſeorſim explicemus.

Primus admonitionis defectus.

2. *Heli admonitio fuit ſera, cum feſtina eſſe debuerit.*

FVit ſera, cum feſtina eſſe debuerit. Nam ſcelera filiorum Heli totum iam Iſraëlem occupauerant, vt ex num. 14. 22. & 23. conſtat, cùm primùm ad parentis aures appulerunt. Ac ſi in filiorum diſciplinam dormire parens videretur: nec niſi magnis totius populi clamoribus excitatus euigilaret. Vnde cùm malo occurrere voluit, non valuit; quia iam tunc veneni vis antidoti efficacitatem ſuperabat. Optima eſt illa D. Hierony. admonitio in epiſt. 22. ad Euſtochium & de cuſtodia virginitatis: *Dum*, inquit, *paruus eſt hoſtis, interfice: nequitia, ne zizania creſcant, elidatur in ſemine.* Eandem rem ſimilibus metaphoris illuſtrat D. Cyrillus Hieroſol. catecheſi 2. de pœnitentia: *Priuſquā*, inquit, *floreat, radicitus erue malum; ne ſi ab initio neglexeris, poſtea nequicquam incidas, & ignem magis excites. Lippitudinem inceptantem tempeſtiuè cura, ne cùm excæcatus fueris, tum demum fruſtra medicum quæras.*

D Hier. *Malam initio reſecandum.*

D. Cyrill. Hieroſol.

3. Bachiar. *Diuturna mala difficilè curantur. Rarò in ſacrificijs pecora ſenio confecta offerebantur.*

Bachiarius in epiſt. ad Ianuarium, monens, vt peccatis, antequam creſcant, medicina adhibeatur; ne ſi diu relinquantur incurata, incurabilia efficiantur: *Aſpice*, inquit, *quòd nuſquam in ſacrificiis pecora ſenio confecta iugulantur, ſed vbique aut agnus, aut vitulus, aut hircus immolatur; id eſt, tenera adhuc, & parua, vel modica peccata.* Quibus verbis oſtendit, difficillima eſſe curatu ea mala, quæ longa conſuetudine conualeſcunt; ideóque antequam roborentur, iugulanda. Quod tamen non tollit, quominus etiam diuturna peccata ali-

quando

quando eradicentur; licèt multò difficiliùs: quo pacto & pecora iam effœta aliquando, licèt rariùs, ad ſacrificium admittebantur. Beatum dicit Propheta, *qui allidit paruulos ſuos ad petram*, Pſalm. 136. num. 9. hoc eſt, qui prauos affectus, antequam in diuturnam abeant conſuetudinem caſtigat, ne adoleſcant. *Et tu*, inquit Bachiarius, *expectas, donec gigas tuus inimicus efficiatur?* Quaſi diceret, Rem prorſus indignam, ac periculoſam.

4\. *Parua mala neglecta ſæpè maiora euadunt.* D. Chryſ.

Vlteriùs hac de re philoſophatur D. Chryſoſt. in Pſalm. 6. ad finem. *Furentem*, inquit, *equum niſi quis citò repreſſerit, citò peribit. Medici venenum ſerpens, & emanans, maxima celeritate, ne vlterius progrediatur, ſiſtunt, eius vitium incidentes. Hoc autem nos quoque faciamus; & quod in nobis eſt, vitium, maxima celeritate reprimamus; ne vlterius progrediens morbum augeat. Neglecta enim peccatorum vulnera ſæpè maiora euadunt.* Et paulò poſt: *Iudas ſi pecuniæ amorem coercuiſſet, non veniſſet ad ſacrilegium: ſi illud compreſſiſſet, non ad colophonem malorum proſiluiſſet. Et ideo Chriſtus non ſolùm fornicationem, & adulterium; ſed impudicum etiam obtutum reprimit, radicem ab imo euellens, vt faciliùs poſſit ſuperari vitium.* Et quamuis D. Chryſoſt. hoc loco loquatur de celeritate, qua ſua quiſque peccata debet reſecare; eadem tamen ratio eſt de celeritate, qua pater ſuorum filiorum, & prælatus ſuorum ſubditorum peccata coërcere debet; vt vix nata celeriter comprimantur, ne adulta implacabiliter tumultuentur. Quod ex duplici ſimilitudine illuſtrat: vna ex incendio petita: *Paruam*, inquit, *animi perturbationem ne neglexeris, quòd peruaſit: ſed conſidera, quod id, quod ex ea alitur, maxima mala parit. Etenim poſtquam in domo aliqua paruam ſtuppa accenſum viderimus, conturbamur, & tumultum mouemus; non enim attendimus initium, ſed ex initio finem. Hoc igne vehementius animam exedit vitium. Oportet itaque præuenire: nam ſi fuerimus negligentes, id correctu euadet difficilius.* Altera ex naufragio deprompta. *Hoc*, inquit, *viderit quiſquam euenire etiam in naufragio; & conturbari nautas, non quando mare iam ſuperare, ſed quando id facturum eſſe viderint. Ne ſimus ergo in paruis peccatis ſocordes: ſed ea reprimamus cum magna vehementia, vt à maioribus liberemur.* Hactenus D. Chryſ. copiosè, vt ſolet, & luculentè.

Duplex ſimilitudo.

5\. *Virga oculata apud Ægyptios cur Dei hieroglyphicum.* D. Cyrill. Alex. *Diuina iuſtitia in puniendis potentis celeritas.*

Hæc igitur eſſe debet Prælatorum cura, vt excubent in ſuorum ſcelera ſubditorum, & neceſſaria remedia maturent; Deum cuius vices gerunt, imitantes. Olim Ægyptij vt teſtatur D. Cyril. Alex. lib. 9. contra Iulian. *Volentes ſignificare Deum, pingebant oculum, cui baculum ſubſtituebant.* In oculo ſapientiam, qua omnia videt; in baculo iuſtitiam, qua omnia coërcet, adumbrantes. Meritò autem eum oculo ſapientiæ typo, baculum iuſtitiæ ſymbolum coniungebant, vt oſtenderent Deum, nullum ſcelus eorum, quæ videret, relinquere impunitum: imò quàm velox eſt Dei oculus in videndo, tam velocem eſſe aliquando Dei baculum in caſtigando. Quam velocitatem Dauid expreſſit. *Adhuc*, inquit, *eſcæ eorum erant in ore ipſorum, & ira Dei aſcendit ſuper eos*, Pſal. 77. num. 31. Quaſi nulla mora inter culpam, & pœnam intereſſet. Imò non ſolùm ad eſcam manducandam, ſed etiam ad ſaliuam glutiendam aliquando ſpatium negare ſolet diuina vltio, iuxta illud: *Vſquequò non parcis mihi, nec dimittis me, vt glutiam ſaliuam meam?* Iob. 7. num. 19. Quaſi illam minimam morulam glutiendæ ſaliuæ neceſſariam diuina punitio ſæpenumero anteuertat. Vnde eſt illud: *Virgam vigilantem ego video*, Ierem. 1. num. 11. ſeu, vt vertunt Theodotio, &

Theod.

Pagnin. *Virgam amygdalinam maturè floreſcentem.* Vt enim amygdalus citius, quàm cæteræ arbores effloreſcit; ita diuina ira, multò citius, quàm putant peccatores, in eorum ſupplicia feſtinat.

Pagnin. *Dei virga cur amygdalina.*

6\. *Diluuium viginti annis ante decretum tempus cur Deus acceleret.*

Deus olim ſupremam eluuionem toti mundo comminatus, adhuc in centum viginti annos differendam prænuntiauit. *Eruntque*, inquit, *dies illius* (ſcilicet hominis) *centum viginti annorum*, Geneſ. 6. n. 3. hoc eſt, ad centeſimum vigeſimum annum vitam propagabit, antequam inducto diluuio opprimatur. Nihilominùs centeſimus annus vix elapſus fuerat, *Quando diluuij aquæ inundauerunt ſuper terram*, Geneſ. 7. num. 6. Nam comminatio diluuij inflicta fuerat quingenteſimo anno ætatis Noë, Geneſ. 6. n. 31. exequutio autem facta, ſexcenteſimo, Gen. 7. n. 6. atque adeò centeſimus tantùm annus interceſſit. Cur igitur diluuium, viginti annis citius, quàm à Deo prædictum fuerat, inducitur? Optimè reſpondet D. Hier. in quæſt. Hebraic. *Quia*, inquit, *homines pœnitentiam agere contempſerunt: noluit Deus tempus expectare decretum; ſed viginti annorum ſpatiis amputatis, introduxit diluuium anno centeſimo agendæ pœnitentiæ deſtinato.* Neque enim æquum videtur, vt longiores trahantur moræ in illis puniendis, qui omnem de ſua ſalute curam abiecerunt.

D. Hier.

7\. D. Chryſ. *Puniendi celeritas non ſolùm à iuſtitia, ſed etiam diuina prouenit miſericordia.*

Nec aliter expendit D. Chryſoſtom. hom. 25. in Geneſ. *Quoniam*, inquit, *vidit Deus quotidie incurabiliter homines peccare, & non ſolùm nihil ex ſua indicibili longanimitate proficere, ſed & incrudeſcere vlcera: propterea ſuccidit tempus, ne maiori pœna ſe obnoxios facerent.* Itaque feſtinat diuina vltio, quando debita peccatorum emendatio cunctatur. Et feſtinat, non ſolùm ex iuſtitia, vt puniat iam peccantes: ſed etiam, vt aduertit D. Chryſoſt. ex miſericordia, ne grauiùs puniat, quos præuidet, ſi diutius ſuperſint, grauius peccaturos. Vnde intelliges illud: *Miſericordia, & ira ab illo citò proximant*, Eccleſiaſtici 5 num. 7. Quaſi diceret, Feſtinat quidem diuina ira ad peccatores in ſuis malis obſtinatos puniendos: ſed in ea feſtinatione non procedit ſolitaria, ſed comite miſericordia; quæ tunc maximè elucet, cùm peccatores citò feriuntur, ne ſi diutiùs ſuis vacare ſceleribus permittantur, maiora ad ſupplicia reſeruentur.

8\. *Dormientes, & oſcitantes Prælati vitia nutriunt ſubditorum.*

Hanc igitur diuinæ iuſtitiæ ad punienda hominum peccata, ne licentiùs graſſentur, velocitatem, imitari debent Principes & Prælati, imò & patresfamilias, in ſuorum correctionem ſubditorum excubantes: nam ſi dormiant, & corripere morentur, mala impudentiùs graſſabuntur. Quo pacto olim dormiente Noë, ſtatim eius filius Cham impudens euaſit, Geneſ. 9. n. 22. Dormiente Iſboſeth filio Saulis, illico oſtiaria domus eius obdormiuit, & inſidiatoribus liberum aditum ad necandum ſuum dominum reliquit, 2. Reg. 4. n. 5. Dormientibus agricolis, venit inimicus homo, *& ſuperſeminauit zizania in medio tritici*, Matth. 13. à num. 25. In quem locum D. Chryſoſt. hom 47. meritò conqueritur, viros deſides, & ignauos ad gubernacula Eccleſiarum promoueri. *Qua ex re*, inquit, *tanta facultas diabolo data eſt, vt tam illis in medio prolatis multò minùs laboret.* Quaſi ex ignauia Prælatorum ad expugnandos ſubditos diabolus roboretur: nec per ſe aggrediatur ad diruendos eos, quia ſua ſponte incitati ſub ignauis prælatis in peccata prolabuntur.

D. Chryſ.

Ex prælatorũ ignauia diabolus roboratur in ſubditos.

9\. *Sacerdotis extrema auricula ſanguine tingi*

Præcipiebat olim Deus, vt ſummo ſacerdoti extrema auricula ſanguine tingeretur, Exod. 29. n. 20. & Leuit. 8. n. 23. Sanguis in Scriptura peccatum ſignificat; vt patet Pſal. 5. n. 7. & Pſal. 50. n. 16.

Franc. de Mendoça in lib. Reg. Tom. 1.

iubetur, vt eu ſubditorũ culpis audiẽtis ſemper intendat.

Iſai. 1. num. 15. & paſſim alibi. Sanguine igitur tinguntur aures Pontificum, quia ad omnia ſubditorum peccata vndique colligendi promptiſſimæ eſſe debent: ſemper arrectæ, ſemper intentæ: ne quis ſuiſſter de ſuis ſubditis tumulculus eas præteruebatur. Sic olim ſanctiſſimi Patriarchæ ad ſuorum criminita ſubditorum inquirenda diligenter incumbebant. Sic Iacob de filiorum moribus ſollicitus ad filium ſuum Ioſephum, *Vade*, inquit, *& vide; ſi cuncta proſpera ſint erga fratres tuos, & pecora; & renuntia mihi, quid agatur*, Gen. 37. num. 14. Sic & Iſai ad filium ſuum Dauidem, *Curre*, inquit, *in caſtra, & fratres tuos viſitabis, ſi rectè agant, & cum quibus ordinati ſunt, diſce*, 1. Reg. 17. num. 18. Sic & Nehemias nocturno tempore non ſolùm per internuntios, ſed etiam per ſe ipſum tota vrbe vagabatur: *Egreſſus ſum*, inquit, *per portam vallis nocte, & tranſiui ad portam fontis, & aſcendi per torrentem, & conſiderabam murum, & reuerſus veni ad portam vallis*, 2. Eſdr. 2. à n. 13. Quorſum tot itiones reditionéſque nocturnæ; niſi vt prælatos ſpirituales ad vigilandum inſtrueret. *Quorum proprium eſt*, inquit ibi Gloſſa, *ſæpius nocte ſurgere, & ſolerti indagine ſtatum Eccleſiæ, quieſcentibus cæteris, inſpicere.*

Sanguis peccatum ſæpè ſignificat.

Iacobi de filiorum moribus ſollicitudo.

Iſai ſolicita de filiis cura.

Prælatos ad vigilandum ſuo exemplo docet Eſdras. Gloſſ.

10\. Neque ſatis eſt optimo Principi, ſubditorum ſcelera explorare: opus vlteriùs eſt, & refrænare. Nam princeps, qui diſſimulat peccata, imperat, iuxta illud Tragici poëtæ in Medea:

Principes, & prælati, qui ſubditorum peccata diſſimulant, imperant.

Qui non vetat peccare, cum poſſit, iubet.

Vnde olim Phariſæi dicebant, Moyſen imperaſſe libellum repudij: *Quid ergo*, inquiunt, *Moyſes mandauit dare libellum repudij, & dimittere?* Matth. 19. num. 7. cùm tamen Moyſes ſolùm permiſerit, vt Chriſtus Dominus ſtatim ſubiunxit: *Moyſes*, inquit, *ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras*, num. 8. Nam ea ſunt hominum ingenia, vt malum, quod vident à Principe non prohibitum, exiſtiment imperatum. Quare Dauid in ſuis ſubditis opportunè coërcendis ſtrenuum ſe præſtabat; iuxta illud: *Non habitabit in medio domus meæ, qui facit ſuperbiam: qui loquitur iniqua, non direxit in conſpectu oculorum meorum. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ*, Pſalm. 100. à num. 17. Pernoctare apud ſe ſuorum ſcelera non ferebat; ſed vix nata, quamprimùm iugolabat.

Dauidis in ſubditis caſtigandis celeritas.

11\. Quem poſtea imitatus Rex Ioſias, omnia idololatriæ monumenta euertenda curauit: non tam ferro, quàm flamma vſus ad eam cladem inferendam; vt patet 4. Reg. 23. à num. 4. Nam vt flamma propter ſummam, quam habet, agendi efficacitatem, vbicumque inſiliat, omnia velociſſimè corripit, deuorat, & abſumit: ita iuſtitia, qua Principes in ſubditorum peccata inuehi ex officio tenentur, tardare non debet, ſed feſtinare: & in morem flammæ quàm ocyſſimè ſerpentis, omnia in repub. flagitia, quanta maxima celeritate fieri poterit, abolere. In hac parte claudicauit Pontificis Heli erga ſuos filios ſeueritas, tardiſſimus cùm illis expoſtulauit. Inueterata iam erant ſcelera filiorum, & ille nihilominùs aut ignorabat, aut diſſimulabat: ſimilis illis Prælatis, de quibus Iſaias cap. 56. num. 10. *Speculatores eius cæci omnes, neſcierunt vniuerſi: canes muti non valentes latrare.* In quem locum D. Ambr. lib 6 Exaëmer. cap. 4. *Sunt*, inquit, *canes qui nouerint latrare pro dominis, nouerint ſua tecta defendere. Vnde & tu diſce vocem tuam exercere pro Chriſto, quando ouile Eccleſiæ incurſant lupi graues. Diſce in ore tuo verbum tenere, ne quaſi mutus canis commiſſam tibi fidei cuſtodiam, quodam præuaricationis ſilentio deſeruiſſe videaris.* Quid peruerſius, quàm ſcelerum clamores ad cælum ferri, Deúmque in ſui vindictam ſuſcitare; & Prælatorum non audire, vel ſi audiat, quod eſt grauius, quodam veluti deſidiæ veterno conſopitum non clamare, nec peccantes debita ſeueritate à peccando exterrere? Vide annotat. 18. ſect. 1. à §. 6.

Ioſias Rex in idololatria euertenda ocyſſimus.

Heli in arguendis filiis tardiſſimus. Reprehenſibile diuturnum prædicatoris ſilentium.

Secundus admonitionis defectus.

Fvit ſecreta cùm publica eſſe debuerit: neque enim publica peccata, qualia erant filiorum Heli, ſecretis tantum admonitionibus ſatis dignè corripiuntur. Educere eos debuit in publicam concionem, ibique palam conſtitutos non ſolùm arguere, ſed etiam totius populi ſubiicere poteſtati; vt in iuuenes omnibus iniurios ab omnibus vindicaretur. Sic enim legitur feciſſe Samuel: nam congregato vniuerſo Iſraëli dixit: *Ego ſeruini, & incanui: porrò filij mei vobiſcum ſunt*, 1. Reg. 12. num. 2. Quaſi dicat, Ego præ ſenio non poſſum iuueniles meorum filiorum animos coërcere; vobis illos trado coërcendos. Vel ſaltem, vt ibi Caietan. *Liberam*, inquit, *proponit facultatem populo petendi iuſtitiam aduerſus filios ſuos.* Quaſi promitteret, ſe executurum quidquid ſupplicij à populo in illos decerneretur, aut poſtularetur. Vtrouis modo explices, publica peccata publicè punienda eſſe voluit, vt pœna culpæ debita proportione reſponderet. Nihil tale feciſſe legitur Heli. Vnde neque populo, neque ſuo muneri ſatisfecit; cùm publica mala non niſi publicis remediis curentur. Nam ſicut peccata ſecreta ſecretè corripienda ſunt; iuxta illud Chriſti Domini: *Corripe eum inter te, & ipſum ſolum*, Matth. 18. n. 15. ita publica publicè; iuxta illud Apoſtoli; *Peccantes coram omnibus argue, vt cæteri timorem habeant*, 1. Timoth. 6. n. 20. Sic enim D. Aug. ſerm. 16. de verbis Domini, vtrunque præceptum conciliat. *Ergo*, inquit, *corripienda ſunt coram omnibus, quæ perpetrata ſunt coram omnibus? illa ſecretius, quæ peccantur ſecretius.*

12\. *Hæc Heli admonitio ſecreta fuit, cũ publica eſſe debuerit.*

Samuelis in filios publica reprehenſio, & punitio.

Caiet.

Secreta peccata, ſecretè; publica, publicè arguenda.

D. Auguſt.

Quam doctrinam Chriſtus Dominus in illis tribus mortuis, quos vitæ reſtituit, myſticè ſignificauit. Nam puellam mortuam, ſed adhuc domi incluſam, paucis arbitris reuocauit ad vitam, Luc. 8. à num. 51. Iuuenem iam foras elatum, & Lazarum iam fœtentem, palàm ac multis ſpectatoribus, ad vitam reduxit, Luc. 7. num. 12. & Ioann. 11. à n. 39. Vt ſignificaret, ſecretis peccatoribus ſecreta remedia, publicis publica adhibenda. Quod Beda in cap. 8. Luc. rectè expendit: *Notandum*, inquit, *quòd quia publica noxa publico eget remedio, leuia autem peccata* (intellige autem, & ſecreta) *leuiori, & ſecreta queunt pœnitentia deleri: puella in domo iacens paucis arbitris exurgit, eiſdémque ne miraculum vulgarent, indicitur: iuuenis extra portam, turba multa comitante, atque intuente ſuſcitatur: Lazarus de monumento vocatus in tantum populis innotuit, vt plurima Domino turba cum palmis occurrerent, & multi propter illum crederent in IESVM.* Qua de re Theophyl. Patriarcha Antiochenus lib. 2. allegor. in Euangelia, Euſeb Emiſſen. in homil. de Lazaro, feria 6. poſt 4 Dominicam quadrageſ. D. Gregor. lib. 4. moral. c. 25. & alij ſimiliter philoſophantur.

13\. *Secretis peccatoribus ſecreta remedia, publicis publica adhibẽda. Chriſtus D. in tribus mortuis ſuſcitatis edocuit.*

Beda.

Theoph. Antioch. Euſeb. Emiſſ. D. Greg.

Moriturus olim Iacob filios ſuos ſic alloquitur: *Congregamini*, inquit, *& audite filij Iacob, audite Iſrael patrem veſtrum*, Geneſ. 49. num. 2. Cur non ſingulos alloquitur, ſed omnes ſimul? Cur non diuiſos, ſed congregatos accerſit? Planè quia reprehenſurus erat primogenitum Ruben de publico inceſtu; Simeonem, & Leui de publica iniuſtitia: publica autem filiorum peccata non niſi publica admonitione indigebant. Sic olim & Nehemias, cùm

14\. *Publicè peccantes filios Iacob publicè reprehendit.*

cùm audiret Principes Iſraël publicè peccaſſe, vſuras, iniuſtitias, & latrocinia exercendo, publicè eos obiurgauit. *Congregaui*, inquit Nehemias, *aduerſus eos concionem magnam, & dixi eis*, &c. 2. Eſdr. 5. num. 7. Vbi Lyran. *Vt erubeſcerent*, Inquit, *ſuſcipere correctionem rationabilem*, &c. Appellat verò rationabilem: tum quia verborum pondere ęqua fuit grauitati delictorum: tum quia fuit publica, publicis delictis conſentanea, tum denique quia fuit totius vulgi, qui aderat, calculis, & ſuffragijs confirmata. Priuata igitur correctio contemptum parit: publica verecundiam.

Simile Nehemiæ exemplum.
Lyran.

15\. Poſuit Deus olim ſignum in Caio, ne quis eum interficeret, Geneſ. 4 num. 15. Quod ſignum, teſte Lyran. communiter dicunt fuiſſe tremorem horribilem omnium membrorum; ſumiturque ex verbis Cain: *Ero*, inquit, *vagus, ac profugus ſuper terram*, ſeu, vt habent Septuaginta, *gemens, ac tremens*, ibid. num. 14. Tremore autem non immeritò afficitur, quem ſi abſcondere vellet, non valeret; quia publici homicidij in agro, publicum eſſe debebat & ſupplicium in toto corpore. Vnde D. Chryſoſt. hom. 4. de verbis Iſaiæ, *Circuibat*, inquit, *Cain omnibus loquens, ſilentio vocem edens, ſilentioque erudiens: lingua tacebat, & cætera membra clamabant.* Reprehenſurus olim Azarias ſacerdos Regem Oziam propter publicum ſacrilegium, ſecum aſſumpſit octoginta ſacerdotes, 2. Paralip. 26. n. 17. vt publici peccati publica eſſet & admonitio. Neque ſolùm correctio publica fuit, ſed etiam & pœna. *Statimque*, inquit textus, *orta eſt lepra in fronte eius coram ſacerdotibus*, ibid. num. 19. Non remotis arbitris, ſed ſpectantibus ſacerdotibus, vt qui ſacrilegium nouerant, ſupplicium non ignorarent. In fronte autem dicitur lepra emicuiſſe, vt qui in templo, patentiſſimo vrbis loco peccauerat, in fronte, manifeſtiſſima corporis parte puniretur. In quem locum D. Chryſ. cit. rectè ponderat locum lepræ, nempe frontem, omnium patentiſſimum. *Non in alio*, inquit, *loco, quàm in fronte orta eſt lepra, vt facies præferret vindictam. Lepra ceu lex poſita eſt in loco ſublimi, dicens; Nolite facere talia, ne patiamini ſimilia. extat lex viua, & frons vocem edidit, tuba clamorem.*

Caini publicè iudicium pro publico homicidio.
Lyran.
D Chryſ.
Ozias Rex publicè peccans publicè corripitur, & punitur.
D. Chryſ.
Cur in fronte Rex Ozias puniatur.

16\. De publicis, atque inſignibus peccatoribus, ait Dauid: *Periit memoria eorum cum ſonitu*, Pſ. 9 n. 7. Vbi D. Chryſ. expendit illud, *cum ſonitu*, vt qui publicè peccarant, publicè plecterentur. *Hoc eſt*, inquit, *Dei prouidentiæ, quod non facit hoc latenter, vt aliorum calamitatibus alij reddantur meliores; ſignificat ergo manifeſtum exitium.* Addit verò D. Gregor. Naz. orat. 1. contr. Iulian. quæ in ordine eſt tertia, perditos homines *cum ſonitu perire, atque ob ruinam clariores, quàm ob impietatem.* Oportet enim aliquando, vt ad plures pœnæ, quàm culpæ cognitio extendatur, vt manifeſto vnius ſupplicio latentia aliorum peccata retardentur. Vnde Deus olim ad Dauidem adulterantem, & occidentem, *Tu*, inquit, *feciſti abſcondite, ego autem faciam verbum iſtud in conſpectu omnis Iſrael, & in conſpectu ſolis*, &c. 2. Reg. 12. num. 12. Dum enim abſconditum Regis adulterium, & homicidium palàm puniebatur, alij quoque occulti peccatores formidarent, ne & ipſi in ſolem, ac lucem traherentur. Eadem planè cauſa fuit, cur olim Deus Moyſi expreſſit, publicè peccantes, publicè puniendos. *Tolle*, inquit, *cunctos principes populi, & ſuſpende eos contra ſolem in patibulis*, Num. 25. num. 4. *Suſpendi iubentur contra ſolem*, inquit Lyr. *vt pœna ſit publica, ſicut & peccatum, & ad terrorem aliorum.*

Publicè peccatores cum ſonitu, id eſt, publico ſupplicio coërcendi.
D. Chryſ.
D. Greg. Naz.
Oportet aliquãdo, vt ad plures pœna, quam culpa notitia extendatur.
Lyran.

17\. Tandem Dauid diuino oraculo admonitus tradidit Gabaonitis ſeptem viros de poſteris Saulis crucifigendos; propter iniurias olim à Saule ipſis Gabaonitis irrogatas. *Qui*, inquit textus, *crucifixerunt eos in monte coram Domino*, 2 Reg. 21. num 9. Vbi Abulenſ. quæſt. 30. *Coram Domino*, inquit, *hoc eſt, manifeſtè, & in loco publico; ea enim, quæ fiunt publicè, coram Domino fieri dicuntur, vt patet Ioſue 14. num. 1. & in aliis locis.* Ita Abulenſ. Vides, vt publica Saulis peccata publicè puniantur? Sed ſi litera huius loci conſulatur, illud obſeruatione dignum inuenietur, quòd huiuſmodi viri non ſolùm fuerunt in crucem acti, ſed diu è cruce ſuſpenſi remanſerunt; contra legem latam, Deut. 21. num. 23. in qua præcipitur, ne cadauer hominis crucifixi in ligno permaneat, ſed in eadem die ſepeliatur. Ratio autem cur in hac lege à Deo diſpenſatum ſit, illa fuit, iuxta veteres Rabbinos, vt exemplum de iuſtitia, & æquitate Hebræorum ad Gentiles tranſmitteretur. Videntes enim Ethnici viros de ſanguine regio Saulis, publico ſupplicio damnatos, Hebræorum integritatem vehementer admirabantur. Adeò vt teſte Rabbi Salomon, apud Abulenſ. ibidem quæſt. 31 tanto exemplo incitati, ad centum quinquaginta millia virorum, veram fidem religionémque amplecterentur. Tanti momenti eſt, publica mala non diſſimulare, ſed publico ſupplicio coërcere.

Publica Saulis peccata in poſteris publicè puniuntur.
Abul.
Ad Hebræorũ iuſtitiam euulgandam etiam in ſuis legibus Deus diſpenſauit.
Rab. Sal.
Abul.

18\. Quamuis enim occulta mala non ſint manifeſtanda; tum, ne charitas, quæ operit multitudinem peccatorum, violetur; tum, ne peccator ex publica obiurgatione impudentior ad peccandum efficiatur, vt alibi illuſtrabimus, & interim apud D. Ioann Damaſcen. libr. 3. parallel. cap. 45. videri poteſt: tamen publica mala etiam ſine præuio, ac ſecreto admonitore, publicè ſunt arguenda. Vnde D. Paulus 1. Corinth. 5. num. 2. Corinthios reprehendit, quòd publicum peccatorem palam non arguerint, ac de medio ſui non ſtatim relegauerint. *Oſtendens*, inquit ibi D. Chryſoſtom. homil 15. *quòd etiam ſine monitore id fieri oportuit, propter peccati euidentiam.* Quare ipſe Apoſtolus huiuſmodi peccatorem puniturus, non priuatum, ſed publicum iudicium exercet. *Congregatis*, inquit, *vobis cum meo ſpiritu, & virtute Domini IESV, iudicaui huiuſmodi* hominem *tradere Satanæ*, &c. ibidem num. 4. Vt, qui priuata correctione in medicinam indignus erat, publicâ in pœnam afficeretur. Notandum autem, hanc ſententiam latam fuiſſe ab Apoſtolo etiam abſente. *Ego*, inquit, *abſens corpore*, &c. Nam, vt benè D. Chryſoſtom. *Neque*, inquit, *expectare eos ſuum ſinit aduentum, ſed tanquam peſtem quandam puniturus, priuſquam in reliquum corpus diffundatur, coercere properat.* Quod facit, vt primus ille defectus huius admonitionis illuſtretur.

Occulta peccata nõ euulganda.
D. Damaſ.
Publica mala etiam ſine ſecreta monitione publicè arguenda
D Chryſ.
D. Pauli in publicis peccatis publicè corrigendis celeritas.
D Chryſ.

19\. Ad hanc libertatem publica peccata in publico arguendi D. Chryſoſt. ſuum auditorem hortabatur, imò & hanc ab illo pro concione mercedem exigebat. Nam hom. 1. ad populum in fine, *Vnam*, inquit, *vos omnes petere volo retributionem pro concione hac, atque ſermone, vt in ciuitate blaſphemantes mihi caſtigetis.* Satis ſupérque præmij ſibi donatum exiſtimabat, ſi publicè peccantibus publicum ſupplicium infligeretur. Et ſtatim ſingulos auditores alloquutus: *Si quempiam*, inquit, *in foro blaſphemantem audieris; accede, increpa, & ſi verbera infligere oporteat, ne recuſes: ipſius faciem alapa percute, contere os ipſius, percuſſione manum tuam ſanctifica.* Et paulò pòſt exemplo Ioannis Baptiſtæ, publicè, vt Chryſ. vult, Herodem obiurgantis, rem confirmat. *Non audiſti*, inquit, *quid Ioannes feceris? Tyrannum vidit hominem, nuptiarum leges ſubuertẽtem, & cum fidu ia*

D Chryſ.
Publicè blaſphemantes ſtatim publicè obiurgãdi.
Baptiſtæ zelus in Herode publicè arguendo.

in medio foro dicit: Non licet tibi habere vxorem Philippi fratris tui, Marc.6.num.18.

20\. *Mirabilius D. Pauli exemplum in D. Petro corripiendo.*

Sed præ cæteris mirabilius videri poteſt Pauli exemplum, qui non vulgares homines tantùm publicè peccantes, publicè arguebat, ſed in ipſum quoque Apoſtolorum principem publicè excedentem, publicè inſilire auſus eſt. *Cùm*, inquit, *veniſſet Cephas Antiochiam, in faciem ei reſtiti: quia reprehenſibilis erat.* Et paulò pòſt: *Dixi Cephæ coram omnibus: Si tu cùm Iudæus ſis, gentiliter viuis, & non iudaicè: quomodo gentes cogis iudaizare?* Galat. 2. num. 11. & 14. Si igitur publici defectus, vel ipſius Petri principis Apoſtolorum, in publicam lucem arguendi euocantur, quis dubitet publicas inferiorum hominum culpas publicè obiurgare? Certè D. Hier. malebat publicè argui, quàm occultè mordeti. Nam in epiſtol.4. ad Ruſticum, docens, presbyterum non eſſe facilè arguendum, iuxta illud Apoſtoli: *Aduerſus presbyterum accuſationem noli recipere*, 1.Timoth.5.num.19. ſubdit: *Verùm quia homines ſumus, & interdum contra annorum maturitatem, puerorum vitiis labimur; ſi me vis corrigere delinquentem, apertè increpa tantùm, ne occultè mordeas.* Nec immeritò; quia aperta correctio, vtilis eſt: occulta detractio, perniciosa; cùm hæc ad vindictam, illa ad medicinam ordinetur. Ex his patet altera ſacerdotis Heli in filiis arguendis negligentia: Publica filiorum mala ſecretis tantùm remediis curabat, & obiurgabat in aurem ea crimina, quæ prædicabantur ſuper tecta. Vnde nec ſuo mueri, nec filiorum morbo conſulebat.

Melius eſt delinquentem publicè argui, quàm occultè morderi.
D.Hier.

Tertius admonitionis defectus.

21\. *Blanda fuit Heli admonitio, cum ſeuera eſſe debuerit.*

CVm debuerit eſſe ſeuera, nihilominùs fuit blanda, duplici principio, vt dicebam. Vno, quia licèt verba grauia dixerit, ac ſeueritatis plena: tamen oris geſtu, & vocis ſono quandam lenitudinem oſtendit: non contraxit frontem, ſed exporrexit: non minas, ſed blanditias ſpirauit: non tonare, ſed cantare viſus eſt: non terribilem ſe exhibuit, ſed amabilem. *Quare*, inquit, *facitis res huiuſmodi*, &c. Læta fronte ſubridens, non mœrens: fracta voce blandiens, non corripiens, mihi videtur filios alloquutus. Et in primis frontis hilaritas, oriſque amœnitas colligitur ex cap. ſequenti num.13. Vbi dicitur de Heli: *Non corripuit eos*: ſeu, vt ex Hebræo transferri poteſt, *non fuit obſcurus ad eos*, ſeu, *non fuit in rugas contractus*. Nam verbum, quod ibi ponitur כָּהָה *cahah*, non ſolùm ſignificat corripere, & obiurgare, ſed etiam obſcurari, & rugari. Vt patet Nahum.3. num.19. *Non eſt obſcura contritio tua.* & Zachar.11. num. 17. *Oculus dexter eius, tenebreſcens obſcurabitur*; & Deuteron. 34. num 7. *Non caligauit oculus eius*, ſeu, vt vertit Pagnin. in theſauro, *non eſt contractus in rugas.* Quibus locis ponitur idem verbum כָּהָה *cahah.* Igitur Heli non fuit ad filios ſuos obſcurus, & contractus in rugas, id eſt, non triſtis, & ſeuerus; ſed facilem, & benignum ſe oſtendit. Et propterea dicitur eos, ne verbo quidem corripuiſſe; quia vultu minaci non terruit.

Heli non corrugata, ſed hilaris frons in admonitione.
Pagnin.

22\. *Solo aliquando frontis geſtu, & oculorum aſpectu vitia emendantur.*

Aliquando enim vitia, ſolo geſtu potius, quàm verbo emendantur; iuxta illud: *Per triſtitiam vultus corrigitur animus delinquentis*, Eccleſiaſtes 7. num.4. Vnde eſt illud Abacuc 3.num.6. *Aſpexit, & diſſoluit gentes.* Vbi dicitur prædicator Euangelicus ſolo aſpectu graui, ac ſeuero totum orbem terruiſſe, & è ſuis ſceleribus euocaſſe. Sic & Iob audiens ab vxore ſua verba illa: *Benedic Deo, & morere, ait ad illam*, cap. 2. num. 10. ſeu, vt vertunt Septuaginta, *Reſpiciens in illam ait*, &c. Quem reſpectum toruum fuiſſe ſignificant D. Baſil & D. Chryſoſtom. in catena Græca, Cùm, inquiunt, ea verba ſtomachum Iobo mouiſſent, pleno iracundiæ vultu, trucique aſpectu ad vxorem conuertitur. Addit D Chryſ. homil.5. in Iob. *Ante vocem*, inquit, *ab ipſo proſpectu machinamenta repulit, leone truculentior factus, furore plenus, & iracundia.* Vbi vides, vocis reprehenſioni toruitatem totius oris, præmittendam eſſe: immò & ſolam reprehendentis triſtitiam aliquando ſufficere, vt ij, quorum reprehenduntur vitia, emendentur.

D.Baſil.
D Chryſ.

23\. *Subtriſtis oris geſtus peccatores corrigit aliquando.*

Audiuit olim Eſdras innumera totius populi peccata; nec tamen dicitur corripuiſſe, ſed fleuiſſe. *Cùmque audiſſem*, inquit textus, *ſermonem iſtum, ſcidi pallium meum, & tunicam; & euelli capillos capitis mei, & barbæ, & ſedi mœrens*, 1. Eſdr. 9. num. 3. Quod factum? Conuenerunt ſtatim ad eum non ſolùm Principes, ſed etiam populares, fleuerunt pariter cum eo, & cuncta ſcelera abiurarunt, vt patet ex cap.10 ſequenti à num.1. Vbi Gloſſ. Ordin. *Nota*, inquit, *quantum exempla doctorum iuuent, nihil ſcribitur Eſdras loquutus eſſe, ſed tantùm audito ſcelere, lacrymaſſe; & turbam ad ſe fidelium non vociferando, ſed lacrymando traxiſſe.* Itaque ſubtriſtis oris geſtus, aut terribilis, aut lacrymabilis, ſatis aliquando eſt, vt peccatores corrigantur. Vnde cùm Heli neque contractus in rugas, neque effuſus in lacrymas, vllum triſtitiæ ſignum filiis exhibuerit; meritò dicitur vel ex hoc capite à debita obiurgandi ſeueritate defeciſſe.

Gl. Ordin.
Superiorũ & Doctorum lacrymantiũ exemplum, ad ſua peccata lacrymanda ſubditos trahit.

24\. *Heli filios arguentis lenis non ſeuerus vocis ſonus.*

Iam verò & ſeuerior vocis ſonus, qui ad duriorem obiurgationem multùm confert, defuit ſacerdoti. Non fulminare, vt par erat, præ iracundia, ſed palpare videbatur. Vnde illud Ruperti ad hunc locum, quod ſuprà iam citauimus, *Heli*, inquit, *nulla ſaniens magiſtri diſciplina, ſoláſque patrus ſeniles balbutiens blanditias, Nolite, inquit, filij mei*, &c. Et paulò pòſt: *Nec verò ille per ætatem ad infantiles redierat ineptias; potiúſque per negligentiam crimina fouebat, quàm non habendo intelligentiam.* Vbi docet Heli tanta vocis lenitudine ad filios obiurgandos vſum fuiſſe, vt non loqui, vt vir, ſed balbutire, vt infans videretur. Idem Rupert. lib.2. in Apocal. ad illa verba, *Qui habet oculos, tanquam flammam ignis*, Apoc.2.num.18. loquutus de Heli, *Nouerat*, inquit, *indignè agere filios ſuos, & non dignè zelando ſecundum legem corripuit eos; ſed cum blanditiis nimium paternis, imo pene fœmineis, Nolite, inquit, filij mei*, &c. Accedit D.Petr. Damian lib.6. epiſt.17. vbi hanc ſacerdotis Heli negligentiam ab ipſo vocis ſono, leuiori, & mitiori, quàm par erat, condemnat: dum illius vocem raucam fuiſſe dicit. *Quia*, inquit, *prædicatoris huius guttur ab amore Domini algor occluſerat: idcircò vox eius quodammodo rauciens in filiorum ſuorum cordibus efficacior non ſonabat. Si vis ergo vocem habere vel in prædicationibus intonantem, vel in orationibus efficacem: ſatage ſemper, vt te diuinus feruor accendat, ne vocem tuam torpor frigoris intercipiat. Frigida quippe mentis oratio, vel prædicatio non admittitur, & tanquam vox rauciens non auditur.*

Rupert.
Infantilis fœminea, & rauca vox Heli, filios arguentis.
Rupert.
D.P.Dam.
Prædicatoris vocem efficacẽ reddit diuinus amor: algor raucientem.

25\. *Aſpera, non tranquilla vox ad increpandum neceſſaria.*

Ne igitur Heli à debita in arguendo ſeueritate deficeret: debebat quidem non blanda, ac placida voce, ſed terribili ac minaci increpare. Nam qui voce nimiùm tranquilla vtitur ad arguendum, non obiurgare videtur, ſed cantare: imò nec reuocare à peccatis, ſed potiùs ad maiora exacerbare; iuxta illud: *Acetum in nitro, qui cantat carmina cordi peſſimo*, Prou.25. n.20. cuius loci duplex eſt ſenſus. Quidam enim dicunt, nitrum aceto dilutum

amit

amittere vim omnem ad lauandum, quam alioqui habet efficaciſſimam; iuxta illud: *Si laueris te nitro,* Ierem. 2. n. 22. nec expurgare veſtes, ſed maculare. Alij verò dicunt nitrum aceto perfuſum, ſtatim crepare, & fortiùs ebullire. Vtrouis modo intelligas, aptiſſima ad præſens inſtitutum interpretatio colligetur: nam qui peſſimos homines arguit, miti ac blanda voce, in morem potius canentis carmina, quàm peccata obiicientis; perinde ſe habet, atque ille, qui nitrum aceto diluit. Nam neque illos expiat, ſed potiùs maculat; dum peiores fiunt, vocem admonentis non audiendo: neque illos mitigat, ſed potiùs exacerbat; dum inſaniores redduntur, contra ſtimulum calcitrando. Non igitur ſunt aures ſuaui cantu demulcendæ, ſed terribili rugitu vulnerandæ.

Prædicator, cen leo, quos peccatores curſu aſſequi nequit, voce tremefaciat. D. Ambr.

26. Ad quam rem myſticè Dauid, *Catuli,* inquit, *leonum rugientes, vt rapiant, & quærant à Deo eſcam ſibi,* Pſalm. 103. num. 21 Ex quo loco poſſunt prædicatores leonibus comparari. Vt enim leones quas belluas curſu conſequi nequeunt, rugitu tremefaciunt, ac ſiſtunt, vt tradit D. Amb. lib. 6. Exaëm. cap. 3. ita prædicatores, quos nequeunt ſuppliciis coërcere, ſaltem clamoribus terreant, ac refrænent. Neſciant carminibus titillare aures, ſed fulminibus ſauciare. Vnde Apoc. 10. num. 3. *Loquuta ſunt ſeptem tonitrua voces ſuas.* Vbi prædicatores tonitrua dicuntur, quia non debent auribus ſuauiter blandiri, ſed terribiliter tonare. De qua re ſupra num. 10. §. 12. & ſequentibus, latiùs diſſeruimus. Quòd ſi aliquando de hac tonandi contentione aliquid remittant, non in riſus, & cantus; ſed in fletus, ac gemitus molleſcant; iuxta illud Dauidicum: *Fulgura in pluuiam fecit,* Pſal. 134. num. 7. Vt enim poſt fulgura, pluuiæ: ita poſt prædicatoris verba, auditoris lacrymæ ſubſequantur. Vnde D. Bern. ſerm. 59. in Cant ibi. *Vox turturis,* &c Cant. 2. num. 12. *Illius,* inquit, *doctoris libenter audio vocem, qui non ſibi plauſum, ſed mihi planctum moueat: ſi perſuadere vis, gemendo id magis, quam declamando ſtudeas. Dabis voci tuæ vocem virtutis; ſi quod ſuades, priùs tibi cognoſceris perſuaſiſſe.* Vtinam Heli, ſi non terribili, ſaltem flebili voce, filios admoneret; fortè multò feliciùs exoraret. Sed planè remiſſus fuit in arguendo; quia quos toruo aſpectu, & minaci oratione terrere debuerat, eos fronte hilari, & voce placida obiurgauit.

Prædicatoris vox ſi non terriculis, ſaltem flebilis lacrymas excitet auditorum. D. Bern.

Prædicatores tonitrua.

Nimia Heli indulgentia, dum verbis tantùm, non ſuppliciis filios increpauit. Theod.

27. Alterum principium, propter quod hæc admonitio à debita ſeueritate in nimiam lenitatem degenerauit, illud fuit, quod verbis tantùm proceſſerit, non ſuppliciis. Ita Patres ſuprà citati, & interpretes communi conſenſione. Theod. q. 10. ad hunc locum, *Horum,* inquit, *iniquitas non egebat lenibus medicamentis, ſed acerrimis, & aſperrimis. Oportebat ergo, cum poſt primam, & ſecundam admonitionem perſeueraſſent in nequitia, eos à templi ambitu expellere.* Hoc ipſum planè ſentit Diuus Gregor. in poſteriori commentario huius loci. *Magnus,* inquit, *nobis timor incutitur; quia Heli filiorum culpa damnatur, cuius peccata propria nulla referuntur. Nam bonis ſubditis benè viuere, ad ſalutem ſufficit; Prælatis verò propria vita non ſufficit.* Vbi arguit ſacerdotem Heli non de aliqua erga ſe, ſed erga ſuos negligentia. Et ſtatim oſtendens, in quo hæc negligentia conſiſtat; docet, ſacerdoti Heli ſimiles eſſe illos prælatos, qui *etſi ad agenda bona excitare ſubditos ſatagunt; tamen contraire delinquentibus per zelum rectitudinis erubeſcunt.* Imò, *etſi aliquando ad arguendos exeunt; eorum tamen obſtinationem digna ſeueritate non confundunt.* Quod aliter non contingit, niſi quia verbis verbera non adiiciunt. Eodem nomine re-

D. Greg.

Franc. de Mendoça in lib. Reg. Tom. 1.

miſſam cenſuit hanc admonitionem Beda: *Corripuit quidem,* inquit, *filios Heli; ſed quia correptionem ſpernentes abiicere ſuperſedit, vna cum ipſis diſperiit.* Beda.

28. Clariùs hoc inculcat D. Ephrem ſuperiori ſect. citat. in Apologia Heli. Nam in primis ait, ſi Heli diuinum cultum in corde haberet, fore, vt filiorum ſcelus non ſolùm corripere, ſed etiam è domo arcere conaretur. Et paulò inferiùs, ſi diuino tangeretur zelo, non aliter ſuos filios puniturum fuiſſe, quàm Paulus peccatorem illum Corinthiacum; & Petrus illum magum diuini Spiritus emptorem, & alij antiqui Patres, vt Phinees, & Helias alios publicos peccatores acerrimè punierunt. Et iterum: *Hic,* inquit, *ſacerdos cum poſſet coercere, pro nihilo hanc eorum iniquitatem duxit, nullámque eis, qua refrænarentur, diſciplinam dedit, non alapam, non verba duriora.* &c. Vbi multa addit in hanc ſententiam. D. Hieron. lib. 1. aduerſùs Pelagianos docet, Heli filios quidem corripientem, nihilominùs à Deo punitum eſſe, *quia non corripere debuit, ſed abiicere.* Et lib. 1. contra Iouin. *Heli,* inquit, *corripuerat quidem filios; ſed quia non abiecerat delinquentes, retrorſum cecidit,* &c. D. Chryſoſt. hom. 59. in Gen. *Quemadmodum,* inquit, *medicus, ſi morbum ſectione indigentem, vnctione, aut emplaſtro curare voluerit, citò morbum incurabilem efficiet, cùm congruam non adhibeat medicinam; ita & ſenex ille, cùm deberet filios ſuos pro peccatorum qualitate emendare, nimia vſus lenitate illos arguit.* Vbi ſatis indicat, non voces, ſed plagas illis fuiſſe infligendas. Quod in lib. 3. aduerſùs vituperatores vitæ monaſticæ clariùs expreſſit. *Minas,* inquit, *addere debuerat, & à ſuo conſpectu amouere, & verberibus afficere, multóque illis grauius, & durius inſtare.*

D. Ephrem.

D. Hier. *Filios non tantùm corripere, ſed abiicere debuerat Heli.*

D. Chryſ. *Egregia ſimilitudo.*

29. D. Baſil. in regulis fuſiùs diſputatis eodem medicorum exemplo vſus ad Heli ignauiam conuincendam, *Illi,* inquit, id eſt, medici, *quodcunque tandem membrum inſanabili morbo correptum inuenerint, ne vitium latius proſerpat, néve ex contage ſe diffundente contiguas partes corrumpat, illud ſecando, vrendóve, tollere funditus ſoliti ſunt.* Et ſtatim docet, eadem ſeueritate vſuros eſſe ſpirituales medicos, vt illud Chriſti Domini præceptum exequantur: *Si oculus tuus dexter ſcandalizat te; erue eum, & proiice abs te,* Matth. 5. num. 30. Qui ſecus faciunt, ſtultam Heli in filios lenitatem imitantur; qui ſtultè maluit cum filiis in perditionem mitti, quàm ſine filiis ſe à perditione vendicare. Idem D. Baſil in regulis breuioribus interrogatione 47. proponit multiplices pœnas, quas Heli cum filiis, vniuerſoque populo dedit, non quòd illos non corripuerat, ſed *quod de illis,* inquit, *non meritas pœnas ſumpſerat.*

D. Baſil.

D. Baſil.

30. D. Leo epiſt. 76. ad Anatolium Epiſcopum monet, vt clerici delinquentes non modò corrigantur, ſed etiam puniantur: *Ita vt,* inquit, *his quibus prodeſſe non potuerit correctio, non parcat abſciſſio. Oportet enim nos Euangelici meminiſſe mandati, vt ſi nos oculus, aut pes, aut dextera ſcandalizauerit manus, à compage corporis auferatur; quia melius ſit, his in Eccleſiis carere membris, quam cum ipſis in æterna ire ſupplicia.* Et ſtatim in clericos negligentes ouium ſuarum curatores, diſſimulatoréſque ſcelerum, quæ à ſubditis committuntur, *Abiicienda prorſus,* inquit, *peſtifera hæc à ſacerdotali vigore patientia eſt, quæ ſibimet, peccatis aliorum parcendo, non parcit.* Quod confirmat exemplo Heli, qui diuinæ iuſtitiæ pœnas dedit; *Quia,* inquit, *ſegni indulgentia diſſimulauit plectere peccatores.* Quaſi ſatis non fuerit verbo monere, ſed oportuerit facto punire. D. Petr. Damian. lib. 6. epiſt. 3. *Heli,* inquit, *ſacerdotij*

D. Leo. *Peccatores quibus correctio non prodeſt, abſcindendi.*

Prælati negligentes animarum curatores aliis parcendo, ſibi non parcunt.

D. P. Dam.

dignitate detruditur, dum non intentat filiis verba, ſed blanditur. Itaque communis eſt Patrum, & interpretum vox, Heli à debita ſeueritate deflexiſſe, quòd filios ſolis verbis percuſſerit, flagris potiùs percutiendos.

Humanitas, & ſeueritas in Prælatis coniungantur.

31. *Miſericordia, & iuſtitia prælatis neceſſaria.* D.Bern.

EX his patet ſuo officio deeſſe illos prælatos, qui ſolùm de miſericordia ad parcendum, nihil de iuſtitia ad puniendum meditantur, cùm vera charitas vtramque coniungat: quamuis primas miſericordiæ tribuat, ſecundas ſaltem iuſtitiæ non deneget; iuxta illud D. Bern. epiſt. 2. ad Fulconem: *O bona*, inquit, *charitas, quæ ſiue foueat infirmos, ſiue exerceat prouectos, ſiue arguat inquietos, diuerſis diuerſa exhibens, ſicut filios diligit vniuerſos. Cùm te arguit, mitis eſt; cùm blanditur, ſimplex eſt. Piè ſolet ſæuire, ſine dolo mulcere, patienter nouit iraſci, humiliter indignari.* Et in epiſt. 24 ad Hugonem, *Habeat*, inquit, *charitas zelum, ſed adhibeat pro tempore modum ſeueritas. Cenſura quidem nunquam remiſſa; intermiſſa tamen plerunque plus proficit. Rigor iuſtitiæ ſemper feruidus, ſed nunquam præceps.*

32. *Regia pietatis, & ſeueritatis hieroglyphicum.*

Olim Ægyptij in ſuperiori ſceptri parte ciconiam, in poſteriori hippopotamum, id eſt, monſtrum quoddam fluuiatile, ſeu Niliacum depingebant: vt in illa Regis pietatem, in hoc ſeueritatem adumbrarent. Dauid pugnaturus cum gigante, *Miſit quinque limpidiſſimos lapides in peram paſtoralem*, 1.Reg.17.n.40. hoc eſt, vt Gloſſa interpretatur, in mulctram, ſeu vas lactis, in quo ſcilicet oues mulgebantur. Vt ſignificaret, oportere, vt telum iuſtitiæ, lacte miſericordiæ litum, ac perfuſum intorqueretur. Celebres ſunt in Scriptura duo illi eiuſdem Dauidis ſtipatores laterales; ſcilicet *legiones Cerethi, & Phelethi*, quibus Dauid, quocunque iret, cingebatur, 2.Reg.15.num.18. & paſſim alibi, è quibus *Cerethi*, interfectores; *Phelethi*, liberatores interpretantur: vt illi pro iuſtitia, hi pro miſericordia, militare viderentur. Vtroſque Dauid ſecum ducebat, vt ſe nunquam ſine miſericordia ſeuerum, nunquam ſine iuſtitia humanum exhiberet.

33. *Leones, & boues in Salomonis templo ad ſeueritatis, & manſuetudinis typum, coniunguntur.* Beda. *D. Stephani hac de re exemplum.*

Non ſine myſterio iuſſit Salomon, vt inter cætera templi ornamenta *leones* pariter, ac *boues* ſculperentur, 3.Reg.7. num.29. Nam, vt Beda ad eum locum, *Sanctorum*, inquit, *mentes habent cum leonibus boues, quando inuentionem correctionis cum ſpiritu manſuetudinis exhibent.* Exemplo ſancti Stephani tem illuſtrat, qui leonem ſe præſtabat, arguendo impios: *Dura*, inquit, *ceruice, & incircumciſis cordibus, & auribus*, Actor.7. num.51. Et ſtatim bouis manſuetudinem oſtendebat, orando pro lapidatoribus: *Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum*, ibid.n.60. Notat verò idem Beda, additos fuiſſe à Salomone leonibus, ac bobus cherubinos: *Leones*, inquit, *& boues, & cherubim*, qui multitudo ſcientiæ interpretantur; vt ſignificaret ad miſericordiam, ac iuſtitiam alternis vicibus exhibendam, ſapientibus viris opus eſſe, qui in neutram virtutem proniores nimium inclinarent: ſed nunc hac, nunc illa, vbi oporteret, prudenter vterentur.

Summa ſtrictè in miſericordia, ac iuſtitia coniunctione, neceſſaria.

34. *Iuſtitiam pariter & miſericordiam Rex exhibeat.*

E duobus, qui cum Ioſepho in carcerem incluſi tenebantur, vnum Pharao ſuſpendit, alterum in priſtinum officium reuocauit, Geneſ.40.n.21. Ne ſi vtrumque interimeret, crudelis: ſi vtrumque abſolueret, remiſſus videretur; dum verò ſuam cuique ſententiam, alteri benignam, alteri ſeueram promulgaret, debitam cum miſericordia iuſtitiam condiret. Quod Rupert. lib.8. in Geneſ. cap 37. rectè expendit. *In alterum*, inquit, *iram, in alterum clementiam oſtendit. Nam ſicut clementia honor eſt principi; ſic & honor regis iudicium diligit*, Pſalm 96. num. 3. *Etenim vbi totum punitur, regia ſeueritas crudelitate polluitur; vbi vero totum remittitur, facies maieſtatis ſine metu diſciplina contemnitur.* Et pergit oſtendere, quo pacto à Deo miſericordiam in vnum, & iuſtitiam in alterum viciſſim alternante, totus hic mundus ſingulari prouidentia gubernetur. Rupert.

35. *Sacerdotis virga amygdalina, vt internã dulcedinem cum externa ſeueritate coniungat.* D Greg. Nyſſ.

Declaraturus olim Deus ſummum ſacerdotem, iuſſit, vt pro ſingulis tribubus ſingulæ virgæ amygdalinæ in tabernaculo ponerentur, & ex illa tribu Pontifex aſſumeretur, cuius virga in craſtinum floribus, ac fructibus germinaſſet, Num.17. à num.1. Quæres, cur potius amygdalino fructu, quàm quouis alio Pontifex declaretur? Reſpondet D. Greg. Nyſſen. in lib. de vita Moyſis, verſùs finem: *Hoc*, inquit, *fructu, quem Aaronis virga ediderat, qualis debeat eſſe ſacerdotis vita monemur, aſpera enim, & continens, duráque debet exterius eſſe: intus autem, & in occulto ſuaue quoddam edulium continere.* Quaſi diceret, in Pontificis vita externam ſeueritatis amaritudinem cum interna charitatis dulcedine coniungendam: delinquentes duriter corripiat, pœnitentes leniter amplectatur. Quam laudem D. Greg. Nazianz. tribuit magno Athanaſio in orat. 21. de eius laudibus, quem dicit ita obiurgare, & laudare ſolitum; *Vt & increpatio*, inquit, *paternam charitatem, & laudatio imperio dignam grauitatem obtineret; nec aut mollities diſſoluta, aut ſeueritas rigida, & tetrica eſſet: quin potius illa benignitatis, hæc prudentiæ nomen haberet; vtraque verò ſapientiæ laudem conſequeretur.*

D.Greg. Naz. *D. Athanaſij hac in re exemplum.*

36. *Superiores tãquam chirurgi peccatorum vulnera alligẽt.*

Inter alia, quæ Deus principibus, & ſacerdotibus Iſraëlis obiiciebat, erat illud: *Quod confractum eſt, non alligaſtis*, Ezech. 34. num. 4. hoc eſt, populi peccata non coërcuiſtis: ea ſcilicet moderatione, qua chirurgi vulnera conſtringunt; qui nec duriter premunt, nec ſegniter laxant, ſed ſuauiter alligant, lenitatem cum aſperitate iungentes. Sic enim explicat D.Greg. 2. part. paſt. c.11. *Neceſſe eſt*, inquit, *vt cùm peccati vulnus in ſubditis corrigendo reſtringitur, magna ſe ſolicitudine etiam diſtrictor ipſe moderetur; quatenus ſic iura diſciplinæ contra delinquentes exerceat, vt pietatis viſcera non admittat.* Et ſtatim, *Curandum eſt*, inquit, *vt rectorem ſubditis, & matrem pietas, & patrem exhibeat diſciplina.* Et rurſus, *Solicita circumſpectione prouidendum, ne aut diſtractio rigida, aut pietas ſit remiſſa.* Et paulò pòſt, *Erga ſubditos ſuos ineſſe rectoribus debet, & iuſtè conſolans miſericordia, & piè ſæuiens diſciplina.* D.Greg.

37. *Lenitatis oleum cum ſeueritatis vino in ſubditorũ vulneribus curandis, coniungendum.* D.Greg.

Cuius rei exemplum ducit à Samaritano, qui *alligauit vulnera* proximi ſui, *infundens oleum, & vinum*, Luc.10.num.34. *Vt per vinum*, inquit D.Greg. *mordeantur vulnera, per oleum foueantur. Neceſſe quippe eſt, vt quiſquis ſanandis vulneribus præeſt, in vino morſum doloris adhibeat, in oleo mollitiem pietatis: quatenus per vinum mundentur putrida, per oleum foueantur ſananda. Miſcenda ergo eſt lenitas cum ſeueritate; faciendum quoddam temperamentum ex vtroque: vt neque multa aſperitate exulcerentur ſubditi, neque nimia benignitate ſoluantur.* Quam doctrinam in arca fœderis typicè figuratam credit. Vt enim arca virgam ſimul, & manna continebat, Hebr. 9. num. 4. *Ita planè*, inquit D. Gregor. *in boni rectoris pectore ſi eſt virga diſtrictionis, ſit & manna dulcedinis.* Virga vtatur, & baculo, Pſalm. 22. num. 4. vt illa percutiat, hoc ſuſtentet, vtroque ſimul ſubditos conſoletur. *Sit itaque*, inquit D.Greg. *amor, ſed non*

Cur ſimul virgam, & manna arca contineret. D.Greg. *Prælati baculo vtãtur, & virga.* D.Greg.

non emolliens: ſit rigor, ſed non exaſperans: ſit zelus, ſed non immoderatè ſæuiens; ſit pietas, ſed non plus, quam expediat, parcens: vt dum ſe in arce regiminis iuſtitia, clementiáque permiſceant; is, qui præeſt, corda ſubditorum, & terrendo demulceat; & tamen terroris reuerentiam demulcendo conſtringat. Sic de hac ſe D. Greg. eleganter philoſophatur.

38.
In columbina, & ignea ſpecie diuinus Spiritus apparuit, vt lenitatis, & ſeueritatis ſpiritum communicaret.
D.Greg.
Prælati ex amoris, & rigoris ſpiritu temperandi.

Duplici ſub ſpecie, columbina, & ignea, diuinus ille Spiritus ſe mundo oſtendit, Matth. 3. num. 16. & Act. 2. num. 3. Non ſine myſterio, vt ſentit D. Gregor. 3. p. paſt. admonit. 17. *Quia omnes*, inquit, *quos implet, & columbæ ſimplicitate manſuetos, & igne zeli ardentes exhibet.* Vnde ſtatim concludit: *Nequaquam ergo ſancto Spiritu plenus eſt, qui aut in tranquillitate manſuetudinis, feruorem æmulationis deſerit, aut rurſum in æmulationis ardore virtutem manſuetudinis amittit.* Et vtroque amoris, & rigoris ſpiritu temperatos diſcipulos ſuos volebat Apoſtolus. Nam Timotheum zelo feruentem, patientiæ fræno coërcebat: *Increpa*, inquit, *in omni patientia*, 2. Timoth. 4. num. 2. At verò Titum manſuetudini vacantem, poteſtatis ſuæ ſtimulo incitabat: *Argue*, inquit, *cum omni imperio*, Tit. 2. num. 15. Vt in vtroque amorem cum rigore, lenitudinem cum ſeueritate temperaret. Quod D. Gregor. citat. obſeruans: Titum, inquit, quem manſuetioris ſpiritus eſſe vidit, *per æmulationis ſtudium inflammat*; Timotheum, quem feruentioris ingenij eſſe nouit, *per lenitatem patientiæ temperat: illi, quod deeſt, iungit; huic, quod ſupereſt, ſubtrahit: illum ſtimulo impellere nititur; hunc fræno moderatur.* Vt ſic vterque ex miſericordia, & iuſtitia temperatus, ſuis, prout quiſque exigeret, ſubditis prouiderent.

39.
B. Iobi in ſuos ſeueritas, & benignitas.
D.Greg.

Feliciter olim Iob, & amorem, & rigorem erga ſuos temperauit, *Cùm ſederem*, inquit, *quaſi Rex circumſtante exercitu; eram tamen mœrentium conſolator*, Iob. 10. n. 25. Quo ex loco colligit D. Greg. lib. 10. Moral. c. 8. *Quomodo bonis rectoribus mixta ſit, & regendi auctoritas, & benignitas conſolandi. Ait enim: Cùm ſederem quaſi Rex, circumſtante exercitu. Ecce auctoritas regiminis. Eram tamen mœrentium conſolator. Ecce miniſterium pietatis.* Vtrumque ſe Iobus exhibebat, & imperatorem ad effundendum ſanguinem peccantium; & conſolatorem ad abſtergendas lacrymas mœrentium: foris circumſtabant milites ad impios puniendos; intus erumpebant affectus ad miſeros conſolandos.

40.
Moyſes totus ex lenitate, & ſeueritate compoſitus.
D.Greg.

Mirabilior adhuc Moyſes totus ex miſericordia, & iuſtitia compoſitus; totus ex benignitate, & ſeueritate conflatus. Nam in monte miſericordiam à Deo poſtulabat: *Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo*, Exod 32. num. 32. In campo iuſtitiam in populum exercebat: *Occidat vnuſquiſque fratrem, & amicum, & proximum ſuum*, ibidem num. 27. Quis non miretur tantam pietatem cum tanta ſeueritate coniunctam? Scilicet, inquit eleganter D. Gregorius proximè citatus: *Intus arſit ignibus amoris; foris accenſus eſt zelo ſeueritatis. Tanta fuit pietas, vt ſe pro illis coram Domino morti offerre non dubitaret: tanta ſeueritas, vt eos, quos diuinitus feriri timuerat, ipſe iudicij gladio feriret. Sic amauit eos, quibus præfuit, vt pro eis, nec ſibi parceret: & tamen delinquentes ſic perſecutus eſt, quos amauit, vt eos, etiam Domino parcente, proſterneret. Cauſam populi apud Deum precibus; cauſam Dei, apud populum gladiis allegauit. Intus amans diuinæ iræ ſupplicando obſiſtit: foris ſæuiens culpam feriendo conſumpſit. Succurrit citius omnibus, oſtenſa morte paucorum. Et idcirco omnipotens Deus fidelem famulum ſuum citiùs exaudiuit, agentem pro populo; quia vidit quid ſuper populum acturus eſſet ipſe pro Deo.* Hæc D. Gregor. ſi vſquam aliàs, elegantiſſimè. Ex his patet optimas Prælatorum partes eſſe, vt benignitatem cum ſeueritate coniungant. Sed quia hoc loco nimia Heli facilitas, & lenitas in filios præcipuè vituperatur, æquum eſt, vt quàm ſit Prælatis neceſſaria, ac propria ſeueritas, paucis illuſtretur.

Non exigua ſeueritatis neceſſitas in Prælatis.

41.
Duplex ex Heli ignauia detrimentū: Culpa alterum.

SI alia nobis deeſſent argumenta, quibus hæc neceſſitas probaretur, eam profectò vnum Heli exemplum ſatis ſupérque ſuaderet. Nam illo deſidente, ſegniúterque agente in filios, duo longè maxima detrimenta contigerunt. Vnum, quòd ſcelerum habenæ laxatæ ſint. In primis filij ex paterna indulgentia audaciores facti; deinde improbi homines ex malo Sacerdotum exemplo impudentiores redditi; tandem ipſi quoque boni ciues, qui paulò ante fuerant ad peccandum verecundi, ex ſacerdotali malitia inducti, & ex impunita licentia effrænati, omnes facto agmine in omnia ſcelerum abrupta præcipites abierunt. Tota hæc vitiorum colluuies ex illa Sacerdotis ignauia, & ſocordia erupit: *Impunitas enim*, vel ipſo Tullio auctore, *magna eſſe ſolet illecebra peccandi.* Vnde Diuus Gregorius Nazianzen. oration. 21. loquutus de remiſſis Prælatis: *Venia*, inquit, *ipſi opus habent, vltra modum aliis ignoſcentes: vt ſic vitium non modò non reprimatur, ſed etiam doceatur.* Alterum, quòd ingens ſupplicijs aditus patefactus ſit: Heli mortuo, filijs interfectis, populo partim in fugam, partim in necem tradito, ipſa quoque fœderis arca in hoſtiles manus, & quod deterius eſt, in ſacrilegas iniurias mancipata; vt tota illa reſpublica non ſolùm humanis, ſed etiam diuinis præſidijs deſtituta funditus euerteretur. Nam ſi Deus, teſte D. Auguſtino lib. 5. de Ciuitate, cap. 9. *Peccatis indignatus impleuit tantis calamitatibus mundum*; quid mirum ſi impleat, vnum populum? Hic igitur ſuppliciorum gurges, non aliunde defluxit, quàm ex illa ſacerdotali indulgentia, quæ tanto incendio nutriendo peccatorum materiem ſubminiſtrauit.

Tull. Impunitas, magna peccandi illecebra.
D. Greg. Naz.
Alterum pœna.
D.Aug.

42.
Nimia regiminis indulgentia, & prælatis, & ſubditis perniciosa
Phil Hebr.
D. Aug.

Quis ergo non videt, quanta in Prælatis ſeueritas requiratur, ne ſi ignaua erga ſubditos indulgentia vtantur, ex illa, tanquam à fonte duo illa peccatorum, & ſuppliciorum flumina erumpant: quibus & Prælati, & ſubditi pariter inuoluantur? Vtriſque enim valde pernicioſa eſſe ſolet nimia regiminis indulgentia. Vnde Philo Hebr. libr. de agricultura; poſtquam egit de ſeueritate tyrannica, ſubdit: *Officiunt*, inquit, *non hæ ſolæ dominationes: verùm & nimis æquanimes principatus, præfecturæque. Benignitas enim res eſt contemptibilis: vtriſque tū principibus, tum ſubditis noxia: illis, dum contempti, nec priuatim, nec publicè valent aliquid rectè conſtituere; interdum etiam principatu ſe abdicare coguntur: his verè, dum ex continuo magiſtratuum contemptu, negligentiores facti, magnum morbum, arrogantiam ſibi contrahunt.* Quare in omnium vtilitatem remiſſa lenitas amputanda, ſeuera integritas adhibenda. Et quidem quo maior in ſubditos ſcelerum colluuio inundat, eo maior in Prælatis requiritur ſeueritas, qua tantis malis vena obſtruatur. Ne ſi amari ſubditis arguendo eſſe nolint, & ſibi, & illis extremæ amaritudinis calicem propinent. Nam, vt benè Aug. proximè citatus loquutus de ignauis Prælatis, aduertit. *Iure iſtam vitam, quando diuinitus affliguntur, amaram ſentiunt, cuius amando dulcedinem, peccantibus amari eſſe noluerunt.*

43. *Deſides, & nimiè lenes ad regimen non idonei.*

Debita igitur Prælati ſeueritate armentur, ne A ſubditorum mores in peccandi licentiam diſſoluātur. Et qui ad illam ſeueritatem non habent ſpiritum, ad hanc dignitatem non habeant faſtum, iuxta illud: *Noli quærere fieri iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates; ne forte extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in æquitate tua*, Eccleſiaſt. 7. num. 6. Homicidas olim ad aliquam ex refugij ciuitatibus receptos, non licebat ante mortem Pontificis, ad patriam redire: *Exules*, inquit lex, *& profugi ante mortem Pontificis nullo modo in vrbes ſuas reuerti poterunt*, Num. 35. num. 32. Quod rurſus inculcatur Ioſue 20. num. 6. *Habitabit*, inquit, nempè homicida, *in ciuitate illa*, nempè refugij, *donec moriatur Sacerdos magnus, qui fuerit in illo tempore*, &c.

Cur homicidis ex ciuitatibus refugij ad proprias remeare, viuente ſacerdote, prohibeantur.

Quæ, obſecro, huius legis ratio? Cur homicidis non licebat, viuente Pontifice de ciuitatibus refugij exire, & in proprias remeare? Mitto alias B rationes: illa eſt ad rem præſentem. Quia Pontifex, quando viueret, ſemper eſſe debebat iuſta ſeueritate armatus in delinquentes, qui proinde ſuis ſe continere aſylis cogebantur, ne ſi inde paululum exirent, in vltrices Pontificis manus, ſemper ad malefacta punienda paratiſſimas deuenirent. Hanc rationem inculcat Philo Hebræus lib. de ſpecialibus legibus: *Quemadmodum*, inquit, *quiſque occiſi cognatos habet ſuperſtites vltionis auidos; ita vniuerſa gentis in commune cognatus, & propinquus eſt Pontifex, reddens omnibus iura, controuerſiſque dirimens.* Et ſtatim: *Hunc igitur timere debet, quiſquis inuitus cædem patrauit, vt propugnatorem, & protectorem necatorum; continereque ſe intra ſua receptacula, ſi modò cupit ſine periculo viuere.* Vbi nota, Prælatos non minus promptos eſſe debere ad ſubditorum iniurias vlciſcendas, quàm cognatos ad cognatorum: niſi quòd hi aliquando amore vindictæ rapiantur; illi zelo iuſtitiæ ſemper ſtimulentur.

Prælatorum in delictis puniendis cura, & ſeueritas.

Phil. Hebr.

44. *Alij Apoſtoli retibus, id eſt, lenitate, D. Petrus hamo etiam, id eſt, ſeueritate expiſcantur.*

Itaque Principes à debita ſeueritate nunquam langueſcant, nunquam iuſtitiæ gladio exarmentur. Ex Apoſtolis alij quidem laxare retia, ſolus Petrus hamum mittere iubetur, Luc. 5. num 4. & Matth. 17. num. 26. Nam ad reliquos Apoſtolos pertinebat, homines ad Chriſtum ſuauiter allicere. Vnde D. Ambroſ. lib. 4. in Luc. 5. *Benè*, inquit, *Apoſtolica inſtrumenta piſcandi retia ſunt, quæ non captos perimunt, ſed reſeruant.* Ad Petrum verò Apoſtolorum principem, & futurorum in Eccleſia Prælatorum primum poſt Chriſtum Dominum exemplar, potiſſimum ſpectabat, hamo vti: *Quo genere*, inquit D. Amb. citatus, *ſolum Petrum piſcari Dominus iubet.* Fortaſſe, quia Prælatorum officium exigebat, vt non ſolùm reti peccatores incruentos allicerent, ſed etiam hamo pungerent, & cruentarent, aliàs ſuo muneri non adeſſent. Solus Petrus in horto dicitur gladium ſuum eduxiſſe, & auriculam impij ſatellitis amputaſſe, Ioan. 18. num. 10. Non ſine myſterio, vt aliqui interpretantur; quia ad Eccleſiæ principem pertinebat, non ſolùm verbo, ſed etiam ferro peccandi licentiam coërcere.

D. Ambr.

D. Ambr.

Solus S. Petrus, quia princeps, ſeueritatis gladium in horto eduxit.

45. *Iuſtitia, & ſeueritatis gladius ad reſecanda vitia in principe neceſſarius.*

Mira olim fuit deſidia Hebræorum, ne vnum quidem gladium habentium, quo in bello vterentur: *Non eſt inuentus*, inquit textus, *enſis & lancea in manu totius populi, excepto Saul, & Ionatha filio eius*, 1. Reg. 13. num. 22. Non immeritò autem illi duo excipiuntur, qui Principes erant: nam qui Remp. adminiſtrant, nunquam eſſe debent ad punienda ſcelera exarmati: vt patet in Mathathia, qui Iudæum idololatrantem illicò inſiliens trucidauit, 1. Machab. 2. num. 24. ne idololatrandi licentia liberior deinceps funderetur. Patet in Phinee, qui Iſraëlitem, ac Madianitidē publicè peccantes, *arrepto pugione perfodit ambos ſimul*, Numer. 25. num. 8. ne impunita luxuries quempiam faceret impudentem. Patet in Moyſe, & Leuitis, qui diſtrictis gladijs in ſceleratos idololatras acriter irruerūt, Exod. 32. num. 27. ne idololatrarum impunitas foueret idololatriam. Vnde Petrus Dam. lib. 1. ep. 6. in Heli Sacerdotem erga ſuos filios inermem ſic inuehitur: *Quos*, inquit, *hoſtili gladio ferire debuit, paternæ blanditiæ lenitate palpauit. Non ſic ille fidelis in domo Domini famulus Moyſes, magiſter videlicet ingenui Phinees*, &c. Et pergit Damianus cædem in impios à Moyſe factam enarrare; referénſque illa verba Moyſis ad Leuitas de cæde redeuntes: *Conſecraſtis manus veſtras hodie Domino, vnuſquiſque in filio, & in fratre ſuo, vt detur vobis benedictio*, Exod. 32. num. 29. ſubdit: *Planè*, inquit, *ſicut benedictione digni ſunt, qui culpas corrigunt: ita nihilominus maledictioni obnoxij ſunt, qui peccatoribus blandiuntur*, iuxta illud: *Maledictus, qui prohibet gladium ſuum à ſanguine*, Ierem. 48. num. 10. *A ſanguine quippe gladium prohibet, qui ſe ab inferenda reprobis vltione digna coercet.*

D. P. Dam.

46. *Prælatorum conſtans ſeueritas in Ionatha, & Saule, myſticè adumbrata.*

Tales Principes ad ſcelera iugulanda paratiſſimos, neque vllo timore humano à debita ſeueritate reuocabiles, myſticè adumbrarunt Ionathas, & Saül, de quibus Dauid in lugubri vtriuſque epicedio: *Sagitta*, inquit, *Ionathæ nunquam redit retrorſum; & gladius Saul non eſt reuerſus inanis*, 2. Reg. 1. num. 22. Plumbeum geſtant gladium, imò cereum, qui quouis humanæ dignitatis clypeo, à debitis pœnis inferendis repelluntur. Non ita Ionathas, & Saül, ſeu quos illi repræſentabant, ſeueri Principes, quorum neque ſagitta, neque gladius, C hoc eſt, iudiciaria poteſtas, à ſupplicio, cum oportet, inferendo reuocantur. Vnde olim neque Nathan Prophetam Rex Dauid, neque Azariam Sacerdotē Rex Ozias, neque Heliam Theſbitem Rex Achab, neque Ioannem Baptiſtam Rex Herodes; neqūe Chryſoſtomum Eudoxia Auguſta, neque Ambroſium Theodoſius Imperator, neque Thomam Cantuarienſem Henricus Angliæ Rex, neque alios ſanctiſſimos antiſtites alij potentiſſimi Tyranni, ſua quanta poteſtate, terrere potuerunt, quominus eos diſtricto debitæ ſeueritatis gladio quàm acerrimè vulnerarent. Hos Eccleſiæ regendæ Principes D. Bernard. lib. 4. de conſideratione ad Eugen. requirit: *Qui*, inquit, *Regibus Ioannem exhibeant, Ægyptiis Moyſen, fornicantibus Phineen, D Heliam idololatris, Heliſæum auaris, Petrum mentientibus, Paulum blaſphemantibus, negotiatoribus Chriſtum.* hoc eſt, qui nullis difficultatibus retardentur, quominus diuinæ legis profanatores ſeueriſſimè vlciſcantur.

Humana dignitates ſeuerum prælatorum gladium non hebetent.

D. Bern.

47. *Regum, & principum in proprios etiā filios ſeueritas.*

Neque ſolùm ſuperbos hominum faſtus contemnere debent optimi Principes; ſed etiam internos animorum affectus amputare, vt neque his, neque illis à iuſtitia exequenda reſtringantur. Singulare fuit illud ſeueritatis exemplum, quod præbuit Rex Ezechias erga filium ſuum Manaſſen: vt refert Auctor operis imperfecti in Matth. homil. 1. poſt medium. Moriturus enim pater filium ad pietatem, ac religionem hortabatur: ſed cùm à E Propheta Iſaia, qui tunc aderat, audiret, eam monitionem in irritum abituram, futurúmque, vt Manaſſes ipſum interficeret Iſaiam, rei indignitate commotus, voluit ſtatim ſuum filium interficere: interfecturus quidem, niſi ab ipſo Propheta ſiſteretur; cum enim plus filium, quàm Deum non amaret: *Melius mihi eſt, dicebat ille, ſine filio mori, quàm talem relinquere, qui & Deum exaſperet, & ſanctos eius perſequatur.* In quo ſecutus eſt illud Eccleſiaſtici 15. num. 22. *Vtile eſt mori ſine filiis, quam relinquere filios impios.* Itaque neque

Ezechia regis in Manaſſen filium hoc in re exemplum. Auct. imperf.

48. quæ paternus affectus Regem tenere potuit, quominus capitalem ſententiam in filium pronunciaret, ac debito ſeueritatis ſtudio naturalem in filium beneuolentiam cohiberet.

Filios olim à parentibus accuſari Deus præcipiebat, vt debitam ſeueritatem paternus affectus non minueret.
Rupert.
Lyran.

Præcipiebat olim Deus, vt parentes filium, ſi quem haberent contumacem, & proteruum, ſiſterent ad portam iudicij, & coram ſenioribus accuſarent, vt totus eum populus lapidaret, Deuter. 21. à num. 18. Sed cùm parentibus filiorum accuſatio committitur, qui potiùs illorum patrocinium ſubire debuiſſent: reſpondet ibi Rupertus iam à nobis ſuperiori ſectione citatus, vt teneri falſæ pietatis affectus à parentum cordibus excludantur: *Nam in cauſa Dei*, inquit, *nec filium pater ſapiens agnoſcit.* Cui ſubſcribit Lyranus: *Filius*, inquit, *ex amore inordinato non debet in malis foueri, ſed magis iudicibus tradi, vt lapidetur; antequam ad peiora per inſolentias deducatur.* Pater enim filijs non eſt, ſed ſibi hoſtis, qui filiorum crimina diſſimulat; eorúmque in ſuum caput ſupplicia conuertit. Nam ſine dubio puniendus à Deo eſt, qui in puniendis filijs langueſcit.

49. Diuina lex fuit, vt dominus bouis virum occidentis, occideretur, præſertim cùm dominus admonitus, bouem non reclusſerit, & tollendo periculo nõ prouiderit: *Si bos*, inquit, *cornupeta fuerit ab heri, & nudius tertius, & conteſtati ſunt dominum eius, nec recluſerit eum, occideritque virum, aut mulierem; & bos lapidibus obruetur, & dominum eius occident*, Exod. 21. n. 29. Quam legem D. Auguſt. quæſt. 81. in Exod metonymicè interpretatur, partem pro toto, hoc eſt, bouem pro quouis animali in alterius damnum erumpente. Quòd ſi dominus reus eſt damni illati à boue, quia illum non recluſit, non coërcuit, cornibus non truncauit: ita vt quam bos intulit mortem, ſua morte ipſe dominus expiare compellatur: quid mirum, ſi pater reus fiat malorum quæ à filijs patrantur, quod illos non percuſſerit, nõ compreſſerit, non frænauerit, ſed effrænes abire permiſerit, & indomitos ferocire? Quid mirum, ſi capitalis pœna quæ filijs malorum exequutoribus debetur, in parentem filiorum indultorem transferatur; cùm maior eſſe debeat parenti de filijs, quàm domino de bobus prouidentia, ac ſeuerior diſciplina?

Cur dominũ bouis virum occidentis, Deus præceperit occidi.
D. Aug.

50. Nec iniuſtum, ad mortem temporariam efferri eos parentes, qui filios nec corripiendo, nec puniendo ad æternam ruere patiuntur; cùm etiam filij, qui patres delinquentes non corripiunt, capitali ſupplicio adiudicentur. Quod in Ionatha Saulis filio videre eſt: qui, priuſquam Saul in prælio occubuit à Philiſthæis interfectus, 1. Reg 31. n. 2. quod Sauli Pythoniſſam conſulenti, 1. Reg. 28. num 8 non obſtiterit, tantámque in inſaniam abeunti ſaniorem mentem non indiderit. Sic enim D. Iſidor. Peluſiota lib. 1. epiſt. 370. ad Cyrill. Alex. arbitratur: *Angorem*, inquit, *mihi, ac ſolicitudinem affert Ionathæ pœna; quia patrem Pythoniſſam quærentem minimè prohibuerat: ob idque ante eum, qui ſcelus admiſerat, is, qui prohibere poterat, in bello interiit.* Quo ille exemplo incitatus, ad Cyrillum, quem ſuum ſibi patrem ſpiritualem recognoſcit, increpandum aggreditur: *Quamobrem*, inquit, *ne ego condemner, & tu diuinum iudicium ſubeas, ſimultates, ac diſſidia comprime*, &c.

Etiam filij qui parentes non corripiunt, capitali ſupplicio puniuntur. Ionatha exemplum.
D. Iſid. Peluſ.

51. Quàm promptus Abrabam ad ſuorum diſcordias componendas etiam cum magno ſuarum rerum detrimento accurrebat! *Facta eſt rixa*, inquit textus, *inter paſtores gregum Abram, & Loth*, Gen. 17. num. 7. Et ſtatim Abram ſe interponit; primùm quidem ſequeſter, & caduceator: *Ne quæſo, ſit iurgium inter me, & te*, &c. ibidem num. 8. vt rixantes, ac tumultuantes ad concordiam reducat: futurus ſine dubio, ſi oporteret, maſtyges, & gladiator, qui rixari pergentes verberaret, & iugularet. Quo ex loco D. Chryſoſtom. homil. 23. in Geneſ. optimum deducit ad reliquos patres familias documentum: *Audiant*, inquit, *hæc, qui ſe extra crimina putant eſſe, quando propter familiaritatem ſuis miniſtris conniuent, ac permittunt rapere, decipere, multa mala machinari*, &c. *Eâque de cauſa maiori tales beneuolentia perſequuntur. Nam licèt iniuſtitia illa opus alienum tibi ſint; tamen & ipſe negotio communicas, non ſolùm quia oblectaris facto, & credis inde facultatibus tuis incrementum accedere, ſed quia non prohibes, ne facinus committatur. Nam qui prohibere poteſt eum, qui iniuriam facit, & non prohibet, is non minorem luet pœnam, quam qui iniuriam facit.*

Abrahami cura in ſuorũ diſcordijs componẽdis, & corripiendis.
D Chryſ.
Pernicioſa patrisfamilias ignauia in ſuis corrigendis.

B Magnum ſibi detrimentum ſtruxit Achab Rex Iſraël, dum iniuſta miſericordia in Benadab Aſſyriorum Regem vſus eſt: nam quem occidere debuiſſet, leuauit in currum, captis ciuitatibus donauit, fœderauit ſibi in ſocium, ac tandem liberum, & impunitum abire permiſit, 3. Reg. 20. à n. 33. ſed ſtatim qui iuſtas ab hoſte pœnas non exegit, iuſtiſſimas ipſe ſoluit, dicente ad eum Propheta: *Quia dimiſiſti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius*, ibid. n. 42. Neque enim fuit illa *clementia, ſed dementia*, vt loquitur Lyran. Quod expendens D. P. Dam. epiſt. illa 6. cit. ex 1. lib. *Achab*, inquit, *Rex Iſrael, dum Regi Aſſyriorum Benadab inordinata pietate pepercit, diuini aduerſum ſe furoris ſententiam prouocauit.* 52.

Achabi inordinata pietas in Regem Bendab grauiter à Deo punitur.
Lyran.
D. P. Dam.

C Sed longè mirabilius eſt, quod ibi accidit. Nam Propheta, qui ſuum ſocium rogauit, vt ſe percuteret, renuentem acriter damnauit, dicens: *Quia noluiſti audire vocem Domini: ecce recedes à me, & percutiet te leo*, 3. Reg. 20. n. 36. Vbi & punientis commendatur ſeueritas, & indulgentis vituperatur ignauia, vt D. P. Dam. citatus rectè obſeruat: *Quibus*, inquit, *ſacri eloquij verbis, quid aliud innuitur, quam quia incompoſita pietas proculdubio meretur iram Dei; dum non promulgat in reos ſub diſtricti iuris æquitate cenſuram? Meritòque debet ſuperni iudicis ſubire vindictam, qui neglexit in ſubditos exercere diſciplinam, illíque leoni, qui circuit, quærens, quem deuoret, meritò traditur, qui ab infligendo pœnitentiæ vulnere per corporis deſidiam cohibetur.* 53.

Incompoſita pietas, imò deſitia in delinquentes, diuinam meretur vindictam.
D. P. Dam.

D Iam verò Saul cum pepercit Regi Agag, & clementiorem ſe exhibuit, quàm oportebat, regnum amiſit: *Abiecit te Dominus*, inquit Samuel, *ne ſis Rex*, 1. Reg. 15. num. 23. Nec immeritò, qui debita ſeueritate non vtitur, regia maieſtate priuatur. Cùm enim regnum diſciplina ſeruetur, aptus non eſt regno ſeruando, qui diſciplinam relaxat. Quòd ſi diuinam voluit miſericordiam imitari, ſtultè egit, cùm illa iuſtitiæ ſoror germana ſit, & nullo cum ignauia, ac deſidia cognationis iure teneatur. Vnde rectè Theod. ad eum locum quæſt. 33. *Oportebat*, inquit, *ſtultum intelligere, quia vna gutta diuinæ benignitatis, & clementiæ, vincit omnem hominum bonitatem: ſed infelix, cùm Deus iuſſiſſet punire, miſertus eſt; & cùm Deus morte damnaſſet, ipſe, vt exiſtimauit, vitam tribuit.* Quaſi diceret, præpoſterè diuinam imitari voluit miſericordiam, cùm diuinam imitari iuſtitiam debuiſſet: vnde neutram expreſſit, ſed in ſuam relapſus ignauiam, ac ſocordiam, ſe regno indignum conſtituit; quod non per remiſſam indulgentiam, ſed per æquam ſeueritatem rectè adminiſtratur. Addit Theodoret. hanc Saulis in ſceleſto Rege puniendo deſidiam, cæteris Saulis vitijs imparem non extitiſſe: *Tantùm*, 54.

Saul propter inordinatam in Regem Agag clementiam, regno priuatur.
Theod.
Diuina iuſtitia aliquando etiam imitanda.
Inordinata Saulis miſericordia grauiſsima.

A *tum*, inquit, *cum condemnauit ea, quæ præter legem vſus eſt, miſericordia, quantum auaritia, & plura habendi inſatiabilitas, & amor pecuniæ, cui ſeruiens tranſgreſſus eſt mandatum.* Nam re vera nimia Principis indulgentia multorum eſſe ſolet & fomes, & nutrimentum vitiorum: vnde vna cùm ſit, plurium ſcelerum malitiam exæquat.

55. Longè aliter ſe habent optimi Reipub. adminiſtratores, cultores legum, altores virtutum, exterminatoréſque flagitiorum, qui ſeueræ miniſterio diſciplinæ ſuos in officio ſubditos coërcent, effrænam peccandi licentiam refrænant, omnéſque à ſua Repub. vitiorum peſtes amoliuntur. Ita Samuel eum, cui Saul ignauiter pepercerat, Regem Agag, *in fruſta concidit coram Domino*, 1. Reg. 15. B n. 33. rectè arbitratus, non minus gratum Deo iuſtum illud ſupplicium, quàm pingue aliquod ſacrificium futurum. Ita Gedeon in Socothenos iuſtiſſimè indignatus: *Tulit ſeniores ciuitatis, & ſpinas deſerti, ac tribulos, & contriuit cum eis, atque comminuit viros Socoth*, Iudic. 8. n. 16. vt noui ſupplicij atrocitas & nocentes purgaret, & innocentes terreret, ac tandem omnibus euaderet ſalutaris. Ita Dauid iuſtiſſimam in vltionem prouocatus, Ammonitas *ſerrauit, & circumegit ſuper eos ferrata carpenta, diuiſitque cultris, & traduxit in typo laterum*, 2. Reg. 12. n. 35. Vt ſicut ſuam Deo manſuetudinem, ingentis loco muneris, offerebat, dicens: *Memento Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius*, Pſal. 131. n. 1. ita C ſuam Deo ſeueritudinem non minoris loco obſequij offerret; patem ex hac, atque ex illa à Deo gratiam initurus.

Samuelis iuſtitia in Agag, Rege occidendo. Simile Gedeonis exemplum.

Dauidis ſeueritas in puniendis Ammonitis.

56. Quid moror Heliam, expreſſam iuſtitiæ normam, viuum ſeueritatis exemplar? Qui in impios Sacerdotes Baal, non verbo, ſed ferro animaduertit, viſus ſibi vltrices manus non tam profano ſanguine imbuere, quàm oleo ſancto cōſecrare. Quibus tandem interfectis, dixit ad Achab: *Aſcende, comede, & bibe, quia ſonus multæ pluuiæ eſt*, 3. Reg. 18. n. 41. Quaſi illa in impios ſeueritas Deo tam grata extiterit, vt ſtatim ab eo pluuiam reuelandæ fami neceſſariam impetrarit. Neque ſolùm ferro, ſed flamma in impios vtebatur, iuxta illud: *Surrexit Helias Propheta, quaſi ignis, & verbum ipſius, quaſi facula ardebat*, Eccleſiaſtici 48. num. 1. D Vbi verbum Heliæ igni, & faculæ comparatur, non ſolùm propter efficacitatem prædicandi, ſed etiam propter ſeueritatem puniendi; ipſo enim ſolo verbo ignem è cœlo deuocauit, quo miſſos ad ſe tenendum milites, ac ſatellites abſumpſit. Vbi notanda ſunt verba Prophetæ ad militum ducem: *Si*, inquit, *homo Dei ſum, deſcendat ignis de cælo, & deuoret te, & quinquaginta tuos*, 4. Reg. 1. num. 10. Quaſi in ea re, ſe hominem Dei oſtenderet, ſi homines ſceleratos acriter puniret. Et ne quis iuſtam Prophetæ ſeueritatem, nimiam crudelitatem fuiſſe putet, audiat Theodoretum ad eum locum: *Qui*, inquit, *Prophe-* E *tam crudelitatis accuſant, aduerſus Prophetæ Deum, linguam mouent.* Quaſi diceret, non humana fuit illa ſeueritas, ſed diuina ab auctore Deo proceſſit; Heliam habuit exequutorem. Nam vt Deus, ac Dei ſeruus communes habent hoſtes, (vterque enim offenditur ab eo, à quo alter offenditur:) ita pares ſe præbent iiſdem hoſtibus vltores; vterque namque in eam conſpirat vltionem, quam alteruter moliatur.

Helias in impios Baal ſacerdotes, viuum ſeueritatis exemplar.

Cur Helias igni, & faculæ comparetur.

Theod.

Heliæ ſeueritas non damnanda.

57. Ab Helia didicit Heliſæus. Imò ſimplicem illum rigoris ſpiritum, quem habuit Helias, duplicem in ſe fieri poſtulabat. In hunc enim ſenſum Theodoretus, & Procopius interpretātur illud. *Fiat in me duplex ſpiritus tuus*, 4. Reg. 2. num. 9. hoc eſt, A fac diſcipulum duplo ſeueriorem, quàm magiſtrū. Quaſi nihil optabilius, quàm ſeueritas ad coërcendos impios Heliſæo videretur. Et quidem ſui voti compos factus eſt. Nam cùm Helias fame trium annorum, & ſex menſium, terram flagellaret, vt patet ex epiſtola Iacobi, cap. 5. n. 17. Heliſæus quidem famem duplo longiorem, nempe ad ſeptem annos ingraueſcentem, in terram induxit; vt patet ex 4. Reg. 8. n. 1. Item cùm Helias ab adultis tantum pœnas repoſceret, vt loca ſuprà citata conſulenti facilè patebit: certè Heliſæus ne pueris quidem pepercit, dum ex illis quadraginta duos vrſis tradidit lacerandos, 4. Reg. 3. n. 24. In quem locum D. Iuſtin. Mart q. 80. ad Orthodoxos: *Seueritas*, in- B quit, *iis, qui ſunt inemendabiles, vtilior eſt, quàm patientia.* Itaque vna Heliæ hæreditas, fuit ſeueritas, quam Heliſæus non ſolùm recipere voluit, ſed augere: non ſolùm ſibi legari, ſed à ſe locupletari. Hæc enim Prælatos cum impijs hominibus agentes non mediocriter illuſtrat.

Par, imò maior Heliſæi in puniendis impijs ſeueritas.

Theod. Procop.

D. Iuſt. M.

58. Quid, obſecro, cauſæ fuit, cur Moyſis facies, non cùm primùm, ſed cùm ſecundò deſcenderit de monte, coruſcarit? Nam in primo deſcenſu, Exod. 32. à num. 15. nuſquam dicitur retuliſſe faciem radiantem; in ſecundo verò habuiſſe dicitur faciem cornutam, Exod. 34. num. 35. hoc eſt, emicantibus radijs collucentem, vt vel ipſe Apoſtolus 2. Corinth. 3. num. 7. interpretatur. Ratio ad præ- C ſens inſtitutum eſſe poteſt, quia in primo aduentu latorem legis ſe præſtiterat; in ſecundo etiam vltorem. Cùm primùm deſcendit, nondum ſuam in idololatras ſeueritatem exhibuerat; quam tamen iam exhibuiſſe, cùm ſecundò deſcendit, gloriabatur. Ac ſi ſplendore dignus eſſet, qui debito in peccatores rigore vteretur, quo terribilis, non contemptibilis reddebatur. Imò non ſolùm reuerentiam apud homines, ſed etiam beneuolentiam apud Deum hæc ſeueritas Moyſi conciliauit. Vnde ad illum Deus: *Vlciſcere*, inquit, *priùs filios Iſrael de Madianitis, & ſic colligeris ad populum tuum*, Num. 32. n. 2. Quaſi dignus non eſſet Moyſes, qui æterna præmia reportaret, niſi prius debita peccatoribus ſupplicia exerceret. Vnde Procopius ibi aſſerit, Deum hoc negotium mandaſſe Moyſi, tan- D quam magnum aliquod opus ante obitum gerere, ſeu neceſſarium ad vitæ exitum viaticum comparare ſuaderet; neceſſe enim fuit, vt ſtrenuam iuſtitiæ operam impenderet, antequam ad beatam iuſtitiæ coronam perueniret.

Coruſcātem Moyſis faciē ſeuera reddidit in peccātem populum vindicta.

Seueritas, & iuſtitia optimū ad beatitudinem viaticum.

Procop.

59. Vnde D. Paulus qui pro hac iuſtitiæ corona bonum certamen certauit, non ſolùm ſeueritatis virgam præferebat, 1. Corinth. 4. num. 21. ſed etiam Satanæ impios homines mancipabat, 1. Corinth. 5. num. 5. & 1. Timoth. 1. num. 20. diabolo vſus tanquam *carnifice*, vt docet D. Chryſ. hom. 3. in Iobum, aut certè tanquam *cuſtode carceris*, vt loquitur D. E Auguſt. epiſt. 48. ad Vincentium. Si enim hanc malitiam non frænaret, impudentior graſſaretur, iuxta illud D. Bernard. in epiſt. 178. ad Innocentium Papam, punire cunctantem: *Quanta*, inquit, *putamus impunitas iſta in Eccleſia parturiet punienda?* Quare Pontifices, Epiſcopi, & Sacerdotes, quia altera manu præferunt claues regni cælorum, quibus pœnitentes ad coronam iuſtitiæ recipiendam, introducunt; altera ſaltem manu præferre debent virgas, quibus errantes ad viam iuſtitiæ ſectandam reducere conentur.

D. Pauli magnus ſeueritatis zelus.

D. Chryſ.

D. Auguſt.

D. Bern.

Impunitas vitiorum mater.

60. Qui his virgis exarmati incedunt, non leuiter verberandi. Vnde D. Bernard. epiſtol. 178. ad eundem Innocentium Papam, propter debitæ ſeueritatis defectum, cum eo ſic expoſtulat: *Qui*, inquit, *flagitioſi*,

Seueritatis defectus in prælatis grauiter damnandus.

D. Bern.

flagitioſi,& contentioſi de populo, ſiue de clero, aut etiam ex monaſteriis pulſati currunt ad vos, redeuntes iactant, & geſtiunt, ſe obtinere tutores quos magis vltores ſenſiſſe debuerant. Proh dolor! Quas cachinnos res iſta mouet Eccleſiæ inimicis? Vbi plura in hanc rem eleganter, per totam epiſtolam querelarum plenam. Eodem ſpiritu D.P.Dam epiſt.6.citata, Nicolaum Pontificem hortatur, ne in malis præcipuè clericis impuritatis amatoribus puniendis elangueſcat: *Noli*, inquit, *peſtem hanc per ignauiam ad incrementa perducere conniuendo, & diſſimulando graſſanti luxuriæ frena laxare. Serpit enim hic morbus, vt cancer; & viroſa propago ad infinita porrigitur, niſi Angelica falce, quod male pullulat, amputetur. Abſit igitur vt ſanctum cor veſtrum ſegnis Heli torpor emolliat*, &c. Lege eundem Dam. lib.7.ep.11.& 12. hac de re latiſſimè diſſerentem.

D.P.Dam

Pullulans clericorum luxuria angelica prælatorum falce amputanda.

B

61\. Sed & Petr.Bleſenſis epiſt.5. grauiter inuehitur in Richardum Archiepiſcopum Cantuarienſem, à ſuo illo prædeceſſore, & inſigni martyre Thoma degenerantem, ac rebus ſecularibus, quàm ſpiritualibus curandis diligentiùs incumbentem: *Vobis*, inquit, *imputant, quòd ab Allophilis arca Domini capitur; quòd gladium Petri rubigo conſumit: quòd Malchus in Chriſtum, quòd Phaſſur in Ieremiam, quòd Balthaſar in vaſa Domini, manus extendit ſacrilegas.* Quaſi omnia crimina ſingulorum vnum in præſulem ſocordem, ac deſidem reuocentur. Et ad finem epiſtolæ: *Putatis*, inquit, *quòd de commiſſis vobis animabus in diſtricto examine non oporteat vos reddere rationem? Propter hoc irritauit impius Deum. Dixit enim in corde ſuo, non requiret*, Pſal.9.n.13. *Sed requiret exactiſſimè vſq; ad nouiſſimum quadrantem. Et vereor, ne tempeſtiùs, aut duriùs, quàm credere, aut timere velimus.* Qui rurſus in epiſt. 51. Epiſcopum Sariſberienſem, negligentem in ſubditis, præſertim nepotibus corripiendis, adhortator, ne illos delicijs foueat, blanditijs palpet; quia hæc nimia indulgentia *exinanitio eſt*, inquit, *virtutum, & ſubuerſio honeſtatis.* Quod poſtquam exemplo Heli confirmat, ſuos filios, & ſe cũ filijs facilitate perdentis: *Enormiter*, inquit, *peccat, ſéque vita aliena reum conſtituit, qui pueros in ætate tenera nimia facilitate, & ſuauitate verbis emollit.* Et ſubdit, ſicut Regi Adonibezech ab Iſraëlitis præciſſæ ſunt manuum ſummitates, Iudic. 1. n.7. ne quid in poſterum contra eos moliretur: ita pueris iniquarum primitias actionum præſcindendas, antequam ad peſſima facinora roborentur. Prouidentiſſimus fuit in hac ſeueriori diſciplina ſuis Abbatibus præcipienda D Benedictus, vt patet ex regula, quam illis tradidit, cap. 2. quam ibi Trithemius optimis & exemplis, & teſtimonijs, & ſententijs illuſtrat. Sed hactenus de Prælatorum ſocordia: quam vtinam Heli viuus teneret, ne moriens tantam calamitatem inueniret. Nunc ad eius filios, monitoris (ſi verba attendantur) non mali peſſimos auditores.

Petr. Bleſ. Subditorum ſcelera deſidi prælato imputanda.

C

Nimia prælatorum indulgentia, virtutum exinanitio.

Pueri nō per lenitatem, ſed per ſeueritatem bonis moribus imbuendi.

D

D. Benedicti ſeueritas in regimine. Trithem.

E

ANNOTATIO XXII.

CIRCA LITERAM.

Obſtinata filiorum Heli in ſuis ſceleribus voluntas.

1\. ANGELOS eſſe diximus Sacerdotes: ſed filij Heli non bonorum in moribus ſanctitatem; ſed malorum in peccatis immobilitatem imitati ſunt. Suis

Filij Heli ex angelico ſacerdotis ſta-

A

peccatis tam firmiter adhærebant; vt nullis inde monitionibus, aut comminationibus auerterentur: ab Angelico ſtatu in diabolicum miſerabiliter collapſi. Itaque frequenter, & prudenter, vt diximus, à parente obiurgati, *non audierunt vocem eius*; ita Deo permittente in extremam perniciem miſerorum: *Quia voluit Dominus occidere eos.* Vnde duo ſuperſunt illuſtranda. Vnum; quãta fuerit eorum in peccatis obſtinatio, dum parentis vocem non audierunt? Alterum; An aliqua eſſe potuerit eorum de peccatis excuſatio: ex eo, quia Dominus voluit occidere eos? Sua quódque ſectione expedietur.

tu, in diabolicam obſtinationem elapſi.

Duo in annot. illuſtranda.

B

SECTIO I.

Magna filiorum Heli in peccatis obſtinatio: quia vocem patris non audierunt.

ILla Sacerdotis Heli in filios obiurgatio, & grauiſſima fuit, vt ex litera conſtat, & frequentiſſima, vt Patres, & interpretes citati obſeruarunt: neque enim ſemel tantùm, ſed ſæpiùs pater filios ſui officij admonebat, vt ſuprà diximus. Vnde magna eorum in peccatis obſtinatio colligitur, qui tam grauiter, & frequenter à parente obiurgati, *non audierunt vocem eius.* Filij quidem ſtulti. Nam *Filius ſapiens*, inquit Salomon, *doctrina patris; qui autem illuſor eſt, nõ audit, cùm arguitur*, Prou.13.n.1. Planè ex Deo non erant, ſed ex Belial; qui vocem Dei non audiebant. Et propterea repentinum in interitum ceciderunt; vt ex c 4. patebit. Quod Parœmiaſtes & præuidit, & prædixit: *Viro*, inquit, *qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus ei ſuperueniet interitus*, Prou.29 n.1. Neque ſolùm non audierunt, ſed etiam vt maior contemptui cumulus accederet, reſponderunt, teſte Philone Hebr. in antiquitatibus Biblicis: *Quando ſenuerimus, tunc pœnitebimus.* In cuius vanæ confidentiæ, aut certè irriſionis vindictam permiſſum à Deo eſt, vt in iuuenili adhuc ætate, antequam ad canos peruenirent, de medio tollerentur, vt ſuo loco dicemus. 2.

C

Filiorum Heli ſtulta obſtinatio in patris obiurgationibus non audiendis.

Horum ſupplicium.

Sera pœnitentia, incerta.

D

Monitores plerumque neceſſarij ſunt hominibus, & vt eorum intellectus illuſtrent, & vt eorum voluntates inflammenr. Ad priorem quidem finem non indigebant monitoribus filij Sacerdotis, qui cùm & ipſi eſſent Sacerdotes, legem Dei non ignorabant, imò eam ſcire, ac docere tenebantur, vt hoc cap. num.12. & 13. dictum eſt. Vnde cùm in Leuitico & à populo, & à Sacerdote peccante certa ſacrificia offerri iubeantur: tamen in peccato populi additur, *per ignorantiam*, ſiue cum agitur de ſingulis popularibus: *Anima*, inquit, *cùm peccauerit per ignorantiam*, &c. Leuit.4.num.2. ſiue cum agitur de toto populo: *Si omnis*, inquit, *turba Iſrael ignorauerit, & per imperitiam fecerit*, ibidem num.13. At verò in peccato Sacerdotis nulla fit mentio ignorantiæ: *Si Sacerdos*, inquit, *qui vnctus eſt, peccauerit, delinquere faciens populum*, &c. vbi ſuprà num. 3. Quia multiplex in populum, nulla in Sacerdotem cadit diuinæ legis ignoratio. Quod Origen. hom.2. in Leuit. rectè ponderauit: *Obſeruandum*, inquit, *eſt, quòd in peccato Sacerdotis non addidit legiſlator, per ignorantiam. Neque enim cadere ignorantia poterat in eum, qui vt cæteros doceret, prouectus eſt.* Atque adeò grauius eſt Sacerdotis peccatum, non ex ignorantia, ſed ex malitia delinquentis, proindéque Sacerdos *ſciens voluntatem Domini ſui, & non faciens eam, vapulabit multis*, Luc.12.n.47. 3.

Monitio, & ad intellectũ, & ad voluntatẽ inflammandam hominibus neceſſaria.

Ignorantia legis aliquando in populo, nunquam in ſacerdote præſumitur.

E

Orig.

Grauius ſacerdotis peccatum, quia ex malitia.

Ad

4. *Salutares monitiones indignè ferũt impij.*

Ad poſteriorem verò finem, quò magis indige-
bant monitoribus filij Heli, eò magis illos reſpue-
bant. Peſſima hæc eſt peccatorum in ſuis malis ob-
ſtinatio: qui non ſolùm malè agunt, ſed etiam om-
ne ſuis malis curandis remedium excludunt; dum
beneuolas admonitiones maleuolis auribus auer-
ſantur. Tales quondam Phariſæi, qui Stephanum
audientes auribus, *diſſecabantur cordibus*, Act. 7. n.
54 malè ferentes, quæ benè admonebantur. Vnde
D. Stephanus moleſtiùs illarum aurium, quàm
ipſorum lapidum duritiem patiebatur, vt D. Aug.
in Pſalm. 132. teſtatur: *Quando*, inquit, *debuit Ste-
phanus plus iraſci, quando lapidabatur, aut quando
non audiebatur? Ecce mitis factus eſt, cum lapidare-*
B *tur; & ſæuiebat, cum non audiretur.* Nam lapidatus,
orabat Deum pro lapidantibus. Quid mitius? Malè
auditus, homines *dura ceruice, & incircumciſis cordi-
bus, & auribus* nuncupabat. Quid ſæuius? Ac ſi du-
riora illi Phariſæorum corda, quàm lapidantium
ſaxa viderentur.

D. Aug. Phariſæorum obſtinatio in S. Stephano auditu ipſis lapidibus durior.

5. *Peccatorum aures cur filia carminis dicantur in Scriptura.*

Peccatorum aures in Scriptura *filia carminis* ap-
pellantur: *Obſurdeſcent*, inquit Sapiens, *omnes filia
carminis*, Eccleſiaſtes 12. num. 4. Ratio eſt, quia
peccatorum aures carminibus addictæ ſunt, canti-
lenas libenter audiunt, adulationes auidiſſimè au-
ſcultant: at verò monitiones faſtidiunt, conſilia
non attendunt, ad obiurgationes obſurdeſcunt.
Rectè quidem Zacharias inuehitur in omnem po-
pulum terræ, & in improbos Sacerdotes, qui cum
C terreno populo pariter inuoluuntur: *Aures ſuas*, in-
quit, *aggrauauerunt, ne audirent; & cor ſuum poſuerunt,
vt adamantem, ne audirent legem*, Zachar. 7 num. 21.
& 12. Appoſitè quidem animos ad ſalutaria mo-
nita audienda difficiles, & ad reſiſtendum diuinis
conſilijs obfirmatos, comparat adamanti; nam, vt
benè Rupertus ad eum locum: *De adamante*, in-
quit, *illud mirandum, quod cum tanta ſit duritia, ſolo
perfuſus ſanguine hirci, quod animal libidinoſum eſt,
ſtatim diſſoluitur. Vnde congrua ſimilitudo eſt valdè:
Cor ſuum poſuerunt, vt adamantem; quia cum duriſ-
ſimæ ceruicis, & cordis indomabilis eſſent contra Deum,
molliſſimi erant in omnium libidinum fluxum; vt me-
ritò in illos conſtet Iſaiam dixiſſe: Audite verbum*
D *Domini Principes Sodomorum*, Iſaiæ 1. num. 10. Hæc
Rupertus.

Impiorum cor in conſilijs audiẽdis cur adamantinum.

Rupert.

6. *Impiorum aures Sirenũ voluptatibus excantãtur, ad increpationes obrigeſcunt.*

Vides, vt impiorum aures ad delicias, & ille-
cebras liqueſcant, & diſſoluantur: ad monitiones,
& increpationes obrigeſcant, & obfirmentur? Per-
mittunt quidem ſe à Sirenibus dulcibus, ſeu frau-
dulentis excantari, iuxta illud: *Reſpondebunt ibi
Vlulæ in ædibus eius, & Sirenes in delubris voluptatis*,
Iſai. 13. num. 22. Nec ſine myſterio Propheta: *In
delubris*, inquit, *voluptatis*; quaſi improbi homines
voluptati, quam vt Deam venerabantur, templa
erigerent, in quibus coleretur: nec minori ala-
critate profana Sirenum blandimenta è lupanari-
E bus, quàm ſacra Prophetarum oracula è templis
auſcultarent. Imò illa cum audirent vana excan-
tamenta, hæc Sacramenta diuina ſpernebant, iuxta
illud: *Furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis, ſicut
aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas, quæ non exaudiet
vocem incantantium, & venefici incantantis ſapienter*,
Pſalm. 57. num. 5. & 6. Vbi Theodoretus aduertit
improbos homines tanquam aſpides, non ſurde-
ſcere *per naturam, ſed per malitiam*; aures enim ha-
bent, ad ludicra apertas, ad ſeria obſeratas. Quod
eſt peſſimum ſerpentum genus, qui ſe incantari
non ſinunt, iuxta illud: *Ecce ego mittam vobis ſer-
pentes regulos, quibus non eſt incantatio*, Ierem. 8. n.
17. Ita peſſimum eſt peccatorum genus, qui ſe ad-
moneri, obiurgarique ab alijs non patiuntur; cum
A tamen adulationes, laudationéſque hominum am-
bitioſè vndique venentur.

Peccatores ſalutaribus Dei incantationibus tanquam aſpides, aures obturant.

Theod.

7. *Peccatores non ſolùm veras monitiones faſtidiunt, ſed etiam falſas adulationes extorquent.*

Hi ſunt illi, in quos acriter inuehitur Iſaias
c. 30. num. 10. *Qui dicunt*, inquit, *videntibus, nolite
videre, & aſpicientibus, nolite aſpicere nobis, ea, quæ re-
cta ſunt loquimini nobis placentia, videte nobis errores.*
Quæ poteſt par impietas excogitari? non ſolùm
veras monitiones faſtidiunt, ſed etiam falſas adu-
lationes extorquent: *Loquimini nobis placentia*.
Imò volunt ipſum propheticum lumen, ſi fieri
poſſet, obſcurare: *Nolite*, inquiunt, *aſpicere, quæ
recta ſunt*; ne ipſi è ſuis voluptatum tenebris exi-
re compellantur. Volunt inſuper veritatem pro-
pheticam, quod fieri non poteſt, à vero aberrare:
B *Videte nobis errores*; ne ipſi è ſuis ſcelerum errori-
bus per propheticas monitiones extrahantur. De
his hominibus eſt illa diuina querimonia per
Iſaiam eodem cap. num. 2. *Os meum non interroga-
ſtis*, hoc eſt; me in rebus agendis non conſuluiſtis.
Sed quo pacto hoc verum eſt; ſi modò conſtat,
Hebræos ad Ieremiam confugiſſe, Deúmque per
illum interrogaſſe? Optimè Procopius: *Non inter-
rogauit*, inquit, *qui aliter, quàm debuit, conſuluit, aut ei,
quem conſuluit, non credidit.* Vbi duplicem rationem
diſtinguit. Hanc poſteriorem Interlin. quoque ex-
preſſit: *Non interrogauerunt*, inquit, *quia quod inter-
rogantes audierunt, neglexerunt.* Perinde enim eſt,
imò deterius eſt, contemnere, quæ à Deo reſpon-
dentur, quàm quæ agenda ſunt, non interrogare:
C hoc namque eſſe poteſt ſocordiæ, illud ſuperbiæ.
Prioris rationis ſenſus eſt, eos non interrogaſſe,
quia aliter, quàm debuerant, interrogauerant: ni-
mirum, non vt audirent vera, ſed placitura. Nam
cum interrogantis ſit, ad veritatem inquirendam
contendere: quid iniquius, quàm ex interrogatio-
ne facta, velle ſub falſitate hallucinari? Non inter-
rogabant igitur verè, qui vt falſa audirent, inter-
rogabant.

Peccatores diuini oraculi veritatẽ dum non admittunt, contemnunt.

Interlin.

8. *Reges, & principes veritatis, & monitionis impatientes. Rex ſalutaribus monitionibus perinde ac vrſus apum morſibus curatur.*

Cæterùm cum plerique hominum, difficilè mo-
nitiones audiant, certè Reges, ac Principes, de quo-
rum numero filij Heli fuerunt, difficillimè. Opta-
bat olim Cæſar, vt Rex perinde, atque vrſus cura-
retur. Fertur enim vrſus, vt videre eſt in Plinio
D lib. 8. natur. hiſtor. cap. 36. ſi quando aliquo mor-
bo degrauatur, caput in aluearium inferre, vt ibi
apum ſtimulis tamdiu pungatur, & cruentetur,
quouſque ſe ſentiat ab illo noxio ſanguine deple-
ri, & exonerari, atque in priſtinam valetudinem
reduci. Ita optabat ille, vt Reges multis ſcelerum
morbis agitati, aures darent, non adulatoribus cru-
deliter demulcentibus, ſed monitoribus miſericor-
diter vulnerantibus. Hi enim admonendo, eli-
ciunt ex animo venenum; quod illi adulando in
animum infundunt. Vtinam ſuum ille in ſeipſo vo-
tum expleret; & potiùs à veris monitoribus, quàm
à falſis adulatoribus ſuum ægrum animum curari
E pateretur.

Plin.

9. *Caij Imperatoris in monitionibus repellendis pertinacia.*

Tale ſibi medicamentum adhiberi non ferebat
Imperator ille Caius, qui humili adhuc in loco
conſtitutus, beneuolas ſuis monitoribus aures
dabat, vbi ad arcem imperatoriam euaſit, ſuper-
bas, & iracundas. Vnde Macronem, quo apud Ti-
berium laudatore vſus fuerat, cum adhuc priua-
tus viueret, ferre non potuit monitorem, cum ad
imperij gubernaculum acceſſit, vt refert Philo
Hebræus de legatione ad Caium: *Caſtigatorem*,
inquit, *impudenter reiiciebat. Interdum etiam procul
venientem conſpicatus, ſic alloquebatur proximos: Adeſt
præceptor iam ſuperuacuus; pædagogus non amplius
pueri; prudentioris ſeipſo monitor, qui ſubdito Im-
peratorem obedire poſtulat.* Et ſtatim de ſua ſibi
prudentia,

Phil. Hebr.

prudentia, indicio, cæteriſque ad imperandum A dotibus blanditus: *Et audebit*, inquit, *aliquis indoctus, me qui in materno vtero, & naturæ officina imperator formatus fui, nondum in lucem editus, docere artes imperatorias, quas dudum probè calleo?* Denique monitorem non ſolùm repellebat, ſed etiam tam indignis tractabat modis, vt ad laqueum cogeret, non alterius reum criminis, quàm optimarum erga principem admonitionum. *Nec enim*, addit Philo, *aliam ingrati pro meritis referre ſolent gratiam.* Imò etiam in Silanum ſocerum benè interdum admonentem, ſic exarſit, vt de medio ſuſtulerit, ne ſalubria inſtillantem audire cogeretur,

Phil.Hebr.

Officium, inquit Philo, *interpretatus contumeliam.* Itaque non ab apibus cum Cæſare ſibi parari B volebat medicinam: ſed potiùs in amicos more apum pungentes, & medentes inimico animo incitabatur.

10.

Pharaonis duritiet in Moyſis, & Aaronis monitionibus auſcultandis.

Certè Pharao non longè ab hoc conſilio exulauit. Nam Moyſem, & Aaronem leniter monentes reſpuebat, ſnos magnos crudeliter adulantes auſcultabat. Sed qui apes ſalubriter pungentes abegit, in coruos immaniter laniantes incurrit; iuxta illud Dauidicum de Pharaone, totóque eius exercitu, è mari rubro in littus Æthiopicum ejecto, *Dediſti*, inquit; *eum eſcam populis Æthiopum*, Pſalm. 37. n. 14. hoc eſt, coruis eos deuorandos tradidiſti: vt Lyran.

Lyran.

aliique interpretes exponunt. Atque adeò Pharao ſuo malo confirmauit parœmiam illam inter Græcos celeberrimam: *Præſtat incidere in coracem, quam in colacem.* hoc eſt, in voracem coruum, quàm in fallacem adulatorem.

Fallax adulator voraci coruo peior.

11.

Pharao ad diuinas increpationes obſurdeſcens, non gracili voce, ſed magnis clamoribus pulſandus.

Hanc Pharaonis difficultatem in conſiliis audiendis, præuidit Moyſes, cùm Deo ſe ad illum mittenti, ſic reſpondit: *Ecce filij Iſrael non audiunt me, & quomodo audiet Pharao: præſertim cùm incircumciſus ſim labiis:* Exod 6. num. 12. Pro quibus vltimis verbis legit D. Auguſt. quæſt. 16. in Exod. ſecutus fortaſsè aliquos codices Septuaginta, quibus ipſe tunc vtebatur. *Ecce ego gracili voce ſum: & quomodo exaudiet me Pharao?* Vbi Moyſes duplici

D August.

vtitur argumento, vt ſe ab ea legatione excuſet. Vno, quòd ſit gracili voce. Sed quò ſpectat hæc excuſatio? Nam quando ad totum populum alloquendum mittebatur, non cauſabatur gracilitatem vocis; cum tamen ea tunc inutilior videretur: neque enim poterat, niſi ingens clamor, & ferrea vox ad aures tantæ multitudinis perlabi. Et nunc, cùm ad vnum Pharaonem legatus mittitur, ſe à legationis munere propter vocis gracilitatem ſubtrahere conatur? Quid hoc eſt? An exiſtimas, ô Moyſes, vnum regem inconditis clamoribus adeundum? Quæ tua hæc erit vrbanitas; qui in regia à puero enutritus, ignorare non potes cum rege potiùs humili, & ſubmiſſa voce, quàm elata, & incompoſita agendum? Pergit nihilominùs Moyſes vocis gracilitatem ſuæ legationi obiicere. Et ratio mihi videtur eſſe, quia cùm Pharao ad ſalubres obiurgationes, & monitiones audiendas ſurditate laboraret; neceſſe erat, vt magnis clamoribus pulſaretur, in quos cùm ille non poſſet erumpere propter vocis tenuitatem, ineptus ſibi ad eam legationem videbatur. En quanta ſit regis ad diuinas monitiones audiendas difficultas, vt penitus ad illas obſurdeſcere videatur.

12.

Regum ingenium ad audienda conſilia durius, quàm priuatorum hominum.

Altero argumento vtitur Moyſes non minùs efficaci ad hanc in rege audiendi difficultatem exprimendam, dicens: *Ecce filij Iſrael non audiunt me; & quomodo audiet Pharao?* Vbi Lippomanus: *Forti*, inquit, *vtitur argumento.* Sed tam ipſe, quàm reliqui interpretes huius argumenti vires in eo

Lippom.

A conſtituunt, quòd Moyſes à filiis ad hoſtes, à fidelibus ad infideles argumentetur. Quaſi dicat, ſi Hebræi qui ſunt filij, ac fideles, me non audiunt: quomodo audiet Pharao, qui hoſtis eſt, & infidelis? Mihi tamen ad rem præſentem in eo prætera videtur efficax argumentum, quod à populo ad regem procedat, in hunc modum. Si priuati homines, qui ſolent eſſe ad ſalubria monita capeſſenda proniores, me non audiunt: rex, qui bonis conſiliis frequentiùs reluctatur, quomodo mihi acquieſcet? Nouit ſcilicet prudentiſſimus Patriarcha regum ingenium ad audiendas adulationes procliue: ab auſcultandis monitionibus alienum.

13.

Huius argumenti efficacitatem expreſſit Iere- B mias, qui cùm à populo repulſam pateretur, pergere ad Principes decreuit: *Ego autem*, inquit, *dixi, forſitan pauperes ſunt, & ſtulti, ignorantes viam Domini, iudicium Dei ſui: ibo igitur ad optimates, & loquar eis; ipſi enim cognouerunt viam Domini, iudicium Dei ſui*, Ierem. 5. n. 4. Sed quales inuenit, quos meliores ſperauit? Sequitur: *Et ecce magis hi confregerunt iugum, ruperunt vincula*, num. 5. In quem locum D. Hieron. *Quot*, inquit, *magiſtros putabam, inuenti ſunt peiores eſſe diſcipulis, & quantò in diuitibus maior auctoritas, tantò maior inſolentia peccatorum.* Quæ ſumma eſt Principum indignitas, magnam ab omnibus reuerentiam, & obedientiam exigere, & nullam Deo exhibere; nolle obſequi Deo, & velle, vt ſibi C omnes obſequantur: denique maximam in homines gerere poteſtatem, & minimam Deo præſtare ſeruitutem.

D. Hier.

Potentium auctoritas parit inſolentiam peccandi.

14.

Execranda Saulis impatientia in veritate audiendum.

Magos, & hariolos Saul interfecit, & propter regni ambitionem, & propter veritatis impatientia.

D. Iuſt. Mart.

Execranda planè fuit Saulis impatientia in veritate audienda: *Saul* (inquit textus) *abſtulit magos, & hariolos de terra; & interfecit eos, qui Pythones habebant in ventre*, 1. Reg. 28. n. 3. conſtat inter interpretes, nõ diuini honoris zelo ductum hanc carnificinam edidiſſe Argumento, quod ſi ipſe ex animo, & in veri numinis reuerentiam Pythoniacos auerſaretur, Pythoniſſam ille paulò pòſt conſulendam nõ adiret; quod tamen fecit, ibid. num. 8. Cur ergo illos interfecit? Iuſtin. Mart. q. 12. ad Orthodoxos: *Suſtulit* (inquit) *diuinatrices, quòd hoc facto Deum placaturũ ſe eſſe ita ſperaret, vt ſententiam ſuam, qua eum* D *regno priuaret, abrogaret: non quod diuinatricum ſcelus odiſſet, ſed quod regnum amaret.* Quæ ratio vera mihi videtur, & Saulis ambitioni conſentanea Sed illa eſt ad rem præſentem congruentior, quàm Hebræi apud Lyran. tradiderunt. *Saul*, inquiunt, *ea cauſa ſuſtulit hariolos, quod illi prædicerent, eius familiam euertendam, & regnum transferendum ad Dauidem.* Quid ergo verius, quàm difficillimos eſſe reges ad veras prædictiones audiendas, ſi eorum votis aduerſentur? Multas quidem Saul audiuit ex hariolis pacato animo falſitates: vnam tamen ab iiſdem ſuſtinere non potuit veritatem.

Lyran.

15.

Regis Amaſiæ in bonis conſiliis reſpuẽdis obſtinatio.

Similis fuit illa inſania Amaſiæ Regis Iuda, qui Prophetæ rectè admonenti ſic reſpondit: *Num* (inquit) *conſiliarius Regis es? Quieſce, ne interficiam te*, 2. E Paralipom 25. n. 16. Et paulò pòſt à rege Iſrael probè admonitus, ne in ſuperbiam erigeret cor ſuum; ne malum aduerſus ſe, & regnum ſuum prouocaret: *Noluit* (inquit textus) *audire Amaſias*, ibidem num. 20. Sed ſtatim ſuæ duritiæ pœnas dedit, in prælio ab hoſtibus profligatus: vbi ſuprà à num. 22. Vbi obiter aduerte Amaſiam, & ab amico Propheta, & ab inimico rege admonitum fuiſſe: & quamuis vtrique reſtiterit; tamen non ſtatim poſt priorem inobedientiam, ſed poſt poſteriorem à Deo caſtigatum, vt ea ratione ſignificaret Deus, bonum conſilium, à quocumque detur, etiam ab hoſte capiendum: & qui illud reſpuerit, grauiter flagellandum.

Bonum conſilium etiam ab hoſte capiendum.

Cur Ioſeph auditã priùs ſomnium interpretetur: Daniel & ſomnium, & interpretationem prædicet.

16. Eandem audiendi difficultatem, quam Reges, ac Principes bonis monitoribus obtendunt, non obſcurè indicat diuerſus ille modus, quo Ioſeph, & Daniel in ſomniis interpretandis ſe habuerunt. Nam Ioſeph priùs audiuit ſomnia eorum, quibuſcum in carcerem incluſus erat, ab iiſdem propoſita. *Referte*, inquit, *mihi, quid videritis, &c.* Geneſ. 40. n. 8. & poſtea ea explicauit: *Hac eſt*, inquit, *interpretatio ſomnij, &c.* ibid. num. 12. At verò Daniel nihil priùs à Nabuchodonoſore audiens, ipſe & ſomnium propoſuit, & ſomnij interpretamentum adhibuit. *Somnium*, inquit, *tuum, & viſiones capitis tui in cubili tuo, huiuſcemodi ſunt*, Dan. 2. n. 28. Et paulò pòſt, narrato ſomnio, explicationem addidit. *Interpretationem quoque eius*, inquit, *dicemus coram te Rex.* ibid. num. 36. Ecce tibi difficultas, cur Ioſephus ſolùm explicauit myſterium ſomnij, quod ipſe priùs audiuit, ſomnium tamen ipſum non enarrauit: at verò Daniel vtrumque præſtitit, & viſionem propoſuit, & interpretationem adhibuit? Ratio ad præſens inſtitutum eſſe poteſt, quia Ioſeph cum priuatis hominibus agebat, ad credendum promptioribus, qui proinde ſine præuio experimento eius virtutis, quæ erat in Ioſepho ad diuinandum, facilè, & libenter crederent interpretanti. At verò Daniel agebat cum Rege non credente, quod nō placet, imò nec audiente, quod non libet: proindéque neceſſe fuit, vt præiret minimè fallax experimentum, quo Rex de veritate Danielis certiſſimus redderetur: quale fuit prædictio ipſius ſomnij, cuius tantùm Rex conſcius erat; certus enim de veritate ſomnium prædicentis, iam dubitare non poterat de veritate ſomnium interpretantis.

Reges in veritate audiẽda difficiliores, quàm priuati homines.

Reges in ſuis laudibus audiendis beneuoli.

17. Dices. Atqui Ioſephus etiam Regis Pharaonis ſomnium explicauit, quod ab eo tamen priùs propoſitum audiuit, Geneſ. 41. à num 17. Non igitur tanta eſt regis incredulitas, vt ſine experimento non credat. Fateor. Sed Pharaonis ſomnium in eius gloriam à Ioſepho explicatum, mirum non eſt, ſi à rege beneuolè audiretur. Vrgebis, Danielem ab ipſo Nabuchodonoſore alterum eius ſomnium priùs audiuiſſe; & poſtea in regis, non gloriam, ſed pœnam explicaſſe, Dan. 4. à num. 7. Ita eſt. Sed propterea Nabuchodonoſor aut interpretanti non credidit, aut interpretationem contempſit: qui audiens à Propheta finem ſui regni iam affuturum; nihilominus de illo tanquam ſemper duraturo gloriabatur, dicens: *Nonne hæc eſt Babylon magna, quam ego ædificaui? &c.* ibid. n. 27. Præterquam quòd Nabuchodonoſor iam in priori ſomnio Danielis veritatem tam certo didicerat experimento, vt nouo deinceps ad credendum non indigeret. Imò non mediocriter deteſtanda regis dementia, qui cùm in priori ſomnio, tam perſpectam, & exploratam Danielis fidem habuiſſet; tamen in hoc poſteriori, debitam tanto Prophetæ reuerentiam, & obedientiam denegaſſet.

Nabuchodonoſoris in veritate audiẽda, & credẽda durities.

Reges, ac principes ad auſcultandam, & credendam veritatem, tardi.

D. Hier.

Nobiles, diuites, & ſapientes diffi cilè Deo credunt.

18. Itaque tardi ſunt Principes ad ſalutares monitiones auſcultandas, tardiores ad credendas. Ionæ prædicatio totam vrbem impleuerat, cùm ad regis aures vltimò acceſſit, Ion. 3. num 6. *Ex quo*, inquit D. Hier. *perſpicuum eſt, prædicationem Chriſti, reges mundi audire nouiſſimos.* Et paulò pòſt: *Difficile*, inquit, *homines potentes, & nobiles, & diuites, & multò his difficilius, eloquentes credunt Deo: obcæcatur enim mens eorum diuitiis, & opibus, atque luxuria; circundati vitiis, non poſſunt videre virtutes: ſimplicitatémque Scripturæ ſanctæ: non ex maieſtate ſenſuum, ſed ex verborum iudicant vilitate.*

19. Totam Iudæam prædicatio Chriſti Domini peruagata, nouiſſima ad Herodem peruenit. *In illo tempore*, inquit Euangeliſta, *audiuit Herodes Tetrarcha famam IESV*, Matth. 14. num. 1. At quo tempore? Illo ſanè, quo iam multa edidiſſet miracula, multa præbuiſſet exempla, multa promulgaſſet oracula: ac denique totam terram ſingulari omnium virtutum odore repleſſet. *In illo tempore*, inquit Matthæus, *audiuit Herodes famam IESV.* Quod rectè D. Chryſ. homil. 49 in Matth. obſeruauit. *Non otioſè*, inquit, *tempus Euangeliſta denotauit, vt faſtum tyranni, & negligentiam omnes intelligere poſſemus. Non enim ab ipſis ſtatim miraculorum exordiis famam Ieſu, ſed poſt multum tempus percepit. Huiuſmodi certè ſunt, qui in principatibus viuunt. Nam quoniam faſtum rerum plurimum ſibi arrogant, parui facientes cætera, ſerò ea perdiſcunt.*

Herodis, regis in Chriſto D. audiendo negligentia.

D. Chryſ.

Tardior adhuc ille falſus Pontifex, & verus carnifex Caiphas, Chriſtum Dominum audiuit. Totus populus ad Chriſtum Dominum audiendum conuolabat; Caiphas ſuo tumens faſtu nunquam accedebat: & fortaſsè nunquam audiret, niſi Chriſtus Dominus ſub vitæ finem ligatus coram illo ſiſteretur, ſcilicet qui peſſimam agebat vitam, optimam doctrinam formidabat: diuinum fugiebat monitorem, ne diabolicum, qualis ipſe erat, veteratorem exuere cogeretur. Hinc illius ſurditatem fortaſſe perſtrinxit Chriſtus Dominus, cum ab illo de doctrina ſua interrogatus, *Quid me*, inquit, *interrogas? interroga eos, qui audierunt, quid loquutus ſum ipſis*, Ioan. 18. n. 21. Vbi Salmeron ad hanc rem, *Taxat*, inquit, *ignauia, quòd publicam doctrinam non audiſſet is, cuius erat proſpicere, quid doceretur. Magnates enim ſæpè ſiue per ſuperbiam, ſiue per alias occupationes auocati, rarò verbo Dei audiendo vacant.* Et confirmat in Herode; qui *viſo IESV gauiſus eſt valdè, erat enim cupiens ex multo tempore videre illum.* Luc. 23. num. 3. *Et tamen*, inquit Salmeron, *ad illum videndum exire dedignabatur.* Quo pacto igitur optimas audirent monitiones, qui optimum monitorem refugiebant? Idcircò dicebant Pontifices: *Nunquid ex Principibus aliquis credidit in eum, aut ex Phariſæis?* Ioan. 7. n. 48. Credebat turba, Principes blaſphemabant: illa doctrinæ Chriſti obediens, ſuis renuntiabat peccatis; hi ſalutaria reſpuentes documenta prauis obſtinati cupiditatibus adhærebant: & qui cæteris dignitate præibant, omnibus morum vilitate poſtponebantur. 20.

Maior Caiphæ in audiendo Chriſto D. tarditas.

Salmer.

Reges, & principes in audiendis concionibus negligentes. Pauci ex Iudæorum principibus in Chriſtum crediderunt.

Ita plerunque ſe habent Principes: ignorantiæ tenebris obcæcantur, quia bonis præceptionibus erudiri non patiuntur. Vnde nunquam ſatis laudari poteſt Moyſes, qui Ietro ſocero ſuo & acriter obiurganti, & ſalubriter admonenti acquieuit. *Quibus auditis*, inquit textus, *Moyſes fecit omnia, quæ ille ſuggeſſerat*, Exod. 18. num. 24. In quem locum D. Auguſtin. q. 68. *Cur*, inquit, *Deus famulum ſuum, cum quo ipſe tanta, ac talia loquebatur, ab alienigena paſſus eſt admoneri?* Et reſpondet, omnes à Deo admonitos fuiſſe, *Per quemlibet hominum detur conſilium veritatis, non debere contemni.* Et quæſt. ſequenti. *Inſinuatur*, inquit, *hic etiam humilitatis exemplum, quòd Moyſes, cum quo loquebatur Deus, non faſtidiuit, neque contempſit alienigenæ conſilium.* In qua humilitate laudanda latiſſimè & luculentiſſimè euagatur D. Chryſoſt. homil de ferendis reprehenſionibus in tom. 3. Nam Moyſen & à poteſtate miraculorum, & à ſublimitate doctrinæ, & à ſanctitate vitæ, & à familiaritate cum Deo non mediocriter commendat. Deinde verò Ietro tanquam barbarum, & obſcurum, & inſipientem, & quod omnium deterrimum eſt, impium & idololatram, non parum deprimit, & extenuat. Et tamen illum ab hoc admoneri nequaquam erubuiſſe; etiam præſentibus 21.

Moyſis humilitas Ietro admonẽti, & obiurganti auſcultantis.

D. Aug.

Bonum conſiliũ à quolibet accipiendum.

D. Chryſ.

ſentibus ſubditis, quibos periculum erat, ne in contemptum veniret, ſi ab alio doceretur. Addit eò proceſſiſſe humilitatis, vt ſuam ignorantiam à barbaro correctam, non ſolùm præſentibus non abſconderet, ſed etiam poſteris manifeſtaret: dum eam literit perpetuò duraturis, & toto orbe vagaturis conſignauit. Quid hac humilitate, & ingenuitate laudabilius?

22. *Aliquorum laus in ſalutaribus conſiliis audiendis.*

Eandem laudem meruerunt & Abraham audiens conſilium Saræ vxoris ſuæ, quamuis illi duriſſimum videretur, Geneſ. 21. à n. 10. & Dauid audiens conſilium Abigail, 1. Reg. 25. n. 32. conſiliúmque Thecuitis, 2. Reg. 14. n. 21. Et Naaman audiens conſilia puellæ captiuæ, 4 Reg. 5. n. 3. & plures alij Teſtamenti veteris heroës. Imo & Chriſtus Dominus, qui nullius indiget conſilio. *Quis enim conſiliarius eius fuit?* Iſai. 40. n. 13. conſilium quærit à diſcipulo: *Vnde ememus panes, vt manducent hi* Ioan 6. n. 5. Ne quis ita ſit tumidus, vt aliorum conſilia aſpernetur. Si igitur conſilia cuiuſcunque ſint hominis, accipienda ſunt. Quantam culpam neceſſe eſt incurriſſe filios Heli, qui conſilia ab indulgentiſſimo parente præſtita audire noluerunt? ſicut in cœnoſa palude computreſcunt, qui porrigentis manum non apprehendunt, vt inde extrahantur: ita in ſuis ſceleribus conſumpti tabeſcent, qui ad benè monentis vocem non exurgunt, vt in tuto collocentur: iuxta illud: *Putreſcere faciam populum iſtum peſſimum, qui nolunt audire verba mea,* Ierem. 13. num. 10.

Chriſti D. humilitas in conſilio à diſcipulis petendo.

Qui ad benè monentis vocem nō exurgunt, grauiter puniuntur.

SECTIO II.

Nulla filiorum Heli de ſuis peccatis excuſatio ex eō, quòd Dominus voluerit occidere eos.

1. *Obſtinatam cordis duritiē, in Deum referunt hæretici impudenter. Probare contendunt ex præſenti loco.*

EO dementiæ proceſſere improbi aliqui hæretici, vt obſtinatam in ſuis ſceleribus voluntatem in diuinam referant actionem; quæ eos inde reſilire, vt impiè ſomniant, non patiatur: & cū Scripturarum ſuffragia requirant, quibus ſuam veſaniam tueantur, plurima, vt inaniter iactant, & paſſim obuia naneiſcuntur. In primis adduci poſſunt verba illa ex n. 25. de filiis Heli, difficilia explicatu, & quæ huc explicanda reiecimus: *Et non audierunt vocem patris ſui, quia Dominus voluit occidere eos.* Vbi videtur Deus conſtitui cauſa non ſolùm pœnæ, ſed etiam culpæ illorum. Nam ſi filij Heli obſurduerunt ad vocem patris, quia Dominus voluit eos punire: videtur hæc volitio pœnæ fuiſſe antecedens ad illam ſurditatem; atque adeò cauſa ſurditatis. Quare ſi hæc culpa in Deum, tanquam in cauſam illius refundatur: neceſſe eſt, vt filij Heli ab eadem excuſentur.

2. *Confirmare nititur aliis Script. teſtimoniis.*

Similem difficultatem habent multa alia loca in Scriptura, ex quibus ſibi patrocinium mutuantur. Nam de Amaſia Rege Iuda, bona conſilia non audiente: *Noluit*, inquit textus, *audire Amaſias, eo quòd Domini eſſet voluntas, vt traderetur in manus hoſtium*, 2. Paral. 25. num. 20. De Rege Ezechia propter beneficia diuina ſuperbiente, *Dereliquit*, inquit Scriptura, *eum Dominus, vt tentaretur, & nota fierent omnia, quæ erant in corde eius*, 2. Paral. 32. num. 31. De Roboam non acquieſcente petitioni plebis, *Et non acquieuit*, inquit textus, *Rex populo, quoniam auerſatus fuerat eum Dominus*, 3. Reg. 12. num. 15. De hoſtibus Hebræorum arma ponere, pacémque inire recuſantibus, *Domini ſententia fuerat*, inquit Ioſue, *vt indurarentur corda eorum, & pugnarent contra Iſrael, & caderent, & non mererentur vllam clementiam*, Ioſ. 11. n. 20 Huc pertinet illud Iob c. 12. n. 24. *Qui immutat cor principum, & decipit eos, vt fruſtra incedant per inuium.* Et illud Iſai. 63. n. 17. *Quare errare nos feciſti Domine de viis tuis; indurasti cor noſtrum, ne timeremus te?* Et illud Ierem. 20. num. 7. *Seduxiſti me, Domine, & ſeductus ſum.* Et illud D. Pauli ad Rom. 1. n. 14 *Tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum.* Et iterum num. 26. *Tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ.* Ac tandem num. 28. *Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant ea, quæ non conueniunt.* Denique vulgaris eſt illa Pharaonis obduratio, quæ nouies in Scriptura reperitur, Deóque tribuitur, vt videre eſt Exod. 4 num. 21. & Exod. 7. n. 3. & Exod. 9. num. 12. & Exod. 10. n. 1. 20 & 27. & Exod. 11. num. 10. & Exod. 14 n 4. & 8. Quæ loca, aliáque ſimilia, ſicut parem habent difficultatem, ita & parem ſolutionem.

3. *Dupliciter ſumi poteſt cordis induratio.* D. Thom. *Primò, negatiuè, pro defectu gratiæ congruæ. Huius indurationis Deus eſt auctor.* D. Aug. D. Hier. Orig. D. Bonau.

Quæ vt explicentur, notandum eſt ex D. Thom. 1. 2. q 79 art. 3. cæteriſque Scholaſticis ibid. indurationem cordis dupliciter ſumi. Primò, pro defectu gratiæ congruæ ad reſipiſcendum, permiſſionéque cadendi. Huius indurationis ita ſumptæ Deum cauſam eſſe, eo modo, quo negatio cauſam habet, non eſt dubium: quia liberè ſubtrahit auxilia congrua, ruinámque permittit; vt præter Scholaſticos, etiam Patres D. Aug. lib de prædeſt. & gratia, c. 4. D. Hier. in epiſt. 150. ad Hedibiam q. 10. & 11. Orig. lib. 3. periar. cap. 1. pluréſque alij teſtantur. Et in hunc ſenſum D. Bonau. in c. 7. Eccleſiaſtis n. 14. explicat illa verba: *Conſidera opera Dei, quod nemo poſſit corrigere, quem ille deſpexerit.* hoc eſt, inquit, quem ille viſitare noluerit, ſcilicet per gratiam congruam. Nam ille, à quo Deus gratiam congruam ſubtraxerit, à nemine corrigetur. Et ſtatim affert exemplum de filiis Heli, quos pater corrigere non potuit; *quia Deus voluit occidere eos*; ſeu noluit eos per gratiam congruam viſitare. Additque Bonau. iſta opera Dei conſideranda eſſe ad timorem. Quis enim non paueat ignarus, an forte gratia congrua ad reſurgendum è ſuis ſceleribus priuetur. Certè Abacuc cap. 3. n. 1. iuxta Septuaginta, de his operibus loquutus, interprete eodem Bonauent. *Conſideraui* inquit, *opera tua, & expaui*

Septuag. D. Bonau.

4. *Secundò, poſitiuè, pro prauo cordis affectu ſuis peccatis pertinaciter adhærentis.* D. Bern. *Quanam ſit hæc cordis duritiæ.*

Secundò, pro affectu prauo cordis ſuo peccato adhærentis, diuinaſque inſpirationes repudiantis. Quam cordis duritiem D. Bernard. lib. 1. ad Eugenium cap. 2. eleganter definit: *Cor durum*, inquit, *eſt, quod nec compunctione ſcinditur, nec pietate mollitur, nec mouetur precibus; minis non cedit, flagellis duratur. Ingratum ad beneficia eſt, ad conſilia infidum, ad iudicia ſæuum; inuerecundum ad turpia, impauidum ad pericula, inhumanum ad humana, temerarium ad diuina: præteritorum obliuiſcens, præſentium negligens, futura non prouidens. Ipſum eſt, cui præteritorum, præter ſolas iniurias, nihil omnino non præterit, præſentium nihil non perit, futurorum nulla eſt, niſi fortè ad vlciſcendum, proſpectio, atque præparatio. Et vt in breui cuncta horribilis mali mala complectar; cor durum eſt, quod nec Deum timet, nec homines reueretur.* Ita ille eleganter. Et paulò antè, vt oſtendat, quàm celeriter fugiendum à nobis ſit cor durum: *Nec pergas*, inquit, *quærere; quod illud ſit, ſi non expauiſti, tuum hoc eſt.* Quaſi diceret, ſi audiens nominare cor durum, non paues, cor durum habes.

5. *Deus huius poſitiuæ indurationis auctor eſſe non poteſt.* Bellarm.

Huius indurationis propriam, & poſitiuam cauſam conſtituunt hæretici ipſum Deum, inſigniter errantes contra manifeſtas Conciliorum definitiones, vt latiùs ediſſerunt Theologi, ac Patres, quod videre eſt apud Bellarm. tom. 3. lib. 2. de ſtatu peccati, cap 9. & facilè refelluntur. Quia obduratio ita ſumpta, grauiſſimum peccatum eſt, & vt

Induratio poſitiua grauiſſimum peccatum.

tale in Scriptura grauiter reprehenditur. Prou. 28. A num. 14 *Qui mentis eſt dura, corruet in malum.* Eccleſiaſt. 3. num. 27. *Cor durum habebit malè in nouiſſimo,* Ierem. 30. num. 14. *Propter multitudinem iniquitatis tuæ, dura ſunt peccata tua, & propter peccata tua fecit hæc tibi,* Act. 7. num. 51. *Dura ceruice, & incircuncisi cordibus, & auribus; vos ſemper Spiritui ſancto reſiſtitis.* Rom. 2. num. 5. *Secundum duritiam tuam, & impœnitens cor theſaurizas tibi iram.* Hebr. 3. num. 13. *Adhortamini voſmetipſos per ſingulos dies, donec hodie cognominatur, vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati.* Et ſimilia loca paſſim occurrunt. Vnde licèt

Huius indurationis grauiſſima pœna.

D. Bern.

cuilibet peccato mortali æterna pœna debeatur: eam tamen peccatum obdurationis maiori iure exigere videtur; iuxta illud D. Bern. epiſt. 253. ſu- B pra iam cit. n. 6. *Malum,* inquit, *inflexibilis, & obſtinatæ mentis, licèt temporaliter perpetratum, æternaliter punitur: quia quod breue tempore, vel opere, longum eſſe conſtat in pertinaci voluntate: ita vt ſi nunquam moreretur, nunquam vellet peccare deſineret: imò ſemper viuere vellet, vt ſemper peccare poſſet.* Grauiſſimum

Deus auctor peccati eſſe non poteſt.

itaque peccatum eſt induratio, pro illo prauo cordis affectu explicata. Atqui Deus, vt de fide conſtat, auctor eſſe non poteſt peccati, vel à quouis alio committendi; ſeu neminem excitare poteſt ad peccandum: iuxta illud Eccleſ. 15. n. 12. *Non dicas, ille me implanauit; non enim neceſſarij ſunt in homines impij;* & alia paſſim loca. Sicut enim cuiuſque hominis eſt peccare, ita ſolius Dei à peccato immunem C

Tertull.

eſſe. Vnde Tert. lib. de præſcriptionibus c. 3. *Saul, inquit, bonus præ cæteris, liuore poſtea auertitur. Dauid vir bonus ſecundum cor Domini, poſtea cadis, & ſinpri reus eſt. Salomon omni gratia, & ſapientia donatus à Domino, ad idololatriam à mulieribus inducitur: ſoli enim Dei filio ſeruabatur ſine delicto permanere.* Ergo Deus ad hanc obdurationem tanquam propria, & poſitiua cauſa non concurrit.

6\. *Dupliciter poteſt Deus ad hanc obdurationem ſe habere. Primò, negatiuè Deus ſemper in præueniendo primus. Conc. Trid.*

Dupliciter tamen poteſt Deus ad hanc obdurationem ſe habere. Primò, negatiuè, in nullis occaſionibus gratiam congruam conferendo, ſed multiplices lapſus permittendo. Quod tamen Deus facere non ſolet, niſi priùs à nobis ſæpiùs deſeratur. Sicut enim in præueniendo eſt primus; ita in deſerendo eſt poſtremus. Quòd enim Deus primus D præueniat, in fide certum eſt, vt Conc. Trid. ſeſſ. 6. de iuſtificatione can. 3. definit. Et cœleſtis indicat ſponſa illis verbis: *Dilectus meus mihi, & ego illi,* Cant. 2. n. 16. Vbi priùs dicit dilectum ſibi adeſſe,

D. Bern.

quàm ſe ipſam dilecto; vt ibi D. Bern. ſerm. 67. obſeruat: *Rectiùs,* inquit, *loquuta eſt; non prætendens meritum, ſed præmittens beneficium, & ſe præuentam dilecti gratia confitens.* Monet quidem Ieremias, vt ad Deum citiſſimè vigilemus: *Conſurge,* inquit, *in nocte, in principio vigiliarum,* Thren. 2. n. 19. Sed quantacunque noſtra ſit ad ſacras vigilias feſtinatio, ta-

D. Bern.

men à diuina præuenietur: vt rectè D. Bern. ſer. 69. in Cant. *Vigilas,* inquit, *tu? Vigilat & ille. Accelera quantumuis, etiam ipſas anticipare vigilias; inuenies eum, non præuenies.* Neque ſolùm Deus peccatorum E diligentiam præuenit, ſed etiam Angelorum, & Prælatorum, in animarum ſalutem feſtinantium. Vnde ſponſa, *Inuenerunt,* inquit, *me vigiles, qui cuſtodiunt ciuitatem,* Cantic. 3. num. 3. Vigiles appellat Angelos, ſeu Prælatos in ſalutem animarum excubantes. Inuenerunt, inquit, non præuenerunt, quia quem Prælatus inuenit, Deus præuenit: neque iam citò Prælatus currit, quin Deus citius præcurrat.

D. Bern.

Ita locum expendit D. Bern. ſerm. 78. in Cant. *Clarum,* inquit *ſit, non otioſum eſſe, quod ſe inuentam ab his ſponſa teſtata eſt, propterea quod ſe ab ipſis collectam agnoſceret, non electam; compertam, non conuerſam. Non eſt inuenire Domino, ſed præuenire; & inuentionem præuentio excludit.* Vnde idem D. Bern. epiſtol. 146. ad Burchardum Abbatem in illa verba Christi Domini: *Ita Pater, quoniam ſic placitum fuit ante te,* Matth. 11. num. 26. *Tuo,* inquit, *placito, ſum id quod ſum, non ſuo merito. Nec enim inuenis merita, ſed præuenis.* Et paulò pòſt: *Tu ergo frater, agnoſce te præuentum in benedictionibus dulcedinis, non a me, qui nihil ſum: ſed ab illo, qui me, vt de tua ſalute monerem, adſpirando præuenit.* En vt Deus primus eſt in præueniendo.

7\. *Deus in peccatore deſerendo poſtremus. Conc. Trid.*

Quòd autem in deſerendo poſtremus ſit, docet idem Conc. Trident. ſeſſ. 6. cap. 11. *Deus,* inquit, *ſua gratia ſemel iuſtificatos non deſerit, niſi ab eis priùs deſeratur.* Et confirmat illud oraculum diuinum. B Nam ad Regem Roboam, eiuſque populum leges diuinas contemnentem, præire iuſſit Deus Prophetam Semeiam cum hac legatione: *Vos,* inquit, *reliquiſtis me; & ego reliqui vos,* Paral. 12. numer. 5. Vbi affirmat Deus ſe non niſi relictum, reliquiſſe.

D. Fulgent.

Nam vt benè D. Fulgent. lib. 1. de duplici prædeſt. c. 13. *Iuſte,* inquit, *deſeritur à Deo, qui deſerit Deum. Et quia homo deſerens Deum, peccat, deſerens peccatorem Deus, iuſtitiam ſeruat.* Eandem doctrinam D.

D. Aug.

Auguſt. non ſemel inculcat: nam lib. de natura, & gratia cap. 26. *Deus,* inquit, *non deſerit, ſi non deſeratur, vt piè ſemper, iuſtéque viuatur.* Et rurſus ſerm. 88. de temp. *Hoc,* inquit, *fideliter, & firmiter credat dilectio veſtra, quia nunquam priùs Deus deſerit hominem, niſi priùs ab homine deſeratur: cùm enim ſemel, & ſecun-* C *dò, & tertiò vnuſquiſque grauia peccata commiſerit; expectat tamen illum Deus: cùm verò in peccatis ſuis cœperit permanere; de multitudine peccatorum naſcitur deſperatio, ex deſperatione obduratio generatur.* In ſententiam optimi magiſtri coniurat optimus diſcipu-

D. Proſper Aquit.

lus D. Proſper Aquitan. in reſponſione ad 7. obiectionem Vincentianam, *Deus,* inquit, *priuſquam deſeratur, neminem deſerit, & multos deſertores conuertit.*

Lapidei cordis obduratio ex conſuetudine peccandi generatur.

Quod iterum tradit ad 7. capitulum Gallorum. Et obiter obſerua ex proximis verbis D. Auguſt. hanc obdurationem ex conſuetudine peccandi generari, ita vt quibus antea peccatum amarum videbatur, poſtea peccare aſſuetis iam dulceſcat. Quod Iobus in typum peccatoris ex peccandi conſuetu- D dine obdurati lamentatur, dicens: *Quæ priùs nolebat tangere anima mea, nunc præ anguſtia cibi mei ſunt,* Iob. 6. num. 7. Sic enim D. Bern. lib. 1. ad Eu-

D. Bern.

gen. c. 2. hunc locum myſticè exponit, *Primum,* inquit, *tibi importabile videbitur aliquid: proceſſu temporis, ſi aſſueſcas, iudicabis non adeo graue; paulò pòſt & leue ſenties; paulò pòſt nec ſenties; paulò pòſt etiam delectabit. Ita paulatim in cordis duritiam itur.* Cauenda igitur peccandi initia, quæ niſi opportunè reſtringantur, in tanta exitia effunduntur. Sed ad rem iterum.

8\. *Quo pacto ſe Deus habeat poſitiuè ad hanc indurationem.*

Secundo modo ſe habet Deus ad hanc obdurationem poſitiuè; non quidem propriè, & proximè inclinando voluntatem ad illam; hoc enim pro- E cul à Deo abeſt, vt diximus: ſed exercendo aliquas actiones, ex quibus homines occaſionem ſumunt, vt obdurentur. De quarum numero ſunt illæ, vt alias omittam, quibus aut inferuntur ſupplicia, aut beneficia conferuntur. Et quidem ſuppliciis ſæpenumerò obdurari peccatores, quis

Peccatores aliquando diuinis ſuppliciis obdurantur.

ignorat? *Domine,* inquit Propheta, *oculi tui reſpiciunt fidem; percuſſiſti eos, & non doluerunt: attriuiſti eos, & renuerunt accipere diſciplinam: indurauerunt facies ſuas ſupra petram, & noluerunt reuerti,* Ierem. 5. num. 3. Ac ſi vnde miteſcere debeant, recrudeſcere viderentur, & deteriores fierent, vnde meliores ſperabantur. Quod non tam Propheta, ſed ipſe quoque Deus indigniſſimè ferebat, dicens: *Fruſtrà percuſſi filios veſtros, diſciplinam non receperunt; deuorauit*

rauit gladius Prophetas veſtros. Ierem.2.n.30. A Deo percuſſi adeò non redibant ad frugem, vt potiùs prodirent ad necem Prophetarum: & durius cum Prophetis agerent, quàm à Deo cum ipſis ageretur: nam à ſolo Deo tanquam filij ſolo flagro pulſati, ipſi Prophetas tanquam hoſtes gladio deuorabant, ſeu iugulabant. Sic ad flagella obduruit peccator ille, ad quem Sapiens, *Eris*, inquit, *ſicut dormiens in medio mari; & quaſi ſopitus gubernator amiſſo clauo, & dices: Verberauerunt me, & non dolui: traxerunt me, & ego non ſenſi. Quando euigilabo, & rurſus vina reperiam?* Prouer.23.n.34. Quid inſenſibilius? inter debacchantes ſuppliciorum procellas dormiebat, & ſi quando euigilabat, non ad plagas declinandas, ſed ad epulas repetendas euigilabat, præſentes flagellationes non ſentiebat, futuras compotationes meditabatur. Mira peruerſitas! Et eò quidem mirabilior, quòd aliquando vnus ex iiſdem ſuppliciis induratur, ex quibus alius emollitur. Vt D. Aug. lib de prædeſt & gratia, c.10. in Pharaone, & Nabuchodonoſore oſtendit, quorum hunc credit flagellis reſipuiſſe, illum obduruiſſe: *Quantum*, inquit, *ad naturam ambo homines erant; quantum ad dignitatem, ambo reges; quantum ad cauſam, ambo captiuum populum Dei poſſidentes; quantum ad pœnam, ambo flagellis clementer admoniti. Quid ergo fines eorum fecit eſſe diuerſos, niſi quòd vnus manum Dei ſentiens, in recordatione propria iniquitatis ingemuit: alter contra miſericordiſſimam veritatem libero pugnauit arbitrio?*

Eiſdem ſuppliciis aliquando vnus peccator obduratur, quibus alius emollitur.
D.Auguſt.

9.
Peccatores diuinis beneficiis, & miſericordia aliquando indurantur.

Iam verò diuinis beneficiis quis dubitet peccatores aliquando obdurari? qui frequenter, quò pluribus à Deo beneficiis fouentur, ac mulliuntur, eò magis in ſuis ſceleribus obdurantur, & lapideſcunt. Tales illi, de quibus Iob.cap.24. n.13. *Ipſi*, inquit, *fuerunt rebelles lumini.* Quia quò maior diuinæ beneficentiæ ſplendor eos illuſtrabat, eò ipſi in maiores ſe flagitiorum tenebras compingebant. Vnde Sapiens, *Quia*, inquit, *non profertur citò contra malos ſententia, abſque timore vllo filij hominum perpetrant mala.* Eccleſ.8.num.11. Quaſi ab indulgentia diuina, peccandi licentia deſumatur. Quare non immeritò indignatur D. Paulus Rom.2. n.4 diuitias bonitatis, & patientiæ, & longanimitatis, à Deo in homines effuſas: & nihilominus ab hominibus multorum ſcelerum noxas, quibus diuinam iram promereantur, theſaurizatas. Ex quo fit, interprete D.Chryſoſt hom.5.ad eum locum, *Vt Dei beneficentiam, improbitatis, ingratitudiniſque augmentum efficiamus.* Hoc modo dicitur Deus indurasse cor Pharaonis, non tam caſtigando, quàm tolerando. Quod Orig.lib.3 periarc.cap.1.explicat ſimilitudine dominorum, ſuis ſeruis nimium indulgentium. *Quibus*, inquit, *dicere ſolent, Ego te talem feci; ego te perdidi; ego tibi cauſa huius tam dura inſolentia exiſto, qui te non ſtatim per ſingulas culpas punio pro merito delictorum.*

D.Chryſ.

Orig.
Quo pacto Deus per beneficia, & miſericordiā ad peccatoris indurationē concurrat. Egregia ſimilitudo.

10.
D Aug.

Eadem ſimilitudine vtitur D. Aug. ſerm. 88. de temp.iam cit. *Hoc*, inquit, *de Pharaone ſine dubitatione credamus, quod eum non tam Dei potentia, quàm Dei patientia fecerit obdurari. Quam rem etiam circa vernaculos noſtros exercere conſueuimus; quos nimis delicatè, aut ſatis remiſsè nutrimus; vel quibus frequenter peccantibus indulgemus. Cum enim ipſa indulgentia, & remiſſione peiores redduntur, ſolemus exprobrantes illis dicere: Ego te feci talem; ego tibi parcendo, proterniam tuam, & negligentiam tuam nutriui. Hoc autem non dicimus, quod illi noſtra voluntate in tantam fuerint ſuperbiam deuoluti: ſed quòd abuſi bonitate, & indulgentia noſtra, fuerint obdurati. Idem profectò factum eſt in Pharaone, quia dum ab illo pro ineffabili bonitate ſua Deus plagas ſuſpendit; ille obdurato corde*

A *contra Deum ſe ſuperbus erexit.* Hæc Aug. diſertiſſimè. Addunt D.Hier. in epiſt. ad Hedibiam.q 10. Theud. q.10.in Exod. Rupert ibid.lib.7.c.21. ſicut vno eodémque Solis calore duratur limus, liqueſcit cera: quod etiam poëta cecinit Eclog.8.

D Hier.
Theod.
Rupert.
Eiſdem Dei ſuppliciis quidam obdurantur, alij emolliuntur.

Limus vt hic dureſcit, & hæc vt cera liqueſcit,
Vno eodémque igni.

Ita eâdem Dei patientiâ quoſdam molliri, alios obdurari.

11.
Nullo ex his modis obdurationis culpa in Deum referenda.
D Aug.

Siue igitur Deus negatiuè ſe habeat ad hanc indurationem, ſiue poſitiuè modo explicato, certum eſt nullo modo culpam in Deum, ſed in hominem B refundendam. Vnde D.Aug in lib. ad articulos ſibi falsò impoſitos in 7.tom. reſpondens ad art. 13. & 14. *Si*, inquit, *à iuſtitia, & pietate quis deficit, ſuo in præceps fertur arbitrio, ſua concupiſcentia trahitur, ſua perſuaſione decipitur, nec in tali negotio quidquam diuina voluntatis interuenit: cuius ope ſcimus, multos, ne laberentur, retentos; nullos autem, vt laberētur, impulſos.* Et paulò pòſt: *Fieri*, inquit, *non poteſt, vt per quem a peccatis ſurgitur, per eum in peccata decidatur. Sed illud ſcire ſufficit, etiam ab illo eſſe, quod ſtatur, & non eſſe ab illo, quod ruitur.* Quare filij Heli non à Deo, ſed à ſua mala voluntate impellebantur ad ſcelus, in eóq; detinebantur Vnde cùm dicuntur non audiſſe vocem Patris, *Quia Dominus voluit occidere eos.* hæc Dei vo- C luntas non eſt antecedens; quaſi Deus abſolutè decreuerit pœnam, ex qua illi determinarentur ad culpam: ſed conſequens, quia illi ſe ad culpam determinarant, ad pœnam damnabantur: proindéque illa propoſitio non eſt cauſalis à priori, ſed à poſteriori tantùm, ſeu à ſigno: quatenus ex pœna ad mortem illis propoſita, eorum ad paternas admonitiones audiendas contemptus colligebatur.

Voluntas diuina occidendi filios Heli, non fuit antecedens, ſed conſequens.

12.
Ex qua Dei actione filij Heli obdurationis occaſionem deſumpſerint.

Sed quæres, quid egerit Deus erga filios Heli, vnde illi occaſionem ſumpſerint ad eam obdurationem, in quam tandem abierunt? Reſpondeo vt alias interim remotiores actiones omittam, permiſiſſe Deum eos à patre ſolis verbis reprehendi: nullis verberibus flagellari. In primis illa verbalis repre- D henſio obdurationis occaſio illius fuit: quia ſicut ægreſcunt vulnera lenibus curata medicamentis, quæ mordacioribus indigebant: ita dureſcunt impij, quibus lenes vnctiones, & non acres punctiones, vt opus erat, adhibentur. Nam, vt loquitur Salomon, *Non recipit ſtultus verba prudentia*, Prou 18. num.2. Verbera potiùs iuſtitiæ punitiuæ neceſſe eſt, vt inferantur. *Peruerſi*, inquit Sapiens, *difficilè corriguntur*, Eccleſiaſtes 1. n. 15. Si verbis tantùm moneas, non emendantur, ſed irritantur. Colubrum lethaliter truncare oportet, ne leuiter mutilare, ne irritatus tumeſcat implacabilior: ſic effrænes iuuenes, tundere oportet, non tangere, quia tantùm abeſt, vt miteſcant ad ſolas voces, vt potiùs acriores in iras E exardeſcant. *Odio*, inquit Propheta, *habuerunt corripientem in porta, & loquentem perfectè abominati ſunt*, Amos 5. num. 10. Leuis obiurgatio non amputat vitia; ſed excitat odia. Vnde maiora naufragia conſequuntur. Nam qui odit monitorem, inquit ibi D.Cyril. Alexand. fit *ſimilis naui, gubernaculo, & nauclero carenti, qua omni vento circumfertur. & quaſi ebria iactatur?* ad infelices tandem ſcopulos allidenda. In hoc igitur periculum coniiciuntur illi, quos cum grauiter punire oporteat, leniter obiurgantur. Non abiurant peccata ſua, de quibus admonentur, ſed potiùs in benè admonentium capita coniurant.

Remiſſa obiurgatio impiis eſt obdurationis occaſio. Expreſſa ſimilitudo.

Qui monitorem odit, nauis ſine nauclero.

13.
Leuis repre-

Vnde illa Prophetæ execratio: *Va mihi, mater mea, quare genuiſti me: virum rixa, virum diſcordia,*

Vbi ſic peiores, & duriores reddit delinquentes.

in vniuerſa terra? Ierem. 15.num.10. Virum ſe appellat rixæ, ac diſcordiæ, quia dum impios reprehendebat, omnium ſibi odia conflabat: excitabat in ſe rixas, dum aliorum vitas perſtringebat. Nec meliores reddebantur, leuiter ſtimulat; ſed acriores in ira excitabantur. Vnde pergit idem propheta: *Non fœneraui, nec fœnerauit mihi quiſquam. Omnes maledicunt mihi.* ſeu, vt habent Septuag. *Non profui, nec profuit mihi quiſquam.* hoc eſt, interprete Origene, neque auditores ex mea obiurgatione vllam vtilitatem perceperunt; neque proinde ego ex eorum vtilitate, quæ nulla fuit, quidquam gloriæ comparaui. Imò pro mea in eos beneuolentia, maiorem illorum in me maleuolentiam, & maledicentiam expertus ſum: *Omnes maledicebant mihi.* Sic igitur, & filij Heli ex correctione paterna iniquos à ſe mores non abdicarunt, ſed iniquiores ſibi induerunt.

Septuag. Orig.

14\. *Summa Dei ira eſt, nimia in delinquentes miſericordia, & impunitas.*

Iam verò illa diuina prouidentia, quæ permiſit, ne à patre improbi filij, ea ſeueritate, qua par erat, cæderentur; occaſionem illis præbuit, vt deteriores fierent; omnem timorem, pudorémque abiicerent, & in nullum non facinus ſoluerentur. Sicut enim miſerentis Dei eſt, corripere delinquentes; ita incorreptos relinquere, iraſcentis. Vnde Origen.homil.8.in Exod. *Vis*, inquit, *audire indignantis Dei terribilem vocem? Audi, quid dicit per Prophetam. Non viſitabo ſuper filias veſtras, cùm fuerint fornicatæ; & ſuper ſponſas veſtras, cum adulterauerint*, Oſeæ 4.n.14. *Hoc eſt terribile, hoc eſt extremum: cùm iam non corripimur pro peccatis; cùm iam non corrigimur delinquentes.* Et ibidem notat illud Dei ad Synagogam: *Auferetur zelus meus a te, & quieſcam, nec iraſcar amplius.* Ezech.16.n.42. Vbi Deus peccatrici Synagogæ, tanquam omnium pœnarum maximam, minatur impunitatem. Nihil enim poteſt in hac vita accidere peccatoribus atrocius, quàm à Deo non puniri; cùm inde manifeſtum argumentum deſumatur, eos æternis ſuppliciis puniendos. Quod etiam D. Hieron. ad eum locum, grauiſſimam punitionem eſſe ſentit, dicens, Deum non iraſci Synagogæ, *quam amare deſierit.* Et ſtatim, *Ex quo*, inquit, *perſpicimus grandem offenſam eſſe, nequaquam cura haberi à Deo, ſed permittis hominem ſceleribus ſuis atque peccatis.*

Orig.

D.Hier.

15\. *Peccatores in hac vita non puniri, ſumma Dei vindicta.*

Et in eandem ſententiam hunc Ezechielis locum exponit epiſt.33. ad Caſtrutium, vt annot. 5. ſect.3.§.18.iam retulimus. Vbi vlteriùs notat peccatores, de quorum ſalute deſperatur, impunitos relinqui. *Quantos*, inquit, *cernimus Ethnicos, atque Iudæos, hæreticos, atque diuerſorum dogmatum homines volutari in cœno libidinum, madere ſanguine, feritate lupos, rapacitate miluos vincere, & nihilominus flagellum non appropinquare tabernaculis eorum, nec eos cum hominibus verberari, & idcirco ſuperbire contra Deum, & tranſire vſque ad cœlum os ſuum.* Qua punitione nulla poteſt maior excogitari. Vnde D.Bern.ſerm.42.in Cant. referens illum Ezechielis locum: *Receſſit zelus meus à te, vltra non iraſcar tibi.* Ac tam ſeueram punitionem exhorreſcens, *Solo*, inquit, *auditu contremiſco. Si te zelus deſeruit, & amor; nec eris amore dignus, qui indignum caſtigatione cenſueris: tunc magis iraſcitur Deus, cum non iraſcitur.* Rurſus D.Hieron.in locum Oſeæ proximè citatum rectè oſtendit, non puniri a Deo in hac vita peccatores, ſignum eſſe, quòd à Deo deſerantur. *Qui*, inquit, *amatur, corripitur: qui negligitur, ſuis peccatis dimittitur.* Et paulò pòſt: *Quando videris*, inquit, *peccatorem diuitiis affluere, iactare ſe potentia, ſanitate gaudere, delectari coniuge, corona circundari liberorum, & impleri illud, quod ſcriptum eſt: In labore hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur; dicito, in illo comminationem Prophetæ eſſe impletam: Non viſitabo ſuper filias veſtras*, &c. Qui autem peccatores à Deo in hac vita non viſitantur, hoc eſt, non flagellantur, cum inulti relinquendi non ſint, ſignum eſt, æternis ſuppliciis reſeruatos.

D.Bern.

D.Hier.

16\. *Vltrix Dei miſericordia in peccatoribus non corripiendis.*

Hæc eſt illa vltrix miſericordia, quâ Deus olim erga impium vtebatur. *Miſereamur*, inquit, *impio, & non diſcet iuſtitiam*, Iſai. 26. num. 10. Quæ miſerior miſericordia, quæ miſeratio ſeuerior: quàm qua impij à via iuſtitiæ recedere permittuntur? Vnde D.Bernard.ſerm.42. in Cant. citato, ad eum Iſaiæ locum: *Miſericordiam*, inquit, *hanc ego nolo: ſuper omnem iram miſeratio iſta, ſapiens mihi vias iuſtitiæ. Volo iraſcaris mihi Pater miſericordiarum; ſed illa ira, qua corrigis deuium, non qua extrudis de via.* Et iterum in ſuis declamationibus eundem locum expendens, & illa verba Prophetæ adiungens, *Non videbit gloriam Domini*, ibid. ſubdit, *Hiccine totus miſericordiæ finis? Hanc ego miſericordiam nolo: procul fiat miſeratio tam crudelis*, &c. Dum igitur Deus filios Heli impunitos viuere permittebat, ipſi ſcelerum habenas impudentiùs laxabant, vnde maioribus ſe ſuppliciis à Deo inferendis exponebant. Sed iterum ad hiſtoriam, in qua Heli, quam filiis obiurgationem non intulit, ſibi à Deo illatam patietur.

D.Bern.

---

*Num.*27. Venit autem vir Dei ad Heli, & ait ad eum: Hæc dicit Dominus: Nunquid non apertè reuelatus ſum domui patris tui, cùm eſſet in Ægypto in domo Pharaonis.

EXPOSITIO LITERÆ.

1\. *Peccatores Deus tandem punit, ne Deo grata eſſe peccata ſuſpicentur.*

V*Enit autem vir Dei*, &c. Hæc eſt tertia huius capitis pars, in qua incipit oſtendi ſeueritas aduerſùs ſacerdotem. Nam & etſi Deus peccata hominum paulisper diſſimulet, vt illi ex diuina patientia ad pœnitentiam tandem reducantur: nihilominus ea penitùs incorrupta, & impunita non permittit, ne peccatores illa Deo grata eſſe improbè ſuſpicentur. In quam videtur inſaniam abiiſſe peccator ille, cum quo Deus apud Dauidem grauiter expoſtulat. *Hæc*, inquit, *feciſti, & tacui.* hoc eſt, tu commiſiſti peccata; ego ſupplicia ſuſpendi, imò tacitus diſſimulaui. Quid verò tu ex hac mea patientia? Tantum abfuit, vt redires ad pœnitentiam, vt potiùs in maiorem dementiam abires. *Exiſtimaſti iniquè, quòd ero tui ſimilis?* Pſalm.49. num.21. hoc eſt, interprete D. Auguſt. ad eum locum: *Parum eſt, quia mala facta tua placent tibi, placere putas & mihi. Deum, quia non pateris vltorem, vis habere participem, & tanquam corruptum iudicem, prædæ ſocium vis habere.* Vt igitur Deus tam ſiniſtram de ſe ſuſpicionem amputaret, ſubdit: *Arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam.* hoc eſt, diuturnum illud ſilentium; quo tua peccata diſſimulabam, tandem abrumpam: tua tibi ſcelera obiiciam, & à tergo, in quo illa reieceras, ad oculos reuocabo. Sic igitur hoc loco, ne Heli in aliorum malis per ignauam quandam indulgentiam fouendis, Deum ſibi ſimilem ſuſpicaretur: ſeu ne putaret, ſuam erga filios indulgentiam Deo placuiſſe, cui tantâ erga ſe indulgentiâ vtebatur, acriter à Deo & arguitur, & punitur. Arguitur quidem bis, ne indictâ causâ puniri videatur: ſimul quidem

D.Aug.

Bis à Deo arguitur Heli.

in

in hoc capite per virum Dei incognitum, & externum; iterum verò in capite ſequenti, per Samuelem domeſticum, ac familiarem: ſi fortè intus, ac foris pulſatus, dormitantis Heli animus excitetur. Punitur autem cap. 4. vbi capitali ſupplicio mulctatur.

2. *Duplex difficultas. Quid ſignificet vir Dei. Vir alicuius rei, id eſt, alicuius rei ſtudioſus.* Septuag. Phil Hebr. *Triplex hominum genus.*

Sed duplex hîc difficultas occurrit. Vna de voce; Quid ſignificet *vir Dei*? Altera de re; Quiſnam fuerit hic vir Dei? Quod ad priorem attinet, vir alicuius rei in Scriptura ille dicitur, qui eſt alicuius rei ſtudioſus. Sic dicitur *vir agri*, Geneſ. 25. num. 27. iuxta Hebræum, pro agricola. *Vir pecoris*, Gen. 46. num. 34. iuxta fontem, pro paſtore. *Vir belli*, 1. Reg. 18. num. 5 pro bellatore. *Vir amicorum*, Prouerb. 18. num. 28. iuxta Septuaginta, pro amicis dedito. Et ſic de alijs. Sic etiam *vir Dei* eſt vir Deo deditus, & conſecratus. Vnde Phil. Hebr. lib. de gigantibus, tria hominum genera diſtinguit, alios terræ, alios cæli, alios Dei: *Terræ*, inquit, *eos, qui venantur voluptates corporis, & harum vſumfructum, quærendo vndecunque ſingularum materiam. Cæli autem, eos, qui tenent artes, & ſcientias, aut eas ſectantur. Dei verò homines, Sacerdotes, & Prophetæ ſunt; quorum maior eſt dignitas, quàm vt ſe miſceant humanæ Reipublicæ, & mundi ciues ſint: ſed ſublimiores omnibus rebus ſenſibilibus, migrarunt in mundum intelligibilem; ibi ſortiti domicilium, aſcripti Reipublicæ idearum incorporearum, & incorruptibilium* Itaque vir Dei, ſeu homo Dei (vtraque enim appellatio, inquit D. Hieronym. in epiſt. 139. ad Cyprian. ſub initium, viro ſancto competit) dicitur ille, qui totus in diuinum obſequium conſecratur. Quo pacto viri, ſeu homines Dei appellantur Moyſes, Deuter. 33. num. 1. & in titulo Pſalm 89. Samuel. 1. Reg. 9. n. 6. Helias, 4. Reg. 1. num. 9. Propheta ad Ieroboam miſſus, 3. Reg. 13. n. 1. Propheta miſſus ad Amaſiam, 2. Paralipom. 25. n. 7. Timotheus, 1. Tim. 6. n. 11. & alij. Notat verò Caiet. in Hebræo non eſſe hoc loco virum *Iehouah*, ſed virum *Elohim*; vt hic vir non à Deo indultore, ſed vltore miſſus cenſeatur. Sed cur hi, de quibus diximus, potiùs quàm alij, dicuntur viri Dei? cùm verum ſit illud per Ezechielem: *Ecce omnes animæ meæ ſunt, vt anima patris, ita & anima filij, mea eſt*, Ezech. 18. n. 4. Reſpondet ibi D. Hieronymus: *Omnes animæ meæ ſunt, iuxta creaturam*, hoc eſt, iuxta creationem, *non iuxta meritum*. Vnde D. Gregor. Nazianz. orat. 21. *Pauci*, inquit, *homines Dei ſunt, quamuis omnes ipſius figmenta ſint*. Nam peccatores à Deo quidem facti ſunt, & in libertatem euocati; ſed à diabolo capti, & in ſeruitutem abducti.

D. Hier. — *Hic vir à Deo vltore miſſus.* Caiet. — D. Hier. — D. Greg.

3. *Quiſnam fuerit hic vir Dei.* D Hier. *Prima opinio eſſe Phineem, ſeu Heliam.* D P. Dam. *Phineem, & Heliam eſſe eundem, qui exiſtiment.*

Poſterior difficultas de re ipſa, maior eſt. Quiſnam fuerit hic vir Dei? Prima opinio fuit veterum Rabbinorum, qui, vt refert D. Hieron. in quæſt. Hebraic. dicunt fuiſſe Phineen, ſeu Heliam, quem vnum atque eundem fuiſſe arbitrantur. Hos ſequitur D. Petr. Dam. epiſt. 12. ad Nicolaum Pontificem in tom. 3. Biblioth. 2. editionis, & in proprio tomo lib. 1. epiſt. 6. Vbi docet hunc virum Dei putari Phineem, & paulò antè docuerat Phineen, & Heliam eſſe eundem. Nam illa verba Dei ad Moyſem de Phinee, fornicarios occidente, *Ecce do ei pacem fœderis mei, & erit tam ipſi, quàm ſemini eius pactum ſacerdotij ſempiternum*, Numer. 25. num. 12. ſubdit: *Pacem*, inquit, *ſui fœderis Dominus illi dedit; quia ſedata omni carnis moleſtia, viuere illum vſque in finem mundi, in Paradiſi amœnitate conſtituit. Ipſe ſiquidem eſt, ni fallor, Helias Propheta, qui videlicet igneis equis, & curru, Heliſæo ſuſpiciente eſt tranſlatus in cælum*. Et confirmat ex nominis etymo. Nam Helias, *Deus Dominus* interpretatur: quod nomen additum Phineæ ſentit, ex eo quòd cùm Phinees ad Rubenitas, & Gaditas mitteretur, exploraturus, quo animo illi altare infinitæ magnitudinis erexerint, illi ſe excuſantes reſponderunt: *Deus Dominus ipſe nouit, ſi præuaricationis animo hoc altare conſtruximus*, Ioſue 22. num. 22. Ab hac igitur reſponſione, Helias, inquit, hoc eſt, *Deus Dominus*, nuncupari cœpit; qui antea Phinees dicebatur. Et vlteriùs ſuadetur ex zelo diuini honoris, quo Phinees, & Helias incendebantur. Nam de Phinee fornicarios occidente eſt illud: *Zelo zelatus eſt pro Deo ſuo*, &c. Num. 25. num. 13. de Helia occidente Sacerdotes Baal, illud: *Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum*, 3. Reg. 19. n. 10. Ab vno igitur zelo, quo flagrabant, non diuerſi homines, ſed vnus, atque idem credebatur.

Heliæ nominis etymon. Phineæ, & Heliæ zelus.

4. *Obiectio.* Beda.

Quòd ſi aliquis ei obijciat ex Beda in 4. Reg. 1. ab egreſſu filiorum Iſraël ex Ægypto, quo tempore vixit Phinees, vſque ad Heliæ raptum in cælum ſexcentorum viginti annorum ſpatia intercurriſſe: non potuiſſe autem vnum hominem tam diuturnam vitam propagare; nihilo mouetur Damianus, imò inde in ſua ſententia magis confirmatur: *Iure*, inquit, *quia mœchis repentinam intulit mortem, annoſæ vitæ ſortitus eſt longitudinem. Qui quia in terris diuini zeli eſt ardore ſuccenſus, congruenter eſt equis igneis in cælum eleuatus*. Accedit Rupertus lib. 2. in Deuteronom. cap. 13. vbi referens ſententiam Rabbinorum, Phineen, & Heliam non diſtinguentium: addit hanc ſententiam ſibi maximè placere. Et ex ea probat, quo pacto eſſe potuerit illud pactum ſacerdotij ſempiternum, quod illi Deus promiſit, citato Numer. loco. Nam cùm venturus ſit in fine mundi: *Profectò*, inquit, *in Eccleſia Chriſti, cuius ſacerdotium ſempiternum ex honore ſacerdotij non carebit*. Eandémque ſententiam refert hoc loco, & in cap. 2. Apocalypſ. num. 18. ibi: *Qui habet oculos, tanquam flammam ignis*. Adde Carolum Sigonium lib. 5. de Republ. Hebræorum, cap. 2. vbi docet, Phineen vſque ad tempus Heli perueniſſe.

D P Dam *Solutio. Phinees propter caſtitatis zelum in hac vita quodammodo immortalis.* Rupe. t. — Car. Sig.

5. *Refellitur hæc opinio, quæ quàm Phineen, & Heliam eundem facit* D. Hier. Hug Va abl Iſid Clar. Orig.

Verùm hæc opinio, dum Phineen, & Heliam eundem hominem facit, aliam non habet auctoritatem, quam Hebræorum de more ſuo ſomniantium. Nam D. Hieron. in quæſt. Hebraic. huius loci (vt demus eum eſſe illarum auctorem, quod eſt minus certum) hoc non affirmat, ſed tantùm refert. Idémque faciunt cæteri interpretes Hugo, Vatabl. Iſidor. Clar. & alij, qui huius opinionis meminerunt. Orig. tom 7. in Euang. Ioan. ibi: *Helias es tu?* cap. 1. n. 21. vbi hanc Hebræorum opinionem refert, quamuis illam non diſputet, vtpote à ſuo propoſito, vt ait alienam, tamen ex apocryphis deſumptam ſuſpicatur: eámque comparat cum illa abſurda Herodis opinione, Chriſtum ac Ioannem, eundem eſſe ſuſpicantis, Marc. 6. num. 16. & cum illa Hebræorum dubitatione, an Helias, & Ioannes coinciderent: vnde pari omnes falſitate damnatas excludit. Eandem præterea reijciunt Lyranus, & Abul. & ex noſtris Serar. hoc loco, & Iudic. 6. q 4. Magalianus in 1. Timoth. 3. ſect. 1. annotat 17. Lorin. in Pſal. 15. n. 30. Cornel. in Numer. 25 n. 12. Salianus tom. 1. annal. anno mundi 2640. n. 3. & 2768. n. 4. Quibus adde Aug. Torniel. tom. 1. annalium anno mundi 2583. n. 20.

Lyran. Abul. Serar Magal. Lorin. Cornel. Salian Torniel.

6. *Rationibus etiam refellitur prædicta opinio. Prima ratio.*

Et quidquid ſit de auctoritate, certè efficacia non deſunt argumenta, quibus Phinees, & Helias, diuerſi homines fuiſſe confirmentur. Primum illud ex Beda, quia neceſſe foret vnum hominem pluſquam ſexcentos annos vixiſſe; quod non eſt ſine fundamento affirmandum; præſertim in ea mundi ætate, in qua hominum vita ab illa primæua diuturnitate multum decreſcebat. Nam Heli no-

nagenatius ſuprà n.21. & multò ante Caleb octogenatius, Ioſ. 14.n.10.& non multò pòſt Dauid ſeptuagenatius, 3.Reg.1.n.1. & eodē circiter tempore Samuel quinquagenarius, aut plurimum ſexagenarius infrà c 8.n.1. valde ſenuiſſe dicebantur.

7. *Secunda ratio.*

Secundum, quia Phinees fuit coniugatus, & genuit Abiſue, vt patet ex 1.Paral.6.num.4. At verò Helias in cœlibatu, & virginitate permanſit. Licèt enim hoc in Scriptura nō exprimatur, vt notat D. Aug lib.9.de Gen.ad lit.c.2.nihilominus Patres id communiter tradunt. Nam in primis D. Hieron. lib. 1. aduerſus Iouin. eum arguit ſtultitiæ, quòd Heliam poſuerit in catalogo maritorum: *Si enim*, inquit, *Ioannes Baptiſta venit in ſpiritu, & virtute Heliæ, & Ioannes virgo eſt, vtique non ſolum in ſpiritu eius venit, ſed etiam in corporis caſtitate.* Vbi diſtinguere videtur mentis & corporis caſtitatem, & in vtraque Ioannem pariter, & Heliam excellentem conſtituere.

D. Aug. — Phinees fuit coniugatus: Helias in virginitate permanſit. — D. Hier.

B D. Chryſoſtom. hom. contra Iudæos, Gentiles & hæreticos, in illud Ioan.1. *Nuptiæ factæ ſunt*, in tom.3. comparat Moyſen coniugatum cum Helia virgine: *Vis*, inquit, *cognoſcere, quod nihil noceat habere vxorem? Moyſes nónne vxorem habuit? Helias nonne virgo erat? An nocuit huic virginitas? An impedimento fuerunt illi vxor, & liberi?* Et lib de virginit ſub finem in tom. 5. *Qua*, inquit, *quæſo, re differebant ab Angelis, Helias, Heliſæus, & Ioannes, veri hi virginitatis amatores. Nulla? Niſi quod mortali natura conſtabant. Nam cætera ſi quis diligenter inquirat, hi nihilo minus affecti reperientur, quam beatæ illæ mentes*, &c. D. Epiph. in Ancorato poſt medium: *Helias*, inquit, *erat in virginitate; vt prærogatiua virginitatis immortalitatem prædicaret mundo.* Hoc ipſum C ſignificaſſe videtur D. Ambr. ſerm. 87. de Heliſæo: *Helias, inquit, Angelis ducentibus raptus ad cælum eſt: & quadriga ignea impoſitus, quaſi in quodam triumpho victor aſcendit. Victor enim extiterat, non gentium barbararum, ſed ſæcularium voluptatum; ſiquidem grauiores inimici ſunt praui mores, quam hoſtes infeſti.* Adde Caſſianum lib. 1. de inſtitutis monachorum, cap.2. vbi loquutus de Heli: *Qui*, inquit, *in veteri Teſtamento, virginitatis iam flores, & caſtimoniæ, continentiæque præfigurabat exempla.* Et lib. 6. c. 4. loquutus de iis, qui perfectam carne, & mente virginitatem coluerunt: *Quales*, inquit, *vterque Ioannes in nouo Teſtamento; in veteri quoque Helias, Ieremias, Daniel fuiſſe noſcuntur.* Et collat. 21. cap. 4 Heliam, & Ieremiam non mediocriter commendat: D *Qui cum*, inquit, *licito vti coniugio abſque reprehenſione potuerint, perſeuerare tamen virgines maluerunt.* Sed eximium eſt illud de Heliæ virginitate præconium, quod tradit Ioannes Hieroſolymitanus lib. de inſtitutione monachorum, cap. 9. ſi ille eſt huius operis auctor: *Helias*, inquit, *vt per puritatem caſtitatis, & incorruptionem ſuæ carnis æquaretur Angelis, ſeipſum virginitate perpetua primus hominum ſponte decorauit.* Vbi non ſolùm virginitatem, ſed etiam in virginitate primatum tribuit Heliæ. Quod tamen in lege ſcripta, vel quouis alio modo explicari oportet, ne ſuus in virginitate primatus Abeli eripiatur. Extitit E igitur Helias virginitatis cultor, ac proinde eſſe non potuit idem, atque Phinees, qui ſtatum coluit coniugalem.

D. Chryſ. — Helias per caſtitatem Angelus. — D. Epiph. — D. Ambr. — Caſſian. — Ioan. Hieroſol. — Helias primus in lege ſcripta ſe per caſtitatem Angelis adæquauit.

8. *Tertia ratio.*

Tertium, quia Phinees, & Helias tanquam diuerſi homines referuntur 1. Machab 2. num 54.& 58. Nam priori loco: *Phinees*, inquit Mathathias, *pater noſter zelando zelum Dei accepit teſtamentum ſacerdotij æterni.* Poſteriori autem; *Helias*, inquit, *dum zelat zelum legis, receptus eſt in cælum* Referuntur etiam tanquam diuerſi, Eccleſiaſtici 45.n.28. vbi agitur de Phinee; & Eccleſiaſtici 48. n. 1. vbi agitur de Helia. Non igitur fuit vnus homo Phi- A nees, & Helias, ſed diuerſi. Et confirmatur, quia Helias dicitur Theſbites, 3.Reg.17.num.1. Phinees nuſquam dicitur Theſbis commoratus. Item Phinees fuit ſummus Sacerdos, Num. 25. num. 12. Heliam verò non conſtat fuiſſe Sacerdotem, cùm nuſquam in Scriptura eius tribus Leuitica, aut familia Aaronica referatur. Quòd ſi D. Cyrill Hieroſolym. catech. 3. de Baptiſmo, loquutus de Helia poſt tranſitum Iordanem in cælum rapto: *Prius*, inquit, *abluitur ſummus Sacerdos factus; quomodo enim ſuſciperetur pro aliis oraturus, qui nondum per aquam purificatus eſſet?* Videtur eum ratione ſanctitatis, non muneris Sacerdotem appellare, vt ſuprà annotat. 17. de Samuele dictum eſt, præſertim cùm eum dicat Sacerdotem; non ad munus ſacrificandi, ſed orandi; quod erat Prophetis cum Sacerdotibus commune. Et eodem modo interpretandus B eſt D. Iſidorus lib. de vita, & morte Sanctorum, cap. 35. dum Heliam vocat *Sacerdotem magnum.* Difficiliùs trahi poteſt in hanc interpretationem D. Epiph. in hiſtoria de vita & interitu Prophetarum, dicens Heliam fuiſſe *Leuitam de tribu Aaron*, vbi non ad ſanctimoniam, ſed ad proſapiam Heliæ de tribu Leuitica videtur reſpexiſſe. Verùm cùm non dicat eum fuiſſe de familia, ſed tribu Aaron: nec Sacerdotem exprimat, ſed Leuitam; ſatis eum videtur diſtinguere à Phinee, qui ſummus Sacerdos fuit.

Confirmatur. — Phinees ſummus ſacerdos fuit non Helias. — D. Cyrill. Ieroſol. — Quo pacto Helias ſacerdos ab aliquibus dicatur. — D. Iſid. — D. Epiph.

9. *Refellitur prima opinio, quatenus Heliam, vel Phineen, hūc virum Dei facit. — Lyran. — Abul.*

Quòd autem eum neutro eorum coincidere poſſit hic vir Dei, de quo hîc agitur, inde patet: quia Phinees vixit pluſquam trecentos, aut etiam quadringentos annos ante Heli: Helias autem vi- C xit pluſquam ducentos annos poſt eundem Heli, vt Lyranus, & Abulenſis hoc loco computant; ergo neuter eſſe potuit ſynchronos, ſeu coætaneus Heli. Accedit, quòd ſi Phinees, qui erat ſummus Sacerdos, vſque ad illud tempus vixiſſet: neque Heli, neque quiſquam alius ex prætetitis ſummo ſacerdotio fungeretur, cùm ad illum quamdiu ſuperteſſet, ſummum ſacerdotium pertineret, præſertim illa diuina promiſſione ex loco citato Num. confirmatum: neque alium vnà ſecum Pontificem pateretur, quia gubernatio ſacra monarchia erat ad vnicum tantum caput, ſeu ad vnicum ſummum Sacerdotem reuocata: negare autem omnes alios Pontifices ab Eleazaro vſque ad Heli, præter vnum Phineen; planè repugnat & Scripturæ, D 1.Paralipom. 6. à num.4.& 1.Eſdr.7. à numero 2. plures intermedios Pontifices referenti; & Ioſepho, aliiſque auctoribus, qui plurium Pontificum ſeriem toto illo tempore intercurrentium euoluunt.

10. *Prima obiectio. — D. Hier. — Solutio.*

Sed obijcies Quia 1.Paralip.9.num.20. Phinees filius Eleazari ſub Dauide Rege nominatur. Vbi D. Hieronym. in quæſt. Hebr. ſuper eum librum: *Hic*, inquit, *monſtratur Phinees adhuc eo tempore viuere.* Ergo etiam fuit cum Heli. Sed facilis eſt reſponſio, locum Paralipomen. explicandum eſſe de alijs hominibus eadem nomina ſortientibus: neque eſſe incredibile duos patres cognomines, filios cognomines habuiſſe. Nam 4.Reg.18.numero E 18. Eliacim filius Helciæ nominatur: & rurſus Iſa.21. num. 20. Eliacim filius Helciæ perhibetur: qui tamen diuerſi homines fuerunt; cùm priores fuerint laici, poſteriores Sacerdotes: quod etiam hoc loco contigiſſe neceſſe eſt, quia prior Phinees filius Eleazari, fuit Sacerdos filius Sacerdotis: hic autem poſterior fuit tantùm Leuita, filius Leuitæ, quia dicitur de ordine Coritarum, hoc eſt, filiorum Core, qui fuit tantùm Leuita; imò capitaliter punitus, quòd Leuitico ordine non contentus, ſacerdotalem affectauerit: vt patet Numer.

16.num.

A 16. n. 31. Illa ex D. Hier. confirmatio vim non habet: tum quia probabilius eſt D. Hieronymum non fuiſſe illarum quæſtionum auctorem: tum quia ſi fuit, rem ex inſtituto non examinauit, loquutus cum vulgo Hebræorum.

11. *Secunda obiectio.*

Obijcies iterum efficaciùs. Quòd poſt mortem Samſonis, quæ ſcribitur Iudic. 19. n. 30. ſuperſtes adhuc erat Phinees filius Eleazari, filij Aaron, vt patet ex c. 20. Iudic. n. 28. Atqui Heli iudicauit Iſraëlem immediatè poſt Samſonem, vt c. 4. n. 18. oſtendemus; ergo Phinees & Heli ſimul tempore fuerunt; ac proinde ille vir, qui venit ad Heli, potuit eſſe Phinees.

Solutio.

Reſpondeo nullo modo potuiſſe Phineen concurrere cum Heli: nam cùm ille ſemper fuerit ſummus Sacerdos; hic eſſe non poſſet, B ab illo ſcilicet excluſus, vt proximè diximus. Ratio igitur ſoluetur, ſi dicamus, licet illa hiſtoria, in qua Phinees loco citato Iudicum memoratur, narretur poſt mortem Samſonis, tamen ante illam, imò potiùs ante primum Iudicem Othonielem, contigiſſe; vt oſtendit Abul. in c. 20. Iud. q. 26. ad fin. & Torniel. tom. 1. annal. anno mundi 2594. n. 3. & 16. & latiùs noſter Salianus, anno mundi 2622. à n. 2. vbi plures alios citat eiuſdem ſententiæ patronos.

Phinea zelus poſt Samſonis mortem deſcribitur, cum multò antea contigerit. Abul. Torniel. Salian.

12. *Roboratur ſolutio.*

Et facilè probatur, quia illa hiſtoria, & cætera, quę hiſtoriam circunſtant, contigerunt, cum nullus erat princeps in Iſraël, vt patet ex Iudic. 17. n. 6. & Iudic. 18. n. 1. & Iudic. vlt. n. vlt. vbi concluditur: *In diebus illis non erat Rex in Iſrael, ſed vnuſquiſque quod* C *ſibi rectum videbatur, hoc faciebat.* Et vlteriùs confirmatur; tum quia Leuites ille, de quo ibi agitur, inſigni iniuria affectus, violatæ vxoris cadauer in duodecim terminos tribuum Iſraël diſſipauit, Iud. 19. n. 29. vt cùm non eſſet princeps, ad omnes tribus, tantum facinus iudicaturas, & vlturas prouocaret: tum etiam quia apud omnem multitudinem in Maſpha congregatam ſceleris vltores accuſauit, Iudic. 20. n. 4. & omnis populus decreuit tantum facinus acerrimè vindicandum, ibid. n. 8. cùm ſcilicet non eſſet vnus princeps, qui querelam exciperet, & ſententiam proferret. Atqui hæc anarchia, ſeu tempus ſine principe ſolum à morte Ioſue vſque ad creationem Othonielis primi Iudicis intercurrit: nam Iudices conſequentes, alij alijs D ſine vllo vacui regiminis interuallo ſucceſſerunt: ergo & illa rerum ſeries, quæ citato Iudicum loco refertur, ac proinde & ipſe Phinees, qui in ea memoratur, in illud tempus ante Othonielem primum iudicem incurrit, quamuis multò poſtea referatur: ſurrè, ne auctor illius libri, cuius inſtitutum erat, res geſtas Iudicum Iſraël ſcribere, à propoſito exequendo retardaretur, præmittendo alias hiſtorias, quæ ad Iudices non pertinebant, ſed potiùs ad euentum feſtinaret more optimi ſcriptoris, qui, teſte Horatio in Arte,

Horat. Phil. Hebr. *Heli à Phinee filio Eleazari pontifex non eſt conſtitutus.*

Semper ad euentum feſtinat; E

à rebus ſuæ hiſtoriæ proprijs exordiendo, & quidquid ſui inſtituti non erat in finem libri reſeruãdo. Ex quibus patet Phineen cum Heli eodem tẽpore concurrere non potuiſſe. Vnde vlteriùs colligitur verum eſſe non poſſe, quod dixit Philo Iudæus in antiq. Biblicis, nimirum Heli conſtitutum fuiſſe Pontificem à Phinee filio Eleazari: cum Heli multò poſt fuerit. Atque hæc de prima opinione.

13. *Secunda opinio, hunc virum Dei fuiſſe Angelum.* Lyran. Vatabl. Hug. Card. Abul. *Angeli in Scriptura paſſim viri appellantur.* D. Auguſt.

Secunda opinio aliorum Hebræorum, quam Lyran. Vatabl. Hug. Card. & alij referunt, & in quam magis inclinat Abul. eſt, hunc virum Dei, fuiſſe aliquem Angelum ſub humana ſpecie indutum. Probatur, quia Angeli in Scriptura paſſim appellantur viri, vt D. Auguſt. q. 31. in Iudic. fatetur. A Gen. 18. n. 2. *Apparuerunt ei tres viri.* Iudic. 13. n. 6. *Vir Dei venit ad me habens vultum Angelicum,* Dan. 8. num. 15. *Stetit in conſpectu meo quaſi ſpecies viri.* & Dan. 9. n. 21. *Ecce vir Gabriel, quem videram in viſione à principio,* &c. Imò vir ille, qui inuenit Ioſephũ errantem in agro, Gen. 37. n. 15. fuiſſe dicitur Angelus Gabriel, vt nonnulli apud Georg. Venetum tom. 1. problem. 256. tradiderunt. Et vir ille Propheta, qui ad populũ Iſraeliticum miſſus eſt, Iud. 6. n. 8. Angelus ab aliquibus putatur: quibus noſter Serarius non multum repugnat. Nihilominus ne viri nomen à propria ſignificatione detorqueatur, ſatius eſt, vt in ſignificatione propria conſeruetur; præſertim cùm nulla transferendæ ſignificationis B neceſſitas occurrat.

Georg. Ven. Serar. *Reÿcitur ſecunda opinio.*

14. *Tertia opinio, fuiſſe aliquem prophetam.* Rab. Sal. Galatin. Lyran. Angelom. Caiet. Vatabl. Hug. Card. Saa. Serar. Marian. D. Aug.

Tertia igitur opinio eſt, fuiſſe aliquem Prophetam, ſiue is fuerit Elcana pater Samuelis, vt ex Rabbi Salumone refert Galatinus lib. 9. cap. 1. ſiue quiuis alius incognitus; vt Lyran. Angel. Caiet. Vatabl. Hugo Cardinal. Saa, Serar. Mariana, & alij: Imò & D. Auguſt. lib. 17. ciuit. cap. 5. arbitrantur.

Obiectio. Abul. Lyran.

Obijcies, ſub id temporis non fuiſſe Prophetas, iuxta illud cap. ſequentis n. 1. *Sermo Domini erat pretioſus in diebus illis; non erat viſio manifeſta,* vt ibi explicabitur: ergo, &c. Hæc obiectio impulit Abulenſem, vt crederet, fuiſſe non virum Prophetam, ſed Angelum. Cui ſi opponas, cum D. Auguſtin. citato, Angelum in Scriptura non appellari Pro- C phetam, quod non habeat, interprete Lyrano, imò & ipſo Abulenſ. Iudic. 6. q. 6. notitiam obſcuram, & ænigmaticam, ſed claram, & facilem. Facilè reſpondebit, in primis Angelum hoc loco non appellari Prophetam; ſed virum Dei. Deinde addo, quãuis Propheta appellaretur, nullum eſſe inconueniens: ſi enim vir dicitur, cur Propheta non dicatur? Nam quamuis in Verbo notitiam ænigmaticam non habeat; eam tamen habere poteſt extra Verbum, ſi illi futura contingentia, aut arcana cordium reuelentur.

Angelus quo pacto propheta dici poſſit.

15. *Prima reſponſio. Secunda reſponſio.*

Fateor, non improbabile mihi videri, propter hanc obiectionem, Angelum fuiſſe. Sed vt hæc tertia opinio, quæ eſt inter iuniores communior, & vulgatior, retineatur: Reſpondeo, ſequenti cap. non omnino negari ſermonem propheticum; ſed pre- D tioſum, hoc eſt, rarum appellari: quod non tollit, quominus vnus ſaltẽ vir Dei occurreret, qui prophetico ſpiritu incitaretur, ſiue hoc donum ei fuerit perpetuum, ſiue temporarium, ad hunc tantum effectum diuinitus conceſſum.

Verum hic vir Dei fuerit Elcana Samuelis parens.

Nec parum habilis mihi videtur fuiſſe ad hoc munus ipſe Elcana, cuius probitas in populo perſpecta iam erat; imò & ipſi Sacerdoti Heli explorata; & fortaſsè aliqua vis prophetandi in eo floruiſſe, ex loco *Sophim,* hoc eſt, ſpeculantium, ſeu Prophetarum, in quo habitabat, cap. 1. n. 1. colligetur. Sic enim minùs cogemur multiplicare Prophetas, quo tempore E magna erat eorum raritas: & efficacior redderetur admonitio, dum iuuatur vulgari opinione de admonentis ſanctitate. Sed de hac re, quam Scriptura non declarat, diſputare, curioſum fortaſsè magis eſt, quàm fructuoſum. Vnde Theoph. ad illa verba: *Vt circuncideretur puer,* Luc. 2. num. 21. *Quæ,* inquit, *ſcriptura tacuit, ea quærere non oportet; præſertim vbi nulla eſt vtilitas.* Et D. Ioan. Damaſc. lib. 1. de fide cap. 1. *Omnia,* inquit, *quæ nobis tam per legem, & Prophetas, quàm per Apoſtolos, & Euangeliſtas tradita ſunt, amplectimur, agnoſcimus, ac veneramur, nec vltra ea quicquam requirimus.* Neceſſaria nobis Deus reuelauit, ne ſuperflua requiramus. Vnde daturus legem, conſtituit *populo terminos per circuitum;* ſemelque atque iterum conteſtatus eſt, ne illos tranſcenderet, Exod. 19. num. 12. & 21. hoc eſt, ne

Theoph. *Curioſa in ſcriptura, & inutilia non diſputanda.* D. Dam.

plura

plura diſcere vellet, quàm doceretur. Rectè Sapiens: *In ſuperuacuus rebus noli ſcrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius non eris curioſus*, Eccleſ. 3. num. 14.

16. *Quo tempore hic vir Dei venerit ad Heli.* Auct. quæſt Hebr. Torniel.

Quare quiſquis fuerit vir Dei, certè venit ad Heli. Sed quo tempore venit? Auct. quæſt. Hebr. ex antiquis Iudæis refert, veniſſe ante tempus Elcanæ; hic tamen ob gloriam Samuelis interponi. Cuius rei ſicut nullum retulerunt, ita nullum habuerunt fundamentum. Potiùs igitur dicendum, veniſſe anno ducatus eius circiter decimo, vt Torniel. ann. mundi 2900. n. 1. arbitratur; iuxta ea, quæ ſuprà num. 22. diſſeruimus. Vnde fit, vt pœnæ, quas Deus hoc loco minatur, poſt 30. annos, quos adhuc Heli vixit, tranſlatæ fuerint: congruenter ſanè ad diuinam miſericordiam, quæ pœnas differt, vt pœnitentiæ tempus offerat. Sic diluuium minatus humano generi, ſubdit: *Eruntque dies illius centum viginti annorum*, Geneſ 6. n. 3. hoc eſt, non ſtatim opprimentur, ſed centum viginti annos ad pœnitentiam expectabuntur. Sic & Saül anno ſecundo regni ſui à Deo reprobatus; adhuc nihilominus regnare permittitur, quouſque vigeſimum expleret, vt ex dicendis ad c. 13. patebit, ſi fortè miſericorditer expectatus ad pœnitentiam rediret. Sed quid tandem hic vir Dei?

Diuina miſericordia in ſupplicijs differendis.

17. *Cur Deus ante peccatorum obiurgationem, collata illis beneficia commemoret.*

Hæc dicit Dominus, &c. Exordium Prophetis ſamiliare, de quo paulò inferiùs num. 30. dicemus. Quo præmiſſo, ſuam Propheta Dei nomine increpationem aggreditur: *Nunquid non apertè*, &c. Solet Deus antequam peccatum obijciat, & ſupplicia intendat, beneficia à ſe facta, & à peccatoribus accepta commemorare. Sic olim per Prophetam Nathan ad Dauidem: *Ego*, inquit, *vnxi te in Regem ſuper Iſrael, & ego erui te de manu Saul, & dedi tibi domum domini tui*, &c. *Quare ergo contempſiſti verbum Domini, vt faceres malum in conſpectu meo?* 2. Reg. 17. à num. 2. ſic per Angelum ad populum Iſraëlis: *Eduxi*, inquit, *vos de Ægypto, & introduxi in terram, pro qua iuraui patribus veſtris*, &c. *Et noluiſtis audire vocem meam*, &c. Iudic. 2. à num. 1. Sic denique per Prophetam Ezechielem ad Synagogam: *Veſtiui*, inquit, *te diſcoloribus, & calceaui te hyacintho, & cinxi te byſſo, & vinxi te ſubtilibus*, &c. *Et habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo*, &c. Ezech. 16. à num. 10. Quamuis enim Deus non ſoleat gratis hominibus beneficia exprobrare, vt Lyranus aduertit in illud: *Qui dat omnibus affluenter, & non improperat*, Iacob. 1. num. 5. tamen ingratis ſæpenumero illa obijcit, duplici de cauſa. Prima, vt oſtendatur grauitas culpæ, quam tot beneficia diuina præceſſiſſent. Altera, vt appareat æquitas pœnæ, in ſcelera, quæ poſt tam multa beneficia committuntur. Iuxta hanc conſuetudinem, antequam Heli de peccatis arguatur, de beneficijs acceptis admonetur. Et aliam rationem ad hunc locum reddit D. Gregor. quia commemoratio beneficiorum malè vtentibus obiecta, ſolet eſſe quædam dolorum exaggeratio, ſeu cumulatio: *Dona*, inquit, *replicat; quia ſingula ad tormentum veniunt, quæ malè fuiſſe ſeruata comprobantur.*

Lyran. *Triplici de cauſa ingratis peccatoribus ſua beneficia Deus exprobrat.*

D. Greg. *Recepta beneficia. malè vtentium ſolent eſſe tormenta*

18. *Primum beneficium diuinæ reuelationis. Heli exprobratũ.*

Primum igitur beneficium, quod Deus Sacerdoti Heli in memoriam reducit, his verbis continetur: *Nunquid non apertè reuelatus ſum*, &c. In quibus explicandum ſupereſt, qualis ſit hæc reuelatio, cuius rei ſit, cui facta, & in quo loco Reuelatio in primis fuit aperta, ſeu manifeſta. Vnde in Hebræo eſt, הִנִגְלֹה נִגְלֵיתִי *haniglah niglethi*, hoc eſt: *Nónne manifeſtando manifeſtaui me*; & in Græco, *ἀποκαλυφθεὶς ἀπεκαλύφθην*, id eſt, *reuelatus*, ſeu *reuelans reuelatus ſum*. Quæ verborum geminatio ſignificationem auget, quam vulgaris exprimit, transferens, *apertè reuelatus ſum.*

19. *Cuius rei fuerit hæc reuelatio.*

Atque hinc patet, cuius rei fuerit hæc reuelatio, ſeu manifeſtatio, nempè ipſius Dei. Nam antequam ſe Deus illis reuelaret, ſumma erat apud maiores Heli, ipſius Dei ignoratio, dum in Ægyptijs tenebris, inter idololatrantium errores verſarentur, planè ignari, vnde abſtrahi, quo induci, quámve ſalutis viam inſiſtere oporteret; & poſtea verò quàm Deus illis innotuit, clara in luce refulſerunt: ſoli inter innumeros cæcos, & errones, veram doctrinam agnoſcentes, & in ſalutis ſcopum collimantes. Dupliciter autem ſe Deus illis reuelauit primò per manifeſtationem ſecretorum, quæ Deus non ſolùm Moyſi, ſed etiam Aaroni ſæpè manifeſtabat: vt patet Leuit. 10. num. 8. & Leuit. 11. num. 1. & Num. 18. num. 1. & paſſim alibi: vel per collationem beneficiorum, quæ Deus fecit Aaroni, eiúſque filijs, eos in Sacerdotes eligendo, & à reliquo vulgo in ſuum obſequium ſegregando. De vtroque modo interpretatur Abulenſis. Quamuis mihi hoc loco, non tam de poſteriori hac reuelatione, quàm de illa priori ſermo fuiſſe videatur, quia collatio ſacerdotij facta fuit Aaroni non in Ægypto, ſed in deſerto, vt Exod. 28. num. 1. & Numer. 17. num. 8. videre eſt: hoc autem loco agitur de reuelatione facta in Ægypto; qualis fuit illa prior ſecretorum manifeſtatio, præſertim quæ facta dicitur Exod. 4. n. 5. cum Aaron in Prophetam electus eſt: nam illæ aliæ ſecretorum reuelationes, quas affert Abulenſis, etiam in deſerto, non in Ægypto factæ ſunt. Igitur in hoc textu agitur de propria reuelatione prophetica, in ſequentibus de collatione ſacerdotij agetur.

Dupliciter ſe Deus his ſacerdotibus reuelandi modus per ſecretorum manifeſtationē magis probatur.

Abul.

Abul.

20. *Cui facta fuerit hæc Dei reuelatio.*

Hinc rurſus deducitur, cui facta ſit hæc reuelatio. Textus habet: *Domui patris tui.* Certum in primis eſt, non fuiſſe factam domui patris immediati, ac proximi: vt D. Auguſtinus, Beda, Abulenſis, & alij obſeruarunt: tum quia hic non fuit in Ægypto, vbi hæc reuelatio facta traditur: tum quia non fuit in ſummum Sacerdotem electus; primus enim Sacerdos de familia Ithamar, fuit Heli, vt infrà num. 30. & 32. clariùs dicetur: hoc autem loco agitur de illo patre, qui in Sacerdotem electus dicitur, numero ſequenti. Dubium igitur manet, vtrùm domui Leui, an domui Aaronis facta intelligatur? Hoc poſterius tenet Abulenſis. Placet eius aſſertio, ſed non ratio. Aſſertio quidem, quia ille parens Heli, de quo hîc agitur, dicitur nũmero ſequenti in Sacerdotem electus; hic autem non fuit Leui, ſed Aaron, vt Numer. 18. n. 8 conſtat: ergo de domo Aaronis, non de Leui hoc loco agitur. Cui aſſertioni cæteri interpretes communiter ſubſcribunt. Non placet eius ratio, quia Abulenſis propterea negat factam fuiſſe hanc reuelationem domui Leui, quia non omnes eius poſteri facti fuerunt Sacerdotes. Sed contra, quia neceſſe non erat omnes eius poſteros fieri Sacerdotes, alioqui pariter negaret, factum fuiſſe domui Aaronis, quia non omnes eius filij ſummo ſacerdotio functi ſunt; in quod tamen Aaron electus fuit, vel ſaltem quia non omnes eius filij Prophetæ extiterunt, nec omnibus Deus loquutus eſt: quod tamen pari ratione fieri neceſſe foret, cùm ipſe Abulenſis de vtraque reuelatione, tam de illa propria quæ in ſecretorum manifeſtatione, quàm de impropria, quæ in ſacerdotij collatione conſiſtit, locum interpretetur. Quare ſicut illa prior ſecretorum reuelatio pro aliquibus tantùm vera redditur, ita & hæc poſterior ſacerdotij collatio, pro aliquibus tantùm vera redderetur.

D Aug. Beda. Abul.

Hic reuelationē domui Aaronis fuiſſe factam oſtenditur.

Abul. *Abulenſis fundamētum refellitur.*

Tandem

21.
Quo in loco facta fuerit hæc reuelatio.
D. Greg.
Quo pacto ſe Deus primò reuelaſſe dicatur in Ægypto.

Tandem locus huius reuelationis ex dictis patet: *In Ægypto*, inquit textus, *in domo Pharaonis*. Nec immeritò, inquit D. Greg. ne Heli parentem ſuum ſuis meritis eam obtinuiſſe arbitraretur: *Ac ſi Deus diceret, illic me ei cognoſcendum præbui: vbi mei obliuiſci poterat, reminiſci neſciebat.* Sed illud obſtat, quòd Deus primùm ſe Moyſi reuelauit, non in Ægypto commoranti: ſed in deſerto Madian oues paſcenti, vt patet Exod.3.à n.1. imò & cum ſe voluit Aaroni reuelare, egredi eum iuſſit ex Ægypto in deſertum, & occurrere fratri ſuo, Exod.4.num.27. ac ſi non inter Ægyptias turbas, ſed inter deſertas ſolitudines diuinæ reuelationis ſecutiùs auſcultentur, & ſuauiùs hauriantur; vt iam alibi ex

Phil. Hebr.

Philone Hebræo obſeruauimus. Cur igitur dicitur hoc loco facta eſſe hæc reuelatio in Ægypto? Non inuenio, qui nodum tangat, nedum ſoluat. Reſpondeo tamen, in Ægypto idem eſſe, atque prope Ægyptum, vt iam in proœmio huius operis annot.3.ſect.9.§.1. aduertimus. Addo, ſaltem illam primam alloquutionem, qua Aaron ex Ægypto euocatur, iturus obuiam fratri ſuo, & cum Deo familiariùs acturus, factam fuiſſe in Ægypto. Præterea ſenſus eſſe poteſt, non ipſam reuelationem Moyſi, & Aaroni factam, eſſe in Ægypto, ſed cum Hebræi in Ægypto captiui tenerentur. Qui ſenſus elici poteſt ex Græcis, Hebraicíſque codicibus, vbi ſic: *Reuelatus ſum domui patris tui cum eſſent* (nempè Iſraëlitæ) *in Ægypto, ſerui domui Pharaonis.* Tandem dicet aliquis, Aaronem quando occurrit fratri ſuo in deſerto, vt diuinas ab eo reuelationes ediſceret, licèt corpore fuerit extra Ægyptum, non tamen domicilio, cum adhuc eſſet Ægypti colonus. Sed cur Ægyptus dicitur domus Pharaonis? Aliquis fortaſsè diſtinguet ſic, in Ægypto quidem erant, & domui Pharaonis ſeruiebant, vt ex Græcis, Hebræiſque exemplaribus deduximus. Sed contra, quia non omnes Hebræi ſeruiebant Pharaoni; ſed alij alios heros patiebantur. Dixerim, Ægyptum appellari domum Pharaonis, quòd eſſet eius poſſeſſio. Myſticè verò, quòd Tyranni nō minus licenter toto regno, quàm propria domo; nec minus alienis bonis, quàm proprijs vtantur. Vel quòd totum regnum, quamuis latiſſimum, non minus exiguum, & anguſtum, quàm vna priuata domus cupidis regibus videatur.

Cur Ægyptus domus Pharaonis dicatur.

Tyrannorum in ſuis regnis nimia licentia, & ambitio.

---

*Num.*28. Et elegi eum ex omnibus tribubus Iſraël mihi in Sacerdotem: vt aſcenderet ad altare meum, & adoleret mihi incenſum, & portaret ephod coram me: & dedi domui patris tui omnia de ſacrificiis filiorum Iſraël.

EXPOSITIO LITERÆ.

1.
Collata beneficia, maior ingrati pœna.
D. Greg.

Elegi eum, &c. Pergit alterum recolere beneficium, vt magis aggrauet, & peccatum. Nam, vt benè D. Gregor. ad hunc locum: *Paſtorum*, inquit, *culpæ ſubtiliùs indicantur, & non ſolùm peccata eis pœnam vltionis aggrauant, ſed etiam munera conceſſa*, &c. Quanta enim ingratitudo, eum, à quo beneficijs cumulatus ſis, iniurijs cumulare? Beneficium igitur fuit electio Aaronis in Sacerdotem; nempe ſummum, vt paulò inferiùs oſtendam. Hæc duo beneficia præcedentis, & præſentis verſiculi; nimirum reuelatio ſecretorum, & collatio ſacerdotij, ita ſe

A habuerunt, vt illud fuerit antiquius in Ægypto; hoc recentius in deſerto collatum: & quidem debito ordine, vt priùs illuſtraretur intellectus lumine prophetico? poſteriùs voluntas ſacerdotali gratia ſanctificaretur. Vtrumque magnum & excellens, ſed hoc maius, & excellentius.

2.
Sacerdotalis dignitatis beneficium triplici ex capite commendatur.
Beneficium ſacerdotij ex ſingularitate accreſcit.

Omiſſo igitur illo priori, huius poſterioris excellentia triplici ex capite colligitur. Ex ſingularitate, ex dignitate, ex vtilitate, quæ omnia ex ipſa litera facilè innoteſcunt. Ex ſingularitate quidem. Nam beneficium eò magis aliquando vileſcit, quò ad plures extenditur, eò magis ſplendeſcit, quò ad pauciores limitatur. Magnum igitur beneficium fuit ſacerdotium, quod non omnibus tribubus commune, ſed tantùm Leuiticæ, imò nec toti Leuiticæ, ſed domui tantùm Aaronicæ proprium, & peculiare fuit: *Elegi*, inquit, *eum ex omnibus tri-*

B *bubus Iſrael.* Septuaginta in Biblijs Sixtianis tranſferunt: *Ex omnibus ſceptris*; hoc eſt, ex omnibus principibus Iſraël. Vnde maior colligitur beneficij amplitudo, cum domus Aaronis non ex vulgaribus gentibus, ſed ex principibus eligatur. Nam quò quis ex melioribus, ac dignioribus eligitur, eò electionis beneficium maius, & illuſtrius cenſetur. Eligi ex infimis, beneficium eſt non contemnendum, ex maximis, ſingulariter æſtimandum. Quis enim dubitet, glorioſius eſſe, maximis, quàm infimis præferri? Itaque ex ſingularitate, quia hoc beneficium vni ex plurimis, imò vni ex optimis donabatur, non vulgariter creſcebat. Incarnationis beneficium per ſe magnum fuit, ſed D. Paulus illud magis à ſingularitate commendat. Poſtquam

Septuag.

Incarnationis beneficium à ſingularitate ſplendeſcit.

C enim eius dignitatem indicat, pariter, & ſingularitatem oſtendit: *Nuſquam*, inquit, *Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit*, Hebr.2.n.16. Vbi D. Chryſoſtom hom.5. *Vehemens*, inquit, *Dei ſtudium erga naturam humanam oſtendit, & quod multò amplius eſt, ex comparatione ponit.* Quaſi dicat, beneficium in ſe amplum, amplius redditur; dum non ad Angelos funditur, ſed ad homines determinatur.

3.
Seculare imperium per omnes ferè tribus Deus diuiſit, non ſacerdotium, quod pluris faciebat.

Seculare imperium, magnum videtur hominibus beneficium: illud tamen Deus non ad vnam tantùm tribum reduxit, ſed ad omnes ferè extendit. Nam ex tribu Iuda, princeps, & iudex fuit, Othoniel: ex tribu Leui, Moyſes: ex tribu Ephraim, Ioſue: ex tribu Manaſſe, Gedeō, & Iephthe: ex tribu

D Benjamin, Aod, & Saül: ex tribu Nephtali, Barach: ex tribu Zabulon, Ahilon: ex tribu Dan, Samſon: ex tribu Iſſachar, Thola. Quid mirum? Dignitatem, quam minori pretio habuit, pluribus communem fecit: at verò dignitatem ſacerdotalem, quam pluris faciebat, paucioribus impertiuit: vnde eos, quibus illam contulit, ampliùs locupletauit. Non aliter & donum prophetiæ, non in vnam domum, aut familiam, aut tribum incluſit, ſed pluribus cōmunicauit. Nam ex tribu Iuda, Iſaias, & Daniel: ex tribu Leui, Ieremias, & Ezechiel: ex tribu Iſſachar, Oſeas: ex tribu Ephraim, Michæas: ex tribu Zabulon, Malachias: ex tribu Simeon, Nahum, & Abacuc, & Sophonias, aliique ex alijs prophetarunt.

Prophetiæ donū multis tribubus, ſacerdotium tamen vni tātum Deus communicauit.

E Magnum igitur beneficium erat prophetiæ donum; eò tamen vulgarius, quòd pluribus prærogatum: at verò ſacerdotium, beneficium erat per ſe magnum; ſingularitate tamen excellentius; dum non omnibus tribubus commune, ſed vni tribui Leuiticæ; imò & vni domui Aaronicæ proprium, ac ſingulare tribuebatur.

4.
Ingens licet beneficium,

Hanc Moyſes prærogatiuam agnoſcebat, & plurimi æſtimabat in eo beneficio legis, quam à Deo accepit; & qua populum ad religionem, pietatem,

Ingentius efficit ſingularitas.

tatem, ac inſtitiam inſtruxit: *Quæ eſt enim*, inquit, *alia gens ſic inclyta, vt habeat cæremonias, iuſtáque iudicia, & vniuerſam legem, quàm ego proponam hodie ante oculos veſtros?* Deuter. 4. num. 8. Quaſi diceret. Ingens per ſe beneficium, multò ingentius efficit ſingularitas, qua non ad alias nationes, ſed ad vnâ Iſraëliticam determinatur. Sed & Dauid hanc potiſſimum ſingularitatis excellentiam in beneficijs à Deo acceptis venerabatur, & gratulabatur: nam beneficiorum, quæ à Deo totus populus Iſraëliticus acceperat, non tam magnitudinem, quàm ſingularitatem admiratus: *Quæ eſt autem* inquit, *vt populus tuus Iſrael, gens in terra, propter quam iuit Deus, vt redimeret eam ſibi in populum?* &c. 2. Reg 7 n. 23. ſcilicet, Iſraëlem præ cæteris gentibus electum, & ex ſeruitute Ægyptiaca redemptum, & in diuinum cultum, & obſequium euocatum, cæteris nationibus contemptis, & in ſuos errores abire permiſſis, tantum eſſe beneficium credebat, vt nulla ſatis digna gratulatione rependeretur. Vnde in voces gratulatorias erumpens, non tam ad beneficium ipſum, quàm ad beneficij ſingularitatem prædicandam: *Non fecit*, inquit, *taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis*, Pſal. 147. num. 20. vel 9. Quaſi diceret, non ſolùm magna nobis contulit beneficia, ſed ſingularia, vt quo maiorem in nos, quàm in alias gentes beneuolentiæ affectum prodidit, eo maiori nos in ipſum, quàm in res alias creatas ſtudio rapiamur. Itaque beneficium ex ſingularitate creſcit. Sacerdotium igitur, ad quod Deus non omnes tribus, ſed vnam familiam Aaronicam cooptauit, magnum beneficium, & magni faciendum eſſe oportebit. Vnde tacita hoc loco exprobratio continetur. Si ego patrem tuum omnibus tribubus antepoſui; cur tu mihi filios tuos prætuliſti?

5\. *Sacerdotalis dignitas, ex tribus ſacerdotii muneribus declaratur. Quo pacto ſacerdos ad altare dicatur aſcendere.*

Vt aſcenderet ad altare, &c. Commendat beneficium ex ſecundo capite, ſcilicet à dignitate ſacerdotali, quam declarat ex tribus muneribus, quæ Sacerdos exercebat. Primò quidem dicitur Sacerdos aſcendere ad altare. Qui aſcenſus, aut erat proprius, nó quidem per gradus, quia prohibitus erat, iuxta illud: *Non aſcendes per gradus ad altare meum, ne reueletur turpitudo tua*, Exod. 20. n. 26. Sed per viam molliter acliuem, ad locum ſuperiorem, in quo altare ponebatur, vt ab omnibus videretur: vt docet Abulenſis, & nominis etymon declarat: dicitur enim altare, quaſi alta ara. Vel potiùs erat metaphoricus; quia quilibet acceſſus ad ſacrificandû, propter operis ſublimitatem, dici poteſt non immeritò aſcenſus: imò & ipſæ oblationes, aſcenſiones, ſeu eleuationes dicebantur, vt cap. 1. n. 3. iam notaui.

Altare holocauſtorum hic intelligendum. Abul.

Altare verò, de quo hîc agitur, erat altare holocauſtorum: tum quia paulò inferiùs fit tacita quædam mentio de altari thymiamatis, ſeu incenſi: tum quia interprete Abulenſi, quoties in Scriptura altare ſimpliciter nominatur, altare holocauſtorum intelligitur. De hoc agitur Exod. 27. n. 1. & 38. à n. 1. Poſitum erat in atrio tabernaculi, Exod. 40. n. 6. ne fumo ex ſacrificijs templum repleretur Quò alluſit Chriſtus Dominus loquens de Zacharia: *Quem occidiſtis*, inquit, *inter templum, & altare*, Matth. 23. num. 35. apertè ſignificans, hoc altare eſſe extra templum. Eodem pertinet illud Ioëlis 2. num. 17. *Inter veſtibulum* (ſcilicet templi) *& altare* (nempe holocauſtorum) *plorabunt Sacerdotes*.

Altare holocauſtorum in atrio tabernaculi erat poſitum.

Obiectio.

Dices, hic agi de ſummo Sacerdote, ad quem pertinebat ingredi in Sancta Sanctorum, Leuit. 16 num. 2. & Hebr. 9. n. 7. non autẽ in altari holocauſti ſacrificare.

Solutio. Etiam ſummus ſacerdos holocauſtum offerebat.

Reſpondeo, etiam ſummum Sacerdotem inferiorum munera exercere, vt patet ex citato loco Leuitici, & ex 1. Paral. 6. num. 49. vbi tam Aaron, quàm filij eius dicuntur adolere incenſum ſuper altare holocauſti.

6\. *Quo pacto ſacerdos dicatur adolere incenſum.*

Secundò dicitur Sacerdos adolere incenſum. Dupliciter autem ſumi poteſt incenſum, vel pro ipſis victimis incenſis in altari holocauſti, vel pro thure, ſeu aromatibus, quæ incendebantur in altari thymiamatis. Vtroque enim modo ſumitur loco Paral. citato, vbi dicuntur Sacerdotes adolere incenſum ſuper altare holocauſti, & ſuper altare thymiamatis. Cùm enim ſuper altare holocauſti, ſolæ carnes; ſuper altare verò thymiamatis, ſoli odores incenderentur: planû fit, pro vtriſque incenſum vſurpari. Si igitur incenſum ſumatur priori modo; non explicatur hîc nouum munus Sacerdotis, ſed præcedens replicatur; idem enim eſt aſcendere, ſeu ſacrificare in altari holocauſti; atq; adolere incenſum, ſeu victimas cremare.

Verior ſenſus.

Si poſteriori, quod mihi videtur probabilius, ne tautologia ſine neceſſitate admittatur; aliud munus additur, nempe in ſuffitus templi thura, & aromata in altari thymiamatis incendere.

Altare thymiamatis in priore parte templi collocatum. Ioſeph.

Hoc autem thymiamatis altare diuerſum erat ab illo holocauſtorum: hoc enim erat in atrio, vt diximus; illud in priori parte templi, quæ dicitur ſancta, ante Sancta Sanctorum, vt colligitur ex cap. 40. Exod. n. 26. & Ioſeph. lib. 3. antiq. c. 7. & lib. 8. c. 2. confirmat.

Munus adolendi incenſum ſummi etiam ſacerdotis erat.

Dicitur ergo pater Heli eligi in Sacerdotem, vt adoleret incenſum: nam hoc munus non ſolùm ad inferiores Sacerdotes, ſed etiam ad ſummum pertinebat, vt colligitur ex cit. loco Paral. in quo Aaron, & filij eius, hoc eſt, ſummus, & inferiores Sacerdotes, dicuntur adolere incenſum in altari thymiamatis.

7\. Tertiò dicitur Sacerdos portare Ephod coram Domino. Duæ priores adminiſtrationes ſummo Sacerdoti cum inferioribus communes erant; vt dictum eſt. Vnde ex illis non colligitur datû fuiſſe domui patris Heli ſummum ſacerdotium, ſed tantùm ſacerdotium

Ephod polymitum ſummi ſacerdotis proprium.

At verò miniſtratio in Ephod polymito, de quo hîc agitur, propria erat ſummi ſacerdotis: & ex illa rectè colligitur Heli, ad quem hæc promiſſio facta eſt, fuiſſe ſummus Sacerdos.

Ephod lineũ inferioribus ſacerdotibus Leuitis, imò & laicis commune.

Quamuis enim inferiores Sacerdotes, imò & Leuitæ, ac vulgares homines, Ephod, ſiue ſuperhumerali lineo, vterentur: tamen Ephod, ſiue ſuperhumerali polymito, ex auro, hyacintho, purpura, cocco, ac byſſo ſolus ſummus Sacerdos vtebatur, vt ad n. 18. iam oſtendi. Quare idem eſt, Ephod polymitum portaſſe, atque Summum Pontificem fuiſſe.

Abul.

Abulenſis hoc loco ſynecdochen agnoſcit, qua per ſolum Ephod totus ornatus pontificius intelligatur, qui erat duplo lautior, ac ditior, quàm purè ſacerdotalis: nam hic quaternis tantùm veſtibus conſtabat, ille octonis.

Beda. *Sacerdotalis ornatus octonis veſtibus conſpicuus.*

Cuius rei myſterium declarat Beda lib. 3. de tabernacul. c. 3. *Octo*, inquit, *generibus veſtium Pontifex ſolebat indui, è quibus quatuor erant minoris ordinis ſacerdotibus conceſſa; decebat enim vt quò maiori gradu inſignis eſſet, eò pluribus virtutum actibus fulgeret.*

8\. *Variæ virtutes in multiplici varietate adumbratas ephod polymitum continebat.* D. Greg.

Sed inter veſtes Pontificias præcipuè eminebat Ephod, in cuius multiplici textura Diuus Gregor. 2. part. paſtor. cap. 3. Pontificis mores adumbratos eſſe ſentit: *Rectè*, inquit, *ſuperhumerale ex auro, hyacintho, purpura, cocco bis tincto, & byſſo retorta fieri præcipitur; vt quanta Sacerdos clareſcere virtutum diuerſitate debeat, demonſtretur.* Deinde ſingula illius ſuperhumeralis ornamenta myſticos in ſenſus deducit, quos ſancti Doctoris verbis breuius quàm proprijs explicabo: *Sacerdotis*, inquit, *habitu aurum fulget, vt in eo intellectus ſapientiæ principaliter emicet: cui hyacinthus adiungitur, vt per omne, quod intelligendo penetrat, non ad fauores infimos, ſed ad amorem cæleſtium ſurgat.*

Purpura

Purpura permiſcetur, vt ſacerdotale cor in ſemetipſo ſuggeſtiones vitiorum reprimat, eiſque veluti ex regia poteſtate contradicat. Bis intinctus coccus adiungitur, vt omnia virtutum bona ex charitate decorentur: quæ quia Deum, & proximum diligit, quaſi ex duplici tinctura fulgeſcit. Quid verò per byſſum, niſi candens decora munditia caſtitas deſignatur? Quæ byſſus torta pulchritudini ſuperhumeralis innectitur; quia tunc caſtimonia ad perfectum munditiæ candorem ducitur, cùm per abſtinentiam caro fatigatur.

9. *Pontificis ornatus dignitas.*

Huius pontificij ornatus dignitatem illuſtrat illud, quod Siracides dixit de ſummo Pontifice Aarone: *Beatificauit*, inquit, *illum in gloria*, Eccleſiaſtici 45. num. 10 Ex Græco legi poteſt: *Beatificauit illum in veſtitu ſacerdotali.* Quaſi ſacerdotes non minùs dignitatis ab hoc veſtitu mutuentur, quàm beati à dotibus glorioſis. Eodem pertinet illud de Simone filio Oniæ ſummo Pontifice: *In aſcenſu altaris ſancti gloriam dedit, ſanctitatis amictum*, Eccleſiaſtici 50. num. 14 hoc eſt, ſuum illum ornatum adeò glorioſum oſtendit; vt ipſi quoque altari gloriam conferret. Hinc eſt, quòd cùm ſummus ſacerdos in die expiationis, ſemel in anno non ſine ſanguine ſanctuarium ingrediebatur, vt D. Paulus ad Hebr. 9. num. 7. loquitur; priùs pontificium ornatum deponebat, & aſſumebat vulgarem ornatum inferiorum ſacerdotum, vt colligitur ex c. 16. Leuit. num. 14. Nam auguſtiſſimus ille ornatus non congruebat lugubri ingreſſui per pœnitentiam, qualis ille erat ad peccata expianda; poſtea verò ſacrificium peracturus, pontificium ornatum reſumebat, vt conſtat ex eodem cap. num. 24. quo maior illius ſacrificij celebritas oſtenderetur.

Cur in anniuerſaria expiatione non pontificio ornatu, ſed tantùm purè ſacerdotali ſummus ſacerdos vteretur.

Lyran. Quam rationem inculcat Lyran. ad eum locum ex noſtris Doctoribus, dicentibus, priùs ſacerdotem lineis, ac ſacerdotalibus tantùm veſtibus indui; poſtea aureis, ac pontificalibus exornari, *Quia*, inquit, *miniſterium expiationis, quod præceſſerat, debebat fieri cum humilitate, ſed conſummatio ſacrificij cum ſolemnitate.* Nec diuerſa eſt ratio illa Rabbi Salomonis

Rab. Sal.

apud eundem Lyran. *Cum veſtibus*, inquit, *lineis intrabat ſanctum ſanctorum, ne miniſter eſſet, ſicut Dominus.* Quaſi diceret cùm Deus in ſanctuario, ornaretur auro, debebat ſummus ſacerdos ingredi ſanctuarium veſtibus aureis ornatus, ne miniſter par Domino videretur. Itaque tanta erat ornatus pontificij maieſtas, vt per illam homo Deo ſimillimus redderetur: quod expertus, & teſtatus eſt Alexander Macedo, vt refert Ioſephus libr. 11. antiq. cap. 8. Cùm enim furenti, ac ſæuienti Pontifex Iaddus pontificiis veſtibus ornatus occurriſſet; ita à furore deferbuit, & à ſæuitia detumuit, vt pronus in terram, Pontificem quem debellaturus aduenerat, adoraret: teſtatus, in eo pontificio ornatu aliquid humano habitu auguſtius, ac diuinius perſpexiſſe; quod ad Pontificem adorandum cogeretur. Ex his patet, quanta fuerit dignitas ſacerdotis, cuius non ſolum munera, ſed etiam veſtimenta adeò excellebant, vt diuinam homini auctoritatem conciliarent.

Magni Alexandri in pontificem religio.

Ioſeph.

10. *Sacerdotalis dignitas ex oblationum vtilitate commendatur. Nō ſolùm ſacerdotes, ſed & filij, & ſerui de ſacrificiis veſcebantur.*

Et dedi domui patris tui, &c Commendat tandem beneficium ſacerdotij ex tertio capite, nempè ab vtilitate. Quia ſacrificiis & oblationibus totius populi in ſuam vtilitatem ſacerdotes vtebantur: non ſolùm illi, qui ſacrificabant, ſed etiam qui ad ſacrificandum inhabiles erant, vt patet Leuit. 21. num. 25. neque ſolùm ſacerdotum filij, ſed etiam filiæ, vt conſtat Leuit. 10. num. 14 & Num. 18. n. 11. imò & familiares ſacerdotum, ſi mundi eſſent, ſumere poterant de ſacrificatis, vt ex loco Num. proximè citat. & ex cap. 22. Leuit. num. 11. colligitur. Cuius facultatis, ſeu extenſionis ad ſeruos triplicem rationem inculcat Philo Iudæus lib 2. de monarchia, quem ſuprà cap. 1. n 4 §. 12. retulimus.

Phil Hebr.

Non immeritò igitur dicuntur hoc loco ſacrificia prouenire non ſolùm ſacerdotibus, ſed domui ſacerdotali. *Dedi*, inquit, *domui patris tui*, &c. Quia tota familia ſacrificiis fruebatur, ac ſuſtentabatur: illis tamen ſacrificiorum partibus exceptis, quæ in diuinum cultum cremabantur. Quod litera innuere videtur, dum non ait, omnia ſacrificia data ſacerdotibus; ſed omnia de ſacrificiis, hoc eſt, omnia, quę ſupererant extra partes Deo oblatas. De quibus partibus cap. 1. n. 4. iam dixi. In Hebræo eſt, כָּל־אִשֵּׁי *cal iſche*, id eſt, *omnes ignes*; Septuaginta, *πάντα τὰ τοῦ πυρὸς*, id eſt, *omnia, quæ ignis*; vtrobique metonymicè à ſigno, nempe ab igne, quo ſacrificia fiebant, ſacrificia indicantur, & præcipuè illa, interprete Caietan. quæ dicebantur incenſa, quorum nulla pars ad laicos, ſed ad ſolos ſacerdotes pertinebat. Itaque Deus diligenter prouidit ſacerdotis vtilitati. Vnde D Gregor. ad hunc locum, Deum ſic loquentem introducit: *In nullo*, inquit, *ei defui: ſpiritualis honoris culmina præbui, & ad temporales vſus, terrenæ abundantiæ copiam miniſtraui.*

Aliqua partes in diuinū cultum cremabantur.

Septuag.

Caiet.

D Greg.

11. *Sacerdotes temporalium tantum vtilitatibus inuigilantes reprehenduntur.*

Hic ergo interrogatos vellem Chriſtianos ſacerdotes, vt interim Aaronicos omittam, quid in ſacerdotio potiſſimum requirant; ſanctitatemne, an vtilitatem? Vtinam potius ad ſanctitatem, quàm ad vtilitatem aſpirarent. Sed, proh dolor! vereor, ne illi de virtutibus parum ſoliciti, propria tantùm lucra meditentur. Quo etiam timore ſuſpenſus, non parum fluctuabat D. Bern. in ſuis declamationibus. *Quis*, inquit, *ea intentione gradus Eccleſiaſticos, & miniſteria ſanctuarij quærit, vt ſine curis ſeculi, in ſanctimonia cordis, & corporis accedat ad Dominum; & ſuam pariter, ac proximorum operetur ſalutem, orationis ſtudio deditus, & verbo prædicationis?* Quis, inquit? quàm rarus? quàm difficilis inuentu? De millibus vnus; omnes ad panis Chriſti dulcedinem, ac pinguedinem rapiuntur; vt eo non in ſudore vultus ſui, ſed in lætitia cordis, ſed potiùs in deſidia vitæ, omniumque voluptatum illecebris veſcantur. Si quis verò, pergit Bernardus, Eccleſiaſticos gradus *eo quærit, aut tenet animo, vt huius vitæ habeat neceſſaria, euangelizat, vt manducet, & peruerſo nimis ordine cæleſtibus terrena mercatur.* Quòd ſi peruerſo ordine ſacerdotium quærit, qui vt habeat neceſſaria, quærit; quid de illo, qui vt habeat ſuperflua, vt habeat illicita, vt vtraque in peruerſos vſus conuertat? Concedit quidem D. Paulus, vt qui altario deſeruit, de altario viuat, 1. Corinth. 9 num. 13. Sed hîc ſiſtere oportet addit D. Bernard. *De altario non ſuperbiat, non luxurietur, non ampla palatia fabricet, nec loculos congreget, nec in vanitate diſpergat, non extollat de facultatibus Eccleſiæ conſanguineos ſuos, aut neptes (ne filias dicam) nuptui tradat. Patrimonia pauperum, facultates Eccleſiarum, & ſacrilega eis crudelitate ſurripitur, quidquid ſibi miniſtri, & diſpenſatores non vtique domini, vel poſſeſſores, vltra victum accipiunt, & veſtitum.* Hæc Bern. vbi plura eleganter. Et paulò pòſt, ironica quadam oratione, ſtomachi, & indignationis plena, in cupidum ſacerdotem inuehens, *Age ergo*, inquit, *feſtina multiplicare præbendas; inde ad Archidiaconatum euola, demum aſpira ad Epiſcopatum, ne ibi quidem requiem habiturus, quoniam ſic itur ad aſtra.* Sed ſtatim ab illa ironica oratione in plenam, ac ſeriam progreſſus: *Quò*, inquit, *progrederis miſer? An vt ab altiori gradu ſit caſus grauior? neque enim ſic paulatim decides, ſed tanquam fulgur in impetu vehementi, quaſi* alter

D. Bern.

D. Bern.

D. Bern. *Sacerdotes Eccleſiaſticis redditibus vtantur, non abutantur.*

Sacerdotum cupiditas, & ambitio arguenda.

alter Satanas ſubitò deiicieris.

12. *Sacerdotes ſuis tantùm cõmodis, non ſubditorum profectui inſeruientes increpantur.*

Nec minus eleganter ſerm. 77. in Cant. inuehitur in eos ſacerdotes, qui de ſuo ſacerdotio nihil ſanctitatis acquirunt, plurimum vtilitatis aucupantur. *Intuere, inquit, quomodo incedunt, nitidi, & ornati, circumamicti varietatibus, tanquam ſponſa procedens de thalamo ſuo. Nonne ſi quempiam talium eminùs procedentem aſpexeris, ſponſam potiùs putabis, quàm ſponſa cuſtodem? Vnde verò hanc illis exuberare exiſtimas rerum affluentiam, veſtium ſplendorem, menſarum luxuriem, congeriem vaſorum argenteorum, & aureorum, niſi de bonis ſponſæ. Vnde eſt, quod illa pauper, & inops, & nuda relinquitur, facie miſeranda, inculta, hiſpida, exangui. Propter hoc, non eſt hoc tempore ornare ſponſam, ſed ſpoliare, non eſt cuſtodire, ſed perdere, non eſt defendere, ſed exponere, non eſt inſtituere, ſed proſtituere; non eſt paſcere gregem, ſed mactare, & deuorare.* Hactenus ille. In cuius rei confirmationem affert illud ex Pſal. 13. n. 4. *Qui deuorant plebem meam ſicut eſcam panis.* & illud ex Pſal. 78. n. 7. *Qui comederunt Iacob, & locum eius deſolauerunt.* Ac tandem illud Oſeæ 4. num. 8. *Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum ſubleuabunt animas eorum.* Et ſubdit: *Peccatorum pretia exigunt, & peccantibus debitam ſollicitudinem non impendunt.* Et ſtatim certo rem experimento confirmaturus. *Quem dabis mihi, inquit, de numero præpoſitorum, qui non plus inuigilet ſubditorum euacuandis marſupiis, quàm vitiis extirpandis? O vtinam tam vigiles reperirentur ad curam, quàm alacres currunt ad cathedram! Alto quippe demerſi obliuionis ſomno ad nullum dominicæ comminationis tonitruum expergiſcuntur, vt vel ſuum ipſorum periculum expaueſcant. Inde eſt, vt non parcant ſuis, qui non parcunt ſibi, perimentes pariter, & pereuntes.* Hæc ille. Neſcio an præ his ſacerdotibus in lege gratiæ, nihil in ſuo ſacerdotio niſi propria lucra ſpectantibus, iuſtiores, ac moderatiores videantur illi veteres, qui hoc loco à Deo acerrimè arguuntur.

Num. 29. Quare calce abieciſtis victimam meam, & munera mea, quæ præcepi, vt offerrentur in templo: & magis honoraſti filios tuos, quàm me, vt comederetis primitias omnis ſacrificij Iſraël populi mei.

EXPOSITIO LITERÆ.

1. *Qui in hac obiurgatione reprehendantur.*

QVare calce abieciſtis, &c. Poſt exprobrationem beneficij, ſequitur reprehenſio de peccatu. Notandum in primis, qui, & de quo reprehendantur. In Græco ſolus pater videtur reprehendi, quia eſt loquutio in ſingulari, ἱνατί ἐπέβλεψας. *Quare deſpexiſti.* In Hebræo etiam filij, quia eſt loquutio in plurali לָמָּה תִבְעֲטוּ *lamah tibghatu*, *Cur calcitraſtis.* Quam in plurali loquutionem, & Chaldæus Paraphraſtes, & Latinus interpres expreſſerunt. Sed non eſt pugna; quando pater propter ſcelera filiorum reprehenditur, etiam filij reprehenduntur: vt D. Gregor. aduertit. Peccatum, de quo fit reprehenſio, eſt contemptus ſacrificiorum, quæ ex præcepto diuino fiebant in templo; hoc eſt, in tabernaculo; nondum enim erat templum: ſolet autem ſcriptura templi nomen tabernaculo accommodare, vt cap. 1. num. 7. §. 3. iam notaui. Sed cur rapinæ, & intemperantiæ filiorum non accuſantur? Reſpondet Abulenſis, quia hæc peccata erant contra

Chald.

D Greg. *De ſacrificiorum contemptu Heli reprehenditur. Cur rapinæ, & intemperantia filiorũ Heli hic non arguantur.*

hominem, illud contra Deum, quod ex genere ſuo erat grauius, vt iam diximus, & proinde præ cæteris durius arguendum.

2. *Dupliciter hic ſacrificiorum contemptus explicatur.*

Dupliciter verò explicatur hic contemptus. Primò, iuxta Septuaginta ſic: *Quare deſpexiſti in victimam meam, & in ſacrificium meum impudenti oculo?* Nam ſicut ſuperbia, & æſtimatio ſui, oculis proditur; iuxta illud, *Superbo oculo, & inſatiabili corde, cum hoc non edebam*, Pſalm. 100. num. 5. & illud: *Viſitabo ſuper fructum magnifici cordis Regis Aſſur; & ſuper gloriam magnitudinis oculorum eius*, Iſai. 10. num. 12. & illud: *Generatio cuius excelſi ſunt oculi, & palpebræ eius in alta ſurrecta*, Prouerb. 30. num. 13. & paſſim alibi. Ita & negligentia contemptuſque aliorum oculis manifeſtatur; iuxta illud de Agar, in Hebræo: *Deſpexit dominam ſuam in oculis ſuis*, Geneſ. 16. num. 4 & illud: *Egredietur ſermo reginæ ad omnes mulieres, vt contemnant viros ſuos*; ſeu, vt eſt in fonte, *Vt ſubſannent viros ſuos in oculis ſuis*, Eſth. 1. num. 17. & illud: *Non ſupergaudeant mihi, qui aduerſantur mihi iniquè, qui oderunt me gratis, & annuunt oculis*, Pſalm. 34. num. 19. hoc eſt, qui oculis ſuis me ſpernunt. Sic igitur hoc loco, *Deſpexiſtis oculo impudenti*, &c. hoc eſt, vehementer deſpexiſtis. Tam impudentes oculi, qui ſacros ritus, ac ceremonias contemnebant, digniſſimi fuerunt; qui excæcarentur, ſeu penitus eruerentur. Nam ſi oculo patris, aut matris contemptori hanc pœnam Sapiens iuſtiſſimè imprecatur, dicens: *Oculum, qui ſubſannat patrem; & qui deſpicit partum matris ſuæ, effodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filij aquilæ*, Prou. 30. num. 17. Si, inquam, oculus contemptor illius reuerentiæ, quæ in parentes, & conſanguineos debetur, eruendus eſt, voracibuſque alitibus depaſcendus: quid de illo, qui debitam Deo reuerentiam, per ſacrificia ſoluendam impudentiſſimè contemnit, dum omnes ſacrificiorum leges audaciſſimè violat, & profanat.

Superbia, & æſtimatio ſui oculis proditur.

Aliorum contemptus oculis manifeſtatur.

Oculi diuini cultus, & paternæ pietatis contemptores digni, qui eruantur.

3. *Ferarũ more in diuina ſacrificia recalcitrabant filij Heli.* Caiet.

Secundò explicatur hic contemptus iuxta vulgatam ſic: *Quare calce abieciſtis*, &c. Vbi Caiet. *Ad inſtar, inquit, calcitrantis in ſacrificia deſcribitur peccatum filiorum Heli.* Quaſi diceret. Adeò res ſacras contemnebant, vt nihilo à beſtiis in pretioſiſſima quæque recalcitrantibus diſtinguerentur. Quam expoſitionem videtur ex D. Greg. deſumpſiſſe, qui ad hunc locum: *Feræ, inquit, animalia ſolent ſibi adhærentia calce repellere, ita filij Heli victimas, & munera calce repulerunt, quia non conſilium rationis ſequuti ſunt, ſed impetum feritatis.* Quod deinde allegoricè transfert ad filios Synagogæ, qui belluino ritu in Euangelicam doctrinam recalcitrarunt: *Calce, inquit, Synagogæ propoſiti victimam, & munera Domini repulerunt; quia prædicationem ſanctæ Eccleſiæ, non ſcripturæ ſanctæ autoritate diſcutere, ſed ſolo feritatis ſuæ impetu reprobare; atque abiicere conati ſunt.* Arguta quidem interpretatio; nec aliena à litera. præſertim Hebræa; vbi eſt verbum בָּעַט *baghat*, quod propriè ſignificat, *calcitrare*: & quam Latina editio non obſcurè inſinuat, his verbis, *Calce abieciſtis*, hoc eſt, more calcitrantis feræ repuliſtis. Vbi cum inſano quodam contemptu ferina quædam violentia ſignificatur: quam etiam Chald. Paraphraſtes expreſſit, transferens: *Ad quid vos vim inferentes in mactationem ſanctam meam*, &c. Alludens ad illas violentas rapinas, quas filij Heli in tabernaculo exercebant, vi auferentes, quicquid ſponte non dabatur.

D Greg.

Synagoga in Eccleſiæ ſacrificia per contemptum recalcitrauit.

Chald.

4. *Per ſummũ contemptum filij Heli Dei ſacrificia pedibus conculcabant.*

Nihilominus ſi cui placeat facilior, & planior expoſitio, quamuis ad belluas non reſpiciatur, adhuc nimius ſignificabitur contemptus; ſi idem ſit, *calce abieciſtis*, atque *conculcaſtis*. Nam in Scriptura, vt res nimiùm contemni ſignificetur, paſſim dicitur,

tur, pedibus conculcari ; iuxta illud Dauidicum: A *Conculcauerunt me inimici mei tota die*, Pſalm. 55. n. 3. & illud Ierem. 12. num. 10. *Paſtores multi demoliti ſunt vineam meam: conculcauerunt partem meam.* & illud Ezech. 34. num. 18. *Reliquias paſcuarum veſtrarum conculcaſtis pedibus veſtris.* Vnde olim Iſraëlitæ, eum vrbem Hai expugnauerint, eiúſque regem in patibulum egerint ; tandem imperante Ioſue, *Depoſuerunt*, inquit textus, *cadauer eius de cruce, proieceruntque in ipſo introitu ciuitatis*, Ioſ. 8. num. 29. Vt ingredientium pedibus per ludibrium & contemptum calcaretur. Atque ita milites mortuos reges contemnendo paulatim diſcerent, viuos non formidare. Quo pacto & Virgilianus ille Turnus Pallanta à ſe occiſum *laeuo preſſit pede*, Æneid. 10. Vt qui B viuus erat hoſtibus formidabilis, tandem mortuus redderetur contemptibilis. Et Diogenes, vt refert Tert. in Apologetico c. 46. *Superbos Platonis thoros lutulentis pedibus deculcabat.* Vt quantò illos faſtu Plato exornabat, tantò eoſdem contemptu Diogenes deformaret. Itaque filij Heli dicuntur calce abieciſſe, ſeu conculcaſſe ſacrificia Domini, vt ea maximè contempſiſſe ſignificentur.

Aliquid pedibus conculcare maximi ſignum eſt contemptus.

Virg.

Tertull. *Diogenes ſuperbos Platonis thoros pedibus conculcabat.*

5\. Sed coniunge vtramque editionem. Græca habet, *Deſpexiſtis impudenti oculo.* Latina, *Calce abieciſtis.* Quaſi nihil inter ſe oculi, & pedes horum iuuenum diſtingueretur. Nam ſicut *Sapientis oculi ſunt in capite eius*, Eccleſ. 2. num. 14. ita impudentis oculi in calce illius, hoc eſt, quemadmodum illi C eriguntur ad ſumma ; ita & hi abuciuntur ad ima, illi cœleſtia, hi terreſtria ſpeculantur. Quod D. Greg. in 2. com. huius loci, obſeruat, *Calx*, inquit, *ea pars corporis eſt, qua terram tangimus. In hac igitur inferiori parte corporis, anima affectus oſtenditur, quo terrena concupiſcuntur.* Peccatores itaque oculos habent in pedibus ; quia vtriſque terram tangunt ; his ambulando, illis concupiſcendo. Peſſima concupiſcentia oculorum appetentium terrena, & contemnentium diuina. Vnde Chriſtus Dominus non minùs de his oculis ſe tortuè intuentibus, quàm de illis pedibus ſe proteruè conculcantibus querebatur. Nam de his pedibus conculcantibus dicebat, *Conculcauit me homo*, &c. *Conculcauerunt me inimici mei*, &c. Pſalm. 55. num. 1. & 3. de illis vero oculis D obtuentibus, *Ipſi verò conſiderauerunt, & inſpexerunt me*, Pſalm. 21. num. 18. ſeu, vt eſt in Græco, *Torvè inſpexerunt me*, quaſi hic toruus obtutus ſit moleſtiſſimus cruciatus: nec minùs contemni ſe putet, dum ab his oculis inſpicitur, quàm dum ab illis pedibus conculcatur.

Peccatores dum terrenis adhærēt, oculos habent in pedibus.

Terrenorum aff ctus in pedibus adumbrati.

Peccatorum toruis oculis, æquè ac proteruis pedibus Chriſtus contemnitur.

6\. Quæres, quæ ſacrificia dicantur hi ſacerdotes contempſiſſe? Vulgata habet, *Victimam meam & munera mea.* hoc eſt, cruenta, & incruenta ſacrificia. Nam victima eſt ſacrificium cruentum ; vnde Chaldæus transfert, *mactationem meam* ; munera verò ſunt ſacrificia incruenta. Vnde Lueifer in Bibliis Sixtianis legit, *Frumenta mea.* Vatabl. *Sacrificia cibaria*, id eſt, frumentaria. Atque ita communiter exponenda, & diſtinguenda eſſe hæc vocabula in ſacris literis, rectè obſeruat noſter Ribera in epiſt. ad Hebr. c. 8. num. 3. ibi: *Omnis pontifex ad offerendum munera, & hoſtias conſtituitur* Ex quibus colligitur, hos ſacerdotes non ſolùm in altare holocauſti, vbi ſacrificia cruenta offerebantur ; ſed etiam in altare thymiamatis, vbi incendebantur odores, qui erant quædam incruenta ſacrificia, iniurios, & ſacrilegos extitiſſe ; & ſicut ab illo carnes in ſuam gulam auferebant, ita ab hoc odores in ſuas illecebras, ac delicias vſurpaſſe. Hæc omnia peccata & Heli, & filiis eius exprobrantur: bis quidem, vt facta ; illi verò vt diſſimulata, & impunita. Sed deinceps tota in ſolum Pon-

Quæ ſacrificia dicantur hi ſacerdotes contempſiſſe. Chald. Lucifer. Vatabl.

Ribera *Non ſolùm carnes altaris holocauſti: ſed etiam odores altaris thymiamatis vſurpabant filij Heli.*

tificem expoſtulatio conuertitur.

7\. *Et magis honoraſti*, &c. Præmiſſa reprehenſione in omnes ſimul, acriùs iam expoſtulat cum vno tantùm. *Magis honoraſti filios tuos quàm me* ; ſeù, vt habent Biblia Sixtiana, *Glorificaſti filios tuos ſuper me.* Et quidem iuſtiſſima eſt expoſtulatio. Quod cum à Deo præ cæteris electus fuerit, & cæteris antepoſitus ; ipſe nihilominùs Deo ſuos filios anteponat. Quid iniquius? Nihil debent homines impenſius quàm Deum honorare. Vnde Chriſtus Dominus, *Qui amat*, inquit, *patrem aut matrem pluſquam me, non eſt me dignus, & qui amat filium aut filiam ſuper me, non eſt me dignus*, Matth. 10. num. 37. In quem locum D. Hier. *Hic ordo*, inquit, *in omni affectu neceſſarius eſt. Ama poſt Deum patrem, ama matrem, ama filios. Si autem neceſſitas venerit, vt amor parentum ac filiorum, Dei amori comparetur, & non poſſit vtrunque ſeruari: odium in ſuos, pietas in Deum ſit.* Tantum abeſt, vt magis amandus ſit pater, aut filius, quàm Deus, vt potiùs præ Deo ſit odiendus.

Grauiſſimum Heli peccatū Deo filios præferentis.

Dei amor propinquorū affectui præferendus.

D. Hier.

8\. Quòd ſi hæc in aliis quoque hominibus militat obligatio ; multo efficacior in ſacerdotibus militabit. Olim ſummus Pontifex nomina filiorum Iſraël & in pectore, & in humeris geſtabat: *Portabit*, inquit textus, *Aaron nomina eorum coram Domino ſuper vtrunque humerum*, Exod. 28. num. 12. & paulò inferiùs num. 29. *Portabit Aaron nomina filiorum Iſraël in rationali iudicij ſuper pectus ſuum.* In pectore quidem, vt ardenter amaret ; in humeris verò, vt patienter ſuſtineret. Nihilominùs auguſtiſſimum Dei nomen in capite ſuo præferebat: nam de illa lamina aurea, in qua illud nomen cælatum erat, dicitur eodem cap. num. 37. *Erit ſuper tiaram imminens fronti Pontificis.* Quorſum hæc ſpectant: niſi vt oſtendant, etſi cognati, ac propinqui amari & honorari debeant ; à ſacerdotibus tamen Deum præ illis omnibus præcipuo amore, & honore proſequendum?

Sacerdotes præcipuè cognatorum amorem, diuino poſtponant.

9\. Vnde olim Leuitæ, vt debitum honorem Deo deferrent, conſanguineis ſuis mortem inferre non dubitarunt; iuxta illud Moyſis præceptum: *Occidat vnuſquiſque fratrem, & amicum, & proximum ſuum*, Exod. 32. num. 27. In quem locum D. Ambroſius lib. 7. epiſtol. epiſt. 56. *Præceptum*, inquit, *evidens eſt, quia præferenda eſt religio neceſſitudini, pietas propinquitati: ea eſt enim vera pietas, quæ proponit diuina humanis, perpetua temporalibus.* Et paulò pòſt inquirens cur præcipuè Leuitæ, ſuorum propinquorum carnifices eſſe iubeantur? Reſpondet: *Sanctiora cæteris ad hoc munus eliguntur miniſteria Leuitarum; quorum portio eſt Deus. Neſciunt enim ſuis parcere, qui nihil ſuum norunt ; quoniam ſancti: omnia Deus eſt.* Quaſi diceret, quia ſancti loco rerum omnium habent vnum Deum: idcircò dummodò Deum nouerint, ignorant cætera ; & dummodò Deum non amittant, facilè rerum omnium iacturam patiuntur. Propter hunc affectum erga Deum laudauit olim Moyſes iam moriturus tribum Leuiticam. *Qui dixit*, inquit, *patri ſuo, & matri ſuæ, neſcio vos, & fratribus ſuis, ignoro vos ; & neſcierunt filios ſuos, hi cuſtodierunt eloquium tuum, & pactum tuum ſeruauerunt*, Deuter. 33. n. 9. Quaſi in hoc vno totam legem obſeruaſſet, quòd Deum hominibus etiam cognatis, prætuliſſet. Et ſubdit Moyſes. *Benedic Domine fortitudini eius.* Non ipſe benedicit, ſed Deum precatur, vt benedicat, quia licèt ad cæteras tribus benedicendas ipſe Moyſes ſibi par eſſe videretur, tamen ad benedicendam eam tribum, quæ tantum Deo honorem detuliſſet, diuinam auctoritatem requirebat.

Leuitarum ſumma in Deum pietas ſuis conſanguineorum interfectio. D. Ambr. *Leuitæ Deū poſſidentes, rogantes neſciunt & trucidant.*

E

Itaque tribus Leuitica, & multò magis familia Aaronica, & ſacerdotalis, ſicut maioribus à Deo bene 10.

beneficiis ornata erat, & ſingulari prærogatiua alijs tribubus prælata; ita Deum cæteris rebus præferre, & maioribus obſequiis, quàm alias res creatas honorare tenebatur. Vnde manifeſtè deprehenditur, Heli inſigniter peccaſſe, dum tantorum immemor beneficiorum, quibus conſtrictus erat, magis filios ſuos, quàm Deum honorabat. Hunc autem filiis honorem dupliciter impertiebat. Primò, eorum malitiam diſſimulando, & infamiam obtegendo, vt in bona eos exiſtimatione apud populum conſeruaret. Non arguebat, neque traducebat eorum peccata, vt eorum honori conſuleret, bonæque apud homines opinioni prouideret. Permittebat, vt indigni ſacerdotes indigne miniſtrantes Deum inhonorarent, ne ipſi ſuo honore apud ſuos ciues priuarentur. Quid eſt, obſecro, filios ſuos magis, quam Deum honorare, ſi hoc non eſt?

Hunc filiis honorem impertiebat Heli, primò, eorũ infamiam obtegendo.

II. Secundò quia non puniebat eos, à ſacerdotalibus miniſterijs arcendo, ne ſacerdotalibus lucris, & emolumentis ſpoliaret. Honoratos volebat, hoc eſt, locupletatos, quamuis per eos diuinus cultus maximo dedecore afficeretur. Ita D. Greg. in priori huius loci commentario: *Magis*, inquit, *quam Deum, filios honorauit, quia dum aperta eorum opera contemneret* (hoc eſt, non curaret, non reuocaret, non caſtigaret) *lucra temporalia iiſdem prouidebat*. Et in commentario poſteriori, docet ſimiles eſſe ſacerdoti Heli, eos prælatos Eccleſiaſticos, qui indignos conſanguineos ad ſacros ordines promouent, vt locupletent, non curantes diuinum honorem, qui ex talibus miniſterijs atteritur, ſed honorem miniſtrorum, qui ex talibus miniſterijs decorantur, & locupletantur, *Filios*, inquit, *& propinquos magis, quam Dominum honorat, qui ad ſacros ordines perſonas eligit, non ex conuerſationis honeſtate, ſed amore propinquitatis*. Et ſtatim: *Carnales prælati ſpiritualis honoris culmina carnalibus propinquis ideo tribuunt, vt Eccleſiaſticis facultatibus ditentur, & in altitudine ordinis cumulentur abundantia vbertatis. Nec curant quales ſunt, qui ad ſpirituale miniſterium veniunt, ſed tantùm vt temporali dignitate præferant, quos carnali affectione complectuntur*. Neſcio, an ſit hæc maior iniquitas, quàm quæ reprehenditur in Heli. Hic enim non vocauit ad ſacra miniſteria indignos ſed vocatos tolerauit: illi autem non ſolùm tolerant ſed vocant & quos etiam admiſſos repellere debuerant, nondum admiſſos accerſunt.

Secundò temporalia ſacrificiorum lucra non auferenda.

D. Greg.

Prælati, qui cognatos indignos ad ſacros ordines promouent, vt ditẽt, Heli peiores.

12. *Vt comederetis primitias*, &c. His verbis confirmatur hic poſterior modus, quo Heli filios ſuos pluſquàm Deum honorauit. Nam particula, *vt*, interprete Abulenſi, non ſignificat, cauſalitatem finalem, ſed conſequutionem quandam, ſeu manifeſtationem illius maioris honoris, quem Heli filiis tribuebat, in hunc ſenſum, *Magis honoraſti filios tuos, quàm me: vt comederetis* (hoc eſt, comedendo) *primitias omnis ſacrificij Iſrael*. Quaſi diceret, in hoc filios tuos magis honoraſti, quàm me: quod cum ſcires illos indignos, qui mihi miniſtrarent: nihilominùs miniſtrare permiſiſti, ne ſacerdotalibus lucris fraudarentur; & meum mihi honorem, quàm ſuum illis quæſtum auferri maluiſti. Vnde Septuaginta particulam illam, *vt*, excludunt, transferentes: *Glorificaſti filios tuos ſuper me, benedicere de primordio omnis ſacrificij*. hoc eſt, benedicendo, ſeu hanc illis benedictionem de primoribus ſacrificij partibus indulgendo, aut permittendo. Vbi etiam duplex Heli culpa accreſcit. Vna, quia non ſolùm permiſit, vt filij primitias omnis ſacrificij comederent: ſed etiam cum illis pariter comedebat. *Vt comederetis*, inquit: & quæ filij indignè lucrabantur, pater in ſuum lucrum indignus conuertebat. Primitias autem vocat primas ſacrificiorum partes; vel ratione temporis, vel ratione dignitatis; vtroque enim modo primitias comedebant, ſcilicet, & præripiendo de ſacrificiis partes, antequam adoleretur adeps: & in optimas quaſque inuolando, prout leuabat fuſcinula; aut anima eorum deſiderabat. Nec obſcurè innuitur iniuria non ſolùm Deo, ſed etiam populo illata; cum additur: *Iſrael populi mei*; ſignificatur enim interprete Abulenſi, ſacrificium pacificum, quod populi dicebatur; quia ſuas ex eo partes populus obtinebat: quas tamen filij Heli, prout libebat, vſurpabant, nec diuinis, nec humanis iuribus parcentes. Altera, quia his ſacrificiorum lucris non ad neceſſitatem, ſed ad voluptatem vtebantur. *Vt comederetis*, inquit, ſeu, vt ex Hebræo legi poteſt, *vt impinguaretis*, ſeu, *ſaginaretis vos*. His enim ſacrificiorum portionibus non tam ad eſcam, quàm ad ſaginam fruebantur: vt iam ſuprà num. 15. à §. 5. aduerti.

Abul.

Septuag.

Heli culpa filiorum rapinam cũ illis pariter comedentis.

Cur prima ſacrificiorum partes primitia dicantur.

Abul.

Non ad neceſſitatem, ſed ad voluptatem ſacrificiorum lucris vtebantur filij Heli.

Num. 30. Propterea hęc dicit Dominus Deus Iſrael: Loquens locutus ſum, vt domus tua, & domus patris tui, miniſtraret in conſpectu meo vſque in ſempiternum. Nunc autem dicit Dominus: Abſit hoc à me; ſed quicumque glorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.

EXPOSITIO LITERÆ.

1. P*Ropterea hæc dicit Dominus*, &c. Poſtquam primo loco beneficia exprobrauit, & ſecundo peccata obiecit, tertio tandem ſupplicia minatur. Hinc igitur vſque ad finem capitis exprimitur diuina in Pontificem comminatio. Illud, *propterea*, non iungit immediatè præcedentia, cum immediatè ſequentibus; ita vt ſenſus ſit, quia honoraſti filios tuos magis, quàm me, propterea loquutus ſum, vt domus tua miniſtraret in conſpectu meo vſque in ſempiternum; hoc enim falſum eſt, vt notat Hugo Card. ſed cum iis, quæ paulò poſt ſequuntur: *Abſit hoc à me*, &c. hoc eſt: Quia filios tuos mihi prætuliſti; propterea abſit à me, vt domus tua mihi miniſtret, &c. Quemadmodum D. Paulus, *Gratias*, inquit, *Deo, quod fuiſtis ſerui peccati; obediſtis autem ex corde*, Rom. 6. n. 17. Non agit gratias, quòd fuerint ſerui peccati, quod immediatè ſequitur, ſed quòd obedierint ex corde, quod ſequitur paulò poſt.

Diuina in Pontificem comminatio.

Hug. Card.

2. Repetit autem vir Dei ſemel atque iterum illa verba: *Hæc dicit Dominus*; à quibus paulò antè exorſus fuerat: de more Prophetarum, qui ſimilibus verbis, & exordiendo, & progrediendo, & perorando frequentiſſimè vtebantur. Imò tertio loco non ſolùm dixit: *Hæc dicit Dominus*, ſed etiam addidit Domini iuramentum: *Viuo ego, dicit Dominus, quia glorificabo glorificantes me*, &c. Nam quamuis hoc iuramentum in nullis bibliorum exemplaribus, quod ſciam, inueniatur: tamen illud exprimunt D. Cyrillus Alexan. in cap. 1. Malach. & lib. 9. in Ioan. cap. 20. & D. Ioannes Damaſcen. oration. 1. & 3. de imaginibus, & inſinuat Bachiarius in epiſt. ad Ianuar. vbi loquutus de familia Heli: *Cui*, inquit, *iurauerat Dominus, vt nullus de ipſis ante faciem eius aſſiſteret*, &c. Ac ſi hic vir Dei, non ſolùm diceret ad Heli: *Hæc dicit Dominus*; ſed etiam: *Hæc iurat Dominus*; vt torpentem ſacerdotem magis excitaret,

Familiaris loquutio Prophetis: Hæc dicit Dominus.

Diuina comminatio iuramento firmatur.

D. Cyrill. Alex.

D. Damaſ.

Bachiar.

excitaret, ad credendum diuinis oraculis,& parendum diuinis præceptis: adeò enim Heli deſidioſus erat, vt his omnibus ſtimulis ad euigilandum indigeret.

His verbis: Hæc dicit Dominus, frequenter vtebantur Prophetæ Primò, vt fidem ſuis vaticiniis conciliarent. D.Chryſ.

3. Solebant autem Prophetæ ſuis oraculis intermiſcere hæc verba, *Hæc dicit Dominus*; duplici de cauſa. Vna, vt ſuis oraculis, ac vaticiniis auctoritatem conciliarent. Quo etiam pacto D. Paulus ad Galat. 1. num 1. *Paulus*, inquit, *Apoſtolus non ab hominibus, neque per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum, & Deum Patrem, qui ſuſcitauit eum a mortuis.* Io quem locum D.Chryſ. *Quoniam*, inquit, *multi apud Galatas Pauli doctrinam eleuabant, dicentes, illam ab hominibus profectam, in ipſo ſtatim ingreſſu refellit hoc, dicens, ſe Apoſtolum eſſe, non ab hominibus, neque per homines.* Altera, vt ingenuè faterentur, ſe non eſſe illum, qui expectabatur, Meſſiam, verum Deum, & hominem: ſed eius nuntios, ac præcones. Vnde Chriſtus Dominus, non iam nuntius, aut præco; ſed verus ipſe Meſſias, expectatus, ac deſideratus cunctis gentibus, in docendis hominibus ab his verbis abſtinebat, & *ſicut poteſtatem habens* loquebatur, Matth.7.n.29. Vbi D.Chryſ. hom.26. *Non*, inquit, *quaſi ex alterius perſona præcepta ponebat, ſicut Moyſes fecerat, ac Prophetæ: ſed ferè vbique ſe indicabat eſſe, qui imperandi auctoritatem teneret. Etenim cum præcepta ipſa ſanciret, ſæpe dicebat: Ego autem dico vobis*,&c. Matth.5.n.22. Et hom.5 in cap.1.Marc. vbi eadem Euangeliſtæ verba referuntur: *Non loquebatur*, inquit, *vt magiſter, ſed vt Dominus, non loquebatur auctoritatem referens ad maiorem, ſed ipſe quod ſuum erat, loquebatur.* Prophetarum igitur eſt, non Domini Prophetarum, hæc verba vſurpare: *Hæc dicit Dominus.*

Secundò, vt ſe nō Dominum, & Meſſiam, ſed eius nuntios faterentur. Ab hoc loquendi modo Chriſtus, quia verus Dominus abſtinebat. D.Chryſ.

An hæc Dei loquutio fuerit interna, an externa. Chald. Septuag.

4. *Loquens loquutus ſum*, &c. Sic in Hebræo, & Chaldæo exemplari geminantur hæc verba, vt loquutionis firmitas exprimatur: quamuis Septuaginta ſimplo verbo transferant, εἶπον, hoc eſt, *dixi.* Et dubitari poteſt, an hæc dictio, ſeu loquutio fuerit externa, qua Deus ad Prophetam vſus fuerit: ſeu potiùs interna, qua Deus hoc apud ſe decreuerit; Hoc poſterius inſinuat Vatabl. & Abulenſis: illud prius ſupponunt reliqui interpretes, & videtur accommodatius, vt Heli argueretur, cui hæc externa promiſſio notior erat, quam illa interna. Senſus igitur eſt, Promiſi olim domui tuæ, & domui patris tui ſummum ſacerdotium vſque in ſempiternum; nunc autem propter hanc tuam in tuos filios negligentiam, promiſſionem reuoco. Circa quem locum duo explicanda ſunt. Cui hæc promiſſio facta fuerit? Et quomodo facta fuerit?

Cui facta fuerit hæc promiſſio?

Hæc ſacerdotij promiſſio non eſt illa, quæ facta fuit Aaroni.

5. QVod ad primum attinet. Non eſt hoc loco ſermo de illa ſummi ſacerdotij promiſſione, quæ facta eſt Aaroni, & domui eius, Exod 28.n.1. & Num.17.à num.5. Nam licèt Aaron pater fuerit ſacerdotis Heli ſaltem mediatus; tamen promiſſio, de qua hoc loco agitur, reuocata fuit, loquendo ſecundùm ordinem cauſarum ſecundarum in ſe ipſis; nam in præſentia diuina nihil non eſt immutabile: at verò promiſſio facta Aaroni, eiúſque domui, non eſt reuocata: ſummum enim ſacerdotium in lege veteri, ſemper in domo Aaronis perſeuerauit, quamdiu durauit illa lex, ad quem vſque terminum promiſſio facta fuerat. Neque etiam ſermo eſt de promiſſione ſummi ſacerdotij facta Phineæ, nepoti Aaronis, Numer.25.n.12. quia Phinees non fuit pater Heli: ſed vterque ab Aarone per diuerſos fratres deſcendebant. Nam Aaron

Neque quæ facta fuit Phineæ.

Quatuor filij Aaronis.

quatuor habuit filios, Nadab, Abiu, Eleazarum,& Ithamarum, 1.Paral.6.n 3. Priores duo igne diuinitus emiſſo conflagrarunt, Leuit.10 n.2. Duo poſteriores ſacerdotio fungebantur. Eleazar quidem eiúſque filij primogeniti, ſummo: Ithamar, eiúſque poſteri, inferiori. Atqui Phinees deſcendebat ab Aarone per Eleazarum, cuius erat filius, Exod. 6 n. 25. Heli autem per Ithamarum, vt docet Ioſephus lib.5. antiq. c.vltim. probátque Abulenſ. ad hunc locum quæſt.28 ad finem; & ex dicendis infrà patebit: ergo Phinees non fuit pater Heli, & proinde promiſſio ſummi ſacerdotij, quæ hoc loco dicitur fuiſſe facta patri Heli, non eſt illa, quæ facta fuit Phineæ.

Ioſeph. Abul.

Hæc promiſſio vel ipſi Heli vel eius patri facta. Abul.

6. Dicendum igitur hanc promiſſionem factam fuiſſe, aut ipſi Heli (quod non videtur literæ repugnare, cum non exprimat, cui Deus loquutus fuerit, ſed tantùm quid loquutus fuerit) aut patri Heli, ſiue immediato, vt tenet Abul. ſiue mediato infra Aaronem: nam promiſſio Aaroni facta, diuerſa fuit ab hac, de qua nunc agimus, vt diximus. Hæc autem promiſſio in Heli primùm completa fuit, qui, teſte Ioſepho citato, primus de ſtirpe Ithamari, fuit ſummus ſacerdos: deinde in eius poſteris, qui vſque ad Salomonis tempus perſeuerarunt, vbi ſummum ſacerdotium à domo Heli redijt ad Sadoc, de ſtirpe Eleazari, vt magis ex dicendis patebit.

Hæc promiſſio in Heli primò impleta.

Heli ſummũ ſacerdotium non per tyrannidem, nec per hæreditatem, ſed per nouam Dei promiſſionem obtinuit. Pineda. Vincent. Bellouac. Genebr.

7. Vnde conſtat falſum eſſe id, in quod inclinant Pineda Chronologus lib. 3. Monarchiæ Eccleſiaſticæ, cap.14.§.1.& 2. & Vincent. Bellouac. tom.4. ſpeculi, lib. 2. cap. 68. nimirum Heli ſummum ſacerdotium per tyrannidem occupaſſe; cùm potiùs ex diuina promiſſione illud poſſederit. Neque Genebrard. libr. 11. Chronologiæ anno mundi 3026. quem ibi citat Pineda, illi patrocinatur: ſolum enim dicit Heli tranſtuliſſe ſacerdotium de domo Eleazari, ad ſuam. Non enim intelligi debet, hoc ab eo factum ambitioſè,& tyrannicè, ſed iure, & iuxta promiſſionem diuinam illi factam, vt docet Abulenſis. Et eodem modo intelligendi ſunt D.Antonin.1.p.tit.2.c.6. & Hugo Cardin. hoc loco quatenus hic dicit, Heli *tranſtuliſſe* ad ſe ſacerdotium; ille verò, *tranſtuliſſe, & arripuiſſe*, ſcilicet, non vi, ſed Deo, ac populo indulgente. Et fortaſsè Heli homini languido, ac remiſſo, non ea vis animo erat, vt ſacerdotium per tyrannidem occuparet. Hoc etiam modo exponi debet & Lyran. in cap.6. Cantic. dicens, Heli ſummum ſacerdotium vſurpaſſe. Intellige, non humano ambitu; ſed diuino datu. Cui doctrinæ ſubſcribit & Barrad.tom.1. Concord. lib. 5. cap.22. imò & illam expreſſit D. Chryſoſt. lib.4. de ſacerdotio. *Neque enim*, inquit, *Heli ſtudioſè, ambitioſéve dignitatem eam ſibi parauit.* Quid clarius? Quin etiam vereor, ne plus aliquid, quàm velimus affirmet. Subdit enim: *Et quid dico, parauit? cùm ne illi quidem id muneris detrectare per legis neceſſitatem fas fuerit, vt qui vnus eſſet ex tribu Leui, ad quem ipſum oporteret dignitatem eam ad ſe iam a maiorum ſuorum retro origine deſcendente ſuſcipere.* Quibus verbis ſignificat, tantùm abfuiſſe, vt Heli ſacerdotium per vim, aut fraudem occupauerit; vt potiùs per ius hæreditarium. Quod tamen non admittimus, quia ius hæreditarium ſacerdotij pertinebat ad Eleazarum primogenitum Aaronis, eiuſque poſteros primogenitos, ex quibus Heli non deſcendebat; ſed ex Ithamaro ſecundogenito Aaronis, vt proximè diximus, & infrà latiùs dicemus. Itaque Heli ſummum ſacerdotium obtinuit, non quidem hæreditario iure, neque ambitione humana, ſed promiſſione diuina, vt patet ex hoc loco.

Abul. D. Anton. Hug Card. Lyran. Barrad. D. Chryſ.

8\. *Duplex obiectio.* Duo tamen obſtant. Vnum quòd nunquam in Scriptura talis promiſſio facta inueniatur. Alterum, quòd ſummum ſacerdotium promiſſum fuerat Phineæ, eiúſque poſteris víque in ſempiternum: ergo non potuit promitti Heli, qui erat ex altera ſtirpe. *Soluitur prima. Multa refert ſcriptura, vt ante dicta vel facta, quæ nuſquam ſcripta inueniuntur.* Ad primum reſpondeo, Scripturam multa paſſim referre, vt ante dicta, vel facta, quæ tamen nuſquam ſcripta inueniantur. Nam Geneſ. 24. num. 51. dixerunt patres Rebeccæ ad ſeruum Abrahami: *En Rebecca coram te eſt, tolle eam, & proficiſcere; & ſit vxor filij Domini tui, ſicut loquutus eſt Dominus.* Et tamen nuſquam legitur Dominus id loquutus. Item fratres Ioſephi dicebant ad inuicem: *Peccauimus in fratrem noſtrum, videntes anguſtiam animæ illius, dum deprecaretur nos, & non audiuimus,* Geneſ. 42. num. 21. Et tamen nuſquam legitur Ioſephus fuiſſe fratres ſuos deprecatus. Quin B etiam in nouo Teſtamento Chriſtus Dominus de ſe ipſo loquens: *Propterea*, inquit, *& ſapientia Dei dixit, mittam ad illos Prophetas, & Apoſtolos*, Luc. 11. num. 49. Neque tamen in Scriptura legitur, vbi Chriſtus Dominus id dixerit. Sic Martha ad Mariam, *Magiſter*, inquit, *adeſt, & vocat te*, Ioann. 11. num. 28. Cùm tamen non legatur, vbi eam Chriſtus Dominus euocarit. Sic & Chriſtus Dominus ad Martham, *Nonne dixi tibi, quoniam ſi credideris, videbis gloriam Dei?* ibid. n. 40. Cùm tamen id vbi dictum fuerit, ignoretur. Sic & Paulus de Chriſto Domino, *Ipſe*, inquit, *dixit*, *Beatius eſt magis dare,* C *quàm accipere*, Actor. 20 num 35. Quæ tamen verba nuſquam alibi referuntur, a Chriſto Domino prolata. Hanc regulam cap. 1. num. 21. pluribus exemplis vtriuſque Teſtamenti iam illuſtraui, & iterum cap. 3. num. 14 illuſtrabo. Similiter igitur quamuis promiſſio ſummi ſacerdotij facta domui Heli, nuſquam anteà legatur; ex hoc tamen loco facta intelligetur. *Abul.* Addit Abulenſ hîc q. 26. illis etiam, qui hoc loco per patrem Heli, Aaronem, aut Phineem, licèt malè, intelligere vellent, ad hanc regulam confugiendum eſſe, quia hoc loco non ſolùm dicitur promiſſio facta domui patris Heli, ſed etiam domui Heli, proindéque licèt illa prior promiſſio alibi referatur; certè hanc poſteriorem, nuſquam niſi hoc D loco referri.

9\. *Soluitur ſecunda. Fueritne promiſſio ſummi ſacerdotij facta Phineæ conditionalis, & reuocata. Ioſeph. Lyran.* Ad ſecundam facilè reſpondebit, qui dixerit promiſſionem ſummi ſacerdotij, quæ facta eſt Phineæ, fuiſſe conditionalem, ſi nimirum ipſe eiuſque filij ſuo munere rectè fungerentur; nec tranſiſſe in abſolutam ex defectu conditionis requiſitæ. Vnde quamuis omnes ſummi ſacerdotes víque ad Heli excluſiuè, ab Aarone per Eleazarum deſcenderint, vt Ioſephus citato loco teſtatur: tamen quia tales Pontifices, vt docent Hebræi apud Lyranum, cœperunt eſſe in docendo, arguendóque populo negligentes: deficiente conditione, & promiſſionem defeciſſe, & à domo Eleazari ad domum Ithamari ſummum ſacerdotium tranſlatum eſſe, traditúmque Heli, qui primus de E hac ſtirpe fuit ſummus ſacerdos: cui proinde fieri potuiſſe nouam ſummi ſacerdotij promiſſionem, quin illi priori, quæ Phineæ facta fuerat, repugnaret, quippè iam non ſubſiſteret; defectu ſcilicet conditionis requiſitæ iam reuocata. Vnde conſequenter dicere oportebat, illam reſtitutionem ſummi ſacerdotij in domum Phineæ, non fuiſſe ex vi prioris illius promiſſionis factæ ipſi Phineæ, quæ iam reuocata fuerit; ſed ex noua conceſſione propter negligentiam Heli: nam ſi Heli negligens non fuiſſet, nunquam ſacerdotium amiſiſſet, cùm illi quoque facta fuerit promiſſio ſacerdotij ſempiterni; neque proinde domus Phineæ illud recuperaſſet, cùm ex priori conditione iam reuo-A cata nullum ei Ius ad ſummum ſacerdotium ſupereſſet. Hac igitur reſponſione poſita facilè ſoluitur argumentum, quia tunc illa prior promiſſio facta Phineæ, cùm reuocata fuerit, hanc poſteriorem Heli factam non impediret.

10\. *Abul. Poſita conditione tranſiſſe in abſolutam videtur probabilius.* Nihilominùs quia probabilius videtur, quod tenet Abulenſis hoc loco q. 29. ſcilicet promiſſionem factam Phineæ ita fuiſſe conditionatam, vt tranſierit in abſolutam, proindéque non reuocatam, ſed perfectè impletam, & breui tempore duntaxat interruptam: nam quamuis Heli, eiuſque quatuor poſteri, Achitob, Achias, Achimelech, & Abiathar (ſi Achias, & Achimelech diſtincti fuerunt ſacerdotes, quod cap. 14. num. 3. B diſſeremus) quamuis, inquam, hi quatuor ſibi continuo generationis ordine ſuccedentes víque ad tempus Salomonis fuerint ſummi ſacerdotes ex familia Ithamari: tamen ſub eodem rege reſtitutum fuit ſummum ſacerdotium domui Eleazari, & Phineæ, traditúmque Sadoc, qui ex vtroque originem ducebat, & in eadem familia víque ad tempus Machabæorum, imò & víque ad Ieroſolymæ excidium perſeuerauit. Cùm, inquam, probabilius ſit, illam priorem promiſſionem Phineæ factam eo modo, quo diximus, fuiſſe abſolutam, ſeu re ipſa implendam in domo Phineæ: viget vis argumenti, quo pacto ſtante illa promiſſione facta Phineæ, hæc Heli fieri potuerit? Cui ſequenti diſ-C ficultate ſatisfiet.

Quomodo facta fuerit hæc promiſſio?

11\. *Tria dubia expedienda. Primum.* QVod ad ſecundam difficultatem ſpectat. Tria ſub hoc titulo expedio. Primum. An hæc promiſſio facta fuerit ſub conditione: ſcilicet, ſi Heli ſuo muneri non deeſſet? Secundum. An fuerit víque in ſempiternum? Tertium. An ſtare potuerit cum promiſſione facta Phineæ? *Promiſſio ſacerdotij facta Heli, conditionalis fuit, & reuocata.* Ad primum affirmant omnes. Et ratio eſt aperta, quia hæc promiſſio non fuit abſoluta, cùm non fuerit re ipſa impleta: ergo conditionata, quæ deficiente conditione reuocatur. Nec inſolens eſt in Scriptu-D ram comminationes malorum, quam promiſſiones bonorum fieri ſub conditione, quæ ſi re ipſa non ponatur, neque illæ ſuum effectum ſortiuntur, vt iam annot. 16. ſect. 2. dictum eſt. *Malorum comminationes ſæpè in ſcriptura conditionatæ, & reuocabiles.* Quibus hîc doctrinæ gratia paucula addantur. Inter comminationes eſt illa ad Niniuitas: *Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur*, Ioann. 3. num. 4. Et illa ad Ezechiam: *Diſpone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues*, Iſai. 38. à num. 1. Et illa ad Abimelech: *En morieris propter mulierem, quam tuliſti*, Geneſ. 20. num. 3. Et multæ aliæ, quæ mutata conditione, ſub qua fiebant, mutatæ ſunt. Ad has reuocari poteſt illa prædictio longiſſimi exilij facta ad Abraham, *Scito prænoſcens, quod peregrinum futurum ſit ſemen tuum in terra non ſua, & ſubiicient eos ſerui-E tuti, & affligent quadringentis annis*, Geneſ. 15. num. 13. *Quot annis à Hebræi in Ægypto exularint? Barrad.* Vbi prædicuntur Hebræi quadringentos annos Ægyptiaco in exilio acturi, cùm tamen paucos vltra ducentos exularint, vt noſter Barrad. tom. 1. Concord. lib. 5. cap. 20. latiùs confirmat. Rationem ad præſens inſtitutum accommodatam reddit D. Chryſ. homil. 36. in Geneſ. *D. Chryſ.* *Dici poteſt*, inquit, *quod cum Dominus ſit miſericors, & imbecillitati noſtræ reſpondentes ſuias pœnas; quia vidit eos ita labore preſſos, & Ægyptios magnam in eos crudelitatem exercere, ante definitum tempus vltionem fecit, & ad libertatem eos reduxit.* Et ſtatim docet, miſericordiæ diuinæ eſſe, malorum comminationes reuocare; ſicut & iuſtitiæ, reuocare promiſſiones bonorum. *Dei*, inquit, *mos eſt, vt etiamſi minetur,*

minetur, ſe puniturum: ſi nos voluerimus conuerſionis exhibere ſpecimina, poſſimus eius reuocare ſententias. Et e diuerſo, ſi policetur aliquid ſuaue nobis daturum; nos autem non attulerimus, quod ex nobis eſt; neque ipſe promiſſum adimplet, ne noſtra ratione deteriores fiamus.

12. *Bonorum promiſſiones ſæpe in ſcriptu. conditionata, & reuocabiles.* D.Hier. *Promiſſionis terra anguſtiſſima.*

Inter promiſſiones bonorum non ſunt paucio-ra exempla. Terram ſpatioſam latéque patentem promiſit olim Deus Iſraëlitis: *Educam*, inquit, *de terra illa in terram bonam, & ſpatioſam*, &c. Exod.3. num. 8. Et nihilominus adeò anguſtam dedit, vt D. Hieronymus in epiſt. 129. ad Dardanum, eius terminos oſtendere erubeſcat: *Pudet*, inquit, *dicere latitudinem terræ repromiſſionis, ne Ethnicis occaſionem blaſphemandi dediſſe videamur*. Sed poſtquam illos tamen deſcripſit, & anguſtiſſimos inuenit; ſubdit cum iriſione: *Hæc eſt*, inquit, *Iudæe, tuarum longitudo, & latitudo terrarum: in his gloriaris, ſuper his te per diuerſas prouincias ignaris iactitas*. Et Perſiano ſcommate ſupercilium inſanientis decu-tiens: *Ad populum*, inquit, *phaleras; ego te intus, & in cute noui*. Et paulò pòſt, oſtendens latitudinem terræ, quæ illis a Deo promiſſa fuerat, addit: *Fateor*, inquit, *hæc tibi repromiſſa, non tradita; ſi obſeruaſſes mandata Dei, & in præceptis illius ambulaſſes, ſi non pro omnipotente Deo, coluiſſes Beel-phegor, & Baal, & Beelzebub, & Chamos; quos quia prætuliſti Deo, omnia, quæ tibi promiſſa fuerunt, perdidiſti*. En ampla promiſſio, defectu conditionis, ſub qua fiebar, reuocata.

Perſius.

13. *Tempus pœnitentiæ ante diluuium a Deo promiſſum, reuocatur.*

In prædictione diluuij non ſolùm ſupplicij comminatio, ſed etiam promiſſio beneficij continetur: quia non ſolùm Deus minatur exitium, ſed etiam tempus pœnitentiæ, centum & viginti annos, vt peccatores reſipiſcant, pollicetur: *Erunt*, inquit, *dies illius centum viginti annorum*. Geneſ. 6. num. 3. ſcilicet antequam diluuium effundatur in terram: & nihilominus hoc ſpatium centum & viginti annorum contraxit Deus, & ad ſolos centum annos reduxit. Nam illa promiſſio facta eſt, cùm Noë eſſet quingentorum annorum, Geneſ.5. num. 31. diluuium autem inductum eſt, cùm Noë eſſet ſexcentorum annorum, Geneſ.7.n.6. Cur autem reuocata fuerit hæc promiſſio, docet in primis Strabus citatus in Gloſſa: *Quia*, inquit, *in malitia perſeuerarunt: ante præfixum terminum, centeſimo anno deleti ſunt*. Deinde D. Hier. & D.Chryſ. ſuprà citati anno.21. ſect. 2. eandem rationem inculcant. Ex quibus patet illam promiſſionem factam fuiſſe ſub conditione, ſi homines ad pœnitentiam redire vellent, & cùm in ſuo ſcelere perſiſterent, reuocatam. Vnde colligit D. Chryſoſt. non ſolùm comminationes malorum, ſed etiam bonorum promiſſiones, ſublatis conditionibus, ſub quibus fiunt, reuocari: *Sicut eis*, inquit, *qui admonitionibus ſuis promptè parent, ob bonitatem ſibi peculiarem, ſententias ſuas reuocat, & conuerſis appropiat: ita quoque cùm promittit, vel bona aliqua ſe præbiturum, vel pœnitentiæ tempus: videt autem fieri indignos, etiam tunc quoque ſuas promiſſiones reſcindit*. Nemo igitur inter malorum comminationes deſperet; nemo inter bonorum promiſſiones præſumat: ſciens vtraſque reuocari, niſi conditiones, quæ à Deo exiguntur, ab hominibus exhibeantur.

Strab. Gloſſ. D.Hier. D.Chryſ. D.Chryſ.

14. *Promiſſio pacis Iſraëlitis facta à Deo reuocatur.*

Huc pertinet illa prædictio Dauidica, ſeu, vt interpretatur D.Chryſoſtom. iuxta Septuaginta, illa promiſſio diuina: *Pax ſuper Iſrael*, Pſal. 127. num. 5. Vbi pacis nomine omnia Iſraëli bona promittuntur. Quam Deus omnium bonorum affluentiam daturus fuiſſet; niſi illam infelix populus ſua improbitate repuliſſet, vt notat ad eum locum Diuus Chryſoſtomus: *Quemadmodum enim*, inquit, *quando Deus aliquibus ſupplicia minatur, iis, qui per pœnitentiam iram diſcutiunt, cohibetur ſupplicium: ita etiam ſi bona promittat, viſi autem fuerint indigni, qui promiſſa erant conſecuturi, reuocatur promiſſum*. Et paulò pòſt: *Hæc autem dico, vt neque eo minante deſperemus, nec rurſus bona promittente torpeſcamus; ſed ſtudio, & in vita inſtituenda diligentia, promiſſa ad opus reuocemus. Niſi enim ita faciamus, non ſufficit ad conſeruandos nos ſola promiſſio*. Et quidem, quæ illuſtrior promiſſio eſſe poteſt, quàm regni cælorum, quæ in Euangelio continetur? vbi hoc regnum multis promittitur, ſed paucis confertur: non quidem defectu promittentis, qui *fidelis eſt in omnibus verbis ſuis*, Pſalmo 144. numero 13. ſed eius, qui improbè operando, tanto ſe beneficio indignum reddit. Vnde D. Hieronymus in epiſtol. citata ad Dardanum: *Et mihi*, inquit, *in Euangelio promittuntur regna cælorum, quæ inſtrumentum vetus omninò non nominat: ſed ſi non fecero, quæ præcepta ſunt, nequaquam erit culpa in promittente, ſed in me, qui promiſſum accipere non merui*. Itaque reuocabiles ſæpenumero à Deo fiunt non ſolùm comminationes malorum, ſed etiam bonorum promiſſiones. Quo de genere fuit promiſſio ſacerdotij ſempiterni facta Heli, conditionata, atq, eo tantùm pacto implenda, ſi ille negligens non fuiſſet.

Regni cæleſtis promiſſio conditionata, in impijs non impletur. D.Hier.

15. *Secundum dubium.* *Quo pacto hæc promiſſio fuerit de ſacerdotio ſempiterno.* D Aug. *Prima reſponſio myſtica de Chriſti D ſacerdotio*

Secundum dubium. An promiſſio fuerit de ſacerdotio ſempiterno? Et ratio dubitandi eſt, quia conſtabat, illud ſacerdotium cum lege veteri tantùm duraturum fuiſſe, & cum illa pariter ſepeliendum. Quo pacto igitur eſſe potuit ſempiternum? D. Auguſt. lib 17. Ciuit. cap.6. in his promiſſionibus duo diſtinguit, vmbram, & veritatem, docétque vmbram, eſſe ſacerdotium promiſſum Heli; vt veritatem verò ſacerdotium Chriſto Domino promiſſum, & illud quidem ad breue tempus finiendum, hoc autem vſque in ſempiternum duraturum. Et addit: *Sed ne*, inquit, *putaretur iſta vmbra eſſe manſura; ideo etiam mutatio eius debuit prophetari*. Eandem rem illuſtrat Auguſt. q 124. in cap. 28. Exodi illa verba in fine capitis: *Legitimum ſempiternum erit Aaroni, & ſemini eius poſt eum*. Vbi docet illud ſacerdotium legale appellari ſempiternum; non quòd ſemper futurum eſſet, ſed quòd ſacerdotium Chriſti Domini repræſentaret. Quod æternum fore, probat ex Pſalm. 106. num. 4. *Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum; tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech*. Vbi non ſolùm dicitur ſacerdotium æternum, ſed etiam iuratio additur, & pœnitudo remouetur. Quod in ſacerdotio Aaronico non inuenitur, quia mutandum erat. Eodem modo explicare videtur Diuus Iſidorus libro 2. de officijs Eccleſiaſticis, cap. 5. docens hanc ſacerdotij promiſſionem factam Heli impleri in Apoſtolis, & Epiſcopis eius ſucceſſoribus, qui non iam ſecundùm carnem, ſed ſecundùm ſpiritum eliguntur, ſemper Deum glorificaturi, & à Deo glorificandi. Sic & Beda hoc loco, dicens vetus ſacerdotium fuiſſe vmbram ſempiterni in Chriſto futuri, proindéque promiſſionem æternitatis *non ad vmbram, ſed ad vmbratam pertinere veritatem*.

D.Aug. D Iſid. Beda.

16. *Refellitur*

Sed hæc reſponſio myſtica eſt, nec dubio ſatisfacit; quia hoc loco dicitur ſacerdotium ſempiternum, illud, quod reuocatum eſt: ſeu quod ſempiternum fuiſſet, niſi reuocaretur. Hoc autem non fuit ſacerdotium Chriſti Domini, quod ei fuit irreuocabiliter conceſſum; ergo ſacerdotium Heli. De hoc igitur dubium ſupereſt, quo pacto ſempi-

Secunda reſponſio. Æterna duratio pro diuturna frequenter vſurpatur.

ternum appelletur? Dicendum ergo nomen ſempiterni, non ſemper ſignificare durationem ſimpliciter æternam, ſed diuturnam. Vt clariſſimè patet in ſeruo, qui nolebat relinquere Dominum ſuum, de quo dicitur: *Seruiat tibi vſque in æternum*, Deuteron. 15. n. 17. & in Dauide commorante apud Regem Achis, de quo dicebat: *Erit mihi ſeruus ſempiternus*, 1. Reg. 27. n. 11. & in Daniele incluſo in lacu leonum, dicentéque ad Regem Darium: *Rex in æternum viue*. Daniel. 6. n. 21. & in Samuele oblato in tabernaculo, de quo dixit Anna: *Ducam eum, vt appareat ante conſpectum Domini, & maneat ibi iugiter*, 1. Reg. 1. num. 22. ſeu, vt ex Hebræo legi poteſt, *vt maneat ibi in æternum*. Quæ omnes durationes dicuntur æternæ, non quòd ſimpliciter tales ſint, ſed quòd ſint diuturnæ. Et hoc modo communiter exponuntur Hebrææ voces, עַד־עֹלָם *ghad gholam*. Pro quibus Latinus transferre ſolet; *In æternum*. Sic igitur ſacerdotium Heli ſempiternum, hoc eſt, diuturnum, ſeu toto legis veteris tempore duraturum fuiſſet: niſi & licentia filiorum, & indulgentia parentis obſtitiſſet.

17. *Tertium dubium. Quomodo promiſſio hæc facta Heli, ſtare poſſit cum alia facta Phinee.*

Tertium dubium, An hæc promiſſio facta Heli ſtare potuerit cum illa facta Phineæ, de qua in ſuperiori difficultate dictum eſt. Certum eſt, ſtare potuiſſe, cùm vtraque in ſacris literis includatur. Controuerſum, quo pacto inter ſe concilientur? Nam ſi ſummum ſacerdotium vſque ad finem legis veteris duraturum, Phineæ, eiúſque poſteris re ipſa, & infallibiliter conferendum erat: quo pacto ſalua fidelitate promitti potuit Heli, eiúſque ſucceſſoribus, quibus iam non poterat conferri? Reſpondebit aliquis primò, duplex ſummum ſacerdotium inſtitui à Deo potuiſſe: quorum priori domui Phineæ conceſſo, poſterius domui Heli, ſi in conditione requiſita non defeciſſet, tribueretur. Et quemadmodum ſub Rege Dauide duo ſimul, Sadoc, & Abiathar ſummo ſacerdotio fungebantur; vt paulò inferiùs num. 32. dicetur: ita in eo euentu duos ſummos Sacerdotes futuros fuiſſe.

Prima reſponſio.

Reijcitur.

Hæc reſponſio mihi veriſimilis non videtur: tum quia illud regimen eſſet valdè imperfectum, & planè monſtruoſum; non minùs, quàm ſi vni corpori duplex caput tribuatur: tum quia eſſet multis litibus, & contentionibus obuium; dum ſuam quiſque iuriſdictionem tueretur, nec eſſet, qui ortas inter vtrumque controuerſias dirimeret, ac definiret; tum denique quia cum vetus ſacerdotium fuerit figuratiuum, ſeu repræſentatiuum noui, planè illud biceps, ſeu in duplicem ſummum Sacerdotem, tanquam in duo capita diuiſum, proportionatum non eſſet ad hoc vnum, & ſub vno capite Chriſto Domino incluſum repræſentandum: quemadmodum polygamia apta non eſt ad Sacramentum magnum vnitatis in Chriſto, & in Eccleſia exprimendum.

18. *Secunda reſponſio.*

Reſpondebit ſecundò, potuiſſe illud duplex ſacerdotium, ſi non ſimul, ſaltem ſucceſſiuè, in illa duplici familia tandiu conſeruari, quandiu ſatis eſſet, vt vtrumlibet diuturnum, ac ſempiternum diceretur: verbi gratia, ſi in domo Heli ad ducentos, aut trecentos annos perſeueraret, indéque ad domum Phineæ translatum vſque ad finem legis veteris extenderetur; hæc enim duratio, imò & multò breuior in ſacris literis ſempiterna appellari conſueuit; vt ex ſecundo dubio palam eſt. Sed hoc diuinare eſt. Et niſi fallor, ſine fundamento: tum quia quamuis illud, *in ſempiternum*, non ſignificet durationem ſimpliciter æternam, vt diximus; eam tamen ſignificare debet, quæ totum legis veteris tempus vſque ad Meſſiam adæquaret; hic enim conſueuit eſſe terminus temporalium beneficiorum, quæ illi populo promittebantur, vt patet in regno, & ſacerdotio, quorum illud in tribu Iuda, hoc in domo Aaronis toto legis tempore perſeuerauit: vnde ſi ante illud tempus Heli ſacerdotium deſineret, & promiſſio defeciſſe cenſeretur: tum quia duratio in ſacerdotio, quæ Phineæ promiſſa eſt, non ſolùm ſempiterna, ſed etiam continua eſſe debuit; iam inde ab ipſo Phinee vſque ad legis finem perpetuò deducta, vt colligitur ex illis verbis: *Ecce do ei pacem fœderis mei: & erit tam ipſi, quam ſemini eius*, &c. Numer. 25. num. 12. *Do*, inquit, non, dabo, ne vnquam promiſſio ſuſpenſa videretur: *tam ipſi, quam ſemini eius*; non abſolutè, domui eius, vt illa parentis, filiorúmque expreſſio ſignificaret moralem quandam omnium in ſacerdotio continuitatem, quam profectò illa breuis interruptio ſub Heli, quatuórque eius poſteris vſque ad Dauidem moraliter non impediret; impediret tamen illa longior ad ducentos, aut trecentos annos intercapedo.

Refutatur.

Promiſſio ſacerdotij facta Phineæ, ſempiterna fuit, & continua.

Reſpondendum igitur tertiò, illas duas promiſſiones Phineæ, & Heli factas, tunc inter ſe pugnaturas fuiſſe, ſi ambæ eſſent abſolutæ, & re ipſa implendæ; quod eſſe non poterat, ſeruata ſacerdotij, & temporis vnitate, vt diximus. Verùm cùm prior fuerit abſoluta, & ad ſuum effectum deducenda: poſterior verò conditionalis, & defectu conditionis requiſitæ, ſuo effectu caritura; ambæ ſimul fieri potuerunt. Vrgebis, Promiſſio conditionalis, poſita conditione tranſit in abſolutam: atqui promiſſio de ſacerdotio æterno Heli facta, etiamſi Heli ſuo muneri non deeſſet, quæ erat conditio, ſub qua facta fuerat, non tranſiret in abſolutam; quia obſtabat promiſſio Phineæ domui facta, iuxta quam ſacerdotium ad domum Phineæ pertinebat: ergo neque conditionaliter promitti potuit domui Heli ſacerdotium æternum. Occurrendum, Deum præuidiſſe illam conditionem in re ponendam non eſſe, & propterea abſolutè domui Phineæ, & conditionaliter domui Heli ſacerdotium æternum promittere potuiſſe. Nam ſi præuidiſſet, conditionem ponendam eſſe, & Heli ſuo muneri non defuturum, illa prior promiſſio domui Phineæ non fuiſſet facta. Itaque Deus iuxta ſuam præſcientiam hæc decreta ordinauit. Præuidit altitudine præſcientiæ ſuæ quid vterque Sacerdos eſſet facturus, Phineen poſiturum conditionem, ad promiſſionis effectum requiſitam, non Heli: igitur non huic, ſed illi ſacerdotium abſolutè promiſit: ſi præuidiſſet è contra, hunc conditionem poſiturum, non illum: pariter etiam huic, non illi ſacerdotium abſolutè promiſiſſet, ſi ita ex conditione promittere libuiſſet. Sed hæc minutiùs concidenda ſcholaſticis Theologis relinquantur. Interim aduerte, eandem difficultatem occurrere in promiſſione ſceptri Iſraël facta Iudæ abſolutè, Geneſ. 49. num. 10. & Saüli conditionatè, 1. Reg. 13. num. 13. quam iterum ad eum locum, Deo dante, expediemus.

19. *Tertia, & vera reſponſio. Promiſſio facta Phineæ abſoluta, & facta Heli conditionata inter ſe non repugnant.*

Obiectio.

Solutio.

Eadem difficultas occurrit in promiſſione regni Iſraël.

20.

Quicunque glorificauerit, &c. Rationem reddit Deus cur ſuam reuocet promiſſionem, quaſi diceret, Mea me promiſſio non ligat, cùm ſit conditionata, nec conditio impleta. Quare, *Abſit hoc à me*, vt illam impleam: ſeu, vt habent Septuaginta, *Nequaquam mihi*, ſcilicet, conuenit, illam implere. Æquum enim non eſt, vt à quibus ego contemnor, ipſi à me glorificentur. Nam ſicut ego glorifico omnes, qui me glorificauerint; ita, qui contemnunt me, erunt ignobiles. Qua in ſententia duo explicanda ſunt, & modus loquendi, & ſenſus verborum.

Duo enucleanda.

Modus

Modus loquendi ad diuinam bonitatem colligendam accommodatus.

21. HÆc ſententia duplici conſtat membro. In priori promittit Deus ſuis cultoribus gloriam: *Quicunque glorificauerit me, glorificabo eum* In poſteriori minatur ſuis contemptoribus ignominiam: *Qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.* Sed cum duplici diſcrimine, ex diuerſis tranſlationibus collecto, & ad diuinam bonitatem prædicandam accommodato. Primò, quia in priori membro loquitur Deus de ſe actiue: *Glorificabo eum*, tanquam de proprio gloriæ largitore; in poſteriori non item. Neque enim dicit: *Qui autem contemnunt me*, contemnam eos, ſed, *erunt ignobiles.* Hoc diſcrimen habetur in primis in Vulgata, vt patet: deinde in fonte, vbi eſt in priori membro, *honorantes me*, אכבד *achabed*, hoc eſt, *honorabo*, à verbo, כבד *chabad*, quod eſt, *honorare*, ſeu, *glorificare*, in poſteriori autem membro, *& contemnentes me* יקלו *ieckalu*, hoc eſt, *vili pendentur*, ſeu, *vileſcent*, à verbo קלל *chalal*, quod *vili pendere*, ſeu, *vileſcere* ſignificat. Præterea Chaldæus Paraphraſtes: *Honorantes ante me honorabo; & qui contempſerint ſuper nomen meum, deſpicientur.* Sic & Septuaginta in editione Regia, & Complutenſi: *Glorificantes me glorificabo; ſpernentes me ſpernentur.* Et D. Hieronym. in epiſt. 14. ad Celantiam (ſi is eſt illius auctor; nam ab aliquibus D. Paulino, Nolano Epiſcopo tribuitur:) *Qui honorificat me, honorificabo eum; qui autem pro nihilo me habent, ad nihilum redigentur.* Et indubitatus D. Hier. in cap. 5. Ezech. *Glorificantes me glorificabo; qui autem me deſpiciunt, ad nihilum deducentur.* Et Diuus Chryſ. hom. 30. in Matth. ad finem: *Glorificantes me glorificabo, & qui contemnunt me, contẽnentur.* D. Ephr. tom. 2. parænesi 41. *Glorificantes me glorificabo; & qui contemnunt me, ignominia afficientur.* Sanctus Sixtus Papa in epiſt. de malis Doctoribus: *Qui honorificauerint me, honorificabo eos; & qui pro nihilo habent me, ad nihilum redigentur.* Et eodem ſenſu legunt alij Patres in ſecundo diſcrimine citandi.

Duplex in hoc loquendi modo diſcrimen primum. — Chald. — Septuag. — D. Hier. — D. Paul. — D. Chryſ. — D. Ephrem. — D. Sixt. Pap.

B

C

22. Ex hoc diſcrimine palam deprehenditur, quantò pronior ſit Deus ad conferendam gloriam, quàm ad inferendam pœnam: non enim huius, ſed illius ſe auctorem profitetur. Notauit Caiet. hoc loco: *Vide*, inquit, *differentiam. Nam ait; Honorantes me honorificabo, & non ſubiungit: Contemnentes me, contemnam: vt pronior ad noſtrum bonum Deus deſcribatur, quàm ad malum pœna* Eandem rem D. Ambr. lib. de Paradiſo, cap. 14. priùs expendit: *Doceant*, inquit, *te verba diuina, quia operatur gloriam, pœnam relinquit. Honorificantes me, inquit, honorificabo: honorem bonorum operationis ſua eſſe declarans. Et contemptores, inquit, mei, non dixit, honore priuabo ſed honore priuabuntur; non ſua operationi deputans eorum iniuriam, ſed quid futurum eſſet oſtendens.* Nam quamuis à Deo ſit & benefaciendi, & puniendi facultas: tamen Deus non hanc ſibi attribuit, ſed illam; quaſi de vna potiùs, quàm de alia glorietur. Hoc ipſum D. Ambroſius loco citato illuſtrat ex ſententia diuina contra ſequentem: *Super pectus tuum gradieris; & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ*, Geneſ. 3. n. 14. *Non dixit*, inquit Ambroſius, *facio te ſuper pectus tuum ambulare, & terram manducare, ſed: Ambulabis, inquit, & manducabis; vt prædixiſſe magis de ſerpente, quæ futura ſunt, videretur, quàm præſcripſiſſe quid faceret* Quaſi ne illius quidem pœnæ quæ in ſerpentis caput meritiſſimò impingebatur, ſe auctorem profiteri vellet; ſed ab ipſius ſerpentis malitia profectam ſignificaret.

Deus pronior ad conferendã gloriam, quàm ad inferendam pœnam. — Caiet. — D. Ambr. — *Deus præmij, non ſupplicij ſe auctorem profitetur.* — D. Ambr.

D

E

A 23. Grauiſſimas pœnas comminatus olim Deus Hieroſolymæ, *Patres*, inquit, *comedent filios in medio tui; & filij comedent patres ſuos; & faciam in te iudicia*, Ezech 5. num. 10. In quem locum notat D. Hieronymus, Deum non dici auctorem illius impietatis, qua parentes filiorum, filij parentum carnibus veſcebantur: ſed iudiciorum, quæ illi rerum ſtatui congruebant: *Notandum*, inquit, *quòd vbi decora ſunt, & honeſta, ac pro merito eorum, qui ea ſuſtinent, ſeipſum Deus facere profitetur: vbi autem triſtia, & non digna Deo, dixit quidem fieri, ſed non à ſe, vt in præſenti*, &c. Et ſtatim rem confirmat ex hoc Regum loco, vbi dicitur bonorum glorificatio, non condemnatio malorum à Deo proficiſci: *Eos enim*, inquit, *qui ſe glorificant, ipſe glorificat: qui autem eum deſpiciunt, non a Domino deſpicientur, vel deducentur ad nihilum: hoc enim ſequebatur, vt diceret; ſed abſolutè deducentur ad nihilum, non à Deo, ſed pro meritis ſuis, atque peccatis.*

D. Hier.

24. Hinc eſt, quòd maledictionibus, quæ peccatoribus inferebantur, Deuteronom. 27. à num 15. vniuerſus populus acclamabat: *Amen.* Benedictionibus autem, quibus iuſti donabantur, Deuter. 28 à num. 1. nullum *Amen* à populo reddebatur: vt ſignificaretur, eodem D Hieronymo interprete, maledictiones quidem ab hominibus, benedictiones autem à ſolo Deo emanare. Ad hoc myſterium reſpexiſſe videtur D. Paulus, cùm loquitur de Deo in præmijs, ſupplicijſque diſtribuendis fideliſſimo: *Reddet*, inquit, *vnicuique ſecundum opera eius; iis quidem, qui ſecundum patientiam boni operis, gloriam, & honorem, & incorruptionem quærunt, vitam æternam: iis autem, qui ſunt ex contentione, & qui non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati; ira, & indignatio*, Rom. 2. à num. 6. Vbi diſtinguenda ſunt illa duo antitheſis membra; nam bonis dicitur Deus redditurus vitam æternam: malis autem non dicitur redditurus pœnam æternam; vt conſequenter dicendum fuiſſe videbatur: ſed ſolum dicitur, malis affutura ira, & indignatio, quia Deus non huius pœnæ, ſed illius gloriæ prædicare ſe voluit auctorem. Quod Orig. lib. 2. in epiſt. ad Rom. rectè ponderauit. Propterea enim docet Apoſtolum ea loquendi diuerſitate vſum fuiſſe: *Vt per hæc*, inquit, *oſtenderit ea quidem, quæ bonis reddenda ſunt, per Deum reddi, id eſt, vitam æternam, ea verò, quæ ſequuntur malos, non à Deo dari, cuius dona ipſo digna ſunt: ſed in his qui operantur malum, ira, & indignatio erit, ſecundum ea, quæ theſaurizauerint ſibi ipſi* Quod ſtatim deducit ex diuerſitate illa loquendi *Nam ſicut ibi vitam æternam caſu accuſatiuo protulerat; ita & hic iram & indignationem caſu accuſatiuo protuliſſet, ſi id ad reddentis Dei perſonam referre voluiſſet.*

Deus benedictionum tantum auctor, homines maledictionum. — D. Hier. — Orig.

25. Quod myſterium ex præſenti Regum loco vberiùs illuſtrat: *Glorificantes me*, inquit Dominus, *glorificabo; ſpernentes me ſpernentur*, non autem, ſpernam; vt dicere oportebat, niſi hoc myſterium indicaretur: *Si enim*, inquit, *vt bona per ſemetipſum præſtat; ita & mala per ſemetipſum retribueret Deus, conſequens erat, vt quomodo dixit, glorificantes me glorificabo; ita diceret, & ſpernentes me ſpernam.* Et in hunc ſenſum explicat illud oraculum, de malis in æternum ignem abituris: *Ambulate*, inquit, *in lumine ignis veſtri, & in flammis, quas ſuccendiſtis*, Iſaias 50. num. 11. Quaſi diceret: Hunc æternum ignem, in quem ruitis, ô miſeri, præcipites; non mea vobis ſeueritas parauit, ſed veſtra vobis improbitas ſuccendit. Veſtrum eſt hoc incendium, quod veſtra peccata nutriunt, ſemper vobis in pœnam duraturum, quia nunquam peccata ſubtrahere voluiſtis, æter-

Optima hac in re ſimilitudo.

num igui pabulum admouetis; quid miremini, ſi æternum vobis incendium nuttiatis? Tandem optima medici, & ægroti ſimilitudine confirmat, noſtra nobis mala, & noſtra Deo bona tribuenda: *Si quis*, inquit, *contra præceptum medici ſumptis malorum ciborum ſuccis, & corporis turbata temperie, vel febres, vel quoſlibet huiuſcemodi incurrerit morbos; certum eſt, quod non per medicum, ſed per intemperantiam ſuam peſtem languoris acceperit. Si verò medici præcepta cuſtodiens in ſoſpitate perduret, vtique per medicum dicetur habere gratiam ſanitatis. Hoc ergo modo videtur Deus ipſe per ſe reddere vnicuique, quæ bona ſunt: mala autem venire intelligentur non à Deo, ſed ex peſſimis intemperantiæ ſuccis, & cruda prauitate geſtorum.*

26. *Aliis exemplis hæc doctrina confirmatur. Chriſtus D. non ſe malorum, ſed bonorum tantum auctorē profitetur.*

Clarior hæc doctrina ex alijs locis confirmatur. Chriſtus Dominus ad diſcipulos: *Omnis*, inquit, *quicunque confeſſus fuerit me coram hominibus, & filius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei: qui autem negauerit me coram hominibus, negabitur coram Angelis Dei*, Luc.12. num.8. Sicut dixit: *Filius hominis confitebitur illum*; ita dicturus fuiſſe videretur, Filius hominis negabit illum. Et nihilominus dixit, *negabitur*, quaſi ſibi tantùm tribuat confeſſionem, non autem negationem. De peccatore pœnitentiam agente loquutus Dominus. *Omnium*, inquit, *iniquitatum eius, quas operatus eſt, non recordabor*, Ezech.18. n.22. Et ruſus de iuſto in peccata prolapſo: *Omnes*, inquit, *iuſtitiæ eius, quas fecerat, non recordabuntur*, ibid.n.24. ſibi quidem tribuit peccatorum obliuionem, non autem obliuionem meritorum, vt proniorem ſe ad delenda peccata, quàm ad prætereunda merita oſtendat. Ruſus Chriſtus Dominus ad Iudæos: *Soluite*, inquit, *templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud*, Ioan. 2. n.19. Alios quidem ruinæ, ſe reparationis auctorem nuncupauit.

27. Diuus Petrus Tabitham ſuſcitaturus *ponens genua orauit*, Act 9.num.40. Ananiam verò, & Saphiram occiſurus, nullam orationem præmiſit, Act 5. à 0. 1. vt non tam mortis ſupplicium, quam, vitæ præmium Deo tribuendum ſignificaret. Chriſtum Dominum in propria venientem alij quidem receperunt, alij verò non receperunt. Quid beneficij contulerit recipientibus, declarat Euangeliſta: *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem, filios Dei fieri*, Ioan.1.num.12. Quid verò ſupplicij intulerit non recipientibus, non declarat: vt oſtendat, Chriſtum Dominum beneficijs, quàm ſupplicijs tribuendis propenſiorem. Tandem in hoc lib. cap. 13. num. 13. dicitur Deus regnum Saüli præparaſſe; non tamen dicitur regnum Saüli abſtuliſſe: ſed ſolùm dicitur regnum Saülis confirmandum non eſſe; id enim ſignificant illa verba ſequentis verſiculi, *ſed nequaquam regnum tuum vltra conſurget*. Quibus verbis ſignificauit Samuel Deo potiùs tribuendas Regum coronas, quàm ruinas, vt ibi pluribus exemplis illuſtrabo. Atq; hæc de primo diſcrimine, quo Deus gloriam promittit, & pœnam minatur: illam vt ab eius miſericordia, hanc vt à noſtra malitia profecturam.

28. *Secundum in his verbis diſcrimen. Beneficia Deus in plurimos ſpargit, ſupplicia ad paucos, imò ad vnū concludit. Septuag. Lucifer.*

Secundum diſcrimen eſt; quia in priori membro promittit Deus gloriam vniuerſaliter omnibus, qui eum glorificauerint. Illud enim ſignum, *Quicunque glorificauerit me*, vniuerſale eſt: in poſteriori autem minatur culpam ſingulariter, vni tantùm, qui eum contempſerit, vt patet ex tranſlationibus iam citandis. Nam in primis Septuaginta in Biblijs Sixtianis, & Fortunati, ſic habent: *Tantùm glorificantes me glorificabo, & qui* A *ſpernit me, honore priuabitur*. Lucifer in ſcholijs Sixtianis citatus; *Et qui ſpernit me, ad nihilum redigetur*. D. Ambroſ. libro de Paradiſo, cap. 15. *Et contemptor mei honore priuabitur*. D. Auguſtin. lib. 17. Ciuitat. cap. 5. & lib. 2. contra epiſtolam Parmeniani, cap. 19. *Et qui me ſpernit, ſpernetur*. Et eodem modo legit D. Cyprianus de oratione Dominica, & de zelo, & liuore, & D. Iſidorus lib. 2 de officijs, cap. 5. ſic & D. Cyrill. Alexand. in cap. 1. Malach. *Et qui contemnit, contemnetur*. Itaque omnes dicuntur à Deo glorificandi, qui eum glorificauerint: vnus tamen, qui eum contempſerit, contemnendus. Ex hoc diſcrimine, non obſcurè colligitur, quantò fuſior ſit Deus B ad beneficia præſtanda, quàm ad ſupplicia inferenda; illa enim liberaliter in plurimos ſpargit, hæc ad paucos, imò ad vnum anguſtiſſimè concludit. Quam doctrinam D. Ambroſ. lib. 1. de pœnitentia, cap. 2. rectè colligit, ex illis verbis Chriſti Domini: *Omnis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cælis eſt; qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in cælis eſt*, Matth. 10. num. 32. Vbi rectè obſeruat in priori membro, in quo dicitur confeſſio, poni ſignum illud vniuerſale, *omnis*; non autem in poſteriori, in quo datur negatio: *Vbi*, inquit, *confitetur, pro omnibus confitetur, omnes complectitur; vbi negat, non omnes negat. Gratiam promittit omnibus,* C *non omnibus minatur iniuriam: quod eſt miſerationis, exaggerat; quod vltionis, extenuat*. Atque hæc de modo loquendi.

D.Ambr. D Aug. D Cypr. D Iſid. D Cyrill. Alex. D Ambr.

Senſus verborum, Deum remuneratorem, & vltorem oſtendit.

29. *Impij verbo, & non opere Deum glorificātes, potiùs contemnunt.*

Remuneratorem, quia glorificantes ſe glorificat: vltorem, quia ſpernentes ſe, ſpernit. Sed quos glorificatores glorificat? Non quidem eos, qui labijs ſuis glorificant Deum; cor autem eorum longè ab eo eſt, Iſa.29. num.13. Qui dicunt; *Domine, Domine*, & non faciunt, quæ dicit, Luc.6. num. 46. Qui auditores ſunt legis, non factores, D Rom.2. num.13. Qui diligunt lingua, & verbo, non opere, & veritate, 1.Ioan.3.num.18. Hi enim Deum non tam glorificant, quàm ludificant, fallentes non modò ſemetipſos, Iacob.1.num.22. ſed etiam Deum fallere conantes: quaſi ipſa externa ſpecie decipiatur, & non potius interna mentis penetralia ſcrutetur. Eos igitur Deus glorificat, à quibus ipſe bonis actionibus tam internis, quàm externis glorificatur. Internis quidem fidei, & charitatis. De prioribus fidei, hunc locum interpretatur D. Auguſt. lib.2. contra epiſtolam Parmeniani, vbi loquutus de hæreticis fidem abiurantibus: *Quomodo*, inquit, *clarificant Deum, qui dicunt per or-* E *bem terrarum impleri non poſſe eius promiſſa: aut quomodo non ſpernunt Deum, qui baptiſmum eius incredibili temeritate impietatis exſufflant*? Et ſtatim de Catholicis fidem profitentibus: *Quomodo*, inquit, *Catholici non clarificant Deum, qui promiſſa eius nullis hominum ſceleribus impediri poſſe confidunt? Qui ſacramenta eius tam debita veneratione proſequuntur, vt ea ſi etiam ab indignis tractata fuerint, illis ſua perverſitate damnatis illa intemerata ſanctitate permanere demonſtrent*? De poſterioribus verò charitatis actionibus mihi videtur hunc locum interpretari Caſſianus collat.14. cap. 19. dum ita legit: *Diligentes me glorificabo*. Quaſi illi tantùm qui diligunt Deum, propriè Deum glorificare, & à Deo glorificandi cenſeantur.

Deus internis fidei, & charitatis actionibus glorificādus. D.Aug. Caſſian.

Iam

30. *D. Hier. D. Paul.*

Iam verò de actionibus bonis externis alij Patres locum exponunt. Nam D. Hieronym. ſeu D. Paulin. in epiſt. 14. ad Celantiam oſtendens, ſatis non eſſe glorificare Deum ore, ſed etiam opere: *Qualis*, inquit, *eſt illa confeſſio, qua ſic Deo credit, vt pro nihilo eius ducat imperium? Aut quomodo, ex animo, ac verè dicimus, Domine, Domine: ſi eius quem Dominum confitemur, præcepta contemnimus?* Et ſtatim adducit hæc verba, vt oſtendat Heli verum Dei fuiſſe, non glorificatorem, ſed contemptorem; quia quamuis Deo gloriam per ſacrificia reddere conaretur: tamen iniuriam potiùs per opera inferebat. Vnde in eos inuehitur, qui malè viuentes & agentes, bene laudare, & glorificare Deum ſibi videntur: *Et nos*, inquit, *ſecuro, ac bono animo ſumus, qui per ſingula quæque præcepta inhonorantes Deum clementiſſimum, ad iracundiam prouocamus, eiuſque imperium ſuperbiſſimè contemnendo in tanta maieſtatis imus iniuriam? Quid enim vnquam tam ſuperbum, quid verò tam ingratum videri poteſt quàm aduerſus eius viuere voluntatem, à quo ipſum viuere acceperis? quàm illius præcepta deſpicere, qui ideo aliquid imperat, vt cauſas habeat remunerandi? Neque enim obſequij noſtri Deus indiget, ſed nos illius egemus obſequio.*

31. *D. Chryſ. Triplex modus glorificandi Deum.*

Sic & D. Chryſoſt. in Pſal. 148 ſub initium; nam inquirens, quo pacto creaturæ, etiam quæ ratione & loquutione non vtuntur, ad glorificandū Deum inuitentur, plures glorificandi Deum modos diſtinguit: vnum per tacitam quandam ſui coram Deo exhibitionem, quo pacto omnes creaturæ, etiam ſenſus & rationis expertes Deum glorificant: alterum, per loquutionem, qui hominibus tam bonis, quàm malis conuenit; tertium omnium excellentiſſimum, qui per vitam & rectè facta exercetur. *Nam hominibus*, inquit, *non ſolùm loquentibus ſed etiam tacentibus gloria Deo offertur.* Et hunc ait ſignificari his verbis: *Glorificantes me glorificabo.* Et rurſus hom. 30. in Matth. ad finem loquutus de illis, qui bona opera, ac ſui muneris propria exercent: *Qui hæc*, inquit, *in gloriam Dei facit, ipſe quoque gloriam conſequetur.* Iuxta illud, *Glorificantes me glorificabo.* Vbi apertè ſignificat, de illa glorificatione ſermonem hîc eſſe, quæ per bona opera exercetur.

Dei glorificatio per bona opera perfectior.

32. *D. Cyrill. Alex.*

Conſentit D. Cyrillus Alexandr. lib. 9. in Ioan. cap. 20. vbi hæc verba referens: *Glorificabo glorificantes me*; de bonorum operum glorificatione exponit: *Glorificatur autem*, inquit, *in nobis & per nos Deus; cùm ſordibus peccati abiectis, illuſtrem virtutibus vitam viuimus. Hoc enim pacto ad gloriam Dei homines viuere dicuntur.* Idem D. Cyrillus Alexandr. in cap. 1. Malach n. 6. ibi: *Si ergo pater ego ſum, vbi eſt honor meus?* oſtendens, nullo modo aptiùs, quàm bonis operibus honorem Deo deferendum: *Quærenda*, inquit, *à nobis quæ Deo ſunt honorifica, & ad opera ſancta incumbendum, cùm ſciamus, ſcriptum eſſe; Glorificantes me glorificabo, &c. Glorificabitur autem à nobis pater vniuerſorum Deus, ſi non quod nobis iucundum, & amicum eſt, agere ſtuduerimus; ſed illi potiùs mentem noſtram dedicauerimus, & in omnibus ad eius nutum nos conformauerimus.* Hoc igitur modo diuinam legem exequendo, & ſuum munus obeundo debuit Heli Deum glorificare, vt à Deo glorificaretur.

33. *Quo pacto glorificantes ſe Deus glorificat. Ter maxima ſacerdotij gloria.*

Sed quo pacto Deus eos glorificat, à quibus prædicto modo glorificatur? Magno planè gloriæ ornamento. In primis in hoc ſæculo. Et intelligi poteſt vel preſſiùs de gloria ſacerdotali, qua Deus glorificantes ſe glorificat, & quæ planè eſt ter maxima, & gloria per antonomaſiam appellanda, A iuxta illud de Aarone: *Beatificauit illum in gloria: & circumcinxit eum zona gloriæ, & induit eum ſtolam gloriæ*, Eccleſiaſt. 45. num. 8. & 9. Vbi ornatus ſacerdotalis ter gloria nominatur, vt ter maxima ſignificetur. Vel latiùs de quouis gloriæ genere, quo iuſti à Deo in hac vita decorantur. Vnde D. Hieronym. in epiſt. 26. ad Pammachium, referens hæc verba, *Glorificantes me glorificabo.* Et requirens quænam hîc ſanctorum glorificatio intelligatur, præſenſne, an futura; *Alij*, inquit, *hoc intelligant de futuro, quando mæror vertetur in gaudium; & tranſeunte mundo, ſanctorum corona non tranſit. Ego & in præſentiarum video ſanctorum promiſſa compleri.* Quod ſtatim confirmat ipſius exemplo Pammachij, cui non ſolùm æternus honor ſeruabatur in patria; ſed etiam temporalis deferebatur in exilio: *Antequam*, inquit, *Chriſto tota mente ſeruiret, notus erat* B *in ſenatu; ſed multi alij habebant inſulas proconſulares. Totus orbis huiuſcemodi honoribus plenus eſt. Primus erat: ſed inter primos. Præcedebat alios dignitate, ſed & alios ſequebatur, &c. At nunc omnes Chriſti Eccleſiæ Pammachium loquuntur. Miratur orbis pauperem, quem hucuſque diuitem neſciebat.* Et in hanc ſententiam docet idem D. Hieronym. olim Patriarcham Iſaac à Deo etiam in hac vita glorificatum; iuxta illud, quod de eo ſcriptum eſt: *Seuit autem Iſaac in terra illa, & inuenit in ipſo anno centuplum, benedixitque ei Dominus*, Gen. 26. n. 12. Non differuntur longiùs præmia, ſed ſtatim conferuntur: nec ſimplicia, ſed multiplicata cumulantur: *Plus ergo*, inquit Hier. *accipimus quam dedimus: parua dimiſimus, & grandia poſſidemus: centuplicato fœnore Chriſti promiſſa reddun*C*tur.* Et ſtatim de Iſaac: *In tali & Iſaac quondam agro ſeuerat, qui paratus ad mortem, ante Euangelium, Euangelicam portauit crucem.*

Glorificantes ſe Deus etiā in hac vita glorificat. D. Hier.

Pauperes etiam in hac vita glorificantur.

D. Hier.

34. *D. Dam. Suos Deus etiam in hac vita, in eorum imaginibus glorificat.*

Pauló aliter interpretatur D. Ioan. Damaſcen. de gloria, quam Deus confert ſuis ſeruis, iam quidem in cælum tranſlatis, ſed adhuc in terra per ſuas imagines habitantibus; has enim imagines vult Deus magno in pretio haberi; & ſub iis ſanctos ipſos præcipua quadam veneratione celebrari. Quare orat. 1. de imaginibus, inuehitur, in eos hæreticos, qui admiſſis Chriſti imaginibus, Sanctorum imagines tollebant, planè ignari; ſicut Chriſti imagines à ſanctis colebantur; ita à Chriſto effectum eſſe, vt Sanctorum imagines colerentur: *O hominum*, inquit, *abſurditas. Nónne ani*D*maduertitis, vos planè ſanctorum inimicos confiteri? Nam ſi Chriſti imaginem admittentes, Sanctorum imagines repudiatis: conſtat vos non tam illorum imaginibus, quam honoribus aduerſari; quippe qui Chriſti, tanquam honorati imaginem facitis: Sanctorum autem, vt vilium, & abiectorum effigies reſpuitis, veritatem ipſam mendacem appellatis. Viuo enim ego, dicit Dominus, hos, qui me honorant, honorabo.* Quaſi diceret, Chriſtus Dominus eodem honoris genere honorat ſuos, quo à ſuis honoratur: à ſuis autem adoratur ſub imaginibus; ergo & ſuos ſub imaginibus adorandos proponit, vt glorificantes ſe glorificet, & quam ab illis accepit gloriam, rependat. Inſanitis igitur, ô hæretici, qui infidelem E facitis Deum; & eos, qui Deum glorificarunt, non creditis pari proportione à Deo glorificandos. Et oratione 3. de imaginibus, latè proſequitur, Sanctos, quantam cum Deo ſimilitudinem per gratiam, & ſanctitatem habere curauerunt, tantam per gloriam, & honorem etiam in hac vita, ab ipſo Deo obtinere. Vt quemadmodum Deus templis, & aris, ſacrificiis, ac precibus, adoratur, ita ipſi cum proportione adorentur.

Iuſti quemadmodum Deo per ſanctitatem, ita per gloriam, & honorem in hac etiam vita aſſimilantur.

Non

35. *D.Bonau. Sanctos Deus etiam in hac vita in eorũ reliquijs glorificat.*

Non lougè ahit ab hac interpretatione D. Bonauent.ſerm.2.de vno martyre,& in ordine 14 vbi docet iuxta præſens oraeulum, Sanctos, qui viuentes Deum glorificarunt, etiam mortuos à Deo in hac vita glorifieari, & ſepultis eorum cineribus maiorem ab omnihus hoorem, quàm viuentihus, & ſentientihus Regibus exhiberi: *Quia*, inquit, *hic ſanctus martyr Deum honorauit, ipſum Deus glorioſum effecit. Qui vnquam Reges, qui principes, qui Barones, aut nobiles, ſic à mundo honorantur, vt martyres? imò, vt martyrum crura? Maior longè honor exhibetur Stephano, ſiue Laurentio, quàm Alexandro, ſiue apoſtata Iuliano.* In hanc tandem expoſitionem libens conſenrit D.Ioan.Damaſc. in vita Stephani iunioris: vbi oſtendit, Deum magnis miraeulis huius martyris corpus illuſtraſſe, vt promiſſionem ſuam ſolueret, quam fecerat: *Ego glorificantes me glorificabo.* Quam miraculorum gloriam tam liberaliter Chriſtus Dominus ſuis cultoribus conferebat; vt maiorem, quàm ipſe ſibi vſurparet, illis largiretur, iuxta illud: *Qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora horum faciet,* Ioan. 14. num.12. Vt eos ampliùs glorificaret, non ſolùm, quàm ipſe ab illis; verùm etiam, quàm ipſe à ſe ipſo glorificaretur.

D.Dam. Sanctos Deus in hac etiam vita per miracula glorificat. Maiora aliquando ſanctorũ, quam Chriſti D. miracula.

36. *D.Ephr. Sanctos Deus in futuro ſeculo glorificat.*

Cæterùm D.Ephrem in parænesi 41. hæc verba de gloria in futuro ſæculo conferenda interpretatur: *Qualem putas*, inquit, *inuenies gloriam, frater chariſſime, ſi amicum Regem gloria poſthac tibi vendicaueris? Nam ſicut hic ipſum honoras, talem ipſe tranſitum prabebit tibi: & quantum ei hic inſeruis, tantum & ipſe honorabit te ibi. Scriptum eſt enim; Glorificantes me glorificabo, &c. Honora igitur tota mente, & anima tua, vt te honore dignetur Sanctorum.* De cæleſti quoque gloria exponit Petrus Bertrandus Cardinalis & Epiſcopus Eduenſis in libello pro Eccleſiaſtica libertate: *Quicunque*, inquit, *honorificabit me, glorificabo in gloria, in qua eſt verus honor, qui nulli conceditur indigno; imò ad quem nullus admittetur, niſi dignus.*

P.Bertrand.

37. *Huius vitæ gloria ad comparationem æternæ mendacium.*

Et quamuis beneficia quæ à Deo in hac vita ijs, qui eum glorificant, conferuntur, magna ſint; tamen cum ijs, quæ in futuro ſæculo conferentur, comparata, planè exigua, & ferè nulla videhuntur. Dauid habitatorihus Galaad bona precatus: *Et nunc*, inquit, *retribuit vobis quidem Dominus miſericordiam, & veritatem*, 2.Reg.2.n.6. Vhi D.Hier. miſericordiæ, & veritatis nomine præſentia, & futura præmia diſtinguit: *Miſericordiam*, inquit, *in præſenti ſæculo, veritatem in futuro.* At cur Dauid vtitur ea nominum diuerſitate ad eam diuerſitatem præmiorum declarandam. Optimè ad rem præſentem D.Hieron. *Quia miſericordia*, inquit, *quæ in præſenti ſæculo tribuitur, ad comparationem æternæ vitæ, mendacium eſt.* Inanis ferè eſt omnis glorificatio noſtra in hac vita, ſi cum illa cooferatur, quæ in æterna patria tribuetur.

D.Hier.

38. *Ipſa actio Deum in hac vita glorificandi, magna iuſtorum gloria. D.Chryſ.*

Vides quanto fœnore à Deo glorificetur ille, à quo Deus in hac vita glorificatur? Sola profectò actio Deum in hac vita glorificandi glorioſa nobis eſſe poterat corona, qua meritum noſtrum cumulatiſſimè remuneratum eſſe credere poſſemus. Vnde D.Chryſoſtom.ſerm.de laude Dei in tom 5. *Si nulla*, inquit, *eſſet alia nobis pro ea re propoſita merces; illud tamen vel maximè nobis ad gloriam valeret, ſi diuinis in laudibus verſari non indigni haberemur: ſiquidem & qui principum laudes eloquuntur, vel hoc vno, ſi nihil reliqui eſſet mercedis, quod Principem magni faciunt, ſatis videntur ornamenti aſſequuti.* Citharistæ, citharizandi pretium à rege exigenti, fertur reſpondiſſe Rex, ſatis amplum retuliſſe citharizando. Aptiùs reſponderi poteſt laudanti Deum, meritum laudandi, ſola laudatione, ſatis, ſuperque remuneratum. Nihilominus Deus nouas texere coronas; noua excogitare donaria non ceſſat, vt qui ſe glorificant, ſe cumulatiſſimè glorificentur.

39. *Gloria ab hominibus etiam per virtutes quæſita, vana eſt. D.Hier.*

Vtinam ad hanc vnam gloriam adſpirarent, qui *inanis gloriæ cupidi* efficiuntur, Galat 5. num. 26. Vhi D.Hieron. *Si ab hominibus quæro gloriam, vitium eſt; Deo, virtus eſt: qui & ad veram nos gloriam cohortatur, dicens: Eos autem, qui me glorificant, glorificabo.* Itaque gloria ab hominihus quæſita, quamuis oh eximia virtutum opera, vtpote eleemoſynæ, orationis, ieiunij, caſtitatis, & ſimilia quæratur, vana eſt. Imò addit Hieronymus: *Quod dudum timeo dicere, ſed dicendum eſt; martyrium ipſum, ſi ideo fiat, vt admirationi, & laudi habeamur à fratribus, fruſtrà ſanguis effuſus eſt.* Quod confirmat ex Apoſtolo: *Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam* (ſeu, vt aliqui ex Græco transferunt, *ita vt glorier*) *charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt.* 1.Corinth.13.n.3. Vhi enim vana quæritur gloria, neceſſe eſt, vt vera amittatur.

Martyrium ex vana gloria, vanum.

40. *Glorificantes ſe Deus cum fœnore ſemper glorificat.*

Vera gloria eſt, quæ à ſolo Deo ohtinetur: dummodo tamen gloria ei à nobis, qualis offerri poteſt, offeratur. Vnde Origen. homil.24.in Numer. ad illa verba: *Si quis virorum votum Domino vouerit*, Numer.30.num.3. ſeu, vt ipſe legit, *Homo homo quicunque vouerit, &c. Vult*, inquit, *a nobis priùs aliquid accipere Deus, & ita nobis aliquid ipſe largiri; vt dona ſua, & munera merentibus, & non immeritis largiri videatur.* Quod ex hoc loco confirmat: *Glorificantes me glorificabo.* Parum exigit, vt magna conferat, & illa parua, quæ ei offerimus, magni ab eo fiũt; ne maxima, quæ ah eo accepimus, à nobis pro minimo habeantur. *Quare*, inquit Origenes, *ſi offeramus ei iuſtitiam noſtram, accipiemus ab eo iuſtitiam Dei: & ſi offeramus ei noſtram corporis caſtitatem, accipiemus ab ipſo ipſius caſtitatem: & ſi offeramus ei ſenſum noſtrum, accipiemus ab ipſo ſenſum ipſius*, iuxta illud Apoſtoli: *Nos autem ſenſum Chriſti habemus*, 1.Cor.2.num.16. Quæ poteſt eſſe felicior commutatio, vt pro terrenis cæleſtia, pro temporalibus æterna, pro humanis diuina recipiantur? En vt Deus ſe præbeat munificentiſſimum glorificantium ſe remuneratorem.

Orig.

Orig.

41. *Deus in ſui contemptores acerrimus vltor.*

Præhet vlteriùs ſe Deus eorum, qui ſe contemnunt, acerrimum vltorem: *Qui autem*, inquit, *contemnunt me, erunt ignobiles.* Contemptores verò Dei, dicuntur omnes diuinæ legis tranſgreſſores. Vnde Nathan ad Dauidem: *Contempſiſti verbum Dei*, 1.Reg.12.num.9. Et paulò poſt: *Eò quòd deſpexeris me*, ibidem num.10. Nam à contemptu legis ad contemptum legiſlatoris deuenitur. Vnde D.Hieronymus in epiſt. 14. ad Celantiam: *Ex quo*, inquit, *apparet, nec honorari ab eis Dominum, nec timeri, qui eius præcepta non faciunt.* Quare ſicut dicuntur Deum glorificare, qui diuina præcepta ohſeruant, vt diximus; ita Deum contemnere, qui legem diuinam tranſgrediuntur. Ex quo rectè monet S. Sixtus Papa in epiſtol. de malis doctorihus, vt potius, qui nohis præcipiat, quàm quid nohis præcipiatur, cogitemus; quia quamuis hoc leue ſit; ille tamen Deus eſt, in quem præcipientem, violatio, & contemptio præcepti deriuatur. *Non magis*, inquit, *præcepti qualitas, quàm præceptoris attendatur auctoritas. Nolo tantùm conſideres, quod præceptum ſit; ſed à quo præceptum ſit: nec quale ſit mandatum, quod pro nihilo iudicas ſpernendum eſſe; ſed cuius ſit, omnipotentis Dei ſcilicet, qui ſe in præceptorum ſuorum qualitate, aut honorari*

Diuinæ legis contemptores ipſum ſimul Deum contemnunt.

D.Pap. Sixt.

norari ducit, aut pro nihilo computari. Sicut ipſe teſtatur: Qui honorificat me, honorificabo eos: & qui pro nihilo habent me, ad nihilum redigentur. Hi igitur Dei contemptores abire inulti non ſinuntur.

42. *Tripliciter hæc vltio declaratur. Primò. Virtus nobilitat.* Tiraq.

Tripliciter verò poteſt hæc vltio declarari. Primò iuxta vulgatam: *Erunt ignobiles.* Nam ſicut virtus nobilem facit, vt Tiraq. de nobilitate, cap. 4. ex ſacris profaniſque auctoribus latiſſimè probat, & interim oſtendo ex illis verbis de Samuele: *Ecce vir Dei eſt in ciuitate hac, vir nobilis; omne, quod loquitur, ſine ambiguitate venit,* 1. Reg. 9. n. 6. Vbi hæc eius nobilitas non à maiorum claritate, ſed à veritate oculorum, ſanctitatéque operum, & quod eſt caput, à coniunctione cum Deo declaratur: ita vitium facit ignobilem; vt idem Tiraq. cap. 24. ex multis iuribus confirmat. Et interim probat D. Bonau. ſerm. 3. in Dominic. 12. poſt Pentecoſtem; vbi hanc peccatorum ignobilitatem refert ad eorum cum diabolo neceſſitudinem. *Vere*, inquit, *ignobiles ſunt, quorum pater diabolus eſt.* A tam infami namque, & ignobili parente, quanta in filios infamia, & ignobilitas redundabit? Iuxta hunc ſenſum acerrima in Heli comminatio denuntiatur. Vt qui ſummam nobilitatis arcem inſederat, pontificia, & iudiciaria dignitate conſpicuus, in extremam ignobilitatis miſeriam deiiceretur, vtroque honore in poſterum ſpoliatus.

Vitium ignobilem reddit.

Tiraq. D. Bonau.

43. *Secundò. Qui Deum contemnunt, etiam ab hominibus contemnuntur.*

Secundò iuxta fontem, & Chaldæum, & Septuaginta, & Patres ſuprà citatos: *Vilipendentur*, ſeu, *vileſcent*, ſeu, *contemnentur*, ſeu *honore priuabuntur*, ſeu, *ignominia afficientur*, &c. Nam, qui Deum glorificant, à Deo glorificantur: qui autem Deum contemnunt, etiam ab hominibus contemnuntur: vt eo ignominioſior ſit eorum contemptus, quò à contemptibilioribus oriatur. Patet hoc in Salomone, qui quamdiu fuit Dei cultor, Deum quoque expertus eſt ſui cultorem; vbi verò eſſe cœpit Dei contemptor, homines quoque ſui contemptores paſſus eſt, iuxta illud Dei decretum: *Ego*, inquit, *ero ei in patrem, & ipſe erit mihi in filium. qui ſi iniquè aliquid geſſerit, arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum,* 2. Reg. 7. num. 14. non dicit, in virga mea; aut in plagis meis: nam à Deo flagellari, & vulnerari glorioſum illi eſſe poterat, ac decorum: ſed, *ſed in virga virorum, & in plagis filiorum*, vt ſignificaret, qui Deum ſupremum Imperatorem contempſit, etiam à ſuis ſubditis, vt contemptibilior eſſet verberatio, acerrimè verberandum. Quod poſtea completum eſt. Nam vbi Salomon, Deo contempto, tria idola coluit, Aſtartheo, Chamos, & Moloch, ſtatim à ſuis contemptus, tres hoſtes contra ſe ipſum rebellantes ſuſtinuit, Adad, Razon, & Ieroboam; vt patet ex 3. Reg. 11. à num. 5. de qua re D. Irenæus lib. 4. aduersùs hæreſes, cap. 45. *Cum*, inquit, *ſine offenſa ſeruiret Deo, & miniſtraret diſpoſitionibus eius, tunc glorificabatur. Cùm autem vxores accipiebat ab vniuerſis gentibus, & permittebat eis erigere idola in Iſrael, iratus eſt Dominus in Salomonem*, &c. Clariùs Diuus Thom. lib. 3. de regimine princip. cap. 8. *Ex luxuria*, inquit, *& idololatria factus eſt abominabilis populo ſuo; in tantum vt ſerui eius rebellarent ei, diripientes ſpolia ſuæ regionis, & vaſtantes terram, abſque reſiſtentia aliqua: cùm tamen priùs omnes obedirent ad nutum, ſicut teſtatur Regina Saba. Ad magna igitur promotus in principio ſui regiminis propter diuinam reuerentiam, quam exhibuit, in fine ſui regiminis decidit in vilia, propter delicta, quæ commiſit; quia miſeros facit populos peccatum.* Iuxta hũc ſenſum nihilo leuius, aut lenius terretur Heli, dum is, qui omnibus imperabat, ab omnibus dicitur contemnendus: & qui ab omnibus gloriam accipiebat, ab omnibus ignominiam accepturus declaratur. Atque in hunc ſenſum videtur hunc locum intelligere D. Damaſc. lib. 1. Paral. cap. 28.

Salomonis hac in re exemplum.

D. Iren. D. Thom. D. Damaſc.

44. *Tertiò. Deum contemnentium gloria omninò abolenda.* Lucifer. D. Hier. D. Sixt. Pap.

Tertiò, iuxta Luciferum, D. Hieronymum, & S. Sixtum Papam: *Qui contemnunt me, ad nihilum redigentur.* Vbi dicuntur ad nihilum redigendi, non ſecundùm naturam, ſed ſecundùm gloriam. Nam ſicut eorum, quæ ſecundùm naturam in nihilum rediguntur, nulla pars naturalis ſupereſt, non anima, non corpus, non accidens, omnia extinguuntur, & abſumuntur; ita eorum, quæ rediguntur in nihilum ſecundùm gloriam, nulla pars gloriæ reliqua ſit, non fama, non decus, non memoria, non poſteritas, non monumentum aliquod, non denique vllum veſtigium prioris felicitatis; omnia euaneſcunt, & inaneſcunt. Huc pertinet illud Sapientis: *Filij*, inquit, *adulterorum in nihilum computabuntur; & ſine honore erit nouiſſima ſenectus illorum.* Sap. 3. num. 16. Adeò omnia illorum decora aboleſcunt, vt etiam eorum ſenectus, quæ præ cæteris ætatibus eſt maximè venerabilis, iuxta illud: *Coram cano capite aſſurge; & honora perſonam ſenis,* Leuitic. 19. num. 32. omni prorſus honore euacuetur.

45. *Sacerdotibus ſui contemptorib. Deus par pari refert.* D. Cyrill. Alex.

Quid contemptibilius accidere poterat ſacerdotibus diuini cultus contemptoribus, quàm quòd in eos minatur Propheta dicens: *Ecce ego proiiciam vobis brachium, & diſpergam ſuper vultum veſtrum ſtercus ſolemnitatum veſtrarum, & aſſumet vos ſecum,* Malach. 2. num. 3. Pro quibus vltimis verbis, legit D. Cyril. Alex. *Et ſuſcipiam vos in id ipſum.* Quod ſic interpretatur: *Quoniam*, inquit, *ipſi dedecorant altare; ideò Deus veluti par pari referens: Suſcipiam vos, inquit, in id ipſum,* &c. Si Deus par pari refert, & tantam ignominiam infligit, quantam in litera expreſſit; quis non videt atrociorem, quàm dici queat, iniuriam accepiſſe. Miſeri ſacerdotes Heli, eiuſque filij, qui Deum non ſolùm contempſerunt, ſed etiam pro nihilo habuerunt, vt tranſtulit D. Hier. ſuprà citatus: omnem diuinum cultum, ſic in nihilum redigentes, vt nulla prorſus ex eo gloria in Deum refunderetur. Quid mirum, ſi à Deo par pari accipientes, ad nihilum redigantur, & ne minimum quidem ſacerdotis gloriæ veſtigium, quo anteà inſoleſcebant, apud eos relinquatur?

D. Hier.

Num. 31. Ecce dies veniunt, & præcidam brachium tuum, & brachium domus patris tui, vt non ſit ſenex in domo tua.

EXPOSITIO LITERÆ.

1. *Huius ſupplicij celeritas.* Chald. Iulian. Pomer. Septuag. D. Auguſt. Theod. D. Iſidor. Beda. Vatabl.

ECce dies veniunt, &c. Pergit minutiùs, ac diſtinctiùs explicare acerbitatem ſupplicij infligendi. Et in primis incipit à celeritate, *Ecce*, inquit, *dies veniunt.* Nam licet Chald. habeat, *Ecce dies venient*, de futuro: quem ſequitur Iulianus Pomerius lib. 1. contra Iudæos; tamen Septuag. quos D. Auguſt. lib. 17. ciu. cap. 5. Theod. D. Iſidor. Bed. & alij communiter ſequuntur, de præſenti, legunt: *Ecce dies veniunt*; congruentius ad fontem, vbi eſt participium בָּאִים *baim*, id eſt, venientes. Senſus verò eſt, vt explicat Vatabl. *Inſtat tempus, quo adimam tibi dignitatem ſacerdotalem, qua plurimum confidis, & ſuperbis.* Sed dices, dignitas ſacerdotalis ſublata fuit à domo Heli, tempore Salomonis, vt ſequenti numero dicemus: quod contigit octoginta annis poſt mortem Heli, vt Lyran. hoc loco, & Abul. q. 30. oſtendunt. Nam Samuel, & Saul poſt Heli præfuerunt 40. annos, vt patet

Obiectio. Sacerdotium poſt octoginta annos à poſteris Heli, ſublatũ fuit. Lyran. Abul.

Act.13.num.22. & Dauid poſt Saulem, alios 40. vt A patet 3.Reg.2.n.11. Hæc autem tranſlatio facta eſt poſt Dauidis mortem, regnante iam Salomone: ergo 80. poſt annis. Quo pacto igitur dicitur hoc loco venire dies, ſeu inſtare tempus punitionis, cùm potiùs adhuc tardare, & in longius differri videatur?

Prima ſolutio. Humana vitæ breuitas.

2. Reſpondeo primò, quia huius vitæ tempus adeò breue eſt, vt quidquid in eo contingit, licèt in fine mundi contingat, iam nunc dici poſſit, citò, ac celeriter euenturum. Vnde Chriſtus Dominus reuelans Ioanni ſuum ſecundum aduentum ad finem mundi futurum, *Ecce*, inquit, *venio velociter. Ecce venio citò*. Apoc.22.n.7.& 12. Ac ſi non longè abſit, quod in fine mundi futurum ſit. Secundò, quia Dominus lentè admodùm punire ſolet. Vnde cùm ad primos parentes puniendos exiuit, dicitur intraſſe paradiſum in morem deambulantis, *ad auram poſt meridiem*, Geneſ.3.num.8. Vbi nota, deambulaſſe lento gradu, non volaſſe præcipiti curſu. Deinde *poſt meridiem*, ſeu ad veſperam, iam ſerò: non mane, non diluculo. Tandem ad auram, ſeu vt Theodotio transfert, *Contra ventum refrigerantem*, cùm vt venti reflantis violentia eius impetum quodammodo retardaret: tum etiam vt conceptum iuſtiſſimæ iræ æſtum lenis, ac refrigerans aura aliqua ex parte conſopiret. Cùm igitur Deus adeò inuitus puniat, quaſcunque moras interponat, alas ſibi putat induiſſe: & cùm in longum tem- C pus ſupplicia differat, feſtinare ſibi videtur, & properare. Tertiò magis ad literam, quia in hoc numero non ſolùm eſt ſermo de ſacerdotio erepto è familia Heli: quod contigit poſt octoginta annos, de quo ſequenti num. dicetur, ſed de ſacerdotio erepto ipſi ſacerdoti Heli, eiuſque filiis: quod contigit multò poſt; patre nimirum, ac filiis interfectis, vt ex cap. 4. patebit. Quorum ſuppliciorum tempus dici poterat propriè iam inſtare, iam impendere.

Secunda ſolutio. Deus ad puniendum tardus.

Theod.

Tertia ſolutio ad literã. Sacerdotium non multò pòſt, Heli, & filiis ereptũ.

3. *Et præcidam brachium tuum*, &c. Quid eſt hoc loco *brachium*? Prima interpretatio ex Auct.quæſt. Hebr. eſt eſſe Arcam fœderis. Dici verò potuit Arca brachium: quia ſicut brachium ſæpè in Scri- D ptura ſignificat fortitudinem, Exod. 6.n.6 Deuter. 33.n.20. 3.Reg.8.n.41. Iob.40 n.4. Eccl.36.num.7. Iſai.33. num.2. Ierem.21.n.5.& in Pſalmis frequentiſſimè, paſſimque alibi; ita Arca fœderis fortitudo, & munimentum illius populi cenſebatur. Vnde Dauid, 2.Paral.6.n.41. *Conſurge*, inquit, *Domine Deus in requiem tuam: tu, & arca fortitudinis tuæ*. Vbi Lyran. Dicitur, inquit, hîc arca fortitudinis diuinæ; quia fortitudo Dei apparuit per ipſam in Iordanis ſiccatione, Ioſ.3. & in Iericho deſtructione, Ioſ. 6. & in Philiſtinorum percuſſione. 1.Reg. 5. Rursùs idem Dauid: *Sic in ſancto*, inquit, *apparui tibi, vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam*, Pſalm.62.num.3. ſeu, vt D.Hier. ex Hebræo legit: *Vt viderem fortitudinem tuam*, hoc eſt, Arcam, vt Lorin. cum aliis, quos citat, interpretatur, hæc enim erat Hebrææ gentis fortitudo; quæ illam inuictam ab hoſtibus, & victricem de hoſtibus reddebat.

Brachium quid hic ſignificet. Brachium in ſcriptur. fortitudinem ſignificat. Auct q. Heb. Prima expoſitio pro arca fœderis.

D.Hier. Lorin. *Arca fœderis Hebræorum fortitudo.*

4. Iuxta hunc ſenſum. *Præcidam*, inquit Deus, *brachium tuum, & brachium domus patris tui*. hoc eſt, Permittam, vt arca fœderis, in qua tu, & gentiles tui, non quidem humiliter, vt par erat, ſed inſolenter confiditis, vobis eripiatur, & à Philiſtæis in bello capta, ad externas gentes exportetur. Quod infrà ad caput 4. impletum eſt. De qua re Dauid, *Tradidit*, inquit, *in captiuitatem virtutem eorum*: (ſeu, vt eſt in Hebræo, *fortitudinem eorum*,) *& pulchritudinem eorum in manu inimici*; Pſal.77.n.61. Vbi D.Aug. Theod. Euthym. Hug.Card. & alij, do- A cent ſermonem eſſe de Arca à Philiſtæis capta; quæ & fortitudo, & pulchritudo illius populi dicebatur.

Arca captiuitatẽ Deus minitatur.

D.Aug. Theod. Euthym. Hug.Card.

5. Secunda interpretatio ex Caiet. Abulen & aliis, eſt, *brachium* hoc loco eſſe filios Heli, & poſteros illius familiæ. Hoc habet fundamentum in Chald. Paraphr. qui ita transfert: *Extirpabo fortitudinem ſeminis tui, & fortitudinem ſeminis domus patris tui*. Vnde Septuag. vertunt: *Diſpergam, ſeu exterminabo ſemen tuum, & ſemen domus patris tui*. Quos D. Aug. lib 17. ciu. c.5. Theod. q.10. Iulianus Pomerius lib. 1. contra Iudæos, & alij ſimiliter transferentes imitantur. Qui omnes ex Hebræo occaſionem deſumere potuerunt, vbi eſt vocabulum זרע, B quod aliter, atque aliter interpunctum, nunc *ſemen*, nunc *brachium* ſignificat: nam זרע *zerach* per ſegol, & patach, ſignificat *ſemen*, à radice זרע *zarach*, quod eſt *ſerere*; at verò זרוע *zeroah* per ſceua, cholem, & patach, ſignificat *brachium*. Vtrouis autem modo legas, rectè filios interpreteris: per ſemen quidem, magis propriè; per brachium autem figuratè: nam *brachium*, vt diximus, in Scriptura fortitudinem ſignificat; filij verò non ſolùm primogeniti, ſed etiam deinceps geniti, robur, & fortitudo patris dici ſolent; iuxta illud Iacobi ad Ruben: *Tu principium doloris mei*, Gen.49.n.3. Hebraicè: *Tu principium fortitudinis meæ*. Græcè: *Tu principium filiorum meorum*. Et illud legiſlatoris ad populum loquentis C de primogenito: *Iſte eſt*, inquit, *principium liberorum eius*, Deut.21.n.17. ſeu, vt eſt in Hebræo: *Iſte eſt principium fortitudinis eius*. Vbi vides filios patris fortitudinem appellari: tum quia patris vim generatiuam indicant: tum quia patris ſeneſcentis infirmitatem ſuſtentant: tum quia patris demortui memoriam, tanquam firma quædam monumenta conſeruant; vt ibi interpretes aduertunt.

Secunda brachij expoſitio pro filiis Heli.

Caiet. Abu. Chald. D.Aug. Theod. Iulian. Pomer.

Filij parentũ brachium, & fortitudo.

6. Iuxta hunc ſenſum: *Præcidam*, inquit Deus, *brachium tuum, & brachium domus patris tui*. hoc eſt, Et tuos filios qui ſunt brachium & fortitudo tua, & te ipſum, qui es brachium, ſeu fortitudo patris tui, interficiam. Quod impletum eſt c. 4. cùm & filij Heli in prælio, & ipſe Heli prælij nuntio D perierunt. Neque ſolùm in his, ſed etiam in eorum poſteris diuina comminatio ſuum effectum ſortita eſt, cùm ex imperio Saulis octogintaquinque ſacerdotes, de familia Heli interfecti ſunt, 1. Reg. 22.n.18. Ad quos alluſit Dauid Pſal.77.num.64. dicens: *Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt*. Vt ibi D. Auguſt. aliique interpretes iam citati obſeruarunt. Quamuis Bachiarius in epiſt. ad Ianuarium, horum ſacerdotum non tam ſupplicium, quàm martyrium fuiſſe dicat. Vt oſtendat peccatores, ſi prius ad pœnitentiam ſe conferant, quàm ad pœnam efferantur, non vt reos puniri, ſed vt martyres coronari. *Nónne*, inquit, *omnis illa cognatio pro Dauide à Saule refertur occiſa? Et quid eſt hoc, niſi forma mar-* E *tyrij; vt quos graue peccati crimen inuoluerat, mors pro Chriſto illata liberaret*.

Filiorũ Heli interitus à Deo prædicitur.

Poſteri Heli, etiam à Saule occidũtur.

D.Aug. Bachiar. *Peccatoris dignum ſupplicium, ſi prius ad pœnitentiam ſe conferat, martyrium.*

7. Tertia interpretatio ex eodem auctore quæſt. Hebraic. Rupert. Lyran. Abulenſ. & aliis, eſt, brachij nomine intelligi hoc loco dignitatem ſacerdotalem, metonymicè à ſigno. Cùm enim in hoſtiis pacificis armus dexter, ſeu brachium dextrum victimæ, cedat ſacerdoti Leu.7 n.32. inde factum eſt, vt brachij nomine dignitas ſacerdotalis intelligatur. Vnde eſt illud contra iniquos ſacerdotes; *Ecce ego proiiciam vobis brachium*, Malach.2 n.3. hoc eſt, brachium, ſiue ſacerdotium vobis auferam. Vbi videtur Deus non ſolùm ablationem armi dextri vnde ſuſtentabantur: ſed etiam ablationem totius ſacerdotij, vnde gloriabantur, iniquis ſacerdotibus, minitari, vt ſuperiori num. dictum eſt. Eandem digni-

Tertia brachij expoſitio pro dignitate ſacerdotali.

Bachiar. Auct q.Heb. Rupert. Lyran. Abul. *Brachium, ſeu armus dexter victimæ ſacerdoti cedebat.*

tatem

tatem brachij nomine ſignificari colligitur ex illo diuino oraculo: *Brachia mea*, inquit, *populos iudicabunt*, Iſai.51.n.5. hoc eſt, Sacerdotes, & principes Eccleſiaſtici, interprete Lyran. qui in corpore Eccleſiæ, vbi Chriſtus caput eſt, locum obtinent brachiorum in extremo iudicio ſedebunt *ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſrael*.

Lyran.

8. Iuxta hunc ſenſum. *Præcidam*, inquit Deus, *Brachium tuum, & brachium domus patris tui*; hoc eſt, & a te, & à tua familia auferam ſummum ſacerdotium. Quamuis enim brachium iuxta rationem traditam non ſolùm ſummum ſacerdotium, ſed etiam inferius ſignificet; tamen hoc loco ad ſummum ſignificandum ex adiunctis determinatur: nam inferiùs adhuc in familia Heli perſeuerauit; iuxta illud quod ſequitur: *Verumtamen non auferam penitus virum ex te ab altari meo*. Hunc ſenſum elicit D. Hieron. ex illis verbis Eliu: *Conteret multos, & innumerabiles: & ſtare faciet alios pro eis*, Iob. 34.n.24. Hanc enim comminatoriam ſententiam illuſtrat exemplis de Heli & Samuele, de Saule, & Dauide; de Iudæorum populo, & Gentium: quorum alios de ſua dignitate deiecit, alios eis ſucceſſuros excitauit. Sed & Rupert. lib.1. in Ierem.c.1. ex his verbis agnuſcit ſacerdotium vetus à domo Heli in Chriſti Eccleſiam transferendum. *Dictum eſt*, inquit, *ad Heli ſacerdotem in typum ruinoſi ſacerdotis Iudæorum, cui ſucceſſurum erat fidele Chriſti & Eccleſiæ ſacerdotium*, &c. Itaque germanus huius loci ſenſus eſt, vt ſacerdotium iniquo ſacerdoti auferendum ſignificetur.

Summum ſacerdotium ab Heli auferendum ſignificatur.

Inferius ſacerdotium in familia Heli perſeuerauit.

D.Hier.

Rupert.

Sacerdotiũ à ſynagoga ad Chriſti Eccleſiam trãſferendũ præfiguratur.

9. Sed non ſine myſterio ſignificatur ſacerdotium auferendum ſub metaphora brachij negligenti, & indulgenti prælato amputandi, vt egregiè notauit D.Petr.Damian.lib.1.epiſt.6. *Præcidam*, inquit, *brachium tuum. Ac ſi apertè dicat: Quia ego per paſtoralis officij dignitatem contra inimicos meos brachium tibi fortitudinis contuli; tu verò ad eorum vltionem illud exercere noluiſti; iam brachium à te præcidam, id eſt, vigorem ſacerdotalis tibi culminis auferam: vt qui manceps fueras ad pugnandum pro me; iam nec manum habeas ad tuendum te*. Sic ille eleganter. Solet enim Deus ibi pœnam infligere, vnde culpa proceſſit. Iuxta illud Sap.11.num.17. *Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur*. Vnde plaga illa lethalis, quam Deus inflixit Ozæ, quod arcam Domini propriis humeris non portaſſet, 2.Reg 6.n.7. dicitur ab humeris incœpiſſe iuxta Interlin. *Super humeros*, inquit, *eſt percuſſus, quibus ſecundum legem arcam ferre debuit*. Quod videtur deſumpſiſſe ex D. Hier. in qu. Hebr. ſuper Paral. vbi S. Doctor, *Traditur*, inquit, *quòd aruiſſet brachium eius, & humerus, vbi arca Domini portanda erat*. Quam Rupert. iiſdem quoque verbis expreſſit. Sed relatu digniſſimum eſt, & ad hanc rem illuſtrandam, quàm aptiſſimum exemplum illud, quod narrat D.Petr.Damian. lib.6.epiſt.1. fabrum quendam artis malleatoriæ peritiſſimum, ſtudioſiſſimumque fabricandi, non quidem alia ferramenta ad humanæ vitæ vſum neceſſaria, ſed iacula, & ſpicula infligendis apta vulneribus, & cædibus bellatorum, quibus iam multi in certamine corruiſſent; mirabiliter à Deo vulneratum. Nam cùm à lecto ſurgeret, *Dignum*, inquit, *ſtupore miraculum! totum cum armo brachium in lecto dereliquit: atque, vt rem audias inauditam, nullam tunc doloris moleſtiam ſenſit, ſed ſic ſua, tanquam aliena miratus, & ſe repente debilem reperit, & conuulſum à ſe brachium eminus iacere conſpexit. Iuſto nimirum Dei iudicio factum eſt, vt repente brachium perderet, quo videlicet repentinæ mortis miniſtra tela crudeliter fabricaſſet: & vbi vulnus non pertulit, ibi ſe vulneratum inuenit: qui ſæpe quam plurimos perferalis artis ingenium improuiſo vulnere ſau-*

Brachium, id eſt, ſacerdotium negligenti, & deſidi prælato, meritò aufertur.

D.P.Dam.

Ibi pœnam Deus infligit, vbi culpa præceſſit.

Interlin.

D.Hier.

Rupert.

Notabile cuiuſdam fabri malleatoriæ artis ſupplicium.

D.P.Dam.

ciauit. Sed de hac re plura iam diximus hoc cap. num.5. à §.5.

10. Tres prædictæ interpretationes omnes concordes ſunt, & textui congruentes. Quamuis tertia mihi propior ad literam accedere videatur. Vt ſicut ille vir Dei exprobrauerat Heli collationem ſummi ſacerdotij, ita eiuſdem ablationem minatetur. Sed cur non eſt comminatus ablationem iudiciariæ poteſtatis, cùm re vera & hæc ablata fuerit à domo Heli, imò citiùs quàm ſummũ ſacerdotium: nam hoc adhuc perſeuerauit in aliquibus poſteris Heli vſque ad regnum Salomonis; illa verò ſtatim tranſlata eſt ad Samuelem? Reſpondeo ex doctrina Abulenſ ad cap.4.huius libr q.19. Quoniam poteſtas iudiciaria non erat ad certam tribum, aut familiam Iſraël determinata: ſed ad plura populi ſuffragia nunc his, nunc illis tribuebatur, vt ex lib. Iudic. conſtat. Vnde poſſet illa priuari Heli, quin proptereà vlla pœna affici cenſeretur, vt videre eſt in magiſtratibus temporariis, qui exacto tempore à munere abdicantur; quia nullo iure gaudebant ad illud diutius obtinendum: at verò ſummum ſacerdotium ſaltem ex diuino priuilegio, poſitum erat in familia Heli, quæ proinde habebat ius ad illud, quo iure ſine maxima pœna non poterat defraudari. Hoc igitur loco illius tantùm rei fit comminatio, quæ rationem pœnæ ſortitur.

Tertia expoſitio præfertur.

Cur ablationem iudiciariæ poteſtatis Deus non minitetur.

Abul.

11. *Vt non ſit ſenex*, &c. Vatabl. & Caietan. de ſene ſecundùm ætatem interpretantur; Auct. verò qu. Hebr. D.Aug lib.17.ciu.c.5. D.Greg. D.Iſid. Rupert. Angelom. Lyr. & alij de ſene ſecundùm dignitatem ſacerdotalem. Abul. de vtroque. Senex enim ſecundum ætatem ablatus eſt, & cum filij Heli adhuc iuuenes à Philiſtæis occiſi ſunt, c.4.n.11. & cum octoginta quinque alij, de domo Heli à Saule ſunt interfecti 1.Reg.22.n.18 ſenex autem ſecundùm dignitatem ſacerdotalem ablatus eſt, non ſolùm cum Heli, & filij eius, ac prædicti ſacerdotes occubuerunt: ſed etiam cum ſummum ſacerdotium de domo Heli ad domum Eleazari tempore Salomonis reuocatum eſt, vt ſequenti numero dicemus.

Vatabl. Caiet. Auct. q.Heb. D.Auguſt. D.Greg. D.Iſid. Rupert. Angelom. Lyran. Abul.

Senex ne ſecundùm ætatem, an ſecundùm dignitatem hoc loco ſit intelligendus.

12. Vtrouis modo intelligas, grauiſſima pœna eſt. Priori quidem, quoniam nihil acerbius; quàm iuuenes antequam ad ſenectutem perueniant, morte præripi immatura. Vnde eſt illud: *O mors, quàm amara eſt memoria tua, homini pacem habenti in ſubſtantiis, viro quieto, & cuius viæ directæ ſunt in omnibus, & adhuc valenti accipere cibum!* Eccleſiaſtici 41.n.1. Valenti accipere cibum, id eſt, iuueni: nam cùm non ſolùm mors, ſed etiam mortis memoria omnibus acerba ſit; certè diuitibus, felicibus ac iuuenibus eſſe ſolet acerbiſſima. Hinc illa fuit lamentatio Regis Ezechiæ ſub trigeſimumnonum vitæ ſuæ annum morti appropinquantis: *Ego dixi, in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi*, &c. Iſai.38.n.10. Seu, vt habent Septuaginta, *In excelſo dierum meorum*; quoniam dum erat in iuuenali ætate, ſibi videbatur eſſe, non ſolùm in quadam felici ſtatione, in qua rebus omnibus ſibi ad voluptatem fluentibus abundaret: ſed etiam in quadam ſublimi ſpecula, ex qua longam futurorum annorum ſeriem proſpiceret; eamque totam inoffenſo pede ſibi decurrendam auguraretur, de qua ſpe decidere moleſtiſſimum iudicabat. Hanc pœnam Dauid tanquam acerbiſſimam deprecabatur. *Ne reuoces*, inquit, *me in dimidio dierum meorum*, Pſal.101.n.25. Quaſi durior, ac difficilior videretur illi mors in adoleſcentia, in qua feruent cupiditates, quàm in pueritia, in qua nondum vigent; aut in ſenectute, in qua iam penitus exoleſcunt.

Mors licèt omnibus, iuuenibus, tamen acerbiſſima.

13. Quare ſicut olim iuſtis longa vita tribuebatur, iuxta illud Pſ.32.n.10. *Conuertetur populus meus hic; & dies*

Longa olim vita magnũ

filiorum præmium

Vatabl. Pagnin.

Senectus vt bonorum omnium abundantia.

Procop.

Mors immatura, temporum ſupplicium.

& dies pleni inuenientur in eis. & illud Pſal. 90. n. 16. *Longitudine dierum replebo eum.* & illud Pſal. 91. n. 15. *Ad huc multiplicabuntur in ſenecta vberi.* & illud Iob. 5. n. 16. *Ingredieris in abundantia ſepulchrum* : ſeu, vt Vatabl. & Pagnin. ex Hebræo tráſferunt, *in ſenectute*; quæ eſt veluti quędam bonorum omnium abundantia: vnde ex illis tribus fratribus Moyſe, Aarone, & Maria, primo loco Maria, ſecundo Aaron, tertio Moyſes obierunt : ordine ſcilicet ſanctitatis, interprete Procopio : vt quò quis maiorem ſanctitatem colebat : eò longiorem vitam propagaret: quæ in lege veteri magni loco præmij dabatur; ita planè impiis mors immatura contigebat, iuxta illud: *Antequam dies eius impleantur, peribit, & manus eius areſcet*, Iob. 15. n. 32. & illud: *Qui ſublati ſunt ante tempus ſuum, & fluuius ſubuertit fundamentum eorum*, Iob. 22. n. 16. Vnde Dauid, *Viri*, inquit, *ſanguinum, & doloſi non dimidiabunt dies ſuos.* Pſal 54. n. 24. & eius filius Salomon, *Noli*, inquit, *eſſe ſtultus, ne moriaris in tempore non tuo*, Eccleſiaſtes 7. num. 18. hoc eſt, ne citius quàm alioqui moriturus fuiſſes, moriaris.

14. *Lorin. D. Bern. Notabile hac in re exemplum.*

Ad quam rem illuſtrandam aptiſſimum eſt illud exemplum, quod Lorin. hoc loco refert ex D. Bernardino tom. 2. ſerm. 17. in ſecundam Dominicam Quadrag. art 3. c. 1. Quamuis in editione Veneta, quam conſului, habeatur in tom. 4. ſer. 12. in 2. Dominicam Quadrag part. 3. ad finem, in Catalonia iuuenem quendam natum annos viginti duos, parentis monitionibus rebellem, tandem ob commiſſa latrocinia ad capitale ſupplicium damnatum; ſed ſuſpenſum è patibulo, qui erat imberbis, ſubitò barba, & capite non minùs, quàm ſenem nonagenarium incanuiſſe: editúmque ab vrbis Epiſcopo, eum ſi parenti obtemperaſſet, & à latrocinijs abſtinuiſſet, ad nonageſimum ætatis annum fuiſſe peruenturum. Vides, vt malefacta vitę telam præſcindant, & antequam ad ſenectutem perueniatur, iuuentutis fila interrumpant. Rectè igitur Philoſophus Seneca lib. 6. de breuitate vitæ, c. 1. *Non accepimus*, inquit, *breuem vitam, ſed facimus; non inopes temporis, ſed prodigi ſumus.* Quare propter ſcelera filiorum Heli tollitur de eius familia ſenex ſecundum ætatem.

Senec.

15. *Senex ſecundum ætatem hoc in loco auferendus ſignificatur. Septuag.*

Si poſteriori modo ſenex ſumatur; non minùs grauis eſt pœna, vt ſequenti numero dicam: in quo eadem verba repetuntur. Vt propterea videantur hæc verba, nunc in vno ſenſu, poſteà in altero, & à viro Dei prolata, & à nobis explicanda. Quod fortaſſe Septuaginta non obſcurè ſignificarunt. Nam priori loco transferunt : *Non erit ſenex in domo tua*: in poſteriori: *Non erit ſenex in domo mea omnibus diebus.* Vbi diſtinguunt hos ſenes, & ſecundùm domos, & ſecundùm tempora : ſecundùm domos quidem, quoniam altera dicitur ipſius hominis; altera ipſius Dei : & in illa ſignificatur defuturus ſenex ſecundùm ætatem in hac ſecundùm dignitatem ſacerdotalem. Secundùm tempora verò; quoniam priori loco non dicitur ſenex defuturus omnibus diebus: in poſteriori verò maximè. Quoniam ſenex ſecundùm ætatem non oportebat vt ſemper deeſſet in domo Heli : ſenex autem ſecundùm dignitatem ſacerdotalem ſemper defuturus erat.

Num 32 Et videbis æmulum tuum in templo, in vniuerſis proſperis Iſrael : & non erit ſenex in domo tua, omnibus diebus.

EXPOSITIO LITERÆ.

1. *Tame huius numeri lectiones.*

ET *videbis æmulum tuum*, &c. Hoc eſt, videbis in templum alium ſummum ſacerdotem, qui te à tua dignitate excludat. Qui proinde erit tibi *æmulus*, ſeu aduerſarius, ex cuius aſpectu ad æmulationem, ſeu inuidiam prouoceris : ſeu, *anguſtiator*, vt eſt in Hebræo צר *tſar*; quo viſo maximas ad anguſtias redigaris : ſeu *tribulator*, vt colligitur ex Symmacho, qui vertit, ὄψῃ θλίψιν, id eſt, *Aſpicies tribulationem*; à quo non minùs opprimaris, quàm frumenta tribulis conteruntur. Verùm Septuagint. In Biblijs Regiis, & Complutenſibus vertunt, *Aſpiciet*, κραταίωμα ναῶν; hoc eſt, *firmamentum templorum.* Quod mihi videtur cum quadam exprobratione dictum; quaſi diceret, ſiquidem tu tuis filijs non conſulendo, diuinum cultum, ſacras ceremonias, ac denique ipſum Dei templum quodammodo deſtruxiſti : alium videbis ſummum ſacerdotem, qui collapſa reſtituet, integret, & inſtauret: ac denique ſacerdotio pene nutanti adhibeat firmamentum.

Symm.

Septuag.

2. *Theod.*

Nihilominùs Theod. vertit *firmamentum*, non quidem ναῶν, id eſt, *templorum*, ſed ὤν, quod eſt participium Græcum, quaſi dicas Latinè, *ens.* Cuius tranſlationis occaſio eſſe potuit, quoniam dictiones tam Græca, quàm Hebræa, quæ hoc loco pro templo, ſeu tabernaculo ponuntur, deſinunt in ὤν: Græca quidem ναῶν, id eſt, *templorum*; Hebræa מעון *maghon*, id eſt, *tabernaculi*; vnde priori ſyllaba præciſa, poſteriorique retenta, tranſlatum eſt, *firmamentum ὤν.* Senſus verò hic eſt nam ὤν, ſignificat id, quod verè ac propriè eſt; inde pro ipſo Deo frequentèr vſurpatur. Quare κραταίωμα ὤν, id eſt, firmamentum propriè, ac verè ens, ſeu exiſtens, ſeu ſubſiſtens, ſignificat, interprete Theod. ſacerdotium ſecundùm ordinem Melchiſedech, quod eſt firmiſſimum, & immobile, vt vocat Apoſtolus Hebr. 12. num. 28. ſeu ipſum Chriſtum Dominum *Pontificem magnum, qui penetrauit cælos*, Hebr. 4. n. 14. Qui ſolus eſt id quod eſt, & per excellentiam dici poteſt firmamentum, non ſolùm vt Deus, *Dominus firmamentum meum, & refugium meum*, Pſalm. 17. n. 3. ſed etiam vt ſacerdos & ſacrificium, *Erit firmamentum in terra in ſummis montium*, Pſal. 71. n. 16. ſeu vt aliqui Rabbinorum transferunt, *Erit placenta in capitibus ſacerdotum.* Quibus verbis ſacrificium Euchariſticum non obſcurè indicatur. Iuxta quem ſenſum prædicitur vetus ſacerdotium Aaronis, per nouum Chriſti Domini excludendum.

Vetus ſacerdotium per nouũ Chriſti excludendũ.

Theod. Chriſtus Eccleſiæ firmamentum.

S. Euchariſtia firmamentum.

3. *Theod. Non Heli in propria perſona, ſed in Abiathar, æmulum in ſacerdotio viſurus.*

Sed hæc in ſenſu myſtico, vt ipſemet Theod. fatetur. Literalis vt aperiatur, explicandum eſt, Quiſnam ſit hoc loco hic ſacerdos viſurus, & quis ille videndus? Viſurus in primis eſſe non poteſt Heli in perſona propria: nam ipſe in ſummo ſacerdotio vſque ad mortem perſeuerauit, neque alium, à quo excluderetur, aſpexit, vt Scripturam ſcienti notum eſt. Fuit igitur Heli in perſona aliena: nempè in aliquo ex eius poſteris. Nam pater viuere, & videre in filijs cenſetur, iuxta illud : *Mortuus eſt pater eius, & quaſi non eſt mortuus; ſimilem enim reliquit ſibi poſt ſe.* Eccleſiaſtici 30. num. 4. Quod fortaſsè Septuaginta exprimere voluerunt transferentes non in ſecunda perſona, *Et videbis æmulum tuum*; ſed in tertia, *Et aſpiciet*, &c. ſcilicet non tu Heli; ſed aliquis ex tuis poſteris, ſeu filijs. Hic autem filius fuit Abiathar.

Septuag.

4. *Summorum ſacerdotum Hebræorum ſeries.*

Quod vt intelligas, altius retexenda eſt ſummorum ſeries Sacerdorum, ex 1. Paralip. 6. à num. 3. Omnium primus fuit Aaron. Secundus eius filius Eleazar. Tertius eius filius Phinees. Quartus eius filius Abiſue. Quintus eius filius Bocci. Sextus eius filius Ozi. Hinc à familia Eleazari primogeniti ad familiam Ithamari fratris eius natu minoris, ſummum ſacerdotium translatum eſt, vt refert Ioſephus lib. 5. antiquit. cap. vltim. Quamuis Abulenſ.

Ioſeph. Abul.

q.30. adhuc alios duos ex eadem familia Eleazari, nempe Zaraiam, filium Ozi, & Maraioth filium Zaraiæ ſummum ſacerdotium obeuntes interponat. Tranſlationis cauſa quamuis in Scriptura non exprimatur illa fuit, quam ex antiquis Hebræis referont interpretes. Quòd ſcilicet poſteri Eleazari ab auita ſanctitate deciderint, & in ſuo munere exercendo dormitauerint. Igitur in familia Ithamari primus, & in ordine, ſeptimus ſummum ſacerdotium obtinuit Heli. Octauus Achitob nepos Heli, ex filio eius Phinee, qui ſummos ſacerdos eſſe non potuit, quod fuerit ante mortem Heli à Philiſtæis interfectus. Nonus eius filius Achimelech, quem Saül cum aliis octogintaquinque ſacerdotibus occidi iuſſit, 1. Reg. 22. n. 18. Quod Dauidi partes propoſitionis, & gladium Goliæ tribuerit, ac proinde hoſtis ſui partibus fauere viſus fuerit, 1. Reg. 21. numero 6. & 9. In qua cæde impleta eſt comminatio facta Heli, cùm præcedenti, & præſenti numero dicuntur ſenes ab eius familia abripiendi, & cùm additur numero ſequenti, magna pars, domus eius morietura, cum ad virilem ætatem venerit. Decimus fuit Abiathar filius Achimeleeb, qui ab ea cæde euadens, & confugiens ad Dauidem, parentis loco à Saule occiſi, ſummo ſacerdotio fungebatur. De hoc igitur interpretandus eſt hic locus, ita vt in perſona illius dicatur Heli ſuum æmulum viſurus. Neque enim nouum eſt in Scriptura, vt id, quod de vno dicitur, in alterio impleatur. Nam benedictio data Iacobo, Geneſ. 27. numero 29. *Eſto Dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ*, non in ipſo Iacobo impleta eſt, ſed in Dauide, & Salomone filiis Iacobi, quibus Idumæi filij Eſau ſeruierunt: vt ibi Lyran. obſeruat. Et ſic de multis aliis.

Cur ſacerdotium ex familia Eleazari ad Ithamari tranſlatum.

Id, quod de vno in Scriptura dicitur, in eius poſteris ſæpè impletur.

Lyran.

At quis fuit æmulus videndus? Reſpondeo fuiſſe Sadoc ex familia Eleazari, & quintum nepotem ab Ozi, quem ſupra in ſexto loco ſummorum ſacerdotum numeraui. Nam Abiathar conſtitutus à Dauide ſummus ſacerdos, 1. Reg. 23. 0. 6. & 9 vidit in templo Sadoc à Saule in odium priorum ſacerdotum de familia Ithamari, quos interfecerat, ſummo ſacerdotio donatum. Vnde mortuo Saule, regnantéque Dauide, hi duo Abiathar, & Sadoc ſummum ſacerdotium obtinebant, vt colligitur ex 2. Reg. 15. n. 35. & 1. Paral. 24 n. 3. Atque adeò Abiathar videns Sadoc æmulum ſuum in voiuerſis proſperis Iſraël, hoc eſt, ſecum participem omnium honorum, ac bonorum, quæ in feliciſſimo regno Salomonis propter multitudinem ſacrificiorum ſacerdotibus contingebant; maximè angebatur. Vnde meritò dici potuit Sadoc non ſolum æmulus, vt eſt in Vulgato, ſed etiam aduerſarius, inimicus, anguſtiator, tribulator, vt alij atque alij, ex Hebræo tranſtulerunt. Perſeuerarunt autem in templo hi duo ſummi Sacerdotes quouſque Salomon regno potitus, Abiathar Adoniæ partibus fauentem à ſacerdotio excluſit, & ſolum Sadoc in ſacerdotio conſeruauit. *Eiecit ergo*, inquit textus, *Salomon Abiathar, vt non eſſet ſacerdos Domini, vt impleretur ſermo Domini, quem loquutus eſt ſuper domum Heli in Silo*, 3. Reg. 2. num. 27.

5. *Sadoc fuit hic æmulus in ſacerdotio videndus.*

Abiathar, & Sadoc ſimul ſacerdotium ſummum obtinuere.

Abiathar à ſacerdotio per Salomonem excluditur.

Ex hoc loco probat Abulenſ. à nobis cap. 1. n. 9. & cap. 2. n. 30. iam citatus ſacerdotem Heli non deſcendiſſe ab Aarone per Eleazarum primogenitum, ſed per Ithamarum natu minorem, proindéque non fuiſſe ſummum ſacerdotem, ex lege, ſed ex priuilegio. Probatio autem, quam in hunc locum elicitatis gratia reiici, eſt huiuſmodi, quia dum Abiathar ſpoliatur ſacerdotio, cenſetur ſpoliari & Heli: ſiquidem prophetia de expulſione huius in expulſione illius impletur, vt in loco Reg. proximè citato exprimitur; ergo vterque erat ex eadem familia: atqui Abiathar non erat de familia Eleazari, ſed de familia Ithamari, vt ex 1. Paral. 24. num. 3. & 6. conſtat; ergo de eadem familia erat & Heli. Itaque ſummum ſacerdotium à familia Eleazari ad familiam Ithamari ex diuina ordinatione tranſlatum; iterum ex eadem ordinatione diuina ad ſuam priorem familiam reuocatur. Vt palam fiat humanos honores facilè à Deo huc illuc transferri, niſi bonis moribus fulciantur; vt in vltima annot. illuſtrabo.

6. *Sacerdos Heli, non per Eleazarum, ſed per Ithamarum ex Aarone deſcendit.*

Ex dictis vna reſultat dubitatio; Qua inre duo ſimul ſacerdotes eſſe potuerunt, ſi hæc dignitas ad primogenitos Aaronis, ſeu natu maximos, qui plures eſſe non poterant, pertinebat; vt patet ex Leuitic. 21. num. 10. vbi dicitur ſummus ſacerdos eſſe *maximus inter fratres*? D. Auguſtin. q. 23. in Leuitic. non iure, ſed iniuria id factum putat, dum ambitioſa contentio ad vnum pontificatum plures ſimul ſtimulabat. *Ex contentione*, inquit, *res prouenisse videtur, vt poſtea fuerint plures ſummi ſacerdotes; quia contendentibus excellentioribus, litis finiendæ cauſa, pluribus honor ipſe tribuebatur.* Quaſi diceret, vnicum ſacerdotium plurium ambitio multiplicabat, quia dum nemo alteri cedebat, honor ex diuina lege voicus ad plures candidatos trahebatur. Et ſicut modò nemo ferè ſimplici ſacerdotio contentus eſt; ſed quilibet adſpirat ad optimum iuxta illud D. Bernard. epiſtol. 42. *Puerum*, inquit, *eſſe clericum erubeſcitur in Eccleſia, ſeque viles æſtimant, & ingloriis, quicumque eminentiori loco non fuerint ſublimati*; ita olim nemo fere ſiſtere volebat in ſimplici ſacerdotio, ſed omnes contendebant ad ſummum, & aliquando plures ſimul vi, aut dolo obtinebant. Quam doctrinam idem D. Auguſt. in Ioan. tract. 49 ad fin. & 113. iterum ad finem inculcat.

7. *Quo pacto duo ſummi ſacerdotes ſimul eſſe potuerunt. Prima ſententia per ambitionem & iniuriam id fieri.*

D Bern.

D Aug.

Hæc difficultas vt clarior explicetur, dicendum in primis eſt, ex lege diuina ordinaria vnom tantùm ſummum ſacerdotem eſſe potuiſſe. Ita exprimit Radulphus libr. 4. in Leuit. cap. 3. *Summos*, inquit, *Pontifices ſingulares eſſe debere lex ipſa decreuit.* Et latè probat Abulenſ. 2. Reg. 8. 9. & 15. Deducitúrque ex litera, tum quia ſummus ſacerdos dicitur, *Maximus inter fratres*, Leuitic. 21. num. 10. Qui non poterat eſſe niſi vnus, tum quia ſummo ſacerdoti demortuo filius ſuccedebat in munus, Leuitic. 6. num. 22. ac proinde ante eius mortem ſummus ſacerdos non erat: tum quia veſte Summi ſacerdotis non vtebatur filius niſi poſt mortem parentis, Exod. 29. num. 9. Et conſequenter ſummum ſacerdotium ſucceſſiuè tantùm multiplicabatur: tum quia diuerſa erat ſummi ſacerdotis, & aliorum inferiorum conſecratio, vt patet Leuitic. 8. numer. 7. atque adeò ille vnicus erat à cæteris diuerſus: tum denique ex ipſo nomine; quia ſummus & maximus excludit parem, quia ſacerdos qui maximus & ſummus dicebatur, ſimilem non habebat.

8. *Ex lege ordinaria Dei vnus tantum eſſe poterat ſacerdos ſummus.* Radulph. Abul.

Dicendum præterea poſt Moyſen, & Aaronem, nunquam fuiſſe ſimul duos ſummos ſacerdotes, niſi illos duos ſub Dauide, quorum meminimus, ſcilicet Abiathar, & Sadoc. Dico poſt Moyſen, & Aaronem; quia hos fuiſſe ſimul ſummos ſacerdotes, docet D. Auguſtin. citatus, & fuſius probat Geoebrard. in Pſalm. 98. numero 6. *Moyſes, & Aaron in ſacerdotibus eius.* Et ex pluribus iuribus confirmat Ioannes Capiſtranus tractat. de aucto ritate Papæ, p. 1. & 2. Et nos ſupra Annotat. 15. ſect. 3. §. 25. obiter aduertimus Excipio Abiathar, & Sadoc, qui locis ſuprà citatis, 2. Reg. 15. num.

9. *Poſt Moyſen & Aaronem, nunquam ſimul duo ſummi ſacerdotes fuerunt præter Abiathar & Sadoc.* D. Aug. Genebr. Ioan. Capiſt.

filiorum præmium. *Vatabl.* *Pagnin.* *Senectus vo rum omnium abundantia.*

& dies pleni inuenientur in eis. & illud Pſal. 90. n. 16. *Longitudine dierum replebo eum.* & illud Pſal. 91. n. 15. *Ad huc multiplicabuntur in ſenectâ vberi.* & illud Iob. 5. n. 16. *Ingredieris in abundantia ſepulchrum* : ſeu, vt Vatabl. & Pagnin. ex Hebræo tráſferunt, *in ſenectute*; quæ eſt veluti quędam bonorum omnium abundantia : vnde ex illis tribus fratribus Moyſe, Aarone, & Maria, primo loco Maria, ſecundo Aaron, tertio Moyſes obierunt : ordine ſcilicet ſanctitatis, interprete Procopio : vt quò quis maiorem ſanctitatem colebat : eò longiorem vitam propagaret: quæ in lege veteri magni loco præmij dabatur; ita planè impiis mors immatura contingebat, iuxta illud: *Antequam dies eius impleantur, peribit, & manus eius areſcet*, Iob. 15. n. 32. & illud: *Qui ſublati ſunt ante tempus ſuum, & fluuius ſubuertit fundamentum eorum*, Iob. 22. n. 16. Vnde Dauid, *Viri*, inquit, *ſanguinum, & doloſi non dimidiabunt dies ſuos.* Pſal 54. n. 24. & eius filius Salomon, *Noli*, inquit, *eſſe ſtultus, ne moriaris in tempore non tuo*, Eccleſiaſtes 7. num. 18. hoc eſt, ne citius quàm alioqui moriturus fuiſſes, moriaris.

Procop. *Mors immatura, impiorum ſupplicium.*

14. *Lorin.* *D. Bern.* *Notabile hac in re exemplum.*

Ad quam rem illuſtrandam aptiſſimum eſt illud exemplum, quod Lorin. hoc loco refert ex D. Bernardino tom. 2. ſerm. 17. in ſecundam Dominicam Quadrag. art 3. c. 1. Quamuis in editione Veneta, quam conſului, habeatur in tom. 4. fer. 1 a. in 2. Dominicam Quadrag part. 3. ad finem, in Catalonia iuuenem quendam natum annos viginti duos, parentis monitionibus rebellem, tandem ob commiſſa latrocinia ad capitale ſupplicium damnatum; ſed ſuſpenſum è patibulo, qui erat imberbis, ſubitò barba, & capite non minùs, quàm ſenem nonagenarium incanuiſſe: editúmque ab vrbis Epiſcopo, cum ſi parenti obtemperaſſet, & à latrociniis abſtinuiſſet, ad nonageſimum ætatis annum fuiſſe peruenturum. Vides, vt malefacta vitę telam præſcindant, & antequam ad ſenectutem perueniatur, iuuentutis fila interrumpant. Rectè igitur Philoſophus Seneca lib. 6. de breuitate vitæ, c. 1. *Non accepimus*, inquit, *breuem vitam, ſed facimus ; non inopes temporis, ſed prodigi ſumus.* Quare propter ſcelera filiorum Heli tollitur de eius familia ſenex ſecundum ætatem.

Senec.

15. *Senex ſecundùm ætatem hoc in loco auferendus ſignificatur.* *Septuag.*

SI poſteriori modo ſenex ſumatur, non minùs grauis eſt pœna, vt ſequenti numero dicam: in quo eadem verba repetuntur. Vt propterea videantur hæc verba, nunc in vno ſenſu, poſteà in altero, & à viro Dei prolata, & à nobis explicanda. Quod fortaſſe Septuaginta non obſcurè ſignificarunt. Nam priori loco transferunt : *Non erit ſenex in domo tua:* in poſteriori: *Non erit ſenex in domo mea omnibus diebus.* Vbi diſtinguunt hos ſenes, & ſecundùm domos, & ſecundùm tempora : ſecundùm domos quidem, quoniam altera dicitur ipſius hominis; altera ipſius Dei : & in illa ſignificatur defuturus ſenex ſecundùm ætatem in hac ſecundùm dignitatem ſacerdotalem. Secundùm tempora verò; quoniam priori loco non dicitur ſenex defuturus omnibus diebus: in poſteriori verò maximè. Quoniam ſenex ſecundùm ætatem non oportebat vt ſemper deeſſet in domo Heli : ſenex autem ſecundùm dignitatem ſacerdotalem ſemper defuturus erat.

Num 32. Et videbis æmulum tuum in templo, in vniuerſis proſperis Iſraël : & non erit ſenex in domo tua, omnibus diebus.

EXPOSITIO LITERÆ.

1. *Vana huius numeri lectiones.*

ET *videbis æmulum tuum*, &c. Hoc eſt, videbis in templum alium ſummum ſacerdotem, qui te à tua dignitate excludat. Qui proinde erit tibi *æmulus*, ſeu aduerſarius, ex cuius aſpectu ad æmulationem, ſeu inuidiam prouoceris : ſeu, *anguſtiator*, vt eſt in Hebræo צר *tſar*; quo viſo maximas ad anguſtias redigaris : ſeu *tribulator*, vt colligitur ex Symmacho, qui vertit, ὄψει θλῖψιν, id eſt, *Aſpicies tribulationem* ; à quo non minùs opprimaris, quàm frumenta tribulis conteruntur. Verùm Septuagint. In Bibliis Regiis, & Complutenſibus vertunt, *Aſpicies*, κραταίωμα ναῶν ; hoc eſt, *firmamentum templorum.* Quod mihi videtur cum quadam exprobratione dictum ; quaſi diceret, ſiquidem tu tuis filiis non conſulendo, diuinum cultum, ſacras ceremonias, ac denique ipſum Dei templum quodammodo deſtruxiſti : alium videbis ſummum ſacerdotem, qui collapſa reſtituet, integret, & inſtauret: ac denique ſacerdotio per te nutanti adhibeat firmamentum.

Symm. *Septuag.*

2. *Theod.*

Nihilominùs Theod. vertit *firmamentum*, non quidem ναῶν, id eſt, *templorum*, ſed ὤν, quod eſt participium Græcum, quaſi dicas Latinè, *ens.* Cuius tranſlationis occaſio eſſe potuit, quoniam dictiones tam Græca, quàm Hebræa, quæ hoc loco pro templo, ſeu tabernaculo ponuntur, deſinunt in ὤν: Græca quidem ναῶν, id eſt, *templorum* ; Hebræa מעון *maghon*, id eſt, *tabernaculi* ; vnde priori ſyllaba præciſa, poſterioríque retenta, tranſlatum eſt, *firmamentum ὤν.* Senſus verò hic eſt nam ὤν, ſignificat id, quod verè ac propriè eſt ; inde pro ipſo Deo frequenter vſurpatur. Quare κραταίωμα ὤν, id eſt, firmamentum propriè, ac verè ens, ſeu exiſtens, ſeu ſubſiſtens, ſignificat, interprete Theod. ſacerdotium ſecundùm ordinem Melchiſedech, quod eſt firmiſſimum, & immobile, vt vocat Apoſtolus Hebr. 12. num. 28. ſeu ipſum Chriſtum Dominum *Pontificem magnum, qui penetrauit cælos*, Hebr. 4. n. 14. Qui ſolus eſt id quod eſt, & per excellentiam dici poteſt firmamentum, non ſolùm vt Deus, *Dominus firmamentum meum, & refugium meum*, Pſalm. 17. n. 3. ſed etiam vt ſacerdos & ſacrificium, *Erit firmamentum in terra in ſummis montium*, Pſal. 71. n. 16. ſeu vt aliqui Rabbinorum transferunt, *Erit placenta in capitibus ſacerdotum.* Quibus verbis ſacrificium Euchariſticum non obſcurè indicatur. Iuxta quem ſenſum prædicitur vetus ſacerdotium Aaronis, per nouum Chriſti Domini excludendum.

Verus ſacerdotium per nouū Chriſti excludendū. *Theod.* *Chriſtus Eccleſiæ firmamentum.* *S. Euchariſtia firmamentum.*

3. *Theod.* *Non Heli in propria perſona, ſed in Abiathar, æmulum in ſacerdotio viſurus.*

Sed hæc in ſenſu myſtico, vt ipſemet Theod. fatetur. Literalis vt aperiatur, explicandum eſt, Quiſnam ſit hoc loco hic ſacerdos viſurus, & quis ille videndus ? Viſurus in primis eſſe non poteſt Heli in perſona propria: nam ipſe in ſummo ſacerdotio vſque ad mortem perſeuerauit, neque alium, à quo excluderetur, aſpexit, vt Scripturam ſcienti notum eſt. Fuit igitur Heli in perſona aliena: nempè in aliquo ex eius poſteris. Nam pater viuere, & videre in filiis cenſetur, iuxta illud : *Mortuus eſt pater eius, & quaſi non eſt mortuus ; ſimilem enim reliquit ſibi poſt ſe.* Eccleſiaſtici 30. num. 4. Quod fortaſsè Septuaginta exprimere voluerunt transferentes non in ſecunda perſona, *Et videbis æmulum tuum* ; ſed in tertia, *Et aſpiciet*, &c. ſcilicet non tu Heli ; ſed aliquis ex tuis poſteris, ſeu filiis. Hic autem filius fuit Abiathar.

Septuag.

4. *Summorum ſacerdotum Hebræorum ſeries.*

Quod vt intelligas, altius retexenda eſt ſummorum ſeries Sacerdotum, ex 1. Paralip. 6. à num. 3. Omnium primus fuit Aaron. Secundus eius filius Eleazar. Tertius eius filius Phinees. Quartus eius filius Abiſue. Quintus eius filius Bocci. Sextus eius filius Ozi. Hinc à familia Eleazari primogeniti ad familiam Ithamari fratris eius natu minoris, ſummum ſacerdotium tranſlatum eſt, vt refert Ioſephus lib. 5, antiquit. cap. vltim. Quamuis Abulenſ.

Ioſeph. *Abul.*

q. 30.

q. 30. adhuc alios duos ex eadem familia Eleazari, A nempe Zaraiam, filium Ozi, & Maraioth filium Zaraiæ ſummum ſacerdotium obeuntes interponat. Tranſlationis cauſa quamuis in Scriptura non exprimatur illa fuit, quam ex antiquis Hebræis referunt interpretes. Quòd ſcilicet poſteri Eleazari ab auita ſanctitate deciderint, & in ſuo munere exercendo dormitauerint. Igitur in familia Ithamari primus, & in ordine, ſeptimus ſummum ſacerdotium obtinuit Heli. Octauus Achitob nepos Heli, ex filio eius Phinee, qui ſummus ſacerdos eſſe non potuit, quod fuerit ante mortem Heli à Philiſtæis interfectus. Nonus eius filius Achimelech, quem Saul cum aliis octogintaquinque ſacerdotibus occidi iuſſit, 1 Reg. 22. n. 18. Quod Dauidi B panes propoſitionis, & gladium Goliæ tribuerit, ac proinde hoſtis ſui partibus fauere viſus fuerit, 1. Reg. 21. numero 6. & 9. In qua cæde impleta eſt comminatio facta Heli, cùm præcedenti, & præſenti numero dicuntur ſenes ab eius familia abripiendi, & cùm additur numero ſequenti, magna pars, domus eius moritura, cum ad virilem ætatem venerit. Decimus fuit Abiathar filius Achimelech, qui ab ea cæde euadens, & confugiens ad Dauidem, parentis loco à Saule occiſi, ſummo ſacerdotio fungebatur. De hoc igitur interpretandus eſt hic locus, ita vt in perſona illius dicatur Heli ſuum æmulum viſurus. Neque enim nouum eſt C in Scriptura, vt id, quod de vno dicitur, in altero impleatur. Nam benedictio data Iacobo, Geneſ. 27. numero 29. *Eſto Dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ*, non in ipſo Iacobo impleta eſt, ſed in Dauide, & Salomone filiis Iacobi, quibus Idumæi filij Eſau ſeruierunt: vt ibi Lyran. obſeruat. Et ſic de multis aliis.

Cur ſacerdotium ex familia Eleazari ad Ithamari tranſlatum.

Id, quod de vno in Scriptura dicitur, in alteris poſteris ſæpè impletur.

Lyran.

5\.

Ar quis fuit æmulus videndus? Reſpondeo fuiſſe Sadoc ex familia Eleazari, & quintum nepotem ab Ozi, quem ſuprà in ſexto loco ſummorum ſacerdotum numeraui. Nam Abiathar conſtitutus à Dauide ſummus ſacerdos, 1. Reg. 23. n. 6. & 9 vidit in templo Sadoc à Saule in odium priorum ſacerdotum de familia Ithamari, quos interfecerat, ſum- D mo ſacerdotio donatum. Vnde mortuo Saule, regnantéque Dauide, hi duo Abiathar, & Sadoc ſummum ſacerdotium obtinebant, vt colligitur ex 2. Reg. 15. n. 35. & 1. Paral. 24 n. 3. Atque adeò Abiathar videns Sadoc æmulum ſuum in vniuerſis proſperis Iſraël, hoc eſt, ſecum participem omnium bonorum, ac honorum, quæ in feliciſſimo regno Salomonis propter multitudinem ſacrificiorum ſacerdotibus contingebant; maximè angebatur. Vnde meritò dici potuit Sadoc non ſolum æmulus, vt eſt in Vulgato, ſed etiam aduerſarius, inimicus, anguſtiator, tribulator, vt alij atque alij ex Hebræo tranſtulerunt. Perſeuerarunt autem in templo hi duo ſummi Sacerdotes quouſque Salomon regno E potitus, Abiathar Adoniæ partibus fauentem à ſacerdotio excluſit, & ſolum Sadoc in ſacerdotio conſeruauit. *Eiecit ergo*, inquit textus, *Salomon Abiathar, vt non eſſet ſacerdos Domini, vt impleretur ſermo Domini, quem loquutus eſt ſuper domum Heli in Silo*, 3. Reg. 2. num. 27.

Sadoc fuit hic æmulus in ſacerdotio videndus.

Abiathar, & Sadoc ſimul ſacerdotium ſummum obtinuere.

Abiathar à ſacerdotio per Salomonē excluditur.

6\.

Ex hoc loco probat Abulenſ. à nobis cap. 1. n. 9. & cap. 2. n. 30. iam citatus ſacerdotem Heli non deſcendiſſe ab Aarone per Eleazarum primogenitum, ſed per Ithamarum natu minorem, proindéque non fuiſſe ſummum ſacerdotem, ex lege, ſed ex priuilegio. Probatio autem, quam in hunc locum claritatis gratia reieci, eſt huiuſmodi, quia dum Abiathar ſpoliatur ſacerdotio, cenſetur ſpoliari & Heli: ſiquidem prophetia de expulſione huius A in expulſione illius impletur, vt in loco Reg. proximè citato exprimitur; ergo vterque erat ex eadem familia: atqui Abiathar non erat de familia Eleazari, ſed de familia Ithamari, vt ex 1. Paral. 24. num. 3. & 6. conſtat; ergo de eadem familia erat & Heli. Itaque ſummum ſacerdotium à familia Eleazari ad familiam Ithamari ex diuina ordinatione tranſlatum; iterum ex eadem ordinatione diuina ad ſuam priorem familiam reuocatur. Vt palam fiat humanos honores facilè à Deo huc illuc transferri, niſi bonis moribus fulciantur; vt in vltima annot. illuſtrabo.

Sacerdos Heli, non per Eleazarum, ſed per Ithamarum ex Aarone deſcendit.

7\.

Ex dictis vna reſultat dubitatio; Quo iure duo ſimul ſacerdotes eſſe potuerunt, ſi hæc dignitas ad B primogenitos Aaronis, ſeu natu maximos, qui plures eſſe non poterant, pertinebat; vt patet ex Leuitic. 21. num. 10. vbi dicitur ſummus ſacerdos eſſe *maximus inter fratres*? D. Auguſtin. q. 23. in Leuitic. non iure, ſed iniuria id factum putat, dum ambitioſa contentio ad vnum pontificatum plures ſimul ſtimulabat. *Ex contentione*, inquit, *res proueniſſe videtur, vt poſtea fuerint plures ſummi ſacerdotes; quia contendentibus excellentioribus, litis finiendæ cauſa, pluribus honor ipſe tribuebatur.* Quaſi diceret, vnicum ſacerdotium plurium ambitio multiplicabat, quia dum nemo alteri cedebat, honor ex diuina lege vnicus ad plures candidatos trahebatur. Et ſicut modò nemo ferè ſimplici ſacerdo- C tio contentus eſt; ſed quilibet adſpirat ad optimum iuxta illud D. Bernard. epiſtol. 42. *Purior*, inquit, *eſſe clericum erubeſcitur in Eccleſia, ſéque viles æſtimant, & inglorios, quicumque eminentiori loco non fuerint ſublimati*; ita olim nemo ferè ſiſtere volebat in ſimplici ſacerdotio, ſed omnes contendebant ad ſummum, & aliquando plures ſimul vi, aut dolo obtinebant. Quam doctrinam idem D. Auguſt. in Ioan. tract. 49 ad fin. & 123. iterum ad finem inculcat.

Quo pacto duo ſummi ſacerdotes ſimul eſſe potuerunt. Prima ſententia per ambitionem & contentionem id factū.

D Bern.

D Aug.

8\.

Hæc difficultas vt clarior explicetur, dicendum in primis eſt, ex lege diuina ordinaria vnum tantùm ſummum ſacerdotem eſſe potuiſſe. Ita exprimit Radulphus libr. 4. in Leuit. cap. 3. *Summos*, in- D quit, *Pontifices ſingulares eſſe debere lex ipſa decreuit.* Et latè probat Abulenſ. 2. Reg 8. 9. & 15. Deducitúrque ex litera, tum quia ſummus ſacerdos dicitur, *Maximus inter fratres*, Leuitic. 21. num. 10. Qui non poterat eſſe niſi vnus, tum quia ſummo ſacerdoti demortuo filius ſuccedebat in munus, Leuitic. 6. num. 22. ac proinde ante eius mortem ſummus ſacerdos non erat: tum quia veſte Summi ſacerdotis non vtebatur filius niſi poſt mortem parentis, Exod. 29 num. 9. Et conſequenter ſummum ſacerdotium ſucceſſiuè tantùm multiplicabatur: tum quia diuerſa erat ſummi ſacerdotis, & aliorum inferiorum conſecratio, vt patet Leuitic. 8. numer. 7. atque adeò ille vnicus erat à cæteris E diuerſus: tum denique ex ipſo nomine; quia ſummus & maximus excludit parem, quia ſacerdos qui maximus & ſummus dicebatur, ſimilem non habebat.

Ex lege ordinaria Dei vnus tantum eſſe poterat ſacerdos ſummus.

Radolph.

Abul.

9\.

Dicendum præterea poſt Moyſen, & Aaronem, nunquam fuiſſe ſimul duos ſummos ſacerdotes, niſi illos duos ſub Dauide, quorum meminimus, ſcilicet Abiathar, & Sadoc. Dico poſt Moyſen, & Aaronem; quia hos fuiſſe ſimul ſummos ſacerdotes, docet D. Auguſtin. citatus, & fuſiùs probat Genebrard. in Pſalm. 98. numero 6. *Moyſes, & Aaron in ſacerdotibus eius.* Et ex pluribus iuribus confirmat Ioannes Capiſtranus tractat. de auctoritate Papæ p. 1. & 2. Et nos ſupra Annotat. 15. ſect. 3. §. 25. obiter aduertimus Excipio Abiathar, & Sadoc, qui locis ſuprà citatis, 2. Reg. 15.

Poſt Moyſen & Aaronem, nunquam ſimul duo ſummi ſacerdotes fuerunt præter Abiathar & Sadoc

D. Aug.

Genebr.

Ioan. Cap.

num. 35. & 1. Paralipom. 24. num. 3. non obſcurè ſummi ſacerdotes ſignificantur. Aſſero nullo alio tempore duos ſimul ſummos ſacerdotes extitiſſe. Ita docet Abulenſ. proximè citatus. Carolus Sigonius lib. 5. de Republ. Hebræorum, cap. 2. Maldonat. Matth. 2. num. 4. Tolet. in cap. 18. Ioannis, annotat. 1. §. *Supereſt*. Pineda de rebus Salomonis lib. 5 cap. 13. §. 7. & alij. Probatur, quia Scriptura tam in veteri, quàm in nouo Teſtamento, ita loquitur de vno ſummo ſacerdote, vt alium non ſupponat. In veteri quidem, quia Numer. 35. num. 32. præcipit, ne homicida à ciuitate refugij in patriam reuertatur *ante mortem Pontificis*; non exprimens, cuius Pontificis, expreſſura profectò, ſi plures eſſent, vt maior reo ſecuritas redderetur. Deinde in nouo, quia Luc. 22. numero 54. docet, Iudæos comprehendentes IESVM, duxiſſe eum *ad domum Principis Sacerdotum*, non explicans cuiuſnam Principis: explicatura quidem, ſi plures eſſent, vt certior hiſtoriæ fides haberetur.

Abul. Car. Sigon. Maldon. Tolet. Pined.

10. *Obiectio.* Dices, vt plurimùm vnum tantùm Pontificem fuiſſe; & propterea Scripturam reſpicientem ad id, quod vt plurimùm contingebat, ita loquutam eſſe, vt plures non ſupponat; id verò non impedire, quominùs in aliquo euentu plures ſimul concurriſſe dicantur. Sed contra, eſt optimum argumentum negatiuum ad aſſertionem confirmandam; quia nullus apparet euentus, in quo plures concedere ſummos Pontifices conuincamur, vt patebit replicanti aliquos ex vtroque Teſtamento, qui in contrarium obijci poſſunt. Primus, quia Dauid venit ad Achimelech ſummum ſacerdotem, & accepit ab eo panes propoſitionis, 1. Reg. 21. à numero 1. Et Chriſtus Dominus eandem referens hiſtoriam, docet, Dauidem introiſſe in domum Dei ſub Abiathar principe ſacerdotum, Marc. 2. num. 26. Ergo duo tunc erant ſummi ſacerdotes. Secundus, quia ſub Rege Dauide dicitur alius Achimelech, nempè filius Abiathar ſummus ſacerdos, 2. Reg. 8. num. 17. adhuc viuente eodem Abiathar ſummo ſacerdote, qui multò poſt tempore Salomonis à ſummo ſacerdotio excluſus fuit, 3. Regum 2. num. 27. Ergo vterque tunc erat ſummus ſacerdos. Tertius, quia Luc. 3. num. 2. dicitur factum verbum Domini ſuper Ioannem ſub principibus ſacerdotum *Anna, & Caipha*, ergo duo ſimul ſummo ſacerdotio fungebantur. Et confirmatur, quia frequenter apud Euangeliſtas, Principes Sacerdotum in plurali numerantur, vt videre eſt Matth. 2. num. 4. Marc. 11. num. 18. Luc. 22. num. 2. Ioann. 12. num. 10. & paſſim alibi: ergo ſummum ſacerdotium non vnus tantùm, ſed plures adminiſtrabant.

Solutio. *Aliqua loca opponuntur, quæ duos ſimul ſummos ſacerdotes ſæpè fuiſſe comprobare videntur.* *Primus.* *Secundus.* *Tertius.* *Confirmatur.*

11. *Soluitur primus locus.* Ad primum reſpondeo, Abiathar dictum fuiſſe à Chriſto Domino principem ſacerdotum per prolepſim, ſeu anticipationem, hoc eſt, qui poſteà fuit princeps ſacerdotum; mortuo ſcilicet eius patre Achimelech: quæ figura in ſacris, & prophanis literis eſt frequentiſſima, iuxta quam dicitur Æneas Lauinia litora veniſſe, cum nondum Lauinia dicerentur, & Ieſſe genuiſſe Dauid Regem, Matth. 1. numer. 6. qui tamen non eſt natus Rex, ſed poſtea creatus. Ad ſecundum reſpondeo, Achimelech filium Abiathar non fuiſſe ſummum ſacerdotem, quamuis vel propter ſenectutem patris, vel, vt potiùs ſentit Abulenſ. ibi quæſtione vigeſima quarta propter patris abſentiam aliquas ſummi ſacerdotis actiones de patris conſenſu exerceret, quarum ratione ſummus ſacerdos dicebatur.

Soluitur ſecundus. Virgil. Æneid. 1. Abul.

12. Ad tertium reſpondeo, Annam, & Caipham dictos fuiſſe ſummos ſacerdotes: non quòd ſimul eum principatum obirent, ſed ſucceſſiuè; ſiue ea ſucceſſio fuerit alterna, ita vt alternis annis Pontificatu fungerentur, vt D. Auguſt. citatis locis in Ioan. arbitratur: ſiue non alterna; ſed vnus alteri ſine reciproca viciſſitudine ſucceſſerit: Annas eſſe deſierit, Caiphas eſſe inceperit, & vterque ſummus ſacerdos diceretur; vnus, quia erat: alter, quia fuerat. Nam etiam qui Pontificatum obierant, Pontifices dicebantur, inter quos Annas præcipuè nominatur, vel fortè, quia proximè præceſſerat, vel quia alijs auctoritate præſtabat, vel quia ad Caipham affinitate proximius accedebat; erat enim ſocer illius. Vtrouis modo explices: patet, quantum iam legalis diſciplina à ſua perfectione defecerit. Nam cùm lex Pontificatum perpetuum inſtituerit, tamen hominum arbitrio, & cupiditas illum venalem, & annalem faciebat: vt ex iis, quæ Ioſephus libr. 18. Antiquit. cap. 3. aliàs 4. ſcribit, colligitur. Nam Hebræi illum emebant ex ambitione: Romani ex cupiditate vendebant, & vt illorum ambitio, & horum cupiditas expleretur, neceſſe erat, vt ſacerdotium dignitate vnicum, & duratione perpetuum, ſecaretur in plures perſonas, & annuis tantum ſpatiis clauderetur. Addita confirmatio vim non habet; quia principes ſacerdotum, qui in Scriptura nominantur, illi erant, qui ſingulis inferiorum ſacerdotum claſſibus præſidebant; non abſolute, qui cæteris omnibus præibant, vt Maldonat. citatus aduertit. Ex quibus concluditur, exceptis euentibus, quos memorauimus, nunquam in lege veteri duos ſimul ſacerdotes occurriſſe.

Soluitur tertius *Quo pacto Annas, & Caiphas ſummum ſacerdotium obtinuerint.* D. Aug. Ioſeph. *Soluitur confirmatio* *Principes ſacerdotum etiam dicebantur illi, qui alijs inferioribus præſidebant.*

13. *Sadoc, & Abiathar non ex ambitione ſed ex diuina diſpoſitione ſummũ ſacerdotium ſimul tenuere.* Tandem dicendum Sadoc, & Abiathar, non ex ambitione humana, ſed ex diſpoſitione diuina ſummum ſacerdotium ſimul egiſſe. Probatur: quia nuſquam legitur eos ſummum ſacerdotium inani aliqua cupiditate ambiiſſe: aut iniqua aliqua negotiatione affectaſſe. Et alioqui conſtat ſuum quemque ius ad ſummum ſacerdotium obtinendum obtendere potuiſſe; Sadoc ex diuina promiſſione ad Phineen, ex quo ipſe originem ducebat: Abiathar ex diuina promiſſione ad Heli, ad quem ipſe genus ſuum referebat: atque adeò vtrumlibet ſibi videri potuiſſe ſummi ſacerdotij, non ſacrilegum raptorem, ſed legitimum hæredem. Præſertim cum neuter illud inuaſerit, ſed vterque oblatum acceperit; Abiathar quidem à Dauide, Sadoc autem à Saüle. Conſtat præterea ita diuinitus inſtitutum, vt Abiathar concurreret cum Sadoc, antequam penitus à ſacerdotio excluderetur; iuxta id, quod aſſeritur hoc loco: *Videbis æmulum tuum*, &c. Vt ex hoc concurſu magis torqueretur, vt ſequenti numero dicetur. Vnde quamuis Dauid ex beneuolentia erga Abiathar eum in ſummo ſacerdotio conſeruarit, tamen Deus ex iuſtitia punitiua, quam Heli hoc loco comminatur, eum in eo gradu retinebat. Sed de hac re ſuo loco plura.

14. *De ſene ſecundùm dignitatem hic locus interpretandus.* *Et non erit ſenex*, &c. De ſene ſecundùm dignitatem ſacerdotalem exponunt interpretes cum iis auctoribus, quos ſuperiori numero citaui. Et eſt optima coniectura, vt dixi; quia additur, *omnibus diebus*. Credibilè enim non eſt ſenem ſecundùm ætatem ſemper defeciſſe in familia Heli, quamuis primis illis temporibus vſque ad tempus Salomonis, multi ablati fuerint, vt explicatum eſt. At verò ſenes ſecundùm dignitatem ſacerdotalem, ſeu ſummos ſacerdotes, dubitandum non eſt fuiſſe in perpetuum ab illa familia abdicatos, vt patebit ei, qui percurrerit omnes ſummos ſacerdotes à Sadoc vſque ad Finaſium, qui in vltimo excidio

Finaſius vltimus Hebræorũ ſummus ſacerdos.

Hieroſo

Hieroſolymitano omnium ſummorum Sacerdotum poſtremus fuit, & vel ſuo nomine finem illius ſacerdotij indicauit. De qua re plura Ioſephus lib. 20. Antiq. cap. vltimo.

Ioſeph.

15. Septuag. Hug. Card.

Certior erit hæc interpretatio iuxta Septuaginta transferentes, vt refert Hug. Cardin. *Non erit Sacerdos magnus*, &c. Quam tamen ego verſionem in codicibus Septuaginta, quos conſului, non inueni. Sed quam grauiter puniatur domus Heli, dum ſacerdotio priuatur, inde probatur, quia ſicut nullum præmium maius fuiſſe videtur, quam collatio ſacerdotij; ita nullum ſupplicium acerbius, quàm eius priuatio. Illud prius cernitur in Phinee, qui cùm à Deo ingentem gratiam inierit propter zelum, quo diuinam iniuriam vindicauit, B præmij loco ſempiternum ſacerdotium recepit: *Ecce*, inquit Deus, *do ei pacem fœderis mei, & erit tam ipſi, quam ſemini eius pactum ſacerdotij ſempiterni*. Num. 25. num. 12. Quaſi Deus nullum aliud præmium in hac vita illuſtrius cenſeret, quod tam ingens illius meritum exæquaret, quàm ſacerdotium. Vnde Philo Iudæus in Gloſſ. citatus: *Cùm*, inquit, *luſtrato exercitu quæreret Moyſes, quo honore Phineen proſequeretur; antevenit Deus ſuo oraculo, in primiſque iuuenem magno affecit honore pacis, deinde perpetui dignitate ſacerdotij condecorauit*. Quibus verbis videtur diſtinxiſſe duo præmia Phineæ collata, pacem, & ſacerdotium: & paci quidem, quamuis omnium bonorum ſummam complectenti; ſacerdotium tanquam aliquid maius, & auguſtius prætuliſſe. C

Summum ſacerdotium, tanquam maximum præmium, viri zelo conceditur.

Phil. Hebr. Gloſſ.

16. Hoc poſterius cernitur in populo Iudæorum, cui Iſaias duriſſimas intendens minas: *Diſperdet*, inquit, *Dominus ab Iſrael caput, & caudam: longæuus, & honorabilis ipſe eſt caput. Et propheta docens mendacium, ipſe eſt cauda*, Iſa. 9. n. 14. In quem locum D. Cyrillus Alexandrinus, & Procopius, nomine longæui, & honorabilis intelligunt Sacerdotem, qui eſt totius populi caput: quia vt neceſſe eſt mori illum hominem, cui caput amputatur; ita neceſſe eſt, illum populum extingui, à quo Sacerdotes auferuntur. Comparat D. Gregorius hanc domum Heli, Sacerdotibus orbatam, cum ipſa inferorum domo: vt enim hæc ſenili grauitate, & ſapientia deſtituitur, iuxta illud: *Nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferos, quò tu properas*. D Eccleſiaſtes 9. num. 10. vnde neceſſe eſt, nullum apud inferos ordinem, ſed ſempiternum horrorem inhabitare: ita domum Heli ſalutaribus conſilijs, & præceptis, & exemplis Sacerdotum, & ſeniorum viduatam, in magna rerum confuſione, perturbationéque verſari oportebat. Nullum eſſe poteſt, vel domui, vel vrbi, vel integro regno firmius præſidium, ac munimentum quàm ſacerdotium. Vnde D. Petrus Damianus lib. 7. epiſtol. 3. ad Regem Henricum: *Sacerdotium*, inquit, *regni tuitione protegitur, & regnum ſacerdotalis officij dignitate fulcitur. Rex enim præcingitur gladio, vt hoſtibus Eccleſiæ munitus occurrat: Sacerdos orationum vacat excubiis, vt Regi cum populo Deum placabilem reddat*. E Et plures pergit alterius in alterum præſidiarias opes deſcribere, tandémque concludit: *Regnum arma corripiat, vt ſtet ſacerdotium, ſacerdotium oret, vt exaltetur imperium*. Si tantum regno conferre poteſt firmamentum ſacerdotalis dignitas, & auctoritas; quantum incurret nocumentum domus Heli, dum ſummo ſacerdotio ſpoliatur.

Sacerdos totius populi caput.

D. Cyrill. Alex. Procop.

Domus Heli ſine ſacerdotio, cum ipſa inferorum domo comparatur.

D. Greg.

Sacerdotium firmum regni munimentum.

D. P. Dam.

Num. 33. Verumtamen non auferam penitus virum ex te ab altari meo: ſed vt deficiant oculi tui, & tabeſcat anima tua: & pars magna domus tuæ morietur, cùm ad virilem ætatem venerit:

EXPOSITIO LITERÆ.

Verumtamen non auferam penitùs, &c. Quaſi diceret, quamuis à tua familia ſummos auferam Sacerdotes, non tamen omnes inferiores: atque B adeò ſublato à te ſummo ſacerdotio, quod habes ex priuilegio, permittam tibi, ſeu tuis poſteris ſacerdotium ſecundi ordinis, quod ex iure hæreditarium poſſidebas. Ita interpretes communiter. Sola eſt difficultas in conciliandis exemplaribus. Nam D. Aug. lib. 17. de Ciuit. c. 5. Lucifer in ſcholijs Sixtianis citatus, & alij codices Græci, qui ibidem referuntur excludunt illud *non*, propoſitionémque reddunt affirmatiuam, *Exterminabo virum*. Sed nulla mihi videtur pugna, quia ſignum vniuerſale negatum æquipollet particulari affirmato, *non omnis*, idem eſt, quòd *aliquis*; cùm igitur Latinum exemplar, aliaque correctoria vtantur ſigno vniuerſali negato: *Non auferam penitùs virum*; hoc eſt; Non omnem virum auferam: ſine vlla pugna transferre C potuerunt aliqui interpretes, per ſignum particulare affirmatum: *Auferam*, ſeu, *exterminabo aliquem virum*, &c. Itaque Deus loquendo de inferioribus Sacerdotibus (nam ſummos in domo Heli omnes extinxit) non omnes abſtulit, aliquos exterminauit, aliquos conſeruauit. 1.

Summum tantum ſacerdotium à domo Heli aufertur, non inferius.

D. Auguſt. Lucifer.

Diuerſa conciliantur exemplaria.

Cuius rei quærenda eſt ratio. Prima eſſe poteſt, vt Deus ageret de more ſuo, qui etiam cum iraſcitur, miſericordiæ recordatur; cùm terret, etiã mulcet; cùm minatur, etiam conſolatur; cùm timorem incutit, de ſpe omnino non deturbat: calicem iræ ſuæ propinat, vt non patiatur vſque ad fæcem exhauriri. Quod annot. 23. ſect. 5. pauliſper illuſtrabo. Secunda, vt à bonis puniendis abſtineret. Hanc D tradit D. Greg. in poſteriori comment. huius loci, colligitque ex illis verbis: *Non auferam virum*; quibus videtur Deus ſignificare, ſe non eſſe ab altari exterminaturum eos poſteros Heli, qui viros, hoc eſt, ſtrenuos & impigros ad diuinum obſequium ſe præſtiterint: *Viri*, inquit, *ſunt qui arduæ rigidæ conuerſationis arce fulgeſcunt. Quaſi ergo dicat, idcirco eos ab altari meo non aufero, quia viri ſunt: nam pro merito conuerſationis, ſeruetur eis fortitudo, & celſitudo poteſtatis*. Tertia, vt Heli negligentem in filios, & diligẽtem in ſeipſum, ſeu in corripiendis aliorum moribus remiſſum, in ſuis temperãdis ſtudioſum, partim puniret, aliquos eius poſteros exterminãdo: partim E remuneraret, aliquos in priſtina dignitate retinendo. Ita docet idem D. Greg. lib. 5. in hanc Regum hiſtoriam, c. 14 n. 45. ibi: *Ergóne Ionathas morietur?* Vbi ſic: *Cum*, inquit, *magni viri cadunt, communi iudicio tradendi non ſunt; quia priora opera promerentur, vt poſteriorum grauitas leuigetur*. Et ſtatim alijs exẽplis hanc ſuam doctrinã illuſtrans, ſubdit de Heli: *Hinc eſt, quod Heli vita propria iuſtus, ſed auctoritate paſtorali remiſſus a viro Dei audiuit: Pars magna domus tuæ morietur*, &c. *Verumtamen non auferam penitus ex te virum*, &c. *Vt ſacra Scriptura monſtraret, & pro diſſolutione percuſſum, & pro præterita conuerſatione reſpectum*. Vltima ratio, quæ ad litteram propior accedit, ſequentibus verbis exprimitur.

2. *Cur Deus aliquos ex poſteris Heli in ſacerdotio conſeruarit. Prima ratio. Diuinam iuſtitiam miſericordia comitatur. Secunda ratio. Deus à bonis puniendis abſtinet.*

D. Greg.

Vt deficiant oculi tui, &c. Hæc videtur germanior ratio, cur non omnes poſteri Heli à gradu 3. *Tertia ratio.*

Præſens calamitas grauior, eſt alienâ felicitate comparata. Septuag.

minoris ſacerdotij excludantur; ſed aliqui in eo conſeruentur. Quæ fertur non ad pœnam minuendam, ſed augendam: *Vt deficiant*, inquit, *oculi tui, & tabeſcat anima tua.* Vtique in filijs tuis, vt ſuprà explicatum eſt. Quod Septuaginta in Biblijs Sixtianis magis exprimũt, ſub tertiæ perſonæ pronomine transferentes: *Vt deficiant oculi eius, & defluat anima eius*; ſeu, vt eſt in Biblijs Regijs, & Complutenſibus: *Faciam deficere oculos eius, & defluere animam ipſius.* Quaſi diceret; Non omnes tuos poſteros de templo exterminabo, ſed aliquos ibi faciam ſupereſſe. Vt intuendo alienam felicitatem, ex qua deciderunt, & illam cum ſua calamitate, in quam inciderunt, comparando, multo magis cruciéntur, illi in ſe, & tu in illis. Qui cruciatus acerrimus exprimitur illis verbis, *deficiant oculi tui: Et tabeſcat*; ſeu, *defluat anima tua*; vt externæ, internæque potentiæ, videndo, & contemplando aliena bona, præ dolore exedi, & corrodi; vri, & conſumi; laniari, & quodammodo liquari ſignificentur. Ita ferè exponunt Auctor traditionum, Angelom. Lyran. Abulenſ. Caiet. & alij. E quibus Iſidor. Clar. *In mœrorem*, inquit, *animi tui & conſumptionem oculorum, in infimis permiſſi ſunt officiis, qui priùs ſummam tenebant arcem.* Atque ita ſentit tandem D. Gregor. quamuis hunc dolorem myſticè transferat ad eum exprimendum, quem Iudæi de felicitate Chriſtianorum habuerunt. Itaque præſens miſeria tunc magis cruciat, quando cum præterita, vel aliena gloria comparatur: quod paucis illuſtro.

Auct. trad. Angel. Lyran. Abul. Caiet. Iſid. Clar. D. Greg.

Præſens calamitas cùm præterita, vel aliena felicitate comparata moleſtior efficitur.

4\. *Præterita felicitatis recordatio præſentem auget calamitatẽ.*

PAret in poſteris Heli: qui cùm viderent ſe à ſummo ſacerdotio excluſos, & aduerſarios ſuos ſummo ſacerdotio donatos; ex præterita felicitate, quam ipſi amiſerant, & ex præſenti felicitate, quam aduerſarij obtinebant, moleſtiſſimè torquebantur. In primis præteritæ felicitatis recordatio incredibiliter pungit, & exulcerat hominem præſenti calamitate proſtratum. Quod oſtendi poteſt, vel ipſius Chriſti Domini exemplo, qui non multo tempore, antequam ab Hieroſolymis moriturus exiret, voluit Hieroſolymam triumphaturus intrare, Matth. 21. à num. 7. Cuius rei rationem inquirit D. Bernard. ſerm. 2. in Dominicam palmarum, & ad præſens inſtitutum aptiſſimam reddit: *Quid*, inquit, *fuit, quòd proceſſionem habere voluit, qui mox futuram nouerat paſſionem? Fortè, vt amarior eſſet paſſio, quàm proceſſio præceſſiſſet.* Ea namque charitate Chriſtus Dominus flagrabat, vt paſſionem per ſe amaram, ex circunſtantia temporis ſeu ex proximo triumpho ſubire vellet amariorem. Pergit D. Bernard. præſentem calamitatem cum præterita felicitate comparare: *O quàm diſſimile eſt*, inquit, *tolle, tolle, crucifige eum; &, Benedictus, qui venit in nomine Domini; Oſanna in excelſis! Quam diſſimile, Rex Iſrael; &, Non habemus Regem, niſi Cæſarem! Quam diſſimiles rami virentes, & Crux! flores, & ſpina! Cui priùs ſternebantur veſtimenta aliena: ecce ſuis exuitur.* Voluit igitur Chriſtus Dominus, vt magnus paſſionem ſuam honor antecederet, quo maior eandem paſſionem mœror ſequeretur. Et ex recordatione præſentis gloriæ, maior animum plaga in præſenti miſeria ſauciaret.

Chriſti D. paſſio ex præterito palmarum triũpho acerbior. D. Bern.

D. Bern.

5\. *Præterita Chriſti D. vita eximia gloria paſſionis ignominiam augebat.*

Prædixiſſe hoc videtur diuinus Sponſus diuinam Sponſam alloquutus: *Meſſui*, inquit, *myrrham meam cum aromatibus meis*, Cant. 5. num. 1. Quaſi diceret, paſſionis myrrham amariſſimam cum ſuauiſſimis gaudiorum aromatibus adiunxi, vt mihi durior poſt gaudia paſſio videretur. Eandem ob cauſam mihi videtur Chriſtus Dominus voluiſſe, vt ſibi ſpinis coronato, Regius titulus imponeretur, vt ſpinarum dolorem cum honore tituli coniunctum acerbiùs ſentiret. Quin etiam Abacuc, cap. 3. num. 4. poſtquam Chriſti Domini gloriam commendauit, dicens: *Splendor eius, vt lux erit.* hoc eſt, fama eius virtutis, doctrinæ, & miraculorum, non minùs, quàm lux Solis, totum orbem illuſtrabit; ſtatim ſubdit: *Cornua in manibus eius.* Quod de cruce, in qua moriturus erat, interpretes communiter exponunt. Sic enim præuidebat Propheta, acerbiorem fore mortis ignominiam, quæ tam eximiam præteritæ vitæ gloriam ſequeretur. Non ſine myſterio Chriſtus Dominus acturus animam in cruce exclamauit: *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* Matth. 27. n. 46. Quibus verbis omni ſe præſidio tam humano, quàm diuino deſtitutum, pia quadam cum Patre querimonia expoſtulare videbatur. Sed quid? Nónne anima Chriſti Domini, etiam è patibulo pendentis viſione beata fruebatur, quæ illi ingentis inſtar ſolatij eſſe poterat? Fruebatur quidem; ſed ea viſionis gloria paſſionis dolorem non minuebat, ſed augebat. Quid enim acerbius eſſe poterat, quàm ab hominibus tanta ignominia tractari, qui à Deo tanta gloria coronabatur? Augebat profectò dolorem ignominiæ, conſideratio gloriæ, non minuebat. Sic enim mihi videtur interpretari D. Laur. Iuſtin. de triumphali Chriſti agone, c. 8. *Altiſſimo*, inquit, *diuinitatis conſilio actum eſt, dum pendens clamaret: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Vt tota diuinæ fruitionis gloria in eo militaret ad pœnam.* Itaque non ſolùm externa Iudæorum violentia, ſed etiam interna animæ gloria Chriſto Domino ad maiorem cruciatum inſeruiebat; adeò calamitatis dolor ex conſideratione felicitatis exaggeratur. Quod ne homines ignorarent, opus fuit, vt Chriſtus Dominus clamando ſe à Patre derelictum; nullum ex beata viſione ſolatium habere, quo paſſionis dolorem mitigaret, teſtaretur.

Ipſa Chriſti viſio beatiſica ad maiorem paſſionis pœnam ſeruiebat.

6\. *Adamus ex crebra paradiſi recordatione de præſenti calamitate grauius torquebatur.* Septuag. D. Chryſ.

Quod ſi gloria poſſeſſa pœnam non minuit, ſed auget; quid amiſſa? De Adami exilio loquutus Moyſes: *Emiſit*, inquit, *eum Dominus de Paradiſo voluptatis*, Geneſ. 3. n. 23. Addunt Septuaginta: *Et collocauit eum ante Paradiſum voluptatis*: ſeu, vt legit D. Chryſoſtom. concion. 2. de Lazaro, & homil. 18. in Geneſ. *Et habitare fecit eum è regione horti deliciarum.* At cur non longiùs à Paradiſo ſubmouetur? Planè vt ex illius vicinitate frequentius veniret in memoriam, quid amiſerit, & ex hac recordatione acerbiùs torqueretur. Ita D. Chryſoſt. in concion. illa 2. de Lazaro: *Adam*, inquit, *è Paradiſo eiectum è regione Paradiſi habitare iuſſit Deus: vt aſſiduus conſpectus renouans moleſtiam, exactiorem illi præberet ſenſum expulſionis à bonis.* De Henoch Syracides: *Placuit*, inquit, *Deo, & tranſlatus eſt in Paradiſum*, Eccleſiaſt. 44. num. 16. Cur vnus ille in tanta morientium multitudine, tanquam immortalis conſeruatur? Reſpondet D. Auguſt aut quiſquis ille eſt auctor mirabilium Scripturæ libr. 1. cap. 3. non parum accommodatè ad rem præſentem: *Henoch*, inquit, *ſine morte per totius penè ſæculi tempus remotus ab hominum conuerſatione cuſtoditur, vt in eo qualiter homines, ſi non peccarent, generata prole commutarentur in vitam ſpiritualem ſine morte, oſtenderetur.* Quaſi diceret, oportebat, vt homines illam mortis pœnam, in quam omnes ex peccato incurrerant, vt par erat ſentirent. Quid ergo, vt hic in illis doloris ſenſus excitaretur. Proponitur illis ob oculos viuũ quoddã eius felicitatis,

Henoch præſentem mortis pœnam hominibus efficit grauiorem.

tis, quam amiſerant, exemplar, Henoch ſcilicet quodammodo immortalis: vt dum recordarentur, tales ſe futuros fuiſſe niſi peccaſſent, inevitabilem moriendi legem acerbius dolerent. Itaque amiſſæ immortalitatis recordatio, præſentem mortis pœnam multò amariorem efficiebat.

7. *Cur morituro Aaroni, filius Eleazarus pontificio ornatu indutus obijciatur.*

Capitalem ſententiam promulgaturus Deus contra Aaronem: *Tolle Aaron*, inquit ad Moyſen, *& filium eius cum eo; & duces eos in montem Hor: cumque nudaveris patrem veſte ſua, induet ea Eleazarum filium eius; & Aaron colligetur, & morietur ibi*, n. 25. n. 25 & 26 Cur morituro Pontifici obijcitur filius Pontificijs veſtibus indutus? An vt pater moriturus de ſucceſſione filij in pontificiam dignitatem lætaretur? An potiùs, vt triſtaretur de pontificiæ dignitatis amiſſione, quam in filium translatam intuebatur? Illud priùs tenent Abul. Oleaſt. & noſtri Cornel. & Barrad in manſionibus lib. 8 c. 10, n. 6. Et quidem probabiliter; vt diuina erga Pontificem beneuolentia oſtenderetur. Hoc tamen poſterius mihi videtur non parum litteræ conſentaneum; tum quia Deus memorata prius Aaronis incredulitate, ſententiam mortis tulit, tanquam in peccati pœnam: *Pergat*, inquit, *Aaron in populos ſuos, non enim intrabit terram, quam dedi filiis Iſrael, eo quod incredulus fuerit ori meo*, &c. ibid. num. 24. Et ſtatim prædictam mortis pœnam infligit, vbi nihil, niſi ſeueritas in Aaronem videtur ſignificari: quare ſicut mors ipſa, ita & mortis circunſtantia ad peccati pœnam ſpectauit; tum quia Deus non ſolum præcepit, vt indueretur filius, ſed etiam vt prius denudaretur pater: quamuis autem indui filium ad patris ſolatium inſeruire poſſet; patrem tamen ſolemniter denudari, quis non videt ad tormentum pertinere? Quid enim illa ſolemnis denudatio, niſi quendam ſententiæ horrorem importare videbatur? Dum igitur Aaroni pontificijs veſtibus ſpoliato filius obijcitur pontificali habitu indutus, non exigua dolendi occaſio offertur, vt non ſolùm præſenti calamitate, ſed etiam recordatione præteritæ felicitatis torqueatur.

Abul. Oleaſt. Cornel. Barrad. *Aaronis pœna ex dignitate amiſſa, & in filium tranſlata augebatur.*

8. *Promiſſæ terra aſpectus, mortis calamitatem Moyſi reddebat acerbiorem.* D. Chryſ.

Eodem ritu mihi videtur & Moyſes à Deo vulneratus. Nam cùm aſcenderet in montem Nebo: *Oſtendit ei Dominus*, inquit textus, *omnem terram*, &c. *Dixitque ad eum: Hæc eſt terra pro qua iuraui Abraham, Iſaac, & Iacob*, &c. *Vidiſti eam oculis tuis, & non tranſibis ad illam*, Deuteron. 34. à num. 1. Cur enim oculis proponitur terra, pedibus non adeunda, niſi ex illo iucundiſſimo aſpectu acerbiſſimus Moyſi cruciatus oriatur? Dum enim Moyſes oculis vſurpabat vberem illam glebam lacte, ac melle manantem, quam pedibus adire non licebat, acriori dolore pungebatur: ſecum quodammodo ratiocinatus; Quid iuuat aſpicere, quod aſſequi non datur? Illius boni leuior eſt iactura, cuius notitia non habetur. Quod noueris, moleſtius vrit, ſi nunquam obtinendum proponatur. Præſtaret terram promiſſionis ignorare, quàm à cognita prohiberi. Fruitur oculus, vt torqueatur animus. Ægrior eſt calamitas, cui felicitas vicinior obuerſatur. Miſerum me omne ſcio, qui tam exiguo interuallo abfui à felici. Itaque felicitatis aſpectus moleſtiorem reddit calamitatis cruciatum.

9. *Hebræorum calamitas in Ægypto ex præterita felicitatis recordatione grauior.* Lyran. Boëtius.

Duplex Hebræos malum in Ægypto cruciabat, iuxta illud: *Duplex enim illos acceperat tædium, & gemitus cum memoria præteritorum*, Sapient. 11. n. 13. Alterum ea tolerantia præſentis calamitatis ſub Pharaone; alterum ea memoria præteritæ felicitatis ſub Ioſepho: illud graue, ſed hoc grauiſſimum, interprete Lyrano, ſuam in ſententiam Boëtium allegante, dum ait: *Infeliciſſimum infortunij genus eſt*,

A *fuiſſe felicem*; moleſtius enim eſt à felicitate decidere, quàm ſemper in calamitate verſari. Hæc eoſdem Hebræos apud Babylonios infelicitas torquebat, vt ſemper præteritæ felicitatis memoria pungerentur: *In ſalicibus*, inquit, *in medio eius ſuſpendimus organa noſtra*, Pſal. 136. n. 2. Cur enim organa ſecum ex patria in captiuitatem exportarunt, quibus futurum erat, vt nunquam in exilio vterentur? Quæſtionem mouet, ac ſoluit in rem præſentem D. Chryſ. *Hoc*, inquit, *fuit a Deo promiſſum: vt vel in aliena regione haberent monumenta prioris Reip. magiſq; morderentur, & ægrius ferrent dum religionis, & rei cultus illa ſigna viderent*. Voluit enim Deus, vt Hebræis præſens illa calamitas ex memoria præteritæ B felicitatis acerbior redderetur.

Organa præter ea felicitatis inſignia præſentem captiuitatem dolore Hebræis aggrauabant.

10. *Præſens calamitas ad præteritam felicitatem comparata, morte ipſa grauior.*

Cæterùm vix dici poteſt, quàm grauiter crucientur homines, cùm à ſuis ſe honoribus depulſos, aliòſque illis coronatos intuentur? Mori quidem malunt, quàm hæc videre, iuxta illud Iudæ Machabæi: *Melius eſt*, inquit, *nos mori in bello, quam videre mala gentis noſtræ, & ſanctorum*, 1. Machab. 3. n. 59. Præoptabat mori, quàm ſuis miſerijs, & hoſtiũ felicitatibus ſuperuiuere. Vnde olim Ioſias Rex pro magnis obſequijs quibus Deum ſibi demeruerat, hoc vnum ſibi beneficium recepit, vt prius ipſe moreretur, quàm ſui populi gloriam à Babylonijs incenſam ſpectaret. Sic enim Deus ad illum: *Colligeris*, inquit, *ad ſepulchrum tuum in pace, vt non videãt* C *oculi tui omnia mala, quæ introducturus ſum ſuper populum iſtum*. 4. Reg. 22 n. 20. Vbi Lyranus: *Sapientes*, inquit, *reputauerunt maius malum, videre deſtructionem ſuæ religionis, & populi, quam mori*. Huc pertinet illud, quod narrat Ioſephus lib. 7. de bello Iudaico, cap. 13. & Egeſippus de excidio Hieroſolymitano lib. 5. cap. 57. Titum Imperatorem, poſtquam Hieroſolymam, templúmque incendit; quoſdam Sacerdotes ad ſe confugientes, & pro ſua ſalute deprecantes, non ſolùm ad ſupplicium efferri imperaſſe, ſed etiam tanquam inſtrenuos, ac degeneres arguiſſe, quod patria, temploque incenſo ſuperesse apud victores, triumphatoréſque hoſtes poſtulaſſent: quaſi admiraretur ignauiam illorum, qui non mallent mori, quàm ſuam miſeriam & hoſtilem gloriam intueri.

Lyran. *Celebre exemplum.* Ioſeph. Egeſipp.

11. *Simile aliud.* Phil Hebr.

D Certè Flaccus ille Romanus cum à Caio Imperatore in exilium mitteretur: duriùs iudicabat ex priori felicitate in exilium, quàm è vita in ſepulchrum corruiſſe. De quo Philo Hebr. in libro, quem aduerſùs illum ſcripſit, multa in hanc ſententiam commemorat. In primis docet illum per eaſdem vrbes in exilium ductum eſſe, per quas anteà ſuperbus ferebatur. *Vt ciuitates*, inquit, *quæ fortuna tumidum ſpectarant, rurſum ſpectarent affectum ignominia. Et ille commonſtratus digitis prætereuntium propter mutationem repentinam, grauiori dolore premeretur*. Et paulò pòſt cùm ad inſulam, in qua exulandum erat, penetrauit, ſic eum loquentem introdu- E cit. *Quomodo*, inquit, *vocabo hanc inſulam? Exiliúmne, an nouam patriam? Sepulchri nomen ei maximè conuenit, Siquidem infelix ego, me ipſe quodammodo in monumentum infero. Aut enim præ dolore miſeram vitam finiam; aut ſi potero diutiùs ſupereſſe, longam mortem perpetiar*. Ita infelix homo ex præteritæ felicitatis recordatione, præſentem calamitatem, vel ipſa morte duriorem iudicabat.

12. *Præſens miſeria ad aliorum felicitatẽ comparata inferni doloribus acerbior.*

Addo non ſolùm morte grauiorem eſſe hanc pœnam, ſed ipſis quoque cruciatibus inferorum. Diues ille auarus: *Eleuans oculos ſuos cùm eſſet in tormentis, vidit Abraham à longè, & Lazarum in ſinu eius*, Luc. 16. num. 23. Cur, quæſo, damnatus videt pauperem beatum, aut certè non multò poſt

D Chryſ.

ſine dubio beandum? Dupliciter reſpondet D. Chryſ. conc. 2. de Lazaro. Primò, vt qui viuus cogitabat nulla malis ſupplicia, nulla bonis præmia poſt mortem ſupereſſe; mortuus falſitatem vtriuſque erroris ſuo pelleret experimento, & ſua ſupplicia tolerando, & Lazari præmia aſpiciendo. Secundò ad rem præſentem: *Vt quæ paſſus fuiſſet pauper,* ioquit Chryſoſt *hæc nunc, & diues pateretur multò grauius. Quemadmodum enim illi moleſtiorem reddidit cruciatum, quod in veſtibulo diuitis iacebat; quòd videbat aliena commoda: ſic & huic grauiorem reddidit cruciatum, quod in gehenna iaceret, quod Lazari videret delicias, quod non ſolùm natura, verùm etiam comparatione honoris illius intolerabiliorem haberet cruciatum.* Itaque alterum, alterius felicitas cruciabat. B Lazarum felicitas diuitis in hac vita, diuitem felicitas Lazari in futura; & cùm ſua cuique miſeria grauis eſſet, ex comparatione cum alterius felicitate, grauior reddebatur. Addit D. Chryſoſt. conſpectum Lazari fuiſſe diuiti quandam malè exactæ vitæ exprobrationem, quæ maiorem miſero miſeriam replicaret: *Deus*, ioquit, *hunc* (id eſt, diuitem) *è regione Lazari conſtituit, quò videret, quibus bonis ſeipſum priuaſſet.* Quaſi ita cum diuite loqueretur: *Miſi tibi in veſtibulo Lazarum; vt tibi ad virtutem doctor eſſet, doctrinaque materia. Contempſiſti lucrum, noluiſti ad quod oportuit, vti ſalutis occaſione; vtere poſthac illo ad maioris cruciatus, ſupplicijque materiam.* Concionatur D. Gregor. homil. 40. in Euang. vbi loquutus de diuite aſpiciente Lazarum in ſinu Abrahæ: *Ad pœnam,* inquit, *ſuam, ei & cognitio ſeruatur, & memoria,* & ſtatim: *Vt peccatores in ſupplicio ampliùs puniantur, eorum vident gloriam, quos contempſerunt.*

Auarus diues ex Lazari gloria grauiùs torquetur, & vritur.

D Chryſ.

13\. In eandem rem ſolui poteſt illa alia dubitatio: Cur ſcilicet in extremo iudicio priùs boni ad præmia vocandi ſint, quam mali ad ſupplicia relegandi; vt patet ex cap. 25. Matth. num. 34. & 41. Vbi priùs ſua bonis, quàm malis ſententia promulgatur. Scio quidem reſpondiſſe Auctorem imperfecti in Matth. hom. 54. *Quia,* inquit, *paratior eſt Deus ſemper ad benefaciendum, quam ad malefaciendum. Nam bona bonis ſecundum propoſitum ſuum præſtat; quia bonus eſt: malis autem mala contra propoſitum ſuum facit inuitus; quia iudex eſt. Quidquid autem homo contra naturam ſuam agit, pigriùs agit.* Quæ quidem aptiſſimè dicta ſunt ad diuinam miſericordiam commendandam. Addo tamen vlteriùs ad præſens inſtitutum, illum ordinem in proferendis bonorum, malorúmque ſententijs ad diuinam quoque Iuſtitiam manifeſtandam profuturum; vt cùm mali bonos viderint coronatos, non minùs de aliena gloria, quam de ſua miſeria crucientur. Quam rationem D. Bernard. in Pſalm. 90. ſerm. 8. expreſſit: *Prius,* inquit, *benedicti vocabuntur in regnum: quam maledicti in caminum deiiciantur ignis æterni, quo videlicet acriùs doleant videntes, quid amiſerint.* Neque ſolùm dolebunt mali, cum beatos viderint, ſed etiam cum ab illis videbuntur. Irrideri ſe ab illis, quos antea irriſerant, iniquiſſimè ferent: ſuam miſeriam videri ab illis, quibus ipſi anteà ſuam gloriam obijciebant, ægerrimè ſuſtinebunt: eſſe ludibrio, quibus antea erant ſpectaculo, moleſtiſſimè patientur. Ita nihilominus diuina prouidentia diſponet, vt mali videant iuſtos, & à iuſtis videantur, quò acerbius crucientur: *Oculus tuus,* inquit Deus ad quemlibet beatorum, *conſiderabis, & retributionem peccatorum videbis,* Pſalm. 90. num. 8. Vt cùm peccatores ſenſerint ſuam miſeriam prodi, & beatorum oculis ingeri, acriùs torqueantur. Nam vt D. Bernard.

Cur in extremo iudicio prior bonorum, quàm malorum ſententia profertur.

Auct. im. perf.

Deus ad benefaciendū, quàm ad puniendum promptior.

Damnati non minus de ſanctorum gloria, quàm de ſua pœna torquentur.

D. Bern.

D. Bern.

A citatus: *Hoc planè,* inquit, *eis graue tormentum, & magnus quidam malorum cumulus erit. Fortè enim quodcumque ſolatium videretur, eorum quos tam malitiosè impugnauerint; in tormentis ſuis, vel conſcientiam latere, vel ipſos ſaltem declinare poſſe conſpectus.* Itaque ex comparatione cum aliena gloria, dolor de propria miſeria incredibiliter augetur.

Vt igitur Heli in ſuis poſteris, ſeu eius poſteri acerbiùs torqueantur, ſe à ſummo ſacerdotio expulſos, aliòſque in illo repoſitos cernere compelluntur. Illud tamen fateor, Deum in hac vita miſeros in conſpectu felicium collocare ſolitum: & præſentem calamitatem patientibus, præteritam felicitatem in memoriam reuocare; non ſolùm, B vt puniat, ſed etiam vt pateat, nec ſolùm, vt maiorem illis ingerat pœnam, ſed præcipuè, vt eos ad meliorem frugem reducat. Adamum è Paradiſo expulſum, è regione Paradiſi collocauit: non ſolùm, vt videndo, quod amiſerat, eum torqueret, vt diximus: ſed præcipuè vt dolendo de peccato, quod eam pœnam induxerat, ad feliciorem ſtatum eum reuocaret. Ita D. Chryſoſt. hom. 18. in Geneſ. *Animaduerte,* inquit, *quòd Dominus noſter in ſingulis operibus, miſericordiæ argumentum oſtendit, & ſingulæ pœnarum ſpecies bonitate plenæ ſunt. Non enim hoc ſolùm miſericordiæ, & benignitatis argumentum erat, quòd emittebat, & eiiciebat: ſed etiam quòd contra Paradiſum illum habitare faciebat, vt ingentem dolorem haberet, quotidie cogitans vnde exciderit, & C in quem ſtatum ſe coniecerit. Et quamuis grauiſſimi doloris ſpectaculum erat; eſt tamen magnæ vtilitatis occaſio, vt dolens continuo aſpectu munitior, & cautior eſſet in aliis, ne iterum in eadem peccata incideret.* Et paulò pòſt: *Maxima prouidentia, & cura ſignum fuit, vt & ſpectando memor eſſet, & inde lucrum faceret; & neque immodica viuendi auiditate concupiſcere, neque foris exiſtens de ligno comedere præſumeret.* Prodeſſe poterat ille continuus aſpectus Paradiſi amiſſi, & iugis recordatio felicitatis præteritæ, non ſolùm ad augendum præſens ſupplicium, ſed etiam ad peccatum vetus deteſtandum, & nouū præcauendum. Similiter reſpondet Theodor. q. 24. in Geneſ. *Voluit,* inquit, *Deus illum co- D gnoſcere beneficia diuina, vt iis priuatus, odio graui proſequeretur peccatum, per quod tantis bonis careret.* Dum enim Adamus Paradiſum poſitum è regione videbat, diuinum beneficium, quo ibi ſteterat recordabatur: hæc autem recordatio non parùm ſtimulabat, vt peccatum tanto beneficio contrarium deteſtaretur. Nec aliter reſpondet Diuus Cyrillus Hieroſolym. catecheſi 2. de pœnitentia: *Eiicit,* inquit, *illum Deus è Paradiſo; neque enim dignus erat eo loco propter peccatum. Conſtituit autem illum è regione Paradiſi, vt videat, vnde exciderit: & à quibus in quæ delapſus ſit, deincépſque per pœnitentiam ſaluetur.*

14\.

In præſenti miſeria præteritam felicitatem in memoriam Deus reuocat, vt pœnitentes citiùs reſipiſcant.

D. Chryſ.

Adami exemplum.

Theod.

D Cyrill. Hieroſol.

E Hoc pertinet illa maior Dei in Abelem, quàm in Cainum beneuolentia: *Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain autem, & ad munera illius non reſpexit,* Geneſ. 4 n. 4. & 5. Quærunt ibi Patres, D Hieron. D. Aug. Procop. & alij, quo pacto Deus dicatur reſpexiſſe? Et reſpondent externo aliquo ſigno, vt iam annot. 6. ſect. 1. diximus, vnius ſacrificium approbaſſe, alterius contempſiſſe. Sed cur externo ſigno vſus eſt, quo fauorem in vnum, contemptum in alterum palàm teſtaretur? Credo, vt Caïn videns ſe humiliter contemptum, & fratrem honorificè à Deo approbatum, & ex ſua miſeria, & ex aliena gloria morderetur, indéque iuſta quadam inuidia excitatus, & ſuam à ſe malitiam abdicaret, & fraternam religionem in poſterum imitaretur.

15\.

D Hier.
D Aug.
Procop.

Maiorem in Abelem, quā in Cainum beneuolentiā Deus oſtendit, vt ex fratris felicitate ad illius imitationem impelleret.

Annuit

Oleaſt. Annuit Oleaſt. Dominus, inquit, volens prouocare Cain, vt de cætero cùm illi vellet munus offerre, meliora ſeligeret; non illi nocuit, ſed munus fratris acceptauit, vt eum ad fratris mentem reuocaret, &c. Multas plagas imponebat olim Deus Ægyptijs, omnes tamen ab Iſraëlitis auertebat. Muſcis offendebantur Ægyptij, non Hebræi, Exod. 8. n. 22. Sæuiebat peſtis in Ægyptiorum animalia, ab animalibus Hebræorum abſtinebat. Exod. 9. num. 6. Denſiſſimæ Ægyptijs tenebræ incubebant: ſplendidiſſima lux Hebræis fulgurabat. Exod. 10. n. 23. Iugulabantur omnes Ægyptiorum primogeniti, Hebræorum tamen omnes illæſi ſeruabantur Exo. 11. num. 6. & 7 Itaque tempeſtas, & calamitas erat inter Ægyptios; ſerenitas, & felicitas inter Hebræos. Quorſum ita? Planè vt Ægyptij propriam miſeriam, & alienam gloriam videre, & inter ſe conferre cogerentur, & ex hac comparatione non ſolùm acerbiùs dolerent, ſed etiam maturiùs reſipiſcerent. Et quorum felicitatem cernebant, ſequerentur, & fidem.

Ægypti plagæ ex Hebræorum incolumitate acerbiores, ad pænitentiam Ægyptios prouocabant.

16\. Inſigniter errant aliqui Hebræorum, qui dicunt Pharaonem è mari rubro ſaluum & incolumem enataſſe. Errant, inquam, cùm in litera expreſſum ſit: *Nec vnus quidem ſuperfuit ex eis*, Exod. 14. n. 28. Probabiliùs loquuntur illi, qui dicunt apud Abul. loco Exod. proximè citato, eum nouiſſimum omnium illo naufragio perijſſe, vt videns ſuorum infortunium, & triumphum Hebræorum, plus doloris hauriret, & efficaciùs ad pœnitentiam inuitaretur. In caſtris Aſſyriorum, magnam edidit ſtragem vltor è cælo Angelus: Regem tamen Sennacherib non tetigit, ſed liberum redire in patriam permiſit, vt patet ex 4. Reg. 19. num. 31. & Iſa. 38. num. 36. Cur eadem ſtrages, quæ milites, Regem quoque non inuoluit? An vt magis affligeretur ſuorum calamitati, & hoſtium felicitati ſuperſtes? fateor, ea cauſa fuit, ſed non ſola. Eò enim præcipuè diuina prouidentia ſpectabat, vt impius Rex tam repentinam humanæ potentiæ viciſſitudinem expertus, diuinam, à qua fiebat, omnipotentiam confiteretur. Ita D. Hieron. in Iſaiam: *Sennacherib*, inquit, *idcircò ſeruatus eſt, vt ſciret potentiam Dei, & blaſphemantia ora comprimeret, fieretque teſtis illius maieſtatis, quam paulò ante contempſerat*. Itaque Deus peccatores in proprijs miſerijs, & inter alienas felicitates viuos conſeruat, non ſolùm, vt videndo torqueantur, ſed etiam, vt dolendo emendentur. Quare poſteri Heli ſummo ſacerdotio deſtituti inter ſummos Sacerdotes in eorum locum ſubrogatos retinentur, vt non tam dolore inuidiæ, quàm dolore pœnitentiæ compungantur, vt deficiant eorum oculi; non ſuffuſi liuore, ſed effuſi in lacrymas, vt tabeſcat eorum anima non ex maleuolentia in alienam gloriam; ſed ex pœnitentia de propria malitia.

Hebræorum error de Pharaonis incolumitate in mari rubro. Abul. *Vltimus Pharao in mari rubro perijt. Sennacherib à communi ſuorum ſtrage liberatur, vt in ſuis puniretur & emendaretur.* D. Hiero.

17\. Chald. Septuag. *Et pars magna domus tuæ*, &c. Chaldæus vertit: *Et omnis multitudo domus tuæ occidentur iuuenes*. Septuaginta in Biblijs Sixtianis: *Et omnis, qui ſupererit domus tuæ, decident in gladio virorum*. Nec multum diſſident in Regijs, & Complutenſibus: *Et omne abundans domus tuæ cadet in framea virorum* In Hebræo, verbum ex verbo reddendo, eſt: *Et omnis multitudo domus tuæ morientur viri*. Ex quibus exemplaribus triplex oritur diſcordia. Vna ex numero morientium Altera ex tempore moriendi. Tertia ex genere mortis. Quas breuiter concordemus.

Triplex difficultas.

18\. Prima diſcordia ex numero morientium in eo conſiſtit, quòd Latinum exemplar dicit, morituram magnam partem domus Heli; at verò Hebræum, Chaldæum, & Græcum morituram omnẽ multitudinem domus Heli, ſeu omnem, qui in do-

Prima de numero poſterorũ Heli morientium

A mo Heli inuentus fuerit. Sed nulla eſt pugna, ſi hæc exemplaria originalia in ſenſu figurato intelligantur: *Omnis multitudo* pro magna parte domus; vt de ſimili loquutione diximus cap. 1. num. 21. In qua, *omnis*, pro pluribus vſurpatur. Et ſic eſſe neceſſariò intelligendum, patet tam ex hoc numero, in quo dicitur, non omnem virum de domo Heli ab altari auferendum, quàm ex num. 36. in quo apertè ſupponitur aliquis de domo Heli ſuperfuturus. Vnde Latinus interpres ſenſum reſpiciens, non verba, rectè tranſtulit ſine tropo: *Et pars magna domus tuæ morietur*, quod in filijs Heli, & in alijs octogintaquinque ſacerdotibus, de quibus num. 31. iam diximus, impletum eſt: nam ex tam multis ſacerdotibus de domo Heli occiſis, vnus tantùm reliquus fuit Abiathar, qui fugâ conſulens vitæ ſuæ, *fugit ad Dauid*, 1. Reg. 22. n. 21. ſub quo incoB lumis ſuperfuit.

Explicatur. Omnis pro pluribus ſæpè in Scriptura vſurpatur.

Sed cur maior pars domus Heli dicitur intempeſtiuè moritura? D. Greg. Magn. rationem eſſe ſentit, quia maior pars filiorum imitatura erat negligentiam paternam: *Nam doctoris*, inquit, *reprobi plures auditores ſunt, qui ſequantur praua, quæ agit; quàm recta, quæ docet*. Et propterea ſentit, raros tantùm filios Heli, & qui viros ſe præſtitiſſent, vt initio huius numeri diximus, in ſacerdotio relinquendos. Nihilominus cum hæc pœna inferatur filijs propter culpam patris (quod non eſt inconueniens, cum ſit pœna temporalis, quæ propter culpam paternam poteſt filijs infligi) non eſt cur ad culpam filiorum recurramus, præſertim ſi dicamus illos Sacerdotes à Saüle occiſos, innocentes fuiſſe, & iuC ſtos, imò & martyres, vt Bachiarius ſuprà citatus appellauit. In pœnam igitur, ac deteſtationem paternæ culpæ tam multi filij ceciderunt. 19.

Cur maior pars domus Heli intempeſtiuè moritura dicatur. D. Greg. Bachiar.

Altera diſcordia ex tempore moriendi eſt in eo, quod Chaldæus vertit: *Occidentur iuuenes*, quem ſequitur Pagnin. in Biblijs Fortunati, & probat in theſauro verbo אנש *anaſc*, id eſt, *homo*; quia cum ſupra dicatur ſenex in domo Heli defuturus, rectè hoc loco iuuenes morituri colliguntur Subſcribũt Hebræi apud Caiet. dicentes, nullum de domo Heli tranſire annum ætatis quinquageſimum, At verò in fonte eſt, morientur אנשים *anaſcim*, hoc eſt, *viri*, ſeu *homines ætatis robuſtæ*, vt Caiet. interpretatur; quem ſenſum clariùs expreſſit Latinus interpres, tranſferens: *Morietur, cùm ad virilem ætatem venerit*; D apertè ſignificans hanc mortem futuram in ætate virili. Sed facilè tolletur pugna, ſi aduertas nomen אנשים *anaſcim*, non ſemper exprimere virorum qualitatem, iuuenúmne, an ſenum: ſed eam ex adiunctis dignoſcendam, vt ipſemet Pagnin. in theſauro citatus fatetur: vnde hoc loco, alios aliter Hebræum nomen interpretari potuiſſe, ſed omniũ fideliſſimè vulgatem interpretem Latinũ, morituros, cùm ad ætatem virilem venerint, hoc eſt, morituros viros. Adde, qui ſunt in confinio virilis, ac iuuenilis ætatis, ab vtrouis extremo poſſe, nunc viros, nunc iuuenes appellari: vnde nihil mirum, ſi poſteri Heli in vtriuſque ætatis concurſu poſiti, ab E alijs, atque alijs viri, vel iuuenes appellentur. 20.

Secunda difficultas de tempore moriendi. Chald. Pagnin. Caiet. *Enucleatur.* Pagnin.

Argumentum Pagnini vim non habet, quia quamuis negentur ſenes in domo Heli futuri, non tamen negantur viri: potuerunt igitur ad virilem ætatem accedere, quin excederent in ſenilem. Illud Hebræorum dogma, præterquam quòd multis alijs eorum figmentis ſimile videatur; præſenti doctrinæ nihil obeſt, quia ante quinquageſimum annum virilem ætatem aſſequuntur, in qua moriantur. Et rectè quidem viri iam effecti de medio tolluntur, vt maiori cum doloris ſenſu abripiantur: nam cùm ætas virilis apta ſit ſacerdotio obeundo, 21.

Rationes contraria ſoluuntur.

obeundo, dum eam ingreſſi moriuntur, planè ſacerdotio tractando indigni iudicantur. Et in hanc fere ſententiam mihi videtur D.Greg. hoc loco latiùs philoſophari.

D Greg.

22\.
Tertia difficultas de mortis genere.

Tertia diſcordia ex mortis genere cernitur in hoc, quòd vulgata naturale mortis genus ſignificare videatur: *Morietur*, inquit, *cùm ad virilem ætatem venerit*; ſcilicet non vi, non ferro, non externo aliquo nocumento, ſed ipſa naturæ lege ad interitum deducente. At verò Chald. Paraphraſtes, & clariùs Septuaginta interpretes violentum mortis genus interpretantur. Nam Chaldæus: *Occidentur*, inquit, *iuuenes*. Occidi autem non dicuntur, niſi quibus externa aliqua violentia infertur, eò maior, quò ætas eſt viuacior, & vegetior, qualis eſt iuuenilis: dum igitur iuuenes dicuntur occidendi, tam ex verbo, quàm ex nomine violentia indicatur. Apertiùs Septuaginta: *Omnis*, inquiunt, *qui ſuperfuerit domus tuæ, decidet in gladio*, ſeu, *in framea virorum*. Vbi ſatis apertè non mors, ſed occiſio, hoc eſt, non naturale, ſed violentum mortis genus ſignificatur; quale illud eſt, quod interuentu gladij exercetur. Tota diſcordia facilè tranquillabitur, ſi dicamus non oportere, vt omnes eodem mortis genere de medio tollendos eſſe intelligamus, ſed alios naturali, vt inſinuat vulgata: alios violento, vt Chaldæum, & Græcum exemplar expreſſerunt, obituros. Nec ſi oporteret morte omnes violenta corripi, id negaret editio vulgata, quia morituros tantùm dicit; hoc, vel illo mortis genere, non declarat; certum igitur eſt multos violentam mortem oppetijſſe, vt filios Heli in bello contra Philiſthinos, & illos octogintaquinque Sacerdotes gladio Saülis interfectos; nec tamen repugnat, alios mortem ſubijſſe naturalem, qui in vulgata præcipuè inſinuentur.

Chald. Septuag.

Exponitur.

23\.
Cur virorum gladio poſteri Heli occidendi dicuntur.
Prima expoſitio
Deus in puniendo lenis, ſenibus comparatur.
Secunda expoſitio.
Grauiora hominũ quàm Dei ſupplicia.

Sed quid eſt illud: *In gladio virorum*? Quidam exponunt de ſupplicio blando, & humano, vt vocant, iuxta illud Dei de Salomone: *Arguam eum in virga virorum*, 2.Reg.7.num.14. Hebraicè, in virga אֲנָשִׁים *anaſim*, hoc eſt, vt diximus, *hominum ſenum*, ſeu languidorum, ſeu imbecillorum, qui propter infirmitatem vix quempiam poſſint tangere, nedum verberare, ſeu vulnerare: adeò enim Deus leniter punit, vt cum his hominibus ferire non valentibus comparetur. Alij verò exponunt de ſupplicio nimis rigido, ac duro, ſeu hominum robuſtorum; hos enim ſignificat Hebræum nomen, *anaſim*, vt dictum eſt. Vnde olim ciues Bethuliæ Deum ſic deprecabantur: *Tu qui pius es, miſerere noſtri: in tuo flagello vindica iniquitates noſtras, & noli tradere confitentes te populo, qui ignorat te*, Iudith.7.n.20. Quaſi Dei flagellum mitius, quàm hominum flagellum illis videretur; & propterea diuino potiùs, quàm humano percuti mallent.

24\.
Homines ipſis aliquãdo belluis immitiores, & crudeliores.

Hæc poſterior expoſitio propior ad literam accedit. Nam hoc loco ſeuera punitio domui Heli denunciatur, nec ſeuerior eſſe poteſt, quàm quæ dicitur gladio virorum exercenda, qui vel ipſis belluis aliquando eſſe ſolent immitiores. Patet in Helia, quem corui immitiſſimæ volucres, indulgentiſſimè paſcebant ad vitam, 3.Reg.17.num.6. homines tamen Achab, & Iezabel iniquiſſimè repoſcebant ad mortem, 3.Reg.19.num.2. Patet in Daniele, cui leones omnium belluarum immaniſſimi ſubmittebant caput, Daniel 6.num 22. homines tanquam ipſis leonibus diriores machinabantur inſidias. Vnde Rex Darius lapidem, quo lacus leonum, in quem Daniel miſſus eſt, obtegebatur, *Obſignauit annulo ſuo, & annulo optimatum ſuorum, ne quid fieret contra Danielem*, ibidem num.17. Quaſi multò magis timeret Daniel à ſæuitia hominum foris inſidiantium, quàm à feritate leonum intus ferocientium. & quem à leonibus illæſum fore non deſperabat, ab hominibus oppreſſum iri vehementer formidaret. Quare D.Cypr. ſerm. de oratione Dominica, hominum crudelitatem in vtroque euentu admiratus exclamat: *O humana malitia deteſtanda crudelitas! Feræ parcunt, aues paſcunt; homines inſidiantur, & ſæuiunt.* Idem videre eſt in Iona, quem homines occiſuri in mare deiecerunt, Ion.1.n.15. Balæna verò ſeruatura in aluum condidit, Ion.2 n.1. Vnde D.Hier. aut quiſquis ille eſt auctor illatum epiſtolarum, quæ in 9. eius operum tomo circumferuntur, epiſt. 29. de reſurrectione Domini: *Quem*, inquit, *malitia hominum perdidit, beſtia eſuriens cuſtodiuit.*

D.Cypr.

D Hier.

25\.
Poſteri Heli hominũ gladio crudeliùs occiſi.

Igitur humanum ingenium aliquando inclementius eſſe ſolet, quàm ferinum: proindéque dum poſteri Heli in gladio virorum occidendi dicuntur, duriſſimo ſupplicio mactandi ſignificantur. Et quidem duo eius filij Ophni, & Phinees à Philiſtinis hoſtiliter interfecti in acie ceciderunt, infrà c.4.n.11. eò crudeliùs, quò propiùs ad arcam fœderis militabant, cuius ſanctitas retinere potuit furentes idololatras, cædem, & ſanguinem ſpirãtes, quominus in eorum exitium inueherentur. Illi verò octogintaquinque Sacerdotes, de quibus ſupra, acerbiſſimam mortem obierunt. In primis ſeueriſſimè denunciatam à Saüle, dicente ad ſummum Sacerdotem: *Morte morieris Achimelech, tu, & omnis domus patris tui*, 1.Reg.22.n.16. Deinde crudeliſſimè illatam à Doeg ibid.n.18. nam cùm reliqui ſatellites Saülis, iuſſi ab ipſo Rege Sacerdotes interficere, non auderent manus ſuas ſacerdotali ſanguine polluere, & profanare: vnus Doeg iuſſus à rege, irruit temerarius; tãta crudelitate præceps, vt neque ſacerdotali dignitate, neque loci religione, neque ſacrarum veſtium apparatu, quo erant omnes induti, retardari poſſet, quominus in plagas, ac cædes deſæuiret. Quid crudelius? En gladius virorum: vnius quidem numero; ſed feritate, ac crudelitate plurimorum, in quo poſteri Heli miſerabiliter ceciderunt.

Num. 34. Hoc autem erit tibi ſignum, quod venturum eſt duobus filijs tuis, Ophni, & Phinees: in die vno morientur ambo.

EXPOSITIO LITERÆ.

1\.
Signum in Scriptura tripliciter vſurpatur.
Primò.

HOc *autem erit tibi ſignum*, &c. Signum in Scriptura, vt alios mittam ſignificatus, tripliciter ſumi poteſt. Primò, pro miraculo, ſeu portento, quod naturæ ordinem prætergreditur: *Poſuit in Ægypto ſigna ſua, & prodigia ſua in campo Taneos*, Pſalm.77.num.43. *Poſuiſti ſigna, & portenta in terra Ægypti, vſque ad diem hanc*, Ierem.32. numero 20. *Niſi ſigna, & prodigia videritis, non creditis*, Ioan.4.num.48. & paſſim alibi. Secundò, pro re ad aliam ſignificandam propoſita, quamuis naturæ vires non excedat. Sic olim Deus ad Moyſen: *Erit autem vobis ſanguis in ſignum*, &c. Exod.12.num.13. Sic Samuel ad Saülem: *Et hoc*, inquit, *tibi ſignum, quia vnxit te Deus in principem*, &c. 1.Reg.10.num.1. Sic etiam Angelus ad paſtores: *Et hoc vobis ſignum; Inuenietis infantem*, &c. Luc.2.n.12. & ſic de cæteris paſſim. Tertiò pro re vtrumque habente, & quæ miraculum, ſeu inſtar miraculi cuiuſdam ſit; & quæ ad rem aliquam ſignificandam proponatur. Sic vellus Gedeonis, Iudic.6.n.37. Sic regreſſio Solis. 4.Reg.

Secundò.

Tertiò.

20.num.

20.num.11. Sic conceptio Eliſabethæ ſterilis, Luc. 1 num.36 & id genus alia, & miracula fuerunt naturæ vires excedentia, & ſigna alias, atque alias res ſignificantia.

2.
Signum hic in tertia ſignificatione vſurpatur.

Signum igitur hoc loco ſumi poteſt, interprete Abulenſe, hoc tertio modo: ita vt & prodigium quoddam ſit, & futuras calamitates portendat, iuxta priorem ſignificationem, ſenſus eſt. Repentinus tuorum filiorum interitus, erit tibi quoddam veluti prodigium, nigro calculo ſignandum, quo ad triſtitiam incredibiliter mouearis. Nam ſicut ſacerdotum vita portentoſa eſt, iuxta illud de ſacerdotibus: *Viri portendentes ſunt*, Zachar.3.num.8. Quia propter ſuam eximiam ſanctitatem, interprete Montano, debent reliquos homines obſtupefacere; non minùs, quàm ſi eſſent quædam cæleſtia portenta: ita eorum mors, præſertim inopinata, videtur omnibus portentoſa: non quòd vltra naturæ leges contingat, ſed quòd quanta eſt ſacerdotalis vitæ auctoritas, tanta ex infauſta eorum morte admirabilitas conſequatur. Iuxta poſteriorem ſignificationem ſenſus eſt. Mors tuorum filiorum erit tibi ſignum, quod reliqua infortunia domui tuæ euentura ſignificabit. Poteſt autem litera iuxta hunc ſenſum dupliciter inferri. Primò, ſumendo illud (*quod venturum eſt*) ex parte ſigni in hunc modum. Hoc, quod venturum eſt, ſcilicet mors, quæ tuis filiis continget, erit tibi ſignum eorum, quæ tibi prædixi. Secundò, ſumendo illud ex parte ſignificati, ſic: Hoc, nempè tuorum filiorum mors, erit tibi ſignum, quod venturum eſt tuæ poteſtatis exitium, & infortunium. Vtroque modo rectè litera explicatur.

Sacerdotis vita ſit ſanctitate prodigioſa
Montan.
Sacerdotis mors inopinata, portentoſa.

3.
Primum dubium
Cur hoc ſignum præcipue Heli proponatur.

Superſunt nonnulla dubia, quorum explicatione totus verſiculus illuſtrior innoteſcet. Primum, Cur hoc præcipuè ſignum proponatur Heli ad ſignificandas poſterorum eius calamitates? Reſpondeo in primis, quia hoc ſignum magis cum re ſignificata connexum erat: nam ſicut euulſa radice exareſcunt rami, qui ab illa pullulabant, ita præciſis filiis Heli tota eius poſteritas inde propaganda præſcindebatur. Vnde hoc ſignum erat naturale, proindéque aptius ad ſacerdotalis illius ordinis euerſionem ſignificandam. Addo, quia hoc ſignum inſeruire poterat ad erudiendum, puniendúmque parentem de ſuis filiis moderandis negligentem. Dum enim audiret filios ſuos occidendos, & poſtea occiſos certiſſimo nuntio deprehenderet, non poſſet non incredibili dolore commoueri, & ſe præteritæ negligentiæ ter & ampliùs accuſare; ſe ſuorum filiorum dicere homicidam, ſe ſuæ poſteritatis euerſorem, ſe mille mortibus dignum eſſe, qui ſuorum funera poſterorum, facili, vt poterat, remedio non præueniret. Itaque Heli ſuos filios occidendos audiuit, & occiſis ſuperuixit: vt maiorem & dolendi, & pœnitendi occaſionem obtineret. Eandem ob cauſam voluit Deus vt Adam, licèt priùs mortem meritus fuerit, quàm Abel, poſteriùs tamen moreretur, vt filios ſuperuiuens maiorem ſui peccati deteſtandi, ac lugédi occaſionem inueniret. Quod D.Chryſoſt.hom.11.ad pop.rectè ponderauit. *Conſidera*, inquit, *Dei prudentiam, non ipſum mori primum permiſit; ſed hoc eius filium pati, vt ante oculos tabeſcens corpus intuitus, & marceſcens, magnam ex hoc aſpectu Philoſophiæ diſciplinam caperet.*

Heli ex filiorum morte, & puniebatur, & erudiebatur.

Adamus in Abelis morte maiorem pœnitendi occaſionem inuenit.
D.Chryſ.

4.
Secundum dubium.
Ex hoc ſigno magis Heli in oraculi fide confirmabatur.

Secundum dubium. Vtrùm hoc ſignum datum fuerit Heli, vt ſimpliciter crederet; an ſolùm vt magis confirmaretur in iis, quæ dicebantur? Credo ad hoc poſterius. Primò, quia Heli probus alioqui vir, illa excepta circa filios ſuos negligentia, fidem diuinis verbis non negaret; quamuis nullo modo ad credendum ſigno induceretur. Secundò, quia ſicut Heli ſine præuio ſigno credidit filios A ſuos vno die morituros; ita & crederet reliquas ſuorum poſterorum calamitates: nam cùm vtrunique obſcurum fuerit, aut ad vtrumque, aut ad neutrum ſigno indigeret. Tertiò, quia ſæpè in ſcriptura ſigna proponuntur non ad faciendam fidem, quia ſine illis creditur, ſed ad confirmandam: vt patet non ſolùm in B. Virgine, cui ſignum ab Angelo proponitur, Luc.1.n.36. quamuis illa Angelo annuntianti ſine vlla hæſitatione crediderit: vt præter vulgares interpretes, noſter Caniſius lib. 4. de Deipara Virg.c.1.clariſſimè confirmat: ſed etiam in Gedeone, Saule, Ezechia, locis paulò ſuperiùs citatis; quibus credentibus, aliqua tamen ſigna proponuntur, non vt dictis fidem habeant; ſed vt B in fide confirmentur. Imò iis, qui abſque ſigno non credunt, eo ipſo ſignum denegatur; vt patet in Zacharia, Luc.1.à num.18. Et in illis Phariſæis, de quibus Chriſtus Dominus, *Generatio*, inquit, *mala, & adultera ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei*, Matt.12.num.39. & in Herode, qui cum optaret à Chriſto D. videre ſignum, ne verbum quidem accepit vllum, Luc.23.n.8 & 9. Contulit igitur hoc ſignum, vt Heli in fide de rebus quæ à viro Dei audierat, confirmaretur. Quemadmodum & fideles in articulis fidei per rationes probabiles magis quodammodo extenſiuè confirmantur. Sed aduerte certitudinem ex fide habuiſſe Heli, ſtatim vbi virum Dei, vt talem cognitum audiuit; confirmationem C verò ex ſigno, poſtquàm ſignum re ipſa exhibitum eſt: nam anteà, cùm ſignum eſſet ignotum, non poſſet facere notum ſignificatum.

Signa in Scriptura ad confirmandam fidem proponuntur.

Caniſius.

Iis, qui abſque ſignis nõ credunt, eo ipſo denegatur.

5.
3. dubium.
Cur mors filiorum Heli alio etiam ſigno non confirmetur.

Tertium dubium ex dictis conſequitur. Cur, ſicut mors filiorum Heli datur in ſignum ſacerdotij auferendi: aliud quoque ad ipſam filiorum mortem ſignificandam ſignum non præexiſtit? Cùm enim futura filiorum mors non fuerit minùs obſcura, quàm ſacerdotium auferendum: ſicut hoc præuio ſigno indigebat, quo firmiùs extenſiuè crederetur, ita & illa. Ratio eſt, quia mors filiorum reuelabatur ſolùm Heli; qui cùm iuſtus eſſet, crederet ſine ſigno: at verò ablatio ſacerdotij, etiam eius poſteris, qui fortaſſe ſine præuio ſigno non inducerentur ad credendum. Adde mortem per ſe D ipſam patri præſentem fore, non autem ablationem ſacerdotij: & propterea hanc ſolam, ſaltem in ſigno illi præſentandam fuiſſe, illam non indiguiſſe ſigno, quo oſtenderetur, cùm per ſe ipſam oſtendendam.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Num. 35. Et ſuſcitabo mihi ſacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum, & animam meam faciet: & ædificabo ei domum fidelem, & ambulabit coram Chriſto meo cunctis diebus.

1.
Quis ſacerdos fidelis hoc loco nuncupetur?

EXPOSITIO LITERÆ.

E *Et ſuſcitabo mihi*, &c. Præcipua huius loci difficultas eſt, quis hoc loco ſacerdotis fidelis nomine intelligatur? Prima expoſitio, eſſe Chriſtum D. Ita D.Cypr. lib.1. aduerſùs Iudæos. Euſebius Cæſar.lib.4. demonſtr. Euang. cap.16. Rabanus in cap.33 Ieremiæ. Theodor quæſt.10. Rupertus, Beda, Angelom. & alij interpretes, qui hunc locum de nouo ſacerdotio legis gratiæ interpretantur. Hæc expoſitio vera eſt in ſenſu myſtico, in quo ipſi loquuntur: vt annot.24. fuſius illuſtrabo: non tamen in literali, tum quia ſacerdos fidelis, de quo ad literam hîc agitur, ille eſt, qui tranſtulit

Prima expoſitio de Chriſto D.
D.Cypr.
Euſeb.
Cæſar.
Raban.
Theod.
Rupert.
Beda.
Angelom.
Hæc expoſitio vera eſt in ſenſu myſtico, falſa in literali.

tulit vetus ſacerdotium de domo Heli ad domum Phineæ, cui primùm à Deo promiſſum fuerat: hanc autem translationem Chriſtus Dominus non fecit; ſed aliam multò nobiliorem à Synagoga in Eccleſiam, cùm vetus ſacerdotium extinxit, & nouum condidit. tum quia hæc prophetia impleta eſt tempore Salomonis; cùm è ſacerdotio excluſit Abiathar, vnum è nepotibus Heli, *Vt impleretur*, inquit textus, *ſermo Domini, quem loquutus eſt ſuper domum Heli in Silo*, 3. Reg. 2. num. 27. Quo tempore nondum Chriſtus Dominus in terra apparuerat: tum denique quia illud quod ſequitur; *Et ambulabit coram Chriſto meo*; nullo modo quadrat in Chriſtum Dominum. Quis eſt enim ille Chriſtus, ante quem dicitur ambulaturus? Ipséne, an alius? Ante ſe non poterat, ante alium non congruebat: ergo, &c.

2.
Secunda expoſitio, de Samuele.
D. Hier.
Angel.
Hæc expoſitio reiicitur.

Secunda expoſitio, eſſe Samuelem. Ita audio multos præſertim viua voce prædicantes, hunc locum interpretari, ſequutos, vt ipſi fortaſsè putant, ſententiam Diui Hieronymi in 1. Corinth. 1. ſubiunino loquentis de Samuele, ac dicentis: *De quo etiam ſecundum hiſtoriam dictum eſt: Suſcitabo mihi ſacerdotem fidelem.* Nec repugnat Angel. dicens, poſſe hunc locum de Samuele intelligi, qui quamuis non eſſet de familia ſacerdotali, tamen defuncto Heli in ſacerdotium ſucceſſerit. Sed hanc expoſitionem ſuprà annot. 17. ſect. 2. iam reiecimus; vbi etiam oſtendimus D. Hieronym. nec huiùs ſententiæ, nec illorum commentariorum in epiſt. ad Cor. auctorem eſſe, ſed alium quempiam D. Hieronymi nomine inſcriptum. Et vlterius probatur, tum propter rationem vniuerſalem, quia Samuel non fuit ſacerdos, vt annotatione illa 17. oſtenſum eſt; tum quia licèt demus fuiſſe ſacerdotem à Deo denuò inſtitutum, adhuc non potuit ſacerdotium à domo Heli in domum Phineæ transferre; cùm hoc fieri non poſſet, niſi per aliquem ex Phineæ poſteritate, de qua Samuel non erat: tum quia quando hæc prophetia impleta eſt ſub tempore Salomonis, per ſacerdotem, quem Deus hoc loco promiſit ſuſcitandum, iam Samuel è viuis exceſſerat: tum denique quia Samueli conuenire non poteſt id, quod ſequitur: *Et ædificabo ei domum fidelem.* Quæ enim potuit eſſe fidelitas domus Samuelis, vt notat Beda, & Angelom. cuius filij declinaſſe poſt auaritiam, nec ambulaſſe in viis patris referuntur.

3.
Tertia, & vera expoſitio de Sadoc.
Theod.
Rupert.
Angelom.
Carthuſ.
Lyran.
Abul.
Caiet.
Probatur.

Tertia igitur, ac vera expoſitio fuiſſe Sadoc. Ita interpretes communiter Theodoret. Rupert. Angelom. Carthuſian. Lyran. Abulenſ. Caietan. & alij, patétque ex dictis, & vlteriùs declaratur; quia ſacerdos, de quo hîc agitur, ad literam ille eſt, qui poſteros Heli a ſummo ſacerdotio excluſit, & ſummum ſacerdotium ad domum Phineæ reuocauit; ac denique cui omnia conueniunt, quæ in hoc verſiculo prædicuntur: hic autem eſt Sadoc; nam hic in primis excluſit à ſummo ſacerdotio poſteros Heli in eorum locum à Salomone ſubrogatus; iuxta illud de Salomone: *Sadoc ſacerdotem poſuit pro Abiathar*, 3. Reg. 2. num. 35. ſcilicet vt hæc prophetia impleretur; vt ex eodem capite proximè retulimus. Hic præterea ſacerdotium ad domum Phineæ reduxit; cum enim ipſe fuerit de domo Phineæ, vt patet 1. Paralipom. 6. numero 8. Vbi primùm ipſe à Salomone ſacerdotium recepit, rectè cenſetur per ſe illud ad patris ſui domum retuliſſe. Hic denique fuit Sacerdos fidelis, qui iuxta cor, & animam Dei fecit, & cui Dominus ædificauit domum fidelem, & qui ambulauit coram Chriſto Domini cunctis diebus, vt ex dicendis patebit: ergo ille eſt, qui hoc loco ad literam ſignificatur.

4.
Hic ſacerdos ſuſcitandus dicitur, quia ad priſtinam maiorū ſuorum dignitatem erat reducendus.
Abul.

Dicitur igitur in primis ſuſcitandus: hoc eſt, interprete Abulenſi, nouiter faciendus ſacerdos, cùm antea non fuiſſet: ſed potiùs dixerim, ſuſcitandus, quia nouiter faciendus non erat, ſed iam olim factus in ſuis maioribus, & poſtea extinctus, nunc demum tanquam è morte ad vitam, ad priſtinam dignitatem reducendus. Quaſi ſenſus ſit, ſacerdotes de domo Eleazari intermiſſi fuerant, & quodammodo ſepulti; nunc autem denuò reuiuiſcent, & ſuſcitabuntur. Nam qui denuò ſacerdotio initiantur, cùm antea non fuerint, non tam ſuſcitari, quàm creari, aut fieri dicuntur; iuxta illud Samuelis: *Dominus qui fecit Moyſen, & Aaron*, 1. Regum 12. n. 6. hoc eſt, qui dignitate ſacerdotali, ac principali, tunc primùm exornauit, ac veluti de nihilo creauit. Quo pacto & nunc principes vocant facturas, & creaturas ſuas, quos de puluere erigunt ad honores: & nulla maiorum ſuorum, aut rectè factorum luce claros, collatis honorum titulis ſubitò illuſtrant. Nam qui priſcis honoribus, quos aliquando obtinuerant, reſtituuntur; non tam creantur e nihilo, quàm è morte quodammodo ſuſcitantur.

5.
Nouus hic ſacerdos fidelis dicitur. Primò à firmitate. Secundò à fidelitate in Salomonem.
Tertiò à fidelitate in Deum.
Sadoc in Deū fidelitas ex priſtina maiorum ruina firmior.

Fidelem autem vocat hunc ſacerdotem. Primò à firmitate. Nam ſacerdotibus de ſtirpe Heli breui tempore conſumptis, Sadoc de ſtirpe Eleazari cum ſuis poſteris toto tempore legis veteris in ſacerdotio firmus permanſit. Secundò à fidelitate erga Salomonem. Nam Abiathar de poſteris Heli, Adoniam Salomonis fratrem, tumultuantem, & regnum præripere molientem adiuuabat: at verò Sadoc à Salomone non recedebat, eiúſque partes fideliter tuebatur, vt ex 3. Reg. 1. num. 7. & 8. conſtat. Tertiò à fidelitate erga ipſum Deum. Licèt enim filij Heli à fide fideles eſſent, quia myſteriis reuelatis aſſentiebantur; non tamen à fidelitate, quæ cernitur in promiſſis ſeruandis, & obligationibus implendis, quas illi contemnebant: at verò Sadoc ſummus fideliter exequebatur. Imò quia videbat maiores ſuos à ſummo ſacerdotio excluſos fuiſſe propter infidelitatem, ſeu iniquitatem, qua ſua munia obibant: idcircò ille, ne expelleretur, diligentior, & cautior fidelitati ſtudebat.

6.
Præterita ruina peccatorum ad firmiorē reſurrectionē prodeſt aliquando.

Nam ad reſurgendum, prodeſt aliquando corruiſſe, ad valetudinem conſeruandam quandoque iuuat ægrotaſſe. Vnde Sacerdotes, & Leuitæ, qui ante captiuitatem Babyloniam in ſuis miniſteriis fuerant negligentes: poſt captiuitatem diligentiſſimi extiterunt, vt videre eſt 1. Eſdr. 3. à numero 8. Vbi dicuntur ſacerdotes, & leuitæ non ſolùm ædificando templo grauiter incubuiſſe, ſed etiam templo iam ædificato diuinos ritus, ac ceremonias magna eum alacritate, ac pietate inſtauraſſe, ita vt priorem ſuam in diuino cultu negligentiam hac poſteriore diligentia ſatis ſupérque rependiſſe viderentur. In quem locum Beda: *Notandum*, inquit, *quantum boni malum captiuitatis attulit, de qua eruti, tanta omnes contentione, quanta nunquam anteà, cœleſtibus obſequiis inſtant.* Et ſtatim, non ſolùm quondam in Iudæis, ſed etiam nunc in Chriſtianis ſimiliter aliquando accidere confirmans. *Sed etiam hodie*, inquit, *multis, qui in pace negligentes vixerunt, ſubitò erraſſe, & peccaſſe, profuit: dum poſt caſum pœnitendo erecti, vigilantiùs Deo ſeruiunt: & qui pigri in innocentia ſtabant, & deſides, poſt accidentem ruinam admoniti ſunt, ſolertius contra hoſtis inſidias accincti: vt qui nec propriam vitam curando offenderant, poſt etiam fraternæ ſalutis curam gerant.* Beda.

7.
De hac re Bachiarius in epiſt. ad Ianuar. ſæpiùs citata,

Præterito martyrum infirmitas quodammodo reddit fortiores.

citata de lapſis recipiendis, *Solet*, inquit, *percuſſus miles in primo certamine, in ſecundo fortius dimicare; & contra percuſſorem ſuum magis iratus inſurgere.* Quod probat in martyribus, quos aliquando præteritæ ruinæ pudor præſentem ſtimulat ad victoriam; *Quid mirum*, inquit, *ſi ille quem fornicationis baſia percuſſit, in paſſionis congreſſione ſuperauerit? Quid ſi victor fuerit in martyrio, quem vicerat incontinentia, & libido?*

Samſonis exemplum

Certe ita Samſoni accidiſſe teſtatur; quem præterita infirmitas quodammodo reddidit fortiorem. *Nonne*, inquit, *ſic fecit ille Nazaræus ex repromiſſione natus? quem cum in perniciem ſui, mulieris blandimenta viciſſent poſtmodum in fine obitus ſui ſub martyrij paſſione maiorem inimicorum exercitum proſtraſſe, quam ante, quando Nazaræus, hoc eſt, immaculatus fuerat, reperitur.*

8.

Dauid ex præterito caſu firmiores ad ſtandum vires reſumpſit.

Sic & plures alij vires ex ſuo caſu firmiores ad ſtandum, & pugnandum reſumpſere. Dauidem à concupiſcentia carnis ſemel victum, 4 Reg 11. n. 4 vincere deinde non potuit concupiſcentia gulæ: ſitire enim maluit, quàm oblatum ex ciſterna Bethleemitica cyathum haurire, 2. Reg. 23. numero 16. quia de priori appetitu ſic erubuit, vt ſubnaſcentes alios facilè iugularet.

D. Petrus ſanctior poſt lapſum

Petrus, qui ante negationem interrogare non audebat Dominum, niſi per Ioannem, cui innuit dicens: *Quis eſt, de quo dicit?* Ioann. 13. num. 24. poſt negationem auſus eſt interrogare Dominum, etiam de Ioanne: *Domine hic autem quid?* Ioan. 21 num. 21. Quia ſanctior poſt lapſum redditus, Chriſto Domino familiarior reddebatur.

9.

Apoſtolorum præterita incredulitas ad firmiorem fidem excitabat.

Apoſtolis apparuit Chriſtus Dominus, *& exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis; quia iis qui viderant eum reſurrexiſſe, non crediderunt*, Marc. 16. numer. 14. & ſtatim nulla interpoſita mora, quos incredulos arguit, credendi magiſtros, & prædicatores conſtituit. *Euntes*, inquit, *in mundum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ*, ibid. n. 15. Quia præterita incredulitatis culpa ſic pungebat, & vrgebat, vt in poſterum non ſolùm ad credendum fuerint promptiores ſed etiam ad fidem prædicandam aptiores. Itaque victum eſſe, ſæpe iuuat ad vincendum: peccaſſe, ad peccata amputanda: in diuino cultu obdormiſſe, ad cautiores deinceps vigilias obeundas. Non aliter & Sadoc ex ſuorum maiorum ruina erigebatur; & eò fidelior in ſacerdotio confidebat, quò videbat illos infidelius cecidiſſe.

Præterita culpa memoria ad futuram reſurrectionem ſæpè prodeſt.

Bachiar.

Quare nemo ex vno peccato occaſionem ſumat ruendi in alia; ſed potiùs deteſtandi præterita, & cauendi futura Et ſicut olim Ieremias per funiculos, & veteres pannos, & putrida veſtimenta è cœnoſo lacu in apertam lucem extractus eſt, Ierem. 38. num. 12 ita peccator, vt docet Bachiarius citatus, peccata commiſſa in memoriam reuocans, ne deſperet; ſed per illa quoſdam veluti per funiculos, ad lucem gratiæ extrahatur, & in diuino obſequio firmius ſolidetur.

10.

Quid per cor, & animam Dei hic ſignificatur.

Lyran.

Prima expoſitio de Salomone.

Iuſti Dei cor, & anima.

Chriſtus D. Dei anima.

Orig.

Qui iuxta cor meum, & animam meam faciet, &c. Prima Sadoc laus, quod facturus ſit iuxta cor Dei, & animam Dei. Sed quid per cor, & animam Dei ſignificatur? Lyran. exiſtimat ſignificari Salomonem. Solet enim Deus ſeruos ſuos appellare cor ſuum, & animam ſuam: vt iam annot. 11. ſect. 3. §. 8. obiter aduerti, & hîc breuiter illuſtro. In primis Chriſtum Dominum, animam ſuam appellat Deus: *Ponam*, inquit, *tabernaculum meum in medio veſtri, & non abiiciet vos anima mea*, Leuitic. 26. num. 11. Vbi Origen. homil. 16. ad finem: *Ego*, inquit, *audeo, & dico, quia anima Dei Chriſtus eſt.* Imò Ieroſolymam appellabat Deus animam ſuam. *Dedi*, in- A quit, *dilectam animam meam in manu inimicorum eius.* Ierem. 12. num. 7.

Maldon

Vbi Maldon. dilectæ animæ nomine Ieroſolymam intelligit, quam Deus tota anima diligebat. Sic & Chriſtus Dominus ſeruos ſuos animam ſuam appellabat. Nam in Cruce moriturus. *Pater*, inquit, *in manus tuas commendo ſpiritum meum*, Luc. 23. num. 46. Quorum verò ſpiritum ſuum in Patris manus commendabat, qui paterno ſemper tenebatur, & fouebatur amplexu?

D Athan

D. Athanaſ. orat. de humana natura, per ſpiritum Chriſti, ſeruos Chriſti interpretatur. *In eo*, inquit, nempe ſpiritu, *omnes homines apud Patrem deponit, ac commendat: per ipſum, & in ipſo viuificandos.*

D. Anſelm.

Similiter exponit D. Anſelm. tom. 3. in dialogo de B paſſione: *In hac*, inquit, *commendatione cum hoſtia ſanguinis commendabat Chriſtus Deo Patri matrem dulciſſimam, quæ ſcrinium eſt, & puriſſimum habitaculum ſancti Spiritus vna cum hominibus, qui de Spiritu ſancto victuri ſunt, vſque ad finem ſæculi.* Videant iuſti quo in loco à Deo collocentur, quanto in pretio habeantur: anima Dei ſunt, qua Deus præſente, ſibi viuere; qua recedente, ſibi mori videatur. Quoties peccando ſe Deo ſubtrahunt, toties ſuam Deo animam eripiunt: & ſi animam eripere, necare eſt; videant, ne quoties peccando ſe Deo ſubtrahunt, toties Deum necare aggrediantur.

11.

Chriſtus iuſtos ſeipſum appellat.

Sed mirum non eſt, ſi æternum Verbum appellet homines ſuum ſpiritum? C quando etiam appellat homines ſe ipſum. *Dominus*, inquit, *poſſedit me ab initio viarum ſuarum*, Prouerb. 8. num. 22. ſeu, vt eſt in Hebræo, *Dominus creauit me in principio creaturæ ſuæ.* Quid eſt obſecro, illud, *me:* nam ipſe Dominus creari non poteſt.

D. Athan.

Rectè D. Athanaſ. citatus. *De Eccleſia*, inquit, *dicit, quæ in ipſo conditur: non enim creator omnium, creatura, aut opus eſſe poterit. Sed opus in opere renouatus.* Dicturus igitur æternus filius ſeruos ſuos ab æterno Patre creari, ait ſeipſum creari: quaſi nullum inter ſe, & ſeruos ſuos diſcrimen interponat. Cum eodem Parente Æterno locutus Chriſtus Dominus: *Tu autem*, inquit, *Domine miſerere mei, & reſuſcita me*, D Pſalm. 40 numero 11.

D. Mathias alter Chriſtus.

In quem locum D. Ambroſ. *Non*, inquit, *reſuſcitari ſe petit; ſed reſuſcitari ſibi poſtulat Mathiam in locum Iudæ, vt Apoſtolicus numerus impleatur. Etenim quia neceſſe habebat perire filium perditionis, oportebat in locum ipſius ſubrogari filium ſalutis.* Ita D. Ambroſ. nec fortaſsè à litera alienus. Nam cùm proximo verſiculo præcedat ſermo de Iuda perditore: *Homo pacis meæ, in quo ſperaui*, &c. Æquum fuit, vt Chriſtus Dominus (quæ erat eius in omnes miſericordia) pro illo precaretur ſuſcitando; ſi non in perſona propria (erat enim filius perditionis) ſaltem in perſona ſucceſſoris, ſcilicet Mathiæ: quem Chriſtus Dominus ſignificat non alio pronomine, quàm primæ perſonæ, *Reſuſcita me.* Quaſi ſeruum ſuum E faciat ſeipſum, & quidquid beneficij in ſeruum ſuum conferatur, in ſeipſum collatum arbitretur.

Eccleſia Chriſti corpus.

D Ambr.

Eodem pertinet alter ſenſus, quo ibidem vtitur D. Ambroſ. *Reſuſcitari*, inquit, *ſe, hoc eſt, corpus ſuum poſcit; corpus autem Chriſti eſt Eccleſia.* Vbi Chriſtus Dominus totam Eccleſiam, ſuum erga illam amorem oſtenſurus, appellat ſe ipſum, *Reſuſcita me*: hoc eſt, Eccleſiam; quæ tanta mecum amoris neceſſitudine coaleſcit, vt vna mecum res dici, atque eſſe videatur; nec difficiliùs quiſquam à ſe ipſo diuelli poſſit, quàm illa à me ipſo ſeparari.

12.

Saulus in fidelibus Chriſtum perſequebatur.

Huc illa de cælo vox à Chriſto Domino edita ſpectabat: *Saule, Saule, quid me perſequeris?* Actor. 9. num 4. An Saulus in tantam inſaniam ruebat, vt

A regnantem, ac triumphantem in cælo Deum perſequeretur? Minimè verò; ſed eius perſequebatur Eccleſiam, quam Chriſtus Dominus à ſe ipſo amoris ſui cauſa erga illam non diſtinguebat. Ita D. Bernard. ſerm. 1. de conuerſione Pauli.

D. Bern.

An non, inquit, *perſequebatur Chriſtum, qui Chriſti membra trucidabat in terris? An verò perſequuti ſunt Chriſtum, qui ſacratiſſimum illud corpus crucis affixere patibulo; & non perſequebatur eum, qui aduerſus corpus eius, quod eſt Eccleſia, odio furebat iniquo?* Suos igitur Chriſtus Dominus à ſe ipſo non diſtinguit: etiam humiles, abiectos, & minimos. *Quamdiu feciſtis,* inquit, *vni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis,* Matth. 25. num. 40. Minimos dicit, & fratres appellat.

Minimos & humiles Chriſtus fratres appellat, imò & ſeipſum.
D. Chryſ.

B Neque enim minimorum fraternitate dedignatur. Quod expendens D. Chryſoſt. homil. 80. *Si fratres,* inquit, *tui ſunt, quomodo minimos appellas?* Et ſtatim ſuam ſibi dubitationem diluit. *Imo verò,* inquit, *adeò fratres, quia humiles, quia pauperes, & abiecti: hos enim maximè ad fraternitatem conuocat ſuam; qui ignoti, & deſpicabiles ſunt.* Sed parum eſt dixiſſe fratres; dixit, & ſe ipſum. *Mihi feciſtis. Ita enim,* inquit D. Hilarius, *in fidelium corporibus, mentibúſque transfunditur;* vt quæ gratia iuſtis tribuitur, Chriſto Domino tributa cenſeatur. Si igitur ſui ipſius loco reponit ſuos; quid mirum ſi cordis, & animæ loco pariter reponat? Quare hoc loco, vt ſignificet illum ſacerdotem, iuxta voluntatem Salomonis omnia facturum, ait, *Iuxta cor meum, &*

D. Hilar.

C *animam meam faciet.* Quaſi Salomonem non ſolùm in corde, ſed etiam pro corde geſtaret. Atque hæc eſt prima Lyrani expoſitio, ſed à litera remotior. Quia ſacerdotem in locum Heli, & poſterorum eius ſufficiendum, non tam ab obſeruantia in Salomonem, quàm in ipſum Deum commendari oportebat: nam ſicut ſacerdotes repulſi in hac parte peccauerant; ita ſubrogandi in eadem parte excellere debebant.

Prima Lyrani expoſitio, à litera remotior.

13. Secundò D. Gregor. per cor, & animam Dei, ſacram ſcripturam intelligit. *Quid,* inquit, *cor, & animam Dei, niſi ſacram eius ſcripturam accipimus? Nam corde cogitamus ad deliberationem, anima verò afficimur ad amorem? quia verò in ſacro eloquio conſilia omnipotentis Dei agnoſcimus, ibique amorem, quo*

Secunda expoſitio, de ſacra ſcriptura.
D. Greg.

D *humanum genus dilexit, inuenimus; & ipſum eloquium cor, & anima eius rationabiliter deſignant.* Qua diuinæ Scripturæ laude, neſcio an vlla maior dici queat: ſiquidem eſt ſacer theſaurus, in quo Dei cor, & anima cuſtodiatur, vt iam ſuprà annot. 1. ſect. 1. §. 38. dictum eſt. Laudatur igitur Sadoc, quòd daturus ſit operam ſacræ Scripturæ non ſolùm intelligendæ, & interpretandæ; ſed etiam exequendæ: quorum neutrum faciebant filij Heli *neſcientes Dominum neque officium ſacerdotum ad populum,* 1. Regum 2. numero 12. Durior etiam videtur hæc expoſitio: tum propter inſolentiam tropi, vſitata enim tranſlatio non eſt, vt ſacra ſcriptura Dei cor, & anima appelletur: tum quia ſicut præcedentium ſacerdotum nulla peculiaris in ſacram

Reiicitur.

E ſcripturam negligentia reprehenditur: ita neceſſarium non videtur, vt ſubſequentium peculiaris in eandem ſcripturam obſeruantia commendetur.

14. Tertiò igitur D. Auguſt. lib. 17. de Ciuit. cap. 5. Imò & D. Gregor. in priori commentatio Theodoret. Beda, Angelom Carthuſian. Hugo Cardinal. Abulenſ. & alij per cor, & animam Dei, quæ illi non propriè, ſed tropicè tribuuntur, diuinam voluntatem interpretantur, cui Sadoc erat in omnibus pariturus; ſicut enim Heli, & eorum filij in diuina voluntate contemnenda maximè reprehen-

Tertia, & vera expoſitio, de diuina voluntate à Sadoc exequenda.
D. Aug.
D. Greg.
Theod.

A ſibiles fuerunt: ita par erat, vt his excluſis, ſacerdotes in eadem voluntate diuina obſeruanda, & exequenda maximè laudabiles in eorum loco reponerentur, vt ex bonorum cura, & vigilantiâ, maiorum confunderetur negligentia, & ignauia. Sic enim ſolet Deus ex comparatione cum bonis malos acriùs ſtimulare. Nam prudentes virgines laudando, fatuas reprehendit, Matth. 25. à num. 2. Fidelem ſeruum, & prudentem obiiciendo; malum, ebrium, & iracundum incuſauit, Matth. 24. à num. 45. ſedulos & induſtrios per accepta talenta negotiatores opponendo; deſidem, & inertem vnius talenti poſſeſſorem confudit, Matth. 25. à num. 5. Promptos ad audiendam Ionæ prædica-

Beda.
Angelom.
Carthuſ.
Hug. Card.
Abul.
Ex comparatione cum bonis, malos Deus acrius ſolet ſtimulare.

B tionem Niniuitas commendando, rebelles diuinis admonitionibus Iudæos confutauit, Matt. 12. num. 41. Denique iuſtos omnes in extremo iudicio propter opera miſericordiæ diligenter exercita ad æterna præmia recipiendo; omnes reprobos propter eadem opera duriter contempta, maiori cum rubore, & ignominia ad æterna ſupplicia relegabit, Matth. 25. à num. 34. Sic & hoc loco per ſacerdotes diuinæ voluntatis ſtudioſiſſimos obſeruatores, illos alios contemptores & oppugnatores vehementius arguit, & condemnat.

15. *Et ædificabo ei domum,* &c. hoc eſt, eius familiam, ſeu eius poſteritatem amplificabo. Vulgaris enim Hebraiſmus eſt, quo ædificare domum, ponitur, pro dare poſteritatem; iuxta illud: *Quia ti-*

Domum ædificare in ſcriptura, idem, quod poſteritatem amplificare.

C *muerunt obſtetrices Deum, ædificauit eis domos,* Exod. 1. num. 21. Et illud: *Faciat Dominus hanc mulierem, quæ ingreditur domum tuam, ſicut Rachel, & Liam, quæ ædificauerunt domum Iſrael,* Ruth. 4. num. 11. Et illud: *Tu Domine exercituum Deus Iſrael, reuelaſti aurem ſerui tui, dicens, domum ædificabo tibi,* 2. Reg. 7. num. 27. Vnde illi viro, qui contra legem diuinam nolebat ſuſcipere vxorem fratris ſui defuncti ſine liberis, mulier publicè in faciem ſpuebat, dicens: *Sic fiet homini, qui non ædificat domum fratris ſui,* Deuter. 25. n. 9. Huius Hebraiſmi ſignificationem vulgatus interpres expreſſit, referens verba Saræ ad Abrahamum: *Ingredere,* inquit, *ad ancillam meam, ſi fortè ſaltem ex illa ſuſcipiam filios,*

D Geneſ. 16. num. 2. Et referens verba Rachelis ad Iacobum: *Ingredere,* inquit, *ad illam* (nempè famulam meam Balam) *vt habeam ex illa filios,* Geneſ. 30. numero 3. Vtrobique enim eſt in Hebræo, *Vt ædificer ex illa.* Hinc eſt, quod filij dicuntur Hebraicè בָּנִים *banim,* hoc eſt, *ædificia,* à verbo בָּנָה *banah,* hoc eſt, *ædificare;* quia in filiis, tanquam in quibuſdam ædificiis paternum nomen conſeruatur.

Filij, parentes ædificia.

16. Sicut vice verſa ipſa materialia ædificia, dicuntur in Scriptura filiæ, vt patet multis locis. Num. 21. numero 25. *Habitauit in Iſrael in Heſebon, & viculis eius.* In Hebræo eſt, *& in omnibus filiabus eius.* 1. Paralipom. 8. num. 12. *Hic ædificauit Ono, & Lod, & filias eius,* hoc eſt, duas illas ciuitates, & villas circumiacentes, 1. Paralipom. 18. numero 1. *Factum eſt, vt tolleret David Geth, & filias eius;* hoc eſt,

Ædificia materialia in ſcriptura filiæ dicuntur.

E vicina oppida. 2. Paralipom. 13. num. 19. *Cepit ciuitates Bethel, & filias eius, & Ieſana cum filiabus ſuis: Ephron quoque, & filias eius.* Quibus locis interprete Lyrano, & aliis, filiæ pro vicinis pagis ponuntur.

Lyran.

17. Quin etiam vrbium conditores dicuntur in ſcriptura vrbium patres, vt ex pluribus locis conſtat. Nam *Machir* dicitur *pater Galaad* vrbis, 1. Paralip. 2. numero 23. *Sobal pater Cariath-iarim,* ibid. num. 50. *Salma pater Bethlehem,* ibid. num. 51. *Phanuel pater Gedor, Ezer pater Hoſa, Aſſur pater Thecua,*

Vrbium conditores, earū patres dicuntur.

1. Paral.

1\. Paral. 4. num 4. & 5. & paſſim alibi. Quæ loquutio A etiam apud prophanos auctores inueniuntur. Vnde Virgil. 8 Æneidos.

Virgil.

Dardanus Iliacæ primus pater vrbis, & auctor.

Horat.

& Horatius 3. Carm. 14.

Si quæret pater vrbium
Subſcribi ſtatuis.

Chald. Sacerdotalis dignitas pretio regalis.

Itaque ædificandi, generandique vocabula promiſcuè in ſacris, profaniſque literis vſurpantur. Et proinde idem eſt hoc loco, *Ædificabo ei domum*, atque eius ſobolem propagabo. Chaldæus vertit: *Statuam illi regnum firmum*. Rectè quidem, quia domus, ſeu poſteritas ſacerdotalis, ſi non officio, certè pretio regalis eſt, iuxta illud: *Eritis mihi in regnum ſacerdotale*, Exod. 19. n. 6. & illud: *Regale ſacerdotium, gens* B *ſancta*, 1. Petr. 2. num. 9.

Quo pacto domus Sadoc dici poſſit fidelis.

18\. Sed dubitabis, quo iure illa domus ſacerdotalis dici potuerit fidelis, cùm non conſtet omnes ſummos ſacerdotes fideles, hoc eſt, iuſtos, probóſque fuiſſe, imò aliquos impios, & ſceleratos: de quibus Chriſtus Dominus, *ſecundùm opera verò illorum nolite facere*, Matth. 23. num. 3. Quales Annas, & Caiphas, ſola dignitate, & officio ſacri, vita, ac moribus execrandi. Facile ſe expediunt D. Greg. Beda, Rupert. Angelom. & alij, dum ad Eccleſiam recurrunt militantem, aut etiam triumphantem, vt D. Gregor. addit, eámque nomine fidelis domus interpretantur. Sed interpretatio myſtica eſt; nos literalem quærimus.

D Greg. Beda. Rupert. Angelom. Expoſitio myſtica creditur.

C

Fidelis dicitur primò, à magna parte iuſtorum. D Ambr. Tolet.

19\. Dicet igitur aliquis primò, appellari fidelem in vita, à magna parte iuſtorum: nam Azarias, Ioiada, Helcias, Ioſedech, Zacharias, pater Ioannis Baptiſtæ (ſi is fuit ſummus ſacerdos, vt D. Ambroſius, & alij apud Cardinalem Toletum in cap. 1. Luc. annot. 3. opinantur) & ſi qui ſunt alij tanquam boni ab ſcriptura referuntur: neque oportere, vt domus fidelis omnes familiares fideles amplectatur; alioqui neque collegium Apoſtolicum fidele diceretur.

Secundò à fidelitate in doctrina. D. Auguſt.

Secundò appellari fidelem in doctrina, quia ſaltem quatenus diuinam legem inculcabant, vera dicere cogebantur; vt ex D. Auguſtin. ſuprà annot. 10. ſect. 1. §. 6. iam retulimus; ipſo Chriſto Domino teſtante: *Quæcunque dixerint vobis,* D *ſeruate, & facite*, Matth. 23. num. 3. Vnde Caiphas, *cum eſſet Pontifex, prophetauit*, Ioann. 11. num. 51. efficiente cathedra, vt per os illius Spiritus S. loqui dignaretur.

Tertiò à fidelitate in munere ſacerdotali.

Tertiò, fidelem in munere ſacerdotali, quia ſacrificiorum ritus, ac ceremonias, totúmque diuinum cultum in templo Salomonico conſeruabant: & ſi quas ſuperſtitiones clam irrepſiſſe animaduertebant, expurgare nitebantur: vt tempore Ioſiæ, 4 Reg. 23. à num. 4 fecit Helcias, & tempore Oziæ, 2. Paralip. 26. à num. 17. Azarias, & tempore Ioas, 4. Regum 11. à num. 27. Ioiada, & ſic de alijs. Vnde eſt illud huius ſacerdotalis familiæ encomium ab ipſo Deo editum. *Sacerdotes, autem, & Leuitæ filij Sadoc, qui cuſtodierunt ceremonias ſanctuarij mei, cum errarent filij Iſrael à me; ipſi accedent ad* E *me, vt miniſtrent mihi*, &c. Ezech. 44. num. 15. Vbi Deus horum ſacerdotum in ſacris miniſterijs obeundis fidelitatem commendat, eámque ob cauſam ſemper ſe illorum obſequijs in templo vſurum eſſe profitetur.

Quartò à firma ſacerdotum ſucceſſione. Abul. Vatabl. Saa. Marian.

Vltimò, fidelem, quaſi firmam, ac ſtabilem in perpetua ſacerdotum ſucceſſione, qui vſque ad finem legis perſeuerarunt. Ita Abulenſis, Vatablus, & ex noſtris Saa, & Mariana. Ex quibus omnibus titulis appellari potuit fidelis.

D Greg. Solus Deus boni rectoris, & regiminis auctor.

20\. Notat verò D. Gregor. in poſteriori comment. ipſum Dominum dici auctorem, & ſuſcitandi ſacerdotis, & ædificandæ domus. Ne familia de bono rectore, aut rector de bona familia inaniter glorietur; ſuis meritis tribuens, quod potiùs A æquum eſt, vt vni Deo tanquam auctori tribuatur.

Principi Deo ſubiecto ſubditi fideliter ſubijciuntur.

Notat præterea ſacerdotem fore fidelem ipſi Deo, *Suſcitabo*, inquit, *mihi ſacerdotem fidelem*, domum autem fore fidelem ipſi ſacerdoti. *Et ædificabo*, inquit, *ei domum fidelem*; ſic enim optimam ſeruari proportionem: vt Princeps Deo, ſubditi Principi fideliter ſubijciantur.

In vno Sadoc, omnes ſacerdotes in vno Chriſto, id eſt, Salomone, omnes Hebræorum reges adumbrati.

21\. *Et ambulabit*, &c. Breuis paraphraſis eſt, qua Sadoc, & ſequentium ſacerdotum obſequia in diuino cultu deſcribuntur. Quaſi dicat, Sadoc, & eius poſteri coram Salumone, & ſequentibus regibus vſque ad Meſſiæ aduentum, ſummo Sacerdotio fungentur. Itaque in vno Sadoc omnes ſummi ſacerdotes vſque ad finem legis in vno Chriſto, id B eſt, in vno Salomone in regem vncto, omnes reges vſque ad Chriſtum Dominum intelliguntur, ita vt Sadoc coram Salomone, poſteri verò Sadoc coram Salomonis poſteris dicantur ambulaturi.

Septuag. D Cypr. Theod. Reges cur Chriſti, id eſt, vncti dicerentur.

Clariùs transferunt Septuaginta: *Coram Chriſtis meis*, ſeu, *in conſpectu Chriſtorum meorum*. Quos D. Cyprian. lib. 1. contra Iudæos, & Theodoret. q. 10. imitantur. Dicebantur enim reges Chriſti, hoc eſt, vncti, quia vncti erant, in diſcrimen eorum à iudicibus, qui non vngebantur.

Iudiciaria poteſtas à domo Heli auferenda inſinuatur

Notandum verò hunc virum Dei, quamuis ſolam ſummi ſacerdotij ablationem à domo Heli palam prædixerit, vt ſuprà diximus; finem tamen dignitatis iudiciariæ in eadem domo Heli ſaltem clam inſinuaſſe, quatenùs memi- C nit regum futurorum, qui antiquos iudices excluſuri erant, vt Caiet. obſeruauit. Negligens enim & ſacerdos, & iudex vtraque debuit dignitate ſpoliari.

Cur Salomon Dei Chriſtus dicatur.

Notandum præterea Salomonem à Deo vocari Chriſtum ſuum. *Coram Chriſto meo*, inquit: tum quia maximè illum diligebat; iuxta illud de Salomone recens natu: *Dominus dilexit eum, miſitque in manu Nathan Prophetæ, & vocauit nomen eius, Amabilis Domino, eo quod diligeret eum Dominus*, 2. Reg. 12. num. 25. Tum quia illum, cæteris fratribus, natu maioribus, Amone, Abſalone, Adoniaque excluſis, in regem conſtituit, ſacróque oleo inunxit, 3. Reg. 1. num 39. tum etiam quia Salomone vſus fuit ad puniendos poſteros Heli, excludendo à ſummo ſa- D cerdotio Abiathar, & in locum eius ſubrogando vnum Sadoc, vt ſuprà dictum eſt.

Suos Deus vocat, qui diuinas iniurias vlciſcuntur.

Cyrus Perſarum Rex, cur Chriſtus Domini appellatur.

Sicut enim Cyrum Perſarum Regem vocat Dominus Chriſtum ſuum. *Hæc*, inquit, *dicit Dominus Chriſto meo Cyro*, Iſai. 45. num. 1. quòd illo vſus fuerit ad Babylonios, & Chaldæos debellandos, vt interpretes aduertunt; ſuos enim vocat Deus, qui diuinas iniurias vlciſcuntur.

Num. 36. Futurum eſt autem, vt quicumque remanſerit in domo tua, veniat vt oretur pro eo, & offerat nummum argenteum, E & tortam panis, dicatque: Dimitte me obſecro ad vnam partem ſacerdotalem, vt comedam buccellam panis.

EXPOSITIO LITERÆ.

Hæc prophetia in Sadoc, & Abiathar, Salomonis temporo impleta

1\. **F***Vturum eſt autem*, &c. Regrediatur vir Dei ad prædicandas miſerias, in quas redigentur poſteri Heli, poſtquam ſummum ſacerdotium amiſerint, ſcilicet excluſo per Salomonem Abiathar, & Sadoc in eius locum ſubrogato. Ab hoc enim tempore impleri incipiet huius loci prophetia: nam ad illud vſque poſteri Heli in ſummo ſacerdotio perſeuerarunt. Dixerat igitur vir Dei, magnam

Duplex pœna domus Heli, prædicitur, iuxta duplicem expoſitionem.

A partem domus Heli morituram. Pergit dicere de altera parte ſuperſtite, cui duplicem miſeriam vaticinatur, nempe priuationem diuitiarum, & priuationem honorum: ſeu paupertatem, & ignobilitatem, iuxta duplicem huius loci explicationem. Vtramque breuiter proponam, & vtra alteri præferenda ſit, tandem concludam.

2.
Prima expoſitio de paupertate.

Lyran.
Vatabl.
Caiet.
Saa.
Marian.

Prior igitur expoſitio ita habet. Quicunque in domo tua ſuperſtes fuerit, inopiâ cogente ad ſummum ſacerdotem confugiet, eique pro tenui victu obtinendo, ſuas operas ac labores in aliquo templi miniſterio locabit. Ita explicant Hebræi, quibus Lyran. non repugnat. Subſcribunt Vatabl. & Caiet. Fauere videntur noſter Saa, & Mariana quatenùs dicunt, venire, non vt offerat, ſed vt B impetret, & accipiat. Iuuant exemplaria Hebræa, Chaldæa, & Græca. Nam Hebræa habent, *Veniet ad incuruandum ſe ei, minuto argenti, & torta panis. Et dicet: Iunge me nunc ad vnum ſacerdotium ad comedendum buccellam panis.* Chaldæa verò, *Veniet ad humiliandum ſe illi, ad megha* (id eſt nummum) *argenti, & buccellam panis: & dicet, Numera me nunc in vnum ex cuſtodia ſacerdotum, ad comedendum buccellam panis.* Tandem Græca, *Veniet ad adorandum eum in obolo argenti, & in pane vno, dicens: Dimitte me ad vnum ſacerdotiorum tuorum, vt comedam panem.* Iuxta quæ exemplaria non dicitur venire hic ſacerdos ex poſteris Heli aliquid oblaturus, ſed tantùm petiturus; & C quidem non pingue aliquod beneficium, quo lautè ſaginetur: ſed tenuem victum, quo parcè, & duriter ſuſtentetur. Quaſi diceret, Venient poſteri tui, non ſuperbi, ſupercilioſi, & arrogantes, ſed humiliantes ſe, & incuruantes, & adorantes, vt ſeruiant ſummo ſacerdoti pro tenui ſuſtentatione, ſcilicet pro obolo argenti, & torta panis, precabunturque eum, vt ſe pro ſeruis mercenariis in aliquo ſacerdotali miniſterio vtatur, vt in eo habeant, quo vel tenuiter ſuſtententur. Quid miſerius? Nam qui anteà erecto collo omnibus inſultabant; nunc incuruato genu ſummum ſacerdotem ex alia familia adorant: qui antea de ſuo imperio gloriabantur, nunc ſer- D uire compelluntur: qui antea rapinas exercebant, nunc tenuem ſtipem emendicant, atque adeò ex ſuprema opulentia ad extremam inopiam rediguntur.

3.
Quanta fuerit hæc paupertas.

Caiet.
Villalp.
Lyran.
Quid ſit nummus argenteus.

Quanta verò fuerit hæc inopia, rectè colligitur, interprete Caiet. ex vtilitate mercedis, pro qua ſuum laborem paciſcuntur: nempe pro nummo argenteo, & pro buccella, ſeu torta panis. De nummo argenteo agit Villalpand. lib. 2. de ponderibus, & menſuris, cap. 20. Quantum autem valeat, mihi non conſtat. Lyran. hoc loco dicit, eſſe vigeſimam partem vnius ſicli, probatque ex cap. 30. Exodi num. 13. vbi ſic: *Siclus viginti obolos habet*; obolos autem cum nummis coincide- E re, ſignificare videntur Septuaginta, hoc loco pro nummo transferentes; ὀβολοῦ. Si ita eſt, cùm viginti ſiclis, ſeu ſtateres, qui inter ſe coincidunt, vt notat Villalpandus citatus; vix ſufficiant ad diurnum vnius hominis alimentum, vt colligitur ex cap. 4. Ezechiel. numero 10. Vbi cùm Prophetæ magna abſtinentia præcipiatur, dicitur: *Cibus autem tuus, quo veſceris, erit in pondere viginti ſtateres in die*, id eſt, viginti ſicli; cùm inquam, viginti ſicli vix ſufficiant ad demenſum quotidianum, vt D. Hieronym. ibidem probat, vigeſima pars vnius ſicli quo pacto ſufficiet? Verùm in loco Exodi citato non eſt ſermo de obolo argenteo, de quo hic agitur. Alij dicunt, eſſe ſextam partem denarij, vt videre eſt apud Maldonat. Matth. 18. num 28. Si ita eſt, indigentius ſacerdotes, quàm ſerui, & operarij conductitij victitabant: nam hi integrum denarium, illi verò ſextam denarij partem merebantur. Nihilominus, ne hi quidem de obolo argenteo loquuntur. Quidquid tamen ſit, certè inter expoſitores conſtat, exigui ponderis monetam fuiſſe, & colligi poteſt ex illa querimonia Plautina in Pſeud. *Nunc, inquit, ſum miſer, nummum nuſquam reperire argenti queo*: Vbi ſuam miſeriam exaggerabat, quod ne tantulam quidem monetam inueniret. Sed de hac re ad c. 9. num. 8. & iterum dicendi occaſio redibit.

Septuag.
D. Hier.
Maldon.
Plaut.

4.
Quid ſit torta panis.

Iam verò torta panis tenuiſſima erat portio. Vnde Rex Sedecias parciſſimo victu ſuſtentaturus Ieremiam in carcerem incluſum, præcepit, *vt daretur ei torta panis quotidie*, Ierem. 37. numero 20. Et Salomon viliſſimum meretricis pretium ſignificaturus, *Vix*, inquit, *eſt vnius panis*, Prouerb. 6. numero 26. In Hebræo eſt idem nomen, quod hoc loco עַד כִּכַּר לָחֶם *ghad chichar lachem*; hoc eſt, *vſque ad tortam*, ſeu, vt alij vertunt, *vſque ad fruſtum panis.* Vt non ſine peculiari Dei iudicio videantur impuriſſimi ſacerdotes, eo miſeriarum deueniſſe, vt eodem pretio, quo viliſſima proſtibula, cupiant ſuſtentari: vt quibus in luxu ſimiles extiterunt, iiſdem in victu ſimiles redderentur.

5.
Poſterorum Heli ſumma paupertas concluditur.

D. Petrus Chryſol.

Cùm igitur tam exigua fuerit hæc merces, non poterat non tenuiſſima eſſe ſacerdotum conditio, qui pro illa ſeruire cogerentur. Deteriores in hac parte, quàm ille villicus iniquitatis: quem neque ad laborandum, neque ad mendicandum inopia coegit. *Fodere*, inquit, *non valeo, mendicare erubeſco*, Luc. 16. num. 3. At verò hos ſacerdotes ad vtrumque ſordidum miniſterium, ingens telum, neceſſitas abiecit. Hi ſunt intemperantiæ fructus; pauperies, & eſuries. Vnde poſtquam filius ille prodigus diſſipauit ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſè, *Facta eſt fames valida in regione illa, & ipſe cœpit egere*, Luc. 15. num. 14. vbi D. Petrus Chryſolog. ſerm. 1. *Luxuria*, inquit, *ventri; gula, fames tortor apponitur: vt ibi vltrix pœna ſæuiat, vbi pœnalis reatus exarſerat.* De improbis Ierem. *Seminauerunt*, inquit, *triticum, & ſpinas meſſuerunt*, Ierem. 12. numero 13. Quia ex immodico luxu, quo viuebant; nihil, niſi famem, & paupertatem reportarunt. Quibus congruenter cecinit Dauid: *Poſuit flumina in deſertum, & exitus aquarum in ſitim; terram fructiferam in ſalſuginem à malitia inhabitantium in ea*, Pſalm. 106. numero 33. Quaſi incolarum malitia, & intemperantia lethalis quidam æſtus, ſeu halitus ſit, quo fructus agrorum areſiant. In diuitem ſaginatum inuehens Sophar, *Panis*, inquit, *eius in vtero illius vertetur in fel aſpidum intrinſecus; Diuitias, quas deuorauit, euomet; & de ventre illius extrahet eas Deus*, Iob. 20. numero 14. & 15. Huc illius proceſſit intemperantia, vt eſuriret: huc opulentia, vt indigeret: huc temporalium rerum voluptas, vt torqueretur. Quid ergo mirum, ſi ex tanta horum ſacerdotum intemperantia, tanta poſterorum inopia conſequatur, vt pro vno obolo & torta panis perpetuæ ſe ſubiiciant ſeruituti? Hæc prior expoſitio ſatis declarat, quantam paupertatem domui Heli hic Propheta comminetur.

6.
Secunda expoſitio, de ignobilitate.

Poſterior expoſitio ita habet. Quicunque in domo tua ſuperſtes fuerit, eum à ſuo ſe peccato voluerit expiare, ſummum ſacerdotem ſupplex adibit, offerens ei nummum, ſeu obolum argenteum,

teum, & tortam panis, vt pro ſe ſacrificet, ſéqoe à peccato immunem reddat: item vt ei permittat in ordine vicis ſuæ ſacerdotale munus obire; ex quo habeat, vnde ſuæ indigentiæ medeatur. Ita Lyran. Carthuſ. Abul. aliique exponunt. Quem ſeoſum vulgaris tranſlatio reddere videtur, non enim dicit, poſteros Heli adituros eſſe ſummum Sacerdotem, vt ei ſeruiant; ſed, vt pro illis oretur: neque vt pecuniam, & panem impetrent, ſed vt offerant. Et in hooc ſenſum explicat Abulenſis Hebræa, & Græca exemplaria, quatenus dicunt; *Veniet ad incuruandum ſe*, ſeu, *ad adorandum*. Non enim, inquit, ſeoſus eſt, quod ipſe Sacerdos de domo Heli incuruetur coram ſummo Sacerdote, ſed tantùm vt oret ſummom Sacerdotem, vt ipſe incuruetur pro illo coram Domino, ſeu vt adoret, & ſacrificet Domino pro peccato illius.

Lyran. Carth. Abul.

Abul.

7\. Quod vt intelligas, adoerte; licèt inferiores Sacerdotes pro peccato cuiuſque popularis ſacrificare potuerint, vt patet Leuit. 4. n. 27. & Leuit. 5. n. 6. Tamen ſolum ſummum Sacerdotem ſacrificare poſſe pro peccato totius populi, Leuit. 4. n. 16. & pro peccato cuiuſq; Sacerdotis, tam ſummi, quàm alterius inferioris, Leuit. 16. n. 6. Vbi ſummus Sacerdos iubebatur pro ſe, & pro domo ſua ſacrificare. Cùm igitur poſteri Heli Sacerdotes adhuc fuerint, ſed iam non ſummi, vt antea; pro ſuo peccato expiando ſummum Sacerdotem cum aliquo munere adire tenebantur. In quo patet, quanto deciderint ex honore: nam qui erant omnium conciliatores apud Deum, deinceps conciliatore indigebant: & illi, ad quos cæteri omnes ſupplices accurrebant, modò ad alterius genua peccatores incuruabantur. Neque ſolùm ſummi Sacerdotes, ſed etiam infimi de domo Heli, deterioris conditionis fiebãt. Nam etſi omnes inferiores Sacerdotes ſummum adire tenerentur pro ſuo peccato expiando, vt ex dictis patet: tamen Sacerdotes de domo Heli, antea ad ſummum ex ſuâ familiâ, poſtea ad ſummum ex aliena accurrebant; atque adeò illo honore capitis, quo anteà exultabant, priuabantur. En quas intemperantia ex ſummis dignitatibus ruinas moliatur: *Domum ſuperborum*, inquit Sapiens, *demolietur Dominus*, Prou. 15. n. 25. Iuſtiſſima quidem pœna, vt qui honoribus à Deo collatis ad faſtum, ac ſuperbiam vtebantur, omnibus denudentur; ac ſuæ ignobilitati redditi miſeræ ſeruituti ſubijciantur. De qua re in annot. ſequenti plura. Itaque hæc poſterior interpretatio ſatis oſtendit, quanta honoris iactura Heli poſteritati reſeruetur.

Inferiores ſacerdotes pro peccato tantùm cuiuſque popularis; ſũmus verò pro peccato ſacerdotum, & totius populi ſacrificabat.

Superbi, acceptis honoribus à Deo ſpoliantur.

8\. Ex his interpretationibus poſteriorem priori anteponit Abulenſis, vtpote vulgatis Biblijs conformiorem. Et quidem rectè. Quia cùm poſteri Heli in inferiori ſaltem ſacerdotio remanerent; adhuc retinebant ius ad obtinenda lucra ex ſacrificijs ſibi cum alijs ſacerdotibus communia, quæ c. 6. Leuit. à n. 6. ſtatuuntur; vnde pro illis à ſummo Sacerdote obtinendis, ſeruire non cogerentur. Adibant igitur Sacerdotem, non vt ſeruirent, ſed vt à ſuo peccato expiarentur. Verùm etiam iuxta hanc poſteriorem expoſitionem, mihi videtur domus Heli non ſolùm honoribus, ſed etiam diuitijs ſpoliata: tum quia dum Sacerdotes exigua munera offerebant, nummum argenteum, & tortam panis, ſatis indicabant, quantam eſſent ad inopiam redacti: qui pinguioribus oblatiooibus non vterentur: tum quia dum ſupplices precabantur, ne arcerentur à ſacrificijs in ſuo ordine obeundis; itémque ne partibus, quæ alijs ſacerdotibus contingebant, à ſummo Sacerdote mulctarentur, ſatis oſtendebant, quanta inopia laborarent, cui non poſſent aliunde ſubuenire. Et qui olim faſtidiebant coctas ſacrificiorum carnes, & extorquebant crudas, vt artificioſiùs condirent; nunc pro ſimplici panis buccella humiliter precantes, quantam in miſeriam inciderint, ingenuè fatebantur. Itaque vtrouis modo hic verſiculus explicetur, duplex Sacerdotum pœna, & ignobilitas, & paupertas ſignificatur. Atque hæc de toto capite.

Hæc ſecunda expoſitio priori anteponenda. Abul.

Etiam in hac ſecunda expoſitione filiorũ Heli paupertas declaratur.

Supereſt, vt hoc vltimum oraculum viri Dei ad Sacerdotem Heli editum, decem verſiculis incloſum, & iam ad literam, quantum, Deo dante, potuimus, explicatum; ad mores vberiùs illuſtretur. Triplex igitur pœna in eâ, quæ infligitur Heli, mihi videtur adumbrari. Vna, quam negligentes animarum curatores, ſuis gradibus deiecti, aliquando tandem luunt. Altera, quam Iudæi diuinarum legum contemptores, à diuinis tandem beneficijs excluſi, patiuntur. Tertia, quæ temporalium rerum poſſeſſores comitatur; dum perpetuâ ſuorum bonorum viciſſitudine, ac fugacitate decipiuntur. Quæ tria totidem annotationibus ſequentibus illuſtrabo. 9.

Triplex pœna in ea, quæ infligitur Heli, adumbratur.

ANNOTATIO XXIII.

CIRCA LITERAM.

Pœna Heli ad negligentes animarum curatores extenſa.

TRIPLICEM pœnam comminatur Deus in hoc oraculo domui Heli. Ignobilitatem, paupertatem ac mortem temporariam: vt literam conſulenti facilè patebit. Quæ triplex pœna domui Heli diuinitus inflicta, ſæpenumero ad alios negligentes animarum curatores detorquetur, vt ſequentibus ſectionibus explicabo. Addam vltimò ex ipſa litera, diuinam iuſtitiam in his pœnis infligendis, cum miſericordia temperatam eſſe. Vult enim Deus, vt peccatores puniantur, non vt pœnitentes exanimentur. 1.

Triplex pœna ex diuino oraculo domui Heli infligenda.

SECTIO I.

Negligentes animarum curatores de ſuis honoribus deiiciuntur.

TEſtis ſit Heli ab vtraque dignitate, pontificia, & iudiciaria, quam negligenter obijt, deiectus: ita vt non ſolùm iudicis munere, ſed etiam nomine indignus videatur. Quæret aliquis, cur Heli, qui quadraginta annis iudicauit Iſraël, infrà cap. 4. num. 18. in libro Iudicum non nominetur? Quæſtionem propoſuit Rupertus lib. 4. de victoria Verbi, cap. 10. & ſoluit aptè ad rem præſentem: *Quam ob cauſam*, inquit, *de numero Iudicum tollitur Heli? Nimirum propter contemptum verbi Domini, quia in diebus eius calce abiicere verbum Domini, nimia ferè omnibus licentia fuit.* Non debuit profectò in Iudicum numero recenſeri, qui nihil minùs, quàm iudicum partes, & numeros explebat: nec inter iudices nominari, qui iudicis non præſtabat. Neque ſolùm non nominatur Iudex, ſed etiam quodammodo negatur: *In diebus illis*, inquit textus, *non erat Rex in Iſrael, ſed vnuſquiſque quod ſibi rectum videbatur, hoc faciebat*, Iudicum 21. num. 24. Atqui illi dies, interprete Rupert. erant poſt mortem Samſonis, cui Heli immediatè ſucceſſit in principatum. Cur ergo nullus dicitur eſſe princeps, ſi 2.

Heli ob deſidiam Iudicis munere, & nomine indignus à Iudicum catalogo expungitur. Rupert.

Heli principatum exercebat? Optimè Rupertus: *Quid*, inquit, *niſi vecordiam Sacerdotis accuſat, & iudicis eiuſmodi, hoc dicendo? Idem namque eſt, ac ſi dicat: Qui in diebus illis iudicabat Iſrael, etſi ſecundum nomen, perſonámque aliquis erat; ſecundum rem, meritúmque nullus erat.* Itaque negligentis iudicis nomen celebrari non debuit, ſed obliterari. Expungendus de iudicum catalogo ille iudex, qui nihil præter iudicis nomen ſortiatur: & qui labores non ſubit in curandis ſubditorum animis, honoribus, quibus indignè fulgebat, ſpoliandus.

3. *Sobna Pontifex Hebræorum in ſacerdotali munere negligentia.*

Præpoſitus ille templi, nomine Sobna, quem dicunt Hebræi fuiſſe ſummum Sacerdotem, negligens fuit in ſuo munere obeundo, vt colligo ex illis verbis, quibus eum vates aggreditur; *Quid*, inquit, *tu hic? aut quaſi quis hic?* Iſaias 22. num. 16. Quæ verba mihi videntur eſſe pleniſſima contemptus; non enim interrogauit, quis eſſet, ſed quaſi quis eſſet? ac ſi enim non verè aliquem, ſed quaſi aliquem, ſeu vix aliquem exiſtimaret. Nam Lyrano interprete, non erat verus Prælatus, ſed phantaſticus: nec verus Pontifex, ſed inane quoddam Pontificis ſimulachrum. Quod vlterius confirmo, quia eius domus ibidem, Diuo Hieronymo interprete, ſepulchrum appellatur; *Excidiſti*, inquit textus, *tibi hic ſepulchrum.* Ac ſi deſidioſus ille Pontifex, nihil magis incumberet in ſalutem animarum, quàm ſi mortuus iam eſſet, ac ſepultus.

Lyran.

4. *Debitum illius ſupplicium.*

Quas igitur ſuæ negligentiæ pœnas dedit? Sequitur: *Ecce Dominus aſportari te faciet, ſicut aſportatur gallus gallinaceus; & quaſi amictum, ſic ſubleuabit te; coronans coronabit te tribulatione: quaſi pilam mittet te in terram latam, & ſpatioſam*, ibid. num. 17. & 18. Quaſi diceret: Te in Babylonem captiuum relegabit, tuóque te exuet ſacerdotio, tanta facilitate, quanta gallus plumis, aut homo veſtibus denudatur: vt qui anteà tanquam gallus gallinaceus, ſuperbiæ, & arrogantiæ ſimulachrum, tibi gloriabundus complacebas; tuo tandem cultu pontificio ſpoliatus detumeſcas: & rurſus, qui anteà tua illa mitra aurea, in qua erat magnificentia Dei, faſtigiatus ſuperbiebas; tandem tribulatione coronatus, à tuo illo faſtu deprimaris: denique qui more ferculorum pompaticè incedebas; tanquam volubilis pila vltrò citróque agitata, in alia ex alijs exilia deporteris. Imò in maiorem negligentis Pontificis cruciatum, ſtatim ſubdit: *Et vocabo*, inquit, *ſeruum meum Eliacim filium Helciæ; & induam illum tunica tua, & cingulo tuo confortabo eum; & poteſtatem tuam dabo in manu eius*, &c. ibidem à num. 20. Sic enim neceſſe erat, vt abiectus Sacerdos non ſolùm ſuo malo, ſed etiam alieno bono torqueretur: & tanquam Pontifici Heli videnti ſuum æmulum in templo præ liuore dolerent oculi, anima præ mœrore contabeſceret.

Gallus gallinaceus ſuperbiæ typus.

Inuidia, bono torquetur alieno.

5. *Sobnæ culpa, & pœna, & non parabolicè, ſed hiſtoricè deſcribitur.*

Totum hunc locum, quamuis aliqui recentiores parabolicè, ſeu allegoricè interpretandum cenſeant: tamen antiquiores Patres, D. Cyrillus Alex. Theodoret. Procop. D. Thom. & alij, etiam hiſtoricè interpretantur. E quibus D. Cyrillus Alexandr. culpam, & pœnam huius Sacerdotis deſcribit. Culpam quidem ſic: *Magno*, inquit, *elatóque erat animo, & ſupercilioſus admodum, ac ſæuus in eos, qui offenderant, rapinis exultans, ſordido quæſtui mancipatus, oſtentabundus, & honores ſemper ab hominibus venans.* Vbi quamuis alio vitio, quàm Heli non ignauiæ, ſed ſæuitiæ laboraſſe dicatur; tamen in perdendis animis, quibus præerat, eodem. Pœnam verò ſic deſcribit: *Cum abductus eſſet in captiuitatem, ſacerdotij ipſius corona ablata eſt, & tanquam vas inutile in terram immenſam proiectus eſt, illic moriturus abſque omni miſericordia, non tam vt prius ſplendidis curribus inſidens; ac potius iactatus déque gradu deiectus, & ſtatione, qua præſidebat, & Deo miniſtrabat.*

D. Cyrill. Alex. Theod. Procop. D. Thom.

6. Par fuit in culpa, & in pœna profanus ille, & impius dux Iſraëliticus, ſic enim eum vocat Scriptura: ad quem Deus per Ezechielem c. 21. n. 26. *Hæc dicit Dominus Deus; Aufer cidarim, tolle coronam.* Vbi interprete D. Hieronymo, Sedeciam alloquitur, quaſi dicat: Et pontificia tiara, & regio diademate te exue; ſeu vtramque dignitatem, & pontificiam, quam vſurpaſti, & regiam, quam hæreditaſti, tandem depone. Sed quia non conſtat, Sedeciam ſacerdotium ſibi vſurpaſſe, cum de hoc ſacrilegio nuſquam in Scriptura arguatur: in duos fortaſſe Principes, Pontificem Saraiam, & Regem Sedeciam inuehitur Propheta, vt Chaldæus Paraphraſtes, & Theodoretus interpretantur; vel ſi vnum tantum Principem alloquitur, vt Vulgata magis ſonat; eúmque Sedeciam, vt interpretes fatentur, vni, eidémque Regi duplicem iacturam minatur, & regni in perſona propria, & ſacerdotij in aliena. Vtcumque autem ſit, certum eſt indignos Principes ſuarum dignitatum inſignibus denudari: *Aufer*, inquit, *cidarim, tolle coronam*; nec alijs quidem manibus, quàm ipſe ſuis, exui iubetur, vt Theodoretus inſinuat, quia indignos Principes, non tam externa violentia, quàm interna, ſeu propria malitia ſuis honoribus exuit, ac denudat. Sed quæ tandem culpa eſt, cur hi Principes ſuis inſignibus exuantur, ac denudentur? Audi quæ ſequuntur: *Nónne hæc eſt, quæ humilem ſubleuarit, & ſublimem humiliauit?* Quaſi diceret; Nónne hæc cidaris, hæc corona, hæc poteſtas pontificia, ac regia, illa eſt, quæ omnia præpoſterè tranſuertit, quæ nihil ex iuſtitia, omnia ex libidine peregit, quæ quos voluit, humiliauit; quos voluit, exaltauit? Deponatur igitur poteſtas, quæ non niſi in ſubditorum perniciem, & iniuriam exercetur. Totam hanc ſententiam breuiùs collegit Symmachus apud D. Hieronymum: *Neque hoc, neque illud:* hoc eſt, neque regnum, neque ſacerdotium diutiùs ſtabit, vtrumque breuiſſimè conſumetur in Hebræo: *Hæc, non hæc.* Quaſi dicat, tam citò abolentur hæc poteſtas, vt cum ſtare crederetur, euanuiſſe deprehendatur. Itaque neceſſe eſt, vt ſuos honores exuant illi Principes, qui eos ad ſuorum ſubditorum mores excolendos non impendunt.

D. Hier.

Sedecias vtrum ſummum ſacerdotiũ vſurpauerit. Chald. Theod.

Suis honoribus principes & prælati exuit eorum deſidia in regimine. Theod.

Symm. D. Hier.

7. *Iſraëlitici paſtores ſibi magis, quam gregi conſulentes à paſtorali munere deijciuntur.*

Similis fuit illa comminatio, qua Deus olim perterruit Iſraëliticos paſtores, magis ſibi, quàm ſuo gregi conſulentes: *Væ*, inquit, *paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos: nónne greges à paſtoribus paſcuntur?* Ezech. 34. num. 2. hoc eſt; Si paſtor eſt, qui gregem paſcit, vos qui gregibus paſcendis non incumbitis, ſed vobiſmetipſis ſaginandis, paſtores non eſtis: *Lac comedebatis*, pergit Propheta, *& lanis operiebamini; gregem autem meum non paſcebatis. Quod infirmum fuit, non conſolidaſtis; & quod ægrotum, non ſanaſtis; quod confractum eſt, non alligaſtis; & quod abiectum eſt, non reduxiſtis; & quod perierat, non quæſiſtis: ſed cum auſteritate imperabatis eis, & cum potentia*, ibidem, à num. 4. Vbi quidem Propheta paſtorum culpam multiplici negligentia expreſſit; non roborandi infirmos, non curandi ægrotos, non alligandi confractos, non reducendi abiectos, non requirendi perditos, ac denique, quod omnium malorum caput eſt, ſæuiendi in omnes alios, indulgendi voi ſibi. Vbi aduerte omnes hos

pecca

peccatores fœmineis vocibus in Hebræo ſignificari; *infirmas, ægrotas, confractas*, &c. vt quò minùs virilitatis in ſe habebant, eo prouidentiùs à paſtoribus tractarentur: qui tamen eos omnes perire aut ſinebant ſua ignauia, aut cogebant ſuâ inclementiâ; deteriores hoc nomine, quàm Heli, quia non ſolùm blandiendo, ſed etiam ſæuiendo nocumentum inferebant. Vides culpam? Attende pœnam. Subditur ſtatim: *Viuo ego, dicit Dominus Deus: Ecce ego ceſſare faciam eos, vt vltra non paſcant gregem meum*, ibidem à num. 8. Vbi dubitabis, ſi iam anteà non paſcebant; quo pacto à paſcendo deinceps repellentur? Sed ſenſus eſt, quòd ſicut antea curam paſtoralem non habebant: ita in poſterum paſtorali dignitate, & vtilitate priuabuntur. Sed ne oues paſtoribus orbatæ in luporum rapinas traderentur, ſubdit ſtatim Deus: *Ego ipſe requiram oues meas, & viſitabo eas; ſicut viſitat paſtor gregem ſuum*, ibidem num. 11. Succedere enim voluit ipſe Deus paſtoribus iniquis, vt ſuo eos exemplo ad paſcendas oues erudiret: & vt ipſe nullam ſibi, plurimam ouibus vtilitatem quærit; ita eos ſimiliter quæſituros fuiſſe edoceret. Quo etiam myſterio Chriſtus Dominus bonum ſe paſtorem appellauit, Ioan. 10. n. 11. vt D. Baſil. hom. 26. de ſancto Mam ante obſeruauit: *Chriſtus*, inquit, *degeneres paſtores compeſcens in ſeipſum vera paſturæ teſtimonium transfert*, hoc eſt, vt malos paſtores de ſuo officio admoneret, ſeipſum illis propoſuit in perfectiſſimi paſtoris exemplum.

Deus perfectiſſimi paſtoris exemplum Eccleſiæ paſtoribus imitandus.

D. Baſil.

8\. Aliquam incuriam ſaltem leuiorem circa oues gubernandas incurrit olim Epiſcopus Epheſinus, iuxta illud: *Charitatem tuam primam reliquiſti*, Apocalypſ. 2. num. 4. hoc eſt, interprete Hugone: Reliquiſti tuam illam priſtinam diligentiam in tuis gregibus paſcendis; quamuis in tuis moribus gubernandis laudabilem te exhibeas. Quam igitur pœnam illi Deus comminatur? *Memor*, inquit, *eſto vnde excideris; & age pœnitentiam; & prima opera fac: ſin autem, venio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco ſuo*, ibidem num. 5. Vbi candelabri nomine Epiſcopalis dignitas intelligitur. Non dixit: Deſtruam, aut extinguam; ſed, *mouebo*, hoc eſt, à te in alium transferam, qui tuam negligentiam reſarciat, & inſtauret: & quem tu iouens tuo munere donatum, multò magis crucieris.

Dignitatis amiſſio debitum ignaui paſtoris ſupplicium.

Hug.

9\. Veriſſimum fuit illud oraculum Eliu, qui vnus fuit ex amicis Iob: cùm de diuina prouidentia loquutus: *Conteret*, inquit, *multos innumerabiles, & ſtare faciet alios pro eis*, Iob 34 num. 14. Quibus verbis non ſolùm multitudinem negligentium Prælatorum exaggerat, vocando *innumerabiles*; ſed etiam potentiam, & opes, vocando *multos*; non enim ſenſus eſt, fuiſſe multos numero, ſed fuiſſe faſtu, & majeſtate præcellentes: vt ibi Pineda aduertit. Nihilominus eos omnes ait, à Deo deturbandos; neque defuturos, qui ex puluere aſſumpti, in eorum locum exciterentur. Cauſam verò tanti ſupplicij fuiſſe, quia oues non paſcebant, ſed perdebant; quas ad clamores apud Deum querelarum plenos excitandos, ſuâ peruerſâ dominandi libidine prouocabant: *Vt peruenire*, inquit, *facerent ad eum clamorem egeni, & audiret vocem pauperum*. ibid. n. 28. Hoc infortunium vaticinatus eſt Dauid Iudæ proditori: *Epiſcopatum*, inquit, *eius accipiet alter*, Pſalm. 108. num 8. Quam enim ille indigniſſimus amiſit dignitatem, Matthias digniſſimus recepit, ſcilicet paſtoris munere ſpoliari oportebat, qui lupos in dominicum gregem incitabat: & qui diuinum illum agnum Chriſtum Dominum luporum faucibus ingerebat, non paſtoris, ſed tortoris munere fungebatur.

Negligentes prælati innumerabiles, à dignitate deturbandi.

Pin. d.

Iudas Apoſtolatus dignitatem indignus amiſit.

A Tandem ille ſeruus, qui vnum talentum accipiens, nullum lucratus eſt, acceptum amiſit, alteri, qui decem habebat, tribuendum: *Tollite*, inquit Dominus, *ab eo talentum, & date illi, qui habet decem talenta*, Matth. 25. num. 28. In quem locum Diuus Chryſoſtomus hom. 79. *Qui*, inquit, *doctrinæ gratiam ad vtilitatem aliorum accipit, nec ea vtitur, gratiam quoque ipſam omnino perdit: qui autem ſtudioſè, ac ſedulò vtitur, maiorem gratiam impetrabit*. Vt igitur doctor non docendo, doctrinam amittit; ita paſtor non paſcendo, dignitate paſtorali ſpoliatur. Imò etiam dum illam retinet, ſi piger eſt, iam videtur non habere; iuxta illud Chriſti Domini, cùm ignauum ſeruum ſpoliare iuſſit: *Omni*, inquit, *habenti dabitur, & abundabit: ei autem, qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo*, vbi ſuprà num. 29. Cur enim ait: *Et quod videtur habere*; ac ſi re vera non habuiſſet? Optimè D. Hieronym. & Auctor. imperf. ad eum locum rationem eſſe dicunt, quia qui gratiam à Deo acceptam in vtilitatem proximorum non expendunt, perinde ſe habent, ac ſi omninò non haberent: vel ſaltem quaſi mortuam, ac nullius boni operis exequutricem conſeruarent. Quod fortaſsè duo illi Euangeliſtæ diuerſis quidem metaphoris, ſed eodem ſpectantibus ſignificare voluerunt. Lucas quidem cap. 19. num. 20. dicens, hunc ſeruum repoſuiſſe traditum ſibi talentum *in ſudario*; quo mortuorum capita inuolui conſueuerunt: quaſi non viuum, ſed mortuum, & funebri ritu linteatum, iam iam ad ſepulturam efferendum retineret. Quod ibi Theophylactus expreſſit. Nam præmittés mortuos ſudario inuolui ſolitos, ſubdit: *Meritò igitur ignauus ille in ſudario*, inquit, *reconditum fuiſſe donum. Mortuum enim ille fecerat, & inefficax, non euoluens, neque lucrum faciens*, Matthæus verò cap. 25 num. 18. defodiſſe in terra, & abſcondiſſe: quaſi non ſolùm mortuum, ſed iam humatum, & ſepulturæ traditum conſeruaret. Negligens enim curator animarum tam inutilis eſt, vt non paſtor, ſed paſtoris cadauer pollinctura, ac ſepulturæ officio initiatum exiſtimetur.

10\.

Qui doctrinæ, & regiminis gratiam in proximorum vtilitatem non expendit, ipſam omninò perdit.

D. Chryſ.

Imo ita illam habet vt non videatur habere.

D Hier.
Auct. Imp.

Imò etiam quaſi mortuam, & ſepultam conſeruat.

Theoph.

11\. Quare ipſe ſe per ſuam ignauiam, & inertiam de ſua dignitate excludit, antequam per diuinam D ſententiam excludatur. Vnde Iudas proditor ex Apoſtolatu abiturus in ſuſpendium, dicitur in locum ſuum abiturus, iuxta illam Apoſtolorum precationem: *Oſtende*, inquit, *quem elegeris ex his duobus vnum, accipere locum miniſterij huius, & Apoſtolatus, de quo præuaricatus eſt Iudas, vt abiret ad locum ſuum*, Act. 1. num. 25. An non erat in loco ſuo, cùm erat in Apoſtolatu? minimè profectò, vt docet Caiet. *Abiit*, inquit, *in locum ſuum, quia hactenus occupauerat alienum Apoſtolatus, & miniſterij locum*. Quamuis enim Apoſtolatu inſignis videretur: re vera Apoſtolatum non habebat, quia illo, vt pat erat, non vtebatur. Ita planè & paſtores, qui ſuis ouiE bus regendis non attendunt; nihil minùs habent, quàm dignitatem paſtoralem; de qua ipſi ſua ſe incuria, ac ſocordia deturbant. Quare D. Bernard. ſerm. ad paſtores in Synodo congregatos, in illud Dauidicum: *Confuſi ſunt, quoniam Deus ſpreuit eos*, Pſal. 52. n. 6. ſic paſtores alloquitur: *Et vos*, inquit, *confuſi eſtis in actibus veſtris; non honorati, ſed onerati dignitatibus veſtris, quoniam Deus ſpreuit vos*. Si igitur ignaui paſtores etiam in ſuis dignitatibus confuſi ſunt, ab illis tandem auulſi, quantam ignominiam patientur?

Iudas ita Apoſtolatus dignitatem habere videbatur, vt non haberet.

Caiet.

Ignaui animarum paſtores in ſuis dignitatibus confunduntur, & ab illis deturbantur.

D Bern.

12\. Rectè quidem de his paſtoribus Ieremias: *Diſperſi ſunt*, inquit, *lapides ſanctuarij in capite omnium platearum*, Thren. 4. num. 1. Chaldæus habet: *Effuſa ſunt margarita ſancta*. At quæ ſunt iſtæ margaritæ?

Sanctorum ſanguis margarita.

Hebræi

Hebræi dicunt fuiſſe guttas ſanguinis de vulnere Ioſiæ Regis defluentes, quas Ieremias in templo religioſè cuſtodiuit, & Babylonici hoſtes contumelioſè diſſiparunt. D. Hier. interpretatur de lapidibus pretioſis, qui in veſtimentis Pontificis collucebant, & quos barbaricus furor ſparſim diſſeminabat. Cæterùm vtraque gloſſa per hos lapides pretioſos intelligit Sacerdotes; nec immeritò: hi enim propter ſuam in paſtorali munere negligentiam, deſierunt eſſe pretioſæ gemmæ ſanctuarij, & facti ſunt rudes, & impoliti lapides platearum. In quem locum D. Greg. ſecunda part. paſtor. c. 7. notat, plateas dici à vocabulo πλατύς, quod propriè latitudinem ſignificat; myſticè verò latam, & ſpatioſam viam, *quæ ducit ad perditionem*, Matt. 7 n. 13. & ſubdit: *Sanctuarij lapides in plateas diſperguntur, cum cauſarum ſæcularium lata itinera expetunt hi, qui ad ornatum Eccleſiæ, internis myſteriis, quaſi in ſecretis ſanctuarij vacare debuerunt.* Et paulò poſt; *Cùm*, inquit, *miniſtri religionis, à ſubditis honorem Redemptoris ſui ex merito vitæ non exigunt: ſanctuarij lapides in ornamento Pontificis non ſunt*, &c. Quibus verbis duplicem rationem huius diſperſionis inculcat, & quia benè non viuunt, & quia ſubditos ad benè viuendum non hortantur. Quam poſteriorem rationem D. Bern. proximè citatus confirmat: *Lapides*, inquit, *ſanctuarij, id eſt, Sacerdotes, ſunt in capitibus, id eſt, in introitu latarum viarum: docent enim populos per praua exempla ingredi vias latas, quæ ducunt ad mortem, & demergunt in profundum inferni.* Meritò igitur à ſanctuario abijciuntur, qui quos in ſanctuarium allicere debebant, per ſummam incuriam, ac malitiam in barathrum detrudunt.

D. Hier. Sacerdotes lapides pretioſi, per incuriam, & deſidiam impoliti ſunt, & rudes.

D. Greg. Sacerdotes lata voluptatis, & praui exempli via in barathrum deducit.

D. Bern.

13\. Sed cur potiùs in capite platearum, quàm in plateis diſperguntur? Reſpondet D. Greg. vbi ſuprà: *Quia*, inquit, *& cum terrena agunt, ſummi videri appetunt; vt & lata itinera teneant ex voluptate delectationis, & tamen in platearum ſint capite, ex honore ſanctitatis.* Quaſi diceret, eſſe volunt infimi, id eſt, peſſimi; & videri ſummi, id eſt, optimi. Similiter reſpondet hom. 17. in Euang. *Nec ſolum*, inquit, *in plateis, ſed & in capite platearum diſperſi ſunt, quia & per deſiderium huius mundi opera peragunt: & tamen de religioſo habitu culmen honoris quærunt, iacent per miniſterium operis, & honorari volunt de imagine ſanctitatis.* Quid peruerſius, quàm ſimul velle & iniquitati ſeruire & nomine ſanctitatis honorari? profanas delectationes de latitudine platearum colligere; & ſacras quaſdam venerationes de faſtigio dignitatis ambire? Sed qui volunt ſacram dignitatem cum profana voluptate conſeruare, meritò vtraque priuantur, iuxta illud Dei ad Sacerdotes: *Ecce ego*, inquit, *proijciam vobis brachium, & diſpergam ſuper vultum veſtrum ſtercus ſolemnitatum veſtrarum*, Malach. 2. n. 3. Quid humilius, & abiectius ſubire potuerunt? Meritò additur eodem capite, n. 9. *Ego dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis.* Nam vt vir Dei in hoc ſuo oraculo ait, *Qui contemnunt me, erunt ignobiles.* Omnibus honoribus, quibus ad ſuperbiam abutebantur, denudari: *Propterea*, inquit Sapiens, *exhonorauit Dominus conuentus malorum, & deſtruxit eos vſque in finem*, Eccleſiaſt. 10. num. 16.

Sacerdotes in capite platearum diſpergi dicuntur, quia ſunt lata cupiditatis via, dignitatis, & ſanctitatis honorem ambiũt. D. Greg.

Superbi dignitatibus exuuntur.

SECTIO II.

Qui malè ſuis ouibus conſulunt, ſuis opibus ſpoliantur.

1\. AD hanc rem confirmandam apertiſſimum ex domo Heli deducitur argumentum. Diues erat in omnibus proſperis Iſraël; quando ſcilicet rebus proſperè fluentibus multæ in templo hoſtiæ pacificæ in gratiarum actionem offerebantur: quarum magna pars Sacerdotibus contingebat, vt præcipue accidit ſub exordio regni Salomonis, qui cùm ſumma rerum felicitate vteretur, ſumma quoque victimarum liberalitate ſuum erga Deum gratiſſimum animum teſtabatur, vt videre eſt 3. Reg. 8. num. 5. Vbi dicuntur immolari *oues & boues abſque æſtimatione, & numero.* Et eodem capite num. 63. vbi dicitur Salomon immolaſſe hoſtias pacificas, *boum viginti duo millia, & ouium centum viginti millia.* Ex quibus ſacrificijs domus Heli nimium diteſcebat. Neque ſolùm in proſperis, ſed etiam in aduerſis domus ſacerdotalis augebatur: quia non ſolùm hoſtias pacificas in proſperis euentibus oblatas magna ex parte reportabat: ſed etiam victimas pro peccato, & pro delicto comedebat; & omne votum in Iſraël Sacerdotum erat, Ezech. 44. num. 29. Vnde cùm domus laicorum alterna viciſſitudine, proſperitatis, & aduerſitatis, nunc abundantes, nunc indigentes vterentur: domus ſacerdotalis quaſi extra fortunæ aleam conſtituta, ſemper abundabat: & ex aliena tam felicitate, quàm calamitate pingueſcebat. Eo filiorum Heli, & poſterorum eius vſque ad Salomonem opulentia.

Pinguis domus Heli fortuna, in ſacerdotio.

Salomonis in ſacrificijs liberalitas.

2\. Sed quantam in indigentiam deuenerunt ex incuria, qua ſuis ouibus peſſimè conſulebant? In primis cùm Sacerdos pro ſuo peccato vitulum offerre iuberetur, Leuit. 4. num. 3. Sacerdos ex familia Heli ſuperſtes, nihil ampliùs pro ſuo peccato, quàm vnum nummum, exigui pretij monetam, & tortam panis, tenuem portionem, inopia premente, offerebat. Item cùm antea filij Heli ex omnibus victimis, quæ in tabernaculum immolandæ afferebantur; ſibi pinguiores deligerent offerendas, & ex omnibus oblatis potiores ſibi partes vſurparent, ſumma potentia ad hanc licentiam abutentes; nunc demùm poſteri Heli, cùm iam ex alterius ſummi Sacerdotis nutu penderent; nec agere liceret, vt libebat; ſupplices ad ſummum Sacerdotem accedere cogebantur, & humiles precari, vt in aliquam partem ſacerdotalis miniſterij admitterentur, vt habere poſſent, vnde vel tenuiſſimè victitarent. Scilicet æquum fuit, vt qui ſuis ouibus non conſulebant, ſuis opibus priuarentur.

Domus Heli abſque ſacerdotio, mira paupertas.

3\. Nec ſola domus Heli, ſed etiam tota tribus Leui à ſumma opulentia, in extremam indigentiam deuenit, cùm de ſuarum ouium ſalute parùm ſolicita curare cœpit. Eximiam Deus liberalitatem in tribum Leuiticam exhibuit, cum ſe illi totum in hæreditatem conſecrauit: *Ego*, inquit, *pars, & hæreditas tua in medio Iſrael.* Num. 18. num. 20. Et rurſus: *Ipſe Dominus poſſeſſio eius eſt, ſicut promiſit ei.* Deut. 10. num. 9. Et iterum; *Dominus ipſe eſt hæreditas eorum, ſicut loquutus eſt illis*, Deuteron. 18. num. 2. Et paſſim alibi ſimiles promiſſiones continentur. Nihilominus Dauid cum non eſſet ex tribu Leuitica, Leuiticam ſibi hæreditatem vſurpabat: *Dominus*, inquit, *pars hæreditatis meæ*, Pſalm. 15. num. 5. Et iterum: *Pars mea Deus in æternum*, Pſalm. 72. num. 26. Quid ergo? De ſua tribum Leuiticam hæreditate repellebat, & in alienam ſe poſſeſſionem inſinuabat? Ita planè, inquit D. Auguſt. quæſt. 16. in Deuteronom. vt ſignificaret, hæreditatem Leuiticam ab iniquis poſſeſſoribus in Eccleſiam transferendam; & iniquos illos Sacerdotes pecuniarum magis, quàm animarum curatores ſua poſſeſſione ſpoliandos: nec immeritò extrema paupertate oppreſſum iri, qui potiùs augendis opibus quam paſcendis ouibus ſtudebant.

Leuiticam tribum à ſumma opulentia in extremam indigentiam, ouis vecordia delecit.

Cur Dauid Leuitarum hæreditatem ſibi adſcribat. D. Aug.

Prin

4\. *Septuag. Diuites, vel ipſum etiam Deum ſpernunt.* D. Cyrill. Alex.

A Principibus Iuda multa Deus, & flagitia obijcit, & ſupplicia minatur: *Væ*, inquit, *qui opulenti eſtis in Sion*, Amos 6 num. 1. Seu, vt habent Septuaginta, *qui deſpicitis Sion*, hoc eſt, interprete D. Cyrillo Alexandrino, qui templum, quod erat in monte Sion, & ſacras templi cæremonias, imò & ipſum templi Deum pro nihilo habetis. Eò enim dementiæ procedunt diuites; vt ſacra omnia profanent, omnia diuina aſpernentur: *Qui dormitis*, pergit Propheta, *in lectis eburneis, & laſciuitis in stratis veſtris: qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti*, &c. num. 4. & poſtquam has, & ſimiles culpas exprobrat, tanquam omnium grauiſſimam ſubdit: *Et nihil patiebantur ſuper contritione Ioſeph*, ibidem num. 6. hoc eſt, ſuis cupiditatibus intenti, curam ſuorum fratrum, ac ſubditorum ita negligebant, vt nullo dolore ex eorum B malis tangerentur. Quam incuriam, ac negligentiam D. Cyrillus Alexandrinus, ad eum locum expendens: *Verè*, inquit, *miſerrimum eſt, populorum principes, ac rectores corporeis voluptatibus ſuccumbere. Nam cum eos magis ad officij normam ſubiectos dirigere, & omni ratione Deum offenſum mitigare oporteat, quomodo non inſania plenum cenſeamus abijcere ſe in voluptates corporis, & cura carnis impura nihil melius ducere?* Et ſtatim ſubdit, propter ignauiam horum paſtorum vniuerſorum gregem periclitari, iuxta illud, vt ipſe legit: *Quia ſtultè egerunt paſtores, & dominum non quæſierunt, propter hoc non intellexit omnis grex, & diſperſi ſunt*, Ierem. 1. num. 21. Sed quam pœnam tandem reportabunt tam negligentes animarum curatores? ſubdit Propheta, *Quapropter nunc migrabunt in capite transmigrantium*, C ibid n. 7. *Hoc eſt*, inquit D. Cyrillus, *initium faciet à potentioribus* diuina vltio: *Semper enim hoſtes dum vrbem vaſtant, illuſtrium domos incurſant, eaſque diripiunt.* Et ſtatim: *Ipſos quidem ante alios ira diuina adorietur, & omni ſplendore ſuo ſpoliabuntur.* Stultiſſimi paſtores, qui neglecta animarum cura toti in pecuniarum ſtudium incumbunt, meritiſſimo ſupplicio percutientur, vt pecunias perdant, qui animas non lucrantur.

D. Cyrill. Alex. *Prælatorum incuria in cupiditatibus, & diuitijs quærendis, paupertate punitur à Deo.*

5\. *Cain in cuſtodiendo fratre incuria, imo in occidendo ſæuitia, egeſtate punitur.*

Quàm iniquus fratris ſui cuſtos extitit Cain? quem non ſeruauit, vt frater ſeruiur, cui iuuaris cura incumbebat; ſed occidit, vt hoſtis, tanto ſæuior, quantò mitior eſſe debebat, ſi naturam humanam non exuiſſet. Sed qua pœna impius hic D fraternæ charitatis violator coërcetur? Vna quidem egeſtate: *Maledictus*, inquit, *eris ſuper terram, Cum operatus fueris eam, non dabit tibi fructus ſuos*, Geneſ. 4. num. 11. & 12. Quaſi diceret, Dignus non es bonis temporalibus, quibus vitam propriam ſuſtentes, qui alienam fratris vitam tam impiè perdidiſti. Quam pœnam ille duriùs, quàm omnem aliam, quæ infligi poſſet, tolerauit: *Ecce*, inquit, *eiicis me hodie a facie terræ, & a facie tua abſcondar*, ibidem num. 14. Hoc eſt, interprete Philone, libro, quod deterius potiori inſidietur: *Si eiicis me hodie a facie terræ, & à facie tua abſcondar.* Quaſi diceret; *Si non præbes mihi bona terræ, nec cæleſtia quidem accipio: ſi non datur frui voluptatibus, nec virtutem quidem deſidero: ſi non impertiris humana bona, diuina* E *quoque tibi habeto: nam apud nos neceſſaria, chara, & verè germana bona ſunt, edere, bibere, veſtiri, per viſum frui colorum varietatibus, per aures oblectari ſonorum concentibus, per nares exhilarari vaporum fragrantiis, ventris ad ſatietatem expleri voluptatibus*, &c. Qui igitur bona temporalia cæteris omnibus etiam ſpiritualibus præferebat; meritò illis ſpoliatus eſt: vt priuatione illorum, quæ ardentiſſimè amabat, grauiſſimè puniretur.

Bonorum temporalium amiſſio peccatoribus durior, quàm cæleſtium.

6\. *Prælatorum incuria, vel iniuria in ſubditos, egeſtate plectitur, & eſurie.*

A Quid fratres Ioſephi tanta rei frumentariæ penuria flagellauit, vt miſeræ addixerit ſeruituti, Gen. 42. à num. 1. niſi illa, qua fratrem ſuum Ioſephum, incuria vel iniuria neglexerunt? Geneſ. 32. num. 28. Cur ſponſæ totam ciuitatem peruaganti occurrerunt vigiles, & tulerunt pallium eius, Cant. 5. num. 7. hoc eſt, bonis omnibus temporalibus exuerunt; niſi quòd, Philone Carpathio interprete, ſemel euocata ad curam animarum, moras traxerit, non feſtinarit, non euolarit? Quid Iudam proditorem ſic depauperauit, vt filios eius cogeret ad mendicandum, iuxta illud: *Nutantes transferantur filij eius, & mendicent*, Pſalm. 108. n. 10. niſi illa maior cura, quam habebat multiplicandi loculos, quàm ſeruandi ſanguinem innocentem? hunc iniquus æſtimator prodigebat, vt illos paulò redderet auctiores. Quid in extremam pauper- B tatem redegit illos diuites, de quibus Dauid: *Diuites eguerunt, & eſurierunt*, Pſal. 33. n. 11. Niſi quia leones erant, vt Hieron. ex Hebræo transfert: *Leones eguerunt, & eſurierunt*, nulla charitate in aliorum ſalutem incumbentes, ſed ſolas prædas in ſuam ingluuiem meditantes?

D. Hier. *Diuites, leones, fame puniendi.*

7\. *Saulis in ſuos crudelitas fame punitur.*

Quam ob cauſam orta eſt illa fames ſub Rege Dauide, quæ Iſraëlitas non mediocriter afflixit: niſi teſte diuino oraculo: *Propter Saul, & domum eius ſanguinum, quia occidit Gabaonitas*? 2. Reg. 21. num. 1. Qui enim aliorum vitas perdiderunt, quid niſi proprias perdere ſtimulante fame merebantur? Facit ad hanc rem exordium illud libri Ruth, num. 1. *In diebus vnius iudicis, quando iudices præerant, facta eſt fames in terra.* Quiſnam fuit hic iu- C dex, cuius nomen reticetur? ſunt qui exiſtiment, fuiſſe Heli: nam cum hæc hiſtoria narretur poſt obitum Samſonis, qui Heli in principatum ſucceſſit, non videtur ſub alio iudice contingere potuiſſe. At cur non nominatur? Fortè ne ignauus iudex, qualis Heli fuit, iudicis nomine afficeretur: ſicut enim numerari non debuit inter iudices, vt initio ſuperioris ſectionis ex Ruperto retulimus: ita nec iudex nominari, vt qui iudicis munus non curarat, nec iudicis nomen obtineret. Cur igitur fames in diebus Heli atrociter deſæuit; niſi vt eſuries flagellaret, quem ingluuies filiorum non tangebat, & eſuriendo periret ſui muneris negligens pater, qui filios ſuos perire helluando patiebatur, vt ibidem Feuardentius latiùs proſequitur. Itaque D Prælatorum, & Sacerdotum incuria de ſalute animarum, non immeritò paupertie, & eſurie punitur.

Heli nomen propter ignauiam à iudicum catalogo expungitur.

Eſuries tempore Heli exorta, eius in filios ignauiam punijt. Feuard.

8\. *Spirituales animarum paſtores à ſubditis corporaliter ſuſtentandi.*

Latiſſimè probat D. Paulus, eos, qui hominibus ſpiritualiter paſcendis incumbunt, dignos eſſe, qui ab hominibus corporaliter ſuſtententur. Probat in primis à ſimilitudine, & conſuetudine rerum temporalium: *Quis*, inquit, *militat ſuis ſtipendiis vnquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis paſcit gregem, & de lacte eius non manducat?* 1. Cor. 9. n. 7. Quaſi dicat, nemo: cum ipſa naturalis ratio dictare videatur, vt vbi ſumptus ponitur, inde lucrum referatur. Et ſtatim naturalem legem poſitiuæ præſidio confirmat: *An & lex hoc non dicit: Non alligabis os boui trituranti?* Deuteronom. 25. E num. 4. Durum enim eſſet, & inhumanum, ſi inter alimenta laborantes, ad ieiunia cogerentur. Et congruentiam addit: *Quoniam*, inquit, *debet in ſpe, qui arat, arare & qui triturat, in ſpe fructus percipiendi*, ſcilicet triturare. Cùm enim laborantem ſpes alat, eripi illa non debet, ne laborantis animus langueſcat. Subdit argumentum à maiori: *Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus; magnum eſt, ſi nos carnalia veſtra metamus?* Quaſi diceret, minimè. Nam qui immenſum fructum impertit,

cur

A cur exiguum non reportet? Prouocat deinde ad veteris legis exemplũ: *Neſcitis quoniam qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt, edunt; & qui altari deſeruiunt, cum altari participant.* Diſparem rationem quoad hoc non eſſe in lege gratiæ concludit: *Ita & Dominus ordinauit iis, qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere.* Alludens ad definitionem illam Chriſti Domini: *Dignus eſt operarius mercede ſua*, Matth. 10. n. 10.

9.
Prædicatores ſine ſumptu Euangelium annunciantes, commendantur.

Sed cur Apoſtolus tanta argumentorum mole probauit rem alioqui, & creditu, & probatu non difficilem? Literalis ratio mihi videtur ex his, quæ ſequuntur, eruenda, ſcilicet, vt Apoſtolus ſuum decretum, & inſtitutum ponendi Euangelium ſine ſumptu apud Corinthios cõmendaret. B Quò enim pluribus rationibus ſuadebat licitum eſſe ex Euãgelio viuere; eò magis commendabat ſtudium euangelizantis, qui ſe à re tam licita in maiorem Dei gloriam abdicaret. Addo, oſtendiſſe Apoſtolum tanta argumentorum varietate ſpirituales miniſtros corporaliter ſuſtentandos; vt quibus ea tribuenda eſſet ſuſtentatio, obiter ſignificaret: nempe iis, qui militant, qui plantant, qui paſcunt, qui triturant, qui arant, qui ſeminant; (omnes enim has metaphoras coniunxit,) hoc eſt, qui euangelizandi cauſa ſudant, & algent, & laborant: non iis, qui dormiunt, & ſtertunt, qui deſident, & oſcitant; qui feriantur, & otiantur; qui denique, vt ita loquar, nepotantur, & pergræcantur. C Quid enim indignius quàm hos non domeſticos Eccleſiæ, ſed inimicos Eccleſiæ muneribus locupletari? qui non plantant, agricolarum fructibus abundare? qui non paſcunt, ouium emolumentis enutriri? Denique tanquam corniculas alienis plumis de veteri fabula inſignitas, bonis Eccleſiæ candicare, qui propriis vitiis nigreſcunt? Quid reſtat, inquit D. Bern. in ſuis declamationibus, niſi vt ficti animarum curatores, qui raptis Eccleſiæ bonis induuntur, repetitis exuantur; & vt ipſe ex Poëta refert:

Non deſides, & ignaui, ſed ſoliciti animarum curatores, congruis debent ſuſtentari alimentis.

D.Bern.

——*Moueat cornicula riſum*
Furtiuis nudata coloribus?

Æquum enim non eſt, vt qui ſuo officio non fungitur, beneficio perfruatur.

10.
Pretioſiſſimũ animorum theſaurum à prælato diligenter ſeruandum.
D.Bern.

D Duplicem theſaurum apud ſe recondunt Sacerdotes: animarum, & pecuniarum: priorem, vtpote pretioſiſſimum diligentiſſimè ſeruare oportebat. Vnde D. Bern. ſerm. 3. de duplici aduentu, ne qua ſibi ex eo gemma, hoc eſt, anima deperiret, maximè trepidabat: *Quia ego infelix, quo me vertam, ſi tantum theſaurum, ſi pretioſum depoſitum iſtud, quod ſibi Chriſtus ſanguine proprio pretioſius iudicauit, contigerit negligentius cuſtodire?* Et à ſimili rem confirmans: *Si ſtillantem*, inquit, *in cruce Domini ſanguinem collegiſſem; eſſétque repoſitus penes me in vaſi vitreo, quod & portari ſæpius oporteret, quid animi habiturus eſſem in diſcrimine tanto?* E *Et certe id ſeruandum accepi, pro quo mercator non inſipiens, ipſa vtique ſapientia, ſanguinem illum dedit. Sed & habeo theſaurum iſtum in vaſis fictilibus, & quibus multò plura, quam vitreis imminere pericula videantur.* Vnde rectè colligit quanto ſtudio in huius theſauri cuſtodiam incumbendum ſit, quanta ſolicitudine vigilandum: tum propter magnitudinem pretii, quod includit: tum propter periculum iacturæ, in quo verſatur.

11.
Diuitias prælati auarè non augeant, ſed neceſſaria ſuſtentatione ſint contenti.

Poſteriorem auarè non augere, ſed liberaliter expendere, ſatius erat. Vnde D. Paulus proximè citatus, animarum curatorem comparat cum milite, agricola, & paſtore. Cum milite, qui ex labore militandi ſtipendia quidem ferat, non patrimonia reportet: cum agricola, qui ex plantandi ſtudio vuas A quidem colligat, non gemmas importet: cum paſtore, qui pro induſtria paſcendi, de lacte quidem potet, non ſanguinem ſugat: vt ſignificet optimũ animarum curatorem eum fore, qui ex ſuo officio habeat neceſſaria ad viuendum, non ſuperflua ad luxuriandum: ſeu, vt loquitur D. Chryſ. hom. 21. ad eum locum: *Oſtendens, quod oporteat doctorem paruo ſolatio eſſe contentum, ſolo neceſſario.* Imò Chriſtus Dominus quaſi neceſſaria quoque paſtoris alimenta prætermitteret, eáq; minus curaret: ter Petrum admonuit, vt paſceret oues ſuas, nunquam vt mulgeret, nunquam vt tonderet, Ioan. 21. à n. 16. Quod D. Bern. in ſuis declamationibus aduertens: *Tertiò*, inquit, *dictum paſce: nec mulge, ſed tonde, vel ſemel* B *additum eſt.*

D Chryſ.
Oues prælatis paſcẽdas, non mulgendas Chriſtus tradidit.
D.Bern.

12.
Sacerdotes magis diuitiarũ quàm animarum curam gerẽtes, egeſtate plectendi.
D. Bern.
D Greg.

Cùm igitur Sacerdotes multò maiori cura animarum, quàm pecuniarum theſaurum cuſtodire teneantur: quid de illis dicendum, qui nihil minùs curant, quam animas; nihil magis cumulant, quàm pecunias, peccata populi comedentes, Oſeæ 4. n. 8. non populum à peccatis releuantes; ſeu, vt loquitur D. Bern. ſerm 77. in Cant. *Qui peccatorum pretia exigunt, & peccantibus debitam ſolicitudinem non impendunt.* Imò vt addit D Greg hom. 17. in Euangel. *Qui peccata delinquentium fouent, ne temporaria ſtipẽdia amittant?* Quid de illis, qui Deo gratias agunt, non de ſalute animarũ, quas occidunt, ſed de multitudine pecuniarum, quas lucrantur: ſimiles illis, C qui pecora *occidebant, & non dolebant, & vendebãt ea, dicentes: Benedictus dominus, diuites facti ſumus.* Zach. 11. n. 5. qui vt ſuam auaritiam, & iniuſtitiam diſſimularent, ſuas opes in diuinam beneficentiam referebant, vt ibi D. Cyril. Alex. obſeruat: *Fingentes*, inquit, *ſe benedicere; Deo perinde ac ſi ipſius conceſſu liceat ex ſanguinibus diteſcere.* Quid de illis, qui decimarum leges ſeueriſſime exigunt, decimantes *mentham, & anethum, & cyminum.* Et totius decalogi obſeruantiam ignauiſſimè contemnunt, relinquentes *quæ grauiora ſunt legis, iudicium, & miſericordiam, & fidem*, Matt. 3. n. 23. Scilicet, vt ibi D. Cyrill. citat. D. Hier & Auct. imperf. aduertunt, de ſuo quidem lucro ſolicitè agentes: de gloria autem Dei, & ſalute hominum nihil curantes. Quid, inquam, de his dicendum; ſeu potius quid his non metuendum? D *Qui gloriatur in ſubſtantia*, inquit Sapiens: *vereatur paupertatem.* Eccl. 10 n. 34. Certiſſima huius opulentiæ comes, iactura eſt: *Nummum petis* inquit D. Ambr. lib de Tobia. c 4 *& naufragium ſuſcipis.* Theſauros condunt, & fumos promunt: *Nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis*, Pſal. 75. n. 6. Auferentur tandem opes, quibus inuigilabant, & repetentur oues, quas negligebant: non proderunt iis opes, qui ouibus non profuerunt.

D. Cyrill. Alex.
Sacerdotes decimas ſeueriſſimè exigentes, & animarum ſalutem negligentes.
D Cyrill. Alex.
D Hier.
Auct. imperf.
Diuitiarum nimia cupiditas diuitiarũ amiſſione plectenda.
D.Ambr.

SECTIO III.

E

Mortem incurrunt temporalem, qui ſpirituali ſubditorum vitæ non attendunt:

1.
Negligentes prælati, non tãtum diuitiarum, ſed etiam vitæ iacturam patiuntur.

TErtia pœna, quam incurrunt negligentes animarum curatores, eſt temporalis vitæ iactura: vt patet ex dictis, num. 31. & 33. & 34. & vlteriùs breuiter illuſtro. Tolerabile eſſet damnum, ſi ſolæ diuitiæ perirent: pereunt & ipſi diuites. Vnde D. Bernard. ſerm. de conuerſione, ad clericos, cap. 15. de bonis temporalibus loquutus: *Vtinam*, inquit, *tantùm congregata perirent, & non deterius ipſe quoque periret congregator eorum. Eſſet vtique tolerabilius perituro, quam peremptorio inſudare labori.* Tunicam cum tintinnabulis veſtire iubetur Aaron,

ſan

Cur tintinnabula veſtibus appenſa ferre iubeatur ſacerdos.
D.Greg.

ſanctuarium ingreſſurus, & ratioοem reddit Moyſes: *Vt audiatur*, inquit *ſonitus, quando ingreditur, & egreditur ſanctuarium in conſpectu Domini, & non moriatur*, Exod.28.n.35. In quem locum D.Greg. lib. 2.Regiſtr.epiſt.24. *Sacerdos*, inquit, *ingrediens, & egrediens moritur, ſi de eo ſonitus non audiatur: quia iram contra ſe occulti iudicis exigit, ſi ſine ſonitu prædicationis incedit.* Vides vt mors tacenti, ac negligenti prælato incumbat.

2.
D.Arnol.
Sacerdotis cura in ſubditis inſtruendis, in tintinnabulis veſtium adumbrata.

Quod vberiùs explicás D. Arnoldus tractat. de vltimis verbis Domini in Cruce, *Tintinnabula*, inquit, *aurea erant, hoc ſignante Spiritu ſancto, quod viri contemplatiui, fidei Chriſtianæ doctrinam, & maximè nouiſſimum debent populis denuntiare terribile iudicium: totúſque eorum inceſſus, & ſermo reſonare debet diuina myſteria, nec gratiam diuinam, quæ data eſt illis, premere, vel ſuffocare debent ſilentio. Quia non ſatis eſt acceptum in ſudario repoſuiſſe talentum; niſi a negotiatione ſeruus reuertatur cum lucro. Nec prodeſt hyacinthina tunica; nec caſtitatis, continentiæque inſignia doctori ſufficiunt, nec pacificum eſt ad altaria ſancta ingreſſus, ſi negligit annunciare impio viam ſuam*, &c. Et paulò poſt: *Nec magnum eſt ſibi viuere, niſi ſatagas, & alios ſecum viuere, vt ait Seneca.* Hæc Arnoldus, pluráque in hanc ſententiam. Et aduerte tam in ingreſſu, quàm in egreſſu vocalem eſſe debere ſacerdotem: *Quando*, inquit, *ingreditur, & egreditur ſanctuarium.* In ingreſſu quidem ad orandum; in egreſſu autem ad prædicandum. Vtrobique enim debet commiſſis ſibi ouibus prouidere ne moriatur.

3.
Moyſis negligentia in filio circumcidendo, ab ipſo Deo punitur.
Tertull.
Rupert.
Lyran.
Caiet.
Pereira.

Moyſi de terra Madian in Ægyptum redeunti mortem Dominus minabatur: *Cúmque eſſet in itinere*, inquit textus, *in diuerſorio occurrit ei Dominus, & volebat occidere eum*, Exod.4.n.24. Quærunt Patres, & interpretes, quam ob culpam tanta ab eo pœna exigeretur? Aliis alia reſpondentibus, ad litteram propiùs accedunt, Tert.lib. aduersùs Iudæos cap.3. Rupert.Lyran.Caiet.Pereira, & alij ad eum locum, dicentes. Moyſis culpam fuiſſe, quod nondum filium circumciderit, iuxta legem Abrahæ datã, Gen. 17.n.12. Quod ex eo colligunt, quod infante à Sephora circunciſo, ſtatim Dominus abſtinuerit à vindicta. Idem cum illis ſentio accommodatè ad rem præſentem. Digna enim erat parentis circa filium negligentia, vt capitaliter plecteretur: nec ab alio quàm ab ipſo Domino: ſeu vt eſt in Hebræo, ab ipſo יהוה *Iehouah*; quamuis enim Deus alias culpas miniſtris ſuis caſtigandas remittat: hanc vnam in ſe ipſum puniendam recipiebat, quippe quam iniquiſſimè toleraret.

4.
Moyſes in præfectura conſtitutus ob negligentiam in ſubditos mortis ſupplicio deterretur.

Sed vlteriùs inquiro, cur eunti in Ægyptum, non autem commoranti in Madian ea pœna intenderetur? Nam vbi culpa admiſſa fuerat, ibi pœna irrogari ſatius videbatur. Ratio mihi videtur eſſe, quia Moyſes in terra Madian adhuc priuatus homo erat: at verò in itinere iam prælatus, ad quem iam animarum cura ſpectabat, vt ſcripturam conſulenti planum erit: prælatorum autem culpæ multò duriùs, quàm ſubditorum vindicantur; præſertim ſub ipſis gubernandi principiis, quæ ſolent eſſe mitiora, iuxta illud poetæ. ——— *Mitiſſima ſors eſt*
Regnorum ſub Rege nouo.
Et proinde in illis ſimiles negligentiæ faciliùs obrepunt, niſi prematurè corrigantur. Vt igitur Moyſes in præfectura, quam inibat, vel minimas culpas circa animarum curam in poſterum præcaueret: in primo ſtatim liminé propter illam qualem qualẽ negligentiam, quã incurrit, capitali ſupplicio deterretur.

5.
Iudices ob incuriã, imò iniuriam in ſubditos puniuntur.

Duo illi ſenes, ac iudices, qui in Babylone Dei populo præfuerunt, in ſuo munere exequendo negligentiſſimi extiterunt: nam & ſontes abſoluebant, & inſontes condemnabant, vt conſtat ex Dan. 13.

Franc. de Mendoça in lib. Reg. Tom. 1.

A n.53. Quas igitur pœnas ſuæ negligentię dederunt? In primis à ſua iudiciaria poteſtate depulſi ſunt: vtque id moleſtius ferrent puer Daniel in eorum locum ſubrogatus eſt, ad iniquiſſimam ſententiam, quam illi aduerſus Suſannam tulerant, reuocandam. Vnde benè D.August.ſerm.118. de tempore: *Suſanna*, inquit, *caſtitas & presbyteros impudicos conuicit in paradiſo; & in iudicio falſos accuſatores obtinuit: biſque victrix reos facit teſtimonij, quos reos facit adulterij: atque tandem iudicem meretur caſtitas Danielem, puerum iuniorem. Multùm igitur de Deo pudicitia conſequitur, cum virginem iudicem promeretur. Secura eſt de victoria caſtitas, cui iudicatura eſt virginitas. Pudicitia autem cauſas niſi vir pudicus audire non debuit:* B *talem enim arbitrum meretur caſtimonia apud quem non periclitetur verecundia.* Ita D. Auguſtinus eleganter, & in laudem pudicitiæ iudicandæ, & iudicaturæ congruenter.

D Aug.
Caſtitas in iudicio victrix.

Sed non ſolùm priuationem honoris, quæ ad 1. huius annotationis ſectionem pertinet; ſed etiam iacturam vitæ, quæ pertinet ad hanc tertiam, improbi illi ſenes incurrerunt. Nam ad eorum vnum Daniel: *Ecce*, inquit, *Angelus Dei, accepta ſententia ab eo ſcindet te medium*, Dan.13.n.55. & rurſus ad alterum: *Manet*, inquit, *Angelus Domini gladium habens, vt ſecet te medium, & interficiat vos*, ibid.n.59. En vt iudices ad mortem rapiuntur, qui ſuorum vitam ſubditorum non tuentur. De hoc ſupplicio loquutus eſt C Ieremias. *Ponat*, inquit, *te Dominus ſicut Sedeciam, & ſicut Achab* (ſic enim appellabantur duo illi ſeniores) *quos frixit Rex Babylonis in igne*, Ier.29.n.22. Vbi in primis nota Regem Babylonis, ſeu Nabuchodonoſorem dici à Ieremia huius ſupplicij exequutorem; cùm tamen à Daniele huius miniſter vltionis, Angelus Domini appelletur. Nec immeritò, quia etiam impius idololatra, cùm ad impios iudices occidendos accingitur, Angelus Domini potiùs videri debet, quam Tyrannus. Nota præterea eoſdem iudices dici à Daniele gladio ſecandos, à Ieremia in igne frigendos: vt dum vterque diuerſis pœnarum vocabulis vtuntur, ſignificent vnum acerbiſſimum ſupplicium, in eorum capita expetendum. D. Bern. in ſuis declamationibus vtitur hoc Ieremiæ loco, ad D deterrendos ſacerdotes, qui illotis conſcientiis ad ſacrificandum accedunt: *Qui*, inquit, *puritatis auctori, impuro corde, & corpore miniſtrantes non verentur ſtare Angelum Domini, qui ſecet medios, & diſperdat*, &c.

6.
Iniqui iudices mortis ſupplicio à Deo puniuntur.
Nabuchodonoſor diuinæ iuſtitiæ miniſter, tanquàm Dei Angelus.
D Bern.

Sed fateor in his iudicibus non tam incuriam circa ſubditos, quàm malitiam accuſari. At non minori ſupplicio ſola ſubiicietur negligentia. Vnde olim Deus ad Ezechielem: *Si*, inquit, *ſpeculator viderit gladium venientem, & non inſonuerit buccina; & populus ſe non cuſtodierit, veneritque gladius, & tulerit de eis animam: ille quidem in iniquitate ſua captus eſt, ſanguinem autem eius de manu ſpeculatoris requiram*, Ezech.33.num.6. hoc eſt, ſi quempiam de populo hoſtis occiderit, ſpeculatore vidente, nec prouidente; ſpeculator ad mortem repoſcetur. Quas minas iam antea intenderat. *Si dicente me*, in- E quit Deus, *ad impium: Morte morieris, non annuntiaueris ei, neque locutus fueris, vt auertatur à via ſua impia, & viuat, ipſe impius in iniquitate ſua morietur; ſanguinem autem eius de manu tua requiram*, Ezech.3.num.18. In quem locum D.Greg. homil. 11. *Super ea mala*, inquit, *quæ propria habemus, alienas mortes addimus; quia tot occidimus, quot ad mortem ire quotidie tepidi, & tacentes videmus.* Et paulò pòſt: *Si*, inquit, *is qui prælatus ad ſpeculandum eſt de morte corporis quandoque morituri tam grauiter reus tenetur; quo reatu de morte animæ ſubiecti conſtringitur, quæ potuiſſet ſemper viuere, ſi vocem correctionis audiſſet?* Et poſt pauca prælatum allocutus: *Mori*, inquit, *cui non*

7.
Animarum iactura prælatorum deſidiæ imputatur, & eorum morte punitur.
D Greg.

contradicis adiungeris hoc eſt, malum, quod non impedis, facis: tibi tanquam agenti imponitur, quidquid, te tacente committitur. Mortem, quam permittis, parietis; ſanguinem de manu tua requiram.

8.
Quo pacto Deus ſubditorum ſanguinem ab ignauo prælato requirat.

Vbi aduerte, requirere ſanguinem, emphaticum eſſe; propriéque pertinere ad illum, qui homicidam ſui conſanguinei ad necem requirebat. Nam lex diuina, Deuter. 19. n. 12. facultatem ei præſtabat ad hanc vindictam exigendam. At quis non videt, quanta auiditate conſanguineus occiſi ad vindictam repoſceret occiſorem, naturali erga conſanguineum charitate eum ad vltionem ſtimulante? Quanto igitur mœrore conſanguineus de ſanguine effuſo ſui conſanguinei dolebat, & quanta auiditate de ſanguine effundendo occiſoris cogitabat: tanto mœrore Deus afficiebatur propter ouis necem, paſtoris incuria illatam, & tanta auiditate ferebatur ad paſtorem ipſum ſimili morte, vel etiam acerbiori puniendum. Vnum tamen eſt diſcrimen longè maximum. Nam homicida, quem conſanguineus occiſi ad mortem requirebat, præcurrendo, ingrediendóque vrbem refugij, totum mortis periculum facilè declinabat. At verò Deum à tergo inſequentem, & ad mortem repoſcentem, quis euadet? Quantacunque celeritate feratur, breuiſſimè præcurretur & opprimetur.

9.
Vinum ſub mortis pœna ſacerdotibus prohibetur, ne ſacerdotale docendi munus impediatur.

Sacerdotes olim Deus ſub mortis pœna à potu vini prohibebat. *Vinum*, inquit, *& omne, quod inebriare poteſt, non bibetis, tu, & filij tui; quando intrabitis tabernaculum teſtimonij; ne moriamini*, Leuitic. 10. num. 9. & ſicut ille ingreſſus quotidianus erat, & hæc prohibitio continua. vt D. Aug q. 33. in Leuit. obſeruat. Sed cur tam leuem ob culpam tam grauis pœna imponebatur? E pluribus rationibus, quæ facilè reddi poſſunt, illa apta eſt ad rem præſentem, quam ſtatim littera expreſſit. *Vt habeatis*, inquit, *ſcientiam diſcernendi inter ſanctum, & profanum, inter pollutum, & mundum: doceatiſque filios Iſrael omnia legitima, quæ loquutus eſt Dominus ad eos per manum Moyſi.* Ita ibi. n. 10. Quo in loco

Caiet.

Caiet. tres diſtinguit rationes, quarum tertiam eſſe dicit, bonam ſacerdotis diſpoſitionem ad exercendum officium docendi. Quaſi non ſola iniuria ſacerdotis erga ſubditos capitaliter plectenda foret; ſed etiam occaſio, vnde illa naſci poſſet, qualis eſſe poterat ebrietas mortis ſupplicio amputanda.

10.
Sacerdotum, & prælatorū peccata quia in ſubditorū detrimentum ſpectant, morte plectenda.
Septuag.

Illud autem mirum eſt, quòd non ſolùm huic legi, ſed multis aliis, quæ ſacerdotibus imponebantur, capitalis pœna annectebatur; vt patet multis locis. *Sacerdotes*, inquit Moyſes, *qui accedunt ad Dominum, ſanctificentur, ne percutiat eos.* Exod. 19 n. 22. ſeu, vt habent Septuag. *Ne interimat eos.* Ruſſus Moyſes ad Aaronem, & filios eius, *Capita veſtra nolite nudare, & veſtimenta veſtra nolite ſcindere, ne fortè moriamini*, Leuitic. 10. num. 6. Iterum ad filios Caath; *Non tangent vaſa ſanctuarij, ne moriantur.* Numer 4. num. 15. & paſſim alibi. Cur tam duriter cum ſacerdotibus agebatur, cùm tamen multò mitiùs cum laicis ageretur? Ratio quidem eſt, quia ſubditorum culpa, ſicut leuior erat, quod paucioribus noceret; ita leuiorem pœnam merebatur: prælatorum verò, quæ in ſubditorum detrimentum ſpectabat, acrioribus erat ſuppliciis coërcenda. Nam, vt benè D. Gregor. 3. p Paſtor. admonit. 5. *Scire*, inquit, *prælati debent, quia ſi peruerſa vnquam perpetrant: tot mortibus digni ſunt, quot ad ſubditos ſuos perditionis exempla tranſmittunt.*

11.
Moyſes, Aaron, & Maria optimi alioqui paſtores dum delinquunt, capite plectuntur.

Neque verò hæc mortis comminatio verbo tantùm hæret, ſed facto etiam completur. Nam & paſtores, aliàs æquiſſimi, ſi quam ſubditis peccandi occaſionem præbent, morte plectuntur. Qui fuerunt in Iſraëlitico populo iuſtiores iudices, quàm illi tres, quos Deus ait, ſe populo de Ægypto exeunti magni beneficij loco præfeciſſe, iuxta illud: *Popule meus quid feci tibi? aut quid moleſtus fui tibi? reſponde mihi. Quia eduxi te de terra Ægypti, & de domo ſeruientium liberaui te; & miſi ante faciem tuam Moyſen, & Aaron, & Mariam*, Micheæ 6. n. 4. Quaſi diceret, non potuit à me vtilitati tuæ melius conſuli, & prouideri, quàm tales tibi principes ac duces tui itineris præficiendo. Verùm cum hi paſtores errandi anſam ſuis ouibus præbuerint: Maria quidem, & Aaron, murmurando contra Moyſen, Num. 12. num. 1. & rurſus Moyſes, & Aaron, de miraculo, quod Deus promiſerat dubitando, Num. 20. n. 12. ſtatim à Deo de medio ſublati ſunt; iuxta illud: *Succidi*, inquit Deus, *tres paſtores in menſe vno*, Zachar. 11. num. 8. Quæ verba de prædictis paſtoribus D. Hieronym. & Rupert. interpretantur, quos

D. Hier.
Rupert.

Deus in vno menſe ſuccidit, dum Mariam re ipſa interfecit; duos verò alios in eodem menſe capitis ſententia damnauit, vt ex loco citato Numer. conſtat. Quis ergo negligens paſtor ab hac ſententia euadet, quam tam probi alioqui paſtores incurrerunt?

12.
Dormientes reges ac duces interfecti.

Meminerint igitur paſtores ſui officij negligentes, ac dormitantes, & Siſaræ dormienti cerebrum trabali clauo perforatum, Iudic. 4. num. 21. Et dormienti Sauli inter milites, profundo pariter ſopore demerſos, ſcyphum, & haſtam, hoc eſt, vitæ oblectamentum, & munimentum ereptum eſſe, 1. Reg. 26. num. 12. & Iſboſeth Saulis filio dormienti ſuper ſtratum ſuum meridie, caput à ceruicibus reuulſum, 2. Reg. 4. num. 7. & Ioas Regem Iuda in ſuo lectulo magnis languoribus impeditum, & nihil tale cogitantem, à propriis ſeruis interfectum, 2. Paral. 24. n. 25. & Holofernem multo vino, ſomnóque ſepultum in ipſo regio throno iugulatum, Iudith. 13. n. 10. Et Balthaſarem ex lautiſſimo conuiuio in crapulam reſolutum, ab hoſtibus ſubitò irruentibus occiſum. Dan. 5. num. 30. Ac denique Chriſtum

Ex tribus diſcipulis dormientibus, ſolus Petrus, quia prælatus, corripitur.

Dominum cæteris diſcipulis dormientibus, cum ſolo Petro, qui futurus erat aliorum caput, expoſtulaſſe; *Simon*, inquit, *dormis? non potuiſti vna hora vigilare?* Marc. 14. num. 37. Quaſi ſomnolentiam in prælato grauioribus dignam pœnis quàm in ſubditis iudicaret. Meminerint, inquam, paſtores negligentes, quas alij pœnas dederint: vt intelligant, quam certum ſint interitum ſubituri, ſi ſuorum vitam ſubditorum, minori, quàm debeant vigilantia tueantur: & ſi illos deſerant, ab illis pariter deſerendos. Vt contigit Nabuchodonoſori, qui vt benè

Nabuchodonoſor in belluam mutatus à ſuis derelinquitur.
Theod.

Theodoret. orat. 4. in Danielem aduertit, mutatus in belluam, ab vxore, filiis, ac ſeruis, quos habebat, deſertus eſt; quia creatus in Regem omnium cauſas, ac patrocinia deſerebat. Et mirum, ſi non omnes repoſcebant ad mortem, qui omnium vitam, ac ſalutem, de ſua tantùm ſolicitus, negligebat. Atque hæc de pœnis temporalibus, quæ in litera exprimuntur. Quæ quamuis grauiſſimæ ſint; tamen præ æternis leuiſſimæ videbuntur.

SECTIO IV.

Æterni digni ſuppliciis, qui ab iis ſubditos non auertunt.

1.
In veteri lege tēporalibus præmiis, & pœnis Iudæi afficiebantur.

VTinam ſolis pœnis temporalibus negligentes paſtores punirentur; nec æterna eos ſupplicia manerent. Fateor quidem in veteri Teſtamento, ſicut homines temporalibus præmiis frequentiùs

quentiùs innitantur; ita, & temporalibus ſuppliciis frequentiùs perterreti. Vt patet in illis benedictionibus, & maledictionibus, quæ Deuterooom. 27. à num. 14. proponuntur: quæ omnes de bonis, ac malis temporalibus fuerunt; vt ibi Theod. quæſt. 34. notat: aduertens tamen aliter rem habere in Euangelio, vbi homines æternis præmiis alliciuntur, & æternis ſuppliciis deterrentur. *Cùm Dominus Chriſtus*, inquit, *perfectam ſcientiam traderet perfectis, pollicitus eſt implentibus iſta: regnum calorum; tranſgreſſoribus autem gehennam comminatus eſt. At vero Iudæis humi repenti animo præditis, & terrena ſapiente, terrenas maledictiones, & benedictiones indulſit.* Cùm igitur Iudæi temporalium pœnarum formidine potiùs quàm æternarum ducerentur: mirum non eſt, ſi hoc loco ſola temporalis pœna Heli, eiúſque filiis intendatur. Nihilominus dubitare non licet, quin æternis ſuppliciis deuouendi ſint, qui in hoc munere exequendo grauem negligentiam incurreruot, quam matura pœnitentia noo expiarunt.

Theod.
In lege gratia aternum Chriſtus promittit regnū, aut gehennā minatur.

2\. Veriſſima eſt illa Sapientis vox, *Duriſſimum iudicium in his, qua præſunt, fiet; exiguo enim conceditur miſericordia, potentes autem poten.er tormenta patientur. Non enim ſubtrahet perſonam cuiuſquam Deus, nec verebitur magnitudinem cuiuſquam: quoniam puſillum, & magnum ipſe fecit; & æqualiter cura eſt illi de omnibus, fortioribus autem fortior inſtat cruciatio*, Sapient. 6. à numero 6. Nam & horum iniuſtitia maior eſt, quia pluribus nocuit: & iudex non eſt minor, quia parem in omnes exercet poteſtatem, nec potentium, aut fauore ducitur, aut timore flectitur, à debita ſeueritate exequenda. Quare D. Gregor. homil. 17. in Euang. huius rigorem iudicij cum paſtoribus exequendi contemplatus expaueſcit. *Ad pœnam*, inquit, *noſtram Epiſcopi vocamur, qui honoris nomen, non virtutis tenemus.* Et poſt pauca: *Ponamus*, Inquit, *ante oculos noſtros illum tanta diſtrictionis diem, quo Iudex veniet, & rationem cum ſeruis ſuis, quibus talenta credidit, ponet. In illo tanto examine, vnuſquiſque quid ſit operatus, oſtendetur. Ibi Petrus cum Iudæa conuerſa, quam poſt ſe traxit, apparebit. Ibi Paulus conuerſum, vt ita dixerim, mundum ducens. Ibi Andreas poſt ſe Achaiam; ibi Ioannes Aſiam, Thomas Indiam in conſpectum ſui Iudicis conuerſam ducet. Cùm igitur tot paſtores cum gregibus ſuis ante æterni paſtoris oculos venerint, nos miſeri quid dicturi ſumus, qui ad Dominum noſtrum poſt negotium vacui redimus? qui paſtorum nomen habuimus, & oues, quas nutrimento noſtro debeamus oſtendere, non habemus?* Quod ſi in eo iudicio tremunt, qui nullas oues ex ſuo labore paſtoritio lucrati ſunt: quid, qui multas perdiderunt?

Duriſſimum Dei in deſides prælatos iudicium.

D. Greg.

3\. Eodem iudicio omnes homines terret D. Paulus, *Omnes*, inquit, *nos manifeſtari oportet, ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis, prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum*, 2. Corinth. 5. numero 10. Quo ex loco ad paſtores præcipuè terrendos, rectè argumentatur D. Bernard. ſi ille eſt auctor illius ſermonis, ad Clerum in Concilio Rhemenſi congregatum: *Si reddenda, inquit, eſt ratio de his quæ quiſque geſſit in corpore ſuo: heu, quid fiet de his, quæ quiſque geſſit in corpore Chriſti, quod eſt Eccleſia?* Et ſtatim horum paſtorum inſolentiam, & iniuſtitiam inſectatus: *Eccleſia*, inquit, *Dei vobis commiſſa eſt, & dicimini paſtores, cum ſitis raptores. Et paucos habemus, heu, paſtores: multos autem excommunicatores. Et vtinam vobis ſufficeret lana, & lac, ſititis enim ſanguinem.* Quam igitur ſuarum ouium rationem hi paſtores reddent, qui illarum ſan-

Grauius iudicandi paſtores, de iis, quæ in Chriſti corpore, id eſt, Eccleſia, geſſerunt.

guine cruentati tanquam lupi ad iudicium adducentur?

4\. Sed his omiſſis, boni etiam paſtores contremiſcunt. De quibus D. Paulus: *Ipſi*, inquit, *peruigilant quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri*, Hebr. 13. n. 17. ſi vigilantes huius iudicij periculum reformidant; quantò magis reformidare debent dormientes? ſi recuſantes honorem, quantò magis ambientes? In quos D. Chryſ. hom. 34. ad eum locum grauiſſimè inuehitur. *Quid*, inquit, *dicemus infelicibus illis & miſeris, qui ſemetipſos ad alios regendos præcipitant, & ſe in tantorum ſuppliciorum abyſſum iactant? Omnium, quos regis, mulierum, puerorum, atque virorum, tu rationem redditurus es. Tanto igni tuum ſubiicis caput. Miror, ſi poſſet ſaluari aliquis rectorum.* Et paulò pòſt, oſtendens eos etiam, qui inuiti ad præfecturas acceſſere in ſuo munere grauiter periclitatos fuiſſe, vt Moyſen, & Aaronem, & Saulem; quorum hic æternam mortem, illi temporalem propter officij ſui negligentias incurrerunt; concludit: *Si*, inquit, *qui neceſſitate compelluntur, nullum poterunt habere refugium, neque vllam excuſationem reperient, quando res male tractauerint: & quando negligenter adminiſtrationem geſſerint ſuam; quando amplius, qui cum ſtudio, & ambitione petunt principatus, & ſemetipſos præcipitant, ſtuerius punientur?*

Omnium, quos regunt, rationem prælati in iudicio ſuo reddituri.
D. Chryſ.

Difficilis prælatorū ſalus.

Etiam prælati, qui inuiti ad dignitates extrahuntur, ſua incuria pœnas luunt.

5\. Vehemens eſt illa prophetica imprecatio, ſeu comminatio in negligentes paſtores Iſraël. *Conturbatio ſuper conturbationem veniet*, Ezechiel. 7. numero 26. ſeu, vt Septuaginta apud D. Hieron transferunt, *Væ ſuper væ erit.* Quorſum hæc gemituum, & lamentationum duplicatio? D. Hieron. ad eum locum, *Quomodo*, inquit, *ſanctis dicitur, Gaudete, iterum gaudete*, Philip. 4. num. 4. *vt præſentia bona, futuris bonis cumulent: ſic & his veniet conturbatio ſuper conturbationem, ſiue væ ſuper væ; iuxta quod & in Apocalypſi ſcriptum eſt; Væ vnum abiit, & væ alterum veniet citò*, Apocalyp. 11. num. 14. Ne quis putet negligentium paſtorum culpas temporariis tantùm ſuppliciis in hac vita puniendas, ſed æternis quoque ignibus in futura reſeruandas. Eodem modo explicat Elias Cretenſis in 1. Nazianzen. orat. *Illis verbis*, inquit, *ea mala demonſtrantur, quæ paſtores tum in hac vita obſident; tum poſtea etiam inuadent. Erit enim ipſis, & in præſenti, & in futuro æuo, væ ſuper væ.* Quis ergo paſtorum ſuum munus negligenter obeuntium, de præſentibus ſuppliciis non doleat, de futuris non expaueſcat?

Et præſentibus, & æternis ſuppliciis ignaui paſtores deterrentur.
Septuag.
D. Hier.

El. Cret.

6\. Meritò iubentur paſtores ad ſupremum iudicium adducendi, vlulare. *Vlulate paſtores*, inquit Propheta, *& clamate, & aſpergite vos cinere optimates gregis; quia completi ſunt dies veſtri, vt interficiamini & diſſipationes veſtræ, vt cadatis quaſi vaſa pretioſa*, Ierem. 25. n. 34. Vlulatus, luporum vox eſt, iuxta illud poëticum,

——*Et forma magnorum vlulare luporum.*

Iubentur igitur paſtores non humana, ſed lupina voce lamentari; vt ſua ipſi lamentatione teſtentur non ſe paſtorum munus obiiſſe, ſed luporum. Vlulate igitur, quia inſtat dies, vt ſanguis ouium veſtrarum, quas more luporum deuoraſtis, de manu veſtra requiratur. *Cadetis*, ait Propheta, *quaſi vaſa pretioſa.* Præſtaret ſine dubio cadere, quaſi vaſa lutea, & fictilia; hoc eſt, tanquam priuati homines, quorum minus eſt in damnatione tormentum: at verò prælati tanquam vaſa pretioſa: *Quia quantò*, inquit D. Hieron. *ante fuere pretioſiora; tantò maius eorum in confractione ſit damnum.*

Impij paſtores ſeu potius lupi raptores æterna pœna cruciandi.

Virg.

Cur impij prælati tanquam pretioſa vaſa cadere dicantur.

D. Hier.

7\. Sua reliquos impios calamitas, & contritio feriet: negligentes animarum præſides, & curatores

Deſides prælati duplici contritione conterendi.
D. Laurent. Iuſtin.

A duplici contritione contererentur. Ita Propheta Dominum obſecrante: *Duplici contritione contere eos.* Ierem. 17. num. 18. Quod D. Laurent. Iuſtinian. libro de inſtitutione, & regimine prælatorum, cap. 5. in hanc rem probè expendit. *Duplici,* inquit, *contritione atteritur paſtor, duplicíſque iudicij efficitur reus: ſui videlicet, & ouium perditione, præſertim earum, quæ ex ipſius conuincuntur periiſſe incuria.* Venturus ad iudicium Chriſtus Dominus bonos à malis ſeparabit: *Sicut paſtor ſegregat oues ab hœdis,* Matth. 25. numero 32. Vbi boni cum ouibus, mali cum hœdis comparantur. Rationem reddit D. Chryſoſtum homil. 80.

Iuſti ouibus propter fœcunditatem comparantur: impij propter ſterilitatem hœdis.
D. Chryſ.

Vt hac appellatione, inquit, *mores vtriuſque partis aperiantur, cùm alij hœdorum, alij ouium nuncupatione nominentur: vt aliorum ſterilitas, quæ nihil ab hœdis producitur, aliorum fertilitas oſtendatur.* B *Vberes enim & multi ab ouibus fructus proficiſcuntur, à lactis copia, ab elegantia lanæ, à fœtu; quibus omnium hœdorum genus omnino caret.* Si igitur ad ſiniſtram reiiciuntur inde in gehennam relegandi, qui fuerunt infructuoſi, quid de illis, qui fuerunt pernicioſi? De quibus eſt illud: *Paſtores multi demoliti ſunt vineam meam: conculcauerunt partem meam: dederunt portionem meam deſiderabilem in deſertum ſolitudinis,* Ierem. 12. numero 10. Et illud ruſus: *Væ paſtoribus, qui diſpergunt, & dilacerant gregem paſcuæ meæ, dicit Dominus,* &c. Ierem. 23. num. 1. Vbi notandum eſt, quanta ab his paſtoribus pernicies oriatur: nam cum paſtoribus non vineæ, ſed greges committantur: illi non ſolùm greges, ſed vineas deuaſtabant; C quia mali paſtores non ſolùm proprias diœceſes malo regimine, ſed etiam alienas malo exemplo demoliuntur. Si igitur hœdi infructuoſi damnantur; quid lupi? quid leones? quas tandem pœnas, quos cruciatus patientur?

Impij paſtores nõ ſolùm ſuas oues malo perdunt regimine, ſed etiam prauo exemplo alienas.

8.

Non ſolùm prælati rapaces, ſed etiam ignaui ouium curatores æternis ſupplicijs damnandi.

Seruus ille, qui de commiſſo ſibi talento nihil perdidit; ſed totum atque integrum reſtituit Domino ſuo, dicens: *Ecce habes, quod tuum eſt,* Matth. 25. num. 25. mirum quantam Domino indignationem commouerit; eo ſolo nomine, quòd nihil lucratus ſit: mirum quas pœnas dederit: imprimis verbis aſperrimis percuſſus: *Serue,* inquit, *male, & piger,* deinde talento mulctatus: *Tollite,* inquit, *ab eo talentum.* Et ad maiorem negligẽtis ſerui inuidiam, D eoram iubetur talentum ab eo ablatum in diligentem ſeruum transferri: *Date,* inquit, *ei qui habet decem talenta;* vt ex propria indigentia, & aliena abundantia acrius puniatur: tandem in extremum ſupplicium datus: *Inutilem ſeruum,* inquit, *eiicite in tenebras exteriores,* ibid. à num. 26. In quem locum D. Chryſ. homil. 79. ſolam huius ſerui incuriam, & negligentiam grauiter à Deo punitam animaduertit.

D. Chryſ.

Vides, inquit, *quomodo non ſolùm rapaces, & qui aliena inuadunt, nec ſoli malefactores, verùm etiam & qui bona facere negligit, extremo cruciatur ſupplicio?* Si igitur, qui nihil eius talenti, quod acceperat, perdidit, qui totum ſeruauit, qui integrum reſtituit, ſolùm quia fœnerando, ac negotiando non duplicarit, tam multis ſupplicijs deuouetur: quid ſi talentum amiſiſſet? ſi dilapidaſſet? ſi in pernicioſos E vſus expendiſſet? quibus pœnis ſubderetur? Audiant hæc paſtores, qui non modò commiſſas ſibi oues non paſcunt, ſed etiam occidunt: ſimiles illis, de quibus Zacharias cap. 11. num. 5. *Qui pecora occidebant, & non dolebant, & vendebant ea.* Audiant, inquam, hæc & contremiſcant. Si dormientes paſtores, & gregem ſuum non curantes tanta ſuppliciorum mole opprimuntur, non ſolùm temporarijs, ſed etiam æternis pœnis mancipati: quid occidentes, & lacerantes; neque vnam tantùm ouem, ſed innumeras; neque temporali tantùm morte, ſed A æterna? Quibus tandem ſupplicijs ſuas culpas expiabunt?

9.

Impij paſtores, vel de vnius ouis nece grauiter punienai.

Vnum tantùm agniculum occidit Cain, & quidem non æterna, ſed temporaria tantùm morte: & agniculum rurſus, cuius ipſe cuſtos non erat, *Nunquid cuſtos,* inquit, *fratris mei ſum ego,* Geneſ. 4. num. 9. Ea culpa ſatis fuit, vt æterna maledictione perculeretur: *Maledictus,* inquit, *eris ſuper terram,* ibidem numero 11. Quid, ſi plures ſuam in curam traditos æterna morte occidiſſet? Certè ne harum occaſionum reus teneretur, vehementer formidabat D. Bernard. ſerm. de triplici aduentu.

D. Bern.

Quid, inquit, *ego infelix, quo me vertam, ſi tantum depoſitum contigerit negligentius cuſtodire? Non eſt mihi dicere cum Cain,* B *Nunquid cuſtos fratris mei ſum ego?* &c. Quas ergo pœnas dabit, qui Caino negligentior, plures agnos ſibi commiſſos æternum in exitium præcipitant. Vnicam tantùm ouiculam perdidit Dauid; & ſtatim ſuo ſe iudicio, filium mortis, debitorem ouis in quadruplum condemnauit. *Viuit Dominus,* inquit, *quoniam filius mortis eſt vir, qui fecit hoc. Ouem reddet in quadruplum,* 2. Reg. 12. num. 6. Quid ſi multas perdidiſſet? ſi multas iugulaſſet? ſi multis vitam non ſolùm temporariam, ſed etiam æternam eripuiſſet? Cuius ſe pœnæ non ſolùm in quadruplum, ſed etiam in centuplum multiplicatæ debitorem profiteretur? Nam, vt rectè argumentatur Elias Cretenſis in orat. 1. Nazianzeni,

Elias Cret.

C *Si ne,* inquit, *vniuerſus quidem mundus vnius animæ pretium adæquat; cui tandem ſupplicio obnoxius eſt, qui multis fortaſſe animabus ob culpam ſuam, & ſegnitiem exitij cauſam præbuit?* Ipſis præſertim animabus vindictam obſecrantibus.

10.

Iuſtam ſuæ pœnæ vindictam de prælatis, damnati ſubditi poſtulabunt.

Nam ſi animæ interfectorum, hoc eſt, martyrum, ſubtus altare voce magna clamabant: *Vſquequo Domine non vindicas ſanguinem noſtrum?* Apocal. 6. num. 10. & mortem ſuam temporariam, qua vitam æternam emerant, vindicari poſtulabant: quibus clamoribus precabuntur animæ reproborum, barathro incluſæ, vt de ſua morte non temporaria, ſed æterna iuſta vltio deſumatur? Vindica, Domine, inquient, ſanguinem noſtrum, quem non lupi, ſed D paſtores effuderunt: quos nobis dediſti præduces ad ſalutem, extiterunt nobis ad æternum ſupplicium ductores: magiſtros benè viuendi fuiſſe oportebat, qui malorum doctores, ſuaſoreſque ſe præbuerunt: medicos credebamus ad vitam, quos carnifices ad mortem experti ſumus. Qui frænare nos debebant, ne in peccata rueremus, ipſi nos in peccata vel ſua negligentia abire permiſerunt, vel ſua malitia præcipitarunt. Vindica ergo Domine ſanguinem noſtrum: & per quos æternis ſupplicijs punimur, ne impuniti relinquantur; nos de noſtris culpis, illi de proprijs, & alienis duplo grauius flagellentur. Quid animi, mentiſque habebunt ſtultiſſimi paſtores, cum has contra ſe voces exaudierint, quibus ad æternas pœnas iuſtiſſimè repoſcantur.

11.

Prælati temporaliter ab ouibus paſcuntur ſi oues ſpiritualiter non paſcant, grauius puniuntur.

E Hæc ſi recta trutina expendantur: quis animarum curam non defugiat, veritus ne propter illas oues, à quibus temporaliter paſcitur, in æternum crucietur, ſi illæ ab eo ſpiritualiter, vt oporteret, non paſcantur. Temporalem curam ſacerdotum Deus olim laicis committebat. *Primitiua,* inquit, *ciborum veſtrorum dabitis ſacerdoti,* &c. Ezechielis 44. num. 30. haud dubiè, vt ſpiritualem curam laicorum ſacerdotibus committeret; quam dum illi negligebant, diuinam in ſe ipſos iuſtitiam prouocabant. Quod D. Hieron. ad citatum Ezechielis locum expendens: *Grandis,* inquit, *dignitas*

quitas ſacerdotum; ſed grandis ruina ipſorum, ſi peccent. Lætamur ad aſcenſum, ſed timeamus ad lapſum. Non eſt tanti gaudij excelſa tenuiſſe, quanti mœroris de ſublimioribus corruiſſe. Neque enim ſolùm pro noſtris delictis reddemus rationem; ſed pro omnium, quorum abutimur donis, & nequaquam ſumus de eorum ſalute ſolliciti. Quid ergo proderit homini, ſi de Eccleſiæ bonis tenuem victum, aut pingue beneficium, aut amplum Epiſcopatum, imò & vniuerſum mundum lucretur: & nihilominùs propter illud lucrum, quo indignus eſt, & quod inutiliter expendit, animæ ſuæ detrimentum patiatur?

12. *Paſtoralis officij molem, vel ipſe D. Paulus formidat.* D.Chryſ.

Sui pondus, molémque officij expendens D. Paulus, *Et ego*, inquit, *in timore, ac tremore multo fui apud vos*, 1. Corinth. 2. num. 3. Quo ex loco D. Chryſoſtom. libr. 3. de ſacerdotio recte argumentatur: *Si Paulus*, inquit, *Dei mandata ſic obſeruans, vt maiora etiam, quam ipſi à Deo iniuncta fuiſſent, præſtaret; nunquam ſuo ipſius, ſed ſubditorum tantum commodo ſtudens; ſic vbique formidauit, magiſtratus ſui molem expendens: quid faciemus ipſi, qui multi vbique ſumus in quærendis, quæ noſtra ſunt; qui Chriſti mandata Pauli exemplo non modò non ſuperamus, ſed ea maiori ex parte tranſgredimur?* Hoc eſt, ſi Paulus in diuinum obſequium, & animarum ſalutem plura faciens, quàm iubebatur; adhuc nihilominùs ab animarum cura refugiebat: nos, qui ne facimus quidem, quæ iubemur, quid ad eam curam ſuſcipiendam temerarij præcipitamur? Et ſtatim eleganti ſimilitudine rem illuſtrat, ſéque pariter excuſat, quòd Epiſcopatum detrectarit.

Eleganti ſimilitudine ſua Eccleſia gubernaculū D.Chryſoſt. detrectat.

Si nauem, inquit, *quis agens, ampliſſimam, ac ſumptuoſarum mercium pondere ornatam, me illius gubernaculo præfectum, iuberet Ægeum, Tyrrhenúmve mare traiicere: ad primam ſtatim auditionem mandatum id detrectarem. Ac me ſi quis interrogaret, quid ita? Ne nauem ſubmergam, vtique reſponderem. Itáne igitur? Vbi pecunia tantum iactura ſubeſt; nec niſi corporis interitus periclitatur: nemo eſt, qui incuſet, reprehendátque ſi quis magna cautione, prouidentiáque hic vtatur? Vbi autem nauem frangentibus, non in hoc, vel in illud pelagus, ſed in ignis æterni abyſſum corruendum eſt: hic mihi vos ſuccenſebitis, ſi me ipſe temerè in tantam non coniecerim perniciem?* Ita Chryſoſt. vbi latiſſimè de hac re philoſophatur.

13. D.Bern. *Dominandi libido, miſera ſeruitus.*

Quare D.Bern. lib. 3. de conſiderat. cap. 1. quò magis ſuum Eugenium diligebat, eò magis illi ab hoc periculo formidabat, *Dominari*, inquit, *ne affectes hominum homo, vt non dominetur tibi omnis iniuſtitia.* Quaſi miſerrimam ſub omni iniuſtitia ſeruiat ſeruitutem, qui primarium aliquem inſana cupiditate deſiderat dominatum. Et ſtatim: *Nullum tibi venenum, nullum gladium plus formido, quàm libidinem dominandi.* Illa enim venenum, ſcilicet, & gladius, ſunt externa occidendi corporis inſtrumenta; libido verò dominandi ipſius interitum animæ machinatur.

Dominandi libido, gladius, & venenum.

Auct. duodec. abuſion. lapſi Prælati, ſicut in dignitate, ita & in pœnis lacrymas obtinebunt.

Vnde Auctor ille de duodecim abuſionibus ſæculi, cap. 9. qui ad finem operum D. Cypriani circumfertur, iniquum regem alloquutus (quod magis conuenit in ſpiritualem animarum curatorem) *Sciat Rex*, inquit, *quod ſicut in throno hominum primus conſtitutus eſt; ſic & in pœnis, niſi iuſtitiam fecerit, primatum eſt habiturus. Omnes namque quoſcumque peccatores ſub ſe in præſenti habuit; ſupra ſe modo implacabili, in illa pœna futura habebit.* Nam ſicut perditæ oues ſuorum perditionem paſtorum magnis clamoribus precabuntur; vt paulò antè dixi: ita in eoſdem iam perditos, & damnatos inſultabunt ac deſæuient; ſuóſque omnes conatus, ac vires cædendo, lacerandóque exeruedent; vt miſero talione ſua ſupplicia rependant, & veros ſe vltores, tortoréſque exhibeant illorum, quos falſos omnino in hac vita paſtores, & doctores habuerunt.

14. *Periculoſum eſſe animarū regimen duplici exemplo concluditur.* Dionyſ. Carth. D.Hier.

Denique quàm periculoſæ plenum aleæ opus ſit, animarum regimen, duplici exemplo, vt alia, quibus vtitur, interim omittam, illuſtrat D. Dionyſ. Carth. lib. de vita, & regimine Epiſcoporum, c. 42. vno ex D. Hieron. in regula monacharum, c. 15. ſi is eſt illius auctor: Iuuenem conſilio ſui patrui, viri ſanctiſſimi, oblatum Epiſcopatum repudiaſſe: & paulò poſt vita functum, hilari fronte, & multa luce circumfuſum, patruo, cum his vocibus apparuiſſe: *Gratias*, inquit, *pater, tibi refero ex diſſuaſione Epiſcopatus. Nam ſcito, quia nunc eſſem de numero damnatorum ſi fuiſſem de numero Epiſcoporum.* Altero, ex Cæſario, Monachum in Claraualle pium, ac prudentem, nullis precibus, etiam Abbatis ſui adduci potuiſſe, vt Epiſcopum ſe creari pateretur: & mortuum, paulò poſt alteri apparuiſſe, à quo rogatus, an aliquod ex illa inobedientia nocumentum, apud diuinum iudicem recepiſſet? *Minimè*, inquit: *Imò*, addit, *ſi Epiſcopatum accepiſſem, eſſem æternaliter damnatus.* Ex quibus patet, quantò ſe periculo ſalutis obiiciant, qui ad hos honores euehuntur: non quòd ſtatus ſanctiſſimus non ſit, ſed quòd magnis periculis circumfuſus, quæ niſi continuo labore, ſtudio, vigilantia, & quod eſt caput, diuinæ gratiæ patrocinio euitentur, facillimè in æternam damnationem corruetur. Sed de hac re ad caput decimum, cùm de electione Saulis agendum erit, Deo dante, plura cumulabo.

Cæſar.

SECTIO V.

Diuina comminatio ſic intenditur, vt aliqua commiſeratio interponatur.

1. *Reprehenſionis ſeueritas ſuauitate temperanda.*

NE vir Dei in Heli reprehendendo eam ignauiam, & deſidiam incurreret, quam diximus, Heli in filiis reprehendendis incurriſſe: & ne in ipſa re, in qua alium arguit, ipſe arguendus redderetur; acerrimè quidem ſacerdotem obiurgauit: nam & culpam obiecit, & pœnam inflixit, ea verborum ſeueritate, & grauitate, qua oportebat, vt patet ex litera iam explicata. Nihilominus arguendi ſeueritatem aliqua ſuauitate temperauit, pœnam minatus eſt quàm acerbiſſimam, transferendum ſacerdotium à domo Heli, eiúſque poſteritatem extirpandam: *Veruntamen*, inquit, *non auferam penitus virum ex te ab altari meo*, num. 33. Vt illius obiurgationis amaritudinem huius conſolationis dulcedine mitigaret. Nam immodica obiurgandi durities, neque prodeſt obiurgato, neque decet obiurgantem; ſi verò ex amore, & rigore rata proportione condiatur, & obiurgantis poteſtate digna eſt, & ad obiurgati vtilitatem aptiſſima cenſetur. Quod licèt in ſuperioribus paſſim oſtenſum ſit; hîc vberioris doctrinæ gratiâ paucis illuſtrabo.

2. *Reprehenſio inter laudes, ſuauior, & vtilior.*

Frequens eſt in Scriptura, vt acris obiurgatio aliquo miſericordiæ condimento temperetur. Reprehenſurus Deus Epiſcopum Epheſinum, ab eius laudibus exorditur. *Scio*, inquit, *opera tua, & laborem, & patientiam, & quia non potes ſuſtinere malos*, &c. Apocalyp. 2. num. 2 Deinde reprehenſionem aggreditur: *Sed habeo*, inquit, *aduerſùm te pauca, quod charitatem tuam primam reliquiſti*, &c. ibidem num. 4. Tandem ad eiuſdem laudes recurrit. *Sed & hoc habes, quia odiſti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi*, &c. ibidem num. 6. Cur vnam obiurgationem

tionem duplici laudatione circumſcribit, niſi vt illa A inter has facilior videatur. Benè ad eum locum

Rupert.

Rupertus, *Notanda*, inquit, *diſpoſitio ſermonis, quàm artificioſa ſit. Et priuſquam emitteret auſteritatem reprehenſionis, quæ laudanda erant, collaudauit. Et poſt vbi corripuit, atque minas intentauit; rurſùs quod laudandum erat, laudauit. Ita reprehenſionis amaritudinem, ne nimis offenderet, atque exterreret, collaudationis dulcedine circumliniuit.*

3. *Samaritanã Chriſtus bis laudat, dum ſemel reprehendit.*

Eandem moderationem tenuit Chriſtus Dominus in fœmina illa Samaritana arguenda. Nam in primis eius in loquendo veritatem commendauit, *Bene dixiſti*, inquit, *quia non habeo virum*, Ioann. 4. num. 18. Deinde eius in viuendo intemperantiam reprehendit. *Quinque viros*, inquit, *habuiſti; & nunc* B *quem habes, non eſt tuus vir.* Tandem quaſi non ſatis fuerit eius veritatem ſemel commendaſſe, iterùm commendat, *Hoc verè dixiſti.* Planè oſtendens fœminam, nulla falſitate ſuum peccatum occultantem; ſed verè, ac diſertè confitentem, nulla ſatis laudatione prædicandam, cùm humanum ingenium, & præſertim muliebre feratur ad ſuam culpam quouis falſitatis fuco obtegendam. Itaque reprehenſurus à laude incipit, & in laudem deſinit, & intermediam reprehenſionem, hinc atque hinc, laudibus circumcludit. Quod Rupert. vbi ſuprà

Rupert.

obſeruans, *Magnum hoc*, inquit, *& dignè imitandum eſt magiſterium ſpiritus Dei: corripere quidem ea, quæ emendatione indigent: ſed inter corripiendum,* C *& prius, & poſterius collaudare: ſi qua benè dicta ſunt, vel acta ab eo, qui in aliis corripitur, quatenus quoad fieri poteſt, teneatur beneuolus; & non refugiat confuſus, aut exterritus, audire non ſuſtinens peccatoris animus.*

4. *Diuina iuſtitia reprehenſio, gemina miſericordiæ & benignitatis muro circumcluſa.* D Ambr.

Ita ſolet Deus ſuam ſeueritatem gemino benignitatis muro circumcludere. Quod videtur Dauid ſignificaſſe, dicens: *Miſericors Dominus, & iuſtus, & Deus noſter miſeretur*, Pſalm. 114. numero 5. Vbi D. Ambroſ. de obitu Theodoſij, *Bis*, inquit, *miſericordiam poſuit, ſemel iuſtitiam. In medio iuſtitia eſt gemino ſepto incluſa miſericordia*, ſcilicet ne iuſtitia foras in vindictam, niſi per miſericordiam erumpat; in cuius muro, eius mucro hebetetur: & ne D quis impius in diuinam iuſtitiam incidat, niſi per miſericordiam delatus, à qua priùs armetur, vt à iuſtitia parcius feriatur. Itaque Deus tam parcè vulnerat, vt geminum præmittat vnico vulneri fomentum, ne quis plagæ magnitudine exanimatus de ſua ſalute actum eſſe arbitretur. Magnum illud diuinæ ſeueritatis exemplum, de quo Propheta: *Anguſtia*, inquit, *ſuperueniente, requirent pacem, & non erit*, Ezech. 17. num. 25. Illud tamen ſingulari benignitatis condimento Septuaginta temperarunt, transferentes: *Anguſtia adeſt, propitiatio veniet.* Quod explicans D. Hier. *Septuaginta*, inquit, *in medio vniuerſorum triſtium verbum poſuêre lætitiæ, vt lugentis animus ſuſtentetur, & ſperet inter aduerſa, meliora, Dominum propitium.* Quaſi nullum nobis apertius ſignum eſſe poſſit diuinæ miſerationis affuturæ, quam quòd diuinæ comminationis tonitruo terreamur.

Septuag. D Hier. *Diuina propitiatio comminationis terrorem ſequitur.*

5. *Deus, quos dominantis iure corripit, mox paterno ſolatur blandimento.*

Remiſit aliquando Chriſtus Dominus ſuos diſcipulos, non ad alios præceptores, & doctores, priuſquàm ad coruos. *Conſiderate*, inquit, *coruos, quia non ſeminant, neque metunt*, &c. Luc. 12. num. 24. Et paulò pòſt, eoſdem ad lilia, tanquam à bonis magiſtris inſtruendos, erudiendoſque tranſmiſit, *Conſiderate*, inquit, *lilia, quomodo creſcunt; non laborant, neque nent*, &c. ibidem num. 27. Quid obſecro, diſcipulis ſuis nunc coruos infœliciſſimos alites; nunc lilia, amœniſſimos flores, conſtituit A præceptores? Credo, vt ex priori magiſterio non leuiter perſtringeret, ex poſteriori non mediocriter demulceret: atque adeò temperata quadam ſeueritate, & pungeret, & leniret. Ita D. Petr. Chryſol. ſerm. 163. *Deus*, inquit, *ſic hominum diligit genus, vt ipſos quos dominantis iure corripit, mox paterno ſoletur, & mulceat blandimento: quos comparatione fœdiſſimæ auis exaſperaſſe videbatur, ad floris odorati, & ſpecioſi nimium reducit exemplum.*

D. Petrus Chryſol.

6. *Seueritas eſt lenitate miſcenda.*

Seueritatis, & ſuauitatis plenum eſt illud Chriſti Domini præceptum: *Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum; & ſi pœnitentiam egerit, dimitte illi*, Luc. 17. num. 3. Adſit quidem ſeueritas increpantis, ſed non deſit benignitas re- B mittentis. Vbi D. Ambroſ. *Quàm moderatus eſt*, inquit, *vt neque difficilis venia, neque remiſſa ſit indulgentia: ne quem vel auſtera percellat inuectio, vel conniuentia inuitet ad culpam.* Neque ſolùm in illa alterna viciſſitudine increpationis cum remiſſione benignitas ſpectanda eſt; ſed etiam in ipsâ per ſe increpatione pietas exhibenda. *Si peccauerit*, inquit Chriſtus Dominus, *in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolum*, Matth. 18. numero 15. Cur enim inter ſingulos, monitorem, & peccatorem, aliis arbitris excluſis, fieri iubetur increpatio, niſi vt lenior, & ſuauior audiatur? *Plus enim*, inquit D. Ambroſ. citat. *proficit amica correptio, quàm accuſatio turbulenta: illa pudorem incutit, hæc indignatio-* C *nem mouet: ſeruetur potiùs, quòd prodi metuat, qui monetur. Bonum quippe eſt, vt amicum magis te, qui corripitur, credat, quàm inimicum. Faciliùs enim conſilio acquieſcitur, quàm iniuriæ ſuccumbitur.*

D. Ambr.

D Ambr. *Secreta reprehenſio magis proficit, quàm publica.*

7. *D. Pauli increpandi ſeueritas cum benignitate coniuncta.*

Quam magiſter Chriſtus tenuit, ac docuit increpandi ſeueritatem cum benignitate coniunctam, Paulus diſcipulus diligentiſſimè ſeruauit. Nam in duplici epiſtola, quam ad Theſſalonicenſes ſcripſit, ita ſe habuit, vt in priori quidem, multâ benignitate; in poſteriori autem non exiguâ ſeueritate vteretur: in illa preces, in hac minas adhibebat: *Rogamus autem vos fratres*, dicebat in D priori, *vt abundetis magis, & operam detis, vt quieti ſitis*, 1. Theſſal. 4. numero 10. Quid modeſtius, quàm precibus hortari, quos poterat imperiis vrgere? Cæterùm in poſteriori: *Denuntiamus autem vobis*, inquit, *fratres in nomine Domini noſtri IESV CHRISTI, vt ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè*, 2. Theſſal. 3. numero 6. Quid ſetius, ac ſeuerius, quàm interpoſita ſacroſancti nominis maieſtate, tanquàm ſcelerum vltrice à ſceleribus deterrere? Notauit egregiè loquutionis diſcrimen nunc placatæ, nunc iratæ, Caſſian. libr. 10. inſtitutionum cap. 7. *Præmiſit*, inquit, *laudis fomenta lenia; fecit eorum aures ad curam ſalutaris verbi placidas, & paratas: adhuc eos blanda verborum lenitate demulcet*, &c. Et paulò pòſt: *Hos ipſos*, inquit, E *quos in epiſtola prima molli fouerat palpatione verborum; in ſecunda veluti, qui non profeciſſent, ad leniora media, auſterioribus quibuſdam, & cauſticis medicamentis ſanare aggreditur, nullâque iam mitium verborum fomenta præmittit; non vllam teneram vocem, ac blandam, vt ibi, Rogamus; ſed, Denuntiamus*, &c.

Caſſian.

8.

Eodem ſeueritudinis, & manſuetudinis temperamento in Corinthiis obiurgandis vſus eſt D. Paulus. *Quid vultis*, inquit, *in virga veniam ad vos, an in charitate, & ſpiritu manſuetudinis?* 1. Corinth. 4 num. 21. Virgam præfert, ſed manſuetudinem offert, vt aliam non inferat, niſi quam ipſi præoptent. Quid mitius, quid manſuetius,

quàm

D.Ambr.

quàm in vna peccantis voluntate totam reponere potеſtatem iudicantis? Quod obſeruat D. Ambroſius lib.7. in Luc.cap.10. *Vt ſcias*, inquit, *mitem eſſe doctorem, eorum ipſorum quos arguit, conſulit voluntatem.* Nec illud omitte, ſemel virgam, ſæpiùs manſuetudinem obtuliſſe; illam enim ingerebat inuitus, hanc ſpontaneus ſubminiſtrabat. Quod ipſum non latuit Ambroſium vbi ſuprà: *Semel*, inquit, *virgam dixit; bis mitiora ſubiecit, adiiciens manſuetudinem charitati.* Et quamuis priùs virgam, quàm manſuetudinem obtulerit; tamen illam terrendi tantùm animo, hanc verò etiam exercendi voluntate nominauit; vt ipſe Ambroſius egregiè aduertit: *Priùs*, inquit, *minatus eſt virgam, ſed exhibuit manſuetudinem.* Illa quidem virga in ventos B abiſt, plagam nec minimam inflexit: hæc autem manſuetudo re ipſâ in animos ſe ingeſſit, & multa Corinthijs mala miſericorditer condonauit. Quod ex ipſo Apoſtolo facilè probatur, dicente: *Parcens vobis non veni vltra Corinthum*, 2.Corinth 1. n. 23. *Scilicet*, inquit Ambroſius, *abiecit virgam, & affectum charitatis aſſumpſit*. Ex quibus omnibus patet, totam illam increpationem, qua Apoſtolus ad Corinthios vſus eſt, ſingulari manſuetudine temperatam: ea tamen proportione, vt manſuetudo ſublimior emineret.

Durior reprehenſionis virga geminata manſuetudine lenienda. Reprehenſio ſemper manſuetudine terminanda.

D. Ambr.

9\. Hanc ſuo diſcipulo Timotheo doctrinã bonus magiſter Apoſtolus inſtillauit: *Argue*, inquit, *obſecra, increpa in omni patientia*, 2.Timoth. 4. num.2. C Increpationem imperat, ſed patientiæ fræno quodammodo repreſſam, ac retardatam. Vnde Diuus Chryſoſtomus ſermone quodam de habenda cura ſalutis proximi, in primo tomo: *Vellem*, inquit, *vos zelum temperare miſericordia. Zelus enim veniam negans, potiùs furor eſt, quàm zelus: & admonitio miſericordia carens, tortura quedam eſt.* Quod ſtatim confirmans ex Apoſtoli documento, iubentis non ſolùm arguere, quod eſt ſeueritatis; ſed etiam obſecrare, quod eſt pietatis: non ſolùm increpare, quod eſt iuſtitiæ; ſed etiam cum patientiâ, quod eſt miſericordiæ, ſubdit: *Neque enim hoc ſemper ſolum agere oportet; neque ſemper illud ſolum, ſed vtrumque alternis vicibus, quo maior inde ſequatur vtilitas, Nam ſi ſemper argueremus, impudentiores illi fierent; ſi* D *ſemper obſecraremus, ignauiores redderentur.* Et medicorum exemplo, ſæpiùs repetito rem illuſtrat: *Quapropter*, inquit, *& medici non ſolum ſecant, ſed & vulnera obligant: neque ſemper amara, ſed nonnunquam & lenia pharmaca infundunt; vt per priora purificentur ſanies, & putredo; per poſteriora mitigetur dolor.*

Increpationis zelus patiẽtia miſericordia temperãdus.

D. Chryſ.

10\. Vnde colliges, quàm pernicioſa ſit acris increpatio, quæ nullo miſericordiæ ſucco temperetur: cum non ad emendationem, ſed ad deſperationem; non ad pœnitentiam, ſed ad impudentiam impellat. Quare D. Paulus publico peccatori, de ſuo tamen peccato iam dolenti, obiurgationem quidem monuit adhibendam; conſolationem tamen minimè denegandam: *Ne fortè*, inquit, *abundantiori triſtitia abſorbeatur, qui eiuſmodi eſt. Propter* E *quod obſecro vos, vt confirmetis in illum charitatem*, 2.Corinth. 2. num. 7. & 8. Si enim nullum ſupplicio adhiberetur ſolatium, ſi nulla obiurgationi conſolatio adderetur, neceſſe foret miſerum hominem aut deſperationis barathro abſorberi, aut per maiora ſcelerum abrupta licentiùs volutari. Nam, vt notat D. Bernard. ſerm. 2. in die Paſchæ, multorum doctus experimento: *Verbum correptionis, quod ſanare debuerat, quia mordacius fortè videtur, exaſperat, & exulcerat magis, quando negligentia additur impudentia, & impatientia cumulatur; vt qui* A *ſordidus erat; ſordeſcat adhuc, declinans in verba malitia, ad excuſandas excuſationes in peccatis; ac more phrenetici, non ſolùm repellens, ſed etiam mordere tentans medici manum.* Quod ſibi ipſi obiurganti aliquando contigiſſe teſtatur idem D. Bernard. ſerm.42. in Cant. *Volui*, inquit, *perimere hoſtem, & eripere fratrem, & non feci ſic: magis autem contrarium accidit; nam læſi animam, & culpam auxi.* Adeò enim teneræ ſunt peccatorum aures, vt niſi molliſſimis verbis demulceantur, implacabiliter irritentur.

Acris increpatio ſine lenitatis oleo, in deſperationẽ, & non in emendationem inducit.

D.Bern.

D.Bern.

Moderata reprehenſio, & reprehendenti congruentior eſſe ſolet, & vtilior reprehenſo. Æſtuabant olim Apoſtoli in vindictas, cùm videbant B Chriſtum Dominum à Samaritanis hoſpitio excluſum: *Domine*, inquiunt, *vis dicimus, vt ignis deſcendat de cælo, & conſumat illos?* Luc. 6. numero 54. Quid verò Chriſtus Dominus? Nihil in Samaritanos commotus, vt vehementer in diſcipulos commouetur: *Et conuerſus*, inquit textus, *increpauit illos, dicens: Neſcitis cuius ſpiritus eſtis*, &c. ibidem num. 55. Vbi D. Ambroſius: *Oſtenditur*, inquit, *nobis, non ſemper in eos, qui peccauerint, vindicandum: quia nonnunquam ampliùs prodeſt clementia tibi ad patientiam, lapſo ad correptionem.* Nec longè petito exemplo, ſed ab ipſis Samaritanis, confirmat: *Denique*, inquit, *Samaritani citiùs crediderunt, à quibus hoc loco ignis arcetur.* Imò qui eum tunc hoſpitio prohibuerunt, ijdem aliquan- C do: *Rogauerunt eum, vt ibi maneret, & multò plures crediderunt*, &c. Ioannis 4. numero 40. Tantò fuit vtilior ſeruata patientia, quàm effuſa vindicta. Et quamuis ibi ſermo ſit de vltione remittenda, de qua hîc non loquimur: tamen idem planè eſt de increpatione moderandâ, de qua nunc agimus. 11.

Moderata reprehenſio & delinquẽti vtilior, & accommodatior reprehendenti.

D.Ambr.

Quod ſequenti patebit exemplo. Nam Chriſtus Dominus in horto, cùm primùm diſcipulos ſuos dormientes inuenit, leuiter perſtrinxit, dicens: *Sic non potuiſtis vna hora vigilare mecum?* Matth. 26. numero 40. Sed cùm eos ſecundò dormientes inuenit, ab omni increpatione abſtinuit. Et rationem reddit Euangeliſta non ſolùm dor- D mitionis; ſed etiam, niſi fallor, omiſſæ increpationis: *Erant enim*, inquit, *oculi eorum grauati*, ibidem num. 43. Quaſi diceret; Tantâ ſomnolentiâ premebantur, vt nulla eos increpatio excitaret, ſed exacerbaret: ideò clementiſſimus magiſter, qui non irritandi, ſed emendandi animo obiurgabat, obiurgationem prætermiſit. Ita mihi videtur hunc locum intellexiſſe, & explicaſſe Diuus Laurentius Iuſtinianus de triumphali Chriſti agone, capite 9. *Silentio*, inquit, *ſuo maximam ad ſubiectorum regimen eruditionem dedit. Indicauit quippe ex ſe, vt eo tantùm tempore delinquentes arguantur; atque vitiorum macula peccatoribus detergatur; quo is, cui dicitur, eſt corrigibilis: alioqui vulnus ſuperadditur vulneri, & paſſione paſſio cumulatur; fitque frequenter, vt grauior ſit recidiua correptionis,* E *quàm damnum perpetrati criminis.* Vbi ſtatim monet, quanta prudentia requiratur, vt increpatio & in tempore, & in loco, & in verborum pondere vtiliter applicetur; ne maius obiurgantis, quàm obiurgati peccatum efficiatur. 12.

Dura reprehenſio interdum omittenda, ne reprehenſi animus magis obduretur.

D.Laur.Iuſt.

Populo Iſraëlitico aquæ penuria in deſerto bis laboranti, bis aquam Deus, & liberaliter, & mirabiliter ſubminiſtrauit. Semel quidem in Cades, Numer.20. num. 11. Iterum verò in Arnon, Numer. 21. num. 16. In priori miraculo nullum dicitur populus in gratiarum actionem canticum ediditſe, 13.

Grauis obiurgatio Hebræorum populum à ſoluendo gratiarum debito renocauit.

edidiſſe, vt locum conſulenti palàm erit; in poſteriori verò, maximè. *Tunc cecinit Iſrael*, inquit textus, *carmen iſtud: Aſcendat puteus*, &c. ibid. n. 17. Cur ſe populus gratiorem Deo exbibuit in poſteriori miraculo, quàm in priori? Cur priùs beneficium ſine vlla grati animi ſignificatione tacitus recepit: poſterius autem in carmina, & cantica, & voces gratulatorias effuſus? præſertim cùm illud prius miraculum nihilo minus, imò multis partibus maius, quàm boc poſterius videatur? Facit ad rem præſentem illa ratio, quã reddit Abul. in c. 21. Num. q. 23. ad finem: *Quia Moyſes*, inquit, *& Aaron* (ſcilicet in priori miraculo) *increpuerunt valde populum, vocantes eos incredulos, & rebelles; ideo populus non potuit eſſe attentus, vt laudaret Dominum pro ſuſcepto beneficio.* Itaq; illa nimis dura obiurgatio, qua duces exercitus erga populum vſi ſunt, adeò nullum emolumentum attulit, vt potius maximum intulerit nocumentum; cùm populum grauiter commotum à ſoluendo gratiarum debito impedierit, & reuocarit.

Abul.

14. *Vtiliſſima obiurgatio, quæ ab ira Dei ſimul, & miſericordia procedit.* Theod.

Optima igitur illa eſt, & vtiliſſima obiurgatio, quæ non ab ira tantùm fluat, ſed cum miſericordia coniungatur; hac enim Dauid, non illa obiurgari ſe à Deo poſtulabat: *Domine*, inquit, *ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me*, Pſal. 6. n. 2. Vbi Theodoretus: *Non precatur*, inquit, *ne reprehendatur; ſed ne cum furore reprehendatur: neque petit, ne caſtigetur; ſed ne cum ira hoc patiatur. Paternè, inquit, non iudicis ritu; medici more, non tortoris; ne metiaris vindictam peccato, ſed benignitate iuſtitiam tempera.* Hoc igitur ſuauitatis, & ſeueritatis temperamento vſus fuit vir Dei ad Heli; obiurgauit eum, non irritauit: pœnam obiecit, ſed miſericordia temperatam: poſterorum cædes propoſuit, ſed bonam eorum partem ſuperſtitem reliquit: ſummum ſacerdotium eripuit, ſecundum non denegauit: *Verumtamen non auferam penitus virum ex te ab altari meo.* Et quamuis in litera n. 33. dixerim, hanc indulgentiam non ad minuendam, ſed ad augendam pœnam ſpectaſſe: tamen addidi §. 14 hoc maioris pœnæ incrementum ad maiorem pœnitentiæ, & reſipiſcentiæ occaſionem inſeruiſſe. Vnde vlteriùs colligi poteſt ſingulare diuinæ pietatis argumentum: ex quo præſens increpatio multò lenior reddebatur; ideò enim dolorem augebat, vt certiorem faceret medicinam, & perfectiorem tribueret ſanitatem.

ANNOTATIO XXIV.

CIRCA LITERAM.

In pœna Sacerdotis Heli pœna totius populi Iudaici expreſſa.

1. *Vetus Synagoga, Chriſti Eccleſiæ typus.*

CVm totus populi Iudaici ſtatus, typicus fuerit, & figuratiuus eorum, quæ à Chriſto Domino ordienda erant, & inſtauranda: *Omnia enim in figura contingebant illis*, 1. Cor. 10. n. 11. Neque ſolùm verbis, ſed etiam factis futuram nouæ Eccleſiæ ſub Chriſto Domino Hierarchiã repræſentatit: vt in proœmio buius operis annot. 3. ſect. 3. latiùs diſſeruimus: mirum non eſt, ſi in tranſlatione ſacerdotij à domo Heli in domum Eleazari, tranſlatio totius veteris ſacerdotij à Synagoga in Eccleſiam exprimatur, præſertim cùm Patres, & interpretes ſtatim citandi huic expoſitioni aſſentiantur, quam præſenti annotat. illuſtrabo: in qua oſtendam, omnia bona, quibus olim Synagoga fruebatur, tanquam ab iniquis poſſeſſoribus erepta, & in Eccleſiam, Chriſto duce & auſpice, feliciter tranſlata. Quod antequam aggredior, breuiter præmitto, quam aptè ex hoc loco hæc myſtica expoſitio à Patribus, & interpretibus eruatur.

SECTIO I.

Deſtructio veteris ſacerdotij, nouique ædificatio ex hoc oraculo viri Dei myſtice deſignatur.

2. *Patrum, & interpretum teſtimonium.* D. Auguſt. D Cypr. D Hier. Theod. D Greg. D. Iſid. Rupert. Iulian. Pomer. Rab. Sam. Beda. Procop. Angelom. Eucher. Hug Card. Dion. Cart. Lyran.

ITa docent communi conſenſione Patres, & interpretes, D. Aug. lib. 17. Ciu. c. 5. D. Cypr. lib. 1. contra Iudæos, c. 17. D. Hier. in c. 34. Iob. Theodor. quæſt. 10. D. Gregorius in priori comment. buius loci. D. Iſidorus hic, & lib. 2. de officijs Eccleſiaſt. c. 5. Rupertus tam boc loco, quàm lib. 1. in Ierem. c. 1. Iulian. Pomerius Archiepiſcopus Toletanus lib. 1. contra Iudæos poſt medium. Rabanus in c. 33. Ierem. Rabbi Samuel Marochianus libro de aduentu Meſſiæ, c. 5. & cæteri interpretes communiter, Beda, Procopius, Angelomus, Eucherius, Hugo Cardinalis, Dionyſ. Carthuſianus, Lyranus, & alij. Qui omnes tam veteris ſacerdotij extinctionem, & abolitionem; quàm inſtitutionem, & conſecrationem noui ex hoc oraculo agnoſcunt, & ex pluribus eius partibus confirmant. Quamuis enim literalis oraculi ſenſus ad Heli, eiúſque domum terminetur; ex qua ſacerdotium ad domum Eleazari reuocatum fuit; vt in litera oſtenſum eſt: tamen myſticus extenditur ad totam tribum Leuiticam, & ad totam Synagogam, vbi veteri ſacerdotio extincto, & abolito nouum in Eccleſia per Chriſtum, & in Chriſto inſtauratur.

3. *Veteris ſacerdotij brachium ſæpè olim vulneratum, nunc omninò truncatum.*

Igitur Aaronici ſacerdotij euerſionem non obſcurè indicant illa verba: *Ecce dies venient, & præcidam brachium tuum*, &c. boc eſt, ſacerdotium Aaronicum. Nam ante aduentum Chriſti Domini licèt brachium ſacerdotale ſæpe fuerit vulneratum, nunquam tamen penitus amputatum. Verum quidem eſt illud Dauidicum: *Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt*, Pſalm. 77. num. 64. Verum & illud Ieremiæ: *Sacerdotes mei, & ſenes mei, in vrbe conſumpti ſunt*; Thren. 1. num. 19. Verum denique illud Ioëlis: *Periit ſacerdotium, & libatio de domo Domini: luxerunt Sacerdotes miniſtri Domini*, Ioëlis 1. num. 9. Nihilominus hæ omnes ſacerdotij calamitates, temporariæ fuerunt, non æternæ: diu durarunt, ſed ſuum tandem finem inuenerunt: præterea calamitates fuerunt ex parte, non in totum, quia multis quidem in interitum ruentibus, alij tamen incolumes extiterunt; nunc autem, & totum brachium ſacerdotale, in æternum, & omnibus omninò poſteris Aaron truncatum eſt, ac penitus præciſum: *Ecce dies*, inquit Diuus Auguſtinus, *qui prænunciati ſunt, iam venerunt. Nullus ſacerdos ſecundùm ordinem Aaron. Et quicunque ex eius genere eſt homo, cum videt ſacrificium Chriſtianorum toto orbe pollere; ſibi autem honorem illum magnum eſſe ſubtractum; deficiunt oculi eius, & defluit anima eius tabe mæroris.* Et paulò inferiùs: *Quis*, inquit, *nunc fideli oculo hæc intuens, non videat eſſe completa: quandoquidem nullum tabernaculum, nullum altare, nullum ſacrificium, & ideo nec vllus ſacerdos remanſit Iudæis.* Et poſt pauca: *Viget*, inquit, *fides: preſtò ſunt res; cernuntur,* D. Aug.

cernuntur, tenentur: & videre volentium (ſeu vt alia habent exemplaria, *nolentium*) *oculis ingerentur.* Quaſi diceret, etiam claudentibus, ſeu auertentibus oculos, ne videant; huius veritatis ſplendor ſe infundit.

4.
Vetus ſacerdotium carnale.

Vetus illud ſacerdotium carnale erat: tum propter communem omnibus Iudæis rationem, qui non de fide, ſed de carne patris ſui Abrahæ gloriabantur, cum inani quadam iactatione dicentes intra ſe: *Patrem habemus Abraham*, Matth. 3. num. 9. tum propter rationem ſacerdotibus peculiarem, qui de carnibus ſacrificiorum, non quidem ſingaliter ad vitam, ſed planè intemperanter ad ſaginam nutriebantur, vt in ſuperioribus num. 15. §. 5. & num. 29. §. 12. dictum eſt. Meritò igitur à populo illo carnali carnale brachium truncari oportebat. Nam, vt rectè admonet Propheta: *Maledictus homo qui confidit in homine: & ponit carnem brachium ſuum, & a Domino recedit cor eius*, Ierem. 17. num. 5. Ita philoſophatur Rupertus ad hunc locum, cap. 10. *Præciſum eſt*, inquit, *brachium Iudæorum, quia caro erat; præciſum eſt brachium domus Aaron; quia non Domini, ſed hominis brachium erat.* Et ſtatim: *Confidebant in homine, gloriando videlicet, non in fide, ſed in carne Abrahæ. poſuerant carnem brachium, vt à Domino recederet cor eorum ſuperbiendo in ſacerdotio Aaron; & crucifigendo illum, quem præfigurabat Aaron.* Scilicet præpoſtero ordine maiorem honorem ſigno, quàm ſignificato deferentes. Et quamuis Rupertus citatus illud ſacerdotium carnale dicat, ſolùm propter eius vanam de generatione carnis ſuperbiam: potuit tamen carnale non immeritò nuncupare, vt diximus, propter eius nimiam de carnis epulatione intemperantiam: niſi malis carnale dicere, propter execrandam, qua ſe filij Heli maculabant, impuritatem. Rectè igitur ab ſpirituali miniſterio carnales miniſtri præſcinduntur.

Veteris ſacerdotij carnale brachium à Deo præſcinditur.
Rupert.

5.
Auari, & cupidi Hebræorum ſacerdotes ſacerdotij brachium meritò amiſere.

Adde, nimis auaros, & cupidos ſacerdotes, qui ſuo ſacerdotio tanquam brachio abutebantur ad colligenda ſacrificiorum lucra, non ad expianda ſacrificantium peccata: ad exercendas rapinas, non ad offerendas victimas: ad onerandas raptis carnibus ſuas menſas, non ad ornandas oblatis muneribus diuinas aras: hos, inquam, ſacerdotes, qui ſuo ſacerdotio, tanquam brachio ad turpes quæſtus abutebantur; meritiſſimò ſuo ſacerdotio, & ſuo brachio mutilari. Vnde D. Greg in priori commentar. *Iam quidem ſine brachio eſt, quia templum, & tabernaculum perdidit; manum ad oblationem ſacrificij veteris non extendit* Et paulò poſt: *Brachium itaque eius, & domus eius Dominus præcidit; quia & ſummos Iudææ Pontifices, & minores ſacerdotes ab immolatione veteri penitus amouit.* Et certè ſacerdotes turpis lucri auidi, qui ad nihil aliud valebant, aut extendebant brachia, quàm ad recipienda munera: cum hæc ſibi ablata cernerent, illa quoque ſibi amputata non dubitarent. Truncatos brachijs ſe fatentur, qui ſe priuatos muneribus experiuntur. Notat verò D. Gregorius dixiſſe virum Dei, non ſolùm vni Heli, ſed etiam toti domui patris eius brachium præcidendum: *Vt vniuerſalem*, inquit, *ritus veteris deſtructionem inſinuaret.*

D. Greg.

6.
Vetus ſacerdotium à Iudæis tranſlatum, experimento ipſo comprobatur.
Theod.

Ad eandem ſacerdotij concluſionem ſignificandam, illa pars oraculi collimat: *Loquens locutus ſum, vt domus tua, & domus patris tui miniſtraret in conſpectu meo vſque in ſempiternum. Nunc autem dicit Dominus; Abſit hoc à me.* Vbi Theodoretus notat, aliud hiſtoricè dici, aliud myſticè ſignificari: *Videtur prædictio*, inquit, *Heli genus nudare ſacerdotio: tacita autem ſignificant mina illa ceſſationem Iudaici ſacerdotis.* Quaſi diceret: Hiſtoria eſt, de ablatione ſacerdotij à domo Heli: myſterium de extinctione ſacerdotij in Synagoga. Quod ſtatim probandum cenſet, non argumentis, ſed experimentis: *Ea*, inquit, *quæ cernuntur, ferunt teſtimonium. Ex quo enim Chriſtus Dominus fuit actus in crucem; dirutum quidem fuit eorum templum: deſerta autem fuerunt Sancta Sanctorum; priuatique ſunt, & ſacerdotio & prophetia* Ac ſi diceret: quid opus eſt ratione probare ad intellectum, quod luce clarius meridiana patet ad ſenſum? Quis ita cæcus, vt non videat, non experiatur, de Aaronico ſacerdotio ne minimum quidem veſtigium ſupereſſe?

7.
Vana Iudæorum iactantia de ſui ſacerdotij immutabilitate eo ſublato, diuinitus ſubruitur.
Rupert.

Inſigniter olim fallebantur Iudaïci ſacerdotes, ſui ſibi ſacerdotij perpetuitatem & immutabilitatem arrogantes; & ex promiſſione diuina, quam perperam intelligebant, ſibi ſuffragium requirentes: & quod intolerabilius eſt, captâ inde occaſione, in maiorem peccandi licentiam abeuntes. Nam, vt eos Rupertus hoc loco, cap 9. introducit: *Dominus*, inquiunt, *dixit, Dominus loquutus eſt, Dominus promiſit Aaroni, vt miniſtraret domus illius in conſpectu eius vſque in ſempiternum. Non eſt Deus quaſi homo, vt mentiatur; nec vt filius hominis, vt mutetur.* Num. 23 num. 19. *Dixit ergo, & non faciet? loquutus eſt, & non implebit? Agamus, vt volumus; viuamus, vt libet: immutabilis eſt, ſacerdotium noſtrum manet, mutari non licet.* Quis non videt, quàm inconſulta, & præceps, quàm temeraria, & ſtolida ratiocinatio hæc ſit? Quid ergo Deus, inquit Rupertus: *Inordinatam proteris confidentiam.* Et ſuam promiſſionem, quâ ad peccandi licentiam abutebantur, in eorum punitionem verè interpretatur: *Loquens loquutus ſum, vt domus tua miniſtraret in conſpectu meo in ſempiternum*, fateor. *Nunc autem abſit hoc à me.* Quaſi diceret, inquit Rupertus: *Vobis licebit, vobis pulchrum erit, immutare, & præuaricari legem, quam profeſſi eſtis: mihi autem ſententiam meam mutare non licebit? Propterea dico: Ego quidem loquens olim, ſic & ſic loquutus ſum, ſic & ſic pollicitus ſum: nunc autem dico, abſit hoc à me. Quoniam mutati eſtis, mutabor & ego; quoniam peruerſi eſtis, peruertar & ego. An fruſtra mihi Scriptura dixerit: Cum ſancto, ſanctus eris; & cum viro innocente, innocens eris; & cum electo electus eris, & cum peruerſo, peruerteris?* Pſalm. 17. n. 26. & 27. *Abſit, inquam, hoc a me*, &c. Vides vt illa vana Iudæorum ſpes diuinitus ſubruatur? Et qui immutabile ſacerdotium inaniter iactabant, mutatum experiantur.

Rupert.

8.
Caiphas, dū pro Chriſti D. mortem ſuum ſacerdotium ſtudet æternare, eo amiſſo, eluditur.

Sed non minùs à Deo ludificatur vana aliorum timiditas. Nam ſicut priores de immutabilitate ſacerdotij nimium arrogantes deiecit: ita & poſteriores de ablatione ſacerdotij nimium metuentes eluſit. Suo Caiphas pontificatu hilariter fruebatur, & primitias omnis ſacrificij populi Iſraël, iuxta diuinam promiſſionem in hoc oraculo incluſam, comedebat. Ecce tibi neſcio quo lymphatus metu de ſuo ſacerdotio amittendo ambigere cœpit, & fluctuare: *Venient*, inquit, *Romani, & tollent noſtrum locum, & gentem*, Ioan. 11. num. 48. Quamuis enim ſuæ potiſſimum iacturæ timeret, tamen vt maiorem de communi bono prouidentiam ſimularet, non dixit, tollent meum ſacerdotium, ſed *tollent noſtrum locum*; alioqui non tam ad publicum bonum, quàm ad priuatum lucrum ſpectabat. Quid ergo iniquus Pontifex, vt ſuæ vtilitati conſuleret? vt ſuum ſibi ſacerdotium retineret? vt dignitatem ruinoſam ſtabiliret, & quantùm in ſe erat, ſibi faceret immortalem? *Expedit*, inquit, *vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat,*

pereat, Ioan. 11. num. 50. Iniquiſſimâ capitis ſententiâ in ſanctiſſimum vitæ caput, ſuum damnum præcauendum curauit; ſuum lucrum retinendum. Ita D. Gregorius, vbi ſuprà: *Idcirco*, inquit, *in Redemptoris mortem conſenſit, quod oblationum veterum lucra amittere formidauit.* Et paulò pòſt addit, à Chriſto confitendo, & prædicando conticuiſſe: *Ne dum*, inquit, *veritatem nouæ oblationis aſſereret; habere vlterius ad voluptatis ſuæ luxuriam vetera non valeret.* En ſceleratiſſimi timiditas Sacerdotis, ſuam ſibi dignitatem perire metuentis, & æternare exoptantis. Sed planè miſer, quo ſtratagemate ſuam iacturam cauit, eodem incurrit: *Abſit hoc à me*, inquit Deus, *vt domus tua miniſtret in conſpectu meo, &c.* Vbi D. Gregorius: *Mira*, inquit, *æquitatis executione comprehenſus eſt: qui vnde primitiarum eſum inhianter appetit; inde à primitiarum perceptione ieiunauit. Nam Redemptorem mori pertulit, ne ſacerdotalia lucra perderet; ſed ille de triumpho mortis accepit, vnde ſacrificij veteris emolumenta deſtruxit.* Faciat quidquid velit Iudaïca perfidia, ſiue præſumendo de ſtabilitate ſui ſacerdotij, ſiue de inſtabilitate eiuſdem metuendo; illud certiſſimè amiſit, nunquam ampliùs receptura.

D. Greg.

D. Greg.

9. Non minùs declarant huius ſacerdotij ruinam pleraque eiuſdem oraculi verba, illud quidem non obſcurum: *Qui contemnunt me, erunt ignobiles.* Chriſtum Dominum Iudæi per ſummam contumeliá, & ignominiam contempſerunt, regiam illi dignitatem non ſolùm inuidentes, ſed etiam denegantes: *Ciues eius*, inquit Chriſtus Dominus de ſe, ac de Iudæis parabolicè loquutus, *oderant eum, & miſerunt legationem poſt illum dicentes: Nolumus hunc regnare ſuper nos*, Luc. 19. num. 14. Pilato Chriſtum Dominum Regem appellanti: *Reſponderunt Pontifices; Non habemus regem, niſi Cæſarem*, Ioan. 19. n. 15. Eidem Pilato inſcribenti crucem Chriſti celebri illo titulo: *Rex Iudæorum*; reclamarunt Pontifices: *Noli ſcribere, Rex Iudæorum; ſed quia ipſe dixit; Rex ſum Iudæorum*, Ioan. 19. n. 21. Itaque de regia eum dignitate deijcere conabantur. Quo ergo digni erant ſupplicio? Niſi vt à ſupremâ dignitate, qualis erat Pontificia, in extremam ignobilitatem, qualem modò patiuntur, deuoluerentur? Ita D. Greg. rem obſeruat. Nam poſtquam eos oſtendit Chriſti Domini contemptores; ſtatim eos demonſtrat à Chriſto Domino contemptos: *Eorum*, inquit, *ignobilitatem iam cernimus: quia & genere, & conditione proſternuntur. Genere quidem ignobiles, quia ab ipſa veritate audierunt: Vos ex patre diabolo eſtis*, Ioan. 8 n. 44. *Conditione autem ignobiles ſunt; quia amiſſa libertate, & regno, perpetua gentium ſeruituте deprimuntur.* Miſerrimum genus hominum; non iam de Abrahæ nobilitate gloriantium, ſed dæmonis ignobilitate, qua nulla eſſe poteſt abiectior, erubeſcentium: qui non infulis Pontificiæ dignitatis decorantur, ſed funibus perpetuæ ſeruitutis conſtringuntur.

Iudæi Chriſtum contempſere, regiam illi dignitatem inuidentes, & denegantes.

D. Greg. *Iudæorum ignobilitas, dum à Chriſto D. contemnuntur.*

10. Quid verò clarius, quàm illud: *Non erit ſenex in domo tua omnibus diebus?* An deſunt nunc inter Iudæos, qui ſeneſcant? *Seneſcunt quidem*, inquit Beda, *corporis ætate de illa tribu innumeri, ſed in domo Domini presbyteri gradu* (id eſt, Sacerdotis) *non donati.* Quod rectè colligit ex Septuaginta transferentibus, non quidem in domo tua, ſed; *In domo mea*: vt illa ſenectus, quæ defutura dicitur, non ætatis in paterna domo, ſed dignitatis ſacerdotalis in domo Dei ſignificetur: vt in litera iam aduerti. Vnde D. Gregor. ex hoc etiam loco colligit, *veteris ſacerdotij ritus euanuiſſe.* Et ſtatim ſubdit, *Poſtquam Redemptor humani generis nouo ſacrificij more ſe obtulit; eſſe Sacerdos conſuetudine antiqua ceſſauit.* Quare illud de filijs Heli: *In die vno morientur ambo*; myſticè intelligunt D. Aug. D. Greg. & Beda de morte ipſius ſacerdotij. Quod cum Chriſto in cruce corporaliter expirante, ſpiritualiter expirauit. Tunc enim duo illi Pontifices Annas, & Caïphas à ſuo ſacerdotio corruerunt, nunquàm ampliùs in priorem ſtatum erigendi. Non immeritò Ophni, interpretatur *diſcalceatus*; quia ſicut ille, qui renunciabat iuri propinquitatis, ſoluebat calceamentum ſuum, & domus eius dicebatur, *domus diſcalceati*, Deut. 25. n. 10. ita priſtinus ille ſacerdos; qui propinquitatem, quam habebat cum Deo maximam, repudiauit, Chriſtum Dominum negando, diſcalceatus manſit; hoc eſt, ſacerdotio exutus, & extra ſortem illorum, qui ſtant *calceati pedes in præparationem Euangelij pacis*, Epheſ. 6. n. 13. Vt Hug. Vict. in allegorijs huius loci c. 5. interpretatur.

Quo pacto Hebræorum ſacerdotes in ſuo munere non ſeneſcunt. Beda. Septuag.

D. Aug. D. Greg. Beda.

Ophni cur diſcalceatus interpretetur.

Hug. Vict.

11. Adde ſacrilegos illos Iudæorum Sacerdotes non ſolùm à ſacerdotio, ſed etiam à vita deturbandos: *Pars magna*, inquit, *domus tuæ morietur.* Deturbandos, inquam, à vita, tam corporali, quàm ſpirituali: de vtraq; enim interpretatur Rupertus: *Morietur*, inquit, *non ſolum gladio maligno, qui animam à Deo dirimat, ſed etiam gladio Romano, qui animam à corpore diuidat.* Et quidem temporalem Sacerdotum interitum deſcribit Ioſeph. lib. 17. Antiquit. à c. 11. Vbi de templi incendio loquutus: *Videbatur*, inquit, *ſanguis igne largior eſſe, pluréſque, interfectoribus interfecti.* Et cap. 13. ſcribit, ſuperſtites Sacerdotes à Tito miſericordiam implorantes, repulſam paſſos, dicente, æquum eſſe, vt Sacerdotes cum templo interirent.

Sacrilegi Iudæorum ſacerdotes, non ſolùm munere, ſed etiam temporalis vitæ amiſſione plectendi. Ioſeph.

12. De morte verò ſpirituali interpretatur D. Gregorius, colligitque ex eo quòd dicatur magna pars domus ſacerdotalis moritura: *Cum ad virilem ætatem venerit.* Nam & mundus ſuas ætates habet. Illa Iudæorum fuit iuuenilis, ſeu potiùs infantilis, teſte Apoſtolo: *Cùm eſſemus paruuli, ſub elementis mundi eramus*, Galat. 4. num. 3. hoc eſt, cum eſſemus in Iudaiſmo, infantilem quandam ætatem agebamus, ſub pædagogio legis conſtituti: lex enim pædagogus erat paruulorum, Galat. 3. num. 24. ſeu tota illa veterum præceptorum multitudo, interprete D. Gregor. erat quædam *eruditio infantiæ.* Ab hac infantili ætate ventum eſt ad tempus Incarnationis Dominicæ; quæ fuit quædam virilis ætas, iuxta illud: *Vbi venit plenitudo temporis*, Galat. 4. num. 4. Tunc enim mundus ad perfectiſſimum robur vitæ ſpiritualis acceſſit; hoc eſt, ad quandam perfectam, & maturam, virilémque ætatem. Dicitur igitur magna pars domus ſacerdotalis moritura, cum ad virilem ætatem venerit: *Quia in plenitudine temporis*, inquit D. Gregor. *in mundi Redemptorem ſæuiit, & ſemetipſum infidelitatis mucrone transfixit.* Miſeri ſacerdotes, quia in virili ætate, in quâ vita firmior, & conſtantior eſſe ſolet, & mors difficilior, & laborioſior, moriuntur; hoc eſt, cùm maiora ſpiritualiter viuendi præſidia habebant, ſpirituali vita ſpoliantur. De morte quoque ſpirituali interpretatur Beda, quamuis diuerſo modo: *Sed & hodie*, inquit, *maxima domus eiuſdem portio, cum ad intelligibiles annos venerit, perfidiæ ſuæ mucrone vitæ præmia perdit.* Quaſi diceret; Nunc Iudæi inter Chriſtianos nati, & nutriti, quamdiu infantiles annos agunt, ſpiritualiter viuunt; & baptiſmo abluti, & gratia ſanctificante ſpiritualiter animati. Cùm tamẽ ex ephebis excedunt, & rationis compotes euadũt; & à parentibus, ſeu potiùs peremptoribus deprauantur; tunc veluti in ætate virili conſtituti, perfidiæ Iudaicæ veneno miſerabiliter imbuuntur, & miſerabilius in ſpiritualẽ interitũ præcipitantur. Quid infelicius, quàm

Imò & æternæ ſalutis iactura. D. Greg. *Mundi ætates.*

Iudæi infantes. D. Greg.

Chriſti D. Incarnatio in plenitudine temporis.

D. Greg.

Beda. *Iudæorum perfidia in adultis filiis ſuos errores edocendis.*

A quàm cùm ad rationis annos perueniunt, à rationis ſtatu in belluinam ſtoliditatem deturbari? Et eum humanam vitam viuere incipiunt, in ſpiritualem interitum detrudi?

13. *Hebræorum ſacerdotum dolor, & liuor, ex noui ſacerdotij gloria, & proſperitate.* D.Greg. Rupert.

Sed quid tandem illud: *Videbis æmulum tuum in templo in cunctis proſperis Iſrael?* Planè miſerrimum ſignificat ſtatum veterum Sacerdotum, qui non ſolùm dolore de propria miſeria, ſed etiam liuore de aliena gloria contabeſcunt. Ita D. Gregor. *Qui amiſſi*, inquit, *ſacerdotij damna ſuſtinet, habet tormentum maioris pœnæ de dolore inuidiæ.* Et ſtatim: *In vniuerſis ergo proſperis æmulum ſuum videt, qui in ſancta Eccleſia prædicatores felices aſpicit, & rerum opulentia, & celſitudine dignitatis.* Sic & Rupertus æmuli nomine Chriſtum Dominum interpretatus: *Iſtum*, inquit, *Iudaicus Sacerdos iam ſpoliatus ægerrimo oculo videt, in illo templo, quo totus orbis contentus eſt, in illa Eccleſia, quæ toto orbe terrarum diffuſa eſt. Videt illum in cunctis proſperis Iſrael. Nam vniuerſa, quæ de illo ſunt, proſpera, & pacifica ſunt. Intende, proſperè procede, & regna*, inquit Dauid, Pſalm.44. num.5. Hæc noui ſacerdotij proſperitas antiquis Sacerdotibus obiecta mirum quantum illis inſeruiat ad cruciatum: *Vt deficiant*, inquit *oculi tui.* Sic enim videndo, & inuidendo defecerunt, vt in media luce cæci redderentur, iuxta illud: *Obſcurentur oculi eorum, ne videant*, Pſalm.68. num.23. & illud: *Dedit illis Deus ſpiritum compunctionis; oculos, vt non videant*, Roman. 11. num.8. & rurſus: *Cæcitas ex parte contigit in Iſrael, donec plenitudo gentium intraret*, ibidem num. 25. Iraque vetus ſacerdotium penitus abolitum, & conſumptum eſſe, totum hoc oraculum, quamuis ſurdis Iudæorum auribus inclamat. Veterum autem Sacerdotum, alij quidem magna ex parte corruerunt: alij ſuperſtites relinquuntur, vel vt noui ſacerdotij gloriam intuentes acerbiùs crucientur; vel vt veteris ſacerdotij ruinam contemplantes, ad pœnitentiam erigantur.

Iudæorum cæcitas.

14. *Noui ſacerdotij ædificatio, per fidem bonis operibus coniunctam.*

Hactenus de veteris ſacerdotij deſtructione. Iam verò noui ædificatio non obſcurè in hoc oraculo ſignificatur, *Suſcitabo*, inquit, *mihi Sacerdotem fidelem.* Ab ipſo inprimis Sacerdote exorditur, ſiue Chriſtum Dominum intelligas, ſiue proximum eius vicarium Petrum: ſiue quemlibet ex poſteris ſucceſſoribus, fidelis non immeritò appellatur: vt ſicut vetus ſacerdotium per infidelitatem corruit, ita nouum per fidelitatem conſecretur. Additur: *Qui iuxta cor meum & animam meam faciat.* Vt nouum ſacerdotium per fidem cum bonis operibus coniunctam excitatum ſignificetur. Nam vetus ſacerdotium etiam cum fidem retinebat, à bonis operibus exulabat.

15. *Sadoc, ſanctus interpretatur.* Rupert. *Chriſtus D. per antonomaſiam, ſacerdos fidelis.* Theod. Septuag. *Chriſto D. ſicut vera Dei natura, ita & verè Dei nomen tribuitur.*

Igitur Sacerdotis fidelis nomine ſicut ad literam intelligitur Sadoc, qui interpretatur *ſanctus*; ita myſticè, inquit Rupertus, intelligitur Chriſtus Dominus, qui eſt iuſtus, & veraciter ſanctus; iuxta illud: *Talis decebat, vt nobis eſſet Pontifex, ſanctus, innocens, impollutus*, &c. Hebr.7.num.26. Eodem modo Theodoretus Chriſtum Dominum interpretatur, præſertim iuxta illam partim Septuaginta interpretum, partim ipſius Theodoreti propriam tranſlationem: *Videbis firmamentum, ὢν*, hoc eſt, *firmamentum*, ſiue *ſubſiſtens*; quod eſt munitiſſimum firmamentum, vt in litera diximus: quale non conuenit, niſi Chriſto Domino, qui ſicut eſt verus Deus, ita proprium habet Dei nomen, quod eſt ὢν, ſiue, *ens*, ſiue, *id quod eſt.* Vnde D.Paulus; *Dei filius*, inquit, *Ieſus Chriſtus, non fuit. Eſt, & Non; ſed, Eſt in illo fuit.* 2. Corinth.1. n.19. vt ſummam habere firmitatem, & immutabilitatem cenſeretur. Poteſt intelligi & D. Petrus: *Fidelis planè diſpenſator, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam*, Luc.12.n.42. tradendo illi claues regni cælorum. Matth. 16. n.19. Quid enim poterat ei accidere glorioſius, inquit D. Gregorius, *quàm in terra manere, & cælum claudere? vitam communem viuere, atque ſupernas cælorum ſedes ſubditis auctoritate poteſtatis exhibere?* Tandem eadem eſt ratio de quolibet Petri ſucceſſore, parem cum illo poteſtatem obtinente?

D. Petrus & quilibet ſucceſſorum ſacerdos fidelis. D.Greg.

16. *Eccleſia ex Chriſti latere ædificata.* Rupert. Beda.

Huic igitur fideli Sacerdoti ædificanda dicitur fidelis domus, hoc eſt, Eccleſia; non minùs de latere Chriſti, quàm olim Eua de coſta Adami ædificata, vt Rupertus obſeruat. Quæ ambulatura dicitur coram Chriſto cunctis diebus. Quia *neque portæ inferi*, inquit Beda, *optimum eius retardare præualebunt inceſſum*; ſed tranſibit progrediendo de virtute in virtutem; ſeu miniſtrando coram Chriſto Domino, qui illius in hoc ſæculo miniſteria, in futuro compenſabit: *Et tranſiens miniſtrabit illi*, Luc.12. num.37. Ad hoc igitur templum veniet, quicunque reliquus fuerit de familia Aaronis, ſi in ſua adhuc infidelitate obſtinatus; idcircò veniet, vt nouum ſacerdotium intuendo, & vetus recordando, quod amiſit, multò acerbiùs torqueatur: ſi ad gratiam per pœnitentiam erectus (tandem enim reliquiæ Iſraël conuertentur, Iſai. 10. num.22. & ſaluæ fient, Roman.9.num.27.) veniet quidem ad adorandum, vt habent Septuaginta: *Scilicet*, inquit D. Auguſtinus, *Sacerdotem, qui eſt Deus, nempe Chriſtum Dominum, credendo in illum.* Et offeret ei nummum argenteum, hoc eſt, verbum abbreuiatum fidei per veram confeſſionem: & tortam panis, hoc eſt, corpus, & ſanguinem ipſius Chriſti, qui eſt *panis viuus*, Ioan. 6. num. 51. per veram oblationem; carnibus victimarum legalium abiectis.

Reliquiæ Iudæorum tandem conuertendæ. Septuag. D.Auguſt. *S. Euchariſtia panis viuus.*

17. *Iudæi ad fidem conuerſi nouum ambiunt ſacerdotium.* D.Greg. D.Aug.

Orabitque, vt admittatur ad vnam partem ſacerdotalem, hoc eſt, interprete D. Greg. vt nouis Sacerdotibus adnumeretur. Quaſi dicat, *Noli me tanquam infamem, & morte Redemptoris cruentatum repellere*; cùm ipſe, quem effudi, ſanguis me expiarit. Vel potiùs interprete D.Aug. poſtulabit, vt adſcribatur ſaltem fidelium plebi, quæ dicitur, *Regale ſacerdotium, gens ſancta*, 1. Petr. 2.num.9. præferens Chriſtianorum plebem Sacerdotibus Iudæorum, dicénſque cum Propheta: *Elegi abiectus eſſe in domo Dei mei magis, quàm habitare in tabernaculis peccatorum*, Pſal.83.n.11. vel tandem eodem ſenſu: *Dimitte me ad vnam partem ſacerdotalem*; ſeu ſacerdotij, ſeu ſacrificij tui, ſic enim, vt notat D.Aug. alij, atq; alij interpretantur, hoc eſt; Confer me in numerum populi Chriſtiani, qui non ſolùm dicitur ſacerdotium, vt diximus, ſed etiam ſacrificium, iuxta illud: *Vnus panis, vnum corpus multi ſumus omnes, qui de vno pane participamus*, 1. Cor. 10. num. 17. Et illud: *Vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem*, &c. Rom. 12. num. 1. Volo enim vero Deo non ſolùm ſacrificare, vt Sacerdos, ſed etiam ſacrificari, vt victima, totum me in eius fidem, & ſeruitutem conſecrando: *Vt tandem comedam buccellam panis*; ſcilicet Euchariſtici, quem nobis dedit in ſæculi vitam; multò præſtantioris, quàm fuerint omnes primitiæ veterum ſacrificiorum, quas nobis dedit, vt ederemus, ſeu vt ſaginaremus nos, vt num.29. dictum eſt. Nam illæ primitiæ impinguabant ventres; hic panis, mentes.

Chriſti fideles, ſacerdotium, & ſacrificium. *S. Euchariſtia, verus panis.*

18. *Hebræorum ſacerdotes ad nouum Chriſti D. ſacerdotium confugientes.*

Quid igitur hoc nouo Chriſti Domini ſacerdotio eſſe potuit excellentius; ad quod pro ſalutari animorum remedio concurrebant non ſolùm populares homines, ſed etiam veteres Sacerdotes? iuxta illud: *Multiplicabatur numerus diſcipulorum in Hieruſalem valde: multa etiam turba ſacerdotum*

obediebat

obediebat fidei. Actor. 6. num. 7. Nam illi, qui de veteris ſacerdotij gradu depulſi, acriores fore videbantur nouorum Sacerdotum, ſeu Apoſtolorum æmulatores, atque aduerſatores: illi, inquam, miraculis, & oraculis conuicti, nouâque intrinſecùs luce, & gratiâ diuinitus illuſtrati, ad nouum Sacerdotem Chriſtum Dominum, eiúſque Vicarium confluere dicuntur, incuruantes ſe, & adorantes, vt in litera aduertimus: abiurantéſque Iudaicam perfidiam, & Chriſtianam veritatem profitentes. Apertiſſimè igitur toto hoc oraculo veteris ſacerdotij ruina, & noui reſurrectio myſtico in ſenſu deſignatur. Nunc ad alias Iudæorum pœnas, quæ ex hoc oraculo colliguntur.

SECTIO II.

Præſtantiſſima naturæ bona Iudæis erepta.

1. *Bona ſpiritualia, & temporalia Iudæis eripienda myſticè ſignificantur.*

Sicut in hoc oraculo ad literam dicuntur erepta domui Heli, non ſolùm ſummum ſacerdotium, ſed etiam multa alia bona temporalia, & ſpiritualia: vt in litera explicanda oſtenſum eſt: ita myſticè ſignificantur multa bona temporalia, & ſpiritualia Iudæis eripienda, temporalia quidem, quę à natura, & à fortuna oriuntur; ſpiritualia verò, quæ ſupernaturalibus gratiæ, gloriæque donis adnumerantur. Vt igitur annotatio procedat illuſtrior, ſingula bona ſingulis ſectionibus diſtinguentur. Et in primis à naturæ bonis ordiamur.

2. *Et corporis, & animi vires Iudæis erepta.*

Inter præcipua naturæ bona; optimæ corporis, animique vires non immeritò recenſentur: corporis; quibus militaris fortitudo, & exercitatio continetur: animi; quibus ingenij felicitas, & acumen demonſtratur. Vtraſque populo Iudaico in ſuorum ſcelerum pœnam ereptas eſſe, non erit, credo difficile probatu. Et quòd ad priores attinet, quis ignorat, Iudæos olim corporis viribus, & militandi gloria claruiſſe? Certè id, ipſis tacentibus, eorum victoriæ, & triumphi, qui in ſacris literis continentur, palàm buccinantur. Ad famam, non dico iam ad præſentiam Iudæorum, *Conturbati ſunt*, inquit Moyſes, *Principes Edom; robuſtos Moab obtinuit tremor; obriguerunt omnes habitatores Chanaam*, Exod. 15. num. 15. Quanta eſſe debebat exulum, & peregrinorum fortitudo, qui ciues, & oppidanos pro focis, & laribus depugnantes perterrebant?

Aliqua Iudæorum fortitudo & bellica virtus.

3. Erant in terra Chanaan habitatores *de genere giganteo, quibus* Iudæi *comparati, quaſi locuſtæ* videbantur, Num. 13. num. 34. Quis hoc genus hominum ad prælium laceſſere non reformidaret? At non Ioſue, non Caleb: *Ne timeatis*, inquiunt, *populum terræ huius; quia ſicut panes ita eos poſſumus deuorare*, Num. 14. num. 9. Quanta facilitate editur panis, tanta dicuntur Hebræi immaniſſimos, & validiſſimos hoſtes debellaturi. Nec ſolùm à domeſticis, & amicis; ſed etiam ab externis, & hoſtibus ſimile Iudaicæ fortitudini teſtimonium perhibetur. Nam Balac Rex Moabitarum; licèt infenſiſſimus Iudæorum hoſtis; eorum tamen fortitudine terrefactus: *Ita delebit*, inquit, *hic populus omnes, qui in noſtris finibus commorantur; quomodo ſolet bos herbas vſque ad radices carpere*, Num. 22 num. 4. Quid tenera gramina contra bouem ea carpentem præualerent? nihilo profectò magis præualitura contra Iudæos omnia Moabitarum tela, eorum Rex Balac prædiuinabat. Quantas hic populus, Deo duce, in deſerto ſtrages edidit? Quantas victorias reportauit? Quantas Dauid vno carmine comp lexus: *Qui percuſſit*, inquit, *gentes multas; & occidit Reges fortes. Sehon Regem Amorrhæorum, & Og Regem Baſan*, Pſalm. 134 num. 10. & 11. Quocunque bellator irruebat, vt victor, & triumphator remeabat.

4. Terram promiſſam attingunt Iſraëlitæ: ecce tibi omnes Reges Amorrhæorum, & omnes Reges Chananæorum expaueſcunt: *Diſſolutum*, inquit textus, *eſt cor eorum, & non remanſit in eis ſpiritus, timentium introitum filiorum Iſrael*, Ioſue 5. num. 1. Qui ſic timebant ingreſſum; impetum & incurſum quomodo ſuſtinerent? Nec ſuus eos timor decepit. Nam vnum, & triginta Reges exiguo dierum ſpatio Iſraëlitæ expugnarunt, & ſuæ ditioni ſubegerunt, Ioſue 12. à num. 7. Nec ſingulas opus eſt victorias recenſere. Quantum eſt illud oraculum, & Iſraëliticæ fortitudinis monumentum? *Perſequentur quinque de veſtris centum alienos; & centum de vobis decem millia. Cadent inimici veſtri gladio in conſpectu veſtro*, Leuit. 26. num. 8. Parum adhuc eſt, centenos à quinis, & decies millenos à centenis profligari. Plura Iſraëliticæ vires peragebant; milleni ab vno; & decies milleni à binis fundebantur: *Quomodo*, inquit Moyſes, *perſequebatur vnus mille; & duo fugient decem millia?* Deuter. 32. n. 30. Quid, quod hoſtes Hebræorum, quantacunque eos ferocitate aggrederentur; maiori paulò poſt timiditate regrediebantur? *Per vnam viam*, inquit Moyſes, *venient ad te; & per ſeptem fugient à facie tua*, Deut. 28. num 6. ſcilicet ab Iſraëlitica fortitudine tremefacti, deſerta inuia in tritas vias conuertebant: nullum erat abruptum, nullum præcipitium, nullum tam accliue, aut decliue ſolum, cui ſe trepidi non committerent, ne in Iſraëliticas manus laberentur.

5. *Mira Samſonis fortitudo,*

Sed quid ſingulos moror, qui plurimorum inſtar militum habebantur? Vnus Samſon: *Dilacerauit leonem, quaſi hædum in fruſta decerperet; nihil omninò habens in manu*, Iudic. 14. n. 6. Idem nihilo ferè maiori præſidio armatus: *Mandibulam aſini, quæ iacebat arripiens, percuſſit in ea mille viros*, Iudic. 15. num. 15. De Sangar vno è iudicibus Iſraël, nibil aliud narrat ſcriptura, niſi quòd *percuſſit de Philiſthiim ſexcentos viros vomere, & ipſe quoque defendit Iſrael*, Iudicum 3. num. 31. Quaſi nihil in eo aliud fuiſſe, quàm vis, & fortitudo ad hoſtes atterendos videretur. Quid Dauid? Quàm eximia præbuit militaris fortitudinis exempla? Paruulus adhuc, *cum leonibus luſit, quaſi cum agnis, & in vrſis ſimiliter fecit*, Eccleſiaſt. 47. num. 3. Paululùm ætate prouectior, Goliam illum, gigantea mole terribilem, & Cyclopæa armatura inexpugnabilem, inermis inuaſit, & imbellis oppreſſit, 1. Reg. 17, à num. 49. & in vno non pauciores, quàm decies millenos Philiſthinos iugulauit; ipſis mulierum choris vndique confluentibus, & canentibus: *Percuſſit Saül mille, & Dauid decem millia*, 1. Reg. 18. n. 7. Veteranus iam miles, & quotidianis prælijs aſſuetus: *Octingentos interfecit impetu vno*, 2. Regum 23. num. 8. Quid ad militarem gloriam excellentius, Græcorum, aut Romanorum hiſtoriæ prodidere.

Sangar ſtrenuitas.

Inuictum Dauidis robur.

6. *Ieſbaam bellica gloria inſignis.*

Ille quondam Ieſbaam (ſuo loco quiſnam fuerit oſtendendum) vt erat bellica gloria inſignis: *Leuauit haſtam ſuam ſuper trecentos vulneratos vna vice*, 1. Paralip. 11. num. 11. Nec eius minuit virtutem, quòd vulneratos percuſſerit, ſed potiùs auget. Vulnerati enim tanquam ſtimulati ad plagas vlciſcendas acriores exiſtunt. Neque Ionathas ætate iuuenis, dignitate princeps, his omnibus ignauior. Qui vno armigero ſociatus inter innumeros Philiſthinorum cuneos conſtitutus, hac illac hoſtes

Ionathæ in armis gloria.

gladio

gladio demetebat : & totum vnus cum vno latrone exercitum profligauit. 1. Reg. 14. à num. 13. Quid illum memorem Machabæum? Militaris diſciplinæ exemplum appellem? an miraculum? Bellicæ virtutis documentum? an prodigium? Qui *dilatauit*, inquit textus, *gloriam populo ſuo ; & induit ſe loricam, ſicut gigas; & ſuccinxit ſe arma bellica ſua in prælijs, & protegebat caſtra gladio ſuo ; ſimilis factus eſt leoni in operibus ſuis, & ſicut catulus leonis rugiens in venatione*, &c. 1. Machab. 3. à n. 3. Mitto innumera alia, quæ de Iſraëlitica fortitudine narrari portenta, ac miracula potuere.

Machabæi in prælijs mira fortitudo.

7. *Præſens Iudæorum timiditas.*

Agite nunc optimi Iſraëlitæ. Quò hæc omnia veſtrarum virium monumenta reciderunt? Vbi illa patria virtus? Vbi illud auitum robur? Vbi illa quam hæreditariam habere debereris, fortitudo? Itáne bellicus ille ardor deferbuit? militaris ille furor elanguit? Martius ille, atque igneus ſpiritus refrixit? Quæ vos metamorphoſis, olim pugnaces leones, nunc in fugaces ceruos transformauit? Quod vos circæum poculum acriores olim tygribus? nunc timidiores ouibus effecit? Itáne vos, parentes veſtri, feroces aquilæ, imbelles columbas genuere? Si è mortuis ad viuos redire permitterentur; dicite, quæſo, & obteſtor: vóſne tanquàm filios ſuos legitimos agnoſcerent : an potiùs tanquàm nothos, & adulterinos exponendos iudicarent? Vnde veſtris mentibus tantus inſedit timor? tantus ſe imis oſſibus infudit algor? tantus in totis artubus inhorruit tremor? tantus in ore, ac fronte incubuit pallor? Vnde veſtra hæc timiditas, quæ iam in communem omnibus ferè gentibus parœmiam emanauit? Nam formidoloſus quiſque non iam dicitur, vt olim, ceruo fugacior, aut lepore timidior, aut columba imbellior, ſed veſtro gentilitio nomine, Iudæus.

8. *Iudæorum temeritas in Chriſto D. occidendo, huius extitit cauſa timiditatis.*

Vultis tandem ſcire, vnde vos tam inſolens timor, ac tremor occuparit? ſic habete. Veſtra illa, quam in Chriſto Domino occidendo habuiſtis temeritatem, timiditatis veſtræ cauſa fuit. Timidi eſtis, quia in veſtro Meſſia, & communi humani generis Redemptore crucifigendo temerarij fuiſtis. Occidit olim primus ille fratricida Cain fratrem ſuum Abelem, *Cúmque eſſent in agro, conſurrexit Cain aduerſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum.* Geneſ. 4. num. 8. Quam pœnam tanto ex ſcelere reportauit? Inter alias, *Vagus*, inquit Deus, *& profugus eris ſuper terram.* Ibid. num 12. Seu, vt vertunt Septuaginta, *Gemens, & tremens eris ſuper terram.* Ille paulò ante validus, ſtrenuus, & robuſtus; ille, qui cædem, & ſanguinem ſpirabat; ille, qui arma, & prælia meditabatur : quaſi ab illo ſuo bellico furore elangueſceret, miro quodam totius corporis tremore quatiebatur. Ita Deus illam Caini feritatem cum hac timiditate; illam audaciam cum hac ignauia; illum furorem cum hoc tremore commutauit : quaſi diceret, inquit D. Chryſoſt. homil. 19. in Geneſ. *Quia abuſus es robore corporis, & membrorum viribus : propter hoc continuum tremorem, & motum tibi infero : vt non ſolùm ipſe habeas iugem admonitionem, & memoriam huius nefaſti ſceleris : ſed vt omnes, qui te vident, viſo te, quaſi claraillis voce annuntiaretur; diſcant, ne talia audeant; & pœna tua alios doceat omnes, ne vltra tali ſanguine terram inceſtent.* Vbi mihi videtur duplicem huius pœnæ rationem diſtinxiſſe. Vnam, vt illud manifeſtum tremoris ſignum eſſet continuum aliorum documentorum, ne quis ſimilis in poſterum machinari facinus auderet, certus non eſſe impune abiturum. Alterum, vt proportionata culpæ pœna reſponderet, & qui corporis viribus abuſus vio-

Septuag.

Caini violentiam in fratrem, iuſtiſſima timiditate Deus compenſauit. D. Chryſ.

A lentum ſe in fratrem exhibuerat : iiſdem viribus deſtitutus, toto corpore tremulus redderetur. Sic illam Deus præpoſteram animoſitatem hac iuſtiſſima timiditate compenſauit.

9.

Hæc planè fuit punitio Iudæorum. Vires illas, quas firmiſſimas, & robuſtiſſimas habebant ad hoſtes diuini nominis euertendos; impiiſſimè, & ſceleratiſſimè tranſtulerunt ad mortem ipſius numinis machinandam. Quid ergo? Cunctis viribus, quas tam malè collocabant, denodantur: & ex fortiſſimis, ac ſtrenuiſſimis, infirmiſſimi, & ignauiſſimi redduntur. Quod facilè colligi poteſt, vel ex ipſo, quo in Chriſtum Dominum impetu irruerunt. Ingentes animos Iudæi ſuſceperunt ad ſuum B Meſſiam occidendum : integram cohortem compararunt; cum gladiis, & fuſtibus, & lignis: cum laternis, & facibus, & armis proceſſerunt. En clariſſimum Iudaicæ infirmitatis, ac timiditatis ſimulachrum, & efficaciſſimum argumentum. Non vos pudet, ô Hebræi, bellicum apparatum contra principem pacis inſtruxiſſe? tantam luporum cateruam contra vnum puſillum gregem incitaſſe? tot armorum inſtrumenta contra inermes arripuiſſe? Vbi eſt illa veſtra, quæ quondam fuit, fortitudo? Reuocate in memoriam antiqua veſtrarum rerum monumenta, vbi maiores veſtri cum exiguis præſidiis res difficiles, & arduas feliciter adibant, & feliciùs conficiebant. Nónne Achab cum exiguo agmine non robuſtorum militum, ſed puerorum C imbellium, immenſum propemodum exercitum Regis Syriæ Benadabi, & triginta duos, qui cum eo erant Reges fudit, ac fugauit? 3. Reg. 20. à n. 13. Quid ergo vos contra puſillum agnorum gregem integram luporum cohortem congregatis? Nónne Ioſaphat prodiit in aciem non cum bellicis, ſed cum muſicis inſtrumentis; & infinita propè hoſtium multitudine profligata, nemine ſuperſtite, qui cladem renuntiaret, victor in vrbem remeauit? 2. Paralip. 20. à num. 20. Quid ergo vos contra inermes armati, contra pacificos bellatores, tantos præliorum motus nequicquam excitatis: ſcilicet, veſtra vos timiditas conturbabat : timiditatem verò veſtra vobis temeritas ad ipſum Meſſiam occiden- D dum proiecta inferebat. Quod ſi occiſuri trepidaſtis; poſtquàm occidiſtis, quantò magis neceſſe eſt, vt trepidetis? Eſtis ſine dubio, Caino haud diſſimiles, gementes, & trementes ſuper terram.

Iudæorum timiditas, & formido etiã in Chriſto D. comprehendendo.

Veterum Iudæorum in armis facinora.

10. *Quid Cainũ poſt Abelis mortem perterreret?*

Cæterùm quid eſt, quòd Cainum in illa hominum ſolitudine perterreret; vt dicere cogeretur: *Omnis, qui inuenerit me, occidet me.* Geneſ. 4. numero 14. Procopius neque paucas, neque leues huius timoris cauſas fuiſſe arbitratur. *Primo*, inquit, *animum miſerum terrebat futuri cogitatio. Exiſtimabat enim viciſſitudinem quandam fore. Quemadmodum ipſe turpiter cædem commiſiſſet: ſic & ſe a poſteris eſſe interficiendum. Huc accedebat metus virtutum cœleſtium, quas nefandi ſceleris vltrices ſæuas fore præſagiebat animus. Præterea timebat inſidias ex mundi partibus, quæ quamuis admodum vtiles ſint mortalibus, & in hunc finem* E *ſint extructa: attamen malos quoque lædere norunt. Metuebat inſuper inſidias ferarum, & reptilium, quæ Deus ad vindictam impiorum creauit. Tandem timebat pœnas, quas daturus eſſet parentibus, quibus noui luctus auctor fuerat, cum priùs mortem ignoraſſent.* Hæc Procopius. Si Cain timebat ne omnes contra illum creaturæ dimicarent ad fratricidium quod commiſit vlciſcendum : quid non timeant Iudæi, non ſolùm fratricidæ; ſed etiam *Deicidæ*, vt D. Bernardus ſerm. de Paſſion. in feria 4 maioris hebdomadæ appellat? Maximè ſi illud Sapientis oraculum in memoriam reducant. *Armabit creaturam ad vltio-*

Omnes creaturæ ad homicidium vlciſcendum, in Iudæos inſurgunt.

nem inimicorum. & pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos. Sapient. 5. num. 18.

11. *Sodomorum violentia in Loth, & Iudæorum inſolentia in Chriſtum, omnibus eos viribus mutilarunt.*

Sed quamuis illi has timoris ſui cauſas non conſiderent, quæ illorum eſt inertia, & ſtultitia; adhuc tamen trepidant, inſito quodammodo timore à natura, in locum virium, quas amiſerunt. Nam ſicut natura, quibus animalibus dedit minus virium, plus indidit timoris, quo virium defectum ſuppleant; ſibi fuga conſulendo: ita planè Hebræi pluriinùm timoris habent, quia nihil in ſe virium experiuntur. Nam illa, quam in Chriſtum Dominum exercuere, violentia, viribus eos omnibus ſpoliauit. Sic olim ad domum Lot concurrerunt *Viri ciuitatis à puero, vſque ad ſenem, omnis populus ſimul: vimque faciebant vehementiſſimè* Geneſ. 19. n. 4 & 9. Quid non videretur tanta violentia, & tam multorum effectura? Sed Angeli *clauſerunt oſtium, & eos, qui foris erant, percuſſerunt cæcitate, à minimo, vſque ad maximum.* Ibid. num. 10. & 11. Ad quem locum D. Chryſ. homil. 43. *Quia,* inquit, *conſpirauerant in malitia, & à malo conatu neque ſenes, neque iuuenes abſtinebant, ideo omnes non ſolum obcæcati ſunt, ſed etiam viribus corporis deſtituti: & qui prius ianuam conterere nitebantur, & multum minabantur iuſto, ſtatim ſteterunt laxatis membris.* Vides vt illa violentia in ſanctiſſimum virum Lot. improbos illos aggreſſores ſuis omnibus viribus mutilatis? Quid ergo mirum, ſi illa audaciſſima Iudæorum in Chriſtum C Dominum violentia, eoſdem reddiderit omnium ſuarum virium expertes? Solis igitur pro viribus timor, ac tremor Iudæis ſubrogatur.

D. Chryſ.

12. *Iudæorum pauor.*

Hæc illa eſt diuina comminatio: *Dabo pauorem in cordibus eorum: terrebit eos ſonitus folij volantis; & ita fugient, quaſi gladium, cadent nullo perſequente.* Leuitic. 26 num. 36 Quod ſi violatio legis tantum eos tradidit in pauorem: quid ipſius legiſlatoris offenſio, quem in crucem agere non dubitarunt? Cadent nullo perſequente, vt perdat; ſed ſequente, vt ſaluet. Sic enim ad eum locum Procop. *Non,* inquit, *perſequimur eos, ſed ſequimur, vt reuocemus.* Quid verò miſerius, quàm vel ſuos formidare, ac fugere ſeruatores? Quod ſi ne iſti quidem à tergo inſtent: adhuc nihilominùs trepidant, D adhuc fugiunt; ſua eos impietate in metum, ac fugam præcipitante: *Impius fugit, nemine perſequente,* Prouerb. 28. n. 1. ſolitudo quidem perſequentium adeſt; & nihilominùs ſolicitudo internarum cogitationum perturbat. Nemine profectò extrinſecus perterrente, à ſua improbi conſcientia intrinſecùs terrebuntur. *Illic trepidauerunt timore,* inquit Dauid, *vbi non erat timor.* Pſalm. 13. num. 5. & Pſalm. 52. num. 6. Duplici enim in Pſalmo hic verſiculus continetur. Ad priorem locum D. Chryſoſt. *Audaces,* inquit, *fuerunt, vt leones; & tanquam lepores trepidarunt.* Impauidi ad culpam, timidi ad pœnam.

Procop.

D. Chryſ.

Puerilitas Iudæorum, infirmitas & timiditas.

Puerilis planè fuit Synagogæ ſtatus, quemadmodum & Eccleſiæ, virilis: vel ipſo Apoſtolo teſtante: E *Cum eſſem paruulus, loquebar vt paruulus, &c. Quando autem factus ſum vir, euacuaui, quæ erant paruuli,* 1. Cor. 13. num. 11. Quod Clemens Alexan. lib. 1. pædag. cap. 6. ſic exponit: *Quando eram infans, hoc eſt quando eram Iudæus.* At cur Iudæos appellat pueros? Non eſt contemnenda illa ratio, quam ibi Alexandrinus citatus inculcat; quia Iudæi tanquam pueri facilè perterrentur. *Infantes,* inquit, *quidem dicit eos, qui non ſe ... ac laruis pueri, timore perturbantur.* Puerilis Iudæorum infirmitas, neceſſe eſt, vt puerili timore collidatur.

Clem. Alex.

13. *Muliebris Iudæorum imbecillitas, & pauor.*

Eandem Iudæorum infirmitatem ſub metaphora non diſſimili Prophetæ ſignificarunt, Iudæos mulierum nomine appellantes. Nam Iſaias A de extremo Ieroſolymæ excidio ſub Tito, & Veſpaſiano loquutus, vt D. Hieronym. D. Cyril. Alex. Procop. Lyran. & alij interpretantur, *Conterentur,* inquit, *mulieres venientes, & docentes eam:* nempe Ieroſolymam Iſai. 27. num. 11. Vbi mulieres, aut ſumuntur propriè, vt paulò pòſt dicemus, aut translatè pro ſacerdotibus, quorum proprium munus erat populum docere: hi autem adeò iam ab illa maſcula ſuorum maiorum virtute degenerabant, adeò ab illa generoſa veterum ſacerdotum indole, in molles, & effœminatos ſpiritus deficiebant, vt non viri, ſed mulieres dicerentur. Quod paulò ante idem Propheta iam prædixerat. *Populum meum,* inquit, *exactores ſui ſpoliauerunt; mulieres dominatæ* B *ſunt eis.* Iſai. 3. n. 12. Vbi per exactores, & mulieres interpretatur D. Hieronym. Scribas & Phariſæos. Hos enim appellat Propheta exactores propter auaritiam. *Quia,* inquit, *turpis lucri gratia, vt acciperent decimas, & primitias, Dei filium negauerunt, & quæſtum putant pietatem; & deuorant non domos tantum viduarum, ſed vniuerſum populum.* Eoſdem appellat mulieres propter luxuriem, & mollitiem, quæ illos virorum nomine reddebat indignos. *Accuſans,* inquit, *luxuriem eorum; & turpem conuerſationem, non ſolùm exactores appellat, ſed mulieres; quia propter libidinem omnia faciant, & ſint dediti voluptatibus.* En ſacerdotes ab illa virili fortitudine qua præſtabant, in muliebrem ſegnitiem, & C mollitiem deturbati. Vnde ſtatim monet D. Hieronym. *Caueamus ergo & nos, ne iuxta impium Porphyrium matronæ, & mulieres ſint noſter ſenatus, quæ dominentur in Eccleſijs, & de ſacerdotali gradu fauor iudicet fœminarum.*

D. Hier.
D. Cyril. Alex.
Procop.
Lyran.

Effœminati Iudæorum ſacerdotes, mulieres.

D. Hier.

Auari ſacerdotes, exactores.

D. Hier.

14. *Fœminea Iudæorum militum ignauia & timiditas.*

Neque ſolùm ſacerdotes ſacris obeundis conſecrati; ſed etiam milites armis tractandis aſſueti in fœmineam degeneres infirmitatem; mulieres dicebantur. *Mulieres,* inquit Propheta, *opulentæ ſurgite, & audite vocem meam.* Iſai. 32. num. 9. Vbi Lyrano interprete, habitatores Ieruſalem tempore Sedeciæ, mulieres dicuntur; quòd nihilo magis quàm mulieres infirmæ, & imbelles hoſtibus reſiſtere potuerunt. Quod ſi iam ab eo tempore tantam D in ignauiam defluere Iudæi incipiebant; quid poſt Chriſti Domini aduentum, cùm tota eorum fortitudo conſumpta fuit, & exhauſta? Denique illud, quod de Niniue dictum eſt: *Ecce populus tuus: mulieres in medio tui.* Nahum. 3. num. 13. maiori iure dicere potuit Propheta de Ieroſolyma, ſignificans, inquit D. Cyril. Alexand. eius *propugnatores eò ignauiæ deuenturos, vt à mulierculis inualidis nihil diſcreparent.* En quo veſtra cecidit fortitudo, Iſraëlitæ. Neque mirum. Dominus firmamentum, & refugium veſtrum erat. Dominus docebat manus veſtras ad prælium; & ponebat vt arcum æreum brachia veſtra. Pſalm. 17. n. 3. 33. & 35. Hunc deſeruiſtis, hunc occidiſtis, hunc crucifixiſtis: potiùs nunc de vobis dicere potuit Ioſue, quod olim E dixit de Chananæis: *Receſſit ab eis omne præſidium.* Numer. 14. n. 9. Sic exarmati, quò, niſi in extremam ignauiam, corruiſtis?

D. Cyrill. Alex.

15. *Animi vires, & ingenij felicitatem Iudæi amiſere.*

Sed iam ad vires animi, hoc eſt. ad ingenij felicitatem, & acumen. Quanta, obſecro, in Iudæis mentis obtuſio, & hebetudo? Sic eum populum Moyſes antonomaſticè affatur: *Hæccine reddis Domino, popule ſtulte, & inſipiens,* Deut. 32. n. 6. Sic de illo teſtatur palam: *Gens abſque conſilio eſt, & ſine prudentia. Vtinam ſaperent & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent.* Ibid. n. 28. & 29. Clamat apertiùs ipſe Dominus: *Stultus populus meus me non cognouit; filij inſipientes ſunt, & vecordes: ſapientes ſunt, vt faciant mala, bene autem facere neſcierunt.* Ierem. 4. num. 22.

Mira Iudæorum ſtultitia.

Neque

Neque ſolùm populares homines, ſed etiam principes, & ſacerdotes in quoddam ſtultitiæ, & ignorantiæ barathrum delapſi. *Hi quoque*, inquit Propheta, *præ vino neſcierunt, & præ ebrietate errauerunt: ſacerdos & propheta neſcierunt præ ebrietate; abſorpti ſunt à vino, errauerunt in ebrietate.* Iſai. 28. num. 7. Vides, quoties neſciendi, & errandi verba replicentur; vt extrema quædam ignorantia ſignificetur? Vides, quoties vini, & ebrietatis vocabula repetantur; vt hæc ignorantia non innata, ſed affectata intelligatur? Neque enim ex cæli terræve conditionibus, craſſioribus, aut pinguioribus orta eſt, ſed ex eorum malitia ita promerente, & ex diuina iuſtitia ita vindicante. Vnde eſt illa diuina comminatio: *Ecce addam*, inquit Dominus, *vt admirationem faciam populo huic miraculo grandi, & ſtupendo peribit enim ſapientia à ſapientibus eius, & intellectus prudentium eius abſcondetur.* Iſai. 29. n. 14. Sicut enim miraculum quoddam fuit, tam multis diuinæ Sapientiæ oraculis totum illum populum claruiſſe: ita & poſteà tam multis ignorantiæ tenebris circumfuſum, caligaſſe.

Prodigioſa Iudæorum ignorantia.

16\. At quanta fuit huius populi ignorantia? Tanta quidem, vt etiam à fœminis indoctis doceretur. D. Paulus muliebrem ignorantiam contemplatus: *Mulier*, inquit, *in ſilentio diſcat, cum omni ſubiectione; docere autem mulierem non permitto, neque dominari in virum.* 1. Timoth. 2. num 11. & 12. Nam ſingularis nouæ Eccleſiæ doctrina indocto fœminarum magiſterio non indigebat. At verò ſynagoga ſic à luce veritatis exerrabat, vt ſine dubio poſſet aliquam doctrinæ lucem etiam à fœminis mendicare. Vnde in illo extremo Ieroſolymæ excidio per Romanos, dicuntur veniſſe in vrbem *mulieres docentes eam.* Et ſtatim redditur cauſa, *Non eſt enim populus ſapiens* Iſai. 27. num. 11. Quaſi tantæ illius populi ignorantiæ, doctiores, acutioréſque magiſtri, quàm mulieres minimè deberentur. Vnde D. Cyril. Alexandr. docet ad eum locum, mulieres docere iuſſas, *Chriſti*, inquit, *amore erga Iudæos refrigeſcente: qui poſtquàm amentiſſimi manſerunt, digni non ſunt, quorum miſereri oporteat.* Quaſi diceret, malitia huius populi cauſa fuit: primò, vt ignorantiæ tenebris obduceretur: deinde, vt parum ab ipſo Deo amaretur: tandem, vt non niſi indocto fœminarum magiſterio traderetur. Nec aliter D. Hieronym. *Magna*, inquit, *infelicitas populi, à mulieribus lamentationis carmina diſcere.* Adeò enim ille populus in tanta illa calamitate hebeſcebat, vt etiam ſua mala lamentari ignoraret, niſi à fœminis doceretur. Hoc autem magnæ infelicitatis indicium D. Hieronym. appellat: quod aliis confirmat exemplis. *Sicut*, inquit, *reprehenſio fuit populi Iſrael; quando in manu mulieris Deboræ fecit ſalutem Dominus.* Iudic. 4. num. 4. *Et tempore vicinæ captiuitatis, tacentibus viris, Holda mulier prophetauit*, quarto Regum 22. numero 14. In opprobrium enim virorum mulieres ad gubernandum, aut docendum eum populum, proponebantur. Suam igitur ignorantiam Iudæi fateantur: quia quos habet Eccleſiæ diſcipulos, ipſi habeant præceptores.

Iudæorum ignorantia vel ab indoctis fœminis edocenda.

D. Cyril. Alex.

D. Hier.

In virorum opprobrium fœminæ Iudæos docebãt, & gubernabant.

17\. Adde, non ſolùm fœminis indoctiores Iudæos extitiſſe, ſed etiam pueris rudiores. Pueri dicuntur Hebræi in Scriptura. *Filios enutriui, & exaltaui*, inquit Dei nomine Iſaias cap. 1. numero 2. Nutriri enim puerorum eſt. *Porta eos*, inquit Deus ad Moyſen, *in ſinu tuo, ſicut portare ſolet nutrix infantulum.* Numer. 11. numero 12. *Cui ſimiles dicam*, inquit Chriſtus Dominus, *homines generationis huius? Et cui ſimiles ſunt? Similes ſunt pueris ſedentibus in foro, &c.* Luc. 7. n. 32. *Lex*, inquit D. Paulus, *pædagogus noſter fuit in Chriſto.* Galat. 3. num. 24. In quem locum D. Ambroſ. epiſtol. 42. *Pædagogus*, inquit, *cuius eſt, maturioris, an adoleſcentis? Vtique adoleſcentis, aut pueri.* Et paulò pòſt: *Ergo ſicut pueris, ita Iudæis, mandata præcepta ſunt, non plena, ſed ex parte.* Sæpiùs promiſit Deus educturum ſe Iudæos ex Ægypto, inducturúmque in terram, *quæ fluit lacte, & melle.* Exod. 3. numero 8. quibus pueri nutriuntur: vt ſignificaret Hebræos, tanquàm pueros lacte, & melle in terra promiſſionis nutriendos, vt Clemens Alexandrinus libr. 1. Pædagog. capite 6. inſinuat. *Soror noſtra*, inquit ſponſus, *parua eſt, & vbera non habet.* Cantic. 8. numero 8. Hoc eſt, iuxta trium Patrum commentarium, Synagoga, neque ætatem habet, neque vbertatem lactis, ſeu doctrinæ, qua ſuos poſſit filios ſpiritualiter nutrire. Dauid totius populi Iudaici nomine, *Adoleſcentulus*, inquit, *ſum ego, & contemptus.* Pſalm. 118. numero 141. Non ſolùm enim Dauid ſuis fratribus iunior erat, ſed etiam, vt loquitur Diuus Ambroſius ſermone 12. in eundem Pſalmum, *Populus Iudæorum, infantior, & infirmior* populo Chriſtianorum; *quia lubricæ adoleſcentiæ ſtare non potuit.* Et ſic alibi paſſim pueri dicuntur. Addit Clem. Alexandrin. lib. 1. Pædag. cap. 6. qui perfectiores fuerunt in lege veteri; nihilo ſeniores videri, quàm eos qui in lege noua, prima perfectionis rudimenta exordiuntur, *Quæ*, inquit, *eſt in Chriſto infantia, eſt perfectio, ſi cum lege conferatur.* Quod colligi poteſt ex D. Paulo, qui incipientes lacte nutriebat; iuxta illud: *Lac vobis potum dedi, non eſcam: nondum enim poteratis.* 1. Cor 3 n. 2 cum tamen eodem lacte nutrirentur perfectiſſimi Hebræorum, quos repræſentabant illi, qui terram promiſſionis, cæteris imperfectioribus in deſerto mortuis attigerunt: in ea quidem, lacte, & melle ſuſtentandi. Itaque totus ille Hebræorum ſtatus, nihil ab ſtatu puerorum differebat.

Iudæi ſtultitia pueri.

D. Ambr.

Clem. Alex.

D Ambr.

18\. Quorſum verò Hebræi tam frequenter pueri appellantur; niſi, vt puerilis eorum ignorantia ſignificetur? Sicut enim, vt loquitur Parœmiaſtes, *Stultitia colligata eſt in corde pueri.* Prouerb. 22. num. 15. ita & in corde Iudæorum. Et quidem tam ſtrictis religata nodis, vt difficillimè enodetur. Hinc eſt, vt dicantur pueri, non obiter hanc ſtultitiam attingere, ſed diutiſſimè poſſidere. *Poſſidebunt*, inquit Salomon, *paruuli ſtultitiam.* Prouerb. 14. num. 18. vt ſicut nemo patitur ſuis ſe poſſeſſionibus ſpoliari; ita & Iudæi ſe ab hac ſtultitia exſolui, ac liberari minimè patiantur. Quod indigniſſimè ferens idem Salomon, indignabundus exclamat: *Vſquequo paruuli diligitis infantiam; & ſtulti ea, quæ ſibi ſunt noxia, cupient? & imprudentes odibunt ſcientiam.* Prou. 1. n. 22. Quæ quidem eſt extrema ignorantiæ linea, eò ruere, vt nolis à tua ſtultitia reſilire. Huc proceſſit ſtultitia Iudæorum, vt planè nolint à ſua ſtultitia, ad veram ſapientiam reuocari. Quid inſanius, & amentius?

19\. Viſurus Zachæus Chriſtum Dominum, *Præcurrens*, inquit Euangeliſta, *aſcendit in arborem ſycomorum; vt videret eum.* Luc. 19. num. 4. Sycomorum interpretatur D. Aug. ſerm. 8. de verbis Apoſtoli, iuxta ipſius nominis etymon, *ficum fatuam*, ſeu, *inſanam.* Cuius nomine D. Ambr. lib. 8. in Lucam intelligit Synagogam, arborem planè fatuam, & inſanam, quam prius calcari ab eo oportebat, qui ad IESVM videndum feſtinaret. *Nemo*, inquit D. Ambroſ. *poteſt IESVM videre conſtitutus in terra. Aſcendit in ſycomorum, vanitatem ſcilicet Iudæorum, veſtigio ſuo proterens.* Quos ergo fructus redderet arbor inſana, niſi inſanos?

Synagoga, ficus fatua, nõ niſi inſanos filios producebat.

D Aug.

D Ambr.

A Quos filios gigneret mater fatua, niſi fatuos? Tales planè Iudæi, vel ipſius iudicio Danielis: *Sic fatui filij Iſrael, non iudicantes, neque quod verum eſt, cognoſcentes.* Daniel. 13. n. 48. Fatui, inquam, non tam natura, quàm culpa. Cuius rei non obſcurum ſymbolum præceſſit in Achitophel. Qui cum fuerit conſultiſſimus, & prudentiſſimus: nam *conſilium Achitophel*, inquit textus, *quod dabat in diebus illis, quaſi ſi quis conſuleret Deum.* 2. Reg. 16. num. 23. tamen poſtquàm conſilium dedit de Dauide opprimendo, & occidendo. 2. Regum 17 à numero 1. mirum, quàm infatuatus remanſerit, iuxta illam Dauidis precationem: *Infatua, quæſo, Domine, conſilium Achitophel.* 2. Regum 15. num 31. nam ſtatim eius conſilium, vt ſtultum repudiatur: B *Non eſt bonum*, inquit Chuſai Arachites, *conſilium, quod dedit Achitophel hac vice.* 2. Reg. 17. numero 7. Cui ſtatim Abſalon, & omnes viri Iſraël ſubſcripſere, dicentes: *Melius eſt conſilium Chuſai Arachites, conſilio Achitophel.* Ibid n. 14 Vides quantam in fatuitatem abierit Achitophel? Cuius ſapientiam omnes paulò antè ſuſcipiebant, eiuſdem ignorantiam omnes paulò poſt exſibilabant. Non aliter & populus Iudaicus diuinis olim oraculis admonebatur, & erudiebatur: ſed vbi peſſimum apud ſe non de Rege Dauide, ſed de Chriſto Domino occidendo conſilium agitauit, ſtulteſcere cæpit, & infatuari: vt patentem fatuam Synagogam fatua ſoboles imitaretur.

Infatuatum Achitophelis conſilium de Dauidis morte, ſtultum Iudæorum conſilium de Chriſti nece repræſentabat.

20\. C Ad hoc myſterium fortaſsè diuinus mihi videtur ſponſus reſpexiſſe, cùm de Synagoga loquutus: *Ficus*, inquit, *protulit groſſos ſuos.* Cantic. 2. num. 13. Quænam erat hæc ficus, niſi illa fatua, niſi illa Sycomorus, niſi illa Synagoga, quam Zachæus conculcauit? At quos fructus edidit? *Groſſos ſuos*, inquit. Groſſus verò apud Latinos non ſolùm ſignificat illius arboris fructum; ſed etiam quidquid craſſum, pingue, rude, infirme, & impolitum eſt. Tales igitur fructus, tales filios genuit Synagoga, ruſticos, fatuos, ſtultos, imò merum rus, fatuitatem, & ſtultitiam. *Ficus protulit groſſos ſuos.* Ita eleganter expendit D. Bernard. ſerm. 60 in Cantic. D *Et vere*, inquit, *quid non groſſum in gente illa? Nec actus profectò, nec affectus, nec intellectus, ſed nec ritus, quem in colendo Deo habuit.* Et ſtatim probat ſummam in his omnibus hebetudinem. *Nam actus*, inquit, *in bellis, affectus in lucris totus erat: intellectus in craſſitudine literæ; cultus in ſanguine pecudum, & armentorum.* Et paulò poſt tantam ſtoliditatem admiratus exclamat: *O groſſum, vipereumque affectum; odire hominem, qui hominum, & corpora ſanat, & animas ſaluat! O nihilo minus intellectum groſſum, & certè bouinum, qui Deum non intellexerunt, nec in operibus Dei!* Hoc eſt, qui cum nihil frequentiùs præ oculis, quàm diuina opera haberent, ex quibus facilè poſſent ſatis apertam de Deo notitiam captare: adhuc nihilominus Deum ſuis excæcati peccatis E ignorabant.

Iudæorũ fatuitas, & craſſities ex fatua Synagoga ficu pullulauit.

D. Bern.

21\. Neque mirum appellari à D. Bernardo Iudæorum ingenium bouinum; cum etiam à propheta Iſaia bouino, & aſinino obtuſius ſignificetur. *Cognouit*, inquit, *bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui: Iſrael autem me non cognouit, & populus meus non intellexit.* Iſai. 1. numero 3. Nónne hoc eſt, Iudaicum populum boue, & aſino rudiorem, & obtuſiorem extitiſſe; cum non agnouerit quem bruta, & ſtolida animalia agnouere? Quid ergo mirum, ſi bouinus ei tribuatur intellectus? *Vides me, Iudæe*, inquit D Bernard. *mitiorem tibi propheta tuo? Ego te comparaui iumentis, ille ſubiecit.* Quaſi diceret, Ne mihi ſuccenſeas, quod durius, quàm velles, in te probrum coniecerim: tuus te propheta A acriori iaculo confixit; cum tuam ignorantiam, & ſtultitiam, non bouinam, & aſininam, vt ego; ſed vtraque deteriorem appellauit.

Iudæi ipſis etiam brutis rudiores, & obtuſiores.

D. Bern.

22\. In hanc ſtoliditatem belluina deteriorem abiit profectò Synagoga, cum à diuino repudiata ſponſo, poſt veſtigia gregum ſuorum egredi iubetur. *Egredere*, inquit, *& abi poſt veſtigia gregum tuorum.* Cantic. 1. numero 8. Vbi D. Bernard. ſerm. 35. imo de corde ingemiſcens, *Heu*, inquit, *egregia creatura, in peius miſerabiliter prorueus. Non ſaltem inter greges remanere permittitur, ſed poſt abire iubetur.* Et ſtatim notat, hominem cum primùm in ſuum creatorem peccauit, parem iumentis effectum, *Comparatus eſt iumentis inſipientibus*, &c. Pſalm. 48. numer. 13. & propterea Deum inter pecudes naſci voluiſſe, B vt ab homine in pecudem deformato agnoſceretur: quaſi ſic cum illo ageret, *Cognoſce pecus, quem non cognouiſti homo: adora in ſtabulo, quem fugiebas in paradiſo: honora præſepium, cuius contempſiſti imperium.* Cùm verò in ſuum auſus eſt inſilire Redemptorem, agendo in crucem, per quem hanc lucem hauriebat, redditum iumentis inferiorem. *Egredere*, inquit, *non cum gregibus, aut ad greges, ſed poſt greges. Vt quid hoc? Vt ſecundam ignorantiam priore magis pauendam oſtenderet: quia illa hominem beſtijs parem feciſſet, iſta poſteriorem.*

Iudæorum ſtoliditas pluſquàm belluina.

D. Bern.

23\. Eandem huius populi ignorantiam pari ſimilitudine Ieremias arguit, & inſectatur. *Miluus*, inquit, C *in cælo cognouit tempus ſuum; turtur, & hirundo, & ciconia cognouerunt tempus aduentus ſui: populus autem meus non cognouit iudicium Domini.* Ierem. 8. numero 7. Qua in re quid magis mirandum haud ſcio. Tanta ne in natura irrationali calliditas, an tanta in natura rationali ſtoliditas? Illæ quidem volucres ſolo ſenſu præditæ, & clementiam veris, & ſæuitiam hyemis agnoſcunt; hanc, vt fugiant, illam, vt inquirant. Iudæi verò etiam rationis compotes diuinam tam iuſtitiam, quàm miſericordiam ignorabant; cùm neque hanc diligerent, neque illam formidarent. Et nihilominus (quod minimè ferendum eſt) gloriabundi dicebant: *Sapientes nos ſumus, & lex Domini nobiſcum eſt.* Ibid. n. D 9. Qua inſania nulla maior eſſe poteſt. Nam vt benè Theod. ibi; *Extrema*, inquit, *dementia eſt, imprudentiam ſuam non ſentire, & iniquè agentes non agnoſcere peccatum.*

Iudæorum ſtultitia de ſua ſapientia gloriantium.

Theod.

24\. Hos habes ſtultiſſima Synagoga præceptores, beſtias. Vtinam ex his diſcere velis. *Vade ad formicam: & diſce ſapientiam.* Prouerb. 6. n. 6. Prudentiorem te, quàm beſtiam non requiro. Sufficit tibi, ſi ſis ſicut magiſter tuus. Matth. 10. n. 25. Sed vereor, ne Synagoga ipſis beſtiis beſtialior efficiatur: & omnibus creaturis Deum agnoſcentibus, ipſa ſuis obtuta ignorantiæ tenebris, non agnoſcat. Ita planè conqueritur Deus apud D. Baſil. in cap. 1. Iſaiæ, *Populus*, inquit, *meus me non intellexit: qui cælo enarrante innoteſco; qui terra, marique me exhibeo cogno-* E *ſcibilem: qui per Solem, Lunam, aſtra, denique per omnem creaturam, nulli non palam ſignificor.* Certè D. Bernardus ſerm. illo 60. citato in Cant. non parum miratur, quàm parum profecerit Synagoga ad ſcientiam, tam multis ſub præceptoribus conſtituta. Nulla eam miracula flectere potuerunt, ex iis, quæ palàm fieri à Chriſto Domino, luce meridiana clariora, intuebatur. *Non fuga dæmonum, non obedientia elementorum, non vita mortuorum, beſtialem hanc, & pluſquàm beſtialem hebetudinem, ab eis depellere quiuit.* Imò cæteris creaturis tam animatis, quàm inanimatis ſuum creatorem, & Redemptorem confitentibus; Synagoga à ſua ſtultitia non recedebat, in ſua cæcitate perſeuerabat. Vnde cogitur exclamare D. Ambr. l. 10. in Luc. c. 23.

Belluina Iudæorum hebetudo ab ipſis etiam beſtiis edocenda.

D Baſil.

D. Bern.

O du

Pluſquàm ferrea Iudæorum duritiei.

O duriora ſaxis pectora Iudæorum! Finduntur petræ, ſed horum corda durantur. Iudex arguit, credit miniſter, proditor ſcelus ſuum voluntaria morte condemnat, elementa fugiunt, terra concutitur, monumenta reſerantur. Iudæorum tamen immobilis duritia manet, orbe concuſſo. Atque hæc de Iudæorum ignorantia. A

25. *Non ſolum corporis & animi vires, ſed etiam ipſum vitam Iudæi perdidere.* Lyran.

Eo Iudæi præſtantiſſimis naturæ bonis, quales ſunt corporis, animique vires, ſpoliati. Sed vt omnia exinanianrur vſque ad fundamentum in eis. Pſalm 136. n. 7. etiam de vita, naturalium bonorum fundamento, deiiciuntur. *Fiat*, inquit Dauid, *menſa eorum coram ipſis in laqueum, & in retributiones, & in ſcandalum.* Pſalm. 68 num 23. Quem locum exponit Lyran. de celebritate paſchali, in qua Ieroſolyma à Romanis expugnata, penitus deflagrauit. Nam B cum omnes ex præſcripto legis ſub id temporis Ieroſolymam conuenirent, ibique Deo rite ſacrificarent, & inter ſe lautè epularentur, Ecce tibi Romanis irruentibus, menſa eorum commutatur in laqueum, quo omnes tanquam volucres capiuntur: vt in qua celebritate ſuum Meſſiam crucifixerant, in eadem iuſtiſſimo talione à Romanis in cruces agerentur. Narrat enim Ioſephus lib. 6. de bello Iudaico, cap. 12. tam multos Iudæorum à Romanis militibus ita, & odio, & ludibrij cauſa crucifixos: *vt iam*, inquit, *ſpatium crucibus deeſſet, & corporibus cruces.* Et lib. 7. cap. 17. ſcribit, numerum eorum, qui toto obſidionis tempore occiſi ſunt, ad vndecies centena millia peruenisse. Vides, vt illud oraculum iuxta myſticum ſenſum impleatur: *Magna pars domus tuæ morietur*: ſeu, *cadet in gladio virorum*? C

Innumeri Iudæi in Paſcha à Romanis victoribus crucifixi. Ioſeph.

Vndecies centena millia Iudæorum à Romanis occiſa.

26. Præpoſterè olim Deo ſacrificarunt Nadab, & Abiu, filij Aaron: *Offerentes coram Domino ignem alienum, quod eis præceptum non erat* Leuit. 10. num. 1. Quid factum? Impunitàne abiit eorum ſiue malitia, ſine ignorantia? Abſit. *Egreſſuſque ignis à Domino deuorauit eos, & mortui ſunt coram Domino.* Ibid. numero 2. Si tam acrem mortem incurrerunt, qui tam leue ſacrilegium patrarunt: quæ Iudæos ſpes manet, ſeu eludit, non moriendi, qui tantum ſacrilegium, ſuum occidentes Meſſiam commiſerunt? Ignis procul dubio deuorabit eos. Nam vt Rupertus lib. 2. in Leuit. cap. 7. *Duplici*, inquit, *igne deuoratus eſt ille populus: quippe quorum & templum ſuccenſum eſt, vrgente Romano exercitu, & animæ gehennæ incendio concremantur.* Et vt interim pœnam animæ omittam, quam ad vltimam ſectionem reſeruo: certè in corporis pœnam, mors Iudæorum ſacrilegiis meritiſſima debetur. D

Iudæorum ſacrilegium in Chriſti necem vltricibus flammis meritò punitur. Rupert.

27. *Iudæorum arrogantia, & impudentia in Chriſti Domini necem, iuſta morte plectenda.* Chald. Oleaſt.

Æquiſſima fuit illa lex à Moyſe promulgata: *Anima, quæ per ſuperbiam aliquid commiſerit, ſiue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus, quoniam aduerſus Dominum rebellis fuit, peribit de populo ſuo: verbum enim Dei contempſit.* Num. 15. num. 30. In Hebræo eſt, Anima, quæ peccauerit *in manu excelſa*: & Chald. apud Oleaſtrum, Anima, quæ peccauerit *aperto capite.* Vbi hæc poſterior tranſlatio nimiam peccandi impudentiam; illa prior nimiam arrogantiam ſignificat. Vtramque verò circunſtantiam quis non videt in peccato Iudæorum, Chriſtum occidentium, concurriſſe? Arrogantiſſimè enim & impudentiſſimè in tantum facinus prodierunt. Si igitur quodlibet peccatum in legem veterem per arrogantiam & impudentiam commiſſum certiſſima morte plectebatur: quam impunitatem Iudæi mereantur, peccatum omnium immaniſſimum per ſummam arrogantiam, & impudentiam committentes? E

28. *Sanguinarij Iudæi proprio ſanguine pœnas luunt.*

Improbi illi coloni, qui non ſolos ſeruos vulnerarunt, ſed etiam ipſum hæredem occiderunt, Luc. 20. num. 14. improbos Iudæos non ſolùm Prophetarum, ſed etiam ipſius Domini interfectores A repræſentabant, qui non colligendo vino, ſed effundendo ſanguini incumbebant. Vnde apud Iudæos, inquit ibi D. Ambr. *non lætitia vino, ſed Prophetarum ſanguine torcularia redundarunt.* Quod probat ex Ieremia, quem *proiecerunt in lacum.* Ier. 38 n. 6 Et videtur D. Ambr. eum lacum intelligere, qui in vindemia exprimendis vuis inſeruiebat. Iuxta illud Virgilianum de tempore vindemiæ: D Ambr.

Spelunca, vinique lacus. ——— Virgil.

Nam ſtatim ſubdit: *Ieremias in lacum miſſus eſt: hæc enim erant torcularia Iudæorum, non vino repleta, ſed cruore.* Qui ergo vinitorias falces in bellicos gladios conuertebant, quid mirum, ſi gladiis occumbant; B iuxta illud Chriſti Domini: *Omnes, qui acceperint gladium, gladio peribunt?* Matth. 26. num. 52. Qui alienum ſanguinem ſitiebant, quid mirum ſi proprio exhauriantur; iuxta illud: *Quicunque effuderit humanum ſanguinem, effundetur ſanguis illius?* Geneſ. 9 n. 6.

29. *Flāmeo Dei gladio Iudæi deuorandi.*

Itaque Hebræos ad occidendum armatos *gladius Domini deuorauit.* Ierem. 12. num. 12. At quis gladius? Planè flammeus, qui paradiſi aditum defendebat, Gen. 3. n. 24 Flammæ Iudæis proponuntur, vt vel earum fulgore illuſtrentur, vel ardore comburantur. Poſtquam olim Deus fœdus iniit cum Abraham: *Apparuit*, inquit textus, *clibanus fumans, & lampas ignis.* Geneſ. 15. num. 17. Rationem reddit Procop. C *Clibanus*, inquit, *vt portenderet impiis conflagrationem: lampas, vt piis illuminationem præberet.* Sic & cum Deus Moyſen in deſerto Madian ad colloquium euocauit: *Apparuit ei Dominus in flamma ignis*, Exod. 3. num. 2. Lux pariter, & ignis, inquit D. Ambr ſer. 5. in Pſal. 118 *Lux, vt luceat; ignis, vt conſumat.* Imò & agentibus iter per deſertum præibat Dominus, *per diem in columna nubis; & per noctem in columna ignis.* Exod. 13. n. 21. Quaſi diceret, inquit Clem. Alex. in exhortatoria ad gentes: *Si obedieris, lucem, ſi non obedieris, ignem.* En tibi optio, Iſraël. Vide quid elegeris, lucémne, an ignem?

Procop. *Iudæis ignis vel illuminat, vel conſumet.*

D Ambr.

Clem. Alex.

30. *Iudæi, infœcunda vitis à Chriſto Domino præciſa, igni tradentur comburendi.*

Sed infelix populus, *Qui malè agit, odit lucem.* Ioan. 3 n. 20 Ideò neceſſe eſt, vt in ignem deturbetur. *Fili hominis*, inquit Deus, *quid fiet de ligno vitis,* D *ex omnibus lignis nemorum, quæ ſunt inter ligna ſyluarum? Nunquid tolletur de ea lignum, vt fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus, vt dependeat in eo quodcumque vas:* Ezechiel, 15 num. 2. & 3. Quaſi diceret: Minimè profectò, cum ad nullos vitæ humanæ vſus aptum eſſe videatur. Quid ergo? *Ecce igni datum eſt in eſcam.* Ibid. n. 4. Ad hoc tantum habile, vt comburatur. Quod totum in huius populi figuram dictum eſſe docet D Hieronymus. *Vitis*, inquit, *quamdiu affert fructus, in omnibus lignis ſaltem nihil ea pretioſius eſt: ſi autem vuas habere deſierit, in nullo vtilis erit, niſi vt tradatur incendio.* Et ſtatim: *Sic & Hieruſalem, imo habitatores eius tradentur ardoribus; & ſi de vrbe euaſerint, foris hoſtili gladio conſumentur.* Bene quidem eſſet Iudæis, ſi ſuo Meſſiæ Chriſto Domino, tanquam palmites viti adhærerent. Ab illius E enim ſpiritu animarentur, nutrirentur, bonis omnibus replerentur. Sed cùm à vite ſuis ipſi manibus ſe præſcindant, ipſi ſe in flammas comburendos præcipitant. Vnde Chriſtus Dominus: *Si quis*, inquit, *in me non manſerit, mittetur foras, ſicut palmes, & areſcet, & colligent eum; & in ignem mittent, & ardet.* Ioann. 15. n. 6. Ad quem locum D. Auguſt. tract 81. in Ioan. *Ligna*, inquit, *vitis tantò ſunt contemptibiliora, ſi in vite non manſerint; quantò glorioſiora, ſi manſerint.* Et ſtatim: *Vnum de duobus palmiti congruit; aut vitis, aut ignis. Si in vite non eſt, in igne erit. Vt ergo in igne non ſit, in vite ſit.*

D.Hier.

D Aug.

31. Igitur hic populus à ſuo Deo, tanquam palmes

Hieroſolyma igne ſucceſa. à ſua vite præciſus, quid ſperet, niſi vt flammis abolendus committatur? Olim in ſua vrbe tanquam in fornace incluſus conflagrauit; iuxta illam Dei comminationem ad Hieroſolymam: *Væ ciuitati ſanguinum, cuius ego grandem faciam pyram.* Ezech. 24. n. 9. ſiue locum intelligas de incendio per Babylonios, ſiue per Romanos illato: de vtroque enim D. Hier. exponit; & de hoc poſteriori loquutus addit, eam vrbem æterno igni conſumptam eſſe, quod nunquam ad priorem ſtatum redierit, nunquam reditura ſit. Sed infelix populus, non minus ſuorum ſcelerum tenebris, quàm ſuorum hoſtium flammis circumſeptus, non intellexit: iuxta illud; *Combuſſit eum in circuitu, & non cognouit: & ſuccendit eum, & non intellexit.* Iſaiæ 42. n. 15. Senſit quidem ardorem ex flamma, ſed non ſenſit horrorem ex culpa. Vidit Romanos ignem applicuiſſe, ſed non intellexit, ſe fomitem ſubminiſtraſſe. Sua ſupplicia defleuit, ſed ſua flagitia non reuocauit. Quare vlteriùs multiplicantur flammæ, & ſuis conuicti erroribus hodie comburuntur. Non extinguetur ignis, quandiu error non præſcindatur. Flammarum pabula ſunt peccata impiorum. Hæc dum pabula admouentur, neceſſe eſt, vt illæ flammæ nutriantur. *In Synagoga peccantium*, inquit Sapiens, *exardebat ignis.* Eccleſ. 16. n. 7. Vtinam oon exardeſcat *vſque ad inferni nouiſſima.* Deuter, 32. n. 22. Hactenus de bonis à natura datis, quorum iacturam Hebræi patiuntur.

D Hier.

Impij Iudæorum errores igne conſumendi.

SECTIO III.

Præſtantiſſima fortunæ bona Hebræis ſublata.

1\. *Diuitiæ Iudæis ſublatæ.* HÆc ſunt, vt alia omittam, diuitiæ, honores, & imperia, quibus olim Iſraëliticus populus abundabat. Nunc priſtina illa fortuna exareſcente, omnibus denodatur. Diuitiarum iacturá expreſſit Dauid illis verbis: *Nutantes transferantur filij eius, & mendicent, & eiiciantur de habitationibus ſuis. Scrutetur fænerator omnem ſubſtantiam eius, & diripiant alieni labores eius.* Pſalm. 108. n. 10. & 11. *Quæ verba*, inquit Theodor. *non Iudæ modò, verùm etiam omnibus perfidis Iudæis congruunt.* Igitur quæ maior poteſt miſeria excogitari, quàm quæ his verbis continetur? Nam in patria adhuc conſtituti, vix habebant tuguriola, in quibus reciperentur. *Eiiciantur*, inquit, *de habitationibus ſuis.* Septuaginta in editione Sixtiana transferunt, *de parietinis ſuis*: hoc eſt, de tuguriis, de caſulis ruinoſis, de ruderibus; ſeu *ruinis*, vt legit Theodoretus: quia domibus per Romanos incenſis, cùm non haberent, quò alias ædificarent, inter murorum ruinas habitare cogebantur. A patria in exilium abducti, non habebant, quo vitam, niſi mendicando ſuſtentarent. *Transferantur filij eius, & mendicent.* Quod erat miſerrimum paupertatis genus, quod proinde Salomon omnino deprecabatur: *Mendacitatem ne dederis mihi.* Prouerb. [illegible] Ad pinguiorem fortunam ſi extra patriam [illegible]quando aſſurgebant, ſtatim per exactores Romanos emungebantur. *Scrutetur fænerator omnem ſubſtantiam eius.* Chaldæus habet: *Colligat exactor omnia, quæ ipſius ſunt.* Quamuis Geneb ex eodem Chaldæo referat: *Colligat fiſcus omnia, quæ ipſius ſunt.* Et citat illud ex D Bernardo: *Quæ non capit Chriſtus, rapit fiſcus.* Itaque Iudæi eò paupertatis deueneraot, vt vel oihil proprium, vel ſi quid haberent, illud in regium fiſcum ſoluere cogerentur.

Theod.

Septuag.

Chald.

Genebr.
D. Bern.

2\. Suam olim ancillam eiecturus de domo Abraham, *ſurrexit manè, & tollens panem, & vtrem aquæ impoſuit ſcapulæ eius, tradiditque puerum, & dimiſit eam.* Geneſ. 21. num. 14. Miratur ad eum locum Rupert. quo pacto tam diues Patriarcha vnam ancillam, ſeu potiùs vxorem, cum tam exiguo viatico è domo eiecerit. *Ergone*, inquit, *ſic auarus fuit, diues ille regum victor, trecentorum decem, & octo vernaculorum dominus, vt præter panem, & vtrem aquæ nihil filio donaret, quem triſtis eiiciebat; nec ſaltem illi vnum aſellum commodaret?* &c. Et ſtatim totam eam hiſtoriam ad myſticam de Synagoga intelligentiam tradocit, quæ ex ſumma rerum omnium abundantia, ad extremam indigentiam deuenit. *Eiecta*, inquit, *ancilla, panẽ non qualemcunque, ſed hordeaceum, & vtrẽ, non vini, ſed aquæ in ſcapula portat, ſub onere curua; quia videlicet Synagoga hæreditate patris Abrahæ perdita, ſolum literalem legis ſenſum baiulans, ſub onere importabili anhelat.* Et quamuis Rupertus de ſpirituali Synagogæ inopia locum exponat; poteſt tamen non incongruè de temporali explicari. Itaque ille populus, qui antea lacte, & melle fruebatur, poſtea hordeo, & frigida victitabat. Imò ne viliſſimæ quidem dapes apud eum abundabant, ſed planè deficiebant. *Cùmque*, inquit textus, *conſumpta eſſet aqua in vtre*, &c. ibi. n. 15. vt ſumma inopia exprimeretur. Et eandem ob cauſam non panis dicitur defeciſſe, ſed aqua, quæ faciliùs inuenitur. Vt cùm populus ille rebus communiſſimis carere diceretur, clariùs intelligeretur pretioſiſſimis quibuſque cariturus.

Agar in Synagoga typum cum ſumma inopia è domo Abrahæ eiicitur.
Rupert.

Hanc omnium diuitiarum iacturam ſuo populo Dominus lugubri quondam carmine comminatus: 3.
Væ Ariel, inquit, *Ariel ciuitas*, &c. Iſaiæ 29. n. 1. Ariel, id eſt, Leo; cuius nomine Hieroſolymam intelligit, quæ paulò antè inſtar Leonis in circumuicinas gentes ſæuiebat: ſed tandem à Romanis tanquam agna à lupis deuoranda. Pergit Propheta: *Circumuallabo Ariel, & erit triſtis, & mœrens, & erit mihi quaſi Ariel.* Ibid n. 2. Septuaginta transferunt: *Coangustabo Ariel, & erit fortitudo illius, & diuitiæ mihi.* Hoc eſt, interprete D. Cyril. Alex. ſuis eam bonis omnibus proſcribam, omnem eius potentiam, & opulentiam diripiam, mihi omnes illius opes vſurpabo. Quod D. Cyril. hiſtorico ſenſu interpretatus: *Terrena*, inquit, *diuitiæ eorum emunctæ, & exinanitæ ſunt diripientibus his, qui eam obſident; confracta eſt etiam magna olim, & celebrata fortitudo, quippe qui victi ſunt manu Romanorum.* Sed notandum eſt, Deum ſe auctorem huius direptionis per Romanos factæ profiteri: ne tam hoſtili iniuriæ, quàm diuinæ iuſtitiæ in Hebræorum vindictam tribuatur. Vnde olim Titus, vt refert Ioſeph. lib. 6. de bello Iudaico, c. 14. circumuagatus vrbem, contemplatúſque extremam miſeriam, & plenas cadaueribus valles, altámque ſaniem tabefactis corporibus defluentem; *ingemuit, & extenſis manibus Deum teſtabatur, factum illud ſuum non eſſe:* ſed ab ipſa peccatrice vrbe; & proinde, vt patebat, ab ipſa diuina iuſtitia vltrice profectum eſſe.

Septuag.

D. Cyrill. Alex.

Ioſeph.
Deus Ieroſolymæ excidij auctor.

Hebræi à propria patria depulſi.

AD hanc opum iacturam teducitur iactura patriæ, quam Hebræi patiuntur. Et quidem quæ maior miſeria, quàm à domo, vrbe, & patria exulare, & toto orbe vagos circumferri? Quam inopiam non ſentirent, qui à propriis poſſeſſionibus abducebantur? & qui nihil in toto orbe niſi alienum videbant, quam indigentiam non paterentur? Rex olim Achab cùm non poſſet alienam vineam, quam deſiderabat, obtinere, *auertit*, inquit textus, *faciem ſuam ad parietem, & non comedit panem.* 3. Reg. 21. n. 4. Scilicet quamuis innumeras poſſeſſiones proprias videret, vnam videre non poterat vineam alienam. 4.

Patria Hebræis ſublata.

Iudæorum paupertas ex alienis opibus miſerabilior. D. Ambr.

alienam. Hæc vna aliena magis eum torquebat, quàm reliquæ propriæ delectabant, & ne alienam videret, oculos à proprijs auertebat. Ita D. Ambr. lib. de Naboth, c. 3. *Velant*, inquit, *diuites faciem ſuam, ne quidquam in orbe terrarum alienum videant, ne quidquam in hoc mundo non eſſe ſuum nouerint, ne audiant vicinum iuxta ſe aliquid poſſidere.* Si igitur auarus Rex dum vnam poſſeſſionem alienam, inter tam multas proprias videbat, tam acriter pungebatur; quid miſeri Iſraëlitæ toto orbe euagantes ſuſtinerent, dum nullam poſſeſſionem propriam, omnes alienas intueri cogerentur?

5\. *Iudæi cum patria bona omnia amiſerunt.*

Itaque à patria excludi iubentur, iuxta illud: *Educ foras populum cæcum, & oculos habentem; ſurdum, & aures ei ſunt.* Iſaiæ 43 n. 8. Vt omnibus fortunæ bonis proſcripti, ſumma inopia premerentur; & qui in patria diuina beneficia præſentia ingrati non videbant, extra patriam abſentia deſiderarent, non obtinerent. Addit D. Hieronym. in cap. 1. Sophon. filios Iſraël non ſolùm e patrio ſolo fuiſſe eiectos, verùm etiam ne vnquam regrederentur, prohibitos: niſi fortè eo die per ſingulos annos recurrente, in quem eorum excidium incidiſſet. Tunc enim ad loca, quæ amiſerant reuiſenda, & ſua infortunia in illis deploranda, ſoluto priùs pretio ingredi permittebantur. *Perfidi*, inquit, *coloni, poſt interfectionem ſeruorum, & ad extremum filij Dei, excepto planctu, prohibentur ingredi Hieruſalem; & vt ruinam ſuæ eis flere liceat ciuitatis pretio redimunt: vt qui quondam emerant ſanguinem Chriſti, emant lacrymas, & ne fletus quidem eis gratuitus ſit.* Et ſtatim deſcribit hunc miſerorum exulum in patriam ingreſſum, qui vrbem intrant; non quidem ad illam habitandam, ſed ad lamentandam, non ad capiendas delicias, ſed ad fundendas lacrymas; non ad recuperanda prædia, ſed ad ſoluenda pretia: non denique diu permanſuri, ſed ſtatim exituri. *Videas*, inquit, *in die quo capta eſt à Romanis, & diruta Ieruſalem, venire populum lugubrem, & confluere decrepitas mulierculas, & ſenes pannis, anniſque obſitos, in corporibus, & in habitu ſuo iram Domini demonſtrantes. Congregatur turba miſerorum, & patibulo Domini coruſcante, ac radiante ἀναστάσει eius, (hoc eſt, reſurrectione eius) de Oliueti quoque monte Crucis fulgente vexillo plangere ruinas templi ſui, populum miſerum, & tamen non miſerabilem. Adhuc fletus in genis, & miles mercedem poſtulat, vt illis flere plus liceat.*

D. Hier. Iudæi excidij die per ſingulos annos recurrente, ſoluto pretio vrbem inuiſebant deploraturi.

6\. *Ex capta, & ſublata Iudæorum patria, Meſſiæ aduentus cõprobatur.*

Itaque Hebræi ſuas omnes cum patria diuitias perdiderunt. Quod ſi illi rectè expenderent, ſuum iam veniſſe Meſſiam non dubitarent. Nam vbi illum ſperant naſciturum? Nónne in Bethlehem? iuxta Michæam c. 5. num. 2. *Et tu Bethlehem Ephrata paruulus es in millibus Iuda: ex te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſrael.* Vbi prædicaturum? Nónne in Ieruſalem? iuxta Iſaiam c. 2. n. 3. *De Sion exibit lex, & verbum Domini de Ieruſalem.* Vbi habitaturum? Nónne in Nazareth? *Vt dictum eſt per Prophetas, quoniam Nazaræus vocabitur.* Matth. 2. num. 23. Si igitur tales vrbes Iudæis colonis viduatæ, ab alienigenis habitantur, quid inſaniunt Hebræi? Quid ſperant? ſuumne Meſſiam inter Turcas naſciturum, & victurum, & prædicaturum? Proh dementia! Vrget hoc argumentum Tertull. lib. contra Iudæos, c. 13. *Quomodo*, inquit, *naſcetur dux de Iudæa; & quatenus procedet de Bethlehem, ſic vt diuina Prophetarum volumina nuntiant: cum nullus omnino ſit illic in hodiernum relictus ex Iſrael, cuius ex ſtirpe poſſit naſci Chriſtus?* Et ſtatim: *Redde ſtatum Iudææ, quem Chriſtus inueniat, & alium contende venire.* Quaſi diceret, reſtitue in priorem ſtatum illam Rempublicam, atque ſpera Meſſiam ex

Tertull.

A illa naſciturum. Quod ſi deſperas illud, cur hoc ſperas?

7\. Et ſimili eos argumento conuincit lib. 3. contra Marcion. c. 23. Nam ciuitates Iudææ ſuo inſenſas, aduerſariáſque Meſſiæ, deſerendas, euertendaſque eſſe ſacra oracula teſtantur. *Terra veſtra deſerta, ciuitates veſtræ ſuccenſæ igni: regionem veſtram coram vobis alieni deuorant, & deſolabitur, ſicut in vaſtitate hoſtili: & derelinquetur filia Sion, vt vmbraculum in vinea*, &c. Iſaiæ 1. n. 7. & 8. Item populum ſuo Meſſiæ rebellem patrio ſolo expellendum, & diſpergendum toto orbe Prophetæ ſæpiùs prædixêre. David: *Diſperge*, inquit, *illos in virtute tua, & depone eos protector meus Domine.* Pſal. 58.

B n. 12. Cùm igitur Hebræi fateantur ſuas vrbes iam deſertas, & euerſas, ſuos ciues iam palantes, & exulantes; fateri pariter debent veniſſe & Meſſiam. Quod ſi nihilominus venturum adhuc contendunt, dicere debent, ſaltem cùm venerit, deſerendas, & euertendas ciuitates, expellendos, & diſpergendos ciues. *Sed vbi tunc*, vrget Tertull. *filia Sion derelinquenda, quæ nulla hodie eſt? Vbi ciuitates exurendæ, quæ iam in tumulis? Vbi diſperſio gentis, quæ iam extorris?* Et concludit ijſdem verbis, quibus ſuprà: *Redde ſtatum Iudææ, quem Chriſtus inueniat, & alium contende venire.*

Iudæorum populum toto orbe diſpergendum poſt Meſſiæ aduentum Prophetæ teſtantur.

Tertull.

8\. Quare ad hoc potuit Iudæis prodeſſe patriæ ruina, vt dum viderent ſe amiſiſſe patriam, crederent tandem ſibi Meſſiam aduenire. Sed quod

C ipſi ſua malitia obcæcati non credunt; faciunt vbique gentium diſperſi, vt omnibus credibile videatur. Dum vbique exilium ſuum plangunt, peccatum produnt: Meſſiam dum vbique negant, vbique prædicant: dum ſuam oſtentant legem, legifragos ſe conuincunt: dum ſacra pandunt oracula, falſitatis ſuæ, & veritatis noſtræ teſtimonia ferunt. Non ſine myſterio improbus ille Cham patrem ſuum Noë non ſolùm irriſit intus in domo: ſed etiam *nuntiauit duobus fratribus ſuis foras.* Geneſ. 9. n. 22. Vt ſignificaret populum Iudæorum, qui non ſolùm Chriſtum Dominum in Iudæa occidit, ſed etiam occiſum toto orbe prædicauit. Ita D. Iſidor. lib. in Geneſ. c. 8. vbi impium illum Cham cum

Iudæi amiſſa patria, toto orbe diſperſi, Chriſtum dum negant, prædicant.

D. Iſid.

D populo Iudaico comparans: *Per eum*, inquit, hoc eſt, Iudæorum populum, *manifeſtatum eſt, & quodammodo publicatum, quod erat in prophetia ſecretum. Ideóque fit ſeruus fratrum ſuorum. Quid eſt enim hodie aliud gens ipſa, niſi quædam ſcriniaria Chriſtianorum, baiulans legem, & Prophetas, ad teſtimonium aſſertionis Eccleſiæ: vt nos honoremus per ſacramentum, quod nuntiauerunt illi per literam?* Eodem myſterio Vrias portabat literas, quæ mortem illi dictabant. 2. Reg. 11. num. 15. Quod D. Gregor. lib. 2. Moral. c. 16. aliàs 21. expendens: *Vrias*, inquit, *ad Ioab cum literis, quibus occidi debeat, mittitur; quia idem ipſe Iudaicus populus legem portat, qua conuincente moriatur.* Idcirco David poſtulabat à Deo, diſpergi quidem hunc populum, non occidi: *Ne occidas*, inquit, *eos, ne quando obliuiſcantur populi mei. Diſperge illos in*

E *virtute tua, & depone eos protector meus Domine.* Pſalm. 58. num. 12. Vbi D. Bernard. epiſt. 322. Iudæos hoc loco interpretatus: *Viui quidem*, inquit, *apices nobis ſunt repræſentantes Dominicam paſſionem. Propter hoc diſperſi ſunt in omnes regiones, vt dum iuſtas tanti facinoris pœnas luunt, teſtes ſint noſtræ redemptionis.*

D. Greg. *Scriptura perfidus Iudæus, Vriæ litera.*

D. Bern.

Honores Iudæis adempti.

9\. SEd iam ad alterum bonum ex ijs, quæ fortunæ appellantur, nempe honorem. Quanto cecidit de honore Synagoga? quantis conſperſa oppro-

Maria in Synagoga typum conſputa dicitur. Conſpui apud Iudæos extremum dedecus.

brijs erubeſcit? Ad Moyſen pro ſorore ſua deprecantem reſpondit Dominus: *Si pater eius ſpuiſſet in faciem illius, nónne debuerat ſaltem ſeptem diebus rubore ſuffundi?* Num. 12. num. 14. Conſpui apud Hebræos extremi dedecoris indicium erat. Vnde qui recuſabat accipere vxorem fratris ſui defuncti ſine liberis in ſummæ ignominiæ coram diſcalceari, & conſpui iubebatur. Deut. 25. n. 9. Et Iſaias ſignificaturus omnes gentes cum Deo comparatas viliſſimas eſſe, ac deſpicatiſſimas: *Ecce*, inquit, *gentes quaſi ſtilla ſitulæ, & quaſi momentum ſtateræ reputata ſunt.* Iſaiæ 40. n. 15. Addunt Septuaginta: *Quaſi ſaliua reputabuntur.* Seu, vt legit Orig. ſtatim citandus, *Et ſicut ſputum repudiata ſunt.* Quare & Iudæi, vt Chriſtum Dominum non vulgaribus afficerent ignominijs, ſed omnium quæ fieri poſſunt, abiectiſſimis, *expuerunt in faciem eius.* Matth. 26. n. 67. Dicitur igitur hoc loco Maria ſoror Moyſis, ſeu potiùs in myſterio Synagoga, interprete Origen. hom. 7. in Numer. conſputa, in ſignum repudij, & dedecoris, & extremi opprobrij, ac ignominiæ. *Oſtenditur*, inquit Orig. *in hoc, quod etiam populus ille, ſicut gentes terræ, quæ vt ſputum reputantur, abiectus eſt. Et re vera ſi conſideres honorem illum priorem, cum pontificalis apud eos ordo florebat; cum inſignia ſacerdotum, cum Leuitica miniſteria, cum majeſtas templi, cum propheticus ſplendor, & cum cæleſtibus ſuper terram conſortijs vtebantur; quis honor fuit ille? quæ gloria? Et rurſum ſi nunc aſpicias, quanto dedecore horreſcant, ſine templo, ſine altari, ſine ſacrificio, ſine propheta, ſine ſacerdotio, ſine vlla cæleſti viſitatione diſperſi per omnem terram, profugique viuentes: quis non euidenter agnoſcat, quod conſpuit pater illius in faciem eius, & perfudit vultum eorum ignominia?* En opprobria, & ignominiæ, quibus Iudæi obruuntur.

Septuag. Orig.

10\. *Primaria olim Iudæorum dignitas, in ſummum dedecus deuoluta.*

Olim inter cæteros populos Iſraëliticus primatum dignitatis, & honoris obtinebat. *Non eſt alia natio tam grandis*, inquit Moyſes Deut. 4. n. 7. Et rurſus: *Quæ eſt alia gens ſic inclyta?* Ibid. num. 8. Tandem cum Deus alios alijs populis honorum gradus diſtribueret, populum Iſraëliticum in gradum honoris ſibi proximum cooptauit. *Pars autem Domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius.* Deut. 32. num. 9. Sed quis te, ô Iſraël, à primo honoris gradu in poſtremum reuocauit, in quem hodie ſine dubio deuolutus es; niſi tua illa cæcitas, & temeritas, quâ in tuum Meſſiam inſurrexiſti? *In die illa*, inquit Dominus, *erit Iſrael tertius Ægyptio, & Aſſyrio.* Iſaiæ 19. num. 24. Quaſi diceret, Iſraël, qui Ægyptijs, & Aſſyrijs gloria, & honore anteibat; nunc retrorſum actus, eorum ſequitur veſtigia, qui apud Deum viliſſimi, & abiectiſſimi reputabantur; & qui primum dignitatis locum non ſolùm inter hos duos, ſed etiam inter omnes populos occupabat, nunc ad poſtremum omnium reiectus, non mediocriter erubeſcit. Sic exponit D. Cyrill. Alex. *Dicitur*, inquit, *Iſrael primogenitus inter filios; cùm autem in Chriſtum debaccharentur, gentibus ſubditi ſunt.* Et paulò poſt: *Numeratur tertius Iſrael: Dominum enim occidit; & poſitus eſt in tergum, quemadmodum ait Dauid.* Vbi alludit ad illud: *Quoniam pones eos dorſum.* Pſalm. 20. num. 13. Seu, vt habent Septuag. *Quoniam pones eos humerum.* Hoc eſt, reijcies in humerum, deſpicies, contemnes, nullo pretio habebis: quos antea præ oculis ferebas, nunc tanquam inuiſos in tergum reuocabis.

D. Cyrill. Alex. Septuag.

11\. *Abiectiſſimus quondam populus gentium, nunc Iſraëlitico ſublimior, & glorioſior.* Theod.

Huc pertinet illa in populum Iſraëliticum maledictio: *Aduena, qui tecum verſatur in terra, aſcendet ſuper te, eritque ſublimior: tu autem deſcendes, & eris inferior.* Deut. 28. num. 45. Vbi Theodor. quæſt. 34. docet, innui per hæc *vocationem gentium ad cultum diuinum, & ipſorum Iudæorum incredulitatem, & eam, quæ poſtea contigit, ab Aſſyriis, Babylonis, Macedonibus, & tandem à Romanis obſidionem, & calamitatem illorum.* Quam quis non miretur viciſſitudinem? cùm populus gentium, ille deſpicabilis, ille pannus menſtruatæ, ille canis mortuus, ille cadauere pollutior, denique illud vulgus promiſcuum, quod de Ægypto cum Hebræis aſcendit, ſeruiturum, & abiectiſſima quæque miniſteria, tanquam viliſſimum mancipium obiturum; ille, inquam, populus tam multis nominibus Iſraëlitico populo inferior, aſcendet ſuper eum, eritque ſublimior: at verò populus Iſraëliticus, ille filius, ille primogenitus, ille dilectus, ille qui ferebatur præ oculis, qui ſcribebatur in manibus, qui portabatur in humeris, qui in ſinu, & in corde tanquam pretioſus theſaurus claudebatur; ille, inquam, deſcendet, eritque inferior. Proh pudor, & ignominia!

12\. *De gentium gloria, & ſua ipſorũ ignominia Iudæi erubeſcunt.*

Non immeritò prædicit Dominus fore, vt confundatur Iacob, & eius vultus erubeſcat. *Cum viderit*, inquit, *filios ſuos opera manuum mearum in medio ſui ſanctificantes nomen meum; & ſanctificabunt ſanctum Iacob, & Deum Iſrael prædicabunt.* Iſaiæ 29. num. 23. Hoc eſt, cùm Iudæi viderint Apoſtolos, & Apoſtolicos viros, humiles quidem, abiectos & contemptibiles; nihilominus miracula operantes, diabolicam tyrannidem confringentes; totum denique orbem ad vnius confeſſionem fidei, & agnitionem Chriſti Domini in Eccleſiam congregantes; cum, inquam, hæc viderint, magno rubore ſuffundentur: non ſolùm quia videbunt Apoſtolos, ſine vlla ſpe temporalis lucri, totum orbem facilè conuertiſſe, cum tamen ipſi præ cupiditate maioris mercedis deuorandæ, circumeuntes mare, & aridam, vix facerent vnum proſelytum. Matth. 23. n. 15. ſed etiam, quia videbant populum gentium à ſua priſtinâ ignobilitate eductum, & ſumma in dignitate collocatum; ſe verò à ſuo honore præciſos, & à ſua felicitate deiectos, in maiorem, quàm gentes habuerint, vilitatem abijſſe. *Selectus enim erat*, inquit D. Cyrill. Alex. *ex omnibus gentibus Iſrael, & veluti ſors quadam eximia Deo; ſed cum impiè egerunt in Chriſtum, agnitis ſuis peccatis erubeſcent, & veluti retrò cedent, vt qui tales nolint videri.*

D. Cyril. Alex.

13\. *Iudæorum ignobilitas inter mancipia, imò inter iumenta cõmorantium duæ tribus, & dimidia citra Iordanem remanentes repræſentant.*

Erubeſcite, ô Hebræi, à prima illa dignitate, in extremam quandam ignobilitatem deuoluti. Primogeniti quondam, nunc verò ne cum nouiſſimè quidem genitis conferendi; ſed potiùs ad mancipia, imò & ad iumenta relegandi. Totus quondam Hebræorum exercitus emenſa ſolitudine tandem peruenit ad Iordanem, paulò poſt tranſeundum. Sed cùm nouem tribus, & dimidia Iordanem feliciter traiecerint, ibique traditam ſibi à Ioſue hæreditatem occuparint; tamen duæ tribus Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manaſſe citra Iordanem habitare maluerunt: ibique acceptis à Moyſe poſſeſſionibus, fixiſque ad habitandum domicilijs, ſuæ vltra Iordanem hæreditati renuntiarunt. Num. 32. à num. 1. Notat verò Origenes homil. 26. in Numeros, harum tribuum principes Ruben, Gad, & Manaſſen, omnes fuiſſe primogenitos. Ruben quidem ex Iacob, Geneſ. 29. num. 32. Gad verò ex matre Zelpha, Geneſ. 30. numero 10. Manaſſen denique ex Ioſepho, Geneſ. 42. numero 51. Cur ergo primogeniti promiſſam ſibi à Deo hæreditatem repudiarunt, & citra Iordanem ſuas ſibi ſedes, & poſſeſſiones elegerunt; niſi, vt interprete Origene, populum Iudaicum ſignificaret, olim quidem primogenitum, ſed nunc non ſolùm ab ea dignitate deturbatum,

Orig.

batum, ſed etiam è filiorum numero expunctum: imò inter mancipia, & quod multò ignobilius eſt, inter ipſa iumenta conſtitutum.

14. De quo ne dubites, cauſam attende, cur eſſe ciſiordanenſes, ſeu habitare citra Iordanem voluerunt. Nam ad Moyſen concurrentes, loquentéſque de terra citra Iordanem, *Regio*, inquiunt, *vberrima eſt ad paſtum animalium, & nos ſerui tui habemus iumenta plurima; precamurque, vt des nobis famulis tuis eam in poſſeſſionem.* Num.32.n.4.& 5. Itaque vt ſua iumenta pinguiori ſolo, vberiorique paſtu nutrirent; ſuo ſe honore abdicarunt; & hæreditatem iure primogenituræ inter omnes gentes poſſidendam abiecerunt.

Orig. *Hæc ergo cauſa eſt*, inquit Orig. *quia prior populus ad hereditatem illius terræ, quæ lacte fluit, quæ melle* B *abundat, quæ fauus mellis eſt præ omni terra, non potuit peruenire, nec verbum carnem factum potuit agnoſcere, quia multa iumenta habebant, & multa pecora.* Et in hanc ſententiam explicat illud Apoſtoli, *Animalis autem homo non potuit percipere, quæ ſunt ſpiritus Dei*, 1. Cor.2. n 14. & illud Dauidicum: *Homo cum in honore eſſet, non intellexit; comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.* Pſal 48.n.13. Igitur qui primogeniti erant, non ſolùm filiorum nomine, & honore ſpoliantur; ſed etiam ad iumentorum conſortia abiiciuntur.

15. *Iudæorum vilitas.* Quare Hebræis omni honore denudatis, quid ſupereſſe poterat, niſi vt nullo in pretio apud homines haberentur? Ita planè factum; iuxta illam maledictionem populo Iſraëlis diuinitus inflictam; *Reducet te Dominus claſſibus in Ægyptum, &c. Ibi venderis inimicis tuis in ſeruos, & ancillas, & non erit, qui emat.* Deut.28.n.68. Vbi miranda eſt Iudæorum vilitas, cum venales propoſiti, ne pro minimo quidem pretio emerentur. De qua re Lyran. ad eum locum; *Hoc*, inquit, *fuit per Titum, & Veſpaſianum; quia vt dicit Ioſephus libro de Iudaico bello, capta Ciuitate Hieruſalem, multi Iudæi fuerunt captiui, in tantum, quod dabantur triginta pro vno denario, vt dicunt aliqui: & ideo oneratæ fuerunt plures naues de illis, quibus ducti ſunt in Alexandriam, quæ eſt in Ægypto, vt ibi revenderentur cariùs à mercatoribus.* Eandem Iudæorum vilitatem ſignificauit Deus. *Ecce*, inquit, *in iniquitatibus veſtris venditi eſtis.* Iſai.50.num.1. Vbi

Lyran. *Triginta Iudæi pro vno denario venditi.*

Lyran. rursùs Lyr. docet hanc prophetiam impletam eſſe, cum Iudæi per Romanos in ſeruos, & ancillas vendebantur. Et addit, quod ſupra dixerat, non defuiſſe aliquos venditores, *qui triginta Iudæos pro vno numiſmate darent*: & citat Hugonem Floriacenſem,

Hug. Flor. qui non ſine myſterio celebratam fuiſſe hanc Iudæorum venditionem arbitratur. Nam ſicut Iudæi Chriſtum Dominum triginta argenteis emerunt; ita vice verſa æquum fuit, vt triginta eorum, vno tantùm argenteo venderentur. Sic & Dauid: *Vendidiſti*, inquit, *populum tuum ſine pretio.* Pſal.43.n.13. Hoc eſt; pretio tam vili, & exiguo, vt nullum reputetur. Aquila apud D. Ambroſium, *Tradidiſti populum tuum, vt non eſſet.* Symmachus, *Tradidiſti populum tuum ſine ſubſtantia.* Nec immeritò; vt pretium merci reſponderet: & populus nihil, pro nihilo E venderetur. Eſſe autem nihili Iudæos, rectè concludit D. Ambr. *Non ſunt enim*, inquit, *qui repudiantur à Chriſto.* Sicut è contrario, *Sunt autem*, inquit, *qui eliguntur à Domino: quoniam Dominus vocat, quæ non ſunt, tanquam quæ ſint.* Rom.4.n 17.

Aquila. Symm. *Iudæi, quia nihil, pro nihilo vendebantur.* D. Ambr.

16. Sed obiter aduerte, in citatis ſcripturæ locis mentionem fieri de Iudæorum venditoribus, non de emptoribus. Duplici de cauſa. Vna, quia emptores rari erant, putidam enim mercem, & inutilem, etiam vili pretio oblatam plerique repudiabant. Altera, vt maior Iudæorum vilitas exprimeretur. Nam cum omnes venditores ſo- A leant ſuis mercibus, auarè pretium ſtatuere; & plus aliquid exigere, quàm valeant: certè venditores Iudæorum viliſſimum pretium exigebant; rati nullum pretium offerri poſſe tam vile, quo illa merx vilior non eſſet. Notat vlteriùs D. Ambroſius, neminem vendere ſolitum, niſi ſeruum ſibi inutilem, cuius opera non indigeat. Cum igitur Deus Iudæos vendat, inutiles ſignificaſſe; imò cum gratis vendat, etiam pernicioſos. Infelix ſeruus Iſraël, qui Domino ſuo non ſolum commodum non afferat, ſed etiam inferat nocumentum: omninò quidem, & ſine pretio vendendus. Contra verò neminem emere ſolitum, niſi ſeruum ſibi vtilem, & cuius opera indigeat: & quò vtiliorem ſperat, eò maius pretium offerre. Cum B igitur Chriſtus Dominus emerit populum gentium, vtilem ſperaſſe: & cum magno pretio emerit, iuxta illud: *Empti eſtis pretio magno.* 1. Cor.6. num.20. Quod iterum magis declaratur, *Non corruptibilibus auro, vel argento redempti eſtis; ſed pretioſo ſanguine agni immaculati Chriſti, &c.* 1.Petr. 5.num.18. Cum, inquam, maximo pretio emerit, non dubitaſſe vtiliſſimum ſibi futurum: in inuidiam planè non exiguam Iudæorum: qui quem honorem amiſerant, ſentiant ad populum gentium translatum.

D. Ambr. *Iudæi, quia ſerui inutiles, imò etiã pernicioſi, gratis à Deo venduntur.*

Populus gentium magno pretio à Chriſto emptus.

Regnum Iudæis ſublatum.

C VEnio ad illud tertium fortunæ, vt vocant, bonum: ſcilicet imperium. Vbi, quæſo, eſt, ô Iſraëlitæ, veſtrum regnum? Agite, luſtrate orbem, pergite ad ortum, redite ad occaſum, vtrumque mundi cardinem peragrate. Dicite, fidem imploro veſtram, non alienam; inueniſtis? Credo, non tanta vos tenet impudentia, vt affirmetis. Meminiſtis illius arundinis, quam olim in manum Regis veſtri Chriſti Domini intuliſtis, ad opprobrandum ei regnum commentitium, vt putabatis? Tale tunc erat regnum veſtrum arundineum, ſeu calamus quaſſatus: quod proinde, ſi ſciretis, optime illud in eius manum, tanquam legitimi Regis, tradebatis. De vero Meſſia Chriſto Domi- D no. Propheta, *Calamum*, inquit, *quaſſatum non conteret, linum fumigans non extinguet.* Iſai.42. num.2. Quid hic calamus, quid hoc linum ſignificarit, optimè declarat D.Greg lib.33. moral. c.3 *Iudæorum*, inquit, *regnum calamo comparatur. Quid enim calami nomine, niſi populi Iudaici temporal. regnum denuntiat? Virens quidem exteriùs, ſed interiùs vacuum. Et quia in eodem populo genus iam regale defecerat: & regnum eius alienigena poſſidebat: aptè hoc regnum calamum quaſſatum vocat.* En quale tunc erat regnum Iudæorum, calamus quaſſatus. *Quid verò*, addit D. Gregorius, *per linum, niſi eius ſacerdotium exprimitur, quod lineis nimirùm veſtibus vtebatur? Quod quia in aduentu Domini charitatis ardorem perdidit, quaſi amiſſo iam igne fidei, non ardens, ſed fumigans fuit.* En verus Hebræorum ſacerdotium iam ſub id temporis, fumigans linum. Fateor Chriſtum Dominum, quæ illius fuit manſuetudo, & clementia, non irruiſſe violentum ad conterendum illum calamum, hoc eſt, ad euertendum illud regnum: neque ad extinguendum illud linum, hoc eſt, ad deſtruendum illud ſacerdotium. Quod rectè expendens D. Greg. citatus, *Incarnatus*, inquit, *Dominus, calamum quaſſatum non confregit, & linum fumigans non extinxit, quia Iudææ regnum, quod penè deſtructum iam fuerat, eiúſque ſacerdotium, quod ignem fidei non tenebat, non poteſtate iudicij perculit, ſed cum patientiæ longanimitate tolerauit.* Nihilominus cum paulò poſt in illam Iudæorum ſyluam tanta Romanorum tempeſtas 17.

Iudæorum regnum calamus quaſſatus D Greg.

Iudæorum ſacerdotium linum fumigans.

tempeſtas incubuerit: quî potuit calamus quaſſatus non collidi, ac diffringi; & linum fumigans non perflari, & penitus extingui? Hoc eſt, quî potuit totum illud, & regnum, & ſacerdorium tantis agitatum procellis non collabi, non aboleri.

18. Ex duobus illis Iudæ filijs, Zaram prior in mundo apparuit, ſed poſterior exiuit. Nam *illo retrahente manum, egreſſus eſt alter*. Geneſ. 38. num. 29. Atque adeo ius quod habebat ad regnum, protſùs amiſit: non enim huius poſteri regnarunt, ſed fratris Phares. Vt ſignificaret populum Iudaicum, non ſolùm de iure, quòd habebat ad regnum, ſed de regno, quod iam poſſidebat, deturbatum. At quam ob culpam, niſi quòd manus ſuas ſui Meſſiæ ſanguine imbuit, ac profanauit? Quod interprete Rupert. ſignificauit illa manus coccino ligata, quam puer naſciturus retraxit in vterum. Vt enim illa manus rubro filo conſtricta fuit; ita Iudæorum manus Chriſti ſanguine polluta. Abſit igitur, vt populus, qui manus ſuas Chriſti ſanguine temerauit, ſceptrum teneat: qui ſuum Meſſiam proprijs veſtibus exuit, purpuram induat: qui ſuum ſeruatorem coronauit ſpinis, diademate coronetur: qui denique ſuum regem occidit, regno potiatur. Vtinam temporarium tantùm amiſerit, ſed de æterno etiam excludendum, addit Rupert. lib. 8. in Geneſ. c. 30. *Vnus*, inquit, *ille, qui primo manum protulit; Iudaus eſt, qui primus legem accepit, & cui primum oportebat loqui verbum Dei. At ille repulit illud, & indignum ſe indicauit æternæ vitæ.*

Iudæorum populus in Zaram typicè figuratus, manibus Chriſti ſanguine pollutis regnum omiſit.

Rupert.

Æternum etiã regnum Iudæi perdiderunt.

19. Sed ad recuperandum æternum regnum, quod amiſiſtis, ô Hebræi, adhuc vobis, dum viuitis, remedium ſupereſt; pœnitentia. De temporario actum eſt: ſpes omnes abijcite; ſin minùs, agite quidquid vultis, nunquàm ſane illud recipietis. Non ſine myſterio tota illa Hebræorum regum ſeries ex adulterino thoro emanauit. Nam Iudas totius regni caput, ex Thamar, non quidem legitima vxore, ſed nuru; genuit Phares; à quo cæteri propagati; qui Iſraëliticum regnum tenuere; vt patet Geneſ. 38. à n. 12. & Matth. 1. à n. 3. Quorsùm verò ex trunco tam infelici tota illa regum arbor pullulauit, & in multiplices ramos ſe expandit? Duplicem, credo, ob cauſam. Vnam, vt haberet totus ille populus, & præſertim regius ille ordo genio ſuo arrogans, & regni conditione arrogantior, vnde erubeſceret, perpetuoque admoneretur, ne ſuperbiret: ſed prima ſuæ ſtirpis cunabula contemplatus, à faſtu decideret, & ſe in humilitate contineret. Ita eleganter Rupert. lib. citato in Geneſ. c. 28. *Vbique*, inquit, *Deus gratia ſua dona circa dilectos ſuos diſpenſat, ac moderatur; quatenus, & iuſtitia fidei ſit, vnde prædicetur, & præſumptio carnis ſit, vnde non glorietur: vt iuxta Apoſtolum, omne os obſtruatur, & ſubditus fiat omnis mundus Deo, vt non glorietur omnis caro coram illo.* Rom. 3. n. 19. & 20. Quam theſim diſertè propoſitam hoc vno confirmat argumento. *Ecce enim*, inquit, *Iudæis carnalibus; in carne gloriantibus, magna erat confidentia, quod patres eorum vocati ſunt ſancti: & ipſi ſanctas habuere coniuges, alienigenas, id eſt, Chananæorum, inter quas habitabant, filias, abominati. Sed ecce os illorum obſtruit alienigena Thamar, & adulterinus Iudæ concubitus, vnde duces ſuos, prophetas ſuos, & ſe ipſos emanaſſe, ſi diſſimulare veline, palam coarguantur. Omnis gloria gentis, cuncta nobilitas populi huius ex hoc adulterio profluxit. Vt omne os obſtruatur, & de meritis ſuis nemo glorietur, ſitque ſolus iuſtus, & iuſtificans eum, qui ex fide eſt, Deus.* Ita Rupertus quam aptiſſimè ratiocinatur.

Tota Hebræorum ſeries ex adulterino thoro cur emanauerit.

Primò, vt Iudæi de ſua ſtirpe ſuperbirent.

Rupert.

20. Alteram ad rem præſentem, vt tacitè ſignificaretur totus ille ſtatus regum Hebræorum tandem ruiturus, & ad extremam ignobilitatem, atque infelicitatem præcipitandus; iuxta illam comminationem diuinam: *Filij adulterorum in conſummatione erunt: & ab iniquo thoro ſemen exterminabitur. Et ſi quidem longæ vitæ erunt, in nihilum computabuntur: & ſine honore erit nouiſſima ſenectus illorum.* Sap. 3. n. 16. & 17. Quas minas quis non videt in Hebræorum regibus completas, in veras pœnas abijſſe: quorum alij immatura morte conſumpti; alij violenta ſublati; alij inhonora extincti; omnes denique non ſolùm à regno, ſed etiam ab oculis erepti, penitùs euanuerunt. Nemoque de illorum poſteritate ſupereſt, niſi vt exilium, vt ſeruitutem, vt ignobilitatem, vt extremam miſeriam patiatur. Itaque regnum adulterorum concidit: & ſi carne adulteros tanta ruina oppreſſit; adulteri fide, quanto exitio inuolui debuerunt.

Secundò, vt Iudæorum regnum ruiturum in extremam ignobilitatē præcipitandū ſignificarent.

21. Sed ne de veſtro infortunio dubiteris, ô Hebræi, conſulite maiores veſtros ſucclamantes, *Non habemus Regem niſi Cæſarem.* Ioan. 19. 15. Statis eorum dictis? Credo; ſtare debetis: præſertim cum fuerint pontifices, qui in hanc vocem erupetunt: quorum vos auctoritatem pluris faciendam iudicatis. Atqui Cæſar Gentilis erat, non Iudæus: ergo Iudæum regem non habetis: ergo Iudaicum regnum aboleuit. Cernitis, quo veſtra vos ſententia induxerit; ad id, quod eſt, etiam inuitos, confitendum? Sed hinc vlteriùs ad veſtra, quæſo, oracula recurrite. Quis veſtrum ignorat, *Non auferendum ſceptrum de Iuda, & ducem de femore eius, donec veniat, qui mittendus eſt.* Geneſ. 49. n. 10. hoc eſt, donec veniat Meſſias? Si igitur ingenuè fatemini, vt deberis, iam regem de Iuda defeciſſe; quid ſtolide negatis, nondum Meſſiam aduentaſſe? *Ecce Rex tuus, & Saluator tuus venit tibi:* duo illi clamant vates, Iſaias cap. 62. num. 11. & Zacharias cap 9. n. 9. Sed vos naturali veſtro regi, Cæſarem alienigenam prætuliſtis, hunc potiùs, quàm illum præoptaſtis: habete quod elegiſtis. *Iſrael*, inquit D. Cyril. Alex. lib. 12. in Ioan. c. 26. *calce regnum Dei percuſſit; & ad principatum Cæſaris transfugit. Quare non iniuria manibus Cæſaris traditus in intolerabiles belli calamitates incidit.*

Iudas ſine rege.

D. Cyril.

22. Rhamnum quondam elegerunt ligna in regem; ſub cuius vmbra conflagrarunt. Iudic. 9. n. 15. Sic Iſraëlitæ Cæſarem in regem elegerunt, à quo de regno pulſi, æternam ſeruitutem patiuntur; quia nullam turpiorem eſſe poſſe, teſtatur D. Bern. lib. 1. ad Eugen. c. 3. *Nulla*, inquit, *turpior ſeruitus grauiorve, quam ſeruitus Iudæorum; quam quocunque ierint, poſt ſe trahunt. & vbique dominos offendunt ſuos.* Confugiant ad Italiam, Galliam, & Germaniam; ibi dominos offendunt ſuos: totam Europam, Africam, & Aſiam circumuagentur; ibi miſeram ſeruient ſeruitutem: terras, mariáque omnia, totum denique mundum circunferantur: totus illis mundus carcer erit, quia totus eos mundus contemnit; nec aliter, quàm viliſſimis mancipijs dominatur. Imò totus mundus eorum ſeruitutem, & calamitatem, ſi eam ipſi diſſimulent, conteſtatur. Vnde D. Gregor. Nazianz. orat. 12. quæ eſt prima de pace, ad finem, multa de Iudæorum miſerijs præfatus, *Vna*, inquit, *illis calamitatis columna totus terrarum orbis eſt.* Quaſi diceret, vt Elias Cretenſis interpretatur, *Quemadmodum columnæ ex ære, vel lapide excitata, aut vituperationes aut ærumnas aliquorum continentes, prætereuntibus illas ſpectandas exhibent; ſic totus terrarum orbis, per quem Iudæi diſperſi ſunt, & cultus ipſorum extinctus, & Hieroſolyma ſolum, quod vix iam agnoſcitur, inſtar columnæ prædicant, quæcunque ipſis horrenda acciderint.*

D. Bern.
Miſeram Iudæorum ſeruitutē vniuerſus orbis teſtatur.

D. Greg. Naz.
D. Cyrill.
Iudæorum calamitatis columna totus eſt orbis.

Huc

23. *Miſera Iudæorum ſeruitus.*

Huc tua proceſſit dignitas regia, ô Iſraël: qui ſeruire ſub Cæſare, quàm regnare ſub Chriſto maluiſti: *Eris ſeruus ſeruorum fratribus tuis*; tanquam impius ille Cham. Geneſ. 9. n. 25. *Fratri tuo ſeruies*; tanquam profanus Eſau. Gen. 27. n. 40. Tuos ille *frater minor*, hoc eſt, populus gentilis, *maior te erit*: ſicut Ephraim ætate minor, dignitate maior fuit, quàm Manaſſes. Gen. 48. n. 15. ne manum ſceptro præpares, quod nunquam recuperabis, ſed ſcapulam oneri perpetuo ſeruiturus. Hoc enim myſterium fuit, cur Abraham ancillæ ſuæ Agar onus impoſuit non in capite, ſed in ſcapula. Geneſ. 21. n. 14. Vt ſignificaret Synagogam à Deo eiectam, ac repudiatam, nunquam ampliùs caput ad coronam, onúſque imperij: ſed ſcapulam ad laborem, ac ſeruilia miniſteria habituram. Et ne dubites perpetuam tibi fore ſeruitutem, & priorem tuorum Regum ſtatum, nunquam ampliùs reuocandum: memineris illud oleum, ex quo olim tui Reges vngebantur: eóſque ad vſus in templo ſeruabatur, penitus defeciſſe: illúdque Daniel. 9. num. 26 iuxta Septuaginta: *Exterminabitur vnctio*: iam impletum eſſe: quia iam exinanitum eſt illud oleum: iam confractum illud cornu, imò iam collapſum illud templum, in quo illud olei cornu reponi, ac ſeruari conſueuit. Quo ex loco rectè argumentatur Tertull. lib. contra Iudæos, c. 13. vbi de totius Iudææ vaſtitate, & excidio loquitur: *Ergo*, inquit, *non eſt illic vnctio, quia nec templum, vbi erat cornu, de quo Reges vngebantur. Sic ergo non eſt vnctio, vnde vngetur dux? &c.* Supereſt ergo, vt de regno temporario deſperes de æterno, ſi non vis ſpem abijcere, crede.

Iudæorum onus pro ſceptro.

Oleum, quo Iudæorum reges vngebantur conſumptum. Septuag.

Tertull.

SECTIO IV.

Spiritualibus huius vitæ bonis Iudæi ſpoliantur.

1. *In prima Babylonis captiuitate temporalia tantum bona, in ſecunda Romanorum, ſpiritualia etiam Iudæi perdiderunt.* D. Greg. Naz.

HActenus de bonis temporalibus, quorum iacturam Hebræi incurrerunt. Leuiùs quidem ferendam, ſi bonis ſpiritualibus fruerentur: verùm cum his quoque exuantur, quis eorum calamitatem ſatis dignâ commiſeratione lamentetur? D. Greg. Naz. orat. 12. comparat priorem Iudæorum captiuitatem per Babylonios inductam; cum poſteriori per Romanos illata; & fatetur ſe priorem illam multis lacrymis proſequi conſueuiſſe: poſteriorem tamen nullis poſſe lacrymis exæquari: *Equidem*, inquit, *vt de me loquar, quoties Threnos lectito, vocem mihi intercludi ſentio, lacrymiſque obruor, eámque calamitatem veluti ob oculos poſitam videre videor, ac Ieremia collamentor. At verò poſtremam Iudæorum plagam, & è ſedibus ſuis migrationem, ac ſeruitutis iugum, eorum capiti nunc incumbens, celebrémque illam ſub Romanis oppreſſionem; ecquis eorum, qui lamentationes conſcribere, atque oratione calamitatem adæquare norunt, ſatis dignè deplorabit?* Nec immeritò illa calamitas acerbè quidem fuit deploranda: hæc autem acerbiſſimè. Nam in illa Iudæi ita bona temporalia amiſerunt, vt adhuc præſtantiſſima quædam ſpiritualia retinerent: adhuc enim Prophetas, & legem, & ſcripturam, & fidem, & quod eſt omnium caput, ſpem de vero Meſſia conſeruabant. In hac verò, miſerrimorum omnium bonorum & temporalium, & ſpiritualium naufragium patiuntur.

2. *Duplex bonum ſpirituale Iudæis ereptum.*

Cæterùm cum ex bonis ſpiritualibus alia in hac vita poſſideantur: alia in futura poſſidenda reſeruentur: vtraque ſine dubio Iudæis ſuo Iudaiſmo adhærentibus eripiuntur. Illud priùs in præſenti ſectione, hoc poſterius in ſequenti illoſtra-A bo. Igitur tota illa bonorum ſpiritualium aggregatio, quæ olim in Synagoga florebat, vel exaruit, vel ſub aliâ formâ conſtituta ad Eccleſiam commigrauit. Quod Tertul. lib. de orat. cap. 1. rectè obſeruat: *Quidquid*, inquit, *retrò fuerat, aut demutatum eſt, vt circumciſio; aut ſuppletum, vt reliqua lex; aut impletum, vt prophetia; aut perfectum, vt fides ipſa, omnia de carnalibus in ſpiritualia renouauit noua Dei gratia, ſuperducto Euangelio, expunctrice totius retrò vetuſtatis.* Tertull.

3. Illud, quod de Deo prædicat Apoſtolus: *Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.* Iacob. 4. num. 6. optimè ſeruatum eſſe in hac viciſſitudine bonorum ſpiritualium, quæ à Synagoga ad Eccle-B ſiam transferuntur, rectè probat D. Aug. & confirmat ex Dauide, Pſalm. 106. à num. 33. Vbi vates: *Poſuit*, inquit, *flumina in deſertum; & exitus aquarum in ſitim; terram fructiferam in ſalſuginem à malitia inhabitantium in ea* Quis non miretur tantam ariditatem ex tanta viriditate conſequutam? Sed ecce quomodo Deus ſuperbis reſiſtat: qui veterem illam Synagogam tot bonorum ſpiritualium amœnitate floreſcentem, ſubitò areſecit: *Quæris ibi*, inquit D. Auguſt. *fidem Chriſti, non inuenis: quæris Prophetam, non inuenis: quæris ſacrificium, non inuenis: quæris templum, non inuenis. Quare hoc? Vnde? quo merito? A malitia inhabitantium in ea. Ecce quomodo ſuperbis reſiſtat.* Pergit verò Dauid: *Poſuit*, inquit, *deſertum in ſtagna aquarum, & terram ſine aqua in exitus aquarum*: ibid. C num. 35. Quis non miretur tam vberes fontes ex tam areſcenti ſolo prodeuntes? Sed ecce quomodo humilibus dat gratiam: *Quæris enim*, inquit D. Aug. *ſacerdotem, & ſacrificium apud Iudæos; non habes, nec inuenis ſecundum ordinem Aaron; quia poſuit flumina in deſertum. Quæris ſecundùm ordinem Melchiſedech, apud illos non inuenis: ſed per totum orbem celebratur in Eccleſia. Ab ortu enim ſolis vſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.* Malach. 1. 0. 11. *Vbi erant immunda ſacrificia, quando deſertum erant, quando ſqualebant, quando ſalinæ erant omnes gentes, ibi nunc fontes, ibi nunc flumina, ibi nunc ſtagna aquarum.* Hactenus Auguſtinus diſertiſſimè.

D. Aug. Iudæorum ſuperbiam omnium bonorum ſpiritualium ariditate Deus retundit.

D. Aug.

Gentium humilitas noui ſacrificij gratia exaltatur.

4. D Inter alia diuinæ potentiæ, ac prouidentiæ miracula, quæ Iob latè proſequitur, eſt illud: *Qui tranſtulit montes, & neſcierunt.* Iob 9. n. 5. Seu, vt habent Septuaginta: *Qui in vetuſtatem producit montes, & neſciunt.* D. Ambr. lib. de interpellatione in Iob c. 5. per hos montes, quos Deus in vetuſtatem perducit; ſeu, vt ipſe legit, *quos facit inueteraſcere*, intelligit veteres Patriarchas & Prophetas, apud quos Moſaica lex ſumma in obſeruantia vernabat, & floreſcebat: quæ tamen modò penitus exareſcit; nouam ſe in amœnitatem Chriſti Domini Eccleſia induente: *Venit*, inquit, *Dominus Ieſus, innouatus eſt Chriſtianus, inueterauit Iudæus. Renouata eſt gratia, inueterauit litera. Euertit montes, & conuertit. Euertit enim, & ſubruit intellectum ſecundùm literam; & ſtatuit in-E tellegentiam ſpiritualem. Centurio agnoſcit alienum; Leuita non recognoſcit ſuum. Gentilis veneratur, Iudæus abiurat.* En mira bonorum ſpiritualium à Synagoga in Eccleſiam tranſlatio. Emarcuit in Synagoga omnis illa priſtinæ ſanctitatis pulchritudo, quæ in Eccleſia perfectior germinauit.

Synagoga vetuſtas in Eccleſia gentium per Chriſtum renouatur. Septuag. D. Ambr.

5. Cum Bethſaidam Chriſtus Dominus ingrederetur; *adducunt ei cæcum, & rogabant eum, vt illum tangeret.* Marc. 8. num. 22. Quid verò Chriſtus Dominus? *Apprehenſa manu cæci, eduxit eum extra vicum.* ibidem num. 23. D. Petrus Chryſolog. ſerm. 176. Cæcum in vico, Iudæum in Synagoga interpretatur. Cæcum igitur, hoc eſt, Iudæum ſanaturus, ait D. Petrus Chryſolog. *Eduxit eum foras: vt in* D. P. Chryſ.

Iudæorum cæcitas in Eccleſia tantum illuminatur.

Eccleſia

Eccleſia lucem fidei videat, per libertatem gratiæ, qui ſub legis velamine nihil videbat. Sed cur cæcus à Chriſto Domino ſanatus non ſtatim perſpicaciter videt; ſed homines inſtar arborum ambulantes videre ſibi videbatur? *Video*, inquit, *homines velut arbores ambulantes.* ibidem num. 24. D. Chryſolog. hiſtoriam ad præſens myſterium interpretatur; propoſuiſſe Chriſtum Dominum Iudæo Synagogam tanquam arborem; vt enim hæc edito fructu exareſcit; ita illam producto iam Meſſia, exſiccandam: *Imponit*, inquit, *ei primùm manum, vt videat tranſire vmbram legis: vt Sacerdotes, Scribas, Phariſæos, & figuram totam Iudaicæ obſeruantiæ, videat arbores præterire: quæ vt naſcuntur, vireſcunt, floreſcunt, fructificant, in tempore: ſic cum tempore ſeneſcunt, pereunt, euaneſcunt.* Arbor igitur fuit Synagoga, olim frugifera, nunc effœta: ſuos omnes fructus perdidit; dum omnium pretioſiſſimum Chriſtum Dominum abiurauit. Cum hoc cœco comparat ibi D. Chryſologus Saulum, olim Iudæum, poſteà Chriſtianum: qui cadendo, & reſurgendo; viſum amittendo, & recuperando, hanc, de qua agimus, ſignificauit viciſſitudinem, inter Synagogam, & Eccleſiam: illam excæcatam, & cadentem: hanc illuminatam, & reſurgentem: *Ille, magnus Paulus extra vicum, & in vita Iudæus cecidit, vt reſurgeret Chriſtianus: cæcatus eſt in lege, vt videret in gratia.* Sed cum multa ſint bona ſpiritualia, quibus Iudæi ſpoliati ſunt: ne de omnibus ſimul agendo, omnia confundantur: ſingula ſeorſim demonſtrentur.

Synagoga arbor exareſcens, poſt Meſſiæ fructum.

A B C

Templi, ſacerdotij, & ſacrorum rituum iactura.

6. *Iudæorum templum euerſum.*

IN primis templum illud magnum non tantùm Iudææ, ſed totius orbis miraculum, à Salomone ſeptem annorum ſpatio ædificatum: à Zorobabele ſexaginta ſex annorum ſpatio reſtitutum, tam diues, tam ingens, tam auguſtum; quis ita cæcus eſt, vt deſtructum neſciat? quis ita proteruus, vt reparandum credat? Deſtructum quidem vel ipſi Iudæi confitentur. Scilicet hoc illud erat, quod Propheta minabatur: *Opus veſtrum ſuccendetur, & non erit, qui extinguat.* Iſai. 1. num. 31. Aderit, qui flammas admoueat: aberit, qui auertat. Sed quis tantum incendium molitus eſt? Dicitis, Romanorum furiam. Dixerim potiùs, Angelorũ iram. Nam quemadmodum olim Rex Darius, cum Thebæ à ſuis militibus incenſæ deflagrarent, per medias flammas diſcurrebat ſuos milites magnis clamoribus obteſtatus: *Pindari domum ne comburite, Pindari domum ne comburite.* Ita planè refert Ioſephus lib. 7. de bello Iudaico, cap. 10. cum à Romanis militibus Hieroſolymæ admoueretur incendium; & iam flammæ tectorum faſtigia ſuperarent, Titum Imperatorem totâ vrbe obequitaſſe, & nutibus, manibus, & clamoribus milites compreſſiſſe, ne templum Domini comburerent, ne ſacram ædem incenderent, ne prodigium illud orbis, & totius ſanctitatis delubrum violarent: nihilominus milites cœcos ad imperium Cæſaris, vel potiùs actos ab imperio numinis in tædas, & faces ire pertexiſſe, nec priùs ab admouendo, vrgendóque incendio ceſſaſſe, quàm totum illud templum auguſtiſſimum in flammas collapſum deflagraret. Diuina planè fuit hæc vltio, nõ Romana: Templum, quod Iudæorum ſacrilegia in *ſpeluncam latronum* profanarant. Matth. 21. num. 13. Templum, à quo Angeli, vt refert Ioſephus lib. 7. de bello Iudaico, cap. 12. indignabundi recedebant, illis vocibus: *Migremus hinc, migremus hinc*, templum à quo ipſe Dominus templi, non leuiter offenſus exiuit; ne à ſceleratiſſimis Iudæis lapidaretur. Ioan. 8. n. 59. ampliùs ne ſtet: in flammas ruat, nunquam ampliùs erigendum.

Fatale Hieroſolymitani templi incendium.

Ioſeph.

D E

Ioſeph.

7. *Non Synagoga in templo ſed in Eccleſia fonte, Æthiopis Eunuchus in gentilitatis typum de fide inſtruitur.*

Ille quondam Eunuchus Candacis Reginæ Æthiopum, *qui venerat adorare in Hieruſalem.* Act. 8. n. 27. neque in vrbe, neque in Synagoga, neque in ipſo templo de fide ad ſalutem neceſſaria eruditur, aut docetur, aut illuminatur: ſed de templo egreſſus, imò à tota vrbe longo iam interuallo ſeparatus, à Philippo inſtruitur, fidei myſterijs initiatur, & de ſacro fonte ablutus, nouam viuendi rationem in Eccleſia exorditur. Vnde D. Hier. in epiſt. 103. ad Paulin. *Plus*, inquit, *in deſerto fonte Eccleſiæ, quàm in aurato Synagogæ templo reperit.* Scilicet iam illud templum euerſo fidei fundamento, quo diù ſteterat, nutabat, paulò poſt, in cineres ruiturum: vt re vera concidit. Æquum igitur non erat, vt nouus fidei candidatus in eo templo, in quo fides deſerebatur, de fide inſtrueretur.

D. Hier.

8. *Zorobabelis templum nouiſſimum dicitur, quia nunquam poſtea erigendum.*

Quis verò niſi amens dicat, templum adhuc è ſuis cineribus erigendum? Cum hoc templum nouiſſima domus appelletur: *Magna*, inquit, *erit gloria domus iſtius nouiſſimæ, plus quàm primæ.* Aggæi 2. num. 10. Vbi fit comparatio inter templum à Salomone extructum & à Zorobabele reædificatum: & cum Propheta illud appellarit, primam domum conſequenter hoc appellaturus fuiſſet, ſecundam domum: niſi magno cum myſterio nouiſſimam appellare maluiſſet: vt non tam ordinem, ſeu reſpectum ad primum templum, quàm negationẽ aliorum conſequentium ſignificaret. Quis ergo ita proteruus ſit, vt reparandum credat: & aliquid poſtremò poſterius eſſe poſſe contendat? Cui rurſus in contrarium ex diuino oraculo reclamatur: *Nolite*, inquit, *confidere in verbis mendacij, dicentes, templum Domini, templum Domini, templum Domini eſt.* Ierem. 7. num. 4. Quaſi diceret, ſi qui vobis Prophetæ ad aures inſuſurrent, templum à Salomone ſemel extructum, ſed à Babylonijs deſtructum; & iterum à Zorobabele reparatum, ſed à Romanis inflammatum, fore tertiò reſarciendum, mendaces ſunt: nolite credere. Quid Apertius. Vnde cum aliqui Iudæi Iuliano Apoſtatâ vrgente, ad tẽplum tertiò ædificandum manus admouerent; & calcis ac gypſi multa modiorum millia coaceruarent, ecce tibi ſæui exiſtunt turbines, quibus omnia diſflantur: & vberes decidunt nimbi, quibus omnia dilabuntur: imò ex effoſſis fundamentis ignis erupit, qui multos corripuit, correpturus planè omnes, niſi ab intempeſtiua pertinacia deſiſterent vt D. Chryſ. orat. 2. contra Iudæos ſub finem, & hom. 4. in Matth. D. Greg Nazianz. orat. 2. contra Iulian. Theodoret. lib. 6. hiſtor. Tripart. c. 43. pluréſque alij teſtantur.

Iudæi diruti à Romanis templum, fruſtra inſtaurare conantur.

D. Chryſ.

D Greg. Naz.

Theod.

9. *Aaronis ſacerdotium extinctum.*

At verò ſacerdotium Aaronicum ex dictis patet extinctum eſſe: magiſque ex dicendis patebit. Fuit olim verus illud ſacerdotium in virga Aaronis, quæ floruerat, adumbratum. Numer. 17. n. 8. Vt quàm citò flores exareſcunt; tam citò omne illud ſacerdotium cum ſuis omnibus ritibus, cæremonijſque legalibus interiturum portenderetur. Vbi nunc veteres illi ſacerdotes, & Pontifices? vbi Aaron? vbi Eleazarus? vbi Phinees? vbi cæteri omnes conſequentes, qui ſacerdotium ſe habituros ſempiternum inaniter gloriabantur? Nonne euanuerunt omnes, cum ſua lege pariter ſepulti, nunquam ampliùs exhumandi? non obſcurè hoc ſacrilegus ille Caiphas prophetauit, facto ipſo, neſciens quid faceret; quemadmodum aliquando prophetarat, ipſo verbo, *neſciens quid diceret*: nam cum ante illum Chriſtus Dominus ſiſteretur: *Surgens ait illi, &c.* Matth.

Impius Caiphas à ſede ſurgens, & veſtes ſcindens, Aaronici ſacerdotij interitum prophetauit.

Matth. 26. num. 62. Rurſùs cùm audiret Chriſtum Dominum cum ſumma & humilitate, & auctoritate reſpondentem, *Scidit veſtimenta ſua*, ibid. num 65. Quis non miretur & Pontificis inſaniam, & diuini Spiritus ſapientiam, qui eum etiam præ furore deſipientem, ad prophetandum impellebat? Huc ades, infauſte Pontifex. Quis vnquam iudex reum coram ſe vinctum interrogaturus de ſolio aſſurrexit? Quæ te ergo dementia impulit ad ſurgendum? Dic præterea, cur veſtes ſcindis? Neſcis te hoc facto legem ſcindere, quæ prohibet? Leuitic. 21. num. 11. ne veſtimenta à Pontifice ſcindantur? Quid facis contra legem, dum te legis ſtudioſum cultorem, & exactorem profiteris?

10. D. Hier. Planè neſciens, quid facias, tuum tibi inauguras infortunium; vt rectè D. Hieronym. ad eum locum aduertit. *Quem*, inquit, *de ſolio ſacerdotali, furor excuſſerat, eundem rabies ad ſcindendas veſtes prouocat: vt oſtendat Iudæos ſacerdotij gloriam perdidiſſe, & vacuam ſedem habere Pontifices.* Idem planè myſterium in hac Pontificialium veſtium ſciſſione

D. Leo. agnoſcit D. Leo ſerm. 6. de Paſſione: *Caiphas*, inquit, *ad exaggerandam auditi ſermonis inuidiam, ſcidit veſtimenta ſua: & neſciens, quid hac ſignificaret inſania, ſacerdotali ſe honore priuauit.* Et ſtatim ſacrilegum Pontificem, ſeruandæ legis, vt par erat, curatorem, arguit violatæ. *Vbi eſt*, inquit, *Caipha rationale pectoris tui. vbi continentiæ cingulum? vbi ſuperhumerale virtutum? myſtico illo, ſacratóque amictu ipſe te ſpolias, & propriis manibus pontificalia indumenta diſcerpis; oblitus præcepti illius, quod legeras de principe ſacerdotum: Veſtimenta ſua non diſrumpet. Tu verò, à quo iam alienabatur hæc dignitas, ipſe tibi es exequutor opprobrij: & ad manifeſtandum finem veteris inſtituti, pertinet eadem diſruptio ſacerdotij.* Quibus vltimis verbis rectè aduertit, licèt Caiphas ſuo facto ablationem ſacerdotij primariò ſignificaret; tamen ex ablatione ſacerdotij, conſequenter ſignificaſſe totam legem abolendam.

11. *Zacharias ſilentio diuinitus inflicto, ſacerdotij, & prophetiæ ruinam præfigurauit*, D. Ambr. Eandem ſacerdotij veteris tranſlationem ſignificauit Zacharias Ioannis Baptiſtæ pater. In primis quia ſacerdotio fungi dicitur *in ordine vicis ſuæ*, Luc. 1. n 8 illa enim ſacerdotum miniſtrantium viciſſitudo, ſacerdotij inſtabilitatem, ac mutabilitatem repræſentabat. Vnde D. Ambroſius ibid. *Et tunc quidem*, inquit, *vices erant, nunc autem eſt perpetuitas:* Deinde quia diuino oraculo incredulus, obmutuit. *Ecce*, inquit Angelus, *eris tacens, & non poteris loqui, pro eo, quod non credidiſti verbis meis*, ibid. n. 20. Quid eſt enim ſacerdotem, imò & Prophetam, ad quem Deum precandi, & populum docendi munus ſpectat, obmuteſcere, & ſuo muneri exequendo ineptum fieri, quàm omnes veteres ſacerdotes, ac Prophetas à ſuo miniſterio obeundo, tanquam inhabiles arcendos eſſe, & conſequenter, quia totus ad Deum populus per ſacerdotum, & Prophetarum preces accedebat: quid eſt aliud ſacerdotem, ac Prophetam à loquendi vſu præpediri, quàm totum illum populum, tanquam diſciplinæ expertem, & miſericordiâ indignum, à Deo tandem ſeparandum. Hunc mihi vi-

D. Ambr. detur D. Ambroſ. ex hoc loco myſticum ſenſum eruiſſe. Nam de Zachariæ ſilentio loquutus: *Non vnius*, inquit, *myſterium, nec vnius ſilentium eſt. Tacet ſacerdos, tacet Propheta. Niſi fallor, in vno vox totius plebis obmutuit: quia in vno totus ad Dominum per Moyſen populus loquebatur. Ceſſatio ſacrorum, & ſilentium Prophetarum taciturnitas Prophetæ, & taciturnitas ſacerdotis eſt.* hoc eſt, Zacharias, & ſacerdos, & Propheta, ſuo illo ſilentio diuinitus inflicto, non obſcurè indicabat totum illud & ſacrificandi, & prophetandi myſterium penitus interiturum.

12. *Veteres ſacrorum ceremonias extinguendas, propoſitionis panes frequenter mutati figurabant.* Iam verò veteres illos ritus, & legales ceremonias, quibus in templo vſus erat; quis non videt iam diu exoleuiſſe, & in eorum locum vnicam oblationem, firmam, ratam, ſtabilem, & vſque ad conſummationem ſeculi permanſuram ſubiutraſſe? Non ſine myſterio panes propoſitionis *per ſingula ſabbata mutabantur coram Domino*, Leuit. 24. n. 8. vt veterum ceremoniarum mutatio à nouo ſacerdote Christo Domino facienda adumbraretur. De qua re eleganter D. Arnold. tract. de vltimis verbis Domini in cruce:

D. Arnol. *Vnicus & perpetuus S. Euchariſtiæ panis.* *Vnum*, inquit, *habet panem, & calicem vniuerſitas fidei, & multitudini credentium vnus cibus apponitur; idémque ſumitur, nec conſumitur, & cùm omnes impleuerit, ſupereſt, & abundat. Mutabantur panes propoſitionis per ſingula ſabbata, appoſitiſque calidis, frigidi tollebantur; quia veteres oblationes quaſi frigidas, & calorem ſpiritus non habentes; repudiandas tempore gratiæ, ipſa panum mutatio intimabat. Agnus noſter idem eſt, nec diuerſi per diuerſas familias immolantur, quia ſicut vnitas Eccleſiæ nec ſcindi poteſt, nec diuidi: ita neceſſe eſt, vt vnum agatur ab omnibus, & vniforme obſequium deuotio communis exhibeat, totiúſque vniuerſitatis conſenſum ſacrificij ſingularitas ipſa commendat.* Ita ille eleganter.

13. *Carnalium ſacrificiorum varietatem vna implet S. Euchariſtiæ oblatio.* De tempore Meſſiæ loquutus Daniel cap. 9. num. 27. *Deficiet*, inquit, *hoſtia, & ſacrificium.* Hoſtia, inquam, illa, & ſacrificium illud, quod in veteri Iudæorum templo offerebatur. Vbi enim modò ſanguis hircorum, & taurorum funditur, quo veteres ſacerdotes ſuas frequenter manus imbuebant? Vbi oues, & boues iugulantur; quorum ſanguine quondam templi atria redundabant? Omnes huius generis hoſtiæ, ac ſacrificia defecerunt.

D. Leo. Nam vt benè D. Leo ſermon. 8. de Paſſione, Chriſtum Dominum alloquutus: *Nunc*, inquit, *carnalium ſacrificiorum veritate ceſſante omnes differentias hoſtiarum vna corporis, & ſanguinis tui implet oblatio.*

Impolita, & rudis veteris altaris conſtructio, ipſius deſtructionē præfigurabat. Altare olim vel de terra, vel de impolitis lapidibus fiebat; iuxta illud Dei præceptum ad populum, ad Moyſen: *Altare*, inquit, *de terra facietis mihi*, &c. *Quod ſi altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud de ſectis lapidibus: ſi enim leuaueris cultrum ſuper eo, polluetur.* Exod. 20. numero 24. & 25. Huius ceremoniæ rationem optimè inſinuauit

Theod. Theodor. quæſt. 44. in Exod. *Præcepit*, inquit, *è terra, aut è lapidibus, quos natura produxit, altaria conſtrui; nam vtrumque facilè diſſoluitur.* Sic enim ſignificare voluit, veterum oblationum aras diuturnas non fore: ſed breui diruendas. Vnde *cùm Elias ille magnus*, inquit Theodor. *in monte Carmelo ſacrificare coactus eſſet, lapides natiuos compoſuit, totidem numero, quot erant tribus; & ſuper his victimam obtulit, vt quàm citiſſimè diſſolui poſſet ædificium illud, & nemo alius in eo loco ſacrificium offerret.* Quaſi Deus, & ſanctiſſimi illi Vates etiam in ipſa veterum altarium conſtructione, de ipſorum altarium deſtructione cogitarent.

14. *Nulla in tabernaculo, vel in templo ſacerdotis ſedes.* Neque in Moyſis tabernaculo, neque in Salomonis templo inueniebantur olim ſedes, quibus ſacerdotes ex ſacrificiis defeſſi paululum conquieſcerent, vt patebit legenti cap. 26. Exod. & 3. Reg. 6. quibus locis hæc duo monumenta deſcribuntur, cùm tamen in Eccleſia ſedes, ac ſedilia pluta inueniantur; iuxta illud: *In circuitu ſedis ſedilia viginti quatuor, & ſuper thronos viginti quatuor ſeniores ſedentes*; Apocal. 3. n. 4. Quò tendit hæc diuerſitas, niſi vt ſignificet, in Synagoga non fuiſſe locum ad ſacrificandum diuturnum; at verò in Eccleſia

vſque in ſempiternum quieſcendum. Imò Chriſtus Dominu , qui promiſit ſe futurum in Eccleſia *vſque ad conſummationem ſæculi*, Matth. vlt. num. 20. in veteri ſynagoga ſedebat in templo ſuper alas Cherubinorum , iuxta illud : *Qui ſedes ſuper Cherubin*, Pſal. 79. num. 2. Vt ex mobilitate huius ſedis indicaret , ſe diuturnam non habere in veteri templo , & inter legales ceremunias ſtationem; ſed quàm citiſſimè à Synagoga in Eccleſiam euolaturum. Neque illæ Cherubinorum alæ dicuntur Deo præſtitiſſe ſedem ad manendum , ſed potiùs currum ad commigrandum; iuxta illud diuinę gloriæ ſpectaculum, Ezechieli exhibitum: *Conſpectum gloriæ oſtendit illi in curru Cherubim*, Eccleſiaſt. 49. num. 10. Non enim Deus illi populo ſolidam gloriam in loco firmo conſtitutam ; ſed quandam veluti ſpeciem gloriæ in curru voluceri fugientem ſubobſcurè indicauit. Quod Dauid inſinuare viſus eſt : *Aſcendit*, inquit, *ſuper Cherubim, & volauit*, Pſalm. 17. num. 11. Non enim ad quieſcendum in Synagoga , ſed ad volandum in Eccleſiam illos ſanctuarij Cherubinos aſcendebat.

Deus ſuper alas Cherubinorum inſidens, celerem à ſynagoga ad Eccleſiam volatum indicabat.

15. *Extra templum ſacrificare Iudæi prohibebantur.*

Prohibuit Deus in lege veteri , ne quis extra Ieroſolymam, imò ne quis extra templum ſacrificaret. *Ad locum* , inquit , *quem elegerit Dominus Deus veſter de cunctis tribubus veſtris , vt ponat nomen ſuum ibi , & habitet in eo , venietis , & offeretis in loco illo holocauſta , & victimas veſtras, & decimas, & primitias manuum veſtrarum*, &c. Deuter. 12. n. 5. & 6. Et nihilominus poſtea , & Ieroſolymam, & templum æquauit ſolo; à quo etiam populum in longiſſimas plagas auexit , & toto orbe diſſipauit. Vnde efficax educitur ad præſens inſtitutum confirmandum argumentum ; nam ſi Deus præfixum ad ſacrificandum locum ſuſtulit , non potuit non legem ſacrificandi in loco, & non alibi, exequendam abrogaſſe. Qui potuit enim ad ſacrificandum obligare, qui ſacrificandi locum penitus auferebat ? Si igitur Ieroſolyma, & templum corruit, vt patet : profectò omnis ille ſacrorum rituum , & legalium ceremoniarum apparatus euanuit. Optimà totam hanc rem ſimilitudine declarat D. Chryſoſtom. orat. 1. contra Iudæos , quam ſupra annot. 4. ſect. 2. §. vltim iam retulimus. En templi , ſacerdotij, ſacrificiorúmque ablatio. Plura adhuc bona ſpiritualia ſuperſunt : quorum iacturam Hebræi incurrerunt.

Dirutum templum vt tria ſacrificia periiſſe confirmat.

D.Chryſ.

Lex, prophetia, & ſcriptura, Iudæis erepta.

16. *Lex Iudaica cum ſacerdotio euanuit.*

LEx in primis Iudaica euanuit : nam teſte Apoſtolo : *Tranſlato ſacerdotio neceſſe eſt , vt & legis tranſlatio fiat*, Hebr. 7. n. 12. cùm lex diuina, qualis illa fuit , proportionata, & coniuncta, & quodammodo concreta ſacerdotio eſſe debuerit : quo proinde pereunte , iam illa non perſiſtet. Hanc Deus iam inde à prima eius inſtitutione in deſerto abrogandam ſignificauit: vt vix nata, iam moritura crederetur. Datur in via. Exod. 20. à n. 1. vt obiter duratura intelligatur. Dicitur vmbra futurorum bonorum, Hebr. 10. num. 1. Vt nato iam ſole iuſtitiæ, nemo dubitet euanuiſſe. Lucernam appellauit Dauid, Pſalm. 118. num. 105. *Lucerna pedibus meis verbum tuum.* Pædagogum dixit D. Paulus Galat. 3. n. 24. *Lex pædagogus noſter fuit in Chriſto.* Lacti ſimilem diuinus ſponſos ſignificauit. Cant. 4. num. 11. *Mel, & lac ſub lingua tua.* At hæc omnia , quis non videt perpetua non eſſe, ſed temporaria? vt rectè obſeruat Theodor in c. 3. ad Philip. *Superuacaneus*, inquit, *eſt lychnus, ſi ſol apparuerit: ſuperuacaneus eſt pædagogus, iis, qui perfectam acceperunt ſapientiam : inutile eſt lac nutricis, iis, qui ſolido cibo veſcuntur.*

Lex vetus lucerna, pædagogus, & lac, quia temporaria.

Theod.

Priores legis tabulas à Deo ſcriptas, vix accepit Moyſes à Deo , cum ſtatim eas *proiecit de manu , & confregit ad radicem montis*, Exod. 32. n. 19. vt veterem legem breui interituram ſignificaret. Poſteriores autem factas ab ipſo Moyſe integras in arca conſeruauit, Deuter. 10. num. 3. ſignificans nouam gratiæ legem nunquam abolendam. Quod D. Cyprian. ſerm. de Spiritu Sancto expreſſit. *Factum eſt*, inquit , *mirabili diſpenſatione ſuperni Iudicis , vt lex, quam ſanctus ſcripſerat Spiritus , deleretur , & quam manus humana reſtituit , in poſterum teneretur. Vt populus prior ſecundum carnem ambulans diuinis colloquiis & ſpiritualibus mandatis oſtenderetur indignus: nec poſſe mentes perfidas ſancta percipere , nec intelligere ſacramenta , quæ exemplarium tegmine velabantur. Porro Teſtamenti noui , quæ Chriſto euangelizante, patuit veritas , verbo Chriſti prolata indiſſolubilis permanſit ; & ſolida deinde ſtabilitatis perpetua auctoritate fulcita eſt , eò quòd oblatam gratiam humiles ſuſceperunt.* Concinit D. Aug. quæſt. 144. in Exod. *Iratus*, inquit , *Moyſes videtur tabulas teſtimonij digito Dei ſcriptas colliſiſſe : atque fregiſſe : magno tamen myſterio ſignata eſt iteratio Teſtamenti noui , quoniam vetus fuerat abolendum, & conſtituendum nouum.* Sed eleganter Theod. quæſt. 68. in Exod. in hac tabularum fractione , quandam repudij formam expreſſam eſſe, quia Deus Synagogam à ſe repulit , interpretatur. *Cum* , inquit , *tabulæ dotalium inſtrumentorum formam haberent ; ſponſa verò in ipſo limine thalami nuptialis, ad committendum adulterium declinarit, iure profectò dotales literas effregit.*

17. *Primæ legis tabulæ fractæ, vetus Teſtamentum: ſecundæ ſeruatæ. nouum repræſentabant*

D.Cypr.

D.Aug.

Theod. *Legis tabulæ tanquam dotales literæ fractæ propter ſynagogæ adulterium.*

Legem circuncisionis , quæ præcipua erat in Synagoga. adeò, vt ab illa tota lex vetus denominaretur circunciſio, vt patet Roman. 3. num. 1. Galat. 2. num. 7. 8. & 9. Epheſ. 2. numero 11. & paſſim alibi: hanc, inquam, legem primùm Abrahæ dedit Deus : *Circumcidetur*, inquit , *ex vobis omne maſculinum*, Geneſ. 17. numero 10. Sed eius obſeruantiam longo temporis ſpatio interrupit ; neque enim in deſerto circuncisio fiebat, vt patet Ioſue 5. n. 6. ibique latiùs probat noſter Serarius quæſt. 2. Sed cur tanto tempore fuit intermiſſa? Serarius citatus quæſtione 3. ſeptem adducit huius intermiſſionis cauſas : quibus interim omiſſis , illa eſt ad rem præſentem , ſignificare Deum voluiſſe , legem circuncisionis perpetuò ſeruandam non eſſe , ſed tandem abrogandam : deinde eſſe legem ſeruitutis , quam proinde non dedit Abrahamo, niſi poſtquam ſuam illi ſeruitutem , *in terra non ſua* , indicauit, Geneſ. 15. numero 13. legem verò ſeruitutis ſeruandam non eſſe in ſtatu libertatis : tandem promiſſionis terram obtinendam eſſe , non ab iis, qui de Ægypto egreſſi ſunt circuncisi ; ſed ab iis, qui in deſerto nati , ad Iordanem vſque incircuncisi peruenerunt, vt ſub hoc typo palam fieret, non circuncisos Iudæos , ſed Chriſtianos incircuncisos, ad beatam patriam deducendos. Hanc rationem mihi videtur inſinuare Theodor. quæſt. 2. in Ioſue: *Lugendi ſunt* , inquit , *Iudæi* , *qui nequeunt intelligere , circuncisos quidem in varia ſupplicia prolapſos interiiſſe ; incircuncisos autem ſeruatos eſſe , & illos patres periiſſe ; hos autem filios recepiſſe , quod erat promiſſum. Ita nos qui ſumus filij , regnum cælorum accepimus ; Iudæi verò qui primum locum tenebant , bonis æternis exciderunt.* Et ſtatim : *Idcircò conueniebat Iudæos intelligere circuncisionem non eſſe neceſſariam , ſiquidem Dominus Deus prædicens Abrahæ , tempus incolatus eius , iuſſit , vt circuncideretur : vbi vero liberati ſunt ipſi ab Ægyptiorum ſeruitute , & degerunt vitam in deſerto, non poſtulauit , vt hæc lex ſeruaretur.* Quibus vltimis verbis ſignificat hanc legem fuiſſe ſeruitutis,

18. *Lex circunciſionis apud Hebræos præcipua, & totam legem denominant, diu interrupta.*

Serar. *Circunciſio lex ſeruitutis.*

Non circuncisi in Ægypto, ſed incircuncisi in deſerto, in Eccleſiæ typum promiſſam terram tenuerunt.

Theod.

tutis ; & proinde à Iudæis ſeruis, non à Chriſtianis liberis, m… filiis, obſeruandam.

19. *Lex de obſeruatione ſabbati, initio violata, abolenda tandem ſignificatur.*

Sed quid de lege ſabbati; cuius Deus obſeruantiam ſeueriſſime præſcripſit multis locis, Exod. 20. num. 10. Leuitic. 26. num. 1. Deuteron. 5. num. 12. & paſſim alibi. Eam quoque ſub primo in Palæſtinam ingreſſu, ſignificauit perpetuam non fore, ſed tandem abolendam. Nam Ioſue vrbem Iericho expugnaturus, præcepit ſacerdotibus, vt ſeptem continuis diebus in circuitu vrbis arcam Dei circumferrent ; vt ex cap. 6. Ioſue à num. 3. conſtat. *Ex quo*, inquit Tertullianus libr. contra Iudæos cap. 4. *manifeſte oſtenditur in numero iſtorum dierum incurriſſe diem ſabbati ; ſeptem enim dies vndecunque initium acceperint, ſabbati diem ſecum concludant, neceſſe eſt. Quo die non tantùm ſacerdotes ſint operati, ſed etiam in ore gladij præda facta ſit ciuitas ab omni populo Iſrael.* Vbi ſignificare videtur vltimam in vrbem irruptionem die ſabbati contigiſſe, quo non ſolùm ſacerdotes circumferendo arcam, ſed etiam totus populus inuadendo vrbem laborarint. Et quamuis incertum ſit, illum vltimum diem fuiſſe ſabbatum ; certum tamen eſt, in illud ſeptenarium incidiſſe, atque adeò in eo laboratum eſſe. Si igitur Deus non multo ante tempore diem ſabbati ſacerrimum fore decreuerat, & ab omni opere ſeculi feriatum ; cur eundem tam citò patitur violari, niſi vt oſtendat, iam inde ab initio legis latæ, eam non eſſe diutiùs duraturam, ſed quam citiſſimè in totum auferendam. Quod Tertullianus (Tertull.) citatus aduertit : *Vnde*, inquit, *manifeſtum eſt, conualuiſſe, vt non ad perpetui temporis obſeruationem, huiuſmodi legem eis Deus ante dediſſet.* Quæ enim lex ſub initium violari permittebatur, conſequens erat, vt ſuo tandem tempore in totum antiquaretur.

20. *Lex vetus ad conſpectũ nouæ legis euanuit.*

Hunc veteris legis finem ab initio legis gratiæ feliciter excipiendum eſſe, non obſcurè indicauit illa fauſta, fortunatáque prædictio : *Comedetis vetuſtiſſima veterum, & vetera nouis ſuperuenientibus proiicietis*, Leuitic. 26. numero 10. In quem locum Origen. (Orig.) homil. 16. *Quomodo*, inquit, *eiicimus vetera à conſpectu nouorum?* Et reſpondet : *Vetera habuimus, legem, & Prophetas, vetera autem veterum ea, quæ ante legem fuerunt ab initio, cum mundus factus eſt. Venerunt Euangelia noua, venerunt & Apoſtoli : à conſpectu horum eiicimus vetera. Quomodo ea eiicimus? Legem ſecundum literam eiicimus, vt ſtatuamus legem ſecundum ſpiritum.* Quàm pulchrè hoc Dauid repræſentauit, cum gigante congreſſurus? Nam cùm eum Saul proprijs armis indueret, ad monomachiam illam ineundam : *Non poſſum*, inquit, *ſic incedere, quia non vſum habeo. Et depoſuit ea*, 1. Reg 17. n. 39. Hæc Saulis arma Dauidis viribus maiora, legis onera repræſentabant, grauiora, quàm poſſint noſtris humeris ſuſtineri ; iuxta illud D. Petri : *Quid tentatis Deum, imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum ; quod neque patres noſtri, neque nos portare potuimus?* Act. 15. num. 10. Omnia igitur Chriſtus Dominus, tanquam intolerabilia, & importabilia abiecit, vt D. Aug in Pſalm. 143. rectè interpretatur. *Hæc*, inquit, *onera legis veteris Dauid noſter, tanquam arma prementia, non adiuuantia poſuit*, Vt ſcilicet ſolis diuinæ gratiæ præſidiis armati contra diabolum pugnaremus.

Saulis arma à Dauide reiecta veteris legis onera repræſentabant. — D Aug.

21. *Moyſis legiſlatoris mors ſaturnũ legis interitum denuntiauit.*

Tandém legis interitum non obſcurè mors legiſlatoris indicauit, qui à Deo mori iubetur, antequam terram promiſſam ingrediatur, Deuteron. 34. num. 5. Quod rectè expendit Theod. (Theod.) ad illa verba Dauidis : *Irritauerunt eum ad aquas contradictionis*, Pſalm. 105. numero 32. *Legem*, inquit, *ad tempus eſſe latam oſtendere voluit ab his, quæ legiſlatori acciderunt,*

Franc. de Mendoça in lib. Reg. Tom. 1.

A *Si enim lator legis promiſſa terra perfrui non potuit, hinc facilè cognoſci poteſt, neque ipſos hac cura perfruituros.* Ac proinde de terra promiſſionis expellendos ; & in omnes mundi plagas ſine lege diſturbandos. Quare D. Paulus Synagogam cum rebus mobilibus, quæ huc illuc transferuntur ; Eccleſiam cum immobilibus, quæ perpetuò conſeruantur, comparauit. Nam referens illum locum Aggæi 2. n. 7. *Adhuc modicum* (ſeu, vt habent Septuaginta (Septuag.)) *Adhuc ſemel, & ego commouebo cælum, & terram*, &c. ſubdit : *Quod autem, Adhuc ſemel dicit, declarat mobilium tranſlationem, tanquam factorum, vt maneant ea, quæ ſunt immobilia*, Hebr. 12. num. 27. Quibus verbis Apoſtolus ſe præbet germanum interpretem B Aggæi. Mouerat enim Deus terram, ferendo priorem legem : ſed quia illa non permanſit ; adhuc ſemel cælum, & terram commouit, ferendo poſteriorem. Vnde patet, & mobilitas prioris legis, quippe quam poſterior loco mouit, & excluſit ; & immobilitas poſterioris, dum ait, *Adhuc ſemel.* Quaſi diceret, Non iterum aliam feram legem, quæ hanc excludat. Eſt enim hoc regnum immobile, firmiſſimis diuinæ gratiæ radicibus ſtabilitum ; iuxta illud, quod ſtatim addit : *Regnum immobile ſuſcipientes, habemus gratiam.* Corruit igitur antiqua lex.

Lex vetus mobilis : noua immobilis.

Lex gratiæ regnum immobile

22. *Iudæi, qui latam legem contemnebant, ſublatam præpoſtera religione obſeruant.*

Sed præpoſteri Iſraëlitæ, ſublatam legem ſeruare contendunt, qui latam, & præceptam ſeruare C negligebant, ſemper propenſi in vetita, auerſi ab imperatis. Quando Moyſes imperabat, vt armati aſcenderent ad terram Chanaam poſſidendam ; trepidi refugiebant, dicentes : *Nequaquam ad hunc populum valemus aſcendere, quia fortior nobis eſt*, Numer. 13. num. 32. Quando rurſus imperabat, vt abſtinerent à prælio cum Amalecitis, & Chananæis conſerendo, temerarij, ac præcipites irruebant : dicentes : *Parati ſumus aſcendere*, &c. Numer. 14. num. 40. imò paulò pòſt : *Contenebrati aſcenderunt.* ibid. n. 44 Sed vtriuſque inobedientiæ luerunt pœnas : propter illam quidem timiditatem, ad quadraginta annorum peregrinationem in deſerto reuocati : Numer. 14. num. 13. propter hanc verò temeritaD tem, magna ſtrage ab hoſtibus percuſſi, & conciſi, ibid. num. 45. Ita planè ſe habent nunc Hebræi. Nam olim datam à Deo legem contemnebant, niſi gladio à Moyſe, vel etiam radio, vel fulmine ab ipſo Deo ad illius obſeruantiam vrgerentur ; nunc autem abrogatam, & antiquitatam legem exequuntur, quantumuis ferro, & igni ab illius exequutione terreantur. Quod illorum præpoſterum ingenium Procopius (Procop.) denotauit. *Ipſi*, inquit, *mandata Moyſis a Deo tradita ſeruare iuſſi, non ſeruarunt ; non iuſſi, nouo inſtante Teſtamento, ſeruare ſtudent.* Et vberiùs D Chryſoſt. (D. Chryſ.) orat. 1. aduerſùs Iudæos, hanc eorum peruerſitatem admiratus, & execratus : *Semper*, inquit, *ea faciunt, quæ Dei placitis aduerſantur. Etenim cum illos videbat ieiunare ; tunc incraſſaban*E*tur, dilatabantúrque. Rurſus vbi non vult eos ieiunare, mordicus tenent ieiunium. Cum vellet illos victimas offerre, ad ſimulachra properabant ; cùm non vult illos celebrare feſtum diem, ſtudio feſtum diem agunt.* Denique tales eos dicit, quales eos ſanctus Stephanus arguerat, dicens : *Vos ſemper Spiritui ſancto reſiſtitis : ſicut patres veſtri, & vos*, Act. 7. n. 51. ſcilicet addit D. Chryſoſt. (D Chryſ.) *In hoc ſolum incubuiſtis, vt quæcunque Deus præceperit, iis contraria faciatis : quemadmodum & nunc facinnt.*

23. *Prophetia cum veteri lege extincta.*

Sed iam ad prophetiam : quæ ſicut cum lege floruit, ita cum lege aruit. *Lex, & Prophetæ*, inquit Chriſtus Dominus, *vſque ad Ioannem*, Luc. 16. num. 16. Quid certius? Vbi nunc, ô Iſraëlitæ veſtri prophetæ, qui vos etiam in captiuitatem abductos ſe

quebantur? Vbi Ezechiel? vbi Daniel? vbi Aggæus? vbi Zacharias, qui vos etiam Babylone exulantes demulcebant, & ad laborum tolerantiam animabant? Omnes profectò in hac veſtra captiuitate ſiluerunt. Eleganter hac de re Chryſoſt. ſerm. 1. de Helia: *Glorioſus olim, inquit, Prophetarum profeſſione erat Iudæorum populus, ſed plaudite. Gloriatio hæc nunc ab eis in Eccleſiam tranſlata eſt. Neque enim congruit, vt Prophetas agricolas adhuc habeat ſterilis ille populus. Neque decet, vt apud illos ſeruentur Propheta, qui eum, quem iſti prædixerunt, crucifixere: pro mortuis, quos apud illos excitauit: pro cæcis, quos apud illos viſu donauit: pro eſurientibus, quos apud illos pauit.* Quaſi diceret, Duplici de cauſa illi populo Prophetæ neceſſarij videbantur. Vna, vt eius mores excolerent. Verùm cùm ſceleratiſſimus populus nullam culturam pateretur: meritò omnes ab eo Prophetæ auferuntur; ſicut enim opus non eſt, vt terra ſterilis aretur, & ſeratur, ne in ea colenda fruſtra laboretur: ita opus non eſt, vt ille populus, qui Prophetarum oraculis obſurduerat, iterum à Prophetis admoneatur, ne irritus in ea exhortatione labor collocetur. Altera, vt de ſuo eum Meſſia venturo inſtruerent, & quanta eum ſuſcipi reuerentia oporteret, adhortarentur. Verùm cùm Meſſias iam venerit, & in eum præſentem ingratiſſimus populus deſæuierit, & quò maioribus beneficiis obrutus ab eo fuit; eò maioribus eum opprobriis obruerit: æquum fuit, vt omnia apud eum populum prophetarum oracula clauderentur.

D.Chryſ.

Propheta qui Iudaos & excolebant moribus, & de Meſſia venturo inſtruebant, meritò auferuntur.

24\. Ne ſuccenſeas, ingrate popule, ne indignè feras tuos tibi prophetas à Deo ereptos eſſe, quos tu priùs à te procul eiecisti. *Suſcitaui*, inquit Dominus, *de filiis veſtris in propheta: & de iuuenibus veſtris Nazaræos. Nunquid non ita eſt, filij Iſrael,* dicit *Dominus? Et propinabatis Nazaræis vinum: & prophetis mandabatis dicentes; Ne prophetetis*, Amos 2. num. 11. & 12. hoc eſt, Ego vobis propoſui Nazaræos ad exemplum, & prophetas ad doctrinam. Vos autem quid? Vtróſque non ſolùm repudiaſtis, ſed etiam deprauare voluiſtis: Nazaræos quidem ad vinum, contra eorum legem, prouocando; prophetas autem ad ſilentium contra diuini ſpiritus afflatum impellendo. Quid ergo? Prophetarum clamores audire noluiſtis; ergo plauſtrorum ſub fœni pondere laborantium ſtridores audietis. *Ecce ego*, inquit Dominus, *ſtridebo ſubter vos, ſicut ſtridet plauſtrum onuſtum fœno*; ibid. num. 13. hoc eſt, Faciam vos gemere, & conqueri, & ſtridere ſub peccatorum, & ſuppliciorum veſtrorum pondere, tanquam plauſtra fœno onuſta; quia vt hæc ingrato ſono, quocumque pergant, offendunt aures, & ſuas ſarcinas produnt: ita vos vbique gentium diſſipati, gementes, & eiulantes, & in multas querimonias defluentes, veſtras diſſimulare miſerias non poſſitis, ſed in maiorem pudorem veſtrum, omnium auribus ingeratis. Ita ferè totum hunc locum Rupertus interpretatur.

Iudæi prophetas abiicientes, pœnarum ſuarum pondere premuntur.

Rupert.

25\. Abiere procul à populo Iſraëlitico diuina illa oracula, de cælo tonantia: & importuna plauſtra de terra ſtridentia ſucceſſere. Nullas de cælo audiunt voces, nullas edunt: plurima de terrenis iurgia ſuſcitant, plurima patiuntur. Qui inter eos vaticinentur, nulli ſunt: qui nundinentur, innumeri. Hoc olim oraculo Synagogam perculit Iſaias c. 29. num. 4. *Humiliaberis*, inquit, *de terra loqueris; & de humo audietur eloquium tuum.* Vbi Interlin. *Loqueris*, inquit, *de terrenis, quæ ante de cæleſtibus per Prophetas, & Patriarchas loquebaris.* Vide, quò deueneris, Synagoga; de qua in hoc rerum ſtatu, potiùs quàm in tua illa Babylonica captiuitate lamentaretur Ieremias: *Non eſt lex; & propheta eius non inuenerunt viſionem à Domino*, Thren. 2. num. 9. Nam propheta in Babylone rarus erat, non tamen nullus: nunc autem nullus omnino inuenitur. De hoc enim tempore te in ſpiritu præuidit lamentantem tuus regius Vates, ac dicentem: *Signa noſtra non vidimus; iam non eſt propheta, & nos non cognoſcet ampliùs*, Pſalm. 73. num. 9. Vbi verè, & ingenuè fateris, nullum tibi præſentem adeſſe Prophetam, nullum in poſterum affuturum. Quod prædixit, & Oſeas, dicens: *Dies multos ſedebunt filij Iſraël ſine Rege, & ſine Principe, & ſine ſacrificio, & ſine altari, & ſine ephod, & ſine theraphim*, Oſeæ 3. num. 4. ſeu, vt Septuagint. pro vltimis verbis transferunt: *Sine manifeſtationibus*, hoc eſt, interprete Theod. *Sine diuinis prædictionibus*, vel ſine prophetis, per quos futura manifeſtentur. Vnde illi pretioſi lapides, qui erant in rationali ſummi ſacerdotis, & in Hebræo vocantur אורים *vrim*, & תמים *thummim*; id eſt, *illuminationes, & perfectiones*, ſeu vt eſt in Vulgata, Exod. 28. num. 30. *Doctrina, & veritas*; illi, inquam, lapides, per quos Deus futura præmonſtrabat, proſpera quidem, cum ſplendorem ſolito maiorem emittebant: aduerſa autem, cum contrahebant: illi tam prodigioſi lapides, indices futurorum, dicuntur à Ioſepho libr. 3. antiquit. cap. 9. ducentis annis antequam id ſcriberet, ceſſaſſe ab ea viciſſitudine emittendi, contrahendique fulgorem, atque adeò proſperos, ſeu aduerſos euentus præmonſtrandi, *irato Deo propter legum ſuarum præuaricationem.* Si igitur Deus iam inde ab eo tempore diuina oracula claudebat, propter violationem ſuæ legis, vt ad cap. 3. numero 1. latiùs dicemus; quid tandem faceret propter interfectionem ipſius legiſlatoris, veríque Meſſiæ? Profundo planè ſilentio omnia prophetarum oracula obruuntur, vt diuinum cum ſacrilego populo commercium penitus auferatur.

Synagoga diuino eloquio per Prophetas deſtituta, de terrenis tantùm agit, & loquitur.

Interlin.

Septuag. Theod.

Duodecim rationalis lapides futurorum indices, ab hoc munere ceſſarunt. Ioſeph.

Tandem ſacerrimum diuinarum ſcripturarum theſaurum, quis non videt à Iudæis ereptum? Quamuis enim illum quoad literam retineant, procul dubio quoad ſpiritum, & quoad intelligentiam amiſerunt. *Oleum effuſum*, inquit ſponſa, *nomen tuum*, Cantic. 1. numero 3. Vbi D. Bernard. ſerm. 54. *Iudæus*, inquit, *habet oleum, ſed non effuſum. Habet in codicibus, ſed non in cordibus. Quid tibi prodeſt pium ſaluatoris nomen lectitare in libris, nec habere pietatem in moribus?* Non minus ignarus legit modò Iudæus ſcripturam, quàm olim Eunuchus ille Candacis Reginæ legebat Iſaiam. Ad quem Philippus, *Putáſne intelligis, quæ legis?* Actor. 8. num. 30. Quibus verbis olim D. Bernard. epiſt. 106. acriter vrgebat Henricum, & nos acriùs vrgere poſſumus Iudæum, legendo, quàm intelligendo proniorem. *Putáſne*, Iudæe, *intelligis quæ legis? Nam ſi intelligis, ſentis vtique ſenſum propheticæ lectionis eſſe Chriſtum. Quem ſi apprehendere cupis, citiùs illum ſequendo, quam legendo conſequi potes. Quid quæris Verbum in verbo, quod iam caro factum, praſtò eſt oculis? Iam enim de latibulo prophetarum, egreſſus eſt ad oculos piſcatorum: iam de monte vmbroſo, & condenſo, tanquam ſponſus de thalamo ſuo proſiliuit in campum Euangelij.* Et ſtatim hortatus Henricum, vt non tam de litera, quàm de ſpiritu ſcripturæ, qui eſt multò dulcior, ac ſuauior, reficiatur. *Certè*, inquit, *ſi tantum te delectat tenebroſa aqua de nubibus aeris, quantò iucundiùs hauries, de ſereniſſimis fontibus ſaluatoris? O ſi ſemel paululum quid de adipe frumenti, vnde ſatiatur Hieruſalem, deguſtares, quàm libenter ſuas cruſtas rodendas literatoribus Iudæis relinqueres?*

26\. *Sacra ſcriptura quoad ſpiritũ à Iudæis erepta.*

D.Bern.

D.Bern.

Itaque

Itaque Iudæus occidenti literæ adhæret, eius cortice paſcitur, & ſæpè *genuinum frangit in illo*; dum ad medullam ſpiritus ſub eo latentem non peruadit. A

27\. *Tabernaculum in Eccleſiæ typum, diuina luce coruſcans, Iudæi excæcati ingredi non poſſunt.* Procop.

Teſtimonij tabernaculum fabrefecit Moyſes, ſecundùm exemplar, quod illi in monte monſtratum fuerat. *Poſtquam verò omnia perfecta ſunt, operuit nubes tabernaculum teſtimonij, & gloria Domini impleuit illud; nec poterat Moyſes ingredi tectum fœderis, nube operiente omnia, & maieſtate Domini coruſcante*, Exod. 40. à n. 31. Myſticè interpretatur Procopius de tota Eccleſia, quam à Deo fabrefactam, & multa cæleſtium, & ſupernaturalium donorum luce circumfuſam Iudæi ſuis inuidiæ, & ignorantiæ tenebris obcæcati non poterant intueri. *Vero*, inquit, *tabernaculo commonſtrato in hoc mundo, ſcilicet Eccleſia ex gentibus conflata; incredibile eſt dictu, quanta diuina claritatis lux, eam luſtrauerit, ac circumfulſerit. At Moyſes non potuit intrare in tabernaculum: ſicut nec Iudæi potuerunt ſe inſinuare in Eccleſiam* B *Chriſti. Non enim tulerunt diuinæ lucis clariſſimos radios, nec intellexerunt myſterium Chriſti.* Sed non minus aptè contrahi poteſt hæc myſtica interpretatio ad ſcripturam in illo Moſaico tabernaculo adumbratam.

Conſummatam iã ſcripturam Iudæi excæcati non intelligunt.

Hanc enim Iudæi, quandiu à Deo paulatim dictabatur, legebant, conſulebant, exponebant, veróſque ac germanos ex ea ſenſus eruebant. Sed poſtquam perfecta eſt, & conſummata: poſtquam omnia, quæ in ea de Chriſto Domino myſteria includebantur, ad exequutionem deducta C ſunt, tanto fulgore radiauit, vt Iudæorum oculi eam legere aggredientium penitus obcæcarentur; teſtante Apoſtolo: *Vſque in hodiernum diem, cum legitur Moyſes, velamen poſitum eſt ſuper cor eorum*, 2. Corinth. 3. num. 15.

Notabilis Iudæorum mos in ſcripturis exponendis. Adrian. Finus.

Vnde illa apud Iudæos conſuetudo, quam refert Adrianus Finus lib. 7. Flagelli c. 35. in Synagogis Iudæorum, eos, qui Moyſis libros populo legebant, poſt lectionem inducto velo, faciem obtegere ſolitos; vt vel hac ceremoniâ ſuam ipſi proderent cæcitatem. Cùm Iſaias Dominum vidit in ſolio gloriæ fulgurantem, ſtatim additur: *Et domus impleta eſt fumo*, Iſai. 6. num 4 quia quò clarior, & illuſtrior Chriſti Domini veritas è D diuinis literis emicauit; eò denſior, & obſcurior cæcitas mentibus incubuit Iudæorum. *Poſtquam terra*, inquit D. Hieron. *repleta eſt gloria Domini; Iudæorum templum impletum eſt ignorantia tenebris, & caligine, & fumo, qui noxius eſt oculis.*

D. Hier.

28\. *Diuina ſcriptura ros non intra Iudæorũ caſtra ſed extra, in Eccleſiam effuſus* D. Cyrill. Alex.

Cæleſtis ille ros, è cælo lapſus, quo manna exciperetur: *Iacuit per circuitum caſtrorum*, Exod. 16. n. 13. vt ſignificaret doctrinam Euangelicam, non in Synagogam, quæ more caſtrorum ſe ad illam repellendam ubarmarat, ſed in omnes circumquaque gentes effundendam. Ita D. Cyril Alex lib. 3. In Ioan. cap. 34. vbi ducta ab illo rore ſimilitudine. *Euangelica*, inquit, *doctrina rutilauit, non in Hebræorum congregatione, atque Synagoga, ſed per circuitum caſtrorum in facie deſerti, ac ſolitudinis, in omnibus videlicet gentibus, in Eccleſia gentium.* E

Scriptura Iudæis quondam menſa, modò laqueus. Orig.

Erat ſcriptura menſa quædam lautiſſima Iudæorum; iuxta illud, interprete Origene ſtatim citando: *Sapientia ædificauit domum, &c. & poſuit menſam ſuam*, Prou. 9. n. 1. & 2. Sed miſeri Iſraëlitæ cum ad hanc menſam accumbunt, in laqueos inducuntur; iuxta illud: *Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum*, Pſalm. 68. n. 23 Rationem reddit Orig. lib. 8. in epiſt. ad Rom. c. 11. quia non intelligunt, quæ illis in hac menſa proponuntur, vt intelligere debebant; iuxta illud: *Quando ſederis, vt comedas cum principe, diligenter attende, quæ appoſita ſunt ante faciem tuam*, Prou. 23. n. 1. Verbi gratiâ legunt, quia Chriſtus animam ſuam poſuit pro ouibus ſuis. Rurſus legunt, quia Chri- A ſtus manet in æternum; hæc non intelligunt quomodo cohæreant: ergo illaqueantur. Sed mirum non eſt, ò Hebræi, tantam veſtris animis ignorationem incubare, nam in veſtræ arrogantiæ punitionem: *Miſcuit vobis Dominus ſpiritum ſoporis; claudet oculos veſtros: Prophetas, & principes veſtros, qui vident viſionem, operiet: Et erit vobis viſio omnium, ſicut verba libri ſignati*, Iſai. 29. n. 10.

Scripturarũ liber Iudæis ſignatus.

Clauis Scripturarum ille agnus eſt, quem occidiſtis: ſublata igitur claue, neceſſe eſt, vt Scripturæ vobis perpetuò claudantur, imò in æternum eripiantur.

Scriptura tanquam ſpolia Iudæis auferuntur. D. Greg.

Non immeritò vocat Dauid diuina eloquia, ſpolia. *Lætabor*, inquit, *ego ſuper eloquia tua; ſicut qui inuenit ſpolia multa*, Pſal. 118 n. 162. Quia ſicut hoſtibus ſpolia, ita Iudæis diuina eloquia auferuntur. Sic exponit D. B Greg. lib. 18. mor. cap. 11. *Eloquia*, inquit, *Dei idcirco ſpolia vocata ſunt; quia ad fidem Domini gentilitate tranſeunte, Iudæi ſuis eloquiis, quibus induti fuerant, exuuntur.*

Iudæi ſacræ ſcripturæ deprauatores.

Imò ipſi ſibi Iudæis ſacras ſcripturas eripuerunt. Non ſicut ille improbus hæreticus Marcion diuinas literas multis locis mutilare, truncare, & iugulare auſus eſt, veritus, ne ipſe de ſuis erroribus conuinceretur: ſi illæ ſartæ rectæque ſeruarentur: vt teſtatur Tertol. lib. de præſcriptionibus cap. 38. & lib. de carne Chriſti cap. 2. & lib. 4 contra ipſum Marc. cap. 7. Ita planè Iudæi multa Scripturæ loca, quibus conuicti tenebantur, eradere, interuertere, deprauare, & adulterare auſi ſunt: vt Galatinus l. 1. de Arcanis, cap. 8. oſtendit. C Et ſicut ſacrilegus ille Ioachim Rex Iuda, oblatum ſibi volumen legis, *ſcidit ſcalpello ſcribæ & proiecit in ignem: qui erat ſuper arulam, donec conſumeretur omne volumen igni*, Ierem 36 num 23. ita planè Iudæi ſacram Scripturam, qua parte eorum erroribus palàm contradicit, flammis abolere moliuntur: facturi quidem, niſi diuina eos prouidentia à tam impudenti, ac nefario conatu retrænaret.

Tertull.

Galatin.

Synagoga internis ſupernaturalium virtutum habitibus denudata.

29\. *Synagoga aridæ ficulneæ comparatur.*

HActenus de ſupernaturalibus bonis externis, quæ Iudæis erepta ſunt; nunc de internis: D qualia ſunt virtutes Theologicæ, fides, ſpes, charitas, & cæteræ omnes, quæ illam conſequuntur. His omnibus Synagoga denudatur, vel potiùs ſuis ipſa peccatis ſe denudat. Ficulnea quidem illa erat Synagoga, ad quam venit Chriſtus Dominus. *Et nihil inuenit in ea niſi folia tantùm. Et ait illi. Nunquam ex te fructus naſcatur in ſempiternum. Et areſacta eſt continuò*, Matth. 21. n. 19. Erat rurſus illa alia ficulnea. ad quam veniens dominus eius. dicebat: *Ecce anni tres ſunt, ex quo veni quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio: Succide ergo illam; vt quid etiam terram occupat*, Luc. 13. n. 7. Erat tandem illa alia ficulnea, quæ nihil *protulit*, niſi *groſſos ſuos*, Cant. 2. num. 13. in quem locum D. Bernard. ſerm. 60. rectè E oſtendit, quanto iure Synagoga ficulneæ comparetur. *Benè, inquit, ficus; quæ nunquam in altum proficere, nunquam ſe humo attollere voluit; nunquam reſpondere radici proceritate ramorum, generoſitate florum, fœcunditate fructuum: Male tibi cum tua radice conuenit arbor puſilla, tortuoſa, nodoſa.* Satis igitur expreſſa Synagogæ imago eſt, ficulnea, arida, omni virore, ac decoro viduata. inſuper à Deo maledicta.

D. Bern.

30\. *Synagoga infœcunda vineæ cõfertur.*

In illa parabola, quam Chriſtus Dominus ad mores Synagogæ exprimendos propoſuit: *Homo*, inquit, *plantauit vineam, & locauit eam colonis: & ipſe peregrè fuit multis temporibus. Et in tempore miſit ad cultores ſeruum, vt de fructu vineæ darent illi*, Luc. 20. num 9. & 10. In quem locum quærit

D. Ambr.

D. Ambroſ. quo tempore ſeruum miſerit? non enim dicit in tempore fructuum, aut prouentuum, aut vindemiæ, ſed abſolutè, *in tempore*. Nihilominus mirandum id non eſt, addit D. Ambroſ. quia in illa vinea ſterili, & infœcunda, nullum tempus fructuum potuit deſignari. *Nullus enim fructus*, inquit, *extitit Iudæorum: nullus vineæ huius prouentus. Expectaui, vt faceret vuas: fecit autem ſpinas*, Iſai. 5. num. 4.

31\. *Christus in Nazareth ciuitate Galilææ naſcens, legis permutationem oſtendit.* D. Bern.

Non immeritò in ciuitate Galilææ, cui nomen Nazareth, humanam ſibi naturam aſſumpſit æternum Verbum, Luc. 1. n. 26. vt & ex prouincia Galilæa, & ex vrbe Nazareth, futura totius Synagogæ ruina oſtenderetur. Nam Galilæa, vt notat D. Bern. hom. 1. ſuper *Miſſus eſt*, interpretatur, *transmigratio: Quia*, inquit, *naſcente Chriſto omnia illa tranſierunt.* ſcilicet non ſolùm ille externos diuini cultus apparatus; ſed etiam ille internus omnium virtutum chorus. Nazareth autem *flos* dicitur. *Sed prodeunte*, inquit, *fructu flos decidit: quia veritate apparente in carne, figura pertranſiit.* Et paulò poſt: *Hos ergo flores, & nos, qui iam fructum tenemus, pertranſiſſe videmus: & dum adhuc florere videbantur, tranſituri prævidebantur.* Quod confirmat ex Dauide: *Mane floreat, & tranſeat, veſpere decidat, induret, & areſcat*, Pſalm. 89. n. 6. Vbi Synagoga virtutibus, tanquam floribus ornata, ſubitò deſcribitur aruiſſe. Deinde clariùs ex illis verbis: *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius, quaſi flos agri. Exſiccatum eſt fœnum, & cecidit flos: quia ſpiritus Domini ſufflauit in eo*, Iſai. 40. n. 6 & 7. Cuius loci germanum ſe interpretem præbuit ipſe Propheta, dum addit: *Vere fœnum eſt populus.* Itaque totus ille populus fœnum erat; *quod hodie eſt in agro, & cras in clibanum mittitur*, Luc. 12. n. 28. olim multis diuinæ gratiæ beneficiis floreos, poſteà ſuorum ſcelerum incendiis exareſcens. Quare D. Bernard. *Carnalis*, inquit, *ille populus Iudæorum fœnum fuit. An non fœnum aruit; dum idem populus ab omni ſpiritus pinguedine vacuus ſicca litera adhæſit? An non etiam flos decidit, quando gloriatio, quam habebat in lege, non remanſit? ſi flos non decidit, vbi eſt ergo regnum, vbi ſacerdotium, vbi Propheta, vbi templum, vbi denique magnalia illa, de quibus gloriari ſolebant, ac dicere: Quanta audiuimus, & cognouimus ea, & patres noſtri narrauerunt nobis?* Pſal. 77. n. 1. Vbi oſtendit, non ſolùm illam externam gloriam ex diuinis miraculis fulgurantem; ſed etiam illam internam gratiam ex diuini Spiritus afflatu floreſcentem, tandem in Synagoga prorſus interiiſſe.

Synagoga tanquam fœnum, heri in agro, hodie in clibano.

32\. *Fidem Iudæi amiſerunt. Filius Dei in fornace à Nabuchodonoſore in gentilis populi typum, non à Iudæis agnoſcitur.*

Et quidem quam virtutem non perderet Synagoga, quæ fidem perdidit: quæ eſt primum omnium oſtium, fundamentúmque virtutum. Vidit olim, & agnouit Nabuchodonoſor inter tres pueros, quos in fornacem incluſit, filium Dei. *Ecce*, inquit, *video quatuor viros ſolutos, & ambulantes in medio ignis; & nihil corruptionis in eis eſt: & ſpecies quarti ſimilis filio Dei*. Dan. 3 num. 92. Cur, obſecro, ſolus ethnicus, & profanus Rex filium Dei agnoſcit, & fatetur, non quidem in ſublimi ſolio reſidentem, ſed in fornace ignis ambulantem: non inter apparatus regios, ſed inter cruciatus igneos? Credo in opprobrium, & inuidiam Iudæorum, qui ſuum Deum in cruce non agnouerunt, imò potiùs abiurarunt, quem Ethnicus in fornace confitetur, & veneratur. Ita D. Hippolytus martyr ad eum locum: *Hæc profectò*, inquit, *eſt manus Domini, vt cognoſcent eum in camino, ipſum prædicaret, & glorificaret. Nec vacat id myſterio. Quid enim Iudæi filium Dei, hominem factum, non erant agnituri, nec recepturi; præmonſtrat Scriptura, gentes eum eſſe agnituras, & recepturas; quem iam Rex Babylonis, in fornace videns*

D. Hippol.

agnouit, & Filium Dei confeſſus eſt. Quam interpretationem ſequitur etiam Rupert. lib. 6. de victoria Verbi, cap. 21. *Speciosa*, inquit, *fuit hæc victoria, & inſigne præconium Filij Dei. quod illorum manifeſta confeſſione prius confeſſus eſt inimicus, quàm amicus: perſequutor, quam ſectator: gentilis, quam Iudæus.* Infelix planè populus Iudæorum: tam ignauus ad conſeruandam fidem, quàm promptus gentilis ad acquirendam. Rupert.

Idem videre eſt in Rege Syriæ, & Naamano Gentilibus, & in Rege Iſraëlis Iudæo: nam illi duo crediderunt, leproſum ſanari poſſe ab Heliſæo, quod Rex Iſraël minimè credidit. Imò rogatus à Rege Syriæ, vt Naamano lepra laboranti de remedio prouideret: *Scidit veſtimenta ſua, & ait, Nunquid Deus ego ſum, vt occidere poſſim, & viuificare?* 4. Reg. 5. num. 7. Itaque Gentiles fidem ſuſceperunt, quam Iudæus abiurauit. Vnde D. Chryſoſtom. ſerm. de Naaman Syro: *O fides*, inquit, *Naaman principis! O iſtius perfidia Regis! Naaman Syrus fideliter feſtinat ad Deum: & Rex perfidus ſuum ſcidit veſtimentum. Diffidunt, qui nouerant; & qui non nouerant, credunt. Domeſtici repugnant, & externi feſtinant. Rex Syriæ credit poſſe fieri, quod audierat: & Rex Iſraël non credit fieri poſſe, quod nouerat. Alieni currunt ad auxilium; & proprij cæleſte denegant donum. Qui prædicare debuit, deſtruit: & qui deſtruere potuit feſtinauit: vt tantò gloria potior eſſet externis; quantò perfidiæ inoleuerat regis.* 33.

Naamani Gentilis fides cum Regis Iudæorum perfidia comparatur. D. Chryſ.

Non minor Iudaici populi incredulitas cernitur, ſi cum fide latronis comparetur. Nam hic minima habens credendi incitamenta, confeſſus eſt: illi plurima habentes, & maxima, negauerunt. Quod D. Chryſoſtom. in Pſalm. 50. probè obſeruans: *Iudæi*, inquit, *viderunt mortuos ſuſcitatos, leproſos mundatos, dæmones fugatos, mare infrænatum, Herodem turbatum. Hæc omnia videntes, crucifixerunt Chriſtum. Latro verò nihil horum viderat: conſiderabat ſputis repletum, crucifixum, aceto potatum, & felle; & cum hæc omnia videret, non eſt ſcandalizatus, ſed regem cælorum confeſſus eſt.* Sed quid mirum, Iudæos magis incredulos fuiſſe, quàm Ethnicos: cum etiam minùs, quàm dæmones credidiſſe videantur. Exclamauit voce magna coram Chriſto Domino ſpiritus immundus: *Quid nobis, & tibi IESV Nazarene? veniſti perdere nos. Scio te, qui ſis, ſanctus Dei*, Luc. 4. num. 34. Ad quem locum D. Ambroſius. *Populus*, inquit, *negat, quem dæmones confitentur.* Et ſtatim comparans inter ſe diabolum, & populum Iudæorum; illum quidem, dum tentauit Chriſtum Dominum, vt ſe è pinnaculo templi deorſum mitteret, Matth 4. num. 6. hunc autem, dum voluit ſuis ipſe manibus Chriſtum Dominum è ſupercilio montis præcipitare. Luc. 4. num. 29. *O peior*, inquit, *magiſtro diſcipulorum hæreditas! Ille verbo Dominum tentat: hi facto. Ille dicit, Mitte te deorſum: iſti aderiuntur, vt mittant.* Scilicet cum nullus diſcipulus ſupra magiſtrum ſit; iſti magiſtrum diabolum improbitate ſuperabant; imò non magiſtrum tantùm, ſed patrem diabolum agnoſcebant. Vnde Eccleſia gentium, quæ è Synagoga, tanquam à matre, per Apoſtolos prodiit; loquuta de Iudæis: *Filij*, inquit, *matris meæ pugnauerunt contra me*, Cantic. 1. n. 6. Vbi D. Bern. ſerm. 29. *Rectè*, inquit, *dicuntur filij matris tantùm, non vero patris, quia non ſunt ipſi ex Deo, ſed ex patre diabolo*. Ioan. 8. num. 44.

34\. *Latronis fides Iudæorũ incredulitati præfertur.* D. Chryſ.

Iudæorum perfidia, & malitia diabolica peior.

D. Ambr.

D. Bern.

35\. *Synagoga à ſeptem ſpiritibus immũdis habitatur, & polluitur.*

Ex hac cognatione Iudæorum cum dæmonibus. fit, vt vtrique ſimul in eadem domo, ac familia commorentur. Vnde Chriſtus Dominus de illo diabolo

diabolo à ſe expulſo, qui requiem non inueniebat extra domum, à qua exierat: *Tunc vadit*, inquit, *& aſſumit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe, & ingreſſi habitant ibi*, Luc. 11. num. 26. Quem locum

D. Ambr.

D. Ambroſ. de ingreſſu dæmonum in Synagogam eleganter interpretatur. *Immundus*, inquit, *ſpiritus in nationibus, & gentibus per fidem Chriſti requiem reperire non potuit. Ideo regreſſus ad plebem eſt Iudæorum; quæ forenſi, & perfunctoria ſpecie compta, animo manet interiore pollutior. Neque enim ſacri fontis irriguo, aut abluebat, aut reſtinguebat ardorem: meritóque ad eam ſpiritus redibat immundus, adducens ſecum ſeptem ſpiritus nequiores ſe. Itaque vt nobis multiplicatur ſeptiformis ſpiritus gratia; ita illis immundorum ſpirituum omnis cumulatur iniuria.* Quò miſerabiliorem in ſtatum deuenire potuit Synagoga? vt ſicut in Eccleſia per Chriſtum habitat plenitudo diuinitatis corporaliter: ita in Synagoga per diabolum plenitudo totius malignitatis commoretur. Et ſicut in Eccleſia per Spiritum ſanctum ſeptiformis gratia, hoc eſt, omnium gratiarum abundantia redundat: ita in Synagoga per ſpiritum immundum ſeptiformis nequitia, hoc eſt, omnium nequitiarum affluentia reſtagnet.

Tandem Synagoga bonorum omnium maximum perdidit, Meſsiam.

36. *Synagoga Chriſtum repudiauit.*

HÆc eſt maxima omnium iactura, quam Iudæi patiuntur. Cùm enim Chriſtus Dominus omnium fons, & origo bonorum ſit; qui illum perdunt, omnibus omnino bonis denudantur. Igitur ſynagoga ſuum olim Meſſiam repudiauit, ab eo tandem repudianda, vt breuiter oſtendam. Quòd igitur eum repudiarit, patet in primis typicè, & in myſterio, cùm ſuum doctorem Moyſen abiecit, & omnis populus *congregatus aduerſus Aaron, dixit: Surge fac nobis Deos, qui nos præcedant: Moyſi enim huic viro, qui nos eduxit de terra Ægypti, ignoramus quid acciderit*, Exod. 32. num. 1. Rurſus cùm Samuelem contempſit, & à principatu excluſit, omnéſque maiores natu Iſraël ad eum congregati dixerunt: *Conſtitue nobis regem, qui iudicet nos, ſicut & vniuerſæ habent nationes*, 1. Reg 8. num. 5. Tandem cum Dauidem, ſi non in propria perſona, ſaltem in perſona poſterorum, pro nihilo habuit; & ab eo ad Ieroboamum defecit, dicens: *Quæ eſt nobis pars in Dauid? vel quæ hæreditas in filio Iſai?* 3. Reg. 12. n. 16. Nam cùm Moyſes, Samuel, & Dauid verum Meſſiam Chriſtum Dominum repræſentarint; dum hos ſuos doctores ſynagoga reiecit; ſuum quoque Meſſiam in illis repræſentatum cenſetur repudiaſſe.

37. *Iudæorum impudentia Chriſtum Dominum præ Cæſare, imò Barabba contemnentium.*

D. Cyril. Alex.

Verùm non ſolùm in myſterio, ſed in re ipſa, facta iam impudentior ſynagoga, ſuum à ſe Meſſiam præſentem, ac viuentem repulit: cùm illi Barabbam anteponit. *Non hunc, ſed Barabbam. Erat autem Barabbas latro*, Ioan. 18. n. 40. Et cùm Cæſarem ſibi potiùs in Regem, quàm illum præoptauit; *Non habemus Regem, niſi Cæſarem*, Ioan. 19. n. 15. Vbi D. Cyrill. Alex lib. 12. in Ioan. c. 26. *Reſiliit*, inquit, *apertè ab amicitia Dei populus Iudæorum, & reliquit, vt Moyſes dicit, Deum, qui ipſum genuit, & Domini auxiliatoris eius recordatus non eſt.* Et ad hoc impudens, & immane facinus ſentit alluſiſſe Ieremiam, cùm Iudæos etiam ethnicis, & idololatris poſtponit: nam hi ſuos Deos licet falſos ita colunt, vt ad alios non ita facilè tranſmutentur; cùm tamen Iudæi à ſuo vero Deo, ac Meſſia, quem colebant, ſe ad Cæſarem abripi, & ab-

A duci, facilè patiantur: & pro ſuo legitimo Rege, improbum tyrannum venerentur. *Tranſite*, inquit Propheta, *ad inſulas Cethim, ac videte: & in Cedar mittite, & conſiderate vehementer: & videte, ſi factum eſt huiuſcemodi. Si mutauit gens Deos ſuos; & certè ipſi non ſunt Dij: populus verò meus mutauit gloriam ſuam in idolum*, Ierem. 2. n. 10. & 11. Vbi quamuis ſermo ſit ad literam de antiqua Iudæorum defectione ad idololatriam; opportunè tamen transfertur, vt hæc eorum à Meſſia ad Cæſarem defectio exprimatur.

D. Chryſ.

Quem locum D. Chryſ. orat. 1. aduerſus Iudæos expendens, probè notat illud: *Populus meus mutauit gloriam ſuam*; vt oſtendat quantum in Iudæorum damnum hæc defectio conuertatur. *Non dixit*, inquit,

B *mutaſtis Deum veſtrum, Deus enim non mutatur: ſed mutaſtis gloriam veſtram. Neque enim me læſiſtis, inquit, neque vlla noxa ad me peruenit: voſmetipſos affeciſtis ignominia; meam gloriam non imminuiſtis, ſed veſtram ipſorum.*

38. *Chriſtus naſciturus & moriturus à Iudæis reijcitur.*

Suum denique Meſſiam, & naſciturum, & moriturum, reiecit Synagoga: naſciturum, quia nullum ei locum fecit intra vrbem Bethlehem, vt naſceretur. *Non erat ei locus in diuerſorio*, Luc. 2. n. 7. Moriturum, quia agendum in crucem ab vrbe exterminauit. *Extra portam paſſus eſt*. Hebr. 13. n. 12. Ad quam Synagogæ impietatem, & infidelitatem mihi videtur reſpexiſſe D. Bern. ſerm. 6. in vigilia

D Bern.

natalis Domini: *Et tu quidem*, inquit, *impia ſynagoga, hunc nobis filium peperiſti; officio quidem matris,*

C *ſed non matris affectu. Excuſſiſti enim de ſinu tuo, extra ciuitatem eiiciens; & eleuans ſuper terram: tanquam dicens Eccleſiæ gentium, pariter & Eccleſiæ primitiuorum, quæ eſt in cælis, nec mihi, nec vobis ſit, ſed diuidatur. Diuidatur, inquam, non inter vtraſque; ſed ab vtriſque.* Neque enim ita eum diuidi voluit ſynagoga, vt partim ad Iudæos, partim ad Gentiles, partim ad terreſtres, partim ad cæleſtes pertineret, ſed ita potiùs, vt ab vtriſque, ſeu ab omnibus amputaretur. *Sana nimirum mater*, pergit D. Bern.

D. Bern. *Chriſtus D. à Iudæis eiectus, à Gentilibus excipitur adorandus.*

ita abortiuum facere voluiſti: dum non eſſet, qui excipere poſſet excuſſum. Hoc planè erat Synagogæ conſilium, hæc ratio, hæc mens ſuum a ſe Meſſiam excutiendo interficere; & ab hominum memoria

D exterminare. Sed ſuo conatu deluſa, vnde obeſſe voluit, inde experta eſt profuiſſe. *Age ergo*, addit D. Bern. *quid profeceris, imò quam nihil profeceris, intuere. Vndique enim egrediuntur filiæ Sion, vt videant regem Salomonem, in diademate, quo coronaſti eum. Ciuitate pulſus, atque leuatus à terra, omnia trahit ad ſe.* Et poteſt eſſe alluſio ad Moyſem, quem mater, hoc eſt, Synagoga, expoſuit, Exod. 2. n. 3. Et filia Pharaonis, hoc eſt, Eccleſia excepit; imò & coronauit ibid à n. 5. Quem enim Iudæi proſcripſerunt; Gentiles adorarunt.

39. *Synagoga à Chriſto D. reiecta, dilecta Eccleſia.*

En Chriſtus Dominus à Synagoga repudiatus: ipſa ſe omni bono priuauit. Sed vlterius vide & ipſam ſynagogam à Chriſto Domino reiectam, & ab omni bono, quod ſperabat, deturbatam. De ſole oriente, & mundum colluſtrante loquutus Sapiens,

E *Sol*, inquit, *renaſcens gyrat per meridiem; & flectitur ad Aquilonem*, Eccleſiaſtes 1. num. 6. Quem

D. Ambr.

locum D. Ambroſ. ſerm. 12. in Pſal. 118. de Chriſto Domino nato ad meridiem, hoc eſt, in ſynagoga, & tranſlato ad Aquilonem, hoc eſt, ad Eccleſiam, myſticè interpretatus. *Ipſe*, inquit (nempe Chriſtus Dominus) *oriens populo Iudæorum, ad Auſtrum ivit; ad molliorem populum, luxuria magis feruentis corporis lubricum, quam immanitatis impietate prædurum: aut certè ad nobiliorem plebem; quæ erat genus electum, vendicans ſibi Patriarcharum proſapiam.* Vbi cernitur eximius à Deo in Synagogam Iudæorum collatus fauor: quo tamen illa, ſuorum ſcelerum, &

Iudæi in Auſtro, gentiles in Aquilone myſticè ſignificati.

A multitudine, & magnitudine, indignam ſe effecit. Vnde pergit Ambroſius: *Sed quia perſeuerabat in vitiis, nec emendabat errorem; ideò ſol iuſtitiæ gyrauit ad gentes, quæ antè eloquiis cæleſtibus defraudatæ, immanes, & ignobiles habebantur. Aquilo enim grauis ventus eſt, vt populi nationum. Sed qui erant graues antè in perfidia; nunc ſuper Aquilas leuiores facti ſunt, fide, atque pietate.* Videas, quid amiſerit Synagoga, à ſuo deſerta ſole, quantis ignorantiæ tenebris obruatur; ab illo omnium altore, nutritoréque virtutum repudiata, quantis vitiorum cumulis prægrauetur.

40. *Cur Iudæa relicta, trans mare Galilææ Chriſtus abierit?* D. Cyril. Alex.

Poſt longam diſputationem cum Iudæis initam, *Abiit Ieſus trans mare Galilææ*, Ioan. 6. num. 1. Vbi iam non Iudæi, ſed gentiles habitabant. Quærit B antem D. Cyrill. Alexand. lib. 3. in Ioan. cap. 11. Cur ſe Chriſtus à Iudæorum conſortio abduxerit; & in gentilium familiaritatem immiſerit? Et reſpondet ad præſens inſtitutum non parum accommodatè: *Quoniam*, inquit, *apud hos honorificè tractabatur; gentium Eccleſiæ iure datam palmam, re ipſa oſtendebat.* Et paulò pòſt: *Propterea recedens ab Ieroſolymis, non ad finitima caſtella diuertit; ſed trans mare Tyberiadis abiit, vt re ipſa Iudæis intimaretur, tam longè pro impietate eorum ab eis migraturum, vt inacceſſibilis ad eum via futura ſit: non enim eſt poſſibile pedibus hominum, maria tranſiri.* Quantus Synagogam inuadet pauor, ſi hæc intelligat, nimirùm tantum inter eam, ac ſuum Meſſiam chaos intereſſe, vt nullo C queat proprio labore ſuperari: & iam quodammodo videatur inferorum rea. Sicut enim inter inferos, & ſuperos magnum chaos firmatum eſt, nec vllus vltrò citróque commeandi locus inuenitur, teſte Abrahamo, Luc. 16. n. 26 ita Synagogam à ſuo Meſſia tam inuia via diuidit, vt nullus haberi poſte ad eum regreſſus videatur.

41. *Chriſtus Hieroſolymã in ſynagogæ typum dereliquit.* Rupert. Ioſeph.

De Ieroſolymis vltimò egreſſus Chriſtus Dominus: *Surgite*, inquit, *eamus hinc*, Ioann. 14. num. 31. Quem exitum, inquit Rupert. lib. 10. in Matth. cap 26. expreſſit: *Cum terribilibus, ac reuerendis verbis iſtis. Quid enim erat dicere, ſurgite, eamus hinc: quando Iudas loquebatur cum ſenioribus, ſtatim venturus cum cohorte, & miniſtris: niſi relinquere ciuitatem illam: quemadmodum per Prophetam Ieremiam prædixit. Reliqui domum meam, dimiſi hæreditatem meam; facta eſt mihi hæreditas, quaſi leo in ſyl-* D *ua: dedit contra me vocem ſuam; ideo odiui eam*, Ierem. 12. num. 7. & 8. Et ſtatim comparat hæc verba Chriſti Domini: *Eamus hinc*, cum illis Angelorum, quas ſuprà ex Ioſepho retulimus, in templo auditas fuiſſe, *Migremus hinc.* Nam vt Angeli indignabundi, & Iudæorum perfidiam, ac malitiam exoſi, à templo recedebant, multò promptiùs à ſceleratiſſima vrbo, & gente receſſuri. *Ita Chriſtus*, inquit Rupert. *cum terribili ſignificatione vocum, omne præſidium ſalutis, ſeſe ab illa ciuitate migrare demonſtrauit.*

Angeli Hieroſolymitanũ templum deſerunt. Rupert.

42. *Synagogam non ſolùm verbis, ſed etiam factis, Chriſtus repudiauit.* Rupert.

Neque ſolo verbo, ſed etiam facto ipſo, excun- E do, oſtendit, illum à ſe populum repudiari. *Factis enim*, inquit, *non minus, quàm verbis loqui, ſapientia Dei familiare eſt.* Idem etiam repudium ſynagogæ ſignificaturus Chriſtus Dominus: *Abſcondit ſe, & exiuit de templo*, Ioan. 8. num. 59. *Mala enim ſubſequentia*, addit Rupert. *probauerunt, verè & de templo illo exiiſſe, & de ciuitate illa abiiſſe Ieſum, & ab vtroque migraſſe omne Angelorum præſidium.* Nam ſicut olim Moyſes cum *exiuit à Pharaone iratus nimis*, Exod. 11. num. 8. extremam Pharaoni calamitatem portendit. Ita Chriſtus Dominus egrediendo de vrbe, ac de tẽplo conceptam in populum Iudaicum iram ſignificauit, paulò poſt, in eum per innumeras plagas effundendam.

A Quid verò potuit Pharaoni durius nunriari, quàm quod ei Moyſes nuntiauit? *Non videbo vltra faciem tuam*, Exod. 10. num. 29. Quid potuit Sauli infelicius contingere, quàm non eſſe vltrà videndum à Samuele? iuxta illud: *Non vidit Samuel vltra Saul vſque ad diem mortis ſuæ*, 1. Reg. 15. n. 35. Quid denique potuit ingratæ ciuitati Apoſtolos non recipienti, calamitoſius obuenire, quàm ab ipſis Apoſtolis repudiari, exeuntibus foras, & excutientibus puluerem, quem in ea collegerunt? Matth. 10. num. 14. *Amen dico vobis*, inquit Chriſtus Dominus, *tolerabilius erit terra Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicij, quàm illi ciuitati.* Ibid. num. 15. Quid terribilius? Vnde licet efficaciter argumen- B tari. Nam ſi receſſus Moyſis à Pharaone; Samuelis à Saule; Apoſtolorum ab illa vrbe, tam multas calamitates non ſolum in hac vita, ſed etiam in futura ſubeundas ominatur: quid non timeas, ſynagoga, quid non exhorreſcas; à qua non Moyſes, non Samuel, non Apoſtoli tantùm receſſerunt: ſed tuus ipſe Meſſias, à quo omnia bona ſperabas, ſine quo omnibus infortunijs ſubijcieris? *In generationem & generationem*, inquit Dauid, *veritas tua*, Pſalm. 118. n. 90. Prius quidem, ſed ad breue tempus in Synagoga Iudæorum: poſterius, ſed vſque in ſempiternum in Eccleſia gentium. Vbi D. Ambr. ſerm 12. *Receſſit*, inquit, *ab illis veritas, quando dixerunt: Tolle, tolle, crucifige eum*, &c. *Tradiderunt enim veritatem;* C *& elegerunt iniquitatem: ſola Eccleſia veritatem pio affectu poſſidet.*

D. Ambr.

43. *Vocabulis Hebræis, & Syriacis Chriſtus in cruce loquitur, vt Hebræos repudiare videretur.* D. Epiph.

Tandem Chriſtus Dominus in cruce moriturus ſupremum videtur Synagogæ dixiſſe vale: nam æternum Parentem alloquutus, prorupit in hæc verba: *Eli, Eli, lamma ſabacthani? hoc eſt, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* Matth. 27. n. 46. Vbi D. Epiphan. lib. 2. contra hæreſes, hæreſi 69. ad finem, obſeruat, illa duo priora verba, *Eli, Eli*, Hebræa eſſe: at verò hæc poſteriora, *lamma ſabacthani*, eſſe Syriaca. Vnde non immeritò dubitabis, cur voluerit Chriſtus Dominus, vocabulis Hebræis exordiri, & Syriacis perorare. Reſpondet D. Epiph. aptè ad rem præſentem: *Hoc ipſum*, inquit, *faciebat propter bonam diſpoſitionem. Vt confiteretur id dictum. de ſe dictum eſſe a Propheta, per hoc,* D *quod Eli, Eli, dixit. Quod verò reſtabat, non amplius Hebraica lingua, ſed Syriaca proferebat: quo ſubuerteret eos, qui Hebraicam iactant; & honoraret etiam alias linguas: ad impletionem eorum, quæ de ipſo dicta ſunt. Expaſſurus enim erat iam ſui cognitionem in omnes gentes, & non in Hebræos ſolùm.* Quaſi diceret, Hebraicè exorſus eſt, vt illud exordium Pſalm. 21. *Deus, Deus meus*, ſeu, vt eſt in Hebræo, *Eli, Eli*, ſuo nomine à Propheta dictum fuiſſe, confirmaret. Syriacè verò perorauit, vt iam inde Hebræos à ſuo colloquio arcere videretur; & qui hactenus Hebraicè loquentem non audierant, deinceps Syriacis, aliíſque externis linguis loquentem non E intelligant; atque adeò ab omni cum Chriſto commercio in totum abdicentur. Quid tibi accidere poterat infelicius, Synagoga? Tuus à te Meſſias longiſſimè recedit· & vt te à ſuo conſortio penitus repellat, vernaculum dedidicit idioma, quo tecum anteà vtebatur. Lingua, quam non noueris, loquetur, ne te in poſterum alloquatur.

44. *Chriſtũ tanquam florem odorem ſynagoga quondã percepit, non fructum guſtauit.* D. Bern.

Suum perdidit Meſſiam ſynagoga, florem in ſe habuit, fructum non ſenſit: odorem percepit, ſaporem non guſtauit. Rectè D. Bern. ſerm. ad milites templi cap. 7. *Tanquam fructus, in flore coaleſcens nutritus eſt Deus infans: vt floris odor fructus ſaporem præcederet, ac de naribus Prophetarum, faucibus ſe Apoſtolorum, liquor ſanctus infunderet, Iudæiſque tenui*

odore

Iſaac in Iudæorum typum veſtimenti odore ſenſit: filium non agnouit.

odore contentis, guſtu ſolido reficeret Chriſtianos. Et ſtatim docet, Patriarcham Iſaac, qui odorem filij ſenſit, dicens: *Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni,* Gen. 27. n. 27. ſed filium ooo agnouit: typum fuiſſe Iudæorum, qui floris odorem ſenſeruot, fructus ſaporem non guſtarunt. *Iſaac*, inquit, & ſub eius nomine, Iſraëliticus populus, *veſtimenti fragrantiam ſenſit, ſed veſtiti præſentiam non agnouit: ſoléque veſtit, tanquam floris odore forinſecus delectatus, quaſi fructus interioris dulcedinem non guſtauit: dum & electi filij, ſimul & ſacramenti fraudatus cognitione remanſit.* Itaque ille flos apud Iudæos, ſeu, vt loquitur Euangeliſta, *IESVS à Nazareth, pertranſiit, benefaciendo, & ſanando omnes*, Actor. 10. num. 38 non permanſit, ſempiternam in Eccleſia ſedem habiturus: ex qua B non modò floris odorem, ſed etiam ſaporem fructus omnibus partiatur.

45. *Iudæi non propter idololatriam, ſed propter Chriſti Domini necem tam multis pœnis ſubijciuntur.*

Atque hæc de eattema bonorum omnium, & temporalium, & ſpiritualium proſcriptione, quam Iudæi in hac vita patiuntur. Vnum ab eis quæro, Quam ob eulpam tam multis pœnis ſubijciantur? Non quidem ob idololatriam: quam reuera modò nou exercent, vt conſtat tam ea euidentia facti; nullæ enim modò de Iudæorum idololatrijs toto orbe querimoniæ eacitantur: quàm etiam ex illo oraculo diuino ſuprà iam citato: *Dies multos ſedebunt filij Iſrael, ſine Rege, & ſine principe, & ſine ſacrificio, & ſine altari, & ſine ephod, & ſine theraphim,* Oſeæ 3 num. 4. Vbi *ſine theraphim*, ad literam, iuxta

Ribera.

C veriorem ſententiam, quàm Ribera latiùs tuetur, idem eſt, atque *ſine idolis, ac ſimulachris falſorum Deorum.* Qui igitur falſos Deos non colunt; cur à vero tam diuturnis calamitatibus puniũtur? Quæ-

Hiero.

ſtionem proponit, ac ſoluit D. Hier. epiſt. 129. ad Dardanum, io fine, Iudaicum populum alloquutus. *Certè*, inquit, *non colis idola; ignoras alienos Deos. Quomodo ergo clementiſſimus quondam Deus, qui nunquam tui oblitus eſt; nunc per tanta ſpatia temporum, miſeriis tuis non adducitur, vt ſoluas captiuitatem, &, vt verius dicam, expectatum tibi mittat Antichriſtum? Ob quod facinus, & tam execrabile ſcelus auertit à te oculos ſuos? Ignoras? Memento vocis parentum tuorum: Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Et, venite* D *occidamus eum, & noſtra erit hereditas. Et, non habemus regem, niſi Cæſarem: Habes, quod elegiſti: vſque ad finem mundi ſeruiturus es Cæſari; donec gentium introeat plenitudo: & ſic omnis Iſrael ſaluus fiat; vt qui quondam erat in capite, vertatur in caudam.*

46. *Ex Iudæorũ ſupplicijs Chriſtus verus Meſſias comprobatur.*

Quòd ſi Iudæi propter Chriſtum occiſum, tot infortunia patiuntur: profectò verus fuit ille Meſſias; nam ſi Dei aduerſarius eſſet, propter illius occiſionem non punirenrur à Deo, ſed potiùs coronarentur: ſic enim probè argumentatur Tertull.

Tertull.

lib. 3 contra Marc. c. 23. *Si*, inquit, *propter illum*, ſcilicet Chriſtum, *acciderunt* hæc ſupplicia; *non potuit creator vlciſci, niſi ſuum Chriſtum: remuneraturus potius Iudam, ſi aduerſarium Domini ſui peremiſſent.* Totum

D. Chryſ.

hoc argumentum D. Chryſ. in Pſal. 8. ibi, *Vt deſtruas inimicum, & vltorem*, & orat. 3. contra Iudæos, non

Iulian. Pomer. Samuel. Maroch.

E procul ab initio, & Iulian. Pomer. lib. 1. contra Iudæos, & Samuel Marochian. lib. de Aduentu Meſſiæ, cap. 6. & ſequentibus, latè proſequuntur.

SECTIO V.

Ab ſpiritualibus æternæ vitæ bonis Iudæi repellendi.

1. LOquimur de Iudæis, qui ſuo Iudaiſmo adhæreſcunt: nam *reliquiæ* Iſraël, quæ ad fi-

A dem conuertentur, *ſaluæ fient*, Roman. 9. numero 27. & cap. 11. numero 26. Miſerrima igitur conditio Iudæorum, qui in hac vita omnibus bonis proſcribuntur, vt oſtenſum eſt; & in futura ab æternis bonis arcebuntur. Sed ipſi ſibimetipſis tribuant, quod patiuntur; qui aduersùs ſe damnationis ſententiam protulerunt.

Iudæi in Chriſti ſanguine iuſtitiam poſtularunt: Pilatus Gentilis, in aqua miſericordiam.

Peccarunt Gentiles, ſed malorum pertæſi ad miſericordiam confugerunt, poſtulantes aquam, qua abluerentur. Quod Gentilis Præſes ſignificauit, qui *accepta aqua, lauit manus ſuas coram populo, dicens: Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius*, Matth. 27. oumero 24. Peccarunt item & Iudæi: ſed de ſuis peccatis non dolentes, B quin potiùs complacentes, ad iuſtitiam prouocarunt, poſtulantes ſanguinem, quo imbuerentur: *Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros*, ibid. numero 25. Et ſicut olim Ioab non ſolùm *effudit ſanguinem belli in pace*; ſed etiam *poſuit cruorem prælij in baltheo ſuo*, 3. Reg. 2. num. 5. quaſi gloriabundus de ſanguine, quem iniquiſſimè effuderat; & de homicidio, quod iniuſtiſſimè patrarat: ita & Iudæi non ſolùm ſuas manus Chriſti ſanguine imbuerunt; ſed etiam filiorum capita cruentarent: quaſi Deicidium à ſe commiſſum, monumentum gloriæ ſibi futurum ſperarent. Itaque gentiles aquam, hoc eſt, miſericordiam: Iudæi ſanguinem, hoe eſt, iuſtitiam, ſuis peccatis poſtularunt. *Quid faciet*, inquit D. Bern. ſerm. 14. D Bern.

C in Cant. *iuſtus, & miſericors Dominus, altera*, nempe Synagoga Iudæorum, *gloriante in lege, & applaudente iuſtitiam ſibi, nec indigente miſericordia, ſed deſpiciente ipſam, qua indiget: altera*, ſcilicet Eccleſia gentium, *è regione propria cognoſcente delicta, confitente indignitatem, renuente iudicium, flagitante miſericordiam? Quid, inquam, faciet iudex; & ille iudex, cui, & iudicare, & miſereri, ſic vtrunque familiare eſt, vt neutrum altero familiarius? Quid ſanè poſſit conuenientius, quàm pro ſuo quæque accipiat voto, iudicium illa, iſta miſericordiam. Iudeus iudicium quæris, habeat. Et eſt iudicium, vt qui contemnunt Dei miſericordem iuſtitiam, & ſuam volunt conſtituere, eidem ſua iuſtitiæ relinquantur, opprimendi magis, quàm* D *iuſtificandi.* Ne igitur Iudæus indignetur, ſe damnatum eſſe, qui ſe ipſum adhuc viuens iudicauerat damnandum.

2. *Iudaicus populus Chriſtum occidẽs, in ſuummet caput profert damnationis ſententiam.*

Optima parabola diuitis, occidentis ouem pauperis, induxit Propheta Nathan; Dauidem Regem ad ſententiam in ſuummet caput proferendam. *Viuit Dominus*, inquit Dauid, *quoniam filius mortis eſt vir, qui fecit hoc. Ouem reddet in quadruplum.* 2. Reg. 12. num. 5. & 6. Quem locum D. Ambr. in poſteriori Apologia de Dauid c. 11. ad præſens inſti-

D. Ambr.

tutum aptè interpretatur. Nam in primis diuitem illum, & pauperem, Iudaicum, & Chriſtianum populum exponit: *Quis eſt*, inquit, *hic diues, aut pauper; niſi fortè vnus populus Iudæorum, & alter populus Chriſtianus? Ille diues in lege, diues eloquiis Dei ſibi creditis, diues prophetis, diues oraculis: hic verò* E *pauper*, &c. Deinde ouem pauperis occiſam à diuite, Chriſtum Dominum eſſe dicit, à Iudæis occiſum. *Dum*, inquit, *haberet populus Iudæorum in ſuis gregibus plurimas copias beſtiarum; tamen vnam oniculam, quam populus ille pauper habebat, eripuit glorioſa illi ſubiiciens paſſioni. Vis ſcire, quam ouem? Sicut ouis ad victimam ductus eſt*, &c. Iſai. 53. num. 7. Tandem illam ſeotentiam, quam Dauid neſciens quò tenderet, contra ſe ipſum tulit, illam eſſe, docet, qua ſe ipſum Iudaicus populus, neſciens, quid faceret, ad æternam mortem condemnauit. *Per Prophetam*, inquit, *Dauidem, Iudæorum populus declaratur, & ideo ſub hac figura ſe ipſe condemnat. Dignus*

gnus eſt morte vir ille, qui fecit hoc: & ouiculam reſtituet in quadruplum, hoc eſt, periturum populum Iudaorum; ſed cumulatioribus bonis fruiturum populum Chriſtianum quia praſtabilior eſt praſentibus, ſtatus, qui ex reſurrectione debetur. Itaque vt Dauid eripiens ouem, ſe morte damnauit: ita populus Iudaicus Chriſtum occidens, æternæ ſe pœnæ ſubiecit; dum ſanguinem, quem effudit, ſibi ſui ſceleris poſtulauit vltorem. Et vt ille pauper poſt ereptam ouem, quadruplo ditior effectus eſt: ita populus Chriſtianus poſt Chriſtum occiſum, longè maioribus diuinæ gratiæ diuitijs abundauit.

3. *Damnationis ſententiã Iudai non ſolùm in ſe proferunt ſed etiam exequuntur.*

Nec ſolùm contra ſe ipſos damnationis ſententiam ferunt, ſed etiam exequuntur. Illæ duæ tribus Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manaſſes, quæ ſicut erant primogenitæ, ita populum Iudaicum primogenitum repræſentabant; vt ſect. 3. dictum eſt, duram contra ſe ipſas ſententiam, & tulerunt, & impleuerunt. Nam ipſæ ſua ſe ſponte damnarunt, ne beatam promiſſionis terram vltra Iordanem poſſiderent; ſed plagam nutriendis pecoribus fertilem citra Iordanem habitarent.

Duæ tribus & dimidia, in Iudaorum typum, promiſſionis terram contemnunt.

Pro hac enim obtinenda orantes Moyſen: *Precamur*, inquiunt, *vt des nobis famulis tuis eam in poſſeſſionem; nec facias nos tranſire Iordanem*, Num. 32. n. 5. Quid inertius? quid ignauius, quàm pro vtilitate beſtiarum, repudiare hæreditatem filiorum? ita planè Iudæi cæleſti patriæ renuntiarunt, amore terreſtris.

D. Greg.

Nam vt benè D. Gregor. lib. 27. moral. cap. 7. aliàs 10. *Qui*, inquit, *iumenta plurima poſſident, Iordanem tranſire refugiunt, quia quos multa mundi implicamenta occupant, habitationem caleſtis patria non requirunt.* Quam verò habuerunt illæ tribus ineptam, ac præpoſteram concupiſcentiam; annuente tandem Moyſe, expleuerunt. Felicia Iudææ montana libentes repudiarunt, vt campeſtria Galaad paſtu pecorum luxuriantia habitarent. Ibi fixerunt vrbes pariter hominum, & caulas pecorum. Numer. 32. num. 36. vitam acturi, magiſne humanam, an belluinam, neſcio.

D. Greg.

Ita planè terreni homines, inquit D. Gregor. quales Iſraëlitæ: *Ab altis cacuminibus montium, quaſi à ſpe caleſtium dilabuntur, vt extra promiſſionis terram, bruta animalia nutriant; quia ad paſcendos variis deſideriis irrationabiles animi motus elaborant; quia aterna lucis quanta ſit claritas, neſciunt, qui tranſitoriis occupationibus obcacantur.* Ipſi igitur Iſraëlitæ beatam patriam & affectu repudiarunt, & effectu ipſo contempſerunt.

4. *Non Iudais ex Ægypto egreſſis, ſed in deſerto natis, in gentium typum, promiſſa terra diuiditur.*

Poſtquam Moyſes recenſuit totum populum in terram promiſſionis ingreſſurum. Ecce tibi diuinum oraculum: *Iſtis*, inquit, *diuidetur terra, iuxta numerum vocabulorum in poſſeſſiones ſuas*, Num. 26. n. 53.

Orig.

In quem locum Origen. hom. 21. ſub initium, duplicem quodammodo populum in tota illa Hebræorum multitudine diſtinguit: vnum, qui egreſſus fuerat de Ægypto: alterum, qui ingreſſurus erat in terram promiſſam; ille prior varijs calamitatibus oppreſſus, in deſerto occubuerat: hic poſterior omnibus periculis defunctus, adhuc ſuperabat; in illo priori populus Iudaicus, in poſteriori populus Gentilis exprimebatur: poſteriori populo igitur, non priori dicitur terra promiſſionis diuidenda, quia populo Gentili, non Iudaico erat aditus in beatam illam patriam reſerandus.

Orig.

Sic totam hiſtoriam ad mythologiam citatus Origen. traducit: *Hac*, inquit, *nolo putet ſolius hiſtoria textu concludi; myſteria ſunt, qua per legis imaginem conſcribuntur. Reprobatur enim prior populus, qui eſt in circumciſione: & introducitur ſecundus, qui congregatur ex gentibus, & ipſe eſt, qui hareditatem conſequitur paternam.* Et ſtatim expendit duplicem longè maximam promiſſæ terræ felicitatem; vnam, quod non à Moyſe, ſed à Ioſue conferatur, vt clarior in ea cæleſti patria præmonſtretur, non ab alio, quàm ab ipſo Chriſto Domino conferenda.

Non Moyſes, ſed Ioſue, id eſt, IESVS, promiſſam beatitudinis patriam ſuis confert.

Et à quo, inquit, *conſequitur?* ſcilicet hic poſterior populus, hæreditatem. *Non à Moyſe, ſed à IESV. Nam Moyſes etiamſi dat aliquibus hareditatem, non dat intra Iordanem; nec tranſit omnino Iordanem, ſed extra Iordanem dat terram, non fluentem lacte, & melle; ſed pecoribus aptam; & muta animalia, atque irrationabiles pecudes, melius quàm rationales homines nutrientem. IESVS verò meus ſecundo populo terram, quam dat, terra eſt lacte, & melle fluens; imò fauus mellis eſt pra omni terra.* Vbi ex donatoris largitate, facilè colligitur ipſius doni amplitudo: in inuidiam quidem non exiguam Hebræorum, qui temporarijs tantùm bonis à ſuo Moyſe donati, videant Chriſtianos à ſuo IESV æternis bonorum cumulis circunfuſos.

Promiſſionis terram conſultè, & ſecundum merita Ioſue, id eſt, IESVS ſuis diuiſit.

Alteram, quod terræ promiſſæ portiones non temerè, & pro arbitrio, ſed conſultè, & præuio examine diſtribuantur. *Et Moyſes*, inquit, *hareditatem non dat in clero, nec ſorte diſtribuit; nec poteſt per plebes, & domos, ac familias, & nomina, & merita ſingulorum, diuina ſorte penſare: hoc ſolus facit IESVS, cui omne iudicium Pater tradidit: ipſe ſcit, quomodo populum ſuum non modò per tribus, & familias, & domos, verum & per nomina vnumquemque, digna, & competenti manſione diſpenſet.* Vbi & doni, & donatoris excellentia demonſtratur: doni quidem, quia non temerè effunditur, merentibus, & non merentibus, tanquàm res nullius pretij conferendum; donatoris autem, quia ſumma cum auctoritate iudicis, ſingulorum merita diligenter expendentis, ac trutinantis, ſuas ſingulis partes elargitur. Itaque immenſum æternæ gloriæ pondus Chriſtianis per Dominum IESVM impertiendum reſeruatur: Iudæis ab hac felicitate excluſis, & ad ſua pecora, quæ amabant, relegatis.

5. *Synagogam olim Deus ad oſtium tabernaculi alloquebatur, nec ſinebat intrare.*

Ad oſtium tabernaculi fieri olim ſolebat magnus concurſus. Ibi congregabatur populus; iuxta illud: *Congregabis omnem cœtum ad oſtium tabernaculi*, Leuit. 8. n. 3. & illud: *Congregabitur ad te omnis turba ad oſtium tabernaculi*, Num. 10. n. 3. Ibi ſacerdotes conſecrandi ſiſtebantur; iuxta illud: *Aaron, ac filios eius applicabis ad oſtium tabernaculi*, &c. Exod. 29. num. 4. Ibi Nazaræi ſuas ceremonias explebant. *Radetur Nazaraus ante oſtium tabernaculi*, Numer. 6. n. 18. Ibi ſuas quiſque victimas Deo ſacrificandas, ſacerdoti offerebat. *Sacerdoti offerre debent filij Iſrael hoſtias ſuas ante oſtium tabernaculi*, Leuit. 17. num 5. Ibi Septuaginta ſeniores, populi iudices inaugurati iuſſi ſunt. *Duces eos ad oſtium tabernaculi fœderis, faciéſque ibi ſtare tecum*, Numer. 11. num. 16. Ibi Dominus conſtituit, vt cum Moyſe loqueretur, iubens enim ſacrificium veſpertinum fieri ad oſtium tabernaculi, ſubdit; *Vbi conſtituam, vt loquar ad te*, Exod. 29. n. 42. Ibi re vera cum Moyſe per columnam loquebatur. *Deſcendebat columna nubis; & ſtabat ad oſtium tabernaculi; loquebatúrque* Dominus *cum Moyſe.* Exod. 33. num. 9. Ibi denique non ſedentibus, ſed ſtantibus gloria Domini apparebat. *Stantibus Moyſe, & Aaron ad oſtium tabernaculi; apparuit cunctis gloria Domini*, Numer. 16. num. 19. Non ſine myſterio, credo, eſt, quod Hebræi tam frequenter ad oſtium tabernaculi pedem ſiſtere iuberentur, prohiberentúrque intro inferre. Scilicet iam inde ſub hoc ſymbolo mihi videtur Deus ſignificare voluiſſe, infelicem eum populum ab æternæ beatitudinis aditu tandem excludendum; & in æternum exilium relegandum.

Quid verò gentium Eccleſiam? Hanc, vt fidelem 6.

Sola Eccleſia gentium ad intimū beatitudinis penetrat conclaue.
D.Hier.

lem ſponſam, in diuini ſponſi cubiculum introducendam; vt ipſamet teſtatur: *Introduxit me Rex in cellaria ſua*, Cant. 2. num. 4. non enim tantùm ad oſtium, vt externa, accedebat: ſed ad intimum conclaue, tanquam domeſtica penetrabat. Ita ferè D. Hieronym. in epiſt. 142. ad Damaſum exponit. *Legimus*, inquit, *in veteri teſtamento, quod ſemper Dominus Moyſi, & Aaron ad oſtium tabernaculi ſit loquutus, quaſi ante Euangelium, nec dum eos in ſancta ſanctorum introduxerit; ſicut Dei Eccleſia poſtea introducta eſt, dicens. Introduxit me Rex in cubiculum ſuum.* Itaque Iudæus ante Euangelium ad oſtium quidem tabernaculi accedebat; ad ſancta ſanctorum non intrabat. Poſt Euangelium verò, niſi Iudæus eſſe deſinat, etiam ab oſtio æternæ patriæ, ad quod non niſi per fidem, charitatémque acceditur, exulabit.

7. Ex duobus illis fratribus prodigo, & frugi, quos Chriſtus Dominus in parabolam adduxit; ſenior, qui erat in agro: *Indignatus eſt, & nolebat introire* in domum paternam, Luc 15. num. 28. cum tamen iunior non ſolùm in paternam domum, ſed etiam in paternum amplexum receptus ſit, ibid. num. 20. ſcilicet in illo ſeniori filio Iudaicus populus exprimebatur, qui ſe ipſum à paterna domo in æternum abdicauit: in hoc autem iuniori, populus gentilis, qui in paternam domum, à qua ipſe ſua malitia diu exularat, paterna tandem indulgentia reuocatur. Vnde D. Bern ſerm. 14. in his duobus fratribus Synagogam, & Eccleſiam contemplatus: *Adhuc*, inquit, *Synagoga foris epulatur cum amicis ſuis dæmonibus; quibus ſatis placet, quod hædum peccati inſipiens deuorat*, &c. Et paulò poſt: *At verò Eccleſia ſciſſo veli occidentis litera in morte Verbi crucifixi, audacter ad eius penetralia, præeunte ſpiritu libertatis irrumpit, agnoſcitur, placet, ſortitur æmulæ locum, fit ſponſa, fruitur præreptis amplexibus*, &c.

Eccleſia myſticè in filio prodigo paternam beatitudinis domum ingreditur, Synagoga in fratre ſeniore foris relinquitur.
D.Bern.

8. Vide populi ſenioris inſaniam, & factis, & verbis expreſſam. Factis quidem, quia nolebat intrare: ipſe ſibi ſupplicium inferebat: ipſe paterna ſe domo, & menſa priuabat. Et, quod deterius eſt, malebat foris, hoc eſt, extra Eccleſiam comedere hœdum, hoc eſt, peccatum, cum amicis ſuis, hoc eſt, cum dæmonibus, vt D. Bern. expendit: quàm paterna domo cum patre, & fratre, vitulum ſaginatum epulari: hoc eſt, in beata patria cum Chriſto, & ſanctis, æternis delicijs repleti. Verbis autem, dum queritur apud patrem, dicens: *Nunquam dediſti mihi hœdum, vt cum amicis meis epularer*, ibid. num. 2. Non vitulum intus cum patre, ſed hœdum foris cum amicis epulari cupiebat, hoc eſt, non ſpiritualia bona cum Deo in patria; ſed carnalia cum dæmonibus in exilio præoptabat. Quid imprudentius? Quid ſtultius? vnde D. Hier. epiſt. 146. ad Damaſum: *Erras*, inquit, *Iſrael. Dic potius, vt tecum epularer. An poteſt eſſe tibi aliqua iucunditas, niſi patre tecum celebrante conuiuium?* Pater, niſi cum filio, conuiuium celebrare nolebat: *Manducemus*, inquit, *& epulemur*. Non ſibi tantum, ſed filio conuiuium imperabat. At filius procul à patre ſuas ſibi epulas requirebat. *Scilicet*, inquit D. Hier. *tu ea mente, qua inuides fratri, qua à patris recedis aſpectu, & ſemper in agro es, nunc quoque vis eo abſente inire conuiuium.* Quam manifeſtè Iudaicus populus à ſuo ſe Deo auertit, & ab æterno conuiuio alienat? Quod magis ex te, quam deſiderabat, oſtendit. Non enim dicit: *Nunquam dediſti mihi* vitulum; ſed, *hœdum*.

Synagogæ ſtultitia in hoc fratre ſeniore expreſſa.
D.Bern.

D.Hier.

9. Inſanis iterum Iſraël. *Nunquam*, inquit D. Hieron. *pater deteriora dat munera: habeo vitulum immolatum: ingredere, manduca cum fratre. Quid hœdum* A *quæris, cui agnus eſt miſſus?* Nihilominus infelix populus eſuriebat hœdum, qui peccata ſignificabat, non agnum, qui peccata mundi tollebat: malè ſibi ex hoc ſuo præpoſtero deſiderio ominatus, ſe cum hœdis in extremo iudicio ad ſiniſtram repellendum. *Pater quidem*, inquit Hieronym. *pœnitentiam tribuens, te hortatur ad vitulum; non immolans hœdum, quem ſtare ſcit ad ſiniſtram. Tu verò in fine ſæculi ipſe tibi es hœdum immolaturus Antichriſtum; & cum amicis tuis ſpiritibus immundis, eius carne ſaturandus.* Quid clariùs portendere potuit populo Iſraelitico, æternæ ſalutis iacturam: quam ipſe à ſua abductus perfidia tandem incurret?

Hœdum peccati, & Antichriſti ſymbolum ſpreto patris conuiuio Synagoga rogauit.
D.Hier.

10. B Eandem ferè damnationis ſententiam & ſerpens pertulit, & Cain: ſerpenti enim dicitur: *Maledictus es inter beſtias terræ*, Geneſ. 3. num. 14. Caino autem: *Maledictus eris ſuper terram*, Geneſ. 4. num. 11. Eadem vtrique infligitur maledictio: Rationem reddit D. Chryſoſt. hom. 19. in Geneſ. quia eadem vterque peccata commiſit. *Nam ſicut diabolus*, inquit, *qui odio, & inuidia mouetur, ferre non potuit tot ineffabilia beneficia, quæ in hominem ab initio collata ſunt, & inuidia ad deceptionem ſtimulatus eſt, quæ mortem induceret: ita & hic Deum erga fratrem ſuum videns beneuolentia magna affici, ex inuidia ad homicidium proſiliit.* Quid igitur Iſraël leuiorem pœnam ſperes, qui culpam nihilo leuiorem commiſiſti? Inuidiſti, & occidiſti C ſicut ſerpens, & Cain. Quid mirum ſi vt ſerpens, & Cain, æterna maledictione percutiaris. Imò cum multò grauius, inuideris, & occideris, quàm ſerpens, & Cain; non enim homini inuidiſti, ſed Deo, non hominem, ſed Deum occidiſti: grauioribus, quàm vterque maledictionibus obrueris. Grauiſſimæ à Deo maledictiones tranſgreſſoribus diuinæ legis iubentur infligi. Deuter. 28. à num. 16. Vbi tandem concluditur: *Venient ſupra te omnes maledictiones iſtæ, & perſequentes apprehendent te, donec intereas*, ibid. numero 45. Ad quem locum Rupert. lib. 2. cap. 6. *Omnes*, inquit, *maledictiones iſtæ propriæ Iudæorum ſunt: & ecce hodie ſuper illum infelicem populum venerunt, cùmque* D *manifeſtè apprehenderunt. Sunt autem numero triginta. Et meritò triginta maledictionibus obruti ſunt, qui triginta argenteis emptum, datorem benedictionis, Chriſtum Dei Filium occiderunt.* Quam doctrinam rurſus confirmat ex Pſalm. 108. in quo triginta maledictiones tam in ipſum venditorem Iudam, quàm in ipſum emptorem populum Iudaicum ſtatuuntur, vt iniquiſſimo pretio meritiſſimum ſupplicium; ſingulæ ſingulis argenteis maledictiones infetantur.

Eadem, & ſerpentis, & Caini damnationis maledictio propter eandem inuidiam.
D.Chryſ.

Triginta Iudæorum maledictiones, triginta argenteis reſpondentes.
Rupert.

11. Idem Rupertus lib. 10. in Matth. cap. 26. hanc doctrinam iterum illuſtrat: probátque populum Iudaicum multò iniquiorem fuiſſe emptorem, quàm Iſmaëlitas; hi enim Ioſephum emerunt, vt ſeruarent. Geneſ. 37. num. 28. ille Chriſtum emit, vt occideret. Deinde Iudam venditorem multò E fuiſſe turpis lucri appetentiorem, quàm Aſſuerum: nam hic pro decem millibus talentorum, quæ *arcariis Gazæ* eius appendebantur: noluit vendere populum Iudæorum, Eſth. 3. à num. 9. hic autem pro triginta argenteis, eum vendidit, qui eſt omni pretio pretioſior. Cuius caput aurum eſt optimum, cuius manus aureæ, plenæ hiacynthis, cuius venter eburneus, diſtinctus ſapphiris: cuius crura fundata ſuper baſes aureas, Cant. 5. à numero 11. qui denique nullo erat pretio, quantumcunque appenderetur, exæquandus. Qui igitur tam iniquas nundinas exercent; quid mirum ſi tam acribus æternæ damnationis maledictionibus deuoueantur?

Rupert.

Iudæ proditoris turpis lucri appetentia.

Rupert.

A uoueantur? Notat præterea Rupert. extremam Iudæ infelicitatem in peſſimam illam nundinationem prodeuntis. *Tunc abiit*, inquit Euangeliſta, *vnus de duodecim*, &c. Matt. 26. n. 14. *Verè*, inquit, *& veraciter dictum eſt, Tunc abiit vnus de duodecim. Abiit enim, & totus receſſit ab illis. Apoſtolatum ſuum dimiſit, Epiſcopatum ſuum alteri reliquit. Abiit in concilium impiorum. Abiit à Deo, ſtetit cum diabolo, & relatis triginta argenteis, in triginta maledictionibus, trigeſies maledictus antequam natus.* Infelix planè populus, tam multis maledictionibus percuſtus: ſi vna ſerpentem maledictio, vna Cainum, tam profundo miſeriarum barathro immerſit; quam te in voraginem malorum triginta maledictiones præcipitabunt?

Triginta Iudæ proditoris maledictiones.

12\.

B Cæterùm hæc Iudæorum infortunia non vno, vel altero tantùm loco ſacrarum ſcripturarum, ſed pluribus continentur: vt generatio incredula pluribus ſaltem oraculis percuſſa teneatur. Vidit Zacharias nouum ſanè, & inſolens prodigium. *Ecce video*, inquit, *volumen volans: longitudo eius viginti cubitorum; & latitudo eius decem cubitorum*, Zach. 5. n. 1. Quæ obſecro, hiſtoria, quæ tragœdia, quæ Ilias malorum, tam fuſa & extenſa eſſe poteſt: vt tantæ magnitudinis volumen implere queat; Reſpondet Angelus, qui cum Zacharia cæleſtium arcanorum interpres loquebatur: *Hæc eſt*, inquit, *maledictio, quæ egreditur ſuper faciem omnis terræ*, ibid. n. 3. Quaſi diceret, Totum huius voluminis argumentum, nihil aliud eſt, quàm maledictio. Hæc autem maledictio, C interprete Rupert. illa eſt, quæ in totam Iudæam, quam ibi Propheta vocat *domum furis*, intorquetur; tam ampla, tam ingens, tam effuſa, vt non poſſit breuiori volumine, quàm illo tam inſolentis magnitudinis contineri. Nec ſine myſterio dicitur voluminis latitudo decem cubitorum, & longitudo viginti: vt ex vtroque numero, triginta cubitorum numerus componatur. *Et vt ſint*, inquit Rupert. *triginta cubiti voluminis, ſicut ſunt triginta ſententiæ maledictionis: & triginta argentei fuerunt; quot in pretium ſanguinis Domini, fur ille, id eſt, cætus Iudæorum dedit.* Vides, ô Iſraël, quàm multis maledictionibus obruaris? ſed plures adhuc te manent ſubeundæ. Nam ſi triginta argenteis, quibus Iudas Chriſtum vendidit, Iudæique emerunt; triginta maledictiones reſpondent. Dic, obſecro, tot iniuriæ, tot plagæ, D tot flagella, tot ſputa, tot ſpinæ, tot opprobria, quibus Chriſtum Dominum ſaturaſti, quibus debent maledictionibus compenſari? Pauca ſunt & parua temporalia ſupplicia: æterna neceſſe eſt in tuum caput expendantur. *Ficus*, inquit D. Bern. ſerm. 60. in Cant. *maledicta: & ſubinde et æterna ariditate damnata.*

Triginta Iudæorum maledictiones in triginta cubitorum volumine inuoluta.

Rupert.

D. Bern.

13\.

Aliud fuit eiuſdem capitis non minus prodigioſum ſpectaculum Vidit Propheta à n. 6. amphoram egredientem. hoc eſt, malitiam Iudæorum, initio quidem contra Chriſtum Dominum intus inſuſurrantem; poſtea verò creſcente iam impudentia, & E audacia, ad eum occidendum foras prodeuntem: quæ ibidem dicitur: *Oculus eorum in vniuerſa terra*; vt ſignificetur Iudæorum malitia cæca non fuiſſe, ſed occulta; hoc eſt, non per ignorantiam, ſed per inuidiam in tantum facinus erupiſſe. Additur præterea mulier, quæ eſt impietas, in amphoram immerſa, & os amphoræ impacta plumbi lamina obductum, vt exprimantur Iudæi in ſuis ſemper ſceleribus accreuiſſe, & patres quidem eorum, multa ſcelera perpetraſſe; filij verò impleſſe menſuram patrum ſuorum, proindéque non eſſe vlteriùs pœnitentiam expectandam, ſed ſupplicia inferenda. Vnde tandem concluditur leuata, fuiſſe amphora, *Inter terram, & cælum*, ibid. n. 9. Sed quod genus ſupplicij hoc eſt? Aptè Rupert. illud interpretatur,

Inſignis Iudæorum malitia in amphora deſcribitur, & inter cælum, & terram ſuſpenſa punitur.

A quod modò Iudæi patiuntur: *Ecce*, inquit, *videmus Iudæos*, qui menſuram illam patrum ſuorum impleuerunt; dum patres occiderunt Prophetas: filij Dominum Prophetarum) *leuatos inter terram, & cælum. Quomodo? Quia videlicet nec terra ſua capit eos; nec cælum admittit eos. Nonne ducti in omnes gentes captiui, terram ſuam non contingunt? Multò magis cælum contingere, id eſt, ad regnum cælorum peruenire, cum ſint increduli, non poſſunt.* Hoc autem ſupplicium non ſolum illa amphora inter terram & cælum eleuata, ſed etiam Iudas Iudæorum ad malum ſignifer inter cælum, & terram ſuſpenſus repræſentauit. *Suſpenſus enim Iudas*, inquit Rupert. *crepuit medius: & vt quidam ait,*

Rupert.

Iudas inter cælum, & terram ſuſpenſus Iudæorum ſupplicium repræſentat.

B *——Cælo, terræque peroſus,*
Inter vtrumque perit.

Sic namque ille populus, cælo, ac terra peroſus à terrena Hieruſalem ablatus, & cæleſti Hieruſalem indignus, inter vtrumque perit. Quam doctrinam lib. 11. in Matth. c. 26. eodem Iudæ exemplo illuſtrat. *Suſpenſo*, inquit, *Iuda, populus Iudæorum totam damnationis eius ſuſcepit hæreditatem, pendens inter cælum, & terram; id eſt, neque ſpem habent in cælo; quia vita æternæ indignum ſe iudicauit; neque terram habent ſuam. Venerunt enim Romani, tuleruntque locum, & gentem*, &c.

En Iudæi terra, cælóq; excluſi. Quo igitur loco, niſi gehennalibus flammis excipientur? Veſtis in C qua ſacerdos perſeuerantem lepræ contagionem deprehendiſſet; comburi diuina lex præcipiebat. *Comburetur*, inquit, *flammis*, Luc. 13. n. 52. Huius lepræ nomine interpretatur Rupert. hæreſim, ſeu ſcripturam aliqua hæreſi infectam, quæ nulla meliùs ratione; quàm flammis coërceri, & caſtigari poterat, ne ſua contagione ſerperet, & in alios graſſaretur. Sed ſi veſtem, ſeu ſcripturam, lepra, hoc eſt, hæreſi infectam ſtatim ex diuinæ legis præſcripto comburi oportebat; cur ſimilis in leproſum, ſeu ſcriptorem aliqua hæreſi contaminatum non decernebatur punitio? Reſpondet Rupert. lib. 2. in Leu. c. 23. Quia hæc illum pœna apud inferos manebat. *Comburetur*, inquit, *leproſa veſtis, ſcilicet praua ſcriptura flammis viſibilibus. Nam leproſus, ſcriptor inſanabilis, ſcilicet hæreticus impœnitens, cremabitur flam-* D *mis inextinguibilibus, flammis æternis, flammis gehennalibus.*

14\.

Iudæi cælo, terraque expulſi, gehennalibus tantum flammis excipientur.

Rupert.

Viſibilis flamma iuſta hæreſis punitio: inuiſibilis, hæreticorum.

15\.

Hic te manet exitus, infelix popule, qui hæretica prauitate pollueris. Quàm difficile te ab hoc exitio vendicabis: *Facilius eſt*, inquit Chriſtus Dominus, *camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum Dei*, Luc. 18 n. 25. Vbi D. Amb. per camelum intelligit gentilem, multis peccatorum ſarcinis deformem, ac tortuoſum: per diuitem autem, Iudæum, qui olim ampliſſimo bonorum ſpiritualium theſauro abundabat. Ait igitur Chriſtus Dominus, inquit D. Ambr. *Faciliùs iſte peccator, ſcilicet gentilis, per viam intrauit anguſtam, quæ eſt in* E *via Chriſti; quàm populus Iudæorum, diues in lege, egenus in fide, præruptus in furore, probroſus in crimine.* Qui igitur Chriſti viam non carpunt, non arripiunt; in ſuis quid ſperent? *Contritio*, inquit Dauid, *& infelicitas in viis eorum*. Pſal. 13. n. 3. vbi Gloſſa, *Lapis*, inquit, *angularis Chriſtus ſuper eos cadens, conteret eos per excæcationem: & ſic contritio eſt modò in viis eorum, & infelicitas in futuro.* Sed de toto hoc argumento plura à nobis dicta ſunt annot. 5. ſect. 4. à §. 8. & annot. 6. ſect. 2. à §. 3. & annot. 8. ſect. 3. à §. 14. & annot. 15. ſect. 1. quæ ſi libet, conſulantur.

D. Ambr.

Gentilis populus in camelo adumbratus faciliùs per ſalutis viam intrauit, quàm diues Iudæus.

D. Ambr.

Extrema Iudæorum infelicitas.

Gloſſ.

ANNO

ANNOTATIO XXV.

CIRCA LITERAM.

In pœna Heli, perpetua rerum temporalium viciſſitudo adumbrata.

1. *Vnde hac rerum temporalium viciſſitudo oriatur.*

TRanslatio ſacerdotij à domo Heli in domum Eleazari, qua negligens Pontifex à Deo punitur; vltimo repræſentat perennem temporalium bonorum volubilitatem. Nam ſi illud ſacerdotium, quod erat ſupremum bonorum temporalium faſtigium, firmas radices nuſquam egit: ſed à domo Eleazari in domum Heli translatum eſt; & rurſus ab hac in illam remigrauit: ac tandem à tota Synagoga amouetur, & in noua Eccleſia collocatur; quam tandem ſtationem firmam, ac diuturnam reliqui honores temporales nanciſcentur? Hæc autem rerum viciſſitudo oritur ab externa prouidentia diuina, illas circumagente, ac multipliciter verſante: & ab interna earum natura, ſenſim defluente, deficientéque, atque in ipſum fere nihil, vnde primùm exierant, redeunte. Quare hac annot. primùm oſtendam bonorum temporalium inſtabilitatem, quam ex diuina prouidentia huc illuc impellente ſortiuntur. Deinde inanitatem eorundem bonorum, quæ ſuapte natura labuntur, & corruunt: & vix apparent, cum euaneſcunt. Tertiò, ex comparatione cum æternis bonis hanc temporalium inſtabilitatem, & inanitatem clariùs illuſtrabo.

Tria hic illuſtranda.

SECTIO I.

Temporalium bonorum inſtabilitas; & fugacitas.

2. *Inconſtans fortuna ludus, & inſtabiles chorea.*

NOn cæca fortuna eſt, ſed oculata prouidentia, quæ vt Lyricus ille cecinit 3. car. ode 19.

Tranſmutat incertos honores,
Nunc mihi, nunc aliis benigna.

Vnde non immeritò dicitur, *Ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum* Prou. 8. n. 30. Quia quâ facilitate luſoriæ pilæ vltrò, citróque iaciuntur; eadem planè temporales honores à diuina prouidentia ſuſque deque agitantur. Ad quem locum alludens Phil. Hebræus in lib. Quod Deus ſit immutabilis, ad finem: *Verbum*, inquit, *diuinum choreas in orbem ducit, quod vulgus hominum fortunam nominat.* Vbi rectè quidem humanarum rerum aleam comparat cum tripudiis, & choreis. Quia quemadmodum choraulę locum, ſitum, & ordinem, frequenter mutant, variis inter ſe concurſibus, ac recurſibus implicati, & explicati: ita temporales honores nunquam ſtabiles, ſemper mobiles, vix ad ſummum gradum veniunt, cum ad infimum relabuntur. Quod non minùs eleganter expreſſit D. Greg Naz. orat. 17. ad ciues: *Nihil*, inquit, *motus expers eſt, nihil plenum, & æquabile, atque in finem vſque ſibi ſimile.* Et ſtatim: *Hoc vnum*, inquit, *æquale inæqualitas habet, nempe in rebus omnibus mutationem. Omnia enim facilè in orbem feruntur, atque in diuerſum migrant, ſibique inuicem aduerſantur: vt ventis tutius, aut literis in aqua ſcriptis fides haberi poſſe videatur, quam hominum felicitati.*

Phil. Heb.

D. Greg. Naz.

3. *Regna, &* Quàm frequenter autem regna, & imperia à Deo alterna viciſſitudine agitentur, multis paſſim locis

Franc. de Mendoça in lib. Reg. Tom. 1.

ſacræ literæ teſtantur *Regnum*, inquit Sapiens, *à gente in gentem transfertur propter iniuſtitias, & iniurias, & contumelias, & diuerſos dolos.* Eccleſiaſt 10. n. 8. *Qui dat ſecretorum ſcrutatores*, hoc eſt, *principes*, vt habent Septuaginta, *quaſi nõ ſint iudices terra velut inane fecit.* Iſai. 40 n. 23. *Ipſe mutat tempora, & ætates: transfert regna, atque conſtituit.* Dan. 2. n. 21. & paſſim alibi. Nam vt bene D. Cypr. tract. de vanitate idolorum. *Regna*, inquit, *non merito accidunt, ſed ſorte variantur: & acceptum tempus certo fine cuſtodiunt.* Quatuor quadrigis quatuor mundi Imperia comparantur Zachar. 6. num. 1. quia non minor in his, quàm in his volubilitas reperitur. Sed illud notatu dignum, quòd quarta quadriga, quæ Romanorum monarchiam omnium fortiſſimam adumbrabat, ab equis variis, ac fortibus trahebatur. *In quarta quadriga*, inquit textus, *equi varij, & fortes.* Ibidem n. 3. vbi Chaldæus pro fortibus legit, *cinericei coloris*, ſeu, *cinericeos*, quia quantacumque ſit principum fortitudo; tamen cineri, in quem tandem reſoluitur, comparantur: tantáque à Deo facilitate compeſcitur; quanta cineres vel vnico flatu diſperguntur.

imperia, alterum ſemper viciſſitudine agitantur.

Septuag.

D. Cypr.

Imperia in quatuor quadrigis adumbrata.

Chald.

4. *Ephron cinis interpretatur.*

Phil. Hebr.

Reges, puluis, & cinis.

Principem ſibi elegerunt Hethæi nomine Ephron. Geneſ. 23. n. 8. *Ephron* autem, id eſt, *puluis*. Vnde Philo Heb. lib. de confuſione linguarum, inuehitur in Hethæos: *Qui cinerem*, inquit, *& puluerem, pluris facitis, quàm animam: dum vobis præfeciſtis Ephron; quod nomen ſignificat puluerem.* Sed quidquid ſit de hac reprehenſione; certè Hethæi myſticè ſignificarunt, cuiuſcumque Regis conditionem, firmiorem, ſtabilioremque non eſſe, quàm cineris, ac pulueris, qui à quolibet flatu vel leuiter impulſus diſſipatur. Imò ipſius pulueris, è quo reges, ac principes, non minùs, quàm cæteri homines efformantur, contemplatio ſatis eſſe debebat, ad inflatos eorum animos refrænandos, & à ſuo faſtu, ac ſuperbia deiiciendos. Apes ſub vno Rege in turmas, & cuneos diſtributæ ſæpenumero ad certamina concurrunt. Vbi videre eſt, vt ſe bombo, tanquam claſſico ad bellum prouocent, vt ſtimulos acuant, vt ordines teneant, vt hoſtem laceſſant, vt ruant in plagas, vt aculeos infigant, vt inuolent, vt reuolent, vt fremant, vt ſtrepant, vt totus in anguſtis militibus deſæuiat Mauors. Sed quid remedij, vt tam pertinax concertatio dirimatur? vt tam conferta pugna tranquilletur? Optimè Mantuanus 4. Georg.

Elatos apum animos exiguus ſedat puluis.

Hi motus animorum, atque hæc certamina tanta,
Pulueris exigui iactu compreſſa quieſcent.

Virg.

Non aliter credo magnos regnorum tumultus ſæpenumero tranquillari poſſe, & reuera tranquillandos fuiſſe, ſi regibus in memoriam veniret ille puluis, ex quo conſtant, & in quem ſciant ſe ſine dubio diſſoluendos. Certè Chriſtus Dominus: *Ignem*, inquit, *veni mittere in terram.* Luc. 12 n. 49 Rationem reddit D. Petr. Chryſol. ſer. 164. ducta ſimilitudine ab agricolis, qui in agros ſyluis, dumiſque horrentes ignem immittunt, vt ſuis obruti cineribus fœcundentur. Ita planè Chriſtus ignem venit mittere in terram; hoc eſt, calorem ſpiritus, & feruorem deuotionis, qua ſuas quiſque miſerias recoleret, fragilitatémque expenderet. *Quatenus*, inquit Chryſol. *ſola longo exhauſta ieiunio, ipſa ſuo cinere ſaginata pingueſcerent, & poſt diuturnam duritiem tenera redderentur, & mollia, ac ſi Euangelico apta cultro, ſemini redderentur commoda.* Vbi vides, contemplationem propriæ imbecillitatis, eorúmque cinerum, in quos quiſque abiturus eſt, optimum eſſe omnium fomentum, nutrimentúmque virtutum.

D. Petr. Chryſol.

Propry cineris recordatio virtutum nutrimentum.

5. In quatuor Ezechielis animalibus quatuor mundi monarchias nonnulli Interpretes agnoſcunt.

Regnorum inconſtantia in Ezechielis quadrigo adumbrata.

A Sed quid, illud quod Propheta ſubdit: *Cúmque ambularent animalia, ambulabant pariter & rota iuxta ea: & cùm eleuarentur animalia de terra, eleuabantur ſimul & rota:* Ezechiel. 1. numero 19. Non immeritò Propheta alas, rotáſque coniungit: io illis regnorum potentiam; in his autem inconſtantiam adumbrans: quia quocunque potentia regum extendatur; eodem illos à tergo inconſtantia perſequetur. Et vt Propheta, quanta ſit huiuſmodi inconſtantia declaret. *Aſpectus*, inquit, *rotarum, & opus earum, quaſi viſio maris.* Ibid. n. 16. Vt enim nihil eſt mari turbulentius; ita nihil eſt temporalibus honoribus inconſtantius: vnde Philo Hebr. lib. Quod Deus ſit immutabilis: *Nihil*, inquit, *eſt in humanis rebus, ac negotiis præter vmbram, auráue leuiſſimam ſine mora præteruolantem: eunt enim vltrò, citróque tanquam æſtuaria. Nam & marini æſtus nunc cum magno impetu, ſonitúque accedunt, & longè latéque per littora diffunduntur, vndis ſtagnãtibus: nunc refluunt retrò, magnámque maris partem in formam continentis redigunt. Simile quiddam accidit, quando fortuna poſtquam populoſam aliquam gentem inundauit magnis felicitatibus; fluxu auerſo, ne guttam quidem ſinit reliquam, deletis etiam veſtigiis opulentiæ priſtinæ.*

Rerum temporaliū cum mari ſimilitudo.

Phil. Hebr.

6\.

Mundi regna procelloſa.

B Verùm Daniel non ſolùm marinis æſtibus, qui mitiores ſunt, & in ipſa quoque ſerenitate leniùs intercurſant: ſed & procelloſis fluctibus, & flatibus, qui turbulentiùs ſæuiunt, & præliantur, humanos C honores comparauit. *Videbam*, inquit, *in viſione mea nocte: & ecce quatuor venti cæli pugnabant in mari magno.* Daniel. 7. num. 2. Vbi Theodor. *Mare*, inquit, *vitam vocat, vtpote quæ infinitas habeat procellas: ventos autem ipſum impellentes, rerum mutationes. Sicut enim Auſtro flante ad Arcticam partem fluctus accurrunt: & Borea mare concitante, rurſus vnda ad Auſtralem partem impellitur: ita quando Aſſyrij orbis gubernacula obtinebant, omnes ſubiectos populos ad ſe trahebant: translato autem ad Perſas regno, translatus eſt ſtatim ſubiectorum ad illos concurſus.* Itaque quanta facilitate, & celeritate venti, nunc ab hac, nunc ab illa cæli parte flant: & quanta mobilitate vndæ nunc in hanc partem, nunc in oppoſitam impelluntur: D tanta quidem volubilitate res humanæ, & qui nunquam morituri, aut à ſuo loco amouendi videbantur, honores agitantur, & ab his poſſeſſoribus in illos transferuntur.

Theod.

7\.

Regnum ipſo quoque mari inquietius, & inconſtantius.

Quid ſi dicam, ipſo quoque mari inquietius & inconſtantius eſſe regnum? Id mihi ſignificare viſus fuit Iſaias, cùm mare de ampliſſima illa mercatorum inſula Sidone queribundum introducit. *Erubeſce Sidon, ait mare.* Iſaiæ 23. numer. 4. Quam proſopopœiam, ſeu fictam maris loquutionem, vberiùs explanat D. Ambroſ. libr. de Helia, & ieiunio, cap. 19. *Fatigati*, inquit, *elementi vox iſta eſt, dicentis, Erubeſce Sidon. Hoc eſt, meos fluctus negotiator arguis, cum ſis ipſe fluctibus inquietior. Erubeſce vel pudore; quoniam periculo non moE ueris. Verecundiores venti ſunt, quàm veſtræ cupiditates. illi habent otia ſua, nunquam veſtra quærendi ſtudia feriantur. Et cum otioſa tempeſtas eſt, nunquam veſtra otioſa ſunt nauigia. Verſatur vnda ſub remige, quando quieſcit à flamine.* Apta quidem expoſitio ad nimiam diuitum cupiditatem accuſandam. Sed hæc alia ad regnorum leuitatem oſtendendam non inepta. Tu, Sidon, quæ tibi tuis opibus firma & ſtabilis videris, erubeſce, etiam cum mari totius inconſtantiæ, & leuitatis ſymbolo comparata: quia leu[illegible]es, & inconſtantior, quàm illud. Nam mare [illegible]eri quidem poteſt, ſed non deficere: tu non ſolùm turbari potes, ſed etiam penitùs deuaſtari.

D. Ambr.

Nimia diuitum cupiditas.

8\. Quam leuitatem, & inconſtantiam non tantum Sidoni mari circundatæ, & fluctibus agitatæ; ſed etiam firmiſſimis quibuſque regnis continenti in ſolo fixis, omnique præſidio munitis, conuenire, ſignificauit Zacharias; qui omnium regnorum opulentiam, non mari, quod ſemper abundat; ſed fluuio Iordani, qui alternis areſcit, & intumeſcit, comparauit. *Vox*, inquit, *vlulatus paſtorum, quia vaſtata eſt magnificentia eorum: vox rugitus leonum, quia vaſtata eſt ſuperbia Iordanis.* Zachar. 11. num. 3. Vbi in primis nota, quod etiam annot. 13. ſect. 4. aduerti, iniquos principes, qui modò paſtores vocantur, ſtatim leones appellari: quia re vera ſtudio leones erant, qui officio paſtores videbantur. Et eiuſdem myſterij cauſa his paſtoribus tribuit Vates *vlulatum*: quia non prædicabant, vt homines proni ad omnium ſalutem, ſed vt lupi ad earum lanienam auldi vlulabant. Nota deinde ad rem præſentem, Principum magnificentiam appellari ſuperbiam Iordanis: quia quemadmodum fluuius intumeſcit hybernis imbribus; æſtiuis autem caloribus exareſcit: ita humana gloria nunc aſſurgit altior, nunc humilior ſubſidit; & ſæpe cum ſtare firmior, & opulentior videtur, euaneſcit.

Regnorum magnificentia fluuio ſuperbia comparatur.

Quid firmius, ac diuturnius Romano Imperio videbatur? Cui fingitur Iupiter non diuturnitatem, ſed æternitatem contuliſſe: iuxta illud Latini vatis. 9.

Romani imperij volubilitas.

Virg.

> *His ego nec metas rerum, nec tempora pono,*
> *Imperium ſine fine dedi.* ———

D. Aug.

Nihilominus D. Auguſt ſerm. 29. de verbis Domini, cap 7. turpem hanc adulationem execratus: *Qui*, inquit, *hoc regnis terrenis promiſerunt, non veritate ducti ſunt, ſed adulatione moti.* Et ſtatim introducit Mantuanum, ſe de hac adulatione excuſantem, eámque aliquo modeſtiæ fuco imbuentem. *Quid facerem*, inquit, *qui Romanis verba vendebam?* Et ſtatim: *Et tamen in hoc cautus fui. Quando dixi, Imperium ſine fine dedi, Iouem ipſorum induxi, qui hoc diceret. Non ex perſona mea dixi rem falſam: ſed Ioui impoſuit falſitatis perſonam: ſicut Deus falſus erat; ita mendax vates erat. Quando autem non Iouem lapidem induxi loquentem, ſed ex mea perſona loquutus ſum, dixi, Non res Romana, perituráque regna. Peritura veritate non tacui: ſemper manſura adulatione promiſi.* Ita D. Auguſt. vel ipſius adulatoris teſtimonio, Romani Imperij volubilitatem confirmauit.

Virgil. 2. Georg.

Hoc autem Imperio & ſtante, & ruente, variáſque felicitatis, & calamitatis viciſſitudines ſubeunte: quodnam, quæſo, aliud ſemper ſe manſurum, & duraturum glorietur? Certè omnia in occaſum, & ruinam prona eleganter deſcribit Philo Hebr. lib. Quod Deus ſit immutabilis, vbi à priuatarum rerum fugacitate ad publicarum inconſtantiam progreſſus: *Si non libet*, inquit, *ſingulorum fortunam perquirere; vide regionum integrarum, & gentium mutationes in melius, ac deterius. Floruit quondam Græcia: ſed Macedones abſtulerunt ei potentiam. Poſtea Macedonia viguit opibus: ſed diuiſa in plures portiones, debilitata eſt, donec omnino interiit. Ante res Macedonum inclyta fuerat Perſarum felicitas: ſed vna dies tam ingenti regno finem attulit. Et nunc Perſæ, penes quos paulò ante fuerat imperium, ſunt Parthorum prouincia. Fuit & Ægypti olim perampla, magnificáque potentia; ſed nubis in morem præteriit eius felicitas. Quid Æthiopes? Quid Carthago in Africa? Quid Pontici reges? Quid Europa, Aſiáque, & vt compendio dicam, totus orbis habitabilis? Nonne more nauis, ſurſúmque deorſúmque iactata marinis fluctibus, nunc ſecundis ventis, nunc aduerſis vtitur?* Hactenus ille luculenter alternas humana 10.

Phil. Hebr.

Humana imperia more nauis procelloſis fluctibus iactantur.

humanarum rerum vices ſub oculos proponit; ne A quis eas aliis radicibus defixas arbitretur.

11. *D.P.Dam. Inconſtans Regum felicitas.*

Nec minus eleganter D.Petrus Damianus lib.7. epiſtolarum, epiſt 5. ad Agnetem Imperatricem temporalium regnorum ludos, & choreas, & viciſſitudines, extremam denique volubilitatem, & inconſtantiam depingit. *Nunquid*, ait, *& ipſis Regibus, à quibus mundus iſte diligitur, & quibus copioſa fraude blanditur, non quantocyus in amaritudinem vertitur? Vt nimirum hodie, qui ex hoſtibus ſigna reportet, triumphalis eum gloria pompa præcedat; & cras illum ignobiliter terga vertentem hoſtilis mucro transfodiat.* Quod ſtatim ex ſacris, profaniſque hiſtoriis confirmat. *Balthaſar*, inquit, *ipſo die, quo vaſa templi Domini iam temulentus concubinarum* B *labiis fœdare præſumpſit, Medorum gladiis, Dario victoriam obtinente ſubiacuit.* Daniel.5. num 31. Iam verò Romanorum Imperatorum longam ſeriem ſubtexit, quorum alios repentina, & infortunata mors abripuit, alios non minus indecora, quàm diuturna ſenectus ad maiorem cruciatum conſeruauit.

Imperatores immatura, & infauſta morte perempti.

De prioribus quidem: *Galba*, inquit, *Romanus Imperator quatuor tantummodò menſibus imperauit, & in Romæ foro gladio percuſſus, occubuit. Taceo Neronem, prætereo Othonem, quos à ſemetipſis interfectos, Romanæ Reipublicæ teſtantur hiſtoriæ. Nónne Vitellius interemptus eſt à ducibus Veſpaſiani? Nónne & Pertinax occiſus eſt à militibus* C *Prætorianis? Macrinus, Antonius, Alexander, Philippus, Callienus, nónne omnes hi Imperatores militaris impetus gladios pertulerunt?* Et plures alios proſequitur, aduerſa fortuna attritos, infauſtâque morte ſublatos.

Imperatores diuturna, & calamitoſa ſenectute cruciati. Valeriani Imperatoris infelix exitus.

De poſterioribus verò: *Et quibuſdam*, inquit, *quid profuit, quod eorum in hoc ſeculo annoſa vita prolixiùs durauit? Nam, vt infinita prætercam, Valerianus Imperator in Meſopotamia cum Sapore Perſarum Rege prælium commiſit, & perdidit. Quem ille protinus captum irreuocabilis cuſtodia vinculis mancipauit, qui ignobili apud Parthos ſenectute conſenuit. Et quoad vixit, huic probroſa additus eſt pœna, vt eiuſdem Prouinciæ Rex, incuruato eo, pedem ceruicibus eius imprimeret, & ſic in* D *equum arrogantia tumidus aſſiliret. Quis eſt enim, cui ſe fortuna non transferat, & modò de aduerſis in proſpera; modò de proſperis in aduerſa ſcenica ſe varietate non conuertat?* Ita Damianus. Aliáſque Principum viciſſitudines proſequitur, de quibus ad cap. 4. cum de Heli morte agendum erit, dicendi occaſio redibit.

12. *Rerum inconſtantia quotidianis experimentis oſtenditur.*

Hanc temporalium bonorum perpetuam vertiginem ſatis experti ſunt illi Gigantes, qui *erant ſuper terram potentes à ſeculo; viri famoſi.* Geneſ. 6. numero 4. nunc quidem ſuarum deliciarum mare feliciter, vt illi putabant, nauigantes: nunc autem ſub peccatorum ſuorum pelago miſerabiliter, quod illi non timebant, pereuntes.

D.Chryſ.

Vnde D. Chryſoſt. ad eum locum hom. 22. vtiliter mo- E net, vt rota à nobis temporalis felicitas repudietur: *Quæ nihil*, inquit, *habet ſtabile, neque firmum, ſed ſolùm eſt oculorum deceptio, & priuſquam appareat, auolat.* Quod exemplis paſſim obuiis nec parum vulgaribus, confirmat. *An non videmus*, inquit, *ſæpè quod is quem hodie præcedunt lictores, & ſtipant ſatellites, cras in carcerem conicitur, & cum malefactoribus verſatur? Quid hac vana, & inani gloria fallacius? Quòd ſi in hac vita viciſſitudinem hanc euadis, omnino mors veniens felicitatem reſecabit. Et quem hodie in foro magna pompa comitabatur, & qui in carcerem coniiciebat, & ſuper thronum reſidebat, & inſtabatur, & homines alios, quaſi vmbras deſpiciebat; is ſubitò poſtea iacebit mortuus abſque ſpiritu, fœtulentus, petitus innumeris conuitiis. Quid hoc miſerabilius fuerit?*

13. *D.Chryſ. Humanarum rerum fugacitas.*

Eleganter idem D.Chryſoſtom. hom. 30 in priorem epiſtolam ad Corinth. retrahit homines ab ſtudio bonorum temporalium, oſtenſa eorum inconſtantia, & fugacitate. *Ne ſuperbi*, inquit, *& inſolentes tibi ſint ſpiritus, ô homo. Fluxa, & caduca eſt hominum natura. Iuuentus properat ad ſenectutem, pulchritudo ad deformitatem, vires ad imbecillitatem, honor ad contemptum; ſanitas ruit ad morbum, gloria ad vilitatem; diuitiæ ad paupertatem. Res noſtræ ſunt ſimiles vehementi fluento, quod nunquam vult conſiſtere, ſed fertur feſtinans ad decliue.* Et ſtatim docet, continuam rerum omnium ſublunarium viciſſitudinem, imò quotidianum è gloria in miſeriam occaſum, nobis non ſolùm verbis ad aures prædicari; ſed etiam factis ipſis ad oculos oſtendi, ſi vel ipſos pauperes, qui tenuem ſtipem vicatim, & oſtiatim emendicant, attendamus. *Quàm multi enim*, inquit, *ex iis floruerunt in iuuentute, & res magnas effecerunt. Quàm multi ex his deformibus, multos longo interuallo, ſuperarunt, & viribus corporis, & ſpecie, ac decore vultus.* Quod argumento à contrariis rectè confirmat. *Nam ſi*, inquit, *ex humilibus, & abiectis multi ſæpe facti ſunt Reges: quid mirum, ſi ex magnis, & gloria præclaris, redditi ſunt abiecti, & humiles?*

14. *Beliſarij infelix viciſſitudo. Cedren. Baron.*

Sed vnum eſſe poteſt de hac viciſſitudine exem- C plum ſingulare, quod refert Cedrenus, & plures alij apud Baronium, anno Chriſti Domini 561. § 5. Nam Beliſarius adeò gratus fuit Iuſtiniano Imperatori, vt in excuſis nummis altera parte inſculperetur, *Iuſtinianus*; altera, *Beliſarius*, cum hac inſcriptione, *Beliſarius Romanorum decus.* Sed poſtea ab eodem Iuſtiniano non ſolùm honore deiectus, ſed bonis omnibus proſcriptus, tantam in miſeriam deuenit, vt mendicare cogeretur, & in publico ſtadio clamaret, vt eum Græcus Poëta introducit;

Beliſario obolum date Imperatori.

Quaſi diceret: Videte, vnde, & quò me fortuna deturbarit; quem paulò antè imperantem ſuſpexiſtis, nunc deſpicitis mendicantem.

15. *Simile Eutropij infortunium.*

Simile abripuit infortunium Eutropium, olim D in ſumma gratia apud Imperatorem Arcadium conſtitutum, paulò poſt in extremam miſeriam deturbatum. In quem proinde eleganter declamat

D.Chryſ.

D.Chryſ ſerm. quodam in 5. tom. *Vbi nunc*, inquit, *inclytus ille Conſulatus ſplendor? vbi illuſtres illi faſces? vbi applauſus illi, & choreæ, epulæque, & feſti conuentus? vbi coronæ, & aulæa: vbi ſtrepitus Vrbis, & illæ Circenſium ſpectatorum fauſtæ acclamationes, atque adulationes? Omnia illa perierunt: procella vehemens folia deiecit, arborem ſpoliatam reddidit, iam radicitus vacillantem. Vbi nunc fucati illi amici? vbi compotationes, & cœnæ? vbi paraſitorum examen? vbi illi potentatus cultores, ad gratiam omnia dicere, ac facere aſſueti? Omnia illa nihil, niſi nocturnum ſomnium fuerunt, appetente die euaneſcens. Flores fuerunt verni, vere ex-* E *acto emarcuerunt omnia: vmbra erant, & præterierunt: fumus erant, & ſoluta ſunt: bullæ erant, & diſrupta ſunt: araneæ erant, & lacerata ſunt.* Et paulò poſt, quia Eutropius non ſolùm diuitias amiſerat, ſed etiam in diſcrimine erat vitæ amittendæ, ſubdit: *An non aſſiduè tibi dicebam fugitiuas eſſe diuitias; tu verò credere nolebas? Ecce experientia docet, quod non ſolùm fugitiuæ, ſed homicidæ etiam ſunt.*

16. *Deos aureos & argenteos Deus prohibet, ne diuini honores fluxis diuitiis tribuantur.*

Non ſine myſterio Deus, poſtquam prohibuit omne ſculptile, ſeorſim addit; *Non facietis Deos argenteos, nec Deos aureos.* Exod. 20. num. 23. An non ærei, lignei, ac fictiles idololatriæ poterant inſeruire? Poterant vtique. Cur ergo aurei, atque argentei ſignatiter prohibentur? Fortè in huius tam

amabilis. æſtimabiliſque materiæ contemptum: aurum enim, & argentum, & quæ ſub illis connoetur, omnis temporalis opulentia, indigna eſt, quæ diuinitati tribuatur: cum hæc centrum ſit immobile, & immutabile; illa perenni vertigine agitetur. *Phil. Hebr.* Ita mihi videtur cenſuiſſe Philo Hebr. lib. 1. de monarchia: *Prohibet*, inquit, *Deos aureos, & argenteos, figuratè docens, diuinos honores non conuenire diuitiis.* Nec aliam huius inconuenientiæ rationem adducit, quàm ſummam diuitiarum inconſtantiam. *Feruntur enim*, inquit, *vltrò, citròque ventorum in morem. Quia ſicut interdum repentè aduolant, ita priuſquàm prehendantur, poſſeſſore illuſo, rurſum auolant: atque etiam cum adſunt, maximè speculares quaſdam repræſentant imagines, præſtigias ſenſuum, ludibriáque inſtabilia.*

17. *Totus mundus ruinoſus. D. Aug.* Sed quid mirum, temporalia bona labi, & tranſmutari, cum totus mundus, in quo ipſa inſiſtunt, ac nituntur, pariter nutet, vacillet, ac ruinam minitetur? In quem proinde rectè inuehitur D. Aug ſerm. 29. de verbis Domini. *Quid*, inquit, *ſtrepis, o munde immunde? Quid ſtrepis? Quid auertere conaris? Tenere vis periens. Quid faceres, ſi maneres? Quem non deciperes dulcis, ſi amarus alimenta mentiris?* Sed de hac re iterum ſectione ſequenti.

SECTIO II.

Bonorum temporalium leuitas, & inanitas.

1. *Temporales res fluminis in morem labuntur.* QVamuis temporalia bona nulla externa vi ad ſuum interitum agerentur: ipſa profectò per ſe ruerent, & in ſuum centrum, quæ eſt ipſa leuitas, & inanitas, redirent fluuiis hac in re non diſſimilia, qui etiam nullis flatibus impulſi, ſuopte pondere ad decliuia feruntur, & ſolùm cum ab hac ſua lubricitate retinentur, etiam cum aliàs mitiſſimi fluunt, indignantur. Moyſem miſſurus Deus ad Pharaonem: *Vade*, inquit, *ad eum mane; ecce egredietur ad aquas, & ſtabis in occurſum eius ſuper ripam fluminis.* Exod. 7. num. 15. *Phil. Hebr.* Vbi Philo Hebr. libr. de confuſione linguarum, rectè diſtinguit Pharaonis, & Moyſis loca: illum in aqua, inconſtantiæ ſymbolo; hunc in ripa, firmitatis exemplo. *Ergo*, inquit, *malus vir exit ad fluenta peccatorum, & affectuum, quæ per aquam ſignificantur: at vir ſapiens primum accipit à Deo ſemper ſtante, nec vnquam mobilis, munus illis conueniens, vt ipſe firmus conſiſtat.* Igitur iuſtus, qui in Deo tanquam in centro ſuo ſtat, immobilis conquieſcit: impius, qui à Deo, tanquam à ſuo centro aberrat, quibuſcumque honoribus, ac dignitatibus perfruatur, more fluminis, inconſtans, ac volubilis, deorſum præcipitatur.

2. *Regum fortuna, & vita aquæ ſimilis.* Sapienter quidem fœmina illa Thecuitis, vt Dauidem de ſua morte admoneret: *Omnes*, inquit, *morimur, & quaſi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertuntur.* 2. Reg. 14 num. 14. Fortunam, & vitam Regis ſimilem aquæ eſſe dixit. Primò quidem quia facilè labitur, ac difficilè reuocatur. Vnde Heraclitus apud Euſeb. lib. 11. de præpar. Euang. cap 7. dicere ſolebat, ſicut nemini licet eundem fluuium bis intrare; quia cum iteratò intrat, iam alter eſt: ita neminem poſſe in eundem hominem bis incurrere; quia in ſingula penè momenta ab eo, qui fuerat, mutatur. Secundò, quia non minus quàm aqua, quò arctiùs prehenditur, eò citiùs quodammodo *Euſeb.* inaneſcit. Ita planè Euſebius citatus: *Natura*, inquit, *noſtra inter ortum & mortem conſiſtens, inſtabilis quidem, & quaſi phantaſtica eſt: nam ſi mentem collegeris, ac ipſam comprehendere omnino volueris; quemadmodum aqua, manibus hauſta, quanto magis premitur, tanto citius defluit: ſic mutabilia cuncta, quanto magis ratio perſequitur, tanto magis amittit.* Et paulò poſt addit, quemlibet hominem tot mores pati, quot corruptiones ſubit, quæ multæ ſunt. *Corrumpitur enim*, inquit, *iuuenis in virum, vir in ſenem, puer in iuuenem, infans in puerum; & qui heri fuit, in eum, qui eſt hodie, quique hodie eſt, in craſtinum: manet autem nullus idem.* Quid inconſtantius eſſe poteſt, quid inanius?

Eadem metaphora vſus eſt & Dauid ad bonorum temporalium lubricitatem exprimendam. 3. *Diuitiæ more fluminis affluunt, & effluunt.* *Diuitiæ*, inquit, *ſi affluant, nolite cor apponere.* Pſalm. 61. num. 11. Dicuntur enim diuitiæ affluere: quia in morem fluminis augentur. Vt enim fluuius vix adlabitur, cum elabitur, vix affluit, cum effluit, vix intumeſcit, cum excreſcit: ita planè & diuitiæ perenni fluxu, ac refluxu augentur, & minuuntur, accreſcunt, & euaneſcunt. Vnde D. *D. Ambr.* Ambroſ. ibi: *Vides*, inquit, *quia fluunt, non vides, quia præterfluunt. Fluenta ſunt, quæ miraris: quomodo veniunt, ſic tranſeunt, & recedunt.* Quaſi indignè ferat hominum ſtultitiam, qui diuitiarum acceſſum ſperant, receſſum non reformidant; cum tamen hic illum certiſſimè conſequatur. Cæterùm D. Baſil. *D. Baſil.* verbum *affluendi* lentiùs expendit, & ex eo diuitiarum inconſtantiam in morem fluuialis aquæ affluentis, & refluentis contemplatur. *Fluxa*, inquit, *eſt diuitiarum natura: ſuos poſſeſſores torrente prærapido ocyus prætercurrit.* Et ſtatim: *Quemadmodum fluuius ex alto ruens loco, ita ſubito exuberat, vt ſtantes in ripa quandoque attingat; ſimul, verò vbi attigit, mox ſecedit. ſic & opum lubrica decliuitas perniciſſimam exhibet, & leuiſſimam ſui præſentiam*, &c. *Hodie huius eſt ager; cras erit alterius; reſpice ciuitatis domos, quot nomina ex eo tempore, quo fuerunt ædificata, ſortita ſunt: aurum è manibus habentis ſe fluens, ſemper ad alium transfertur. Magis enim aquam manu circumplexam retinere continenter poſſis, quam diuitias conſeruare.* Cum igitur aqua perenniter fluat, quis ita inſaniat, vt putet, diuitias iugiter ſtare?

At non ſolùm aquam, ſed aquæ ſpumam, bonorum temporalium inconſtantia imitatur, iuxta 4. *Regia felicitas tanquam inanis bulla oris flatu diſſoluitur.* illud: *Tranſire fecit Samaria Regem ſuum, quaſi ſpumam ſuperfaciem aquæ.* Oſeæ 10. num. 7. Quia ſicut ſpuma, ita & regia felicitas citiſſimè inaneſcit. Vnde Dauid: *Quæ*, inquit, *pro nihilo habentur, eorum anni erunt.* Pſalm. 89. num. 5. Ex Hebræo legi poteſt; *Velut aquæ fluxus, aut ſomnia, aut bulla, eorum anni erunt.* Quaſi non firmiùs hærent, & conſiſtunt bona temporalia, quàm ſomnia, quæ celerrimè euaneſcunt: aut bullæ, quæ minimo oris flatu diſſipantur. Quò pertinet illud: *Defecerunt in vanitate dies eorum.* Pſalm. 77. num. 33. ſeu, vt transferunt Thalmudici, *in oris flatu.* Vbi vides, Principes, & Monarchas, tanquam inanes bullas vno ſpiritu diſſlari. Sic olim Deus apud Iſaiam dicitur Principes interfeciſſe. *Repente*, inquit, *flauit in eos, & aruerunt: & turbo quaſi ſtipulam auferet eos.* Iſaiæ 40. num. 24. Vbi non ſine myſterio leuis ex ore flatus, & violentus è cælo turbo coniunguntur: quia adeò ſunt fragiles, & inanes Principum vitæ, vt vel minimus flatus ad eas quatiendas, rapidiſſimus turbo videatur.

Vnde Eliphaz: *Vidi*, inquit, *eos, qui operantur iniquitates, & ſeminant dolores, & metunt eos, flante Deo, periſſe, & ſpiritu iræ eius eſſe conſumptos.* Iob. 4. n. 8. & 9. Quaſi vnico Dei flatu omnes temporalis felicitatis ſubſtructiones facilè diſſipentur. 5. *Regum fortuna diu flatu leui extollitur, euaneſcit.*

Neque

Neque mirum vnico ſtatu diſſipari illos, qui ſolo flatu, hoc eſt inani faſtu innituntur. Vnde Iobus: *Eleuaſti*, inquit, *me, & quaſi ſuper ventum ponens, alliſiſti me validè*. Iob. 30. n. 22. Quam enim firmitatem obtinebit, aut quam ruinam non minitabitur, qui tam mobilibus nititur fundamentis?

D. Greg.

Nam vt bene D. Greg. lib. 20. moral. c. 14. *Præſentis*, inquit, *vitæ gloria quaſi in alto cernitur; ſed nulla ſtabilitate ſolidatur.* Solis tubarum flatibus Ierichuntina mœnia corruerunt. Ioſue 6. n. 20 qui his vaniſſimis mundanæ gloriæ fundamentis nitebantur. Nam Iericho Luna interpretatur: Luna verò, vt docet D. Iſidor. ad eum locum, menſtruis completionibus deficiens, humanam gloriam varios defectus ſubeuntem repræſentat. Vnde ſicut Luna vix appellata fuerat in Scriptura, *Luminare magnum*, cum ſtatim dicta eſt, *Luminare minus*. Geneſ. 1. n. 16. quia ab illa ſua magnitudine quàm citiſſimè decreuit: ita mundana gloria vix humanos oculos complet ob ſuam maieſtatem, cùm ſtatim ob ſuam tenuitatem ex oculis euaneſcit.

Hiericho, quæ Luna interpretatur, tubarum ſonitu corruens rerum temporalium inſtabilitatem repræſentat.

D. Iſid.

6. Quid nobis cum roſis Ierichuntinis? Fateor illam vrbem fuiſſe roſarum feraciſſimam, iuxta illud: *Quaſi plantatio roſæ in Iericho*. Eccleſ. 24. num. 18. ſed vlteriùs addo, eas roſas, ſuæ patriæ defectus imitatas, quàm citiſſimè deficere. En mundi honores, cum nutante mundo nutant; cum cadente caduci, cum exoleſcente pariter exoleſcunt. Addit

Roſa rerum humanarum typus.

Clem. Alex.

Clem. Alex. lib. 2. pædag. c. 8. roſas omnium florum citiſſimè marceſcere quia omnium florum ſuauiſſimè olent. Et ratio videtur phyſica, quia quò plus odoris è roſis emittitur, eò plures, ac puriores ſpiritus neceſſe eſt, vt ab illis exhalentur, quibus exinanitæ marceſcunt. Sic humana gloria quò latius extenditur, eò citiùs attenuatur. *Ne timueris*, inquit Dauid, *cum diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius*. Pſal. 48. n. 16. & 17. Ad quem locum D. Ambroſ. vtramque ſententiam diſtinguit, vtramque exponit. Et de priori quidem: *Noli*, inquit, *expaueſcere diuitias & potentiam diuitis, & gloriam ſecularem, quoniam caduca illa ſunt, & citiùs abeunt, quam venerunt. Somnium eſt iſte theſaurus: euigilas, & receſſit. Quoniam qui potuerit crapulam mundi iſtius edormire, & ſobrietatem virtutis aſſumere, iſta contemnit.* De poſteriori verò ſententia, multiplicata gloria domus peccatoris, *Inſpice*, inquit, *diligenter, & vacua eſt, quæ nihil habet in ſe de fidei plenitudine. Et quid de domo dicam? Vacuus erat totus hic mundus, antequam numero credentium eum Chriſtus impleret.* Vbi ſatis oſtenditur, & diuitiarum fugacitas, cùm nihilo firmiores quàm ſomnia dicantur; & inanitas mundanæ gloriæ, quæ etiam, cum multiplicatur, nulla cenſetur.

Diuitiarum fugacitas, & inanitas, ſomnium.

D. Ambr.

7. Sic & Dauid temporalium bonorum fugacitatem expreſſit. *Velut ſomnium ſurgentium, Domine, in ciuitate tua imaginem ipſorum ad nihilum rediges*, Pſal. 72. n. 20. Vbi D. Ambroſ. ſer. 7. in Pſal. 118. Dauidis perſpicacitatem commendat in bonis temporalibus cognoſcendis. *Cognouit*, inquit, *impiorum ſucceſſus in hoc ſeculo, ſomnij eſſe ſimiles, non veritatis: quorum emolumenta tandiu vident ineſſe, dum dormiunt. Vbi edormierint ſomnum ſuum, qui videbantur ſibi potare, iam ſitiunt; qui epulabantur, eſuriunt, nihil ſolidum ex iſto ſomnia, perfectúmque referentes.* Sed & D. Chryſ. homil. 1. in priorem epiſt. ad Cor. nihilo ſolidiora bona temporalia exiſtimat, quàm ludibria puerorum, quæ vana ſunt, & caſſa, ac meris cohærentia figmentis. *Non videtis*, inquit, *pueros quando ludentes ſtruxerunt aciem, & ordinarint milites, & eos præcedunt lictores, & præcones: & puer incedit in medio, loco Imperatoris, quàm ſint ea, quæ ſiunt puerilia? Tales*

D. Ambr.

D. Chryſ.

Humana felicitas, puerorum ludibria.

A *ſunt res humanæ, iiſque viliores, & abiectiores, vt quæ ſint hodie, cras non ſint.* Imò etiam cum ſunt, inanitatis plenæ ſunt.

8. Qui Solem, Lunam, ſydera intuetur, vix diſcernit ea moueri; ſtare putat, & quieſcere, cum tamen velociſſimo curſu rapiantur. His non diſſimilia eſſe bona temporalia, rectè philoſophatur Philo Hebr. lib. de confuſione linguarum. *Videtur*, inquit, *& ipſe mundus ſtare, hærereque quantum viſu percipitur, quamuis vertatur motu ocyſſimo, nullam non præuolante creaturam. Nam interdiu Solem, noctu Lunam, ſtare imaginantur oculi corporis; cum tamen nemo neſciat, horum ſyderum curſum eſſe concitatiſſimum, quæ totum cælum intra vnum diem obeunt.* Chriſto

Phil. Hebr.

Velociſſimus rerum humanarum curſus ab inſipientibus non percipitur.

B Domino diabolus *oſtendit omnia regna orbis terræ in momento temporis*, Luc. 4. num. 5. Quorſum tam amplum ſpectaculum tam exiguo tempore exhibetur? D. Ambroſ. ad eum locum: *Non tam*, inquit, *conſpectus celeritas indicatur, quam caduca fragilitas poteſtatis exprimitur. In momento enim cuncta illa prætereunt. Et ſæpe honor ſeculi abiit, antequam venerit. Quid enim ſeculi poteſt eſſe diuturnum, cum ipſa diuturna non ſint ſecula?* Vides, quam anguſtè omnia regna mundi limitentur? omnia ad vnum momentum. Scilicet quò plures humanæ gloriæ cumuli eriguntur, eo citiùs ab ea altitudine deiecti labeſiunt. Ne quis de exiguo terræ angulo tumidus intumeſcat.

D. Ambr.

Omnia regna mundi, ad vnum momentum.

C 9. Neque ſolùm in faſtigio honorum ruina timenda eſt; ſed etiam in aſcenſu ad honores. *Hæc omnia*, inquit diabolus, *tibi dabo, ſi cadens adoraueris me*, Matth. 4. n. 9. Verbum illud, *cadens*, rectè expendit D. Irenæus lib. 5. c. 22. *Ipſe*, inquit, *diabolus confitetur quoniam adorare eum, & voluntatem eius facere, cadere eſt a gloria Dei. Et quid aut ſuaue, aut bonum participare poteſt, qui cecidit? aut quid aliud ſperare poteſt qui talis eſt, niſi mortem? Ei enim qui cecidit, proxima mors eſt. Deinde nec illa ipſa, quæ promiſit, præſtabit ei, qui cecidit.* Ita Irenæus. Quaſi diceret, viam ad honores temporales obtinendos, ipſe diabolus fatetur ruinam eſſe. Vanos honores diabolus ruinis vendit. Sed qui aſcenſurus ruit,

Honoris ambitio ruinoſa.

D. Iren.

D quomodo ad faſtigium euadet? Deluditur planè ambitio, & honores, priuſquàm habeat, amittit; dùm ex ruina moritur, qui habiturus aſcendebat. Et quidem mille caſibus, ac ruinis expoſita eſſe bona omnia temporalia, ſicut ſpiritualia extra omne ruendi periculum conſtituta, verè, ingenuéque fatetur Philo Hebr. lib. de Abrahamo, ad finem. *Quemadmodum*, inquit, *per lubricum incedentes labuntur fallente veſtigio, qui verò per viam ſiccam gradiuntur, certo gradu iter faciunt: ſic qui per corporis externáque bona ducunt animam, nihil aliud, quàm cadere illam aſſuefaciunt: hæc enim lubrica, & parum firma ſunt. Sed qui per virtutum contemplationem ad Deum properant, tutum, inconcuſſumque iter dirigunt. Vt nihil veriùs dici poſſit, quam quod quiſquis illis re-*

Phil. Hebr.

Via ad honores lubrica.

E *bus credit, Deo non credit.* Hoc eſt, qui per bona temporalia credit firmam ſe ſtationem habiturum, Deo non credit, ſæpius monenti, per ea certiſſimè ruendum.

10. Mirum eſt, quàm multis metaphoris in Scriptura bonorum temporalium inanitas exprimatur. Dicitur enim fumus: *Deficientes, quemadmodum fumus deficient*. Pſalm. 36. n. 20. Flos, & vmbra: *Qui quaſi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra*. Iob. 14. num. 2. Fœnum: *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius, quaſi flos agri*. Iſaiæ 40. n. 6. Lanugo, ſpuma, &c. *Spes impij tanquam lanugo eſt, quæ a vento tollitur: & tanquam ſpuma gracilis, quæ a procella diſpergitur: & tanquam fumus, qui a vento diffuſus eſt,*

Varijs metaphoris bonorum temporalium inanitas exprimitur.

& tanquam memoria hoſpitis vnius prætereuntis. Sap. 9.num. 15. Somnium: *Velut ſomnium auolans non inuenietur; tranſiet ſicut viſio nocturna.* Iob.20. num.6. Vapor: *Quæ eſt enim vita veſtra? vapor eſt ad modicum parens.* Iacob 4. num.14 Denique ipſum nihil, & inane. *Ecce gentes quaſi ſtilla ſitulæ, & quaſi momentum ſtateræ.* Et ſtatim: *Omnes gentes quaſi non ſint, ſic ſunt coram eo; & quaſi nihilum, & inane.* Iſaiæ 40. n. 15.& 17. & ſic de multis aliis paſſim obuiis. Quas omnes metaphoras eleganter colligit D Greg. lib. 16.Mor.c.5.ad temporalium rerum inanitatem plenius exprimendam. *Carnalis*, inquit, *gloria, dum nitet, cadit: dum apud ſe extollitur, repentino intercepta fine terminatur. Sic namque aurarum flatu in altum ſtipula rapitur, ſed caſu concito ad ima reuocatur. Sic ad nubila ſumus attollitur, ſed repentè in nihilum tumeſcendo diſſipatur. Sic ab infimis nebula denſando ſe erigit, ſed exortus hanc ſolis radius, ac ſi non fuerit, abſtergit. Sic in herbarum ſuperficie nocturni roris humor aſpergitur, ſed diurni luminis ſubito calore ſiccatur. Sic ſpumoſa aquarum bulla inchoantibus pluuiis excitata, ab intimis certatim prodeunt. Sed eo celeriùs dirupta depereunt, quò inflata citius extenduntur. Cùmque excreſcunt, vt appareant, excreſcendo peragunt, ne ſubſiſtant.* Hactenus ille; & multò plura accumulat, quibus temporalium rerum inanitatem confirmat.

D.Greg.

11\. Harum rerum inconſtantiam, & lubricitatem cæleſtis ſponſa contemplata, domum ad habitandum non requirebat, ſed quodam ductile tabernaculum ad diuertendum. Imò cum Deus primam fœminam in morem cuiuſdam firmi ædificij conſtruxerit: *Ædificauit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam, in mulierem.* Geneſ.2.num.22. ipſa tamen ſponſa ſe in morem cuiuſdam mobilis tabernaculi factam exiſtimabat; *Sicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis.* Cantic.1.num.5. Quia licèt primus ille innocentiæ ſtatus ex diuinæ gratiæ fundamento, cui innitebatur, firmitatem, ſtabilitatémque habuerit: hic poſterior, diruto illo fundamento, nutabat & vacillabat. Quare D. Bernard. ſerm. 26. in Cant. *Quid*, inquit, *tabernacula, niſi noſtra ſunt corpora, in quibus peregrinamur? Nec enim habemus hic manentem ciuitatem: ſed & militamus in eis, tanquam in tabernaculis. Militia enim eſt vita hominis ſuper terram.* Et paulò poſt: *Eſt ergo*, inquit, *hoc habitaculum noſtri corporis, non ciuis manſio, aut domus indigenæ; ſed aut tabernaculum militantis, aut ſtabulum viatoris.* Quid enim diuturnum domicilium requirat ad manendum; qui in via graditur, ſuúmque ad finem velociſſimus feſtinat?

Humana corpora propter mutabilitatem tabernacula.

D.Bern.

12\. Cæcus ille, quem Chriſtus Dominus ingreſſus Bethſaidam, curauerat, rogatus ſi quid videret: *Video*, inquit, *homines velut arbores ambulantes.* Marc.8. num. 14. Si literam quidem attendas, imperfectè vidit: quia non id, quod in re erat, agnouit: ſed pro exiguis hominum ſtaturis, proceras arborum moles ſibi videre videbatur. Vbi D.Petr. Chryſolog. ſerm.176. *Imperfectis*, inquit, *oculis grandeſcunt formæ, turbantur ſpecies, res falluntur ipſæ: quia non iam viſionem capiunt, ſed adhuc vmbram ſuſtinent viſionis.* Tales & qui imperfectè intelligunt, mundanam gloriam per ſe ſatis exiguam, & abiectam, præ exiguo lumine rationis, ingentem, & ſublimem arbitrantur. Si tamen myſterium ſpectes, perſpicaciter quidem vidit, non tam id, quod foris, ſed quod intus erat, aſſequutus. Quod idem D. Petrus Chryſolog. citatus mihi videtur ſignificaſſe, dum quærit, cur ei homines apparuerint, *ſicut arbores, non vt columnæ, aut aliud quid, neque ſtantes, ſed ambulantes.* Et reſpondet: *Quia poſt curam Chriſti viderat, quòd homines velut arbores tranſirent, in hoc ſeculo, non manerent: temporalem plantationem germinis humani eſſe in hac vita mox videt, quem curauerat Chriſtus.* Quaſi diceret, myſticam cognitionem aſſequutus eſt quàm perfectiſſimam: vidit enim homines, non ſtantes, ſed ambulantes, quia perpetuam eorum inconſtantiam, fugacitatémque agnouit: vidit, non vt columnas, ſed vt arbores, quia hæ leuitatis, illæ firmitatis ſymbola ſunt; nam columnæ nullis flatibus quatiuntur, arbores omnibus agitantur: columnæ nullas ſubeunt viciſſitudines, arbores continuas, modò ſuis floribus, frondibus, ac fructibus ornatæ, modò his omnibus ſpoliis exutæ. Qui igitur à Chriſto Domino oculatur; nihil prius, quàm temporalium rerum inconſtantiam, & mobilitatem intuetur.

D.Petr. Chryſol.

Humana res licèt parua, imperfectis oculis grandeſcunt.

Humanarum rerum inconſtantia in arboribus deambulantibus exprimitur.

13\. Magna inter Apoſtolos contentio orta fuit de primatu, cuinam eorum conferretur. Locus verò diſputationis non fuit priuata aliqua domus, ſed publica via; *Siquidem in via*, inquit Euangeliſta, *inter ſe diſputauerunt, quis eorum maior eſſet.* Marc. 9. num.34 Aptiſſimum diſputationi locum fuiſſe, ſentit D.Hieron. *Rectè*, inquit, *in via tractabant de principatu. Similis enim hæc tractatio loco. Principatus enim ſicut ingreditur, ſic deſeritur; & quandiu tenetur, labitur; & incertum eſt, in qua manſione, id eſt, in qua die finiatur.* Quid inanius hoc honore, qui nunquam in termino, ſemper in via poſſidetur? nunquam ſtat, ſemper elabitur? & cùm adeſſe creditur, abeſſe deprehenditur? De qua re rectè monet D.Aug.ſerm. 29.de verbis Domini, c.5. *Quanta*, inquit, *tibi loquitur mundus, quanta poſt dorſum ſtrepit, vt retrò reſpicias; id eſt, vt in rebus præſentibus, nec præſentibus (non enim dicenda ſunt præſentia, nunquam ſtantia) ſpem tuam ponas, & velis requieſcere in mundo pereunte?* Sed ab his vocibus audiendis, tanquam fallacium Sirenum, meritò deterret Auguſtinus, vel ex ipſa rerum, ad quas mundus inuitat, inanitate. Pereunti enim nemo niſi periturus adhæreſcit.

Seculi principatus ſemper in via.

D.Hier.

D.Aug.

14\. Legatos miſit olim Moyſes ad Regem Edom, vt ſibi per eius terram tranſire liceret, teſtatus nihil ſe de illius agris, aut vineis, aut poculis percepturum: ſed publica via omnibus eius poſſeſſionibus intactis & illibatis progreſſurum. Num. 20. n. 17. Cur quæſo, è bonis omnibus Regis Edom, hoc eſt, Regis terreni, ſe immunem, & alienum fore pollicetur; niſi quia omnem illius potentiam, & opulentiam, vtpote terrenam, ac temporalem, vanam & inanem exiſtimabat; à qua proinde abſtinere oportebat, qui ad cæleſtia bona perſequenda ferebatur? Vnde Philo Hebr.lib. Quod Deus ſit immutabilis, ita Moyſem introducit loquentem cum Rege Edom, & rationem, cur ab omnibus eius bonis abſtineat, reddentem. *Non iſta*, inquit, *tibi chara, omnino nihil ſunt. An putas mortalem rem vllam verè eſſe, ac ſubſiſtere; & non tanquam in ſuggeſto quodam ab inani, & incerta opinione ſuſtineri, non aliter quàm ſomniorum ludicra?* Quis ergo ſic deſipiat, vt ad æterna bona, quæ vera ſunt, ad ſolida perrecturus, temporalibus, & inanibus implicetur, quibus à ſuo curſu detineatur.

Qui ad cæleſtia feſtinat, temporalia, quaſi ludicra debet abiicere.

Phil.Hebr.

15\. De iuſtis hominibus ſapientiſſimè loquutus Sapiens: *Fulgebunt*, inquit, *iuſti, & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent.* Sap. 3. num.7. Non dicit, ſedebunt, habitabunt, morabuntur, ſed *diſcurrent*; ne in mundo, quem illud arundinetum repræſentabat, pedem figere viderentur. Sed quid mundo cum arundineto? Non parum quidem, vt benè interpretatur D. Gregor. lib. 33. Moral. cap. 3. *Arundinetum*, inquit, *vitam ſecularium appellat: qui more arundinum per temporalem gloriam ſurgit, quaſi ad*

Mundũ propter incõſtantiã, & leuitatem arundineto ſimile iuſti inoffenſo pede percurrunt.

D.Greg.

ad alta profic iunt; ſed intus à ſoliditate veritatis inaneſcunt. Qua ferè metaphora vſus Iob, mundum calamum appellauit, dum ait, diabolum *in ſecreto calami* dormire. Iob.40 n.16. hoc eſt, in medio hominum mundanorum. De quibus D Greg. citatus: *Dum*, inquit, *ad exteriorem gloriam per ſuperficiem defluunt, nulla intus firmitate ſolidantur. More quippe calami, intus ſunt per fatuitatem vacui; ſed foris per ſpeciem, & oſtentationem, pulchri.* Quid mirum igitur, ſi diabolus, qui *nihil eſt in mundo*. 1. Cor.8 n.4. in medio ipſius mundi, qui tanquam ipſum nihil inaneſcit, conquieſcat?

D. Greg.

16. Petierant olim à Chriſto Domino duo illi diſcipuli Iacobus, & Ioannes primas cathedras in regno Chriſti, vt ipſi putabant, temporali. *Da nobis*, inquit, *vt vnus ad dexteram tuam, & alius ad ſiniſtram tuam ſedeamus in gloria tua.* Marc 10.n.37. Quid amplius poſtulare poterant, ac ſublimius? Et nihilominus Chriſtus Dominus in extrema cœna eos ad petendum adhortatus: *Vſque modo*, inquit, *non petiſtis quicquam* Ioan.16 n.24. An nihil petierant, qui in Chriſti regno primos honores poſtularant? Nihil planè: vt rectè D Aug tract.102. in Ioan. obſeruat. *Solum*, inquit, *bonum ſpirituale æſtimari debet aliquid. Quidquid autem aliud petitur, nihil petitur: non quia nulla omnino res eſt, ſed quia in tanta rei comparatione quidquid aliud concupiſcitur, nihil eſt.* En vt res humanæ ita leues, & inanes ſunt, vt vix ab ipſo nihilo diſtinguantur.

Mundani honores, nihil.

D. Aug.

17. Quod ſi in illis aliquid firmitatis, ac ſoliditatis reperitur, id totum ad Deum pertinet, qui ſolus vere, ac proprie Dominus & eſt, & nuncupatur. Quare nemo ſe exiſtimet bonorum temporalium dominum, ſed colonum. Vnde fuit illud Dei præceptum ad populum Iſraëliticum. *Terra*, inquit, *non vendetur in perpetuum, quia mea eſt, & vos aduenæ, & coloni mei eſtis.* Leuit.25.n.23. In quem locum Philo Hebr. lib. de Cherubim, verſus finem: *Manifeſtiſſimè*, inquit, *docet, ius poſſeſſionis omnium rerum pertinere ad Deum: vſum verò ſolum ad creaturam. Nihil in perpetuum cuiquam creaturæ venditur; quandoquidem vnus eſt Dominus totius creaturæ poſſeſſor proprius, ac perpetuus.* Et paulò poſt: *Liquere*, inquit, *ſatis puto, nos alienis vti poſſeſſionibus. Quod ſi cognoſceremus, curaremus tanquam res Dei: præcogitantes morem eſſe Domini, recipere ſua, quandocumque ipſi viſum fuerit: ſic enim ademptas ferremus leuius.* Vnde Philoſophus ille Stoicus rectè præcipiebat, ne quis in iactura alicuius boni temporalis diceret: *Illud perdidi*; ſed, *Illud reddidi*. nempe Deo, à quo fuerat acceptum. Sciat igitur temporalis Princeps, ſe nullam terram habere propriam, in qua viuus commoretur: habere tamen propriam illam terram, in quam mortuus reſoluatur, iuxta illud, *Exibit ſpiritus eius, & reuertetur in terram ſuam.* Pſal.145.n.4. Emphaticè enim dixit, *ſuam*. Nam temporalium bonorum vſura nobis videri debet peregrina, & aliena, illorum tamen iactura propria, & patiua.

Deus terrenarum rerũ vnicus Dominus: homines tantum coloni.

Phil. Hebr.

Sepulchrum vnica hominis poſſeſſio.

SECTIO III.

Ex comparatione cum æternis bonis maior temporalium fugacitas, & inanitas deprehenditur.

1. SI temporalia bona in ſe forent admodum diuturna, ſolida, & conſtantia, nulliſque viciſſitudinibus ſubiecta: adhoc nihilominus cum æternis comparata, vaniſſima, & fugaciſſima viderentur D. Aug. lib.3. de libero arbitrio, cap 25. in fine: *Tanta*, inquit, *eſt iucunditas lucis æternæ, vt etiamſi non liceret amplius in ea manere, quam vnius diei mora, propter hoc ſolùm innumerabiles anni huius vitæ pleni deliciis, & circumfluentia temporalium bonorum, rectè, meritóque contemnerentur. Non enim falſo, ac paruo affectu dictum eſt: Melior eſt dies vna in atriis tuis ſuper millia.* Pſal.83.n.11. Cum igitur bona omnia temporalia tantas viciſſitudines ſubeant, tanta vertigine circumagantur, tanta inſtabilitate, ac fugacitate in ſuum occaſum præcipitentur, quanta hactenus dictum eſt: quid tandem cum æternis bonis comparata, niſi ipſum nihil, aut ſi quid nihilo inanius eſſe poſſet, viderentur?

D. Aug. *Mira æternæ beatitudinis iucunditas.*

2. De ſanctiſſimis illis Patriarchis Abraham, Iſaac, & Iacobo loquutus D. Paulus: *Iuxta fidem*, inquit, *defuncti ſunt omnes iſti, non acceptis repromiſſionibus, ſed à longè eas aſpicientes, & ſalutantes, & confitentes, quia peregrini, & hoſpites ſunt ſuper terram*, Hebr.11.n.13. Vbi non immeritò quærit D. Chryſoſt. ſerm. quodam de habenda cura ſalutis proximi, &c. in 1. tomo, quo pacto dici poſſit Abraham promiſſiones ſibi à Deo factas non recepiſſe; cum re vera Palæſtinam omnium bonorum copia abundantem occuparit. *Quid dicis?* inquit Diuus Chryſoſt. *non obtinuit Abraham promiſſiones? non venit in Palæſtinam? Falſa ergo ea, quæ dicta ſunt.* Et reſpondet: *Venit quidem in Palæſtinam, non hanc autem ſpectauit, ſed aliam, quæ in cœlis, deſiderauit.* Quaſi diceret: Bonorum temporalium promiſſiones omnes accepit Abraham, magna diuitiarum copia locupletatus, vberrimam in regionem exceptus, bonis temporalibus cumulatiſſimè circumfuſus: ſed quia hæc temporalia bona nihili faciebat, ſed ad cæleſtia, æternáque bona adſpirabat, nullas à Deo promiſſiones recepiſſe arbitrabatur. Et paulò poſt expendens illud, *confitentes, quia peregrini, & hoſpites ſunt ſuper terram*, quærit, quo pacto verè hoc dici queat de Abrahamo, tanta bonorum copia affluente. *Hoſpéſne eſt*, inquit, *qui tantam accepit patriam, & tantam regionem?* Et reſpondet, hoſpitem re vera eſſe: *Non enim*, inquit, *hanc, ſed cœlum ſpectauit.* Quaſi ille ſanctiſſimus Patriarcha præ æterna patria, ad quam adſpirabat, omnem aliam quibuſcumque bonis temporalibus redundantem, exilium reputarit.

Terrena præ cæleſtibus, quaſi nihil.

D. Chryſ.

Iuſti in hac vita peregrini.

3. Quid eſt, quod Moyſes poſſeſſiones Regis Edom omnes contempſerit, nihilque de illarum fructibus in ſuam vtilitatem tranſlaturum ſe eſſe promiſerit? Num.20.n.17. Iam ſuperiori ſect. ex Philone reſpondi, quia vanas, & inanes iudicabat omnes diuitias Regis Edom, id eſt, terreni, à cuius ſe commercio abdicare cupiebat. Addo ex eodem, quia cæleſtibus bonis ſtudebat, ex quorum comparatione, omnia bona temporalia per ſe vilia, & abiecta, multò viliora, & abiectiora iudicabat. Quod ſanè iudicium proprium eſt illius animæ, *quæ*, inquit, *regione terreſtri iam relicta ad diuinarum naturarum ſubducta eſt conſuetudinem. Repleta enim contemplatione verorum bonorum, & incorruptibilium, meritò adulterina iſta in diem durantia reiicit* Sicut enim ad Solis radios noctis vmbræ euaneſcunt: ita ſummum bonum contemplanti omnia temporalia abiectiſſima videntur.

Qui cæleſtibus ſtudent bonis, temporalia abiiciunt.

4. Primus hominum, qui ſe puluerem, ac cinerem appellauit, fuit Abraham: nec aliò quidem tempore, quàm cum familiariter cum Deo loquebatur. *Loquar*, inquit, *ad Dominum meum, cum ſim puluis, & cinis.* Gen.18.n.27. At cur hanc de ſe vilitatem non agnoſcit, non fatetur, cùm plurimas huius vitæ

Ex æternarũ rerum cognitione, temporales cineres videntur.

 miſerias

miſerias experitur; cum in Ægypto peregrinatur, eum extra patriam fame, inopia, inſidijs, pluribúſque alijs laboribus exercetur? Ratio planè eſt, quia ad illius ſupremæ maieſtatis præſentiam, humanæ infirmitatis conditio clariùs innoteſcit. Ita citatus Philo: *Qui ad Deum*, inquit, *accedit, & illius felicitatem agnoſcit, & ſuam inopiam. Nam & Abraham poſtquam ad Deum acceſſit proximè, mox cognouit ſe eſſe terram, & cinerem.* Nunquam meliùs temporalia bona, quàm ex cognitione æternorum patefiunt: tunc manifeſtiùs deprehenditur horum vilitas, quando illorum dignitas attentiùs cogitatur.

Phil. Hebr.

5\. Sic & Dauid: *Credidi*, inquit, *propter quod loquutus ſum; ego autem humiliatus ſum nimis.* Pſal. 115. num. 10. Quaſi diceret, mihi per fidem diuina myſteria, æterna bona, cæleſtia præmia, pluraque alia ſupernaturalia arcana innotuere. *Credidi.* Sed quò me tam profunda contemplatio induxit? Planè ad loquendum, & confitendum. *Propter quod loquutus ſum.* Quidnam verò? Illáne cæleſtia bona, quæ mente aſſequutus fui? Abſit. Nam illa arcana verba non licet homini loqui. Ergo quid? Meam ſanè vilitatem, & humilitatem. *Ego autem humiliatus ſum nimis.* Nam illa ſupremæ bonitatis cognitio me ad meam infirmitatem, & inanitatem non ſolùm cognoſcendam, ſed etiam manifeſtandam impellebat. Ita D. Chryſoſt. ad eum Pſal. *Quiſquis*, inquit, *indicibilem Dei maieſtatem oculo cordis contemplatur, & cognoſcit Deum, homine tantò ſublimiorem, quantò cælum formica ſublimius: nihil mirum, ſi obſtupeſcat intra ſe, & dicat; ego autem humiliatus ſum nimis.* Quod ſtatim prædicto Abrahami exemplo confirmat. *Vnde*, inquit, *& Abraham in comparatione Dei terram ſe eſſe, ac cinerem dicebat.* Et vlteriùs à contrario probat. *Contra verò*, inquit, *quia neſcitur Dominus, naſcitur ſuperbia, Scriptura teſtante: Initium ſuperbiæ eſt neſcire Dominum.* Sic enim legit Chryſoſt. quod in Vulgata eſt, *apoſtatare à Deo.* Itaque qui æterna bona cognoſcit, terrena, vt vilia, & inania contemnit.

Rerum ſempiternarum vilitas ex cæleſtium agnitione cognoſcitur.

D. Chryſ.

6\. Ex duodecim tribubus Iſraël, ſola leuitica terrenas poſſeſſiones non habebat, vt ſæpiùs aduertimus: quia ſola Deo colendo, & contemplando ſtudioſiùs vacabat. Quo enim clariùs æterna bona, vt firma, vt ſolida, vt immobilia, & ſtantia agnoſcebat; eò certiùs temporalia, vt vana, vt caduca, vt inania, ac volubilia iudicabat. Vnde nihil mirum, ſi contemneret, quæ vt contemptibilia certiſſimè deprehendebat. Qua de re Philo Hebr. lib. de plantatione Noë: *Heli*, inquit, *interpretatur ipſe mihi: quod apud alios alia ſint in pretio, apud hunc ſolum ille optimus maximus auctor rerum omnium.* Et paulò poſt, rationem traditam reddit, cur Leuitis temporalia bona diſplicerent, ſcilicet quod ſola æterna meditarentur. *Leuitæ*, inquit, *non cupiunt creatis rebus diteſcere, faſtidientes quidquid genitum eſt, præ ingeniti familiaritate, quem ſolum habent pro diuitiarum, felicitatiſque fine perfectiſſimo.* Vides, vt terrena bona deſpiciant, qui ſummum, & æternum contemplantur.

Leuitæ dum æternas ſperant poſſeſſiones, terrenas abijciūt.

Phil. Hebr.

7\. Et quidem bonorum temporalium inconſtantiam, & fugacitatem quis facilè non agnoſcat, ſi æternorum ſtabilitatem, & conſtantiam meditetur? Nam ſicut ex luce tenebras, ex voce ſilentium, ex colore vmbras, ex veris entibus, vt ita loquar, non entia fingimus, & componimus; & quantùm hæc ab illis deficiant, ac degenerent, facilè iudicamus: ita ex bonorum cæleſtium firmitate leuitatem terreſtrium non difficilè colligemus. Quanta verò eſt illius æternæ patriæ ſtabilitas, ac firmitudo? D. Paulus vocat *regnum immobile.* Hebr. 12. n. 28. D. Ioannes: *Ciuitas*, inquit, *in quadro poſita eſt.* Apoc. 21. n. 16. Quæ eſt firmitatis, & conſtantiæ figura. *Lateres ceciderunt*, inquit Iſaias c. 9. n. 10. *ſed quadris lapidibus ædificabimus.* Vt pro mobilium ſtatu in hac vita, immobilia in futura auſpicemur.

Cæleſtis beatitudinis firmitas.

8\. Copioſiùs idem Iſaias c. 33. n. 20. & 21. *Tabernaculum* vocat, *quod nequaquam transferri poterit; nec auferentur claui eius vſque in ſempiternum, & omnes funiculi eius non rumpentur. Quia ſolummodo ibi magnificus eſt Dominus Deus noſter.* Vbi pluribus metaphoris huius Tabernaculi firmitatem declarat, vt ſummam eſſe omnium teſtetur. Et cum ſingularis Dei magnificentia ſplendeſcat, non ſolùm in omnibus, ſed etiam in ſingulis rebus ſublunaribus, quas ex nihilo creauit, & prouidentiſſimè conſeruat, & gubernat, tamen à Propheta in illo ſolo Tabernaculo ſtabiliendo magnificus eſſe dicitur: non quidem vt eius magnificentia in alijs operibus negetur, ſed vt in hoc vno maxima oſtendatur. Sic & Daniel cap. 2. n. 44. ſuperbiſſimis mundi Monarchijs euerſis: *Suſcitabit*, inquit, *Deus cæli regnum, quod in æternum non diſſipabitur, & regnum eius alteri populo non tradetur. comminuet autem, & conſumet vniuerſa regna hæc, & ipſum ſtabit in æternum.* Et quamuis non eadem ſit regni, & eorum, qui regno continentur, ſtabilitas; his enim ruentibus, illud ſæpenumero ſtare ſolet: tamen illius beati regni ſtabilitas omnes, qui in eo ſunt, pariter comprehendit.

9\. De re humanis viribus impoſſibili loquutus olim Dominus cum Iobo: *Nunquid*, ait, *gyrum Arcturi poteris diſſipare?* Iob 38. n. 31. Vbi Olympiod. D. Gregor. & alij, nomine *Arcturi*, myſticè intelligunt militantem Eccleſiam: & nos eadem ratione, qua illi ducti, intelligere poſſumus & triumphantem. Nam vt Arcturus, quæ eſt conſtellatio Aquilonaris, eo differt à cæteris ſtellis, quod cæteræ oriantur, & occidant; appareant, & euaneſcant; Oceano immergi, indéque emergere videantur: Arcturus verò ita vertetur circa polum, vt nunquam occaſum ſubeat, ſemper conſpicuus appareat; vnde à Poëta *Axis inoccidus* appellatur: & Mantuanus poëtico quidem ſchemate canit illud;

Cæleſtis regni conſtantiam Arcturus adūbrat.

Olymp.

D. Greg.

Arctos Oceani metuentes æquore tingi. Virg.

vt ſignificent has ſtellas à ſuis locis nunquam ruere, ſed ſemper conſpicuas apparere. Ita planè regnū illud beatorum, eo à cæteris regnis temporalibus ſeparatur, quod hæc perpetuæ viciſſitudini ſubijciantur, incipiant, ac deſinant, floreant, & areant, naſcantur, & moriantur; illud perpetua ſtabilitate firmetur: nullus ibi occaſus, nulla ruina.

10\. Summa illa fuit Chriſti Domini erga latronem beneuolentia, dicentis: *Hodie mecum eris in paradiſo.* Luc. 23. n. 42. An non ſatis fuit dicere, *Hodie eris in paradiſo?* Quorſum addit illud, *mecum?* D. Ambr. in Pſal. 39. *Pulchrè*, inquit, *ſubiunxit, mecum eris in Paradiſo. Hoc eſt, noli timere, ne & tu cadas de paradiſo, ſicut cecidit Adam. Sed audi, quia mecum eris: quo præſente cadere non poſſis. Ceciderat caro in paradiſo, antequam ſuſciperetur à Chriſto. Non dixerat Adæ, mecum eris, quia ſciebat eſſe caſurum*, &c. Securus igitur ruinæ eſt, qui cum Chriſto in cælo eſt. Firmiſſimis ſtabilitur veſtigijs, qui non in lubrico ſolo, ſed in ſolido cælo collocatur.

Cæleſtis beatitudo in Chriſto firmata, permanet.

D. Ambr.

11\. *Suſceptor meus*, inquit Dauid, *non mouebor amplius.* Pſ. 61. n. 3. Quod ſi in via, quātò magis in patria verum eſt? *Semel*, inquit D. Ambr. *in patria locatus, lubricum non debet habere veſtigium; ſed tenere ſtatus proprij firmamentum.* Quam ſtabilitatem confirmat ex D. Paulo: *Volens Deus oſtendere pollicitationis heredibus immobilitatem conſilij ſui, interpoſuit iuſiurandum*

Summa iuſtorum firmitate cum Deo, peccatorum ſine Deo ſumma inconſtantia.

D. Ambr.

dum. Hebr.6. n.17. Quod enim Deus non ſolùm A promiſit, ſed iuraut, quis dubitet immobiliter duraturum? *Immobilis*, addit Ambroſ. *voluntas Dei, quæ nullius peccati mouetur illecebris. Homines mobiles, lubrici ad delinquendum, faciles ad errandum.* Vbi ſignificat, inſtabilitatis fundamentum eſſe peccatum, quod cùm ab ſtatu beatorum longiſſimè peregrinetur; fit, vt totum illud regnum nulla volubilitate circumagatur. Et vt oſtendat, quanta peccatores inconſtantia, quanta iuſtos firmitas, & immobilitas conſequatur, plura adducit teſtimonia. *De Iudæis*, inquit, *dictum eſt, tranſeuntes blaſphemabant eum* Matth.27.n.39. *Pulchrè ait, tranſeuntes, non ſtantes. Stamus in atriis ſanctis, præterimus in plateis.* Deinde ex parabola Chriſti Domini, Luc.10. à n. B 31. oſtendit, veteres illos Sacerdotes, ac Leuitas, leues, & mobiles fuiſſe, vtpote nulla charitate radicatos: Samaritanum, firmum, & conſtantem, vtpote libratum amoris pondere, & communitum. *Sacerdos*, inquit, *Leuita pertranſijt; ſtetit ille, qui vulnera inflicta curauit.*

D.Ambr.

12\. Præterea addit illud ex Dauide: *Et non dixerunt, qui præteribant; Benedictio Domini ſuper vos.* Pſalm.128.n.8. *Stantes enim*, inquit, *non tranſeuntes ſunt pedes benedicentium.* Militantis Eccleſiæ turbatores prætergredi dicuntur. *Vindemiant eam omnes, qui prætergrediuntur viam.* Pſal.79. num.13. *Tranſeuntes*, inquit, *vindemiant non manentes.* Proditoris filij, à regno beatitudinis excluſi, *nutantes transfe-* C *rantur, & mendicent.* Pſalm.108.n.10. *Eget enim*, inquit, *& mendicat, qui mouetur: inops peccator, diues eſt iuſtus; quia nullo bono deficit, qui Dominum ſemper inquirit.* Qui Chriſto Domino illudentes, *mouerunt caput*, Pſalm.21.n.8. amiſerunt coronam. Coronatur Stephanus, qui ſtans videbat Ieſum ſtantem, immobilis immobilem. *Non mouit*, inquit, *ſe Stephanus, non mouit ſe Chriſtus.* Semper ſe præbuit videndum illi Martyri, qui ſtabat immobiliter viſurus. Alloquutus Dominus Moyſem; *Tu verò*, inquit, *hîc ſta mecum.* Deut.5.num.31. Bene iubetur ſtare: *Quoniam*, inquit, *qui Deo proximus eſt, lapſui non poteſt eſſe vicinus.* Dauid de ſua firmitate gloriaturus, eam ad Dominum, in cuius tabernaculo ſtabat, reuocauit. *Ipſe*, inquit, *Deus meus, & Saluator meus, non emigrabo.* Pſalm.61.num.7. Quaſi D diceret, inquit Ambroſ. *habeo tabernaculum meum in Domini tabernaculo, non emigrabo.* Non enim innocens de tabernaculis iuſtorum, ſed peccator emigrat

D. Ambr.

13\. *Cæleſtis beatitudinis gaudia Chriſtus etiam retinet in tormentis.*

Mirabilis planè huius ſtatus firmitas, & immobilitas cernitur in Chriſto Domino, qui tranſiturus ad Patrem per Crucem, & paſſionem; tamen neque à beatitudinis ſtatu, quem eius ſanctiſſima anima obtinebat; neque ab vnione hypoſtatica, qua corpus, & anima cum diuino Verbo nectebantur, emigrauit. *Traditus*, inquit, *ſum, & non egrediebar.* Pſal.87.num.10. Sic eleganter D.Ambr. exponit. *Cum*, inquit, *deſcendiſſet in terras, vt cru-* E *cifigeretur, vt ſepeliretur, non emigrauit à Patre, ſed in Patre manſit. Nec depoſuit, quod erat, ſed reſeruauit: nec deſtitit eſſe in Dei forma, ſed perſeuerauit; non imminuta per ſuſceptionem corporis Dei gloria, ſed manente, triumphum acquiſiuit, potentiam non amiſit.* Quid igitur hoc ſtatu firmius, quid munitius poteſt excogitari: quem tot opprobria, tot vulnera, tot cruciatus, ipſa denique mors, non quidem repulſa, ſed libenter ſuſcepta, non expugnarunt? In media omnium ærumnarum, & laborum procella, ſumma illa felicitas immobilis, & inexpugnabilis perſeuerauit. *Poteſtas eius*, inquit Propheta, *poteſtas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius, quod non corrumpetur.* Daniel.7. num.14. En

D.Ambr.

A quanta ſit æternorum bonorum ſtabilitas, & immobilitas.

14\. *Temporalis gloria fœnum.*

Qua igitur volubilitate volubiliora non videbuntur bona temporalia, ſi cum his æternis comparentur? Ex ſe quidem vana ſunt; cum illis comparata, prorſus nulla. Abſit ergo, vt fœnum tectorum inquiramus, quibus promiſſum eſt regnum cœlorum: cum hoc æternum ſit; illud priuſquàm euellatur, exareſcat. Pſal.128 n.6. Vnde D. Chryſ. ibi: *Talis*, inquit, *eſt iucunditas rerum, quæ ad hanc vitam pertinens; ſimul enim, & cernitur, & interit, vt quæ nec habeat fundamentum aliquod, nec potentiam. Et ideo non eſt adhibendus animus, ſed conſiderando, quàm ſint fluxa, & caduca, deſideranda ſunt* B *res æternæ, immortales, immobiles, & in quas nulla cadit mutatio.* Quid theſaurizemus nobis theſauros in terra, *vbi ærugo, & tinea demolitur; & vbi fures effodiunt, & furantur?* Ita vt ſi fortè nunquam eos perdamus, tamen nunquam careamus timore perdendi: vt ibi loquitur D.Chryſoſt. præſertim monente Chriſto Domino, vt theſaurizemus nobis *theſauros in cælo, vbi neque ærugo, neque tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt, nec furantur.* Vbi non ſolùm nulla iactura accidit, ſed etiam nullus iacturæ metus infeſtat, vt D.Chryſ. addit. Querібundus de his, qui ſecus faciunt, exclamat D. Bernard. ſerm.4. de triplici aduentu. *Filij Adam, genus auarum, & ambitioſum audite. Quid vobis cum terrenis di-* C *uitijs, & gloria temporali, quæ nec vera, nec veſtra ſunt? Aurum, & argentum nônne terra eſt rubra, & alba, quam ſolus hominum error facit, aut magis reputat pretioſam? Denique ſi veſtra ſunt hæc, tollite ea vobiſcum. Sed homo cùm interierit, non ſumet omnia, neque deſcendet cum eo gloria eius. Veræ ergo diuitiæ non opes ſunt, ſed virtutes, quas ſecum conſcientia portat, vt in perpetuum diues fiat.*

D.Chryſ.

Cæleſtes diuitiæ ſtabiles, inſtabiles terrenæ.

D Bern.

15\. *Cæleſtis ciuitas ſola permanens.*

Quid quærimus ciuitatem, quam hîc manentem non habemus, cum futuram ſolida habentem fundamenta inquirere debeamus? Nam ſi veteres illi Patriarchæ, quibus terrena promittebantur, ad cæleſtia ſpectabant; nos quibus cæleſtia promiſſa ſunt, cur terrena deſideramus? Quæ quidem iuſtiſſima eſt expoſtulatio D. Chryſ. hom.23. in epiſt ad Hebræos, *Illi*, inquit, *cum promitterentur* D *quæ ſunt in terra, non attendebant, ſed futuram ciuitatem quærebant: nobis autem Deus de ſuperna loquitur ciuitate, & nos terrenam quærimus.* Quid tandem terrenam nobis dari hæreditatem poſtulamus? quæ diuiſa, ſingulis fratribus non ſufficit, indiuiſa, ad omnes non extenditur: cùm tamen æterna illa hæreditas ſingulis tanquam indiuiſa ſufficiat, & ad omnes tanquam diuiſa extendatur? vt D. Ambroſ. ſerm.14 in Pſalm.128. eleganter obſeruauit, de hac æterna hæreditate loquutus. *Non minuitur*, inquit, *hæredi, quidquid à cohæredibus ven-dicatur: manet emolumentum integrum, & eò magis ſingulis creſcit, quò pluribus fuerit acquiſitum. Alia* E *conditio eſt hæreditatis humanæ. Si diuiſa fuerint emolumenta, minuuntur; & hæredis eſt damnum, adſcriptio cohæredis. Indiuiſum regnum Chriſti eſt, indiuiſa hæreditas. Solida ad ſingulos Chriſti dona perueniunt, omnes habent, & nemo fraudatur.* Felix regnum, cuius quot ſunt habitatores, tot ſunt & poſſeſſores; quot ciues, tot reges. Felix, iterúmque felix, cuius opulentia, infinitas; cuius amplitudo, immenſitas; cuius duratio, æternitas; cuius dignitas, diuinitas. *O regnum beatitudinis ſempiternæ*, exclamat D. Auguſtinus, *vbi iuuentus nunquam ſeneſcit: vbi decor nunquam palleſcit: vbi amor nunquam tepeſcit: vbi ſanitas nunquam marceſcit: vbi gaudium nunquam decreſcit: vbi vita terminum neſcit.*

D.Chryſ.

D Ambr. *Cæleſtis hæreditas ſingulis indiuiſa ſufficit, & ad omnes tanquam diuiſa extenditur.*

Æterni regni ſumma felicitas.

D.Aug in Solil. c.35.

Valeant

16. *Philippi III. Hiſp. Regis luculento teſtimonio temporalis regni inconſtantia concluditur.*

Valeant igitur, æternúmque valeant temporalia regna, quæ cum labore acquiruntur, cum timore poſſidentur, cum dolore relinquuntur. Cuius veriſſimi oraculi non Hieronymos, non Auguſtinos, non Ambroſios appello teſtes; ſed illum ter Maximum Hiſpaniarum Monarcham, Philippum Tertium, & Secundum Luſitaniæ, paucis ante diebus, quàm hæc ſcribo, nobis mœrentibus ereptum, & ſuperis exultantibus additum, vt ſpetamus. Qui moriturus, cygnea quadam voce dixiſſe fertur: *Nihil confert Regem eſſe, niſi vt in morte cruciet fuiſſe.* Vtinam, quem de regno temporario, quod reliquit, tam humiliter loquentem audiuimus, de æterno, quod iam poſſidet, glorioſè dicentem audiremus. Ad tuos Chriſte Optime Maxime proſtratus pedes: *Gloriam regni tui dicet, & potentiam tuam loquetur.* Et temporalis regni, quod geſſit, breuitatem, exiguitatem, inanitatémque, ad æterni iubar luminis, perſpicaciſſimè contemplatus, *Regnum tuum*, inquiet, *regnum omnium ſeculorum: & dominatio tua in omni generatione, & generationem.* Quare in morem viginti quatuor ſeniorum: *Qui procidebant ante ſedentem in throno, & adorabant viuentem in ſecula ſeculorum, & mittebant coronas ſuas ante thronum, dicentes: Dignus es Domine Deus noſter, accipere gloriam, & honorem, & virtutem*; ipſe quoque ſuum ſceptrum, & coronam ad tuos abijciens pedes, Omnipotens Regum Rex, in gratulatoria carmina effuſus, quem de temporario regno ad æternum tranſtuliſti: *Tibi*, inquiet, *Soli Rex, & ſalus, & virtus, & regnum, & poteſtas in æternum.* Cuius nos voces imitati, æternas tibi, æternum Numen, pro labore, quali quali, iam exacto grates ſoluimus: pro futuro, quem te auſpice aggredimur, petimus vires; corporis quidem quas velis, ſpiritus, quas requiris: vtraſque cùm acceperimus, tuam in gloriam, & obſequium reddituri.

F I N I S.

INDEX

INDEX RERVM,
QVÆ IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

Prior numerus paginam, poſterior columnam, litera columnæ locum deſignat.

A

AARON.

1 AARON, & Moyſes ſimul ſummi ſacerdotes. 52 .2. E. Aaron, quia ſacerdos, Moyſi præfertur. 427.1.D. 2.A
2 Omnes veteres Sacerdotes de familia Aaronis. 597. 1.B. Quatuor Aaronis filij. 509. 2. A. Poſterorum in ſacerdotio ſucceſſio 509.2 A. 520.2.B
3 Iudæorum peccatum vitulum adorantium Aaroni tribuitur. 279.2 E. Fidémne ibi amiſerit Aaron. 280.1 A
4 Aaronis ſacerdotium. Vide, *Sacerdotium*. n.10.

ABEL.

1 Abelis ſacrificium cur Deo gratius, quàm Caini? 148. 2.D. 526.2.E

ABIATHAR.

1 Abiathar à Dauide ſacerdotio donatur. 521.1.C. A Salomone excluditur. ibid. 1.D. Vtrùm Abiathar ſimul cum patre Achimelech, vel filio, ſimiliter Achimelech ſummo ſacerdotio functus fuerit aliquando? 512.1.C,D
2 Abiathar ſimul cum Sadoc ſacerdotio fungitur. 521.2.E Vide. *Sacerdos*, n.28.

ABLACTATIO.

1 Triplex à quibuſdam, ab alijs duplex diſtinguitur ablactatio. 263 2 C. Quænam fuerit Samuelis ablactatio? 263. 2.E. 264.1.B
2 Solos iuſtos in Scriptura ablactatos dici aliqui exiſtimant. 268.1.B
3 Quomodo filia Gomer, & alij peccatores dicantur ablactati? 268.1.C
4 A terrenis voluptatibus Deus impios amaris ſuccis ablactat. 268 1.E
5 Cur Samuel, non niſi poſt ablactationem, in templum ductus fuerit? 264.2.E
Conuiuium in ablactatione. 6 Solùm qui à terrenis voluptatibus ablactantur, diuino obſequio idonei. 263.1.A. 187.2.E
7 Vtrùm Anna in ablactatione Samuelis conuiuium celebrauerit? 259.2.B. Antiqui Patres lauto conuiuio ablactationis diem celebrabant. 267.1.C. An apud Iudæos tantùm hæc viguerit conſuetudo? 167.1.E
8 Non ſolùm in ablactatione primogeniti, ſed etiam aliorum, hic mos viguit. 267.1.E
9 Cur potiùs in die ablactationis, quàm natiuitatis celebrarentur conuiuia? 260.2.A. 267.2.B, &c.

ABRAHAM.

1 Abrahami nominis etymologia. 258. 2.D
2 Abraham cur Hebræus dictus? 86. 2.D
3 Abraham cur princeps Dei ab Hebræis dicatur? 64.1.E Abrahami continentia. 115.1.E. Cum Abrahamo in pluralitate vxorum à Deo diſpenſatum. 125.2.C
4 Abrahami de filio ſacrificium. 246.1.C. 271 2.D. 448. 1.C

ABSALON.

1 Abſalon tres filios habuit, & vnam filiam. 65.1.B
2 Cur ſe filios non habere affirmet? ibidem.

ABSTINENTIA.

1 Vtrum Anna ab omni cibo præ triſtitia abſtinuerit? 164. 1.C.2. A
2 Qui citra miraculum aliquot dies à cibo abſtinuêre. 164.1.D
3 Anuæ in comedendo, & bibendo frugalitas. 192.2.C
4 Rechabitarum eximia à vino abſtinentia. 311.2.B
5 Abſtinentia à cibo abſtinentiam à potu comitetur. 258. 2.B
6 Abſtinentiam triſtitia inducit. 164.1.C. 252.1.E. 254.1.D
7 Samuel, & Samſon adhuc in matribus abſtemij abſtinentiam didicerunt. 252 2 B
8 Frugalitas, & temperantia in conuiuijs veterum Patriarcharum. 270.1.A
9 Abſtinentiam Deus commendat. 407.2.A
10 Abſtinentia optimam conſeruat valetudinem. 420.2.B
11 Abſtinentia. Vide, *Ieiunium*, *Gula*, *Ebrietas*, *Vinum*.

ACCINCTVS, PRÆCINCTVS.

1 Accinctus, ſeu præcinctus miles pro armato, & bellicoſo, diſcinctus pro imbelli, & ignauo vſurpatur. 521 2.B,D

ACCIPITER.

1 Accipiter rapacitatis, & iniuſtitiæ ſymbolum. à Deo prohibetur. 418.1.E. Pullos ſuos non nutrit. 418.2.A

ACCVSATIO.

1 Alios accuſare, à nobili patientia alienum. 184.2 E. 185. 2 C. 252.2.C. 253.1.C,E. Alios accuſare ex vindicta, fraterno nomine indignum. 253.1.E 2.C

ACETVM.

1 Acetum præpoſteræ voluptatis ſymbolum. Nazaræis prohibetur. 213.2.E
2 Acetum cum nitro miſtum. quid in Scriptura ſignificet? 486.2,E

ACHITOB.

1 Achitob nepos Heli, ano in totum ſacerdotium ſucceſſit. 299.1.A

ACHITOPHEL.

1 Infatuatum Achitophelis conſilium de Dauidis morte, ſtultum Iudæorum conſilium de Chriſti nece repræſentabat, 556.1.A

ADAM.

1 Diſcrimen inter nomina Adam, & Enos. 97.1.D. Triplex nominis Adam ſignificatio. 399.1.C
2 Adam totius mundi princeps. 64. 2.A. Vno die in paradiſo non permanſit. 105. 1.D
3 Cur Adam extra paradiſum fuerit creatus, Eua in paradiſo? 162.1.A. Cur in eodem die cum brutis? 344.2.D
4 Diuina prouidentia in præcepto Adamo imponendo. 464.2.A
5 Adami in Deum obiurgantem ionbana reſponſio. 252. 2.B. 253.2.A.

ADMONITIO.

Admonitio. Vide, *Conſilium Reprehenſio*.

ADOLESCENTIA.

Adoleſcens.

1 Et ſenili, & iuuenili ætate homines ad ſe trahit Deus. 271. 1 C
2 Potior adoleſcentiæ ætas Deo, non modo offerenda. 276 1 B 286. 2 E. Adoleſcentiam Deo, quàm ſenectutem denouere, glorioſius 287.2.A,D. Vide, *Filius*.
3 Adoleſcentiæ ætas ad vitia, quàm ad virtutes flexibilior. 278.1. A. B. Omnis ætas, ſed magis iuuenilis maioribus quatitur tentationibus. 278.1.C,&c. *Filius*.
4 Corrupti adoleſcentiæ mores ad ſenectutem effunduntur. 281.1.C. Difficilè abolentur. 281.1.D Imò in dies ſolidantur. 281.1.E
5 Bonus iuuentutis flos in ſenectute fructificat. 281. 2.C, E, Vide, *Puer*.

ADORATIO.

1 Duplex adorandi ritus. 138.2.B

ADVENTVS.

1 Duplex Chriſti aduentus. 358. 2. D. Vtriuſque inter ſe diſſimilitudo. 362.1.D
2 In ſecundo Chriſti aduentu eius imperium, gloria, & maieſtas ampliùs manifeſtanda. 579.1.A,&c.

ADVERSITAS.

1 Quos proſperitas deiicit, erigit aduerſitas. 82, 1.D,E
2 Hebræos aduerſitas fecit Dei cultores, quos nimia felicitas fecerat contemptores. 85. 2 A, &c. Aduerſitas Dei cognitionem parit, felicitas obliuionem. 84.1.D. 2.C
3 Plures proſperitas deiicit, quàm aduerſitas. 85 1. A,&c.
4 Suos Deus per ſummam indulgentiam aduerſitatibus exercet. 86. 1 C.&c.
5 Iuſtorum firmitas in aduerſis. 104 1 E. 2.D
6 Aduerſa proſperis Deus ſolet præmittere. 331.1.C.D,&c.
7 Plures in hac vita aduerſitates, quàm proſperitates. 331. 1. E
8 Præſens calamitas grauior, cum propria præterita, vel aliena felicitate comparata. 524.1 A.C,&c. 559.1.A. Morte ipſa, imò ipſis inferni doloribus acerbior. 525.1.B
9 In præſenti miſeria præteritam, vel alienam felicitatem, Deus in memoriam reuocat, vt peccatores citiùs reſipiſcant 526.1.A,&c.
10 Aduerſitas. Vide, *Afflictio. Labor. Tribulatio. Felicitas.*

ADVLATIO.

1 Peccatores adulationibus, non increpationibus audiendis promptiſſimi. 492. 2.A
2 Reges in ſuis tantùm laudibus audiendis beneuoli. 494. 2. C
3 Fallax adulator voraci coruo peior. 493. 1.B

ADVLTERIVM.

1 Adulterium in principibus actiùs puniendum 429.2.A

ÆDIFICARE, ÆDIFICIVM.

1 Domum ædificare in Scriptura, idem, quod poſteritatem augere. 538.2.B
2 Filij parentum ædificia. 532.2.C. Ædificia materialia in Scriptura filiæ dicuntur. ibid.
3 Vrbium conditores earum Patres appellantur. 532.2.E

ÆGYPTII, ÆGYPTVS.

1 Ægyptiorum domicilia variis tabulatis diſtinguebantur. 161.1.D
2 Cur Ægyptus Pharaonia domus dicatur? 503.1.C

ÆMVLATIO.

1 Æmulatio in bonam, & in malam partem vſurpatur, 161.2.D

ÆTAS.

1 Quatuor mundi ætates. 73.1.D
2 Quarta mundi ætas cæteris fortitudine præferenda. 73. 1.D. Quoto anno ab orbe condito inceperit? 78.2.A
3 Hebræorum Reges in quartam mundi ætatem inciderunt. 74 2.A
4 Ad cuiuſque ætatis Morbum præſcitum Deus præparat medicinam 96.1.C
5 Et ſenili, & iuuenili ætate homines ad ſe trahit Deus. 271.2.C
6 Spiritualis iuſtorum ætas ex virtutis profectu deſumenda 447.2.B
7 Ætas. Vide, *Adoleſcentia. Senectus.*

ÆTERNITAS.

1 Æternitas aliquando in Scriptura pro diuturna duratione vſurpatur. 512.1.A
2 Æternitas. Vide, *Dei æternitas.*

AFFECTVS.

1 Affectus, animi pedes. 353. 1.E. 354.1.B 416.2.C. 507. 1 C

AFFLICTIO.

1 Afflictio afflictionem addere, acerbiſſimum. 173.1.B,&c. Afflictis inſultantes, & irridentes grauiter à Deo puniuntur 172.2.D, &c.
2 Magna afflictionis vtilitas. 177.2.C &c.
3 Quos Deus affligit, ipſis medetur 333.1.E. Per tentationes, & afflictiones Deus mortificat, vt per gratiæ augmentum viuificet. 334.2. D. 335. 1.B, &c. Per afflictionem ad Deum propiùs accedimus. 335.2.C
4 Iuſti, id eſt, terræ afflicti orbem ſuſtentant, & ſeruant. 350.2.A,&c.
5 Iuſtos, quia Deo placent, impij perſequuntur, & affligunt. 449.1.C, &c.
6 Afflictio. Vide, *Aduerſitas. Labor. Tribulatio. Felicitas.*
7 Afflicti conſolandi. Vide, *Conſolatio.*

AGNVS.

1 Chriſtus Agnus Dei. 218.1.D
2 Iuſti cur Agnis comparentur? 271. 1.B 2.C

ALEXANDER.

1 Magnus Alexander, cùm à libidine vacabat, Deum ſe credebat: cùm tentabatur, hominem. 116.2.B
2 Alexandri in ebrietate ſæuitia. 240.1.E
3 Magni Alexandri ſumma in Hebræorum Pontificem religio. 506.1.D

ALFONSVS.

1 Alfonſus Aragoniæ Rex ſcripturæ ſtudioſiſſimus. 17.1.D

ALTARE.

1 Quo pacto ſacerdos ad altare aſcendere dicatur? 504. 1. C
2 Altare holocauſti in atrio tabernaculi erat poſitum. 506.1.E
3 Altare thymiamatis in priore parte templi collocatum. 504.2 B
4 Impolita, & rudis veteris altaris conſtructio ipſius deſtructionem figurabat 565.2.C

AMBITIO.

1 Ambitioſi ex ſacræ ſcripturæ exemplis ambitionem prætexunt. 55.1 E
2 Sacerdotum ambitio, & cupiditas arguenda. 505. 2.E. 521. 2.B
3 Impij ſacerdotes dignitatis, & ſanctitatis honorem ambiunt. 558.1.C
4 Dominandi libido, miſera, & periculoſa ſeruitus. 578. 2.A, &c.
5 Honorum ambitio ruinoſa. 581.2.B. Vide, *Honores*.

AMICITIA, AMICVS.

1 Pia amicorum diſcordia, vter pro altero moriatur? 102. 2.C
2 Ab amicis, & domeſticis pati, grauius. 171.2.C, &c. Vel leuis amicorum ſuſpicio, cruciat. 151.2.D
3 Etiam peccatores amicorum nomine Deus compellat. 250. 2.B
4 Impiorum amicitia fugienda. 445.2.A. Vide, *Societas*.
5 Vel vnius iuſti amicitia, regnum. 444.2.C

AMOR.

1 Dei amor omnem aliquando pellit timorem. 148.1.D — *Iuſtorum amor in Deum.*
2 Diuinus amor, ſobria ebrietas. 158.3.C. 146.1.B
3 Amor ſumma ad Deum celeritate volat. 353. 2. A. 416. 2.C
4 Iuſti propter maiorem cum Deo familiaritatem, Deum ſuum appellant. 300.1.E. Hæc familiaritas contemptum ne gignat, reuerentia attemperatur. ibid. 2.A,B
5 Ordinati amoris affectus. 152.1.E
6 Summus Chriſti erga Eccleſiam amor. 158. 1.A, &c. Eccleſia ipſa Chriſti dilectio. 158.2.A — *Amor Dei in ſuos.*
7 Suum amorem erga Eccleſiam Chriſtus beneficiis prodit. 159.1.D.2.A Non ſolùm ſua, ſed etiam ſe ipſum ſponſæ Eccleſiæ Chriſtus tradit. 153.2.C.E
8 Dulcis inter Chriſtum, & Eccleſiam collocutio, & ſumma amoris communicatio. 160.1.A
9 Chriſti amor in Eccleſiam, tanquàm matris, & nutricis lactantis. 266.1 E
10 Chriſtus ſuos ſe ipſum appellat. 551,2.C
11 Triſtatur grandis amor, dum grandia dare prohibetur. 151.2.C. 160.1.E
12 Dei amor carnali parentum affectui præferendus. 214. 1 D. 215.1.C. 507.2 A — *Amor conſanguineus.*
13 Inordinatus propinquorum amor propter Deum reſecandus. 215.1.A,&c. 220.2.D. 507.1.C
14 Matres plus diligunt filios, quos lactant. 266.2 D
15 Parentum amor in filios, naturæ tyrannus. 475.1.B. Nimia in filios affectio, amor ſimiæ. 283.1.B

16 Iucundi

16 Inordinatus filiorum amor, prima idololatriæ radix. 185. 2.C

Amor profanus.

17 Amor infallibilis cauſa amoris 473.1.C

18 Profanus amor, cæcus.151. 2.D Ebrius.114.1.A

19 Profani amoris ignem diuina altaria non recipiunt.416. 1.A

20 Amor. Vide, *Charitas, Concordia, Vnitas*

AMNON.

1 Amnonis filij Dauid dubia pœnitentia.458.1.B

ANNA

1 Anna Samuelis mater cur ſterilis? Vide, *Sterilitas.* Quid eius ſterilitas ſignificet.151.1 D,&c.

2 Annæ fœcunditas,& in ſterilitate, & in ſenili ætate commendatur. 156.1.D. Non ſolùm propter filium, ſed etiam propter talem filium illuſtrior.156.1 E

3 Vnumne an plures filios Annæ precetur Sacerdos Heli. 441.1.E. Quot filios poſt Samuelem habuerit Anna. 326. 2.B.442.1.D

4 Cur magis Anna, quàm Phenenna à viro diligeretur? 158. 2.D. Cur poſterius ſuam partem acciperet? 149.2. E. Vnam, ſed præcipuam partem accepit 131.1 C

5 Annæ ſilentium commendatur, & illuſtratur.181.1.C, &c. 184 1.A,&c.

Annæ ieiunium.186.1.B

Annæ lacrymæ.196.1.D

6 Annæ oratio.200.2.E.&c.241.1.A,&c.

Annæ de filio partu.197 2.C,&c.

Annæ votum 198 2.D,&c.

Annæ iuramentum 173.1.D

7 Annæ de filio ſacrificium.268.2.C.271.1.A,&c.

Annæ pietas tunicam filio conficientis,436.1.D,&c.

8 Anna filium Samuelem lactauit, primò vt miraculi fides eſſet certior.262.1.E

Secundò, vt maiorem erga filium amorem oſtenderet. 266. 2.B

Tertiò, vt eum ſibi redderet ſimiliorem.267.1.A

9 Vtrùm Anna in ablactatione filij conuiuium celebrauerit. 268.1.A

10 Annæ prudentia in iniuriis deprecandis.233.1.E

Annæ conſtantia.236.1.A,&c.

Annæ patientia.251.B,&c.

11. Non peccauit Anna nolendo die feſto ad tabernaculum aſcendere. 261.1.B

12 Non peccauit etiam purificationis legem non ſeruando, & filium poſt menſem non offerendo. 263.1.E

13 Annæ Canticum. Vide, *Canticum.*

ANGELVS.

1 Angelorum creationem cur Moyſes celauerit. 143.2.E

2 Cur ſolus homo, & non Angelus à peccati labe euadit. 147.1.C

3 Angeli Dei exercitus. Primò, propter ordinem. Secundò, propter obedientiam. Tertiò, propter fortitudinem 138. 2.D

4 Angeli, cæli principes.348.1.E

Deo adſtant.429.1.B

5 Prouida, fortis, & ſtudioſa Angelorum erga homines cuſtodia.139.1.A.320.1.A.132.2.E

6 Cuſtodi Angelo ſcandaloſa peccata nauſeam mouent. 431. 1.A

7 Angelorum munus afflictos conſolari.190.1.B,C

Peccatorum lacrymæ, Angelorum gaudia.203.2.A

8 Angeli noſtris orationibus aſſiſtunt.245.2.B,D

9 Angeli Hieroſolymitani templum combuſtendum derelinquunt. 564.1.E.571.1.D

10 Angeli, quo pacto Prophetæ dici poſſint.502.2.C

11 Angeli in Scriptura paſſim viri appellantur.501.1.E

12 S. Euchariſtiam Angeli venerantur.119.1.C

13 In templo aſſiſtunt Angeli, & orantium actiones deſcribunt 425.1.C

14 Caſtos ſciunt Angeli,& quærunt: impuros neſciunt,& vitant.422.2.E

15 Iuſti per caſtitatem, Angeli 121.2.B.122.1.B.500.1.A

16 Iniuriam patienter ferentes, Angeli.181.1.E

17 Sacerdotes, Angeli. 119. 1.A, B. 121. 2 B. 426.1.D. 428.1. C.&c.

ANIMA.

1 Animas in cœlo præexiſtere, & poſt peccatum in corpora præcipitari, error Origenis.198.1 C

2 Animam offendere, quid in ſcriptura ſignificet. 231.1.D 244.1.C

3 Infantis anima, Dei templum.270.1 C

4 Animæ iuſtæ fœcunditas:& iniuſtæ ſterilitas.330.1 E.2.A

5 Animas à Deo auertere grande malum.413.1.D.2.B

6 Pretioſiſſimus animarum theſaurus à Prælatis diligenter aſſeruandus.540.1.D

7 Animarum iactura Prælatorum deſidiæ imputatur, & eorum morti puonitur.542.1 A

ANTIOCHVS.

1 Antiochus, cur radix peccati appelletur?431 2.B

ANTIQVITAS.

1 Sacræ hiſtoriæ antiquitas.31.2.E.34.B.&c.

2 Antiquitas doctrinæ commendatur.32.1.A,&c.

3 Firmam doctrinæ veritatem indicat antiquitas. 32.1 B.33. 2. C

4 Antiquitatis veritas nouitate illuſtranda, non immutanda. 33.2.D.34 1.A

5 Antiquioribus potiora loca deferenda.149.1.E

6 Antiquitas. Vide, *Vetuſtas.*

ANTICHRISTVS.

1 Maior Antichriſti ſuperbia, quàm diaboli.313.1 B

2 Belial pro Antichriſto aliquando vſurpatur.400 1.C

3 Cum Antichriſto illicitæ creſcent voluptates.423.1.C

APHEC.

1 Aphec ciuitas perſeuerantiam ſignificat.448.2.B

APIS.

1 Aculeata apis conuitiatorum typus.175. 2.E.176 1.C

2 Elatos apum animos exiguus ſedat puluis.177.2.C

APOSTOLI.

1 Apoſtoli ex humili patria.111.1.D

2 Cur pauperes, & indoctos Chriſtus ad apoſtolatum vocauerit 350.2.C.351.1.C,E

3 Apoſtoli Eccleſiæ Principes 348.1.C

Eccleſiæ alæ, in quibus Chriſtus per orbem volitat 6.1.A

4 Apoſtolorum, infirmitas mundi fortitudinem ſuperauit. 320.1.C

5 Apoſtoli ex humili vita ad ſublimem dignitatem euecti. 346 1.E

6 Apoſtoli, cæli, virtutum ſyderibus exornati.358 1.E,&c.

7 Moyſis ſplendor maior Apoſtolorum gloria obſcuratur. 379.2.E

AQVA.

1 Effuſa aqua pœnitentiæ ſymbolum.233.1.A

ARCA.

1 Fœderis arca, Chriſti typus. 6.1.E

2 Arca fœderis, an præter legis tabulas, Aaronis etiam virgam habuerit.45.2.C.486.1.E

3 Arca fœderis Hebræorum brachium, & fortitudo. 328.1.C

ARCVS.

1 Arcus metaphoricè pro potentia & fortitudine. 310.2.A, &c.

ARIMATHÆA.

1 Arimathæa ſeu Ramatha ciuitas.91.2.E

ASA.

1 Aſa regis Iudæ dubia ſalus.69.& 79 2 C.80.2.A

ASCENDERE.

Aſcenſus.

1 Quo ſenſu Elcana dicatur aſcendere in Silo. 134.2.E, &c

2 Ad Deum adorandum, & orandum iuſtus ſemper aſcendit. 135.1.A

Aſcendit etiam Eccleſia, dum ſacrificat,& orat. 135.1.C

3 Quo ſenſu dicatur ſacerdos aſcendere ad altare?504.1.C

4 Aſcenſio. Vide, *Chriſti Aſcenſio.*

ASPECTVS.

Aſpectus. Vide, *Oculus.*

ATHALIA.

1 Athalia quandiu regnauerit 69

2 Cur inter reges numeretur.70.1.B.71 2 B

AVARITIA, AVARVS.

1 Auarus ſemper pauper 83.2.A

2 Diuitiæ auari cor,& vita.344.1.A.344.1.D.368 2. E.417.1. D.419.2.C

3 Auaritia, & rapina, Iudice, & Principe indigna. 419. 1. D, &c.

Eccleſiaſticis maximè fugienda.419 2.E,&c.

4 Auari Sacerdotes, exactores.554 1 B

AVGVSTVS.

1 Auguſtus cur vetuerit, ne quis ſe dominum appellaret.381. 1. B

2 Admirabilis Chriſti apparitio Cæſari Auguſto.381.1.C

AVRIS.

1 Extrema ſacerdotis auricula cur ſanguine tingi iubeatur? 447.2 E.481.2.E

B

BABEL.

1 Turris Babel, profanæ ſapientiæ ſymbolum, variis linguis, id eſt, variis ſectis, labefactatur.12.1.C

BACCHVS.

1 Bacchus cur Liber dictus, Sabbus,& Belial? 233.2.E,234. 1. A

BALAAM.

1 Balaam vel verè, vel ſaltem ex erronea conſcientia ſimoniacus.517.1.D

Ipſa aſina rudior.417.2 A

Eius infelix mors.417.2 B

BAPTISMVS.

1 Baptiſmo lacrymæ conferuntur 206.1 D.2.A

2 Cur in baptiſmo nomina filiis imponantur? 258.1.A, 2. A

BARBA.

1 Barbam radere an Nazaræi prohiberentur.215.2.F

BEATITVDO.

1 In Beatitudinis ſimplicitate voluptatum multiplicitas. 21. 2.D
Mira æternæ beatitudinis iucunditas.583.2.A
Summa cæleſtium bonorum firmitas.584.1.E,&c.
2 Cæleſtis hæreditas ſingulis indiuiſa ſufficit, & ad omnes tanquam diuiſa extenditur.585.2.D
3 Ex comparatione cum æternis bonis, maior temporalium fugacitas & inanitas deprehenditur.583 1.E,&c.
4 Æternæ beatitudinis gaudia. Vide, *Gaudium.*
5 Iudæi ab æternæ beatitudinis bonis repellendi. 573. 2. A, &c.
6 Non Iudæis ex Ægypto egreſſis, ſed in deſerto natis, in gentium typum, promiſſa beatitudinis terra dimiditur.574. 1.D
7 Non temerè,& pro arbitrio,ſed conſultè, & præuio examine,374 2.B
Tentationem viriliter ſuperatam ſequitur beatitudo. 302. 1. B

BELIAL.

1 Ebrij cur filij Belial.233.2.A
2 Quadruplex nominis Belial etymologia.399.1.C.2.B
3 Belial peſtilentum ſignificat.233.2.A.400.1.A
Apoſtatam, ſeu hominem ſine iugo,& lege. 233.2. C. 399. 2.C,D
Sceleratiſſimum quemque.399 2.C.400.1.C
Imò ipſam iniquitatem.399.2.D
Diabolum.253.2.C.400.1.A
Bacchum.233.2 E
Antichriſtum 400 1.C
4 Filij Heli propter omnes has etymologias, meritò filij Belial.400.1.E 2.A

BELISARIVS

1 Beliſarij infelix viciſſitudo.379.2.B

BELLVA.

1 Peccatores,belluæ.98.1.E,&c.167.1.E
2 Ebrij bellnis deteriores.241.2.C
3 Simoniaci belluis ſtolidiores.417.1.C,417.2.A
4 Impuri,belluæ.423.1.B,D
5 Homines belluis immaniores.528.1.D
6 Iudæi ipſis etiam brutis rudiores,& obtuſiores.528.1
7 Filij Heli diuina ſacrificia belluarum more conculcabant. 506.2.C

BELLVM.

1 Bellorum Domini liber quiſnam fuerit.39.1.B,&c.
2 Chriſti Domini bellum ſpirituale.385.1.C.

BENEDICTIO.

Dei benedictio. 1 Deus benedictionum tantùm auctor: homines maledictionum.513.2.B
Deus ad benedicendum pronus, inuitus maledicit. 441. 1. C
Dei benedictio auget, & multiplicat 154 2.C
Dei nomen in benedictionibus. 2 Dei nomen non ſolùm in benedictionibus, ſed etiam in maledictionibus inſeri ſolitum.440.2.C.441.1.A
Benedictio in S.Triados nomine impertita.441.1 D
3 Omnis noſtra benedictio in Chriſto, & per Chriſtum.438. 2.C,D 439.1.B
Quomodo daretur benedictio. 4 Benedictio quondam voce fiebat,& geſtu.438.2.C,&c.
Vtrùm vnam tantum ſolemnem benedictionis formam Iudæi habuerint? Negatiuè. 438. 2. C,&c. Non tam hominem,quàm Deum benedicendo, dabatur aliquando benedictio.439.1.E
5 Quadruplex manuum compoſitio in benedictionibus impertiendis.439.2.B
6 A ſacerdotibus olim benedictio impertiri conſueuit. 249. 2.D.439.2.D
Sacerdotis etiam indigni benedictio ſuum ſortitur effectum 439.2.E.440.1.A
7 Benedictio etiam à parentibus dari ſolita.440 1.C
A prælatis,ſenioribus,& dignioribus.440.1.C
8 Quo pacto benedictio aliquando procedat à minori. 440. 2.A
9 Quomodo ſacerdos in Meſſiæ ſacrificio Chriſtum benedicat.440.2.B
10 Arguere,& punire,patris benedictio eſt.584.2.B
11 Illata iniuria non maledictione, ſed benedictione penſanda.252.2.E

BENEFICIVM.

1 Deus in beneficiis conferendis largiſſimus. 137.2. B. Vide, *Dei liberalitas.*
2 Deus in beneficiis largiendis æquiſſimus.153.1.A,&c.
3 Suum in Eccleſiam amorem Chriſtus beneficiis prodit. 159. 1.D,&c.
4 Anna cui acceptum beneficium communicet Heli? 273. 2. E
5 Diuinis etiam beneficiis peccatores indurantur.497.1.C
6 Cur peccatoribus ſua Deus exprobret beneficia? 502.1,B,D.
7 Beneficium ex ſingularitate accreſcit.503.2.A,&c.
8 Reprehenduntur Prælati, qui indignos conſanguineos, vt ditent, ad beneficia eccleſiaſtica eligunt.508.1.B,&c.
9 Electio ad beneficium.Vide,*Electio*,num.4.
Vide,*Gratitudo. Ingratitudo.*

BLASPHEMIA.

1 Blaſphemia in S.Trinitatem venia indiget.466.1.A
2 Blaſphemia in Spiritum ſanctum grauior, quàm Chriſti negatio 466.2.A
Publicè blaſphemantes ſtatim publicè obiurgandi. 483.2.D
3 Puer quinquennis blaſphemus ad gehennam rapitur. 281. 1 B
4 Grauiſſimum ſcandali peccatum alios ad blaſphemiam inducens grauiſſimè punitur.413.1.B.452.2.B 433.1.A

BONVM.

1 Æterna bona. Vide, *Beatitudo.*
2 Huius vitæ bona præ æternis,mendacium 516.1.C
Ex comparatione cum æternis bonis maior temporalium fugacitas & inanitas deprehenditur.583.1.E,&c.
3 Qui cæleſtibus ſtudent bona temporalia abiiciunt. 583.2. D.583.2.D.584 1.C
4 Diſcrimen inter æterna, & temporalia bona. Vide, *Gaudium.*
5 Bona temporalia ſubmiſſa voce, æterna intenſiori à Deo poſtulanda 580.2.B 227.
6 Publicum bonum magna voce, priuatum ſubmiſſa poſtulandum.580.2.C 2.227.
7 Bonum coram Domino dicitur, quod re ipſa tale eſt. 580. 2. B
8 Temporalium bonorum inſtabilitas, & fugacitas. 577. 1.C, &c.579.1.D.&c.
Bonorum temporalium leuitas,& inanitas.580.1.B,&c.
9 Temporalia bona fluminis in morem labuntur.580 1.B
Vt ſomnium eluduntur.581.1.C
Vt puerorum ludibrium prætereunt.581.1.E
10 Temporalia bona, licet parua, imperfectis tamen oculis grandeſcunt.582.1.E
11 Humanarum rerum inconſtantia in arboribus deambulantibus exprimitur.582.2 A
Imò in arundine quaſſata.361.2.C 582.2 E
12 Temporalia bona,nihil.583.1.A
13 Omnia bona in Deicidij pœnam Iudæis erepta. 548.2.A, &c.

BRACHIVM.

1 Brachium in Scriptura primò fortitudinem ſignificat, & fœderis Arcam.548.1.D
Secundò filios.518.2.B
Tertiò dignitatem ſacerdotalem 518.2.D
2 Brachium, ſeu armus dexter victimæ ſacerdoti cedebat. 518.2. E
3 Quo pacto brachium Heli à Deo præſcindendum dicatur? 518.1.C,&c.
4 Brachium, id eſt, ſacerdotium negligenti Prælato meritò aufertur.519.1.C
A Iudæis præſcinditur,& ad Eccleſiam transfertur. 519.1. C,&c.
5 Brachium Ozæ cur percuſſum. 519.1.C

C

CÆCITAS, CÆCI.

1 CÆci cur à ſacrificiis excluderentur.355.1.C
2 Prodigioſa Iudæorum cæcitas,& ſtultitia. 554.2.E, &c.
3 Iudæorum cæcitas tantùm in Eccleſia illuminatur. 563.2.E

CAIN.

1 Cain ſenex annis, moribus adoleſcentulus à Lamech occiditur.412.1.C
2 Cainũ in peccato ſacrificantẽ Deus non reſpexit. 416.1.E
3 Caini in Deum obiurgantem ruſtica reſponſio. 252.2.C
4 Caini pro publico peccato publicum ſupplicium.483.1.B

CAIPHAS.

1 Annas, & Caiphas quo pacto ſummum ſacerdotium obtinuerint.522 2. A
2 Caiphas, dum per Chriſti mortem vult ſacerdotium conſeruare, eo amiſſo eluditur.549.1 C
3 Caiphas à ſede ſurgens, & veſtimenta ſcindens,ſui ſacerdotij exitium prophetauit.564.2.E

CANIS.

1 Canis gratitudinis, & fidelitatis ſymbolum.52.1.D
2 Canes venatici florum odore detenti prædam inſequi deſiſtunt.26.1.C

CANTICVM.

1 Canticum Canticorum Salomoni diuinitus inſpiratũ. 41.A
2 Canticum Canticorum è ſacris libris expungunt hæretici. 139.1.D
3 Canticum Canticorum cæteris ſuauius,corde & non voce à Iudæis canebatur.293.1.A
4 Triplex Canticorum materia.290 2.A
Prima gratulatoria, pro acceptis à Deo beneficiis. 290 2.A, 291.1 B
Secunda prophetica, qua res futuræ præcinuntur. 291.1.B

Tertia

Tertia inuectiua, qua mores obiurgantur. 291. 1. D, &c. 293.2.B
5 Sublimis Canticorum ſtylus.291.1.E
6 Cantica ligata oratione compoſita. 291.1 A,&c. Aduerſariæ partis aſſertores impugnantur.291.1.A.2.B
7 Canticorum vſus aliquando ſine inſtrumento: aliquando ſine cantu 292.1.C. Imò etiam ſine voce. 293.1 A
8 Canticorum & Pſalmorum vſus cum muſicis inſtrumentis in Eccleſia commendatur. 366.1 B,&c.
9 Canticorum auctores. 290.2.A. 291. 1. C. Non ſolùm viri, ſed etiam fœminæ. 293.1.C. Fœminarum Cantica cur breuiora.293.1.D
10 Omnia vtriuſque teſtamẽti cãtica extẽporaria. 293.2.C,D
11 Annæ canticum gratulatorium, inuectiuum, & propheticum.293.2.B. Annæ canticum extemporale.293.2.C
12 Cur Anna canticum non filio nato, ſed oblato compoſuerit.294.1.A
13 Cur Annæ canticum oratio dicatur.294.1.D.2.B
14 Anna cantandi merito, prophetandi præmium acquiſiuit. 371.2.D

CAPILLI, CRINES.
1 Nazaræorum lex de cæſarie nutrienda.215.2.E,&c.
2 Nazaræis neque capillos radere, neque tondere licebat: tondere tamen licebat ſacerdotibus.220.2.C
3 Nazaræi totam comam nutriebant, & in ſeptem veluti faſciculos colligabant.216.1.A
4 Per intonſam comam Nazaræi ab idolorum ſacerdotibus diſtinguebantur, qui pilos radebant. 217.2.A
5 Cur Nazaræi hac viciſſitudine nutriendi, & radendi comam vterentur.219.1.B
6 Sacerdotes olim in Eccleſia comam tantùm tondebant, non radebant. 217.2.B. Cur modò in ſummo vertice radantur 191.2.C
7 Gentiles comam nutrire, nutritam Diis offerre ſolebant. 217.2.E. De ritu tondendi, nutriendique capillos.218.1.C
8 Capillis virtutes adumbratæ. 216.1.D,&c. 219.1.D
9 Capilli nunc diuinam gratiam, nunc noſtram malitiam ſignificant 216.2,B 219.1.D
10 In capillorum conſeruatione diuina Dei in ſuos prouidentia oſtenditur 216.2.D
11 Nutrita cæſaries libertatem indicat: raſa, ſeruitutem. 217. 1. C,&c.
12 Coma in ſcriptura idem ſæpè, atque corona.217.1.E

CAPVT.
1 Capite diminuti, qui dicantur. 323.2 B
2 Sacerdotes olim nemini per obſequium caput aperiebant. 428.2.E
3 Mulieres in templo obuelato erant capite.486.1.C

CARDO.
1 Qui ſint in ſcriptura terræ cardines in ſenſu literali? 349. 1.B,&c. Vera reſolutio.349.2.D.350.1.A,B
2 Terræ cardines qui in ſenſu ſpirituali 350.1.C,&c.

CARO.
1 Carnem crudam delitioſius condiendam filij Heli rapiebant.406.1.B
2 Quid per carnem crudam apud Hebræos 407.1.C

CASTITAS.
1 Caſtitas Deo familiaris.436.1.B
2 Caſtitatis patria, cœlum; terra exilium 119.1.A
3 Caſtitas homines reddit Angelos. 121.2. B. 122.1.B. 500. 1.A
4 Caſtos ſciunt Angeli, & quærunt: impuros neſciunt, & vitant.422. 2.E
5 Caſtitas immortales reddit ſuos cultores.127 2.C,&c.499. 2.B
6 Caſtitas ſuos ſanctificat amatores. 122.2.C.398.1.E
7 Caſtitas ad ſcripturarum ſcientiam cor præparat. 15. 1. A. 16.1.D,E
8 Lyncei caſtitatis oculi. 120. 2.C,D
9 Diſcipulorum caſtitas in doctrina profectus.121.2.D
10 Caſtitatis præmium Dei viſio.122.2.C
11 Auro, & imperio dignus, qui pro caſtitate fortiter præliatur. 120.2.C,D
12 Caſtitatis nobilitas.116.2.A
13 Caſti Dei altaria.113.1.E
14 Caſtitas orationis indiuidua comes.119.2.E,&c.
15 Caſtitas diuina ſupplicia retardat, ac depellit.423.1.B
16 In lege veteri fœcunditas, in noua caſtitas commendatur. 128.1. B
17 Caſtitas nullum habet cum carne commercium, & continua mortificatione acquiritur 436.1 C
18 Caſtitas, & abſtinentia, germanæ.455.1.B.2.A
19 Caſtitas ſemper in iudicio victrix.541 2.A
20 Sponſi olim ad nuptias coronati ducebantur, in præteritæ caſtitatis præmium.475.2.E
21 Caſtitatis flos ſacerdotis inſigne. 118 1 B. Caſtitas ſacerdotis, & prædicatoris ornamentum.121.1. A, &c. Caſtitas ſacerdotes conſecrat: reſecrat libido.398.1.E
22 Etiam filiorum caſtitas parentum ſalus 279.2.D
23 Caſtitatis exemplum efficacius mouet.121.1.C
24 Prælatorum caſtitas & dignitas, ſubditorum incontinentia obſcuratur.476.1.C.2.E
25 Noui ſacerdotij caſtitas cur in Ephod lineo adumbrata. 346.1 A
26 Turtur, & columba caſtitatis hieroglyphicum.318.2.C
27 Mira Eſſ. norum caſtitas.212.2.A
28 Nicolaitarum hæreſis caſtitatem exercebat.423.2.A
29 Caſtitas. Vide, *Continentia Virginitas.*

CELERITAS.
1 Celeritas in reddendis votis, & in Dei præceptis exequendis commendatur.268.2.E.287.2 E
2 Celeritas in puniendis peccatis non ſolùm à iuſtitia, ſed etiam à diuina prouenit miſericordia 481.1.B
3 Chriſti Domini in hominibus adiuuandis matura celeritas.330.1.C
4 Iuſtorum velocitas, & celeritas ad vitia fugienda, & virtutes ſectandas.354.2.B.

CERVVS.
1 Cerui dum in tranandis fretis ſibi mutuò auxiliantur, coniugalis amoris hieroglyphicum.156.1 B
2 Chriſtus, tanquam ceruus ſerpentibus, id eſt, maledicorum iniuriis ſagittatur. 202.1.A

CHAM.
1 Cham ætate medius inter fratres, iniquitate, & puerili ſenſu minor dicitur.411 2.E

CHARITAS.
1 Charitas ſapientiæ comes.16.2.A
2 Charitatis violatores ſine nomine.107.1,E,2.A
3 Fraterna charitas mutua communicatione ſeruatur. 143. 1.C
4 Deus per charitatem glorificatur.514.2.D
5 Iuſtorum vnitas propter charitatem.100.1.C,&c.
6 Charitas. Vide, *Amor. Concordia, Vnitas.*

CHRISTVS.
1 Chriſti diuinitas ex ipſius ſanctitate comprobatur. 303.2. A. Chriſtus æterni Patris facies.439.1.B *Chriſti diuinitas.*
2 Chriſto Domino vera Dei natura, & verum Dei nomen tribuitur.551.1.E
3 Ex Iudæorum ſupplicijs Chriſtus verus Meſſias oſtenditur.573.1.D
4 Per Chriſti deſcenſionem homines ad Deum aſcendunt. 96.1.C
5 Chriſti Domini conceptio in plenitudine temporis. 588.1. D. Cur in Nazareth Galilææ.570.1.A *Conceptio*
6 Natura humana in Chriſto exaltata.546.1.E.2.A
7 Chriſtus in ſua conceptione omnibus omnia factus.181.B
8 Chriſtus peculiari nomine noſter dicitur.509 1.C
9 Chriſtus hominum ſalutare. 382.1.D
10 Chriſtus quo myſterio vir & agnus appelletur. 96. 2. A. 98.1.B
11 Chriſtus flos.26.1.C.
12 Chriſti genealogia omnium gentium redemptionem myſticè includit.51.2 B *Genealogia.*
13 Chriſti genealogiam cur Matthæus deſcendendo, Lucas aſcendendo texant. 96.1.B
14 Cur in Chriſti genealogia peccatores commemorentur. 107.2.D
15 Anna in filio Chriſti natiuitatem maximè poſtulabat. 198. 2.B *Natiuitas.*
16 Chriſti natiuitas Abrahamum, imò totum Hebræorum populum ſacrum reddidit, & diuinum.68.1.A,&c.
17 Chriſtus per humilitatem de Virgine Matre non gloriatur. 108.1.C
18 Chriſti natiuitas ex Virgine, aliorum natiuitatibus ex ſterili confirmatur.129.2.D.150.1.B
19 Infirmitas Chriſti infantis, & in cruce pendentis robur. 529.2.D,E, Vide, *Aduentus n.1.*
20 Chriſti paſſio, & proditio ab amicis acerbior.171.2.E,&c. *Paſſio.*
21 Chriſti paſſio ex anteactæ vitæ gloria, & præterito palmarum triumpho durior. 524. 1. D. Imò ex ipſa Dei viſione. 524. 2.B
22 Cœleſtis beatitudinis gaudia etiam in tormentis Chriſtus retinebat. 524.2.B.585.1. D
23 Chriſtus in qua hora fuerit crucifixus 46.1.A
24 Chriſtus in cruce amore inebriatus.146.1.C
25 Chriſtus in cruce Orientem ſpectabat.371.2.D
26 Chriſtus cur inter duos latrones crucifixus?445.1 B
27 Chriſti in cruce ſacrificium in agno, turture, pullo columbino adumbratum.118.2. C,D. In vitulo etiam figuratum.271.1,A
28 Chriſti ſanguis in cruentis ſacrificiis figuratus, Deo gratiſſimus.148 2.E *Patientia.*
29 Iudicum, & principum contumelias præcipuo quodam doloris ſenſu Chriſtus excipiebat.250.1.E
30 Chriſtus tanquam ceruus ſerpentibus, id eſt, maledicorum iniuriis ſagittatur,202.1.D
31 Chriſtus in ænei ſerpentis figura maledicis linguis laceratos ſanat.202.2.A
32 Chriſti in tolerandis opprobriis patientia, & ſilentium, 281.1.C,&c.
33 Chriſti Domini patientia magis in mitiri reſponſione, quàm in ſilentio enituit.252.1.D
34 Chriſti vulnera animos martyribus ſufficiunt. 308. 1. A *Vulnera.*

35 Chriſtus ſuo ſanguine, tanquam pelicanus filios viuificat. 352.2.B
36 Iuſti in Chriſti vulneribus abditi Dei gloriam ſpeculantur. 212.1.D
Reſurrectio. 37 Chriſti poteſtas in reſurrectione. 378.1.B
38 Chriſto Domino ad cœlos aſcendente B. Virgo remanſit, in Eccleſiæ luctum, & Chriſti obſequium. 281.1.E
Aſcenſio. 39 Chriſti Domini in Aſcenſione triumphus. 378.1.C
40 Chriſtus in S. Euchariſtia. Vide, *Euchariſtia.*
41 Chriſtus vtriuſque teſtamenti auctor. 4.1.E
42 Chriſtus fœderis Arca, duas tabulas, id eſt, duo teſtamenta includens. 6.1.E.2.A
43 Chriſtus ſcripturarum ſignaculum. 6.2.D. & clauis, & interpres. 7.1.B.D.48.1.D
44 Chriſtus Chriſtianorum magiſter. 7.2.B, &c. Chriſtus, & propriis verbis, & Apoſtolorum ſcriptis Eccleſiam docet. 4.2.B
45 Chriſtus vario ſanat Scripturarum medicamine. 11.2.A
46 Deſumptis ex ſcriptura armis tentantem dæmonem Chriſtus ſuperauit. 12.1.B,C
47 Chriſtus ex ſacra Scriptura ſuauiſſimè modulatus. 15.1.D
48 Chriſtus præcipuum Scripturæ argumentum, & vna vox. 5.2.A, &c.
49 Chriſtus in Scriptura ſolus nominatur. 6.1.A, C
50 Chriſtus finis temporum, & legis. 6.2.A
51 Chriſtum Dominum à Platone didiciſſe impudenter aliqui hæretici aſſeruere. 57.1.B
52 Chriſtus legis antiquitatem obſeruauit. 53.1.B
53 Chriſto Domino tanquam optimo pædagogo virga in Scriptura tribuitur. 184.1.A.186.1.A
54 Chriſtus Dominus in ſua prædicatione eodem, quo Baptiſta themate vſus. 146.1.A
Beneficentia, & benignitas. 55 Chriſti in iuſtos beneficentia, & benignitas in extremo iudicio. 160.1.C
56 Chriſtus paſtoris clementiam, impios etiam puniendo, oſtendit. 168.1.A
57 Chriſtus, etiam quos iudicat, & condemnat, magna proſequitur reuerentia. 230.2.A
58 Chriſtus ſe bonorum authorem, non ſuppliciorum profitetur. 514.1.B
59 Chriſtus ſeipſum ſuos appellat. 531.2.C. Chriſti in ſuos amor. Vide, *Amor.*
Fortitudo. 60 Chriſti etiam infirmitas, fortitudo. 309.1.D, &c. Summa Chriſti imperij fortitudo. 381.1.A, &c.
61 Chriſtus firmiſſimum Eccleſiæ fundamentum. 510.2.C
62 Summa Chriſti æqualitas in honoribus diſtribuendis. 155.1.B.2.D.155.1.B
Æqualitas. 63 Chriſtus in Ioſue typicè figuratus, promiſſam beatitudinis terram, non temerè, & pro arbitrio, ſed conſultè, & ex meritis diuidit. 574.2.A.B
64 Chriſtus quaſi vermis. 28.1.E
Humilitas. 65 Chriſti ſumma humilitas. 62.1.C
66 Chriſti humilitas, & in hominibus adiuuandi, matura celeritas. 330.1.B.C
67 Chriſti humilitas in diſcipulis conſulendis. 493.1.B
Paupertas. 68 Chriſtus ex humili patria. 111.1.D
69 Eximia Chriſti paupertas 383.2.C. &c.
70 Paupertas Chriſti inſignis 384.1.B
71 Vtrùm paupertas Chriſti omnium rerum temporalium dominium excluſerit. 384.1.D.189.1.C
72 Excellens Chriſti regnum cum eximia paupertate coniunctum. 389.1.C
Lacryma. 73 Chriſtus ſæpè lacrymaſſe dicitur, riſiſſe nunquam. 204.1.A
74 Etiam Chriſtus Dominus ex lacrymis gaudium ſumpſit. 205.1.C
Oratio. 75 Iugis Chriſti oratio. 237.1.D
76 Chriſtus Dominus non tam facilè inter cohortes, quàm inter concitatores orans, à Deo exauditur. 202.1.B
77 Chriſtus clara voce aliquando in noſtram ædificationem orauit. 217.2.D
78 Chriſti oratio in horto intenſiſſima. 244.2.B
79 Pro peccatis in Deum ſolus Chriſtus exorare poteſt. 470.2.C. Non tamen ſemper pro quibuſque peccatoribus vult orare. 471.1.A
80 Non pro Iudæis, ſed pro gentilibus crucifigentibus Chriſtum in cruce oraſſe aliqui exiſtimant. 471.1.B
Sacerdotium. 81 Chriſti ſacerdotium ſempiternum. 511.1.C
82 Sacerdotium à Synagoga ad Chriſti Eccleſiam tranſlatum. 519.1.A.520.1.B 548.1.A, &c.
83 Chriſtus ſacerdos fidelis. 519.2.E.551.1.B
84 Duplex Chriſti poteſtas pontificia & regia in Melchiſedech & Moyſe figurata. 387.1.B
Regnum, & Imperium. 85 Chriſti Imperium à Patre conceſſum. 365.2.A.377.2.C.378.1.A. Imperium Chriſto datum non ſecundum diuinitatem, ſed ſecundum humanitatem. 378.1.B. In primo Incarnationis inſtanti. 378.2.A
86 Chriſti imperium poſt reſurrectionem, & aſcenſionem magis glorioſum. 378.1.B
87 In ſecundo Chriſti aduentu eius Imperium magis manifeſtandum. 379.1.A, &c.
88 Chriſtus omnium iudex à Patre conſtitutus. 363.2.B, 363.2.C
89 Summa gloriæ Chriſti maieſtas in extremo iudicio, vel ipſum ſolem obſcurabit. 379.1.A
90 Chriſti gloria in iudicio incomprehenſibilis. 379.2.C. 380.1.B
91 Chriſtus quo pacto inimicis ſuis formidabilis dicatur. 358.2.C
92 Duplex Chriſti Imperium ſpirituale, & temporale. 380.1.B
93 Spirituale Chriſti Imperium oſtenditur. 380.1.C, &c
Spirituale Imperium. 94 Chriſtus omnis creaturæ primogenitus. 380.2.D
95 Chriſtus omnibus æqualiter dominatur. 580.1.E
96 Chriſtus per excellentiam Dominus. 381.1.A
97 Solus Chriſti, & eius vicarij humeris, tam amplum ſuſtinere poteſt Imperium. 381.1.D
98 Spiritualis Chriſti imperij fortitudo omnia mundi imperia continet. 381.2.A.385.1.C
99 Cur Chriſti imperium cornu appelletur. 381.1.A, &c.
100 Chriſti Imperium Rhinocerotis cornu comparatur, quia dum feris medetur 381.2.B
101 Chriſti Imperium tanquam fluuius, quo magis auctum, latiùs excreſcit. 382.1.C
102 Temporale Chriſto regnum aliqui negant. 383.1.C, &c. Alij concedunt 385.2.B, &c. Alij veriùs excellens regnum temporale Chriſto concedunt; deorgans inferius. 386.2 A, &c. *Temporale regnum.*
103 Excellens Chriſti regnum temporale oſtenditur. 386.2.D, &c.
104 Chriſtus ſæpè in Scriptura Rex appellatur. 387.1.D
105 Chriſtus in Hebræis Regibus figuratus. 67.1.D, &c.
106 Chriſtus excellens habuit omnium rerum temporalium dominium. 388.1.E
107 Chriſtus Dominus aliquos temporalis poteſtatis actus exercuit. 387.1.E
108 Chriſti regnum pacificum. 385.1.C
109 Quibus titulis excellens hoc regnum Chriſto Domino deberetur. 384.2.B.388.1.C.389.1.D
110 Quomodo Chriſtus Dominus ſedem Dauid à Deo acceperit. 384.2.D.386.1.C
111 Chriſtus temporale regnum in ſuum vicarium non tranſmiſit 385.1.D.389.1.E
112 Chriſtus temporale regnum aliis regibus non abſtulit. 382.1.A.389.1.B
113 Humanos Reges Chriſti Domini eſſe vicarios aliqui affirmant. 385.2.B 389.1.A
114 Chriſtum Dominum inferius regnum temporale non habuiſſe oſtenditur. 387.1.A
115 Chriſti regnum Iudæi denegantes perpetua ignobilitate puniuntur 550.1.C
116 Iudæi dum Chriſtum Regem contemnunt, ab ipſo infeliciſſimè deſeruntur. 371.1.B, &c.
117 Reges cur Chriſti ornantur 533.2.B,C

CHRISTIANI.

1 Chriſtiani ſub Chriſti diſciplina in ſcripturarum ſcientia proficiunt. 7.2.A 8.1.E.2.C
2 Chriſtiani innocentia pacti, prudentia ſint viri. 98.1.B,C
3 Chriſtianorum ſumma concordia. 102.1.A
4 Chriſtiani propter conſtantiam, viri. 105.1.C
5 Maſculos Chriſtianorum animos, non effœminatos parit Eccleſia. 96.2.D.18 .2.F.329.2.D
6 Omnes Chriſtiani ſanctitate ſacerdotes. 398.1.D.2.B. Imò ſacerdotium ſacrificium. 551.2.E
7 Chriſtianorum peccata grauius infideles ſcandalizant 432.2.C

CINIS.

1 Reges puluis, & cinis. 577.2.B
2 Proprij puluetis & cineris recordatio, virtutum nutrimentum. 577.2.E
3 Ex æternarum rerum cognitione, temporales abeunt in cineres. 583.2.E

CIRCVNCISIO.

1 Cur octauo die circuncisio fieret apud Hebræos. 258.1.A
2 Deceſſeritne circunciſus primogenitus Dauid ex Bethſabee. 258.1.E
3 Cur nominis impoſitio in circunciſione, & nunc in baptiſmo, fieret. 258.1.A
4 Cur ſola nominis impoſitio, non Samuelis circunciſio exprimatur. 258.2.E
5 Originale peccatum, in lege veteri, pueris ante octauum diem decedentibus. non per circunciſionem, ſed per aliud ſignum tollebatur. 258.1.D
6 Moyſis negligentia in filio circuncidendo ab ipſo Deo punitur. 341.1.B
7 Lex circunciſionis apud Hebræos præcipua, & [illegible] am legem denominant diu interrupta, ac tandem ex [illegible] 6.2.C
8 Non Iudæi circoncisi in Ægypto, ſed circunciſi in deſerto, in Eccleſiæ typum promiſſam terram tenuerunt. 386.2.D

CIVITAS.

1 Sex olim in Hebræorum Rep. ciuitates refugij. 484.2.D

2 Ciuitatum conditores, earum patres appellabantur. 538.1.E

CLEOPATRA.

1 Cleopatra in felicitate ebria, ſobria in calamitate. 834.1.D

CLERICVS.

1 Clericus. Vide, *Sacerdos.*

COGITATIO, COGNITIO.

1 Vagæ humani cordis cogitationes. 242.1.D. 243.1.B.2.A

2 Humani cordis cogitationes ſolus Deus ſcrutatur. 315.2.E, &c. 319.1 A

3 Humani cordis cogitationes in Dei laudem dirigendæ. 319.1.B,C

4 Vel leues cogitationes, tanquam puluis animæ pedes inquinant. 554.1.C

5 Immutabiles Dei cogitationes. 319.1.D

COLLEGIVM.

1 Collegia pueris bene educendis extructa. Reip. & religionis propugnacula 382.1.E.2.A

2 Collegia Prophetarum filiis edocendis in veteri lege extructa. ibid. 2.A

COLVMBA.

1 Columba caſtitatis ſymbolum 218.2.C

2 Cur pullos columbarum, & non columbas Nazaræi Deo offerrent? 118.2.C

3 Columbarum fœcunditas Eccleſiæ denotat fœcunditatem. 375.2.D

COMMINATIO.

1 Supplicia prius Deus minatur, vt pœnitentia præuentus illa non inferat. 162.2.A. 390.1.A, &c.

2 Dei comminationes etiam iuramento firmantur. 508.2.E

3 Plures in ſcriptura malorum comminationes, quàm bonorum promiſſiones. 390.1.A

4 Diſcrimen inter Dei, & hominum comminationes. 390.1.E

5 Cur Deus in tertiam, & quartam generationem ſoleat pœnam minitari. 391.1.C

6 Diuina comminatio, ſubſequuta emendatione reuocatur. 391 2 A, &c.

7 Malorum tantum comminationes, non bonorum promiſſiones Deum reuocare aliqui exiſtimant. 392. 1. D. Impugnantur. 1.2

8 Deus libentius comminationes reuocat quàm promiſſiones. 392.2.C. 511.1.C,D

9 Dei comminationes, non ſubſequuta emendatione, augentur. 392.2.D, &c.

10 Dei minæ, ſtillæ; ſi non corripiamur, ſcintillæ. 395.1.A

11 Dei minæ, licèt aſperæ, præ inferendia tamen pœnis leuiſſimæ. 393 1.C,D

12 Temporalia ſupplicia, quia leuiora, Deus cum ſilentio infert; æterna cum clamore, quia grauiora 393.1 D

13 Diuina comminatio ſic intenditur, vt aliqua comminatio interponatur. 545 2.C, &c.

COMMODARE.

1 Commodare ſignificat primò tradere, ſeu donare. 274.2. E Secundò, dare ad vſum, retento dominio. 275.1.B Tertiò, dare fœnori. ibid. E. Quartò alicui adhærere. ibid. 2 C. Quo pacto Anna filium Deo commodare dicatur? ibid.

CONCILIVM.

1 Concilij Elibertini authoritas. 153.1.C

CONCORDIA.

1 Sacræ hiſtoriæ mirabilis concordia. 42.1.D, &c.

2 Profanæ ſcientiæ diſcordia. 42.1.E.2.C

3 Scripturæ concordia hoſtes expugnat. 43.1.D

4 Aliqua vtriuſque teſtamenti loca in concordiam rediguntur. 45.2.B, &c. 46.1.D, &c.

5 Iuſtorum concordia oculis comparatur. 101.1.A

6 Concordia propter temporales res non violanda. 104.1.A

7 Inconſutilis Chriſti tunica concordiæ ſymbolum. 102.2.A

8 Chriſtianorum ſumma concordia. 102.2.A

9 Superior pacis, & concordiæ amans. 101.1.D; 2.B, &c.

10 Ciuium concordia diligenter ſeruanda 445.2.C

11 Regni concordia commendatur. 66.2.B

12 Coniugalis vnitas, & concordia. 481.2.B. 155.2.B, &c.

13 Coniuges non ſolùm in vnum corpus, ſed etiam in vnum ſpiritum coaleſcant. 235.2.D

14 Coniugalis amor in vnum ſpiritum domeſticos coniungit. 156 1.A. Imò etiam externos. ibid. 1.E

15 Coniugalis amor, harmonia. 156. 1. C. Vinculum inſolubile. 256.2.A

16 Ceruí coniugum concordiæ hieroglyphicum. 256.2.B

17 Viri in vxores ne ſint valdè moroſi. 123.2.E

18 Inordinatus vxorum amor, virorum ruina. 157.1.B, &c. In odium, imò in perfidiam ſæpè degenerat. ibid. 1 C

19 Vxores tanquam matres honeſtè diligendæ, viri tanquam patres. 157.2.D

20 Chriſti amorem viri, Eccleſiæ obedientiam vxores in coniugio imitentur. 158.1. C. Concordia. Vide, *Amor Charitas. Vnitas.*

CONFESSIO.

1 Iuſti & commiſſa debent fateri, & non commiſſa negare. 213.2.A

CONSCIENTIA.

1 Bona conſcientia verum gaudium. 299.1.C

CONSILIVM.

1 Bonum conſilium etiam ab hoſte capiendum. 493. 2. E. 494.1.E

2 Peccatorum ad bona conſilia audienda, durities. 492. 1. A, &c.

3 Regum obſtinatio in ſalutaribus conſiliis auſcultandis. 491.2.D, &c.

4 Iuſtorum laus in rectis conſiliis audiendis. 494.2.D

5 Optima conſilia ad bonam filiorum educationem neceſſaria. 281.2.B, &c.

6 Conſilium. Vide, *Reprehenſio.*

CONSOLATIO.

1 Conſolandi munus Dei proprium. 189 1.E

2 Angeli in conſolandis miſeris promptiſſimi. 190 1.B.D

3 Prælatorum munus, ſubditorum conſolatio. 190.1.B, &c.

4 Viri vxorum moleſtias conſolando leuent. 191 1.B, &c.

5 Conſolandi afflictos magnum præmium. 162 1.E

6 Terrenæ conſolationes triſtitiam non leuant, ſed diuinæ. 195.1.D, &c.

7 Diuinæ conſolationes, Regum mammellæ 182.1.E

8 Diſcrimen inter cœleſtes, & temporales conſolationes. Vide, *Gaudium.*

CONSPVERE.

1 Conſpui, apud Hebræos ſummum dedecus. 560.1.A

CONSTANTIA, INCONSTANTIA.

1 Quilibet iuſtus, vnus per conſtantiam. 103 2.B, &c.

2 Iuſtorum in vtraque fortuna conſtantia. 104 1.E, &c.

3 Iuſtorum conſtantia in laboribus ſuſtinendis 354 2.C

4 Iuſtorum conſtans vita, ſuauis cantilena 104 1.A

5 Standi verbum conſtantiam ſignificat. 196.1 E

6 B Virginis iuxta Crucem conſtantia. 196.1.E

7 Iuſtorum preces Deus aliquando ſerò exaudit, vt eorum conſtantia ſpectetur. 235.2.C

8 Conſtantia in diuino obſequio commendatur. 236.2. A

9 Conſtantia in oratione. 237.1.A

10 Conſtantia in compunctione, & modeſtia ex oratione relicta. 237.1.E

11 Conſtantia in lætitia ex oratione recepta. 237 1.D

12 Præterita infirmitas ad maiorem conſtantiam prodeſt aliquando. 530.2.D. &c.

13 Iuſtorum ſumma cum Deo conſtantia, impiorum ſumma ſine Deo inconſtantia. 384.2.E

14 Malum inconſtantia Deo ingrata 104.1.A, &c.

15 Impiorum inconſtantia, & leuitas. 105.1.E, &c. 236.1.E 584.2.E

16 Vitrum inconſtantiæ ſymbolum. 105.2 E

17 Conſtantia. Vide, *Fortitudo. Perſeuerantia.*

CONSTANTINVS.

1 Conſtantinus Imperator viri nomine decoratur. 98.1.A

CONSVETVDO.

1 Deteſtanda peccandi conſuetudo 401.1.D

2 Peccandi conſuetudinem, tanquam nouam legem impij obſeruant. 402.1.E

3 Conſuetudine lex etiam diuina firmatur. 409 1.B

4 Inueterata per conſuetudinem peccata difficilius eradicantur. 315.1.C. 480.2.E

5 Peccandi conſuetudo obſtinatam parit cordis duritiem. 496.2.C

6 Malorum conſuetudo vitanda Vide *Societas.*

CONTEMPLATIO.

1 Contemplatio animæ pulchritudo. 289.1.E

2 Contemplatio Vide, *Vita Contemplatiua. Oratio.*

CONTINENTIA.

1 Continentia coniugalis illuſtratur 123.1.C, &c.

2 Coniugalis laicorum continentia Deo grata. 125.1.C

3 Continentia Abrahamum Dei reddit altare. 125.1.E

4 Continentia coniugalis cum virginitate confertur. 125 2.A

5 Coniugalis continentia, matrimonij felicitas. 125.2.E Incontinentia matrimonij ſterilitas. 126.1.B

6 Ante rem ſacram veteris legis ſacerdotibus triduana continentia imperabatur. 126.2.B

7 Abrahami ſacrificium propter continentiam Deo gratius. 126.2.D

8 Moyſis continentia. 127.2.B, &c.

9 Intemperies in coniugio, adulterium. 127.2.A

10 Continentiam in ſacerdotibus nouæ legis munus exigit ſacrificandi. 118.1. C, &c. Exigit etiam munus orandi. 119 2.E, &c.

11 Hebræi, imò & Ethnici ſacrorum tempore a coniugali vſu abſtinebant. 155.2.B. Abſtinebant etiam olim Chriſtiani in quadrageſima. ibid.

12 Famis tempore à propriis etiam vxoribus abſtinebant Hebræi. 455.2.B

CONTVMELIA, CONVITIVM.

1 Virùm Heli contumeliæ in Annam fuerit auctor. 250.1.D. Affirmatiuè, ibid. 1. C

2 Conſilium Heli ad Annam, cum contumelia coniunctum, 50.2 .C

3 Cur Anna ad Phenennæ conuitia tacear, reſpondeat ad Heli.233.1.B,E
4 Iudex & Princeps in omnes ſit officioſus, iniurius in neminem.249.2.C.250.1.C.251.2 E
5 Conuiuatores à templo Dei arcentur.249.2.C
6 Acerbius eorum conuitiom, qui fauere tenentur. 252.1.A
7 Contumelioſa verba, vulnera 250.1.B
8 Conuitia ab illo ore aliena, quod Deum in oratione alloquitur.253.1.B,D
9 Conuitiatorum lingua aculeata.301.1.D
10 Contumelioſa verba cur veteris dicantur? 314.2.B
11 Iurgium ab amicis grauius.171.2.C,&c.
12 Iurgium in afflictos acerbius. 173.1.E,&c.
13 Contumelia in templo, & inter ſacra, indigniſſima.163.2.C.175.1.E,&c.
14 Acalcatum iurgiis ſacrificium deteſtabile.175 2.E
15 Mulierum iurgia, tecta perſtillantia, imò peſtilentia. 176.1.C
16 Mulierum ingenium ad rixas, & contumelias procliue.181.2.C
17 Mulierum iurgia, & rixæ, tempeſtas.162 1.C,&c.
18 Contumeliæ magis iactanti, quàm patienti nocent.179.2.B,&c.
19 Frequens Phenennæ iurgium cum Anna. 161.2. C, &c.
20 Iurgium. Vide, *Iniuria. Maledictio.*

CONVIVIVM.

1 Hebræi non niſi ad meridiem conuiuium celebrabant.219.2.C
2 Frugalitas, & temperantia in conuiuiis.270.1 A
3 Conuiuium in natali die celebrari ſolitũ. 260 1 D.269.2.E
4 Conuiuium in ablactatione infantis. Vide, *Ablactatio.*

COR.

1 Scriptura Dei cor, & anima.9.1.A.552.1.C
2 Vagæ humani cordis cogitationes. 242.1.D.243 1.B.2.A
3 Iuſti Dei cor, & anima 247.2.C.33.1.E,&c.
4 Cor pro potentia appetenti, & cognoſcenti vſurpatur.296.2.D
5 Cor ſpiritualis gaudij ſedes ibid.&c.
6 Cordis lætitia, germana: oris, adulterina.297.2.A.B
7 Annularis digitus, cordis hieroglyphicum.297.2.E
8 Cor vitæ principium, in Deo vitæ fonte ſolum exultare debet 198.2 A
9 Cor hominis gubernaculum.421.1.C
10 Deus humani cordis ſcrutator.515.2 E,&c.
11 Impij peccando cor amittunt, pœnitendo recuperant 298.1.B
12 Impiorum cor in audiendis increpationibus adamantinum.492.1.C
13 Cordis obduratio. Vide, *Obduratio, Obſtinatio.*

CORNVA.

1 Cornu modò potentiam, modò gloriam ſignificat. 299.1 D,E
2 Cur Chriſti imperium cornu comparetur. 381.2.A, &c.
3 Cornu Rhinocerotis remedium contra omnia venena præſentiſſimum.381.2.B

CORONA.

1 Nazaræi coronati.212.1.C
2 Virtus etiam in hac vita iuſtorum corona 221.1.D
3 Coronis ſe exornarunt Hebræi, promiſſam terram ingreſſuri.223.2.A.Et diuinam legem accepturi.ibid.2 B
4 Sponſi olim ad nuptias coronati ducebantur in præteritæ caſtitatis præmium.475.1.E

CORVVS.

1 Coruorum pullos cur Deus peculiari dicatur paſcere prouidentia? 215.1.B

COTVRNIX.

1 Coturnix terrenæ voluptatis ſymbolum. 9.1.E

CREATVRÆ.

1 Creaturæ aduerſus impios, tanquam Dei exercitus obarmantur. 130 1.B.553.2.D
2 Dei vnitatem omnes creaturæ mirabili concentu denuntiant.143.1.B
3 Nobiliores creaturæ in Dei laudes priores.366.1.E
4 Creaturæ, diuinarum laudum præcones.366.1.C

CRVDELITAS.

1 Magni Alexandri crudelitas.141 1.E
2 Homines in puniendo, Deo ſeueriores. 328.1. D. 1. 1. B. Imò ipſis belluis crudeliores.328.1.D

CRVX.

1 Crux Chriſti docentis cathedra 8 2.B
2 Iuſtorum animus ad crucis lignum alligatus, Sirenum illecebris non mouetur 25.1.C
3 Crux Chriſti in virga Moyſis figurata.357.2 B
4 Chriſti crux, Chriſtianorum gloria.373.1.A
5 Crux Chriſti extra vrbis mœnia paſſientis, totius orbis ara, 373.1 B
6 Chriſti Crux quatuor diſtincta partibus, quatuor orbis partes ad Chriſtum adducendas repræſentabat.373 1 D
7 Crucis titulus tribus linguis ſcriptus, Chriſtum omnium principem prædicabat.373.2.D
8 Sub Chriſti cruce ſepulta Synagoga 37-.1.A
9 Chriſtus Dominus per crucis victoriam veluti maior.378.2.D
10 In Chriſti cruce omnia benedicenda 439.2.C

CVLTVS.

Cultus. Vide, *Religio.*

D

DANIEL.

1 DAniel ter in die in cœnaculo orabat.215.2.C
2 Daniel iuſtus, cum impiis Iudæis exulat, at non ab idololatria contaminatur.145.1.A
3 Daniel Babylonis regis ſomnium explicat.494.1.A,C

DAVID.

1 Dauid in pangendis pſalmis, Dei inſtrumentum 3.2 C
2 Dauid Chriſti typus, ſapientia, & bellica virtute inſignis.22.1.B
3 Dauidis in Saülem clementia.32.1,D
4 Cur Dauid, cum veſtibus operiretur, non caleſieret. 65.1. A
5 Dauidis regnum quoto anno ab orbe condito inceperit 73.2 A. Quandiu durauerit? 75.1.A
6 Dauid inter iuſtos reges Iudæ, primus.78.2.C

DEBBORA.

1 Debbora concordiæ ſtudio iudicis apta muneri. 101.1. D

DECEM.

1 Denarius numerus in ſcriptura plenus eſt, & pro multitudine ponitur.166.1.E
2 Denarius numerus ſphæralis, ſeu circularis.157.1.A

DELICIÆ, VOLVPTAS.

1 Profanæ deliciæ venenatæ.17.1.A. Reipublicæ peſtis. 185.1.E
2 Profanæ deliciæ animos effœminant, & enetuant.20.2.D 29 1.C.185.1.B
3 Deliciæ, bellicæ virtutis exitium. 20.2.D.21.1.B
4 Molles ac delicati, ad rei militiam inepti.28 6 2.D
5 Voluptas, omnium vitiorum mater.21.1.A
6 Voluptas profana, & afflictio, germanæ.21.1.C
7 Deliciarum Sirenes, Dracones.ibid.
8 Melleam deliciarum voluptatem Deus abhorret.175.2.D
9 A profanis deliciis Deus impios amaris ſuccis ablactat.168.1.E
10 Deliciarum aucupio Deus homines retrahit à peccato.149.2.B
11 Breuis mundi voluptas.186.1.A
12 Deliciæ in vnguentis adumbratæ.459.1.E
13 Perpetua inter voluptatem & virtutem contentio.18c.2.D
14 Diſcrimen inter cæleſtes, & terrenas delicias. Vide, *Gaudium.*
15 Sacræ Scripturæ deliciæ. Vide. *Scriptura.*

DEMOCRITVS.

1 Democritus ſemetipſum excæcauit, ne concupiſcentiæ irritamenta conſpiceret.226.2.D

DEVS.

1 Deus Cur pluribus nominibus appelletur? 22.
2 Dei ineffabile nomen & definitionem ab Hebræis didicit Plato.36.1. C,&c. *Nomen.*
3 Dei in nomen in lege veteri, terribile: in noua, amabile.139.1.C
4 Deus ſibi à ſuis ſeruis nomen mutuatur.159.1.C
5 Nomen Deus ſolius Dei proprium 307.2.A
6 Deus magis conſolatoris, quàm victoris nomine gloriatur.189. 2. E. Deus Pacis appellatione magis, quàm Domini delectatur.159.1.C
7 Deus cur Dominus exercituum dicatur. 138.2.D, &c 235.1.E
8 Cur Deus aliquando ſine nomine introducatur. 307.1.D
9 Dei natura in templo Delphico literis aureis erat inſcripta 307.2.A
10 Vnicum Deum vnius loci cultus in lege veteri demonſtrabat.143.1 E *Eſſentia. & Vnitas.*
11 Dei vnitas.305.1.B.308.2.D,E.309 1.B,&c.
12 Diuinæ eſſentiæ bonitas, & perſonarũ Trinitas 305.2.E,&c.
13 S. Trinitatis myſterium in tribus Aaron vitulis adumbratum.271.1.A. In tribus Dei digitis myſticè figuratum. 349.1.C
14 Benedictio in S. Trinitatis nomine impertita 441 1.D
15 A S. Trinitatis, & aliorum ſublimium myſteriorum perſcrutatione abſtineant indocti.511.1.E.2.B
16 Blaſphemia in S. Trinitatem recens indigena.466.1.A
17 Solus Deus ſanctitatem habet eſſentialem, cæteri participatam.304.1.D.2.A.E.305.1.D *Sanctitas.*
18 Deus per excellentiam ſanctus. 303.1.B
19 Diuina ſanctitas, & bonitas diuturnitatis interpres, quia nobis notior.303.1.B
20 Dei ſanctitas per eius immutabilitatem demonſtratur.305.1.D
21 Per hominum ſanctitatem diuina nobis ſanctitas innoteſcit.299 2.B
22 Quo pacto Dei ſanctitas nobis à Chriſto proponatur imitanda.304.2.B
23 Dei ſanctitas pro miſericordia aliquãdo vſurpatur.152 2.E

24 Deus omnium ſcientiarum auctor.305.2.A

Sapientia. 25 Deus ſcientiſſimus rerum cognitor, & cogitationum ſcrutator.185.2 E.&c.

26 Deus mundi oculus omnia videns 316.1.A

27 Immutabiles Dei cogitationes.319.1 D

28 Deus ſcripturæ auctor. 1. 1. D. Vtriuſque teſtamenti auctor contra Manichæos oſtenditur.132.2.B,&c.410.1.D,&c.

29 Deus ſcripturæ interpres.7.1.A &c.

30 Deus Prophetarum magiſter 4.1.D

Prouidentia. 31 Deus ſcripturæ argumentum.5 2 A.&c.

32 Mirabilis Dei in Hebræorum populum prouidentia. 66.2. D.&c.

33 Deus mundi infima roborat,fortia infirmat 73.2.C

34 Deus ad cuiuſque ætatis morbum accommodatam præparat medicinam 90.1.C

35 Coruorum pullos cur Deus peculiari dicatur paſcere prouidentia.215 1.B

36 Quo pacto Deus mortificare,& viuificare dicatur. 333. 1. C.&.B C

37 Deus vitæ,& mortis auctor.314.1 D.&c.

38 Sapiens Dei prouidentia circa bonos & malos. 451. 1 C

39 Deus tanquam ſedula nutrix ſuorum pedes ſeruat, ac dirigit.451.1 A,B

Liberalitas, & Beneficentia. 40 Suorum caleſtudini Deus conſulit.418.2.A

41 Deus in conferendis beneficiis largiſſimus.137.1. D. 138. 1.B &c.

42 Dei oculi,benefici 197 2 B

43 Dei oculi tanquã ſua,nos aſpiciunt,illuminant.201. 1. E

44 Pro exiguo noſtræ orationis pretio diuina liberalitas maxima confert beneficia 274.1 B

45 Deus poſtulata non differt, imò noſtras preces muneribus antecenit.274 1.D.467,1.A

46 Cur iuſtorum votis ſerò aliquando Deus exoretur.236 1.E

47 Deus maiora nobis ſemper confert, quàm ipſi poſtulemus.274 2.B C

48 Deus in largiendo liberalior,quàm in promittendo,274.2.C

49 Dei liberalitas nullis hominum muneribus ſuperatur.275. 2.B

50 Deus beneficia conferendo exaltatur,puniendo, quodammodo deiicitur.415.1.C

51 Deus ſe beneficiorum, non ſuppliciorum profitetur auctorem.513.1.A 2 D &c

52 Beneficia Deus ad plures extendit: ſupplicia contrahit ad pauciores.584.1 F

53 Deus ad benefaciendum magis, quàm ad puniendum promptior. 526.1 B

54 Deus pauperum poſſeſſio,& hæreditas.108.2.D &c.

55 Pauperes Dei poſſeſſio.108 2.D.&c.

56 Iuſti propter eximiam eam Deo familiaritatem Deum ſuum vocant. 300. 2. C Impij Deum non audent vocare ſuum.300.2 B

57 Suorum laboribus Deus affligitur. 160 2. B &c. Ægrius Deus ſuorum quàm ſuas fert iniurias.471 1.D

58 Deus in tribulationibus patrocinatur.341.1 C

59 Deus Patris, & conſolatoris nomina maximè gloriatur. 156.1 C 180.2 E

Potentia, & Fortitudo. 60 Deus à potentia operandi,fortis appellatur.307.2.D

61 Dei potentia in miraculis primò eluxit 308.1 A. Secundò in infirmis defendendis. 308. 1, C. Tertiò in ſuperbis debellandis 308.1,C

62 Dei potentia ex facultate depauperandi, & locupletandi homines innoteſcit.343.1 D 144 1 C.D.348.2.F

63 Vera Dei potentia, & prouidentia in malis inferendis, & auferendis.115.1.E.336 1 C

64 Diuinæ potentiæ vis & facilitas in operando 347.2.B, &c.

65 Vel minimus Dei digitus magnis rebus exequendis potentiſſimus.374 1 D

66 Deus cauſa peccati eſſe non poteſt 406.1.B

67 Quo pacto Deus ad cordis obdurationem,& obſtinationem concurrat Vide, *Obduratio*.

Miſericordia. 68 Suorum Deus cum recordatur,miſeretur.197.2 B 253.2. E

69 Diuina miſericordia in recipiendis peccatoribus exaltatur. 54.2.F.&c.467 2. A In puniendis deiicitur. 415. 2. C

70 Magna Dei miſericordia in ſuppliciis differendis & peccatoribus tolerandis. 181.2 D,&c.414.2 D.502.1.A.&c.

71 Deus ſupplicia minatur,vt pœnitentia præuentus,illa non inferat.362 1.A

72 Puniendi celeritas non ſolum à iuſtitia, ſed etiam à diuina prouenit miſericordia.481.2.A

73 Deus ad miſericordiam ſpontaneus, inuitus ad iuſtitiam. 310.2.D

74 Maiora diuinæ miſericordiæ argumenta in veteri teſtamento,quàm in nouo.410 2.C

75 Dei iuſtitia puniendo, & miſericordia condonando, vices alternant.67.1.A.331.1.D.2 C.478 1 D 645.2.D,&c.

76 Beneficia ad plures diuina extendit miſericordia: ſupplicia contrahit ad pauciores.584 1.E

77 Deus ſe beneficiorum auctorem, non ſuppliciorum profitetur,513.1.A.2,D,&c.

78 Summa aliquando Dei ira eſt,nimia in peccatores miſericordia,& indulgentia 164.2.D.498 1 B,&c.

79 Dei miſericordia,pro ſanctitate vſurpatur.151 2.B

80 Dei miſericordia, & ſilentio peccatores abutuntur. 181. 2.B

Æquitas, & Iuſtitia. 81 Summa æquitas in Dei miſericordia.155.1.C

82 Deus etiam quos iudicat, & condemnat, magna proſequitur reuerentia.250 1.A

83 Deus cùm punit,Dominus dicitur exercituum, quia lentè ad ſupplicium mouetur 246 1.A

84 Quare Deus cum punit cantare dicatur, & exultare. 291. 2.C

85 Deus cur ad lineam,& menſuram punire dicatur,174.1.D

86 Non minora in nouo Teſtamento diuinæ iuſtitiæ exempla,quàm in veteri.410.1.C

87 Pretio ſemper examine Deus iudicat.251.2 B

88 Deus de exterius actibus valdè ſimilibus, valdè diſſimiles fert ſententias.251.1.D

89 Solus Deus interioris arbiter conſcientiæ 252 2 A

90 Summa impiorum ſtoliditas, qui peccata diuini iudicis oculos latere putant.146.1.D &c.

91 Deus æquiſſimus rerum omnium cenſor, ac iudex. 317. 2 F.118 1.A

92 Iuſtitiæ noſtræ diligentius à Deo examinandæ. 318. 2 .B, C,D

93 Deus omnium creator,& iudex bonorum, & malorum auctor contra Manichæos oſtenditur 332.1.D,2.B

D I I.

1 Nihil extra Deum,numen.306.2.D,Non elementa. 305. 2. D, F Non ſol.144.1.D Non aſtra.306.1. A,C. D.Non animalia 141 1 B,D 106.1 B.2 A.Non Angeli,141.2.E 144 1. A. 306 2 B.Non homines 144.1 D.2.B 309 2 B

2 Deos aureos, & argenteos cur Deus prohibeat. 577. 1. E

3 Primus diabolus deorum pluralitatem inuexit.306.2 C

4 Socrates plures deos negauit.ibid.

5 Nullum colit Deum,qui plures colit.ibid.1 D

6 Dij gentium vani,mortui,nihilo ſimiles.308. 2 F. 309. 1. B

D I A B O L V S, D Æ M O N

1 Diabolus nomine Belial aliquando ſignificatur.233 C.399. 1 D.400.1.A

2 Diabolus per antonomaſiam malus.400.1 B

3 Diabolus tenebrarum rector,imò ipſæ tenebræ.399.1.D Diabolus,nihil.191 2 C

4 Diabolus ſecreta cordis agnoſcere falsò ſimulat 219. 1. D.

5 Diaboli fortitudo in hominibus tentandis.320.1.B

6 Diabolus magis virtutis initia, quàm fines conatur euertere.403 2.C

7 Summa inter Chriſtum, & diabolum oppoſitio in diuinæ legis iugo recipiendo. 400.1.C

8 Dæmones in medio aëre inuidiæ magis ſtimulis, quàm gehennalibus flammis cruciantur.170.2 E

9 Iudæorum,& dæmonum perfidia comparatur,570 2.C

D I E S

1 Dies in quatuor partes diuidi ſolitus ab Hebræis.46.1.B

2 Dies feſtus.Vide, *Feſtum*

D I G I T V S.

1 Dei digitus in magnis rebus exequendis potentiſſimus 347. 2.D

2 Annularis digitus, cordis hieroglyphicum 197.2.E

D I P L O I S.

1 Diſcrimen inter Ephod & diploidem 411.2.D

D I S P E N S A T I O.

1 Diſpenſatio in polygamia.Vide, *Polygamia*.

2 Diſpenſatio in ſacrificii loco Vide, *Sacrificium*.

D I V I S I O.

1 Vnitas Deo grata ingrata diuiſio.403.1.B

D I V I T I Æ, D I V E S,

1 Diuitiæ inſtabiles.19.1.D.585.2.B

2 Diuitiarum fugacitas,& inanitas ſomnium.581.1.C

3 Diuitiæ more fluminis affluunt,& effluunt.580.1.B

4 Deos aureos & argenteos Deus prohibet, ne diuini honores fluxis diuitiis tribuantur.579.2.E

5 Diuitiæ idola.82.2 E

6 Diuites in egeſtatem ſæpe redacti.323 2.A 323.2.F.&c.

7 Inopes ad opulentiam ſæpè eleuati.323 2.C.324.1 D.

8 Dei potentia in egeſtatis, & diuitiarum viciſſitudine maximè innoteſcit,343.2.D.148.2.E

9 Huius viciſſitudinis multiplex ratio 344.1.E 358.1.C

10 Homines pios locupletando potentiam ſuam oſtendit. 344 1.A

11 Diuitiarum cupiditas egeſtate plectenda.539.1.B.2.A

12 Diuitiæ Iudæis ſublatæ.538 1 B,&c.

13 Diuitiæ in ſtercore adumbratæ 346.1.A

14 Grauis diuitiarum ſolicitudo.83.1.A,297.1.D

15 De vanis diuitiis inaniter non gloriandum 357.2.D

16 Diuitiæ omnibus amabiles.429.2.B

17 Diuitiæ auari cor,illum vorant, qui ſpoliat.344. 1 A. D. 168.2.E

18 Diuitiæ peccatorum fumus.84.1 A

19 Diuites, vel ipſum Deum ſpernunt. 539. 1. A
20 Diuitiæ animos contra Deum peccatoribus ſufficiunt. 83. 1. C
21 Diuitiarum ad expugnandum vis. 83. 1. B
22 Diuitiarum cupiditas Vide, *Auaritia*.

DOMINIVM.

1 Dominium duplex, excellens, ſcilicet, & inferius. 383. 1. B
2 De ſuo in homines dominatu Deus maximè gloriatur. 252. 2. D
3 Deus rerum omnium temporalium ſolus Dominus? homo ſimplex tantùm colonus 583. 1. B
4 Chriſti paupertas vtrùm omne rerum temporalium dominium excluſerit? 384. 1. D
5 Chriſtus Dominus excellens dominium habuit in res creatas. 388. 1. E
6 Quo pacto in eadem re duplex dari poſſit dominium adæquatum? 388. 2. A
7 Imperium, & dominium non ſunt neceſſario coniuncta. 388. 1. E

DOMINVS.

1 Familiaris loquutio Prophetis Hæc dicit Dominus. 509. 1. A, &c. Ab ea Chriſtus, quia ipſe Dominus, abſtinebat, ibid. 2. B
2 Deus Patris appellatione magis quàm Domini gloriatur 359 1. C
3 Cur Dominus exercituum, Deus appelletur? 138. 2. D, &c. 23* 1. A
4 Chriſtus, per excellentiam, Dominus. 381 1 A

DONEC.

1 *Donec*, particula, quid in Scriptura ſignificet? 324. 2. D. 325. 1. B

DOS.

1 Mores, non dotes in vxore quærantur. 157. 2. A, B, C
2 Iniqua vxorum conditio, quæ ſine dote reiiciuntur. 157. 2. B

E

EBRIETAS.

1 EBrietas exitialis morbus. 195. 2. C
2 Ebrietas inſanabile venenum præcauendum. 213. 2 B
3 Paſſionum ebrietas ſub vini typo Nazaræis prohibetur. 313. 2. E 238. 2. C
4 Quibus indiciis Annam temulentam iudicauit Heli? 229. 2. B
5 In Annæ typo Eccleſiam Spiritu ſancto repletam temulentam iudicauit Synagoga. 229. 2. E
6 Hebræorum multi in ſolennitatibus ſe vino onerabant. 229. 2. E. 254. 1. A
7 Hebræi vino ex Ægypto adducto, in ſolitudine inebriati. 239. 2. E
8 Omne inebriamentum ſiceræ nomine vocant Hebræi. 231. 2. A
9 Ebrietas mulieri magis, quàm viro indecora. 231. 2. D
10 Ebrietas in fœmina præcipuè virgine ſacrilegium. 231. 1. B
11 Mulieres non ſolùm vinum bibentes, ſed etiam tangentes Romani plectebant. 232. 1. C
12 Mulieres cur difficiliùs, quàm viri inebrientur. 232. 1. E
13 Ebrietatis conuicium in fœmina grauiſſimum. 252. 2. E
14 Ebrietas miſera vini ſeruitus. 232. 1. E. 241. 2. A
15 Ebrij cur filij Belial? 213. 2. A
16 Ebrietas peſtilentia. 233. 2. A. Cunctis vitiis turpior. 232. 2. A
17 Ebrius ſine iugo, & apoſtata. 233. 2. C
18 Ebrius diabolo peior. 413. 2. D
19 Triplex ebrietatis genus. 238. 2. C
20 Ebrietas Chriſtianum, & maliò magis ſacerdotem dedecet, & tanquam ſacrilegium grauius punitur. 239. 2. C. 421. 2. D. 435. 2. E
21 Epiſcopi non ſolùm nō inebrientur, ſed ne vino quidem delectentur. 240. 1. D
22 Reges cur à vino abſtinere ſoliti? 241. 1. D
23 Ebrietas indiuidua libidinis, & ſomnolentiæ comes. 240. 1. B. 434. 2 C
24 Ebrietas orationis puritatem, & vigilantiam euertit. 240. 1 B
25 Ebrietas orationem impedit. 238. 1. E
26 Matutina ebrietas, quia Dei laudes impedit, reprehenſibilior. 239. 1. E
27 Ebrietas hominum impedit conſuetudinem, & commercium. 240. 2. B. & ſequentibus.
28 Ridiculus ebriorum aſpectus ebrietatis amoletum. 240. 2. B
29 Ebrietas lenitatem, & humanitatem diſſipat. 240. 2. D. 241. 2 D
30 Ebrietas cædium mater. 240. 2. E
31 Ebrij bellis deteriores. 241. 2. D
32 Ebrietas rationis naufragium 241. 2. B
33 Ebrietas reuerentiam in maiores euertit. 241. 1. A
34 Ebrietas loquentium authoritatem in ſcurrilitatem vertit 241. 2. D
35 Ebrietas libertatem interimit 241. 2. E. Secreti violat fidem 241. 2. A
36 Ebrietas diuturnam fidem deſerit. 421. 1. C
37 Diuinus amor ſobria ebrietas. 258. 2. C. 246. 1. B
38 Ebrietas. Vide, *Abſtinentia. Vinum.*

ECCLESIA.

1 Eccleſia Chriſtianorum congregatio. 158. 1. A. Eius etymologia ibid. *Vnitas.*
2 Eccleſiæ vnitas in Pontificum ſucceſſione. 66 2. B
3 Eccleſiæ vnitas. ibid.
4 Eccleſiæ vnitas per charitatem. 100. 2. C
5 Priuata familia cur Eccleſia appelletur? 115. 2. D. 426. 2. B
6 Spiritualis cum eccleſiis polygamia epiſcopis prohibetur. 123. 2. C
7 Eccleſiæ quondam ſterilitas in magnam fœcunditatem commutata. 133. 2. B, &c. 328. 1. C, &c.
8 Chriſtianæ eccleſiæ propagatio. 371. 2. E, &c.
9 Eccleſia, Chriſti ager nullis finibus circumſepta. 372. 2. D *Propagatio.*
10 Eccleſia morum habet quo defendatur, non quo limitetur. 373. 1. B
11 Paganorum loca Chriſti amœniſſimæ villæ 373. 1. A Totus orbis in eccleſia incluſus. 373. 1 D. 374. 2. D
12 Multitudo gentium ad eccleſiam feſtinantium. 375. 2 D, &c.
13 Eccleſiæ fœcunditas columbina. 375. 2 B
14 Peculiaris eccleſiæ ad Orientem per Luſitanos prædicatores propagatio. 373 2. C
15 Non ſolùm idololatras, ſed ipſa etiam idola Chriſtiana fides conuertit. 376. 2. C. 387. 1. A
16 Chriſtianorum propagatio cum naturali hominum propagatione comparatur. 377 1. A, B, C
17 Eccleſiam ex gentibus propter multiplicationem Deus benedixit. 134. 2. B
18 Eccleſia cur ſupra montem poſita. 135. 1. B
19 Veteres inter ſynagogam & eccleſiam diſſenſiones. 179. 2. A, &c.
20 Synagoga dum eccleſiam perit, perit. 180, 1. B. Dum eccleſiam perſequitur, obſequitur. 179. 2. E 180. 1. D, &c. *Perſecutio.*
21 Eccleſia, tanquam inſula, medios inter tentationum fluctus non fluctuat. 219. 2. B
22 Eccleſia rebus aduerſis creuit; decreuit ſecundis. 86. 2. C. 179. 1. C. 382, 1. C, &c.
23 Feliciſſimi eccleſiæ partus. 329. 1. B. & ſequent. tum ex facilitate patiendi. 329. 1. C. tum ex fœcunditate prolis 329. 2 A. tum ex filiorum generoſitate. 329. 2. D
24 Soli maſculæ virtutis viri in eccleſia recenſentur. 96. 2. D. 329. 1. D
25 Pulchrior eccleſiæ, quàm ſynagogæ ornatus. 68. 2 A
26 Eccleſiæ lux, & claritas 330. 1. D
27 Eccleſia ſuper humiles firmiùs ſolidatur 350. 2. B. 351. 1. A, C. 2 A, Eccleſia à Chriſto eximiè dilecta. Vide, *Amor.*
28 Eccleſia cur Chriſti ſponſa dicatur, & non vxor? 258. 1. D
29 Eccleſia Chriſti corpus. 551. 1. E
30 Eccleſia ex Chriſti latere ædificata 551. 2. A
31 Synagogæ vetuſtas in Eccleſia gentium per Chriſtum renouatur. 263. 2. D
32 Synagoga ad oſtium tantùm, Eccleſia ad intimum beatitudinis penetrale conclaue. 574. 2. C. 575. 1. A. B

EDVCATIO.

1 Educatio. Vide, *Filiorum educatio.*

EFFVNDERE.

1 Quo ſenſu Anna animam effundere dicatur? 232. 2. D, 244. 1. C
2 Effuſa aqua pœnitentiæ ſymbolum. 233. 1. A

ELCANA.

1 Elcana poſſeſſio interpretatur. 91. 2. D, 108. 2. D
2 Elcana quo myſterio dicatur vir? 91. 1. A 96. 1. E
3 Cur Elcana dicatur vnus? 91. 1. C, &c. 99. 1. B, &c.
4 Cur Elcana dicatur Ephrathæus? 92. 2. B, &c. 94. 2. E, &c.
5 Elcana ex genere commendatur. 113. 2. C
6 Elcanæ patria 91. 2. E, &c. 93. 1. C. 111. 2. B
7 Elcanæ genus ex duplici tribu, regali, & ſacerdotali commendatur. 92. 2. A, D. 2. E. Quoad hoc Chriſti typus. 92. 2. E
8 Elcana non Sacerdos, ſed purus Leuita. 92, 1. D
9 Cur hîc quatuor tantùm Elcanæ progenitores ponantur: alibi verò omnes? 93. 2 B
10 Cur genus Elcanæ hîc aſcendendo, alibi deſcendendo exponatur? 96. 1. B
11 Cur in Elcanæ genealogia, nulla expreſſè fœmina commemoretur? 99. 1. C
12 Vtrùm Elcana vrbis Ramathaim dominus fuerit? 136. 2. C
13 Elcanæ votum pro filij impetratione. 260. 2. D
14 Vtrùm Elcana fuerit ille vir Dei, qui Heli ſacerdotem reprehendit?

reprehendit? 501.2.D

ELECTIO.

1 Hebræorum regum electio penes Deum erat.71.1.A,D
2 Eccleſiæ vnitas in Pontificum electione.66.2.B
3 Deus in electionibus perſonas hominum non reſpicit.133.1.C.&c.
4 Æquitas in electionibus ſeruanda.151.2.D,&c.
5 Chriſtus temporale regnum non habuit per electionem.385.1.A

ELEEMOSYNA.

1 Eleemoſynarij diuites, nihil habentes omnia poſſident. 93.1.C
2 Eleemoſynæ diſcretio.171.1.A
3 Eleemoſynæ merces cum fœnore.273.2.A,B
4 Sareptenſis viduæ deuotio, dum prius Eliam, quàm ſe, propriùmque filium paſcit.405.1.E
5 Pro temporali eleemoſyna, indigenti negata, æterna infligitur pœna 409.1.D.410.2.B

ENOS.

1 Diſcrimen inter nomina Adam,& Enos.97.1.D
2 Enos cur ſic appellatus? 98.1.A,&c.108.2.C

EPHOD.

1 Ephod aliis armatiolum, aliis thuribulum; aliis ſimulachrum 433.2.C.434.1.A
2 Ephod propriè veſtimenti genus.434.1.D
3 Ephod duplex, vnum polymitum Pontificis proprium, alterum lineum minoribus Leuitis, vel etiam laicis commune.396.1.B.399.1.A.434.1.E.504.2.C
4 Diſtinctio inter vtrumque Ephod.434.2.A
5 Samuelis Ephod, Leuiticum tantùm fuit, non Pontificale. 434.2.C
6 Diuinæ reuelationes per Ephod tantùm Pontificale fieri ſolitæ.434.2.E
7 Ephod Pontificale pro Deo Iudæi coluerunt.434.1.C
8 In Ephod Pontificali paſtoralis cura deſignatur.435.1.B
9 Ephod lineum patientiæ ſymbolum.435.1.B
10 Pœnitentiæ hieroglyphicum. 435.1.C. In Ephod iuſti veritas,& ſinceritas adumbratur.435.1.E
11 Ephod ſacerdotale ſtatutum ſignificat.435.1.B
12 Noui ſacerdotij caſtitas in Ephod lineo adumbrata. 436.1.A
13 Verùm illa tunica parua, quam filio Samueli Anna faciebat,ab Ephod diſtinguereturi.436.2.D.437.1.D
14 Diſcrimen inter Ephod,& diploidem.436.2.D
15 Varias ſacerdotis virtutes in multiplici varietate adumbratas, Ephod polymitum adumbrabat.504.2.E
16 Sacerdotalis ornatus octonis veſtibus conſpicuus. 504.D
17 Cur in anniuerſaria expiatione, non Pontificio ornatu,ſed tantùm purè ſacerdotali Pontifex vteretur?505.1.B

EPHRAIM.

1 Tribus Ephraim cur inter beatorum ordines non enumeretur?77.2.A
2 Cur tribus Ephraim vitulæ comparetur.77.2.B,C
3 Regnum Iſraël cur Ephraim dicatur?78.2.B
4 Tribus Ephraim cur mons dicatur?91.2.D

EPHRATHÆVS.

1 Ephrathæi nomen vnde deſumatur? 91.1 E,&c.
2 Cur Elcana Ephrathæus dicatur?91.1.B,&c.94.2.E,&c.

EPHRON.

1 Ephron, Hebræorum princeps, puluis, & cinis interpretatur.577.1.B

EPISCOPVS.

1 Epiſcopus ſpiritualem cum multis Eccleſiis polygamiam non contrahat.213.2.C
2 Epiſcopi ſobrietas neceſſaria.140.1.D
3 Epiſcopus non ſit in ſubditos contumelioſus.250.1.A.252.1.B
4 Deſidea Epiſcopi grauiter reprehenduntur.409.1.A
5 Epiſcopus. Vide, *Prælatus*.

ESDRAS.

1 Eſdras populum docens docentis Chriſti typus.8.1.B

ESSENI.

1 Eſſeni, ſiue Aſſidæi, ante & poſt Chriſti Domini aduentum floruere.212.1.B
2 Eſſenorum mirabilis ſanctimonia, victûs ſeueritas,& caſtitas.212.1.C,&c.
3 Aliorum pœnitentia Eſſenos conſeruat immortales. 212.2.B

ET. PARTICVLA.

1 Quo myſterio, in principio ſacrorum librorum, Et, particula aliquando ponatur? 90.2.A, &c. 194.2.B. & cap.1.numero.5.§.4

EVA.

1 Euæ inſcitia in filiorum nominibus imponendis. 259.1.D
2 Eua cur in paradiſo creata? 261.1.A

EVANGELIA.

1 Quatuor Euangelia, quatuor paradiſi flumina.22.1.C
2 Euangelij prædicatio, tonitrus toto perſonans terrarum orbe.47.1.D

EVCHARISTIA.

1 Chriſtus primus S. Euchariſtiæ ſacerdos.119.1.D *Diuinitas,& voluptas.*
2 Chriſtum tanquam pia mater, dulciſſimo Euchariſtiæ vberis ſuis lactat.166.1
3 Chriſtus in Euchariſtia, mammilla Patris, non ſolùm proprio nos lactat ſanguine,ſed etiam diuinitate 186.2.B
4 Chriſti ſanguis diuinam nobis vitam communicat in Euchariſtia.119.2.A
5 Sacerdotes peculiari nomine Chriſti ſanguine fruuntur in Euchariſtia.119.1.B
6 Qui terrenis paſcuntur voluptatibus, indigni ſunt,qui S.Euchariſtiæ deliciis perfruantur .213.2.C.167.1.E.313.1.D
7 Sacram Euchariſtiam Angeli venerantur.119.1.C
8 S.Euchariſtiæ panis totus deſiderabilis.146.1.A
9 S.Euchariſtia panis viuus,& verus.551.2.C,E.563.2.B
10 S. Euchariſtiæ panis in figura tantùm Iſraëlitico populo datus.323.1.A *Panis.*
11 Gentilis populus Euchariſtico pane ſaginatur. 323.1.C.324.2.D
12 S.Euchariſtia, firmamentum.320.2.C
13 Gentium humilitas nouo Euchariſtiæ ſacrificio exaltatur. 563.2.C *Sacrificium.*
14 Carnalium ſacrificiorum varietatem vna implet Euchariſtiæ oblatio.566.1.B
15 S.Euchariſtia,ſacrificium multorum.465.2. A
16 Quanta animi puritate S. Euchariſtia ſit accipienda. 118.1 C,&c.238.2.B.311.2.E *Quanta animi puritate recipienda.*
17 Sacerdotes ſacrilego auſu ad S. Euchariſtiam accedentes, arguuntur.118.1.C,&c.415.1.E,&c 465.1.C, &c. Grauiſſimè puniuntur 469.1.A

EVPHRATES.

1 Euphrates,iuſtitiæ ſymbolum.418.1.D

EXEMPLVM.

1 Exempla iuſtorum ſcuta.12.1.B
2 Iuſtorum exempla tanquam gemmæ in Scripturæ fluentis deferuntur.16.1.B *Bonum.*
3 Aliqua ſanctorum exempla, nec ſunt à nobis damnanda, nec imitanda.52.2.E,&c.
4 Vitia ſua aliquibus ſanctorum exemplis excuſant peccatores.53.1.C.53.2.B,&c.
5 Exempla efficacius mouent,quàm documenta.57.2.D. 282.2.C
6 Exempla efficaciùs mouent,quàm miracula.282.2.D
7 Exempla magis mouent,quàm præmia.284.1.A
8 Iuſtorum exempla,vitæ gubernacula.58.1.B
9 Iuſtorum exempla leges.58.1.E
10 Patrisfamilias exemplum domeſticos excitat ad virtutem.136.2.B,&c.460.2.E
11 Matris exemplum efficax filiorum magiſterium. 437. 2.A.
12 Efficax pueris exemplum 265.1.D
13 Optima exempla ad bonam filiorum educationem. 282.2.B
14 Puerorum animi tanquam cera, parentum exemplis facilè ſignantur.283.1.C *Malum.*
15 Parentum, & ſuperiorum lacrymantium exemplum ad lacrymandum ſubditos impellit.484.2.B
16 Vitia potius, quàm virtutes parent[illegible] filij imitantur. 283.1.E,2.C
17 Malum ſuperioris exemplum bonus ſubditus non imitatur.394.1.B
18 Malum regum, & ſacerdotum, & prælatorum exemplum ſubditos inficit.Vide,*Scandalum*.

EXERCITVS.

1 Angeli cur Dei exercitus?138.2 D,&c.
2 Creaturæ tanquam Dei exercitus aduerſus impios armantur.139.1.B
3 Exercitus multitudo,ordo, obedientia. 138. 2. D, &c. 436.1.A

EXVLTARE.

1 Exultare,ingentem animi ſignificat lætitiam. 295.1.A

EZECHIAS.

1 Ezechias inter iuſtos reges numeratus.78.2.C

F

FACIES, VVLTVS.

1 SVa quemque facies prodit.5.2.B.238.1 C
2 Pulchra mulieris facies non videnda.234.2.E,&c.
3 Facies pro mœrore, & ita aliquando vſurpatur. 237.2.E
4 Vnus animus, & vnus vultus etiam iniuſtis, tutiſſimus. 238.1.E
5 Solo aliquando frontis geſtu, & oculorum aſpectu vitia grauiter reprehenduntur.484.1.E
6 Chriſtus æterni Patris facies.439.
7 Cur Chriſti facies fuerit in paſſione deformata? 238. 1. C
8 Quo pacto ante faciem Domini Samuel dicatur miniſtrare? 433.1.D
9 Ante faciem Domini,ſeu in conſpectu Domini ſtare, idem, ac Deo placere.394.1.B.438.1.E

10 Cur

10 Cur peccatum filiorum Heli grande nimis coram Domino, ſeu ante faciem Domini dicatur. 412.1.D 2.B

FALSITAS.

1 Profanæ hiſtoriæ falſitas 41.1.E,&c.
2 Falſitas amat abſcondi, veritas erubeſcit. 54.1.C
3 Falſitas, Vide, *Mendacium. Veritas.*

FAMA, INFAMIA.

1 Iuſtorum famæ, & opinioni, cùm maximè periclitatur, Deus conſulit. 130.2.D,&c.143.1 A.144 2 A.215.2.C
2 Fama opibus, deliciis, & honoribus pretioſior. 459 2. E
3 Bona fama, ingens beatitudo. 460.1.A
4 Sacerdoti bona fama maximè neceſſaria. 460.1.B
5 Iuſtos magis torquet peccati infamia, quàm pœnæ dolor. 162.2.C,&c.176.1.A
6 Grauiſſimus infamiæ ſtimulus. 460 1.D

FAMES.

1 Fames ciborum condimentum. 193.1.A
2 Famelici, ſaturati, ſaturi, famelici. 321.2.D,&c.323.1.E.2 A,E. 324.1.D,E
3 Peccatis Deus per famem, & eſuriem medetur. 188.1.B.539. 2.B
4 Fames amica caſtitatis. 455.1.B.2.A
5 Fames. Vide. *Abſtinentia. Ieiunium. Gula*

FELICITAS, PROSPERITAS.

1 Nimia felicitas Iſraëlitici regni mores diſſipauit. 81.1.D &c.83 2 A,&c.
2 Humana felicitas inſtabilis, & ruinoſa. 81.2.C.557.1.C, &c. Vide. *Bonum. Gaudium.*
3 Mundi felicitas, mare. 81.2.C.85.1.B
4 Multiplex ex felicitate iniquitas. 82.1.B
5 Felicitas in belluinam feritatem homines detrudit. 81. 2.E
6 Nimia felicitas Dei contemptum parit, & obliuionem. 83. 2 B,&c.
7 Nimia felicitas mentem ſupinat. 85.2.C
8 Peccatores terrenæ felicitatis malunt, quàm cæleſtis eſſe participes. 84.2.D
9 Plures felicitas deiicit, quàm aduerſitas 85.1.A
10 Felicitas etiam ſanctos viros acriter oppugnat. 85. 1. D, &c.
11 Felicitas magis quàm aduerſitas timenda. 85. 2. C, &c.
12 Felicitatis, quàm aduerſitatis bellum difficilius. 254. 2. B,E
13 Idem in aduerſis, atque in proſperis animus retinendus. 104.1.E,&c.273.2.B
14 Calamitates nemini, felicitates multis tenelandæ. 274. 1. A
15 Felicitas. Vide, *Aduerſitas. Labor. Tribulatio.*

FESTVM.

1 Tria feſta, in quibus Hebræi ad templum, ſeu tabernaculum aſcendere tenebantur. 137.1.C
2 Tria hæc feſta in beneficiorum Dei mem oriam inſtituta. 137. 1.D
3 Feſtorum propriæ conditiones. 157.2 B,&c.
4 Quantùm itineris in die feſto Hebræis conficere liceret. 254.2.C

FIDES, INFIDELITAS.

1 Fides, & ſcripturarum intelligentia neceſſaria. 16.1.E
2 Gula fidei nouerca. 421.1.C
3 Fides cum virginitate comparatur. 482.1.A,&c.
4 Pauciſſimi Iudæorum principes Chriſti fidem ſunt amplexi. 494.2.C
5 Nobiles, diuites, & ſapientes difficilè Deo credunt. 494. 2.C
6 Deus per fidem glorificatur. 514.2.D
7 Sadoc cur ſacerdos fidelis dicatur? 533.1.B,&c.
8 Præterita Apoſtolorum infidelitas ad firmiorem fidem poſteà erigitur. 531.1.C
9 Fideles ab infidelibus etiam externis ſignis diſſideant. 217. 2.B
10 Iudæorum perfidia cum gentium fide confertur. 570. 1. D, &c.
11 Iudæorum, & dæmonum perfidia, & malitia comparatur. 570.2.C

FILIVS.

1 Filiis orbari, ſummus olim parentum dolor. 126.2. D, &c.
Parentum amor in filios. 2 Filij ſenectutis cur à parentibus præ cæteris diligantur? 127. 1.E
3 Matres filios, quos lactant, plus diligunt. 166.2.C
4 Inordinatus filiorum amor prima idololatriæ radix. 215. 2.C
5 Nimia in filios affectio amor ſimiæ. 285 1.B
6 Filios Deo præferre, grauiſſimum peccatum. 507. 2. A, &c.
7 Sub nomine parentum in ſcriptura veniunt etiam filij. 136. 2.A
Impij. 8 Ex bonis parentibus mali aliquando naſcuntur filij 140.1.C. 476.2.A
9 Impij filij neque paternis blanditiis corriguntur. 154.2.A
10 Mali filij parentum dedecus. 441.2.C
11 Mali filij perinde, ac nulli 166.2.D
12 Filiorum malitia parentum ſanctitate non excuſatur, imò illam obſcurat. 478 1.A
13 Filij Dei munus: à Deo per orationem petendi. 152.2.A &c.
14 Quo pacto Annæ petitio de filio bona fuerit? 198.1 A,B *A Deo petendi.*
15 An filiorum petitio licita ſit. 198.1.C. Affirmatiuè 198. 1.D
16 Filiorum impetratio magnum Dei beneficium. 373 2.A
17 Vtrùm parentes filios vouere, aut vendere poſſint? Vide, *Votum.*
18 Ex filij oblatione Anna commendatur. 198.2.E.209.1.B *Deo dicandi.*
19 Fœminarum laus, quæ ab vtero filios Deo conſecrant. 210. 1.D
20 Parentes Deo filios reſtituunt, non dedunt. 275 1.A
21 Filius qui donatur, non amittitur. 275.9.D.2.D
22 Parentum gratitudinem Deo filios reddentium, magno cum fœnore Deus remunerat 442.1.D
23 Maximum parentum lucrum, qui filios Deo tradunt. 286. 1 B,&c.
24 Magis de filio Deo oblato, quàm de recens nato parentibus gloriandum 294.1.A
25 Summa Annæ religio, & pietas, dum dicatum Deo filium in propriam domum non reducit. 437.2.B
26 Annæ prudentia filium Deo dicatum rarò conſiſentis. 438. 1.B
27 Arguuntur impij parentes, qui filios à Deo conantur auer tere. 288.2.B C
28 Adoleſcentiam Deo quàm ſenectutem denouere glorioſius 287.1.A.288.1.B
29 Optima filiorum educatio. 277.1.D,&c. *Optima filiorũ educatio.*
30 Quàm neceſſaria ſit bona filiorum educatio. 277. 1. E, &c
31 Filij cur floribus, & liliis comparentur? 277.1.E
32 Filij parentum poſſeſſio, & hæreditas aſſiduo labore excolenda. 277.2.B,C
33 Parentibus neceſſaria bona filiorum educatio. 279. 1. B, &c. *Parentibus neceſſaria.*
34 Filiorum mores ad parentes derivantur. 279.1.B
35 Magna bonæ filiorum educationis merces. 279.1.E
36 Sanctorum parentum in filios vigilantia. 279.2 C
37 Filiorum crimina parentibus imputantur. 279. 2.B
38 Filiorum crimina in parentibus puniuntur. 280.1.C,&c.
39 Patres in filiis grauius aliquando plectuntur. 280.2.C
40 Parentes filiorum morte puniuntur, & erudiuntur. 183. 1.C
41 Etiam filij, qui parentes non corripiunt, grauiter puniuntur. 489.1.D
42 Parentes in filiorum educatione deſides infidelibus deteriores. 280.1.B
43 Parentes, qui filios non erudiunt, parricidæ 178.1 A
44 Matres de filiorum moribus parum ſollicitæ reprehenduntur. 278.2 B C
45 Vrſi bonæ filiorum educationis hieroglyphicum. 280. 2.D
46 Ipſis etiam filiis bona educatio neceſſaria. 280 2. E, &c. *Ipſiſmet filiis.*
47 Pueri malè educati grauiter à Deo puniuntur. 280.2.B
48 Corrupti adoleſcentiæ mores ad ſenectutem diffunduntur. 281.1.C. Imò ſolidantur. 281.1.E
49 Bonus iuuentutis flos in ſenectute fructificat. 281. 2. C
50 Mala educatio pueros effeminat. 281.2.A
51 Bona filiorum educatio Reip. neceſſaria. 182 1.B,&c. *Toti reip.*
52 Liberaliter edocti pueri, Reip. turres. 182.1.C
53 Publica puerorum gymnaſia Reip. propugnacula. 282. 1. D,E
54 Collegia pueris liberaliter educandis extructa, Reip. religionis propugnacula. 282.1 E
55 Optima exempla ad bonam filiorum educationem neceſſaria. 282.2.B,C *Quænam ad bonam educationem neceſſaria.*
56 Optima documenta, & conſilia ad bonam filiorum educationem neceſſaria 283 2.D,&c.
57 Optima exercitamenta ad bonam filiorum educationem neceſſaria 285.1.A
58 Filios odit, qui molliter & voluptuosè educat. 285 1.B
59 Aſperrima filiorum educatio apud veteres. 285.1.C
60 Per ſeueritatem, non per lenitatem bonis moribus filij imbuendi. 491.1.D
61 Honeſta tantùm oblectamenta pueris permittenda. 285. 2.A
62 Gymnaſium verus pueritiæ ludus. 285.2.B
63 Locus bonæ filiorum educationis, Dei templum, non paterna domus. 285.2.D,&c. *Locus bonæ educationis.*
64 Virtutis, & honoris incrementa, à domo Dei. 286. 1. D
65 Pueri, ſub Chriſto pædagogo, & aliore in domo Dei maximè proficiunt 286.2.A
66 Viperino peccatorum lacte in paterna domo pueri nutriuntur. 286 2.B,C

67 Initium

Tempus bonæ educationis. 67 Initium optimæ filiorum educationis ab infantia. 286.2.B
68 Pueritiæ innocentia Deo gratiſſima, diabolo formidanda. 287.2.B,C
69 Terminus optimæ educationis, qui & vitæ. 288.1.A,&c.
70 Filij parentum honor, & vita. 299.2.B
71 Boni filij parentum diuitiæ, & ornamentum. 278.1.A
72 Filij, parentum brachium, & fortitudo. 517.2.A
73 Filij, parentum ædificium. 632.2.D
Filia. 74 Materialia ædificia in ſcriptura filiæ appellantur. ibid.
75 Cur filium, non filiam Anna poſtulauerit? 97.2.C.&c.
76 Rariſſimè Iuſti in ſcriptura filias dicuntur genuiſſe, impij frequenter. 442.2.B,E
77 Quot filios habuerit Anna poſt Samuelem? 326.2.A.B. 442.1.E
78 Quot filios Annæ precatus Sacerdos Heli. 442.1.E
79 Filij acriter arguendi. Vide, *Reprehenſio.*
80 Filij acriter puniendi. Vide, *Supplicium.*
81 Deus etiam cùm peccatores arguit filios appellat. 330.2. B.458.2.C.&c.
82 Filij Heli. Vide, *Heli filij*

F I N A S I V S.

1 Finaſius vltimus Hebræorum ſacerdos, in vltimo vrbis excidio occiditur. 322.2.E

F Œ M I N A.

1 Mulieris nomen, nuptæ, & virgini, in Scriptura commune. 260.1.E
Laus. 2 Cur in paradiſo mulier, vir extra paradiſum fuerit creatus? 262.1.A
3 Etiam per fœminas familiarum nomina, & genus apud Hebræos conſeruata. 92.2.C.198.1.C
4 Fœminæ etiam Canticorum Auctores. 293.1.C
5 Fœminarum Cantica breuiora. 293.1.D
6 Non parua fœminarum gloria ſacris libris nomen indere. 66.1.G
7 Multæ fœminæ, quæ ſecundis nuptiis mortem prætulere. 117.2.C,&c.
8 Peculiaris reuerentia à iudice fœminis exhibenda. 250.2.C
9 Mulieres apud Hebræos, ſeculo contempto, ſe tabernaculi miniſteriis conſecrabant. 415.2.E
10 Cur hæ mulieres excubare & militare dicantur. 351.1. A.&c.
11 Tam virgines, quàm viduæ, & coniugatæ huic militiæ nomen dabant. 456.2.A,&c.
12 Viduæ in eadem templi parte cum virginibus incluſæ: coniugatæ in diuerſa morabantur. 456.2.C
13 Mulieres in virorum dedecus, Iudæos docebant & regebant. 355.1.B,D
14 Fœminæ non tenebantur ea lege, quæ tribus anni temporibus tabernaculum adire præcipiebat. 136.1.A.261.2.B
Triplex huiuſce rei ratio. 261.2.C,&c.
15 Fœminæ raró egrediantur. 261.2.D,&c.
16 Fœmina per antonomaſiam domus habitatrix. 261.2.E
17 Mulier quare hominis ædificium. 262.1.B
18 Mulieres in nubere feſtinæ. 262.2.C
19 Fœminæ diuerſa via, ac viri ad Hebræorum templum aſcendebant. 136.1.C
20 Viri, ac mulieres diuerſis olim portis templum ingrediebantur. 426.1.A
21 Fœminæ diuerſis locis à viris diſtinguebantur in templo. 426.1.A,C
Non niſi inter domeſticos ſuæ pudicitiæ teſtes ſedebant. 425.2.D
22 Fœminæ quondam in templo obuelato erant capite. 264. 1.C
23 Reprehenduntur mulieres, quæ incomptis moribus, & comptis veſtibus templum ingrediuntur. ibid.1.E
24 Mulierum in ſe comendo nimia cura. 14.2.C.
25 Mulierum cura in concinnandis crinibus reprehenditur. 216.1.B
26 Viri effœminati viri nomine indigni. 97.1.E,&c.
27 Effœminati Iudæi, mulieres in Scriptura nuncupantur. 554.2.A,&c.
28 Antiqua Iudæorum fortitudo in fœmineam imbecillitatem degenerauit. 551.1.B,&c.
29 Fœmina carnem ſignificat in terreſtri ciuitate: vir ſpiritum in cœleſti. 97.1.D
30 Cur in Elcanæ genealogia expreſsè fœmina non nominetur. 96.1.A
31 Iuſti raró fœminas, frequenter maſculos in ſcriptura dicuntur generare: è contra impij 442.2.B,E
32 Mulierum iurgia, tecta perſtillantia. 176.1.C. Tempeſtas. 162.1.&c.
33 Mulierum ingenium rixoſum. 161.1.C,&c.
34 Rixoſa mulier patientiæ palæſtra. 178.2.D
35 Mulierum in maledicendo garrulitas. 184.1.A
36 Mulieres nimium ex prole inſoleſcunt. 162.1.A
37 Fictæ mulierum lacrymæ. 163.2.E
38 Mulieri ebrietas fugienda 231.2.D,&c. Vide, *Ebrietas.*
39 Pallor oris, & lacrymæ vera fœminarum pulchritudo. 167.1.A.207.1.B.216.2.C
40 Mulieris facies curioſè non obſeruanda. 224.2.E,&c.
Præcipuè in templo. 425.2.C
41 Mulierum peccata leniter reprehendenda, non omnino diſſimulanda. 165.1.A,&c.
42 Fœmina. Vide, *Vxor.*

F Œ T V S.

1 Fœtus intra decem menſium ſpatium in vtero maneſcit. 258.1.C
2 Animalium fœtus in ſeptidum à ſacrificiis cur excludantur. 265.1.C

F O N S.

1 Fons in Epiro accenſas faces extinguebat, extinctas accendebat. 336.1.B

F O R T I T V D O.

1 Virilem fortitudinem viri nomen indicat. 96.2.B,&c.
2 Profanæ tantùm fortitudinis homo non vir, ſed bellua. 97. 1.b
3 Triplex fortitudinis genus. 307.2.C
4 Arcus in ſcriptura pro fortitudine vſurpatur. 320.2.A
5 Brachium in ſcriptura fortitudinis ſymbolum. 518.1.D
6 Arca Dei Hebræorum fortitudo. 518.1.E
7 Deus fortis dicitur ab omnipotentia in operando. 307.2. D,&c.
8 Chriſti etiam infirmitas fortitudo. 309.1.C,D
9 Spiritualis Chriſti imperij fortitudo omnia mundi contriuit imperia. 381.2.A,&c.
10 Fortes Deus infirmat: infirmos roborat. 319.1.C,&c.321. 2.B,C
11 Sanctorum firmitas, & fortitudo in laboribus ſuſtinendis. 354.2.C. Vide, *Conſtantia, Perſeuerantia.*
12 Nec iuſto, nec impio ſua ſufficit fortitudo, ſed à Deo roborari neceſſe eſt. 357.2.D,E
13 Antiqua Iudæorum fortitudo, & bellica virtus. 552.1.C, &c. 553.2.B
In fœmineam timiditatem degenerauit. 551.1.B,&c.

B. F R A N C I S C V S X A V E R I V S.

1 B. Franciſci Xauerij, & ſociorum zelus in fide ad Orientem propaganda. 374.1.B.375.1.D.2.B

F R A T E R.

1 Accuſatio ex vindicta fraterno nomine indigna. 253.1.E. 2.C
2 Lot in peccatores reprehenſio fratris nomine delinita. 459. 1.C
3 Humiles, & minimi, Chriſti fratres. 532.2.B

F V L G V R, F V L M E N.

1 Scripturæ veritas, fulgur. 47.2.B,&c.1.E
2 Apoſtolorum prædicatio, & doctrina, fulgur. 359.2.E
3 Aliqua fulmina in venenatis ſerpentibus illæſis venenum extinguunt. 360.1.A

F V R T V M, R A P I N A.

1 Furtum, & rapina ſub rapacium volucrum typo Iudæis prohibentur. 418.2.B
2 Furti, & rapinæ grauitas. 419.2.B
3 Rapina, incendium. 419.1.C
4 Auaritia, & rapina iudicum oculos excæcat. 419.1.B
5 Auaritia, & rapina Iudice, & Principe indignæ 419.1. D,&c.
6 Auaritia, & rapina Eccleſiaſticis maximè fugiendæ. 419. 2.E,&c.
7 Sacerdotes Eccleſiaſtica bona luxurioſè conſumentes, raptores. 409.2.E
8 Diuerſæ rapinæ filiorum Heli. 408.1.A.409.2.B,E
9 Tam iniuſtæ rapinæ iuſtiſſima pœna. 409.2.D
10 Reges prædones. 23.1.E
11 Nimia Iudæorum pronitas ad furandum 419.2.B
12 Turpe raptoris nomen. 418.2.D
13 Difficilis latronum ſalus. 418.2.C,&c.

F V S C I N V L A.

1 Quodnam inſtrumentum ſit fuſcinula 403.1.C,E
2 Quid fuſcinula ſignificet in manu boni, vel mali ſacerdotis. 403.1.E,&c.

G

G A L I L Æ A.

1 Galilæa transmigratio incipiebatur. 570.1.A
2 Galilæa humilis Apoſtolorum patria. 111.1.D

G A V D I V M.

1 Spiritualis gaudij magnitudo. 294.2.B
2 Triſtitiam parcè, gaudium verò Deus largiter propinat. 295.1.D
3 Breuis iuſtorum afflictio in hac vita: æterna lætitia. 295. 1.A,B
4 Mundi gaudium nunquam ſufficit, æternum nunquam deficit. 195.1.E
5 Immenſum cœleſtis beatitudinis gaudium. 295.2.D
6 Profana gaudia velut ſomnia deludunt. 296.1.C
7 Vana mundi gaudia, & inania. 296.1.D
8 Temporale gaudium mare tempeſtuoſum, æternum, tranquillus portus. 296.1.E

9 Profana

9 Profana gaudia eneruant: cæleſtia roborant, & confirmant 296.2.A,B
Imò & ſanitatem conſeruant.296.2.C
10 Qui terrenis vitæ gaudiis ſatiantur, à cæleſtibus è contra ieiunant.328.2.D,E
11 Sedes ſpiritualis gaudij, cor: temporalis verò, vultus. 296 2,D
12 Mundi gaudia amaritudo conſequitur.296.2.E
13 Mundi gaudia turmoſa.297.1.A.2.C,D
14 Cauſa veri gaudij ſolus Deus.298.1.D.& ſequentibus.
15 Gaudium de creatura, tranſitorium: de creatore, ſincerum & ſtabile.298.2.B
16 Non de corporis, ſed de animi dotibus gloriandum.298. 2.D
17 Gaudium de Deo eſt diaboli flagellum 298.2.E
18 Peccatorum gaudium confuſum.299.1.A
19 Qui à Deo fugiunt, verum gaudium amittunt.299.1.B
20 Verum gaudium à bona conſcientia.299.1.C
21 Terrena gaudia cor deprimunt: diuina exaltant. 299. 2.D
22 Gaudium. Vide, *Lætitia. Bonum*

GENÆ.

1 Genæ Chriſti, ſacræ ſcripturæ.5 2.B

GENEALOGIA.

1 Profanæ genealogiæ otioſæ, & pernicioſæ.51.1. D
Scripturæ vtiles.51.1.E &c.
2 Chriſti genealogia omnium gentium redemptionem myſticè includit.51.2.B
3 Chriſti genealogiam, cur Matthæus deſcendendo, Lucas aſcendendo texant? 96 1 B
4 Samuel in propria genealogia deſcribenda parciſſimus. 96.1.A
5 Vtrùm in Hebræorum genealogiis fœminæ recenſeantur. 92.2.C.96.1.C
6 Omnium iudicum, & regum genealogiam ſcriptura memorat.106.2.D
7 Cur Melchiſedech genealogiam ſcriptura non memorat? 106.2.E
8 Solas Iſraelitici populi genealogias, ex quo Chriſtus naſciturus erat, ſcriptura refert.107.2.B,&c.
9 Cur in Chriſti genealogia peccatores commemorantur? 107.2 D.108.1.D
10 Tota Iudæorum genealogia ex adulterino thoro. 562. 1.C

GENVS.

1 Ex genere manifeſta morum indicia deſumuntur. 111. 2. E,&c.
2 Generis obſcuritas ad vitia impellit.112.2 B,&c.
3 Nobilium peccata grauiùs puniuntur.112.2.D
4 Genus paternum per maſculum conſeruatur.198.1.A
Aliquando per fœminam.198.1.C
5 Genus. Vide, *Genealogia. Nobilitas.*

GENERATIO.

1 Cur in tertiam, & quartam generationem Deus ſoleat ſupplicia minitari?391.1.C

GIEZI.

1 Giezi in Iudæorum typum infidelitatis lepra à Naamano tranſlata punitur.372.2.C

GLADIVS.

1 Gladius iuſtitiæ inſtrumentum.215.1 D
2 Principibus & Prælatis neceſſarius.488.1.C
3 Humanæ dignitates ſeuerum prælatorum gladium non hebetant.488.2.C
4 Seuerior hominum, quàm Dei gladius.528.1.C

GLORIA, GLORIFICARE

1 Suam Deus ſemper gloriam ſibi reſeruat, cætera hominibus effuſè elargitur.299.2 B.300.1.A
2 Summa Chriſti gloria in ſecundo aduentu. Vide, *Iudicium*
3 Gloria ex Tullio eſt illuſtris meritorum fama, in multos homines peruagata.380.1.D
4 Huius vitæ gloria, ad comparationem æternæ, mendacium.516 1.C
5 Quomodo glorificandus.514.1 C
6 Deus non tantum verbis, ſed internis fidei & charitatis actibus glorificandus. 514. 2. D. Imò per bona opera. 515. 1.A,C
7 Triplex modus glorificandi Deum.515.1.B
8 Quo pacto ſe glorificantes Deus glorificet?515.1.E
9 Glorificantes ſe Deus etiam in hac vita glorificat. 515. 2.A
In eorum imaginibus 515.2.C
In eorum reliquiis.516.1.A
In miraculis.516.1.B
10 Ipſa actio Deum in hac vita glorificandi magna iuſtorum gloria. 516.1.B
11 Suos Deus in futuro ſeculo glorificat.516.1.B
12 Suos Deus cum fœnore ſemper glorificat.516.2.B

GLORIA INANIS.

1 Gloria tota Deo tribuenda.299.2.E
2 Inanis gloriæ telo Dæmones, vel ipſum Chriſtum aggrediuntur.303.2.C.450.1.E
3 Magis aliquando interna præſumptio, quàm externa de noſtris laudibus loquutio vitanda.309.2.D
4 De ſuis rebus vaniloquentes, arguendi.310.1.B,C
5 Quàm grauis culpa ſit inanis gloriatio?311.1.E,&c.
6 Vana gloriatio diabolica.312.2.A
7 Diabolus in vanæ gloriæ ſchola magiſter multos docuit. 312.2.C,&c.
8 Iuſti propter laudis occultatores 313.2.A,&c.
9 Inanis gloriatio, ſtultitia.312.2.A.314.1.A
10 Anima inani gloriatione veluti arbor decorticata exareſcit.314.1.B
11 Vana gloria, veluti formica, virtutis triticum depopulator. 315.1.D
12 Orationis clamorem iactantia comitatur.228.1.A
13 Tacita oratio iactantiam vitat.228.1.D
14 De nobilitate, & natalibus non gloriandum 513. 2. C,D. 502.1.D
15 Non eſt de prudentia, & ſapientia inaniter gloriandum. 157 1.E
Nec de potentia. 1.C. Nec denique de opulentia.2.D
16 Iuſta eſt gloriatio de ſcientia, & recta operatione, quatenus à Deo omnium bonorum fonte procedunt. 318. 1. B,C
17 Qui humanis oculis placere ſtudent, Deo diſplicent. 45.2 1.A,&c. Vide, *Placeo.*
18 Vana gloria vel ima oſſa penetrat, & exurit.450.1.C
19 Gloria ab hominibus etiam per virtutem acquiſita, inanis eſt.516.2 A
20 Martyrium ex vana gloria, vanum 516.2.A
21 Vana gloria Vide, *Humilitas. Superbia.*

GOMER.

1 Gomer vxor Oſeæ multis indiciis iniqua in ſcriptura, quo pacto ablactari dicatur? 268.1.C
2 Quo præſagio Gomer filiam, non filium generaſſe dicatur? 442.2.D

GRATIA.

1 Dei gratia per otium ſteriliſcit, & per cooperationem efflorescit.131.2.A,&c.
2 Diuina gratia in capillis adumbrata.216.2.B
3 Gratiam inuenire, idem in ſcriptura, ac placere. 236.1. B
4 Diuina gratia ad vincendas tentationes neceſſaria. 356. 2.D
5 Diuinæ gratiæ efficacitas.468.1 E
6 Diuina gratia ſemper in præueniendo prima. 496. 1. C. In deſerendo poſterior. ibid. 2.A
7 Qui Dei gratiæ non cooperantur veluti mortuam ſeruant & ſepultam.537.2.C

GRATITVDO.

1 Etiam futurum beneficium gratitudine præueniendum. 368.1.C
2 Sacrificium gratitudinis etiam ex rebus vitæ neceſſariis gratiſſimum Deo.370.1.E
3 Non ſolùm in proſperis, ſed etiam in aduerſis Deo gratiæ referendæ.369.1 B,D.2.A. Vide, *Gratitudo.*
4 Gratitudo nouæ gratiæ locum facit.369.2.D
5 Terra gratitudinis ſymbolum in primo creaturarum ordine recenſetur.370.2.E
6 Crinis gratitudinis typus.371.2.A
7 Gratitudo Deum quodammodo conſtituit debitorem.440. 2.A
8 Fœnus Deo commodat gratitudo.441. 2.D.442 1.D
9 Iugis perſeuerantia in gratitudine commendatur. 448. 1.E

GVLA.

1 Gulæ irritamenta in cibo, & potu quærere fœmineum eſt, non virile.213.2.D
2 Iudæi patinarij, & golones 405.2.A
3 Deteſtabilis filiorum Heli intemperies, dum crudas carnes poſtulant delicioſiùs condiendas.406.2.B,&c.
4 Ventris ingluuies in ſacerdote deteſtabilior. 406. 2.B.421 2.D
5 Gulæ luxuries à continentiæ ſtatu aliena.406.2.C
6 Ciborum deliciæ in Religioſis maximè reprehendendæ.406. 2.E,&c.
7 Quinque gulæ deformitates in filiis Heli.410.1.C
8 Gula temporalium ægritudinum origo, temperantia ſanitatum 420.2 B
9 Mors gulæ frequens ſupplicium.420.1.B
10 Gula ſpiritualium ægritudinum origo.420.2.E
11 Gula roſcitiæ mater, onerata ſcientiæ 411.A. Perfidiæ comes.2 C
12 Gula virtutum omnium ruina.421.1.E
13 Nabuzardan gulæ typus 521.2.A
14 Gula in inferno grauiſſime punitur 421.2.C
15 Ingluuies, & luxuries germanæ.454 2.B,&c.

GYMNASIVM.

Academia.

1 Publica literarum gymnaſia Reipub. & religionis propugnacula.282.1.D.2.A
2 Gymnaſium eſt vetus pueritiæ ludus.285.2.B

H

HABITVS.

1 Habitu fœmineo, id eſt, effœminatis moribus viſum indurum Deus odit.96.2.B
2 Peregrinos habitus, id eſt, mores, Deus punit. 104.2.A,C
3 Habitus. Vide, *Veſtis*.

HÆRETICI.

1 Hæretici in ſcripturam, vt phrenetici in antidotum inſaniunt.11.2.A
2 Hæreticorum prauitate ſcriptura adulterata. 35.2.C.47.2.D,&c.
3 Nulla in hæreticorum ſectis concordia.42.2.E
4 Hæretici dum ſcripturas diſſecant, ſe ipſos vulnerant. 48.2 C
5 Hæretici, dum ſcripturam illuſtrant, in abſynthium commutant.48.2.D
6 Hæretici ſuos errores occultant, ne conuincantur. 54.1.C

HEBRÆI.

1 Hebræi in Ægypto vltra 200 annos habitarunt. 83,2.A, 510.2 E
2 Vtrum Hebræi in Ægypto idololatrarint? 83.2.A,&c.
3 Hebræos nimia felicitas Dei contemptores effecit, aduerſitas cultores.73.1.E
4 Hebræi vnde nomen deſumpſerint 86.2 D
5 Diuinæ prouidentiæ ſuauitas in Hebræis ab idolorum cultu auocandis.217.2.D
6 Hebræi ad meridiem, ſeu poſt meridiem orare conſueuerant.226.2.C
7 Hebræi non niſi ad meridiem comedebant.229.2 D
8 Cur Hebræorum populum Deus prohibuerit recenſeri. 376.2.A
9 Hebræorum Reipub. duplex tempus, vtrumque tres ſtatus complectens.87 A.&c.
10 Hebræi ante deſcenſum in Ægyptum nondum Rempub. ſed familiam conſtituerant, poſteà ciuilem communitatem 87 2 C
11 Viuente Ioſepho in Ægypto, Rempub. Hebræi conſtituebant: non tamen poſtea afflicti.87.1.B
12 Iudæorum Principatus in deſerto monarchicus primò, deinde ariſtocraticus 87.1.C,D
13 Triplex Reipub. Hebræorum ſtatus ante promiſſæ terræ ingreſſum.87 1.A,&c.
Triplex etiam poſt ingreſſum 87.1.F,&c.
14 Quid diſcriminis inter Hebræorum ſtatum ſub iudicibus, regibus, ac ſapientibus? 87.1.E,&c.

HELI.

1 Quiſnam fuerit Heli? 193.2.C. Vtramque poteſtatem, iudiciariam, & pontificiam tenuit. 193.D.194.1.A
2 In quo anno præfecturæ Heli natus fuerit Samuel? 194.1.B.1.A
3 Heli ab oculorum intemperantiæ nota vindicatur. 226.2 B
4 Heli contumeliæ in Annam auctor fuit.230.1.C
5 Heli in Annam grauis iniuria.249 2.C.&c.
6 Heli ob filiorum crimina interimitur.280.1.E
7 Quotum ætatis annum ſub hoc temporis ageret Heli, cùm ſenex ab ſcriptura appellatur? 452.1.D.453 2.A
8 Heli præ ſenectute non erat delirus. 453.1 B
9 Vtrùm Heli adhuc viuens ſacerdotium ad filium Phineem detulerit ibid.1.E
10 Heli in filiorum ſceleribus cognoſcendis ignauia. ibid. 2.B
11 Heli in filios reprehenſio. Vide, *Reprehenſio*.
12 Heli nominis etymologia eius in filios ignauiam oſtendit.474.2.A
13 Heli de ſacrificiorum contemptu reprehenditur. 500. 1.D
14 Sacerdotij promiſſio facta Heli. Vide, *Promiſſio. Sacerdotium*
15 Heli non per Eleazarum, ſed per Ithamarum ab Aarone deſcendit.509.2.A.521.1.E
16 Heli ob deſidiam iudicij munere, & nomine indignus à iudicum catalogo expungitur 545.2.D.539 2.B.
17 Heli ſacerdotis filij, cur filij Belial? 400.1.E
18 Quo ſenſu Deum neſcire dicantur? 400.2.C
19 Duplex ſacerdotis officium, ad Deum ſcilicet, & ad populum, contemnebant filij Heli. 401. 2. D. 402. 1. A. Cur peccatum tantùm ad populum extimatur? 402.1.B
20 Hoſtiæ pacificæ ritus violabant filij Heli.402.1.C
21 Deteſtanda filiorum Heli peccandi conſuetudo. 402. 1. D
22 Triplex deformitas in rapina filiorum Heli. Prima dum priùs ſibi, poſteà Deo diuidebant. 405. 1.C. Secunda dum adipem ſoli Deo debitum ſibi accipiebant. ibid. 2. D. Tertia, dum crudas carnes poſtulabant delicioſius condiendas. 406.1.B
23 Diuerſæ rapinæ filiorum Heli.408.1.A 409.2.B
24 Propterea grauiter puniuntur. 409.2.D.507,1.D.508.1,E
25 Filiorum Heli deteſtabilis ſimonia.409.1.A.416.2.E.454.1 D. Eorum impudens violentia in rapinis.409.2.C
26 Grauitas culpæ filiorum Heli. 410.1.E
27 Filiorum Heli ſacrilegium.414.1.C
28 Filiorum Heli iniuſtitia, & rapina.418.1.C
29 Filiorum Heli intemperantia in gula. 420.2.B. Intemperantia in luxuria 422.1.A.453.2 E.457.1.A
30 Quo pacto filij Heli populum tranſgredi facere dicantur? 462.2.A
31 Filiorum Heli ſtulta obſtinatio In patris monitionibus non audiendis. 491.2 B
32 Filij Heli, diuinorum ſacrificiorum contemptores. 506. 1.E
33 Poſteri Heli Sacerdotes, à Saüle occiduntur. 518. 2. C. 528 2.B
34 De numero filiorum Heli morientium. 527.1.E
35 Quo pacto ſacerdotium à filijs Heli fuerit ereptum. 520. 2.D
36 Quo tempore mortui. 527.2.C
Quo mortis genere. 528 ..A
Cur in virorum gladio occidendi dicantur? 528.1 C
37 Heli in filiorum morte ſignum accepit ſacerdotij auferendi. 529.2.A
38 Heli in filiorum morte, & punitur, & eruditur. 529.1.C
39 Poſteri Heli egeſtate puniuntur. 534.1.A. 535. 1.E. 538. 2.B
Et ignobilitate. 534.2 E

HELIAS.

1 Heliæ in impios Sacerdotes laudanda ſeueritas. 490.1.C
2 Heliam, & Phineem ſacerdotem non diſtingui, aliqui affirmant.469.1.E
Refelluntur.2.C
3 Helias primus in lege ſcripta per caſtitatem Angelis ſe adæquauit.500.1.A.D
4 Helias pluſquam ducentos annos vixit poſt Heli. 500. 2. B
5 Quo pacto Helias Sacerdos ab aliquibus dicatur. ibid.2. A
6 Heli conſtituitur Pontifex à Phinee filio Eleazari, falsò creditur Helias.501.1.D

HENOCH.

1 Henoch num aliquem ſacrum librum ediderit? 38 2.E

HERODES.

1 Herodes alienigena fuit Antipatri Idumæi filius. 87.2.E. Ignobilitatem ſuam tegit.88.1.A

HIERICHO.

1 Hiericho Luna interpretatur.581.1.B
2 Hiericho turbarum ſonitu corruens rerum temporalium inſtabilitatem repræſentat.581.1.B

HIERVSALEM.

1 Hieruſalem triplici circundata muro.373.1.C
2 In vltimo excidio igne ſuccenſa.558.1.A
3 Deus Hieroſolymæ excidij auctor 558 2.D
4 Vndecies centena millia Iudæorum in vltima vrbis ſtrage occiſa,557.1.B
5 Iudæi excidij die per ſingulos annos recurrente, ſoluto pretio vrbem inuiſebant deploraturi.559.1.B
6 Ex Hieroſolymæ excidio Meſſiæ aduentus comprobatur. 559.1 D,&c.
7 In Hieroſolymæ excidio ſpiritualia etiam bona Iudæis erepta.263.1.C

HYPOCRITA.

1 Hypocrita multipliciter punitur.104.2.B,&c.
2 Hypocrita tantùm vmbra.443.1 B
3 Hypocritæ apud Deum parui 444.1 A

HISTORIA.

1 Quinam ſacri libri hiſtoriam complectantur? 31.2.C

2 Sacræ hiſtoriæ antiquitas. 31.2.E,&c.
3 Sacra hiſtoria omnibus profanis,quæ extent,antiquior. 54.1.B,&c. Antiquior etiam & diuinis.56.1.C &c.
4 Sacræ hiſtoriæ veritas.41.1.E &c.46,1.B
Prophanæ falſitas.41.1.E,&c.
5 Sacræ hiſtoriæ mirabilis concordia. 42.1.D,&c.
Prophanæ diſcordia ibid.
6 Sacræ hiſtoriæ neceſſitas ad ſeipſum regendum,& ad proximum inſtruendum 49 1 B,&c.
Ad Deum etiam cognoſcendum.59.2.C,&c.
7 Sacra hiſtoria ad omnia vtilis.57.1 A,&c.
8 Sacra hiſtoria omnia ſpiritualis vitæ continet ſubſidia.57.2.B
9 Sacræ hiſtoriæ lectio cæleſtis patriæ prælibatio. 60.1.A,&c.
10 Nihil in ſacra hiſtoria otioſum.49.1.C,&c.
In ea vel etiam nomina colligenda 50.1.D
11 In ſacra hiſtoria nihil pernicioſum.52.2.B,&c.
Hiſtoriæ Regum auctor principalis Deus.60.2.A
Inſtrumentalis à principio Samuel.61.1.D
De cæteris auctoribus.63.1.A,&c.
12 Hiſtoriæ Regum inſcriptio.63.2.A
Vera ſententia.26.2 A,B
13 Hiſtoriæ Regum argumentum 66.2 C,&c.
14 Regum Hebræorum hiſtoria inter ſacros libros recenſetur.66 2.0
Hiſtoriæ Regum multiplex ſignificatio , præcipua Chriſtus.67.1.0,&c.

HOLOCAVSTVM.
Hoſtia.

1 Holocauſtum, Hoſtia pacifica. Vide, *Sacrificium*.

HOMO.

1 Qui vouet , per antonomaſiam homo dictus.209.2.0
2 Qui interuum hominem non curat, hominis nomine indignus.210.1.A. Vide,*Vir*.

HOMICIDIVM.

1 Lamech homicida,cur centuplum puniatur , quàm Cain.174.1.B
2 Vtrum ſit grauius iuſtum , quàm impium occidere?174.1.D
3 Cain propter homicidium grauiter punitur.483 1.B

HONORES.

1 Honores fugientem ſequuntur , ſequentem fugiunt 103.1.C
2 Honores in puluere adumbrati.346 2.A
3 Humiles ad ſublimem honoris gradum Deus ſumma felicitate euehit.646.2 C.347.1.A
4 Periculoſæ eccleſiaſticæ dignitates in Heli oſtenduntur.476.2.C
5 Superbi , ac deſides Prælati acceptis honoribus à Deo priuantur.535 1 D.2.0,&c.
6 Honores Iudæis erepti.559.2.E,&c.
7 Honores inſtabiles,& rumoſi.581.2.C.E
8 Huius vitæ honores ſemper in via.582,2.B
9 Mundi honores, nihil.583.1.A

HVMILITAS.

1 Humilitas primus aſcendentium gradus.16.2.B
2 Sanctorum humilitas magnifica occultat, humilia detegit.64.1.E 313.2.A
3 Humilitas non ſibi, ſed aliis ſecundos exbuit euentus.256.1.D
4 Humilitas exaltat.314.1 A.320.1.E
5 Humiliatio,& humilitas in quo differant? 344.2.B.C
6 Deus aliquando humiliat in vindictam.ibid.2.C
Aliquando in medicinam.ibid.2.D,&c.
Aliquando vt exaltet.345.2 A
7 Humilis ſui ipſius cognitio primus ad exaltationem gradus ibid.
8 Humiles Deus ad ſublimem euehit honoris gradum.346.2 C
Idque ſumma cum felicitate.347.1.A
9 Eccleſia ſuper humiles veluti columnas firmius ſolidatur.350.2.B 351.2.A
10 Humilium lacrymæ ad Deum exorandum fortiores. 350.2.E
11 Luxuriæ vilitas,& turpitudo,humiliandi verbo in ſcriptura exprimitur.432.1.B
12 Humiles , & minimos Chriſtus fratres appellat, imò & ſeipſum.351.2.A
13 Humilitas. Vide, *Superbia.Gloria inanis.*

HVS.

1 Hus , Iobi mala patria bonum edidit alumnum. 110.2.D

I

IACOB.

1 IAcob puteum reſerans , Chriſti typus ſcripturam explanantis 7.2.E
2 Iacob , quia Scripturæ ſtudioſus , à Deo dilectus. 15.1.C
3 Iacobi in arguendis filiis negligentia.458.1.C
4 Cur Iacobi mors minus à filiis, quàm ab Ægyptiis deploretur?275.1.D

IAPHETH.

1 Iapheth,latitudo interpretatur.372.1.A
2 Iapheth poſteritas in Eccleſiæ typum, vſque ad maris Inſulas dilatatur.372 2.B

IDOLOLATRIA.
Idolum.

1 Idololatria, per antonomaſiam peccatum. 84.1.D.463.2.B &c. Grauiter punitur.463.2.B
2 Nimia Hebræorum felicitas idololatriæ mater.82.2.C
Inordinatus propinquorum amor prima idololatriæ radix.213.2.C
3 Iudæorum ad idololatriam procliuitatem impensè Deus delere curat.143.2.B,&c 149 2.B
4 Diuinæ prouidentiæ ſuauitas in Hebræis ab idololatria reuocandis.217.2.D
5 Ioſias Rex in idololatria euertenda ocyſſimus.422.1.C
6 Chriſtiana fides non ſolùm idololatrias, ſed ipſa etiam idola ad Chriſtum conuertit.376.2.C 377.1.A
7 Diuitiæ,idola.82.2.E
8 Idola vanitates in Scriptura appellantur.133.2.C
9 Stultus animarum paſtor,cur dicatur idolum? 405.2.D
10 Obſcœnis vocabulis Scriptura idololatriam ſugillat, vt acriùs deteſtetur.421.2.A
11 Idololatria mœchiæ ſoror.422.2.B
12 Iudæi Ephod ſacerdotale pro Deo coluerunt.434.1.C
13 Idola Vide,*Dij*.

IEIVNIVM.

1 Ieiunium inter epulas grauius.186.1.B
2 Ieiunium linguæ, & paſſionum frænum 186.1.D,&c.
3 Ieiunium , velut alterum diluuium, ſordes peccatorum abluit.168.2.A 188.1.E
4 Ieiunium ſingulare aduerſus hoſtes præſidium.186.2.C, D
5 Ieiunium immortalitatem confert , imò & deitatem.187.1. B,&c.189 1.B
6 Ieiunium pacem nutrit.187.2.A.
7 Ieiunij vis ad naturam immutandam 187.2.D
8 Ieiunium omnia pericula auertit.188.1.C
9 Ieiunij ad rerum diuinarum cognitionem lyncei oculi.188.2 D,&c.
10 Ieiunij ſuauitas,189.1.E.
11 Ieiunium,epularum condimentum 193.1.A
12 Ieiunium caſtitatis comes.455.1.B.2.A
13 Ieiunium.Vide,*Abſtinentia.Gula.*

IESVS.

1 IESVS idem,ac ſaluator.302 1 E.Seu ſalus.302.2.C
2 IESVS omnium bonorum radix.3· 2.2.A,B
3 IESV nomen noſtræ orationis vehiculum.438.2.E

IGNATIVS.

1 S. Ignatius Societatis noſtræ parens Lutheri frænauit audaciam.90.1.C
2 S.Ignatius Societatem non de ſuo , ſed de IESV nomine conſecrauit.212.1.A
3 Dei blaſphemias apud inferos pœnarum maximam exiſtimabat.355.2.C

IGNIS

1 Ignis à cælo ſacrificium conſumens , diuinæ acceptationis indicium.142.2 D
2 Igne Iudæi meritò puniuntur. 557. 1. C, &c. 570. 1. E. 576.2.B
3 Iudæos flammæ vel illuminant , vel conſumunt. 557. 2 . B

IGNORANTIA

1 Periculoſa ſcripturarum ignorantia.14.1.C
2 Ignorantia Isboſeth in regni ſucceſſione à peccato excuſatur.71 1.C &c.
3 Ignorantia de Salomonis ſalute nobis ſcientia vtilior. 79.2 D
4 Duplex de Deo ignorantia , practica , & ſpeculatiua. 400.2.C
5 Deiſcientia ſine Dei cultu,& timore ignorantia.401.1.A,C
6 Impij Deum ignorantes,à Deo etiam ignorantur. 401. 1. E
7 Sacerdotum peccata,etiam per ignorantiam , populum inficiunt.413.2.D
8 Ignorantia legis aliquando in populo, nunquam in Sacerdote præſumitur.497.2.D
9 Prodigioſa Iudæorum ignorantia , & ſtultitia. 554. 2. A. &c. Vide,*Iudæi*.

IMAGO.

1 Peccatores variis belluarum figuris Dei imaginem deturpant 98 2.E.99.2.A.105.2.D,&c.

a Sanctos

2 Sanctos Deus per eorum imagines in hac etiam vita honorificat.515.2.C

I M M O L A R E.

1 Verbi, *immolo*, etymon à ſalſa mola deductum, ad ſacrificium crucatum etiam ſignificandum extenditur.148.2.A, &c.

2 Cur pactum pecoris immolatione olim firmaretur. 200.1.D

3 Cur Deus potiùs pecora, quàm homines ſibi voluerit immolari.200.1.E

4 Immolo. Vide, *Sacrificium*.

I M P E R A T O R E S.

Imperium.

1 Multi Imperatores immatura,& infauſta morte perempti: multi diuturna,& calamitoſa ſenectute cruciati. 579.1.B. Vide, *Rex*.

2 Imperium,& regnum Chriſti. Vide, *Chriſtus. Regnum*.

I N.

1 *In*, præpoſitio aliquando in ſcriptura idem ac prope.83.2. C.503.1 B

2 *In*, aliquando in ſcriptura idem, ac, eum.269.1 B

I N C O N S T A N T I A.

1 Inconſtantia Vide, *Conſtantia*.

I N F E R I, I N F E R N V S.

1 Quatuor inferorum loca. 336.1.E

2 Deus ad Inferos per conſiderationem deducit. 336. 2. A Vel alios gehennæ tradendo, alios præſeruando. 336. 2. B

3 Æterni inferorum cruciatus à quibus nemo reducitur.336. 2.C,&c.339.2.B

4 Damnatorum graue eſt tormentum, Beatorum oculis vſurpari.337.1.B

5 Inferorum terror, timor,& confuſio.337.1.D

6 Inferorum ignis comburens, non conſumens.337.2.B

7 Apud inferos nullus veniæ locus.338. 1.A

8 Nullum pro damnatis ſuffragium faciendum.338.1.B

9 Neminem damnatorum Chriſtus eruit ex inferno. 338. 2.E

10 Quo ſenſu dixerint Patres aliquos ab inferis erutos.338. 1.E.339.1.D.2.D

11 Æterna infernorum pœna, iuſtiſſima.340.1.A.E

12 Æterna infernorum pœna in paruulorum limbo. 340.2.A Non in limbo Patrum, nec in Purgatorio.340.2.C

13 Inferi pro ſepulchro aliquando vſurpantur. 341. 1. C. 2.A

Contraria ſententia impugnatur.341.1.D

14 Inferi pro peccatis, ſeu peccatorum locis accipiuntur. 341.2.B,&c.

15 Inferi grauem calamitatem, & aduerſitatem aliquando ſignificant.342.2 C

16 Inferorum tenebræ.355.1.D

17 Aliqua apud inferos lux, non ad ſolatium, ſed ad ſupplicium.355.1.E

18 Inferi quomodo in tenebris conticeſcere dicantur? 355.2. A. Primò, quia obſcuri erunt. ibid.2. D. Secundo quia erunt immobiles & tenebris religati.ibid.2.E. Tertiò, quia conuincentur,& confundentur.356.1.B

19 Infernus tam in ſacris literis, quam in profanis, ſilens appellatur.356.2.A,B

20 Damnati apud inferos in Dei blaſphemias erumpunt.355. 2.B,C

21 Acerbiſſimæ inferorum pœnæ.391.1.C

22 Æternam inferorum pœnam deſides Prælati incurrunt. 543.2.A, &c.

23 Iudæi cœlo expulſi æternis inferorum flammis excipiendi. 576.2.B, &c.

I N F I R M A R I.

1 Infirmari in ſcriptura aliquando ſignificat dolere, ac triſtari.327.1. C

I N G R A T I T V D O.

1 Obliuioſa Iudæorum in Dei beneficia ingratitudo. 337.2. B,&c.371.2.B.371.1.C

2 Iudæi per ingratitudinem à diuino cultu relegati. 371.1.B, &c.

3 Ingratitudo prima peccati ruina.256.1.A

4 Ingratitudo nec propria vitia, nec Dei beneficia agnoſcit. 256.1.A

5 Ingratitudo Deo veluti ſomnum inducit, & obliuionem. 256.1.B

6 Nihil Deo ingratitudine ingratius.379.2.B

7 Ingratitudo non ſolum conferenda, ſed etiam collata beneficia amittit.369 2.C,D

8 Ingentia ingratitudinis ſupplicia. 256.1. A.370.1. C, &c.

9 Ingrati à Deo non cognoſcuntur.370.2.B

10 Ignis ingratitudinis hieroglyphicum inter reliquas creaturas non recenſetur 379.2 D

11 Nullum ingratitudinis ſimulacrum.371.2.B

12 Vel ipſa animantia ingratitudinis vitium deteſtantur. 371. 1.D

13 Ingratis ſua Deus exprobrat beneficia.502.1.C

14 Collatum beneficium, magna ingrati pœna.503 1.E

15 Aſpera reprehenſio in obliuionem aliquando inducit ingratitudinem.147.2.E

16 Ingratitudo. Vide, *Gratitudo*.

I N I M I C V S.

1 Pro inimicis orandum. Vide, *Oratio*.

2 Inimicorum vitia conuitiis non inſectanda 301.2.C

3 Inimici benignè ſuſtinendi. 301.2.E, Vide, *Patientia*

I N I V R I A.

1 Iniuria ab amicis,& domeſticis illata, grauior. 273. 2. C, &c.

2 Sacerdotum, ac principum iniuriæ grauiores.249.2.B, &c. 251.2.E

3 Princeps in omnes officioſus, iniurioſus in neminem.250. 1.C

4 Deus etiam quos iudicat,& condemnat, magna afficit reuerentia 250.2.B

5 Iniurias Deus iuſtis in maximum eorum commodum permittit. 178. 1. C, &c.

6 Magis ſuorum, quàm ſuas iniurias Deus vlciſcitur. 281. 1.E

7 Iniuriarum obliuionem Deus præcipit: aliquando tamen memoriam.174. 2. A, B

8 Dolor de iniuriis obliuione, non locutione curatur. 166. 1.E

9 Iuſti iniuriarum obliuioſi.166.2 A

10 Efficax oratio,& exemplum proprias iniurias remittentis ad Dei veniam impetrandam.469.2.D,&c Vide, *Oratio*.

11 Iniuria. Vide, *Contumelia. Patientia. Silentium*.

I N T E R R O G A T I O.

1 Varia interrogationum genera varios animi affectus indicant.165.1.D,&c.

2 Interrogatio grauis aliquando eſt reprehenſio. 457. 1. E, &c.

3 Moleſta amicorum interrogatio, cùm à mœrente reſponſionem exigit.165.2.B

I N V I D I A.

1 Inuidi de ſcriptura inuidiæ captant ſaporem.55.2.C,D

2 Inuidia etiam Sanctos adurit.54.2.E

3 Inuidiam excitat laudis inæqualitas.101.2. E

4 Superioris inæqualitas inter ſubditos, inuidiæ,& diſſidiorum fomes.154.1.D.155.1.E

5 Aliena bona, propria mala facit inuidia. 169. 2.B, &c.

6 Inuidia, cordis tinea. 169. 2. E

7 Inuidiæ ſtimuli gehennæ incendiis componuntur; imò præponuntur.170.2.B,&c.341.2.D

8 Inuidia paruulorum.273.1.D,&c.

9 Impij etiam virtutes inuident iuſtis.451. 1. D

10 Inuidiæ peccatum contra charitatem, peccatum ad mortem dicitur 466.1. D

11 Præſens calamitas ex aliena felicitate augetur.524.1.A,C, &c. 559.1.A

12 Eadem ſerpentis,& Caini propter eandem inuidiam, damnationis maledictio. 575. 2 B

I O A N N E S.

1 Ioannes Baptiſta parentum laudibus commendatur. 111. 2. E *Ioannes Baptiſta.*

2 Abrahæ continentia par caſtitati Ioannis.115.2.A *Ioannes Euangeliſta.*

3 Baptiſtæ modeſtia in aſpectu 116.1.D

4 Ioannes Euangeliſta cur filius tonitrui 47.2.A 319 2.C

5 Ioannis Euangeliſtæ lyncei oculi propter caſtitatem. 120. 2.C,D

6 Ioannes Euangeliſta propter caſtitatem immortalis. 128. 1. B

I O A T H A N.

1 Ioathan inter iuſtos Hebræorum reges recenſetur. 79. 1. C

I O B.

1 Iobus virùm Moyſe antiquior. 40.2.B

2 Iobi librum Moyſes ſcripſit. 40.2. C

3 Quo vulnere diabolus Iobum percuſſerit? 163.1.C

I O N A T H A S.

1 Ionathas, quia patrem Saülem non reprehendit, à Philiſthæis priùs quàm pater occiditur.489 1. C

I O P P E.

1 Ioppe gaudium interpretatur. 299. 1. B

I O R A M.

1 Ioram quot annos regnauerit.75.1. B, &c. 76. 2. A, &c.

I O S A P H A T.

1 Ioſaphat inter bonos Hebræorum reges recenſendus.78.2. E.79.1.B

2 Ioſaphat etiam mortui ſanctitas filio Ochoziæ profuit. 79.1 C

I O S E P H.

1 B. Ioſephi nomen ante ortum à Deo impoſitum. 257. 2.E

2 B. Ioſephum legitimum Iſraelitici regni hæredem aliqui efficiunt. 185.2. C.389.2. A

IOSIAS.

1 Ioſias inter iuſtos Hebræorum Reges recenſendus.78.2.C
2 Ioſias in idololatria euertenda ocyſſimus. 82.1.C

IOSVE.

1 Ioſue legem exponendo Chriſtum doctorem præfigurat.8.1.E
2 Ioſue in plures tribus, quàm Moyſes promiſſam terram diuiſit, in Chriſti typum. 376.1.A
3 Ioſue, ſiue IESVS filius Ioſedech, primus Pontifex, qui poſt captiuitatem Babylonicam rem ſacram gubernauit. 87.2.D

IRA.

1 Ira peruerſa ebrietat.214.1.B
2 Ira ebrietate nutritur.240.2.D
3 Facies pro ira ſæpè vſurpatur.257.2.E
4 Reſponſio mollis frangit iram.284.1.B, &c.

IRREGVLARITAS.

1 Irregularitas bigamis impoſita.123.1.E

IRRISIO.

1 Superbus omnium irriſor, ab omnibus irridetur.268.2.E
2 Afflictum irridere, & inſultare, morte grauius.173.2.B 175.1.C
3 Improba ſacerdotum vita, & doctrina irriſio.400.2.B
4 Religioſi vel ſcurrilibus iocis,& irriſionibus ſeculares non ſcandalizent.430.2.C
5 Vel leui generoſorum irriſione fides Lot obſcuratur.431.1.B

ISAAC.

1 Iſaac, & Rebeccæ interpretatio.252.2.A
2 Cur Iſaac, non filia Iephte à patris gladio liberetur? 287.2.E
3 Iſaac. Vide, *Abraham.*

ISAIAS.

1 Iſaias in coniugio continens Deum meruit videre.115.2.A

ISRAEL.

1 Iſraël nominis etymologia.249 1.C
2 Iſraelitæ. Vide, *Hebræi. Iudæi. Synagoga.*

IVDAS.

1 Verum aliquis Iudas primus Hebræorum Iudex fuerit poſt Ioſue? 106.2.D
2 Chriſti proditio à Iuda familiari, acerbior. 171.2 E.172.1.B, &c.
3 Cur Iudas à Chriſto in Apoſtolum fuerit electus.345.1.C
4 Iudas ſacrilego auſu ad S. Eucharistiam accedens, ſtatim punitur.416 1.A
5 Iudæ proditoris turpis lucri cupiditas.575.2 D
6 Triginta Iudæ maledictiones pro triginta argenteis. 576.1 A
7 Iuda inter cælum, & terram ſuſpenſus, punitur.576.2.A

IVDÆI.

Praui Iudæorum mores. 1 Iudæi patinarij,& gulones.405.1.A.42.1.A
2 Iudæi, ebrij.229.2.E.234.1.A 259.2.C
3 Nimia Iudæorum pronitas ad furandum.489.1.B
4 Iudæi ad idololatriam procliues.143.2.D,&c.149.2.B.454.1.C
5 Iudæorum ingratitudo in Dei beneficia.137.2.B, &c.371.1.B, C
6 Iudæorum ad diuinum cultum deſidia 100. 1.C.235.2 D
Iudæi ſine ſacerdotio. 7 Iudæi, non niſi laboribus compulſi, Deum quærebant.140.2.E,&c.
8 Iudæis ſacerdotium ſublatum, & ad Eccleſiam tranſlatum. 548 2.A.566.1.D,&c.
9 Iudæorum perfidia in adultis filiis ſuos errores edocendis. 550 2.E
10 Iudæi ad fidem conuerſi nouam Chriſti ambiunt ſacerdotium.551.2.C
Timiditas, & puſillanimitas. 11 Antiqua Iudæorum fortitudo,& bellica virtus. 552.1.C, &c.553 2 B In fœmineam timiditatem, & puerilem imbecillitatem degenerauit 553.1.A,&c 319.1.B
12 Iudæorum temeritas in Chriſto occidendo præſenti timiditate punitur.553.1.C.554 1.A
13 Iudæorum timiditas, & fortitudo etiam in Chriſto Domino comprehendendo. 555.2. A
14 Effœminati Iudæi, mulieres. 554.1.A, &c.
Ignorantia, & ſtultitia. 15 Prodigioſa Iudæorum ignorantia,& ſtultitia.554.2.E,&c. 422.2.D Vel ab ipſis fœminis docenda.555.1.B
16 Iudæi ſub Moyſis magiſterio ſcripturarum ignari. 7.2. A, B
17 Ampliora ſcripturarum ſpolia Chriſtiani à Iudæis, quàm diuitiarum ab Ægyptiis Iudæi reportarunt 9.2.D,&c.
18 Iudæi ſcripturarum pane quondam ſatiati, nunc famelici. 322.1.C
19 Scriptura perfidis Iudæis Vriæ literæ.559 2.D
20 Scriptura quoad ſpiritum Iudæis erepta.568 2.C,&c.
21 Iudæi perfidi Scripturæ deprauatores.569 2.B
22 Iudæi ſtultitia pueri. 98.1.C.418.1.E.2.B.550.2.D 554.1.E 555.1.E
23 Synagoga ficus infatuata non niſi groſſos, & infatuatos Iudæos producebat.555.2.E.556 1.B
24 Infatuatum Achitophelis conſilium de Dauidis morte ſtultum Iudæorum conſilium de Chriſti nece repræſentabat.556.1.A
25 Iudæi ipſis etiam brutis rudiores, & obtuſiores. 556.1.E, &c.2 D
26 Non ſolùm corporis, & animi dotibus, ſed ipſa etiam vita Iudæi priuantur.557.1.A,&c. *Mors.*
27 Innumeri Iudæi in Paſcha à Romanis victoribus crucifixi.557. 1.B
28 Vndecies centena millia Iudæorum à Romanis occiſa. 557.1.B
29 Iudæi igne meritò puniuntur. 557.1.C, &c.570.1.B.576.2.B
30 Iudæos flammæ, vel illuminant, vel conſumunt. 557.2.B, &c.
31 Diuitiæ Iudæis ſublatæ.558.1.C,&c.
32 Hebræi à patria expulſi, bona omnia amiſerunt. 558.2 E *Paupertas, vilitas, ignobilitas, & ſeruitus.*
33 Iudæi toto orbe diſperſi Chriſtum dum negant, prædicant. 559.2.B
34 Honores Iudæis erepti.559.2.E
35 Abiectiſſimus quondam populus gentium, nunc Iſraëlitico ſublimior,& glorioſior.560 1.E
36 Iudæi cum Gentilibus comparati, homines; cum Chriſtianis, belluæ.158.1,B
37 Iudæorum ignobilitas inter mancipia, imò inter iumenta commorantium.560.2.D
38 Viliſſima Iudæorum cognatio cum dæmone.570.2.E
39 Iudæi in ſtercore adumbrati.646.2.D
40 Triginta Iudæi pro vno denario venditi.561.1.C
41 Iudæi quia nihil, pro nihilo vendebantur.561.1.E
42 Iudæi quia ſerui inutiles, imò pernicioſi, gratis à Deo venduntur.561.2.A
43 Miram Iudæorum ſeruitutem vniuerſus orbis teſtatur. 562.2.D,&c.
44 Iudæi dum Chriſtum Regem contemnunt, ab ipſo contemnuntur, & perpetua ignobilitate, ac ſeruitute puniuntur.550 1.C,&c.571.1.B,&c.
45 Tota Iudæorum genealogia ex adulterino thoro; primò ne Iudæi de ſua nobilitate ſuperbirent. 562.1.C.Secundò, vt Iudæorum regnum in extremam ignobilitatem præcipitandum ſignificaretur.562.2.A
46 Regnum Iudæis ſublatum.561,2.B,&c. *Iudæi ſine Regno.*
47 Iudæorum populus in Zaram typicè figuratus, manibus Chriſti ſanguine pollutis, regnum amiſit.562.1.A
48 Spiritualibus huius vitæ bonis Iudæi ſpoliantur. 563.1.C *Sine ſpiritualibus huius vita bonis.*
49 Iudæorum cæcitas in Eccleſia tantùm illuminatur. 563.2.E
50 Iudæis templum ſublatum.564.1.C,&c. Vide, *Templum.*
51 Veteres cæremoniæ, & ſacrificia Iudæis erepta. 565.2. A, &c.
52 Lex Iudaica cum veteri ſacerdotio euanuit.566.1.B &c.
53 Iudæi qui olim latam legem ſublatam contemnebant, modò præpoſtera religione obſeruant.567.2 B
54 Iudæi extra templum ſacrificantes, legem violant, dum ſeruare contendunt.545.1.D
55 Prophetia Iudæis ablata.567.2.E
56 Iudæi diuino eloquio deſtituti, de terrenis tantùm agunt & loquuntur.568.1.E
57 Iudæi terrenis bonis inhiantes Dei benedictionem amittunt.154.2.B
58 Duodecim rationalis lapides futurorum indices ab hoc munere ceſſarunt.568.1.B
59 Iudæi internis ſupernaturalium virtutum habitibus denudati,569.1 C *Sine virtute.*
60 Rarus iuſtus, imò exigua iuſtorum ſpes in Hebræo populo.100. 1.C,&c.
61 Iudæi virtutis pane olim ſatiati, nunc famelici. 322.2.A, &c.
62 Iudæorum infidelitas cum gentium fide confertur.570.2.A,&c.
63 Iudæorum perfidia. & malitia, diabolica peior.570 2.C
64 Ab ſpiritualibus æternæ vitæ bonis Iudæi repellendi. 573.2.A,&c. *Sine æternis bonis.*
65 Iudæi in Chriſti ſanguine iuſtitiam poſtulaiunt, Pilatus Gentilis in aqua miſericordiam.575.2.A
66 Iudæi Chriſtum occidentes in ſummet caput proferunt damnationis ſententiam.573.2.D Imò etiam exequuntur. 574.1.B
67 Iudæi tanquam apes Chriſtum dum pungunt, pereunt. 176.2.C
68 Immeritam Chriſti necem meritis ſuppliciis Iudæi luunt. 464 2.B,&c.573.1.B
69 Iudæi poſt Chriſti mortem ſenſim defecere 108 1.A
70 Non Iudæis ex Ægypto egreſſis, ſed in deſerto natis, in Gentium typum, promiſſa terra à Ioſue diuiditur.566.2.D.574.2.D
71 Triginta Iudæorum maledictiones triginta argenteis reſpondentes.576.1.B

i

72 Iudæis

72 Iudæi cælo expulſi gehennalibus tandem flammis excipiendi.576.2.B
73 Difficilis Iudæorum ſalus.546.2.D
74 Iudæorum reliquiæ ad Chriſtum tandem conuertendæ. 551.2.B
75 Iudæi. Vide, *Hebræi. Synagoga.*

IVDEX.

1 Felicius Hebræorum ſtatus ſub Iudicibus, quàm ſub Regibus. 77.1.B,&c.
2 Pleriſque Hebræorum Iudices boni 77.1.C
3 Iudices olim ad portas ciuitatis iudicabant.194.2.E.445.1.D
4 Iudices obuelatis, vel clauſis oculis ſententiam ferebant. ne perſonas reſpicerent.154.1.C, D
5 Iudex erga ſubditos ne ſit iniurioſus.249.2.B,&c.
6 Supplices olim in puluere,& cinere proſtrati iudices exorabant, & à iudicibus honorifica in ſede collocabantur. 347.2.C,E
7 Pauperes Deus in iudices elegit, ne muneribus corrumpantur. 548.2.C
8 Iudicem,ac Principem dedecet auaritia, & munerum acceptio.419.1.B, &c.
9 Iudicum æquitas in Rep.adminiſtranda.154.1.C
10 Heli iudiciaria poteſtate per annos quadraginta functus propter deſidiam inter iudices non numeratur. 335.2.D. 339.2
11 Iniqui Iudices mortis ſupplicio à Deo puniuntur. 541.2.B
12 Deus Iudex. Vide, *Dei iuſtitia. Chriſtus.*

IVDICIVM.

Iudicium temerarium. 1 Virûm Heli iudicium de Annæ temulentia fuerit temerarium.250.2.D
2 Temerarium iudicium, magna iniuria.250.2.E
3 Prælatorum iudicium temerarium, grauis ſubditorum percuſſio.251.1.B
4 Vellenis amicorũ ſuſpicio, & iudiciũ, cruciatus. 251.2.D
5 Humanum iudicium multis erroribus expoſitum, citò ferre ſententiam non præſumat.251.1.B
6 De externis factis valdè ſimilibus, valdè diſſimilia iudicia Deus oſtendit 251.1.D
7 Deus etſi nullo indigeat, prævio tamen ſemper examine iudicium profert. 251.2.B
Extremum Iudicium. 8 Aliorum facta non temerè iudicanda, ſed excuſanda 251.2 C
9 Extremi iudicij prædicatio, tonitrus.360.1 B
10 Iudicium vltimum tanquam tonitrus,& fulmen. 363.1.E
11 Extremum iudicium tremendum.363.1.B,C
12 Frequens extremi iudicij memoria vtilis. 364.1.A,E. Præſentis vitæ pædagogus.365.1.A
13 Cur dies iudicij incertus 364.2.C
14 Diuinum iudicium multò ſtrictius, quàm humanum.467.1.D
15 Strictiſſimum Dei iudicium de humanis etiam cogitationibus.317.2.E
16 Duriſſimum Dei in deſides Prælatos iudicium. 343.2.B, &c.
17 Cur extrema terræ, id eſt extrema hominis opera à Deo potiùs iudicanda exprimantur. 363 2.B,&c.364.1.C
18 Humanæ virtutes à Deo ſtrictius iudicandæ.318.1.E
19 Impij Deum in hac vita ignorantes, illum ſuo malo cognoſcent in iudicio.401.1.E
20 In vltimo iudicio ſuperbi, & potentes ab humilibus conculcabuntur.357.1.A
21 Nulla in die iudicij impiis erit facinorum excuſatio.356.1 D
Chriſtus in Iudicio. 22 In iudicio prius bonorum ſententia profertur, vt de illorum gloria magis impij torqueantur.526.1.C
23 Chriſtus Dominus in extremo iudicio ab omnibus adorandus.379.1.C
24 Summa Chriſti gloriæ maieſtas vel ipſum Solem obſcurabit .379 2.B
25 Chriſti gloria in Iudicio incomprehenſibilis.379.1C.380.1.B
26 Chriſti Domini in extremo iudicio erga ſuos benignitas. 160 1.C.161.2.A
27 Chriſtus Dominus etiam quos iudicat, magna proſequitur reuerentia 250.2.A
28 Iudicium Vide, *Iudex.*

IVRAMENTVM.

1 Iuramentum aliquando pro voto, vel firmo propoſito etiam vſurpatur.197 1.A
2 Mos iurandi per alterius vitam.272.2.C,E
3 Iuramentum per Cæſares, apud Ethnicos religioſius, quàm per Deos.272 2.D
4 Lege cautum apud Francos, ne quis per vitam regum iuraret 272.2.E
5 Iuramentum ſine neceſſitate, illicitum. 273.1.B. Grauiter punitur 273.1.C
6 Qualenam fuerit Annæ iuramentum ad Heli. 273.1.D

Franc. de Mendoça in libr. Regum, Tom. 1.

7 Deus per ſe ipſum iurando, alium Deum non eſſe confirmat.307.1.C
8 Diuinæ comminationes etiam iuramento firmantur. 508.2.E

IVRGIVM.

1 Iurgium. Vide, *Contumelia. Iniuria. Maledictio.*

IVSTITIA, INIVSTITIA.

1 Iuſtitia in Euphrate adumbrata omnibus vtilis.418.1. C, E *Diſtributiua.*
2 Iuſtitia auguſtior regum purpura, & corona.223.1.D
3 Maioribus potiora loca deferenda.149.2.E
4 Cur Elcana potiorem partem Phenennæ, non Annæ tribuerit.149.2.E
5 Æqualitas principum,& parentum in ſubiectos commendatur. 151.2.E,&c.
6 Dei æqualitas in beneficiis, electionibus, ac ſuppliciis.153.1.B,&c.155.1.B
7 Chriſti Domini in ſuos æqualitas.133.1.D,&c.
8 Iudicum æquitas in Republica adminiſtranda.154.1.C,&c.
9 Interous affectus quando cum iniuria foras non prodit, iuſtitiam non lædit.154.2.A
10 Inæquales inæqualiter remunerare, ſumma æquitas.134.2.C
11 Parentum amor erga filios æqualis.154.2.D
12 Inæqualitas inter ſubditos, inuidiæ & ſeditionum fomes. 154.2.D.155.1.E
13 Gladius, iuſtitiæ inſtrumentum, & hieroglyphicum. 213.1.D *Punitiua.*
14 Iuſtitia, & miſericordia in Prælatis coniungantur. 480.1.A,&c.
15 Iuſtitiæ ſeueritas in Prælatis neceſſaria.489.1.C,&c.
16 Cornutam autem Moyſis faciem iuſtitiæ ſeueritas in impios reddidit.490.2.B
17 Iuſtitia optimum ad beatitudinem viaticum.490.2.C
18 Summus Diui Pauli iuſtitiæ zelus.477.1.C.490.2.D
19 Iuſtitia. Vide, *Dei iuſtitia. Supplicium.*
20 Iniuſtitiam Deus grauiter punit. 119.1.E
21 Iniuſtitia omnibus pernicioſa.418.1.B.E,&c.
22 Iniuſtitia. Vide, *Furtum.*

IVSTVS, INIVSTVS.

1 Iuſtus dicitur à iuſtitia formaliter iuſtificante. 352.2.C
2 Iuſti tantùm viri nomine digni. 98.1 E,&c.
3 Iuſti præ impiis pauci.99.1.C,&c. In ſeipſis ſpectati, innumeri. 100.2.B
4 Vnus iuſtus toti orbi præponderat. 156.1. A.325.2.E, &c.
5 Iuſti ſuis meritis orbem fulciunt, & ſuſtentant. 330.2.B. 331.2.A,&c.
6 Iuſti Dei cor,& anima.447.2.C.531.1.E,&c.
7 Iuſtos ſe ipſum Deus appellat.531.2.C,&c.
8 Soli iuſti coram Deo magni: peccatores, parui.443.2.E. 444 1.A
9 Iuſti, Dei oculi.513.2.E
10 Deus hoc iuſtis orbatur veluti,& ſterilis.413.1.E
11 Iuſti quo pacto Deo,& hominibus placere dicantur. Vide, *Placeo.*
12 Iuſti in hac vita peregrini.583 2.C
13 Iuſti Dei poſſeſſio opulentiſſima.109.1.B,&c.
14 Iuſti non ſolùm taciti, ſed etiam mortui, ad Deum clamant.229.1.A
15 Iuſtos cur Deus laboribus premat.728.2.D,&c.
16 Iuſtorum vnitas per charitatem.100.2 C,&c.
17 Iuſtorum vnitas per ſinceritatem,& conſtantiam.103.2.B, &c.
18 Iuſtorum inter impios conſtans virtus, laudabilior. 394.2.A 444 2.C,&c. Vide, *Societas.*
19 Iniuſtus. Vide, *Peccator.*

L

LABOR.

1 LAboribus Deus iuſtos premit, vt in merito proficiant. 128.2.D,&c. Vt egregia patientiæ exempla aliis præbeant.129.1.B. Vt leniores eorum culpas eluat.129.1.C
2 Iuſtorum labores gemmæ,& theſaurus.129.2.C
3 Iudæi non niſi laboribus compulſi Deum quærebant. 140.2.E,&c
4 Suorum laboribus Deus affligitur.160.2.B,&c.
5 Alieno labore non victitandum.221.2.D
6 Labor. Vide, *Aduerſitas. Tribulatio. Felicitas.*

LABRVM.

1 Labrum æneum ex ſpeculis factum, cur ſcripturæ typus? 14.2.A

LAC, LACTARE.

1 Cur Anna filium Samuelem lactauerit.266.1.E,& ſequentibus.
2 Lac in fœminis verum partum confirmat.266.2.A
3 Matres plus diligunt filios quos lactant.266.2.B
4 Matres quæ non lactant filios, feris immaniores. 266.2.C
5 Eccleſiæ amor in Chriſtum, ſicut matris lactantis. 271.1.A

6 Dei amor in Eccleſiam matris,& nutricis lactentis nomine declaratur.266.1.E
7 Cur pueri maiorem cum nutricibus lactantibus,quàm cum parentibus habeant ſimilitudinem 267.1.B
8 Lac in ſcriptura , & pro diuina , & pro terrena voluptate vſurpatur.267.1.C
9 Peccatorum deliciæ,viperinum lac.286. 2. C. Vide, *Ablactatio.*

LACRYMÆ.

1 Vberes ſanctorum lacrymæ.168.1.B.196. 2. D. 205. 2. C
Vbertas. 2 Lacrymæ,gemmæ. 203. 1. E. Lacrymas tanquam gemmas ſuo Deus in pectore theſaurizat.208.1.B
3 Lacrymæ paradiſi fonte vberiores, & dulciores. 204. 2. C
4 Iuges ſanctorum lacrymæ.203. 2. D. Diu noctuque lacrymandum.ibid.
5 Christi Domini plantæ lacrymis irrigatæ maiora in beneficia effunduntur.207.1.2.B
6 Peccatorum ſordes lacrymis abluuntur.207.1.C
7 Iuges lacrymæ virtutum plantas irrigant.203.2. E.207. 1. A.2.A
8 Lacrymæ oculorum voces.207.1.D
9 Christus Dominus ſæpè lacrymaſſe dicitur , nunquam riſiſſe.204.1.A
10 Peccatores,cùm deflenda faciunt,flere neſciunt. 204. 1. C
11 Cor ſine lacrymis aridum,& ſordidum.204.1.D
Voluptas. 12 Lacrymarum voluptatem ſoli ſciunt qui lugent.204. 2. A
13 Lacrymarum mellea dulcedo.204.2.B
14 Lacrymarum voluptas cæleſtis.204.2.C. Imò cæleſti voluptati præferenda.205 2.B
15 Peccatorum lacrymæ,Angelorum gaudia.205.1.A
16 Lacrymæ panis.164.1.B.204.2.B. Imo epulum. 203. 1. D
17 Lacrymæ deliciæ.204.2.D
18 Etiam Christus ex lacrymis gaudia deſumpſit. 205. 1. C
19 Suſurri lacrymarum concentus.205.1.D
Vtilitas. 20 Lacrymarum vtilitas.205.2.C,&c.
21 Lacrymæ diabolum torquent.205.2.C
22 Lacrymæ gehennales flammas extinguunt. 205. 1. E. 206. 2.D
23 Lacrymæ peccata expiant. 206.1.A.Lacrymæ peccatorum naufragium 208. .B,C
24 Lacrymæ baptiſmo conferuntur.206.1.D.Imò præferuntur.ibid.2.A
25 Lacrymæ martyrio comparantur.206.2.C
26 Martyrium virgines inueniunt, lacrymæ faciunt. 206. 2 . C
27 Lacrymæ bona omnia à Deo impetrant.206.2.D
28 Anna lacrymis naturæ meruit fœcunditatem.206.2.E
29 Lacrymæ gratam Deo reddunt orationem.207.1.B
30 Lacrymarum pulchritudo.207 1.B 226.2.C
31 Lacrymæ mentis oculum dum lauant, acuunt. 207. 1. C
32 Lacrymæ,cæli claues.207.1.E
33 Dauidis lacrymæ beatam Virginem ex eius familia meruerunt.207.2.C
34 Lacrymarum vis ad miſericordiam impetrandam.207. 2. C.Vel vna lacrymula Deum flectit.ibid.2.D
35 Lacrymæ diuinam reuocant ſententiam.208.1.A.Lacrymæ pro bonis temporalibus non expendendæ. 208.1.D. 2.B. 209.1.A
36 Lacrymæ,primitiç.208.1.E
37 Solùm ſpiritualia damna digna ſunt lacrymis 208.2.A.209. 1.E
38 Iudæorum non eſt modeſtè pro temporalibus collacrymari.209.1.C
39 Lacrymæ,& preces ſacerdotis arma.249.2.C
40 Humilium lacrymæ ad Deum exorandum fortiores.351. 2 B
41 Superiorum lacrymæ ſubditos etiam ad lacrymandum impellunt.484.2.B
42 Prædicatorum flebilis vox lacrymas excitet auditorum. 485.1.B
43 Mendaces,& fictæ mulierum lacrymæ.165.2.B

LÆTITIA.

1 In lætitia ex oratione percepta perſeuerandum. 237. 2. D
2 Oratio orantem exhilarat.246.2.A
3 Caput apertum lætitiæ ſymbolum, opertum triſtitiæ. 247. 1.C
4 Lætitia.Vide,*Gaudium.*

LAMECH.

1 Lamech Caini interfector cur exemplum puniatur ? 174. 1.B
2 Quot viros occiderit Lamech?412.1.B

LAVS.

1 Laudes proprias ſancti refugiunt.60.2. D
2 Laus in proprio ore vileſcit, niſi ad Dei gloriam referatur.62 2.A,&c.
3 Laudis inæqualitas inuidiam excitat.201. 2.E
4 Prius Scriptura laudat, quos acriùs reprehendit. 140. 1. C, &c.146.1.B,&c.
5 Chriſtus ad proprias laudes quodammodo impatiens. 182. 2.D
6 Oratio,diuina laus.248.2.B
7 Diuinæ laudes omnium nationum linguis decantandæ. 291.1.B
8 Non in propriis,ſed in diuinis laudibus decantandis os dilatandum.302.2.E
9 Humanæ cogitationes in Dei laudes dirigendæ.319.1.B
10 Suos Deus aliquando non laudat, ne inaniter glorientur. 345.1.D,E
11 Omnes Chriſtiani tanquam ſacerdotes debitas Deo laudes offerunt.398.2 A

LECTIO.

1 Nullum tempus ad ſacram lectionem intempeſtiuum.59. 1.D
2 Multiplex ſacræ lectionis vtilitas.62.1.A,&c.
3 Scripturæ ſacræ lectio obarmat.13.2.C
4 Scripturæ lectio neceſſaria ad ſalutem.14.1.B,&c.
5 Diuina lectio,& colloquia litterarum ſtudio miſcenda.285. 2.C

LECTVLVS.

1 Lectulus ſcripturæ ſymbolum.29.2.C
2 Lectulorum profanorum mera artificium reprehenditur. 29.2 A

LEVI, LEVITÆ.

1 Leuiticæ tribus diuiſio in ſacerdotes, & puros Leuitas. 92. 1.C
2 Leui tres filij,Caath,Gerſon,& Merari.92.1.C
3 Tribus Leui, & Iudæ cur connubiis permiſceri potuerint? 93.1.A
4 Sola tribus Leui ſine ſorte in terræ promiſſæ diuiſione permanſit.93.1.D
5 Quadraginta octo vrbes Leuitis ad habitandum conceſſæ ex aliis tribubus 93.1.E,&c.
6 Cur tribus Leui cũ cæteris permixta habitarit ? 93.2.D,&c.
7 Leui nominis etymologia,109.2.C
8 Ex Leuiticæ tribus dignitate Elcana commendatur.113 2.C
9 Benedicendi munus , Leuiticæ, & ſacerdotalis tribus proprium.249.2.D.250.1.A
10 Lex de primogenitis offerendis & redimendis,Leuitas non obligabat. 363. 2.B. Neque lex purificationis obligabat mulieres ex ea tribu.ibid.
11 Leuitæ à vigeſimoquinto anno,& ſuprà ad miniſtrandum in tabernaculo ingrediebantur.276. 2. D. Vſque ad quinquageſimum miniſtrabant. 276.1.A.2.D
12 Leuitæ ab vno menſe , & ſupra recenſentur , vt à teneris Deo conſecrentur.287.1.D
13 Samuel Leuita tantum fuiſſe, non Sacerdos, oſtenditur. 394 2.E 396.1.C,&c.

LEX.

1 Lex Dei,pectoris munimen.12.1.A
2 Lex,& Prophetæ in Euangelio recapitulata.43.2.B
3 Iugis diuinæ legis recordatio.137.1.D
4 Iuſti diuinam legem ſtrictius interpretantes , vltrà quàm tenentur,obſeruant. 142. 1. E. Imò etiam quando non tenentur.142. .B
5 Diuina lex ſuaue iugum.399.2.
6 Summa inter Chriſtum & diabolum oppoſitio in diuinæ legis iugo recipiendo.400.1.C
7 Qui Dei legibus non paret,Deum ignorat.400.2.B
8 De diuinis legibus violandis , nouas leges ſanciunt impij. 401.1.E 2.A
9 Lex diuina conſuetudine etiam firmatur.409.1.B
10 Vigentem & florentem legem violare, ſumma impudentia.409.1.C.Grauiter punienda 415.1.A
11 Qui humanas leges,diuinis contrarias violant,Deum ſibi propitium reddunt.461.1 B
12 Legis ignorantia aliquando in populo, nunquam in Sacerdote præſumitur.491.1.D
13 Deus à peccatoribus in ſuis legibus aliquando contemnitur.460.2 A
14 Lex Iudaica cum veteri ſacerdotio euanuit.566.1.D *Lex vetus.*
15 Lex vetus , lucerna, pædagogus , & lac , quia temporalis. 566.1.E
16 Legis tabulæ , tanquam dotales literæ fractæ propter Synagogæ adulterium.566.2.B
17 Lex vetus ad conſpectum nouæ legis euanuit.567.1.C
18 Veteris legis onus Saulis arma repræſentabant.567. 1. D
19 Moyſis Legiſlatoris mors, totius legis interitum denuntiauit.567.1.E
20 Lex vetus mobilis,noua immobilis 567.2 A
21 Iudæi,qui latam legem contemnebant , ſublatam præpoſtera religione obſeruant. 367.2.B.
22 Quadruplex Nazaræorum lex.Vide,*Nazaræus.*

LEGISPERITI.

1 Legiſperiti,qui,& qualis eorum ignorantia?212.1. C

LIBER.

1 Liber bellorum Domini quiſnam fuerit?39.1.B
2 Liber iuſtorum,an idem cum libris Regum?63.2.E, &c.
3 Libri profani ſacris non præferendi, nec legendi. 38. 1. D, &c.
4 S.Scriptura cur vnus liber dicatur.43.2.A
5 Profani libri cur multi?43.1.B

6 Iſopij multos complent libros, iuſti voica, includuntur. 99.2.C
7 Libri ſacri. Vide, *Scriptura.*

LIBERALITAS.

1 Principes à liberalitate dicti. 348.1.C
2 Titi Imperatoris beneficentia, & liberalitas. 348.1.D,E
3 Liberalitas. Vide, *Dei liberalitas.*

LIBERTAS.

1 Nutrita cæſaries libertatis ſignum 217.1 C
2 Libertas per votum conſecrata, Deo gratiſſima. 209.1.C 283.1.A
3 Ebrietas libertatem interimit. 241.1.E

LIGNVM.

1 Lignum vitæ, Scripturæ ſymbolum 17.2.C,D

LINGVA.

1 Prophetarum lingua Dei calamus. 4.1.A
2 Prædicatorum lingua ſuauis. 24.1.A
3 Prædicatorum lingua peccatores ſanet, non vulneret. 301.1.E,2.A
4 Etiam in ſanctos peſtilens lingua deſæuit. 176.1.E
5 Lingua maledica plus ſibi, quàm aliis nocet. 176 2.D,&c.
6 Maledicæ linguæ æternum ſupplicium. 177.1.D
7 Septuaginta duo linguarum genera ad fidem conuertenda, in 72 tintinnabulis ea ſacerdotis veſte pendentibus ſignificata. 376.1.E
8 Contumelioſa lingua. Vide, *Contumelia. Iniuria. Maledictio.*
9 Lingua. Vide, *Loquutio. Verbum.*

LINEA, LINVM.

1 Linea veſtis. Vide, *Veſtis.* Vide, *Ephod.*
2 Lineam tendere, & conſtructionem, & deſtructionem in ſcriptura ſignificat. 374.1.B
3 Deus cur ad lineam punire dicatur. 374.1.D

LITES.

1 Lites, diſcordiarum origo, vitandæ. 443.2.C

LOCVS.

1 Veteres tantum in lege veteri ſacrificiis locus deputatos. 140.1.A,&c. 143.1.C, &c. In lege noua nullus determinatus. 143.1.A
2 Ex maiori loci ſanctitate, in quo ſiunt peccata, grauiora euadunt. 424.1.C.&c.

LOQVVTIO.

1 Multiloquium in oratione vitandum. Vide, *Oratio.*
2 Silentium eloquio alternandum. 230.2.E
3 Sobrietas ad loquendum cum hominibus neceſſaria. 240.2.A, &c.
4 Vrbanitas in Sacerdotibus, & Regibus alloquendis. 273.2.B
5 Fœminis loquendi parcitas commendatur. 293.1.E
6 Multiloquium in propriis præſertim laudibus vitandum. 311.1 C
7 Iudæi diuino eloquio deſtituti, de terrenis tantùm agunt, & loquuntur 568.1.E
8 Dulcis inter Chriſtum, & Eccleſiam colloquutio. 160.1. A
9 Loquutio. Vide, *Verbum.*

LVSITANI.

1 Luſitani Reges fidei ad Orientem propagandæ cupidiſſimi. 373.1 E
2 Fidei propagatio ad Orientem per Luſitanos prædicatores. 374.1. A,&c.

LVXVRIA. CONCVPISCENTIA. LIBIDO.

1 Luxuria, turpe venenum. 116.2.B
2 Impuri ſine nomine. 107.1.B,&c.
3 Impuri, belluæ. 285.1.E. 423.1.B,D
4 Acetum præpoſteræ libidinis ſymbolum. Nazaræis prohibebatur. 213.2.D
5 Præpoſtera Sodomorum libido homines reddit ipſis beſtiis beſtialiores. 423.1.D. Præpoſteræ libidinis graue ſupplicium. ibid.
6 Primum aquæ diluuium hominum penit incontinentiam. 423 1.E. Secundum ignis diluuium libidinis incendia vindicabit. 423.2.B
7 Cum Antichriſto illicitæ creſcent in hominibus voluptates. 421.1.C
8 Luxuriæ flamma per oculos admiſſa, animum caurit. 423.2.D, &c.
9 Ebrietas indiuidua libidinis comes. 240.1 B
10 Impuri Deum non audent vocare ſuum. 300 1.B
11 Anima ad libidinem ſoluta paulatim exareſcit. 330 1.C
12 Luxuriæ cum inferno maxima ſimilitudo. 341.2.C,E
13 Luxuriæ grauitas. 422.1 A,&c.
14 Maiora ab impuris, quàm ab infidelibus aliquando ſerpit contagium. 422 1.C
15 Caſtos ſciunt Angeli, & quærunt, impuros neſciunt, & vitant. 421.2 E
16 Caſtitas ſacerdotes conſecrat, libido reſecrat. 398.1.E
17 Impurus per magnum miraculum ab infauſta morte, & diuino ſupplicio liberatus 423.2.D
18 Luxuria, hydra & vitiorum metropolis. 424.1.A
19 Luxuria in principibus, & nobilibus magis puniendа. 429.1.D,E
20 Luxuriæ vilitas principes humiliat. 432.1.B
21 Luxuries, & ingluuies germanæ. 434.2.B,&c.
22 Omnes maximè poeti, à libidine auocandi. 475.2.D
23 Prælatorum caſtitas, & dignitas ſubditorum incontinentia obſcuratur. 478.1.A.2.E
24 Polluens Clericorum luxuria angelica Prælatorum falce amputanda. 91.1 A
25 Luxuria. Vide, *Caſtitas. Continentia. Virginitas.*

M

MACEDONII.

1 Macedonij hæretici Spiritum ſanctum Dei ſeruum faciebant. 416.2.E

MACHABÆI.

1 Machabæi quaſi Reges Hebræorum populo præfuêre, antequam à Romanis regia dignitate priuarentur. 87.2.D
2 Machabæorum fortitudo & bellica virtus. 533.1.A

MAGDALENA.

1 Magdalena gentilitatis typus ſcripturæ conuiuio accubuit. 28.2.B
2 Magdalenam in ſororis querimoniis ſilentem, Chriſtus commendat. 183.1 D
3 Magdalenæ lacrymæ. Vide, *Lacrymæ.*

MAGI.

1 Magi cur per ſtellam, & non per Angelum ad Chriſtum adorandum vocati. 235.1.B
2 Magi ad Chriſti præſepe Reges venêre, abiêre etiam Sacerdotes. 427.1.A
3 Magos, & ariolos, cur Saül occiderit? 493.2.C

MAGISTER.

1 Magiſter, alter diſcipulorum parens. 279.1.A
2 Diſcipulorum pœnas deſides magiſtri debẽt luere. 280.1.C
3 Magiſtri verbo nutrientes, exemplo tamen occidentes arguuntur 283 1.D
4 Magiſtri doctrinam, morum intemperantia deturpat. 284.1.E. 285 1.A
5 Magiſter. Vide, *Prædicator.*

MAGNVS.

1 Soli iuſti, magni coram Deo: peccatores parui. 443.2 E, 444.1.A

MALEDICTIO, MALEDICVS.

1 Maledici, non tam aliis, quàm ſibi maledicendo nocent. 176.2.B, &c.
2 Mulierum in maledicendo garrulitas. 184.2.A, &c.
3 Maledicentium iniuriis affectos Chriſtus ſanat, & recreat. 202 2.A
4 Per hominum maledictiones, diuinæ benedictiones comparantur. 202.2.B
5 Deus benedictionum tantùm author; homines maledictionum. 513.2.B
6 Verum Dei nomen etiam in maledictionibus inſeritur. Vide, *Benedictio.*
7 Maledici, & vaniloqui arguendi. 310.2.B,C
8 Eadem ſerpentis, & Caini damnationis maledictio propter eandem inuidiam. 575.2.B
9 Triginta Iudæ & Iudæorum maledictiones, triginta argenteis reſpondentes. 576.1. A, &c.
10 Maledictio. Vide, *Benedictio. Contumelia.*

MALVM.

1 Malum coram Domino dicitur, quod verè, & ſimpliciter, tale eſt. 412.1.B
2 Malum. Vide, *Peccatum. Vitium.*

MANNA.

1 Manna, ſcripturæ ſymbolum. 11.1.E. 17.2.E
2 S. Scripturæ manna non niſi aureum cordis vas religioſè capit. 15.2 A
3 S. Scripturæ ſuauitas mannæ dulcedini confertur, imò præfertur. 27.1.D,&c. 30.1.C

MANASSES.

1 Manaſſes, Ioſephi patris interpres Chriſti typus. 8.1.B,&c.
2 Rex Manaſſes inter Dei amicos numeratur. 79.2.A
3 Manaſſis pœnitentia. 79.2.B. 467.1 B
4 Nimia felicitas Manaſſem deiecit, aduerſitas erexit. 82.2.A
5 Manaſſen patrem Ezechiam interfici iubet, liberat Iſaias. 488.2.D

MANE.

1 Mane, vel horam matutinam, vel diem craſtinum, vel vtrumque ſimul in Scriptura ſignificat. 254.1.A
2 Matutinum tempus aptius orationi. 219. 2. E. 254. 1.B. 2.E
3 Matutina ebrietas cur reprehenſibilior. 239.1.E

MANICHÆI.

1 Prima Manichæorum hæreſis duplex diſtinguens principium boni, & mali, confutatur 232.1.D,&c.
2 Secunda Manichæorum hæreſis duplicem veteris & noui

teſtamenti authorem diſtinguens, refellitur. 332.2.B,&c. 419.1.D,&c.

MANSVETVDO.

1 Superior mitis.101.2.A,&c.Vide, *Miſericordia.*
2 Superior, mitis patres, & ſeueros.486.1.A
3 Manſuetudo altis amoris.151.2.E
4 Mitis in iniuriis reſponſio, patientia innocentiam commendat.251.2.B.Vide, *Patientia.*
5 Mitis reſponſio conuitiantis animum demulcet, & iram extinguit.254.2.B,&c.

MARE.

1 Mare Eccleſiæ hieroglyphicum.375.1.B
2 Maris ſalſedo Luſitanis Prædicatoribus ad Orientis conuerſionem properantibus deliciæ.375.2.B

MARIA DEI GENITRIX.

1 De Virgine Matre per humilitatem Chriſtus non gloriatur.108 1.C
2 Cur de Virgine deſponſata Chriſtus naſci voluerit. 230.2.D
3 Mariæ nomen ante ortum à Deo impoſitum.259.2.E
4 Vtrùm B.Virgo à Dauide deſcenderit per Salomonem, an per Nathan? 385.2.E
5 B. Virginem, & Ioſephum legitimos fuiſſe Iſraëlitici regni hæredes aliqui adſtruunt.385 2.C.389.2.A
6 B.Virgo totius Orbis regina. 387.2.E
7 B.Virgo triennis in templo præſentatur, & quindecim gradus nullius adiumento percurrit.264.2.B,D
8 B.Virgo feſtinanter Eliſabetham viſitat 262.2.C
9 Chriſti tunicam inconſutilem B.Virgo propriis manibus contexit.436.2. C
10 Quare B. Virgo Chriſti comprehenſioni in horto non interfuerit 263.1.B
11 B.Virginis conſtantia iuxta crucem.596.1.E
12 Chriſto Domino in cœlū aſcendente B. Virgo in terra remanſit, in Eccleſiæ luctum, & filij obſequium.261.2. A

MARIA SOROR MOYSIS.

1 Maria contra Moyſem murmurans cur puniatur, impunito fratre Aarone.94.1.B
2 Maria in Synagogæ typum per ſummum dedecus conſputa dicitur. 540 1.A

MARTYRIVM, MARTYRES.

1 Innumeri penè Eccleſiæ Martyres 100 2.B
2 Chriſti vulnera animos Martyribus ſufficiunt.308.2.A
3 Martyrum ſanguis Eccleſiam rigat, fulcit, & conſecrat. 181.1.E.2.B,C
4 Martyrum ſanguis, margaritæ.539.2.B
5 Deus quò magis in Martyribus oppugnatur, eò glorioſiùs triumphat. 381.2 B
6 Præterita Martyrum infirmitas Martyres reddit poſtea firmiores.53 .1.A
7 Machabæorum mater in filiorum martyrio lætabunda. 294.1.B, C
8 Patiens in iniuriis ſilentium Martyrum.185.2.E
9 Lacrymæ martyrio comparantur. 306.2.C
10 Martyrium ex inani gloria, vanum: 5 6.2.A

MASCVLVS.

1 Cur maſculum filium, non fœminam Anna poſtulauerit? 197.2. C,&c.
2 Maſculos Chriſtianorum animos, non effœminatos parit Eccleſia. 197.2 E.329 2.D 442.1.C
3 Pate uni genus per maſculum conſeruatur, aliquando per fœminam.198.B,C
4 Iuſti maſculos filios frequenter dicuntur generare, rarò finas è contra impij.441.1 B,&c.
5 Maſculus. Vide, *Vir.*

MATER.

1 Matres plus diligunt filios, quos lactant.266.2.B
2 Matres, quæ filios non lactant feris immaniores.266.2.C
3 Matres de filiorum moribus parum ſolicitæ reprehendendæ 278.2.C
4 Matris la us in optima filiorum educatione.279.1.C
5 Matris exemplum, efficax filiorum magiſterium. 437.2.A
6 Annæ, & aliarum matrum pietas veſtes filiis contexentium 456.2 ,E
7 Matres famè oppreſſæ filiorum carnibus epulatæ.324.1.C
8 Mater. Vide, *Filius. Pater.*
9 Eccleſiæ amor in Chriſtum, tanquam matris lactantis. 257.1.A
10 Eccleſia feliciſſima Chriſtianorum mater. 389.1.B, &c.

MATRIMONIVM.

1 Verùm Clerici nouæ legis, & ſacerdotes veteris, profeſſione caſtitatis diſtinguantur 114.1.C
2 Veteres Sacerdotes licitè contrahebant: noui ad continentiam tenentur.114.1.D,&c.
3 Sub nomine viri vxor comprehenditur.156.1.D
4 Mores, non dotes in coniuge quærendi.157.1.A,B,C
5 Iniqua vxorum conditio, quæ ſine dote reijciuntur.157. 2 B
6 Vxoris erga virum reuerentia, & obedientia.263.1.C
7 Vxor iracunda domi patientiæ gymnaſium. 232.1.B
8 Vxor viri gloria.259 2.E
9 Deus primus matrimonij paranymphus.153.2.C
10 Matrimonij vinculum inſolubile.156.1.A
11 Matrimonium ſine amaritudine fellis.135.2.B
12 Coniugio non voluptatis, ſed neceſſitatis cauſa vtendum. 116.1. C
13 In coniugio monaſticæ vitæ perfectio imitanda. 116.2.D
14 Coniugum in matrimonio concordia. Vide. *Concordia.*
15 Coniugum continentia. Vide, *Continentia.*

MEL.

1 Cur mel in ſacrificiis à Deo prohiberetur? 175.2.D

MELCHISEDEC.

1 Cur Melchiſedec genealogiam ſcriptura non memoret? 106.2.E
2 Melchiſedec non purum hominem, ſed Deum aliqui falsò exiſtimarunt. 106.1.E.440.1 D

MEMORIA.

1 Iugem ſui memoriam Deus requirit.130.1.B.404.1.C,&c.
2 Sæpius Dei meminiſſe, quàm reſpirare debemus.404.2.C,E
3 Iugis diuinæ legis recordatio.137.1.D

MENDACIVM.

1 Mendacium, apud Deum adulterium.42.2.D
2 Mendacium longiùs abſit à Sacerdote, quàm ab Angelo. 418.2.A
3 Mendacium. Vide, *Falſitas.*

MICHOL.

1 Michol in Synagogæ typum in partu occubuit. 377.2. D

MILES, MILITIA.

1 Accincti milites, bellicoſi, diſcincti, imbelles 321.2.B, D
2 Mulieres quæ ad oſtium tabernaculi excubabant, cur militare dicantur.456 1.A,D
3 Spirituali militiæ non ſolùm viri, ſed etiam fœminæ ſua dant nomina.456.2 A
4 Militia eſt vita hominis ſuper terram. 581.1.C

MIRACVLVM.

1 Miracula Eccleſiæ propugnacula 12.1. B
2 Minoribus præmiſſis miraculis, ad maiora credenda fidem excitat Chriſtus.130.1.B,C
3 Vitæ exemplum miraculis efficacius.382.2.D
4 Diuinæ potentiæ vis, & facilitas in miraculis operandis. 308.1.A.347.1.B,&c.
5 Cur miracula Chriſtus in Sabbato operaretur. 347.2.A
6 Sanctos Deus etiam in hac vita miraculis glorificat. 516. 1.A
7 Maiora aliquando ſanctorum, quàm Chriſti miracula.316. 2 B
8 Miraculum. Vide, *Signum.*

MISERICORDIA.

1 Miſericordiæ ſpecies debitam non violat æquitatem. 153. 1.C.&c.
2 Miſericordia, & iuſtitia in Prælatis coniunguntur.486.1. A, &c.
3 Miſericordia. Vide, *Dei miſericordia. Eleemoſyna.*

MODESTIA.

1 Oculorum modeſtia. Vide *Oculus.*
2 Verborum modeſtia. Vide, *Verbum.*

MODIVS.

1 Quotnam fatinæ modios obtulerit Anna cum Samuele? 269.1 E,&c.
2 De modij, ephi, & cori dimenſione 269.2.A

MORIA.

1 Moria mons latriæ, ſeu adorationis.246.2.C

MORS.

1 Triplex mors, temporalis, ſpiritualis, & æterna.313.1.D
2 Deus vitæ, & mortis temporalis auctor .ibid.
3 Mortis dolorem ſpes reſurrectionis imminuit.273.2.E
4 Iuſtorum mors non ægrè deploranda.273.1.D
5 De mortis commodis gaudendum: de vitæ periculis lacrymandum. 305.1.C
6 Thraces naſcentes filios lacrymis; morientes epulis proſequebantur.260.1.B
7 Natalis ſui memoriam ſine mortis recordatione impij celebrare non poſſunt.260.1.E
8 Apoſtolis & prædicatoribus mors contemnenda 343.1.B
9 Cur mortuos tangere Nazaræi prohiberentur? 213.1.C
10 Sacrificia Nazaræis impoſita ob pollutionem ſuper mortuo. 218.1.D
11 Mortis recordatio ad æquitatis obſeruantiam vel inuitos trahit.154.1.B,&c.
12 Mors, frequens gulæ ſupplicium.420.2 E.421.2.B
13 Mors iuuenibus accelerior 529 2.D
14 Mors immatura, impiorum ſupplicium. 520. 1. A. 527. 2.B
15 Sacerdotis mors inopinata, portentoſa.529.1.A
16 Imperatores multi immatura, & infauſta morte perempti.579.1.B
17 Morte plectuntur Prælati, qui ſpirituali ſubditorum vitæ non attendunt. 540.2.E,&c.

18 Chriſti

18 Chriſti acerem digniſſimâ mortis pœnâ Iudæi luunt. 577. 1.A
19 Parentes in filiorum morte puniuntur,& erudiuntur.529. 1.G
20 Peccatum ad mortem. Vide, *Peccatum*.

MORTIFICATIO, MORTIFICARE

1 Cruentum mortificationis ſacrificium Deo gratiſſimum. 148.2.C
2 Quo pacto Deus mortificare dicatur, & viuificare. 333. 2. D,&c.
3 Quos Deus mortificat, & affligit, poſtea viuificat. 333. 2. B,C
4 Vitia Deus mortificat, viuificat virtutes. 334.1.D.1.B
5 Deus per tentationes, & labores mortificat, vt per gratiæ augmentum viuificet. 334.2.D.335.1.B
6 Mortificatio. Vide, *Pœnitentia*.

MOYSES.

1 Moyſis mirabile ingenium. 39.2.B.&c.
2 Moyſis ſcribentis calamum Deus, vt magiſter dirigebat. 4.2. C, D
3 Moyſes de ſolo Chriſto ſcripſit. 6.1.D
4 Moyſes omnium ſcriptorum, quorum extant monumenta, antiquiſſimus. 34.1.B,&c.
5 Moyſes primus ſapiens. 34.1.E
6 Græcorum etiam Dij Moyſe iuniores. 35.1.D
7 Moyſes à Deo edoctus: cæteri Philoſophi à Moyſe. 36. 1.B
8 Moyſes Iobi librum ſcripſit. 40.2.C,&c.
9 Moyſes prius ſacris hiſtoriis, quàm legibus inſtructus. 58. 2.B
10 Moyſes honores contemnens, honoribus coronatur. 101. 1.C
11 Moyſis manſuetudo. 101.2.C
12 Moyſes pacis, & concordiæ amans. 101.2.B
13 Moyſes rem diuinam facturus vxorem cogitur relinquere. 117.1.B.&c.
14 Moyſis negligentia in filio circumcidendo, ab ipſo Deo punitur. 541.1.C.
15 Moyſes ſacerdos ſimul fuit cum Aarone. 387. 1.B. 427.2 A.521.2.E
16 Moyſis ſacerdotium in eius poſteris non permanſit. 427. 2.A
17 Cur Moyſes, non Aaron, Hebræorum populo præficiatur à Deo? 101.1.C.&c.
18 Moyſis manus cur leproſa. 344.2 E
19 Moyſes in Nebo mortuus, legis concluſionem, & finem præfigurabat. 372.2.B.567.2.E
20 Moyſes propter continentiam ab Angelis ſepelitur. 117. 2 B
21 Moyſis ſepulchrum cur Iudæis occultum. 144.1.D
22 Moyſem Angelis ſuperiorem, & Deo quodammodo parem Iudæi credebant. 130.2.B.144.2.B
23 Moyſes Cur Chriſto adfuerit in Thabor. 5.2.C

M V L I E R.

1 Mulier. Vide, *Fœmina*.

M V L T I T V D O.

1 Impiorum, & ſtultorum multitudo. 99.1.D.&c.
2 Numeri multitudo non magnifacienda. 100.2.C
3 Pluris facienda rerum magnitudo, quàm multitudo. 326. 1. C,D
4 Vnus impius propter calliditatem duplex; imò multiplex. 103.1.A,&c.
5 Scriptura ſæpè omnes pro maiori multitudinis parte vſurpat. 259.2.E.517.2 A

M V N D V S.

1 Rabbinorum figmentum de ſeptenaria mundi duratione 325.1.E
2 Mundus propter Iuſtos conditus, Iuſtorum meritis conſeruatur. 350.2.B.551.1.A,&c.
3 Totus mundus ruinoſus. 78.1.E
4 Mundus propter inconſtantiam arundineto ſimilis. 581. 2.E
5 Mundi bona, & gaudia Vide, *Bonum Gaudium*.

M V N E R A.

1 Munera, & auaritia Iudicum oculos eruunt. 419.1.E
2 Iudices & Principes munerum dedecet cupido, & acceptio. 419.1.A

M V R M V R A T I O.

1 Mariæ ſororis Moyſis murmuratio leprâ punitur. 94. 1. B
2 Religioſi, ciborum lautitiem appetentes, & ob illorum defectum murmurantes abiectiſſimi. 427.1.B
3 Melior eſt publica reprehenſio, quàm occulta detractio. 481.1.A

M V S I C A.

1 Muſicæ ad animi motus ſedandos admirabilis vis 24. 1.B
2 Scripturæ concentus ſuauis 24.1.A.&c.
3 Muſica inſtrumenta in diuinis laudibus, Deo grata. 367. 1. A,&c.
4 Muſica inſtrumenta Sacerdotum arma. 367.1.A
5 Samuel in tabernaculo muſica inſtrumenta pulſare didicit. 394.1.C
6 Muſica inſtrumenta præteritæ felicitatis inſignia? captiuitatis dolorem Hebræis augebant. 525.2.A
7 Gratulatoriis canticis, & harmonicis pſalmis Deus maximè delectatur. 366.1.B.367.1.D,E,2.B,368.1.A

N

NABVCHODONOSOR.

1 NAbuchodonoſor in Gentilis populi typum filium Dei in fornace agnoſcit. 570.1.D
2 Nabuchodonoſor in multiformem belluam transformatur. 14.1.B.106.1.C.542.2.D
3 Nabuchodonoſor cur ſeruus Dei dicatur, & Angelus? 65. 1.E.542.1.C

N A T H A N A E L.

1 Nathanael quia ſapiens à Chriſto Domino in Apoſtolum non eligitur. 551.1.C

N A T H I N Æ I.

1 Nathinæi Gabaonitæ fuerunt à Ioſue Deo dicati. 210. 2, C.D
2 Nathinæi donati, ſeu conuerſi in religionibus reſpondent. 210.2.E

N A T I V I T A S

1 Natalitios dies impij celebrare ſolebant, non iuſti. 260. 1. D.269.2.E
2 Veteres Ethnici in die natalitio à cæde abſtinebant. 270. 2.E
3 Natalitij memoriam ſine mortis recordatione impij celebrare non poſſunt. 260.1.E
4 Thraces naſcentes ſuos lacrymis, morientes epulis proſequebantur. 260.2.B
5 Præſentis vitæ incommoda pueri naſcentis lacrymæ teſtantur. 267.1.C
6 Riſus Zoroaſtris in natiuitate ſuam infelicitatem prædixit. 267 2 D
7 Cur aliorum natiuitates per Angelum; Samuelis per ſacerdotem reueletur? 225. .A. Vide, *Samuelis. Natiuitas.*
8 Natiuitas Chriſti. Vide, *Chriſtus*.

N A V I S.

1 Naues Tharſis cur diris, & execrationibus in ſcriptura deuouerantur. 82.2.A,&c.
2 Naues Tharſis cum mercibus vitiorum fæces importabant. 82.2.C

N A Z A R Æ A T V S, N A Z A R Æ V S.

1 Nazaræatum extra tabernaculum, viri, & mulieres profitebantur. 200.1.B
2 Nazaræi idem, ac ſeparati, conſecrati, coronati. 212.2.C
3 Nazaræorum antiquitas. 212.2.C
4 Nazaræorum origo ex diuino inſtituto excellentior. 212. 2.D
5 Nazaræorum votum magnum, imò miraculum. 212. 2. D,E
6 Prima Nazaræorum lex de non bibendo vino. 213.1.D,&c.
7 Secunda Nazaræorum lex de non tangendo mortuo. 214. 1.C &c.
8 Nazaræatus dies per pollutionem ſuper mortuo irriti fiebant. 218.1.D
9 Tertia Nazaræorum lex de cæſarie nutriendа. 200. 1. C. 215.2.E,&c.
10 Nazaræi barbam radere an prohiberentur? 215.2. E
11 Nazaræorum cæſaries abraſa cur igne cremaretur? 219. 1.B
12 Cur Nazaræi hac viciſſitudine nutriendi & radendi comam vterentur. 219 1.B. Vide, *Capilli*.
13 Quarta Nazaræorum lex de ſacrificiis offerendis. 218. 1. D,&c.
14 Ad omnes Nazaræatus leges Samuel ex matris voto tenebatur Vide, *Votum*.
15 Samuelis Nazaræatus perpetuus. 200.1.C 218.1.C
16 Myſticus nouæ legis Nazaræatus. 259.2.A,&c. Vide, *Religioſus*.

N E B O

1 Mons Nebo, id eſt, concluſio, in Moyſis ſepulchro veterem legem ſepultam concludit. 372.2.B

N E G A T I O.

1 Duplex negatio iuxta phraſim Hebræam apponitur ad negandum, iuxta Latinam, ad affirmandum. 401.1.B
2 Repetita negatio in Scriptura prohibentis affectum magis exprimit. 458.1.D

N I C O L A I T Æ.

1 Nicolaitarum hæreſis caſtitatem euertebat. 425.2.A

N I C O D E M V S.

1 Nicodemus cur de nocte ad Chriſtum venerit. 135. 1.B

N I T R V M.

1 Nitrum aceto miſtum, quid in ſcriptura ſignificet. 486. 1.E

NOBILI

NOBILITAS, IGNOBILITAS.

1 De generis nobilitate non gloriandum. 51. 1. C. 118. 1. B. 319. 2. C 314. 1. B 526. 1 D
2 Virtus vera iuſtorum nobilitas. 118. 2 A. 183. 2. D. 517. 1. A
3 Illuſtrem proſapiam vitia dedecorant. 114. 1. A, &c. 146. 1. B, &c.
4 Nobiliores, & dignitate, & pietate primi. 136. 2. D. 139. 2. B. &c.
5 Nobilium peccata grauiùs puniuntur. 118. 1. D. 429. 1. E
6 Superbia poſterorum Heli ignobilitate punitur. 534. 2. E
7 Summa Iudæorum vilitas, & ignobilitas. 550. 1. C. 561. 1. E, &c. 562. 1. C
8 Nobilitas, Vide, *Genealogia Genus.*

NOE.

1 Noë proprio nomine diluuij prædicator. 390. 2 B
2 Noë monogamus 160 1. B
3 Noë cur filios, non filias genuiſſe dicatur. 443. 1. C
4 Noe ſobrietas. 140. 1. A
5 Noë diluuij hiſtoriam an ſcripſerit. 39. 1. A

NOMEN.

1 Nomina filiis non pro nobilitate, ſed pro pietate imponenda. 108. 2. C
2 Vnde veteres Patriarchæ nomina filiis imponenda mutuarentur. 258. 2. D. Ab euentu, vel inſigni Dei beneficio nomina filiis imponere, verior ſententia. 258. 2. E. 259. 1. E
3 Euæ inſcitia in filiorum nominibus imponendis. 259. 1. D
4 Quo tempore nomina filiis imponerentur. 258. 1. A
5 Cur nomen in circumciſione olim, & nunc in Baptiſmo, octauo die imponeretur 258. 1. A. 1. A
6 Vtrùm primogenitus Dauidis ex Bethſabee deceſſerit circumciſus & nominatus? 258. 1. B, E
7 Vtrùm ad patrem, an ad matrem ſpectaret filiis nomina imponere? 257. 1. A. Vtrilibet apud Hebræos hoc munus conceſſum. 257. 1. E
8 Aliquando aliter à patre nomen imponebat. 257. 2. A
9 Munus imponendi nomen pertinet ad dominum. 257. 1. C
10 Aliquorum ſanctorum nomina ante ortum à Deo prædicta. 257. 2. D, E
11 Peculiaris in his nobilitas reperitur, quibus Deus nomen imponit. 259. 2. C
12 Ex quinque viris, quorum nomina ante ortum prædicta ſunt, primus fuit Iſmaël, de cuius ſalute dubitatur. 257. 2. B
13 De nominis antiquitate non gloriandum. 257. 2. C
14 Solius iuſti nomen in cæleſtis militiæ albo recenſetur. 258. 2. A
15 Soli iuſti viri nomine digni. 98. 1. E
16 Qui interitum hominem non curat, hominis nomine indignus. 210. 1. A
17 Peccatores ſine nomine. 258. 2. B
18 Puſillanimes ſine nomine. 258. 2. C
19 Inopes ſine nomine. 107. 1. B, &c.
20 Peccatores variis belluarum nominibus appellantur. Vide, *Bellua.*
21 Cuiuſque mores eius nomen indicat. 108 2. A, &c
22 Non tantum in nomine, ſed etiam factis confidendum. 109. 2. A
23 Quæ ſcripturæ vtilitas in nominum etymologiis & catalogis. 50. 1. E 51. 1. B, &c
24 Arrogantiæ ergo ſuis libris propria nomina præfigunt aliqui, 66. 2 A
25 Sacris libris nomen indere, magna gloria. 66. 1. C
26 Suum nomen iuſti occultant. 60 2. E. 61. 1. D
27 Diuini, & humani nominis coniunctio naturarum coniunctionem in diuina hypoſtaſi præfigurabat. 259. 2. D. Vide, *Dei nomen.*
28 Regis nomen. Vide, *Rex*
29 Samuelis nomen. Vide *Samuel.*

NOVITAS.

1 Doctrinæ nouitas, vanitas & inanitas. 32. 1. E
2 Periculoſa nouitatis ſuſpicio. 32. 2. A
3 Nouitas hæreſum mater & vitiorum. 33. 1. B, C.
4 Doctrinæ nouitas antiquitatis deſtruit veritatem. 33. 2. A. Vide, *Antiquitas.*

NVMMVS.

1 Nummus, & obolus argenteus, quid ſit? 534. 1. D

O

OBDVRATIO, OBSTINATIO

1 Obduratio ſtulta peccatorum, & obſtinatio in ſalutaribus monitionibus reſpuendis 491. 1. B
2 Obſtinatam cordis duritiem in Deum referunt hæretici impudenter. 495. 1. C, E
3 Cordis induratio ſumi poteſt primò negatiuè pro defectu gratiæ congruæ. 495. 2. B. Secundò poſitiuè pro prauo cordis affectu, ſuis peccatis pertinaciter adhærentis. 495. 2. C
4 Grauiſſimum poſitiuæ indurationis peccatum grauiter punitur. 496. 1. A
5 Cordis obduratio poſitiua ex peccandi conſuetudine generatur, 496. 2. C
6 Deus negatiuæ indurationis eſt auctor. 495, 2. B
Non tamen poſitiuæ. 496. 1. C
7 Dupliciter poteſt Deus ad hanc poſitiuam obdurationem ſe habere: primò, negatiuè nullam congruam gratiam conferendo. 496. 1. C
Quod tamen facere non ſolet, niſi prius deſeratur. 496. 1. C. 2. A
8 Secundò, poteſt ad hanc poſitiuam obdurationem ſe habere, aliquas exercendo actiones, ex quibus per accidens homines indurantur. 496. 2. E
9 Diuinis beneficiis peccatores aliquando indurantur. 497. 1. C
Aliquando etiam ſuppliciis. 496. 2. E
10 Iiſdem ſuppliciis ſæpè vnus peccator obduratur, quibus alius emollitur. 497. 1. B. 2. A
11 Remiſſa impiorum obiurgatio, indurationis occaſio. 497. 2. D

OBEDIENTIA.

1 Vera obedientia vltrà quàm tenetur; imò etiam quando non tenetur, diuinam legem ſtrictiùs obſeruat. 141. 2. E. 142. 1. B. Vide, *Lex*
2 Non imperata, ſed ad imperantem vera reſpicit obedientia. 197. 1. C
3 Obedientia ſuos ſanctificat amatores. 222. 2. B
4 Qui homini propter Deum obedit, Deo obedit. 433. 1. E
5 Perſeuerans in religioſis obedientia commendatur. 447. 2. D
6 Summa Angelorum obedientia. 138. 2. E
7 Militum obedientia. 138. 2. E. 139. 1. A

OCHOZIAS.

1 Ochozias quamdiu regnauerit. 75. 2. B, &c. 76. 2. B, &c.

OCVLVS.

1 Oculorum etymon ab occulendo dicitur. 225. 1. A
Oculus, cordis nuntius. 238. 1. D
2 Deus mundi oculus, omnia videt. 336. 1, A
3 Dei oculi benefici. 197. 2. B
4 Dei oculi, tanquam lux, quos aſpiciunt, illuminant. 261. 1. E
5 Dei oculi iuſtos creſcere faciunt, quos intuentur. 444. 1. C
6 Iuſti, Dei oculi. 413. 1. E
7 Diuinis oculis, non humanis, iuſti placere ſtudent. Vide, *Placeo.*
8 Oculi, diuini cultus, & paternæ pietatis contemptores, digni qui eruantur, 606. 2. B
9 Prælatorum, & prædicatorum oculi cur columbini. 13. 1. D. 16. 1. B
10 Oculorum deliciæ in ſacra ſcriptura. 23. 1. A, &c.
11 Iuſti propter concordiam oculis comparantur. 181. 1. A
12 Propria ſuperbia, & aliorum contemptus oculis proditur. 506. 2. A, B
13 Peccatores oculos habent in pedibus. 507. 1. B, C
14 Curioſi, & laſciui oculorum aſpectus vitandi. 224. 2. E, &c.
15 Immodeſti aſpectus magis quàm ipſi dæmones fugiendi. 225. 2. A
16 Incauti oculorum aſpectus etiam de longè vulnerant. 225. 2. A
17 Ab oculis ad cor concupiſcentiæ virus, & flamma transfertur. 225. 2. D
18 Curioſi etiam aſpectus pernicioſi. 226. 1. B
19 Etiam ab honeſtis aſpectibus cauendum. 226. 1. C
20 Immodeſti aſpectus in templo maximè vitandi. 226. 1. E 425. 2. C
21 Chriſtiani etiam apertis oculis maiores aduerſus libidinem vires habent, quàm Ethnici effoſſis. 226. 2. C
22 Democritus ſemetipſum excæcauit, ne concupiſcentiæ nutrimenta aſpiceret. 226. 2. D
23 Heli ab oculorum intemperantiæ nota vindicatur. 226. 2. B

ODOR.

1 Odorum ſuauitas in ſacris literis ſpirat. 25. 1. E
2 Sulphureum in oratione odorem vagæ cogitationes emittunt. 242. 2. B

OLEVM, VNGVENTVM.

1 Scripturæ oleum ſuauiter inungens. 19. 2. C. 21. 2. E
2 Miſericordiæ oleum Prælatis neceſſarium. 486. 2. D

3 Oleum

5 Oleum, quo Iudæorum reges vngebantur, conſumptum. 563.1.D
4 Per oleum ſeu vnguentum, quibus delicati homines diffluebant, deliciæ ſignificantur, vt & per vnguenta, quibus Reges, ſacerdotes inungebantur, bona. 459.2.E

OMNIS.

1 Scriptura ſæpiſſimè omnes, pro maiori parte vſurpat. 259.2.E.527.2.A

OPHNI.

1 Ophni filius Heli, qui roſtrata interpretatur, à paterna virtute degenerauit. 140.1.C
2 Ophni cur diſcalceatus interpretetur. 550.2.A
3 Ophni, & Phinees fratris vitia. Vide *Heli filij*.

OPVS.

1 Bonorum operum fructus in omni tempore Deus expectat. 100.1.A &c.
2 Bona opera in hac vita exercenda. 358.1. D
3 Bona opera in Dei laudem palam fieri oportet. 358.2. A
4 Deus bonis operibus glorificandus. 515 1.A,C
5 Bona opera. Vide, *Virtus. Mala*. Vide, *Peccatum*.

ORATIO.

Non ſit multiloqua. 1 Quo pacto Anna multiplicaſſe preces in oratione dicatur. 224.1 A,&c.
2 Multiloquium in oratione ſine deuotione reprehenditur cum deuotione commendatur. 224.1.A.2.B.241.1.E
3 Verborum repetitio in oratione aliquando laudabilis. 224.1.C
Non altiſona. 4 Breuis oratio, ſed frequens commendatur. 224.1.C
5 Submiſſa Deum voce aliquando iuſti precantur, aliquando clara. 227.1 A,&c.
6 Publicum bonum magna voce? priuatum ſubmiſſa poſtulandum. 127.1 C
7 Temporalia bona ſubmiſſiori, cæleſtia intenſiori voce petenda. 227.1.C
8 Submiſſa voce orandum, ne cordis ſecreta aliis innoteſcant. 227 2.A Ne alij ſimul orantes impediantur. 227.2.C. Vt iactantia vitetur 228 1.A,D
9 Tacita iuſtorum oratio libenter à Deo exauditur. 227.1.A. 228.1.D,&c. 124.1.E
10 Interna cordis vox dulciùs apud Deum perſonat. 229.1.B
11 Tacita contemplatio, animæ pulchritudo. 229.1.E
12 Iuſti non ſolùm taciti, ſed etiam mortui, ad Deum clamant. 229.1.A
13 Peccatores etiam vociferantes tacent. 229.1.A
14 Elata voce aliquando Chriſtus Dominus in noſtram ædificationem orauit. 227.2.D
Orationis ſitus. 15 Vtrum Hebræi ſtando orarent. 196.1.B 277.1.A Etiam flexis genibus aliquando orabant. 192.1.D
16 Flexis genibus orandum. 196.2.A
17 Qui ſedentes orant, reprehenduntur. 196.1.B
18 Supplices olim apud Hebræos Iudices in puluere & cinere orabant & exorabant. 347.2.C,D, E
Tempus. 19 Deus quouis tempore ad noſtras orationes audiendas promptiſſimus. 201. .A
20 Matutinum tempus orationi opportunius. 239.1.E. 254.1.B.2.E
21 Poſt diuina beneficia oratio magis neceſſaria. 254 2.A.E
22 Omnia opera ab oratione incipienda. 254.2.B
23 Oratio, itineris viaticum. 254 2.C
24 Hebræi ad meridiem, ſeu poſt meridiem orare conſueuerant. 229.2.C
25 Oratio etiam inter hominum colloquia exercenda. 233.1 A
26 Conſtantia in oratione commendatur. 237.1 A
27 Conſtantia in compunctione, & modeſtia ex oratione relicta. 237 1.E
28 Conſtantia in lætitia ex oratione recepta. 237.2.D
Præparatio. 29 Oratio, ſummam animi puritatem & corporis caſtitatem requirit. 119.2.E,&c. 136.2.E
30 Sobrietas ad orandum neceſſaria. 238.2 E,&c.
31 Oratio pura ſit, & vigilans. 240.1.B
Attentio. 32 Orationis attentio. 141.1.A,&c.
33 Parum attenta oratio, ridicula. 242 1.C
34 Sulphureum in oratione odorem vagæ cogitationes emittunt 242.2.B
35 Qui corpore, non animo orationi vacant, impudenti irreuerentia Deo terga vertunt. 242.2.E
36 Fugaciſſima humani cordis cogitatio 242.1. D. 243.1. B 243.2.A
37 Vagæ cordis cogitationes, importunæ muſcæ; imò harpyiæ. 243.2.B,D
38 Hebræis in templum aſcendentibus ſecuritatem Deus præſtabat, ne domorum ſolicitudo orationem interturbaret. 244.2.D
39 Oratio, ſuauis quædam dormitio 244.1.C,&c.
Intenſio. 40 Orationis intenſio 244.1.C,&c.
41 Vocis, & cordis ſuauis in oratione concentus. 244.1.E
42 Orationis efficacia corpoream ſentiendi facultatem adimit aliquando. 244.2.A
43 Per efficacem orationem homines ad Deum aſcendunt. 235.1.A,&c.
44 Orationis gladius, ſi hebeſcat onerat, non obarmat. 244.2.C
45 Oratio deuotionis igne exardeſcat, non ſplendeſcat. 244.2.E,&c.
46 Intellectus illuminatio ſine cordis affectione obſcuratur. 245.1.B
47 Cæli theatrum oraturus ingreditur. 245.1.E
48 Angeli feruenti orationi aſſiſtunt, tepentem deſerunt. 245.2.B. 246.1.A
49 Oratio orantem exhilarat. 195. 2. C. 196.1.A. 246.2.A, &c.
Deliciæ. 50 Suauiſſimum orationis conuiuium cæleſtium deliciarum typus. 247.1.D.2.A
51 In oratione Deus, & homo corda commutant. 247.2.C
Vis ad Deum exorandum. 52 Oratio Deum exorat. 247.2.D,&c. imò exorat. ibid. 2.E. 248.1.A
53 Oratio frænum Deo quodammodo iniicit. 248.2.B
54 Oratio, ſcutum. 248.1.D. Murus. 248.2.A. Certamen. 249.1.A
55 Fortiora orationis arma. 248.2.C. 149.1.B
56 Orantis brachia, arcus ſagittarius. 248.2.D
57 Oratio terræ, cæloque dominatur. 249.1.D,E
58 Iuſtorum ora io vrbem ſuſtentat. 351.2.A,&c.
59 Futura ſupplicia Deus iuſtis reuelat, vt eorum orationibus ab illis inferendis retardetur 342.2.A
Cum exorari non vult, impedit ne oretur. 202.1.A. 248.1.A
60 Deus vbi primùm oratus, exoratur 467.1.A. Vide, *Dei liberalitas*.
61 Cur Deus iuſtorum preces ſerò aliquando exaudiat? 235.2,C
62 Quo pacto Deus pro peccato in hominem, & non pro peccato in Deum, exorari dicatur? 467.1.A.&c.
Quomodo pro peccato in Deum orandum. 63 Nulla ſunt peccata in hac vita, pro quibus Deus orari nequeat, & placari. 467.1.D,&c.
64 Peccata in Deum difficiliùs, quàm peccata in hominem remittuntur. 468.2.C,&c.
65 Peccata in Deum quo pacto ſine venia dicantur? 469.1.C
66 Cur rarus ſit, qui pro peccato in Deum ipſum oret. 469.2.B,&c.
67 Etiam peccatores pro ſe, & aliis debito modò orantes, à Deo exaudiuntur. 469.2.C
68 Pro peccatis grauioribus, qualia ſunt contra Deum, iuſti intercedere verentur. 470.2.B
69 Iuſtorum orationem pro inſignibus peccatoribus, non deſperatio impedit, ſed humilitas 471.1.D
70 Pro peccatis in Deum ſolum Chriſtus exorare poteſt. 470.1.C. Non tamen ſemper pro quibuſque peccatoribus voluit orare. 471.1.A
Pro inimicis orandum. 71 Non pro Iudæis, ſed pro Gentilibus crucifigentibus, Chriſtum in Cruce oraſſe, aliqui exiſtimant. 47 . .1.B
72 Inſigne exemplum eſt oratio remittentis propriam iniuriam, ad Dei miſericordiam pro aliorum peccatis impetrandam. 101.2.C. 27 . 2.A D. 445 2.B. 469.2.D. 470.1.C.
73 Pro aduerſariis orare magnum virtutis argumentum. 131.1.A,&c. 185.1.B
74 Solus Moyſes, & Samuel in veteri Teſtamento pro inimicis leguntur orare, 445.2.C
75 In contumeliis tacentem Deus libentiùs exaudit. 201.1.C &c. 203.1.A. 149.2.A
76 Solitudo orationi aptiſſimus locus. 221.B, C. 222. 1.B
77 Bonam omnem iuſtorum operationem, orationem eſſe, falsò aliqui arbitrantur. 194.1.E

ORIENS.

1 Peculiaris Eccleſiæ ad Orientem propagatio per Luſitanos prædicatores. 373.2.C.&c
2 Chriſtus in Cruce Orientem ſpectabat. 373.2.D
3 Chriſtiani à Chriſto Oriente, Orientales dicti. ibid.

ORIGENES.

1 Animas in cælo præexiſtere, & poſt peccatum in corpora detrudi, error Origenis. 198.1.C

OS.

1 Os Dei Prophetæ dicuntur 3.2.B
2 Chriſti in ore, Dei minæ molliuntur, & hominum preces libentiùs exaudiuntur 2.1.B.C,&c.
3 Os prædicatoris dilatatum ſit, non acutum. 301.1.D,E
4 Os dilatare in bonam, & in malam partem vſurpatur. 300.2.D,E

5 Os

5 Os dilatant iuſti ad prophetandum, ad Deum laudandum, ad ſatisfaciendum illis, qui calumnias ingerunt. 300.2.D, E,&c.

OSSA.

1 Cur ſua oſſa diuidere Chriſtus non permiſerit, 108. 1. C, &c.

OSEE.

1 Oſee vltimus Regum Iſraël à Salmanaſar Aſſyriorum rege expugnatur. 73.1.A

OTIVM.

1 Ad Scripturæ conuiuium otioſi non admittuntur. 28.2.B
2 Otioſitas vitiorum ſchola. 285.1.A
3 Otioſa verba vitanda. 315.2.B. 319.1.A,B
4 Otium. Vide, *Labor.*

OZIAS.

1 Regis Oziæ exitus vitæ incertus. 80.1.B,&c.
2 Ozias propter ſacrilegium, regis titulo priuatus. 415.2.B
3 Ozias in ſacerdotale miniſterium inuolando, minorem ſe ſacerdote fatetur. 427.2.E
4 Ozias publicè peccans, publicè in fronte punitur. 483. 1.C

P

PANIS.

1 Panis ſcripturæ ſymbolum 10.1.A,&c. 122.1.B
2 Panis virtutis hieroglyphicum. 322.1.C
3 Panis ſacræ Euchariſtiæ, Vide, *Euchariſtia.*
4 In fermentati panis primitiis continuam ſui memoriam Deus requirebat. 304.2.C
5 Torta panis quid ſit. 254.2.B
6 Propoſitionis panes frequenter mutati, veteres legis ceremonias extinguendas figurabant. 565 2.A

PARADISVS.

1 Cur adamus fuerit extra paradiſum creatus: Eûa in paradiſo. 262.1.A

PASCHA.

1 Feſtum Paſchæ, ſiue Azimorum, ſeptem dies celebrabatur. 147 2.D. 148.1.A
2 Indiſpenſabile erat præceptum, Paſcha in tabernaculo celebrandi. 148.1.B

PASSIO.

1 Chriſti paſſio Vide, *Chriſtus.*
2 Animi paſſiones inebriant. 213.2.E,&c.
3 Paſſiones in capillis adumbratæ. 212.2.B
4 Paſſiones animi pedes. 333.1.E. 354.2.B. 416.2. C. 507.1 C

PASTOR

1 Stultus animarum paſtor, cur Idolum dicatur. 415.2.D
2 Paſtoralis cura in Ephod pontificali adumbrata. 435. 1. B
3 Deus perfectiſſimi paſtoris exemplum, Eccleſiæ paſtoribus imitandus. 517.1.C
4 Paſtores animarum ouibus proximè adſint. 93.2.E,&c.
5 Animarum paſtores medici, non principes. 94 1.D
6 Paſtores vel ſuo diſcrimine oues in periculo tueantur. 94. 2.A.&c.
7 Paſtor. Vide, *Prælatus. Princeps.*

PATER.

1 Parentum vitia, filiorum exitia. 112. .A
2 Pater cur filiorum centrum. 112.1.A
3 Parentum & filiorum eadem ſors 112.1.D
4 Filiorum virtus in parentibus laudatur. 111.1.E. 112.1.C
5 Filiorum mala parentibus imputantur. 112.1.A
6 Mali filij & vitia, & ſupplicia à parentibus quaſi hæreditate trahunt. 1. A &c.
7 Parentes in filiis grauius plectuntur 113.1.C
8 Filij boni ex malis parentibus, miraculum. 115.2.A
9 Patrisfamilias exemplum domeſticos excitat ad virtutem. 136 2.B
10 Ex bonis parentibus filij impij aliquando. 140.1.C
11 Paterfamilias ſui immemor, memor ſuorum. 149.2.C
12 Parentum amor in domeſticos æqualis. 154.2.D,&c
13 Iniquos parentes propter bonam filiorum ſpem, Deus ſuſtinet. 150 2.A
14 Ebrietas reuerentiam in parentes euertit. 241.1.A
15 Domeſtica vitia, alioqui publica, deſides parentes ſeriùs cognoſcunt. 453.2.B,&c.
16 Parentum ignauia in filiis reprehendendis, periculoſa. 158.2.A,&c.
17 Parentum ignauia in filiis reprehendendis, & puniendis exemplo Heli arguitur. 474.2.B,&c. 489.2.A,&c.
18 Contumaces filios ab ipſis parentibus accuſati Deus olim præcipiebat. 479.1.C 489.1.A
19 Præcipua parentũ cura filios à libidine coërcere 475.2.D
20 Bonorum parentum de filiorum moribus ſolicitudo. 482. 1 A
21 Parentum in proprios filios ſeueritas. 483.2 D,&c.
22 Pater. Vide, *Mater. Filius,* &c.
23 Patres ex vitio filios vouere, & vendere poſſint. Vide, ...
24 Quiſnam parentum nomen filiis imponeret? Vide, *Nomen.*
25 Quomodo parentes benedictionem filiis impertirentur. Vide, *Benedictio.*
26 Magiſtri, alteri diſcipulorum patres. Vide, *Magiſter.*
27 Vrbium conditores, earum patres dicebantur. 532.2.E

PATRIA.

1 Diuerſa è diuerſis patriis genia, & ingenia. 109.2. D,&c.
2 Mala patria, improborum morum indicium. 110.1.C
3 Miraculum eſt, in mala patria bonum incolam reperiri. 110.2.D
4 Diuerſis regionibus diuerſa morum medicamenta applicanda. 110.2.A,&c.
5 Amor in patriam, 110.2.E
6 Patria vilis, bonis incolarum moribus illuſtratur. 111. 1.D
7 Chriſtus, & Apoſtoli ex humili patria. 111.1.D
8 Patria nobilis praua incolarum moribus non deprimenda. 111.2.A,&c.
9 Patriæ renunciant, qui diuina familiaritate frui deſiderant. 221.1.E
10 Viri iuſti, patriæ murus, & munimen. 351.2.C
11 Iudæi à patria depulſi. 558.2.E
12 Iudæi excidij die per ſingulos annos recurrente, ſoluto pretio patriam inuiſebant deploraturi. 559.1.B

PATIENTIA.

1 Patientia, & conſolatio, in Scriptura. 21.1.D
2 Iniuriæ patienter ferendæ, non ad Deum, vel ad iudicem deferendæ. 184.2.A,&c. 235.2.C 253.2.C,&c.
3 Triſtitia de iniuriis vni Deo offerenda. 212.2.C,E
4 Patiens inter iniurias ſilentium, Vide, *Silentium.*
5 Mitis reſponſio in iniuriis Deum habet patronum. 201. 2.E
6 Mitis reſponſio in iniuriis patientis innocentiam commendat. 251.2.B
Iram extinguit, & conuitiantis animum demulcet. 254.2. B,&c.
7 Placida reſponſio maius aliquando patientiæ argumentum, quàm ſilentium. 252.1.D
8 Vrbana reſponſio in iniuriis, patientiam reddit illuſtriorem. 252.2.B
9 Inurbana peccatorum in Deum obiurgantem reſponſio. 252.2.B,C
10 Riſus tolerantiæ comes. 252.1.E
11 Illata iniuria non regerenda, ſed benedictione penſanda. 252.2.E
12 Vindictam regerentes, malam de ſe opinionem confirmant. 253.1.A
13 Inimicorum vitia conuitiis non inſectanda. 301.2.C
14 Inimici benignè ſuſtinendi. 301.2.E
15 Patientia gratiſſimum Deo ſacrificium. 397.2.E
16 Ephod patientiæ ſymbolum. 433.1.B
17 Patientia domi exercita, foris ſplendeſcit. 252.1.E
18 Oratio patientiæ conflatorium. 253.2 A
19 Efficax exemplum, & oratio remittentis propriam iniuriam, ad Dei miſericordiam pro aliorum peccatis impetrandam. 201. 2. C. 279.2.A. 469.2.D. 470.1.C. 445 2.B
20 Patiens oratio pro inimicis. Vide, *Oratio,* à numero 72.
21 Patientia ſpem alit. 202.1.C.D
22 Iniurias patientes Deus non ſolùm ſanat, ſed etiam recreat. 202. 2.A
23 Deus nunquam ſuos omni patientiæ occaſione priuat. 166. .D
24 Chriſti patientia. Vide, *Chriſtus.*

PAVLVS.

1 D. Pauli admirabilis paupertas, & ſingularis in ſcripturam religio. 52 1.D
2 D. Paulus, quare vas electionis? 59.1.C
3 D. Paulus puſillæ ſtaturæ. magnus coram Deo 444.1.D
4 D. Pauli magnus iuſtitiæ zelus. 477.1.B. 490.2.D

PAVPERTAS. PAVPER.

1 D. Pauli admirabilis paupertas. 52.2.D
2 Paupertas voluntaria diues, & glorioſa. 95.1.D,&c.
3 Deus pauperum poſſeſſio. 108.2.D. 109.1.A
4 Pauper opulentiſſima Dei poſſeſſio. 109.2 B,&c.
5 Paupertas ſuos ſanctificat cultores. 222.2.B
6 Diuites in paupertatem redacti. 323.2.A,E
7 Pauperes ad opulentiam ſubleuati. 324.1 D,E
8 Diuina potentia in diuitibus depauperandis, & pauperibus ditandis, elucescit. 343 2.D. 344.1 C,E
9 Pauperes diuitibus altera mors. 343 2. D. 344.1.A. Imò morte grauior. 344.1 D
10 Quos pauperes Deus de ſtercore eleuare dicatur? 346.1.C, &c.

11 Pauperes Deus in Iudices elegit, ne muneribus corrumpantur. 348.2.C
12 Pauperes, tanquam columnæ orbem fulciunt, & ſuſtentant. 350.2.B. 351.2.A
13 Paupertas hominibus contemptibilis. 383.2.A
14 Pauperes olim à magiſtratibus repulſi. 383.2.C
15 Etiam Reges humilitate, & paupertate commendantur. 389.1.A
16 Pauperes cupidi. 419.2.B
17 Pauperes etiam in hac vita glorificantur. 519.2.B
18 Filiorum Heli intemperantia contraria egeſtate ponitur. 533.2.F,&c.
19 Prælati magis ſuis opibus, quàm omnibus conſulentes, egeſtate puniuntur. 538.1.E
20 Bonorum temporalium amiſſio, peccatoribus durior, quàm cæleſtium. 539.1.D
21 Propria egeſtas ex alienis opibus, grauior redditur. 559.1.A
22 Eximia Chriſti Domini paupertas. 283.2.C,&c.
23 Paupertas Chriſti inſigne. 384.1.B
24 Vtrùm paupertas Chriſti omnium rerum temporalium dominium excluſerit. 384.1.D. 389.1.B
25 Excellens Chriſti regnum cum eximia paupertate coniunctum. 389.1. B

PAX.

1 Frequens apud Hebræos ſalutatio. 244.1.E
2 Chriſti Domini pax. 385.1.C
3 Impiis nulla pax. 297.2.A
4 Pax inter coniuges ſeruanda. 265. 2. C. Vide, *Concordia.*

PECCATOR.

1 Peccatores innumeri, iuſti pauci 99.1.E,&c.
2 Peccatorum multiplicitas propter calliditatem. 150. 1. A
3 Peccatores à vero fine aberrant. 6.2.C
4 Peccatores cur in circuitu ambulare dicantur. 99.1.D
5 Peccatoribus nulla pax. 297.2.A
6 Breue peccatorum gaudium. Vide, *Gaudium.*
7 Peccatores corde ſpoliantur. 298.1.B
8 Peccatorum ſtoliditas qui peccata diuinos oculos putant latere. 316.2.D, &c.
9 Struthioni ſimilis peccator, dum Deum vult ſe latere. 317. 318.1.D, E
10 Quo pacto Deus peccatores excæcare dicatur. 333. 1. B,C
11 Peccatorum tenebræ, & angores. 271.1.E. 399.1.D
12 Peccatores belluæ. Vide, *Bellua.*
13 Peccatores ſatiari peccatis aliquando Deus permittit, vt peccatorum nauſeam faſtidiant. 145.1.E.&c.
14 Diabolus nunquam ad ſatietatem vitia præbet, vt auidius appetantur. 145.2.A
15 Vitia ſua aliquibus ſanctorum exemplis excuſant peccatores. 53.1.C,&c.
16 Peccatores ſuis ſceleribus quærunt de ſacris literis patrocinium. 55.2.B,&c.
17 Peccatores ad regimen inepti. 64.2.A. 65.1 A
18 Peccatores Dei patientia, & ſilentio abutuntur. 181.2.B
19 Peccatores etiam vociferantes, coram Deo tacent. 229. 1.A
20 Peccatorum in Deum obiurgantem, inurbana reſponſio. 257.2.B
21 Peccatoris acceſſus ad Deum tardior, quàm Dei ad peccatorem. 274.2.A
22 Peccatores cum Deo litigant, & rixantur. 360.1.C
23 Peccatores ex comparatione cum iuſtis ſolet Deus acriùs ſtimulare. 532.2.A
24 Peccatores coram Deo parui. 444.1.A
25 Peccatorum inter Iuſtos conſuetudo. Vide, *Societas.*
26 Peccatores puniendi. Vide, *Supplicium.*

PECCATVM.

Iuſtorū peccata. 1 Peccatorum narratio ſcripturam non vitiat, imò conſecrat. 18.1.A.&c.
2 Iuſtorum peccata cur Scriptura narret. 54.1.A,&c.
3 Sua peccata libentes iuſti in Dei gloriam patiuntur euulgari. 54.2.C
4 Sanctos ſua ruina facit cautiores. 55.1.A,B
5 Iuſtorum errores noſtra ſunt documenta, ne in hac vita de bono ſtatu gloriemur. 54.2. D, &c. Vt in poſterum à peccatis caueamus. 55.1.D. Vt à peccatis reſurgamus. 86.1.B, &c.
Peccati infamia 6 Iuſtos magis torquet peccati infamia, quàm pœnæ dolor. 163.1.A,&c. 176.1.A. 361.1.B,&c.
7 Peccatores non culpam, ſed pœnam reformidant. 360.1.A, &c.
8 Peccatorum non pœna, ſed culpa deploranda. 208. 2. D
9 Peccata, vel peccatorum locus inferni nomine ſignificantur. 341.2.B,&c.
10 Peccatum magis, quàm infernus formidandum. 342. 1.B

11 Nazaræi mortuos, id eſt, mortalia peccata vitare iubebantur. 214.1.C
12 Impius à peccato in peccatum cadit. 105.1.D, &c. 105.2. C,&c. *Conſuetudo*
13 Recidiuum in peccatis formidandum. 214.2.B
14 Peccata ſtatim pœnitentia abluenda. 215.1.D
15 In peccato diu non ſedendum. 215.2.D. 215.2.A
16 Inueterata peccata difficiliùs eradicantur. 313. 1. C. 480 2.E
17 Deteſtabilis peccandi conſuetudo. 402.1.D,&c.
18 Peccandi conſuetudo obſtinatam cordis duritiem parit. 496.2.C. Vide, *Obduratio. Obſtinatio.*
19 Leuiora peccata in puluere, grauiora in ſtercore adumbrata. 346.1.B. 354.1.C *Peccata vel minima.*
20 Non ſolùm peccata, ſed etiam peccatis vicina fugienda. 213.1.D
21 A minimis malis cauendum, vt à maximis recedamus. 213. 2 A
22 Vel minima vmbra, & occaſio vitanda. 214.1.E 2.D
23 Immunda non ſolùm non facienda, ſed etiam non tangenda. 214.2.B
24 Exorientia adhuc peccata amputanda. 489.1.E. 2.D
25 Parua mala, neglecta maiora ſæpè redduntur. 481.1.A
26 Peccatorum ruina ad maiorem aliquando prodeſt reſurrectionem. 530.2. D,&c.
27 Peccata mentis tenebræ. 355.1.A
28 Peccata non Deo, ſed peccatori nocent. 466.2,E
29 Peccata diu latere non poſſunt. 453.2.A
30 Aliquando Deus peccata permittit, vt fortiùs ad gratiam erigat. 342.1.C. Vt ſuperbiæ medeatur. 342.1.E. 2.E. *Permiſſio.*
31 Minora mala permittenda, vt maiora impediantur. 409. 2,D *Diſtinctio.*
32 Intrinſeca peccati grauitas ex formis negatis deſumitur. 412.2.E. 414.1.A
33 Extrinſeca peccati grauitas ex circunſtantiis deſumenda. 413.2.D. 424.1.B.
34 Peccata contra religionem deteſtanda. 414.C,&c.
35 Peccata contra religionem à Deo grauior, & celerius puniuntur. 142.2.B. 414.2.A, &c. 468.2. C, &c. 506. 2. D, &c. *Sacrilegium.*
36 Peccata in Deum ex genere ſuo grauiſſima. 414.1.C. 463. 2.B
37 Deus ſui contemptores contemnit. 516. 2. D. Primò, per vitij ignobilitatem. 517.1.A. Secundò, per aliorum hominum contemptum. 1. B. Tertiò, eorum gloriam omnino auferendo. 2.A
38 Deus ſacrilegos puniendo exaltatur. 415.2.E
39 Ozias per ſacrilegium Regis titulo priuatur. 415.2.C
40 Peccata ex loci ſanctitate, in quo fiunt, grauiora euadunt 424.1.B.&c.
41 Grauiſſimum ſacrilegium loci ſacri violatio. 412.2.E. 463. 2 E. Violatio etiam perſonæ ſacræ. 464. 1. B. Imò & ſacræ actionis. 464.1.D
42 Religioſi ſuæ profeſſionis deſertores, ſacrilegi. 464. 1.E. *Peccata ſacerdotum.*
43 Peccata ex ſacerdotali peccantium dignitate non mediocriter aggrauantur. 426.2.C,&c. 429.1. C, 2.B. 461.1.A, &c.
44 Sacerdotum peccata animas à Deo auertentium, grauiora. 413.1.B.D
45 Mortalia peccata in mortuorum animalium pedibus adumbrata, ſacerdoti prohibentur. 416.2,C
46. Peccata Sacerdotis ex malitia grauiora. 476. 2. C. 491. 2.E
47 Sacerdotibus ſui contemptoribus Deus par pari refert. 517.2.C
48 Sacerdotum peccata à Deo morte plectenda. 542.1.C
49 Sacerdotum peccata difficiliùs à Deo condonantur. 462. 1.C.&c.
50 Peccatum etiam filiæ ſacerdotis grauiùs in lege punitur. 462.2.E
51 Principum peccata diuinam miſericordiam intercludunt. 77.E. 80.2,B,&c.
52 Principum peccata grauiùs punienda. 429.1,D,E *Scandalum.*
53 Scandaloſa ſacerdotum, & Principum peccata. Vide, *Scandalum.*
54 Peccata contra iuſtitiam longiſſimè fugienda. 418.1. B. &c.
55 Peccata contra temperantiam diligentiſſimè præcauenda. 420.2.A,&c.
56 Peccata in virum, & in Deum, quo pacto diſtinguantur? 461.3.B.&c. *Peccata in virum, & in Deum.*
57 Prima opinio peccatum in virum dicit, quo humanæ leges violantur, in Deum, quo diuinæ. 461.2.B. Refellitur. 1.E
58 Secunda opinio peccatum in virum ſumit pro peccato à laico commiſſo in Deum pro peccato à ſacerdote. 462.1. A. Reiicitur. 463.1.A
59 Tertia, & vera opinio, peccatum in Deum ſumi pro peccato contra præcepta primæ tabulæ, in virum contra præcepta

ceptà ſecundæ.463.1.B
60 Peccatum in virum, Deum etiam attingit, licet diuerſo modo.463.1.C
61 Peccatum in Deum, quinque modis committi poteſt. Primò cum nulla offenſa creatura peccator in ſolum Deum inſoleſcit.463.1. D. Secundo per idololatriam 7.6. 4. 2. A. Tertiò, per ſacrilegium. 463. 2. E. Quartò grauiſſimè in Deum peccarunt Iudæi Dei filium occidendo.464.2.B Quinto, grauiſſimè in Deum peccant, qui ſacram Euchariſtiam indigne ſuſcipiunt.465.2.A
62 Regis Abimelech peccatum in Saram, cur peccatum in Deum dicatur? 464.1.B
63 Vtrùm idem ſit peccare in Dominum, & peccare Domino? 466.2.C,E
64 An peccatum in Deum, & in Spiritum ſanctum ad mortem inter ſe diſtinguantur? 465.2. D. Prima ſententia negatiua.ibid.&c. 466.1.C. Verior ſententia affirmatiua.466. 1.C,&c.
65 Quodnam ſit peccatum in Spiritum ſanctum 465. 2. E 466.2.A
66 Quodnam ſit peccatum ad mortem.466.2.A,E
67 Quo pacto Deus pro peccato in hominem, & non pro peccato in Deum orari dicatur. Vide, *Oratio*. à n. 62.
68 De alienis peccatis condolendum.277.2.A
69 Cur carus ſit, qui pro peccato in Deum, ipſum oret. Vide *Oratio*. à n.66.
70 Peccata, quomodo punienda. Vide, *Supplicium*.
71 Peccatum originale in lege veteri, pueris ante octauum diem deſcendentibus, tollebatur per aliquod ſignum, non per circunciſionem.258.1.E

PELICANVS.

1 Pelicanus filios roſtro occidit, ſanguine viuificat.333.2.B

PENTECOSTE.

1 Pentecoſtes feſtum quando, & ex qua cauſa inſtitutum.
2 Pentecoſtes feſtum vnico tantum die abſoluebatur. 147.2.B

PERMISSIO.

1 Peccati permiſſio. Vide, *Peccatum* à n. 38.

PERSECVTIO.

1 Eccleſia perſecutionibus creſcit.382.1.C,&c. Vide, *Eccleſia*, *Martyrium*.

PERSEVERANTIA.

1 Perſeuerantia in diuina lege neceſſaria.288.1.A,&c.
2 Perſeuerantia in virtute commendatur.447.2. C,E
3 Virtutes cæteræ ſine perſeuerantia nihil proſunt. 447. 2. E
4 Perſeuerantia virtutum omnium corona.448.2.C
5 Sola perſeuerantia vincit, ac triumphat.448.2.B
6 Perſeuerantia in religioſa obedientia commendatur. 447. 2 D
7 Buxum perſeuerantiæ ſymbolum.448.2.D
8 Perſeuerantia. Vide, *Circumſtantia*. *Fortitudo*.

PES

1 Pedum nomina, vel corporis, vel animi pedes ſignificantur.352.2.D
2 Pedes figuratè pro toto corpore ponuntur.353.1.B
3 Animi affectus pedes.353.1.E.354.1.B.507.1.C
4 Pedes pro annis aliquando vſurpantur.353.1.B
5 Sanctorum pedes Deus ſeruat, ac dirigit.353.1.B,&c.
6 Sanctorum pedes Deus ſeruat. Primò à gehenna liberando. 353. 2. E. Secundò, roborando in tentationibus.354.1. A. Tertiò, à deuiis & tortuoſis callibus retrahendo. 354.1. D. Quartò, ſtabilitatem tribuendo, ne ab incœpta virtutis via dimoueantur. 354. 2. B. Firmitatem ne laboribus ſuccumbant.354.2. C. Velocitatem, ad vitia fugienda, & virtutes ſectandas.354.2.D
7 Specioſi prædicantium pedes, propter terrenarum rerum contemptum.354.1.B
8 Prædicantium pedes voluptatis oleo, & fortitudinis ferro pulchri.28.2.A
9 Cur Deus nullum ornamentum ſacerdotis pedibus imperauerit.416.1.B
10 Iſaac immolandus in perſeuerantiæ typum pedibus alligatur.448.1 C,D
11 Ferarum more diuina ſacrificia pedibus conculcabant filij Heli.506.2.C,&c.
12 Aliquid pedibus conculcare maximi ſignum contemptus. 507.1.A
13 Pedes diſcalceabant, qui propinquitatis iuri cedebant 550.2.A

PHARAO.

1 Hebræorum error de Pharaonis incolumitate in mari rubro 527.1.B
2 Pharao vltimus in mari rubro periit.527.1.B
3 Pharaonis obduratio quomodo Deo tribuenda? Vide, *Obduratio*.

PHARISÆI.

1 Phariſæi vnde dicti.211.1.A
2 Phariſæorum inſcitia.7.2.A.8.1.D.211.2.A
3 Phariſæi in Moyſis cathedra publica authoritate docentes bona dicere à Deo cogebantur.211.1.D
4 Phariſæorum impietas per malam doctrinam homines à Deo auocantium.403.2.B
5 Phariſæi veſtium fimbriis acutiſſimas ſpinas alligabant.29. 2.B

PHENENNA.

1 Phenennæ fœcunditas diuinæ gratiæ typus. 131. 2. D. &c. Vitæ actiuæ hieroglyphicum.132.1.C,&c.
2 Phenennæ fœcunditas in ſterilitatem degenerans ſynagogæ typus.133.2.B,&c.328.1.C,&c.
3 Phenennæ fœcunditas in ſterilitatem meritò degenerauit. 327.1.B,C
4 Frequens Phenennæ iurgium cum Anna.167.1.C,&c. Vnde ortũ fuerit 167.1.C,&c.169.2.B,&c. Quàm moleſtum fuerit.171.2.B,&c.173.1.D.&c.175.1.D
5 Phenennæ iurgium, in bonum Annæ.177.2.C,&c. In typum Eccleſiæ, & ſynagogæ.179.2.A

PHILIPPVS.

1 Philippi III. Hiſpaniarum regis de temporalis regni inconſtantia luculentum teſtimonium.586.1.A

PHINEES.

1 Phinees filius Heli os mutum interpretatur. 140. 1. C, à paterna virtute receſſit.474.2.B
2 Vtrùm Heli dum viueret, ad Phineem ſacerdotium detulerit? 433.1.E
3 Phinees, & Ophni filiorum Heli crimina, & ſupplicium. Vide, *Heli filij*.
4 Phinees filius Eleazari propter Dei zelum æternam ſacerdotij gloriam eſt adeptus.479.1.E.523.1.A
5 Quo pacto promiſſio ſacerdotij facta Phinee cum promiſſione facta Heli coniungatur. Vide, *Promiſſio*.
6 Phineen, & Heliam eundem eſſe, qui affirment.499.1. D Refelluntur ibid.2.C,&c.
7 Phinees propter caſtitatis zelum quodammodo immortalis.499.2.B
8 Phinees coniugatus fuit non Helias.500.1.A
9 Phinees ſacerdos fuit, non Helias.500.2.A
10 Phineen tempore Heli ſacerdotis vixiſſe, falſo aliqui exiſtimant.498.2.E.499.2.B.&c.
11 Alter Phinees, alterius Eleazari filius in Scriptura narratur.499.2.D,&c.

PYTHAGORAS.

1 Pythagoras Moyſe iunior.34.2.E

PLACEO.

1 Gratiam inuenire, idem in Scriptura, ac placere. 236. 2. B
2 Virtus omnibus placet.152.1.A,&c.
3 Diuinis oculis non humanis iuſti placere ſtudent.433.1. E. 2.B
4 Difficillimum, Deo ſimul, & hominibus placere.449. 1. C. &c.
5 Qui Deo placent, hominibus ſtatim diſplicent. 449. 1. C &c.
6 Deo è contra diſplicent, qui hominibus placere ſtudent. 450.1.A,&c.
7 Qui hominibus placere ſtudent, Chriſtum oppugnant.450. 1.E.
8 Iuſti Deo ſimul & hominibus placere dicuntur; primò, quia omnibus placere digni ſunt.450. 2. C Secundò. quia Deo placent, & aliis iuſtis.450.2.E. Tertiò, quia non ſolùm Deo, & aliis iuſtis, ſed etiam impiis laudabiles ſunt, & admirabiles. 451. 1. D. Quartò, quia impiis etiam placent omnibus omnia facti, vt eos retrahant à peccatis. 451. 2.A
9 Samuel Deo ſimul placuit, & hominibus; primò propter religionem in Deum, & iuſtitiam in homines.473.1. A, B. Secundò, propter internam intentionem, & externam ædificationem, ibid. Tertiò, propter eximium amorem in Deum, & in homines, ibid.1.C. Quartò, propter bonam ſuæ virtutis famam.473.1.E
10 Perſona publica non tantùm Deo, ſed etiam hominibus placere ſtudeat.473.2.A
11 Non tantùm bonis, ſed etiam malis placere ſtudendum 473.2.B,D

PLATO.

1 Plato ex Moyſis doctrina quantum profecerit? 36.1.D. &c.
2 Dei ineffabile nomen ab Hebræis didicit Plato.36.2. A.&c.

3.Plato

3 Plato ſcripturæ veritates in ſuos inſeruit errores. 16. 2.E
4 Chriſtum Dominum à Platone didiciſſe, quidam impudenter adſtruunt. 57. 2. B
5 Qui affirmarunt, Platonem cum Chriſto Domino ab inferis, ad ſuperos euolaſſe. 338. 1. B. 339. 1. A

POENA.

1 Pœna nocenti ſupplicium, innocenti ſolatium. 163. 1. A
2 Iuſtos magis torquet peccati infamia, quam pœnæ dolor. 163. 1. A. 176. 1. A 361. 1. B &c.
3 Peccatores, non culpam, ſed pœnam reformidant. 360. 1. E, &c.
4 Peccatorum, non pœna, ſed culpa deploranda. 208. 1. D
5 Pœnæ commenſuratio ad culpam quoad grauitatem, non quoad durationem deſumenda. 340. 1. A, E
6 Æterna inferorum pœna. Vide, *Inferi*.
7 Pœna. Vide, *Supplicium*.

POENITENTIA.

1 Peccata ſtatim pœnitentia abluenda. 215. 2. D. 218. 1. A
2 Etiam iuſti in hac vita pœnitentiæ indigent medicamine. 218. 1. E
3 Pœnitentia non eſt ad mortē differenda. 362. 1. C. 491. 2. C
4 Apud inferos nullus pœnitentiæ locus. 318. 1. A
5 Pœnitentia vita. 468. 2. B
6 Præterita ruina peccatorum, ad maiorem pœnitentiæ reſurrectionem prodeſt aliquando. 530. 2. D
7 Effuſa aqua, pœnitentiæ ſymbolum. 235. 1. A
8 Ephod lineum, cur pœnitentiæ hieroglyphicum? 434. 1. C
9 Anima ſterilis, per pœnitentiam fœcunda. 350. 2. A. B. C
10 Supplicia Deus minatur, vt per pœnitentiam ab illis inferendis retardetur. 362. 1. A, &c. 390. 1. A, &c.
11 Pœnitentia Dei comminationes de ſupplicijs inferendis reuocat. 391. 2. B, &c.
12 Nulla ſunt etiam grauiſſima peccata, quæ per pœnitentiā non capientur. 467. 1. D. &c.
13 In ſignis pœnitentia Manaſſis. 79. 1. B, 81. 1. E, 467. 1. B
14 Vel ficta pœnitentia Achabi, dilationem ſupplicij à Deo impetrauit. 467. 2. E
15 Boni latronis pœnitentia, & venia commendatur. 468. 1. C. &c.

POLYGAMIA

1 Polygamia duplex, ſucceſſiua, & ſimultanea. 122. 1 C
2 Polygamia ſucceſſiua, & fuit & eſt licita. 122. 1. D, &c. Laudabilior tamen monogamia. 121. 2. C, &c.
3 Polygamiam minus decoram etiam Ethnici exiſtimarunt. 125. 1. A
4 Multæ fœminæ mortem, ſecundis nuptiis præpoſuere 123. 2 b
5 Hæreticorum errores de polygamia. 122. 2. B. 123. 2 A
6 Secundarum nuptiarum incommoda 123. 1. D
7 Irregularitas polygamis impoſita. 123. 1. E
8 Spiritualis etiam polygamia cum Eccleſiis Epiſcopis prohibetur. 123. 2. C
9 Simultanea polygamia prohibetur. 123. 1. E
10 Multorum virorum cum Vna vxore polygamia, iure naturali eſt prohibita. 123. 2. E, &c. Et indiſpenſabilis. 124. 2. D, &c.
11 Multarum vxórum cum vno viro polygamia etiam naturali iuri aduerſatur, 124. 1. E, &c. Eſt tamen diſpenſabilis. 124. 2. D. &c.
12 A Deo ſolum hæc diſpenſatio concedi poteſt. 125. 1. C Ante diluuium nulla conceſſa. 125. 2. A. Poſt diluuium, multæ. 125. 2. C. plures in lege ſcripta. 125. 2. C
13 Hæc diſpenſatio à Chriſto Domino in lege gratiæ reuocata. 125. 1. E
14 Hæc diſpenſatio ad gentiles nunquam fuit extenſa. 126. 1. D
15 Iudæorum figmentum de Adami polygamia. 125. 2. A
16 Lamech polygamia grauiter punitur. 125. 2. B
17 Vtrum polygamiæ diſpenſatio Noë, an Abrahamo primò fuerit conceſſa? 126. 1. E. &c.

PONTIFEX.

1 Summus pontifex in terris, alter Chriſtus. 381. 1. E
2 Chriſtus temporale regnum in Summum pontificem non tranſmiſit. 384. 1. D. 389. 1. E
3 Summus pontifex, Chriſti ſacerdos fidelis. 529. 1. E. 551. 3. D
4 Hebræorum pontifices. Vide, *Sacerdos*.

PORTA

1 Cœli porta anguſta. 546. 1. E
2 Templorum portæ variis cælaturis exornari ſolebant. 195. 1. A
3 Iudicium ad portas ciuitatis olim exercebatur. 196. 2. E 446. 1. C
4 Deus ſynagogam tantum ad oſtium tabernaculi, cur alloqueretur, 574. 2. C

POSSESSIO.

1 Deus ſuorum poſſeſſio. 108. 2. D, &c.
2 Iuſti Dei poſſeſſio. 109. 1. B, &c.
3 Sola tribus Leuitica ſine poſſeſſione. 93. 1. D, &c.
4 Filij parentum poſſeſſio, & hæreditas, magno labore excolenda. 167. 2. B

POTENTIA

1 Homines aliqui in aliis depauperandis potentiam ſuam oſtentant. 343. 2. D. aliqui, in aliis locupletandis. 344. 1. A
2 Non eſt in potentia inaniter gloriandum. 337. 2. C
3 Potentia. Vide. *Fortitudo Dei. Potentia*.

PRÆDICATOR.

1 Sacerdos, quod ad munus prædicādi Angelis maior. 428. 2. B *Dignitas & munus.*
2 Apoſtolici prædicatores propter animarum fœcunditatem nubibus, & columbis comparantur. 375. 2. D
3 Prædicatores Eccleſiæ, & orbis cardines. 350. 1. E
4 Luſitani prædicatores fidei ad Orientem propagandæ cupidiſſimi. 374. 1. A. &c.
5 Prædicatores Domini canes, lingua ſanent, dentes non infigant. 301. E, 1. 2. A *Vox & lingua*
6 Prædicatoris os dilatatum ſit, non acutum. 501. 1. D, E
7 Cur Prædicatores in nouo Teſtamento piſcatores dicantur, non venatores. 301. 1. B
8 Quo pacto prædicatores debeant vitia reprehendere. Vide, *Reprehenſio*.
9 Prædicator impia reprehendendo, ſordes abluit, non contrahit. 18. 1. C
10 Pulchra prædicantium verba, 25. 1. A
11 Prædicatorum lingua ſuauis. 24. 1. A
12 Prædicatoris vocem efficacem reddit diuinus amor: algor raucientem. 484. 2. D
13 Prædicator, ſeu leo, quo peccatores curſu aſſequi nequit, voce perterreat. 485. 1. B
14 Prædicatorum vox, tonitruum. 359. 1. A
15 Prædicatoria vox, ſi non terribilis, ſaltem flebilis, lacrymas eliciat auditorum 485. 1. C
16 Peccator in peccato obſurdeſcens magnis prædicatorum clamoribus pulſandus. 493. 1. C
17 Reprehenſibile diuturnum prædicatoris ſilentium. 482. 1. E
18 Salphaad cur ignaui prædicatoris typus? 443. 1. B *Pedes.*
19 Prædicatorum pedes ſpecioſi propter terrenarum rerum contemptum. 354. 1. B
20 Prædicatores ſine pretio euangelizantes commendantur 540. 1.
21 Prædicatorum pedes voluptatis oleo, & fortitudinis ferro pulchri. 26. 2. B
22 Prædicatorum pedes ſine calceamento, id eſt, ſine mortis metu pulchri. 543. 1. A
23 Prædicatores inter eximia virtutis opera humilitatem conſeruent. 443. 2. D *Mores.*
24 Prædicatores ſumma ſint præditi caſtitate. 121. 1. A. &c
25 Diuerſis regionibus diuerſa medicamina applicent Prædicatores. 110. 2. A &c.
26 Prædicatores Chriſti bonus odor. 56. 1. D
27 Prædicatorum vnitas in rationabilis, & malogranatis adumbrata. 503. 1. C
28 Prædicatores vnius veritatis ſymbolo conformes. 45. 2. C, &c.
29 Prædicator Dominicæ paſſionis imitatione ſublimetur. 8. 2. B
30 Prædicator non tam dictis doceat, quàm factis, 7. 1. C, D E. 25. 2. E. 57. 2. D. 427. 1. D
31 Prædicatores Scripturarum ſint peritiſſimi. 58. 2. A &c. *Sapientia.*
32 Prædicatores Scripturæ teſtimoniis ſuam confirmant doctrinam 59. 1. D
33 Scripturæ ſententias ad ſuum ſenſum aptare non debent prædicatores. ibid. 2
34 Prædicatores columbinis ſanctimoniæ oculis ſcripturæ fluenta intueantur, vt vel minimam peccati vmbram declinent. 131. D. 16. 1. A, B
35 Prædicatores, quæ ex Scripturæ fontibus hauriunt, in alios deriuent. 16. 1 C
36 Prædicatores ſerpentis prudentia, depoſito vitiorum veneno, ad ſcripturæ fontes accedant. 15. 2. D

PRÆDICATIO.

1 Euangelica prædicatio, tonitrus, toto perſonans orbe. 47 1. D, &c. 359. 2. A, &c.
2 Eccleſiæ propagatio per euangelicam prædicationem. Vide, *Eccleſia. Fides*.

3 A contemplatione ad prædicationem ſæpè iuſti euocantur. 138.1.E,&c.135.1.D
4 Chriſtus Dominus eodem, quo Ioannes themate in ſua prædicatione vſus fuit.346.1.A

PRÆLATVS, SVPERIOR.

1 Prælatus. Vide, *Paſtor. Princeps.*
2 Magnifica de Prælato habenda opinio.130.2.B
3 Prælati auctoritas á ſanctitate firmatur.64.1.E,&c.
4 Superiores veluti à natura inſitam habeat lenitatem.181.2.A.191.1.C,&c.
5 Prælatus pacis, & concordiæ amator.108.1.B.2.B,&c.
6 Prælati non minus ſubditorum malis, quàm ſuis propriis torquentur.191.2.B,&c.
7 Prælati vel ſuo diſcrimine ſuos in periculo tueantur.94.1.E,&c.
8 Prælatorum munus, ſubditos conſolari.190.2.B
9 Miſericordiæ lenitas, & iuſtitiæ ſeueritas in Prælato coniungantur.486.1.A,&c.
10 Iuſtitiæ ſeueritas in Prælatis neceſſaria.487.2.A,&c.
11 Boni Prælati, Eccleſiæ cardines.538.1.E
12 Prælatorum caſtitas, & dignitas, vel ſubditorum incontinentia obſcuratur.478.1.C.2.E — *Mali.*
13 Subditorum peccata Prælatis imputantur.279.2.E.280.1.C.491.1.B,&c.
14 Subditorum peccata in ſuperioribus grauius puniuntur. 280.2.B
15 Prælatorum peccata ſcandaloſa. Vide *Scandalum.*
16 Prælatorum ſumma impietas eccleſiaſtica poteſtate abutentium.405.1.D
17 Deſides Prælati in ſubditis arguendis, & puniendis, cum Heli arguuntur, & puniuntur.174.1.B,&c.
18 Dormientes Prælati vitia nutriunt ſubditorum. 481.2.D
19 Prælatorum ſolicitudo de ſubditorum moribus. 482.1. A
20 Principes, & Prælati qui ſubditorum peccata diſſimulant, impetrant.482.1.B
21 Prælati ſuis tantum commodis, non ſubditorum profectui inuigilantes arguuntur.503.2.B,&c.
22 Reprehendendi Prælati, qui indignos conſanguineos vt ditent, ad ſacros ordines, & eccleſiaſtica beneficia admittunt.508.1.B,&c.
23 Negligentes animarum curatores de ſuis honoribus deiiciuntur.508.1.C,&c.
24 Prælati qui magis ſuis opibus, quàm ouibus conſulunt, egeſtate plectuntur.538.1.E,&c.
25 Mortem incurrunt temporalem Prælati, qui ſpirituali ſubditorum circa non attendunt.540.2.E,&c.
26 Dormientes Reges, ac Prælati, morte plectuntur. 431.2.A,
27 Æterna digni ſupplicis Prælati, qui ab iis ſubditos non auertunt,542.2.E &c.
28 Difficilis Prælatorum ſalus.543.2.A
29 Periculoſum paſtorale munus, & formidandum.444.2. C, &c.
30 Quo pacto Prælati ſubditos debeant reprehendere. Vide *Reprehenſio.*

PRÆMIVM.

1 Exemplum vitæ præmio efficacius. 182.2. D, E. 283.1. A.
2 Æternum beatitudinis præmium. Vide, *Beatitudo.*

PRÆSVMPTIO.

1 Bonum ſemper de bono præſumendum.141.2.A
2 Legis ignorantia aliquando in populo, numquam in ſacerdote præſumitur.491.2.D
3 Præſumptio vitanda. Vide, *Gloria inanis.*

PRECATIO, PETITIO.

1 Precatio duplex, operatiua, & prophetica.440.2.B
2 Vnúmne, an plures filios Annæ precetur ſacerdos Heli.441.1.E
3 Annæ petitio de filio.197.2.C,&c.
4 An petitio filiorum licita ſit.198.1.C,&c.208.1.C,&c.
5 Petitio. Vide, *Oratio.*

PRIMITIÆ, PRIMVS, Primogenitus,

1 In fermentati panis primitiis ingem ſui memoriam Deus requirebat.404.1.C
2 Primitiæ Deo offerenda, non auferenda.403.1.C,&c.2.D.376.1.D
3 Sacerdotum cupiditas in decimis, & primitiis colligendis arguitur.420.1.E,2.A.340.C
4 Primæ ſacrificiorum partes cur primitiæ dicantur? 508.2.A — *Primogeniti*
5 Ex primogenitorum oblatione coniugium commendatur. 156.1.B
Vide, *Filius.*
6 Lex de primogenitis offerendis, & redimendis, Leuitas vna comprehendebat.265.2.B
7 Chriſtus Dominus creaturæ primogenitus.380.1.D

PRINCEPS.

1 Principes, & dignitate, & pietate primi.156.2.D. 159.2.B &c.
2 Principes in omnes officioſi, contumelioſi in neminem. 249.2.C.250.1.C.281.1.E
3 Principes á liberalitate dicti.348.1.C
4 Principes, terræ cardines, domorum anguli, ædificiorum columnæ appellantur.350.1.B
5 Principes, & principum familiares cur in ſcriptura ſacerdotes dicantur? 397.1.D,&c.
6 Principes voluntarij á ſolo Deo coërcentur.235.1.B
7 Principem dedecet auaritia.419.1.D,&c.
8 Luxuriæ vilitas a principe aliena.431.1.B. Maximè perſequenda.439.1.D
9 Dormientes principes, ac Prælati morte plectuntur. 543.1.C
10 Principum vita cur breuior eſſe ſoleat? 412.1.D
11 Principum vita, & fortuna cur aquæ ſimilis? 580.1.E
12 Princeps. Vide, *Prælatus, Rex.*

PROMISSIO.

1 Diuinæ promiſſiones conditionatæ, & reuocabiles. 136.2.D.510.1.D.511.1.A,&c.
2 Plures malorum comminationes in ſcriptura, quàm bonorum promiſſiones.390.1.A
3 Deus non ſolùm comminationes, ſed etiam bonorum promiſſiones reuocat.398.1.E,2.B
4 Sacerdotij promiſſio facta Heli ius in ſacerdotium ei conceſſit.509.1.E.2.B,C, &c. Quo pacto fuerit de ſacerdotio ſempiterno? 511.2.C 512.1.A
5 Hæc promiſſio conditionalis fuit, & reuocata.510.2.C,&c. 512.2.B
6 Promiſſio ſacerdotij facta Phineæ. 509.1. E. Verum fuerit conditionalis, & reuocata? 510.1. C. Poſita conditione, tranſiſſe in abſolutam, verius.510,2.A
7 Quomodo promiſſio ſacerdotij facta Heli, ſtare poſſit cum promiſſione facta Phineæ? 512.1.B,&c.2.B
8 Eadem difficultas occurrit in promiſſione regni Iſraël facta Iudæ, & Sauli.512.2.D
9 Diuina liberalitas in promittendo. Vide, *Dei liberalitas.*
10 Promiſſio. Vide *Votum.*

PROPHETA, PROPHETIA.

1 Prophetæ os Dei dicuntur.3.2.B
2 Prophetarum magiſter Deus.4.1.D
3 Prophetarum lingua Dei calamus.4.2.D
4 Prophetæ veluti ſemitæ, quæ ad Chriſtum vnicam viam ducunt.5.2 D,&c.
5 Prophetæ, ſicut alæ, Chriſtum per totum orbem volitandum faciunt,6.1.A
6 Quomodo prophetæ Chriſtum prænuntient? 6.1. A
7 Prophetæ ſcriptorum Ethnicorum antiquiſſimi. 34.1. B.2. C,&c.
8 Prophetæ ſacerdotibus minores.438.1.B
9 Quo pacto Angeli Prophetæ dici poſſint.501.2.C
10 Familiaris locutio Prophetis: Hæc dicit Dominus. 309.1.A &c. — *Prophetia.*
11 Prophetia donum à Deo acceptum, & in Deum referendum.513.2.D
12 Multa olim prophetas latebant, ne de prophetia glorientur.545.1.A,B
13 Prophetiæ donum, non ſacerdotij, in multis tribus Deus diuiſit.503.2.D
14 Vtrum tempore Heli omnis prophetia defecerit? 501. 2. C,D
15 Prophetia Iudæis ablata.567.1.E
16 Prophetia non ſolum dictis, ſed etiam factis futura præſignat.67.1.E
17 Prophetia per modum etiam imperandi declaratur. 133.1.C
18 Aliquando verbis de præterito futura prædicuntur. 340.2.D,E
19 Prophetia Canticorum materia.501.1.B

PROSPERITAS.

1 Proſperitas. Vide. *Bonum. Diuitia. Felicitas. Gaudium. Rex Regnum.*

PROVIDENTIA.

1 Prouidentia. Vide. *Dei prouidentia.*

PRVDENTIA.

1 Prudentia humanæ vitæ gubernatrix, quomodo acquiratur? 37.1.E

PSALMVS.

1 Dauid in pangendis pſalmis Dei inſtrumentum.3.2.C
2 Cur Aliqui pſalmi elementariis Hebræorum literis ſint digeſti? 287.1 A
3 Diſcrimen inter pſalmorum, & Canticorum vſus. 291.2.C
4 Dauidici Pſalmi omnium moleſtiarum leuamen. 293.1.B.C
5 Pſalmorum vſus in diuinis laudibus commendatur.366.1.D,&c.

PVDOR

PVDOR.

1 Pudor, virginis [illegible] velamen, & cult[illegible] 262. 1 D, &c. Vide, *Virginitas*

2 Solitudo, pudoris ſchola. 265 1 A.

PVER.

1 Viri ſtulti, pueri. 97. 2. A, &c. 411. 1 D, &c.

2 Iudæi ſtultitia pueri. 98. 1. C. 411. 1 E 2. B.

3 Pueri ſapientes, viri 97. 1. B, &c.

4 Pueri dicuntur aliquando ratione ætatis. 411. 1. C

5 Aliquando ratione improbitatis 411. 1. D

6 Puer & pro infante, & pro adoleſcente iam ephebo in ſacris literis vſurpatur 270. 1. E. 2 B. 411. 1. C

7 Puer & pro ſeruo, & pro filio in Scriptura vſurpatus 402 2. C. 411. 1. B

8 Quiſnam fuerit puer Sacerdotis, qui ſacrificij carnes arripiebat? 402. 1 C. 403. 1. A, B 411. 1. C

9 Veteres Patriarchæ ſæpè in Scriptura pueri dicuntur. 230. 1. A

10 Sacerdos, Dei puer, impigrum pueri deferat obſequium. 230 2 B

11 Pueri à teneris Deo conſecrandi. 264. 1. E. 270. 1. C 271. 1. F. Vide. *Adoleſcens. Filius.*

12 Bona puerorum educatio. Vide, *Filius.*

PVLCHRITVDO.

1 Pallor oris, non oitor, vera ſublimium virorum, & fœminarum pulchritudo. 166. 1. A 216. 2. C

2 Lachrymarum pulchritudo, 207. 1. B

3 Externam corporis formam homines faciunt magni: Deus parui. 444 1. C

4 Pulchra mulierum facies, curiosè non obſeruanda. 224. 2. E, &c.

5 Pulchritudo, nimia mulierum cura. 140 2. C. 216. 1. B

PVRGATORIVM.

1 Purgatorium inferni nomine etiam ſignificatur, 356. 1. E

2 Ex Purgatorio ad cœlum animæ educuntur. 340. 2 C

PVRIFICATIO.

1 Purificationis leges. 263. 1. E

2 Purificationis lex fœminas de tribu Leuitica non obligabat. 263. 1 B

PVSILLANIMITAS.

1 Puſillanimes ſine nomine. 258. 2. C

2 Miſera Iudæorum timiditas, & puſillanimitas. 553. 1. A

3 Iudæorum temeritas in Chriſto occidendo puſillanimitate prodit. 553. 1. C. 554. 1 B

4 Iudæorum timiditas, & formido etiam in Chriſto Domino comprehendendo. 553. 2. A

5 Fœminea, & puerilis Iudæorum puſillanimitas. 554 2 A &c.

Q.

QVIS.

1 QVis particula non ſemper pro nullo, ſed aliquando etiam pro raro in Scriptura ponitur. 469. 1. E.

R

RAMATHA.

1 RAmatha Elcanæ patria 91 1 E

2 Duplexne fuerit Ramatha? 91 2. A, &c.

3 Ramatha Sophim an eadem cum Armathia, ſeu Arimathæa? 9[illegible]. E.

4 An Elcana vrbis Ramathaim dominus fuit? 236. 2. C

RAPINA.

1 Rapina Vide, *Furtum.*

REBECCA.

1 Rebecca ob monogamiam ſola Deum per ſe conſuluit. 122. 2 D

2 Rebeccæ nominis interpretatio. 252. 2. A

RECAPITVLATIO.

1 Recapitulatio in ſacris litteris frequens, non ſolùm in propheticis libris, ſed etiam in hiſtoricis. 438. 2. A, B. 441. 2. E. 501 1 A, &c.

2 Multa quæ narrando præterit Scriptura, poſteà commemorando inculcat. 260. 1 E, &c. 510. 1. A

RECHABITÆ.

1 Rechabitæ ab auo Rechab eximiæ virtutis viro dicti. 211. 1. A. Cur non à patre Ionadab nomen deſumpſerint? 212. 1. A

2 Rechabitarum ſanctitas, & eximia à vino abſtinentia. 211. 1 B, C

3 A Rechabitis perfectiſſima religioſorum deſumpta exempla. 211. 1 C

4 Rechabitæ ſolitudinis amatores. 211. 2. D

REDEMPTIO.

1 Beneficium redemptionis, vt pote creatione difficilius, maiorem exigit gratitudinem. 45[illegible] 1. D

Franc. de Mend[illegible] in libr. Reg. Tom. 1.

1 Redemptio. Vide, *Chriſtus.*

REX.

1 Reges [illegible] turarum ſtudioſi Deo dilecti. 17. 1. D, &c. *Dignitas, & virtus.*

2 Reges ſancti. 63. 2 E &c.

3 Regem ſanctitas decet. 64. 2. A, &c.

4 Reges D[illegible] 64. 2. A

5 Rex pro iuſto habendus. 64. 1. E

6 Reges etiam improbi, colendi. 65. 1. C, &c.

7 Debita vrbanitate cum Regibus loquendum. 72. 2. A, &c.

8 Regia dignitas, diuinitatis ſimulacrum. 386. 2 A

9 Humanos Reges Chriſti Domini eſſe vicarios, qui affirmant? 385 1. B

10 Chriſtus Dominus exteris regibus ſua regna non abſtulit. 385. 1. D. 189. 1. A

11 Regia dignitas ſacerdotali minor. 426. 2 C, &c.

12 Reges ſacerdotibus debent obtemperare, & adſtare. 427. 2. B, C, 5[illegible]. D

13 Regiæ pietatis, & ſeueritatis hieroglyphicum. 486. 1. B

14 Reges à vino abſtinere ſoliti. 241. 1. D

15 Reges impij, Regum nomine indigni. 7. 2. C. 65. 1. A, 417. 1 D *Vitia.*

16 Regum ac Principum in audiendis monitionibus durities. 492. 2 D, &c.

17 Rex ſalutaribus monitionibus, perinde ac viſus apum oculis vtitur. 492. 2. D

18 Tyrannorum in ſuis regnis nimia licentia. 503. 1. C

19 Multi Regis oculi, & multæ aures 453. 2. A

20 Barbara Æthiopum, in Regibus [illegible] ſuperſtitio. 430. 1. E

21 Praua Regum exempla ſubditos inficiunt 410 1. D, 431. 1. D. Vide, *Scandalum*

22 Regum peccata Dei miſericordiam, & commercium cum hominibus impediunt. 7. 1. E 80. 2. B, &c.

23 Regum peccata populus ſæpe luit. 81. 2. C

24 Populi peccata reges luunt. 280. 1. C, 433. 1. C

25 Reges prædones. 83 1. E

26 Reges puluis, & cinis 577. 2 B

27 Cur Regum, ac Principum vita breuior eſſe ſoleat? 451. 2. D *Mors.*

28 Regum vita, & fortuna cum aquæ ſimilis? 580. 1. E.

29 Regum felicitas, tanquam inanis bulla, ipſo oris flatu diſſoluitur, quo erat [illegible]. 580. 1. D. 581. 1 A

30 Reges Hebræorum Chriſti typus. 67. 2 C, &c.

31 Omnes Hebræorum reges in vno Salomone adumbrati, 533. 2. A *Hebræorum*

32 Reges cur Chriſti, id eſt, vncti dicerentur. 545 1. A, &c. *Reges.*

33 Oleum, quo Hebræorum reges vngebantur, conſumptum. 263. 1. B

34 Hebræorum regum numerus, tempus regni, & vitæ exitus. 68. 2 B, &c. 70. 1. A, &c.

35 Hebræorum regum electio penes Deum tantùm erat. 71. 1. A, 2. A

Regum Iuda, & Iſraël concurſus. 72.

36 Hebræorum regum duratio. 73. 1. B, &c

37 Hebræi reges in quartam mundi ætatem inciderunt. 73 1. B, &c.

38 Pleríque Hebræorum Reges impij. 77. 1. C, &c.

39 Præter Dauid, Ezechiam, & Ioſiam, omnes Iuda reges peccauerunt. 78. 2. C, Cur iſti excipiantur? ibid.

40 Ex Regibus Iuda, tres alij, Ioſaphat, Ioatham, & Manaſſes, æternam ſalutem ſunt adepti. 78. 2. E, &c.

Tres alij, Salomon, Aſa, & Ozias, incertum vitæ exitum ſortiti. 79. 2. C, &c.

41 Cæteri reges Iuda, improbi. 81. 1 B

42 Omnes Iſraël, ſiue Samariæ Reges, impij. 79. 1. D, &c.

43 Iudæi poſt Chriſti necem, ſine Rege, & regno. 561. 2. D, &c.

44 Rex. Vide, *Princeps Prælatus.*

45 Chriſtus Rex. Vide, *Chriſtus.*

REGIMEN.

1 Doctrinæ antiquitas optimo regimini neceſſaria. 33. 1. C &c.

2 Hiſtoria ſacra bono regimini neceſſaria. 58. 2 A, &c.

3 Regiminis virtutem deſidia perdit, & ignauia. 477. 1. A. 488. 1 A

4 Temporale regimen in omnes ferè tribus Deus diuiſit, non ſpirituale 503. 1. C, 519. 2. A

5 Solus Deus optimi regiminis author. 33. 1. E

6 Senes regimini inhabiles. 4[illegible]. 1. C

7 Pauperes olim à magiſtratibus repulſi. 383 1. B

8 Pauperes Deus in iudices elegit, ne muneribus corrumpantur. 348. 1. C

9 Periculoſum animarum regimen, & formidandum 5[illegible]5. B, &c.

Dignitas. 30 Regimen Vide, *Iudex. Prælatus.*

REGNVM.

1 Regni vnitas commendatur. 66.2.B
2 Quibus modis temporale regnum vſurpetur 381.1.E
3 Quodnam ius regia poteſtas temporalis formaliter includat? 383.1.A
4 Regia poteſtas directa in res temporales, duplex: excellens & inferior. 383.1.B
5 Regni cuſtodia, religio. 139.1.D
6 Imperia & regna, alterna ſemper viciſſitudine agitantur. 577.1.E, &c. *Inconſtantia.*
7 Quatuor mundi imperia, in quatuor quadrigis adumbrata. 577.2.A, 578.1.A
8 Mundi regna proceloſo mari, & tumenti fluuio comparantur. 578.1.A, &c.
9 Romani imperij volubilitas. 578.1.B
10 Philippi III. Hiſp. Regis de temporalis regni inconſtantia luculentum teſtimonium. 588.1.A
11 Regni Iſraël promiſſiones factæ Iudæ, & Saüli conciliantur. 512.2.D *Regnum Hebræorum*
12 Hebræorum regum magnus Chriſti Propheta. 67.2.E
13 Hebræorum regnum Chriſti incunabulis ſacratum, imò diuinum. 68.1.A, &c.
14 Hebræorum regna quo potentiora videbantur, eo fragiliora citius corruerunt. 72.1.A, 73.1.C
15 Metus & ſpes regnum Hebræorum ſuſtentabat. 71.2.D. Superbia citiùs euertit. 72.1.A
16 Iſraëliticum regnum, terrenis curis intentum, 77.2.C, &c. 368.1.E
17 Regnum Iſraël inteſtinis ſeditionibus diſſipatum. 78.1.A, &c. Decem Iſraëlitici regni ſeditiones. 78.2.C, &c.
18 Regnum Iſraël, cur Ephraim dicatur? 78.2.B. Cur dicatur Samariæ? 87.1.B
19 Regnum Iſraël ſub tribu Ephraim, vno tantum vel altero rege perſeuerauit. 87.2.B
20 Quid diſcriminis inter ſtatum Hebræorum ſub Iudicibus, & Regibus. 87.1.E, &c.
21 Iudæis poſt Chriſti necem regnum ſublatum. 561.2.B, &c. Vide. *Rex*, à n. 30.
22 Scriptura, Dei regnum. 9.2.D
23 Regnum Chriſti. Vide, *Chriſtus*

RELIGIO. RELIGIOSVS.

1 Religio regni cuſtodia. 159.2.D
2 A Rechabitis perfectiſſima religionum exemplaria deſumpta. 211.1.C
3 Varij apud Hebræos religioſorum hominum ordines. 210.2.C, &c.
4 Religioſi Nazaræi. 210.2.A, &c.
5 Religioſi à mundo ſeparati. 219.2.A,
6 Religioſi in hac vita peregrini. 219.2.E
7 Religioſi, ſeculo mortui, & crucifixi. 210.2.B, 171.2.E
8 Religioſi in hac vita compediti, & interfecti. 220.1.A
9 Religionis vota compedes. 220.1.A
10 Religionis vota monachum ſanctificant. 212.2.B
11 Religioſi expediti, & ſtrenui Eccleſiæ milites. 220.2.C
12 Religioſis & Sacerdotibus etiam pius in parentes affectus reſecandus. 220.2.D, 507.2.A, &c.
13 Secularium etiam cognatorum frequentes confabulationes fugiant Religioſi. 458.1.C
14 Religioſi à terrenis rebus ſeparantur, cæleſtibus tantum vacaturi. 221.1.B, &c.
15 Religioſi à ſeipſis etiam exeuntes, vnum cum Deo efficiuntur. 221.1.C, &c.
16 Religioſi in Chriſti vulneribus abditi, Dei gloriam ſpeculantur. 221.1.D
17 Nullum Religioſis ex Dei commercio faſtidium, ſummum gaudium. 222.1.E
18 Religioſi vel Nazaræi virtutum coronis in hac etiam vita decorantur. 212.1.D, &c.
19 Religioſorum ſeruitus regnum. 218.2.E
20 Locus bonæ puerorum educationis, religio. 185.2.D
21 Virtutis & honoris incrementa à domo Dei. 186.1.D
22 Religioſi acceptam iniuriam patienti ſilentio premant. 253.1.B
23 Ciborum deliciæ in religioſis maximè reprehendendæ. 406.1.E
24 Religioſi ne ſcurrilibus iocis, ac nugis ſeculares ſcandalizent. 430.2.C
25 Ex vnius Religioſi ruina, non eſt integer ſtatus damnandus. 457.2.C
26 Religioſi ſuæ profeſſionis deſertores, ſacrilegi. 464.1.E
27 Horum familiaritas bonis religioſis vitanda. 464.2.A

RELIQVIÆ.

1 Sanctos Deus etiam in hac vita in eorum reliquiis glorificat. 516.1.A

REPETITIO.

1 Repetita negatio in Scriptura prohibentis animum magis exprimit. 458.1.E
2 Verborum repetitio in ſcriptura, aut nimium loquentis affectum, aut futurum effectum ſignificat. 472.2.A

REPREHENSIO.

1 Acerbiſſima eſt de corporis vitiis, quæ emendari non poſſunt, reprehenſio. 162.2.C
2 Cur Elcana Phenennam cum Anna rixantem non reprehenderit? 164.2.C, &c.
3 Mulierum peccata ſicut durius non reprehendenda, ita omnino non diſſimulanda. 165.1.A, &c.
4 Reprehenſor velut ſpeculum vitij deformitatem oſtendat. 284.1.E
5 Qui alios reprehendit, debet eſſe irreprehenſibilis. 284.2.E
6 An liceat laico ſacerdotem reprehendere? Affirmatiuè. 408.2.C, D
7 Reprehenſor, animi chirurgus. 284.2.A
8 Arguere, & punire patris benedictio eſt. 284.2.B
9 Heli in filios reprehenſio cur per interrogationem fiat? 457.1.D
10 Interrogatio grauis, aliquando reprehenſio. 457.1.E *Heli in filios reprehenſio.*
11 Cur Heli ſingula malefacta filiis non obiiciat. 457.2.C
12 Heli in filiis arguendis, aliis etiam ſanctis viris præfertur. 457.2.E
13 Filij à parentibus reprehenſi, felicius germinant. 284.2.C
14 Dauidis in reprehendendis filiis ignauia. 458.1.A
15 Iacobi in arguendis filiis negligentia. 458.1.C
16 Heli reprehenſio immeritò ab aliquibus remiſſa iudicatur, quia filios appellauit. 458.2.A
17 Deus etiam cum impios arguit, filios appellat. 458.2.C, &c.
18 Lot in peccatores reprehenſio, fratrum nomine delinita. 459.1.C
19 Remiſſam Heli reprehenſionem immeritò colligunt alij ex modicis illius verbis. 459.1.E
20 Modicis etiam verbis exaggerati ſenſus exprimuntur tam in profanis, quàm in ſacris ſcriptoribus. 459.1.E, 2.B *Lenis pariter ac ſeuera.*
21 Heli in increpandis filiis negligentia. 472.1.D, Grauiter à Patribus tam Græcis, quàm Latinis reprehenditur. 474.1.C, &c.
22 Ignaui parentes, Sacerdotes, ac Prælati cum Heli reprehenduntur, & puniuntur. 474.1.E
23 Triplex defectus reprehenſionis Heli. 480.2.B
24 Reprehenſio Heli fuit ſera cùm feſtina eſſe debuerit. 482.2.A, &c. Fuit blanda, cum deberet eſſe ſeuera. 484.1.C, &c.
25 Heli non caperata fronte, ſed hilari, filios reprehendit. 484.1.D
26 Solo aliquando frontis geſtu, & oculorum aſpectu delinquentes grauiter reprehenduntur. 484.1.A
27 Heli filios arguentis, lenis, non ſeuera vna, imò infantilis, fœminea, & rauca. 484.2.C
28 Aſpera, non tranquilla vox ad increpandum neceſſaria. 485.1.E, &c.
29 Heli deſidia verbis tantùm, & non verberibus filios afficientis. 475.1.D, 476.1.C. 477.1.C. 479.2.D. 480.1.E, 485.1.D, &c.
30 Heli lenis reprehenſio peiores filios reddidit. 497.2.D, 498.1.A
31 Seueritas in filiis reprehendendis. 183.2.E, &c.
32 Seueritas ad corripiendum, Prælatis neceſſaria. 487.1.D
33 Lenitas, & ſeueritas in prælatorum reprehenſione coniunguntur. 486.1.A, 545.2.D, &c.
34 Aſpera reprehenſio ſine lenitate, obdurationem, & non emendationem inducit. 557.1.D, &c.
35 Reprehenſionis ſeueritas eantici ſuauitate temperanda. 291.1.D, E, &c. Imò, & animi charitate. 291.2.D
36 Peccatores generaliter arguendi: nullus ſpecialiter ſugillandus. 501.2.A, &c. 510.1.D, &c.
37 Efficacior, & ſuauior reprehenſio, delinquentem non tam obiurgare de præterito, quàm informare de futuro. 310.2.D, &c.
38 Prius ſcriptura laudat, quos acrius reprehendit. 140.1.D, 146.1.B, &c.
39 Reprehenſio inter laudes facilior, & vtilior. 545.2.E
40 Filij, qui patrem non corripiunt, capitali ſupplicio puniuntur. 489.1.D
41 Magnum Dei beneficium eſt, dura peccatorum reprehenſio 478.1.B
42 Etiam Principes acriter reprehendendi. 488.1.C *Principes reprehendendi*
43 Regum ac Principum in audiendis monitionibus doritie9 492.2.D, &c.
44 Iſaiæ in reprehendendo Ozia rege timiditas. 457.2.E
45 Vrbanitas in reprehendendis Sacerdotibus, ac Regibus neceſſaria. 272.1.B
46 Cur Deus ante peccatorum obiurgationem collata illis exprobret beneficia? 502.1.B

47 Monitio

47 Monitio ad intellectum [illegible] illuſtrandum, & ad voluntatem inflammandam neceſſaria.491.2.C
48 Impiorum obſtinatio in ſalutaribus monitionibus repellendis.492. 1. A, &c. Grauiter puniuntur.491.2.E, 493. 1. B,487.2.E

RESPVBLICA.

1 Reſpublica Hebræorum. Vide, *Hebræi.*
2 Optima puerorum educatio Reipublicæ neceſſaria.282.1. B,&c.

RESVRRECTIO.

1 Mortis dolorem ſpes reſurrectionis imminuit. 273. 1. B
2 In vtroque Teſtamento octo tantùm expreſsè reperiuntur à mortuis ſuſcitati.339.2.D
3 Tres mortui à Chriſto Domino ſuſcitati, tria peccatorum genera figurabant.468.2.E,471.2.E
4 Præterita ruina aliquando ad firmiorem prodeſt reſurrectionem.530.2.D,&c.
5 Cur Sadoc fidelis ſacerdos ſuſcitandus dicatur? 532. 1. A

REVELATIO.

1 Diuinæ reuelationes per Ephod polymitum olim fiebant. 434.2.E. Fiebant etiam per duodecim rationalis lapides. 568.2.B
2 Dei loquutiones, & reuelationes vel internæ, vel externæ. 514.2.D
3 Suam reuelationem Deus exprobrat Heli.502.1.E
4 Cuius rei hęc fuerit reuelatio? 302.2.A
5 Hæc reuelatio domui Aaronis facta oſtenditur. 302. 2. C
6 Quo pacto hæc Dei reuelatio in Ægypto facta dicatur? 503.1.A

RHINOCEROS.

1 Rhinocerotis cornu contra omnia venena præſentiſſimum remedium, ſpiritualis Chriſti imperij hieroglyphicum. 381.2.B

RISVS.

1 Chriſtus Dominus ſæpè lacrymaſſe dicitur, numquam riſiſſe.204.1.A
2 Vel minimus leuitatis riſus ſanctos dedecet.204.1.B
3 Veræ lætitiæ riſus ab hac vita alienus.297.1.B,C
4 Profana gaudia, riſus.296.2.E,297.1.D
5 Riſus Zoroaſtris Bactrianorum Regis in natiuitate, futuram eius infelicitatem prædixit.267.1.D
6 Riſus patientiæ comes.232.1.E
7 Riſus. Vide, *Irriſio.*

ROMANI.

1 Romanorum ſuperbia intractabilis.109.1.A,&c.
2 Romani Imperij volubilitas.578.2.B

ROBOAM.

1 Roboam puer in ſcriptura dicitur, non ætate, ſed ſenſu. 411.2.D

S

SABBATVM.

1 SAbbatum Iudæorum à Sabbo, id eſt, Baccho, dictum putabant Ethnici 234.1.A
2 Cur Chriſtus in ſabbato miracula operaretur.347.2.A
3 Lex de obſeruatione ſabbati initio violata, abolenda tandem præſignatur.567.1.A

SACERDOS. SACERDOTIVM.

Dignitas. 1 Sacerdotalis dignitas, regalis. 95. 2. A, 333. 1. A Imò regali ſuperior.426.2.D,&c.
2 Sacerdos inter Regem & Deum medius; maior Rege, minor Deo.427.1.D
3 Reges Sacerdotibus debent obtemperare, & adſtare? non Sacerdotes Regibus 427.B,C,&c.
4 Magni Alexandri ſumma in Hebræorum Pontificem reuerentia.505.1.D
5 Sacerdos Prophetæ etiam præferendus.428.1.B
6 Sacerdos Angelus 426.1.D.428.C,&c.
7 Sacerdos in veteri lege Angelus, in noua plus quàm Angelus.119.1.A,B
8 Sacerdos quoad munus prædicandi Angelis maior. 428. 2.B
9 Angeli coram Deo adſtant; Sacerdotes cum Deo ſedent. 429.1.B
10 Sacerdotes Dij 429.1.A
11 Sacerdotalis ordo in Ephod lineo adumbratus.435.1.B
12 Sacerdotalis ordo Chriſto familiaris.435.2.C
13 Sacerdotes, & Leuitæ peculiari nomine, Dei poſſeſſio. 106. 1.B,&c.
14 Deus Sacerdotum poſſeſſio.108.2.D,398.1.A
15 Sacerdos totius populi caput.423.1.B
16 Sacerdotium primum regni munimen.523.1.D
17 Ter maxima ſacerdotalis dignitas.515.1.E,523.1.A
18 Sacerdotalis dignitas triplici ex capite commendatur.503. 2.A Primò ex ſingularitate. Ibid. Secundò, ex tribus Sacerdotis muneribus.504.1.C, Tertiò, ex oblationum vtilitate.505.1.E,538.1.E
19 Regnum & prophetiam in aliis tribus Deus diuiſit, non ſacerdotium.503.2.C
20 Sacerdotes ne de ſui ſtatus magnificentia ſuperbiant. 93. 2.B
21 Filij Dauid propter dignitatem etiam temporalem ſacerdotes dicebantur.397.1.C
22 Sacerdotes pro Principibus, & principum familiaribus aliquando vſurpantur.397.1.D,&c.
23 Iuſti propter ſanctitatem ſacerdotes dicuntur. 397. 2. B. 300.2.A
24 Omnes Chriſtiani ſanctitate Sacerdotes. 398. 1. D, 2. A. Imò ſacrificium, & ſacerdotium.331.2.D
25 Hæreticorum error ſacerdotalem dignitatem omnibus Chriſtianis propriam tribuentium.398.2.C
26 Laborioſè ad ſacerdotij dignitatem perueniendum. 435 2.D
27 Laico licet Sacerdotem reprehendere, non iudiciaria poteſtate, ſed fraterna charitate.408 2.D
28 Debita vrbanitate, & reuerentia cum Sacerdote loquendum 272.2.B
29 Apud omnes populos Sacerdos à populo ſuſtentatur. 93. 2.D.539.1.D.540.1.B
Munus. 30 Quo pacto Sacerdos ad altare aſcendere dicatur.504.1.C
31 Quo pacto Sacerdos dicatur adolere incenſum. 504. 2. A
32 Etiam ſummus Sacerdos holocauſtum offerebat, & incenſum adolebat.504.1.E,2.B
33 Nemo, niſi Sacerdos ſacrificare poterat. 593.2.D
34 Inferiores Sacerdotes pro peccato tantùm cuiuſque popularis: ſummus verò pro peccato Sacerdotum, & totius populi.533.1.B
35 Sacerdotis munus benedicere. Vide, *Benedictio.*
36 Sacerdotis munus duplex, ad Deum alterum, alterum ad populum.401.2.D
37 Vtrumque ignorabant, imò contemnebant filij Heli. 401. 2.E
Habitus. 38 Sacerdotum fidelitas in ſacerdotali munere.419.2.E.529. 2.E.533.1.D
39 Sacerdotalis veſtis. Vide, *Ephod.*
40 Sacerdotibus olim caput tondere, non radere licebat.200. 2.C.216,A
41 Cur Sacerdotes legis nouæ in ſummo vertice radantur? 219.1.C
Mores. 42 Variæ Sacerdotis virtutes in Ephod polymito adumbratæ. 504.2.D
43 In ſacerdote caſtitas commendatur. 948. 1. C. 398. 1. E 503.1.A
44 Sacerdotes in lege veteri licitè contrahebant, in noua ad continentiam tenentur.114.2.C,&c.
45 Sacerdotum legis veteris in coniugio continentia.116.1. E,&c.
46 Etiam Ethnicorum Sacerdotes caſti.118.2. C.&c.119. 2.C,&c.
47 Sacerdotum caſtitatem exigit munus ſacrificandi.118.1.C. &c. Munus etiam exigit orandi. 119. 2. E, &c. Requirit etiam munus prædicandi.121.1.A,&c.
48 Sacerdotes tantùm virtute, quantum dignitate alios antecellant.408 1.E
49 Quantùm homines brutis, tantùm Sacerdotes Laicis virtute præſtent.408.2.A
50 Sacerdotis vita ſit ſanctitate prodigioſa.529.1.A
51 In Sacerdotis conſecratione dexteræ extremitates inungebantur in perſeuerantiæ ſymbolum. 447. 2. F. Extrema etiam auricula, ad ſubditorum peccata audienda. 481. 1. E
Sapientia. 52 Sacerdotem innocentia ad Deum, & ſapientia ad populum exornat.415.2.A
53 Sapientia in Sacerdotibus commendatur.304 2.E
54 Sacerdotis doctrina, fidelis.533.1.C
55 Ignorantia legis nunquam in Sacerdote præſumitur.491. 2.D
Vitia. 56 Sacerdotum peccata etiam per ignorantiam populum inficiunt.413 1.D
57 Sacerdotis peccatum ex malitia grauius.413 2.B.D
58 Improba Sacerdotum vita, & doctrina, irriſio, & peſtilentia 400.2.B
59 Ventris ingluuies in Sacerdote deteſtabilior.239.1.E,2.C. 240.1.D.406.1.B,&c.421.2.D,435.2.E
60 Sacerdotes bona eccleſiaſtica luxurioſè conſumentes, raptores.409.2.E,505.2.D
61 Malus & incontinens Sacerdos Eccleſiæ hoſtis. 414. 2.A
62 Sacerdotes auaritia dedecet, & rapina.419.2.E.&c.
63 Sacerdotes difficilè ſaluantur.429.2.C
64 Pauciſſimi Sacerdotes boni.429.2.D
65 Sacerdotes, pretioſi lapides per incuriam impoſiti, & rudes, cur in capite platearum iacere dicantur? 738. 1. A
66 Sacerdotum peccata ex dignitate perſonæ grauiora.146. 2.E,147.1.D.413.2 B,D,426.2. C, &c.429.1.C,2 B,462.1. A,&c.
67 Sacerdotum peccata, ratione ſcandali, grauiora.430.2.A, &c. Vide, *Scandalum.*

68 Sacerdotum peccata grauiùs à Deo puniuntur.429.1.C,E, 462.1 A,C.517.2.B.541.1.
69 Sacerdotum peccata indignè ad ſacram Euchariſtiam accedentium. Vide, *Euchariſtia*.
70 Sacerdotes non ſubditorum profectui, ſed ſuis tantùm commodis inuigilantes, arguuntur, & puniuntur. 505. 2. B,&c. Vide, *Prælatus, Reprehenſio*.
71 Omnes veteres ſacerdotes de familia Aaronis erant 397. 1.B
Veterum Sacerdotum ſeries. 72 Summorum ſacerdotum ſeries apud Hebræos, 520. 2. E, &c.
73 Cur ſacerdotium ex familia Eleazari ad familiam Ithamari fuerit translatum. 521.1.A
74 Finaſius vltimus Hebræorum Sacerdos in vltima Vrbis excidione occiditur. 522.2.E
75 Quo pacto duo ſummi Sacerdotes ſimul eſſe poterant apud Hebræos? 521.2.C
76 Ex lege ordinaria Dei, vnus tantùm poterat eſſe ſummus Sacerdos. 521.2.C
77 Poſt Moyſem, & Aaron nunquam duo ſimul Sacerdotes fuerunt, præter Abiathar, & Sadoc. 521.2.E,&c.
78 Sadoc, & Abiathar non ex humana ambitione, ſed ex diuina diſpoſitione ſummum ſacerdotium ſimul tenuere. 521.2.B.522.2.C
79 Moyſes Sacerdos etiam fuit. 387.1.B.427.2.A
80 Qui ſacerdos fidelis à Deo dicatur ſuſcitandus poſt Heli? 529.2.D,&c. 530 1.D
Sacerdotium Heli ereptū. 81 Sacerdotij promiſſiones factæ Phinee, & Heli explicantur, & conciliantur. 509.1.D,&c. Vide, *Promiſſio*.
82 Summum ſacerdotium Heli, & eius filiis ereptum. 518. 1. B. Ab eius poſteris poſt octoginta annos ab eius morte omninò ſublatum. 517.2.E
83 Interitus ſacerdotium in familia Heli perſeuerauit. 519. 1. A. 523. 2. A. Multiplex huiuſce rei ratio. 523. 2 B, &c.
84 Heli, quia à ſacerdotio contumaces filios non amouit, grauiter à Deo punitur. 476.2 A
85 Verum Heli adhuc viuens ſacerdotium ad filios tranſmiſerit? Negatiuè. 453.2.E
86 Non Heli in propria perſona, ſed in poſtero Abiathar, æmulum Sadoc in ſacerdotio vidit. 520.1.D
87 Summa iactura, ſacerdotalis dignitatis amiſſio. 523.1.C
88 Sacerdotium à negligenti Prælato meritò auferitur. 480. 1.C.589.1.C.2.C.539.2.A
Vetus ſacerdotium extinctum. 89 Vetus ſacerdotium brachij nomine ſignificatur. 518. 2. D Sæpè olim vulneratum? poſt Chriſti mortem omnino truncatum 548.2.C,&c.
90 Sacrilegi Iudæorum Sacerdotes non ſolùm moneris, ſed etiam temporalis, imò & æternæ vitæ amiſſione puniuntur. 550. 2.B
Nouum ſacerdotium. 91 Deſtructio veteris ſacerdotij, nouique ædificatio, in pœna Heli myſticè deſignatur. 519.1.A, 520.2.B, 548. 1. A, &c. 564.2.D,&c.
92 Hebræorum Sacerdotum dolor, & liuor ex noui ſacerdotij gloria. 551.1.A
93 Noui ſacerdotij ædificatio, per fidem bonis operibus coniunctam 551.1.C
94 Hebræorum Sacerdotes ad nouum Chriſti ſacerdotium adſpirant. 551.2.C,E
95 Nouum Chriſti ſacerdotium ſempiternum. 511.2.C
96 Chriſtus ſacerdos fidelis. 519,2.E.551.1 E

SACRIFICIVM, SACRIFICARE.

1 Auguſtiſſimum Euchariſtiæ ſacrificium. Vide, *Euchariſtia*.
Dignitas. 2 Abrahami de filio ſacrificium propter continentiam Deo gratum. 116.2.D
3 Sacrificij oblatio ſummam in Sacerdote puritatem requirit. 118.1.C,&c. Vide, *Euchariſtia*.
4 Eccleſia ad Deum per ſacrificia aſcendit. 138.1.C
5 Sacrificare dicuntur, qui victimas Deo per ſacerdotes immolandas offerunt. 138. 1.E
6 Nemo, niſi Sacerdos ſacrificare poterat. 395. 2. D. Vide, *Sacerdos*. à n. 30
7 Magna cum reuerentia, & timore ſacrificandum. 138. 2.C
8 Heli, & filiorum in diuina ſacrificia contemptus. 506.1.E, &c. Quænam ſacrificia contempſerint? 507.1.D
9 Cur vnus tantùm ſacrificij locus in lege veteri. 140. 2. A, &c 145.1.C,&c.566.1.B
Locus. 10 In ſacrificiorum loco ſæpè à Deo cum iuſtis diſpenſatum, 142.1.C,&c.
11 Sacrificiorum altaria. Vide, *Altare*.
Sacrificium cruentum. 12 Ignis de cælo ſacrificium conſumens, diuinæ acceptionis indicium 242.2.D.271.1.E
13 Cruentum ſacrificium in dominicæ paſſionis, & propriæ mortificationis typum Deo gratiſſimum. 143.2.C
14 Nos, non noſtra Deus ſibi offerri exoptat. 148.2. D.197. 2 E, 398 1.D
15 Prima Deo offerenda, non auferenda 405 1.B,&c.
16 Triplex cruenti ſacrificij genus, holocauſtum ſcilicet, pro peccato, & hoſtia pacifica. 149.1 C,&c.
Hoſtia pacifica. 17 Hoſtiam pacificam, & Iudæi frequentius offerebant, & Deus præcipiebat. 149.2.A
18 Hoſtiæ pacificæ ritus. 402.1.C
19 Dupliciter filij Heli hunc ritum violarunt. 402.1.C
20 Cur primæ ſacrificiorum partes, primitiæ dicerentur? 508.2.A
21 Hoſtiæ pacificæ partes inter quos diſtribuerentur. 402. 1. C,&c. 455.2.B, 505.1.E.518.2.E
22 Quonam in loco hoſtia pacifica Iudæi veſcerentur? 195. 1 B,&c.
23 Quod ſacrificium obtulerit Elcana. 148. 2. A, 249. 1.B, 260.1.C,&c.
Sacrificium pro peccato 24 Sacrificium pro peccato cur ſine thure fieret, & oleo? 271. 1.D
25 Maiorem victimam Sacerdos olim pro ſuo peccato, quàm Rex offerebat. 427,1.B
26 Æqualis victima pro Sacerdotis, ac pro populi peccato offerebatur. 417.1.C,450.2. B
Holocauſtū. 27 Holocauſtum cæteris ſacrificiis Deo gratius, 271.1 E
28 Sacrificium in gratiarum actionem ex rebus etiam vitæ neceſſariis Deo acceptiſſimum. 368.2.D
29 Veſpertinum ſacrificium in perſeuerantiæ ſignum Deo gratius quàm matutinum. 448.2.E
30 Sacrificia Nazaræis fieri iuſſa. 214.1.D
31 Sacrificia, bellorum inſtar aduerſus Dei hoſtes. 249.1.
32 Cæci cur à ſacrificiis excluderentur? 355.1.C
Materia 33 Rarò in ſacrificiis pecora ſenio confecta offerebantur. 480.2.E
34 Cur mel in ſacrificiis à Deo prohiberetur? 155.2.D
35 Cur piſcis Deo non immolaretur? 149.1.A
36 Magna veterum Sacerdotum vtilitas ex ſacrificiis. 505.1. E.538.1.E
37 Veteres ceremoniæ, & ſacrificia poſt Chriſti necem Iudæis erepta. 565.2 A,&c.

SACRILEGIVM.

1 Sacrilegium. Vide, *Peccatum* à n.4

SADOC.

1 Sadoc ſanctus interpretatur. 551.1.D
2 Sadoc ex familia Eleazari, à Saule in ſacerdotio conſtitutus. 521 1.A,C.
3 Sadoc ſimul cum Abiathar non ex humana ambitione, ſed ex diuina diſpoſitione ſummum ſacerdotium tenuit. 521. 1.B.522.2.C
4 Sadoc, cur fidelis Dei Sacerdos ſuſcitandus dicatur. 1. D,2.A,C.533.1,B.&c.
5 Sadoc Deo obediens, Dei cor, & anima. 532.1.E,2.A.
6 Omnes veteres ſacerdotes in Sadoc adumbrati. 533.2.A

SALOMON.

1 Salomon quoto ætatis anno ad regnum acceſſerit, & quandiu tenuerit? 75.1.B.&c.
2 Cantica Salomonis diuinitùs inſpirata. 4.1.A
3 Salomonis ſalus incerta. 79.2.D
4 Salomon vbi Deum contempſit, ab hominibus contemnitur 517.1.C
5 Salomonis in ſacrificiis liberalitas. 538.1 A
6 Omnes Hebræorum reges in vno Salomone adumbrati. 533.2.A

SALTARE.

1 Corporis ſaltatio, non pro laſciuia, ſed pro religione commendatur. 295.1,1 B

SALVTARE.

1 Salutare Dei, quid in ſcriptura ſignificet? 302.1 C
2 Dei ſalutare, pro Deo frequenter vſurpatur 302.1.C,D Pro Chriſto Domino frequentiſſimè 1.D,E

SAMARIA, SAMARITANI.

1 Vnde regnum Iſraël Samariæ appellatur? 87 2.B
2 Samaritani, qui Iudæis non coutebantur, non erant Hebræi, ſed Gentiles. 87.2.B
3 Samaritana, Eccleſiæ typus. 17.1.A

SAMVEL.

Nomen. 1 Cur Anna, non Elcana, nomen Samuelis impoſuerit? 257. 2.B.259 1.C
2 Cur Samuelis nomen à Deo non ſit prædictum? 257.1. B, Aliqui diuinitus prædictum affirmant. 257.2.D
3 Eruditum Hebræorum oraculum de Samuelis nomine, & natiuitate. 266.1.A
4 Samuelis nominis etymologia. 259.1.B
5 Samuelis nomen in cœlis illuſtre. 259.1.E
6 Magna Samuelis gloria, Dei nomen in ſuo præferre. 259.2.B
7 Cur ſola nominis impoſitio, non Samuelis etiam circumciſio in ſcriptura exprimatur? 258.1.E
8 Samuelis natiuitas. 99. 1.A. Cur ex ſterili? 229. 2.D, &c.
9 In quo anno principatus Heli Samuel fuerit conceptus, & natus? 194 1.B,E.2 A, 256.2.D
Natiuitas. 10 Samuelis natiuitas, cur per ſacerdotem, non per Angelum reuelata? 255.1 A
11 Samuel prius fuit Deo dicatus, quàm natus. 210. 1. C
12 Samuelis

12 Samuelis ablactatio.163.2.C &c.
Oblatio, & infantia. 13 Samuelis, cur poſt ablactationem in templo fuerit conſecratus? 164.1.D,2.E.171.1 A.&c.
14 An toto vitæ tempore Samuel fuerit Deo commodatus? 176.1 A,E.&c.
15 Samuel in tabernaculo Deo, & hominibus gratum ſpectaculum.165.2.A
16 Samuelem in infantia rationis vſum accepiſſe, aliqui affirmant. 160 2.C
Nazaræatus 17 Annæ votum de Samuelis Nazaræatu. Vide, *Votum.*
18 Samuelis Nazaræatus perpetuus. 100.1.C,218.1.C
19 Samuel ad omnes Nazaræatus leges ex matris voto tenebatur.100.1.E
Miniſterium. 20 Quo pacto Samuel triennis adhuc infans miniſter eſſe dicatur in tabernaculo? 353.2.E.433,1.D
21 Quodnam fuerit Samuelis in tabernaculo miniſterium? 394 1.B.C
22 Samuel in tabernaculo literarum, & muſices ſtudio deditus. 394.1.C
Sanctitas. 23 Samuelis continuus in virtute profectus. 447. 1. B, &c. 472.2.E
24 Samuelis virtus inter impios filios Heli, illuſtrior. 394 1. B,433.1.C.444.1.C,&c.
25 Samuel inter impios diuinitatem quodammodo redolebat.444.2.E.475.2.E
26 Cur ſeptem pro Samuele in ſcriptura ponantur. 325.2.B. 326.2.A.D
27 Samuel, cur magnus dicatur coram Domino? 443.1.A
28 Quo pacto Samuel Deo placere dicatur? 450.2 B,&c.473. 1.A,&c.
29 Samuelis iuſtitia,& religio.90.2.D
Dignitas. 30 Samuelis iuſtitia in Agag Rege occidendo.490.1.A
31 Fueritne Samuel ſacerdos,an Leuita? 394.2.D.
32 Sacerdotem fuiſſe quid ſuadere videatur? 394. 2.E, &c.
33 Leuitam fuiſſe quid demonſtret.396.1.C, &c.
34 Samuel à ſanctis Patribus ſacerdos appellari potuit. Primò, propter temporalem dignitatem. 397.1. C, Secundò, propter ſanctitatem. 397.2.B, &c. Tertiò, propter priuilegium. 398.1.D
35 Samuel viginti annis populum iudicauit. 73.2.D.74.1.D, &c.
36 Samuel Regum hiſtoriæ author à principio. 60. 2. C, 62. 1.D,&c.
37 Samuelis nomine primam hiſtoriam Regum pars prænotata. 66.1.C
38 Samuel in ſuis primogenitoribus narrandis parciſſimus. 95.2.D,&c.
39 Quot annos Samuel vixerit cum Heli? 194 2.A.256.2.A, 455.1.A

SANCTITAS, SANCTI.

1 Sanctitas pro miſericordia aliquando vſurpatur. 352.2.B
2 Quopacto Dei ſanctitas nobis imitanda à Chriſto Domino proponatur? 304.2.B
3 In ſanctitate deficit, qui non proficit. 304.2.C
4 Per hominum ſanctitatem diuina ſanctitas innoteſcit. 199 2.B
5 Sanctitas. Vide, *Dei ſanctitas.*
6 Sanctitas potentiæ, ſapientiæ, opulentiæ præferenda. 303 2. E.304.1.A,B
7 Sanctitas Reges, & ſuperiores decet. 64. 2. D, &c Decet etiam prædicatores 7.1.C
8 Præteritam ſanctitatem præſentia vitia turpiùs dedecorant.146.1.C.146.2.D
9 Sanctitas. Vide, *Virtus.*
Sancti. 10 Sancti, Reges.63.2.E,&c.95.2.A
11 Sancti vel tales dicuntur ſecundùm ſtatum, vel ſecundùm gratiam,& meritum.352.1.C.2.A
12 In Eccleſiæ primordiis omnes Chriſtiani. dicebantur ſancti.352.1.D
13 Sancti. Vide, *Iuſti.*

SANGVIS.

1 Cur eſus ſanguinis Hebræis prohiberetur. 119 1.E
2 Chriſti ſanguis. Vide, *Chriſtus. Euchariſtia.*

SANSON.

1 Sanſon adhuc in matre abſtemia abſtinentiam didicit. 232.2.B
2 Cur vinum Sanſoni tam ſeuerè prohiberetur. 240.2.E
3 De ſeptem Sanſonis crinibus 216.1.A.2.C
4 Sanſonem proſperitas deiecit: extulit aduerſitas.85.2.A

SALPHAAD.

1 Salphaad vmbra interpretatur 443.1.B
2 Salphaad cur filias, non filios generaſſe dicatur.442.2.C
3 Salphaad ignaui prædicatoris,& hypocritæ typus. 443.1 A

SAPIENTIA, SCIENTIA.

1 Duplex de Deo ſcientia practica, & ſpeculatiua. 400.2.C
Diuina. 2 Dei timor, & cultus, vera ſcientia.401.1.B,&c.
3 Virtutis amor vera ſapientia.401.1.D
4 Sapientia vera diuinæ.278 2 A
5 Aduerſitas Dei cognitionem parit: felicitas obliuionem. 83.2.D.842. C.Vide, *Dei ſapientia.*
6 Curioſa in ſcriptura, & inutilia non diſputanda. 501.2.E
7 Non debent imperiti ſublimia, ac planè diuina curioſius inueſtigare.311 2.E.2.C.311.1.C.312.2.C
8 Scientia prædicatoribus neceſſaria. Vide, *Prædicator*, à numero. 31
9 Scientia Sacerdotibus neceſſaria.Vide, *Sacerdos*, à num.52
10 Publica ſcientiarum gymnaſia, reipublicæ propugnacula. 281.1.D,E,2.A
11 Sapientia profana, turris Babel, variis linguis, id eſt, variis ſectis labefactatur.12,1.C *Profana.*
12 Scientia profana ab ſcripturæ vbertate deriuata. 55. 2. A, &c.57.1.D,&c.
13 Vanam philoſophorum ſapientiam Chriſtiana ſimplicitas ſuperauit.319.2.E.557.2.B,C
14 Vana hominum prudentia, & ſapientia ſtultitia apud Deum.557.1.E
15 Philoſophorum ſcientia ſine cordis affectione, in inſcitiam degenerauit.245.1 C
16 Doctrinæ antiquitas. Vide, *Antiquitas doctrinæ. Nouitas.* Vide, *Nouitas.*

SARA

1 Saræ pudor, & verecundia coram Angelis non comparentis 260.1.E

SAVL.

1 Saul cum Samuele quadraginta annis regnauit. 73.1 D. &c.74.1.A

SCANDALVM.

1 Scandali peccatum ex ſpirituali proximorum lucro ceſſante, & damno emergente grauiſſimum. 413. 1.B, D, 2.B. 429.2.E,&c.432 2.B.435 1.A
2 Alios ſcandalizans Diabolo peior.429.1.E
3 Scandaloſa Regum peccata totum regnum inficiunt. 430. 1.A,&c.431.1.D. 432.1.E
4 Sacerdotum & Prælatorum ſcandaloſa peccata totam viciant remp 430.1.A,&c.460 2.C
5 Principum peccata ſcandaloſa grauius à Deo puniuntur. 431.2.C,&c.432.1,C
6 Scandaloſa peccata cuſtodi Angelo nauſeam mouent. 431. 1.A
7 Ex impiorum ſcandalo, vel etiam iuſti nutant 431.1.A
8 Chriſtianorum peccata Ethnicos ſcandalizant. 432.2.C
9 Religioſi vel ſcurrilibus iocis, ac nugis ſeculares ſcandalizant.430.2.D

SCRIBÆ.

1 Quinam fuerint Scribæ apud Hebræos? 211.1. B Eorum ignorantia.ibid.

SCRIPTOR.

1 Cur ſacri ſcriptores de ſe, quaſi de aliis ſæpè loquantur. 62.2.C
2 Sacrarum literarum ſcriptores, diuini agricolæ.9.1.D
3 Scriptores profani ex ſcriptura ſacra ſuas ſcientias deriuarunt.55.2 A,&c.57.1.D,&c.

SCRIPTVRA.

1 Scripturæ dignitas,& diuinitas.3.1.D,&c.
2 Scripturæ auctor, Deus 3.1.D *Dignitas, & diuinitas.*
3 Scripturæ argumentum, Deus.5 2.A,&c.
4 Diuinæ ſcripturæ Dei epiſtolæ ad homines dimiſſæ. 4. 2.E
5 Scripturæ Chriſtigenæ.5.2. B. Quomodo ſolum Chriſtum contineant. 6.1.C
6 Diuina ſcriptura lux eſt, quæ diuino tantùm lumine perſpicitur.7 1.A
7 Scripturarum interpres, Deus.7.1 A
8 Scripturæ diuinitas Ethnicis etiam ignota 8.2.D
9 Quæ reuerentia ſacris libris exhibenda 31.1.D
10 Scripturam irreligiosè tractantes acerrimè puniuntur. 8 2. D.14.1,B.16 1.D
11 Scriptura, vel cor,& anima.8.2 E
12 Scripturæ veritas eius diuinitatem teſtatur 9 1.A
13 Suam diuinitatem ſuis cultoribus confert ſcriptura. 9.1.C
14 Singularem etiam communicat ſanctitatem. 13.2.C 14. 1.D,&c.
15 Scriptura opulentiſſimus theſaurus 9 2 A,&c.11.1.E *Vtilitas. Theſaurus.*
16 Scriptura Dei regnum.9.2 D
17 Singula ſcripturæ verba, ſyllabæ, & apiculi pretioſæ margaritæ.10.1 E 2.A
18 Scriptura medicum myropolium. 10.2.B,&c.24 2.E.57.C *Medicum myropolium.*
19 Hæretici in ſcripturam, vt phrenetici in antidotum inſaniunt.11.1 A
20 Scriptura lautiſſimum ferculum, ſimul & medicamentum. 17.1 C.&c.
21 Scriptura ad vitam etiam reuocandam ſingulare amuletum 11 2.A,&c.
22 Scriptura liber vitæ 18.2.C.Lignum vitæ.17.2.C
23 Scriptura, bellicum armamentarium. 21.2. D, &c. 21.2.B. 22 .1.D *Armamentarium.*
24 Scriptura, turris Dauid, variis armorum præſidiis obfirmata.21.1.E

25 Scriptura, clypeus. 12.1.D, &c. ibid. 2. E Gladius. 12 2.E. Arcus,& ſagitta.13.1.B Murus adamantinus 47. 2. D, &c.
26 Quinque David lapides quinque legis libros adumbrantes 12.1.E
27 Vel ſcripturæ aſpectus hoſtes fugat.13.1 A
28 Scriptura bellorum Dei liber 13.1 C.59.1.B,&c.
Sacrarium ſpiritualium bonorum. 29 Scriptura auguſtiſſimum ſacrarium ſpiritualium bonorum 13.2 C
30 Scripturæ ignorantia perículoſa, homines in belluinam deſicit tarditatem.14 1.B
31 Scripturæ ſanctitas ſuus ſanctificat cultores. 13.2.C 14.1. D,&c.
32 Scripturæ fauus, & ſanctitatis dulcedinem, & ſapientiæ lumen continet.13.2.C
33 Scriptura labrum æneum, & ſpeculum, vbi animorum ſordes abluuntur.14.2.A,&c.18.1.B,54.1.B
34 Scriptura,cur aquæ ſimilis? 14.2.15.2.D.16.1.A, &c.
35 Scriptura, ignis,omnia excoquit vitia.14 2.E
36 Scriptura miro artificio homines format, & transformat. 15.1.A
37 Qua animi puritate ad ſacram ſcripturam accedendum. 15.1.D
38 Sacræ ſcripturæ voluptas 16.2.C
Voluptas. 39 Scripturæ voluptas profanarum ſcientiam ſitim extinguit.17 1.A
40 Scripturæ voluptas profanas delicias, quamuis regias, ſuperat.17.1.B
41 Scripturæ ſuauitas,ſalutaris:profana,venenata.17.2.A
42 Nullas ſordes ex viſitatum oatiatione contrahit ſcriptura. 18.1.A,&c.
43 Voluptas profana faſtidium parit: ſcripturarum deliciæ in ſatietate excitant appetitum.18.1.E
44 Mundi deliciæ inſtabiles; ſcripturarum perennes. 19.1.D, &c.
45 Scriptura deliciarum puteus, fons, imò flumen. 19.2.B 20. 2.A,&c.
46 Scripturæ, Eliſæi oleum.19.2.D.21.2.E
47 Scripturæ panis in ipſa fractione augetur.19.2.E
48 Terrenæ voluptates in menſura: ſcripturarum in cumulo hauriuntur.20.1 B
49 Profanæ voluptates, effeminatæ, ſcripturarum viriles. 20. 2 C
50 Scripturæ voluptas non deprimit, ſed ſublimat. 21.2.C
51 Mundana voluptas exiguis terminis circumſcribitur. ſcripturarum,nullis. 22.2.C,&c.
52 Oculorum deliciæ in ſcriptura proponuntur.25.1 A,&c.
53 Scriptura nix, pulchra, & fœcunda. 23.1. C.Cryſtallum.23. 1.E Sol 23.2.A,&c.Paradiſus.2.C
Senſuum deliciæ in ſcriptura. 54 Pulchra in ſacris literis ſpectacula.23.2.D
55 Aurium illecebræ in ſcriptura exhibentur. 24.1.A
Viſus. *Auditus.* 56 Scripturæ harmonia animi motus compeſcit. 24.1.D, &c. Feras peccatorum trahit, & conuertit. 24.2.B. Incantat. 2. D.Medetur.2.E
57 Scripturæ harmonia Sirenum cantu efficacior. 25.1.A, &c.
58 Odorum ſuauitates è ſacris literis ſpirans.25.1.E
Olfactus. 59 Scriptura hortus odoriferus.25.2.C
60 Scripturæ flores aſſidua meditatione attriti, non marceſcunt.26.2.A
61 Scripturæ fragrantia teterrimum terrenarum extinguit odorem 26.1.Dæmones fugat.1 D
62 Saporum oblectamenta in ſacris litteris prælibantur. 26.2. B,&c.
Guſtus 63 Mellea ſcripturæ dulcedo, diuinæ ſuauitatis effigies. 26. 2.C D
64 Scriptura,promiſſa terra lacte, & melle manans 26.2.E
65 Scripturæ ſuauitas ſinceribus tantùm dulceſcit. 27.1.A.2. A,&c.
66 Scriptura Angelorum ferculum. 27.2. C. Omnibus virtutibus extructum.2.E,&c.
67 Scripturæ ſuauitas mannæ dulcedini comparatur. 27.1.D, &c.Imò præfertur. 5.E,&c.30.1. A
68 Tactus deliciæ in ſcriptura ſcaturiunt 28.2.E
Tactus. 69 Scripturæ, blandæ veſtes. 28.2 E, &c. Blandi liquores, ſed viriles.29.1.B
70 Scripturæ tepentia balnea.29.1.D
71 Scripturæ molles,ſed honeſti thori.29.2.C
72 Scripturarum lenes,& temperatæ auræ. 29.2.C
73 Scripturæ intelligentia non argumentorum turbine, ſed diuini ſpiritus Fauonio comparatur.29.2.D
74 Scripturæ deliciæ ſentiri poſſunt,non exprimi. 30.1. A, B
75 Profanæ literæ è ſacris deriuatæ.55.2.A,&c.57. 2.D, &c.
76 Scriptura omnium ſcientiarum theſaurus. 35. 2. A, &c. 38.1.A,Semen 37.1.E
Scriptura & aliis Scientiis comparata. 77 Scriptura fons, imò mare, ex quo omnium ſcientiarum flumina emanant 57 2.B.E.45.1.E
78 Scriptura cur vnica Dei vox 44 2.E,&c.
79 Scriptura [illegible] hæreticorum prauitate adulterata. 3[illegible] 1 A.47.2.D,&c.48.1 C.569.2.B
80 S[illegible] antiquitas.Vide,*Hiſtoria.*
81 Scripturæ diuiſio ab Hebræis.30.2.B,&c. *Diuiſio.*
82 Duplex alia ſcripturæ partitio reticitur.31.1.B.D
83 Vera ſcripturæ diuiſio.31 2.A,B,&c.
84 Quinque ſacræ ſcripturæ libri metricè compoſiti. 291.1.C
85 Curioſa in ſcriptura,& inutilia non diſputanda. 501.2.E
86 Multa, quæ narrando præterit ſcriptura, poſteà commemorando indicat.260.2.D,&c.510.1.A
87 Recapitulatio in ſacris literis frequens, non ſolùm in prophetiis libris,ſed etiam in hiſtoricis. 418.2.A,B,441.2.E
88 Verborum repetitio quid in ſcriptura ſignificet? 411.2.C, D.458.1.E.472.2.A *Figura.*
89 Antitheſis ſacræ ſcripturæ familiaris. 353.2.C, &c.
90 Multa à contrario ſenſu in ſcriptura per antiphraſim intelligenda.151.1.D,&c.
91 Scriptura plus aliquando ſenſu, quàm verbis exprimit per tapinoſin.459.2.B.523.2.D
92 Id quod de vno ſcriptura dicit, de eius poſteris aliquando intelligendum.520.1.B,521.1.B
93 Sancta ſcriptura perfidis Iudæis,Vriæ literæ. 559.1.2.D.Iudæis quondam menſa: modò laqueus.569,1.E
94 Iudæi ſcripturarum pane olim ſaturati, nunc famelici. 322.1.C
95 Sacra ſcriptura quoad ſpiritum Iudæis erepta. 569.2.C. 569.1.E.2.A *Iudæis ablata.*
96 Conſummatam iam ſcripturam Iudæi excæcati non intelligunt.569.1.B 2.A
97 Notabilis Iudæorũ mos in ſcripturis exponendis. 568.1.C

SÆCVLVM.

1 Sæculum aliquando totam vitam,aliquando centum annos ſignificat: nunquam quinquaginta.276.1.A.2 D
2 Sæculum.Vide, *Mundus.*

SECRETVM.

1 Ebrietas ſecreti fidem violat.241.2.A
2 Calamitatés nemini:felicitates multis reuelandæ.274.1.A

SEDES, SEDERE.

1 Quo tempore Heli ſedere dicatur. 194.1.B.2.A. Quo loco ſederit.id. 2.C.Cur ſederit.ibid.2.D,&c
2 Iudices in portis ciuitatis ſedentes iudicabant 194.2.D
3 Sedere,& auctoritatem, & firmitatem ſignificat. 348.2.D
4 Sacerdotes cum Deo ſedent, Angeli Deo adſtant.429 1.B
5 Sedere triſtitiam importat aliquando: ſurgere lætitiam. 192.2 A,&c.
6 Qui ſedentes orant,reprehenduntur.196.2,B
7 Iudices olim, ſupplices è puluere ad ſedes honorificè euehebant.547.2.E
8 Nulla in tabernaculo vel in templo Sacerdotis ſedes. 565. 2.E
9 Deus ſuper alas Cherubinorum inſidens celerem à Synagoga ad Eccleſiam volatum indicabat.366.1.A

SEDECIAS.

1 Quo tempore regnauerit.69
2 Sedecias vitiim ſummum ſacerdotium vſurpauerit.536.2.B

SEDITIO.

1 Regnum Iſraël inteſtinis ſeditionibus,& diſcordiis diſſipatum.78.1.A
2 Decem Iſraëlitici regni ſeditiones.78.1.C

SENECTVS, SENEX.

1 Et ſenili, & iuuenili ætate homines ad ſe Deus trahit.271. 2.C
2 Adoleſcentiam Deo, quàm ſenectutem deuouere glorioſius.287.2.A,D
3 Corrupti adoleſcentię mores ad ſenectutem effunduntur. 281.1.C.E
4 Bonæ iuuentutis flos in ſenectute fructificat.281.2.C, E
5 Senexne ſecundùm ætatem, an ſecundùm dignitatem, de cuomo Heli à Deo ſuſcitandus dicitur? 519 2. B. 520.1.C, 522 2.E
6 Longa olim ſenectus,magnum iuſtorum præmium 519.2.E
7 Senectus,omnium rerum abundantia 520.2.A
8 Immatura ſenectus, magnum peccatoris ſupplicium. 520. 1.B
9 Senioribus potiora loca deferenda.149.2.E
10 Quoto vſq; anno Heli ſenex dicatur.452.1.D
11 Valde ſenex magiſtratui inhabilis.453.1.C
12 Qui deponendi ſenes?453.1.C
13 Barbari,ſenes tanquam inutiles,trucidabant 453.1.D
14 Rarò in ſacrificiis pecora ſenio confecta offerebantur. 480.2.E
15 Imperatores aliqui diuturna & calamitoſa ſenectute cruciati.579.1.C

SEPTEM.

1 Septenarius numerus in ſcriptura plenus eſt, & pro multitudine ponitur.166.2.E.325.1.C.326.2.D.448.1.B
2 Septenarius numerus quietis ſymbolum.325.2.C
3 Cur Anna ſeptem filios peperiſſe dicatur 325.2.D,&c.
4 Rabbinorum figmenta de ſeptenaria mundi duratione.325. 1.E

SEPTVAGINTA.

1 Septuaginta non ſolùm interpretum, ſed etiam Prophetarum

tarum munere functi. 553.1.C

SEPVLCRVM.

1 Inferi pro ſepulchro aliquando vſurpantur. 321.1 B,&c.2 A
2 Moyſis ſepulchrum cur occultum? Vide, *Moyſes.*
3 Sepulchrum vnica hominis poſſeſſio. 585.1.D

SERPENS.

1 Quæ ſit prudentia ſerpentis? 15.2.D

SERVITVS. SERVVS.

1 Dei ſeruitus glorioſa. 197.1.D. Regnum. 217.2.A. 333.2.E. 272.1 E
2 Dura hominum ſeruitus. 217.1.D
3 Hebræorum debitores ſuis creditoribus adhærebant, & ſeruiebant. 275.2.C
4 Etiam ſerui apud Hebræos de partibus ſacrificij dominorum veſcebantur. 106.2.A 505.1.E

SETH.

1 Seth vtrum librum aliquem ſacrum ediderit? 38.2.C. 40.2.D
2 Filij Seth aſtronomiam in duabus columnis ſcripſerunt. 38.2.C. 40.2.E

SEVERITAS.

1 Seueritas in reprehenſione. Vide, *Reprehenſio.*
2 Seueritas in ſupplicijs. Vide, *Iuſtitia. Prælatus. Supplicium.*

SIGNACVLVM.

1 Chriſtus, Scripturarum ſignaculum. 6 2 D
2 Scripturarum ſignacula Chriſtus ſoluit. 6.2 D
3 Scripturarum liber, Iudæis ſignatus 569.2.A

SIGNVM.

1 Signum in Scriptura tripliciter vſurpatur 528.2.D
2 Signa ad fidem confirmandam proponuntur. 529.2.A
3 Iis, qui abſque ſignis non credunt, eo ipſo ſigna denegantur. 529.2.B
4 Cur filiorum mors data fuerit Heli in ſignum ſacerdotij auferendi? 529.1.A,C,&c.
5 Cur mors filiorum Heli alio etiam ſigno non confirmetur à Deo? 529.2.C
6 Signum. Vide, *Miraculum.*

SILENTIVM.

1 Silentium, bene loquendi gymnaſium. 251.1.D
2 Cur Anna ad Phenennæ contumelias tacuerit: reſponderit ad Heli? 250.2.E. 251.1.E
3 Mutua tacendi, & loquendi viciſſitudo, perpetuo ſilentio præferenda. 250.2.E
4 Placida reſponſio in iniurijs, maius aliquando patientiæ argumentum, quàm ſilentium. 252.1.D
5 Silentium in iniurijs, ſingulare patientiæ argumentum. 181.1 C
6 Dei in tolerandis peccatoribus patiens ſilentium. 181.1. D, &c.
7 Chriſti Domini inter iniurias patientia, & ſilentium. 181. 2.C: &c. 252 1.D
8 Patiens ſilentium, innocentiæ teſtis. 182.2.A. 186.1. A, Imò & diuinitatis. 182 2 B
9 Moyſis faciem contumelias perferentis cæleſtis fulgor decorabat. 182.2.C
10 Silens in opprobrijs patientia Angelos ſuos efficit amatores. 182.2 E, Deum habet deſenſorem. 185.1.B,&c. Imò debitorem. 183.2.A
11 In contumelijs tacentem Deus libentiùs exaudit. 250.1. C, &c 249 2 A
12 Silentium vnicum ad ſopienda iurgia remedium. 184.2.A 253.1.B
13 Silentium in iniurijs non timidum ſe exhibet, ſed timendum. 185.2.C
14 Patientis ſilentium, obiurgantis flagellum, 184.2.D
15 Patiens ſilentium, martyrium. 185.2.E
16 Silenter perferens conuitia, conuitiatorem non accuſat. 184 2 E,&c. 253.1.B,D
17 Contumelias referens nihil ab inferente differt. 184. 1 B
Prædicatoris 18 Reprehenſibile diuturnum prædicatoris ſilentium. 481.D
19 Zachariæ ſilentium, æternam prophetiæ, & veteris ſacerdotij taciturnitatem figurabat 564.2 C
20 Temporalia ſupplicia cur in ſilentio Deus inferat? 595.1.D
Inferorum. 21 Infernus tam in ſacris, quàm in profanis literis ſilens appellatur. 556.2.B
22 Impij in tenebris ſilere dicuntur. Primò, quia obſcuri erunt. 555 2.D. Secundò, quia immobiles erunt, & tenebris religati 555 2. E. Tertiò, quia conuicti, & confuſi, præ dolore obmuteſcent. 556 1 B
23 Damnati in inferno loquuntur, non in Dei laudes, ſed in blaſphemias erumpentes. 555.2.D

SILO.

1 Fœderis tabernaculum cur in Silo collocatum? 139.2.B

SIMON, SIMONIA.

1 Simon Magus primogenitus ſatanæ, Spiritui ſancto maximè contrarius 417.1 A
2 Deteſtabilis filiorum Heli ſimonia. 409.2.A 416.2.E, 454. 1. E
3 Simonia grauiter reprehendenda. 410 2.B
4 Simoniaci, dum Spiritum ſanctum venalem faciunt, Macedonianis hæreticis deteriores. 416.2.E
5 Simoniaci ipſo Simone Mago peiores. 419.2.D
6 Simoniaci Iuda proditore deteriores. 417.1.A
7 Simoniaci omnibus alijs peccatoribus peiores. 417 2 D
8 Simoniaci ipſis etiam bellu is rudiores. 417.1.B. 417.2.A
9 Simoniæ peccatum tarum apud Deum inuenit oratorem. 470.2.C
10 Summa Sacerdotis impietas propter temporale lucrum ſacrificantis. 465 2 B
11 Simoniacus, dum Spiritum ſanctum vendit voce nequit exprimere. 417.1.B
12 Turpe ſimoniæ lucrum, 417.2.E
13 Baalam vel verè, vel ſaltem ex erronea conſcientia ſimoniacus. 417.1.C
14 Cur in lege noua pari ſupplicio, ac in veteri ſimonia non afficitur? 417.2.C

SIMPLICITAS, SINCERITAS.

1 Iuſtus propter ſimplicitatem, & ſinceritatem vnus. 103. 2. B
2 Iuſtus cur in ſcriptura ſimplex dicatur. 105.1.D
3 Morum ſimplicitas, & ſinceritas Deo grata. 103.2. D. Vide *Veritas.*
4 Iuſtorum ſinceritas, & ſimplicitas, in Ephod adumbrata. 415.1.E

SYNAGOGA.

1 Synagoga Iudæorum congregationem ſignificat: Eccleſia Chriſtianorum. 158.1.A. Vtriuſque etymon. ibid. *Nomen.*
2 Synagoga Eccleſiæ typus. 548.1.E
3 Synagoga in ſeipſum diuiſa. 182.1.E
4 Veteres inter Eccleſiam, & Synagogam diſſenſiones. 179. 2.A,&c. *Eccleſiam perſequitur.*
5 Synagogæ deliciæ in Eccleſia perſequenda. 179.2.D, &c.
6 Synagoga dum Eccleſiam perſequitur, obſequitur. 180.1.A, &c. Dum petit, petit. 180.1.B
7 Synagogæ fœcunditas in magnam degenerauit ſterilitatem. 133.2.B. 154.1.A. 328.1.C,&c. 376.1.B,1.E *Sterilitas.*
8 Synagoga à diuino ſole recedens, infœcunda, & tenebroſa. 530.1.A,B,D
9 Michol in Synagogæ typum, in partu occubuit. 577.1. D
10 Synagoga ficus infatuata, non niſi groſſos & infatuatos Iudæos producebat. 555.2.E
11 Synagoga poſt Meſſiæ fructum exaruit. 564. 1. A. 569.2. C,E
12 Synagoga tanquam fœnum heri in agro, hodie in clibano. 570.1 B
13 Synagogæ tabernaculum anguſtiſſimum. 140.2.A,&c. 141. 1.C,&c. 572.1.C,2.A
14 Synagoga ſuæ ignorantiæ, & malitiæ velamen in Nazaræorum coma ſignificabat 219.2.A *Ignorantia & infidelitas*
15 Giezi, in Synagogæ typum, infidelitatis lepra à Naamano tranſlata punitur. 371 2.C
16 Synagogam olim Deus ad oſtium tantum tabernaculi alloquebatur. 574.2.D
17 Eccleſia geminum in prodigo filio paternam beatitudinis domum ingreditur. Synagoga, in fratre ſeniore, foras eijcitur. 675.1.B *Extincta*
18 Synagoga à ſeptem immundis ſpiritibus habitatur, & polluitur. 570 2.E
19 Synagoga, diruto templo deſtructa. 145.2.C
20 Synagoga ſub Chriſti cruce ſepulta. 577 2.A
21 Synagoga. Vide, *Hebræi, Iudæi.*

SOBNA.

1 Sobnæ pontificis Hebræorum negligentia in ſacerdotali munere grauiter punitur. 536.1.A,&c.

SOCIETAS IESV.

1 Societatis religio IESV nomine conſecrata 212.1 A
2 Societatis IESV zelus in totius mundi, Orientis præcipuè conuerſione. 574.1.A,B,2. 575.1.D
3 Laudabilis ſocietatis mos in virorum, ac mulierum locis in templo diſtinguendis. 426.1.B

SOCIETAS.

1 Bonorum ſocietas, virtutis incitamentum. 111.1.C. 445. 1. A *Bona.*
2 Vnius iuſti ſocietas, regnum 445 2.B
3 Inglorium à bonorum ſocietate ad malos tranſire. 112.1.B
4 Iuſti impiorum ſe immiſcent ſocietati, vt eos reuocent à peccatis. 451.2.A *Mala.*
5 Iuſtorum virtus inter impios difficilior, rarius & laudabilior. 394.2.B. 444.2.C,&c.
6 Iuſtus inter impios ſæpè impietatem contrahit; rarò impius inter iuſtus ſanctitatem 445.2.C
7 Hominum proclinitas ad ſociorum mores imitandos. 445. 1.A
8 Malorum, etiam parentum, ſocietas vitanda. 215.1.A
9 Aulicorum ſocietas virtuti periculoſa. 446.1.D,E
10 Impiorum ſocietas iuſtorum hebetat orationes. 446 1.B
11 Vel vnius impij ſocietate tota laborat Eccleſia. 446 1. C, D. Imò ipſum cælum. 446.2 A

12 Si

12 Si in ſocietate impiorum, ſaltem in ſolitudine vitiorum, viuendum 446. 1.A

SOCRATES

1 Socrates mortuus intelligebatur, in ſumma indigentia. 82. 2.C

2 Socrates plures Deos negauit. 306 2.C

SOLITVDO.

1 Rechabitæ, ſolitudinis amatores. 211. 2.D
2 Solitudo, para liſamiciuitas carcer. 211. 2.E
4 Solitudo, aptiſſimus orationi locus. 221. 2.B, C. 221. 1.B
4 Solitudo, virginibus ſcala pudoris, 264. 1 A
5 Si in ſocietate peccatorum, ſaltem in ſolitudine vitiorum viuendum. 446 1.A

SORS.

1 Iuſtorum ſolus, cur ſors dicatur? 99 1.A
2 Sortibus à Deo ductis, promiſſa terra, Iudæis diuiditur. 102. 1 A. 574. 1 D, &c.
3 Vaſa templi, cur ſortes dicantur. 404. 1.E

SPECTACVLA.

1 Grata in facris literis ſpectacola. 23. 2.D
2 Profana ſpectacula, vitanda. 23. 2 E 225. 1.E

SPES.

1 Spei noſtræ anchora non in mundo, ſed in Deo iacienda. 233. 1.C

SPIRITVS SANCTVS.

1 Spiritum ſanctum Dei ſeruum faciebant hæretici Macedonij: ſimoniaci, dum vendunt ſuum. 416. 2.B
2 Spiritum ſanctum ſimoniacus nominare nequit. 417. 1 B.
3 Spiritus ſanctus in [illegible]ca, & columbina ſpecie apparens, ſeueritatem docuit, & lenitatem 487 1.A
4 Quodnam ſit peccatum in Spiritum ſanctum. 463. 2. E. 466. 2.A

SPONSA SPONSVS.

1 Eccleſia Chriſti ſponſa dicitur, non vxor. 58. 1.E
2 Chriſtus in extremo etiam iudicio, ſponſus dicitur. 160. 1. B, C
3 Sponſi olim ad nuptias coronati, in præteritæ caſtitatis præmium ducebantur 475. 2.E

STARE.

1 Verum Hebræi ſtantes orarent? 196. 1.B
2 Standi verbum, aliquando non ſitum, ſed aſſiſtentiam ſignificat. 196. 1.C
3 Angeli Deo aſſiſtunt 429. 1.B
4 Stare conſtantiam ſignificat, & fortitudinem. 196. 1.E

STATVRA.

1 Proceram corporis ſtaturam homines magni faciunt? Deus parui. 444. 1.C. Vide, *Pulchritudo.*

STERILITAS.

1 Sterilitas aliquando naturaliter: aliquando ſupernaturaliter inducitur. 126. 2.B, &c. Qualiſnam fuerit Annæ ſterilitas? 318. 2.B
2 [illegible] tantùm tribuitur ſterilitas in ſcriptura, 126. 2. B A [illegible] pœna. 126 2 D, &c. 173 1.E
3 T[illegible] Annæ prius, quàm Pheneonæ ſterilitas ſit inflicta 128. 2.C, &c.
4 [illegible] Samuelis ex ſterili, Chriſti natiuitatem ex virgine conſignat, 129 2.D, &c
5 Ex ſterilibus per miraculum nati, in virtute inſignes. 130. 2.A
6 Sterilitas Eccleſiæ, in magnam excreuit fœcunditatem. Vide [illegible]
7 Fœ[illegible] Synagogæ in magnam degenerauit ſterilitatem. Vi[illegible]
8 Annæ fœcu[illegible], & in ſterilitate, & in ſenili ætate commendat[illegible] 156 1.D
9 Pheonnæ fœcunditas ſterilitate meritò punitur. 327. 1.A, B, C
10 Sterile, aliquando idem, quod emortuum. 334. 1.C

SVFFRAGIVM.

1 Nullum ſuffragium pro damnatis faciendum. 318 1.B

SVPERBIA.

1 Superbia, quid? [illegible] 14. 1.B. 55 [illegible] 72. 1. A, 168. 1.D
2 Superbia inſipientiæ mater. 16. 1.B
3 Nimia fœlicitas ſuperbiæ origo. 82. 1. B. 2. C 85. 2. A. 36 2. E, &c.
4 Superbia iurgij, & conuiciorum radix. 167. 1.C, &c.
5 Superbi [illegible] hos ſimil[illegible] 167 2.D
6 Superbia [illegible]itudo. 204. 1.D
7 Su[illegible] ſibi arrogantes alios contemnunt. 167. 1. C. 168. A. Vel etiam ipſum Deum. 68. 1.D
8 Propria ſuperbia [illegible] contemptus oculis producit. 50[illegible] A B
9 Superbus omnium [illegible] ab omnibus irridetur 168. 2.E
10 [illegible] ſuperbia 169. 1.A
11 Superbi [illegible] 168. 1 D
12 [illegible] 169 1.C
13 Superbia [illegible] 169. 1 C
1[illegible] 21 [illegible] 1.B
1[illegible] eſt de [illegible] 169. 2.A

16 Diabolus ſuperbiæ magiſter. 31[illegible] 2.C
17 Maior Antichriſti [illegible] quam diaboli. 31[illegible] 1.B
18 Verba arrogantiæ [illegible] dicantur. 524. [illegible]D
1[illegible] Superbi [illegible] à Deo non [illegible] 169. [illegible]E
20 Dei potentia in ſuperbis debellandis maximè viſitur. 308. 2.C. 313. 1.D. 320. 1.E. 35[illegible] A
21 Aliquando peccata Deus permittit, vt tumenti ſuperbiæ medeatur. 342. 1. C. 2.B
22 Iuſtos Deus aliquando humiliat in ſuperbiæ medicinam. 344. 2.D &c
23 Superbi acceptis honoribus a Deo priuantur. 535. 1.C. 538. 1. E
24 Iudæorum ſuperbiam omnium bonorum ſpiritualium ariditate Deus retundit. 563. 2. A
25 Superbia. Vide, *Gloria inanis.*

SVPERIOR.

1 Superior. Vide, *Prælatus. Rex. Princeps Iudex.*

SVPPLICIVM.

1 Suppliciorum comminatio. Vide, *Comminatio.*
2 Supplicium. Vide, *Pœna.*
3 Supplicia peccatorum noua. 99. 1.A
4 Per inflictum ſupplicium expiatur delictum. 129. 1.D
5 Diuina ſupplicia, magnum beneficium. 129. 2.E
6 Summa Dei ira eſt, peccatores in hac vita non punire. 129. 2.B. 498. 1 B
7 Quomodo de peccatorum ſuppliciis gaudendum. 174. 1.B 175. 2.C
8 Ibi pœnam Deus infligit, vbi culpa præceſſit. 327. 1. E, &c. 404. 1.B. 406 1 A. 519. 1.C
9 Deus ad ſupplicia tardus. 414. 2.D. 518. 1.A
10 Deus à bonis puniendis abſtinet. 523. 2.C
11 Deus ad benefaciendum, quàm ad puniendum promptior. 526. 1.C
12 Deus non ſuppliciorum, ſed beneficiorum ſe profitetur auctorem. 523. 1 A, D, &c.
13 Deus puniendo quodammodo deiicitur. 415. 1.C
14 Peccata Deus tandem punit, ne ſibi grata eſſe videantur. 498. [illegible]C
15 Angelos Deus vocat eos, quibus vtitur ad ſuas iniurias vlciſcendas. 31. 2.C
16 Temporalia ſupplicia Deus cum ſilentio inferre dicitur, æterna cum clamore 393. 1.D
17 Diuinis etiam ſuppliciis peccatores obdurantur. 497. 1. C, &c.
18 Etiam in nouo teſtamento grauia ſupplicia à Deo imponuntur 410. 2, A, &c.
19 In lege veteri, temporalibus præmiis, & pœnis homines afficiebantur in noua, æternis. 542. 1.E
20 Diuina voluntas occidendi filios Heli, fuit conditionata. 472. 2.B Fuit conſequens, non antecedens. 497. 2 C
21 Non ſolùm peccantes, ſed etiam conſentientes, puniendi. 480. 1 A &c. 2.B
22 Exorientia peccata ſuppliciis celeriter reſecanda. 480. 2 D, &c.
23 Secreta peccata, ſecretè; publica, publicè arguenda, & punienda 482 2 A, &c. 483. 2 C
24 Oportet aliquando, vt ad plures pœnæ, quàm culpæ notitia extendatur. 483. 1.D
25 Melius eſt delinquentem publicè argui, & puniri, quàm occultè mordeti. 484. 1 A
26 Quibus correctionis verba non proſunt, ſuppliciis verbera adhibenda 475. 1.D. 476. 1.C. 477. 1.D. 480. 1, C 485. 1.D, &c.
27 In ſuppliciis lenitas, & ſeueritas coniungendæ. 332. 1. C, 485. 1. A, &c.
28 Iuſtitiæ ſeueritas in ſuppliciis neceſſaria. 487 2. A, &c. 490. [illegible] A &c.
29 Impunitas, vitiorum, [illegible] ſuppliciorum origo. 480. 2. B. 490. 2.E 495. 1 C
30 Inordinata pietas in impios, grauiter à Deo punitur. 489. 2. B, &c.

SVRGERE

1 Surgendi verbum [illegible] importat: ſedendi, triſtitiam. 592. 2. A, &c.

SVSPICIO.

1 Suſpicio. Vide, *Iudicium temerarium.*

T

TABERNACVLVM.

1 TAbernaculum cur in Silo? 139. 1.B
2 Tabernaculi deſcriptio. 194 2. C
3 Tabernaculum pro templo frequenter vſurpatur, & è con[illegible] 1.E
4 Tabernaculum [illegible] ſque ad Salomonis templum, ſacrificiis deputatum. 110. 2. A, &c 66 1.B
5 Tabern[illegible] promiſſionis non ſub dio erat, ſed [illegible]
6 Tabern[illegible] cur ad orientem. 144 2.D
7 Synagogæ Tabernaculum, anguſtiſſimum Eccleſiæ, anguſtiſſimum. 17[illegible] A

Culpa

Pœna.

Prælati in puniendo.

8 Taber

8 Tabernaculum in Eccleſiæ typum, huius luce coruſcãs, Iudæi excæcati intueri nequeunt, 569. A
9 Synagogam olim Deus ad oſtium tabernaculi tantùm alloquebatur. 574. 1. D
10 Cur ſacerdotes ſacris initiati ſeptem diebus à tabernaculo exire prohiberentur. 110. 1. C. 448. 1. B
11 Sacerdotes tabernaculum ingreſſuri, à vino abſtinere præcipientur. 130. 1. D
12 Quæ & quo pacto mulieres ad oſtium tabernaculi obſeruare dicantur. 455. 2. E, &c. Vide, *Fœmina.*

TEMPLVM.

Hebræorum templum.
1 Templum Salomonis, ſeptem annis; Zorobabelis quadraginta ſex ædificatum. 84. 2. A
2 Templum, pro tabernaculo, & è contra, frequenter vſurpatur. 163. 1. E
3 Fame percutiebantur Hebræi, qui Dei templum reædificare non curabant. 270. 1. E
4 Quando ad templum aſcendere tenerentur Iudæi. 155. 2. B, D
5 Fœminæ ad templum aſcendere non tenebantur, nec prohibebantur. 155. 2. E. 141. 2. C
6 Hebræis templum aſcendentibus ſecuritatem Deus præſtabat. 145. 1. A
7 Summa vicinitas inter Dei templum, & principis palatium. 159. 2. B
8 Salomonis templum ſacrificiis deputatum. 140. 1. A, &c.
9 Templorum fores variis cælaturis exornari ſolitæ. 195. 1. A
Euerſum.
10 Iudæorum Templum euerſum, nunquam reſtaurandum. 51. 2. E. 145. 2. C. 564. 2. A, &c. 1. B
11 Fatale Hieroſolymitani templi incendium 564. 1. D
Templum cum reuerentia frequentandũ.
12 Templum frequentandum. 140. 1. C
13 Templum bonæ filiorum educationi, aptiſſimus locus. 285. 2. D, &c.
14 Grauiſſimum ſacrilegium, Templi violatio. 413. 1. A. 424. 1. C, &c. 463. 2. E
15 Templum ſeu tabernaculum Hebræorũ in aſylum Deus non deſignauit, ne immundis ſufficeretur. 414 2 D
16 Iniurioſi, obſcœni, & vani ſermones in templo vitandi. 163. 2. C. 275. 1. E. 391. 2. B. 425. 1. B, &c.
17 Immodeſti aſpectus, in templo maximè vitandi. 226 1. E 425. 2. C
18 In templo aſſiſtis Deus, & Angeli, interantium actiones deſcribentes. 425. 1. C
19 Viri ac mulieres, diuerſis olim portis templum ingrediebantur, diuerſiſque locis diſtinguebantur. 409. 2. D. 426. 1. A, &c.
20 Fœminæ quondam in templo obuelato erant capite. 426. 1. C
21 Virgines Deo dicatæ, quo pacto in Hebræorum templo alerentur? Vide *Virgines* num. 6.
22 Priuatæ olim domus, erant tanquam Eccleſiæ: modò Eccleſiæ tanquam priuatæ domus profanantur. 115. 2. D. 426. 2. B

TEMPVS.

1 Cur in temporum ſupputatione tam diligens ſit ſacra ſcriptura. 515. 1. A, &c.
2 Pedes, pro tempore aliqui vſurpant. 353. 2. B. Vide, *Ætas.*

TENEBRÆ.

1 Duplici tenebrarum genere, mentis, ſcilicet, & corporis, cruciantur impij in hac vita. 554. 2. E. 155 1 A
2 Impij poſt mortem, inferioribus tenebris torquentur. 555. 2. D
3 Quomodo damnati in tenebris conticeſcere dicantur. 555. 2. A, &c.
4 Diabolus, ipſæ tenebræ. 599. 1 D
5 Peccatores tenebræ, 555. 1 A. Tenebrarum filij 599. 1. D

TENTATIO.

1 Quibus tentationibus diabolus Chriſtum nominatim ſit aggreſſus. 12 2 B, C
2 Tentatio per malum exemplum grauior. 181. 2 A
3 Tentatio per mulierem periculoſior. 156. 2. C, &c. 81. 1. A
4 Deus per tentationes, mortificat, vt per humilitatem viuificat 334. 2. D
5 Tentationes ſine auxilio non ſuperantur. 556. 1. E
6 Tentationem viriliter decertatam ſequitur beatitudo. 361. 1. B

TERRA.

1 Terra cur prius quàm cœlum ornata, 68 1. D, E
2 Terra cur aquæ nomine ſignificetur. 147. 1. C
3 Quo pacto in medio terræ bona opera à nobis fieri debeant. 358 2. A, B
4 Cur extrema terræ à Deo dicantur iudicanda? 364 2. B
5 Qui ſint terræ cardines. Vide, *Cardo.*
6 Terrena contemnenda. 281. 2. B, &c. 550 1 C
Terra promiſſionis.
7 Terrena bona Vide, *Bonum. Diuitiæ. Gaudium.*
8 Promiſſionis terra anguſtiſſima. 140. 2. C. 511. 1. A
9 Promiſſionis terra ductis ſortibus diuiditur à Ioſue, non à Moyſe. 104. 1. A 574. 1. D, &c.

TESTAMENTVM.

1 Vtriuſque teſtamenti Deus auctor oſtenditur contra Manichæos 4. 1. E, &c. 531. 2. B, &c. 410. 1. D, &c. 1. E
2 Duo teſtamenta, duo velut Chriſti vbera. 4. 2. A
3 Nouum teſtamentum in vita ſarcina, in pat tacorona 4. 2. C
4 Duo teſtamenta in legis tabulis adumbrata. 6. 1. A 566. 1. A
5 Duo teſtamenta, duo diſcipulorum gladij ſignificabant. 12. 2. E
6 Non minora in nouo teſtamento diuinæ iuſtitiæ exempla, quàm in veteri. 410. 2. A. Non minora diuinæ miſericordiæ argumenta in veteri, quàm in nouo 410 2 D
7 Vetus teſtamentum, temporaneus imber; nouum, ſerotinus. 37. 2 E
8 Veteris teſtamenti multiplex diuiſio. 50. 2. B
9 Vera vtriuſque teſtamenti partitio. 51. 1. B
10 Vtriuſque teſtamenti ſumma concordia. 32. 2. C. 37. 2. B. 43. 1. A, &c.
11 Aliqua vtriuſque teſtamenti loca, quæ pugnare videbantur, in concordiam adducuntur. 45. 2. B
12 Vtrique teſtamento par habenda fides. 43. 2. D

THARSIS.

1 Naues Tharſis cur diuitiis, & exercitationibus denotantur? 82. 2 A
2 Naues Tharſis cum mercibus vitiorum fæces importabant. 82. 2. C

THYMIAMA.

1 Quo pacto Sacerdos thymiama dicatur adolere? 504 2. A
2 Altare thymiamatis in priore parte templi collocatum. 504. 2. B

TIMOR.

1 Triplex Dei timor, filialis, initialis, & ſeruilis. 36. 1. D
2 Peccatorum timor ſeruilis, non culpæ, ſed pœnæ. 360. 1. E, &c
3 Iuſtorum timor filialis, magis culpæ, quàm pœnæ. 361. 1. B, &c.
4 Filialis Dei timor lætificat, ſeruilis cruciat. 362. 1. B
5 Triplex aliud diuini timoris genus. 361. 2. E
6 Timor Dei filialis in Chriſto Domino dabatur. 3 2. 1. A
7 Dei timor, vera ſapientia 400 2. E 401. 1. C
8 Dei timor inter iniuriarum procellas gubernaculum. 362. 1. E

TINTINNABVLVM.

1 Septuaginta duo tintinnabula ex ſacerdotali veſte pendentia, ſeptuaginta duo linguarum genera ad fidem conuertenda ſignificabant. 376. 1. D
2 Sacerdotis coram in ſubditis inſtruendis hæc tintinnabula repræſentabant. 541. 1 A

TITVS.

1 Titi imperatoris liberalitas. 542. 1. D, E
2 Titus ignauos, & transfugas ſacerdotes Hebræorum occidi iubet. 525. 2. C
3 Titus Hieroſolymitanum excidium, Dei factum, non ſuum teſtabatur. 564. 1. E
4 Titus Hebræorum templum fruſtra ſeruare ſtudet. 564. 2. D

TRAIANVS.

1 An Traianus precibus D. Gregorij gehẽnam euaſerit? 558. 2. A, B. 559. 2. D

TRIBVLATIO.

1 Iuſti etiam in tribulatione maiorem ſuauitatem experiuntur. 178. 1. B
2 Per tribulationem iuſti magis expiantur, & probantur. 178. 1. C, &c.
3 Tribulatio in hac vita perennis bonorum fons. 179. 1. A, &c.
4 Multiplex ex tribulatione vtilitas. 343. 1. C. 2. B
5 In tribulatione ad Deum confugiendum. 343. 1. C. &c.
6 Tribulatio, & calamitas inferorum nomine ſignificatur. 342 2. C, &c.

TRINITAS.

1 Trinitas. Vide, *Deus.*

TRISTITIA.

1 Triſtitia aliquando laudabilis. 178. 1. C
2 Triſtitia abſtinentiæ comes. 251 2. E. 254. 1 D
3 Facies pro triſtitia aliquando vſurpatur 237. 2. E
4 Caput opertum, triſtitiæ ſymbolum; apertum, lætitiæ. 247. 1. C
5 Sedere, triſtitiam importat; ſurgere, lætitiam. 192 2. A, &c.
6 Triſtitia de iniuriis vni Deo offerenda. 233. 1. B
7 Triſtitiam non humanæ, ſed diuinæ leuant conſolationes. 195. 1. D, &c.
8 Triſtitiã parcè, gaudium largiter Deus propinat. 295. 1. D
9 Breuis, & ficta iuſtorum triſtitia in hac vita; æterna lætitia. 295. 1. A, B

TRIVMPHVS.

1 Chriſti nomini triumphus in Aſcenſione 558. 2. D
2 Triumphatores non apertis portis, ſed diſruptis muris vrbem intrabant. 178. 2 E

TONITRVS.

1 Scripturæ veritas & Euangelij prædicatio tonitrus. 47. 1. D &c. 339. 2. A &c 485. 1. B

2 Cur per tonitrua Deus peccatores terreat. 361. 1. E, &c.
3 Vltimum iudicium, tonitrus 363. 1 A

TVNICA.

1 Tunica Vide, *Veſtis*.

V

VALETVDO.

1 Valetudini ſuorum Deus conſulit. 418 2 A
2 Gula aduerſæ valetudinis origo; temperantia, proſperæ 420. 2 B
3 Profana gaudia valetudinem corrumpunt, cœleſtia confirmant. 290. 2. A, &c.

VASA.

1 Diuerſa in tabernaculo vaſorum genera. 405. 2. D. 404 1. C, &c.
2 Cur tabernaculi vaſa ſortes dicantur. 404. 1. E
3 Vas vitreum inconſtantiæ ſymbolum Deus in tabernaculo non admittit. 104 1. A

VENDERE.

1 Pater filium, etiam repugnante matre, vendere poteſt. 199. 1. E
2 Vendentes & ementes, etiam quæ in templo offerebantur, Chriſtus de templo eiecit 425. 1. D
3 Triginta Iudæi pro vno denario venditi. 561. 1. C, &c.

VERBVM.

1 Verba Sacerdotis ob dignitatem, diuina. 250. 1. A
2 Verba Sacerdotibus modeſta 236. 1. A
3 Linguæ ſanctæ modeſtia in re, aut actione turpi explicanda. 255. 1. B
4 Inhoneſta vocabula non ſolùm à facto, ſed etiam ab vrbano ſermone exulent. 255 1. C
5 Turpi aliquando vocabulo, ſcriptura vitia reprehendit, vt ea vel ea nomine acrius deteſtemur. 255. 1. D. 422. 2. A
6 Verbum pro re ſæpiſſimè in Scriptura vſurpatur 266. 1. D
7 Verba otioſa, vitanda. 515 2. B
8 Verus verbum quid in ſcriptura? 314. 2 C &c.
9 Verbum Vide, *Contumelia. Mendacium. Lingua. Locutio.*

VERITAS.

1 Scripturæ veritas, eius diuinitatem teſtatur 9. 1. A
2 Sacræ hiſtoriæ veritas inexpugnabilis. 41. 1. D, &c. 43. 1. C 46. 4 B, &c.
3 Veritatis vnicum tantùm os. 43. 2. A
4 Scripturæ veritas cœlo firmior. 46 2. C, &c. Fulgur, & tonitrus. 47. 1. C, &c Murus adamantinus. 47. 2. D. Speculum. 14. 2. A, &c. 18 1. B. 54 1. B
5 Veritas abſcondi erubeſcit: falſitas apparere. 54. 1. D
6 Veritas, prædicatorum propria. 1. C
7 Veritatem iudices olim vino extorquebant. 241. 2. A
8 Veritas, peccatoribus odioſa. 400. 1. A, &c. Regibus maximè, ac Principibus. 407. 1 B 492 2. C, &c.
9 Veritas. Vide. *Falſitas. Mendacium*

VESTIS.

1 Lautiores veſtes in celebrioribus feſtis Hebræi ſibi induebant. 150. 2. C
2 Phariſæi veſtium fimbriis acutiſſimas ſpinas alligabant. 29. 1. B
3 Sacerdotalis veſtis. Vide, *Ephod*.
4 Caiphas contra legis præceptum ſacerdotales veſtes ſcindens, ſacerdotij exitium prophetauit. 365. 1 A
5 Virum, fœmineo habitu, id eſt, effœminatis moribus indutum Deus odit. 104. 1. D
6 Peregrinos habitus, id eſt, mores Deus punit. 104. 1. A, &c.
7 Annæ & aliarum matrum pietas, filij veſtes conficientium. 456. 1. D, &c.
8 Virum veſtis quam Anna filio Samueli conficiebat, ab Ephod diſtinguereturː 436. 2. D. 437. 1. D. Fueritne futilis, an textilis? 437. 1. E. Quibus diebus hanc tunicam attulerit? 437. 2. E
9 Chriſti tunicam inconſutilem B. Virgo propriis manibus contexit. 436. 2. C
10 Chriſti tunica inconſutilis, concordiæ ſymbolum. 102. 2. A
11 Quadripartita Chriſti veſtis, Eccleſiam in quatuor orbis partes extendendam repræſentabat. 573. 2. E

VETVS.

1 Vetera in ſacra pagina in bonam, & in malam partem vſurpantur. 314. 1. E, &c.
2 Vetera pro legalibus ceremoniis accipiuntur. 314. 2. B. Pro verbis ſuperbis, & contumelioſis. 314. 2. D Imò pro omni verbo otioſo. 315. 1. B
3 Inueterata peccata, difficilius eradicantur 315 1. C
4 Synagogæ vetuſtas in Eccleſia, per Chriſtum renouatur. 563 2 D
5 Vetuſtas. Vide, *Antiquitas*.

VIA

1 Chriſtus via, ad quam prophetæ, velut ſemitæ ducunt. 5. 2 D
2 Virum Elcana ſemper eadem via in tabernaculum aſcenderit? 55 2. B
3 Viri, & mulieres diuerſis viis ad templum aſcendebant. 56. 1 C 426 1. A
4 Abire viam ſuam, in ſcriptura, idem, ac reuerti. 236. 1. E.
5 Securitatem a metu & triſtitia, importat. 234. 2. C
6 Impij Sacerdotes in lata voluptatis via imò in alijs capite quare diſpergi dicantur? 538. 1. B, C

VINVM.

1 Prima Nazaræorum lex, de non bibendo vino. 213. 1. D *Sobrietas.*
2 Epiſcopi non ſolùm non inebrientur, ſed nec vino quidem delectentur. 240 1. D
3 Vinum ſacerdotibus templum ingreſſuris, cur à Deo prohibitum? 250. 1. D. 542 1 C
4 Sobrietas ad orationem neceſſaria. 238. 2. E, &c.
5 Sobrietas ad loquendum cum hominibus neceſſaria. 240. 2. B, &c.
6 Sobrietatem in vino Chriſtus ſua præſentia commendat. 213. 2. C
7 Annæ ſobrietas. 191. 2. C
8 Rechabitarum eximia à vino abſtinentia 211 2 B
9 Vinum, virginibus venenum 152. 1. A
10 Perſeuerantia in ſobrietate commendatur. 447. 2 C. 448 2. A
11 Non vini vſus malus, ſed abuſus. 241. 2. E
12 Vinum peccatorum incentiuum, & voluptatis nutrimentum. 213. 2 B, &c. *Ebrietas.*
13 Vinum ſætitiæ cauſa. 232. 2. A
14 Vinum fandi copiam ſubminiſtrat 229 2. C
15 Iudices olim occultam veritatem vino extorquebant 241. 2. A
16 Vinum. Vide, *Ebrietas*.

VIR.

1 Viri nomen vtrique ſexui commune 91. 1. A. Ad maſculam virtutem explicandam, prout à fœminea imbecillitate diſtinguitur, vſurpatur. 91. 1. B. 96. 2. B, &c.
2 Soli maſculæ virtutis viri in Eccleſia recenſentur. 96. 2 D 329. 2. D
3 Fœmina carnem in terreſtri ciuitate, vir ſpiritum ſignificat in cæleſti. 97. 1 D
4 Vir à pueris per ſapientiam diſcriminetur 97. 2 A, &c.
5 Iuſti tantum viri nomine digni 98. 1. E, &c.
6 Effœminati, viri nomine indigni 97. .E 181. 2. A
7 Vir Dei, quid in ſcriptura ſignificet? 499. 1 A, C
8 Vir alicuius rei in ſcriptura ille dicitur, qui illius eſt ſtudioſus. 499. 2. A *Vir Dei*
9 Quiſnam fuerit vir Dei, qui Sacerdotem Heli reprehendit. 499. 1. D, &c. 511. 2. A, B
10 Quo tempore venerit ad Heli. 502. 1. A
11 Angeli paſſim in ſcriptura viri appellantur. 501. 1. B
12 Vir. Vide, *Homo*.

VIRGA.

1 Dei virga, id eſt, iuſtitia florida. 67. 1 B
2 Chriſto Domino tanquam optimo pædagogo virga tribuitur in Scriptura. 184 1. A
3 Dei, & Sacerdotis virga cur amygdalina. 118. 2. E 481. 2. A 486 2. A
4 Virga oculata apud Ægyptios Dei hieroglyphicum. 481. 1. D
5 Florida caſtitatis virga Sacerdotij inſigne. 118. 2 B, C. &c.
6 Aaronis virga vtrum fuerit in arca fœderis? 45. 2. C, 486. 2. B
7 Piſcatori baculo vtantur, & virga. 486. 1 A

VIRGINITAS, VIRGO.

1 Virgo Dei genitrix. Vide, MARIA.
2 Virgines regibus fauent 1. § 5.
3 Virgines multis nominibus regnæ. 2. § 7.
4 Virgines, Dei altare. 115. 1. E, &c.
5 Virgo cur abſcondita dicatur. 262. 2. E
6 Virginea lacrymæ faciunt. 206 2. C
7 Virgines in eadem templi parte cum viduis, ſeparatæ tamen à coniugatis alebantur apud Hebræos. 436. 2 B
8 Virginitas cum fide comparatur. 421 1 B, &c.
9 Grauior quodammodo virginitatis, quàm fidei iactura 422. 1. C. Difficile reparatur. 422. 1 C, &c. *Virginitas.*
10 Virginitas grauiſſimum Deo ſacrificium 388 2. A
11 Virginis Deo dicatæ violatio, grauiſſimum ſacrilegium. 464. 1. C
12 Virginitas. Vide, *Caſtitas, Continentia*.

VIRTVS.

1 Virtus ſplendor ſplendida iuſtorum proſapia. 108. 1. D. 115. 2 D. 517. 1. A
2 Virtus magnos facit; paruos peccatum. 443. 2 B
3 Tēpla virtuti ſimul, & Honori Romani dicarunt. 139. 2. D.
4 Virtus Deo, & hominibus amabilis. 152. 1. A, &c. Vide, *Placere*.
5 Virtus etiam ſimulata placet. 152. 1. B. Etiam in hoſte. 152. 1. D
6 Virtus etiam malis laudabilis, & admirabilis. 451. 1. D
7 Virtus palam profitenda. 135. 2. B
8. Virtus in capillis adumbrata. 216. 1. D. 249. 1. D

9 Vet